13
13 K
9
Q. 13
70.4
13-12.G.13

MARCI ANTONII

SABELLI

J. C. MUTILIANENSIS

SERENISSIMI MAGNI ETRURIÆ DUCIS

Rotæ Criminalis Auditoris

SUMMA DIVERSORUM TRACTATUUM,

IN QUIBUS QUAMPLURIMÆ UNIVERSI JURIS Selectiores, Methodicæ, Practicæ, ac Deciſivæ Concluſiones circa Judicia, Contractus, Ultimas voluntates, & Delicta, ad Forum Sæculare, Eccleſiaſticum, & Conſcientiæ ſpectantes, ordine alphabetico ad inſtar ubertimi REPERTORII habentur, ab Auctoribus probatiſsimis, & Deciſionibus, præcipuè SACRÆ ROMANÆ ROTÆ Urbis, & Orbis Areopagi confirmatæ, cum locis ubi Materiæ diſtinctæ, ac plenius pertractantur.

OPUS OMNIBUS JUDICIBUS, ADVOCATIS, PROCURATORIBUS, ceteriſque Juriſprudentiæ Profeſſoribus, maximè utile, & ad allevandos labores apprimè neceſſarium; dum veluti in Promptuario ferè omnia ad Fori, Polique praxim, & uſum quotidianum pertinentia, ſummo ſtudio, ac diligentia adnotata exhibentur.

EDITIO SECUNDA VENETA, INNUMERIS ACCESSIONIBUS, à GUIDO ANTONIO SABELLO J. C. ET EQUITE, Auctoris Filio diligenter collectis, ac propriis locis diſtributis, locupletata.

TOMUS QUARTUS.

Cui varia ejuſdem Auctoris RESOLUTIONES *adnectuntur.*



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VENETIIS, M.DC.XCVII.

Apud Paulum Balleonium.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

Index Paragraphorum huius Tomi.

R

Raptus. 1
Ratificatio. 3
Rebellio. 7
Receptatio. 7
Reconuentio. 8
Reductio. 8
Regula. 9
Relatio. 10
Religio. 12
Remedia. 13
Remiſſio. 21
Remiſſoria. 24
Renunciatio. 25
Replicatio. 34
Repetitio. 34
Repræſentatio. 40
Repudiatio. 43
Repulſa. 44
Res. 45
Reſcriptum. 47
Reſeruatio. 49
Reſiduum. 50
Reſignatio. 50
Reſiſtentia. 53
Reſtitutio. 54
Retentio. 60
Rubrica. 62
Ruſticus. 62

S

Sacerdos. 64
Sacrilegium. 67
Salarium. 68
Saluianum. 72
Saluuſconductus. 73
Satiſdatio. 76
Scientia. 76
Scriptura. 78
Senatuſconſultum. 85
Senectus. 87
Sententia. 89
Sepultura. 99
Sequeſtrum. 102
Seruitus. 105
Simonia. 110
Simulatio. 113
Sindaci. 116
Sindacatus. 116
Socer. 118
Societas. 118
Sodomia. 128
Solemnitas. 132
Solutio. 133
Soror. 146
Spolium. 147
Sponſalia. 149
Sportulæ. 151
Status. 151
Statutum circa generalia. 152
Statutum prohibens alienari in forenſes, & extractionem. 161
Statutum de lucro dotis. 163
Statutum de compromiſſis. 169
Statutum de debitore capiendo. 171
Statutum reijciens exceptiones. 171
Statutum fœminarum exclusiuum. 172
Statutum requirens ſolemnitates. 183
Statutum pœnale. 191
Statutum augens pœnas. 196
Statutum minuens pœnas. 197
Statutum dans præmium. 197
Statutum habens pro confeſſo. 198
Stipulatio. 198
Stuprum. 200
Subhaſtatio. 206
Subrogatio. 210
Subſtantia. 211
Subſtitutio. 211
Succeſſio. 225

T

Tacitum. 231
Taxatio. 232
Tempus. 232
Tentans. 235
Terminus. 235
Tertius. 236
Teſtamentum. 238
Teſtator. 252
Teſtes. 256
Theſaurus. 280
Timor. 282
Titulus. 282
Tortura. 283
Tranſactio. 296
Tranſmiſſio. 306
Trebellianica. 308
Tregua. 312
Turbatio poſſeſſionis. 312
Tutela. 313

V

Vagabundus. 327
Valor. 328
Variatio. 330
Vaſallus. 330
Vbertas. 332
Vecturales. 332
Venditio. 333
Venenum. 346
Verba. 350
Verſio. 357
Veſtes. 359
Via. 360
Vicarius. 362
Vicinus. 364
Vidua. 366
Vinum. 368
Vis, & Violentia. 369
Vnio. 371
Vniuerſitas. 374
Voluntas. 377
Votum. 379
Vſura. 380
Vſusfructus. 385
Vſus. 400
Vtile. 401
Vua. 402
Vulnus. 402
Vxor. 405

AD LECTOREM.

QVibus rationibus, quibuſque partium ſtudijs huius Operis Auctor ducatur, vbicumque de Fori competentia Eccleſiaſtici cum ſæculari, ſeu de Eccleſiaſtica immunitate, & illuc ſpectantibus ſcribit, non fuit opus te admonere, Candide Lector. Facillimè etenim id ex lectura animaduertes, & ni fallor tam ſcribentis genium, & ſtatum, quàm temporum neceſsitatem, ſeu mauis corruptelam agnoſces; Cæterùm ne imprimendi Operis permiſſu, quæ continentur approbari, aut ad Fori praxim, aut quocumque alio modo exiſtimares, permittendum fuit eò impreſſorum dumtaxat rationibus, & mercaturæ id datum fuiſſe, ac ſi id ageretur non deeſſe celeberrimos Doctores, ſolidaſque doctrinas, quibus Principibus, & Magiſtratibus, contra nouarum opinionum ſectatores, ſua iura probè conſtent.

MAR-

MARCI ANTONII SABELLI I. V. D.

SVMMA DIVERSORVM TRACTATVVM.

LIBER DECIMVS SEXTVS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

De littera R.

§. RAPTVS I.

1 RAptus dicitur committi quando quis per vim mulierem de loco ad locum libidinis cauſa conducit vel eſt violenta, ſiue alijs artibus malis abductio mulieris de loco ad locum animo carnaliter cognoſcendi, Rot. *part. 14. recent. deciſ.* 498. *num.* 3. *& part.* 15. *deciſ.* 162. *num.* 1. *&c.* Clar. & Baiard. in §. *Raptus num.* 1. *&c.* Ricc. *Collect.* 82. vbi quòd vim requirit, *& Collect.* 539. Farinac. *quaſt.* 145. §. *Raptus*, *& §. Vi*, Triuiſ. *deciſ.* 17. *lib.* 2. Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concluſ.* 1253. *per tot.* Tuſch. *littera R. concluſ.* 5. *per tot.* Dian. *part.* 9. *tract.* 9. *reſolut.* 2. *per tot.* vbi an coitus cum fœmina dormiente dicatur raptus formalis, refert affirmantes, ſed ipſe non videtur ſequi, alijs iudicandum relinquens, Matthæu. Sanz. *de re crimin. controuerſ.* 55. *num.* 21. *& ſeqq.* vbi quòd ad raptum non ſufficit quælibet translatio de loco ad locum, ſed debet eſſe de domo mulieris ad aliam destinatam animo retinendi, aliàs non eſt raptus, ſicut nec quando puella de vna in aliam cameram traducitur facilioris coitus gratia.

Punitur raptus generaliter pœna mortis, & alijs pœnis, de quibus *in l. vnic. C. de rapt. virg.* Clar. & Farinac. *in loc. cit.* Tuſch. *littera R. concluſ.* 6. *per tot.* Viui. *comm. opin.* 679. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 334. *vol.* 1. *ad leg. municip. tit.* 2. *art.* 12. vbi de pœna, & requiſitis raptus, & benè Sanfelic. *deciſ.* 267. *per tot.* Thom. Triuiſ. *deciſ.* 17. *per tot. lib.* 2. vbi plura quando dicatur raptus, vel non, Matthæu. Sanz. *de re crimin. controu.* 55. *num.* 5. *& ſeqq. & num.* 13. *& ſeqq.* vbi concludit, vt interet pœna ordinaria raptus requiri non ſolùm abductione de loco ad locum libidinis cauſa, ſed ipſius libidinis per copulam ſubſecutam conſummationem, licèt fateatur contrarium communiter teneri, quòd pœna ordinaria debeatur ex raptu ſi per raptorem non ſtetit quominus copula ſequatur, vide infra *num.* 6. Pichard. *Pract. Inſtit. part.* 3. *tit. de pœn. omn. delict. num.* 108. *fol.* 105. Creſp. de Valdaur. *obſeruat.* 66. vbi etiam de confiſcatione bonorum partim raptæ applicandorum ob damnum, & iniuriam paſſam; quæ tamen confiſcatio Florentiæ in hoc crimine non ſeruatur, ſed tantum parti læſæ conſulitur, Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 5. *gloſ.* 6 *per tot. fol.* 75. vbi de pœna raptus, ac de obligatione raptoris circa dotationem mulieris raptæ, etiam copula non ſequuta, Carol. Ant. Theſaur. *de pœna Eccleſ. part.* 2. *verb. Raptus fol.* 287. Tondut. *quaſt. canon.* 117. *lib.* 1. & plura de raptu, & eius pœnis, D. Greg. Roſſignol. *in Nouiſſ. Prax. Theolog. legal. contract.* 14. *de Sponſal. Diſquiſit.* 13. §. 15. *cum pluribus ſeqq. fol.* 243. *&c.* vbi an raptor fœminæ, vt non ipſe, ſed alius cum ipſa contrahat, vel coeat, afficiatur pœnis iuris, & ille tertius pœnis Concilij; an dictæ pœnæ incurrantur ipſo iure ante ſententiam; An Raptor contrahens cum rapta in loco tuto conſtituta, & liberè conſentiente poſt raptum euitet pœnas ordinarias, & præcipuè mortis; An traductio fœminæ de vno loco in alium propinquum commodiorem ſine animo abducendi inducat pœnas iuris contra raptores; An conatus ad raptum, effectu non ſequuto, trahat ſecum pœnas iuris pro raptu; An ſit propriè raptus ſi fœmina fuerit conſentiens, inuitis tantum, vel ignorantibus parentibus, & alia quæ iuxta benigniores, & mitiores opiniones reſoluit.

An autem raptus ſit delictum publicum, vel priuatum, idem Triuiſ. *deciſ.* 25. *per tot. lib.* 2. vbi poſt plura concludit eſſe publicum, & ad accuſandum in eo admitti quemlibet de populo, etiam ſi non ſit ciuis loci illius, in quo delictum fuit commiſſum, & ita verè ſeruatur.

Plura de pudicitia, & virginitate, ad quam cuſtodiendam fuit prodita *d. l. vnic.* quomodo conſeruetur, vel amittatur virginitas, & qualiter præſumatur, idem Triuiſ. *deciſ.* 26. *per tot. lib.* 2.

Rapiens puellam, vel aliam mulierem honeſtam volentem, & conſentientem, ſed ad id multis precibus, & ſuaſionibus inductam, ac etiam parentibus carentem, punitur pœna mortis ordinaria, *ex d. l. vnic. C. de rapt. virg.* 2
quæ eſt intelligenda de quocumque ſeductore, & perſuaſio dicitur violenta coactio, quòd magis procedit ſi mulier habeat parentes, contra quorum voluntatem ſit abducta, cùm etiam illis dicatur illata iniuria, Menoch. *de arbitr. caſ.* 291. *num.* 9. *& ſeqq. ad* 16. Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concluſ.* 1253. Clar. *d.* §. *Raptus num.* 3. Farinac. *delict. quaſt.* 145. §. *vis*, vbi quòd raptæ conſenſus, ſiue ante, ſiue poſt pœnam non excludit, maximè ſi fuerit blanditijs, & ſuaſionibus inducta; ſi autem ſponte, & liberè conſenſerit, ſit locus pœnæ extraordinariæ, & ſi nullæ prorſus blanditiæ, ſuaſiones, vel deceptiones interceſſerint, ſed potius ipſa mulier ſolicitauerit, & ab initio ſe voluntariè carnaliter cognoſci permiſerit, omnis raptus, vel abductionis pœna ceſſare videtur; qui quidem conſenſus per teſtes, coniecturas, & ipſius raptæ confeſſionem probari poteſt.

Quòd raptus dicatur commiſſus etiam ſi puella conſenſerit quando eſt in poteſtate patris, cuius conſenſus non interceſſit, & cui ideò maxima ſit iniuria, quam ipſa puella per ſuum conſenſum remittere non valet, ita vt procedat decretum Concilij Tridentini *ſeſſ.* 24. *cap.* 6. *de reformat. matrim.* quo ad nullitatem matrimonij non ſeruata forma ibi tradita, de veriori opinione teſtatur Rot *part.*

14. *recent. deciſ.*498. *num.*7. vide in §. *Matrimonium num.* 9. Sanfelic. *deciſ.*267. *per tot.* vbi ad effectum pœnæ ordinariæ mortis, non obſtante prætenſo tractatu matrimonij, Thom. Triuiſ. *deciſ.*17. *lib.*2. vbi quando ceſſet raptus ceſſante violentia facta mulieri, licèt videatur facta marito, *& deciſ.*40. *d. lib.*2. vbi quod raptus non committitur, niſi vis ſit facta perſonæ raptæ, non attentis perſonis patris, fratris, & aliorum conſanguineorum, quibuſuis facta videtur, quia ſi mulier ſponte receſſit, vel ſe rapi conſenſit, ipſa infamat familiam, non qui amore ductus eam recepit, & niſi vis probetur, ſpontè receſſiſſe intelligitur.

3 Rapiens mulierem inhoneſtam, vel meretricem punitur pœna extraordinaria iudicis arbitrio, cùm etiam meretrix non poſſit per vim cogi ad peccatum, quicquid ſenſerint Boer. *quæſt.*317. *num.*8. Alciat. *reſponſ.*369. *num.* 2. & alij relati per Menoch. *de arbitr. caſ.*291. *num.*3. *& ſeqq.* vbi dicit illorum opinionem non eſſe veram, vide in §. *Meretrix num....* Farinac. *quæſt.* 145. §. *Meretrix per tot.* P. Manar. *Noll. Malencol. Interrog.* 200. §.9. *verſ. Cercano fol.*316. vbi videtur tenere, quòd raptor meretricis non puniatur; ſed intellige, vt non puniatur pœna ordinaria, ſed benè pœna extraordinaria mitiori vt ſupra, Clar. *vbi Addent.* §. *Raptus num.* 5. Thom. Triuiſ. *deciſ.*33. *lib.*2. vbi quòd rapiens meretricem, vel aliam mulierem inhoneſtam non tenetur pœna, *l. vnic. C. de rapt. virg.* niſi tamen deſierit eſſe talis, ex quibus ſignis cognoſcatur, & alia ad rem, Gizzarel. *deciſ.*54. *num.*16. *&c.*

4 Rapiens puellam, vel aliam mulierem, ſi certum ſit id factum fuiſſe de illius conſenſu, & voluntate, etſi careat parentibus, & aſſerat conſenſiſſe raptori tamquam marito, cui nubere volebat, non omninò excuſatur, ſed arbitrio iudicis punitur; ſi verò talis mulier ſit conſentiens, habeat parentes, tenetur illis raptor actione iniuriarum iudici arbitraria; In dubio tamen mulier præſumitur ſeducta pretio, vel precibus, niſi aliter appareat ex coniecturis, quales eſſent confeſſio ipſius mulieris, depoſitio teſtium quòd alias rogauerit virum, vt eam è domo patris abduceret, amor præcedens, aſſertio coniunctiorum mulieris, non acclamatio dum acclamare potuit, lætitia facta cum raptore, & ſi aliàs fuerit pluries carnaliter cognita, & numquam fuerit conquæſta, latè Menoch. *de arbitr. caſ.*291. *num.*16. *& ſeqq. ad* 20. vide Farinac. *quæſt.* 145. §. *Vis*, Sanfelic. *deciſ.* 267. *per tot.* Ariſmin. Tepat. *variar. ſentent. titul.* 312. vbi plura generaliter de raptu, Caluin. *de æquit. lib.*1. *cap.*53. *per tot.* Franciſ. de Magiſtr. *in Sila. Eccleſ. part.*2. *lib.*1. *cap.* 16. *per tot. fol.*100. vbi plura de raptu in ordine luxuriam quando committatur, & quibus pœnis puniatur.

5 Raptus commiſſus à fœmina erga virum, & ſic mulier rapiens virum ſecundùm multos punitur pœna mortis ordinaria vigore *l. vnic. C. de rapt. virg.* ſed iuxtà veriorem opinionem mitius iudicis arbitrio; debet tamen de hoc raptu conſtare, cùm alias præſumptio ſit contra virum, Menoch. *d. caſ.*291. *num.*29 *& ſeqq.* vbi etiam quòd ſi mulier aliam mulierem rapuerit concubitus gratia, punitur pariter arbitrio iudicis, P. Manar. *Noll. Malencol. Interrog.*200. §.9. *in fine fol.*317. Clar. §. *Raptus num.*6. vbi etiam *in Addit.* quòd pœna raptus habet locum in maſculo maſculum rapiente libidinis cauſa, & alia, vide per Farinac. *quæſt.*145. §. *Raptus*.

6 Rapiens monialem, vel rapere tentans, ſiue cauſa ſtupri, ſiue etiam matrimonij, punitur pœna mortis, etiam non ſequuta copula, & idem eſt in raptu laicæ, quam rapiens tentauit cognoſcere, ſed non potuit, cùm ſolo ipſo raptu dicatur perfectum flagitium, *l. raptores, C. de Epiſc. & Cler.* Menoch. *de arbitr. dict. caſ.*291. *num.*34. *&* 35. *& caſ.*360 *num.*32. Farinac. *quæſt.*145. §. *Monialis per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.*197. *in fine vol.*4. Thom. Triuiſ. *deciſ.*51. *lib.*2. vbi concludit rapientem non puniri pœna mortis, niſi copula ſit ſequuta, qui raptus fit propter libidinem exercendam, & ideò ceſſante fine delicti, tollitur delictum, quia ſpectatur effectus non affectus, intelligendo quoad pœnam ordinariam, ſecus quoad extraordinariam, etiam grauem, cui locus eſſet, vt ibidem, & dixi in §. *Affectus num.*3. Matthæu. Sanz. *de re crimin. controu.*49. *num.*16. *& ſeqq.* vbi quòd rapiens monialem per malas artes, blanditias, vel fraudes tenetur pœna mortis, etiam ſi ipſa monialis conſenſerit, vel copula ſubſequuta non fuerit, & maximè ſecundum leges Hiſpanas, vide ſupra *num.*1.

Quòd raptores virginum, etiam monialium gaudeant immunitate Eccleſiæ, cùm raptus non ſit de caſibus à Bulla Gregoriana, exceptuatis, docet Dian. *part.*4. *tract. reſolut.*43. *& part.*6. *tract.*1. *reſolut.*14. facit quòd dixi in §. *Immunitas num.*17. *in fine*, & probat Thom. del Bene *de Immunit. Eccleſ. part.*2. *cap.*16. *dub.*24. *ſect.*9. *&* 11. *per tot. fol. mihi* 77. *&* 81.

7 Rapiens mulierem cauſa matrimonij cum illa contrahendi, & non vt eam cognoſcat priuſquam in facie Eccleſiæ eam deſponſauerit, non punitur pœna, *l. vnic. C. de rapt. virg.* cùm non ſit hoc caſu amiſſa virginitas, nec aliqua ex parte violata; punitur tamen arbitrio iudicis propter iniuriam factam parentibus, & familiæ, Soccin. iun. *conſ.*5. *num.*1. *lib.*3. Menoch. *de arbitr. dict. caſ.*291. *num.*16. *&c.* vbi etiam quòd ſi raptor pœnituit facti raptus, & ob id noluit cùm potuiſſet carnaliter raptam cognoſcere, non eſt puniendus pœna mortis, ſed extraordinaria iudicis arbitrio, & idem poſt relatas contrarias opiniones tenet Clar. §. *Raptus num.*4. Farinac. *quæſt.*145. §. *Conatus*, vbi quòd raptus regulariter punitur pœna ordinaria, etiam ſi non ſit ſequuta copula carnalis, vel raptus non ſit perfectus, niſi raptor voluntariè abſtinuerit à copula cùm potuiſſet illam perficere, quia hoc caſu excuſatur à pœna ordinaria, & ita etiam debere interpretari ſtatutum imponens pœnam, etiam copula non ſequuta, vt ſcilicet ita demum procedat, niſi raptor ſua voluntate abſtinuerit à copula, adde Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.*334. *vol.*1. vbi plura de pœna raptus, & Sanfelic. *deciſ.* 267. Franciſc. de Magiſtr. *in Silu. Eccleſ. part.*2. *lib.*1. *cap.*16. *fol.*100. vbi qualiter raptus ſit impedimentum dirimens iure Tridentini, & raptor ipſo iure excommunicatus, & infamis; niſi fiat tantùm libidinis cauſa, vel puella ſpontè conſentiat, &c.

8 Raptor mulieris an euitet pœnas raptus ſi cum illa matrimonium contrahat, vide Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 196. *per tot.* Clar. §. *Raptus num.*7. Caluin. *tract. de æquit. lib.*1. *cap.*53. *per tot.* dixi in §. *Matrimonium num.*9. Marta *vot. Piſ.*19. vbi quòd raptus non eſt punibilis quando abducitur puella volens, & æqualis conditionis ad effectum contrahendi matrimonij, illo verè poſtea contracto: quod ego intelligo de pœna, *l. vnic. C. de rapt. virg.* non autem de pœna extraordinaria mitiori, qua puniri huiuſmodi raptorem poſſet, & debere arbitror propter raptum, & iniuriam parentibus factam, ac propter ſcandala, quæ inde oriri poſſet, iuxta facti, & perſonarum qualitatem; niſi raptum præceſſerint ſponſalia, & matrimonium ſequatur etiam de conſenſu parentum, nam tunc fortè poſſet in totum abſolui, vt dixi in §. *Matrimonium num.*9. vbi etiam quæ requirantur pro validitate matrimonij inter raptorem, & raptam, & Rot *part.*15. *recent. deciſ.*60. 162. *&* 305. *& part.*16. *deciſ.*250. in eadem cauſa, vbi ſemper pro nullitate matrimonij non ſeruata Concilij diſpoſitione contracti.

Quòd raptor etiam ſequuto matrimonio cum rapta, ac omnes illi conſilium, auxilium, & fauorem præbentes ſint ipſo iure excommunicati, ac perpetuò infames, omniumque dignitatum incapaces, & ſi Clerici fuerint de proprio gradu decidant; teneatur præterea raptor mulierem raptam, ſiue eam duxerit in vxorem, ſiue non, decenter iudicis arbitrio dotare; non tamen poſſit inter raptorem, & raptam conſiſtere matrimonium quamdiù ipſa in raptoris poteſtate manſerit, ſed ab eo ſeparata, & in loco tuto, & libero conſtituta valeat, *cap. fin. de rapt.* Concil. Trident. *ſeſſ.*24. *cap.* 6. *de reform. matrim.* Clar. §. *raptus num.*7. *cum addit.* Farinac. *quæſt.* 144. §. *Raptus num....* Cabal. *dict. caſ.*196. *num.*6. *&c.* vide in §. *Matrimonium num.*9. *in fine*, vbi quomodo intelligatur diſpoſitio prædicta Concilij Tridentini, & latè Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.*334. *vol.*1. Recc. *Collect.*82. *&* 539. Rot. *part.*14. *recent. deciſ* 498. *per tot.* vbi etiam qualiter probetur raptus, & quòd puella virgo in dubio præſumitur violentata, quando fuit de loco ad locum traducta.

Quòd crimen raptus non requirat ad ſui eſſentiam copulam carnalem, & raptor, qui non cognouit raptam, non puniatur pœna ordinaria, nec dicatur raptus vbi volens pro matrimonio abducitur, nec quando virgo vltrò ſequitur, licèt fuerit ſtuprata, niſi præceſſerint preces,

Sed.

Seſſ. deciſ.94. Farinac. quæſt.145. num.198. Ricc. Collect. 539. Ioſeph. Feliu. in Margar. var. concluſ. verb. Raptus fol.60.

9 Raptores mulierum qualiter in flagranti deprehenſi poſſint impunè occidi à parentibus, & conſanguineis mulieris rapiendæ, vide Farinac. quæſt.145. §. Raptus num.... Vulpin. ibidem in ſuo num. 2. Viui. com. opin. 679. num. 1. Tob. Non. conſ.109. Decian. tract. crimin. lib.8. cap.8. num.2. & cap.9. num.24. & 25. vbi etiam de aſſiſtentibus, & auxilium raptui præſtantibus, & cap.10. vbi de nutricibus, ſeruis, & alijs conſilium, & perſuaſionem præſtantibus, ac de receptatoribus, ſequitur Anton. de Ballis tract. var. lib.3. caſ. 1. num.69. &c. Conciol. reſol. crimin. verb. Occiſio reſol.4. & dixi in §. Stuprum num.5. in fine, §. Sodomia num.11. & §. Homicidium num.25. in fine.

10 Raptor bonorum quis dicatur, quomodo puniatur, & quid ſit rapina, Tuſch. littera R. concluſ.3. & 4. Ricc. Collect.972. vbi quando poſſit excuſari ab excommunicatione hodie reſeruata in Bulla Cœnæ Domini, quæ excommunicatio prouenit, ex cap. excommunicationi de rapt.

Ao autem rapina ſit delictum grauius furto, vel è contra furtum grauius rapina, & an delictum publicum, vel priuatum, Thom. Triuiſ. deciſ.25. per tot. lib.2. vbi plura hincindè, & conciliat opiniones contrarias Bartoli, & Marſilij.

Alia de raptu, & rapina remiſſiuè Ægid. Caſteion. in Alphabet. iurid. verb. Raptus.

11 De raptu, & rapina bonorum, vel mulierum aliqua notat Bertachin. in Repertor. verb. Rapina, Raptor, Stephan. Daoyz. in ſuo indice, Berlich. part.5. concluſ.68. Creſp. de Valdaur. obſeruat.66. Panimol. deciſ.62. cæterique (vltra Caſteion.) relati à Com. Auguſt. Fontan. Biblioth. leg. part. 5. verb. Rapina, Raptus, fol.466.

12 De contractu matrimonij inter raptorem, & raptam, de eo, qui alienam ſponſam rapuit, & ad alium ſtatum deduxit, quomodo criminaliter, & ciuiliter agi poſſit, an cauſa criminalis ſit præiudicialis ciuili ſuper nullitate matrimonij ex cauſa metus, ac de pœnis raptus, & an interim puella ſit ſequeſtranda, videndus Tondut. quæſt. canon.117. per tot. lib.1. & facit in quæſt.120. per tot. & quæſt. 184. part.3.

§. RATIFICATIO II.

1 RAtificatio contractus etiam validi celebrati abſente parte, notario ſtipulante, & cum iuramento, facta ab ipſo abſente non præiudicat tertio, qui interim ius acquiſiuit ſuper bonis illius, qui ſe fauore abſentis vt ſupra obligauit, ſed ille tertius ſemper remanet anterior, licèt quoad præiudicium promittentis, & ſucceſſorum illius vniuerſalium acquiratur ipſi abſenti ius irreuocabiliter, quod tamen non eſt reale, & formatum ante dictam ratificationem, ſed tantùm perſonale, Honded. conſ.25. per tot. Scapuc. de Saluian. lib.2. quæſt.16. num.12. Gratian. diſceptat. forenſ. cap.124. Altograd. conſ.28. ſub num.35. in Addit. lib.1. dixi in reſolut. cap.48. num.1. &c. & in hoc opere §. Donatio num.61. &c.

Quid ſi ratificatio, & quæ requirantur vt ſit valida, latè Tuſc. littera R. concluſ.8.

Quòd non præſumatur, ſed ab allegante ſit probanda, & ex quibus probetur, Maſcard. de probat. vol.3. concl.1255. per tot.

2 Ratificatio donationis factæ abſenti debet fieri per ipſum abſentem tempore habili, hoc eſt viuente donatore, & donatario, & non poſt mortem donantis, alias non ſuffragatur, & eſt generale, vt ratificatio ſit valida, debeat fieri tempore habili, hoc eſt infra tempus, intra quod actus, qui debet ratificari, fieri potuiſſet, quia fictio tranſlatitia non procedit, niſi ambo extrema ſint habilia, l. bonorum, ff. rem rat. hab. & l.1. ff. de appellat. recip. Cabal. conſ. deciſ.168. num.13. & ſeqq. lib.1. Diaz. reg. 638. Gratian. diſceptat. forenſ. cap.783. num.14. cap.768. num.9. Clar. §. Donatio quæſt.13. Genu. de ſcriptur. priuat. lib.4. tit. de lib. rat. num.112. fol.197. vbi quòd ratificatio eorum, quæ ſcripta ſunt ad fauorem alicuius in libro rationum priuati, eſt facienda viuo adhuc ſcribente, vt contra illum probet, facit quòd dixi in §. Littera num....

Quòd ſi donatio ſit facta per nuncium, vel per epiſtolam abſenti directam, ratificatio fieri debeat vtroque viuente, & quare iſto caſu, Sperel. deciſ.170. num.48. & ſeqq. Dian. part.8. tractat.6. reſolut.95. 98. & 101. per tot.

Quod in præiudicium ipſius donantis, & illius ſucceſſorum vniuerſalium poſſit fieri ratificatio etiam poſt mortem donantis, Altograd. conſil. 37. num. 37. lib.2. Gratian. deciſ.39. num.9. &c. vbi quando valeat acceptatio, ſiue ratificatio facta poſt mortem donantis, cum Addit. & benè Surd. deciſ.111. & 206. per tot. Dian. loc. cit. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 86. num. 14. & ſeqq. vol.1. Ludouiſ. deciſ.82. num.4. vbi de veriori in terminis legitimationis.

Quòd etiam valeat poſt mortem donantis, quando intercesſit ſtipulatio Notarij, de veriori opinione teſtatur Sperel. deciſ.81. num.35. &c. Cabal. dict. conſ.168. num. 15. & 16. lib.1. Dian. dict. reſolut.101. vide in §. Donatio num.66.

Quòd in præiudicium donantis, & hæredum poſſet fieri ratificatio poſt mortem donantis, & donatarij, latè probat ex profeſſo Sperel. deciſ.169. & 170. per tot. quicquid ſecus ſit in præiudicium tertij, cui interim ante ratificationem eſſet ius quæſitum, latè idem Sperel. deciſ.171. per tot. & in his terminis alias firmaui in reſolut. cap. 48. num.3.

Quòd acceptatio facta per primum donatarium, omnibus ſucceſſiuè vocatis ſuffragetur, per text. in l. quoties 5. de donat. quæ ſub mod. Rot. part.14. recent. deciſ.536. num. 187. & eſt votum deciſiuum D. Hieronymi Gaſtaldi.

3 Ratificatio non eſt attendenda poſt ius quæſitum alteri, & re non integra, & debet fieri debito tempore, in quo ſcilicet actus geri poſſet, Gratian. diſceptat. forenſ. cap.710. num.2. &c. cap.768. num.9. Sperel. deciſ.171. num.15. & ſeqq. & num.45. & ſeqq. vbi quòd ratificatio retrotrahitur ad tempus contractus in præiudicium ipſorum contrahentium, non autem in præiudicium tertij, cui medio tempore ſit ius quæſitum, quod benè ibidem declarat, vide infr. num.5. &c. Tuſch. litt. R. concluſ.21. per tot. Rot. part.9. recent. deciſ.157. num.7. & 8. Greg. deciſ.233. num.2. Coſta tract. de retrotract. cap.8. caſ.2. num.10. &c. de re integr. diſtinct.27. per tot. Buccafer. conſ.104. lib.1. vbi de ratificatione geſtorum à procuratore ſine mandato, & dixi in §. Nullitas num.31.

4 Ratificatio donationis etiam onus admixtum habentis inducitur ex oblatione, & depoſito facto ad effectum onus implendi, ac etiam ex ſcientia, & taciturnitate donatarij probata, ita vt donatio vndequaque fiat irreuocabilis, Altograd. conſ.37. num.8. &c. lib.2. & conſ.38. num.7. 11. & 12. eodem lib.2.

Multa de ratificatione donationis ex ſignis, & coniecturis, Gratian. deciſ.39. per tot. & de ratificatione legitimationis nullæ, etiam poſt mortem Patris, & retrotrahatur ad initium, Ludouiſ. deciſ.82. per tot.

Et ex ſcientia rei fauorabilis, Sperel. deciſ.81. num.19. &c. deciſ.172. num.57. &c. vbi etiam quomodo præſumatur ſcientia, vel probetur ex coniecturis, Beltramin. ad Ludouiſ. deciſ.97. num.8. latè Rot. part.9. recent. deciſ.40. num.22. & ſeqq. & deciſ.356. num.9. & 10. dict. part.9. & part.13. deciſ.89. num.2. vbi de ratificatione conſtituti ex ſcientia, & vtilitate illius, & part.18. deciſ.640. num.4. & ſeqq. vbi quòd ſine ſcientia donationis non poteſt induci ratificatio in donatario, etiam in donatione merè lucroſa, & deciſ.642. num.14. vbi quòd etiam ſi præſumeretur ſcientia donatarij, non inde arguitur præſumptio illius acceptationis, & ratihabitionis, ne præſumatur ſcientia, & ex ſcientia aſſenſus, atque ita detur fictio fictionis, & præſumptio præſumptionis, & part.19. deciſ.343. vbi quòd in actibus merè lucratiuis ratificatio reſultat ex ſola ſcientia, ſecus verò in odioſis, & præiudicialibus, in quibus requiritur expreſſus conſenſus.

Quòd ratificatio inducatur ex ſcientia præſumpta ob lapſum temporis, à veriſimilibus, & communiter accidentibus, ex commodo percepto à contractu, ex venditione eiuſdem rei poſterà alteri facta, cùm nemo præſumatur vendere, quòd ſuum non eſt, & plus ſit facto, quàm verbis ratificare, Caualer. deciſ.100. per tot. Mart. Medicin. deciſ.58. num.32. & ſeqq. vbi quomodo, & ex quibus inducatur ratificatio, Rot. part.2. diuerſ. deciſ.88. num.13.

Quòd inducatur ex ſcientia rei fauorabilis, quæ quando
deficeret, poſſet agi vtili actione, ex *l. quoties, C. de do-
nat, qua ſub med.* & ita reſpondetur ad id quòd nullum ius
ſit quæſitum abſenti ante ratificationem, & ſufficiat ſtipu-
latio Notarij abſque alia acceptatione, Soccin. iun. *conſ. 67.
lib. 3.* Surd. *deciſ. 111.* cum alijs per Canaler. *deciſ. 18. per
tot.* dixi *in reſolut. cap. 48. num. 1.* intellige prout ibi contra
donantem, & eius hæredes, non autem contra tertium,
vide in §. *Donatio num. 60.*

Vigore ſtatuti Florentini *lib. 2. Rub. 39.* non eſt neceſ-
ſaria ratificatio, vbi agitur de acquirendo abſenti, quia il-
li acquiritur abſque ratificatione, vel ceſſione, Ma-
gon. *deciſ. Florent. 117. num. 28. in fine*, dixi *in cap. 48.
num. 8.*

Quando, & ex quibus factis inducatur ratificatio, vel
non, Tuſch. *litt. R. concluſ. 11. & ſeqq.* Maſcard. *de probat.
vol. 3. concluſ. 1255. per tot.* Merlin. *deciſ. 347. & deciſ. 384.*
vbi ex certa ſcientia rei fauorabilis, Rot. *part. 14. re-
cent. deciſ. 513. num. 7. & ſeqq.* vbi quòd ſecus eſt ſi ha-
beat onus admixtum, nam in re poſſibiliter damnoſa non
inducitur ratificatio ex ſimplici ſcientia, *& deciſ. 524. in
eadem*,

5 Ratificatio actus nulli facta ab homine non præiudicat
tertio, qui interim ius acquiſiuit in bonis ratificantis, ſed
tantùm ipſi ratificanti, Gratian. *diſcept. cap. 124. num. 22.
&c. cap. 772. num. 4.* Montan. *de tut. cap. 33. num. 516. &
ſeqq.* Surd. *deciſ. 245. per tot.* Spercl. *deciſ. 155. num. 8.* Tuſc.
litt. R. concl. 24. per tot.

Et operatur ſolùm vt ex nunc, incipiendo ſcilicet vim
habere à tempore ratificationis, & non vt ex tunc retro-
trahendo illam ad tempus actus nulliter geſti, Gratian. *di-
ſcept. forenſ. cap. 957. num. 18. &c.* benè Montan. *loc. cit.*
Altograd. *conſ. 23. & 44. &c. lib. 1.* vbi loquitur de ratifi-
catione appellationis, Tuſch. *littera R. concluſ. 22. & 24.
per tot.*

Quòd ratificatio actus ipſo iure nulli non retrotrahatur,
ſed tantùm ſuſtineatur de tempore ratificationis, in qua
ideò tamquam in actu nouo, & nullam dependentiam ha-
bente à primo nullo, poſſit apponi qualitas benè viſa;
ſi autem ratificetur actus, qui ab initio non fuerit ipſo iu-
re nullus, retrotrahitur ratificatio, quaſi inueniat princi-
pium conſeruatiuum, & non dicatur nouus actus, ſed
dependens à primo roborato ex ſuperueniente conſenſu,
& nihil poſſit addi in præiudicium illorum, quibus fuit
iam quæſitum, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 963. num. 4.*
Spercl. *deciſ. 155. num. 60. &c.* vide Tuſch. *litt. R. concluſ.
21. per tot.* vbi plura, an & quando ratificatio retrotra-
hatur, vel non, Surd. *conſ. 75.* Honded. *conſ. 83. num.
43. lib. 2.* Gabr. *conſ. 9. lib. 1.* Ludouiſ. *deciſ. 82.* vbi in
terminis ratificationis legitimationis nullæ, *& deciſ. 395.*
vbi in terminis ratificationis matrimonij nulli, vt non poſ-
ſit retrotrahi, nec fieri, niſi repetitis ſolemnitatibus à
Concilio requiſitis, Coſta *tract. de retrotract. cap. 8. caſ.
4.* vbi latè, an & quando ratihabitio retrotrahatur ad
diem contractus, vel ſuſtineatur tantùm ex nunc, vt no-
uus actus,

6 Ratificatio inducta à lege, etiam per actum hominis,
retrotrahitur ad tempus geſti, ſicut etiam quando non
agitur de actu prorſus nullo, ſed per ſuperuenientem
conſenſum reconualidabili, vel quando impedimentum
prouenit ex parte, vel facto obligantis, ſeu actum ge-
rentis, nam his caſibus non impeditur extremorum con-
iunctio, & fit retrotractio etiam in præiudicium tertij,
cui interim eſſet ius quæſitum, vt benè probat Bardel-
lon. *conſ. 188. num. 5. & per tot. lib. 2.* vide Tuſch. *dicta
concluſ. 21. per tot.* facit quòd dixi in §. *Hypotheca
num. 35.*

7 Ratificatio vt poſſit valere ſaltem in vim noui pacti,
quando actus erat nullus, debet eſſe ex certa ſcientia cum
omnibus qualitatibus tam in iure, quàm in facto, aliàs ſi
quis approbet actum nullum, quem validum putabat,
comperta nullitate ſibi non præiudicat ratificatio tamquam
erronea, Cabal. *reſolut. crimin. caſ. 286. num. 58. &c.* vbi
loquitur in laudo, & ſententia, Gratian. *diſceptat. fo-
renſ. cap. 513. num. 11. & 30. cap. 565. num. 46. &c.* Du-
ran. *deciſ. 459. num. 9.* Bardellon. *conſ. 162. num. 10. &c.
lib. 1.* Tuſch. *littera R. concluſ. 18. per tot.* Paul. Chriſtin.
deciſ. 2. num. 50. & ſeqq. vol. 5. Rot. *part. 13. recent. deciſ.
368. vel 370. num. 18. & ſeqq. in Rauennaten. releuatio-
nis*, vbi etiam quòd ſi non operatur expreſſa ratificatio,
tantò minus prodeſt tacita, & quòd ſtante dolo præſum-
pto à ſtatuto ob non ſeruatas ſolemnitates, non intrat ra-
tificatio expreſſa, nec tacita, *& deciſ. 400. num. 20. &
ſeqq.* in eadem cauſa, & poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.
48. num. 8. & deciſ. 49.* Rot. *part. 16. recent. deciſ. 130.
num. 21. & ſeqq.* vbi quòd non inducitur ratificatio, ni-
ſi probata plena ſcientia nullitatis tum facti, tum iuris,
nec ſufficit præſumpta, ſed certa, & explicita requiri-
tur cum omnibus ſuis qualitatibus, *& part. 17. deciſ.
352. num. 20. & ſeqq.* Franciſc. de Angelis *tract. de con-
feſſ. lib. 2. quæſt. 58.* Rot. *part. 18. recent. deciſ. 42. num. 10.*

De ſcientia ſpecifica vnà cum omnibus qualitatibus pro-
banda, vt inducatur ratificatio, nec ſufficere præſumptam
ſcientiam, Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ. 208. num. 8.* Gra-
tian. *diſceptat. forenſ. cap. 752. num. 16. &c. cap. 768. num.
11. &c. cap. 823. num. 19. &c. & cap. 824. num. 52. &c.*
Magon. *deciſ. Florent. 9. num. 26.* Tuſch. *dict. concluſ. 18.
per tot.* Rot. *part. 13. recent. deciſ. 479. num. 15. & ſeqq.* vbi
etiam quòd nec ratificatio inducitur, quando actus, ex
quo deducitur, & reſultare poterat, fuit aliàs neceſſarius;
nam tunc tamquam factus ad alium finem non inducit ra-
tificationem, quæ non infertur ex actu aliquo, niſi quan-
do actus ille non potuit fieri citra ius, & nomen ratifi-
cationis, Bich. *deciſ. 157.* vbi quòd non ſufficiunt actus
æquiuoci, ac etiam requiruntur ſolemnitates aliàs ne-
ceſſariæ.

Quòd requiratur lectura actus ratificati cum omni-
bus qualitatibus, idem Gratian. *cap. 499. num. 32. &c.*
vbi latè quando ex ſola ſcientia, & non contradictione
inducatur ratificatio, *cap. 699. num. 13. &c. cap. 831. num.
17. &c.* Montan. *de tut. cap. 33. num. 549. &c.* Sanfelic.
deciſ. 128. num. 5. &c. vbi quòd non ſufficit ſcientia,
ſed requiritur lectura actus ratificandi, vel ſaltem de-
clarati, & vulgari ſermone, Ludouiſ. *deciſ. 311. num.
15. & 16.*

Ratificatio numquam intelligitur facta, niſi de illis, 8
quæ lecta, & perſpecta fuerunt; vnde approbatio laudi,
ſententiæ, vel ſimilis ſcripturæ facta per ſubſcriptionem
folij albi, & nondum ſcripti, non præiudicat, cùm ſit fa-
cta ignoranter, & nemo præſumatur ſuum iactare,
Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 162. per tot.* Duran. *deciſ.
552. num. 5. &c. deciſ. 200.* vide §. *Laudum num. 13. & in
§. Scriptura num. 9.* Tuſch. *littera R. concluſ. 19. per tot.* vbi
quod ratificari non poteſt Laudum antequam ſcratur, vel
publicetur, nec operatur clauſula, *ex nunc, prout ex tunc*,
facit Sanfelic. *deciſ. 128. num. 5. & ſeqq.* Cabal. *conſ. deciſ. 8.
per tot. lib. 1.* vbi quòd ratificatio laudi futuri, ſiue ferendi
ſemper intelligitur quatenus fuerit iuſtum, & æquum,
aliàs non nocet, ne arbitrio, vel arbitratori detur mate-
ria delinquendi.

Ratificatio actus geſti contra formam iuris, & ſtatu- 9
torum, non admittitur, ſed tantùm quando actus pec-
cauit in conſenſu, quia tunc propter illius ſuperuenien-
tiam conualidatur, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 933.
num. 15. &c. & cap. 124. num. 22. & ſeqq.* latè Tuſch. *littera
R. concluſ. 24. per tot.* Rot. *part. 11. recent. deciſ. 324. num.
16. &c.*

Non operatur etiam conſenſus ſuperueniens quan-
do ille requirebatur determinato tempore, Ricc. *Col-
lect. 937.*

Poteſt fieri ratificatio, vt valeat tanquam nouus actus,
ſed requiritur omnis ſolemnitas, & forma neceſſaria in
primi actus celebratione, Altograd. *conſ. 36. num. 15. &c.
lib. 1.* vide *in §. Actus nom. ſupra num. 5. &c.* Tuſch. *d.
concl. 24. per tot.* vbi plura ad hoc propoſitum, quando &
qualiter poſſit actus nullus ratificari, vel non, Rot. *part.
11. recent. deciſ. 324. num. 16. & 17.* vbi plures deciſiones
concordantes allegat, *& part. 13. deciſ. 408. num. 7.* vbi
quòd ſicut ab initio non poteſt fieri contractus ſine ſolem-
nitate, ita nec etiam ratus haberi, quia ratificatio reconci-
liat ea, quæ pendent ex animo, non autem ea, quæ pen-
dent ex aliqua ſorma; vel ex alia potentia exteriori, Rot.
part. 14. deciſ. 193. num. 14. vbi quòd in ratificatione actus
nulli, omnes ſolemnitates requiruntur quæ in ipſo actu
principali debuiſſent interuenire, Anton. de Ballis *tract.
var. lib. 5. tit. de cenſ. quæſt. 3. fol. 275.* vbi de cenſu nullo,
vt non poſſit ſuſtineri per ratificationem, niſi omnia neceſ-
ſaria ex integro interueniant.

Ratificatio non inducitur vbi contractus fuit ſimula- 10
tus, quia non meretur nomen contractus, ſicut nec quando

la-

laboret duplici vitio nullitatis ſcilicet, & læſionis, Montan. *de tut. cap. 33. num. 567. & ſeqq.*

Nec etiam in contractu meticuloſo, Rot. *part. 18. recent. tom. 1. deciſ. 54. numer. 6.* vide in §. *Metus*, & §. *Proteſtatio*.

11 Ratificatio, quæ non poteſt expreſsè fieri, nec tacitè facta valet, & requiri omnes ſolemnitates neceſſarias in actus confectione, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 981. num. 44. &c.* Sperel. *deciſ. 91. num. 52.* vbi quòd ſolemnitates neceſſariæ in expreſſo conſenſu, ſunt neceſſariæ etiam in tacito.

Quòd approbatio teſtamenti præiudicialis, approbanti, non poſſit fieri à muliere, vel minore ſine ſolemnitatibus ſtatutarijs, Rot. *part. 13. recent. deciſ. 275. num. 20.* vide in §. *Teſtamentum*, *num. 31.*

12 Ratificatio tacitè facta à minore poſtquam factus fuerit maior, iuxta *l. fin. C. ſi maior fact.* non obſtat de iure canonico ſtante mala fide illius, qui ſecum contraxit, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 823. num. 27. &c. cap. 824. num. 49. &c.* vbi etiam de ſcientia neceſſaria, Magon. *deciſ. Luc. 13. num. 30.* idem Gratian. *cap. 513. num. 4. &c. deciſ. 102. num. 12. &c.* vide in §. *Minor*, *num. 13.* Rot. *part. 18. recent. deciſ. 447. num. 17. & 18.* vbi quòd ratificatio procedit quando aliqua deficit ſolemnitas, nec dolus interuenit, ſecùs autem ſi cauſa legitima deficiat, & dolus ſiue manifeſtus, ſiue præſumptus deducatur.

Quòd vbi ſtatutum præſumit dolum, non intret dicta tacita ratificatio, Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ. 260. num. 13.* vbi tamen quòd contrarium latè defendit Menoch. *de recuper. remed. 15. num. 178.* niſi adſit dolus verus. Sed idem vt ſupra quod ſufficiat dolus præſumptus à ſtatuto ad excludendam ratificationem firmat Ludouiſ. *deciſ. 473. num. 18. & 19.* & Beltramin. *ibidem num. 24.* & de ratificatione expreſſa, vel tacita, verbis, factis, aut ex temporis curſu, plenè Cabal. *conſ. deciſ. 144. per tot. lib. 1.*

In quibus caſibus locum habeat tacita ratificatio, vel non ex lapſu temporis, vide *gloſſ. in d. l. fin.* Alciat. *reſponſ. 164.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 291. num. 97. & ſeqq. vol. 1. & deciſ. 180. vol. 3.* Merlin. *deciſ. 444. num. 13. &c.* vbi quod non procedit quando cauſa legitima defuit in alienatione, *& deciſ. 575. num. 31. &c.*

Non etiam procedit niſi in minore probetur ſcientia nullitatis tam in facto, quàm in iure, non obſtante quocumque temporis lapſu, & quod agatur de contractu ab ipſo minore celebrato, quicquid nonnulli contradicant, Vrceol. *Conſult. forenſ. cap. 63. num. 29. & ſeqq. vol. 2.* latè Rot. *part. 9. recent. deciſ. 262. num. 14. & ſeqq. & part. 11. deciſ. 98. num. 7. &c.*

Quòd ſtante dolo verò aduerſarij non poſſit induci hæc tacita ratificatio, Montan. *de tut. cap. 33. num. 519. &c.* Gratian. *d. cap. 513. num. 12. &c.* Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ. 102. num. 12.* vbi videtur idem tenere etiam in dolo præſumpto reſultante ex enormiſſima læſione, & ſemper eſt neceſſaria ſcientia, & notitia huiuſmodi præſumpti, aliàs ſine illa numquam intelligitur remiſſus, & ſine remiſſione dicti doli, non poteſt induci tacita ratificatio, vt ibidem benè deducitur, & probat etiam Vrceol. *Conſult. for. cap. 44. num. 22. & ſeqq.* vbi alio modo limitat, & plures allegat *cum Addit. in fine vol. 2.* Pac. Iordan. *Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 13. num. 42. &c. fol. 203.* Rot. *part. 13. recent. deciſ. 139. num. 13. & ſeqq. & deciſ. 368. vel 370.* Merlin. *deciſ. 535. per tot. & deciſ. 646. num. 13. &c.* vbi limitat ſi defectus procedat ex alijs caſibus præter decretum, vel ſtante dolo etiam præſumpto à ſtatuto, vel ſtante ignorantia nullitatis, vel de iure canonico, vel quando non fuerunt ſeruatæ ſolemnitates ſtatuti, nam his caſibus non procedit dicta tacita ratificatio, de quibus etiam latè Rot. *part. 9. recent. deciſ. 262. num. 14. & ſeqq. per tot. & part. 10. deciſ. 80. num. 1. & ſeqq. & part. 11. deciſ. 98. num. 6. & ſeqq. part. 13. deciſ. 50. num. 9. & 10.* vbi quòd ratificatio non inducitur ex actu æquiuoco, nec deficiente ſcientia nullitatis.

Quòd per lapſum decennij præſumatur omnis ſcientia neceſſaria in minore, & muliere renunciante, adhoc vt inducatur ratificatio ſibi præiudicialis iuxta *l. 1. & 2. C. ſi maior fact.* Altograd. *conſ. 5. num. 87. lib. 1.*

Quòd longa taciturnitas poſſit obeſſe minori, ne agendo valeat amplius contractum impugnare, non verò illi adimat ius excipiendi de nullitate ſi ex contractu nullo conueniatur, Maluaſ. *conſ. 86. num. 21.* Rot. *part. 13. recent. deciſ. 400. num. 25.* vide in §. *Nullitas*, *num. 7.*

Item non eſſe neceſſarium probare ſcientiam nullitatis quando agitur de contractu ab ipſo minore celebrato, cum illa præſumatur in facto proprio, Conciol. *allegat. 6. num. 21.* & alij relati per Vrceol. *Conſult. for. cap. 63. num. 30. vol. 2.* vbi tamen ipſe tenet contrarium eſſe verius, & idem in effectu probat Rot. *part. 9. recent. deciſ. 262. num. 14. &c. & part. 10. deciſ. 80. & part. 13. deciſ. 139. num. 15. part. 15. deciſ. 324.* vbi quòd inducitur ratificatio ſi minor factus maior ſoluit vigore contractus nulliter ab eo celebrati.

13 Ratificatio æquiparatur mandato, quamuis ſpeciale requiratur, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 926. num. 19.* Rot. poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ. 99. num. 4. & 5.* Mart. Medic. *Exam. 35. num. 111. & 112. & deciſ. 58. num. 32. &c.* Rot. *part. 10. recent. deciſ. 244. num. 10. & 11. & deciſ. 261. num. 18.* Bich. *deciſ. 174. num. 3. &c.* vide in §. *Mandatum num.* latè Tuſch. *litt. R. concl. 20.* Merlin. *deciſ. 615.* vbi ex quibus deducatur huiuſmodi ratificatio, Ricc. *Collect. 2948.* Beltram. ad Ludouiſ. *deciſ. 295. num. 6.* vbi quod non ſufficeret ſi requiratur mandatum ab initio, vel pro forma, & alia.

Qualiter ratificatio tollat defectum mandati, & probetur ex obſeruantia, & executione contractus, ita vt tanquam ex facto reſultans ſit efficacior verbali, etiam ſi poſt terminum conuentum ſequatur, latè Rot. *part. 9. recent. deciſ. 291. num. 4. & ſeqq. per tot.*

Ex quibus autem excludatur ratificatio ad euitandum incurſum pœnæ, Bich. *deciſ. 195. per tot.*

Quòd ratificatio ſit ſuperflua, ſi ille, qui fecit actum nomine alterius oſtendat mandatum, & facultatem, Rot. *part. 13. recent. deciſ. 462.* niſi contrahens cum tali procuratore ſibi proſpexerit de ratificatione, quæ eſt vtilis, ne poſteà diù contingat litigare ſuper huiuſmodi facultate, & procuratorio, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 725. num. 10. &c.*

Qualiter ratificatio, ſeu melius ratihabitio retrotrahatur, & mandato æquiparetur, in præiudicium tamen ratificantis tantùm, & non tertij, Tiraquel. *de retract. conſang. §. 1. gloſ. 10. gloſ. in cap. 2. de pact.* Surd. *deciſ. 215. num. 6. & 8. cum alijs per* Ioſeph. Felin. *in Margar. var. concluſ. verb. Ratihabitio, fol. 61.* Caſtelon. *in Alphab. iurid. verb. Ratihabitio*, vbi plura remiſſiuè.

Quòd non fiat ratificatio niſi de eo, quod nomine ratificantis fuit geſtum, Tuſch. *litt. R. concluſ. 10.*

Quòd ratificatio geſtorum non operetur ſuum effectum, quando anteà iam fuit proteſtatum de mandato, & quare, Rot. *part. 9. recent. deciſ. 236. num. 11. & 12.* vide *part. 10. deciſ. 320. num. 43. & ſeqq.* vbi quòd verum, ſiue ratificatio ſequatur ante ſententiam, ſiue poſt ſententiam, niſi tamen mandatum probetur præſumptionibus, & coniecturis, nam tunc non obſtante quacumque proteſtatione validum eſt iudicium iuxta æquiorem opinionem, quam ſemper iure optimo amplecti Rotam ibidem pluribus citatis teſtatur, vide in §. *Mandatum*, *num. 1. & 3.* Rot. *part. 12. recent. deciſ. 4. num. 4. & ſeqq.* & dixi in §. *Nullitas*, *num. 31.*

14 Ratificatio aditionis hæreditatis quando inducatur, & impediat actionem aduerſus tutorem, qui adiuit ſine beneficio inuentarij, Gratian. *diſcep. 711. num. 54. &c.*

15 Ratificatio profeſſionis nullæ, non inducitur niſi data ſcientia nullitatis tam ex parte profitentis, quàm ex parte Religionis, Altograd. *conſ. 64. num. 65. &c. lib. 2.* Gratian. *diſcept. 440. num. 22. &c.* Dian. *reſol. moral. part. 6. tract. 7. reſol. 56.* vbi plures pro hac parte allegat. Sed contrarium tenere Rot. *in Vlixbonen. nullitatis profeſſionis 17. Maij 1641. coram Carrillo*, vbi latè de hac materia, & habetur penès eumdem Dian. *d. part. 6. in fine fol. mihi 237.*

Sed poſteà Rot. in eadem cauſa receſſit à deciſis prout conſtat *part. 9. recent. deciſ. 94.* vbi quòd licèt profeſſio nulla poſſit ex curſu temporis dici ratificata, tamen non procedit ſtantibus continuatis proteſtationibus, & lamentationibus, cùm expreſſus diſſenſus faciat ceſſare tacitum, & præſumptum conſenſum.

16 Ratificatio contractus quando inducatur ex receptione fructuum in partibus præiudicialibus, & requiratur ſcientia ſpecifica quòd ad qualitates præiudiciales, *idem* Gratian. *cap. 699. num. 13. &c.* Montan. *de tut. cap. 33. numer. 538.*

538. *&c.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 462. *num.* 6. vbi quòd inducitur ex fructuum exactione, etiam mediante procuratore facta, conſtito de ipſius mandato, *& part.* 14. *deciſ.* 59. *num.* 13. *&c.*

Quòd per receptionem partis implementi inducatur ratificatio actus nulli ob non implementum, Altograd. *conſ.* 85. *num.* 40. *lib.* 1.

Qualiter inducatur ratificatio per receptionem fructuum, & dicatur conditionalis, nec habeat effectum, niſi conditione impleta, qoando in huiuſmodi receptione fuit appoſita aliqua conditio, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 944. *num.* 13. *&c. num.* 51. *&c.* vbi plura de ratificatione, Montan. *de tut. cap.* 33. *num.* 516. *& ſeqq. ad* 573. vbi multos enumerat caſus.

17 Ratificatio contractos nulli inducitur per petitionem pretij, vel ſequeſtrationem, quando babuit effectnm, & non fuit impedita facto aduerſarij, cuius tamen contradictio non attenderetur ſi erat de iure neceſſaria, licèt etiam appellauerit ſi appellationem non ſuit proſequutus, quo caſu ſi etiam actor non proſequator petitionem, videtur facto proprio deſiſtere, & ratificare, licèt tunc non habuerit effectum petitio, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 704. *per tot.* Montan. *de tut. cap.* 33. *num.* 537. *& ſeqq.* Altograd. *conſ.* 1. *num.* 20. *&c. lib.* 1. vide in §. *Dominus*, *num.*.... §. *Minor*, *num.*... *&* §. *Venditio*, *num.*...

Qualiter inducatur ratificatio actus prius impugnati, quid uperetur, & alia, Tuſch. *litt. R. concluſ.* 25. *& ſeqq.*

18 Ratificatio ſcriptnræ, vel debiti, an, & quando inducatur per receptionem literatum, vel ſcripturæ de debito, & non contradictionem, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 999. *num.* 31. *&c.* vide in §. *Cantela*, *num.*...

Quòd inducatur ex litteris miſſiuis, ex ſolutione, & ſuſceptione termini ad ſoluendum, Caualer. *deciſ.* 139. vide in §. *Confeſſio*, *num.* 36.

19 Ratificatio renunciationis factæ à marito quomodo inducatut in vxore, requirat omnes ſolemnitates neceſſarias in ipſa renunciatione, quod generale eſt in omni ratificatione, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 565. *num.* 44. *&c.* Magon. *deciſ. Luc.* 13. *num.* 28. vbi quod tamquam nouus actus requirit omnes ſolemnitates.

20 Ratificatio contractus per filium geſti an inducatur in patre per receptionem mercium emptarum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 699. *num.* 19.

21 Ratificatio limitata, limitatum producit effectum non extenditur ad pacta, & capitula ſeparata à ratificatis, nec ad ignorata, idem Gratian. *cap.* 647. *num.* 4. *&c.*

Quando extendatur ad acceſſoria, & euunciata, Magon. *deciſ. Flor.* 9. *num.* 11. *&c. num.* 23. *&c.*

Quòd ratificatio non exteodat actum ratificatum ad ſpeciem non incluſam, & quando ſecus, Tuſch. *litt. R. concluſ.* 15. *per tot.*

22 Ratificatio actorum inducitur per illorum vſum, retrotrahitur, & æquiparatur mandato, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 706. *num.* 9. *&c. cap.* 944. *num.* 55. *&c.* Matt. Medicin. *Exam.* 35. *num.* 111. *&c. deciſ.* 58. *num.* 32. *&c.* Ricc. *Collect.* 3331.

Quòd geſta per falſum procuratorem poſſint regulariter ratificari, & quando ſecus, vide Socin. *reg.* 165. Gabriel. *concl.* 4. *de procurat.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 2. *num.* 127. *&c. fol.* 122. vbi etiam quando ex mandato ſubſequente inducatur tacita ratificatio.

Quando præſumatur ratificatio actorum, vide Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 39. Vant. *de nullit. tit. Qualiter ſent. poſ. à nullit. deff. num.* 101. *& ſeqq.*

Quòd ratificatio geſtorum à falſo procuratore, non poſſit fieri poſt oppoſitaio nullitatem, vel poſt ſententiam, cùm non retrottahatur, niſi ſit facta tempore congruo, Addit. ad Pract. Papp. *for. reſponſ. rei conuent. gloſ. Simonus Spelta num.* 5. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 573. *num.* 7 *& per tot.*

Quòd poſt ſententiam non valeat ratificatio, niſi in præiudicium ipſius ratificantis, quamuis multi teoeaot valere etiam ad commodum, Vant. *de nullit. tit. Qualiter ſent. poſſ. à null. deff. num.* 120. *& num.* 105. vbi ſequitur poſſe ratificari etiam ad commodum poſt ſententiam.

Plura ex quibos inducitur ratificatio, vel noo, Toſch. *litt. R. concluſ.* 11. *& ſeqq.*

Et quando præſumatur, vel non, idem Tuſch. *loc. cit. concluſ.* 14.

Ratificatio an requiratur iu teſtibus extrà locum tor- 23
mentorum quando fuerunt torti, Guaz. *deff.* 19. *cap.* 14. Cabal. *reſol. crimin. caſ.* 33. *num.* 1. *&c.* dixi in §. *Teſtes*, *num.* 16. vbi quod non, *&* §. *Confeſſio*, *num.* 58. vbi etiam de ratificatione delinquentium in tormentis coofeſſorum, Conciol. *reſolut. crim. verb. Tortura*, *reſol.* 19. *per tot.* vbi quòd iu confeſſione teorum emanata in tormentis, vel metu tormentorum eſt neceſſaria ratificatio extrà torturam, & locum tormentorum in die ſequenti, licèt noudum eſſeot lapſæ 24. horæ, ſecus autem in confeſſione ſpontanea, vel teſtium, ac etiam reorum io tormentis confeſſorum, quando fuiſſent reperti in flagranti, Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 3. *quaſt.* 17. *per tot.* Maioran. *in Opoprax. crimin. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 87. *& ſeqq. fol.* 254. vbi plura de ratificatione confeſſionis in tormentis, vel metu tormentorum emanatæ, & eius forma, ac de termino aſſignando ad ſe defendendum contra ſuam confeſſionem, quem terminum licèt reus non acceptauerit, debet iudex illius lapſum expectare, cùm non valeat renunciatio, ex quo uemo eſt dominus ſuorum membrorum, vt dixi in §. *Renunciatio*, *num.* 20. adde Zuff. *de legit. proceſſ. quaſt.* 190. *&* 191. vbi an ſufficiat ratificatio tacita reſultans ex non reuocatione, & qualiter ratificare oolens poſſit arbitrariè puniri, de quo dixi in §. *Tortura*, *num.*...

Ratificatio delicti adhoc vt noceat, non ſufficit ſimpli- 24
citer, ſed expreſsè fieri, debet vti nomine ratificantis perpetrati, & alia ad hoc propoſitum, ita vt non ſufficiat lætitia facta, & gaudium babitum poſt delictum, Raynald. *Sintax. rer. crimin. cap.* 7. §. 4. Bardellon. *conſ.* 123. *num.* 20. *&c. conſ.* 147. *num.* 31. *&c. lib.* 2. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 30. *fol.* 517. vbi ponit quatuor requiſita, nempè quòd delictum ſit factum oomine ratificantis, hoc eſt illins contemplatione, ſequatur ratificatio, ſit huiuſmodi naturæ, & qualitatis, vt poſſit per alium committi, & ratihabitio fiat tempore, quo delictum poſſet à ratificante patrari, & alia ad rem, tradit idem Iordan. *vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 2. *num.* 314. *&c. fol.* 133. Toſch. *litt. R. concluſ.* 10. *num.* 13. *&c. concluſ.* 28. *per tot.* Clar. §. *fin. quaſt.* 87. *in fine*, vbi tamen quòd onus probandi quòd nomine ratificantis nou fuerit geſtum ſpectat ipſi ratificanti probata ratificatione, quia ex ratificatione cenſetur ratum habere tamquam nomine ſuo geſtum, facit Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 115. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi de attentatis, quæ dicuntur commiſſa ab eo, qui ſciuit eius oomine facta, ſi ſtatim illis nou renunciauit, vide in §. *Attentata*, *num.* 20. Ludouiſ. *deciſ.* 525. vbi de ſpolio per procuratorem commiſſo qualiter cenſeatur ratificatum à domino, & illi obſtet.

Ratificatio promiſſa, vel conuenta in aliquo caſu, intel- 25
ligitur ſub conditione rei in eodem ſtatu permanentis, & non in caſu, quo aliquid de nouo contingat, nam tunc non poteſt promittens compelli, *l. boncrum* 2. *ff. rem rat. hab.* Rip. *in l. ſi vmquam*, *num.* 11. *C. de reuocat. donat.* Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 45. *num.* 1. *&c.*

Ratificatio donationis per minorem factæ, vel alterius 26
contractus inducitur ex tacitornitate per quiuqoennium poſtquam maior factus fuit iuxta *l. fin. C. ſi maior fact.* Sed procedit tantùm quando minor vellet agere pro repetitione rei donatæ, ſecus autem quando eſt reus, & excipiendo nullitatem allegat, vel non conſtat de ſcientia nullitatis, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 166. *n.* 8. *& ſeqq.* vide Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concluſ.* 1255. *num.* 14. *& ſeqq.*

Quòd ratificatio fieri poſſit etiam abſente patte, & abſente proſit, quia pendet ſolùm à voluutate ratificantis, Viu. *com. opin.* 680.

Ratificatio ſubſequens liberat eum, qoi contraxit nomi- 27
ne ratificantis, & perindè obligat ipſum ratificantem, ac ſi à principio contraxiſſet, cùm per ratificationem inducatur commutatio obligationis de perſona contrahentis in perſonam ratificantis, Bart. *in l.* 1. *in fine*, *C. de euict. pig.* Boer. *deciſ.* 80. *num.* 4. Capyc. *deciſ.* 93. Gram. *deciſ.* 103. *num.* 8. *&* 48. Oſaſch. *deciſ.* 58. *num.* 11. Afflict. *deciſ.* 285. Mohed. *deciſ.* 288. Sutd. *deciſ.* 245. vbi etiam an obliget ex nunc prout ex tunc quando actus erat nullus à principio, quos refert, & ſequitur Ioſeph Feliu. *Margar. var. concluſ. verb. Ratificatio*, *fol.* 61. *col.* 1.

De ratificatione, vt æquiparetur mandato, retrotra- 28
hatur, & alia plura notat Bertachin. *in Repert. verb. Ratificatio*, & remiſſioẽ Com. Auguſt. Foutan. *Biblioth. legal.*

part. 5. eod. verb. fol. 467. Que ſed. Pilo *contr. forenſ. cap.* 45. *per tot.* Ex quibus inducatur, & quid operetur ratificatio, Io. Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. part.* 2. *Reſponſ. Boſcol.* 2. *num.* 392. *cum pluribus ſeqq.*

29 An ex ſola acquieſcentia, & curſu temporis inducatur, vel requiratur ſimul etiam actus poſitiuus, & alia ad rem, Manſ. *Conſult.* 386. *lib.* 5.

30 Ratificatio actus, præſertim in minore, quam ſcientiam requirat, an retroitrahatur ad diem actus geſti, & alia, idem Manſ. *Conſult.* 439. *& ſeqq. lib.* 5.

§. REBELLIO. III.

1 REbelles quinam dicantur, quæ concurrere debeant, vt dicatur commiſſum crimen rebellionis, & quibus pœnis afficiantur, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 54. *per tot.* dixi *in Pract.* §. *Machinatoris per tot. &* §. *Rebellis per tot.* vbi plura vigore legum municipalium Florentiæ, & de iure communi, vide *l.* 1. 2. 3. *&* 4. *ff. & C. ad l. Iul. maieſt. vbi gloſ. & DD.* Afflict. *ſuper Conſtitut. Regn. tit. quæ ſint regal. verb. Et bona committentium*, Bart. *in Extrauag. Qui ſint rebelles*, Gigas *tract. de crim. laſ. maieſt.* Clar. & Baiard. *in* §. *Læſa Maieſtatis*, Boſſ. *eod. tit.* Guazzatel. & Addent. *deciſ.* 75. Card. Tuſch. *litt. M. concluſ.* 6. *cum pluribus ſeqq. litt. R. concluſ.* 44. *&* 45. Bardellon. *conſ.* 101. *lib.* 1. Farinac. *quæſt.* 112. *& ſeqq.* Peregr. *de iur. fiſc. lib.* 3. *tit.* 8. *&* 9. *per tot.* Gabriel. *com. concluſ. lib.* 7. *tit. de maleſ. concluſ.* 11. *per tot.* Scaglion. *in Pragmat. Regn. allegat. deciſ.* 3. *num.* 161. *& allegat.* 5. *num.* 8. *&* 9. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 88. *vol.* 1. *& deciſ.* 196. *vol.* 4. Ricc. *Collect.* 88. 1466. 2362. 2550. vbi plura de crimine læſæ maieſtatis, à quibus, contra quos, & quando committatur, vide in §. *Filius*, *num.* 38. *&* §. *Fiſcus*, *num.* 7. Conciol. *reſolut. crimin. verb. læſa maieſtas, reſol. vnic. & verb. Officialis, reſol.* 3. *per tot.*

2 Qua pœna ſint puniendi ſcientes, & non reuelantes Principi coniurationem ſeditionis, & tantò magis ſi à Principe interrogati illam negauerint, & de indicijs ſufficientibus ad probandam conſpirationem aduerſus Principem, plenè videndus Larrea *Alleg. fiſc.* 65. *&* 66. *per tot.*

3 Rebellis vt quis dici poſſit requiritur ſententia facti declaratoria, ita vt nec ſufficiat aſſertio Principis, etiam Imperatoris, vel Papæ nominantis aliquem rebellem, ſed opus eſt citatione, & cauſæ cognitione, niſi eſſet periculum in mora, quia tunc non ſeruatur ordo iuris, vel niſi ageretur de rebellione notoria facti permanentis; probatur etiam rebellio per ſcripturam, ſiue picturam in locis publicis factam de aliquo cum expreſſione cauſæ; non tamen diceretur, nec eſſet reputandus rebellis, qui coactè, & per metum rebellionis cauſam commiſerit, quia voluntas coacta propriè non eſt voluntas, & idem eſt ſi ad importunas alicuius Tyranni preces eſſet facta rebellio, quia metu Tyranni facta diceretur, vt benè declarat Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concluſ.* 1257. *per tot.*

4 De rebellione, & rebellibus plura notat Bertachin. *in Repert. verb. Rebellis*, Iul. Capon. *tom.* 4. *diſcept.* 255. *&* 258. alijque citati à Caſteion. *Alphabet. iurid. verb. Rebelles*, vbi refert multa Saluſt. *in Catilin.* quod cætera maleficia tunc ſint proſequenda, vbi facta ſunt: hoc autem niſi prouideris ne credas, vbi euenit, iudicium fruſtrà imploratur, Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *verb. Rebellio*, *fol.* 472. vbi indicat alios de materia tractantes.

§. RECEPTATIO. IV.

1 REceptatores bannitorum, quibus pœnis puniantur, qualiter, & ex quibus cauſis poſſint excuſari, Cabal. *reſol. crimin. caſ.* 287. *per tot.* vide in §. *Bannitus*, *num.* .... *&* §. *Statutum puniens*, *num.* 14. latè Tuſch. *littera B. concluſ.* 17. *& litt. R. concluſ.* 47. *per tot.* Sanfelic. *deciſ.* 343. *cum Addit. & deciſ.* 227. vbi de militibus, qui armata manu occultando foriudicatum, aſſociauerunt cum Armis, qua pœna ſint puniendi, & eadem pœna vltimi ſupplicij eſſe puniendos, plures refert, licèt poſteà ſequendo mitiorem partem concludat pro pœna arbitraria remigationis, adde D. Fului. Maioran. in *Opoprax. crimin. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 17. *& ſeqq. fol.* 76. Ant. Pichard. *Pract. Inſtit. part.* 3. *tit. de pœn. omn. delict. num.* 109. *fol.* 105. Coſta *de facti ſcient. & ignorant. Diſtinct.* 49 *per tot.*

Quòd dicti receptatores efficiantur ſubditi illius iudicis, per quem banniti receptati fuerant condemnati, & ab eo puniri poſſint, *per text. in l. nullum, C. de teſt.* Franch. *deciſ.* 470. Sanfelic. *deciſ.* 63. *num.* 7. *& deciſ.* 336. *num.* 48. *& in Praxi ſect.* 25. *num.* 48. dixi in §. *Bannitus*, *num.* 36. ac ita ſeruatum fuit nemine contradicente per Magiſtratum DD. Octo Florentiæ de menſe Octobris 1678. in cauſa contra Io. Baptiſtam Nicolai de Fabris, & alios, prout & alijs vicibus per anteà ſine vlla difficultate; licèt poſteà eodem anno de hoc fuerit dubitatum in alia cauſa contrà Philippum Dominici de Collina carceratum Terræ ſolis pro conuerſatione cum Franciſco à Lacu bannito per ſententiam dicti Magiſtratus, & facto verbo cum D. Auditore Fiſcali videbatur ſentire cauſam eſſe cognoſcendam per Miniſtros Terræ ſolis, in quorum iuriſdictione commiſſum erat delictum conuerſationis; ſed mihi non ſatisfaciebat, quia contempta erat iuriſdictio DD. Octo, à quibus proceſſerat prohibitio conuerſandi, cuius contemptus ratione ipſi debebant eſſe iudices, vt benè firmant præfati Auctores, vel vt verius puto poſſet eſſe locus præuentioni, vt eſt de mente ipſorum per *d. l. nullum, C. de teſt.*

2 Receptatores, & fautores delinquentium, ac etiam bannitorum, licèt ex ſanguinis coniunctione poſſint excuſari à pœna, tamen ſpeciale eſt in furtis, vt receptatores furum cum rebus furatis, non excuſentur, quamuis eadem pœna cum ipſis non puniantur, ſed mitiori ratione coniunctionis ſanguinis, niſi fuerint, & probentur verè participes furti peracti, quia tunc eadem pœna eſſent puniendi, vide Farinac. *quæſt.* 153. *num.* 75. *& ſeqq. & num.* 268. *& quæſt.* 182. *num.* 141. *& ſeqq.* Sanfelic. *deciſ.* 343. *per tot. cum plena Addit.* & dixi in §. *Furtum*, *num.* 6.

3 Receptare bannitos, eſt refugium abſcondendi cauſa præſtare, *l.* 1. §. *qui autem*, *C. de his qui latr.* vnde receptare non dicitur qui mittit litteras bona fide, & ignoranter, ſecus autem ſi doloſè, & ſcienter ſequuto effectu peruentionis litterarum; nec etiam qui momento loquutus fuit, vel ſemel tantùm dedit potum, vel vna nocte, vel non potuit capere, nec reſiſtere, nec euitare, dummodò poſteà Curiæ reuelauerit; nec qui receptaret filium, vel patrem, vel fœminam; & receptatio per ſe non eſt delictum, niſi adſit ſcientia banni, & dolus, ita vt non ſufficiat ſcientia præſumpta, ſed vera requiratur; probatur autem ſcientia, ſi conſtet ignorantiam eſſe affectatam, quæ talis dicitur, & non excuſat quando in Ciuitate erat notorium de banno tempore receptionis, vel ſi officialis fingeret non videre, vel ſi potuit ſcire, & noluit, ſicut etiam probatur ſcientia per teſtes de iudicio cum aliqua ratione, vel per teſtes ſingulares, de quibus omnibus Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *tit. de Officialibus receptantis bannitus*, *fol.* 329. vide in §. *Statutum puniens*, *num.* 14. *& ſeqq.* vbi plura de hac materia D. Fului. Maioran. *in Opoprax. crimin. cap.* 12. *num.* 17. *& ſeqq. lib.* 1. *fol.* 67. Coſta *de facti ſcient. & ignorant. diſtinct.* 49 *per tot.*

Plura de receptatoribus, & fautoribus malefactorum, & eorum pœnis, Fontanel. *deciſ.* 372. *&* 373. *per tot.* Conciol. *ad ſtat. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 54. *per tot.* cum Addit. Romaguer. qui pluries me citat, & alios modernos de hac materia tractante Bertachin. *in Repert. verb. Receptator*, Toro *Compend. deciſ. Neap. part.* 1. *&* 2. *eod. verb.* Gomez. *lib.* 3. *var. cap.* 3. *num.* 50. *& cap.* 5. *num.* 16. Iul. Capon. *tom.* 4. *diſcept.* 323. vbi de probatione, & pœna, alijque citati à Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Receptatores.*

4 Receptans delinquentem præſumitur particeps delicti ab eo perpetrati, quod verum eſt de quocumque delinquente, probata tamen ſcientia delicti in ipſo receptante, cùm alias præſumatur iſto caſu ignorantia, vel ſaltem probetur iuramento receptantis, niſi eſſet receptatus publicatus pro delinquente, vel bannito, quia tunc præſumitur ſcientia. Excuſaretur tamen receptans ratione coniunctionis ſanguinis, vel ſi eſſet hoſpes, qui omnes recipere tenentur, vel ſi fuiſſet vi, ſiue metu coactus, Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concluſ.* 1258. *per tot.* vide alios in locis ſupracitatis, & in §. *Auxilium.*

5 Receptans mulierem bannitam non tenetur ad pœnas impoſitas contra receptatores bannitorum, quia tunc ceſſat ratio bannimentorum, & alijs ex cauſis, vt latè probat Caluin. *de æquit. lib.* 1. *cap.* 41. *per tot.* vide in §. *Bannitus*, *&* §. *Statutum puniens*, *numer.* 17. *verſ. Nec in receptante.*

6 An receptans teneatur perquirere conditionem receptati, ſi ſit bannitus, vel malefactor, dic quod ſi bannitus ſit

pro

pro tali de more publicatus tenetur receptans, aliàs præſumitur ignorare, & alia vide per Felic. *allegat. part.* 1.

7 Quando receptatores poſſint eſcuſari, Gayl. *tract. de pace publ.* an ſub prætextu conſanguinitatis, vel magnæ amicitiæ, Vrſel. *concluſ.* 89. *num.* 194. *& ſeqq.* & alia ad rem indicat Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *verb. Receptans, fol.* 474.

§. RECONVENTIO. V.

REconuentio an, & quando admittatur in cauſis cri-
1 minalibus, vide Marant. *part.* 4. *diſtinct.* 6. *num.* 56. *& ſeqq.* Clar. §. *fin. quæſt.* 14. Guaz. *deff.* 3. *cap.* 10. *per tot.* Sanfelic. *deciſ.* 184. *num.* 9. vbi quòd non admittitur, Farinac. *quæſt.* 12. *num.* 23. *& quæſt.* 100. *cap.* 2. Coſta *de remed. ſubſid. remed* 120. *num.* 31. *&c.* Conciol. cum addit. Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 15. *per tot.* vbi citat me, & alios plures ſub *num.* 21. *&c.*

Quòd admittatur quando reus ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequitur, antequam illius nomen receptum ſit inter reos firmat cum Marant. Fenzon. *ad ſtat. Vrb. cap.* 67. *num.* 20. Gratian. *diſcept forenſ. cap.* 531. *num.* 80.

Hanc materiam tam in ciuilibus, quàm in criminalibus latè proſequitur Marant. *loc. ſup. cit.* Bart. *in auth. & conſequent. de ſentent. & interloc.* Lap. *alleg.* 3. & alij relati per Fenzon. *d. cap.* 67. *per tot.* Tuſch. *litt. R. concluſ.* 60. *&* 61. *per tot.* Ricc. *Collect.* 112. 1969. 2287. Coſta *d. remed. ſubſid.* 120. *per tot.* Peregrin. *deciſ.* 142. *per tot.* Sanfelic. *deciſ.* 184. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 209. *num.* 2. *& ſeqq. vol.* 5. *& ad leg. municip. tit.* 1. *art.* 24. *per tot.* vbi videtur tenere quòd in criminalibus non admittatur, ne ſit in poteſtate alicuius iniuria alium afficere, vt illum ſe vindicantem iudicis non ſui iuriſdictioni ſubijciat, vide in §. *Clericus, num.* 57. Valaſc. *allegat.* 16. *per tot.* vbi quòd Clerici non poſſunt pro crimine reconueniri coram iudice laico, ſiue reconuentio intentetur criminaliter, ſiue ciuiliter, ad Farinac. *quæſt.* 8. *num.* 100 *& ſeqq.*

De reconuentione in cauſa ciuili quando, & quomo-
2 do ſit permiſſa, vel non, Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 44. *per tot. & lib.* 2. *caſ.* 184. *per tot.* latè Soccin. *reg.* 412. vbi decem, & octo fallentias, ſiue caſus adducit, in quibus non habet locum reconuentio, plenè Tondut. *de præuent. part.* 2. *cap.* 58 *per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 4. *per tot.* Peregrin. *deciſ.* 142. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 280. *vol.* 1. *& deciſ.* 91. *num.* 7. *& ſeqq. vol.* 4. *& deciſ.* 94. *num* 6. *&c. vol.* 4. vbi qualiter poſſit fieri etiam poſt litem conteſtatam, poſt concluſum in cauſa, ac etiam in ſecunda inſtantia, quibus tamen caſibus pari paſſu non ambulat cum cauſa principali, & ita eſſe intelligendos DD. communiter aſſerentes, poſt litem conteſtatam reconuentionem non procedere, vt ſcilicet pari paſſu ambulet, ſed benè ſeparatim, idem Chriſtin. *deciſ.* 209. *num.* 2. *vol.* 5. latè Peregrin. *d. deciſ.* 142. Marcian. *diſput. for. cap.* 73. vbi qualiter admittatur in iudicijs duplicibus, Caluin. *de æquit. lib.* 1. *cap.* 78. *& lib.* 2. *cap.* 112. vbi plura, & an poſſit extendi iuriſdictio iudicis, coram quo facta fuit reconuentio ad diuerſam cauſam non ſuppoſitam poteſtati iudicis ex natura cauſæ, &c.

3 Quòd reconuentio fieri poſſit non ſolùm coram iudice ordinario, verùm coram delegato, Marant. *vbi ſuprà num.* 11. Gayl. *obſeru.* 35. *num.* 12. Pac. Iordan. *d. tit.* 4. *num.* 15. *& ſeqq.*

Non tamen procedit coram arbitris, *c. cum dilectus de arbitr.* Ricc. *Collect.* 1159.

Et an ſuper poſſeſſione quando agitur de proprietate, idem Ricc. *Collect.* 2753.

4 An autem cauſæ conuentionis, & reconuentionis poſſint vnica ſententia ſimul terminari, Capell. Toloſan. *quæſt.* 367. vbi quòd non, & refert varias opiniones.

Quòd imò ſententia ſit nulla ſi iudex cauſam conuentionis decidat, omiſſa cauſa reconuentionis, & ſic ſuper vtraque ſimul pronunciare debeat iudex, tenent aliqui, ſed verius eſſe debere quidem iudicem ſimul pronunciare, licèt omiſſa reconuentione, ſententiam non eſſe nullam, ſed opus eſſe appellatione, vel proſecutione reconuentionis coram eodem iudice, qui licèt fuerit appellatum à cauſa conuentionis deciſa, non habet ligatas manus quin poſſit etiam poſteà reconuentionem ſeparatim decidere, vide Giurb. *deciſ.* 2. *per tot.* vbi plures allegat, Caluin. *de æquit. lib.* 1. *cap.* 78. vbi quòd conuentionis cauſa terminari debet, omiſſa reconuentione, ſi de prima liquet, & non de ſecunda, & idem è contrà.

Et quòd à ſententia reconuentionis non appelletur, ſi cauſa conuentionis erat inappellabilis, & quare, idem Giurb. *deciſ.* 3. *per tot.*

Reconuentio non habet locum in cauſis ſummarijs, & 5
executiuis, neque poſt ſententiam, niſi agatur de conſimili cauſa ſummaria, quia vtraque lis, vel cauſa ſimul eſt tractanda, quòd fieri non poteſt, ſi vna ſit ſummaria, & alia plenaria, neque in executiuis, cùm reconuentio procedat tantùm vbi requiritur diſceptatio iudicij, quæ non datur in executiuis; & ceſſante reconuentione, ceſſat iuriſdictionis prorogatio; ita vt Clericus, qui per reconuentionem tenetur reſpondere coram iudice laico, non teneatur vbi non procedit reconuentio, cùm non poſſit fieri ſeparatio, vt reconuentio procedat quoad prorogationem iuriſdictionis, non autem ad hoc vt cauſæ ſimul tractentur, & ideò ſi non poſſunt ſimul tractari ob naturam cauſarum vt ſupra diuerſam, non etiam procedit iuriſdictionis prorogatio, (quicquid nonnulli contrarium aſtruant) vt benè probat, & iudicatum refert Sanfelic *deciſ.* 184. *per tot.* vide in §. *Clericus num.* 57. Viui. *com. opin.* 682. vbi quod ad effectum ſimultanei proceſſus non procedit reconuentio quando vna cauſa eſt ſummaria, & alia plenaria, nec quando fit poſt litem conteſtatam, & alia, vide per Ioſeph Felit. *in Margar. var. concluſ. verb. Reconuentio, fol.* 62. *&* 63. Cabal. *conſ. deciſ.* 49. *num.* 5. *& ſeqq. lib.* 2. vbi quòd in executiuis non procedit reconuentio, niſi in cauſa depoſiti, vel ſtante confeſſione partis, quibus caſibus tamen non eſt vera reconuentio, vt pari paſſu ambulet, & ſimul terminetur, ſed tantùm quoad ius fori, & effectum prorogationis iuriſdictionis.

Quamuis autem Clericus per reconuentionem regulariter efficiatur de foro ſæculari, vt dixi in §. *Clericus num.* 57. limitatur tamen non procedere ſi reconuentio fiat de re diuerſa, quæ nullam habeat connexionem cum conuentione, vel petitione, vt ſi Clericus petat à laico coram iudice ſæculari centum ex cauſa mutui, & reconueniatur pro commodato, quia tunc cùm cauſæ ſint diuerſæ debent diuidi, & Clericus ad ſuum iudicem remitti; item limitatur non procedere ſi reconuentio fiat ex cauſa criminali, etiam ciuiliter intentata, vel de re ſpirituali, ſiue illi connexa, vel propter quam poſſit Clericus carcerari, vel ſi fuerit lis affectata, ſiue procurata per laicum contra Clericum ad effectum reconueniendi, vel ſi reconuentio non fuit in principio litis oppoſita, vel ſtatim poſt conteſtationem; & in omnem caſum executio ſententiæ contra Clericum in cauſa reconuentionis latæ, ſiue in bonis, ſiue in perſona, non poteſt per iudicem laicum, ſed tantùm per Eccleſiaſticum fieri, prout hæc omnia comprobat Thom. del Bene *tract. de Immunit. Eccleſ. par.* 1. *cap.* 7. *dub.* 11. *ſect.* 1. *&* 2. *per tot. fol. mihi* 292. vbi tamen refert alios in aliquibus ex prædictis diſſentientes, Fontanel. *deciſ.* 309. 310. *&* 319. *deciſ.* 340. 343. *& ſeqq. & deciſ.* 449. *&* 450. vbi an, & quando reconuentio poſſit expediri ante conuentionem, & è contrà, Carleual. *de iudic. lib.* 2. *diſput.* 7. *per tot.*

De reconuentione plura tradit Bertachin. *in Repert. verb.* 6
Reconuentio, An procedat contra Clericum, ſi renunciet liti, in qua fuit reconuentus, negatiuè reſolutum refert Thoro *Comp. deciſ. Neap. part.* 1. *verb. Reconuentio.* Allegans Franch. *deciſ.* 349. & alios; An in remedio manutentionis, an in cauſa appellationis, & huiuſmodi, idem Thoro *loc. cit.* Non etiam procedit contra agentem nomine alieno, idem Thoro *d. compend. par.* 2. *verb. Reconuentio.*

De reconuentionibus, & mutuis petitionibus, Cancer. 7
var. lib. 2. *cap.* 13. Tondut. *de præuent. par.* 2. *cap.* 58. *per tot.* Larrea *deciſ.* 4. Andreol. *contr.* 188. Io. Anton. *ab Eccleſ. obſeruat.* 42. *par.* 1. Merlin. Pignatel. *contr. tom.* 2. *contr.* 23. *&* 24. Oliua *de for. Eccleſ. q.* 32. *par.* 3. alijque plures citati à Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Mutuæ conuentiones*, & Co. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. par.* 5. *verb. Reconuentio fol.* 479. *&c.*

§. REDVCTIO VI.

REductio ad arbitrium boni viri poſt laudum latum in- 1
fra quantum tempus ſit petenda, Pract. Pap. *libell. ad pæn. ex compromiſſ. gloſ. nec reductio.* Marant. *de appellat. verb.*

verb. Reductio, *num.* 124. Scacc. *de iudic. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 441. *& lib.* 3. *quaeſt.* 12. *num.* 174. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *num.* 654. *fol.* 581. vide in §. *Laudum*, *num....* latè Tuſch. *litt. R. concluſ.* 68. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 142. *num.* 5. *vol.* 2. vbi quòd vſque ad 30. annos, Ricc. *Collect.* 1616.

2 Reductioni prædictæ non poteſt renunciari, & ſi fuerit renunciatum intelligitur dummodò laudum ſit iuſtum, & æquum, alias ſecus, Pract. Papp. *loc. cit. nu.* 3. niſi adeſſet iuramentum, Euerard. *loc. à vi, & energ. iurament. n.* 65. Chriſtin. *d. deciſ.* 142. *nu.* 6. *vol.* 2.

Sed quòd poſſit peti reductio ad arbitrium boni viri, non obſtante quòd illi fuerit renunciatum cum iuramento, vbi interuenit dolus, gratia arbitratoris, vel læſio magna, Euerard. *loc. cit.* Marant. *part.* 6. *de appellat. nu.* 127. Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 286. *nu.* 80. Gratian. *diſcept. for. cap.* 524. *n.* 18. *&c.* Tuſch. *litt. R. concluſ.* 74. *per tot.* vbi ampliat ſi laudum fuerit ratificatum, & quando ſecus, & quòd nulla datur cautela, ſiue verborum conceptio, quæ excludat reductionem ſtante enormi læſione, de quo latè Donadeus *tract. de renunciat. cap.* 20. *per tot.*

Quòd reductio ad arbitrium boni viri nulla cautela poſſit euitari, Menoch. *de arbitr. caſ.* 73. *nu.* 1. Chriſtin. *d. deciſ.* 142. *nu.* 6. *vol.* 2.

3 Reductione prædicta petita, impeditur laudi executio, Marant. vbi plura *nu.* 12. vide in §. *Laudum*, *num....* latè Tuſch. *litt. R. concluſ.* 75. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 257. *nu.* 16. *&c. vol.* 1.

An autem, & quando ſit licitum appellare à iudice deficiente cauſam reductionis, Gratian. *deciſ.* 86. *per tot.* vide in §. *Appellatio*, *nu.* 24.

4 Reductio huiuſmodi eſt petenda coram iudice Eccleſiaſtico tanquam digniori quando Clericus, & laicus ſimul fuerunt arbitratores, Marant. *part.* 4. *diſtinct.* 11. *nu.* 18. *&c.* Roman. *conſ.* 265. *num.* 2. Dian. *part.* 4. *tractat.* 1. *reſol.* 54.

Ac idem eſſe in appellatione, Scacc. *de appellat. quaeſt.* 8. *num.* 101. Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *num.* 532. *fol.* 572. Dian. *loc. cit.* Ambroſin. *de immunit. cap.* 20. *num.* 6. Bonac. *in Bulla Cœnæ diſput.* 1. *quaeſt.* 16. *punct.* 5. *num.* 20.

Quòd imò ſit petenda coram iudice rei conuenti, & alias cauſæ competenti, non attentis perſonis arbitrorum, ſiue arbitratorum, maximè ſi factum fuerit compromiſſum vigore ſtatuti, Bartol. *in l. Societatem*, §. *arbitrorum*, *num.* 19. Thel. *deciſ.* 14. *num.* 11. *&c.* vide in §. *Iudex*, *num.* 37. latè Tuſch. *litt. R. concluſ.* 67. *per tot.* Couar. *var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 22. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 142. *num.* 8. *vol.* 2.

5 Alia plura de reductione ad arbitrium boni viri qualiter æquiparetur reſtitutioni in integrum, vel appellationi, quænam læſio requiratur, vt ei locus ſit, vel non, qualiter ſe gerere debeat iudex reductionis, an, & quando poſſit fieri ex nouiter deductis, quod non habeat locum in multis caſibus, & quibus, ac alia plenè Tuſch. *litt. R. concluſ.* 69. *& ſeqq. ad* 77. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 142. *& ſeqq. vol.* 2. Donad. *tractat. de renunciat. cap.* 20. *per tot.*

6 Reductionem ad arbitrium boni viri petentes tenetur probare laudum iniquum fuiſſe, cùm hoc ſit fundamentum ſuæ intentionis, quicquid alias pro laudo præſumatur, probatur autem iniuſtitia laudi ſi probetur dolum, vel latam culpam arbitratoris interueniſſe, & petitorem magnoperè læſum fuiſſe arbitrio iudicis in caſibus à iure non definitis, & alia ad rem, Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concluſ.* 1259. *per tot.*

7 De reductione ad arbitrium boni viri, quòd ſit ad inſtar appellationis, non poſſit tolli, an impediat executionem, intra quod tempus ſit petenda, & coram quo iudice, an admittat nouas probationes, an requirat probationem grauaminis, & alia notat Bertachin. *in Repert. verb. Reductio*, Io. Iacob. Laurent. *tract. de iudic. ſuſpect.* Ioſeph. Feliu. *in Margarit. var. verb. Reductio*, Scacc. *de iudic. lib.* 2. *cap.* 1. *de compromiſſ.* cæterique relati à Com. Auguſt. Font. *Biblioth. leg. part.* 5. *verb. Reductio fol.* 487.

§. REGVLA VII.

1 REgula Catoniana, quòd legata, quæ ab initio non valent, tractu temporis conualidari non poſſint iuxtà *l.* 1. *ff. de reg. Caton.* procedat tantùm in legatis, quorum dies cedit à morte teſtatoris, & non in eis, quorum dies cedit ab adita hæreditate, Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 237. *nu.* 10. *&c.* vbi infert ad plura.

De natura Regularum, de Regula Catoniana, & huiuſmodi, Bertachio. *in Repert. verb Regula*, Ioſeph. Feliu. *in Margarit. var concluſ. verb. Regula*, Vela *Differt.* 34. *nu.* 23. *&c.* Couar. *lib.* 2. *var. cap.* 5. Iul. Capon. *tom.* 1. *diſputat.* 53. alijque plures citati à Caſteion. *Alphab. Iuridic. verb. Regula*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *eod. verb. fol.* 498. *&c.* Io. Torre *de ſucceſſ. in Maior. & Primog. Ital.* in varijs locis, vt in Indice generali in fine *part.* 3. *verb. Regula*.

Item non habet locum de iure canonico, ſecundum quod ſufficit, vt ſtante voluntate teſtatoris quandocumque ſuperueniat habilitas, idem Gratian. *cap.* 895. *num.* 56. *&c.* Argel. *de acquir. poſſeſſ. quaeſt.* 3. *num.* 277. vbi etiam *num.* 289. quòd habet locum tantùm in legatis, non autem in hæreditate.

Regula quòd circuitus ſint vitandi, procedit ſolùm quando omninò ſunt inutiles, ſecùs ſi aliquam vtilitatem afferre poſſint, Magon. *deciſ. Flor.* 9. *nu.* 7. *et* 15. *etc.* Guttierez *de Gabell. quaeſt.* 47. *nu.* 17. 2

Quòd circuitus ſint vitandi, idem Magon. *deciſ. Flor.* 28. *numer.* 9. vbi ponit caſum, in quo erant omninò inutiles, & benè Barboſ. *de Axiom. iur. Axiom.* 43. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 263. *volum.* 1. vbi quòd inutiles ſunt vitandi, alias ſecus, & exemplificat in multis.

Regola de iure quæſito non tollendo, ceſſat quandocumque conſtat de voluntate Principis reſcribentis, Rebuff. *in prax. benefic. de reg. de non toll. iuſ. quaeſt. per tot.* Rot. in *Nouiſſ. part.* 3. *deciſ.* 11. *numer.* 26. *etc.* vide in §. *Princeps num.* Gibalin. *de ſcient. canon. tom.* 3. *lib.* 8. *fol.* 248. vbi probat regulam Cancellariæ de non tollendo ius alteri quæſitum, de qua latè Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 51. *per tot.* 3

Item ceſſat quando materia, ſuper qua cadit conceſſio, eſt de ſui natura præiudicialis, vt latè declarat Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 458. *num.* 7. *etc. num.* 21. *etc. cap.* 599. *num.* 11. *cap.* 940. *num.* 14. *etc. cap.* 992. *num.* 6. *etc.* Rot. *d. deciſ.* 11. *nu.* 25. & in ſelectis per Farinac. *part.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 174. *per tot.* vbi etiam *num.* 7. *et* 8. quòd ceſſat quando gratia fit ad publicam vtilitatem, cui ius tertij particulare cedere debet, ac quando ius tertij non eſt plenum, & radicatum.

Item non habet locum in iure quærendo, cui poteſt præiudicari, nec attenditur in conceſſione facta ad tempus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 458. *numer.* 21. *et* 24. *cap.* 548. *nu.* 12. *etc.*

Quomodo procedat in erectione Collegiatæ, & in quibus iuribus, & præeminentijs videatur præiudicatum Eccleſiæ Matrici, & quid de præcedentijs, idem Gratian. *cap.* 578. *per tot. cap.* 867. *nu.* 16. *etc.*

An habeat locum in officijs, Ricc. *Collect.* 1498. 4

Regula quòd incluſio vnius, ſit excluſio alterius quomodo procedat, latè Magon. *deciſ. Flor.* 67. *num.* 6. *et* 16. *et ſeqq. deciſ. Luc.* 58. *num.* 9. vbi *Addit. et deciſ.* 81. *nu.* 20. Barboſ. *de Axiom. iur. Axiom.* 123. *per tot. et in loc. comm. arg. loc.* 55. Ioſeph. Feliu. & Cerezo in *Margar. var. concl. litt. I. verb. Incluſio*, vbi octo modis limitat, *fol. mihi* 119.

Regula ſi non valet vt ago, valeat vt valere poteſt, & regula, quod potuit noluit, & quòd voluit adimplere nequiuit, quando locum habeant, Abb. & Felin. *in cap. cum ſuper de off. iud. delegat.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 647. *num.* 15. *etc. cap.* 699. *nu.* 28. *cap.* 809. *num.* 12. Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 318. *nu.* 4. Altograd. *conſ.* 9. *nu.* 14. *lib.* 2. vide in §. *Actus nu.* 12. *etc. et* §. *Contractus num.* plenè Tuſch. *litt. B. concl.* 133. *per tot.* Thom. Triuiſ. *deciſ.* 11. *nu.* 11. *lib.* 2. Coſta *tract. de re integra diſtinct.* 98. *per tot.* 5

Quòd vbi agitur de obligatione inducenda, ſi non valet quod ago, vt ago, nec valeat, vt valere poteſt, *l.* 1. §. *cum qui ff. de conſtit. pecun.* vbi Bart. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 159. *num.* 23.

Regula quòd multa facta tenent, quæ ab initio fieri prohibentur, quando præualeat alteri regulæ, quòd actus deueniens ad caſum, à quo incipere non poterant vitietur, & è contrà, Montan. *de tut. c.* 9. *nu.* 38. *et ſeqq.* Barboſ. *Axiom.* 93. *nu.* 30. *etc.* 6

Re-

Regula correlatiuorum, quòd vnum ſit illorum omnium iudicium, & diſpoſita in vno locum babeat in alio, procedit tantum in diſpoſitione legali, non autem in conuentionali, in qua non ſit extenſio de vno ad alterum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 740. *numer.* 25. *&c. ad* 39. Barboſ. *Axiom.* 61. *per tot.* vide in §. *Diſpoſitio num.* latè Gabriel. *comm. concl. tit. de leg. & Conſtit. concluſ.* 3. *per tot.*

Quòd ſtatutum in vno ex correlatiuis procedat etiam in altero ex identitate rationis, quamuis eſſemus in correctorijs, & exorbitantibus, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 920 *numer.* 11. *&c.* Barboſ. *alleg. Axiom.* 61. *numer.* 1. 2. *&* 3. Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 145. *num.* 24. *& ſeqq.* vbi limitat non procedere ſtante ſtatuto, quòd ſtatuta intelligantur ad litteram, omni tacito, & ſubaudito intellectu remoto.

Quòd vbi correlatiua vniformiter non ſe habent, nec eadem in vno militat ratio, quæ in alio, diuerſo iure tunc cenſeantur, Marcian. *diſcept. forenſ. cap.* 63. *numer.* 12. *&c.*

8 Regula connexorum, annexorum, & dependentium, eſt quòd de omnibus ſit idem iudicium cum ſuo principali, à quo diuerſo iure cenſeri non debent, & talia dicuntur, quæ tendunt ad perfectionem illius, vel veniunt in neceſſariam conſequentiam, & eius naturam in omnibus aſſumunt, Magon. *deciſ. Flor.* 89. *nu.* 10. *&c.*

9 Regula quòd nemo plus iuris poſſit in alium transferre, quàm ipſe habeat iuxtà *l. nemo plus iuris ff. de reg. iur.* fallit pluribus caſibus, vt in creditore vendente pignus, in tutore, curatore, procuratore, iudice, & ſimilibus, qui alienando in alios transferunt dominium, quod ipſi non habent, *l. non eſt nouum ff. de acquir. rer. dom.* latè Gratian. *diſcept. for. cap.* 777. *n.* 14. *&c.*

10 Regula qui ſentit commodum, debet ſentire incommodum qualiter ſit intelligenda, vide Gratian. *cap.* 916. *num.* 35. *&c.*

11 Regula ſi vinco vincentem te, tantò magis vincam te, procedit ſolùm vbi vtraque virtus venit ex eadem cauſa, vel eodem iure, & fonte, ſecùs verò quando ex diuerſa cauſa procedit, Rot. *in Imolen. ſucceſſionis* 7. *Maij* 1635. coram Mutman. *in Nouiſſ. part.* 7. *deciſ.* 43. *num.* 15. *&* 16. Barboſ. *de Axiom. iur. Axiom.* 226. *per tot.* vbi quomodo ſit intelligenda dicta regula, quam multis modis declarat, vide Tuſch. *litt. V. concluſ.* 208. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 113. *numer.* 35. *& num.* 43. *& ſeqq. ad* 54. *volum.* 1. Gabriel. *comm. concl. tit. de ſucceſſ. concl.* 4. Brun. *de ſtat. fam. excluſ. art.* 5. *quæſt.* 16. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 357. *numer.* 11. *& ſeqq.* vbi quòd dicta regula non procedit in ſtatuto iuris communis correctorio, nec quando victus vincitur ex diuerſo iure, nec quando vincens non ſuccedit in locum vincentis.

12 Regula ceſſante cauſa, ceſſat effectus, & remoto obſtaculo, res reuertitur ad ſuum ſtatum, habet locum ſolum in illis diſpoſitionibus, in quibus requiritur, vt ſemper cauſa exiſtat, ſecus verò in alijs, quæ aliquo tantùm tempore limitato, & ſemel cauſam requirunt, Rot. *in Bonon. ſucceſſionis* 11. *Maij* 1635. coram Motman. *in Nouiſſ. part.* 7. *deciſ.* 45. *num.* 15. *& ſeqq.* vide in §. *Cauſa nu.* 18. Ricc. *Collect.* 443.

13 Regula, quod tibi non nocet, & alteri prodeſt concedendum eſſe, iuxtà *l.* 2. §. *item varus ff. de aqua plu. arcend.* eo quia omnibus prodeſſe, & nemini obeſſe teneamur, qualiter ſit intelligenda, latè Tuſch. *litt. P. concluſ.* 863. *per tot.* vide in §. *Ædificare num.* 8.

14 Regulam habens pro ſe, dicitur habere intentionem fundatam, Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1261. quid ſit regula, & de nonnullis regulis Cancellariæ, Tuſch. *litt. R. concluſ.* 93. *& ſeqq.*

15 Regula de triennali poſſeſſore, vel annali, quid ſit, & quando procedat dixi in §. *Poſſeſſio n.* 50.

De alia regula de annali requirente expeditionem infrà annum, quando obſtet, vel non, Ludouiſ. *deciſ.* 532. *per tot.* Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 52. *per tot.*

De pluribus regulis Cancellariæ Regni Luſitani, & illarum declaratione, Thom. Valaſch. *allegat.* 77. *cum pluribus ſeqq.*

16 Regula plus valere quod agitur, quàm quod ſimulatè concipitur deſumpta ex *tit. C. plus valere quod agitur*, procedit inter ipſos contrahentes, & etiam eorum ſucceſſores quando ex contractu anteceſſorum ſuum obligati, alias autem ſecus, ſi obligatio oriatur ex proprio conſenſu, vt benè ratiocinatur Io: Franciſ. à Ponte *conſ.* 45. *n.* 18. *& ſeqq. lib.* 2. quem refert, & ſequitur Bich. *deciſ.* 452. *n.* 43. *&* 44.

De regula de iure quæſito non tollendo, & varijs quæſtionibus ad eam ſpectantibus, latè Tondut. *quæſt. canon.* 189. *&* 190. *per tot. part.* 3.

§. RELATIO, ſiue RELATIVVM. VIII.

Relatiuum quis, vel qui, quæ, quod, vel quid, adiectum verbo futuri temporis facit conditionem, *l. nuper. ff. de leg* 3. *l. ſticum qui meus erit ff. de leg.* 1. Magon. *deciſ. Luc.* 27. *num.* 16. *& num.* 38. vbi tamen quòd eſt tacita conditio, cuius implementum non adeò deſideratur, nec reddit actum conditionalem, vide in §. *Conditio num.* Tuſch. *litt. R. concl.* 127. *per tot.* Martha *vot. Piſ.* 170. *num.* 6. *&* 7. 1

Multa de huiuſmodi relatiuis, quòd habeant vim expreſſionis propriorum nominum copulatiuè, Gratian. *diſc. for. cap.* 468. *nu.* 70. *&c.*

An relatiuum, *qui* reſtringat, vide Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 213. *nu.* 2. *&c.* Martha *vot. Piſ.* 170. *num.* 6. vbi quòd adiectum ſine copula omninò reſtringit, & limitat orationem præcedentem.

Plura de vi relatiui ſine copula quòd reſtringat diſpoſitionem ad terminos relati, illamque conditionalem reddat cum omnibus qualitatibus relati, Ger. Spin. *conſ.* 100. *num.* 2. *&c.*

An relatiuum *quos* referatur ad omnes in præcedenti diſputatione nominatos, dic regulariter quòd ſic, niſi adſint orationes diuerſæ, & ſeparatæ, nam tunc refertur tantùm ad proximè nominatos, Altograd. *conſ.* 54. *n.* 5. 37. *&* 40. *lib.* 1. *& conſ.* 79. *n.* 35. *lib.* 2.

Quòd relatio fiat tantùm ad ea, quæ ſtant diſpoſitiuè, non autem ad ea, quæ ſtant ſolùm demonſtratiuè, idem Altograd. *d. conſ.* 54. *nu.* 115. *lib.* 1. Merlin. *deciſ.* 454. *nu.* 12. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 36. *nu.* 80. *& ſeqq.* vbi plura, ad quæ ſit facienda relatio, vel non.

Relatum dicitur eſſe in referente, & ſi de relato non conſtet, nulla fides oritur, nec probatio, niſi eſſemus in dependentibus à voluntate partium, quæ plenè, & explicitè appareat in diſpoſitione referente, ita vt de ea habeatur certitudo, Gratian. *diſcept. for. cap.* 501. *nu.* 16. *cap.* 508. *nu.* 26. *cap.* 551. *num.* 8. *cap.* 693. *num.* 1. *cap.* 718. *nu.* 11. *&c. cap.* 721. *num.* 34. *cap.* 828. *nu.* 28. *&c.* idem Gratian. *deciſ.* 144. *num* 22. *&c.* Ludouiſ. *deciſ.* 439. *per tot.* Magon. *deciſ. Luc.* 96. *num.* 8. *&c.* Tuſch. *litt. R. concl.* 128. vbi quòd relatum debet probari, & quando ſufficiat ſola relatio ad probationem relati, vel non, Paul. Chriſtin. 179. *vol.* 5. latè Merlin. *deciſ.* 432. *per tot. & deciſ.* 681. *num.* 5. *&c.* Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 505. *nu.* 4. *& ſeqq.* Vrceol. *tract. de tranſ. quæſt.* 61. *per tot.* vbi plura notabilia iuxtà prædicta Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 2. *quæſt.* 5. *per tot.* vbi an, & quando relatiua confeſſio probet ſine relato, vel non. 2

Quòd referens recipiat interpretationem, & reſtrictionem à relato, Altograd. *conſ.* 26. *num.* 76. *lib.* 1. & non probat referens non exhibito relato, etiamſi notarius atteſtaretur ſcripturam relatam vidiſſe, vel rogaſſe, Vrceol. *d. q.* 61. *nu.* 1. *& ſeqq.*

Quòd referens nihil plus continere poſſit, quàm ſit in relato, idem Altograd. *conſ.* 71. *numer.* 34. *lib.* 2. Merlin. *deciſ.* 681. *num.* 5. *&c.* vbi quòd fallit quando militat voluntas partium, & ratio abſurdi vitandi in contrarium, & quando partes habent facultatem diſponendi in referente; quod vltimum debet intelligi dum non conſtat de relato, nam ſi aliud appareat in relato, non eſt curandum de referente ad tradita per Franciſc. de Angel. *d. quæſt.* 5. *num.* 26. & alios infracitatos.

Quòd relatum ſit in referente cum omnibus ſuis qualitatibus, idem Altograd. *conſ.* 78. *num.* 21. *lib.* 2. Barboſ. *de Axiom. iur. Axiom.* 201. *per tot.* Tuſch. *litt. R. concluſ.* 129. *per tot.* vbi quòd relatum eſt in referente verè, & propriè, & quando ſecus, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 47. *num.* 5. *& deciſ.* 61. *num.* 1. *&c. part.* 13. *deciſ.* 264 *num.* 8. vbi quòd ſcriptura referens alteri relatæ cenſetur ineſſe, cuius proinde tenor, licèt aliter in referente foret diſpoſitum inſpici debet, & *deciſ.* 357. *nu.* 4. *d. part.* 13. *& deciſ.* 487. *nu.* 4.

vbi

vbi quòd renunciatio facta relatiua eſt eadem ac ſi ſpecialis, & indiuidua eſſet prout in relato, *& part.14.deciſ.29. num.7. & deciſ.281. num.15. &c.* vbi plura ſummatim de relato in referente, *& deciſ.536.num.80.& ſeqq.*

2 Quòd vbi apparet de certa diſpoſitione, vel voluntate, ſtante etiam poteſtate de nouo diſponendi, illa ſit attendenda, vbi non apparet de relato, ſecus autem ſi appareat de relato, nam tunc ſemper relatum eſt attendendum, & adeò dicitur eſſe in referente, vt ſi de illo appareat, & ſit nullum, influat etiam in diſpoſitionem referentem, & illam pariter nullam reddat, Altograd. *conſ.44.num.18. &c.lib.2.* vbi etiam *num.27. &c.* quòd ſi diſpoſitio referens ſit certa, & alio modo facta, quàm ſit in relato, & firmat tunc ſtari referenti abſque relato, ſi expreſsè conſtet, quem voluiſſet aliter diſponere, quàm ſit in relato, alias ſecus, Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.47. num.6.* vide Tuſch. *d. concluſ.128. per tot.* Merlin. *deciſ. 432. per tot.* vbi probat non obſtante relatione ad antiquum fideicommiſſum, fuiſſe aliud nouum fideicommiſſum inductum per diſpoſitionem relatiuam, quæ debet attendi, licèt non conſtet de relato, quando plus continet, & ſuppoſita poteſtate in diſponente, nam tunc relatio ſtat demonſtratiuè, & non limitatiuè, Rot. *part.17. recent. deciſ.16. num.11. & ſeqq.* vbi quòd relatio non ſe habet ad omnia in relato contenta, ſi ſolam ſpecialem prouiſionem contineat, ac attenditur referens vbi continet diſpoſitionem diuerſam a relato, quia relatum eatenus ineſt referenti, quatenus non refertur alio modo, quàm ſit in relato.

Quòd poſſit ſtari referenti ſine relato, intellige in diſpoſitione pura, & ſimplici, ſecus in conditionali, vt benè explicat Surd. *deciſ.337. num.11. lib.2.* Rot. *part.14.recent. deciſ.505.n.7.& ſeqq.* vbi vide, quia pulchra doctrina.

Quando referens continet certam, & perfectam orationem, & determinatam confeſſionem eius, de quo quæritus, probat etiam ſine relato, Surd.*conſ.540.num.5.* Puſſent.*ſingul.323.* Seraph. *deciſ.1083. num.3.* Rot. *part.7.recent.deciſ.24.num.10.& part.9. deciſ.182. num.10. & deciſ. 282. num.14. part.10. deciſ.213.num.7. &c.* vide Franciſc. de Angelis *d. quæſt.5. per tot.*

Quòd potius ſequendum, & attendendum ſit relatum, quàm referens, ſi ambo inter ſe pugnent, cùm relatum faciliùs præſumatur ab errore alienum, & originale magis attendatur, quàm copia, benè Rot.*par.16. recent.deciſ.262. num.3.& ſeqq. & deciſ.275.num 9.& ſeqq. & part.17. deciſ.73.num.8. & deciſ.354. num.2.* vbi quòd ſi plus reperiatur in referente expreſſum quàm in relato, præſumitur ex errore proceſſiſſe.

3 Relatio operatur, vt omnia cenſeantur expreſſa, prout in relato, quamuis fieret ad ſcripturam inualidam, & non ſolemnem, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.751.num.3. &c.* Rot. *part.2. diuerſ. deciſ.243. num.7.* vbi quòd omnia quæ ſunt in termino, ad quem ſit relatio, cenſentur repetita cum omnibus ſuis qualitatibus in termino referente, & benè probat Altograd. *conſ.6. num.22. lib.1. conſ.96. num.25. lib.2.* Caualer. *deciſ.94. num.7.* &c. Vrceol. *Conſult. for. cap.47. num.4.&c.* Tuſch. *litt.R. concluſ.126.* vbi plura quando relatiua diſpoſitio dicatur certa, & expreſſa, facit latè Larrea *Alleg.fiſc.93.* vbi de nouo conductore vectigalium cum qualitatibus, & conditionibus ſolitis, an teneatur ad ſummam, quàm vltrà pretium ſoluit alius conductor præcedens.

Si tamen expreſſio requiratur pro forma non ſufficit eam fieri implicitè per relationem ad aliud, Gratian. *diſcept.for.cap.973. num.11. & per tot.*

Quòd imò ſufficiat ad ſatisfaciendum formæ, & in materia ſtricta, maximè ſi relatio ſit ſpecialis, & ſingularis, quidquid ſit quando eſſet generalis, Magon.*deciſ.Luc.30. num.12.& ſeqq. & deciſ.32. num.50. & ſeqq.*

Relatum tamen reſpicit referentem in eo tantùm, quod iuſtum eſt, & ideò relationem factam in reſcripto, vel conceſſione Principis accipiendam eſſe de eo, quòd in relato iuſtè continetur, non quod iniuſtè vſurpatum eſt, probat Larrea *Alleg. fiſc. 74. per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ.cap. 397. num.41. &c.*

4 Relatio teſtis, & ſic diſpoſitio teſtis relatiua, non probat, niſi conſtet de relato, Gratian. *diſcept.forenſ.cap.721. num.34. &c.cap.957. num.50.*

Sufficeret tamen tenorem ſcripturæ, ad quam ſe referunt teſtes, eſſe notum ipſis teſtibus de illa deponentibus, Magon. *deciſ.Florent.103. num.15.*

Relatio non fit ad omnia, ſed tantùm ad illa, quæ ſunt 5 compatibilia cum expreſſis, & ſic non ad illud, quod fuit ſpecialiter prouiſum, Gratian.*diſcept.forenſ.cap.839.n.16. &c.* Ludouiſ.*deciſ.495. num.10.* Merlin. *deciſ.454. num.28. &c.* vbi quòd intelligitur præter expreſſa, cùm incongruum ſit per ſimplicem relationem, manifeſtam inducere contradictionem, Rot.*part.14. recent. deciſ.536. num.80. & ſeqq.* vbi plura de hac materia.

Item relatio numquam fit ad illud propter quod diſpoſitio fauorabilis reſtringeretur, & quæ ſui natura largè interpretatur, Alex.*conſ.213. in fine lib.2.* Menoch. *lib.4. præſumpt.47. num.7.*

Item non fit ad verba, quæ ſtant demonſtratiuè, vt ex Alex. & alijs docet Menoch. *loc.cit.num.8.*

Item non fit ad præcedentia quando actus vitiaretur, idem Menoch. *lib.6. præſumpt.4. num.6.*

Item non fit ad præcedentia, quæ habent propriam, & ſpecialem determinationem, Rot. *pluribus citatis, part.11. recent. deciſ.372. num.4.*

Item non fit ad remota, ſed tantùm ad proxima, Rot.*in Romana Primogenitura 7. Maij 1657.* coram Dunozetto *num.11.* penes Paul. Zacch. *Quæſt.Medic.Legal.tom.2. deciſ.99.* Bich. *deciſ.337. num.7.* Merlin. *deciſ.41. num,1.&c.* vbi quòd relatio eſt facienda ad id, quod immediatè dictum fuit, & non ad omnia ſuperiùs dicta, & tantò magis ſi alias ſequeretur abſurdum, & latiùs idem Merlin. *deciſ.263.per tot.* vbi quòd reſtringitur ad caſum, ad quem eſt facta, & non ad diuerſum, nec ad diuerſam orationem, nec ſi ſequeretur effectus contrarius menti diſponentis, nec ad acceſſoria, & loquitur in fideicommiſſo, Rot. *part.17. recent.deciſ.119. num.2. & ſeqq.* vbi quòd licèt regulariter fiat ad proxima, tamen poteſt fieri etiam ad remota, ſi conueniat qualitas à teſtatore requiſita.

Quòd fiat tantùm ad principalem diſpoſitionem, non autem ad ea, quæ ſtant acceſſoriè, nec ſi adſit incertitudo rei, ad quam ſit relatio, Merlin. *deciſ.454.n.11.&c.n.32.*

Quòd ſit facienda ad principalem diſpoſitionem, & illam totam qualificet, latè idem Merlin. *deciſ.564.n.3.&c.* vide *in §. Qualitas, num.9. in fine.*

Quod fiat ad omnia ratione vniuerſalitatis verborum, Rot. *part.11. recent.deciſ.118.num.3. &c.*

Relatio tamen cum ſpeciali prouiſione, ac determinatione ad aliquid ex contentis in relato, non ſe relatiuè habet ad omnia, Rot.*part.17. recent.deciſ.81. num.7.& 8.*

Relatio facta ad aliam ſcripturam operatur, vt confeſſio 6 referens non ſit pura, ſed conditionalis, quatenus ſcilicet ſcriptura illa, ad quam ſe refert ſit valida, & obligatoria, & vbi conſtat de relato, non poteſt ſeparari à referente, ſed vno ſublato, tollitur & alterum, & tunc diſpoſitio referens non attenditur, ſed relata, de qua conſtat cùm cenſeatur eſſe in referente cum omnibus ſuis qualitatibus, & vitijs, ita vt ſi diſpoſitio, ad quam ſit relatio ſit nulla, non etiam valeat referens, cùm videatur facta ſub præſuppoſito validitatis illius diſpoſitionis, ad quam ſe refert, vt latè probat Altograd. *conſ.44. num.11. & ſeqq. per tot.lib.2.* vide in *§. Confeſſio, num.20. & §. Obligatio, num.4.* Vrceol. *tract. de tranſact. quæſt.61. num.9. & ſeqq.* vbi quòd tranſactio facta cum ſuppoſito exiſtentiæ alicuius fideicommiſſi, quòd verè non extabat, reputatur erronea, & ex defectu conſenſus corruit, niſi contineret principalem diſpoſitionem ex ſe independenter à fideicommiſſo relato, vt ibidem benè diſtinguit, & declarat, adde Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.2. quæſt.5. per tot.*

Quòd in vna ſcriptura contineatur omne id, quòd adeſt in alia, ad quam ſit relatio, Gratian. *diſcept.forenſ. cap. 877. num.11. &c.*

Ita vt nihil ſit alteratum niſi iuxta qualitates relati, idem Gratian. *cap.937.n.13. &c.cap.946.* vbi quòd potiùs attenditur relatum, quam referens.

Nec referens plus poteſt operari, quàm ſit in relato, Magon. *deciſ.Luc.25.num.54. in fine.*

Et quòd referens ſe ad aliquas ſcripturas cenſeatur habere notitiam eorum, quæ in ſcripturis continentur, Rot. *part.14. recent.deciſ.393.num.9.*

Enunciatio tamen ſimpliciter facta de aliqua ſcriptura, vel inſtrumento abſque clauſulis relatiuis, nihil commune habet cum relatione, neque relationem importat, Bich. *deciſ.644. num.1.&c.* Rot. poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ. 89. num.9.*

Regula prædicta, quòd referens non probet ſine relato

to (vltra prædictas declarationes) limitatur etiam in reſcriptis, priuilegijs, inueſtituris, aut alijs verbis narratiuis Principis confirmantis, vel referentis, quia illi creditur abſque iuſtificatione, vel exhibitione relati, & generaliter quando etiam inſertus eſt tenor per extenſum rei relatæ, data tamen in partibus facoltate diſponendi, & ſtante oratione perfecta; probat etiam in antiquis, & in alijs caſibus ſupra relatis Cyriac. *contr.3.num.19.* cum alijs pluribus citatis per Vrceol. *in tractat.de tranſact.quæſt.61. per tot.*

Alia de vi relationis remiſſiuè tradit Ægid. de Caſteion. *in Alphab iurid.verb.Relatio*.

8 De relatione, & relatiuis, ac de relatione nuncij citantis, & huiuſmodi plura notat Bertachin. in *Reper.verb. Relatio*, *& Relatiuum*.

9 Quòd valeat relatio nuncij de citatione domi facta, etiam non adiecta clauſula, *ſolitæ habitationis*, Franch. *deciſ.322.* Thoro *Compend.deciſ.Neapolit.part.1.verb. Relatio*, vbi etiam de relatione citationis factæ domi alterius, in qua citandus habitabat, & de relationibus cauſarum, de quibus etiam in *part.2.eodem verb.* Et quò ad relationea citationum, vide per me notata in §. *Citatio*.

10 Quòd relatio operetur, vt res proprijs, nominibus expreſſa cenſeatur, & relatiuum non referatur ad omnia quando adijcitur qualitas, quæ non competit omnibus, & quamuis relatio debeat fieri ad proximiora, non procedat quando ita commodè fieri non poteſt, Ioſeph.Feliu. *Margarit. variar. concluſ. verb. Relatio*, Rot. *part.17. recent. deciſ.211. num.4. & ſeqq.* vbi quòd relatio non tantùm fit ad proxima, ſed etiam ad omnia, & remota, quando determinatio in fine poſita eſt generalis, & æquè omnibus, etiam remotis congruit, & eatenus tantùm ad proximiora fit, quatenus ad omnia fieri nequeat.

11 De relato attendendo, quod ſit in referente cum ſuis qualitatibus, quando etiam relatum produci debeat, Andreol. *contr.312.n.30. & ſeqq.* Caſtill. *de tert. cap.5. per tot.* & alia ad rem indicat Com. Auguſt.Fontana *Biblioth. leg. part.5. verb. Relatum*, *& Relatio*, *fol.503. &c.* vbi etiam de relationibus nunciorũ quoad citationes, & huiuſmodi.

12 De relatione, & relato habeotur plura etiam apud Io. Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital.* in varijs locis, *vt in Indice generali in fine*, *part.3. verb. Relatio*, *Relatum*, *&c.*

§. RELIGIO IX.

1 Religionis, vel religioſorum appellatione, quinam veniant, cumpluribus illationibus exinde factis, latè Barboſ. *de appellat. verb. ſignific.appellat.233.per tot.*

Quòd religio ſit vna, continens plures ſpecies, ſiue ordines, & alia, Tuſch. *litt. R. concluſ.131. & ſeqq.* Suarez *tract.de Relig. tom.3.per tot. & tom.4. tract.9. per tot. fol. 296. & ſeqq.* vbi plura de varietate religionum in genere, & in ſpecie.

Qualiter ſit fauendum Religioni, & piæ cauſæ, Tuſch. *loc.cit. concluſ.133. & ſeqq.*

2 Religioſi etiam Mendicantes, & Capuccini quamuis poſſint eſſe teſtes in teſtamento, & ita ſeruetur de conſuetudine, vt probat Surd. *deciſ.129.num.1. &c.* Ricc.*Collect.* 3093. Clar. *in §.Teſtamentum*, *quæſt.55.* Farinac.*quæſt.61. num.126.* Theſaur. *quæſt. for. lib.4. quæſt.35.* Rodriquez *regul.lib.3. quæſt.71.art.2.* & alij per Capyc.Latr. *deciſ.10.per tot.cum Addit.* vbi quòd ita fuit plories iudicatum, reprobata opinione aliorum contrarium tenentium, & etiam ſine ſuperioris licentia.

Tamen in iudicijs non poſſunt teſtificari ſine licentia ſuperioris, & ſi de facto teſtificentur, non valet teſtimonium, Addit. ad Pract. Papp. *for. iuram. teſt. gloſſ. proteſtante*, Rot. *part.2. diuerſ. deciſ.577. num.12.* Magon. *deciſ.Luc.9.num.18.* vide Carol. de Graſſ.*de effect. Cler. effect. 10. per tot.* Sperel.*deciſ.50.per tot.* vide Ricc.*d.Collect.*3093. *vbi plura*.

Nec ſufficit, quòd notarius dicat: talis Clericus examinatos de licentia, &c. ſed debet huiuſmodi licentia expreſsè in actis apparere, Guaz. *ad def.cap.2.num.8.&c.* Sperel.*deciſ.50.num.3.&c.* vbi etiam quòd ſtante dicta licentia, poſſunt clerici, & alij religioſi iurare in manibus iudicis ſæcularis, nec eſt neceſſe, vt iurent in manibus perſonæ Eccleſiaſticæ, prout aliquando perperam prætenſum vidi, niſi talis adeſſet in loco conſuetudo.

Sed quòd iurare debeant in manibus iudicis Eccleſiaſticis videtur firmare Pac. Iordan. *Lucub. vol.3. lib.14. tit.19. n.56.fol.381.* ex Farinac.*quæſt.78.n.78.* intellige vbi adeſſet huiuſmodi conſuetudo, alias ſecus vt ſupra.

Quòd quando agitur de ſuſtinenda depoſitione iam facta, non attendatur omiſſio dictæ licentiæ, & valeat depoſitio, Abb. *in cap. cum nuncius, & in cap.1.de iurament. calumn.* Euerard. *loc.à ſeruo*, *ad Monach.num.6.* Fab. *in §. Teſtes*, *Inſtitut.de teſtam.* Gratian. *diſcept.forenſ. cap.738. num.41. cap.910. num.17.&c.* Marc.Medic. *deciſ.95.n.12. & ſeqq.* Sperel. *deciſ.50. num.14. & ſeqq.* Farinac. *quæſt.61. oppoſit.12. & 14.* Pac.Iordan. *Lucub. vol.3. lib.14. tit.18. num.590. in fine*, *fol.334.* Sanfelic. *deciſ.262.* vide in §. *Clericus num....*

An verò ſententia pro Religioſo, qui ſine conſenſu Abbatis litigauit ſit nulla, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.153. num.6.vol.2.* vbi concludit quòd ſic.

Quod plus fidei habere dicantur religioſi, quàm laici, *c. Monachus 77.diſtinct.* Menoch. *de arbitr.caſ.98.num.5.&c.* Magon. *deciſ.Luc.9.n.21.* vide in §. *Clericus num....*

Religioſi Mendicantes, licèt non poſſint poſſidere bona 3
immobilia tanquam propria, vt Ieſuitæ, & ſimiles, tamen poſſunt illa capere, & vendere abſque vlla ſolemnitate ad effectum prouidẽdi eorum neceſſitatibus, ſicut etiam nulla ſolemnitas requiritur quando alienantur bona alicuius ingredientis, & profeſſi pro ſolutione debitorum, Gratian.*diſcept.forenſ.cap.202.n.37.&c.* vide in §. *Monachus n.5.*

Qualiter Religioſis, & Monialibus ſit prohibita munerum largitio per Bullam Clementis Octaui, cuius ratio eſt ne Monaſteriorum bona dilapidentur, & ambitionis occaſio detur, latè Dian. *reſolut. moral.part.1. tractat.6. per tot.* vbi plures dubitationes benignè reſoluit à ceſſatione rationis prædictæ, & huiuſmodi, vide in §. *Abbas*, *num.7.& §. Lex*, *num.2.* vbi an dicta Bulla ſit vſu recepta.

Religioſi S. Dominici, & S. Auguſtini ex priuilegio poſ- 4
ſunt abſque beneplacito Apoſtolico alienare, hypothecare, cenſus imponere, & ſimilia facere pro vtilitate Monaſterij vſque ad ſummam redditus ducatorum centum pro quolibet anno, Gratian.*diſcept.forenſ.cap.202. num.19.&c.*

Religioſus decedens intra annum probationis, an, & 5
quando præſumatur voluiſſe bona ſua acquiri Monaſterio, vel agnatis ſuis, Menoch. *lib.6.præſumpt.84.per tot.* vbi plores caſus diſtinguit, & de *arbitr.caſ.436.num.9.& ſeqq.ad 20.* vide in §. *Monaſterium num....*

Religioſi omnes, ſiue maſculi, ſiue fœminæ, non poſſunt 6
emittere profeſſionem ante decimum ſextum annum expletum, nec ante completum annum probationis poſt ingreſſum, & habitum aſſumptum, alias profeſſio eſt nulla ad quoſcumque effectus, Concil. Trident. *ſeſſ.25.de regul. cap.15.* Menoch. *de arbitr. caſ.56.per tot.* vbi quinam ſint exempti ab huiuſmodi decreto, vide in §. *Ætas*, *num.10. & §. Tempus*, *num.10.* Suarez *de Relig. tom.3.lib.5.* vbi plura de ingreſſu Religionis, & Nouitiato.

Qualiter per interruptionem anni Nouitiatus annulletur profeſſio, vel non, latè Rot. *part.13.recent.deciſ.14.per tot.* Sanſelic.*deciſ.349.num.2.& ſeqq.* Suarez *loc. cit. cap.15. per tot.fol.258.&c.*

Religioſi volentes reclamare à profeſſione tanquam 7
nulla, non debent habitum dimittere, ſed intra quinquennium à die profeſſionis cauſas nullitatis adducere coram Superiore ſuo, & Ordinario, Concil.Trident. *ſeſſ.25.cap. 19.de regul.* latè Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.413. per tot. cap.440. num.25. & per tot.* vbi etiam quando profeſſio ſit nulla, & vide in §. *Monaſterium*, *num.1.* Tamburin. *de iur. Abbat. tom.3. diſput.6. quæſt.25. & 26. per tot.* Suarez *de Relig. tom.3. lib.6. per tot.* vbi plenè de profeſſione religioſa.

Et quando præſumatur facta profeſſio per delationem habitus vltrà annum, Ger. Spin. *conſ.1. per tot.* latè Sanfelic. *deciſ.349. per tot.cum Addit.* vbi de coniecturis tacitam profeſſionem probantibus, Suarez *loc.proxime cit.& lib.7.per tot.* vbi de profeſſione inualida, quibus modis poſſit eſſe inualida, habeat aliquos effectus, an, & quomodo liceat ſtatum Religioſum relinquere poſt factam profeſſionem nullam, & de quinquennio à Concilio Tridentino præſcripto.

Religioſi Regulares non poſſunt ad laxiorem religio- 8
nem tranſire, Concil. Trident. *d.cap. 19.* intelligendo ſine iuſta cauſa cognita, & ſine conſenſu conuentus, nam ex iuſta, & legitima cauſa, de qua conſtet, hoc illis

quan-

quandoque permittitur, an autem ſit neceſsaria diſpenſatio Papæ, vel ſufficiat licentia ſui Generalis, quid in foro exteriori, vel in foro conſcientiæ, & alia, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 434. per tot.* vide in §. *Monachus num.* 8. Tuſch. *lit. R. concluſ.* 140. *& ſeqq.* vbi quæ dicatur latior, vel ſtrictior religio, ex quibus cognoſcatur, & an poſſit fieri tranſitus de vna ad aliam religionem, latè Aſcan. Tambur. *de iur. Abbat. tom.* 3. *diſput.* 7. *per tot.*

Qualiter religioſi corripiantur, & puniantur à ſuo Prælato, Tuſch. *lit. R. concl.* 147. vide in §. *Monachus, num.* 9.

An, & quando religioſi profeſſi poſſint iuſtè à Religione expelli, & alia ad rem, Suarez *de Relig. tom.* 4. *lib.* 3. *cap.* 4. *&c. fol.* 213. *&c.*

Multa dubia circa Regulares tractat, & reſoluit Dian. *part.* 3. *tract.* 2. *per tot. vſque ad* 136. *reſolut.* Suarez *tract. de Relig. per tot.* vbi plenè, & Tambur. *de iur. Abbat. &c.*

9 Religioſi profeſſi licèt ſacris ordinibus non initiati, qualiter æquiparentur Clericis in ſacris conſtitutis quo ad priuilegium fori illudque non amittant, niſi pluribus concurrentibus dixi in §. *Monachus, num.* 11. *&* §. *Clericus, num.* 76.

10 Religioſi qualiter poſſint eſſe executores teſtamentorum, maximè ad pias cauſas, cùm licentia tamen ſuorum Superiorum, à quo Superiore ſit petenda, huiuſmodi licentia, & alia plura, Dian. *reſol. moral. par.* 8. *tract.* 5. *reſolu.* 8. *& ſeqq. ad* 26.

11 Religioſi facientes ingredi fœminas intra ſua Monaſteria, vel Clauſtra excommunicantur, & priuantur beneficijs, atque dignitatibus iuxta Bullam Gregorij VIII. incip. *Vbi gratia*, de qua Rycc. *Collect.* 4218. vide in §. *Mulier, num.* 44. & latè Thom. del Bene *de Immun. Eccleſ. par.* 2. *cap.* 19. *dubit.* 72. *cum decem ſequentibus*, vbi etiam à quibus poſſint abſolui, & an dentur caſus permiſſi, ac pariter de pœnis mulierum ingredientium, &c. *fol.* 278. *& ſeqq.* Suarez *de Relig. tom* 4. *lib.* 1. *cap.* 7. *fol.* 28. *&c.*

12 Religioſi Societatis Ieſu quomodo recipiantur, de illorum inſtitutis, votis, miniſterijs, profeſſione, regimine, & huiuſmodi plenè Suarez *de Relig. tom.* 4. *tract.* 10. *per tot. à fol.* 382. *vſque ad* 794.

13 De Religione, & Religioſis varia notat Bertachin. *in repertor. verb. Religio*, aliqua tangit Ioſeph. Feliu. *in Margar. variar. concluſ. verb. Frater, num.* 34. *& verb. Religio*, plura remiſſiuè Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Religio vera, falſa*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. par.* 5. *verb. Religio, fol.* 506. *&c.* Sed de Religione, & Religioſis videndi ad ſaturitatem Suarez *de Relig. tom.* 1. 2. 3. *&* 4. *per tot.* Pellizar. *in Manual. Regular. per duos magnos tom.* in quibus agit de ſtatu Religioſo in communi, de Regularium Nouitiatu, profeſſione, votis, obligationibus, prohibitionibus, pœnis, priuilegijs, gubernatione, ac de monialibus, & huiuſmodi, & alij ab ipſis citatis, & faciunt plura per me notata in §. *Abbas*, §. *Monachus*, §. *Monaſterium*, & alibi opportunè, Carol. Anton. Theſaur. *de pœn. Eccleſ. par.* 2. *verb. Profeſſio, cap.* 1. 2. 3. 4. *& per tot.* vbi de profeſſione emiſſa ante annum Nouitiatus, vel ante annum decimum ſextum, vel alias fraudolenter, & in *verb. Religioſus per* 15. *capita, fol.* 284. *&* 287. *ſeqq.* Valer. *de different. vtriuſque fori, verb. Regularis, differ.* 1. *& ſeqq.* vbi an, & quando profeſſio poſſit annullari, vel ſuſtineri in vtroque foro; An Monachus factus Epiſcopus eximatur à iugo ſuæ Regulæ; an poſſit ſe ſubijcere ordinario loci ſine licentia ſui ſuperioris; an teneatur ad debita; an recedens, vel ſe transferens ad aliam Religionem recuperet donata primo Monaſterio, & poſſit ſecum portare ſcripta typis imprimenda, & alia vide in §. *Monachus*.

De Religioſis Ordinum Militarium multa Mendo *tract. de Ordin. Militar. per tot.* & in Indice *verb. Religio*, & de alijs Religioſis Regularibus, maximè quo ad audiendas confeſſiones, idem Mendo *in Elucidat. Bulla Cruciata diſput.* 22. & alibi, *vt in Indice, verb. Regulares, & in tract. de Iur. Academ. vt in Indice, verb. Religioſi, &c.*

14 Religioſi qualiter, & ſub qua pœna non poſſint accedere ad quæcumque Studia litterarum, extra Clauſtra ſuæ Religionis habitando, ſine licentia ſui Prælati, præcipuè autem legum, & medicinæ, & alia vide Carol. Anton. Theſaur. *de pœn. Eccleſ. par.* 2. *verb. Studia, fol.* 342. Qui autem teneantur ſtudere, Mendo *tract. de Ordin. Milit. vt in Indice, verb. Studia*.

15 Religioſi qualiter non poſſint dare, vel largiri munera ſine licentia ſui Prælati, & ſeruata forma Conſtitutionis

Clementis Papæ VIII. de largitione munerum vtriuſque ſexus Regularibus interdicta, latè Valer. *de differ. vtriuſque fori, verb. Munera per tot.* vbi etiam inſerit tenorem dictæ Conſtitutionis, illamque benè commentat, ſiue explicat, & ego dixi alios allegando cum declaratione Vrbani VIII. in §. *Abbas, num.* 7. *in fine*, idem Valer. *verb. Regularis, differ.* 9.

Religioſi an ſuccedant in feudis, Maioratibus, & Primogenituris, vel poſſint excludi per teſtatores, vide in §. *Clericus, num.* 93. §. *Primogenitura, num.* 11. *cum Addit.* §. *Teſtator, num.* 28. ac alibi in locis indicatis. 16

Religioſi recurrentes à Tribunalibus Eccleſiaſticis ad ſæcularia, vide in §. *Poſſeſſio, num.* 5. *&* §. *Perſona, num.* 24. 17

De Religioſo facto Epiſcopo, an recuperet bona donata, & renunciata ante profeſſionem, Andreol. *controu.* 396. *per tot.* 18

Religioſos nil proprium habere poſſe, quomodo ſit intelligendum, vide Tondut. *quaſt. canonic.* 96. *per tot. lib.* 1. 19

An ſint capaces penſionum, idem Tondut. *tractat. de penſion. cap.* 69. *& ſeqq.* vbi quòd non regulariter. 20

§. REMEDIA. X.

REmedium *l.* 2. *C. de pign.* eſt inductum in fauorem ſecundi, & poſterioris creditoris, ne ſcilicet creditor primus, & anterior habens ſpecialem hypothecam ſuper aliqua re particulari, & generalem ſuper omnibus bonis eiuſdem debitoris, poſſit in præiudicium ſecundi, & poſterioris creditoris habentis ſpecialem, ſiue etiam generalem (quamuis *text. & gloſſ.* loquatur tantùm de ſpecialis, hypothecam ſuper eiſdem bonis, vti ſua generali hypotheca, niſi facta prius excuſſione ſuper re ſibi ſpecialiter obligata, & ad ſatisfactionem totius debiti non ſufficere reperta, prout ſufficere præſumitur, niſi contrarium ab ipſo primo creditore mediante dicta excuſſione probetur, & hoc ratione æquitatis ſecundum *text. & gloſſ. in d. l.* 1. *C. de pign.* vbi DD. Neguſ. *de pign. par.* 5. *membr.* 2. *num.* 51. Scapuc. de Saluian. *lib.* 2. *quaſt.* 20. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 38. *n.* 11. *&c.* Magon. *deciſ. Florent.* 124. *num.* 2. Gratian. *deciſ.* 25. *in addit. num.* 8. *&c.* Surd. *deciſ.* 44. *per tot.* Vrceol. *conſult. forenſ. cap.* 22. *per tot.* latè Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 1. *qu.* 21. *per tot.* Thomat. *deciſ.* 96. *per tot.* vide in §. *Creditor, num.* 21. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 152. *num.* 4. *&c. deciſ.* 153. *vol.* 4. Merlin. *deciſ.* 28. *per tot.* Ricc. *Collect.* 198. vbi quòd ſpecialis hypotheca, vel etiam generalis ſecundi creditoris præferatur generali prioris ſpecialem etiam habentis, ex qua poſſit ſibi ſatisfieri, quòd in dubio præſumitur, niſi contrarium probetur, & de hac materia plenè ad ſaturitatem Caluin. *tract. de æquit. lib.* 1. *cap.* 30. Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 11. *per tot.* 1

An dictum remedium habeat locum in cauſa dotis videntur communiter affirmare DD. quos refert, & ſequitur Merlin. *d. quaſt.* 21. *num.* 34. *&c.* vbi tamen ipſe in puncto iuris dubitat per fundamenta ibidem allegata, vide in §. *Mulier, num.* 4.

An admittatur in Saluiano, affirmatiuam opinionem tenet Scapuc. de Saluian. *quaſt.* 20. vt dixi in meis *reſolut. cap.* 73. *in fine*, & alios ſequaces refert Vrceol. *Conſult. forenſ. d. cap.* 22. *num.* 27. vbi tamen ipſe dicit contrariam opinionem eſſe veriorem, & magis in praxi receptam, Merlin. *de pign. d. quaſt.* 21. *num.* 32. *&c.*

Remedium *d. l.* 2. ceſſat ſtante clauſula conſtituti, cuius vigore reijcitur excuſſio, Ang. & Alex. *in l. exitus, ff. de acquirend. poſſeſſ.* & dixi in §. *Conſtitutum, num.* .... *&* §. *Excuſſio, num.* 2

Sed quamuis conſtitutum tollat excuſſionem, intelligitur in caſibus, in quibus ſit permiſſum exercere obligationem generalem, non autem in prohibitis, prout eſt caſus *d. l.* 2. In cuius terminis contrarium firmat Surd. *deciſ.* 44. *num.* 12. Scapuc. de Saluian. *lib.* 2. *quaſt.* 20. *num.* 3. Amendul. ad Franch. *deciſ.* 5. *num.* 2. *&* 3. Merlin. *d. qu.* 21. *num.* 28. *&c.*

Item ceſſat quando fuit dictum, quòd ſpecialitas generalitati non deroget, vel è contrà, quia tunc videtur data electio creditori non obſtante æquitate *d. l.* 2. *C. de pign.* Scaptic. *d. quaſt.* 20. *num.* 5. Merlin. *d. quaſt.* 21. *num.* 48. *&c.* Gratian. *deciſ.* 25. *num.* 9. Surd. *deciſ.* 44. *num.* 13. Vrceol. *conſult. forenſ. cap.* 22. *num.* 7. Franch. *deciſ.* 5. *per tot.*

Paul. Chriſtin. *deciſ.* 153. *num.* 3. *vol.* 4. Ricc. *Collect.* 198.

Item ceſſat ſtante obligatione Camerali, cuius eſt tanta vis, quòd electa vna via, poteſt creditor ad aliam redire; quæ tamen limitatio videtur procedere tantùm reſpectu ipſius debitoris, non autem reſpectu tertij, cui non obſtat obligatio Camerali, Scapuc. *d. quæſt.* 20. Gratian. *deciſ.* 25. *in addit. num.* 10. Surd. *deciſ.* 44. *num.* 18. *&c.* Vrceol. *conſult. for. cap.* 22. *num.* 11. *&c. & num.* 23. vbi quòd procedit etiam reſpectu tertij, idem videtur tenere Merlin. *quæſt.* 21. *num.* 55. *& ſeqq.* Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 30. *num.* 24. *&c.*

Item ceſſat quando agitur contra ipſummet debitorem, cùm non illius fauore, ſed ſecundi, & poſterioris creditoris ſit introductum, Surd. *deciſ.* 44. *num.* 10. *& per tot.* Merlin. *d. quæſt.* 21. *num.* 27. Ricc. *Collect.* 198.

Item ceſſat quando ſpecialis hypotheca eſſet inutiliter appoſita, vt quis conſtet, illa bona fuiſſe priùs alijs obligata, quod etiam pendente lite contra bona generaliter obligata poteſt liquidari, quia tunc eſt, ac ſi nulla ſubeſſet ſpecialis hypotheca, Surd. *d. deciſ.* 44. *num.* 21. *&c.* quem ſequitur Merlin. *d. quæſt.* 21. *num.* 52.

Item ceſſat quando non fuit oppoſitum ante litem conteſtatam, quia cùm hæc exceptio ſit dilatoria, opponi debet ab initio, Surd. *d. deciſ.* 44. *num.* 20. Merlin. *d. quæſt.* 21. *num.* 51.

3 Remedium *d. l.* 2. *C. de pign.* non prodeſt tertio poſſeſſori non habenti hypothecam, cùm loquatur ſolùm in caſu, vbi adeſt contentio inter primum, & ſecundum creditorem hypothecarium, & tamquam exhorbitans non eſt extendendum, niſi ille tertius poſſeſſor pro obſeruantia ſui contractus ſibi feciſſet obligare omnia bona debitoris, quia tunc poſſet conſiderari tamquam creditor, & vti exceptione *d. l.* 2. Neguſ. *de pign. part.* 8. *membr.* 1. *num.* 20. Scapuc. de Saluian. *lib.* 2. *quæſt.* 20. *num.* 4. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 38. *num.* 11. *&c. cap.* 342. *num.* 17. *&c.* Surd. *deciſ.* 44. *num.* 11. Vrceol. *conſult. forenſ. cap.* 22. *num.* 10. *& num.* 28. *& ſeqq.* vbi vide.

Quòd imò ratio dictæ legis ſit fundata non in hypotheca, ſed in æquitate, & ideò proſit etiam tertio poſſeſſori, Merlin. *de pign. lib.* 5. *tit.* 2. *quæſt.* 69 *num.* 30. vbi tamen videtur ſe remittere ad ſcripta per eumdem in ſupracitata *quæſt.* 21. vbi *num.* 25. *&* 26.

4 Remedium *d. l.* 2. *C. de pign.* non habet locum contra eum, qui ſibi reſeruauit dominium in re vendita, donec fuerit ſatisfactus de pretio, nam cùm loquatur tantùm de hypotheca ſpeciali, & valdè differat dominium ab hypotheca, tamquam exhorbitans, non extenditur ad hunc caſum, & ſic habens reſeruationem dominij licèt omnibus alijs præferatur, non poteſt compelli priùs excutere dicta bona, cum huiuſmodi reſeruatione vendita, Rot. *in Cremonen. ſeu Ianuen. Pecuniaria primo Iulij* 1648. coram Royas penes Tondut. *de præuent. deciſ.* 4. *part.* 3.

Item non habet locum in fundo cenſito, qui licèt debeat eſſe ſpecialis, & certis finibus deſignatus juxta formam Bullæ B. Pij V. de Cenſibus, non tamen dicitur ſpecialiter hypothecatus ad hunc effectum, vt priùs ſit excutiendus, antequam agi poſſit contra alia bona pro faciliori cenſu ex actione obligata, Gratian. *diſcept. for. cap.* 38. *num.* 12. Vrceol. *Conſult. for. cap.* 22. *num.* 19. *&c.* dixi *in reſol. cap.* 73. *num.* 14. *&* 15. vide Paul. Chriſtin. *deciſ.* 152. *num.* 4. *&c. vol.* 4. Carol. Marant. *contr. part.* 5. *reſponſ.* 5. *num.* 18. *& ſeqq. per tot.*

DE REMEDIO

c. reintegranda 3. *quæſt.* 1.

5 Remedium *c. reintegranda* 3. *quæſt.* 1. eſt nouum, & pinguius cæteris remedijs poſſeſſorijs, nam diſponit reintegranda eſſe omnia expoliatis, vel eiectis è ſua poſſeſſione, & competit non ſolùm Clericis, & perſonis Eccleſiaſticis pro bonis Eccleſiæ, verùm etiam laicis pro rebus profanis recuperandis, ſicut ad plures caſus particulares inferendo, latè probat Menoch. *tract. de recuperand. poſſ. remed.* 15. *num.* 1. *& ſeqq. ad* 67. *DD. in c. ſæpe de reſtitut. ſpoliat. & in l. rem quæ nobis, ff. de acquirend. poſſ.* Gabriel. *de reſtit. ſpoliat. concluſ.* 5. *per tot.* Peregrin. *deciſ.* 57. Tuſch. *litt. C. concluſ.* 45 *per tot.* vbi plenè Marant. *de ord. iud. part.* 4. *diſtinct.* 7. *num.* 50. Ridolphin. *in prax part.* 2. *cap.* 14. *num.* 70. *& per tot.* vbi etiam ponit formulas actorum.

Quòd detur etiam pro rebus profanis, & laicis in foro ſæculari, Marant. *part.* 4. *diſtinct.* 7. *num.* 58. Addit. ad Pract. Papp. *cauſ. ſpol. poſſ. gloſſ.* 1. *num.* 10. Theſ. *deciſ.* 29. *num.* 1. *in fine*, Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 13. *num.* 42. *in fine*, *fol.* 191. vbi an detur etiam pro rebus mobilibus, & ſe mouentibus, ſicut datur pro immobilibus, & affirmare videtur Menoch. *de recuperand. remed.* 15. *num.* 193. *&c.* Cabal. *conſ. deciſ.* 93. *per tot. lib.* 1. vbi quòd competit etiam pro quaſi poſſeſſione rerum incorporalium, & in foro ſæculari inter laicos pro rebus profanis, &c.

Et quòd iudex Eccleſiaſticus non cognoſcat de ſpolio rei profanæ, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 200. *num.* 9.

Quod poſſit conditionaliter cumulari cum remedio retinendæ, & vnum non cenſeatur intentatum, niſi in caſu, quo alterum deficiat, Altograd. *conſ.* 74. *nu.* 3. *&* 4. *lib.* 2.

Alia vide in §. *Spolium per tot.*

Vt autem reintegratio competat, debet conſtare de poſſeſſione ſpoliati de tempore commiſſi ſpolij, de moderna ſpoliatoris, & de iniuſtitia ſpoliationis, Poſth. *de ſubhaſt. inſpect.* 58. *num.* 66. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 178. *num.* 1. *&c.* vbi etiam qualiter dicta extrema probentur, latè Gaietan. inter deciſiones Sanfelic. *deciſ.* 397. *per tot. cum Addit.*

6 Remedium prædictum *c. reintegranda* competit proprietario, finito vſufructu, aduerſus emptorem bonorum alienatorum ab vſufructuario, vel eius hæredibus, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 779. *num.* 30. Fontanel. *deciſ.* 136. *&* 137. vbi qualiter competat etiam conductoribus, colonis, & ſimilibus eiectis.

Item datur filio, qui mortuo patre fuit ſpoliatus poſſeſſione in eum continuata vigore ſtatuti, idem Gratian. *cap.* 735. *num.* 37. *&c.* Altograd. *conſ.* 2. *num.* 15. *lib.* 2.

Item competit non ſolùm ipſi ſpoliato, ſed illo abſente, ſuis amicis, affinibus, ſeruis, vel colonis, idem Gratian. *cap.* 170. *num.* 33. *&c.*

Item competit creditori, qui fuit ſpoliatus pignore, licèt verè non fuerit ſibi traditum, ſed tantùm fictè per conſtitutum, vide in §. *Pignus*, *num.* ...

Item competit vſufructuario ſi turbetur in ſuo vſufructu, latè Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 311. *per tot.* Non tamen competit hæredi vſufructuarij, quia fuit finitus vſusfructus per mortem, Magon. *deciſ. Luc.* 4. *num.* 17. *& per tot.*

Qualiter competat etiam Commendatario contra tertium eijcientem à Commenda, patrono Eccleſiæ debitis honoribus ſpoliato, commodatario, & depoſitario, ſiue precario poſſidenti, ceſſionario, malæ fidei poſſeſſori, & ſimilibus à ſua poſſeſſione, vel detentione eiectis, vide latè Menoch. *de recuperand. remed.* 15. *num.* 31. *& ſeqq.*

Quòd competat Eccleſiæ pro bonis nulliter, & ſine cauſa à ſuo Prælato alienatis, nec currat aliqua præſcriptio durante vita ipſius Prælati alienantis, luculenter Rot. *in Meſſanen. ſeu Nullius Feudi* 15. *Februarij* 1636. *coram Merlino inter impreſſas eiuſdem deciſ.* 702. *per tot.* & Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 200. *per tot.* vbi quando acquirenti poſſit competere manutentio, Rot. *part.* 12. *deciſ.* 19. *num.* 3. vbi quòd quando bona fuerunt nulliter alienata, poſſeſſio remanet penès Eccleſiam, eique debetur manutentio, etiam viuente Rectore alienante, Poſt. *de manutent. obſeru.* 57. *num.* 102. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 384. *per tot. infrà num.* 12.

7 Remedium prædictum *c. reintegranda* datur etiam contra tertium poſſeſſorem bonæ fidei, ſed ſine titulo, quia probata antiquiori poſſeſſione, iunior ſine titulo præſumitur clandeſtina, & idem eſt etiam ſtante titulo per fraudem inducto, vel ab auctore vitioſo acquiſito, vel ſi res ipſa ſit affecta vitio reali ob furtum, ſiue vim expulſiuam, vt latè explicant Soccin. Bart. & alij *in l. rem quæ nobis, ff. de acquir. poſſ.* Menoch. *de recuperand. poſſ. remed.* 15. *num.* 67. *& ſeqq. ad* 80. vbi plures caſus diſtinguit, facit Sanfelic. *deciſ.* 126. *per tot.* Cabal. *conſ. deciſ.* 52. *&* 57. *lib.* 1.

An autem competat contra titolo, & bona fide poſſidentem, & habentem cauſam ab auctore titulato non vitioſo, ſiue ab alio bonæ fidei poſſeſſore, non benè inter ſe conueniunt DD. affirmatiuam enim opinionem tenent plurimi relati à Menoch. *d. remed.* 15. *num.* 80. *& ſeqq.* Roland. *conſ.* 6. *num.* 40. *lib.* 3. Iaſ. *in l. rem quæ nobis, ff. de acquirend. poſſeſſ.* Marant. *part.* 4. *diſput.* 7. *num.* 58. Addit. ad Pract. Papp. *cauſ. ſpol. poſſ. gloſſ.* 1. Oſaſch. *deciſ.* 13. *num.* 6.

Afflict.

Afflict. *deciſ.* 361. *num.* 33. Boer. *deciſ.* 238. *col.* 6. Mynſing. *obſeru.* 85. *cent.* 3. Theſ. *deciſ.* 92. *num.* 1. *&c.* Galuan. *conſ.* 19. *num.* 5. Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 190. *num.* 1. Altograd. *conſ.* 2. *num.* 29. *lib.* 2. vbi etiam an ſit præſcriptibile, vel non, *& conſ.* 74. *num.* 60. *d. lib.* 2. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 12. *num.* 43. *fol.* 191. Sanfelic. *deciſ.* 126. Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ.* 542. *num.* 11. vbi quòd hanc partem paſſim ſeruat Rota, etiam ſi ſpoliatus bona fide non poſſideret, quia in ſpolio non attenditur, an quis iuſtè poſſiderit, ſed ſolùm an ſine iuſta cauſa à poſſeſſione ceciderit, Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 306. *num.* 3.

Negatiuam verò opinionem tenent Bart. *in d. l. rem quæ nobis*, alijque plures, quos refert, & ſequitur contrarijs reſpondendo Menoch. *d. remed.* 15. *num.* 89. *& ſeqq. ad* 95. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 704. *num.* 28. *&c. cap.* 318. *num.* 41. vide Peregrin. *deciſ.* 57. *num.* 7. *&c.* Sanfelic. *deciſ.* 126. Cabal. *conſ. deciſ.* 56. *num.* 8. *&* 9. *lib.* 2. vbi dupliciter diſtinguit ex Cacher. *deciſ. Pedem.* 93. *num.* 1. *& ſeqq. per tot.* nempè vt affirmatiua procedat in terris Eccleſiæ, vel contra poſſidentem titulo habito ab eo, qui ſine titulo poſſidebat, negatiua verò in terris Imperij, vel contra poſſidentem titulo habito ab alio, qui pariter titulo poſſidebat, idem Cabal. *conſ. deciſ.* 51. *num.* 3. *& ſeqq. lib.* 1.

Aliud ſimile remedium ad recuperandam poſſeſſionem, aduerſus ſingulares poſſeſſores vitioſos, fuit proditum à iure canonico *in c. ſæpè* 18. *de reſtitut. ſpol. de quo ibi Interpretes*, & plenè Menoch. *de recuperand. remed.* 16. *per tot.*

8 Remedium *d. c. reintegranda*, datur contra ementem à minore, vel pupillo non ſeruatis ſolemnitatibus neceſſarijs, Roland. *conſ.* 72. *num.* 10. *lib.* 4. Neuiz. *conſ.* 85. *nu.* 13. Addit. ad Pract. Papp. *cauſ. ſpol. poſſ. gloſſ.* 1. *verb. decretaliſta*, vide Seraph. *deciſ.* 135. Rot. poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.* 20. *num.* 1. *& ſeqq. & deciſ.* 57. vbi in terminis tranſactionis nullæ, Duran. *deciſ.* 113. *num.* 4. Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 93. *per tot.* vbi cum præſuppoſito validitatis tutelæ contrarium firmat, quia contractus non eſt nullus ex defectu conſenſus, ſed ſolùm ex defectu ſolemnitatum, quo caſu poſſeſſio transfertur; niſi ſtatutum adimeret fidem inſtrumento non adhibitis ſolemnitatibus, quia tunc ex eo tranſlatio poſſeſſionis non probaretur, & ſic intraret ſpolium, de qua limitatione, & an ſufficiat ſi aliunde ex adminiculis conſtet de translatione poſſeſſionis, eadem Rot. *d. part.* 2. *deciſ.* 104. *per tot. in eadem cauſa, & relata d. deciſ.* 93. ſequitur Gratian. *deciſ.* 211. *per tot.* vide latè Menoch. *de recuperand. poſſeſſ. remed.* 15. *num.* 105. *& ſeqq. ad* 193. Rot. *in Meſſanen. ſeu Nullius Feudi* 15. *Februarij* 1636. *coram Merlino inter impreſſas eiuſdem deciſ.* 702. *per tot.* vbi loquitur præcipuè in Eccleſia, vt ei competat dictum remedium ad recuperandum bona à ſuo Prælato ſine cauſa alienata, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 112. *num.* 6. *& part.* 13. *deciſ.* 50. *in princip. &c. deciſ.* 261. *num.* 7. vide in §. *Alienatio*, *num.* 19. *&* 22. vbi etiam an ſaltem ſit reſtituendum pretium, & quid de fructibus, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 322. *num.* 10. *& ſeqq.* vbi quòd dictum remedium competit tantùm quando venditio corruit ex defectu cauſæ, & conſenſus, ſecus autem ſi ex ſolo defectu ſolemnitatum, nam tunc debet agi reuocatoria, Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 12. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi propter nullitatem tranſactionis datur reintegratio pupillo, vel minori ad bona, reiecta etiam exceptione retentionis à ſpoliatore oppoſita, *& part.* 18. *deciſ.* 109. vbi datur reintegratio mulieri, vel eius hæredi, ſiue donatario vniuerſali ad bona nulliter alienata, etiam ſine reſtitutione pretij, non probata illius verſione in vtilitatem mulieris.

9 Remedium *d. c. reintegranda* datur contra creditorem immiſſum in poſſeſſionem ex Saluiano interdicto, ſi iam ex fructibus fuerit ſatisfactus de ſuo credito, & bona non reſtituat; actori tamen incumbit huiuſmodi probatio ſatiſfactionis, & donec probauerit, datur manutentio ipſi creditori immiſſo, Scapuc. de Saluian. *lib.* 13. *quæſt.* 12. Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ.* 254. vide in §. *Creditor*, *num.* 26. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 86. *per tot.* vbi etiam qualiter creditori competat retentio pro alio credito in pignoris aſſignatione non comprehenſo, dummodo tamen ſit omninò liquidum, certum, & indubitatum, aliàs ſecus, *& part.* 13. *deciſ.* 140. *per tot.*

Quæ alia remedia competant pro recuperatione pignoris extincto debito, Bich. *deciſ.* 391. *per tot.* vide in §. *Pignus*, *num.* 7.

Quòd poſt 30. annos non competat in dictis terminis Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 508. *num.* 16. *infrà num.* 16.

10 Remedium prædictum competit quotieſcumque contractus eſt imperfectus, & conditionalis, ſi ante perfectionem, & implementum conditionis alter ingrediatur poſſeſſionem, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 318. *&* 512. *per tot.* vide in §. *Venditio*, *num.* ...

Quòd remedium ſpolij competat contra ingredientem poſſeſſionem rei ante factam menſuram, niſi venditor aliter patiatur, idem Gratian. *deciſ.* 101. *per tot.* vide in §. *Venditio*, *num.* ...

Ceſſat tamen dictum remedium, ſi per petitionem pretij fuerit approbatus contractus imperfectus, vel conditionalis, latè idem Gratian. *diſcept. for. cap.* 704. *per tot.* vide in §. *Ratificatio*, *num.* ...

11 Remedium *d. c. reintegranda* non datur ei, qui iudiciali auctoritate, & ſeruato iuris ordine, poſſeſſionem amiſit, Roland. *conſ.* 6. *lib.* 3. Neguſ. *de pign. part.* 3. *membr.* 2. *num.* 22. Duran. *deciſ.* 454. *num.* 3.

Nec etiam in dicto caſu datur manutentio, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 912. *num.* 31. *&c.* vide in §. *Manutentio*, *num.* ...

Pari ratione remedium prædictum non datur contra eum, qui reperitur in poſſeſſione auctore Prætore, nam iuſtè poſſidet, qui auctore Prætore poſſidet, *l. iuſte*, *ff. de acquirend. poſſeſſ.* intelligendo donec factum iudicis eſt iuſtum, & dummodò proceſſerit ſeruatis de iure ſeruandis, aliàs daretur remedium ſpolij *c. ex inſinuatione de procurat.* Rot. *part.* 3. *diuerſ. deciſ.* 1156. Scapuc. de Saluian. *lib.* 3. *quæſt.* 12. *num.* 6. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 502. *num.* 13. *cap.* 734. *num.* 5. *cap.* 907. *num.* 12. vbi quòd requiritur notoria iniuſtitia, vt detur ſpolium contra huiuſmodi poſſeſſorem, Duran. *deciſ.* 454. *num.* 4. vbi quòd ad hoc, vt intret ſpolium iudiciale debet conſtare de nullitate, vel notoria iniuſtitia ex eiſdem actis, nec ſufficit ſi conſtet ex nouiter deductis.

Quòd in ſpolio iudiciali vltrà duo extrema probanda, de quibus *infrà num.* 17. debeat etiam probari, quòd iudex nulliter proceſſerit, vel iniuſtitia clara, & notoria ex eiſdem actis, latè Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 14. *num.* 122. *& ſeqq.* vbi plura de ſpolio iudiciali quando committatur, & quomodo purgari debeat, Gait. latè inter deciſiones Sanfelic. *deciſ.* 397. *cum Addit.* vbi de ſpolio facto auctoritate Principis non benè informati reintegrando.

12 Remedium *d. c. reintegranda* non datur illi, qui facto proprio cecidit à poſſeſſione, quamuis eſſet mulier, vel minor, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 503. *num.* 27. *cap.* 581. *num.* 19. *cap.* 704. *num.* 45. Magon. *deciſ. Florent.* 33. *num.* 1. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed.* 15. *num.* 95. *&c. ad* 105. vbi quòd iſta concluſio non procedit quando conſtat de nullitate contractus, & agitur nomine Eccleſiæ, cùm ex contractu nullo, Eccleſia non cadat à poſſeſſione ſua, nec illam transferat in contrahentem, quamuis moniales, vel alij Rectores alienationi conſenſerint, & habuerint ſe pro ſpoliatis, cùm non poſſint Eccleſiæ præiudicare, vide *ſuprà num.* 6. *in fine*.

An dicto caſu ſaltem competat officium iudicis, Gratian. *cap.* 604. *per tot.* Clarlin. *controu.* 105. *numer.* 7. & *num.* 98.

Quòd dictum remedium detur etiam illi, qui facto proprio cecidit à poſſeſſione, quando ſpoliator ſuo facto iniuſtè fecit vt ſpoliatus ſuam amiſerit poſſeſſionem, & ſic vbi ſpoliator fuit in cauſa amiſſionis poſſeſſionis ſpoliati, Altograd. *conſ.* 4. *num.* 23. *lib.* 2. Menoch. *de remed.* 15. *num.* 102. *&c.* vide in §. *Spolium*, *num.* 2. *verſus finem*, Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 14. *num.* 139. *&c.* Merlin. *deciſ.* 702. *num.* 1. *& ſeqq.*

Quòd non detur ei, qui facto proprio cecidit à poſſeſſione, vel fuit negligens per decennium in recuperanda poſſeſſione, quia tanto tempore præſcribitur inter præſentes, ſtante titulo, & bona fide, Cabal. *conſ. deciſ.* 148. *lib.* 1.

Et plura qualiter remedia poſſeſſoria non competant ei, qui ſemel ademptam poſſeſſionem in alium tranſtulit, Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 13.

13 Remedium *c. reintegranda* non competit vbi ex conuentione partium conſtat de veritate dominij, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 494. *num.* 8. *&c. cap.* 581. *num.* 18.

Quòd actio ſpolij elidatur per exceptionem dominij incontinenti probari oppoſitam à tertiò, latè Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 201. *per tot.*

Non tamen impeditur per exceptionem dominij quamuis notoriam, & incontinenti probatam à ſpoliate, Gratian. *diſcept. for. cap.* 734. *num.* 15. *&c.* Franch. *deciſ.* 90. vide in §. *Spolium*, *num.* . . . . *&* §. *Exceptio*, *num.* . . .

Qualiter impediatur per exceptionem melioramentorum, Capyc. *deciſ.* 17. *num.* 17. Gratian. *diſceptat. cap.* 494. *num.* 12. *&c.* plenè videndus Menoch. *de recuper. remed.* 15. *num.* 499. *& ſeqq.*

14 Remedium prædictum competit etiam pro iuribus incorporalibus, & pro penſione, quo caſu tamen debet cumulari cum petitorio, quia in huiuſmodi incorporalibus non datur poſſeſſio ſine iure, & debet doceri de titulo, & quando ſecus, vide Magon. *deciſ. Luc.* 4. *per tot.* Menoch. *de recuperand. remed.* 15. *num.* 200. *&c.*

15 Remedium *c. reintegranda* tranſit ad hæredes quando defunctus in vita ſua cecidit à poſſeſſione ſine culpa, & facto proprio, Roland. *conſ.* 6. *num.* 14. *lib.* 3. Addit. ad Pract. Pappien. *cauſ. ſpol. gloſ.* 1. Magon. *dec. Luc.* 4. *num.* 9. 14. *& ſeqq.* Cabal. *conſ. deciſ.* 57. *num.* 1. *& ſeqq. lib.* 1. Gratian. *deciſ.* 193. *per tot. diſcept. forenſ. cap.* 173. *num.* 4. *cap.* 477. *num.* 22. *&c. cap.* 974. *num.* 19. vbi etiam qualiter tranſeat ad Prælatum ſucceſſorem in Eccleſia.

Quòd detur hæredi, & contra hæredes, ad quos bona peruenerunt, Duran. *deciſ.* 113. *num.* 3. Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 14. *num.* 176. *& ſeqq.* Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 542. Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 306. *num.* 1. *& ſeqq.*

Qualiter detur hæredi, & hæredi hæredis, Gratian. *deciſ.* 211. Altograd. *conſ.* 2. *num.* 13. *& ſeqq. lib.* 2.

An detur contra cohæredem, vel conſocium, Gratian. *diſcept. cap.* 948. *num.* 44. *&c.*

An autem tranſeat in ſingularem ſucceſſorem ſine iurium ceſſione, Menoch. *de recuper. remed.* 15. *num.* 64. *&c.* vbi videtur concludere pro negatiua.

Sed pro affirmatiua quòd tranſeat in ſingularem ſucceſſorem abſque alia ceſſione, Beltram. ad Ludouiſ. 542. *num.* 10. vbi concordantes allegat, in quibus reprobatur opinio contraria.

16 Remedium prædictum eſt perpetuum, ideſt durat vſque ad 30. annos, quibus elapſis remanet præſcriptum, Pract. Papp. *cauſ. ſpol. poſſ. gloſſ.* 1. vbi Addit. Seraphin. *deciſ.* 1360. *num.* 3. *&* 7. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 229. *num.* 28. vbi quòd eſt inconcuſſa Rotæ ſententia, quodcumque reintegrationis remedium præſcribi 30. annis, *& eadem part.* 14. *deciſ.* 508. *num.* 16. plenè innumeris propè relatis auctoribus probat Coſta *de facti ſcient. & ignorant. diſtinct.* 60. *per tot. cent.* 2.

Quòd imò ſit perpetuum, & impræſcriptibile propter malam fidem, Mohæd. *deciſ.* 18. *de reſtitut. ſpol.* Altograd. *conſ.* 74. *num.* 59. *lib.* 2. vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 2. *num.* 7. *&c. cap.* 173. *per tot. & cap.* 494. *num.* 15. *&c.* Put. *deciſ.* 115. *lib.* 1. Gabriel. *comm. concluſ. tit. de clauſ. concluſ.* 4. *num.* 23. *& de reſtitut. ſpol. concluſ.* 5. *num.* 64. *& ſeqq.* Cabal. *conſ.* 178. *num.* 25. *&* 26. *lib.* 1. vbi quod dicto remedio non præſcribitur etiam ſpatio mille annorum, ſed quòd iſta opinio non eſt tuta, cùm alij teneant præſcribi 30. annis vt ſupra.

Quòd contra titulo, & bona fide poſſidentem non datur poſt decem annos inter præſentes, quaſi tanto tempore præſcribatur, Theſſ. *deciſ.* 29. *num.* 2. plenè Coſta *d. diſtinct.* 60. *cent.* 2.

17 Remedium *c. reintegranda*, vt competat, non eſt neceſſe probare ſpoliationem, vel violentiam, ſed ſufficit docere de antiquiori poſſeſſione, quo caſu noua aduerſarij præſumitur vitioſa, & clandeſtina, & ſic inſurgit probatio ſpolij, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 173. *num.* 13. *&c.* vbi etiam an poſſit cumulari cum remedio adipiſcendæ, *& cap.* 502. *num.* 1. *&c.* Altograd. *conſ.* 2. *num.* 7. *& ſeqq. & num.* 55. *lib.* 2. Sanfelic. *deciſ.* 397 cum plena Addit. Galuan. *conſ.* 19. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 12. *num.* 203. *& ſeqq. fol.* 618. *in Addit.* Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 14. *num.* 91. *& ſeqq.* vbi quòd debent probari duo extrema, nempè antiquior poſſeſſio ſpoliati, & iunior ſpoliantis; primum probatur per omnia genera probationum legitima, & ſpecialiter modis, de quibus ibidem vſque ad *num.* 114. ſecundum verò probatur ſignanter per ſubſtentationem litis, & alijs modis *vt ibidem num.* 115. *& ſeqq.* Peregrin. *deciſ.* 97. *num.* 7. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 42. vbi quòd in beneficijs requiritur etiam titulus coloratus ad recuperandam illorum poſſeſſionem, qui probatur ex litteris Ordinarij.

Quas probationes requirat, & quomodo concludere debeat, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 477. *num.* 24. *cap.* 494. *num.* 21.

Quòd ſit probanda antiquior poſſeſſio ſpoliati, & recentior poſſeſſoris conuenti, Menoch. *de recuperand. remed.* 15. *num.* 383. *&c.* Afflict. *deciſ.* 327. Mareſcott. *variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 59. *per tot.* Iordan. *d. tit.* 12. *num.* 44. *fol.* 191. *& num.* 198. *& ſeqq. fol.* 618. *in Addit.* Ridolphin. *loc. cit.* Merlin. *deciſ.* 702. *in princip.* Rot. *d. part.* 9. *recent. deciſ.* 42. *per tot.* vbi loquitur in beneficialibus, vide in §. *Spoliatus*, *num.* 3. *in fine*.

Quòd non debeat de neceſſitate continere diem, & tempus ſpolij, ſecus in alijs remedijs poſſeſſorijs, & vbi arguitur dolus aduerſarij, Pract. Papp. *cauſ. ſpol. poſſ. gloſ.* 2.

Remedium prædictum cenſetur intentatum & ſuper eo 18
poteſt iudex ferre ſententiam, licèt non fuerit nominatim expreſſum in libello, quando adſunt clauſulæ ſalutares, *petens, &c. deducens, &c. omni, &c.* & narrata in aliquo conueniunt, ac ſunt probata requiſita, Scapuc. de Saluian. *lib.* 1. *queſt.* 22. *num.* 5. *&c.*

Recipit appellationem, tamquam proditum à iure canonico, ſecundum quod etiam in poſſeſſorijs datur appellatio, quicquid ſecus ſit de iure ciuili, & ideò illo vtens, debet acceptare cum omnibus ſuis qualitatibus, Pract. Pap. *cauſ. ſpol. poſſ. gloſſ. Per veſtram*, *num.* 3. cum Addit. Peregrin. *deciſ.* 97. *num.* 14. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 103. *num.* 14. vide latè Ridolph. *in prax. part.* 2. *cap.* 14. *num.* 205. *& ſeqq. per tot.* vbi concludit quòd in terris Eccleſiæ ſtante Ægidiana non admittit appellationem; in terris verò Imperij contrarium eſſe verius, quòd ſcilicet quando dictum remedium fuit intentatum in foro ſæculari non detur appellatio, prout de iure ciuili, Scacc. *de appellat. quaeſt.* 17. *limit* 6. *memb.* 6. *num.* 72. *&* 73.

Remedium *c. reintegranda*, licèt vt dixi ſupra *num.* 7. 19
detur etiam contra titulo, & bona fide poſſidentem, non tamen ab eo veniunt reſtituendi omnes fructus, ſed tantùm percepti à die litis motæ, niſi ex contractu reprobato res affecta vitio reali ad bonæ fidei poſſeſſorem peruenerit, quo caſu omnes ſaltem extantes veniunt reſtituendi, latè Theſſ. *deciſ.* 29. *num.* 3. *& ſeqq. per tot.* vbi etiam quid ſi lite mota perempta fuerit inſtantia, an fructus medio tempore percepti ſint reſtituendi, & remittit, ad Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 15. *gloſ.* 2. *num.* 17. vide Capyc. *deciſ.* 11. *num.* 4. *& ſeqq.* dixi in §. *Fructus*, *num.* 10. *&* §. *Poſſeſſio*, *num.* 44. *&c.* Ridolph. *in prax. part.* 2. *cap.* 14. *num.* 158. *& ſeqq.*

Quòd in ſpolio veniant fructus de natura iudicij, etiam ſi in ſententia, nulla mentio fructuum facta fuerit, Duran. *deciſ.* 272. *num.* 4. vbi tamen *num.* 3. intelligit de extantibus, non autem de conſumptis, & de illis, qui percipi potuerunt, quia conſumpti debentur ſolùm à die motæ litis, quando non verſatur in ſpolio violento, ſeu attentato, vel notorio malæ fidei poſſeſſore, ſed in ſimplici iudicio reſtitutorio, & contra poſſeſſorem coloratum, *vt ibidem num.* 2. vide Ridolph. *loc. cit.* dixi in §. *Fructus*, *num.* 9. 10. *&* 43. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 38. *num.* 6. *& ſeqq.* vbi quòd in ſpolio, niſi ſit violentum, vel attentatum, non debentur fructus niſi à die motæ litis, & debentur tantùm percepti, non autem qui percipi potuerunt, niſi ſit violentum, vel attentatum vt ſupra.

Quòd in ſpolio iudiciali non fiat condemnatio fructuum niſi à die motæ litis, Gratian. *diſcept. for. cap.* 206. *num.* 14. *cap.* 181. *num.* 14. *&c.* cum alijs per Duran. *deciſ.* 454. *num.* 6. *&c.* latè Menoch. *de recup. remed.* 15. *num.* 574. *& ſeqq.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 417. *per tot.* vbi niſi conſtet de euidenti mala fide, ad cuius excluſionem plura conſiderat, vide in §. *Fructus*.

Qualiter in ſpolio iudiciali detur retentio ſpoliatori pro credito vndequaque liquido, & claro, Rot. poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.* 20. *num.* 4. *&* 5. vbi quòd ſecus eſt in ſpolio priuato reſultante ex tranſactione nulla ex defectu conſenſus, vide in §. *Retentio*, *num.* 3. *& num.* 16.

Remedia poſſeſſoria an ſint licita, & permiſſa in foro 20
conſcientiæ, vbi actor fouet malum ius in proprietate dixi in §. *Poſſeſſio*, *num.* 59.

Remedia poſſeſſoria, alia verſantur circa adipiſcendam 21
poſſeſſionem, & ſunt plura, veluti interdictum quorum bonorum; Quorum legatorum; Saluianum; *l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll.* (de quo infrà;) *l.* 3. *C. de pign.* & officium iudicis, de quibus plenè Menoch. *tract.*

de adipiſcend. poſſ. per tot. vbi benè omnia prædicta remedia declarat Ridolphin. *in prax. part. 2. cap. 6. cum pluribus ſeqq. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 130. *& ſeqq. vol.* 4. Ricc. *Collect.* 2179.

Alia verſantur circa retinendam poſſeſſionem, & pariter ſunt plura, nempè interdictum. Ne vis alicui fiat; vtrobi; vti poſſidetis, de ſuperficiebus; de itinere, actuque priuato; de aqua quotidiana, & æſtiua; de riuis; de fonte; & iudicis officium, de quibus latè idem Menoch. *tract. de retinend. poſſeſſ. per tot.* Ridolphin. *in prax. part. 2. cap. 12. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 142. *&c. vol.* 4. Ricc. *Collect.* 2180.

Alia verſantur circa recuperandam poſſeſſionem amiſſam, & iſta itidem ſunt molta iuxta factorum qualitatem, nempè interdictum Vnde vi; *l. indebiti* 15. *§. Sed etſi, ff. de condit. indeb. l. 2. ff. de condict. triticar. l. ſi me, & Titium* 33. *ff. ſi cert. pet. l. extat* 13. *ff. de eo quod met. cauſ. l. creditores 7. ff. ad l. Iul. de vi priuat. l. 1. C. ſi per vim*, vel alio modo abſentis ſit turbata poſſeſſio, *l. inuaſor, C. vnde vi, l. meminerint, C. eod. l. ſi quis in tantam, C. eod. l. ſi colonus* 14. *C. de agr. & cenſ. lib. 11. l. conductores* 34. *C. locat. l. non ab re* 20. *C. vnde vi, l. 2. & vlt. C. de prat. pign. l. vlt. C. vnde vi, l. vlt. C. de acquir. poſſ. c. reintegranda 3. quaſt. 1.* (de quo ſupra) *c. ſæpè 18. de reſtitut ſpol.* & iudicis officium, vt latè omnia declarat idem Menoch. *tract. de recuperand. poſſ. per tot.* Ridolphin. *in prax. part. 2. cap. 14. num. 60. & ſeqq.* Marant. *de ord. iud. part. 4. diſtinct. 7. num. 22. & ſeqq.* Card. Toſch. *litt. S. concluſ.* 384. *per tot.* vide in §. *Spolium*, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 135. *& ſeqq. vol.* 4. Ricc. *Collect.* 2181. & 1340. Gait. latè inter deciſiones Sanfelic. *deciſ.* 397. *cum Addit.*

DE REMEDIO

l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll.

22 Remedium *l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll.* eſt illud, quod competit hæredi in tota, vel quota hæreditate inſtituto, competenti iudici teſtamentum ab omni vitio viſibili exemptum oſtendenti, vel producenti pro acquirenda poſſeſſione hæreditatis, ſommariè intra tantum tempus, vt petitio hæreditatis non fuerit præſcripta, nullo legitimo exiſtente poſſeſſore; contradictore autem legitimo exiſtente, de potioritate iurium cauſa cognita agitur, ſicuti colligitur *ex text. d. l. fin.* & poteſt concurrere cum interdicto quorum bonorum, Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 48. per tot.* Menoch. *de adipiſcend. poſſ. remed. 4. per tot.* Cæſ. Argel. *tract. de acquirend. poſſeſſ. quaſt. 1. art. 7. & per tot. tractatum*, vbi pleniſſimè materiam *d. l. fin. explicat*, adde Tuſch. *litt. L. concluſ.* 287. *&* 288. *per tot.* Ridolphin. *in prax. part. 2. cap. 7. per tot.* vbi etiam ponit formulam actorum, & alias plures obſeruationes, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 30. *vol.* 4. Ricc. *Collect.* 70. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 163. vbi etiam quando non obſtet aliqua interlineatura, vel ſuperadditio de voluntate teſtatoris facta, vel ad maiorem declarationem.

Competit etiam executori teſtamentario tenenti locum hæredis, Alex. *in d. l. fin. num.* 10. vbi citat Bart. Surd. *deciſ.* 332. *num.* 5. *in lib.* 2. latè Argel. *de acquirend. poſſeſſ. quaſt. 15. per tot.* vbi de Epiſcopo, & alijs executoribus teſtamentarijs, tutoribus, procuratoribus, hæredibus fiduciarijs, & huiuſmodi.

Item competit hæredi hæredis, Menoch. *de adipiſc. remed. 4. num.* 236. Rot. *part. 3. recent. deciſ. 116. num. 1. & part. 14. deciſ.* 145. *num.* 2. vide *infra num.* 31. & latè Argel. *de acquirend. poſſeſſ. quaſt. 10. art. 3. cum pluribus ſequentibus.*

Item competit hæredi inſtituto coram teſtibus, ſi illorum atteſtationes redigantur in ſcripturam publicam, Gratian. *diſcept. for. cap. 749. num. 30. cap. 268. num. 66.* Menoch. *de arbitr. caſ. 63. num. 4. & de adipiſc. remed. 4. nu. 91. & ſeqq. & num. 107. & ſeqq.* Argel. *de acquir. poſſ. quaſt. 6. num.* 6. Ridolphin. *d. cap. 7. num. 30. &c.* Franciſc. de Angel. *de confeſſ. lib. 1. quaſt. 7. effect.* 19. vbi idem ſi probetur inſtitutio ex confeſſione aduerſarij, niſi adſint ad ſucceſſionem aſpirantes, vel niſi aliter iudici congruè conſtet.

Quòd quamuis competat etiam hæredi ex teſtamento nuncupatiuo in ſcriptis redacto, ſiue per notarium, ſiue per teſtes examinatos, & publicatos in forma valida, ſiue à parte aduerſa confeſſato; tamen donec aliquo ex dictis modis appareat de teſtamento, non ſolùm aſſerens, & prætendens ſe hæredem inſtitutum excluditur à dicto remedio, ſed nec etiam habet legitimam perſonam ad impediendam immiſſionem ex officio iudicis competentem venientibus ab inteſtato, qui ideò non obſtante contradictione huiuſmodi præſenti inſtituti per ſcripturam, vel confeſſionem partis non apparentis, erunt immittendi, ad latè tradita per Mart. Medic. *Exam. 6. & deciſ. 13. per tot.* Argel. *de acquir. poſſeſſ. quaſt. 6. art. 1. & ſeqq. per tot.*

Competit dictum remedium etiam hæredibus inſtitutis in teſtamento clauſo, & ſecretò condito per ſcripturam, de cuius identitate non dubitetur, ad latè tradita per Rot. *part. 11. recent. deciſ. 215. per tot.* & dixi in §. *Teſtamentum, num. 38. infrà num.* 36.

Qualiter competat etiam hæredi inſtituto in teſtamento ob impedimentum non completo, ratione tamen voluntatis perfecto, & alia Ferdinand. de Eſcanno *tract. de teſtament. cap. 4. num. 18. & ſeqq. per tot.*

Extrema in hoc remedio neceſſaria, ſunt teſtamentum non cancellatum, nec abolitum, obitus teſtatoris, & identitas bonorum, Menoch. *de adipiſcend. remed. 4. num.* 199. Gregor. *deciſ. 206. num.* 1. Rot. *part. 1. recent. deciſ. 35. num. 20. &c. & part. 10. deciſ. 179. num. 1. &c.* vbi etiam quis ſit legitimus contradictor, vel non, de quo plenè Argel. *d. tractat. de legitim. contrad. ſiue de acquir. poſſeſſ. infrà num.* 33.

Non autem procedit dictum remedium in codicillis, Sapia *in d. l. fin. num.* 12. quem ſequitur Ludouic. Belli *conſ. 1. nu.* 4. Sed in contrarium eſt veritas, vt alijs citatis concludit Argel. *d. tract. quaſt. 8. art. 7. per tot. & quaſt. 11. per tot.*

Remedium *d. l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll.* ſecundùm aliquos non datur hæredi in re certa inſtituto; etiam non 23
dato alio cohærede vniuerſali, cùm deficiat teſtamenti apparentia, ac huiuſmodi inſtitutio non poſſit legi, nec ad oculum demonſtrari quoad omnia, licèt ad omnia extendatur, Iaſ. *in d. l. fin. num. 7. infrà num. 31. in fine*, Ludouic. Bell. *conſ. 1. num.* 5. vbi intelligit quando eſt datus cohæres vniuerſalis, qui hæreditatem adiuit.

Sed contrarium eſt verius, cùm id, quod ſubintelligitur ex littera, & diſpoſitione legis habeatur pro expreſſo, & dicatur legi poſſe, non ſecus ac ſi expreſsè ſcriptum eſſet, Altograd. *conſ. 77. num. 4. lib.* 1. Menoch. *de adipiſcend. remed. 4. num. 121. & ſeqq.* Argel. *de acquir. poſſ. quaſt. 17. art. 4. & ſeqq. per tot.* Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 310. *num.* 12. vbi quòd competit non ſolùm hæredi ſcripto verbis expreſſis, ſed etiam hæredi, qui virtualiter inſtitutus apparet ex veriſimili mente teſtatoris, *& part. 13. deciſ.* 163. vbi quòd competit etiam hæredi hæredis ſcripti, & in re certa inſtituti, & non obſtante aliqua interlineatura.

An autem immiſſus in poſſeſſionem ex remedio *d. l. fin.* teneatur cauere de reſtituendo rem cum fructibus in caſu ſuccumbentiæ ad fauorem fideicommiſſariorum, vel aliorum, Franc. *deciſ. 267. per tot.* vbi videtur concludere quòd ſic de iure, licèt de conſuetodine raò practicetur.

Remedium *d. l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll.* competit 24
etiam fideicomiſſario, probatis requiſitis, quæ qualia ſint Rot. *in Recanaten. bonorum* 29. *Aprilis* 1641. coram Cerro *part. 9. recent. deciſ.* 18. *& in Bononienſ. fideicommiſſi de Amorinis* 18. *Maij* 1648. coram Meltio *part.* 10. *recent. deciſ. 185. per tot. & in alia Bononien. fideicommiſſi Ven.* 12. *Aprilis* 1650. *coram Veroſpio*, Duran. *deciſ. 432. num. 1. deciſ. 358. num. 2. &c.* Caualer. *deciſ. 204. num. 4. &c.* Vrceol. *Conſult. for. cap. 19. num. 1. &c. Rot. Lucen. in Lucana Saluiani pro fideicommiſſo particulari 3. Ianuarij 1688. coram Bernardino Auguſtino*, apud modern. Iacob Bald. *in obſeruat. ad Ramon. deciſ. 43 per tot.* Et plura de remedijs poſſeſſoris tradit Chriſtophor. de Paz. *tract. de Tenuta per tot.* An hoc remedium procedat in feudis aduerſus illum, qui aperto ſibi iure ad ſucceſſionem venit, & in promptu docet de iure ſuo, & alia plura ad rem Carol. Tap. *deciſ. 1. per tot. & num.* 28. adde eumdem Tap. *deciſ. 58. per tot.* vbi quid ſi conſtet de nullitate teſtamenti, vbi tamen quòd grauatus eſt legitimus contradictor ratione ſuarum detractionom, pro quibus habet retentionem, Rot. *part. 13. recent. deciſ. 179. numer. 2. & ſeqq. per tot. & deciſ. 277. per tot.* vbi etiam de Saluiano; & quid ſi inuentarium non fecerit grauatus, an ob id præſumatur ſatisfactus de dictis detractionibus, vide in §. *Fideicommiſſum, num. 35. &c.* §. *Immiſſio, numer.* 1. Ridolph. *in prax. part. 2. cap. 7. num. 62. & ſeqq. per tot.* Menoch. *de adipiſc. remed. 4. num. 181. &c.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 48. num. 55. &c.* Merlin. *deciſ.*

312. & deciſ. 405. & 415. per tot. deciſ. 440. & deciſ. 459. num. 1. vbi quòd datur etiam contra tertium poſſeſſorem, ſicut & Saluianum, Rot. part. 16. recent. deciſ. 121. per tot. & part. 17. deciſ. 180. & part. 19. deciſ. 355. vbi quòd datur etiam pro fideicommiſſo in donatione inter viuos.

Requiſita prædicta, ſunt exiſtentia, & purificatio fideicommiſſi, identitas bonorum, & bona remiſiſſe in hæreditate fideicommittentis, quod probatur ex inuentario hæreditatis, nec eſt opus probare de illius dominio, Altograd. conſ. 104. num. 2. &c. lib. 2. Rot. vbi ſuprà, & part. 9. recent. deciſ. 320. num. 1. & ſeqq. vol. 2. & deciſ. 467. & part. 10. deciſ. 279. per tot. & deciſ. 318. Merlin. d. deciſ. 405. & 415. vbi quod ſufficit fuiſſe ſemel poſſeſſa à fideicommittente, cùm huiuſmodi poſſeſſio præſumatur continuata, idem Merlin. deciſ. 686. num. 1. &c. Rot. part. 18. recent. deciſ. 630. & 705. per tot. Vrceol. Conſult. for. cap. 57. num. 16. & ſeqq. vol. 2. Rot. part. 9. recent. deciſ. 169. num. 4. vbi quòd deficiente poſſeſſione de tempore obitus, fideicommiſſarius non poteſt obtinere immiſſionem, & part. 13. deciſ. 111. num. 1. & ſeqq. deciſ. 277. per tot. & deciſ. 293. vbi etiam quòd non procedit præſumptio continuatæ poſſeſſionis, quando aliquid medio tempore factum appareret, quod dictam continuationem excludat, Rot. part. 18. deciſ. 636. per tot. & 705.

Quando tamen ageretur contra tertium titulo poſſidentem, & cauſam à fideicommittente non habentem, eſſet etiam neceſſaria probatio dominij, Rot. part. 16. recent. deciſ. 12. per tot.

Quòd competat etiam ſubſtitutis in teſtamento, Caualer. deciſ. 357. num. 1. vbi appellat hoc remedium, immiſſionem ex Saluiano, latè Argel. de acquirend. poſſeſſ. quæſt. 7. art. 2. & ſeqq. vbi de ſingulis ſubſtitutionibus.

Non tamen competit pro fideicommiſſo in contractu inter viuos ordinato, Giouagn. conſ. 34. num. 6. lib. 2. Rot. part. 14. recent. deciſ. 268. num. 18. & latè probat contrarijs reſpondendo Argel. de acquirend. poſſeſſ. quæſt. 8. art. 8. per tot. & quæſt. 12. vbi plura ad rem.

An, & quando competat fideicommiſſario, & ſimilibus, Alex. Caſtr. & alij in d. l. fin. Gratian. diſceptat. for. cap. 931. num. 25. & per tot. infrà num. 27. Ridolph. loc. cit. per tot. Paul. Chriſtin. deciſ. 30. num. 5. vol. 4. Ant. Fab. in Cod. tit. de edict. D. Adrian. toll. per tot. plenè Argel. d. tract. quæſt. 8. per tot.

Ceſſat tamen dictum remedium ſtante tranſactione ſuper fideicommiſſo inita, ſed agendum eſt remedio ordinario reſciſſorio tranſactionis, & reſtitutionis acceptis, Merlin. deciſ. 767. Rot. part. 10. recent. deciſ. 126. vbi quod immiſſio competit alteri fideicommiſſario ex alio fideicommiſſo, vide in §. Tranſactio, num. 10.

25 Remedium prædictum competit etiam in bonis emphyteuticis, & dominus directus non eſt legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem hæredis emphyteutæ, niſi oſtendat conceſſionem, ex qua cognoſci poſſit an linea ſit finita, Caualer. deciſ. 316. per tot. Rot. part. 11. recent. deciſ. 361. in princip. & part. 13. deciſ. 517. num. 2. & part. 14. deciſ. 323. num. 1. vbi quòd competit vigore inueſtiturarum, &c. part. 15. deciſ. 89. vbi quòd in emphyteuſi ex pacto, & prouidentia, docto de identitate bonorum, & de comprehenſione in inueſtitura conceditur immiſſio, & part. 16. deciſ. 54. num. 16. & ſeqq.

Qualiter competat etiam pro executione litterarum Apoſtolicarum prouiſis, & nominatis in dictis litteris iuſtificatis, Rot. part. 15. recent. deciſ. 92. per tot. vide in §. Littera, num. 23. & plenè Argel. de acquirend. poſſeſſ. quæſt. 18. & 19. per tot.

An competat tam pro rebus, quæ erant teſtatoris tempore obitus, quàm pro fructibus, & augumento hæreditatis, latè Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 504. num. 51. &c.

Quòd competat etiam pro bonis, quæ teſtator poſſidebat iure pignoris tantùm, cùm non ſit opus probare dominium teſtatoris, ſed ſola detentio apud eum ſufficiat, Rot. part. 13. recent. deciſ. 163. num. 15. & ſeqq.

Quod dictum remedium non impediatur per petitionem remiſſoriæ, quia in iſtis poſſeſſorijs non admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem, Ludouiſ. cum Beltramin. deciſ. 367.

26 Remedium d. l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll. vt competat debet produci originale, & non exemplum teſtamenti, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 858. num. 2. &c.

Sufficit tamen exemplum in forma publica à notario leuatum, ac ita paſſim ſeruatur Rot. in Romana ſucceſſionis 19. Ianuarij 1629. coram Durano num. 5. vbi concordantes deciſiones allegantur Ridolph. in prax. part. 2. cap. 7. num. 36. Buratt. deciſ. 211. num. 12. & ſeqq. Rot. part. 12. recent. deciſ. 61. num. 12. & per tot. vbi etiam ſi fuerit ab alio leuatum, & latè part. 16. deciſ. 104. per tot.

Quòd etiam competat vigore ſcripturæ manu teſtatoris conſcriptæ, quæ fauore piæ cauſæ, & inter liberos habet vim teſtamenti, Menoch. de adipiſc. remed. 4. num. 312. plenè Argel. de acquir. poſſ. quæſt. 6. art 9. per tot. Rot. part. 10. recent. deciſ. 289. num. 3. & ſeqq. & part. 11. deciſ. 271. ſuprà num. 22. intellige ſi conſtet de originali, de identitate, & perfectione voluntatis, aliàs ſecus, Rot. part. 13. recent. deciſ. 472. per tot. vide in §. Scriptura.

Remedium prædictum intentatum à fideicommiſſario 27
impeditur per exceptionem alterius fideicommiſſi incontinenti probatam, Rot. in Romana hæreditatis de Capizucchis 20. Aprilis 1635. coram Motman. in Nouiſſ. part. 6. deciſ. 34. num. 1. & part. 11. deciſ. 142. num. 1. &c. ſuprà num. 24. Vrceol. Conſult. forenſ. cap. 82. num. 38. volum. 2. Argel. de legat. contrad. quæſt. 2. num. 189. Rot. part. 18. recent. deciſ. 735. num. 1. & ſeqq. vbi etiam remouentur obiecta ſuper legalitate inſtrumenti, & notarij.

Si autem exceptio antiquioris fideicommiſſi ſit turbida, & exigat probationes, non impedit immiſſionem pro fideicommiſſo recenti, & claro, Merlin. deciſ. 787. Rot. part. 10. recent. deciſ. 127. per tot. vbi quando primum fuit tranſactione ſopitum, & p. 13. dec. 22. n. 13. & p. 15. dec. 173. per tot.

Idem eſt ſi fideicommiſſum antiquius deducatur per interpretationem, & non ſit litterale, quia tunc non impedit poſterius clarum, & litterale, Rot. part. 14. recent. deciſ. 536. nu. 192. &c. par. 15. deciſ. 80. vbi plura ad rem, & par. 16. deciſ. 118. n. 9. vbi quod veniens ex anteriori fideicommiſſo non eſt legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem venienti ex poſteriori, niſi copulatinè doceat de litterali, & claro fideicommiſſo, ac de poſſeſſione fideicommittentis tempore obitus, ac de incompetentia, ſiue conſumptione detractionum, & par. 17. deciſ. 359. vbi quòd fideicommiſſum anterius coniecturale, & interpretatiuum pendens à vocatione filiorum in conditione poſitorum, non impedit immiſſionem fideicommiſſario poſteriori.

Remedium d. l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. non habet 28
locum vbi ſtatim conſtat de nullitate teſtamenti ob præteritionem filij, & filiatio non controuertitur, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 702. num. 42. &c. Menoch. de arbitr. caſ. 12. num. 3. &c. vbi tamen quòd non impeditur per exceptiones requirentes altiorem indaginem, niſi incontinenti probentur arbitrio iudicis, Altograd. conſ. 104. num. 42. lib. 2. vide Rot. part. 1. recent. deciſ. 526. num. 7. part. 4. tom. 2. deciſ. 370. num. 5. & part. 13. deciſ. 101. per tot. vbi quòd præteritio eſt vitium inuiſibile, & proindè non aptum ad impediendam immiſſionem, cùm extrinſecus ſit petenda probatio filiationis, & idem eſt in alijs vitijs inuiſibilibus, & quæſtionibus iuris dubij, quæ æquiparantur quæſtionibus facti. An habeat locum ſtante præteritione filij, latè videndus Argel. de acquir. poſſeſſ. quæſt. 3. art. 16. per tot.

Quòd non impediatur per exceptionem nullitatis, niſi ſit incontinenti probata, ſed interim conceditur immiſſio reiecta nullitate ad petitorium, Altograd. conſ. 74. num. 35. & ſeqq. lib. 1. vbi quòd producto teſtamento in ſui facie valido, non abolito, neque cancellato, ceſſat interdictum quorum bonorum à venientibus ab inteſtato intentatum, cùm prius per iudicium ordinarium ſit de viribus teſtamenti diſputandum, & illud annullandum, vt ſuccedentes ab inteſtato poſſint admitti, Merlin. deciſ. 41. num. 13. &c. vbi an, & quando dubietas teſtamenti impediat aditionem ab inteſtato, Rot. part. 11. recent. deciſ. 271.

An admittat exceptionem incapacitatis hæredis, Grat. diſcept. forenſ. cap. 264. num. 39. cap. 732. num. 20. & 47. cap. 958. num. 21. &c.

Quòd non admittat exceptionem inhabilitatis circa perſonam teſtatoris, latè idem Gratian. cap. 895. num. 1. &c. vide Menoch. de adipiſc. remed. 4. num. 730. Argel. de acquir. poſſ. quæſt. 3. art. 16. num. 861. & 889. Rot. part. 13. recent. deciſ. 445. num. 16. vbi quod inhabilitas teſtatoris tamquam in Religione profeſſi incontinenti probata, ſit vitium viſibile per euidentiam facti, & impedit immiſſionem hæredis in teſtamento ſcripti, & idem in alijs exceptionibus incontinenti probatis dicendum puto.

Nec

Nec exceptionem falſitatis, ſiue alterius vitij inuiſibilis, Caualer. *deciſ.* 464. *num.* 3. & 4. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 525. vbi tamen quòd quotieſcumque contra teſtamentum alioquin in nulla ſui parte vitium viſibile continens concurrunt vrgentes coniecturæ, & præſumptiones orientes ex vitio latente, & intrinſeco, & non agitur ad illud falſum declarandum, ſed tantùm ne ei detur fides, tunc ob ſuſpicionem falſitatis ex coniecturis reſultantem, hæres non mittitur in poſſeſſionem, vt diſtinguunt Maſcard. *de probat. concluſ.* 740. *numer.* 7. Farinac. *quæſt.* 152. *numer.* 16. & *conſ.* 108. *numer.* 8. & *conſ.* 100. *numer.* 6. *lib.* 2. alijque ibidem relati.

Non etiam habet locum dictum remedium exiſtente aliquo vitio viſibili in teſtamento, Marcian. *Diſput. forenſ. cap.* 29. *per tot.* vbi etiam quid ſtante incapacitate hæredis inſtituti, & alia ad rem.

Quòd non admittat exceptiones, reſpicientes poſſeſſorium ordinarium, aut petitorium, nec requirentes altiorem, ſed tantum exceptiones peremptorias releuantes incontinenti probatas, Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 7. *num.* 91. & 92.

Quibus competat, vel non, & quas exceptiones admittat, vel non, plenè Argel. *de acquir. poſſeſſ. quæſt.* 3. *per tot. cum pluribus ſeqq. per tot. tractatum.*

29 Remedium *d. l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* non competit hæredibus venientibus ab inteſtato, licèt eiſdem dentur alia remedia poſſeſſoria, nempè *interdictum quorum bonorum*, & *petitio hæreditatis*, Alex. *in d. l. fin. num.* 22. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 169. *num.* 2. & *ſeqq.* vbi tamen quòd ſi vſi fuerint dicto remedio, non annullatur proceſſus, ſtantibus clauſulis ſalutaribus libelli, & *part.* 12. *deciſ.* 168. *num.* 3. &c. vbi de interdicto *quorum bonorum* competente hæredibus ab inteſtato, Mart. Medic. *deciſ.* 13. *per tot.* Altograd. *conſ.* 74. *per tot. lib.* 1. vbi quòd venientibus ab inteſtato competit interdictum *quorum bonorum*, illud tamen impeditur vbi adeſt teſtamentum, vel potiùs competit ſcriptis in teſtamento, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 158. vbi an impediatur per exceptionem fideicommiſſi. Et de dicto remedio *l. fin.* quòd non competat hæredibus ab inteſtato venientibus, latè Argel. *de acquir. poſſeſſ. quæſt.* 4. *per tot.*

Qualiter differant inter ſe remedium *d. l. fin.* & interdictum, *quorum bonorum*, Menoch. *de adipiſc. remed.* 4. *num.* 46. & 54. Marant. *de ord. iud. part.* 4. *Diſtinct.* 7. *num.* 3. Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 7. *num.* 29. & *num.* 32. & *cap.* 10. *num.* 3. &c.

30 . Remedium prædictum ceſſat, & debet cauſa ordinariè cognoſci, quando hincindè teſtamentum producitur, Caualer. *deciſ.* 485. *num.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 765. *num.* 39. *cap.* 895. *num.* 8. vbi etiam quid ſtante paritate tituli, & *in cap.* 948. *num.* 54. latè Ridolph. *d. cap.* 7. *num.* 49. & *ſeq.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 210. *num.* 9. & 10. vbi quòd non procedit, ſi de inſubſiſtentia alterius teſtamenti ſtatim appareat, quia tunc alteri teſtamento valido non debet denegari executio, & immiſſio, & *part.* 15. *deciſ.* 328. vbi quòd immiſſio datur ſecundo hæredi in poſteriori teſtamento inſtituto ex regula reuocatoria primi, per ſecundum, de qua vide *in* §. *Teſtamentum*, & Argel. *de acquir. poſſeſſ. quæſt.* 14. *per tot.*

Quòd ſit contradictor legitimus, qui venit ex primo teſtamento, & poſſidet, ad impediendam immiſſionem hæredis, in ſecondo teſtamento inſtituti, ad hoc ne executiuè procedatur, ſed agendum ſit via ordinaria, Rot. *in Romana ſucceſſionis* 19. *Ianuarij* 1629. coram Durano *num.* 35. & 36. penès Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. tom.* 2. *deciſ.* 62. latè Argel. *de acquir. poſſeſſ. quæſt.* 6. *art.* 6. & *ſeqq.*

Quòd competat fideicommiſſarijs etiam aduerſus tertios poſſeſſores, & ſucceſſores extraneos, Argel. *de acquir. poſſ. quæſt.* 8. *num.* 805. & *ſeqq.* Rot. *part.* 1. *recent. deciſ.* 237. *num.* 1. & *part.* 9. *deciſ.* 62. *num.* 8.

Quòd non detur contra titulo poſſidentem, quando titulus fuit quæſitus ante mortem teſtatoris, aliàs ſecus, Afflict. *deciſ.* 119. *num.* 6. Grat. *diſcept. forenſ. cap.* 766. *in princip.* vide Ridolphin. *infr. cit.* Merlin. *deciſ.* 683. *num.* 9.

Quòd ſtante legitimo contradictore agendum ſit via ordinaria; legitimus autem contradictor dicatur ille, qui poſſidet bona fide, & ſine vitio, ac incontinenti docet de iure ſuo; non tamen talis dicitur ad effectum impediendi immiſſionem qui non poſſidet, licèt habeat titulum, niſi habeat etiam facultatem capiendi poſſeſſionem propria auctoritate, & alia plura de hac materia quiſnam dicatur legitimus contradictor, vel non ad impediendam immiſſionem petitam vigore *d. l. fin.* latè Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 7. *num.* 49. & *ſeqq. ad* 73. Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 121. 279. & 286. *per tot.* & *part.* 17. *deciſ.* 229. & plenè Argel. *tract. de legit. contract. ad d. l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll. per tot. tractatum.*

Quòd data tituli diſparitate quis non dicatur legitimus contradictor, Argel. *de legit. contradict. quæſt.* 7. *art.* 7. *num.* 144. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 510. *num.* 5.

Remedium *d. l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* ceſſat quando 31
iam negotium fuit cognitum in petitorio ſuper proprietate, & quando hæres iam facto proprio cecidit à poſſeſſione, Gratian. *diſcept. for. cap.* 731. *num.* 2. & *per totum.*

Intellige niſi fuerit appellatum à ſententijs in petitorio latis, nam dùm pendet appellatio ſuſpenditur illarum effectus, & non impediunt interea immiſſionem vigore *d. l. fin.* vt benè probat Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 51. *n.* 1. & *ſeqq.*

Quòd non competat hæredi hæredis, quando primus hæres poſſeſſionem adeptus fuit, cùm tunc bona non dicantur amplius hæreditaria, vel fideicommiſſaria, ſed per aditionem facta fuerint libera, & propria adeuntis, Menoch. *de adipiſc. remed.* 6. *num.* 246. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 139. *num.* 26. *part.* 13. *deciſ.* 483. & 508. *per tot.* vbi quòd ſemel immiſſio non amplius competit, nec eius hæredi, niſi probata poſſeſſione de tempore mortis, & *part.* 16. *deciſ.* 243. *num.* 4. vbi quòd numquam datur hæredi illius, qui dum vixit ſemel immiſſionem obtinuit, & deindè facto proprio deſijt poſſidere, nec poteſt cumulari cum remedio recuperandæ.

Non datur contra legatariam legitimæ, licèt legatum excederet illius quantitatem, & admittit exceptionem, dolo facis petendo, quòd ſtatim reſtituturus es, idem Grat. *d. cap.* 731. *num.* 8. &c.

Non etiam datur immiſſio hæredi in bonis à creditoribus teſtatoris, vel fideicommittentis, poſſeſſis, *l. ſi quod* 34. §. *Sed ſi ff. de petitione hæredit.* Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 342. *num.* 1.

An autem poſſit impediri à legatarijs, vel fideicommiſſarijs, Surd. *deciſ.* 333. *per tot. lib.* 2. Franch. *deciſ.* 204 *per tot*, vide *in* §. *Fideicommiſſum num.* 37. & §. *Legatum num.* .... latè Ludouiſ. cum Beltramio. *deciſ.* 206. *per tot.*

Quòd vt fideicommiſſarius dicatur legitimus contradictor, tria copulatiuè requiruntur, nempè vt doceat incontinenti de iure ſuo, nihil ſit detrahendum, & poſſideat ſine vitio, Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 312. *num.* 13. *part.* 12. *deciſ.* 255. *n.* 2. & *part.* 15. *deciſ.* 121. *per tot. deciſ.* 279. & 286. *per tot.*

Quòd dictum remedium non competat legatarijs, Ludouiſ. *deciſ.* 206. *num.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 701. *num.* 25. &c. Ger. Spin. *conſ.* 59. *num.* 13. &c. Argel. *de acquir. poſſeſſ. quæſt.* 8. *art.* 11. *per tot.* Cabal. *conſ. deciſ.* 131. *per tot. lib.* 2. vbi idem firmat in inſtituto in re certa, dato alio cohærede vniuerſali, quia tunc habetur pro legatario, illis tamen ſuccurritur per immiſſionem in poſſeſſionem ex officio iudicis, vel per executionem paratam ex teſtamento contra hæredem, & alijs remedijs, de quibus dixi *in* §. *Legatum*, *num.* 79. & 80.

Non etiam competit pro maioratu conſequendo, niſi ſit totius, vel quotæ hæreditatis teſtamento ordinatus, Ludouic. Belli *conſ.* 1. *num.* 6. &c. & *conſ.* 3. *num.* 2. &c.

Remedium prædictum non admittit appellationem 32
etiam de iure canonico, maximè ad effectum ſuſpenſiuum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 383. *num.* 5. &c. Marta *de ſucceſſ. legal. part.* 4. *quæſt.* 16. *art.* 4. *per tot.* Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 570. *num.* 7. vbi quòd nec etiam illam admittit vigore ſtatuti Bononiæ permittentis appellare in quolibet iudicio poſſeſſorio, vt dixi *in* §. *Appellatio*, *num.* 53.

Niſi ſententia ſit lata per verba negatiua, actorem ſcilicet non eſſe immittendum, quia tunc licita eſſet appellatio, Duen. *reg.* 44. *limit.* 1.

Quòd imò de iure canonico ſit admittenda appellatio etiam in dicto remedio, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 441. *num.* 1. vbi concordantes allegat.

Alia plurima pro pleniori intelligentia, *d. l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* tùm ad theoricam, tùm ad praxim ſpectantia tradunt Cæſ. Argel. *in ſuo tract. de acquir. poſſ. ex remed. d. l. fin. per tot.* Menoch. *tract. de adipiſc. poſſ. remed.* 4. *per tot. ad num.* 930. Martha *de ſucceſſ. legal. part.* 4. *quæſt.* 16. *per tot.* vbi an, & quando competat, quas exceptiones admittat, quis in eo dicatur legitimus contradictor, & an appellationem admittat.

33 Remedium *d. l. fin. C. de edict. d. Adrian. toll.* vt locum habeat plura ſunt neceſſaria.

Quis autem ſit Iudex competens in hoc iudicio immiſſionis ex remedio *d. l. fin.* vide Carol. Tap. *deciſ. 33. per tot.* vbi concludit pro Iudice in cuius territorio ſita ſunt bona, & ſi ſint in diuerſis Territorijs poſſe pronunciare de immittendo generaliter, & deſtinare litteras requiſitorias ad Iudicem alterius loci, in quo ſunt alia bona.

Primò, vt exhibeatur in actis coram iudice teſtamentum ipſum non raſum, non abolitum, neque cancellatum, aut in aliqua ſui parte vitiatum, aut ſuſpectum.

Secundò, debet probari mors ipſius teſtatoris.

Tertiò, quòd bona, in quibus petitur immiſſio fuerint à teſtatore de tempore eius obitus poſſeſſa;

Quartò, debet pars citari quando poſſeſſio non eſt vacans, ſi verò poſſeſſio ſit vacans non requiritur aliqua citatio, etiam generalis, ſed conceditur mandatum de immittendo cum clauſula, *ſine præiudicio poſſidentium, & habentium meliora, & potiora iura.*

Quintò, quòd non adſit legitimus contradictor, nam ſi adſit, agendum eſt via ordinaria, iuxta ſuperiùs dicta *n. 30.*

Sed quòd de immiſſione rogetur notarius, qui de illa publicum conficiat inſtrumentum, prout hæc omnia, & alia ſingillatim probat Ridolph. *in prax. part. 2. cap. 7. num. 35. & ſeqq. per tot.*

DE REMEDIO.

l. 2. C. de reſcind. vendit.

34 Remedium *l. 2. C. de reſcind. vendit.* in hoc conſiſtit, quòd vbi re ipſa venditor vltra dimidiam iuſti pretij decipitur, ex æquitate *d. l.* tam ipſi, quàm eius hæredi ſuccurritur, vt vel reſtituto pretio accepto res illi reddatur, vel iuſtum pretium ab emptore ſuppleatur, & emptoris eſt electio, ſiue venditor deceptus re ipſa vltra dimidiam iuſti pretij, poteſt acceptum reſtituendo rem recuperare, niſi emptor malit iuſtum pretium ſupplere, prout notant Bald. Salyc. *& alij in d. l. 2. C. de reſcind. vend.* Socin. *reg. 281. per tot.* plenè de hoc remedio Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 66. cum pluribus ſeqq. vol. 3.* Cabal. *conſ. deciſ. 144. per numeros 308. lib. 1.* Ricc. *Collect. 81. & 881.* vbi an detur ad fructus, *& Collect. 3758.* vbi de pretio, & ſumptibus litis reſtituendis.

Vbi de remedio *l. 2. C. de reſcind. vend.* De hac materia latè Fontanel. *deciſ. 60. cum pluribus ſeqq.* Hermoſil. *ad leg. Partit. tom. 2. leg. 56. gloſ. 4. fol. 766. &c.* Conciol. & Romaguer. *Stat. Eugub. lib. 2. Rub. 58. per tot.*

Quomodo calculari debeat dicta læſio, vt dicatur vltra dimidiam, & an habeat locum etiam in emptore læſo circa pretium, vide *in §. Læſio num.* 8. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 66. num. 8. volum 3.*

Quòd iſtud remedium ſpatio 30. annorum terminetur, Sanfelic. *deciſ. 88. num. 7. & ſeqq. Addit. ad eumdem deciſ. 389. in fine.*

35 Remedium prædictum, cùm debeat eſſe in electione emptoris pretium ſupplere, vel rem reſtituere, non datur niſi contra poſſidentem, & habentem facultatem reſtituendi, non autem contra non poſſidentem ad ſupplementum pretij, quia tolleretur dicta electio, Magon. *deciſ. Flor. 110. num. 1. 8. & per tot.* vbi etiam quòd non habet locum annullato contractu ex alio capite, vide Franch. *deciſ. 243. num. 5. & deciſ. 665. num. 6. &c.* vbi an, & quomodo competat contra tertium poſſeſſorem, de quo latè Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 149. num. 7. &c. per tot. volum. 1. & deciſ. 164. per tot. d. vol. 1.* vbi quòd dictum remedium non datur contra tertium poſſeſſorem, & quid de reſtitutione in integrum, adde latè Coſtam *de remed. ſubſid. 47. per tot.*

Imò hoc remedium eſſe potiùs actionem perſonalem, quam realem, & dari contra eum, qui læſionem intulit, etiam ſi non poſſideat, adhoc vt rem redimat, & reſtituat, aut ſuppleat quod deeſt ad iuſtum pretium, probat Gomez. Leon. *dec. Hiſpalen. 23. num. 1.* vbi teſtatur de communi, & allegat. Bald. Caſtr. Salyc. & omnes *in d. l. 2. C. de reſcind. vendit.* vide Coſtam *de remed. 47. per tot.*

Quòd ſi emptor conuentus dicto remedio eligat ſupplere pretium, dicatur habere rem ex antiqua, & non noua cauſa, & ſic ex primæua emptione, ac ideò currat tempus retractus à die primi contractus, & non ſupplementi, Marta *vot. Piſ. 128.*

Quòd Florentiæ numquam, & rarò procedat, & in omnem caſum debeat alternatiuè concludere, data ſcilicet reo electione reſtituendi bona, vel ſupplendi pretium, Magon. *deciſ. Flor. 108. num. 1. & 2.* Bart. *in d. l. 2. C. de reſcind. vendit.* Simoncel. *de decret. lib. 3. tit. 7. num. 13.* Franch. *deciſ. 243. num. 5. & deciſ. 496.* Rot. *part. 10. recent. deciſ. 202. num. 12. &c.* vbi quòd electio debet eſſe emptoris.

Si tamen læſio duas partes ex tribus veri valoris æquaret, tunc dolus dicitur ineſſe contractui, ex cuius nullitate emptor amittit dictam electionem, & præcisè compelli poteſt ad bonorum reſtitutionem, Cagnol. *in d. l. 2. num. 81.* & alij plures, quos refert, & ſequitur Rot. *part. 13. recent. deciſ. 270. num. 13.* & bis in alia cauſa poſt Vrceol. *tract. de tranſact. deciſ. 7. per tot.*

Quòd reſpectu pretij ſupplendi non debeantur fructus recompenſatiui, niſi poſt moram, & litem conteſtatam, Magon. *deciſ. Flor. 23. num. 8.* Simoncel. *loc. cit. num. 14.* vide Franch. *deciſ. 495. & 496. per tot.* & dixi *in §. Fructus num. 30.* vbi contra Paul. Chriſtin. *deciſ. 69. num. 1. volum. 3.* vbi refert contrarias opiniones, & concludit non deberi, idem firmat Sanfelic. *deciſ. 125.* vbi contra limitat quando venditor eſſe minor, & iuuaretur reſtitutione in integrum, & etiam in maiore poſt litem conteſtatam, nam his caſibus veniunt fructus.

An poſſit dictum remediũ intentari perempta re, an ſint reficienda melioramenta, & alia, Chriſtin. *deciſ. 68. vol. 3.*

Quare autem à Iure ciuili pro læſione infra dimidiam non detur remedium reſciſſorium, & ſit permiſſum contrahentibus ſe inuicem decipere infra dimidiam, cum aliàs in foro conſcientiæ nulla ſit permiſſa læſio, vel deceptio vltra latitudinem iuſti pretij, Sperel. *deciſ. 119. num. 66. 69. & ſeqq.* dixi *in Pract. §. Vendere num. 34.* & in hoc Opere *§. Læſio num. 9.*

Remedium *d. l. 2. C. de reſcind. vend.* an, & quando 36
procedat, an habeat locum in dote æſtimata, an competat venditori tantùm, ſiue etiam emptori læſo circa pretium, quanta debeat eſſe læſio, qualiter probata, quomodo calculari vt dicatur vltra dimidiam, & alia plura de hac materia, Vrceol. *Conſult. forenſ. cap. 3. per tot.* Franch. *deciſ. 224. & 225. DD. in d. l.* Gabriel. *comm. concluſ. lib. 3. tit. de empt. & vend. concluſ. 1. per tot.* Soccin. *reg. 281.* Theſ. *deciſ. 165.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 13. num. 40.* Fontanel. *deciſ. 65.* Vbi an in ſubhaſtatione, Aloyſ. Manſ. *Conſult. 100. lib. 1.* vbi an in tranſactione, & Andreol. *Contron. 390.*

Et quod dictum remedium competat tam emptori, quàm venditori data læſione prædicta, idem Fontanel. *deciſ. 67. & 68. per tot.*

An, & quando habet locum in venditione per ſubhaſtationem facta, Arias de Meſa *var. reſol. lib. 1. cap. 35. per tot.* Andreol. *contr. 390. per tot.*

Quòd habet locum etiam in vènditione facta per ſubhaſtationem, quanta debeat eſſe læſio, & quid ſi ei fuerit renunciatum, cum iuramento, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 461. num. 26. &c.* Canalet. *deciſ. 187. per tot. & deciſ. 358. num. 3.* vide *in §. Læſio num. 11. & §. Subhaſtatio num. 8. §. Pretium num. 2.* Dian. *part. 1. tract. 8. reſol. 55. verſ. Sed quale in fine, & part. 9. tract. 8. reſolut. 57.* vbi videtur contrarium tenere, prout etiam contrarium tenet Paul. Chriſtin. *deciſ. 3. num. 13. &c. volum. 5.* vide Rot. *part. 18. recent. deciſ. 64. num. 6. & num. 21. & ſeqq. per tot. & part. 12. deciſ. 316.* vbi quòd habet locum etiam, in ſubhaſtatione; *& part. 14. deciſ. 178.* vbi quòd ſufficit læſio in ſexta parte, & quare, ac de modo illam probandi; ſed contrarium, & dictam vltimam deciſionem reuocatam, vide *d. part. 14. deciſ. 270. per tot. & part. 18. deciſ. 268.* vbi fuit etiam reprobata *deciſ. 609.* Bichij firmans ſufficere læſionem in ſexta parte.

Item habet locum in locatione, & datur etiam illa finita vſque ad 30. annos ad excipiendum, & repetendum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 777. num. 10. &c.* Magon. *deciſ. Flor. 22. num. 1.* latè Caroc. *de locat. part. 1. tit. de reſcind. locat. fol. mihi 48.* Gabriel. *comm. concluſ. de empt. & vend. concluſ. 1. num. 19. &c.* Staiban. *de Intereſſ. lib. 2. tit. 10. quæſt. 1. num. 116. &c.* adde Pacion. *de locat. & conduct. cap. 18 & 19.* Sed contrarium probat Albert. Alderiſ. *tract. de ſymbol. contract. tit. 2. cap. 1. numer. 20. & ſeqq. per tot.* vbi allegat Fabr. *de error. Pragmat. Decad. 8. err. 8.*

An autem procedat in contractu emphyteutico, diuerſæ opi-

opiniones refert Rot. *part.14.recent. deciſ.*235. vbi negatiuam admittit, quando ſoluitur modica penſio, affirmatiuam verò, quando ſoluitur penſio fructibus correſpondens, cùm tunc ſit potiùs locatio nec etiam accidentalis læſio attenditur, ſi poſſit compenſari cum fructibus altàs ex re in exceſſu vtiliter perceptis, *& d. part.14. deciſ.468. n.10. & ſeqq.* vide *in* §. *Læſio num.* 14.

An habeat locum in diuiſione, in qua læſio interceſſerit, Franch.*deciſ.*675. Gizzarel. & Addent. *deciſ.*57. latè Albert. Alderiſ. *tract. de ſymbol. contract. tit.3.cap.9. per tot.* vbi impugnat dictam Gizzareli deciſionem cum Addentibus, dixi *in* §. *Diuiſio num.7.*

An in contractu geminato, idem Franch.*deciſ.*243. *num.* 3. vbi quòd ſic quando in vtroque adeſt læſio.

An in tranſactione Paul. Chriſtin. *deciſ.67. num.*3. *vol.*3. Rot. poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.*55.*num.*1. vbi quòd ſic, vide *in* §. *Tranſactio num.*17. Coſtam *de remed. ſubſid. remed.47. illat.1. per tot.* Rot. *part.18. recent. deciſ.* 698. *per tot.*

Et generaliter an ſicuti procedit quoad omnes contractus bonæ fidei, porrigatur etiam ad omnes contractus ſtricti iuris, Chriſtin. *d. deciſ.67. num.7. & per tot. vol.3.* Fachin. *contr. iur. lib.2. cap.22.*

37 Remedium prædictum non habet locum vbi liberalitas exercetur, nec in contractibus non correſpectiuis, in quibus hincindè non datur certa quantitas, quia tunc læſio non conſideratur, Gratian. *diſcept. forenſ.cap.*952. *num.*26. *&c.* altàs autem ſecus Rot. *part.15. recent. dec.193.num.*10. vide *in* §. *Læſio num.* *&* §. *Venditio n.24.*

Quid ſtante ſcientia valoris rei, vide Couar. *var.reſolut. cap.4. num.2.* Fachin. *contr. iur. lib.2.cap.*20. Paul. Chriſtin. *deciſ.67. num.8. vol.*3.

An habeat locum in contractu iurato, Theſ. *deciſ.*165. *per tot.* Soccin. *reg.*281 *limit.*11. vide *in* §. *Iuramentum nu....* Paul. Chriſtin. *deciſ.67. num.2. volum.*3. Hieron. Cala *tract. de reſtit. in integr. deneg. quæſt.16. per tot.* vbi plura qualiter renuncians *d. remedio cum iuramento excludatur etiam a beneficio reſtitutionis in integrum*, licèt ſit ætate minor, vide *in* §. *Minor num.*11.

Quid ſtante clauſula, *& quod plus valet*, donat Gizzarel. *deciſ.73. num.6. & ſeqq.* dixi *in* §. *Venditio num.24.*

38 Remedium *d. l.2.* competit etiam minori, & Eccleſiæ, quia quando remedium extraordinarium eſt pinguius ordinario, non tollitur per ordinarium, Franch. *deciſ.*248. Cabal. *conſ. deciſ.23. per tot. lib.* 2.

An autem reſoluto contractu ex remedio *d. l.* 2. reſoluatur hypotheca medio tempore conſtituta, Fachin. *contr. iur. lib.2. cap.23.* Paul. Chriſtin. *deciſ.Belgic.67.num.4.* qui referunt contrarias opiniones inter Bartolum, & Baldum, illorumque ſequaces, vide *in* §. *Hypotheca num.47.*

Et an fideiuſſor euictionis teneatur emptori, cui res fuit ablata per minorem venditorem ex dicto remedio *l.2.* vel reſtitutionis in integrum, Cabal. *conſ. deciſ.24. per tot. lib.* 2. vide *in* §. *Fideiuſſor num.78.*

39 Remedium *l. diffamari, C. de ingenu. & manumiſ.* quid ſit, quando, & ad quid competat, vel non, latè Coutard. & alij *in d. l. diffamari*, Ridolphin. *in prax. part.3. cap.3. per tot.* Cabal. *conſ. deciſ.58. lib.*2. vbi quòd procedit non ſolùm in cauſa ſtatus, & libertatis, ſed etiam in qualibet alia cauſa ciuili, tam in actionibus realibus, quàm perſonalibus, & tam reſpectu petitorij, quàm poſſeſſorij, & an ſufficiat vna monitio, vel bina requiratur ad excludendum diffamantem à iure ſuo, concludens vnam ſufficere licèt ad euitandas opiniones ſatius ſit binam præcedere monitionem, maximè vbi ita eſſet ſolitum ſeruari de conſuetudine, & vide Capyc. *deciſ.*205. & Benintend. *deciſ. Bonon.* 66. cum alijs per me citatis *in* §. *Actor num.*11. *& ſeqq. & in* §. *Diſpoſitio num.*11. Rot. *part.16. recent. deciſ.282. num.2. &c.* vbi quòd poſt ſententiam, & rem iudicatam, non poteſt aliquo modo amplius de nouo creditum deduci, latè Coſta *de remed. ſubſid.*50. Rota *part.18. deciſ.597. per tot.* vbi quòd extenditur ad quaſcumque cauſas, tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio, concurrentibus extremis neceſſarijs, nempè intereſſe, diffamatione, ac bina citatione ad docendum de iure ſuo, de quo non docto, imponitur ſilentium, de materia *dict. l.* diffamari latè Hieronym. Cala *tract. de reſtit. in integr. deneg. quæſt.26. 27. &* 28. *per tot.*

40 Remedium *l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat.* an, & quando procedat, vel non, & in quibus donationibus locum habeat, vel non, plenè Tiraquel. & Rip. *in repert. d. l.* Clar. *in* §. *Donatio quæſt.22. & 23.* Oinot. *in* §. *Sciendum Inſtit. de Donat. fol.146. &* 147. dixi *in* §. *Diſpoſitio num.12. & in* §. *Donatio num.28. & ſeqq.*

Remedia plura ſunt ſubſidiaria, quando ſcilicet deficiunt ordinaria, & ſubeſt æquitas, vel alia ratio ſuccurrendi alicui, de quibus plenè Coſta *tract. de remed. ſubſid. per tot.* vbi cumulat, & declarat vltra centum viginti octo ſimilia remedia ſubſidiaria penes eum videnda, & nonnulla etiam in hoc opere in locis opportunis. 41

De remedijs legalibus aliqua tangunt Bertac. *in Repert. verb. Remedium*, Ioſeph. Feliu. *Margar. var. concl. eod. verb.* Thoro *Compend. deciſ. Neap. par.1. verb. Remedium*, & Com. Auguſt. Font. *Biblioth. leg. part.5. eod. verb. fol.*511. 42

Quod melius ſit in tempore occurrere, quam poſt vulneratam cauſam remedium quærere; remedia non expedire, quæ infirmitatem augere poſſunt; tardiora eſſe remedia quam mala ex naturæ humanæ infirmitatis; remedia dictare facilè eſſe, exequi verò difficilè, & alia ex diuerſis Auctoribus notat Caſteion. *Alphabet. iurid. verb. Remed.* 43

Remedia Medica etſi in peſtilentijs vana, vt dixi *in* §. *Medici num.*21. politica tamen ſunt ſatis opportuna, & proficua, ſicut & præſeruatiua, imò & Medica etiam adhibenda, & quæ ex Senerto, & alijs magis proficua exhibet Gaſtald. *tract. de auert. & profliq. peſt. cap.261. & vlt. per tot.* 44

§. REMISSIO XI.

REmiſſio delinquentis qualiter ſit facienda de vno iudice ad alium, & quid quando reſident ſub eodem Principe, vel ſub diuerſis Principibus, Clar. §. *fin. quæſt.* 38. Guaz. *deff.1. cap.17.* Nouar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect.*222. Farinac. *quæſt.7.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.3. lib.* 13. *tit.8. num.*188. *fol.* 89. Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib.2. cap.28. per tot.* Couar. *pract. quæſt. cap.11. per tot.* Creſp. de Valdaur. *obſeru.74. per tot. part.2.* Hieron. Cala *in Pragm.* 11. *de empt. & vendit. ſiue de furt. part.1. cap.* 18. *num.*100. *& ſeqq. fol. mihi* 46. vbi de remiſſione furtum inter iudicem commiſſi delicti, & iudicem contrectationis quando habeat locum, vel non, præcipuè inter Dominos, & Barones, Ricc. *Prax. var. reſolut. cap.71. cum pluribus ſeqq. ad* 90. Guaz. *de pace, &c. part.1. quæſt.59. num.5. & ſeqq.* vbi quid ſeruetur in Curia Romana, Sanfelic. *deciſ.*68. vbi an inter Iudices loci delicti, & originis, Cabal. *reſol. crim. caſ.161. &* 162. vbi quid ſeruetur de conſuetudine, & latè Card. Tuſch. *litt. R. concl.152. per tot.* vbi quòd hodie regulariter non ſit huiuſmodi remiſſio, & quando ſecus, Paul. Chriſtin. *deciſ.194. num.17. &c. vol.4.* Ricc. *Collect.*48. vbi plura, *& Collect.*2214. vbi de Clericis remittendis, & alia notabilia, Spada *conſ.*1. vbi qualiter Baro, ſiue Vaſſallus requiſitus à Domino directo feudi, vel à Miniſtris teneatur remittere delinquentem, vt ab ipſo Domino directo, vel eius Miniſtris ratione delicti puniatur, facit quòd dixi *in* §. *Dominus num.*38. latè Carleu. *de iudic. tit.1. Diſput.2. quæſt.7. ſect.2. per tot. fol. mihi* 175. *&c.* vbi plura de remiſſione delinquentium, & nouiſſimè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.7.* §.6.*n.25. & ſeqq. per tot.* vbi *num.*32. notat plura per officiales animaduertenda antequam conſulant Principibus dictam remiſſionem, nempè, Primò ne remittatur ſubditi ipſius Principis requiſiti; ſecundò, quòd in litteris deprecatorijs, vel requiſitorijs inſeria ſit aliqua ſaltem Summaria cauſæ informatio; tertio, vt conſtet de identitate perſonæ delinquentis; quartò, vt non adſit alicuius iniuſtitiæ ſuſpicio; quintò, quod delictum ſit graue, & de atrocioribus, & citat Creſp. de Valdaur. *loc. per me relato*, Paretam. *de edit. inſtrum. part.1. tit.2. reſol.9. num.60. & ſeqq.* Carleual. Fermoſin. & alios, reſtaturque has animaduerſiones ſeruatas fuiſſe per Sereniſs. Magnum Etruriæ Ducem aliquando deprecatum ab Eminentiſſimis Legatis Bononiæ, & Romandiolæ, quòd & certiùs ego teſtari poſſum, etiam cum alijs Principibus, & Poteſtatibus, ſic ſuadente ſumma eius iuſtitia, & æquitate, & pietate per rationes ſupra ex Sanfelicio tactas. 1

De remiſſionibus cauſarum, & perſonarum tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, multa deciſa refert Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.1. & 2. verb. Remiſſio*, Ca-

pyc.

pyc. Galeott. *controuerſ.* 33. *lib.*2. & alij relati à Com. Auguſt. Fontan. *Bibliotb. legal. part.* 5. *verb. Remiſſio fol.* 512.

An autem vbi non fit remiſſio, ſaltem ſit exequenda ſententia ad inſtantiam iudicis, vel Principis, qui eam tulit in loco delicti, vide Cabal. *caſ.*161. Farinac. *quæſt.* 31. *num.*61. & *quæſt.* 7. *num.*12. & dixi *in* §. *Sententia num.*40.

Et an Baro poſſit in præiudicium ſuorum vaſſallorum renunciare remiſſioni ſibi competenti, & petitæ, latè Donadeus *tract. de renunciat. cap.*29.

Quòd ſi qua cognitio cauſæ requiratur in remiſſione delinquentium, illa ſpectet ad iudicem requirentem, pro quo ſtat præſumptio: Tamen iudices non ſubordinati, nec inferiores iudicis requirentis, poſſunt (imò forſan debent) ante remiſſionem, innocentiam carcerati petiti inueſtigare, & illa cognita remiſſionem non ſolùm denegare, ſed etiam carceratum licentiare, ne aliàs indebitè iniuriam patiatur, quòd tamquam facinoroſus, & ligatus ad alium remittatur, & idem eſſe ſeruandum, quando imploratur brachium ſæculare, & alia, Sanfelic. *deciſ.*64. *per tot.* vide *in* §. *Delinquens num.*20.

An autem remiſſio ſit facienda poſt ſententiam, tam in criminalibus, quàm in ciuilibus, Sanfelic. *deciſ.*69. vbi quòd non regulariter, niſi in concernentibus executionem, quæ eſt remittenda iudici loci delicti eam petenti, & *deciſ.*419. *num.*60. & *ſeqq. cum addit.* Thoro *Comp. deciſ. Neap. verb. Remiſſio*, vbi plura de cauſarum remiſſione, & Nouar. *d. Collect.*222. Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Remiſſio*, vbi remiſſiuè.

2 Remiſſio facta de omni iure, quòd quis habet, vel habere ſperat, intelligitur ex cauſa de præſenti, & non porrigitur ad ius futurum, Bart. *in l. ſi Vxor*, §. *Diuus*, *ff. de adult.* Rom. *conſ.*108. Addit. ad Pract. Pap. *libel. vt pact. ſeruen. gloſ.*3. *in fine*, vide *in* §. *Renunciatio num.*

Quòd cum remiſſio ſit donatio, non præſumatur, ſed ſit probanda, non trahatur ad incognita, & ignorata, nec ad dolo commiſſa, nec ad ea, quæ vindicari poſſunt, nec ad futura, & huiuſmodi, latè Maſcard. *de probat. volum.*3. *concl.*1262. *per tot.* vbi de pluribus alijs remiſſionibus, vide *in* §. *Liberatio*, & §. *Quietatio*.

3 Remiſſio inuentarij facta à tutori à teſtatore, licèt illum liberet à confectione, non tamen liberat, quin teneatur reddere rationem de omnibus, quæ ad illius manus peruenerunt, Pract. Papp. *for. redd. rat. finit. tut. gloſ.*2. *num.*15. vbi Addit. Clar. §. *Teſtamentum quæſt.*66. & ideò pro faciliori redditione rationum ſemper conſulere fieri inuentarium, non obſtante dicta remiſſione, vide per me ſcripta *in reſol. cap.*8. *num.*52. & *ſeqq.*

4 Remiſſio penſionis, ſiue affictus eſt facienda pro rata conductori, qui ex aliquo caſu fortuito ſine culpa propria non percepit medietatem fructuum ſolitorum deductis impenſis; nam ſi ſaltem percepit dimidia, licèt ſint in vili pretio, vel ſi percepit etiam infra dimidiam, attento valore non de tempore contractus, ſed perceptionis, tranſcendant medietatem penſionis in valore, vel ſi conductor in ſe ſuſceperit caſus fortuitus, vel ſi ſterilitas poſſit compenſari cum vbertate aliorum annorum, nulla fit remiſſio, quia ad dictam remiſſionem obtinendam, tria videntur copulatiuè neceſſaria, nempè, vt fructus ſint in tenui quantitate, in vili pretio, & ſequatur intollerabile damnum, Corn. *conſ.*128. *vol.*2. Boſſ. *de remiſſ. Merced. num.* 5. & *ſeqq. per tot.* Ricc. *Collect.*92. Gratian. *diſcept. for. cap.*534. *num.*29. & *ſeqq. cap.*557. *num.*3. &c. vide *in* §. *Caſus num.*1. & §. *Conductor num.*34. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 110. *num.*13. &c. *vol.*3. Petr. Pacion. *tract. de locat. & conduct. cap.*47. *per tot.* vbi benè declarat, an & quando ſterilitas alicuius anni poſſit, vel debeat compenſari cum vbertate aliorum, ſiue præteritorum, ſiue futurorum, vel non, qualis debeat eſſe vbertas, & alia prędicta, referendo etiam opiniones diuerſas, diſtinguendo inter prædia ruſtica, & vrbana, ac demum conſiderando varia pacta fieri ſolita, cui incumbat onus probandi, quid ſi fuerint plures res ſimul locatæ, & alia huiuſmodi.

De remiſſione mercedis, vel penſionis quando ſit facienda, vel non conductori, ſiue etiam emphyteutæ, vltra iam citatos tradunt Manfred. in obſeru. ad Capyc. Latr. 162. & 171. *per tot.* Carol. Anton. de Luca ad Gratian. *diſcept.*195. & 328. *num.*14. Manſ. *Conſult.*26. *lib.*1. Brilla *ad Conſuet. Neap. tit.*24. *cap.*1. Tondut. *quæſt. ciuil. lib.* 2. *cap.*31. Valeron. *de tranſact. quæſt.*1. *num.*21. & *ſeqq.* Capon. *controu.* 36. *per tot.* Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 18. *part.*1. *num.*185. & 387. &c. Andreol. *contr.* 119. Pegaſ. *reſol. cap.*3. *num.*671. &c. alijque plures citati à moderno D. Franciſc. Romaguer. Modernorum Auctorum ſummo cultore, & fautore in Addit. ad Conciol. *Statut. Eugub. lib.*2. *rub.*71. *num.*30. & *ſeqq.* vbi *num.* 34. dicit idem ſeruandum in penſionibus cenſualium, vt ſit facienda remiſſio quando nihil percipitur ex bonis hypothecatis, vel ſoluuntur pro rata fructuum perceptorum, & ſic fuiſſe iudicatum, de quo dixi ego *in* §. *Cenſus num.*23. 30. &c.

Quæ dicatur ſterilitas magna, & grauis ac digna remiſſione penſionis; & quanta, ſiue pro qua rata ſit facienda remiſſio, Menoch. *de arbitr. caſ.*76. & 78. *per tot.* vbi refert ſex opiniones, prima quando fuit deperdita tertia pars fructuum; ſecunda cùm ſemen iactum non fuit recollectum: tertia vbi deductis impenſis fructus recollecti non valent dimidiam penſionis, & hæc videtur crebrior, & verior opinio; quarta quando deductis expenſis, nihil remanet conductori, vel colono; quinta æſtimandam eſſe iuxta vulgi opinionem; ſexta eſſe in iudicis arbitrio, qui facta ſibi fide de fructibus recollectis arbitrabitur, an damnum ſit intollerabile iuxta tertiam opinionem. An autem ſit remiſſio in totum idest pro toto eo, quod deficit, computata parte fructuum percepta, vel ſolum vſque ad dimidiam, & modicum plus, vel arbitrio iudicis, idem Menoch. *dict. caſ.*77. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.*110. *num.* 13. & *ſeqq. vol.*3. Maſcard. *de probat. vol.*3. *concluſ.*1333. vbi plura quomodo probetur ſterilitas ad dictum remiſſionis penſionis effectum, & plenè de omnibus prædictis, Pacion. *de locat. cap.*47. & 48. *per tot.* vbi refert diuerſas opiniones, etiam circa vltimum dubium quantitatis remiſſionis faciendæ, concludendo eſſe faciendam pro toto eo, quod deficit ad integram ſolutionem, ac de actione, & remedijs ad illam conſequendam, & ſi agatur de locatione ad plures annos, an poſſit peti quolibet anno, vel ſolùm in fine, &c.

De hac materia remiſſionis penſionis ob ſterilitatem, peſtem, incendium, bellum, & ſimile caſus inopinatos impedientes vſum rei, latè Caroc. *tract. de locat. & conduct. part.*4. *tit. de remiſſ. merced. per tot.* Boſſ. *tract. var. eodem tit.* Cancer. *var. reſol. cap.*14. *de locat. & conduct.* Staiban. *de intereſſ. lib.*2. *tit.*10. *quæſt. vnic. num.*131. & *ſeqq.* Surd. *deciſ.*326. *per tot.* vbi etiam an, & quando ad hunc effectum dicatur initus contractus locationis, vel venditionis, DD. *in cap. propter ſterilitatem de locat.* & *in l. licet, C. locat.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*534. *n.*37. &c. *cap.*557. *num.*61. &c. Magon. *deciſ. Flor.*67. *per tot.* Dian. *part.*3. *tract.*6. *reſol.*17. Chriſtin. *d. deciſ.*110. *vol.*3. Ricc. *Collect.* 92. 2033. 2370. 2684. Bich. *deciſ.*526. *num.*3. & 4. vbi quòd debet probari damnum eſſe tale, vt deductis expenſis reſultet læſio vltra dimidiam, nec etiam attenditur damnum vnius anni, ſed totius temporis locationis, adde Pacion. *tract. de locat. & conduct. cap.*46. *cum aliquibus ſequentibus*, & *cap.* 49. vbi plenè de interpretatione pactorum, ſiue affirmatiuè, ſiue negatiuè conceptorum inter locatorem, & conductorem ſuper remiſſione, vel non remiſſione mercedis, an ſub nomine periculi ſuſcepti veniant caſus fortuiti, & de illis facta mentione, quinam comprehendantur, vel non, & alia plura ad rem, ac ſub *num.*113. ponit formulam arctiſſimi pacti prorſus remiſſionem prædictam excludentis, tamquam ſi conductor iactum retis emiſſet deſumptam ex Bulla boni regiminis pro locationibus rerum Vniuerſitatum Status Eccleſiaſtici.

Remiſſio penſionis eſt facienda inquilino, qui domum amplam conduxit, vt aduenas, & ſcolares in illa reciperet, 5
ſi deindè ſuperueniat aliquod impedimentum, puta belli, vel peſtis, vel ſimile, ita vt non poſſit domo conducta vti ad vſum per eum deſtinatum; quando autem dicatur conduxiſſe ad effectum prædictum, vel non arbitrio iudicis æſtimabitur inſpecta qualitate conductoris, & domus conductæ, Menoch. *de arbitr. cap.*440. *per tot.* de qua relatè etiam Pacion. *de locat. d. cap.*46. *num.*34. & *ſeqq.* Ioſeph. de Roſa *Conſult.*39.

Item eſt facienda remiſſio conductori Molendini, quando ab incurſu aquarum etiam ſine culpa locatoris factum fuit inutile propter deſtructionem cluſæ, licet conductor eſſet obligatus cluſas manutenere, nam non tenetur illas de nouo reficere, ſi totaliter fuerint deſtructæ, Gratian.

de-

diſcept. forenſ. cap. 557. num. 63. &c. cap. 195. num. 3. &c. Cabal. conſ. deciſ. 102. num. 12. lib. 2. Rot. in Ferrarien. affictus 26. Nouembr. 1616. coram Burat. per tot. dixi in reſol. cap. 97. num. 4. &c. dixi in §. Conductor num. 35. Pacion. d. c. 46. num. 92. & 93. vbi quod ſi Molendinum erat in flumine, & ſubiectum periculo, quod potuit præuideri non debetur remiſſio, ſed vide eundem Pacion. cap. 34. §. 2. num. 9. vbi conuenit cum prædictis, quia tunc videtur perempta ſubſtantia rei quo caſu non debetur penſio.

Si tamen agatur de inundatione bonorum, quæ conductor promiſit manutenere, non debetur remiſſio, cùm ſit in culpa non ſe muniendo ab aquis ad formam ſuæ obligationis, Rot. part. 17. recent. deciſ. 8. per tot.

6 Remiſſio canonis eſt facienda emphyteutæ quando propter bellum res fuit occupata, ſecus autem ſi alio modo adſit ſterilitas, quamuis eſſemus in canone magno fructibus correſpondente, Clar. §. Emphyteuſis quæſt. 8. verſ. ſed quid, Theſ. deciſ. 20. per tot. vide Gratian. diſcept. forenſ. cap. 557. in princ. & num. 16. &c. cap. 916. n. 42. Boſſ. de remiſſ. merced. num. 114. &c. Rot. part. 14. recent. deciſ. 338. per tot. vbi generaliter quod ob ſterilitatem non ſit remiſſio canonis, etiam magni, non tamen loquitur de caſu belli, Cabal. conſ. 172. num. 8. lib. 1. vbi quòd Eccleſia propter ſterilitatem non remittit emphyteutæ mercedem, prout priuatus remittit, de qua materia plenè Pacion. de locat. cap. 45. num. 31. & ſeqq. per tot. vbi in quibus contractibus debeatur remiſſio mercedis, vel non.

An autem ſit facienda remiſſio conductori pedagij, ſi propter guerram fuit impeditus illo vti, dic quòd ſi guerra ſuperueniat ea facto illius Ciuitatis, quæ ius pedagij conceſſit, eſt iuſta cauſa remiſſionis pretij pro parte, ſecus autem ſi veniat ſine facto, & culpa concedentis, quia tunc videtur venditus iactus retis, vel fructus futuri, & non fit remiſſio, prout nec quando conuentio fuit facta tempore belli, Pract. Papp. form. act. confeſſ. gloſ. penult. num. 20. Bart. in l. cotem ferro, §. qui maximos, ff. de public. Alex. conſ. 6. lib. 2. Marſil. de fideiuſſ. num. 197. in fine, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 534. num. 31. & 36. Menoch. lib. 3. præſumpt. 104. per tot. vbi quod eſt conſiderandum an tale ius fuerit venditum, vel locatum, nam ſi ſit venditum, non debetur remiſſio, & an, & quando dicatur venditum, vel locatum, latè Boſſ. de remiſſ. merced. publican. per tot. Larrea Alleg. fiſcal. 18. cum aliquibus ſeqq. Caroc. de locat. eod. tit. Surd. deciſ. 326. Rot. part. 13. rec. deciſ. 130. per tot. vbi quando conductori gabellarum ſit facienda remiſſio affictus propter bellum, vel eius timorem, & quando dicatur adeſſe bellum, vel timor ſufficiens ad hunc effectum, deciſ. 177. in eadem cauſa d. part. 13. Pacion. de locat. cap. 45. num. 61. & ſeqq. per tot. & cap. 46. num. 23. & ſeqq. vbi quando ſufficiat timor belli, vel peſtis.

7 Remiſſio eſt facienda conductori, quamuis in ſe ſuſceperit caſus fortuitos, quando damnum euenit non in fructibus, ſed in rei ſubſtantia, cum ſemper intelligatur conditio, ſalua rei ſubſtantia, vt illa conductor vti, & frui poſſit, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 195. per tot. Pacion. de locat. & conduct. cap. 49. num. 72. & ſeqq. cap. 47. num. 18. & ſeqq. vbi etiamſi non ſit perempta in totum, ſed in parte, etiam minima, & cap. 46. num. 98. & ſeqq. & num. 124.

Dicitur autem res perempta in ſubſtantia quoad conductorem, non ſolum ſi actualiter perijt puta caſmate, ſed etiam ſi euenit alius caſus, quo idem conductori reſultet effectus, vt ei ſcilicet penitus auferatur facultas illa vtendi, licèt ſalua res ſit, iſti enim caſus quo ad intereſſe conductoris æquiparantur, Pacion. d. cap. 46. num. 103. & melius declarat in cap. 47. num. 21. & ſeqq.

Quòd ſit facienda remiſſio, quando conductor non poteſt vti re conducta ad illum vſum, & eo modo, quo fuit locata, quamuis ad alium vſum frui poſſet, vide Caſtr. in l. cum in plures, ff. de locat. Gratian. diſcept. for. cap. 376. num. 20. cap. 557. num. 63. &c. & latè Pacion. de locat. cap. 46. num. 34. & ſeqq.

Quid ſi res locata fuerit malæ qualitatis, idem Pacion. cap. 46. num. 24. & 25. dixi in §. Locatio num. 16.

Item eſt facienda remiſſio quando damnum prouenit ea culpa, & facto locatoris, etiam in fructibus à ſolo ſeparatis, late Boſſ. de remiſſ. merced. num. 92. &c. Pacion. d. tract. cap. 47. num. 26. & ſeqq. vbi quòd tunc ſufficit leue damnum, maximè ex cauſa voluntaria proueniens, quid ſi ea cauſa neceſſaria, vel facto tertij in odium, ſiue ob inimicitiam cum locatore, vel conductore, nam imputatur ei, ex cuius odio prouenit, & alia ad rem in cap. 48. num. 19. & ſeqq.

Item eſt facienda conductori impedito ex caſu fortuito pro tempore, quo durauit impedimentum, Gratian. diſcept. for. cap. 916. num. 41.

Si autem damnum proueniat non à caſu, ſed ab exceſſiuitate affictus, vel canonis ab initio conuenti, vel ex poſt facto ob aliquod accidens ad exceſſiuitatem non temporalem, ſed perpetuò duraturam redacti, licèt propriè tunc non fiat remiſſio, tamen officio iudicis tollenda eſt iniquitas, & reducendus affictus, penſio, vel canon ad iuſtum modum, & ſummam conuenientem fructibus, ſiue valori commoditatis à conductore perceptæ per text. in l. cum quidam 17. vbi Alberic. Bald. Salic. & alij ff. de vſur. Theſ. deciſ. 120. & 226. adde Pacion. loc. cit. cap. 44. num. 49. & ſeqq.

Remiſſio penſionis, vt poſſit peti, debet per conductorem denunciari locatori caſus, propter quem euenit ſterilitas, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 354. num. 23. &c. cap. 557. num. 9. &c. Theſ. deciſ. 108. num. 1. &c. vbi quòd intra annum. Intellige vt dixi in §. Conductor num. 30. vide latè Carpc. de locat. & conduct. part. 4. tit. de remiſſ. merced. num. 89. & ſeqq. fol. mihi 191. Pacion. de locat. cap. 46. num. 101. & ſeqq. vbi tamen quod ſi res ſit in totum perempta, vel ablata conductori facultas illa vtendi, vel ex omiſſa denunciatione nullum damnum, vel præiudicium locatori reſultauit, debetur remiſſio, etiam dicta denunciatione non facta, Rot. part. 15. recent. deciſ. 129. & part. 16. deciſ. 403. num. 16. &c. 8

Remiſſio penſionis, ſiue affictus regulariter eſt facienda conductori, quando patitur damnum intolerabile, iuxta ſuperiùs dicta; ſed hæc regula recipit plures limitationes, 9

Primò enim non procedit, quando aliter actum fuit inter contrahentes, vt quia conductor in ſe ſuſceperit caſus fortuitos, tex. gloſ. in l. ſi quis fundum in princip. ff. locat. intelligendo prout latè declarat Boſſ. de remiſſ. merced. num. 56. & ſeqq. ad 79. vide in §. Caſus num. Pacion. de locat. cap. 49. per tot. vbi plenè.

Quid ſi ſterilitas, vel damnum proueniat non ex accidente extrinſeco, ſed à natura, & qualitate intrinſeca fundi? dic tunc non eſſe locum remiſſioni mercedis, vt latè declarat, & exemplificat Pacion. de locat. cap. 46. num. 50. & ſeqq. ad 78.

Secundò vbi culpa conductoris, vel eius familiarium procedit ſterilitas, vel damnum, vt quia opera ruſticalia ſuo tempore, vel benè non fecerit, ſine cauſa receſſerit, tempore belli, vel peſtis conduxerit, decimas non ſoluerit, & ſimilia, l. ſi merces, §. conductor, ff. locat. Boſſ. loc. cit. num. 79. & ſeqq. ad 89. vide Gratian. deciſ. 22. per tot. cum Addit. vbi quod non ſit remiſſio quando ſterilitas prouenit ex non cultura fundi, & ideò debet probari cultura à prætendente huiuſmodi remiſſionem, nec ſufficit ſterilitas vniuerſalis, ſed eſt probanda particularis in fundo, de quo agitur, & eſt neceſſaria denunciatio caſus, ob quem illa prouenit, niſi ſit notoria, vel proueniat ex facto locatoris, ac etiam ſit compenſatio de anno ſterili cum fertili, & alia, Pacion. dict. cap. 46. num. 78. & ſeqq. per tot.

An autem ad euitandam remiſſionem poſſit obijci conductori, quod iterato non ſeminauerit, & ſic an inudatis, vel aliter amiſſis fructibus, teneatur conductor iterùm colere fundum, & ſeminare, pulchrè hincindè Surd. dec. 87. per tot. Ricc. collect. 3612. Pacion. loc. cit. num. 81. vbi quod non.

Quòd remiſſio non ſit facienda quando damnum, & ſterilitas prouenit ea culpa conductoris, Gratian. diſcept. for. cap. 557. num. 6. &c. Menoch. de arbitr. caſ. 76. in fine, vbi quia fundus eo anno non benè fuerit cultus, nec ea acta fuerunt, quæ neceſſaria erant, Rot. part. 17. recent. deciſ. 8. vbi fuit denegata remiſſio, quia conductor fuit in culpa, non muniendo ſe ab aquis, prout promiſerat, Pacion. d. c. 46. num. 82. & ſeqq.

Tertiò non fit remiſſio quando damnum euenit in fructibus poſtquam fuerunt à ſolo ſeparati cum iam ſint effecti conductoris, cuius eſt periculum, an autem requiratur vt ſint in horreo recondiri, l. damnum, C. locati, latè Boſſ. de remiſſ. merced. num. 90. & ſeqq. ad 99. Staiban. de

In-

*Intereſs. lib.2. tit.*10. *quaſt. vnic. num.*136. *& ſeqq. ad* 142. vbi refert contrarias opiniones, & rationes Pacion. *de locat. cap.*46. *num.*106. *& ſeqq.* vbi intelligit quatenus fructus fuerint perfectè, & totaliter percepti, niſi penſio ſit de illis fructibus ſoluenda, ſi non potuerunt aſportari, & alijs modis declarat.

Quartò non fit remiſſio quando fuit venditus fundus habita fide de pretio, cum reſeruatione dominij, & vt interim ſoluatur ab emptore quotannis certa penſio, nam hoc caſu damnum contingens in fructibus eſt emptoris, eiuſdemque conductoris, *l. ſicut emptio*, §. *fin. cum l. ſeqq.* vbi gloſ. & DD. locati, Alexand. *conſ.*121. *lib.*5. Boſſ. *loc. ſupra cit. num.*102. *&c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*354. *num.*51. *&c.* facit quod dixi *in* §. *Emptio num.* §. *Venditio num.* & §. *Periculum num.* adde Pacion. *de locat. cap.*45. *num.*83. *& ſeqq.* vbi ampliat etiamſi res fuerit perempta, qui poſt perfectam emptionem perit periculo emptoris, *& num.*55. *& ſeqq. per tot.* vbi quid ſi fuerit conceſſus ager pro certa quantitate fructuum, vel ſi fuerint venditi fructus futuri, & alia huiuſmodi ad rem.

Quintò non fit remiſſio quando conductor renunciauit generaliter omni legum auxilio, & fauori, Capyc. *deciſ.*87. *num.*10. *deciſ.*88. *num.*1. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 195. *num.*6. *& per tot. & cap.*534. *num.*45. *&c.* Barboſ. *de Clauſ. clauſ.*133. *num.*10. *&c.* Contrarium probat, & verius profitetur Pacion. *de locat. cap.*45. *num.*11. *& ſeqq.* vbi etiam in terminis obligationis Cameralis, quæ in ſe dictam continet renunciationem, non retardata tamen executione, niſi remiſſio petita ſit omnino clara, & incontinenti probata; ſed primam opinionem cum aliquibus declarationibus ſequitur idem Pacion. *cap.*49. *num.* 34. *& ſeqq.*

Sextò non fit remiſſio quando conductor præuidit caſum ex facto Principis reſultantem, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*465. *num.*1. vide in §. *Factum num.*1.

Quòd generaliter non fiat remiſſio quando ſterilitas potuit præuideri, idem Gratian. *cap.*534. *num.* 31. *&c. num.*52. *&* 57. vbi de remiſſione propter caſum prouenientem ex facto Principis, *& in cap.*557. *num.*5. Pacion. *de locat. cap.*46. *num.*88. *& ſeqq.* vbi de pluuijs, ventis, & huiuſmodi euenire ſolitis in loco, niſi ſit perempta ſubſtantia rei.

Septimò non fit remiſſio ob cauſam, quæ tempore contractus aderat, quia imputandum eſt conductori, qui ſciuit ſtatum, & conditionem rei conductæ, vel ſcire potuit, & debuit iuxta regulam *l. qui cum alio, ff. de reg. iur.* maximè etiamſi ita fuerit ſolita locari, Caualer. *deciſ.*60. *per tot.* Rot. *part.*12. *recent. in Append. deciſ.*414. *num.*12. Pacion. *de locat. cap.*46. *num.*87. *& ſeqq.*

Octauò ceſſat remiſſio penſionis, quando ſterilitas vnius anni poteſt compenſari cum vbertate aliorum præcedentium, vel ſubſequentium annorum, habito reſpectu ad vnicam, & totam locationem pro toto tempore, non autem ad diuerſas locationes, quamuis inter eaſdem perſonas factas, *l. ſi vno in princip. ff. locati*, *& l. licet, C. eod. cap. propter ſterilitatem*, vbi Imol. Hoſtien. & alij, Boſſ. *de remiſs. Merced. num.*99. *&c.* Gratian. *deciſ.*222. *num.* 6. *cum Addit.* vbi tamen, quòd ſtante pacto, vt fiat remiſſio, non attenditur fertilitas aliorum annorum, Caroc. *de locat. tit. de remiſs. Merced. num.*45. *& ſeqq. fol. mihi* 189. latè Pacion. *de locat. cap.*47. *num.*76. *& ſeqq. & cap.*48. *num.*33. *& ſeqq.* vbi etiam quòd ſi conductor ſoluit non oppoſita remiſſione ſibi competente, poteſt repetere ſicut ſi locator remiſſionem indebitam fecit, poteſt iterùm exigere *dict. l. ſi vno.*

Ceſſat remiſſio prædicta etiam in alijs caſibus, vt quando in loco erat ſolita ſterilitas, vel impedimentum, vel ſi quis conduxerit fundum ſui natura ſterilem, vel ſi damnum contingat in rebus proprijs conductoris, etiam ad vſum fundi deſeruientibus, vel conductor ſit homo ſceleratus, quia propter peccata veniunt aduerſa, vel ſi ſterilitas contingat vitio rei, vel ſi locatio ſit facta cum pacto francandi, & ſimilibus, ad latè, ſed confusè tradita per Caroc. *de locat. & conduct. part.*4. *tit. de remiſs. merced. quaſt.*8. *num.*1. *& ſeqq. per tot. fol. mihi* 188. *per tot.* & melius per Pacion. *de locat. & conduct. cap.*45. 46. 47. *&* 48. *per tot.*

Quòd ſi colligatur modica quantitas fructuum, ſed ob penuriam vendantur cariori pretio, ita vt conductor, idem, vel plus in pecunia recipiat, quam tempore ſolitæ recollectæ; vel è contra colligatur magna, vel ſolita quantitas fructuum, ſed ob magnam vbertatem, ſint adeò in vili pretio, vt conductor damnum patiatur, an ſit remittenda, vel augenda penſio, vide Corn. *conſ.*128. *col. pen. lib.*2. Roland. *conſ.*86. *num.*8. *lib.*3. Rimin. *conſ.*40. *num.*11. *&* 34. *lib.*1. Petr. Vbald. *de duob. fratr. part.* 2. *quaſt.*37. quos refert Caroc. *vbi ſupra num.*53. *fol.* 190. Franc. Marc. *deciſ.*211. *part.*2. Ricc. *Collect.*92. *&* 2370. Pacion. *de locat. & conduct. cap.*47. *num.*13. *&* 14. *& num.* 93. vbi quòd his caſibus non fit remiſſio, quia in primo conductor non patitur damnum, & in ſecundo non adeſt ſterilitas, ob quam fit remiſſio, ſed abundantia, & *cap.* 46. *num.*121.

An autem quæ dicta ſunt de remiſſione mercedis rei locatæ procedant etiam in locatione operarum, vt ſi illis conductor vti non poſſit, ſit eodem modo facienda remiſſio mercedis, & quomodo, latè Pacion. *d. tract. cap.*50. *per tot.* & faciunt tradita in §. *Salarium.*

Et an ſicuti ob ſterilitatem fit remiſſio mercedis, ita etiam ob magnam, & inſolitam vbertatem fiat eiuſdem augumentum dixi in §. *Locatio num.*15. & tradit Pacion. *d. tr. cap.*51. *per tot.*

De remiſſione iniuriarum, odij, & rancoris, neceſſaria 10
ad ſalutem animæ, Valer. *de differ. vtriuſque for. verb. Remiſſio differ.*2. & dixi *in* §. *inimicitia num.*8. *cum addit.* & in §. *Pax num.*1. *pariter cum Addit.*

De remiſſione facta à creditoribus ſuo debitori ex cau- 11
ſa fallimenti, licèt ſuffragetur illi in foro externo, non tamen ſic eſt in foro conſcientiæ, ſed tenetur debitor integrè ſatisfacere ſi ad pinguiorem deuenerit fortunam, quia huiuſmodi remiſſio non fuit vera donatio, vt benè probat Valer. *de differ. vtriuſque fori verb. Remiſſio differ.*5. *&* 6. *per tot.* & in *verb. repetitio differ.*9. vbi de remiſſione partis, vt reliquum ſtatim ſoluatur, non reddat tutum debitorem.

§. REMISSORIA XII.

Remiſſoria in criminalibus regulariter non datur, ni- 1
ſi teſtes ſint extra Prouinciam, & iuriſdictionem iudicis, vel ſenes, & valetudinarij, vel ad defenſam, ceſſante tamen ſemper ſuſpicione falſi, & in alijs caſibus, ad latè tradita per Card. Tuſch. *litt. R. concl.* 154. *per tot.* Gabriel. *commun. concl. lib.*7. *tit. de crimin. concluſ.*25. Menoch. *de arbitr. caſ.*250. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 114. *num.*23. *& ſeqq.* Guaz. *def.* 28. *cap.*10. vbi qualiter ſit concedenda remiſſoria reo pro examinandis teſtibus ad defenſam, vel repulſam quando ſunt extra Prouinciam, & non poſſunt compelli accedere ad locum iudicij, Zuff. *de legit. proceſs. lib.*3. *quaſt.*102. vbi quòd non conceditur pro repetitione teſtium, *& quaſt.*129. vbi quando ex iuſta cauſa poſſit concedi remiſſoria, ſiue Commiſſarius pro repetitione teſtium, Ambroſin. *proceſs. informat. lib.*3. *cap.*2. *num.*14. & ideò concludendum eſt id totum iudicis arbitrio remitti, prout ego ipſe ſemper ſeruaui, & ſeruatum vidi Florentiæ, aliquando concedendo, aliquando denegando iuxta qualitatem cauſarum, etiam intra Prouinciam, & adſtipulatur, Poſſent. *ſingul.*299.

Quòd de ſtylo Curiæ non detur niſi ſemel in qualibet cauſa, & ſit communis actori, & reo, ita vt ſi data ſit ſecunda poſſit reuocari, Ægid. Bellamer. *conſ.*36. *per tot.* Tuſch. *loc. cit. concl.*153. *per tot.* vide Ridolphin. *in prax. part.*1. *cap.*12. *num.*139. *& ſeqq.* vbi tamen limitat ſtante iuſta cauſa, Merlin. *deciſ.*101. *num.*6. *&c.* Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*303. vbi quando poſſit etiam pluries concedi.

Remiſſoria quando poſſit concedi, vel denegari, tam 2
in ciuilibus, quàm in criminalibus, & an ab illa detur appellatio, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.*199. *per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ.*250. *per tot.* Card. Tuſch. *litt. R. concluſ.*154. *& ſeqq.* vbi quòd datur etiam in cauſa matrimoniali, Merlin. *deciſ.*87. vbi quando concedatur in cauſa beneficiali, *& deciſ.*101. *&* 102. *deciſ.*595. *& alibi ſæpè*, Rota *part.*10. *recent. deciſ.*232. vbi in cauſa matrimoniali.

Remiſſoria non eſt concedenda quando probatio dedu- 3
cta non eſt releuans, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*550. *num.* 5. Merlin. *deciſ.*101.

Quando autem materia eſt releuans debet regulariter con-

concedi remiſſoria in omnibus cauſis, ad latè tradita per Ridolphin. *part.1. cap.12. num.82. & ſeqq.* Merlin. *deciſ.* 582. Rot. *part.9. recent. deciſ.*303. vbi plura pro conceſſione remiſſoriæ etiam reiteratæ, *& part.10. deciſ.*51. *per tot. deciſ.*100. *&* 101. *per tot.* vbi quòd maximè procedit in profanis, & in prima inſtantia, & ad hanc effectum cauſæ decimarum reputaotur profanæ.

Plures caſus, in quibus denegatur remiſſoria, vide per Rot. *in Valentina iuris ſedendi* 26. *Martij* 1635. coram Ghiſilerio *per tot. in Nouiſſ. part.7. deciſ.*31. *& in Cremonen. penſionis* 4. *Maij* 1635. coram Coccino *dict. part.7. deciſ.*41. *per tot.* Duran. *deciſ.*462. *per tot.* Card. Tuſch. *littera R. concl.*154. *& ſeqq.* Merlin. *deciſ.*369. *& deciſ.* 513. vbi de irreleuaotia *deciſ.*665. *per tot. & alibi ſæpè*, Ricc. *Collect.*1607. & alibi prout *in repert. verb. Remiſſoria*, Rot. *part.9. recent. deciſ.*16. *per tot. & deciſ.*80. *dict. part.* 9. *recent. & deciſ.*203. *part.*12. *deciſ.*369. *deciſ.* 382. *deciſ.*424. *& part.*13. *deciſ.*150. *part.*14. *deciſ.*351. *& alibi ſæpe.*

Quando ſit concedenda remiſſoria, vel non, de modo illam concedendi, & exequendi vnà cum formula proceſſus remiſſorialis, & alia, latè Ridolphin. *in prax. part.*1. *cap.*12. *per tot.* vbi etiam de compulſoria, quid ſit, quando concedenda, vel non, Rot. *part.*11. *recent. deciſ.*189. vbi de compulſoria, & *deciſ.*205. vbi de remiſſoria, & *deciſ.* 329. *per tot.* vbi pariter de remiſſoria ſecunda non concedenda, & *deciſ.*339. *deciſ.*344. *per tot. part.*12. *deciſ.*1. *per tot. deciſ.*13. *& alibi ſæpe, & deciſ.*164. vbi quando ſit concedenda remiſſoria, & *deciſ.*188. *per tot. deciſ.* 207. *per tot. deciſ.*312. *&c. deciſ.*349. *& deciſ.* 427. *part.*15. *deciſ.*252. *per tot.* ac alibi ſæpè, *& part.*17. *deciſ.*66. & alibi paſſim, *& part.*18. *tom.*1. *deciſ.*65. *& deciſ.*157.

Quod vbi cauſa eſt commiſſa appellatione remota, non ſoleat denegari remiſſoria, ne ſequatur damnum irreparabile, & alia, Rot. *part.*12. *recent. deciſ.*72.

2 Remiſſoria duobus iudicibus directa, ſi per vnum tantùm fuerit executa, proceſſus regulariter eſt nullus; niſi alter ſe legitimè excuſauerit, vel fuerit impeditus, vel noluerit intereſſe ex negligentia, vel malitia, vel niſi aliter appareat ex forma reſcripti, vt vnus ſolus poſſit procedere, Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.*327. *num.*1. *&* 13. vide in §. *Iudex num.*54. *in fine.*

5 Remiſſoria non eſt concedenda ad impediendum remedium, *l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* & in eadem cauſa regulariter bis non conceditur ſuper iiſdem articulis, imò nec ſuper nouis, niſi ex aliqua iuſta cauſa, vt ſi prima non potuit exequi in tempore, vel examen fuit nullum, & huiuſmodi, Ludouiſ. cum Beltram. *dec.*367. *per tot.*

Item denegatur remiſſoria ſuper materia alias articulata, & probata, vel ſi contineat magnam inueriſimilitudinem, vel adeſt vehemens calumniæ ſuſpicio, Ludouiſ. *deciſ.*414. vbi etiam Beltramin. *& deciſ.*415. vbi quòd in materia decimarum conceditur data ſola releuantia.

Quòd ad probandum contra propriam confeſſionem non detur remiſſoria quando articuli ſunt de directo contrarij confeſſioni, ſecus ſi cum illa compatiantur, vel ſi confeſſio non ſit omoinò clara, vel emiſſa inter alios ad diuerſum effectum, ita vt confitenti non noceat, Franciſ. de Angel. *tract. de confeſſ. lib.*1. *q.*7. *effect.*10. *fol.*39.

6 Remiſſoria in profanis conceditur quando articuli ſunt releuaotes, nec denegatur propter præſumptam calumniam, maximè quando proponitur præiudicium irreparabile, etiamſi obſtaret propria confeſſio, ſi detur fumus de eius errore, Ludouiſ. *deciſ* 523. *per tot.* Bich. *deciſ.*477. *num.* 13. *& ſeqq.* vbi quòd in profanis ſtante releuantia articulorum conceditur etiam ſine fumo, & in quacumque inſtantia, & cum fumo etiam poſt rem iudicatam in gradu reſtitutionis in integrum, & alia pro conceſſione remiſſoriæ in profanis, idem Bich. *dec.*499. vbi etiam poſt diſcuſſa dicta teſtium, quando illorum ſolemnis publicatio non interceſſit, *& deciſ.*523. Rot. *p.*17. *recent. dec.*3. *per tot.* & alibi ſæpè, *& part.*19. *deciſ.*376. *&* 378. *per tot.*

7 Remiſſoria non conceditur quando articuli continent materiam obiectiuam, & criminoſam ſine tali fumo, qui faciat ſemiplenam probationem, ſicut etiam denegatur quando petitur contra propriam confeſſionem non dato fumo erroris illius, & ſemper vbi vrget præſumptio calumniæ, vt quia petitur poſt dicta, & diſcuſſa dicta teſtium partis aduerſæ, & ſolùm ad euitanda fundamenta decilionum, & cauſæ expeditionem differendam, vt benè probat Bich. *dec.*14. *per tot. dec.*25. *per tot.* vbi alia plura quando ſit deneganda remiſſoria, vel non, *& deciſ.*45. *ac alibi ſæpè*, Rot. *part.*15. *recent. deciſ.*354. vbi quòd ad probandum delictum, nempè falſitatem teſtamenti non conceditur remiſſoria.

Quòd poſt dicta teſtificata, ſiue à principali, ſiue à procuratore, etiam non facta ſolemni publicatione proceſſus, denegetur remiſſoria ſuper eiſdem, vel directo contrarijs; niſi noui articuli continerent materias magis diſtinctas verè tamen, & in ſubſtantia, & non in ſola cortice verborum; vel niſi agatur de fauore Eccleſiæ, cui competit reſtitutio in integrum, probata tamen læſione; ſicuti etiam denegatur ſi articuli contineant exceptiones perſonales contra teſtes, & alia ad rem, idem Bich. *deciſ.*335. *per tot. & deciſ.*398. vbi quando ſit concedenda ob materiam magis diſtinctam, & releuantiam etiam vnius tantùm articuli.

Remiſſoria in beneficialibus à poſſeſſore petita non conceditur niſi facta obligatione de ſtando vnicæ ſententiæ, & 8
appoſito ſequeſtro, at etiam dato fumo, & quando fuit conceſſa actori ad fundandam ſuam intentionem, non eſt deneganda reo ad ſuam exceptionem iuſtificandam ob æqualitatem ſeruandam, etiam dato ſummario Procuratori in Curia, cùm non ob id dicatur publicatus proceſſus de ſtylo; Bich. *deciſ.*573. *per tot.*

De remiſſoria, & litteris remiſſorialibus aliqua conue- 9
nientia cum hic notatis tradunt Bertachin. *in repert. verb. Remiſſoria*, Ioſeph. Felin. *in Margar. var. concl. verb. Remiſſio, Remiſſoria*, plenè Camil. Capuc. *in praxi tom.*1. *part.*2. *cap.*2. *per tot.* Petr. Ridolph. *in Prax. part.*1. *cap.*12. Scacc. *de iudic. lib.*2. *tit.*8 *&* 9. Seuerol. *tract. de lit. remiſſor.* & alij plures citati à Com. Auguſtin. Fontan. *Biblioth. leg. p.*5. *verb. Remiſſoria fol.*514.

§. RENVNCIATIO XIII.

Renunciatio eſt quædam abdicatio iuris, vel rei re- 1
nunciatæ, vel rei, vel iuris ſpontanea refutatio, & eſt priuatio, quæ præſupponit habitum, inducit obligationem, & ſi ſit de iure quæſito dicitur alienatio, vel donatio, ac requirit ſolemnitates in alienationibus neceſſarias, Card. Tuſch. *littera R. concluſ.*160. *per tot. & ſeqq.* vbi plura, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 279. *num.*1. *&c. vol.*1. Maſcard. *de probat. vol.*3. *concl.*1263. vbi quòd non præſumitur, eſt ſtricti iuris, euitari debet quantum poteſt, & ſtatim ac aliquid operata eſt nihil amplius debet operari, ex quibus actibus inducatur, & alia ad rem, Donadeus *tract. de renunciat. cap.*48. *num.*1. *& ſeqq.* vbi plura de renunciatione reſtringenda; & an ex actibus contrarijs inducatur renunciatio proprij iuris, idem Donad. *cap.*50. *per tot.* & alia remiſſiuè Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Renunciatio.*

Quòd quilibet poſſit renunciare iuri ſuo, & quando ſecus, latè idem Tuſch. *loc. cit. concluſ.*170. *&* 171. *per tot.* Soccin. *reg.* 419. *per tot.* & ad ſaturitatem vſque Cæſar Cala *tr. de ferijs qu.*5. *n.*164 *& ſeqq. fol. mihi* 395. vbi ponit regulam affirmatiuam, quam vltra centum fallentias, & limitationes exornat, de qua materia latè etiam Donadeus *tr. de renunc. per tot.*

Quòd renuncianti iura ſua, regulariter non detur regreſſus ad ea, *l. quæritur* 14. §. *ſic venditor, ff. de adil. edict.* Rot. *p.*13. *recent. dec.*272. *num.*1.

Quando autem renunciatio, ſiue ceſſio dicatur extinctiua iurium cedentis, & renunciantis, vel potius translatiua ad fauorem renunciatarij, Bich. *dec.*631. *per tot.*

Renunciatio exceptionis non numeratæ pecuniæ, vel 2
dotis facta in eodem inſtrumento confeſſionis non valet, nam ea facilitate, qua quis inducitur ad confitendum, induceretur etiam ad renunciandum, debet igitur fieri ex interuallo, vel cum iuramento, Bart. & alij *in l. ſi ex cautione, C. de non num. pec.* Iaſ. *in* §. *Fuerat num* 79. *Inſtit. de act.* facit Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*761. *num* 9. *& cap.*879. *num.*30. *&c.* Cæſar. Cala *tract. de ferijs qu.*5. *num.* 672. *& ſeqq.* vbi quoad iuramentum tenet contrarium, vt dixi in §. *Exceptio num.*44. *in fine*, idem Cala *d. quæſt.*5. *num.*820. *& ſeqq.*

Quod renuncians cum iuramento dictæ exceptioni, licèt propter iuramentum non poſſit illam opponere, tamen ſi ſoluerit poſſit repetere, ſicuti dicitur de debitore, qui promiſit vſuras cum iuramento, Bart. *in l. fin. C. de non n. pecun.*

Iaſ.

Iaſ. *loc. cit. num.* 85. *&c.* vbi etiam quod renuncians poteſt obijcere de ſimulatione, nempè quia intendebat donare, & ſimulatè fuit confeſſus recepiſſe, quo caſu non obſtat iuramento, cùm non valide contractum ſimulatum, vide in §. *Iuramentum n.* & §. *Exceptio n.* 44. *&c.*

Renuncians alicui iuri, vel priuilegio ſibi competenti, debet de neceſſitate de illo certiorari, vt renunciatio procedat ex certa ſcientia prout requiritur, Pract. Pap. *libell. contr. plures reos deben. gloſ. alijs omnibus n.* 2. Gratian. *diſcept. for. cap.* 858. *n.* 13. *&c. cap.* 553. *num.* 14.

Niſi renunciauerit eum iuramento, ad tradita per Euerard. *loc. à vi iuram. num.* 36. vide Grat. *d. cap.* 553. *num.* 14. *&c. cap.* 513. *num.* 22. *&c.*

Quòd requiratur certioratio non obſtante iuramento loquendo de priuilegijs fideiuſſorum in muliere, ruſtico, & ſimilibus, Marſil. *in repert. Rub. ff. de fideiuſſ. n.* 36. *&c.* vbi dat cautelam infringendi huiuſmodi renunciationes ſi interrogetur notarius de dictis beneficijs, & ipſe ignoret, quæ cautela fuit, Alberic. *in l. vlt.* §. *penult. ff. ad Senat. Conſult. Vell.* ſed illam eſſe periculoſam, vt omnes aliæ cautelæ, ſicuti dixi in §. *Cautela num.* 7. imò falſam, quia poſtquam quæſitum eſt ius parti, non eſt in poteſtate notarij illi præiudicare, nam poſſet ſimulare ſe neſcire, vt ei noceat, Alex. *in l. ſciendum n.* 33. *ff. ad Senat. Conſult. Syllan.* cum alijs per Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 744. *n.* 2. *&* 3.

4 Renuncians beneficij fideiuſſorum, nouarum conſtitutionum, & de duobus reis debendi, videtur etiam renunciare beneficio cedendarum actionum, & poteſt inſolidum conueniri pro tota ſumma, nec poteſt opponere de ceſſione iurium pro rata ad alium tangente, licet creditor vnum ex illis gratuito liberauerit, Afflict. *deciſ.* 182. *num.* 10. *&c.* vbi Vrſil. Gratian. *diſcept. for. cap.* 701. *num.* 9. *cap.* 409. *num.* 44. *& per tot.* Marſil. *de fideinſ. n.* 28. Neguſ. *de pign. p.* 5. *memb.* 3. *num.* 36. Pract. Papp. *reſponſ. hypoth. gloſ. Cedere num.* 2. Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 2. *q.* 72. *num.* 27. vide in §. *Fideiuſſ. num.*

Quòd ſtante iuramento non poſſit opponi beneficium diuiſionis actionum, Montan. *de tut. cap.* 39. *num.* 166. vide *in* §. *Iuramentum num.*

Quòd renuncians generaliter omni legum auxilio, & fauori, etiam cum iuramento, ſibi non præiudicet quoad exceptionem cedendarum actionum niſi exprimat, Gratian. *diſcept. for. cap.* 409. *nu.* 5. *cap.* 709. *n.* 27. *&c.* Magon. *deciſ. Flor.* 64. *num.* 68. *&* 69. Montan. *d. cap.* 39. *num.* 132. *&c.* vide in §. *Exceptio num.*

Nec quoad excuſſionem, niſi exprimatur, Caluin. *de aquit. lib.* 2. *cap.* 186. *per tot.*

5 Renuncians generaliter conditioni indebiti, ſine cauſa, actioni in factum, & omni legum auxilio, & fauori, conſtito de errore, vel falſa cauſa, nihil agit, quia tunc nec principalis diſpoſitio operatur, Iaſ. *in* §. *fuerat n.* 77. *Inſt. de act.* Grat. *diſcept. for. cap.* 324. *num.* 16. *&c. cap.* 501. *num.* 8. *cap.* 531. *num.* 98. *cap.* 652. *in fine*, Tuſch. *litt. R. concl.* 169. *per tot.* vbi quæ non comprehendat renunciatio generalis, facit latè Cala *tract. de ferijs cap.* 5. *num.* 551. *& ſeqq. vbi de Velleiano, &c.*

Quò imò dicta renunciatio generalis tollat beneficium Senatus Conſulti Velleiani, purgationis moræ, remiſſionis penſionis, ne conueniatur vltra quam facere poſſit, inuentarij, cedendarum, excuſſionis, ordinis, *l. plerique, ff. de in ius voc.* reuocationis donationis, non incarcerandi, ſimulationis, *l. de his, ff. de tranſact.* lucri dotalis, & ſimilia beneficia, Roland. *de lucr. dot q.* 42. *num.* 10 *&c.* Capyc. *dec.* 88. *n.* 1. *&c. dec.* 159. *num.* 43. Marſil. *de fideiuſſ. n.* 35. *&c.* Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1264. *per tot.* latè Barboſ. *de clauſ. clauſ.* 133. *per tot.* vbi loquendo de clauſula, *renunciant omn. legum auxilio, & fauori*, probat omnes prædictos effectus, & alio operari, exceptis tamen diſpoſitione *l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. l.* 2. *C. de reſcind. vendit.* & conditione indebiti, quibus per dictam clauſulam non cenſetur derogatum.

Quo ad beneficium purgationis moræ, niſi renunciatio ſit ſpecialis, & expreſſa contrarium concludit Donad. *tr. de renunc. cap.* 13. *in fine*, dixi *in* §. *Mora num.* 28.

De excuſſione etiam in fideiuſſore, indemnitatis, & per clauſulam cæteratam, *renunciantes, &c.* quæ ſic extenditur per formularum Florentinum, ſequitur Magon. *deciſ. Flor.* 38. *num.* 18. vide in §. *Clauſula n.* Sed contrarium verius probat Caluin. *de aquit. lib.* 2. *cap.* 186. *per tot.*

Quod contineat etiam renunciationem retractus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 672. *num.* 21. *&c.*

Intellige niſi conſtet de errore, vel falſa cauſa iuxta ſuperiùs dicta, & nihil operatur reſpectu iurium de futuro, & in his, quæ ſpecialem mentionem requirunt, Magon. *dec. Flor.* 64. *num.* 71.

Quòd clauſula renunciationis omni legum, & ſtatutorum auxilio, importet renunciationem cuilibet beneficio ſpeciali fauore introducto non ſolum de iure communi, ſed etiam de iure Municipali, Rot. *p.* 16. *recent. dec.* 369. *n.* 15.

Renuncians liti, vel appellationi tenetur reficere expenſas aduerſario, niſi renunciatio procedat ex cauſa de nouo ſuperueniente, Grat. *diſcept. for. cap.* 572. *num.* 17. *&c.* latè Rot. *p.* 14. *recent. dec.* 522. *per tot.* vbi qualiter, & quando teneatur reficere expenſas iudiciales, etiam poſt renunciationem factas, cum renunciatione non obſtante poſſit altera pars petere, & velle quod procedatur ad ſententiam deffinitiuam, vt ſit ſecura de iure ſuo, & magis expediat probationum patrocinio defendi, quam per deſiſtentiam partis, quod benè comprobat Cabal. *conſ. dec.* 95. *lib.* 2. vbi etiam quòd vix dari poteſt caſus, in quo actor ſuccumbens excuſetur ab expenſis, cùm debeat eſſe certus de iure ſuo antequam agat, & ideò in eo longè magis iuſta requiratur cauſa, quam in reo ſe defendente. 6

Quid operetur renunciatio litis, & cauſæ, latè Cardin. Tuſch. *litt. R. concl.* 176. 177. *&* 178. *per tot.* Viu. *com. opin.* 686. vbi plura quando renuncians liti cenſeatur etiam renunciare cauſæ, & iuri.

Plura de renunciatione litis, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, an fieri poſſit ante litis conteſtationem contradicente reo, & alia ad rem, Fontan. *dec.* 409. *& ſeqq.* vbi etiam quid poſt litis conteſtationem.

Quòd renuncians liti non ob id tribuat ius aduerſario, licèt non poſſit amplius agere, & regulariter intelligatur tantùm renunciare inſtantiæ, non autem iuri ſuo, niſi expreſsè dicat, *l. poſtquam liti, C. de pact.* Rebuf. *in prax. benef. p.* 1. *tit. de non toll. ius quaſit. gloſ.* 7. *n.* 23. Viui. *com. opin.* 686. vbi quòd hoc procedit in beneficialibus, ſecus in profanis cum declarationibus, de quibus ibidem.

Quòd renunciantibus iura ſua, non detur amplius regreſſus ad ea, & quando ſecus, Tuſc. *littera R. concl.* 175. Cabal. *d. conſ.* 95. *n.* 1. *& ſeqq. lib.* 2. vbi de renunciante inſtantiæ, liti, cauſæ, iuri, ac prætenſioni, vt reus non teneatur tali renunciationi acquieſcere, ſi ſua interſit procedi in cauſa, & deueniri ad ſententiam.

An renuncians appellationi, & reductioni ad arbitrium boni viri, vel nullitati laudi, poſſit tali renunciatione non obſtante à laudo reclamare ſi dolum, vel magnam læſionem contineat, Donad. *tract. de renunc. cap.* 20. *per tot.* & dixi in §. *Reductio*.

Renuncians iuri, quod quis habet, vel habere ſperat intelligitur ex cauſa de præterito, non autem ſi ex noua cauſa ſuperueniat, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 205. *num.* 9. *&c. cap.* 247. *num.* 40. *cap.* 346. *per tot. cap.* 602. *num.* 18. *&c.* vbi etiam ex quibus clauſulis comprehendantur iura futura, *cap.* 745. *num.* 41. 51. *&c.* & Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 115. *num.* 33. *&c.* vbi an in huiuſmodi renunciatione veniat fideicommiſſum, & firmat quod ſic, quando non ſubeſt alia cauſa, in qua poſſit verificari renunciatio, ſecus ſi ſubſit alia cauſa, Rota *part.* 12. *recent. deciſ.* 314. vbi quando renunciatio comprehendat etiam iura futura, & ex cauſa de futuro, *part.* 13. *deciſ.* 68. vbi quòd complectitur etiam fideicommiſſa conditionalia, & ſic iura in futurum purificanda, conditionem ex præterito habentia. 7

Quòd regulariter renunciatio etiam verbis generalibus concepta, non trahatur ad iura futura, ita vt ſi in ſpecie dictum fuerit de iuribus futuris, intelligatur ex cauſa tamen de præſenti, niſi aliter per pactum expreſſum fuerit dictum, vt per verba vniuerſalia, & multum prægnantia, Altograd. *conſ.* 8. *num.* 15. *& ſeqq. lib.* 2. vbi loquendo de feudo in futurum deuoluendo, oſtendit fuiſſe comprehenſum in renunciatione, vide Caualer. *dec.* 340. Ludouiſ. *dec.* 192. *num.* 2. Magon. *de Luc.* 7. *num.* 43. *cum Addit.* Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1264. *n.* 13. *& ſeqq.* Ricc. *Collect.* 2930. Rot. *p.* 14. *recent. deciſ.* 253. *num.* 8. *&c.* vbi quòd non comprehendit fideicommiſſum non purificatum in perſona renunciantis.

Quòd renunciatio generalis non extendatur ad ea, quæ pendent à futuro euentu, & cauſa, quæ non aderat tempore renunciationis, tanquam ſint incognita, & requirant ſpecialem mentionem, Maſcard. *de probat. dict. concl.*

1264.

1264. *num.*13. *& ſeqq.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*799. *num.* 21. *&c.* vbi de beneficio *l.*2. *C. quod cum eo*, cui ſpecialiter debet renunciari.

Quando poſſit vel non renunciari de futuro, & quando renunciatio comprehendat ius futurum, latè Tuſch. *litt. R. concl.*172. *&* 173. *per tot.* Martha *vot. Piſ.*250. *num.*4. *& ſeqq.* Maſcard. *vbi ſupra*, Olea *de ceſſ. iur. tit.*3. *quaſt.* vbi an iura futura cedi poſſint, vel comprehendantur in ceſſione iurium, & actionum.

8 Renunciatio vniuerſalis comprehendens etiam iura de futuro, intelligitur de his, quæ habent cauſam de præterito, vel de præſenti, nec trahitur ad ea, quæ ex noua cauſa ſuperueniunt, etiam ſi ſit iurata, fideicommiſſum tamen, etiam conditionale, & nondum purificatum dicitur debitum ex cauſa de præterito, cùm originem habeat à teſtamento iam anteà condito, licèt pendeat à futuro euentu, & ſic comprehenditur, cùm ſit debitum ſaltem in ſpe à iure approbata; vel ex eo quod renunciatio verbis ampliſſimis, & vniuerſalibus concepta iuxta veriorem opinionem comprehendat etiam iura futura, & ex cauſa de futuro debenda, & maximè ſi ita ſit expreſſum, & valeat hujuſmodi renunciatio tanquam in pactum deducta, Maſcard. *de probat. vol.*3. *concl.*1264. *num.*13. *& ſeqq.* Altograd. *conſ.*66. *num.*14. *& ſeqq. ad* 24. *lib.*1. facit Rot. *p.*9. *recent. deciſ.*451. vbi quando renuncians iuribus ſuis dicatur etiam renunciaſſe fideicommiſſo ad ſe ſpectanti, *& p.*12. *dec.*314. vbi quando contineat etiam iura futura, & ex cauſa de futuro, *& p.*13. *dec.*68. *& dec.*272. vbi quando comprehendat etiam fideicommiſſum conditionale nondum purificatum.

Quando autem generalis renunciatio non comprehendat fideicommiſſum, ſtante illius ignorantia, & alijs rationibus, Sanfelic. *deciſ.*202. *num.*26. *& ſeqq.*

Si tamen ius futurum, & ex cauſa de futuro in pactum deductum conſiſtat in hæreditate perſonæ viuentis, non poteſt quibuſcumque verbis cedi, nec renunciari ſine conſenſu illius perſonæ, de cuius hæreditate agitur, & eo perſeuerante vſque ad mortem, aliàs renunciatio eſt nulla, & nullum ius tribuit, idem Altograd. *conſ.*41. *num.*72. *& ſeqq. lib.*2. *& conſ.*43. *num.*35. *&c. lib.*2.

Ita vt ante mortem illius perſonæ, de cuius hæreditate agitur, nullum ius transferatur in eum, ad cuius fauorem ſit facta renunciatio, nec ideò poſſit ipſe illud in ſuos hæredes tranſmittere, etiam reſpectu legitimę renuncianti debitæ in bonis renunciantis, cùm viuente patre, vel matre tale ius non ſit conſiderabile, nec tranſmiſſibile, nec ceſſibile etiam per contractum, Altogr. *conſ.*40. *&* 41. *per tot. lib.*2. vbi ampliat etiam ſtante iuramento, *& conſ.*42. *&* 43. vbi reſpondet obiectis, & inſerit deciſionem Rotæ Florentinæ iuxta per eum allegata, vide §. *Falsa n.* *&* §. *Pactum n.*

9 Renunciatio tunc dicitur continere ius futurum ex cauſa de futuro, quod non habetur in conſideratione, nec dicitur à iure approbatum, ita vt non comprebendatur in renunciatione iuxta ſuperiùs dicta, quando agitur de iure, quod defertur à lege lucrum ſucceſſionis de futuro in aliquo caſu deferente per mortem alterius futuram; quando autem tale ius futurum habet originem ex cauſa de præterito per contractum, aut vltimam voluntatem, vel Principis conceſſionem, licèt pendeat ab aliquo futuro euentu conditionis dicitur debitum de præſenti quo ad ſpem à iure approbatam, & venit in renunciatione generali ex communi diſtinctione, Rip. *in l. qui Romæ*, §. *Duo fratres num.* 78. *ff. de verb. oblig.* Peregr. *de fideicom. art.*52. *n.*35. Surd. *conſ.*308. *num.*29. *&c.* Bardellon. *conſ.*66. *num.*17. *lib.*1. *& conſ.*8. *num.*22. *lib.*2.

Quòd imò etiam renunciatio continens ius futurum, & ex cauſa de futuro valeat, quod fuit expreſsè renunciatum etiam ſpei de futuro, ita vt ſtantibus verbis admodum vniuerſalibus, & prægnantibus, & iuramento, comprehendat etiam non cogitata, & ea, quæ ſuperuenirent præter ſpem, & opinionem aliquam renunciantis, vt eſſet lucrum delatum renuncianti ex diſpoſitione legis propter tranſitum parentum ad ſecundas nuptias, & in pœnam ſecundarum nuptiarum, vel aliud quodcumque ius renuncianti deferendum, ita vt ſi ex mille capitibus poſſet deferri in futurum, etiam ſi aliàs videretur ſpecialem mentionem requirere, cùm huiuſmodi verba vniuerſalia vim ſpecialis expreſſionis habeant, comprehendant maiora expreſſis, & habentia diuerſam rationem, prout etiam iuramentum habet vim expreſſionis, & ſupplet defectum certiorationis, quidquid ſecus ſit in ſimplici renunciatione, Rom. *conſ.*22. 23. *n.*3. Rip. *in l.*1. *num.*36. *C. de pact.* Pariſ. *conſ.*69. *n.*87. *lib.*3. Menoch. *conſ.*401. *num.*119. Gallerat. *de renunc. lib.*4. *cap.*2. *n.*32. *&c.* Ciarlin. *contr. for. cap.*86. *n.*20. Gratian. *diſcept. for. c.*346. *n.*12. *&c.* Ferentil. ad Burat. *deciſ.*310. *litteræ B.* Maſtril. *dec.*65. *n.*10. Rot. *dec.*714. *n.*5. *p.*3. *recent. & dec.* 141. *n.*3. *p.*5. *diuerſ.* cum alijs pluribus, quos refert, & ſequitur Altograd. *conſ.*66. *num.*18. *lib.*1. *cum additione in fine tomi*, vbi tamen allegat alios contrarium tenentes, ſed fortè in diuerſis terminis *infra num.*22.

Quòd licèt per ſimplicem renunciationem non poſſit iuri de futuro renunciari, tamen ſecus ſit vbi interuenit iuramentum, cuius virtute renunciatio tenet, Seraphin. *de iuram. priu.*109. *n.*1. *& ſeqq.* Fuſar. *de ſubſtit. q.*587. *num.*12. Rot. *part.*13. *dec.*356. *num.*16. *&* 17. vbi plures concordantes deciſiones allegantur.

Renunciatio verbis vniuerſalibus concepta de hæreditatibus patris, matris, aliorumque parentum deuolutis, & deuoluendis quomodocumque cauſa, comprehendit fideicommiſſum auitum, & conditionale, etiamſi nondum ſit purificatum, & quaſcumque alias ſucceſſiones renuncianti deuoluendas propter illa verba vniuerſalia, & propter iuramentum, virtus eſt comprehendere etiam fideicommiſſum conditionale, vt plurimorum auctoritate, & rationibus comprobat Altogr. *conſ.*66. *per tot. lib.*1. Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*68. vbi quòd maximè procedit ſi ſit facta per viam donationis, nam tunc etiam ſi donatarius præmoriatur viuente adhuc renunciante, vel donante, tranſmittit ad ſuos hæredes etiam extraneos, *& deciſ.*272. *eadem part.*13. 10

Plenè de materia renunciationum generalium, an & quando extendantur, vel non ad iura ignorata, vel non cogitata maximè accedente iuramento, ac plura de vi, & virtute clauſularum generalium, & prægnantium, & de illatum extenſione, & alia, Fontal. *deciſ.* 395. *cum pluribus ſeqq.* Tondut. *qu. ciuil.*200. Caſtald. *conſ.*151. *lib.*2. Cancer. *var. part.*3. *cap.*15. *per tot.*

In contrarium facit Vrceol. *Conſult. for. cap.*45. *n.*52. *& ſeqq. per tot.* Bich. *deciſ.*119. vide in §. *Fideicommiſſum num.* 28. Rot. *part.*14. *recent. dec.*330. *n.*12. *& ſeqq.* vbi quòd quando in renunciatione facta eſt mentio de pluribus ſucceſſionibus; non autem veniunt aliæ non nominatæ, nec cenſetur comprehenſa bona, quæ facerent renunciantem in caducitatem incidere, vel in quibus renunciatarius non eſt immediatè ſucceſſurus, & alia.

Renunciatio fideicommiſſi acquirit certam ſcientiam illius renuncianti per inſpectionem verborum teſtamenti, niſi verba eſſent admodum prægnantia, & vniuerſalia, quia tunc ſufficeret ſcientia generica, vel quia ex huiuſmodi verbis vniuerſalibus præſumitur ſcientia neceſſaria, nec requiritur quando renunciatio fit ex cauſa ingreſſus religionis, quia tunc læſio conſiderari non poteſt, & ideò nec eſt neceſſaria inſpectio verborum teſtamenti, præcipuè ſi fuerit renunciatum omni legum auxilio, & fauore, & acceſſerit iuramentum, Altogr. *conſ.*66. *n.*25. *& ſeqq. ad* 34. Tuſch. *litt. R. concl.*174. Gratian. *diſcept. for. cap.*346. *n.*14. *&c. cap.*568. *n.*46. *&c.* Martha *conſ.*139. Bich. *dec.*119. quæ eſt eadem cum Rot. *part.*9. *recent. dec.*166. *num.*1. *& ſeqq.* vbi quòd eſt omninò neceſſaria ſcientia, cùm aliàs deficiat conſenſus, qui per iuramentum ſuppleri non poteſt, nec ſufficit ſimplex enunciatio teſtamenti, *& p.*10. *dec.*69. *n.*7. *&c.* vbi pro nullitate, *& p.*12. *dec.*2. *num.*15. *& ſeqq.* Sanfelic. *dec.*202. *num.*26. *&c.* 11

Quando autem ſufficiat ſcientia fideicommiſſi, etiam ſi non conſtet de præciſa ſcientia verborum teſtamenti, Rot. *p.*13. *recent. dec.*272. *num.*5. *& ſeqq. inf. num.*13. *& in* §. *Tranſactio num.*8.

Renunciatio fideicommiſſi reſultans ex diuiſione inter fratres, iuxta ea, quæ dixi in §. *Diuiſio num.*10. *&* §. *Prohibitio num.* non præiudicat illorum filijs, qui poruerunt ex propria perſona ſi patris hæredes non exiſtant petere fideicommiſſum, Michalor. *de fratrib. part.*3. *cap.*41. *n.*81. *&c.* Menoch. *lib.*3. *præſumpt.*115. *num.*59. 12

Quando autem præiudicet etiam hæredibus, & ſucceſſoribus, latè Rot. *part.*16. *recent. deciſ.*128. *per tot.* vbi ſtante mentione de illis facta, & bona fide.

Imò purificato fideicommiſſo non obſtante dicta renunciatione, poteſt ſuperſtes agere pro illius pretio contra hæredes defuncti, niſi conſtet diuidentes voluiſſe omninò remittere fideicommiſſum, & illud extinguere, Menoch. *de præſumpt.*115. *num.*56. *&c.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.*499. *n.*13. *&c.*

&c. Merlin. de pign. lib.4. tit.5. quæſt.155. vide in §. Fideicommiſſum num.

Quando rennnciario, vel diſpoſitio facta à patre poſſit impugnari per filios, Grat. diſcept. for. cap.205. n.18. cap. 234. n.26. &c. vide in §. Hæres n.16. §. Prohibition. & §. Fideicommiſſum n.28.

13 Renunciatio de his, quæ pendet ex teſtamento, vt valeat, & rennncianti præiudicet, neceſſaria eſt perfecta teſtamenti cognitio, & inſpectio, l. de his, ff. de tranſact. & l.1. §.1. ff. quemad. teſt. aper. Peregr. de fideic. art.52. nu.21. &c. Altogr. conſ.60. n.99. lib.1. latè Tuſch. litt. R. concl.183. Merlin. dec.230. n.12. & dec.552. n.8. Fuſar. de ſubſtit. qu. 594. n.20. &c. Gratian. diſcept. for. cap.299. n.24. Rot. part. 9. recent. dec.166. n.1. & ſeqq. & part.10. dec.69. nu.7. &c. Bich. dec.119. Vrceol. tract. de tranſact. q.47. Menoch. de arbitr. caſ.170. per tot. Cæſar. Cala tract. de ferijs q.5. n.186. & ſeqq. fol. mihi 399. eundem Fontanel. dec.399. nu.13. & ſeqq. vbi an ſufficiat reuuociatio generalis de his, quæ pendent ex teſtamento.

Non tamen eſt neceſſe dicere in inſtrumento; viſis, inſpectis, cognitiſque verbis teſtamenti, cùm lex iſtud non requirat pro forma, ſed effectu ſit conteota, nempè quòd tranſigentes, renunciantes, vel paciſcentes priùs habuerint ſcientiam de contentis in teſtamento, Peregrin. d. art. 52. num.22. Guid. Pancirol. theſ. var. lect. lib.3. cap.28. vide in §. Tranſactio n.6. Paul. Chriſtin. deciſ. Bel.48. per tot. vol.1. Rot. part.10. recent. deciſ.161. num.7. vbi qualiter ſufficiat renunciatio generalis ſi conſtet de voluntate renunciantis, & part.12. deciſ.149. num.6. &c. part.13. dec. 272. num.5. & ſeqq.

Poteſt etiam dictis legibus renunciari ſpecialiter, & expreſsè cum iuramento, Michalor. de fratr. part.3. cap.41. num.23. & ſeqq. Gratian. diſceptat. forenſ. cap.568. num. 39. cap.788. num.11. &c. cap.557. num.46. cap.299. num. 14. cap.429. num.23. &c. cap.858. num.5. Cardin. Tuſch. littera R. concluſ.183. per tot. Rot. d. part.12. deciſ.149. num.7. vbi quòd non eſt neceſſaria certioratio ſtante iuramento.

Quòd imò non poſſit renunciari beneficio dictarum legum probat pluribus rationibus Cæſar Cala tr. de ferys qu.5. num.635. & ſeqq. vbi tamen facit mentionem de iuramento, ac ideò beoè poſſunt opiniones concordari.

Quomodo autem inducatur, & præſumatur ſcientia teſtamenti, Grat. cap.488. num.14. &c. cap.565. num.37. &c. cap.568. num.41. cap.684. num.23. &c.

Quòd quando fuit renunciatum omni legum auxilio, & fauori, & acceſſit iuramentum, non debeamus eſſe ſolliciti de obſeruantia, d. l. his, ff. de tranſact. Altograd. conſ. n. 33. lib.1. vbi teſtatur de communi, & magis communi opinione, Mantic. de tacit. & ambig. lib.26. tit.2. num.25. 31. &c. Fuſar. de ſubſtit. quæſt.594. num.12. Vrceol. de tranſact. quæſt.47. per tot. vbi plura de omnibus prædictis, vide ſupra num.11.

Quòd ad effectum renunciationis requiratur ocularis, ſiue intellectualis certa cognitio facti, & iuris ex eo competeotis, Buratt. deciſ.499. num.3. & 4. Bich. deciſ.7. num. 20. & ſeqq. vbi quòd nunquam cenſetur renunciatum iuri, quod renuncians ignorabat, prout ignoraotia præſumitur, niſi probetur ſcientia; ſed quòd ſcientia probetur non ſolùm ex coniecturis, ſed etiam per teſtes ſingulares, vel per vnicum teſtem, & data ſcientia fideicommiſſi in renunciante, non ſit neceſſaria ſpecialis expreſſio ipſius fideicommiſſi, cui renunciatur, idem Bich. deciſ.18. in eadem cauſa, vbi ex nooiter deductis fuit à prima deciſione receſſum, vide in §. Scientia.

14 Renunciatio generalis non porrigitur ad ea, de quibus non fuit veriſimiliter cogitatum, nec eſt veriſimile illis quempiam ſpecialiter velle rennnciare, Pract. Papp. libell. contra plures reos deben. gloſ. alyſque omnibus, vide in §. Quietatio.

Niſi adeſſet iurameorum, cùm illud habeat vim expreſſi, Euerar. loc. à vi iuram. num.36. de quo vide Grat. diſcept. for. cap.834. num.20. &c. Magon. deciſ. Flor.68. & ſeqq. vide in in §. Iuramentum num.

Quòd dicta renunciatio generalis non extendatur ad exceptiones futuras, & incognitas, Gratian. cap.864. num.5. &c.

Plura de renunciatione non extendenda, niſi ad id, quod fuit expreſſum, Altograd. conſ.32. num.43. & ſeqq. lib.2. vbi etiam num.49. quòd renuncians inſtrumento non videtur remittere debitum, ſed tantùm probationem ex illo reſultantem, & modum agendi executiuè, Bich. deciſ.7. num.16. & ſeqq. vbi in materia fideicommiſſorum.

Quid cootineat renunciatio quantumuis generaliſſima, & iurata, Gratian. diſcept. for. cap.557. num.42. &c. cap. 565. num.67. &c. cap.568. num.27. &c.

Quòd fame compulſus tamquam ab acutiſſimo enſe perterritus, propter vnam paropſidem leguminum cuicunqoe iuri renunciaret, cùm venter non patiatur dilationem, dixit Bald. in l. pactum num.17. C. de coll. refert Gratian. diſcept. for. cap.399. num.18.

Quòd renunciatio generalis ſubſeqoens poſt aliquos ſpeciales caſus, vel exceptiones expreſſas, trahatur ad alia omnia remedia competentia, ſaltem expreſſis noo maiora, vel etiam maiora, quando clauſula generalis non eſt indefinitè prolata poſt ſpeciem, ſed cum ſigno vniuerſali, quaſcumque, ſiue quibuſcumque, & quando non competeret niſi vnica exceptio, illa comprehendatur, Capyc. deciſ.88. num.5. & 6. infra num.

Renunciatio non reuocandi donationem ex cauſa ingratitudiois, vel ſoperuenientia liberorum obſtat tantùm ipſi renuocianti, & non filijs, qui ex propria perſona poterunt reuocationem petere, an autem in totum, vel vſque tantùm ad legitimam, Pract. Papp. cauſ. donat. gloſ.3. num. 2. &c. Clar. in l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. num. 15
Clar. §. Donatio quæſt.22. verſ. tertiè infertur, vbi dicit articulum eſſe controuerſum, & nonnullas diſtinctiones adducit, dixi §. Donatio num. latè Donad. tract. de renunciat. cap.35. per tot. vbi plura de ingratitudine, an eius renunciatio valeat, vel ſaltem firmetur iuramento, negatiuè concludens ne detur occaſio delinquendi, intelligendo de ingratitudine futura, non præterita remitti poteſt expreſsè, & tacitè, vt dixi in §. Filius num.36.

Quòd huiuſmodi renunciatio facta à matre præiudicet filiis, adeò vt illa mortua non poſſint ex propria perſona contrauenire, maximè vbi fuit renunciatum, d. l. ſi vnquam, Surd. conſ.355. num.41. Altograd. conſ.5. num.97. &c. lib.1.

Renonciari an poſſit legibus prohibitiuis, Euerard. 16
loc. à vi iuram. num.86. Sperel. deciſ.104. num.91. vide in §. Lex num.13. Cæſar Cala tract. de ferijs quæſt.5. num.639. & ſeqq. & num.708. & ſeqq. vbi de inducentibus aliquam ſolemoitatem.

An ſtatutis inducentibus inſinuationem, Gratian. diſcept. forenſ. cap.531. num.95. &c. vide in §. Inſinuatio num. 6. vel alias ſolemnitates in contractibus mulierum, & minorum, latè Franciſc. de Angelis tract. de confeſ. lib.2. qu. 13. num.65. etc. & de inſinuatione, Cæſar Cala tract. de ferijs qu.5. num.518. et ſeqq.

An beneficio ceſſionis bonorum, Ang. Fab. Plat. in §. fin. verſ. vlt. Inſtit. de act. vide in §. Ceſſio num.

An ſolemnitatibus iudiciorum, an legibus habentibus clauſulam annullatiuam, & huiuſmodi, latè Cala d. tract. quæſt.4. num.444. et ſeqq.

An exceptioni non numeratæ dotis, gloſ. & Bart. in l.1. in fine, C. de dot. caut. non num. vide in §. Confeſſio num. et §. Exceptio n.44. ſupra num.2.

Quòd in his, quæ ſingulorum, vel ſingulorum priuatum reſpiciunt commodum, quilibet poſſit iuri ſuo renunciare; ſecus autem in his, quæ alicuius Communitatis, ſiue ordinis, & vniuerſitatis fauorem reſpiciunt, etiam ſi agatur de priuatorum bonis, benè diſtinguit Barboſ. de Axiom. iur. Axiom.135. num.14. facit Bich. deciſ.98.

Qualiter poſſit quilibet fauori ſuo renunciare, niſi etiam aliorum fauorem reſpiciat, & alia de huiuſmodi axiomate, Rot. part.9. recent. deciſ.109. per tot. Bich. deciſ.98. vbi quòd quando ius renunciantis eſt connexum cum iure alterius, tunc ei renunciari non poteſt, nec in præiudicium ipſius renunciantis, plenè Cala tract. de ferijs quæſt.5. num. 164. et ſeqq. per tot.

An autem dolo, & enormiſſimæ læſioni poſſit renunciari, contrarias opiniones refert, negatiuam de æquitate ſequendo, latè Caluin. tract. de æquit. lib.2. cap.101. per tot. Cala dict. quæſt.5. num.164. et ſeqq. vbi quòd dolo futuro renunciari non poteſt, etiam cum iuramento, ne detur occaſio delinquendi, & iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis, vide §. Dolus num.8. nec enormiſſimæ læſioni,

idem

Idem Cala *dict. quaeſt.*5. *num.*850. *et ſeqq.* Quòd futuræ accuſationi, ſicut & dolo futuro renonciari non poſſit, ſed tantum præterito, latè Donad. *tract. de renunciat. cap.*17. *per tot.*

17 Renunciari non poteſt ferijs io honorem Dei iodoctis, nec repentinis gratia Principis; indictis autem ob hominum neceſſitates renunciari poteſt expreſsè, & tacitè, *c. fin. de fer.* Alex. *l.*1. *C. de ferijs, & l.*1. *num.*7. *ff. eod.* Gayl. *obſeru.*53. *n.*16. Menoch. *de arbitr. lib.*1. *quaeſt.*30. *num.*6. *&c.* Magon. *deciſ. Luc.*25. *num.*40. Alex. *conſ.*213. Fenzon. *ad ſtat. Vrb. cap.*58. *n.*35. *&c.* vide in §. *Feria num.*1. & ad ſaturitatem Cæſar Cala *tract. de ferijs quaeſt.*5. *per tot. vltrà num.*1000.

Non iamen ſufficit renunciatio poſt ſententiam, ſed illis durantibus lata, eſt ipſo iure nulla, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*516. *num.*13. *&c.* vide in §. *Sententia num.*3.

18 Renonciatio hæreditatis continet tacitam conditionem, ſi fuerit delata, vide Marant. *diſput.*10. *num.*13. *&c.* Capyc. *deciſ.*159. *num.*14. Craoett. *conſ.*152. *num.*6. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*368. *num.*20. *&c.* Michalor. *de fratr. part.*3. *cap.*12. *num.*22. *& per tot.* Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*265. *num.*28.

Qualiter abdicet à renunciante omne ius illi competens, & quando tranſeat in pactum, & tranſactionem, Altograd. *conſ.*35. *per tot. lib.*1. Martha *vot. Piſ.*250. *num.*1. *& ſeqq.* Rot. *part.*11. *recent. deciſ.*261. *per tot.* vbi qualiter renuncianti non detur regreſſus ad iura renunciata, nec ideò poſſit impugnando tranſactionem, vel renunciationem, aliquam immiſſionem petere in bonis reounciatis, *& part.*12. *deciſ.*98. *per tot.* vbi plura, *& deciſ.*351. *per tot.* vbi quando renunciatio non eſt gratuita, ſed correſpectiua ad dotem, comprehendit omnia bona, & iura ob præuentiuam ſolutionem, *& part.*13. *deciſ.*146. *per tot.*

19 Renunciatio hypothecæ facta per mulierem ſuper bonis viri, ita demom ſuſtinetur ſi adſint alia bona illius, ſuper quibus poſſit ſatisfieri non tantùm tempore factæ renunciationis, ſed etiam tempore fiendæ reſtitutionis, aliàs ſemper datur regreſſus ad priorem hypothecam, Afflict. *deciſ.*313. Rom. *conſ.*140. Pract. Papp. *act. real. gloſ. verùs, & legitimus n.*44. *lett. N. in Addit. & libel. donat. gloſ.*1. *n.*14. *cum Addit.* Magon. *deciſ. Luc.*11. *in fine*, vide in §. *Mulier num.*

20 Renunciatio defenſionum facta à reo, nihil ei præiudicat, etiam ſi ſit iurata, quin poſſit ſe defendere, quia nemo eſt dominus membrorum ſuorum, & ideò iudex nunquam debet huiuſmodi renunciationem procurare, nec admittere, ſed ſemper aſſignare terminom defenſionum, & pati illius lapſum, maximè vbi agitur de pœnis afflictiuis, Clar. § *fin. quaeſt.*49. *num.*16. Thom. Triuiſ. *deciſ.*1. *per tot. lib.*2. Conciol. *reſol. crim. verb. Reus reſol.*6. *per tot.* Farinac. *quaeſt.*39. *n.*51. *& ſeqq.* Guaz. *deff.*27. *per tot* vbi tradit ſeptem limitationes, Addit. ad Sanf. lic. *deciſ.*350. Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.*71. *num.*15. Franciſc. de Angelis *tract. de confeſ. lib.*3. *quaeſt.*12. *n.*35. *& ſeqq.* vide in §. *Defenſio num.*4.

Valeret tamen renunciatio quando reus eſſet legitimè, & ſpontè confeſſus, vel ageretur de defenſione conſiſtentem in apicibus iuris ſtatutorum, & non de iure gentium, vel tacitè permittendo labi tempus, vel in latrone famoſo, vel ſi ootorium ſit nullam competere defenſionem, vel ſi renuncians fuerit captus in flagranti, vel renunciaret exceptionibus declinatorijs fori, vel per concluſionem in cauſa vbi eſſet neceſſaria, vel denique vbi non ageretor de pœna corporali, vel infamiæ, quia his caſibus ceſſat ratio concluſionis, vt benè probat Felin. *in c. cum veniſſet de teſtibus*, quem ſequitur Baiard. ad Clar. *d. quaeſt.*49. *num.*58. ac idem in effectu tenent alij communiter, & quotidiè practicatur, ſicut me proponente fuit deciſum per Magiſtratum DD. Octo Baliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ ſub die 22. Auguſti 1670. in cauſa contra Sclauom, & alios, & approbatum, vt in filcia negotiorum *num.*4331. adde Mich. Ferro Manriq. *Quaeſt. Vicar.*47. *part.*1. vbi qualiter poſſit renunciari termino ad repulſam; & quando poſſit renunciari defenſionibus, vel non, plenè Cæſar Cala *tract. de ferijs quaeſt.*5. *num.*346. *& ſeqq. ad* 405. *fol. mihi* 422. *&c.* vbi etiam *à num.*405. *ad num.*444. an & quando poſſit renunciari, vel non appellationi, quæ ſapit defenſionem, facit Donadeus *tract. de renunciat. cap.*25. *per tot.* vbi de repulſa.

An renunciari poſſit præſcriptioni ſtatutariæ, tam in ciuilibus, quàm io criminalibus videtur, quod non, ſecundum magis commonem opinionem, de qua Bart. *in l. nemo poteſt* 58. vbi etiam Ripa *num.*117. *ff. de legat.* 1. Felin. *in Rub. de præſcript. num.*11. *& ſeqq.* vbi magiſtraliter procedendo de more firmant regulam præſcriptioni non poſſe pacto renuntiari, quam pluribus modis limitat, nempè quoad præſcriptionem præteritam, ſi ſit reſtricta ad certum tempus, ſi agatur de præſcriptione merè fauorabili, ſi pactom fuerit ſpeciali iuramento firmatum, ſi derogetur per voluntatem ſtatuentium, & ſi fiat pactum, quod finita præſcriptione iterùm ſit debitum id, quod fuit præſcriptum; nam his caſibus valeret pactum excepta præſcriptione centenaria; quæ non poteſt pacto, nec ſtatuto impediri, vt ibi latè declarat, & comprobat, quam referunt, & ſequontur alij, & in ſpecie Cyriac. *contr.*137. *num.*24. *& ſeqq.* vbi quòd cum ſtatutum tollat iuriſdictionem, non eſt in facultate priuati illam dare, facit latè Surd. *deciſ.*2. *num.*7. *& per tot.* Roman. *conſ.*202. *num.*4. *&* 5. *cum addit.* Mandoſ. Balb. *tract. de præſcript. part.*5. *quaeſt.*6. Cæſar Cala *tract. de ferijs quaeſt.*5. *num.*600. *& ſeqq. ad* 613. *fol. mihi* 463.

In criminalibus tamen, cùm vt iam dixi non poſſit renunciari defenſionibus, non etiam poteſt renunciari præſcriptioni, etiam cum iuramento, cum præſcriptio ſit inducta fauore publico, & magnam contineat defenſionem, quia extinguit actionem, & crimen, tollit Iudici facultatem procedendi, ac purgat reorum infamiam, vt colligitur ex Farinac. *quaeſt.*10. *num.*14. *& quaeſt.*39. *num.*51. *&* 54. Guaz. *def.*27. *cap.*1. *in prin. & def.*31. *cap.*1. *num.*7. Orl. ad Campan. *obſer.*21. *num.*6. *& ſeqq.* Antonel. *de temp. leg. lib.*2. *cap.*108. *num.*11. *& ſeqq.* Altimar. *de nullit. Rub.*4. *quaeſt.*1. *num.*12. Prat. *reſponſ. crim. fiſcal.*18. *num.*24. *& ſeqq. & num.*32. Card. Tuſch. *litt. F. concl.*403. *n.*10.

Renunciatio facta per filiam de bonis paternis, & ſimi- 21
libus, an, & quando valeat, Michalor. *de fratr. part.*3. *cap.*12. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*407. *per tot.* Card. Tuſch. *litt. R. concl.*181. *&* 182. *per tot.* vt latiſſimè Paul. Criſtin. *deciſ. Belgic.* 279. *vol.*1. Merlin. *deciſ.*274. vbi pro validitate, Ricc. *Collect.*30. Rot. *part.*10. *recent. deciſ.*276. *per tot. & deciſ.*331. *per tot.* Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de teſtam. cap.*6. §.2. *per tot.* vbi plura de hac materia, an firmetur iuramento, & alia pro foro conſcientiæ.

Quòd ſtante enormiſſima læſione, quæ æquiparatur dolo, poſſit dictæ renunciationi contrauenin non obſtante iuramento, iudicis decreto, auctoritate tutoris, vel curatoris, interuentu conſanguineorum, & ſimilibus caotelis, latè Rot. *part.*2. *diuerſ. deciſ.*102. *per tot.* Franch. *deciſ.*119. Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.*48. *num.*21. 37. *& ſeqq.* vbi quomodo conſiderari debeat dicta læſio, & plura ponit ad illius excluſionem, vide in §. *Læſio num.*4. *& §. Filia num.*92. *in fine*, latè Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.*50. *per tot. vol.*1. *& deciſ.*279. *d. vol.*2. *num.*10. *& ſeqq. & deciſ.*94. *vol.*2. *& §. Filiatio num.*92. vbi contra idem Chriſtin. *deciſ.*28. *vol.*4. Rot. *part.*8. *recent. deciſ.*318. *num.*1. *& ſeqq. part.*11. *deciſ.*23. *num.*10. *part.*17. *deciſ.*226. vbi de oollitate renoneiationis factæ à filia in faoorem patris de dote materna ob magnam læſionem, & alijs rationibus facit *infra num.*36. Rot. *d. part.*17. *deciſ.*338. *in eadem cauſa*, vbi fuit confirmata præcedens deciſio, non obſtantibus multis ad illam impugnandam adductis, Gabr. Vaſquez *loc. cit. dub.*6. *per tot.* latè Fontanel. *de pact. nupt. tom.*2. *clauſ.*9. *gloſ. vnic. per tot. fol.*552. *&c.* vbi etiam de renunciatione minorum, ac de reſtitutione in integrum illis competente.

Quòd donec dicta renunciatio non ſit declarata nulla per iudicem, & per tres conformes in iudicio ordinario reſciſſa, habeat implicitum ſtatum validitatis, ac obſtet immiſſioni petitæ per filiam renunciantem, niſi renunciatio eſſet ipſo iure, & euidenter nulla ex facie inſtrumenti, vel ſimultanea talis declarata, & idem eſſe in tranſactione, idem Vrceol. *d. cap.*48. *n.*24. *& ſeqq.* Rot. *part.*11. *recent. deciſ.*72. *n.*5. *&c. part.*13. *deciſ.*146.

Quòd renunciatio facta à matre, ſtante illius nullitate non obſtet filio agenti ad immiſſionem ex remedio, *l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll.* Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*361. vbi non ſit aliqoa mentio de præcedenti declaratione.

22 Renunciatio bonorum paternorum, maternorum, & aliorum facta à filia, non comprehendit bona ipſi filiæ acquiſita non tanquam hæredi, ſed vti quid ſuum, vel ex alia cauſa quam ſucceſſionis ſibi debitum, nec extenditur ad lucra illi obuenientia in pœnam parentum transeuntium ad ſecundas nuptias, ſed concernit tantùm cauſam ſucceſſionis, vel dotis, nec debet extendi vltra cauſam expreſſam, Rot. in Bononien. ſucceſſionis 11. May 1635. coram Motman. in Nouiſs. part. 7. deciſ. 45. num. 24. &c. Altograd. in Addit. ad conſ. 66. ſub num. 18. in fine lib. 1. niſi verba eſſent multum prægnantia, & vniuerſalia, vt dixi ſupra num. 9. verſ. Quod imo, facit Rot. part. 12. recent. deciſ. 351. vbi quando omnia comprehendat, & part. 13. deciſ. 146. vbi quando comprehendat etiam lucra ob tranſitum parentum ad ſecunda vota, & deciſ. 244. num. 4. &c. d. part. 13. in eadem cauſa, & part. 17. deciſ. 144. num. 24. vbi quòd non comprehendit lucra, quæ renuncians acquiſiuit non tanquam hæres, ſed creditor ob tranſitum parentum, ad ſecunda vota.

Quòd renunciatio de bonis paternis, & maternis ex teſtamento, vel ab inteſtato, non comprehendat donationem inter viuos, quia ſtrictè eſt intelligenda, & non expreſſa non comprehendit, Afflict. deciſ. 350. vbi etiam Vrſil. n. 1. cum alijs per Rot. part. 13. recent. deciſ. 412. n. 13. & 14. & deciſ. 487. num. 5. vbi quòd nec comprehendit alios contractus, & verba generalia, ex alia quauis ratione, vel cauſa implicant diuerſos modos, quibus peti poſſent bona ex cauſis prædictis.

Quod renunciato generalis non comprehendat id, quod filiæ competit virtute, l. hac edictali C. de ſecund. nupt. probat Franch. deciſ. 690. n. 4. & 10. vide in §. Filia num. 88. Ricc. Collect. 30.

Item renunciatio loquens de bonis paternis, maternis, & fraternis, non extenditur ad bona ſororum, cùm ſit ſtricti iuris, Bal. conſ. 48. lib. 2. Merlin. deciſ. 471. num. 34. facit quod dixi in §. Statutum excludens num. 34. &c.

Quòd ſit ſtricti iuris inferendo ad plures caſus particulares, Ricc. Collect. 2372. Rot. part. 14. recent. deciſ. 52. vbi quòd non extenditur, & non comprehendit niſi expreſſa.

An renunciatio facta ad fauorem fratrum operetur, vt ſi quid fuerit à parentibus renuncianti relictum, vt cedendum illis, ad quorum fauorem fuit facta renunciatio, vide in §. Filia num. 92.

23 Renunciationes ſunt ſtrictè interpretandæ, & tantùm cenſetur renunciatum quantum fuit ſpecificatum, & ideò facta à filia de bonis paternis, & maternis, non porrigitur ad bona fraterna, licet proueniant à parentibus, cùm per aditionem deſierint eſſe paterna, vel materna, & effecta fuerunt fraterna, & ſi nominatim fuerit renunciatum fraternis puta Franciſci, & Aleſandri, non extenditur ad bona aliorum fratrum non nominatorum, maximè ſtante verbo, dictorum, quod eſt perſonaliſſimum, & demonſtratiuum perſonarum prius nominatarum, Rot. in Bonon. ſucceſſionis 21. Iunij 1632. coram Dunozetto in Nouiſs. part. 6. deciſ. 144. per tot. Merlin. in eadem cauſa deciſ. 564. num. 20. &c. Franch. deciſ. 690. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 279. num. 3. & ſeqq. vol. 1. Merlin. deciſ. 22. num. 6. & ſeqq. per tot. vbi etiam quando poſſit extendi ad alios ob nimiam generalitatem iuxta tradita per Rot. part. 2. recent. deciſ. 714. de hac materia iuxta prædicta latiùs Merlin. deciſ. 62. per tot. vbi perſiſtendo in deciſis in eadem cauſa (quæ fuit Bonon. hæreditatis de Armis) omnibus contrarijs reſpondet inf. num. 38. Rot. part. 15. recent. deciſ. 272. vbi quòd non trahitur de vna re ad aliam, nec de perſona ad perſonam, ita vt nec intelligatur facta de hæreditate eius, ad cuius fauorem emanauit, & ideò non obſtat renuncianti, etiam Monaco, quin ſuccedere valeat ei, cui renunciauit ab inteſtato poſtea ſine filijs defuncto.

24 Renunciatio facta per filiam dum extabant filij maſculi, & alij agnati cenſetur facta illorum fauore, & reſpectu, ac ideò ipſis morientibus patre ſuperſtite, qui deindè decedat inteſtatus non excludit filiam à ſucceſſione, Capyc. deciſ. 190. Ricc. Collect. 30. & 3828. vbi alias deciſiones allegat Bich. deciſ. 586. per tot. vbi benè declarat, & diſtinguit Menoch. lib. 3. præſumpt. 147. num. 2. & ſeqq. vbi alios caſus ſimiles adducit Surd. deciſ. 252. num. 4. Merlin. de leg. lib. 3. tit. 1. quæſt. 5. per tot. vide in §. Filia num. 93. Merlin. deciſ. 869. num. 8. &c. vbi etiam num. 13. quòd ſtipulatio in renunciatione pro ſucceſſoribus intelligitur pro ſucceſſoribus ſanguinis, & non extraneis, præſertim quando non eſt concepta verbis vniuerſalibus, & latiùs idem Merlin. in eadem cauſa reuiſa, & confirmata deciſ. 894. per tot. inf. num. 25. Rot. part. 3. recent. deciſ. 186. num. 6. & part. 14. deciſ. 253. num. 11. & ſeqq. per tot. vbi benè declarat, vt non operetur ad fauorem extraneorum, in quos renunciatarius non diſpoſuit, & realitas renunciationis non duret perpetuò, ſed extinguatur vnà cum perſonis in eo contemplatis, & deciſ. 330. vbi remouet contraria, & part. 15. deciſ. 23. per tot. & part. 17. deciſ. 144. num. 18. & ſeqq. vbi quòd dicta ſtipulatio comprehendit hæredes ex teſtamento, & non ab inteſtato, & quare, niſi aliter ſit expreſſum, Fontanel. deciſ. 569. & 570. per tot. vbi quod renuntiationes filiarum habent in ventre conditionem ſi filij maſculi parentibus ſuperuiuant, & ſi non ſuperuiuunt nihil obſtat renunciatio.

Quando renunciatio hæreditatis ſit abdicatiua, vel translatiua, quando realis, vel perſonalis, quid operetur pactum de non petendo in renunciationibus, & alia plura ad rem, benè Io: Torre de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. part. 2. quæſt. 47. per tot. vbi diſtinguit inter hæreditates delatas, & aditas, & non aditas, ac inter delatas, & deferendas, &c. quæſt. 60. vbi an portio renunciata impinguet paternam hæreditatem, vel deferatur renunciatarijs iure proprio, & alia in quæſt. 61. per tot. ac alibi ſæpè in locis indicatis in Repert. general. in fine part. 3. verb. Renunciatio per tot. Caſtald. Conſult. 203. per tot. & Conſult. 216. vbi de renunciatione facta fauore fratrum à Moniali, vt illis præmortuis habeatur pro non facta, Manſ. Conſult. 295. per tot. lib. 3. vbi de renunciatione ex cauſa ingreſſus religionis an ſit realis, & translatiua, vel perſonalis, an renunciati detur regreſſus, quid ſi cum renunciatione immiſceatur etiam titulus donationis, & alia, & Conſult. 296. per tot. lib. 4. & Conſult. 332.

Quando comprehendat hæreditates futuras, & alia, idem Manſ. Conſult. 399. cum duabus ſeqq. lib. 5. Cæſar de Afflicto controu. iur. cap. 16. & ſeqq. vbi etiam an ex ceſſione, vel renunciatione hæreditatis inducatur aditio, nec amplius repudiari valeat, &c. cap. 24. & ſeqq. vbi an renunciatio, pro qua nil fuit à renunciante receptum reddatur inutilis tanquam ſine cauſa procedens, quam certiorationem requirat de illius effectu, valore bonorum, diſpoſitione teſtamentaria, &c. prædictis adde Rot. in Romana hæreditatis de Lanuuijs 18. Iunij 1685. coram Hernault. impreſſa per Balduc. in obſeru. ad Ramon. deciſ. 1. per tot. & deciſ. 14. in alia cauſa, cum alijs ſeqq. Ant. Gob. Conſul. 83. &c.

Quia renunciationis cauſa ceſſante, ceſſat ipſa renunciatio, Tiraquel. tract. ceſſante cauſa verb. Renunciationis num. 232. late Gabr. Vaſquez opuſc. moral. tract. de teſtam. cap. 6. §. 2. Dub. 12. fol. 322. & nouiſſimè, ac plenè Io: Dominic. Panſut. contr. for. 20. per tot.

Quòd renunciatio quantumuis realis, & iuramento firmata, deficientibus perſonis, & cauſis, quarum contemplatione facta fuit, & recepta, non præiudicet renuntianti, quominus ad ſucceſſionem etiam inteſtatam venire poſſit, Marcian. diſput. for. cap. 8. per tot. Rot. part. 14. recent. deciſ. 330. & part. 15. deciſ. 23. per tot. vbi plenè Merlin. d. quæſt. 5. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 50. n. 29. &c. vol. 1. Merlin. deciſ. 869. num. 7. & ſeqq. vbi de renunciatione facta à moniali fauore conſanguineorum, quæ reſoluitur per mortem illorum ex cauſa ceſſante, & latiùs in eadem cauſa deciſ. 894. per tot. Rot. part. 11. recent. deciſ. 117. num. 3. vide Rot. part. 12. recent. deciſ. 98. num. 8. & ſeqq. vbi quòd ſecus eſt ſi ex titulo donationis irreuocabilis facta fuerit renunciatio, nam tunc eſt perpetua, & ad extraneos hæredes vltimi donatarij tranſitoria, non iure comprehenſionis, ſed iure tranſmiſſionis, & alia, Rot. d. part. 12. deciſ. 149. per tot. & deciſ. 328. per tot. vbi an, & quando dicatur realis, vel perſonalis, & quid inde, & part. 13. deciſ. 68. & 272. num. 4. & deciſ. 401. per tot. & deciſ. 458. per tot. part. 14. deciſ. 253. part. 15. deciſ. 23. & part. 18. deciſ. 13. per tot. vbi de renunciatione facta à monialibus ad fauorem fratrum, quando ſit realis, vel perſonalis, ita vt fratribus defunctis

ab

ab inteſtato ſuccedat monaſterium, vel potiùs alij proximiores, pro quibus, ac realiter renunciationis concluditur, *& part.19. deciſ.236. num.13. & ſeqq.*

Quòd cenſeatur facta contemplatione filiorum extantium, ac rebus in eodem ſtatu permanentibus, Becc. *conſ.* 74. *num.*20. *lib.*1. Addit. ad Pract. Papp. *libel. pro legat. rei ſing. gloſ.*1. *ſub num.*83. vide Menoch. *de præſumpt.*147. *per tot.* Merlin. *deciſ.*869. Panſut. *d. contr.*20. *per tot.* vbi de muliere nupta, & dotata cum ampla renunciatione, vt deficientibus maſculis, quorum fauore facta fuit renunciatio, tanquam ceſſante cauſa admittatur, collatis dotibus cum altera ſorore in capillo, vel domo patris innupta, & indotata remanſa.

Intellige quoties in vim ſimplicis renunciationis eſt facta, ſecùs verò ſi æquè principaliter titulus etiam donationis irreuocabilis interceſſerit, qui cùm ſit ſuaptè natura perpetuus, & ad extraneos hæredes tranſitorius, agnatione etiam penitus extincta, nullus donatori regreſſus ad bona permittitur, niſi fuerit reſeruatus, ſed iure tranſmiſſionis ad hæredes donatarij deuoluuntur, etiam ſi donatarij prædeceſſerit, vt per Rot. *part.*13. *deciſ.*68. 272. & 356. vbi latè quòd quando renunciatio eſt realis, habentur renunciantes pro mortuis; nec illis ampliùs datur regreſſus ad bona renunciata, etiam ſi omnis defecerit agnatio, ex quibus arguatur dicta realitas, & alia ad excluſionem monialium ſtante dicta reali renunciatione, *& d.part.*13. *deciſ.*401. *per tot. deciſ.*458. *per tot. & deciſ.*477. *per tot. & part.* 14. *deciſ.*253. *num.*11. *& ſeqq.* Bich. *deciſ.*586. *per tot.* Sed vide Rot. *part.*15. *deciſ.*23. *per tot.* vbi latè declarat dictas, & ſimiles deciſiones, & doctrinas, contrarium firmando in caſu ibi propoſito, & reſoluendo duplex dilemma, quod ad ſuſtinendam renunciationem proponebatur, *& part.*18. *deciſ.*113. *per tot.* vbi pro realitate renunciationis ad excluſionem monaſterij, & fauorem proximiorum renunciatarij, *& part.*19. *deciſ.*135. Panſut. *d. contr.*20. vbi quòd renunciationes monialium ſemper præſumuntur reales &c.

Quando facta per filiam dotatam valeat, vel non, & ad quæ extendatur, Card. Tuſch. *litt. R. concl.*181. *&* 182. *per tot.*

Quòd ſi renunciatio fuerit correſpectiua ad dotem, & dos haberi non poſſit, non ſuſtineatur, Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.*130. *per tot.*

25 Renunciatio facta patri acceptanti pro ſe, & hæredibus, intelligitur tantùm de hæredibus deſcendentibus à patre, & non de extranei, qui ideò remanent excluſi per filiam renunciantem, Rot. *part.*2. *diuerſ. deciſ.*158. *num.*2. Altograd. *conſ.*40. *num.*18. *& ſeqq. lib.*2. vbi vide *& in §. Verba num.* *ſupra n.*24. Rot. *part.*14. *recent. deciſ.*330. vbi de renunciatione ob ingreſſum religionis, vt non ſemper ſit realis, & abdicatiua, etiam ſi titulum donationis contineat, ſed ceſſet deficientibus perſonis, quibus facta fuit, & rurſus *part.*14. *deciſ.*23. *per tot.*

Et quando cenſeatur facta patri, vt non poſſit diſponere in vita, & in morte, & ideò ſi certos hæredes inſtituat, illi renunciantem excludant, Marant. *diſput.*10. *num.*14. *& ſeqq.* Rot. *deciſ.*75. *num.*2. *part.*2. *recent.* Ludouiſ. *deciſ.* 80. *num.*3. *&* 6. Altograd. *conſ.*66. *num.*36. *lib.*1. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.*98. *&* 149. *per tot. & part.*13. *deciſ.*68. vbi etiam ſi donatarius præmoriatur.

Quòd renunciatio, ſiue donatio facta patri pro ſe, & hæredibus ſtipulanti, & acceptanti, per filiam in conſtitutione dotis, acquiratur tam ipſi patri, quàm eius hæredibus quibuſcumque, ſiue ſint filij eiuſdem matrimonij, ſiue diuerſi, ita vt portiones filiarum renunciantium vt ſupra tranſeant in patrem, & ab eo in eius hæredes, & filios, etiam diuerſi matrimonij, & dos materna, quæ ſpectabat ad filias renunciantes æqualiter inter eos diuidatur, & non reſeruetur tantùm fratri, vel fratribus illius matrimonij ratione dictæ acquiſitionis per patrem factæ, pulchrè Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*290. *per tot.* & facit *part.*13. *deciſ.*68. vbi quòd tranſmittitur ad hæredes, etiam ſi præmoriatur donatarius, *& deciſ.*272. *num.*4. *d. part.*13. facit quod dixi in §. *Filia num* 92. & Rot. *part.*17. *recent. deciſ.*144. *num.* 18. *& ſeqq. per tot.*

26 Renunciatione facta per ſororem, duobus fratribus, cum pacto vt ipſis decedentibus ſine filijs, poſſit ad bona renunciata redire, vno tantùm illorum ſine liberis decedente, ad eius portionem admittitur ipſa renuncians excluſo altero fratre, eiuſque liberis, Crauett. *conſ.*109. Oſaſch. *deciſ.*110. Theſ. *deciſ.*189. *per tot.* Ricc. *Collect.*30. Coſta *de ratione rata quæſt.*166. vbi ampliat ſiue renunciatio ſit facta verbis copulatiuis, ſiue diſiunctiuis, niſi tamen ſit adeò generalis apta comprehendere nouam cauſam, & ius de futuro, &c. facit in §. *Subſtitutio n.*8. *&* 22.

Quando autem renunciatio facta per fratrem vni ex fratribus proſit omnibus alijs, vide Din. *conſ.*6. Galeot. *contr.* 8. *part.*1. Berlich. *deciſ.*17. Boer. *deciſ.*184. cum alijs per Ricc. *Collect.*3939. *&* 2670.

An renunciatio facta per ſororem fauore fratrum, illis foriudicatis, vel bannitis obſtet ſorori renuncianti, vt non admittatur ad bona renunciata, ſed excludatur à filijs natis ex ipſis, tam ante, quàm poſt bannum, latè Donad. *tract. de renunciat. cap.*14. *per tot.* vbi poſt plura de materia concludit renunciantem eſſe omninò excluſam à filijs fratrum natis tam ante, quàm poſt foriudicationem, vel bannum, allegans Donat. Ant. de Marin. *reſol.*127. *& alios*, facit quod dixi in §. *Filius n.*32.

Renunciatio facta fauore vnius, non trahitur ad fauorem alterius, extenditur ad perſonas non expreſſas, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*659. *num.*30. *etc. cap.* 966. *num.*12. Menoch. *lib.*3. *præſumpt.* 147. *num.* 16. *et num.*17.

Item facta fauore vnius, non præiudicat quoad alio, & ideò filia renuncians bonis paternis, non excluditur à fraternis, etiam ſi ipſe frater patri ſucceſſerit, Gratian. *diſcept.*685. *n.*1. *etc.* Altograd. *conſ.*66. *n.*44. *lib.*1. vbi intelligit, niſi renunciatio eſſet realis, & perpetua, ad tradita per Menoch. *conſ.*401. *n.*104.

Item repudians hæreditatem, non cenſetur repudiare fideicommiſſum ex illa ſibi debitum, nec renuncians legitimæ patris, videtur renunciare legitimæ matris, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*637. *n.*18. *etc.*

Quando renunciatio dicatur perſonalis, ita vt non proſit niſi perſonis nominatis, & pro quibus fuit ſtipulata, vel potiùs realis, adeo vt proſit omnibus agnatis, & renuncians videatur ſe excluſiſſe à numero agnatorum, nec vnquam poſſit amplius redire ad bona renunciata, vide Altograd. *conſ.*66. *num.*39. *et ſeqq. lib.*1. vbi quòd in dubio de iure præſumitur perſonalis, & eſt ſtricti iuris, nec extenditur vltra expreſſa, ac deficit deficientibus illis, ad quorum fauorem facta fuit, nec prodeſt alijs, niſi eſſet realis, & perpetua, prout eſſe in caſu ſuo contendit, vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*557. *num.*35. *et ſeqq. ad* 52. Martha *vot. Piſ.*250. *per tot.* Rot. *part.*12. *recent. deciſ.*97. vbi quando eſt per viam donationis irreuocabilis, & latiùs *part.*15. *deciſ.*23. *cum alijs ſupracitatis num.*24. *et* 25.

Quòd renunciatio ſit ſtricti iuris, non comprehendat niſi expreſſa, nec extendatur ad alias res, iura, cauſas, vel perſonas, ac ſatis ſit, vt in aliquo poſſit verificari, vt minus præiudicet renuncianti, quam fieri poſſit, cùm ſemper ſit ad eius fauorem interpretanda, Duran. *deciſ.*385. *num.*2. *etc.* latè in alijs terminis Rot. *part.*2. *diuerſ. deciſ.*242. *per tot.* vbi renunciatione facta domino directo, vt poſſit pro ſe retinere, quòd non extendatur ad caſum, quo vellet alijs concedere, vel aliorum nomine retinere, Donad. *tract. de renunc. cap.*48. *n.*1. *et ſeqq.* vbi plura de renunciatione reſtringenda.

Quòd facta ex vna cauſa non extendatur ad aliam, adeò vt ſi non ſuſtineatur ex cauſa expreſſa, vt quia ſit falſa, non conualidetur etiam ex cauſa vera non expreſſa, licet renunciatio eſſet iurata, cùm ſit ſtricti iuris reſtringatur ad expreſſa, & veniat interpretanda, vt minus noceat, & ideò renuncians rem aliquam ex vna cauſa, non prohibeatur illam habere ex alia, Altograd. *conſ.*105. *num.*10. *etc. lib.*2.

Quando renunciatio ſit ſtrictè, vel largè interpretanda, latè Card. Tuſch. *litt. R. concl.*180. *per tot.*

Quòd renunciatio vniuerſalis, & ampla comprehendat etiam dotem maternam licet non expreſſam, quando filia renuncians non habebat alia iura, in quibus poſſet verificari, Capra *conſ.*62. *et* 164. Alex. *conſ.*102. *n.*7. *lib.*6. Peregrin. *deciſ.*95. *n.*14. facit Rot. *part.*10. *recent. deciſ.*276. *et* 231. *per tot.*

Quòd renunciatio non priuet renunciantem relictis ſibi in teſtamento, etiam ante factam renunciationem condito decedente teſtatore cum illa priori voluntate, Donadeus *tract. de renunciat. cap.*4. *per tot.* vide in §. *Filia num.*92. *et num.*53.

28 Renunciatio maximè gratuita facta à filio, vel filia de hæreditate patris, vel matris, non nocet nepotibus, neque alijs deſcendentibus renunciantis, ſi ipſe renuncians præmoriatur patri, vel matri, cuius bonis renunciauit, & quando ſecùs, latè Galuan. conſ.1. per tot. Michalor. de fratrib. part.3. cap.12. num.37. & ſeqq. Rot. part.14. recent. deciſ.470. per tot. & part.15. deciſ.145. per tot. Fontanel. de pactis nuptial. tom.2. clauſ.9. gloſ. vnica part.1. fol.552. vbi quando renunciatio facta à matre obſtet filijs, etiam ſi renuncians prædeceſſerit illis, de quorum ſucceſſione agitur Franch. deciſ.67. per tot. vbi etiam quid ſi ſint hæredes renunciantis, vide Chriſtin. infrà cit. num.54. & ſeqq. & deciſ.118. num.7. vol.1. & deciſ.279. num.22. & 23. vol.1. Ricc. Collect.30. in fine, Rot. part.10. recent. deciſ.276. & deciſ.331. vbi quod facta renunciatione per matrem excluduntur illius filij, & hæredes, quia renunciatio, quæ obſtat renuncianti obſtat etiam eius hæredibus, qui non poſſunt factum defuncti validum impugnare, Rot. part.12. recent. deciſ.149. per tot. & part.13. deciſ.224. per tot. & deciſ.265. & part.15. deciſ.145. per tot.

Quod renunciatio de non ſuccedendo facta à matre non præiudicet filijs ſuis, & deſcendentibus, ſi veniant ex propria perſona, & non tanquam hæredes matris, Gratian. diſcept. forenſ. cap.858. num.19. &c. vide in §. Pactum num.5. Bart. & Caſtr. in l. qui ſuperſtitis, ff. de acquir. hæred. Paul. Chriſtin. deciſ.50. num.48. &c. vol.1. Donadeus tract. de renunciat. cap.9. per tot. vbi plura an ſucceſſorium edictum habilitet nepotem ad ſucceſſionem aui, non obſtante renunciatione à patre, vel matre facta,

Si tamen renunciatio non ſit gratuita, ſed accepta dote, obſtat filijs etiam ex propria perſona venientibus, Dec. conſ.181. num.7. Surd. conſ.353. num.42. lib.3. Rot. part.12. recent. deciſ.149. num.2. &c. part.13. deciſ.101. num.11. &c. vbi quòd eſt dubia, & difficilis quæſtio, & deciſ.224. per tot. vbi benè declarat, & melius deciſ.265. num.16. & ſeqq. per tot. & part.15. deciſ.145.

Quòd vbi non ſubeſt cauſa renunciandi, renunciatio cenſeatur per errorem facta, & annulletur, licèt ſit facta per ſtipulationem, Gratian. d. cap.858. num.23. &c. infra num.36. & 38.

Quòd matris renunciatio habeat tacitam conditionem, ſi ſibi ſucceſſio deferatur, & ideò non noceat filijs, niſi renunciauerit expreſsè pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, alias mentio hæredum fruſtratoria eſſet; vel niſi renunciatio non ſit gratuita, ſed dote recepta, quia tunc filij neque ex propria perſona poſſunt ſuccedere, Martha vot. Piſ.250. num.11. & ſeqq. & plenè Rot. part.15. recent. deciſ. 145. per tot. vbi etiam ſi mater prædeceſſerit illis, quorum bonis renunciauit pro ſe, filijs, & hæredibus, & quod renunciatio de iure incerto, & quærendo pro conſeruatione domus, & familiæ non poteſt dici læſiua, & alia ad rem, de qua materia nouiſſimè, ac plenè Io: Dominic. Panſut. contr. forenſ.23. per tot. vbi an, & quando matris renunciatio facta pro ſe, & hæredibus, illa præmortua, præiudicet filijs, vel non, tam ſi ad bona renunciata veniant ex propria perſona, quàm ſi vti matris hæredes, & quæ verba requirantur pro totali excluſione filiorum.

29 Renunciatio hæreditatum delatarum, & deferendarum, dicitur verè donatio propter iurium remiſſionem, & requirit inſinuationem aliaſque ſolemnitates neceſſarias, Gratian. d. cap.858. n.10. &c.

Quando tamen fuiſſet ſolummodo renunciatum iuri ſub conditione quærendo, & nondum quæſito, vt fideicommiſſo conditionali, non eſſet neceſſaria inſinuatio, Rot. in Segnina Caſtrorum 4. Februarij 1631. coram Coccino in Nouiſſ. part.6. deciſ.12. n.11. &c. deciſ.292. num.20. &c. deciſ.320. n.8. &c. d. part.6. Vrceol. Conſult. for. cap.48. n.1. & ſeqq. vbi citat meas reſolut. cap.5. n.29. vide in §. Fideicommiſſum num. & §. Inſinuatio num. Rot. part.13. recent. deciſ.68. n.12.

30 Renunciatio, donatio, vel alia diſpoſitio facta de bonis etiam in teſtamento, vel alia vltima voluntate intuitu ingreſſus religionis, ante tamen ipſum ingreſſum, ad hoc vt monaſterium non ſuccedat, valet omninò, & bona ſpectant ad eum, ad cuius fauorem fuit facta diſpoſitio, ſi alias de iure communi ſit valida, non obſtante Concilio Tridentino ſeſſ.25. cap.16. de regular. & monach. cuius diſpoſitio non procedit in renunciatione, vel donatione facta ante ingreſſum, & ſuſceptionem habitus, prout contra Nauar. conſ. vlt. lib.3. de donat. Molin. de iuſt. & iur. diſp. 139. col.8. latè illorum rationibus reſpondendo tuetur Menoch. de arbitr. caſ.436. num.3. & ſeqq. ad 9. vbi quòd in facti contingentia ita fuit declaratum per Illuſtriſſimos DD. Interpretes Concilij de anno 1594. Altograd. conſ.35. num.9. & conſ.36. num.1. &c. lib.1. Gratian. deciſ.37. per tot. Ricc. Collect.454. vbi quòd procedit etiam ſi renuncians fuerit acceptatus, Sperel. deciſ.16. num.18. &c. Dian. part.3. tract.1. reſol.55. & part.8. tract.6. reſol.87. per tot. Rot. in Romana donationis 1. Februarij 1640. coram Royas per tot. & coram eodem in eadem cauſa 17. Decembris 1641. in recent. part.9. deciſ.56. in fine, facit Merlin. deciſ.869. num.6. &c. vbi videtur ſequi Nauar. & alios plures allegat; Sed dictam opinionem poſt multos hincinde relatos ſequitur latè Rot. part.9. recent. deciſ.450. & eſt eadem de qua ſupra ſub die 1. Februarij 1640. vbi quòd hodie illam Sacra Congregatio Concilij amplectitur, & part.12. deciſ.245. Tamburin. de iur. Abbat. tom.3. diſp.6. quæſt.10. per tot. Rot. part.17. recent. deciſ.85. per tot. Franciſ. de Angelis tract. de confeſ. lib.2. quæſt.80. num.4. & ſeqq. Donadeus tract. de renunciat. cap.8. per tot. vbi quòd diſpoſitio Concilij non procedit quo ad vltimas voluntates, & quare.

Quòd dicta renunciatio ex cauſa ingreſſus religionis ſit facienda cum licentia Epiſcopi, vel eius Vicarij, aliiſque requiſitis, per Concil. d. ſeſſ.25. cap.16. Gratian. diſcept. forenſ. cap.899. num.19. &c. Barboſ. de off. & poteſt. Epiſc. alleg.99. Merlin. deciſ.869. num.6. Rot. part.17. recent. deciſ.85. num.14. Franciſ. de Magiſtr. in Silu. Eccl. part.1. lib.1. tit.12. cap.8. num.1. & ſeqq. Poſſent. ſing.366. vbi pro nullitate.

Intelligendo quando poſt ingreſſum monaſterij fieret renunciatio intra annum probationis, alias autem facta ante ingreſſum, licet intuitu religionis, & animo ingrediendi, non ſubiaceat dictæ diſpoſitioni Concilij, ſed valeat abſque dictis ſolemnitatibus iuxta ſuperiùs dicta, & benè Cabal. conſ. deciſ.104. lib.1. Altograd. d. conſ.35. num.9. conſ.36. num.1. &c. lib.1. Rot. part.9. recent. deciſ. 450. & part.12. deciſ.245. Tamburin. loc. cit. Sanfelic. deciſ.192. num.5. & ſeqq. vbi an dicta diſpoſitio Concilij habeat locum tantùm in renunciatione facta à minore ſexdecim annis, vel etiam à maiore dicta ætate, auctoritates; & rationes hinc inde adducens, Sperel. deciſ.16. per tot. vbi plura ad ornatum, & declarationem d. c.16. Concil. Trident. & quòd huiuſmodi renunciationes fieri debent infra duos menſes ante profeſſionem, & tunc cùm fiant à Nouitijs poſt ingreſſum non ſubiacent ſolemnitatibus ſtatutorum laicalium, ſed ſolum dicti Concilij, ſecùs autem ſi fiant ante ingreſſum, vide in §. Donatio num.35. Rot. part.16. recent. deciſ.143. num.18. & ſeqq. vbi quòd etiam factæ ante ingreſſum, intuitu tamen, & cauſa futuri ingreſſus, valent abſque ſolemnitatibus, ſi non ex priuilegio perſonæ nondum ingreſſæ, ſaltem ex priuilegio cauſæ, per tex. in §. illud quoque Auth. de Monach. nec reuocari poſſunt, vt ibi latè declaratur, & part.17. deciſ. 269. in fine.

Quòd renunciatio vt ſit valida, debeat fieri intra duos menſes proximos ante profeſſionem, & antea facta ſit nulla, quia Concilium vult vt renuncians ſaltem per decem menſes antea expertus, fuerit Religionem, & vires ſuas, licèt poſtea profeſſio differatur, & alia ad intelligentiam Concilij d. cap.16. Merlin. deciſ.869. num.2. & ſeqq. & deciſ.894. in prin. vbi fuit confirmata prima deciſio, intelligendo tamen vt ſupra quando fit poſt ingreſſum, vide Bartholom. de Vecchijs in prax. admiſſ. nouit. diſp. 8. dub.9. num.5. Auguſt. Barboſ. de off. & poteſt. Epiſcop. alleg.99. num.11. Rot. part.9. recent. deciſ.450. num.31. &c. in Appendice, Tamburin. de iur. Abbat. tom.3. diſput.6. quæſt.10. per tot. Sanfelic. deciſ.192. Cabal. conſ.175. num. 3. & ſeqq. lib.1. vbi etiam quid ſi fuerit ereptus à religione, vt renunciaret, & tenet pro nullitate, adde Franciſc. de Angelis tract. de confeſ. lib.2. quæſt.80. per tot. Coſt. de re integra diſt.104. per tot. Carol. Marant. contr. part.4. reſponſ.29. per tot.

Renunciatio facta ab ingrediente monaſterium, 31
quando præſumatur facta ob ingreſſum religionis, vel ob aliam cauſam, an poſſit reuocari ſub prætextu enormiſſimæ læſionis, an excludat monaſterium à bonis renunciatis, & alia notabilia Gratian. diſcept. forenſ. cap.568. per tot.

cap.

cap.96. per tot. cap.962. num.53. &c. cap.813. n.18. &c. vide in §. *Monaſterium num.4.* Rot. *part.12. recent. deciſ.40. &* *deciſ.143. per tot.* vbi quando dicatur facta fauore agnationis, ita vt donec aliquis ex illa ſupereſt, non poſſint bona renunciata ad extraneos tranſire, Cabal. *conſ.124 lib 1.* vbi quòd facta à Monaſterio ante ingreſſum monialis tanquam de iure futuro, valet ſine ſolemnitatibus, nec ſub prætextu alicuius læſionis, vel reſtitutionis in integrum retractari poteſt.

Quis ſuccedat in bonis ingreſſi, latè plures caſus diſtinguendo declarat Menoch. *de arbitr. caſ.436. per tot.*

Quòd facta ob ingreſſum religionis, illo non ſequuto, vel ſi poſtea Nouitius exeat poſſit reuocari, prout ei donatio, cum cauſa ipſa renunciationis, vel donationis ceſſante, ceſſare debeat ipſa renunciatio, vel donatio, Menoch. *d. caſ.436. n.5. &c.* vide *ſupra n.24. & §. Donatio n.35.* latè Bich. *deciſ.52.* Rot *part.9. recent. deciſ.32.* vbi quòd maximè procedit ſtante reſeruatione ſibi facta, & tunc ſi ingreſſus exeat de licentia ſuperioris omnia recuperat, etiam quoad ſucceſſiones alijs medio tempore delatas, virtute dictæ reſeruationis, *& part.11. deciſ.349. n.2. & ſeqq. & part.6. deciſ.143. n.30. & ſeq.*

Quòd egrediens à religione facto Papæ, vel ex ſimili diſpenſatione, aut Prouiſione Apoſtolica, non recuperet bona tertio quæſita, ſed tantùm illa nondum alteri quæſita, cùm diſpenſatio Apoſtolica non retrotrahatur in præiudicium tertij, niſi adſit expreſſa conditio, & reſeruatio recuperandi bona in omni caſu exitus à Religione, vel niſi quis exeat ante profeſſionem, vel ſtante nullitate illius ignaro profitente, Rot. *part.12. recent. deciſ.222. per tot.*

De renunciatione facta à Monaco ante profeſſionem, an poſſit reuocari ab illo poſtea ad Epiſcopatum promoto, vide in §. *Monachus n.16.*

Quòd renunciatio ex cauſa ingreſſus religionis ſit latè interpretanda, nec in ea poſſit conſiderari læſio, Altograd. *conſ.66. num.430. & per tot. lib.1.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.568. num.50.* Maſtril. *deciſ.65. num.11.* Bich. *deciſ.632. num.15. in prax. var. reſ. cap.347. num.2. &c.* facit Rot. *part. 12. recent. deciſ.2. num.15. & ſeqq. per tot. & deciſ 245.* vbi quòd non reuocatur etiam per mortem renunciatarij, quando fuit renunciatum iuri etiam de futuro, ſed tranſit ad illius hæredes, etiam ab inteſtato, *& part.13. deciſ.477.* vbi in terminis donationis ex cauſa ingreſſus religionis, *& part.17. deciſ.269.* vbi qualiter ſit realis, penitus abdicatiua, nec in ea poſſit aliqua læſio conſiderari.

Quòd ſit perpetua, irreuocabilis, & latè interpretanda, ciuſque cauſa finalis dicatur ipſe ingreſſus, & ſalus animæ, idem Altograd. *conſ.37. num.33. &c. lib.2. conſ.36. num.14. &c. conſ.43. num.60. &c. lib.2.* vbi quòd fauor patris, & fratrum, vel familiæ dicitur ſolùm cauſa impulſiua, & ideò durat effectus renunciationis, etiam remoto, & ſublato fauore patris, qui illam non acceptauerit, cum cenſeatur realis, & pater non poſſit in præiudicium aliorum illam repudiare, Merlin. *deciſ.126. num.64. & ſeqq.* vbi quæ ſit cauſa, & ratio finalis dictæ renunciationis, latè Rota *part. 9. recent. deciſ.21. & 56. per tot.* dixi in §. *Donatio num.35. &c.* Rot. *part.16. deciſ.207. num.6. & ſeqq.* vbi quòd huiuſmodi renunciationes ex cauſa ingreſſus religionis reputantur reales, & abdicatiuæ, ac faciunt haberi renunciantem pro mortuo, & non computari ad retardandam immiſſionem vocatis, *& part.17. deciſ.269. per tot.* Plura an, & quando renunciatio facta à moniali ſit tranſlatiua, vel extinctiua, latè Donad. *de renunciat. cap.44. per tot.*

32 Renunciatio, vel donatio facta ab ingrediente, vel ingreſſo religionem cum debitis ſolemnitatibus, ad fauorem patris, & eius filiorum, notario pro his omnibus abſentibus acceptante, & ſtipulante dicitur duplex, vna ſcilicet ad fauorem patris, altera ad fauorem filiorum, & vnaquæque eſt diuerſa, & ſeparata ab altera, ita vt omnes dicantur ius acquirere ex proprio contractu, ſtipulatione, & veniant ex propria perſona, illa tamen filiorum incipit habere effectum ſolum poſt mortem patris, vel illius repudiationem, nec ideò poteſt pater illis in aliquo præiudicare repudiando, vel contrauenieniendo oneri appoſito ſub conditione reſolutiua contractus, ſed expirata renunciatione ad fauorem patris propter eius repudiationem, vel inobſeruantiam, incipit ſtatim locum habere ad fauorem filiorum, præcipuè ſi patris hæredes non exiſtant per doctrinam Caſtr. *col. idem Iulianus §. ſi quis alicui num.4. ff. de legat.1.* & aliorum, latè probat Altograd. *conſ.36. num.6. & ſeqq. per tot. lib.2.*

& conſ.37. num.4. & ſeqq. lib.2. vbi quòd ſunt duæ ſeparatæ donationes, nec vna ab altera dependet, & quod vna reuocata altera non ceſſat, vt dixi in §. *Subſtitutio num.* §. *Filia num.92.*

Quòd vbi renunciatio eſt facta ad fauorem agnationis, ſit ſeruanda prout renuncians diſpoſuit, ita vt donec extant agnati, non poſſint ſuccedere extranei, etiam ex diſpoſitione renunciatarij, Rot. *part.22. recent. deciſ.40. per tot. & deciſ.143. per tot.*

Si tamen reuerſio ad renunciantem, & donantem in caſu contrauentionis eſſet ſtipulata, per viam conditionis, reſolueretur donatio, & renunciatio ob inobſeruantiam primi acquirentis, etiam in præiudicium aliorum ſequentium, non obſtante duplicitate actus, ſecùs ſi ſit adiecta per viam modi, vel ſi à primo donatario non ſit acceptata, nam qui non acceptauit, contrauenire non dicitur, nec cæteris præiudicat, pro quibus fuit ſtipulatum, maximè ſi veniant ex propria perſona, & non ex beneficio patris, latè idem Altograd. *conſ.38. num.25. &c. per tot. lib.2.*

33 Renunciatio emphyteuſis, vel ſimilium iurium in dubio præſumitur perſonalis, & non realis, ideſt tantum fauore nominati in inſtrumento, & non aliorum, Gratian. *diſcept. for. cap.557. n.25. & ſeqq. ad 52. ſupra n.27.* vide Rot. *part.13. recent. deciſ.224. per tot.* vbi qualiter nec hæres renunciantis poſſit illi contrauenire, etiam ex propria perſona, quando non fuit gratuita & promiſſa fuit obſeruantia per ſe, & ſuos hæredes.

Iuris retrahendi facta in venditione fundi per vicinum, non obſtat renuncianti, quando emptor vellet alteri concedere, vel nomine alterius retinere, Rot. *part.2. diuerſ. deciſ.242. num.8.*

Qualiter renunciatio tacita inducatur ex actu contrario iuri ſuo, latè Card. Tuſch. *litt. R. concl.179. per tot.*

34 Renunciatio ſtatuti quo ad quartum dotale, non comprehendit aliud caput eiuſdem ſtatuti circa acquiſitionem totius dotis ob exiſtentiam liberorum, & quatenus expreſsè vtrunque caput contineret, non tamen comprehenderet diſpoſitionem iuris communis ſecundum quod pater eſt vſufructuarius bonorum filij, cùm renunciatio ſit ſtricti iuris, & non extendatur de caſu ad caſum, Gratian. *diſcept. for. cap.627. n.18. &c. ad 25.*

35 Renunciatio non effectuata, vel poſt ius alteri quæſitum, non operatur, neque illud excludit *l.1. §. ſi rem depoſitam ff. depoſiti*, Rot. *part.10. recent. deciſ.27. n.3. &c.*

An autem renunciatio ad fauorem abſentis facta poſſit ante illius acceptationem reuocari, latè Donad. *tract. de renunciat. cap.22. per tot.* & dixi in §. *Donatio*.

36 Renunciatio facta cum ſuppoſito, quod bona renunciata eſſent multò minoris valoris, quam vera ſint, detecto errore non poteſt ſuſtineri propter enormiſſimam læſionem, quæ reſcindit omnem contractum, & iuramenti vinculum ſoluit; maximè ſi renuncians ſit minor, & mulier, quæ ex ſimplicitate potius ob fragilitatem ætatis, & ſexus, quam ex animi liberalitate mota poſſit præſumi ad renunciandum, vel ſeducta, etiam ſi contineret clauſulas donandi illud plus, quod bona valerent, & renunciationis læſionis etiam in magno, & maximo exceſſu, quia operantur tantùm vbi eſſent oppoſitæ ex pura, & libera voluntate, ac certa ſcientia valoris bonorum renunciatorum, ſecùs autem ſi ex erroneo ſuppoſito, quod vltra iuris præſumptionem reſultat ex eo quod cõſtat rem aliter ſe habere, quam putabat renuncians, ac ex læſione in totum, vt benè probat Rot. *part.13. recent. deciſ.354.* vbi tamen nihil fuit reſolutum, cùm non apparuerit de vero ſtatu hæreditatis renunciatæ, & cum renunciatio eſſet facta cũ decreto iudicis, interuentu conſanguineorum, & cæteris ſolemnitatibus, pro qua ideò dicebatur præſumendum, & non poſſe impugnari etiam ſub prætextu læſionis enormiſſimæ, vide in §. *Læſio n.4. & ſeqq. ſupra n.21.*

37 Renunciatio facta ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis, non ſuſtinetur in præiudicium vocatorum, imò quando fuit expreſsè prohibita alienatio ſub pœna priuationis, vocando alios ſubſtitutos, cum dicta renunciatio dicatur alienatio, & contrauentio, facit locum ſubſtitutioni aliorum, vt benè declarat Rot. *part.14. recent. deciſ.63. per tot.*

38 Renunciatio quantumuis ampla ſi ſit facta ex falſa cauſa, & à minore remanet nulla ex defectu conſenſus, veluti cum ſuppoſito quod fuerit à patre ordinata, ſi talis ordinatio ſit limitata ad bona paterna, & materna, ſub quorum appellatione non veniunt bona fraterna, licet à patre proueniant

ueniant, & ideò renunciatio tanquam ſtricti iuris debet reſtringi, & non porrigitur ad bona fraterna, licet etiam de illis expreſsè facta fuerit ſub dicto falſo ſuppoſito ordinationis paternæ, vt reſoluit Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 128. *per tot. ſupra n.*23. *& ſeqq.* à qua tamen deciſione, (accurratius perpenſa renunciatione) poſtea receſſum fuit, & declaratum comprehendi etiam bona fraterna, & ſuſtineri ex alijs cauſis, *vt in d. part.*14. *recent. deciſ.*221. *per tot.* facit Bich. *deciſ.*7. *n.*16. *& ſeqq. per tot.* vbi quòd renunciatio per quaſcunque clauſulas, reſtringitur ad ſpecificata, & reſtricta ad bona alicuius, non extenditur ad bona alterius in diuerſis fideicommiſſis, vide eumdem Bich. *deciſ.*18. *in eadem cauſa*, vbi fuit receſſum à prima.

39 Renunciatio promiſſa à viro, & vxore in capitulis matrimonialibus, cenſetur effectuata, & reſultat eo ipſo, quòd vxor ſubſcribit ipſis capitulis matrimonialibus dictam promiſſionem continentibus, vel ſtante ſilentio longiſſimi temporis, quo fuit petita, & alijs adminiculis præſumitur facta, aut remiſſa, Bich. *deciſ.*603. *num.*26. *&* 27. vide in §. *Promiſſio n.*25. *&* 26. latè Donad. *tract. de renunciat. cap.*3. *per tot.*

40 Renunciatio, vel donatio facta cum reſeruatione ſoluendi certam ſummam ipſi renuncianti, vel alteri, dicitur modalis, quamuis ſub conditione facta legatur, quando ſolutio eſt facienda poſt bona donatario plenè quæſita, non obſtante clauſula, *non aliter, nec alio modo*, ad faciliorem exactionem, & non ad reſolutionem contractus appoſita; & ideò ſolutione non facta, & ſic modo non impleto, non poteſt agi ad reſciſſionem donationis, vel renunciationis, ſed tantùm ad implementum promiſſorum; maximè etiam ceſſante mora, quæ non inducitur niſi mediante interpellatione, ita vt nec dies interpellet pro homine ad incurrendam pœnam priuationis iuris quæſiti, ſed vera requiratur interpellatio, etiam iudicialis cum præfixione termini, & ſententia declaratoria, Rot. *part.*17. *recent. deciſ.*56. *per tot.* facit quod dixi in §. *Donatio n.*34. *&* §. *Modus*, Cyriac. *contr.*270. Capyc. Latr. *deciſ.*30. *lib.*1. Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.*2. *quæſt.*80. *n.*9. *& ſeqq. per tot.*

Quòd facta renunciatione cum reſeruatione certæ præſtationis, & data dilatione cum hoc vt interim fructus illius ſoluantur, fructibus ſublatis tanquam vſuram ſapientibus pro credito pecuniario, ceſſet etiam dilatio conuenta ad illos correſpectiua, & ſors ipſa reſeruata ſit præſtanda, ex natura correſpectiuorum, vt altero ſublato, alter corruat, & quia nulla ratio patitur, imò æquitas repugnat, vt renunciatarius bona renunciata retineat, & onus illis adiectum, vel reſeruatum adimplere recuſet, Rot. *part.*17. *recent. deciſ.*315. *per tot.*

De varijs renunciationibus, nempè iurium, exceptionum, beneficiorum, legum, feudorum, ſucceſſionum, beneficiorum Eccleſiaſticorum, litium, vel cauſarum, appellationum, & huiuſmodi multa notat Bertachin. *Repert. verb. Renunciare*, *Renunciatio aliqua*, Ioſeph. Feliu. *Margar. var. concl. eod. verb.* Plura Thoro *comp. deciſ. Neapel. part.*1. *&* 2. *verb. Renunciatio*, de omnibus Galerat. *tract. de renunciat.* Donad. *eod. tract. per tot.* alijque plures citati à Caſteion. *Alphabet. iurid. verb. Renunciatio*, *Reſignatio*, & Com. Auguſt. Fontana *Bibliothec. legal. part.*5. *eodem verb. fol.*515. *&c.*

§. REPLICATIO. XIV.

1 Replicatio quid ſit, vnde dicatur, quare inuenta, quibus competat, & quando, contra quos, an ſit perpetua ſicut exceptio, vel temporalis ſicut actio, an ſit probanda, quos effectus producat, quando tollatur, an ſuper illa ſit neceſſariò pronunciandum, & alia, Aſin. *in Prax.* §. 16. *cap.*1. *& ſeqq.* Bertachin. *Repert. verb. Replicatio.*

Quòd replicatio ita ſe habeat ad exceptionem, ſicut exceptio ad actionem, Scacc. *de iudic. lib.*2. *cap.*7. *num.*142. Quandoque tamen non admittitur replicatio, licet admittatur exceptio, veluti quia licet reus poſſit allegare contra accuſatorem exceptionem infamiæ, vel excommunicationis ad illum repellendum, tamen accuſator non poſſit replicare, quod reus non poſſit de hoc excipere, quia & ipſe ſit infamis, vel excommunicatus, Clar. *lib.*5. *quæſt.*15. *verſ. Sed quæro*, Scacc. *d. tract. lib.*2. *cap.*2. *n.*226.

§. REPETITIO. XV.

1 Repetitio teſtium vbi eſt neceſſaria, debet fieri cum omnibus qualitatibus primi examinis, ac ſi nunquam teſtes fuiſſent examinati, Clar. §. *fin. quæſt.*45. *verſ. Cæterum ſi reus*, Guaz. *deſ.* 14. *cap.*4. Ambroſin. *proceſſ. inform. lib.*3. *cap.*2. *num.*36. *& lib.*2. *cap.*9. *num.*1. vide in §. *Teſtes num.*24. Ricc. *Collect.*918. 2996. vbi quòd non poteſt committi in partibus.

Quidquid tamen ſit de iure, dicta repetitio non fit vt plurimùm cum tortura in primo examine ad purgandam maculam adhibita, ſed ſufficit prima tortura, ac ita ſæpè de conſuetudine ſeruatum vidi Florentiæ, & ipſe pluries ſeruare feci, reijciendo huiuſmodi inſtantias, & cauillationes aliquando propoſita, cùm etiam penes me non ſit in magna conſideratione purgatio maculæ cum tortura, per ea quæ dixi in Practica §. *Sicarii num.*14. *&c.* §. *Compagni n.*4. *in addit.* & in hoc Opere §. *Mandatum n.*22. *&* §. *Socius nu.*50. Et nunc eſſe neceſſariam aliam torturam in repetitione probat Zuff. *poſtea viſus de legitimat. proceſſ. lib.*3. *quæſt.*155. *per tot. & quæſt.*108. *per tot.* ſed vide eumdem Zuff. *quæſt.* 153. vbi quando opus ſit noua tortura.

Qualiter autem dicta repetitio teſtium examinatorum ex officio iudicis ſit de iure neceſſaria cum citatione partis, niſi ab ipſa parte habeatur expreſsè pro repetitis, vel niſi reus ſit contumax, quia tunc iuxta generalem conſuetudinem habetur pro confeſſo, & contra confeſſum verè, vel fictè, non opus eſt teſtibus, ac ideò fruſtra de illorum repetitione ageretur, ſicuti quando nihil releuans depoſuiſſent; vel ſi reus compareret in termino reſeruationis ſibi factæ in ſententia, prout fieri ſolet, vbi non eſt conuictus, vel ſi admitteretur ad nouas defenſiones, quia his etiam caſibus, cùm iam contumacia ſuum produxerit effectum tacitæ confeſſionis, non eſt neceſſaria repetitio teſtium pro conualidatione illorum examinis, ſed ad reum ſpectat maximè in caſu admiſſionis ad nouas, ſuam probare innocentiam; imò de conſuetudine plurium Tribunalium præcipuè in Etruria non eſt neceſſaria ad legitimationem proceſſus repetitio teſtium examinatorum pro informatione Curiæ; ſed repetuntur quandoque ad inſtantiam ipſius rei, & ad illius defenſionem, dummodò non fuerint confrontati, nam ſi fuerint confrontati, non ſunt amplius ad inſtantiam rei ſuper eius interrogatorijs repetendi, & ita verè ſemper ſeruatum fuiſſe teſtatur de tempore ſuo, Caball. *reſ. crim. caſ.*269. *per tot. & caſ.*110. *num.* 36. *&c.* quem ſequitur Zuff. *de legit. proceſſ. lib.*1. *quæſt.*52. *num.*8. *&c. quæſt.*116. & alibi ſæpè, Conciol. *reſol. crim. verb. Reus reſol.*7. vbi quòd admiſſo reo ad nouas defenſiones non eſt neceſſaria dicta repetitio, nec confrontatio, niſi eſſet admiſſus in primis terminis, vel ſententia eſſet nulla, quia tunc effectus contumaciæ, & condemnationis eſſet ſublatus, & ideò de iure proceſſus eſſet legitimandus cum repetitione, vel confrontatione teſtium, Vulpin. in ſucco, Farinac. *quæſt.*72. *cap.*2. *num.*25. Tuſch. *lit.T. concluſ.* 163. *per tot.* Gizzarel. cum Addit. *deciſ.* 53. *per tot.* Guaz *deff.*24. *cap.* 9. Zuff. *d. tract. de legit. proceſſ. lib.*3. *quæſt.*159. Scanarol. *de viſit. carcer. lib.*2. §.6. *cap.*6. §.7. *in princ. & in Appendice cap.*33. *verſ. ad terminum denique*, dixi in *Pract. in Præfat. num.*69. *& ſeqq. vbi plura in* §. *Teſtimonij num.*3. *&* 4. *& in hoc opere* §. *Teſtes num.*22. vide Ricc. *Collect.*918. *&* 2996. Sanfelic. *deciſ.*97. *n.*13. vbi quòd non fit repetitio teſtium quando fuerint confrontati, quia confrontatio operatur pluſquam citatio. Quæ quidem confrontatio inter reum, & teſtes quando fieri debeat, vel non, latè Caluin. *de æquit. lib.*2. *cap.*179. Conciol. *reſol. crim. verb. Confrontatio per tot.* Cabal. *d. caſ.*269.

Benè tamen puto poſſe interrogari adhuc ad inſtantiam rei ſuper ijs, de quibus non fuiſſent in confrontatione interrogati, vel non ſufficienter ab ipſo reo rudi, & ignaro, vel iudice, & ita vt plurimùm ſeruatum vidi, ceſſante tamen colluſionis, vel ſubornationis ſuſpicione, alias autem ſecus, (quidquid ſeruaretur tempore Caballi) quia confrontatio quidem ſupplet citationem, non autem tollit ius interrogandi ſuper neceſſarijs ad veritatis dilucidationem, Conciol. *verb. Confrontatio reſol.*4.

Qualiter poſſit proceſſus legitimari per repetitionem teſtium, per confrontationem, per declarationem, per veram confeſſionem, & per fictam ex contumacia reſultantem, latè Zuff. *de legit. proceſſ. lib.*3. *quæſt.*97. *cum pluribus ſeqq.*

Quòd etſi reus habuerit teſtes pro repetitis, poſſit dictam declarationem reuocare re integra antequam ſit data copia proceſſus, Sanfelic. *deciſ.*259. *Addit. ad eumdem deciſ.*350. prædictis adde D. Fului. Maioran. *in Op. prax.*

crim. lib.2. cap.3. num.20. & ſeqq. per tot. Zuff. de legit. proceſſ. lib.3. quæſt.165. vbi an, & quando reus poſſit dictam declarationem reuocare, & quæſt.168. vbi quòd facta dicta declaratione, vel ſimili ſine clauſula, ſaluo iure repetendi, poteſt, ac debet nihilominus fieri repetitio ad inſtantiam inquiſiti, etiam publicato proceſſu; licèt alij contrarium ſeqtiant, vt dixi in Pract. in præfat. vbi etiam quid ſeruetur Florentiæ.

Quòd dicta repetitio poſſit fieri quandocumque ante expeditionem cauſæ ad effectum conualidandi depoſitiones teſtium, Franch. deciſ.716. per tot. Non tamen poſt publicationem proceſſus ad partis inſtantiam, vt dixi in §. Teſtes num.24. in fine, vide Farinac. quæſt.66. num.264. & ſeqq. quæſt.77. num.407. & ſeqq. Clar. cum Baiard. quæſt.49. num.9. Conciol. reſol. crim. verb. Teſtis quoad examen reſol.6. per tot. Zuff. de legit. proceſſ. crim. quæſt.168. & in mea Pract. in Præfat. ſub num.74. verſ. Si diſputa ancora in addit. noua impreſſionis, vbi plura de ſtylo Florentino veteri, & nouo.

Quòd ſi teſtes ſint mortui, & non poſſint repeti probent, cùm mors ſuppleat nullitatem, & augeat fidem teſtium, maximè alijs concurrentibus adminiculis, Rot. part.2. recent. deciſ.587. num.4. Caluin. de æquit. lib.3. cap. 283. Merlin. deciſ.572. num.6. &c. Baiard. ad Clar. quæſt. 45. num.22. & ſeqq. vbi idem in criminalibus, & ponit plures alios caſus in quibus, non eſt neceſſaria dicta repetitio teſtium, & probant ſine illa; ſed vide Farinac. quæſt.72. cap. 2. per tot. qui ferè in omnibus contrarium dicit eſſe verius in criminalibus, quidquid ſit in ciuilibus, vide in §. Teſtes num.22.

Quòd in delictis hæreſis non ſit neceſſaria repetitio teſtium, neque confrontatio, Zuff. de legit. proceſſ. lib.3. quæſt.158

Cuius autem expenſis ſit facienda huiuſmodi repetitio in criminalibus, Ambroſin. proceſſ. Inform. lib.3. cap.2. n. 5. & ſeqq. vbi videtur concludere, quòd ſit facienda expenſis rei, qui vult repetitione iuuari, etiam ſi non habuerit eos pro ritè, & rectè examinatis, & ſe remittit conſuetudini locorum, vide in §. Teſtes num.22. & 53. Zuff. de legit. proceſs. lib.3. quæſt.100. & ſequentibus, vbi quòd licèt ſit facienda expenſis inquiſiti ſecundum diſtinctiones ibi traditas, tamen debet fieri cura, & diligentia fiſci, & alia plura ad rem.

Et quid in ciuilibus, Ridolph. in Prax. part.1. cap.11. n. 100. & ſeqq. & dixi in §. Teſtes num.53.

An ſit concedenda repetitio ſociorum criminis ad inſtantiam nominatorum ab illis, vide in §. Socius num.57. vbi etiam an accuſatoris ad inſtantiam accuſati.

Quòd in criminibus exceptis, & atrociſſimis ſpeciale ſit, vt teſtes probent etiam non repetiti, & ſufficiat illos fuiſſe examinatos in proceſſu informatiuo parte non citata Baiard. ad Clar. quæſt.45. num.19. Maſcard. de probat. concluſ.137. num.2. Capyc. deciſ.155. n.25. & alij plures laudati per Matthæu. Sanz. de re crim. contr.25. num.35. & ſeqq. vbi alia plura ad oſtendendum funditus repetitionem eſſe ſuperuacuam ſolemnitatem, nullo ferè iure expreſsè cautam, atque ſubornatione plenam, vt verè experientia docet, ſicut & ego dixi in Pract. loc. ſup. cit.

Quamuis quòd etiam in atrociſſimis, & criminibus exceptis ſit neceſſaria repetitio, vt teſtes probent verius credat, Farinac. quæſt.72. num.123. & ſeqq.

Repetitio teſtium an fieri poſſit poſt publicationem proceſſus, notat regulam, quod

Facta atteſtationum publicatione non poſſunt ad inſtantiam partis teſtes vllo pacto repeti, nec vt ſe corrigant, nec vt addant, nec vt declarent, nec ex interuallo incontinenti, quæ regula fundatur in timore ſubornationis, & ex clara diſpoſitione tex. in cap. per tuas 48. extr. de teſt. & atteſt. vbi ſummus Pontifex conſultus à ſuo delegato, an poſt teſtium publicationem deberet eos ad poſtulationem partis iteratò interrogare, dixit: Nos igitur reſpondemus, illum non eſſe ſuper hoc de cætere audiendum, niſi forſan à principio illos interrogari ſuper certis capitulis poſtulaſſo idque malitiosè, vel negligenter fuerit prætermiſſum, & gloſs. ibidem in verb. Audiendum, ponit rationem quia timeretur ſubornatio teſtium, & notant Abbas, Hoſtien. Io. Andr. Ant. Felin. cæterique Canoniſtæ ſicut etiam notatur in l. pro duci 23. ff. de teſt. cum gloſ. in tertio intellectu, in Auth. de teſt. col.7. cap.5. §. quia verò, & in auth. At qui ſemel C. de probat. Boſſ. tit. de publicat. proceſ. num.22. & 25. in fine, Clar. in Pract. §. fin. quæſt.53. verſ. quartus eſt caſus num. 15. in fine, vbi conſulit iudicibus præſertim in cauſis criminalibus, vt quantum fieri poteſt caueant à repetitionibus teſtium ad inſtantiam partium, quia ſæpè proceſſus inuoluunt, ac deſtruunt, magnamque præbent occaſionem ſubornationibus, & falſitatibus teſtium, & alij relati à Farinac. quæſt.66. part.8. num.255. & ſeqq. Scanarol. de viſit. carcer. lib.2. §.6. num.18. Cyriac. contr.601. num.13. Caluin. de æquit. lib.2. cap.179. num.10. & ſeqq. Carol. Pellegrin. Prax. Vicar. part.2. ſect.2. ſubſect.10. num.9. fol. 188. Pac. Iordan. Lucubr. vol.3. lib.14. tit.18. num.1237. & ſeqq. fol. mihi 370. plenè Scacc. de iudic. lib.1. cap.100. num.11. Maioran. in Opoprax. crim. cap.3. num.25. fol.120. Caſar. Peregr. quæſt. 947. num.20. & ſeqq. vbi quòd poſſunt à iudice ex officio interrogari omni ſubornationis timore ceſſante aliàs ſecus, ſed ad inſtantiam partis numquam.

Ita vt quando inquiſiti, & eorum procuratores inſtant pro habenda copia proceſſus, prius debeant declarare habere teſtes pro ritè, & rectè examinatis, & repetitis, aliàs non ſit publicandus proceſſus, nec decernenda, & minus danda copia, niſi prius teſtibus citata parte repetitis, & ſic ipſo proceſſu legitimato, & quia ſolent in dicta declaratione addere proteſtationem præter abſentes, & mortuos, ac ſimul reſeruationem repetendi quatenus voluerint, non ſit iſta proteſtatio, & reſeruatio admittenda, ſed tanquam nimis fiſco præiudicialis omninò reijcienda, & expetenda libera declaratio, ſaluo tantùm iure opponendi in omni caſu contra perſonas, & dicta teſtium in termino repulſæ inquiſitis competente, aliàs poſſent præſentes, fraude inquiſitorum fieri abſentes, & verè abſentes, vt non redeant, ne repetantur, & mortui habentur pro repetitis, & probant etiam ſi repetiti non fuerint iuxta l. fin. C. de teſt. & dixi in §. Mors num.8. & in §. Teſtes num.22. vel legitimandus proceſſus ex officio, ac ita ſeruare de ſtylo omnium Curiarum latè teſtatur, & declarat videndus Baiard. ad Clar. quæſt.49. num.35. & 36. quem laudant Scyal. in Prax. torq. reor. cap.6. num.30. Seuerin. in Addit. ad Sanfelic. deciſ.350. verſ. Declaratio illa, & verſ. Hac copia repertorum, Caluin. de æquit. d. cap.179. num.49. & ſeqq. n.66. & ſeqq. vbi de mortuis pro repetitis habendis, & num.79. & ſeqq. vbi idem de abſentibus Mauſon. de contraban. quæſt.15. n.8. & ſeqq. Maioran. qui iſtos, & alios adducit in Opoprax. criminal. cap.3. num.27. fol.121. nec diſſentit Guazin. defenſ.24. cap.8. num.9. & ſeq.

Et quamuis poſſint inquiſiti, etiam datis teſtibus pro repetitis ſuam declarationem, & conſenſum reuocare, & velle quòd teſtes repetantur, hoc procedit tantùm re integra, & ſic antequam fuerit data copia, & non aliter, vt ex profeſſo ex Ameſcna in tract. de poteſt. in ſeipſum lib.1. cap.17. num.28. Ambroſin. de mod. forman. proceſs. lib.3. cap.1. num.39. & alijs deciſum teſtatur Sanfelic. deciſ. 259. Scyal. vbi ſupra num.41. Danza de pugna DD. tom.2. tit. de teſt. repet. cap.4. num.9. Caluin. de æquit. d. cap.179. num.52. Maioran. loc. cit. num.28. ex quibus magis datur intelligi, quòd ad euitandum ſubornationes, & falſitates numquam poſſunt teſtes informatiui ad inſtantiam inquiſitorum repeti poſt publicationem proceſſus, & dedicita teſtificata.

Limitatur tamen prædicta regula in aliquibus caſibus, nempè vt etiam poſt publicationem proceſſus poſſint repeti teſtes ex officio iudicis, vt declarent eorum dubias, & obſcuras depoſitiones, vel vt reddant rationem eorum dicti, quam fortè in examine non reddidiſſent, vel non fuiſſent interrogati, vel ſi dolo ſiue negligentia iudicis non fuiſſent benè examinati, & interrogati, vel ſi depoſitiones eſſent deperditæ ſine culpa volentis repetere, vel in alia cauſa, vel de conſenſu partium, vel ſi fuiſſent nulliter examinati, vel ſi nihil addant, vel ante publicationem proceſſus, vel in criminalibus ex officio iudicis per inquiſitionem procedentis, vt non ad partis inſtantiam, & in ſimilibus, vt colligitur ex latè tradita per Farinac. d. quæſt.66. n.264. & ſeqq. ad 317. & alios ab eo citatos in vnoquoque caſu iſtarum limitationum.

Verùm quia in criminalibus fiſcus habet electionem confrontandi teſtes, vel repetendi pro legitimatione proceſſus, ſi velit illos confrontare, hoc facit ante publicationem proceſſus, & parte aliter non citata, cùm præſentia rei ſuppleat citationem, & ſi velit repetere reo citato

ad nandum interrogatoria, quia reus non poteſt illa benè firmare, niſi habeat copiam atteſtationum, talis repetitio non poteſt, nec debet fieri, niſi poſt publicationem per quam rationem Farinac. *loc. cit. n.*310. dicit defendiſſe Iudicem, qui in Vrbe ſic obſeruauerat, licèt prima facie Sacra Conſulta contrarium ſentiret ex obſeruantia, & de iure per DD. ibi citatos, qui apertè dicunt, nec ad fiſci inſtantiam repeti teſtes didicitis teſtificatis, quia copia indiciorum non datur niſi teſtibus repetitis, vel habitis, & declaratis pro repetitis, quibus ipſe dicit reſpondiſſe procedere de iure ciuili, ſed contrarium ſeruari de iure canonico in Vrbe, & in Terris Eccleſiæ, de qua Vrbis obſeruantia, & eius ratione teſtantur etiam Cartar. *Prax. interrog. reor. lib.3. cap.3. num.67. fol. mihi* 187. Zuff. *de legit. Proceſſ. quæſt.*162. *num.*7. *&* 8. *& quæſt.*166. *num.*4. Conciol. *reſol. crim. verb. Teſtes quoad examen*, *reſol.*6. *num.*21. *&* 22. qui agunt etiam de differentia in hoc Praxis Almæ Vrbis, & Status Eccleſiaſtici, & illius ratione, cùm in Vrbe dentur copiæ proceſſuum etiam illis non legitimatis, in ſtatu verò Eccleſiaſtico ſecus.

Ex qua ſupra firmata regula, & limitationibus benè perpenſis, incontrouertibilis redditur diſtinctio hic per me tacta *verſ. Quod dicta repetitio*, & auctoritatibus munita, vt repetitio ex officio, vel ad conualidandum proceſſum ſemper fieri poſſit non autem ad inſtantiam partis poſt publicationem proceſſus.

Et cùm poſt erectionem Rotæ criminalis Florentiæ contigiſſet articulum diſputari, Ego dicebam nullatenus repetitionem teſtium eſſe admittendam poſt publicationem proceſſus ad euitandas ſubornationes, & falſitates, fretus textibus, & auctoritatibus prædictis, & ſtylo inueterato, ac notiſſimo omnium Tribunalium Sereniſſimi Dominij, de quo & eius validitate, ac iuſtitia ambigi non poterat, per ea, quæ hic notaui *in verſ. Qualiter*, *& in Addit. primi tomi §. Conſuetudo num.*26. *fol.*653. *num.*27. *& ſeqq.* & latiùs in Praxi *Præfat. num.*69. *& ſeqq. prima impreſſionis*, *& num.*114. *& ſeqq. vſque ad* 145. *ſecunda impreſſionis*, quibus in locis addi poteſt Caluin. *de æquit. lib.*2. *quæſt.*179. *num.*72. *& ſeqq.* vbi cum Cabal. *caſ.*262. *num.* 12. & alijs pluribus benè probat non ſapere iniquitatem ſtare teſtibus parte non citata examinatis, cùm poſſit reus opponere contra eorum perſonas, & dicta, quando adeſt conſuetudo & *num.*94. vbi quòd omittitur repetitio quando ſtylus ita ſe habet, vt in Regno Neapolitano, ac alibi, & vt ſupra per plures annos ab ipſa Rota criminali ſeruatum fuit, ſtante maximè iuſſu Sereniſſimi Magni Ducis per Epiſtolam circularem diei 12. Octobris 1680. ſequentis tenoris in parte ad rem faciente, vide *in §. Diuturnitas num.*3.

Il Sereniſs. Gran Duca noſtro Signore in occaſione dell'erezione della nuoua Rota Criminale hà comandato, che in auuenire quando li rei carcerati hauranno hauuto il termine di fare le diffeſe, & haueranno dichiarato d'hauer per bene, e legitimamente eſſaminati, e repetiti li teſtimoni del fiſco, ſi faccino mettere alla larga, e ſi publichi il loro proceſſo con darline copia, volendola, ma ſe voleſſero far repetere li detti teſtimoni, ſi deue far la repetitione prima di publicare il proceſſo, e di allargare il carcerato, à fine di fugire le ſubornationi, Eſt optima ordinatio, ac omninò iuri conformis.

Sed quia legiſlator eſt vnus, pauci qui legem intelligere, & ſequi velint, & plurimi ad illius, & iuſtitiæ deſtructionem omni conatu intenti, ſolus conſtans fui in opinione firmata, nec me mouebat auctoritas Farinac. quæ in contrarium facere dicebatur *d. quæſt.*66. *num.*310. *& ſeqq.* quia loquitur de repetitione poſt publicationem proceſſus non legitimati, & ſic ad illum conualidandum, quod & nos fieri poſſe quandocumque ad dictum effectum non inficiamur, loquitur ad defenſam iudicis inquiſiti de huiuſmodi contrauentione, quod dat intelligere cum quanto rigore contrarium antea ſeruabatur, prout fatetur contra eum tenebat Sacra conſulta ex obſeruantia, & veriori de iure opinione, nihil allegat præter praxim Tribunalium Vrbis, qua ſuum votum confirmare fecit (ſed tunc tantùm eius auctoritate ortum habuit, cùm antecedens obſeruantia iuridica nota eſſet Sacræ Conſultæ, & alijs, vt teſtatur Batard. ſupra relatus, & melius Scacc. *de iudic. lib.*1. *cap.*100. *ſub num.*11. *verſ. ſi loquimur de conſuetudine*) fatetur denique Farinac. opinionem prædictam non repetendi teſtes poſt proceſſus publicationem de iure ciuili veriorem, & ſuam ſeruari de iure Canonico in Vrbe, & Terris Eccleſiæ, & ſic benè perceptus ſemper ſtat pro regula, & opinione noſtra de iure ciuili, quod exceptis quibuſdam materijs præualet, & ſeruari debet in terris Imperij ad nota iuris principia, & iuxta theoricam traditam per Abbat. & Canoniſtas poſt text. *in cap. Clerici de iudic. & in cap.*1. *de non. oper. nunciat.* Felin. *in cap. Eccleſia S. Mariæ extra de conſtit.* Otnot. *Inſt. de nupt. in princip. num.*11. & melius Parlador. *tract. de different. quotid. different.*5. §.1. *per tot. fol. mihi* 208. vbi quòd exceptis materijs concernentibus animam, laici non canonico, ſed ciuili iure cenſentur, & gubernantur exemplificando in multis; atque eamdem diſtinctionem inter ius ciuile, & canonicum refert, & ſequitur Guaz. *defenſ.*25. *cap.*1. *num.*10. & facit *in defenſ.*24. *cap.*3. *num* 11. melius Carol. Pellegrin. *Prax. Vicar. part.*4. *ſect.*11. *num.*9. *fol.*497. vbi plura.

Sed pace illorum verius exiſtimo vt ſupra, etiam de iure Canonico, ob expreſſam diſpoſitionem relati *cap. per tuas* 48. *extr. de teſt.* & commune Canoniſtarum ſententiam, quæ fortè contradictorem non habet; nec ſomniata æquitas in hoc iuris Canonici reperitur inter tot æquitates cumulatas à Caluino, imò contrarium ex traditis per eumdem in citato *cap.*179. & cum ratione, quia æquitas non ſcripta contra ius ſcriptum nullatenus eſt attendenda, nec temperat illius rigorem, ſed duplex efficitur iniquitas, vt dicunt Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.*4. *gloſ.*18. *part.*1. *num.* 119. *& part.*2. *num.*88. *&* 89. Creſp. de Valdaur. *obſeru.* 31. *num.*23. *& ſeqq.* cæterique per me citati *in §. Æquitas num.*1. *cum addit.* Et dum loquuntur de iure Canonico, puto quòd velint intelligere, & ſint intelligendi de ſtylo Vrbis, Status Eccleſiaſtici, & Curiarum Eccleſiaſticarum, in quibus ius Canonicum eſſet ſeruandum, ſed huiuſmodi ſtylus vel conſuetudo eſt contra ius, vt inquit Gloſ. *in d. cap. per tuas verb. Interrogari in fine*, Caſar. *d. quæſt.*47. Et conferunt tradita per Genuen. *in Praxi Archiep. Neap. cap.*27. *ſub num.*11. Vel benè diſtinguere, quia tantum de iure Canonico ſit inducta neceſſitas repetitionis teſtium per text. *in cap.*2. *de teſt.* Sed in terminis habilibus, hoc eſt ante proceſſus publicationem iuxta *d. cap. per tuas*, *& cap. cum clamor.*53. *eod. tit.* ſecus autem de iure ciuili, quo non reperitur text. expreſsè repetitionem exigens ad confirmandam teſtium fidem, vt reſtatur Mattheu. Sanz. *de re crim. contr.*25. *num.*31. *& ſeqq. & num.*38. *& ſeqq.*

Et licèt idem Farinac. *d. quæſt.*66. *num.*316. ampliet vt in criminalibus teſtes ad defenſam repetantur poſt publicationem, non ſolum iudicis officio, ſed etiam ad inſtantiam partis, ex Felin. *in cap. cùm clamor.* 53. *num.*5. *verſ. Et hoc procedit. de teſt.* tamen debet intelligi iuxta doctrinas citatas, & benè perpenſus textus cum Gloſ. apertè loquitur ex officio iudicis, & quando teſtes confusè depoſuerunt, ſicut & Felin. non dicit id, ad quod allegatur per Farinac. ſed ex officio tantùm iuxta textum, & quatenus *in verſ. ſeq.* ſubiungit ad petitionem partis, loquitur non de repetitione, ſed de noua teſtium productione ad defenſam, non obſtante publicatione primorum, iuxta doctrinam Bart. *in l. vnius* 18. *§. fin. in l.*1. *in fine ff. de quæſt.* & eſt materia diuerſa *cap. Fraternitatis* 17. *eod. tit.* de qua plenè Theſaur. *deciſ.*262. Manſ. *Conſult.*275. *num.*39. *& ſeqq.* Capyc. Latr. *deciſ.*178. vbi benè examinant, ac ita vt verè loquitur expendunt dictam doctrinam Felin. & Bart. & ego dixi *in §. Teſtes num.*25. *&c.* Facit optimè Tondut. *de præuent. part.*2. *cap.*30. *ſub num.*1. vbi quòd ſi non indicaretur ſuper primo proceſſu, periculum eſſet ſubornationis teſtium, & pars potuiſſet illorum vidiſſe depoſitiones, & data opera procuraſſe iacturam illius, vt eoſdem, vel alios teſtes ſubornatos facilius producere poſſet, & ideò ad euitandum periculum illud ſubornationis iuxta *d. cap. Fraternitatis*, *& Auth. At qui ſemel C. de probat.* ſtandum eſſe primo proceſſui, & ſic patet ſemper fugiendum ſubornationis periculum.

Moueatur inſuper ex ſupra relato motu proprio Sereniſſimi Magni Ducis, qui tenui meo iudicio omnes remouet difficultates, & tamquam lex eſt ſeruandus, nec poteſt reſtringi, vel intelligi, vt loquatur de repetitione pro legitimatione proceſſus, tùm quia iſta ſemper facta fuit, & etiam fit hodiè modo diuerſo in Statibus Etruriæ, vt dixi in locis ſupra indicatis, & alibi etiam reputatur ſuperflua, & ipſis legibus ciuilibus Romanorum incognita,

gnita, prout vltra Cabal. *reſol. crim. caſ.* 269. & alios doctè peritis iudiciorum principijs oſtendit Matt. Sanz. *de re crim. contr.* 25. *num.* 38. *& ſeqq.* Peguer. *in Prax. crim. cap.* 12. §. 2. *num.* 9. Fontanel. *deciſ.* 129. *num.* 25. Franciſc. Romaguer. in Addit. ad Conciol. *Stat. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 8. *num.* 26. *&* 27. Tùm etiam quia emanauit, vt in eo expreſsè legitur ad tollendas ſubornationes (quæ ratio in vtroque militat caſu) & cùm ſuppoſito legitimationis iam factæ, vel de conſuetudine per repetitionem non neceſſariæ. Tùm denique, quia ſi intelligeretur de repetitione pro legitimatione proceſſus tantùm, & non de ea, quæ fit ad inſtantiam reorum non tolleret ſubornationes, intentas, & eſſet extra rem, ac contra ordines iuſtitiæ, quod non eſt dicendum, cùm repetitiones pro legitimatione proceſſuum, tam ciuilium, quàm criminalium poſſint de iure ſemper fieri, etiam poſt eorumdem publicationem ad ſanandam nullitatem, vt inter alios probant Franch. *deciſ.* 716. *num.* 10. Sanfelic. *deciſ.* 22. *num.* 24. *&* 25. *& deciſ.* 97. Gratian. *diſcept.* 890. *num.* 11. *& ſeqq.* Duran. *deciſ.* 276. *num.* 3. *& ſeqq.* Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 317. *num.* 27. Farinac. *quæſt.* 66. *num.* 303. *&* 310. Et ſic nimis eſſet fiſco præiudicialis, ſi auferret ei facultatem ſanandi proceſſus ex hoc capite nullos per repetitionem fiendam quotieſcumque opus eſſet ex officio etiam poſt publicationem, vt permiſſum eſt de iure.

Cumque dictus motus proprius vtatur verbis non indices, ſed in reos directis cùm illa aduerſatiua, *Mà*, magis manifeſtum facit loqui, & eſſe intelligendum de repetitionibus ad inſtantiam reorum, & pro illorum defenſione poſt publicationem non admittendis, & non ex officio pro legitimatione proceſſuum, de qua antecedenter verba fecit, & ita fuit intellectus, & practicatus per vniuerſum Statum ac adhuc practicatur per omnes Iudices peritos, niſi aliquando eis contrarium imponatur à Cancellaria Rotæ, & fuit ſeruatus ab ipſa Rota vſque ad annum 1685. quò Domini mei mutarunt ſententiam, licèt ex quibus motiuis (meam fateor imbecillitatem) adhuc percipere non valuerim.

Nam in terminis repetitionum, quæ fiunt ex officio, vel in alijs caſibus limitationum ad regulam ſupra firmatam, vel de ſtylo Vrbis Romæ, & Status Eccleſiaſtici, etiam non vniformi, vt ſupra tetigimus, vel locorum, & Tribunalium, in quibus ſeruatur ius canonicum, & non ius ciuile, loquuntur omnes quotquot poſſent allegari, & ego percurri, contrarium tenentes, ſcilicet repetitionem teſtium fieri poſſe poſt publicationem proceſſus, & didicita teſtificata.

Quæ reſolutiones, & ſtyli nil commune habent cum caſu noſtro, & Tribunalibus Status Florentini, aliorumque Statuum, Republicarum, Prouinciarum, & Regnorum proprijs legibus, & conſuetudinibus, vel ſecundum ius ciuile ſe regentium, & gubernantium; Florentiæ enim, & tota illius ditione (cuius Tribunalia ſemper fuerunt verum exemplar iuſtitiæ, & æquitatis) extat ſtylus inueteratus non repetendi teſtes ex officio pro legitimatione proceſſuum, ſed alijs modis iuridicis legitimari, vt alias oſtendi, & tantùm aliquando ad inſtantiam inquiſitorum, & pro illorum defenſione repeti in terminis habilibus, hoc eſt antequam ponantur ad largam, & ante publicationem proceſſuum iuxta præcitatum motum proprium S.C.S. qui in reliquis nihil innouat, & quod non mutatur, quare ſtare prohibetur? dicit text. *in l. ſancimus* 27. *C. de teſtam.* & melius ad rem noſtram *in l. præcipimus* 32. *in fine.* ibi, *Quidquid autem hac lege ſpecialiter non videtur expreſſum, id veterum legum, conſtitutionumque regulis omnes relictum intelligant C. de appellat.*

Sunt autem adeò benè fundatæ leges, & vſus Florentini, vt quandoque non dedignati fuerint Romani ab illis normam gubernandi ſumere, ſicuti teſtatur Ioannes Villani *in ſua Chronic. par.* 2. *lib.* 11. *fol.* 125. aliàs per me relatus in Addit. primi tomi §. *Conſuetudo num.* 41. *fol.* 655. & Romam ſuas recognoſcere glorias ab Etruſchis latè demonſtrant modernus Amicus noſter Abbas Eugenius Gammarini *in ſua Hiſtor. Genealogic. vol.* 1. *fol.* 1. *& ſeqq. impreſſ. Florentiæ* 1668.

Alias eruditas rationes pro fiſco adducebat Excellentiſſimus D. Io: Maria Lunelli Aduocatus fiſcalis, nempè quia vltra ſuſpicionem ſubornationis euitandam, non debent rei in repetitione eſſe melioris conditionis, quàm eſſent ſi teſtes ipſis citatis ab initio formiter examinarentur, ſed ſic eſt quòd tunc volentes dare interrogatoria ſi admitterentur, id agerent ſine copia depoſitionum adhuc in eſſe non productarum, quare idem ſeruari non debet in repetitione, pro qua maiorem habent commoditatem, cùm videant libellum fiſci, ſiue inquiſitionem, & ipſorum conſtituta, in quibus epilogantur omnia indicia ex proceſſu reſultantia?

Ego addebam hoc ſufficere, ac ita ſeruari etiam in Curia Archiepiſcopali Neapol. teſtatur Marc. Anton. Genoen. *in Praxi dicti fori cap.* 27. *num.* 11. vbi quòd ad euitandam ſubornationem, ſi inquiſitus non habet teſtes pro repetitis, non publicatur proceſſus, nec datur copia, ſed ſi inſtat ſibi concedi copiam repertorum ad finem formandi interrogatoria tunc conceduntur ei capita, vel copia ipſius conſtituti loco capitulorum, ſine nominibus, & cognominibus teſtium, cum termino dierum duorum ad formandum interrogatoria, & teſtibus repetitis conceditur ei copia omnium repertorum cum nominibus teſtium, ad finem faciendi defenſionem, niſi eſſent alij inquiſiti abſentes, quia tunc ſolum conceduntur capita, & ſic multò ſtrictiùs ſeruatur, quem ſequitur ad illud videndum remittens Carol. Pellegrin. *in Prax. Vicar. par.* 4. *ſect.* 11. *num.* 9. *in fine fol.* 497. Scacc. *de iudic. lib.* 1. *cap.* 100. *num.* 11. *verſ. ſi loquimur*, vbi poſt plures diſtinctiones concludit de generali conſuetudine Curiarum, & in ſpecie Neapolis, Romæ, & Status totius Eccleſiaſtici, non dari copiam repertorum, niſi prius repetitis teſtibus, vel habitis, pro repetitis numquam ab hac praxi receſſiſſe, peſſimè facere, ac imperitos reputari aliter facientes, & illum cum alijs ſequitur Maioran. *in Op. prax. crimin. cap.* 3. *numer.* 25. *fol.* 120.

Secundò, quia repetitio non eſt propriè inducta pro defenſione, ſed pro complemento proceſſus informatiui, & ad effectum ſupplendi citationes iuxta text. *in cap.* 2. *de teſt.* qua forma per fiſcum ſeruata, non eſt opus alia repetitione, nec ex denegatione copiæ repertorum ante repetitionem, tolluntur defenſiones, cùm ſemper ſaluum ſit ius excipiendi contra perſonas, & dicta teſtium in termino repulſæ, imò non ſit prohibitum illos inducere per viam capitulorum ſuper omiſſis in examine, & hoc modo poſſunt intentionem ſuam probare, non defraudando accuſatorem, & fiſcum iure illos interrogandi, quo remanet defraudati per repetitionem ſuper interrogatorijs, vt plurimum intentionalibus, iuxta ea, quæ ex pluribus notaui in §. *Interrogatoria num.* 9.

Tertiò, quia ſtante decreto Magiſtratus, & praxi omnium Tribunalium Status Florentini aſſignandi cuilibet inquiſito poſt reſponſionem terminum duorum dierum ad dandum interrogatoria pro repetitione teſtium quatenus illos repetere velint, cum proteſtatione, quòd eo elapſo, & non datis interrogatorijs habebuntur pro repetitis, & proceſſus pro legitimato, remanet præcluſa via vlterioris repetitionis poſt lapſum dicti termini, & multò magis poſt datam proceſſus copiam, nec dici poteſt, quòd tale decretum, & praxis deſeruiat tantùm pro ſubleuando fiſco ab onere repetitionis, & in ſubſtantia aliud non operetur quàm legitimationem proceſſus, quia decretum loquitur de vtroque, & praxis vtrumque pariter comprehendit, aliàs fuiſſet ſuperfluum, cùm in Statibus Etruriæ ſemper modo prædicto fuerint legitimati, & legitimentur proceſſus, nec citra hoc aliquid fuerit innouatum, præterquam quod priùs fiebat ſub clauſula cæterata, *fu monito, &c.* hodie verò fuit ordinatum fieri per extenſum, licèt paulatim videamus Actuarios breuitatis cauſa redire ad vſum dictæ clauſulæ, quam (aliquando, & ipſi moniti) dicunt reis per extenſum legere, & ſufficere huiuſmodi generalem monitionem pro repetitione diſtinguendo, probat ſæpè citatus Caluin. *de æquit. dict. cap.* 179. *numer.* 82. *& ſeqq.*

Quartò, quia ſi Inquiſiti volunt repetere teſtes, id agere debent, antequam ponantur ad largam, ne poſſint illos ſubornare, multò magis ad eumdem effectum eſt prohibenda repetitio poſt publicationem proceſſus, & didicita teſtificata, nec obſtare poſſunt aliqua exempla in contrarium adducta quia non exemplis, ſed legibus, & legitimis ſtylis, atque conſuetudinibus eſt iudicandum, & allegare inconuenientia, non eſt ſoluere, ſed magis contemnere leges, & ſi quæ eſſent auctoritatis, in diuerſis terminis procederent, quia quando fuit proceſſum ex abrupto, & ad torturas ex proceſſu informatiuo, iam ceſſauit omnis ſuborna-

ornationis ſuſpicio, & parum prodeſſe, aut nocere poterat repetitio facta etiam poſt publicationem.

Quintò, quia ſicuti poſt didicita teſtificata non eſt permiſſum ſuper eiſdem, vel de directo contrarijs alios inducere teſtes, ita nec debet eſſe licita repetitio ob timorem ſubornationis, iuxta text. *clarum*, *& gloſſ. in cap. per tuas* 58. *de teſt.* Gabriel. *de teſt. concluſ.* 28. *num.* 2. & nos ſupra ſatis abundè diximus; Ac conueniunt omnes copiam proceſſus, & repertorum non eſſe dandam ante repetitionem, Clar. *§. fin. q.* 49. *num.* 6. *verſ. item ſcias*, Foller. *in Prax. verb. Detur Copia num.* 5. Marant. *in Prax. tit. de Inquiſit. num.* 8. Cartar. *in Prax. Interrog. reor. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 60. Boſſ. *tit. de delinquent. num.* 4. Scanarol. *de viſit. carcerat. lib.* 2. *§.* 6. *num.* 18. Nec dicatur DD. in hoc loqui ad effectum legitimationis proceſſux, & non repetitionis, quia loquuntur ad effectum repetitionis citata parte ad dandum interrogatoria, qua repetitione ſemel facta, etiam ad effectum legitimationis proceſſus, non datur regulariter alia repetitio, ac ideò reſultat idem effectus in vtroque caſu, quia finis legis in denegando copiam ante repetitionem eſt timor ſubornationis, vt ſæpiùs diximus, qui magis vrget, & eſt præcauendus in caſu repetitionis ad inſtantiam partis, quàm legitimationis proceſſus, nam ſine ſubornatione facta, vel ſeparata non fieret inſtantia pro repetitione, quæ ſi non noceret, nihil etiam aliàs prodeſſet, vt alibi fuit dictum, & in praxi ſæpè animaduerſum, ac ideò ſemper ſtat firma concluſio per nos ſupra comprobata pro non repetitione teſtium poſt publicationem proceſſus, & didicita teſtificata ad inſtantiam partis, maximè de iure ciuili ſine vlla controuerſia.

His tamen non attentis de anno 1685. in cauſa Caroli Venturæ Lippi Florentini, Illuſtriſſimi DD. mei Collegæ fuerunt in vnanimi voto, vt poſſint indiſtinctè fieri repetitiones teſtium ad inſtantiam inquiſitorum, etiam poſt publicationes proceſſuum, datam copiam, & didicita teſtificata, ac me ægrotante, quamuis priùs dediſſem in proceſſu motiua contrariæ ſententiæ, illis omiſſis, factum fuit negotium de more Sereniſſimo Magno Duci, aſſerendo ita ſeruandum ex diſpoſitione iuris communis, ſtyli omnium Iudicum, & Tribunalium Italiæ, &c. non obſtante contradictione Auditoris Sabelli, approbatum fuit illorum votum, ac ita de facto poſtea ſemper ſeruatum, etiam quoad ſocios, querelantes, & huiuſmodi omni ampliori modo, nulla attenta ſuſpicione colluſionis, & ſubornationis.

Sed iſta reſolutio non poteſt facere ſtatum, non obſtante reſcripto approbante, quia cùm difficultas eſſet per relatum motum proprium in vim legis, & ordinationis generalis ſublata, non oppotet nouo Imperiali reſcripto reſuſcitari, text. *in l. cauſas* 16. *C. de tranſact.* Imò ad exemplum Theodoſij, & Valentiniani Imperatorum non dubitatur Sereniſſimum noſtrum præcipere illud ab omnibus iudicibus refutari, iuxt. *l. reſcript.* 7. *Cod. de prec. Imper. offer.* & monere omnes ſuæ Ditionis Iudices, vt nullum reſcriptum, quod generali iuri, vel vtilitati publicæ aduerſum eſſe videatur, patiantur proferri, ſed generales conſtitutiones modis omnibus non dubitent obſeruandas, vt in *l. fin. C. ſi contr. ius, vel vtil. publ.* Principes enim numquam præſumuntur velle plus, quàm leges, & iuſtitia, ita vt ſi ſententia ab illis non benè informatis lata aduerſetur legibus, & iuſtitiæ corruat ex defectu intentionis ad notata *in §. Princeps num.* 2.

Adſtipulatur lex huius Sereniſſimi Dominij anni 1561. ſuper interpretatione reſcriptorum, diſponens, reſcripta legibus, ſtatutis, ordinibus, & conſuetudinibus aduerſantia non eſſe ſeruanda, & quæ eſſent illis conformia, vel non contraria pro illa vice tantùm, & inter eaſdem perſonas, & non pro deciſione aliorum quantumuis ſimilium caſuum attendenda, ſub pœnis in ea contentis.

Quapropter, ſi vt decet, ametur veritas, dictum reſcriptum particulare confirmatorium negotij, ſine clauſula *non obſtantibus*, nec in formam legis generalis, ſed potiùs ſubreptitiæ obtentum, non eſt vlterius de iure ſeruandum, ſed ad tramites iuris, & obſeruantiam motus proprij S. C. S. in vim legis generalis emanati redeundum, vt euitentur ſubornationes, periuria, falſitates, & abſurda, per quæ non rarò delinquentes remanent indebitè abſoluti, & incauti teſtes illaqueati: Sat mihi ſit dixiſſe, & hæc ſcripſiſſe.

Tandem cum bona venia, & ſalua ſemper pace Dominorum meorum, quos ſumme veneror, pro ſeruitio iuſtitiæ volui per reuolutionem aliorum librorum, & per informationes intelligere quid circa hoc ſeruetur in alijs Statibus, Prouincijs, & Regnis, & an poſſet dicta illorum relatio ſuſtineri, quaſi ego, etſi per viginti quinque annos iam verſatus in hoc Tribunali cauſarum criminalium ſupremo fuiſſem omninò nouitius, nullos viderim Auctores, & toto aberraſſem cœlo illis non adhærendo, vt hinc, ſi non alius fructus, quam veritatis conſecutinus ſuperetur, omnis ſaltem Litteratorum, & practicorum cœtus iudicet, his fruar, & hæc ſola de laboribus gaudia feram; ac vltra citatos quoad diſpoſitionem iuris communis reperi etiam circa obſeruantiam, quod in Prouincia Cathaloniæ in criminalibus, ſiue procedatur per inquiſitionem, ſiue per accuſationem, teſtes (prout ad vnguem ſeruabatur in dominio Florentino) recipiuntur, & examinantur non citata parte, nec repetuntur, ſed ſolùm in termino defenſiuo opponit reus contra teſtes, dicta, & quaſcumque exceptiones, Peguer. *Prax. crim. cap.* 12. *§.* 2. *num.* 9. Fontanel. *deciſ.* 129. *num.* 25. Romaguer. in Addit. ad Conciol. *Stat. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 8. *num.* 26. *&* 27. vbi quod ita etiam ſeruatur in Tribunali S. Officij ex traditis per Del Bene *de Inquiſit. tom.* 2. *Dubit.* 198. *ſect.* 10. *num.* 1. *& ſeqq.* Fermoſin. *tract.* 2. *crim. in cap. ſi aduerſus qu.* 3. *num.* 1. *fol. mihi* 243. quia tamen refert diuerſas opiniones, vel obſeruantias in dicto Tribunali.

Idem ſeruari in Tribunalibus ſæcularibus Regni Neapolitani, maximè verò quoad repetitionem non admittendam ad inſtantiam reorum poſt publicationem proceſſus, colligitur non tantùm ex Franch. *deciſ.* 629. aliàs per me citato in *Præfat. Prax. crim. num.* 107. nouæ impreſſionis, Capyc. *deciſ.* 74. Mauſon. Sanfelic. Maioran. Caljun. Scacc. & alijs ſupracitatis, verùm etiam ex relationibus Excellentiſſ. D. Michaelis Hieronymi Carani Neapolim aſſiſtentis litibus Sereniſſimi Magni Ducis noſtri, qui per litteras anni 1688. & 1689. mihi teſtatur percepiſſe à primarijs Aduocatis, & Curialibus, eſſe regulam, & praxim incontrouertibilem in Tribunalibus laicis Regni, nullo tempore delinquentibox concedi facultatem interrogandi, nec aliam repetitionem teſtium faciendi, poſtquam iſti ante datam copiam, vel viſionem proceſſus fuerunt legitimè repetiti, vel pro repetitis habiti, & declarati, ac proindè poſt publicationem proceſſus, non poſſe reos in termino defenſionum vllum ſubleuamen ex ipſorum teſtium ore ſperare, quam aliquam fortè declarationem qualitatum antea depoſitarum, ſi Iudici opportunum videbitur illos ad indagandam veritatem interrogari, omni ceſſante ſubornationis ſuſpicione, ſed tantùm licitum eſſe articulare, & probare in termino repulſæ contra dicta, & perſonas teſtium; quæ praxis mihi ſummoperè arridet, cum ſit in omnibus, & per omnia conformis diſpoſitioni legum ciuilium, & canonicarum, iuxta regulam, & limitationes ex Farinaccio plures textus, & auctoritates adducentes ſupra firmatam, & firmatas.

Imò idem ſeruari, vel ſeruandum eſſe etiam in Tribunalibus Eccleſiaſticis habetur ex Praxi Genuen. *cap.* 27. *n.* 11. ex Scacc. *de iudic. lib.* 1. *cap.* 100. *ſub num.* 11. *verſ. Si loquimur &c.* vbi de obſeruantia Magnæ Curiæ Vrbis Romæ, totius Status Eccleſiaſtici, &c. vt dixi ſupra *verſ. Ego addebam*, & ex Caſar. *peregr.* 47. *num.* 21. *& ſeqq.* vbi notat, quod licet de conſuetudine quidam Iudices interrogent teſtes etiam ad petitionem partium, tamen talis conſuetudo eſt contra ius per *gloſ. & DD. in cap. per tuas extr. de teſt.* & valdè periculoſum etiam ex officio illos interrogare poſt publicationem, ob inconuenientia, quæ inde reſultare poſſunt.

Parmæ etiam ſub die 3. Iulij 1682. per Excelſum Ducale conſilium cum relatione, & voto Auditorum Criminalium, omnibus maturè diſcuſſis, & diligenter examinatis ſuper inſtantijs factis pro parte D. Io: Caleſtani de repetendo teſtes fiſcales in cauſa examinatos ſuper dicti rei contra quæſtionibus, non obſtantibus publicatione proceſſus, copiæ eiuſdem traditione, ac proteſtationibus ab ipſomet reo factis, *fuit deciſum non eſſe locum petita repetitioni teſtium*, ex rationibus, & motiuis datis, quæ licèt per me viſa non fuerint, puto fuiſſe, & eſſe ferè in omnibus prædictis conformia.

In Republica Lucenſi idem, & ſtrictiùs ſeruari (prout ante erectionem Rotæ Criminalis, Florentiæ ſeruabatur) mihi retulit omni exceptione maior teſtis de facto pro-

prio

ptio Illuſtriſſimus D. Io: Ludouicus de Pratis Nobilis Piſaurenſis in Rota Lucceſi per plures annos Auditor, & Prætor

Mutinæ non admittitur repetitio teſtium pro fiſco examinatorum ad inſtantiam reorum, niſi cum gratia S. C. S. cuius eſt in ſuo Statu legibus derogare, & illam non concedit, vbi viget ſubornationis ſuſpicio, ac alijs opportunis animaduerſionibus cum relatione iudicum adhibitis.

Ac ita ſeruari, & ſeruandum eſſe cenſeo vbique locorum extra Statum Eccleſiaſticum, & Tribunalia Eccleſiaſtica; Quinimò de iure magis ſeruandum in Statu Eccleſiaſtico, & Tribunalibus Eccleſiaſticis in quibus præ cæteris candor iuſtitiæ fulgere ſolet, & decet, ob claram diſpoſitionem iuris Canonici in relato *cap. per tuas extra de teſt. & atteſt. & ibi gloſ. in verb. Audiendum, & verb. interrogari*, quæ dicit conſuetudinem aliter facientium eſſe contra ius, & per Canoniſtas, ac praxim veram atteſtatam per Baiard. ad Clar. *quæſt.* 49. *num.* 35. & 36. Genuen. *in cit. Prax. cap.* 27. *num.* 11. Scacc. *de iudic. lib.* 1. *cap.* 100. *num.* 11. & per alias prædictas rationes, & auctoritates; cum quippè aliàs indecorum eſſet audire, ius Canonicum non ſeruari in Terris Eccleſiæ, & Tribunalibus Eccleſiaſticis contra theoricam omnium ſcribentium, nam ſicuti leges ciuiles non dedignantur ſequi ſacros Canones, vt habetur *in cap. Clerici de iudicijs cum ibi notatis* per Abb & alios Canoniſtas, *& in cap.* 1. *de nouis oper. nunciat.* & Felin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ extra de Conſtit.* tantò magis ipſi Canones ſeruari debent in eorum proprijs Tribunalibus, & ſi alicubi circa hoc in deſuetudinem abijſſent, opus eſſe exiſtimaretur ſalutari remedio ad tollendas ſubornationes, falſitates, periura, & peccata inde prouenientia, cum nondùm ſit occupata, ſed potiùs ex praxi contraria obſcurata veritas, & eò magis quia huiuſmodi repetitiones poſt publicationem, & didicita teſtificata apud doctos, & peritos iudices nihil etiam inquiſitis ipſis prodeſſe valent, nam ſi teſtes perſiſtunt in primis depoſitionibus res eſt clara apud omnes, ſi recedunt, & contrarium deponunt, ſe ipſos tantùm illaqueant periurijs, & pœnis, & quoad inquiſitos (in his terminis) ſtandum eſt nihilominus primis depoſitionibus iuratis, & legitimatis, factis ſine vlla labe periurij, quod tantùm committitur in repetitione, & non præiudicat primis dictis, ex quibus quæſitum eſt ius parti, & fiſco, ſi credimus Rotæ Romanæ *de probat. in nouis deciſ.* 19. & poſt Paul. Zacch. *quæſtion. medic. legal. tom.* 2. *deciſ.* 8. *num.* 14. Farinac. *quæſt.* 66. *num.* 124. & 130. Vulpin. *in eiuſdem ſuco d. quæſt.* 66. *num.* 29. & *ſeqq.* Fachin. *contr. iur. lib.* 9. *cap.* 84. Vermigliol. *conſil.* 95. *num.* 1. & *ſeqq.* Guazin. *defenſ.* 19 *cap.* 2. *num.* 15. vbi quòd ob timorem ſubornationis omninò ſtandum eſt primo dicto, & contrarium facere, eſt errare, prout vidi de facto per iudicem parum eruditum deſtrui proceſſum, qui omnes pluribus citatis teſtantur de magis communi, & veriori opinione, & ego latiùs dixi in Praxi *de modo formandi proceſſ. in Nouiſſ. Addition. in fine primi tomi huius ſummæ cap.* 1. *ſub numer.* 135. *verſ. Et in vero à che ſerviano, &c.*

2 Repetitio qualitatum, & conditionum præcedentium; quando, & in quibus caſibus fiat, vel non virtute dictionum relatiuarum, & repetitiuarum, plenè Ger. Spin. *conſ.* 13. *num.* 5. & *ſeqq. conſ.* 65. *num.* 25. & *ſeqq. conſ.* 66. *numer.* 13. &c. vbi quòd conditio, quæ perſonæ cohæret, non cenſetur in alia perſona repetita, prout nec quando alia qualitas, vel conditio in ſequenti depoſitione fuit adiecta, & *conſ.* 82. *numer.* 1. &c. vide in §. *Qualitas numer.* 9. plenè Tuſch. *lit. R. concluſ.* 186. & *ſeqq. ad* 193. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1265. *per tot.* Decian. *reſponſ.* 17. *per tot. lib.* 1. Giouagnon. *conſ* 66. *per tot. lib.* 1. Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 79. *per tot. volum.* 2. qui loquuntur in terminis Statuti Bononiæ §. *Agnati*, & §. *Et etiam prædicti*, Rub. *de ſucceſſ. ab inteſt. lib.* 4. Rot. *par.* 14. *recent. deciſ.* 332. *per tot.* Ludouiſ. *deciſ.* 225. *numer.* 9. &c. vbi quòd impeditur repetitio ex diuerſa oratione, diuerſitate rerum, pœna, & difformitate operationis, Bich. *deciſ.* 334. *num.* 6. & *ſeqq.* vbi etiam ex diuerſitate perſonarum, Rot. *part.* 18. *deciſ.* 216. *per tot.*

Non etiam fit repetitio ad omnia, vbi deficit rationis identitas, nec vbi adeſt ſpecialis prouiſiò, Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 18. *num.* 8. & 9. ſed potiùs tunc arguitur à diſcretiuo modo loquendi ad contrariam voluntatem, Rot. *part.* 18. *deciſ.* 633. *per tot.* vbi de conditione, *ſi ſine filijs*, appoſita in primo gradu ſubſtitutionis, vt non cenſeatur repetita in ſecundo, vide *in* §. *Conditio num.* 45. & Rot. *dict. part.* 18 *deciſ.* 684. *numer.* 7. & 8. & *deciſ.* 691. *num.* 7. & 8. vbi quòd ſtante dictione, *vt ſupra*, inducitur repetitio.

De repetitione conditionum, & qualitatum, Bertach. *Repert. verb. Repetitio*, Vela *Differt.* 49. *num.* 107. & *ſeqq.* Cyriac. *contr.* 400. *num.* 83. & *ſeqq.* Caſtil. *contr. tom.* 5. *cap.* 108. & *tom.* 6. *cap.* 117. & 181. alijque plures citati a Caſtelon. *Alphab. iurid. verb. Repetitio*, & Comm. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *eod. verb. fol.* 521. plenè Io. Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital.* in diuerſis locis, *vt in Indice generali in fine par.* 3. *verb. Repetitio Maſculinitatis, Repetitio qualitatis, & Repetitio in genere*, Manſ. *Conſult.* 282. *per tot. lib.* 3. vbi plura de repetitione qualitatis, & conditionis adiectæ legato facto in teſtamento, & poſtea repetito, vel replicato, & aucto in codicillis, vel in eadem diſpoſitione ſine expreſſione eiuſdem qualitatis, conditionis, vel ſubſtitutionis, an intelligatur repetita, & pro qua ſumma, vel potius reuocata ſubſtitutio, &c.

3 Repetitio ſoluti denegatur fideiuſſori, quando fuit nimis procliuis ad ſoluendum, & exceptiones ſibi, ac debitori competentes non allegauit, ſi illas ſciebat, & erant releuantes, ac ordinariæ, ſecus ſi friuolæ, de apicibus iuris, pudoris, turpitudinis, vel aliàs periculum alaturæ, Maur. *de fideiuſſ. par.* 2. *ſect.* 4. *cap.* 39. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 227. *numer.* 25. &c. Magon. *deciſ. Luc.* 92. *per tot.* Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 13. *num.* 12. & 35. Ricc. *Collect.* 1546. vbi quid ſi ſoluerit debitum iam per principalem ſolutum, vel pacto liberatum.

Item denegatur quando ſcienter ſoluit ex contractu, vel iudicio nullo, Afflict. *deciſ.* 149. *num.* 4. Maur. *vbi ſuprà n.* 23. vide *in* §. *Solutio num.* 61. &c.

Item denegatur quando fideiuſſor fuit iniuſtè condemnatus, & non appellauit, ſed ſoluit, ſecus ſi fuerit iuſtè condemnatus, nam tunc non debet appellare, & ſi appellat, ſumptus litis amittit, Afflict. *deciſ.* 49. *num.* 1. Maur. *loc. cit. num.* 24.

Quòd ſi fecit quidquid potuit, & fuit indebitè coactus, poſſit repetere, Marſil. *de fideiuſſ. num.* 186. vbi nihil dicit de appellatione.

Item denegatur repetitio, quando fideiuſſor ſoluit non denunciata, nec intimata lite ſuo principali, dummodò appareat, quòd ſi principalis fuiſſet intimatus, potuiſſet aliquam iuſtam exceptionem allegare, & ſe defendere, Maur. *de fideiuſſ. par* 2. *ſect.* 4. *cap* 39. *num.* 27. &c. vbi *num.* 32. videtur abſolutè tenere denunciationem non eſſe neceſſariam, cùm præceſſerit mandatum, ita etiam Magon. *dec. Luc.* 92. *num.* 13. Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 13. *num.* 9. 33. & 34. vide *in* §. *Emptio num.*

Reliqua vide *in* §. *Fideiuſſor num.* & *in* §. *Solutio nu.* 61. &c. vbi de repetitione ſoluti per errorem.

4 Repetitio ſoluti non datur contra eum, qui ſuum recipit quamuis ab alio, quàm à ſuo debitore pecunias receperit, & ideò pecunias, quas creditor recepit vigore ordinis ſui debitoris alicui Banco directi, non tenetur reſtituere, quamuis appareat illas debitoris non fuiſſe, idque nec in ſubſidium ſtante titulo oneroſo, ſed contra dirigentem ordinem agendum eſt, vt per Rot. *par.* 9. *recent. deciſ.* 247. *per tot.* Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 430. *in Appendice*, vbi qualiter ex æquitate detur repetitio etiam contra recipientem ex titulo lucratiuo, non autem contra recipientem ex titulo oneroſo in extinctionem ſui veri crediti, & an in caſu repetitionis debeantur etiam damna, & intereſſe.

Quoad damna, & intereſſe indebitè ſoluti illa deberi, latè probat Bich. *deciſ.* 671. *per tot.* Sed poſtea vide Rotam *part.* 13. *recent. deciſ.* 112. *per tot.* vbi quòd etiam conuenta non debentur, niſi probentur requiſita Caſtrenſis, vel niſi agatur de re fructifera ab initio tradita, & *deciſ.* 161. *d. par.* 13. Alia vide *in* §. *Solutio num.* 61. &c. vbi plura an, & quando ſit locus repetitioni indebiti, vel non, & contra quos, & an in ea veniant damna, & intereſſe, ſiue aliæ acceſſiones.

Quòd repetitio indebiti competat quando fuit ſolutum vigore obligationis à minore contractæ ſine debitis ſolemnitatibus, nam nullitate detecta poteſt omne ſolutum repeti, quia repetitio indebiti competit quoties cer-

tum

tum eſt fuiſſe ſolutum nomine non debentis, & datur etiam hæredibus, Rot. *part.15. recent. deciſ. 19. number. 8. & ſeqq.*

Vbi agitur de repetitione indebitè ſoluti; Adde, quod datur etiam repetitio ſoluti ob aliquam cauſam (veluti conſequendi aliquod officium) ſi cauſa non fuerit ſequuta, *l.1. & ſi pecuniam ff. de condit. cauſ. dat.* Sebaſt. Medic. *deciſ. Ancon. 48.* Thoro *Compend. deciſ. Neap. part. 2. verb. Repetitio*, vbi tamen conſiderat, an defectus cauſæ eueniat ante, vel poſt moram debentis adimplere, an caſu fortuito, an pendat à facultate eius, vel alterius, & alia, allegans plures leges, rationes, & auctoritates penès eum, & in fonte videndas adueniente caſu, & melius Cæſar. de Afflicto *contr. iur. cap. 44. num. 26. & ſeqq. per tot.* vbi quod ad hoc vt pretextu non adimplementi repetitio competat, cauſa non impleta debet eſſe finalis, expreſſa in contractu, vel ab vtraque parte tacitè intellecta, neque etiam ex defectu cauſæ finalis detur repetitio, ſi non implementum procedat ex culpa eius, cui erat adimplendum, vel caſu fortuito ſine culpa debentis implere, quia cùm per eum non ſteterit adimpleuiſſe reputatur, imò ipſi actio competat pro conſequendo promiſſo Rot. Gennen. *deciſ. 158.* & licèt in contractibus innominatis, ſtipulatione, vel iuramento non vallatis, ſit licita pœnitentia, quæ dati repetitionem importat, procedit tantùm fauore illius, qui ex parte ſua perfectè contractum adimpleuit, non autem alterius, qui in implemento defecit, & adhuc ille, qui impleuit, ſi à contractu recedere intendit, alterum indemnem ſeruare tenetur ab expenſis in ordine adimplementum contractus factis, vt benè explicat, & probat Afflict. *vbi ſup.* & faciunt per me ſcripta *in §. Exceptio num. 50. & ſeqq. & §. Pænitentia num. 1.* vide Cyriac. *contr. 75.* vbi an, & quomodo detur repetitio ex cauſa non ſequuta, etiamſi actus habuerit effectum de facto, ſed de iure fuerit reſolutus, & an fiat repetitio in totum, vel tantùm quatenus non fuit impletum, &c.

Ad hoc autem vt ſit locus repetitioni indebiti, tria ſunt copulatiuè probanda, primò ſubſtantia veræ ſolutionis per realem numerationem, & non per ſimplicem confeſſionem ſolutionis, vel aliam ſatiſfactionem, ſecundò quantitas præciſa ſummæ ſolutæ, tertiò qualitas eiuſdem indebiti, taliter quòd nulla ratione potuerit eſſe debitum, vt latè declarat Rot. *part. 15. recent. deciſ. 338. per tot.* vbi ex defectu probationum dictorum requiſitorum fuit denegata repetitio indebiti prætenſi, vide *in §. Solutio num. 61. &c.* Rot. *part. 16. recent. deciſ. 402. per tot.* in eadem cauſa, vbi fuit reuocata dicta deciſio ex mutatione facti, quia repetitio indebiti non erat deducta per modum actionis principaliter, ſed per viam exceptionis, quo caſu non requiritur tam rigoroſa probatio, & agebatur de repetitione, vel imputatione vſurarum in ſortem, in qua materia coniecturæ, & præſumptiones plurimùm valent, etiam ad effectum illas repetendi, cùm ſint difficilis probationis propter cautelas, & verſutias, quibus vtuntur fœneratores; dicta enim exquiſita, & rigoroſa probatio procedit tantùm in debito voluntariè ſoluto, in quo reſiſtit iuris præſumptio, quòd quis nemine cogente noluerit iactare ſuum, ſecus autem in ſoluente vſuras, in quo lex præſumit coactam voluntatem, ne debitor compellatur ad reſtitutionem ſortis, & ideò qui ſe fundat in vſurarum iuſtitia, & debito tenetur ipſe probare requiſita Pauli de Caſt. nempe moram debitoris, occaſionem promptam, & damnum paſſum ob defectum pecuniæ non reſtitutæ, vt latè ibidem Rota proſequitur, & declarat.

Quòd requiratur plena probatio ad probandam indebiti qualitatem, quamuis in negatiua conſiſtat, itaut ſola poſſibilitas iuſtitiæ, vel debitæ ſolutionis ſufficiat ad excludendum Indebitum, & denegandam repetitionem, etiam in materia fructuum, vel vſurarum, Rot. *par. 17. recent. deciſ. 177. num. 12. & ſeqq. per tot.*

§. REPRÆSENTATIO. XVI.

1 REpræſentatio eſt in locum alterius ſubingreſſio ad effectum ſuccedendi, & poteſt conſiderari vel in linea aſcendente, vel in linea deſcendente, vel in linea collaterali.

In linea aſcendente, quando ſcilicèt agitur, vt parentes ſuccedant ſuis deſcendentibus, nulla repræſentatio locum habet, ſed ſi adſint plures aſcendentes in gradu diſpares, proximior remotiorem excludit, *cap. ſi igitur defunctus deſcendentes 2. Nouell. 118. Auth. defuncto C. ad S.C. Tertul. vbi gloſſ. & DD.* Craſſ. *§. Succeſſio ab inteſtato quæſtion. 22.* Oinot. *Inſtitut. de heredit. quæ ab inteſtato deferunt, cap. de ſucceſſ. parent. natural. & legit. ſimul. number. 20. & 21. fol. 228.*

Habet tamen locum ad fauorem filiorum fratrum prædefunctorum, concurrant cum aſcendentibus ad ſucceſſionem iuxta ea, quæ tradidi *in §. Aſcendentes num. 3. & §. Succeſſio num. 5.*

In linea deſcendente, quando ſcilicet agitur, vt ſuccedant deſcendentes ſuis aſcendentibus, quidquid aliqui voluerint repræſentationem procedere tantùm vſque ad pronepotes, & non vltra, tamen verior, & magis communis eſt opinio, quamuis de facto non practicabilis, cùm rariſſimè, aut numquam hodiè contingere poſſit, vt vltra pronepotes agatur de ſucceſſione ab inteſtato ſi daretur caſus, repræſentationem huiuſmodi procedere in infinitum, cuius vigore nepotes, vel alij deſcendentes ex filio, vel filia præmortuis, aſſumunt locum illorum parentum, & ſuccedunt auo, vel proauo cum filijs ipſius ſuperſtitibus in ſtirpes, & non in capita, ideſt tantam de hæreditate aui accipiunt portionem, quotcumque fuerint, quantam illorum parens ſi viueret, accepturus eſſet, text. in *§. cum filius, & §. final. Inſtitut. de hered. quæ ab inteſtat. defer. cap. ſi quis igitur 1. Nouell. 118. de hered. ab inteſt. venient. l. 3. C. de ſuis, & legit.* Couar. *pract. quæſt. cap. 38. number. 5.* Peregrin. *de fideicomm. art. 21. num. 6.* Molin. *de primogen. lib. 3. cap. 7. num. 6.* Oinot. *Inſtit. de hered. quæ ab inteſt. defer. cap. de ſucceſſ. filior. natural. & legit. ſimul. number. 12. & ſeqq. fol. 221.* Marta *de ſucceſſ. legal. part. 1. quæſt. 23. art. 1. num. 1. & ſeqq.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 419. num. 1. &c. cap. 684. num. 1. &c.* Rot. *in Romana de Guidis 13. Ianuarij 1631.* coram Veroſpio *in Nouiſs. part. 6. deciſ. 5. number. 20.* vbi repræſentatio ſemper admittitur in hæreditate aſcendentis, quocumque modo ex diſpoſitione legis, vel hominis delata, dixi *in reſol. cap. 45. num. 4. &c.* vide Tuſch. *lit. F. concluſ. 352. per tot.* Paul. Chriſtin. *ad leg. Municip. tit. 16. art. 1.* Fuſar. *de ſubſtit. cap. 485. num. 1. &c.* Merlin. *deciſ. 707. num 8.* Cabal. *conſ. deciſ. 114. num. 12. & ſeqq. lib. 2.* vbi quòd ſi hæc repræſentatio non contingit (vt dixi) in ſucceſſionibus ab inteſtato, eſt valdè vtilis, ac neceſſaria ad interpretationem fideicommiſſorum antiquorum, adde Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de teſtamen. cap. 4. §. 1. Dub. vnic. fol. mihi 255. &c.* Ganauer. *conſ. 5. per totum.*

Hæcque concluſio procedit non tantùm quando iſti nepotes perſonam patris, vel matris repræſentantes concurrunt vt ſupra cum patruo ſuperſtite, & ſic cùm alio filio aui defuncti; verùm etiam ſi inter ſe tantùm omnes nepotes, vel pronepotes ex diuerſis filijs, vel filiabus diuerſi numeri, ſed paris gradus, nam adhuc ſucceſſio fit in ſtirpes ex perſonis parentum, & non in capita ſuccedentium, & ſic tot fiunt partes, quot erant filij prædefuncti, & vnaquæque linea, quotquot numero fuerint, accipit repræſentatiuè portionem, quam illorum parens ſi viueret accepturus eſſet, non atiento numero ſuccedentium, ſed parentum defunctorum, *§. cum filius in fine, & §. fin. Inſtit. de hered. quæ ab inteſt. defer. l. 2. C. de ſuis, & legit.* Oinot. *loc. ſup. cit. number. 18. & ſeqq.* vbi benè declarat Altograd. *conſ. 58. num. 29. lib. 1.* Marta *de ſucceſſ. legal. part. 1. quæſt. 20. art. 2. num. 1.* Theſ. *deciſ. 162. num. 3. verſ. præſuppoſito pro vero*, Merlin. *de legit. lib. 1. tit. 4. quæſt. 2. num. 8.* cum alijs per eos citatis, Marta *vot. Piſ. 102. per tot.* Cabal. *conſil. deciſ. 114. num. 1. 10. & ſeqq. lib. 2.* Ganauer. *d. conſil. 5.*

In linea collaterali, & ſic vbi agitur de ſucceſſione tranſuerſalium, repræſentatio procedit tantùm vſque ad fratrum, vel ſororum filios incluſiuè, & non vltrà, quando concurrunt cum vno, vel pluribus patruis ſuperſtitibus ad ſucceſſionem alterius patrui prædefuncti, dummodò tamen dicti fratres fuerint vtrinque coniuncti, ſecus ſi ex vno latere tantùm, nam filij fratris vtroque latere coniuncti, fratres defuncti vno tantùm latere coniunctos excludunt, & multò fortius filios fratrum ex vno tantùm latere, & ſic concurrentibus prædictis, ſucceſſio, quæ aliàs proximiori eſſet deferenda, remotioribus excluſis, virtute repræſentationis vſque ad fratrum filios, vt ſupra, defertur æqualiter fratribus defuncti ſuperſtitibus, & filijs fratrum prædefunctorum in ſtirpes tamen, & non in capita,

ideſt

ideſt eam filij fratrum defunctorum quotquot fuerint accipiunt portionem, ſiue portiones, quam, vel quas illorum parentes ſi viuerent, accepiſſent §. *ſi vero fratres auth. de hered. ab inteſt. venient. auth. poſt fratres C. de legit. hered. auth. vt fratrum filij, §. reliquum nouell. de heredit. ab inteſt. auth. ceſſante C. de legit. hered. cap. ſi igitur defunctus neque d. nouell. de hered. ab inteſtat.* laté Oinot. *Inſtit. de heredit. qua ab inteſt. de fer. cap. de tertio ord. ſucced. numer.* 11. *& ſeqq. fol.* 232. Cabal. *conſ. deciſ.* 114. *num.* 10. *& ſeqq. lib.* 2. *& conſ.* 130. *d. lib.* 2. vbi quòd nepotes ex fratre vtrinque coniuncto excludunt fratrem ex vno latere tantùm coniunctum, Martha *de ſucceſſ. legal. par.* 1. *quaſt.* 23. *art.* 1. *n.* 9. *&c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 687. *num.* 2. *cap.* 765. *num.* 11. *&c.* Altograd. *conſ.* 67. *num.* 4. *&* 5. *lib.* 1. Michalor. *de Fratrib. par.* 3. *cap.* 15. vide Tuſch. *lit. F. concluſ.* 352. *per tot.* Paul Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 194. *vol.* 1. *& deciſ.* 206. *vol.* 5. *& ad leg. municip. tit.* 16. *art.* 9. *&c.* Rot. *par.* 14. *recent. dec.* 305. *num.* 8. *&c. par.* 18. *tom.* 1. *deciſ.* 26. *num.* 3. *& ſeqq.* vbi quòd inter tranſuerſales non datur repræſentatio vltra gradum nepotum, Ioan. Dominic. Panſut. *contr.* 24. *per tot.* vbi contrarium docet iuxta conſuetudinem Neapolitanam.

Intellige prout dixi, quando filij fratrum concurrunt cum aliquo patruo, & ſic fratre defuncti ſuperſtite, nam ſi inter ſe concurrant, cùm omnes reperiantur in pari gradu, non opus eſt repræſentatione, ſed tunc ſucceſſio ad omnes æqualiter defertur in capita, & non in ſtirpes, vbi agitur de ſucceſſione patrui, (quamuis ſecus ſit vbi agitur de ſucceſſione aui, vt ſuprà dixi) iuxta magis veram, communem, & approbatam ſententiam, quam ſuſtinet Azot. *in ſumm. C. de legit. hered. num.* 7. Bald. Salic. & alij *in auth. ceſſante C. eod.* Vaſqu. *de ſucceſſ. reſol. lib.* 2. §. 13. *num.* 13. Robleſ. *pract. de repraſent. lib.* 2. *cap.* 24. *numer.* 14. Cephal. 431. *per tot.* Morot. *conſ.* 1. *per tot.* Martha *de ſucceſſ. legal. part.* 1. *quaſt.* 20. *art.* 2. *per tot.* Cabal. *conſ. deciſ.* 33. *lib.* 2. *& conſ.* 114. *num.* 30. *& ſeqq. d. lib.* 2. Rot. in recollect. per Farinac *part.* 2. *tom.* 1. *deciſ.* 27. *per tot.* Magon. *deciſ. Floren.* 144. *num.* 20. *&c.* Theſ. *deciſ.* 162. *per tot.* Altograd. *conſil.* 64. *num.* 1. *conſ.* 94. *num.* 73. *lib.* 1. *conſ.* 63. *numer.* 12. *lib.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 709. *numer.* 30. Marcian. *diſput. for. cap.* 10. *per tot.* Michalor. *de fratrib. part.* 3. *cap.* 15. Rot. *deciſ.* 391. *&* 392. *part.* 4. *diuerſ. et deciſ.* 24. *num.* 2. *&c.* poſt Merlin. *de legit.* vbi quod ſemper Rot. ſequuta fuit hanc opinionem Azonis, & ſequacium, & concordantes adducit, vide Tuſch. *d. concluſ.* 352. *per tot.* Chriſtin. *dict. deciſ.* 194. *per tot. vol.* 1. *& deciſ.* 206. *num.* 4. *&c. vol.* 5. *et ad leg. Municip. tit.* 16. *art.* 9. *num.* 10. *&c.* Merlin. *deciſ.* 570. *num.* 11. *etc. deciſ.* 361. vbi etiam quòd teſtator cenſetur ſe voluiſſe conformare prædictæ iuris diſpoſitioni Molfeſ. *de conſuet. Neapol. par.* 4. *de ſucceſſ. ab inteſt. quaſt.* 37. Buratt. *deciſ.* 352. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 15. *num.* 13. *etc.* vbi quod eſt opinio recepta in omnibus Europæ partibus, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 78. vbi etiam in fideicommiſſo idem ſubtiliter firmat, & confirmat in eadem cauſa *deciſ.* 335. *d. part.* 13. *et deciſ.* 281. *num.* 8. *& ſeqq.* & poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.* 64. *&* 65. *per tot.* & nouiſſimè Io: Dominic. Panſut. *contr. forenſ. cap.* 1. *per tot.* vbi tamen *numer.* 18. quòd ſecus eſt in emphyteuſi non hæreditaria, quia tunc nepos cum patruo non admittitur, ſed ſola gradus prærogatiua attenditur, ad Capyc. Latr. *deciſ.* 126. *lib.* 2. Marin. *tom.* 2. *reſol.* 236. *n.* 7. *&c.*

Quicquid contrarium, nempè etiam hoc caſu dari ſucceſſionem, in ſtirpes, & non in capita tenuerit Accurſ. *gloſſ. in d. Auth. ceſſante, C. de legit. heredit.* quem ſequuti fuerunt vltra ſeptuaginta DD. relati à Michalor. *vbi ſupra num.* 9. *&c.* Theſ. & alijs ſupracitatis, qui omnes priorem Azonis ſequuntur opinionem, tanquam veriorem, & hodie ab omnibus approbatam, ac inſuper notantes eamdem Azonis ſententiam, ſequutum fuiſſe ipſum Accurſium ſibi contrarium in §. *hoc etiam verſ. Superſtites Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. & in l. poſt conſanguineos, §. hereditas, verb. fratres, ff. de ſuis, & legitim. heredit.* & ideò ceſſat illius auctoritas, & ſequacium, & dixi in *reſol. cap.* 45. *numer.* 5. hanc tamen opinionem *gloſſ.* contra Azonem approbat, & ſecundum eam pluries iudicatum refert Viu. *commun. opin.* 323. & alios eam ſequentes refert, ſed non approbat Panſut. *loc. ſup. cit. & contr.* 2. *per totum*, vbi etiam quid ſeruandum ſit attento iure Municipali Neapolitano.

2 Repræſentatio quamuis in collateralibus ex diſpoſitione legis non procedat vltrà fratrum filios, iuxta ſuperiùs dicta, tamen debet intelligi de ſucceſſionibus ab inteſtato, vel etiam ex teſtamento vbi non conſtat de contraria mente teſtatoris, nam cùm in teſtamentis ſpectetur optimè voluntas, & mens teſtatoris, etiam ex coniecturis elicita, ſi de illa appareat, ceſſat hæc regula, vt quia ex teſtamenti verbis colligatur teſtatorem intellexiſſe, quod inter tranſuerſales etiam remotiores filij repræſentent perſonam patris, tunc enim etiam inter remotiores habebit locum repræſentatio, ad tradita per Soccin. ſen. *conſil.* 37. *num.* 1. *&c. lib.* 3. Soccin. iun. *conſ.* 116. *num.* 12. 15. *&c. lib.* 1. Menoch. *conſ.* 200. *numer.* 72. *&c. & de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 95. *num.* 32. Craſſ. §. *Fideicommiſſum, quaſt.* 21. *n.* 6. Fuſar. *de ſubſtitut. quaſt* 485. *num.* 109. Altograd. *conſ.* 67. *num.* 14. *&c. lib.* 1. vbi plures coniecturas id denotantes adducit Marc. Medic. *Exam.* 33. *& deciſ.* 56. *per tot. cum Addit.* vbi quando ex teſtamento ſuccedatur in ſtirpes, vel in capita, Merlin. *deciſ.* 570. *per tot. & deciſ.* 631. Rot. poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.* 64. *&* 65. *per tot. & deciſ.* 69. 70. *&* 71. *per tot. infrà n.* 5. *& in* §. *Succeſſio, num....* Rot. *par.* 18. *recent. deciſ.* 702. *num.* 3. *& ſeqq. per tot.*

Repræſentatio habet locum, non ſolùm quando nepos ex fratre vtrinque coniuncto concurrit cum patruo ſuo ad ſucceſſionem alterius patrui defuncti, ſed etiam quando concurrit cum patruo, vel amita ipſius defuncti, ita vt nepos ſuccedat ab inteſtato patruo ſuo, vel amitæ, & ſimilibus, excluſo patruo, vel amita perſonæ defunctæ, de cuius ſucceſſione agitur, licèt ſint omnes in pari gradu, cùm iura magis faueant tranſuerſalibus per lineam inferiorem, quàm tranſuerſalibus per lineam ſuperiorem, & ſic præmortui fratris filius excludit patruum, vel amitam defuncti, propter ius repræſentationis, quo mediante fingitur eſſe defuncto in ſecundo gradu, in quo erat pater ſuus, & frater defuncti, & ideò ſicuti frater excludit patruum, ita quoque filius fratris illum excludere debet Auth. poſt fratres autem in *princip. verſ. In autem*, iuncta *gloſſ. in verb. ſimilibus, C. de legit. hered.* Oinot. *Inſtit. de hered. qua ab inteſt. de febr. c. de tertio ord. ſucced. num.* 18. *fol.* 233. Bald. in *d. Auth. poſt fratres, & conſ.* 29. *num.* 8. *et* 9. *vol.* 6. Altograd. *conſ.* 51. *per tot. lib.* 1. 3

Repræſentatio an habeat locum in primogenitura, vel potius in ea ſuccedatur ex propria perſona; laté Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 456. *& cap.* 695. *per tot.* Martha *de ſucceſſ. legal. part.* 1. *quaſt.* 11. *art.* 3. *per totum*, In: Lecirker. *de primogenit. quaſt.* 14. *num.* 36. *etc.* Tiraquell. *eodem tractat. quaſtion.* 40. vide in §. *Primogenitura, numer....* Rot. *part.* 18. *recent. tom.* 1. *deciſ.* 26. *per totum*, Ganauet. *conſ.* 5. 4

An in emphyteuſi, & feudo Magon. *deciſ. Luc.* 19. *per tot.* Martha *de ſucceſſ. legal. part.* 1. *quaſt.* 23. *artic.* 3. *per tot.* Fulgin. *de iure emphyt. tit. de ſucceſſ. in bon. emphyt. quaſt.* 1. vide in §. *Emphyteuſis num....* Rot. *par.* 10. *recent. deciſ.* 71. *per tot.* vbi etiam an renouatione emphyteuſis, & *part.* 11. *deciſ.* 230. *num.* 3. *et ſeqq. per tot.* Capyc. Latr. *deciſ.* 124. *per tot. lib.* 2.

An in iurepatronatus, vt ſcilicet admittatur filius fratris præmortui vnà cum patruo ad præſentandum, affirmatiuè concludit Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 251. *n.* 16. *etc.* vide in §. *Iuſpatronatus num.*

Repræſentatio ſecundum multos habet locum tantùm in ſucceſſione legali, non autem in ſucceſſione ex teſtamento, & hanc opinionem ſequuntur Menoch. *de præſump. lib.* 1. *quaſt.* 46. *num.* 45. Magon. *deciſ. Luc.* 92. *numer* 20. *et per tot.* Michalor. *de fratrib. part.* 3. *cap.* 15. *num.* 17. Seraphin. *deciſ.* 1579. *num.* 2. *etc.* Rot. *par.* 11. *recent. deciſ.* 294. *num.* 6. 5

Quòd imò procedat tam in diſpoſitione legis, quàm hominis, & in fideicommiſſis, maximè quando fuit facta vocatio in ſtirpes, & non in capita, etiam ſi ageretur de ſucceſſione tranſuerſali, & inter remotiores vltrà fratrum filios, Gratian. *diſcept. cap.* 419. *num.* 19. *cap.* 487. *numer.* 8. *cap.* 687. *num.* 1. *& ſeqq.* Altograd. *conſ.* 65. *num.* 1. *lib.* 1. *& conſ.* 67. *num.* 23. *&* 24. Viu. *comm. opin.* 319. Vrceol. *conſult. forenſ. cap.* 12. *num.* 29. *& per tot. ſupra num.* 2. Merlin. *deciſ.* 305. *per tot.* Peregrin. *deciſ.* 105. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 469. *num.* 1. *& ſeqq. par.* 14. *deciſ.* 305. *per tot.* & poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.* 64. *et* 65. *per tot. in Eugubina fideicommiſſi* 8. *Iunij* 1674. *et* 4. *Martij* 1675. *coram Bourlemont*, in quibus laté probatur repræſentationem etiam in fideicommiſſis tranſuerſalibus procedere ad effectum, vt ne-

nepos concurrat cum patruo ad ſucceſſionem alterius patrui defuncti, licèt fideicommittens fuerit ab illis longiſſimo gradu diſtans, quia attenditur proximitas grauati vltimo loco defuncti, vt ibidem latè deducitur, & dixi in §. *Proximitas num.*2. Rot. poſt Vrceol. *d. tract. deciſ.* 69. 70. & 71. vbi etiam in fideicommiſſis particularibus, & *par.* 18. *recent. deciſ.* 702. vbi pariter in fideicommiſſo particulari.

Quòd vbi agitur de ſuccedendo auo, vel patruo, & ſic vbi alias eſſet locus repræſentationi, procedat etiam in diſpoſitione hominis, & ſucceſſione fideicommiſſaria, ſiue agatur de ſuccedendo, in locum patris, ſiue matris, cùm in dubio teſtator cenſeatur ſe conformaſſe eum diſpoſitione legis, Altograd. *dict. conſ.* 65. *num.* 2. & 3. *lib.* 1. Merlin. *deciſ.* 570. *num.* 10. &c. Peregrin. *de fideicomm. artic.* 21. *num.* 1. &c. *deciſ.* 105. *per tot.* Cabal. *conſil. deciſ.* 114. *per tot. lib.* 2. Baitel. *de vltim. volunt. deciſ.* 30. *per totum*, & *deciſ.* 82.

Qualiter procedat etiam in fideicommiſſis à tranſuerſalibus remotioribus ordinatis ea ratione, quia proximitas vltimi grauati, & non teſtatoris ſit attendenda, pulchrè Vrceol. *conſult. for. c.* 12. *per tot.* Rot. *part.* 4. *recent. deciſ.* 303. *per tot.* & plenè Vrceol. *de tranſact. deciſ.* 64. & 65. *per tot. et deciſ.* 69. 70. & *par.* 15. *recent. deciſ.* 478. *num.* 1. & *ſeq.* & *deciſ.* 702. eadem cauſa.

Quòd non ſit neceſſe dictam clauſulam *in ſtirpes* ſemper, & omni caſu verificari, ſed ſufficiat illam verificari in caſu quo poteſt ei locus eſſe, Altograd. *conſ.* 63. *nu.* 32. *lib.* 2.

An, & quando repræſentatio locum habeat in fideicommiſſis, vel non, latè Peregrin. *de fideicomm. art.* 21 *per tot.* Alex. *conſ.* 109. *lib.* 7. Magon. *deciſ. Florent.* 16. *num.* 43. *etc.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 95. *num.* 14. & *ſeqq. per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 419. *num.* 4. &c. *cap.* 433. *numer.* 27. &c. *cap.* 487. *num.* 8. &c. Tuſch. *litt. F. concluſ.* 247. *per tot.* & 352. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 241. *numer.* 6. &c. vbi quòd procedit etiam in fideicommiſſis particularibus, quando conſtat ſic eſſe de mente teſtatoris, quicquid alias ſit opinio multum controuerſa, habens hinc inde ſuos fautores, & negatiua videatur præualere, nempe non eſſe locum repræſentationi in fideicommiſſis particularibus, Rot. *par.* 18. *recent. deciſ.* 478. *num.* 15. vbi quòd verior eſt opinio, repræſentationem procedere etiam in fideicommiſſis particularibus, maximè vbi conſtat de voluntate teſtatoris ex coniecturis, quicquid alias illa ceſſante in puncto iuris præualeat opinio negatiua, Rot. *d. part.* 18. *deciſ.* 702. *num.* 6. & *ſeqq.* vbi pro repræſentatione ex coniecturis.

6 Repræſentatio non habet locum etiam ſi agatur, vt nepos concurrat cum patruo quando fuerunt vocati proximiores teſtatoris, de quo tamen vide Gratian. *diſcept. for. cap.* 419. *numer.* 6. &c. Theſ. *deciſ.* 65. *per tot.* Magon. *deciſ. Florent.* 37. *num.* 39. vbi quòd nec habet locum quando fuerunt vocati ſuperſtites, vel ſuperuenientes, cùm intelligatur de proximioribus, Baitel. *de vlt. volunt. deciſ.* 30. *nu.* 2. & *ſeqq.*

Contrarium firmat Rot. in ſelectis per Farinac. *part.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 417. & *in Romana de Guidis* 13. *Ianuarij* 1631. coram Veroſpio *in Nouiſſ. par.* 6. *deciſ.* 5. *numer.* 22. & 23. Cabal. *conſ. deciſ.* 114. *num.* 22. & *ſeqq. lib.* 2. Altograd. *conſ.* 66. *num.* 25. *lib.* 1. Peregrin. *deciſ.* 103. *num.* 2. &c. vbi quòd ideò nepos repræſentans patrem excludit alios ab illis ſucceſſionibus, quos pater ipſe viuens excluſiſſet, licèt contrarium in caſu ſuo de iure municipali concludat, prout etiam Rot. *d. deciſ.* 417. vbi vide pulchrum caſum, in quo non habet locum repræſentatio propter verba ſtatuti, quæ non poterant verificari, Rot. *in Bononienſ. fideicommiſſi Caroli de Pepulis* 16. *Iunij* 1677. coram Rondinino poſt Vrceol. *de tranſact. dec.* 71. *num.* 4.

Quòd non detur repræſentatio vbi certa, & præciſa perſona fuit honorata, etiam per dictionem, *dicti*, Rot. *par.* 17. *recent. deciſ.* 118. *n.* 14. & *ſeqq.*

7 Repræſentatio non intrat quando teſtator voluit ſucceſſionem fieri, vel ſubſtitutos admitti ſalua gradus prærogatiua, vel quando fuit ſubſtitutus cippus domus, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 419. *num.* 24. & *cap.* 487. vide Cabal. *conſ. deciſ.* 114. *num.* 22. & *ſeqq. lib.* 2. Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 24. *per tot.* & *dec.* 124. *in eadem cauſa*, vbi fuit confirmata prima deciſio.

Secus tamen ſi eſſemus in caſu legis, vel ſtatuti continentis huiuſmodi clauſulam, *ſalua gradus prærogatiua*, idem Gratian. *diſcept. for. c.* 629. *num.* 23.

Quòd ex vocatione cippi, & familiæ, non excludatur repræſentatio, niſi ex tota ſerie teſtamenti appareat teſtatorem voluiſſe recedere à diſpoſitione iuris communis, Rot. *in d. Romana de Guidis num.* 23. &c. *in Nouiſſ. part.* 6. *deciſ.* 5.

An excludatur repræſentatio per clauſulam, *ordine ſucceſſiuo, vel de vno in alium, vel de gradu in gradum, ſiue ſalua gradus prærogatiua*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 836. *per tot.* vbi videtur affirmatiuè concludere, vide Cabal. *conſ. deciſ.* 114. *num.* 22. & *ſeqq. lib.* 2. Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 24. *per tot.* & *deciſ.* 124. *in eadem cauſa*, vbi fuit confirmata prima deciſio, Baitel. *de vlt. volunt. deciſ.* 30. *per tot.* & *deciſ.* 82. *per tot.*

Quòd licèt regulariter huiuſmodi clauſulæ faciant ceſſare repræſentationem, tamen ſecus ſit, quando concurrunt aliæ coniecturæ ſuadentes repræſentationem, vt quia addita fuerit clauſula, *in ſtirpes*, vel fuerint vocati omnes alij naſcituri, & eorum liberi, ſiue per vulgarem, Altograd. *conſ.* 65. *num.* 14. & *ſeqq. vol.* 1.

Quòd ſtante clauſula, *ſalua gradus prærogatiua*, intelligantur vocati omnes ex propria perſona, & non ſit locus repræſentationi, idem Altograd. *conſ.* 58. *num.* 86. & 87. *lib.* 1. Barboſ. *de Clauſ. clauſ.* 138. *per tot.* vide Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 24. *per tot.*

Repræſentatio non habet locum quando teſtator dixit, quòd hæreditas æqualiter deferatur, nam illud verbum, *æqualiter*, facit omnes ſuccedere in capita, & non in ſtirpes, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 774. *numer.* 51. dixi in *reſolut. cap.* 22. *num.* 28. vide Merlin. *deciſ.* 570. *num.* 19. &c. 9

Item non procedit repræſentatio, quando teſtator reſtrinxit diſpoſitionem ad filios natos ex certa perſona, & de illis ſpecialem mentionem fecit per propria nomina, ſecus ſi ſub nomine collectiuo, vel appellatiuo, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 629. *num.* 16. &c. Peregrin. *de fideicomm. art.* 22. *num.* 24. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 185. *num.* 70. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 111. *num.* 15. & 16. *deciſ.* 124. *numer.* 9. vbi quòd non procedit quando filij primi gradus hæredes inſtituti fuerunt proprijs expreſſis nominibus.

Quòd quando teſtator ſe reſtrinxit ad certum gradum, vel gradus, non ſit locus repræſentationi, niſi appareat de æquali affectione erga nepotes, vel niſi interrogatus ita veriſimiliter fuiſſet reſponſurus, vel niſi fuerit addita clauſula, *in ſtirpes*, & alia ad excludendam huiuſmodi reſtrictionem, Altograd. *conſ.* 65. *n.* 21. &c. *lib.* 1. facit Rot. *in Bononienſ. fideicommiſſi Caroli de Pepulis* 27. *Aprilis* 1676. *coram Emerix*, poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.* 70. *nu.* 7. & *ſeqq. per tot.* vbi pro repræſentatione ex voluntate teſtatoris, quæ dicitur adeſſe quando in inſtitutione vniuerſali teſtator æquè dilexit nepotes, & pronepotes, æqualiter omnes ad ſucceſſionem vocando.

Repræſentatio non habet locum quando fuerunt vocati antiquiores domus, vel de domo, ſeu maiores natu de familia, nam tunc attenditur illas qualitas antiquioritatis, vel ætatis, quæ ſi non concurrat in filio, non poteſt repræſentare perſonam patris, quod generale eſt in alijs etiam ſimilibus qualitatibus adiectis, & requiſitis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 695. *per tot.* dixi *in reſolut. cap.* 22. *num.* 29. *cap.* 27. *num.* 6. *cap.* 40. *per tot. cap.* 45. *num.* 11. vide *in* §. *Primogenitura num.* 10

Repræſentatio, quamuis iuxta ſuperiùs dicta locum habeat, quando nepos concurrit cum patruo ad ſucceſſionem aui, vel alterius patrui; non tamen propterea ipſe nepos repræſentans perſonam ſui patris efficitur illius hæres, nec tenetur ad eius debita, quia repræſentatio non facit hæredem eum, qui patris perſonam repræſentat, & poteſt filius licèt non ſuccedat patri, vel matri ſubintrare in eorum locum ad effectum ſuccedendi cum alijs, niſi vellet ab eis indumenta ſumere, & vti beneficio tranſmiſſionis, vel iure ſibi per parentes tranſmiſſo, Magon. *deciſ. Florent.* 147. *per tot.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 785. *per tot.* dixi *in reſol. cap.* 45. *num.* 6. & 7. vide in §. *Filius num.* . . . facit Martha *de ſucceſſ. part.* 1. *quæſt.* 23. *art.* 2. vbi quærit an filij, qui iure repræſentationis ſuccedunt, ex propria perſona, vel ex patris perſona ſuccedere dicantur, & refert contrarias opiniones, quas, diſtinguendo tres caſus conciliat, ſed non mihi omninò ſatisfacit, Rot. *in Bononienſ.*

nienſ. fideicommiſſi Caroli de Pepulis 27. *Aprilis* 1676. *coram Emerix*, poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.*70. *numer.* 11. vbi quòd filius ſuccedit ex perſona propria eo modo, quo pater, ſuccedendo in illius locum, cuius gradus propterea repræſentatus non corrumpitur, & præmorientia patris non attenditur ante teſtatorem, & habetur *part.* 18. *recent. deciſ.*702. *num.* 14. *& ſeqq.*

11 Repræſentatio habet locum ad excluſionem fœminarum, ſtante ſtatuto, quòd exiſtentibus filijs maſculis, vel fratribus fœminæ excludantur, nam licèt dictis filijs, vel fratribus non exiſtentibus, viderentur admittendæ fœminæ, tamen ſi ex illis adſint filij repræſentant perſonam patris, & fœminas excludunt, quando fuit contemplata agnatio, Gratian. *diſceptat. for. cap.* 890. *num.*28. *&c.* Michalor. *de fratr. par.*3. *cap.*11. *num.* 118. *&* 168. Altograd. *conſ.*58. *num.*11. *lib.*1. Chriſtin. *deciſ. Belgic.*113. *num.*55. *&c. vol.* 1. vide in §. *Statutum excludens num.* 3. *& in meis reſolut. cap.*27. *numer.*5. *& ſeqq. & cap.*45. *num.* 10. *& ſeqq.* Martha *de ſucceſſ. legal. part.* 1. *quæſt.*23. *art.*4. *per totum*, vbi quatuor caſus diſtinguit, Peregrin. *deciſ.* 103. *per totum.*

Non tamen habet locum dicta repræſentatio quoad fœminas deſcendentes ex maſculo in ſtatuto nominato, quia in illis deficit qualitas maſculinitatis, & ratio agnationis à ſtatuto conſiderata, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 695. *num.*12. Martha *vot. Piſ.*47. *num.*6. 7. *& vot.* 102. *num.*3. *& ſeqq.*

Quòd imò filia ſubingrediatur in locum, & ſexum patris, etiam ad excluſionem amitæ, Hodier. *in l. hac edictali C. de ſecund. nupt. quæſt.*41. *num.*13. & in Addit. ad Surd. *deciſ.*73. latè idem Surd. *deciſ.* 138. *per tot.* quem refert, & declarat Duran. *deciſ.*36. *num.*20. *& ſeqq.* Franch. *deciſ.*32. *num.*1. *& ſeqq. ad* 10. vide *in reſolut. d. cap.*27. *& cap.*45. *n.* 11. *& ſeq.* nouiſſimè Io: Dominic. Panſut. *contr.*14. *num.*32. *& ſeqq. per tot. & contr.*15.

Quòd filia repræſentet perſonam patris, non autem ſexum, ſicque æqualiter concurrat ad hæreditatem aui, vel patrui cum amita, non autem illam excludat, poſt quæſtionem hincinde rationibus adductis diſputatam fuiſſe deciſum teſtatur, & magnam æquitatem ſapere dicit Capyc. *deciſ.*21. *per tot.* vbi tamen in fine, quòd vtraque opinio eſt in iure ſubſtentabilis, & *num.* 2. videtur facere differentiam an agatur de ſuccedendo aſcendentibus, & tunc filia, ſiue neptis ſubintret in locum, ſexum patris, ac amitam excludat, an de ſuccedendo collateralibus, (qui erat caſus ſuus) & tunc non excludat amitam, ſed tantùm cum illa concurrat, & æqualiter admittatur, vide Pract. Papp. *libell. pro leg. rei ſing. gloſſ.*1. *num.* 82. *cum Addition.* Surd. *deciſ.*138. Durand. *deciſ.*36. & dixi *in reſolut. cap.*45. *num.* 14. *&c.* Martha *de ſucceſſ. legal. par.*1. *quæſt.*24. vbi an, & quando iura competentia vigore ſtatuti excluſiui fœminarum tranſmitti poſſint, & videtur cum prædictis conuenire, facit Paul. Chriſtin. *deciſ.*211. *num.*11. *& ſeqq. vol.*4. Peregrin. *deciſ.*103. *per totum*, facit etiam Rot. *part.*8. refert *deciſ.*144. 190. *&* 291. *& part.*9. *deciſ.*15. *per totum*, vide in §. *Statutum excludens num.* 3. *&* 4. vbi diſtinguitur, & latè Martha *vot. Piſ.*102. *per tot.* nouiſſimè, ac plenè de omnibus prædictis Io: Dominic. Panſut. *contr.* 14. *& ſeqq.* vbi an, & quando neptis ex maſculo per repræſentationem, amitam excludat, tam in aſcendentium, quàm tranſuerſalium linea, & tam de iure communi, quam in terminis Conſtitutionis Neapolitanæ excludentis fœminas propter maſculos, & reprobato Capycio *d. dec.*21. cum eius ſequacibus, conatur contrarium oſtendere, nempe neptem ex maſculo, tàm in linea aſcendenti, quàm collaterali, amitam excludere.

12 Materiam repræſentationis in genere, & in ſpecie, an, & quando admittatur, vel non in ſucceſſione legali, teſtamentaria, feudali, emphyteutica, Maioratum, ſiue Primogeniturarum, plenè Caſtil. *lib.*2. *contr. cap.* 20. *lib.* 3. *cap.*19. *lib* 4. *cap.*56. *& lib.*6. *cap.* 167. Cyriac. *contron.* 8. *num.*132. *& ſeqq.* Mareſcott. *var. lib.*2. *cap.*80. Tondut. *lib.* 2. *quæſt.*89. *&* 99. Molin. *de primogenit. lib.*3. *cap.*6. 7. *&* 8. Tiraquell. *de iure primogenit. quæſt.* 40. *& ſeqq.* Valaſc. *conſult.*122. *&* 148. Robert. *lib.*3. *rer. iudic. cap.*15. *&* 16. Griuel. *deciſ.*130. *per totum*, Caldas Pereyr. *quæſt. forenſ. cap.* 31. *per totum*, Cabed. *deciſ.*147. *part.* 1. Donad. *de renunciat. cap.*48. *num.*127. *& ſeqq.* vbi de excluſione repræſentationis per clauſulam, *ſaluæ gradus prærogatiua*, *vel in ſtirpes*, Gam. *deciſ.* 307. vbi latè de contentione inter patruum, & nepotem in ſucceſſione maioratus, Gobb. *conſult.*117. Carol. Anton. de Luca *tract. de linea legal.* Marcian. *diſputat. forenſ. cap.* 1. *cum multis ſeqq.* Robles amplè *in tractat. de Repræſentat. per tot.* cæterique plus relati à Caſteion. *Alphabet. iurid. verb. Repræſentatio*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.*5. *eodem verb. fol.*522. *&c.*

De repræſentatione in fideicommiſſis, in Maioratibus, & Primogenituris, quando detur, vel non, & alia in genere, plenè Ioan: Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. et Primogen. Ital.* in multis locis indicatis in *Repertor. general. in fine p.*3. *verb. Repræſentatio per totum*, Rot. *Lucen. apud Modern. Iacob. Balduc. in Obſeruat. ad Ramon. dec* 44. 45. 46. 47. *&* 48. vbi plura quod nepotes ſuccedant patruo in capita, & non in ſtirpes iuxta opinionem Azonis, & in ſtirpes, non in capita auo, ſecundum diſtinctionem per me in hoc § *Factam ſub num.* 1.

Repræſentatio patris poteſt dari, etiam ipſo patre viuente, vt ob contrauentionem præcepti teſtatoris fideicommiſſo priuatur, Molin. *Theolog. de iuſt. & iur. tom.* 3. *tract.*2. *diſput.*624. *num.*4. Trentacinq. *de ſubſtitut. part* 4. *cap.*6. quos ſequitur Io: Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. et Primogenit. Ital. part.*2. *cap.*56. *n.*57. *et* 58. vbi reſpondet, Robles in contrarium allegat, procedere quando pater non eſſet priuatus, quia tunc naturæ repugnat, vt locus, & gradus occupatus ab alio repræſentetur, alias autem æquiparatur caſus mortis naturalis, & ciuilis, vt repræſentatio admittatur. 13

§. REPVDIATIO. XVII.

REpudiatio hæreditatis poteſt fieri expreſsè per verba refutationem denotantia, & tacitè, ſinendo labi tempus à lege præfinitum ad adeundum, Marant. *in l. is poteſt num.*94. *ff. de acquir. hæredit.* vide in §. *Hæreditas num.* 16. *et* 17. Maſcard. *de probat. vol.*3. *concluſ.*1266. vbi quòd repudiatio cùm ſit quædam renunciatio, & alienatio non præſumitur, & ex quibus inducatur, vel non, & alia remiſſiuè, Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Repudiatio.* 1

Quid ſit repudiatio, & quando valeat, vel non, Tuſch. *litt. R. concluſ.*202. Rot. *part.*19. *recent. dec.*202 *num.*14. *et ſeqq.* vbi quando facta ad effectum fugiendi moleſtias non præiudicet.

Ex quibus probetur repudiatio, & an contra eam detur reſtitutio in integrum, Rot. *part.*12. *recent. deciſ.*358. *per totum*, vide in §. *Filius num.*24. *&c.* Rot. *par.*13. *recent. dec.*77. vbi quòd quando repudiatio fuit expreſsè facta à filijs cum declaratione, quòd per quemcunque actum non intendebat repudians recedere a repudiatione, & quòd bona retinebat pro creditis dotis maternæ, vel huiuſmodi, actus ſubſequentes cenſentur facti citra ius, & nomen hæredis iuxta præmiſſam proteſtationem, vel ſaltem tamquam æquiuoci non inducunt aditionem, niſi expreſsè contineant receſſum a præcedenti repudiatione, & fiant intra triennium, quo durante licita eſt repudiationis reuocatio, ita vt nec minori detur reſtitutio in integrum aduerſus repudiationem à ſe factam elapſo quadriennio, poſt triennium permiſſum ad abſtentationem reuocandam, vide Hier. Cala *de reſtitut. aetat. quæſt.* 44. *per tot.* 2

Quòd inducatur repudiatio quando ille, qui poteſt eſſe hæres alicuius, ab alio petit, quod ſibi à defuncto erat debitum, niſi proteſtetur in contrarium, Rot. *part.* 18. *recent. dec.*693. *num.*1. *et par.*19. *deciſ.*68. *num.*4. *in eadem cauſa*, vbi quòd non procedit dicta repudiatio ſine certa ſcientia, quòd ad ſe ſpectaret hæreditas.

Repudiatio hæreditatis aditæ (quicquid fortè ſecus ſit in ſimpliciter delata) fieri non poteſt à muliere, vel minore abſque ſolemnitatibus in eorum contractibus neceſſarijs, etiam ſi fieret in iudicio, quia in actu voluntariè geſto penès acta iudicij ſunt neceſſariæ ſolemnitates, ſecus autem in actu neceſſario, & vrgentibus creditoribus, Buratt. *deciſ.* 120. *num.* 24. *et ſeqq.* Boccac. *ad Conſtitution. Ægidian. gloſſ.*8. *numer.* 21. *et ſeqq.* Bich. *deciſ.* 588. *num.* 25. cum alijs per Rot. *part.*17. *recent. deciſ.*273. *per totum, et part.*18. *deciſ.*306. *num.*19. *et deciſ.*693. *num.* 2. vbi quòd facta in iudicio ſuſtinetur, vide in §. *Statutum requirens num.* 6. 3

Alias autem repudiatio facta, etiam poſt hæreditatem adi- 4

aditam valet, & præiudicat repudianti, & cauſam ab eo habenti, (quicquid ſecus dici poſſit in præiudicium creditorum) ac impedit quamcumque tranſmiſſionem, Rot. *par.* 18. *recent. deciſ.* 687. *num.* 8. *&* 9. vide in §. *Hereditas*.

5 Quòd repudiatio hæreditatis, etiam aditæ, poſſit validè fieri, mediante beneficio reſtitutionis in integrum, quod competit ex capite enormiſſimæ læſionis, quam hæredes pateretur, ſi de proprijs bonis, quæ ignoranter credebat hæreditaria defuncti, illius debita ſoluere teneretur Rot. *part.* 19. *recent. deciſ.* 266. *per totum*, facit quod dixi in §. *Heres num.* 31.

6 De repudiatione hæreditatis, cæterorumque iurium, Bertachin. *in Repertor. verb. Repudiatio*, Thoro *Compend. deciſ. Neapol. part.* 2. *verb. Repudiatio*, vbi de repudiatione legati tacitè reſultante ex non adimplemento conditionum, & non acceptatione expreſſa mandata à teſtatore, & ex contrauentione præcepti teſtatoris, Caſteion. *Alphab. iuridic. verb. Repudiatio*, vbi tangit plura dubia curioſa, & vtilia de hac materia, de qua etiam tractantes indicat Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *eod. verb. fol.* 528.

§. REPVLSA. XVIII.

1 Repulſa teſtium circa tria principaliter verſatur, nam aut opponitur contra perſonas, quòd non potuerint eſſe teſtes, vel ſint tales, vt ei ſit minuendum de fide, excepto tamen producente, qui cenſetur perſonas approbaſſe, & non poteſt contra illas opponere, ſed tantum contra dicta; aut opponitur contra depoſitiones arguendo illos de falſo, contradictione, variatione, obſcuritate, defectu rationis in cauſa ſcientiæ, ſingularitate, & huiuſmodi; aut opponitur contra examen, vt quia fuerint examinati parte non citata, non ſuper interrogatorijs datis, ſine iuramento, quòd non fuerit publicatum examen, vel factum poſt publicationem, vel poſt didicita teſtificata, vel à iudice incompetente, vel contra formam, vt benè ſummatim colligit ex Farinac. *de teſtibus, quæſt.* 56. *& alijs*, Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 1268. *& ſeqq. ad* 1300. *fol.* 372.

Qualiter repulſa teſtium ſit vtroque iure permiſſa, & durante illius termino conquieſcat officium iudicis, nec ideò poſſit ad ſententiam deueniri abſque vitio nullitatis, Pract. Papp. *form. iuram. teſtam. gloſſ. Proteſtante num.* 1. *& ſeqq.* Marant. *de ordin. iud. part.* 6. *actu* 13. *tit. de repulſ. teſtium*, Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 32. *& lib.* 2. *caſ.* 239. Gabriel *concluſ.* 43. *num.* 41. *lib.* 1. Cabal. *conſ. deciſ.* 53. *lib.* 2. D. Fului. Maior. *in Opoprax. crimin. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 7. *& ſeqq.* vbi tamen quòd eſt odioſa, & reſtringenda, & currit de momento ad momentum, niſi adſit legitimum impedimentum, ac illa denegata, non annullantur acta, ſed opus eſt appellatione.

An autem minor ſi læſus ſit ob non factam repulſam, debeat in integrum reſtitui ad repulſandos teſtes, diuerſas opiniones, & rationes tranſeundo cum affirmatiua vbi in repulſa conſiſtit victoria cauſæ, & non detegitur calumnioſa, refert D. Fului. Maioran. *d. cap.* 6. *num.* 31. *& ſeqq. fol.* 170.

2 Repulſa circa perſonas teſtium non competit producenti, nec vbi agitur de criminibus exceptis, in quibus etiam inhabiles teſtes ſolent admitti, niſi inhabilitas proueniat ex cauſa tangente eum, contra quem fuerunt examinati, vt inimicitia, nam tunc repelluntur etiam in criminibus exceptis; nec admittitur repulſa in iudicio ſummario, in quo leuis, & apparens ſufficiat probatio, ſecus ſi plena, vel ſemiplena requiratur, vel ſi ex inſpectione depoſitionis eorum defectus apparens ſit, & ſic ex eiſdem actis; nec quando agitur de delictis occultis, & difficilis probationis, nec generaliter in omnibus illis caſibus, in quibus teſtes inhabiles ſolent admitti, vt dixi in §. *Teſtes num.*.... latè Farinac. *quæſt.* 62. *numer.* 81. *& ſeqq.* cum alijs ſummatim per Iordan. *d. tit.* 18. *numer.* 1282. *& ſeqq. ad* 1287. *fol.* 373. Ricc. *Collect.* 834. Conciol. *reſolut. crimin. verb. Repulſa, reſolt.* 1. *per tot.* vbi quòd repulſa non datur in cauſis læſæ maieſtatis diuinæ, vel humanæ, nec blaſphemiæ, licèt alij contra, niſi ex cauſa inimicitiæ capitalis, nec in alijs caſibus, de quibus ibidem, & infra Ioſeph. Felin. *in Margar. variar. concluſ. verb. Repulſa fol.* 66. vbi quòd in criminibus exceptis eſt prohibita repulſa, niſi procedat ex capite inimicitiæ capitalis, vel ex contrarietate ipſorum teſtium, & plura ad rem D. Fului. Maioran. *in Opoprax. crimin. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 9. *& ſeqq. per totum*.

Quòd etiam in cauſa blaſphemiæ, & huiuſmodi ſit admittenda repulſa teſtium indiſtinctè probat nouiſſimè Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.* 1. §. 1. *ad* 7. *numer.* 120. *& ſeqq.*

Quòd in iudicijs ſummarijs non detur repulſa teſtium, niſi oriatur ex inſpectione ipſiuſmet ſcripturæ, cùm poſſit poſteà fieri in ordinario iudicio, Capyc. *deciſ.* 55. *per tot.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 236. *num.* 44. *&c.* Afflict. *dec.* 351. Sanfelic. *in Praxi ſect.* 57. *num.* 13. Ludouiſ. *deciſ.* 449. *num.* 10. *&* 11. vbi quòd in poſſeſſorio ſummariſſimo non admittuntur exceptiones contra teſtes, nec etiam quòd ſint intereſſati, D. Fului. Maioran. *loc. cit. nu.* 9. vbi quòd etiam in ſummarijs ex iuſta cauſa arbitrio iudicis æſtimanda poteſt dari repulſa.

3 Repulſa teſtium debet fieri ante publicationem proceſſus, niſi qui opponere vult, facto iudicis impediatur, vel niſi inhabilitas illorum ſit talis, quæ conſenſu partium tolli non poſſit, vel niſi fuerint producti abſente parte, licèt ea, vel procuratore citato, vel niſi oppoſitiones de nouo ad notitiam peruenerint: An autem ſint ſtatim recipiendæ probationes ſuper obiectis ad effectum impediendi examen teſtium, vel ſint reſeruandæ poſt illorum examen, & publicationem, & an poſſint recipi in cauſa appellationis, Menoch. *de arbitr. caſ.* 239. *per tot.* Viui. *commun. opin.* 926. *per tot.* de quo vltimo, an ſcilicet teſtes non repulſati in prima inſtantia, poſſint repulſari in cauſa appellationis, Conciol. *reſol. crimin. verb. Repulſa reſolut.* 2 *per tot.* vbi ponit regulam negatiuam, quam limitat non procedere in minore, nec quando fuit petita, & non conceſſa, vel non probata repulſa.

Quòd quicquid ſit de iure, tamen de conſuetudine procedatur in negotio principali, & examinentur teſtes ſaluis exceptionibus tam contra dicta, quàm contra perſonas, & dato poſteà termino ad repulſam, teſtatur de tota ditione Eccleſiaſtica, & pluries ita ſeruaſſe Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 86. *num.* 12. *&* 13. prout & ego teſtari poſſum, etiam de partibus Etruriæ, in quibus de ſtylo ſit repulſa teſtium (dato ad id termino) poſt publicationem proceſſus tantùm, vt dixi in Praxi in Præfatione *num.* 81.

Quòd repulſa teſtium fieri debeat ante publicationem proceſſus, intellige quoad proteſtationem, nam quando producuntur teſtes, & citatur pars ad videndum iurare, debet proteſtari, quòd intendit ipſos tamquam minus idoneos poſt illorum publicationem improbare; alioquin poſt publicationem poſſet, cùm videretur malitioſe obijcere poſtquam cognouerit contra ſe probationem facere, & ita loquitur Menoch. *d. caſ.* 239. *num.* 2. *& ſeqq. per text.* vbi Abb. & Felin. *in c. præſentiam de teſt.* Afflict. *deciſ.* 351. *num.* 8. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *numer.* 1271. *& ſeqq. fol.* 372. vbi quòd etiam tunc facta dicta proteſtatione admittitur oppoſitio, præſtito iuramento, quòd non facit ad malitiam, vel quòd exceptio opponenda ſibi nouiter venerit ad notitiam, & ideò meliùs eſſe dictam proteſtationem non facere, & nihil ante aperturam proceſſus opponere, cùm ſibi ſaluum ſit hoc remedium, nam illa facta oritur præiudicium proteſtanti, & opponenti, vt ſi teſtes aliquid deponant ad eius fauorem ſibi non proſit, & non poſſit illis vti, iuxta conſilium Specul. *de teſt.* §. 1. *num* 67. *verſ. Item quod, &c.* Et ita ſemper vidi ſeruari quòd facta, vel non facta dicta proteſtatione detur terminus ad repulſam poſt publicationem proceſſus, etiam ſine dicto iuramento malitiæ, vel nouæ notitiæ, & dixi *in Practic. in præfat. num.* 81.

Quòd admiſſus vigore dicti iuramenti ad repulſandum teſtes, ſi defecerit in probatione obiectorum, non ſit condemnandus in expenſis, Speculat. *de teſt.* §. 1. *numer.* 68. quem ſequitur Iordan. *vbi ſuprà numer.* 1274. *fol.* 373.

4 Repulſa teſtium ob crimen eſt inepta, & non admittenda, neque attendenda, ſi non fuerint ſeruatæ ſolemnitates, *l. libellorum ff. de accuſat.* debet enim crimen obiectum concludenter probari cum loco, tempore, ac alijs circumſtantijs, Addit. ad Marant. *part.* 5. *diſtinct.* 1. *num.* 38. Clar. §. *final. quæſt.* 12. Adde quòd hæc concluſio Viui. *commun. opin.* 925. *per tot.* Guaz. *deff.* 28. *cap.* 8. vide in §.

*Teſtes num.*12. Farinac. *quæſt.* 56. *num.*142. *& quæſt.*62. *num.*371. Conciol. *reſolut. crimin. verb. Repulſa reſolut.* 1. *num.*13.

Quòd oppoſitio debeat eſſe ſpecifica, vt quia teſtis furatus fuerit talem rem, & non ſufficiat generalis oppoſitio quòd ſit fur, vel huiuſmodi, Gramat. *deciſ.*86. Marant. *part.*6. *tit. de repulſ. in princip. & num.*4. Farinac. *de teſtibus quæſt.*36. *num.*142. *& quæſt.*62. *limit.*12. *num.*308. Viul. *d. comm. opin.*925. Conciol. *loc. cit.* Griuel. *deciſ.*100. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.*3. *lib.*14. *tit.*18. *num.*1277. *fol.*373. vbi etiam *num.*1279. quòd opponens crimina aduerſus teſtes debet facere cum proteſtatione *citra iniuriam, & animum iniuriandi*, alias teneretur iniuriarum, quòd puto intelligendum, ſi crimina obiecta non ſint vera, & non probentur, vide D. Fului. Maioran. *in Opeprax. crim. lib.*2. *cap.*6. *num.*29. *&* 30. *fol.*169. vbi quæ mala eueniant ob falſas repulſas, & ob id puniendos illas aſtruentes, vide in §. *Teſtes num.*12.

An autem teſti falſo, & in quo poſſit obijci crimen falſum ad infirmandum eius dictum, latè Dian. *part.*9. *tract.* 9. *reſol.*43. vbi refert diuerſas opiniones.

An poſſint detegi crimina occulta ad infringendum teſtimonium, Leſſ. *de iuſt. & iur. lib.*2. *cap.*31. *Dubit.*1.

Ex quibus cauſis poſſint repulſari teſtes, vel non, veluti ex capite inimicitiæ, quæ eſt potentior, & firmior repulſa, ac ideò in quocumque crimine admittenda, qualis debeat eſſe inimicitia, quomodo probata cum ſua ſufficienti cauſa, inata eſt, quæ dixi in §. *Inimicitia*, vel ex capite excommunicationis, infamiæ ex pluribus reſultantis, & huiuſmodi defectuum, latè D. Fului. Maioran. *in Opeprax. crimin. lib.*2. *cap.*6. *per tot.* & ego dixi in §. *Teſtes per tot.*

4 Repulſa teſtium per fiſcum examinatorum competit reo, tamquam ſpecies defenſionis; non tamen daretur repulſa repulſæ, ne procedatur in infinitum, Clar. §. *fin. quæſt.*53. *num.*1. Marant. *part.*6. *act.*13. *num.*16. *&c.* Guaz. *deff.*28. *cap.*7. 8. *&* 9. Sanfelic. *in Praxi ſect.*57. *num.*19. vbi allegat Iul. Cæſar. Vmbrian. *tractat. de repulſa, & repulſa*, & tenet dari repulſam repulſæ ſi petatur in terminis Pragmaticæ Neapolitanæ, ſequitur Maioran. *loc. cit. num.* 41. Donadeus *tract. de renunciat. cap.*25. *per tot.* vbi plura de repulſa, & an renuncians defenſionibus videatur etiam renunciaſſe termino repulſæ, vide in §. *Renunciatio num.*20.

Quòd repulſa teſtium ad defenſam examinatorum non detur fiſco, quamuis poſſit dari accuſatori, vel adhærenti ad fiſcum, Clar. *quæſt.*23. *verſ. ratio autem*, Franch. *deciſ.*100. *& deciſ.*182. *& deciſ.*460. Guaz. *deff.*28. *cap.*7. Conciol. *reſol. crim. verb. Repulſa reſolut.*1. *num.*8. *&* 9. D. Fului. Maioran. *in Opeprax. crimin. lib.*2. *cap.*6. *num.*5. *&* 6. *fol.*165.

Quòd in repulſa repulſæ poſſit poni idem, & de directo contraria, quando quis vult reprobare teſtes reprobatarios partis aduerſæ, & confirmare ſuos, Capyc. *deciſ.*62. Sanfelic. *in Praxi ſect.*58. *num.*14.

6 Repulſa contra ſcripturas, an ſit concedenda poſtquam fuit lapſus terminus ad repulſandum teſtes, videtur quòd ſic, cùm aliud ſit repulſare ſcripturas, aliud repulſare teſtes, niſi inſimul datus eſſet terminus ad vtrumque repulſam faciendam, non tamen conceditur poſt publicationem in cauſa, niſi poſt terminum fuit præſentatæ, Capyc. *deciſ.*68. *per tot.* vide Sanfelic. *in Praxi ſect.*57. *num.*20.

7 Repulſa teſtium non eſt permiſſa in aliquibus caſibus, nempè quando ante publicationem non fuit proteſtatum de repulſa, de quo dixi *ſupra num.*3. nec in cauſis ſummarijs, nec in fiſco, qui loco repulſæ ſolet dare interrogatoria, nec ſi fuerint examinati, vel aliter approbati à volente illos repulſare, Sanfelic. *in Praxi ſect.*57. *num.*12. *& ſeqq.* & benè Conciol. *reſol. crimin. verb. Repulſa reſol.*1. *per tot.* vbi alios caſus adducit, & declarat, dixi *ſupra num.*2. adde Donad. *loc. ſupra cit.*

8 Repulſa conceſſa poſt publicationem proceſſus, an poſſit probari in eius termino negatiua, loco, & tempore coarctata, circa perſonam rei, vel teſtium, vide in §. *Negatiua num.*19.

9 Repulſa teſtium quoad perſonas non admittitur, ſed tantùm quoad dicta quando reus fuit interrogatus an illos habeat pro viris probis, & reſpondit quòd ſic, & idem ſi dixerit non habere cùm illis inimicitiam, nam non poteſt poſtea ex capite inimicitiæ repellere; ſed abſtinendum eſſe ab huiuſmodi interrogationibus, Conciol. *reſolut. crimin. verb. Reus reſolut.*2. *per tot.* vide in §. *Teſtis num.*31.

De repulſa teſtium quando, & in quibus caſibus admittatur, vel non, Ioſeph. Feliu. *in Margarit. variar. concluſ. verb. Repulſa*, vbi probat non admitti in criminibus exceptis, & præcipuè læſæ Maieſtatis Diuinæ, & humanæ, Simoniæ, Sodomiæ, & blaſphemiæ ob huiuſmodi ſcelerum immanitatem, niſi proueniat ex capite inimicitiæ capitalis, vel ex contrarietate ipſorum teſtium. Alia de repulſa teſtium, & ſcripturarum, & an ad eam probandam ſint dandæ litteræ remiſſoriales, Thoro *Comp. deciſ. Neapolit. part.*1. *&* 2. *verb. Repulſa*, vide in §. *Remiſſoria*. 10

De repulſa teſtium plura Borell. *in Summ. deciſ. tit.* 15. *&* 25. *lib.*2. Carol. Peregrin. *in Prax. part.*2. & alij citati à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.*5. *verb. Repulſa fol.*528. 11

§. R E S. XIX.

Res aliena ſine domini conſenſu, & voluntate non poteſt obligari, *l.*1. *&* 2. *C. ſi res alien. dat. l. rem alienam, ff. de pign. act.* Neguſ. *de pignor. part.*8. *membr.*3. *num.*13. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.*322. *vol.*1. vbi quid ſi fuerit pignori data, & debitor, qui dedit poſtea efficiatur illius dominus, vel dominus ipſi debitori hæres exiſtat, an tunc confirmetur hypotheca, idem Chriſtin. *deciſ.* 156. *& ſeqq. vol.*4. *& ad leg. munic. tit.*7. *art.*6. *num.*11. *&c.* Salgad. *Labyrint. credit. part.*2. *cap.*22. *num.*24. *&c. cap.*21. *num.*52. vbi ponit doctrinam notabilis Speculatoris, vt in re aliena mihi obligata, & poſtea alteri à domino, præferatur creditor domini, etiam ſi ipſe dominus deinde meam hypothecam ratificauerit. 1

Poteſt tamen vendi, etiam ſine domini voluntate, quo ad præiudicium ipſius vendentis tantùm, & non domini, *l. rem alienam, ff. de contrah. empt.* Chriſtin. *d. deciſ.*322. *num.*3. *&c.* vbi de ratione diuerſitatis, *& deciſ.*77. *num.*1. *&c. vol.*3. vbi quòd poteſt vendi, quia venditor non tenetur transferre dominium, ſed tantùm tradere aſininam quandam poſſeſſionem, non autem poteſt alienari, quia alienatio importat translationem dominij, vt dixi in §. *Alienatio num.*1.

An autem poſſit donari, vide *text. in l. ædibus in fine ff. de donat.* vbi quòd non, quòd eſt intelligendum quoad plenum effectum validitatis, & translationis dominij, non autem quoad translationem tituli habilis ad præſcribendum, quem transfert huiuſmodi donatio, Pac. Iordan. *Lucub. volum.*3. *lib.*14. *tit.*24. *num.*87. *fol.*482. & idem puto dicendum in venditione, quòd non poſſit donari res aliena, plura Marant. *contr. part.*5. *reſponſ.*1. *num.* 5. *& ſeqq.*

An & quando res aliena poſſit vendi, & alia plura ad rem, latè Caldas Pereyr. *tract. de empt. & vendit. cap.*11. *cum multis ſeqq. & quæſt. for. cap.*29. *per tot.* Hermoſill. *ad leg. Partit. tom.*2. *gloſ.*1. *&c. leg.*19. *tit.*5. *fol.*515. *&c.* vide in §. *Venditio num.*43. & Hermoſil. *l.*54. *gloſſ.*1. *&c. fol.*719. vbi etiam in *leg.*55. *fol.*722. *&c.* de re communi, an & quomodo poſſit ab vno ſocio, vel conſorte vendi.

Quod quamuis res aliena vendi poſſit in foro exteriori, tamen ſecus ſit in foro conſcientiæ, & quare, Valer. *de differ. vtriuſque fori, verb. Venditio differ.*9.

Quòd valeat donatio rei alienæ facta coniunctæ perſonæ, & debeatur æſtimatio, quid ſi donatarius rem ab alio conſequutus fuit, Rot. *part.*10. *recent. deciſ.*281. *per tot.* vide in §. *Legatum num.*72. *&c.*

Semel autem obligata tranſit cum cauſa, & onere ſuo, Rot. *part.*2. *diuerſ. deciſ.*233. *num.*4. Barboſ. *de Axiom. iur. Axiom.*199. *num.*5. *&c.* vbi intelligit de onere reali, & in quemcumque ſucceſſorem etiam ſingularem, & priuilegiatum.

An autem res communis poſſit vendi, vel alienari *tot. tit. de comm. rer. alien.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.*83. *&* 84. *vol.*3.

Res propria nemini ſeruire poteſt, ne in eodem ſubiecto detur actio, & paſſio, Surd. *conſ.*17. *num.*4. *&* 19. Barboſ. *de Axiom. iur. Axiom.*199. *num.*10. vide in §. *Seruitus num.* *& in reſol. cap.*14. *num.*12. Altograd. *conſ.* 52. *num.*10. *lib.*2. Rot. *in Nouiſſ. part.*6. *deciſ.*67. *num.* 2

12. vbi quòd vulgaribus regulis repugnat.

Quòd rei ſuæ quilibet ſit moderator, & arbiter, & quandò ſecus, latè Tuſch. *litt. R. concluſ.* 112.

3 Res inter alios acta, alijs non nocet, neque prodeſt, quæ regula quando procedat, vel non, vide *tot. tit. C. res inter alios acta, C. quibus res iudic. non noc. ff. & C. de re iudic.* plenè Tiraquel. *tract. res inter alios acta*, Marth. Medic. *Exam.* 39. *cum duabus deciſ. ſeqq. & Addit.* vide *in §. Acta num.* 13. *§. Actus num.* 20. *& §. Sententia num.* Tuſch. *littera R. concluſ.* 264. *&* 265. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 107. *&* 111. *per tot. vol.* 4. Ricc. *Collect.* 2923. Maſcard. *de probat. volum.* 3. *concluſ.* 1267. *per tot.* vbi quòd facit præſomptionem, & quandoque etiam ſemiplenam probationem arbitrio iudicis, maximè in antiquis, & vbi teſtes amplius examinari non poſſunt, vel fauore dotis ſecundùm aliquos, & plura remiſſiuè de hac concluſione Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Res inter alios.*

4 Res licitæ, & pro quibus non debetur gabella ſi portentur cum rebus, pro quibus debetur gabella, illa non ſoluta non amittuntur, Bart. *in l. cotem ferro, §. Dominus, ff. de publ.* Pract. Papp. *for. ſolut. pedag. gloſ. Cederint num.* 5. vide *in §. Gabella num.*

5 Res mobiles qualiter vſucapiantur trlennio, *l. in ſeruorum* 2. *C. in quibus caſ. ceſſ. long. temp. præſcript.* vide in §. *Præſcriptio num.* *& §. Mobilia num.*

6 Res prohibita alienari extra familiam, ſi fuerit alienata de conſenſu, non poteſt reuocari ab ipſis conſentientibus, ſed benè à naſcituris ex illis ſi reperiantur tempore aduenientis conditionis, *l. pate, §. Fratre, vbi gloſ. ff. de leg.* 2. Boer. *qu.* 12. *num.* 4. vide *in §. Prohibitio num.*

Quòd res prohibita alienari non veniat in generali obligatione, maximè quando prohibitio fuit facta ſub pœna, Alexand. *conſ.* 20. *lib.* 5. Neguſ. *de pign. part.* 2. *membr.* 2. *num.* 42.

An autem res prohibita poſſit præſcribi, Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 24. *num.* 20. *& ſeqq. ad* 233. *fol.* 490. vbi plura ſummatim de more.

7 Res vendita ſi reperiatur falſificata in numero, vel menſura, qualiter ſuccurratur emptori, Pract. Papp. *cauſ. vendit. gloſ. Perticarum centum num.* 2. *&c.* vide *in §. Venditio num.*

8 Res litigioſa non poteſt alienari, neque donari abſque vitio nullitatis, & ſi fuerit alienata poteſt fieri executio contra acquirentem ſine alio proceſſu, maximè ſi acquirens fuerit doli particeps, Capyc. *deciſ.* 128. *per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 18. *num.* 66. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 502. *num.* 18. *&c. cap.* 781. *num.* 17. *&c.* Caiuin. *tract. de aquit. lib.* 3. *cap.* 289. *per tot.* Caualer. *deciſ.* 131. *per tot.* Duran. *deciſ.* 281. *num.* 2. Peregrin. *de iur. fiſc. lib.* 4. *tit.* 6. *per tot.* Vrſil. ad Afflict. *deciſ.* 331. *num.* 1. *&c.* vbi etiam de pœna contrahendum hoc caſu, vide Paul. Chriſtin. *deciſ.* 175. *vol.* 4. *& deciſ.* 96. *vol.* 6. latè Paul. Rub. *in Annot. ad deciſ.* 46. *part.* 0. *recent. num.* 129. *& ſeqq.* Bich. *deciſ.* 153. Rot. *dict. part.* 9. *recent. deciſ.* 190. *num.* 1. *& ſeqq. & deciſ.* 194. *per tot. & part.* 10. *deciſ.* 157. *per tot. & deciſ.* 268. *per tot.* vbi plura, & ex quibus arguatur dolus, atque colluſio, *& deciſ.* 339. *per tot. d. part.* 10. coram Bichio inter eius impreſſas *deciſ.* 394. Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 296. *& part.* 19. *deciſ.* 229. latè Vrceol. *tract. de tranſact. quæſt.* 75. *per tot.* vbi quòd ſecuta alienatione ex cauſa tranſactionis non contrahitur vitium litigioſi, & quare. De alienatione rei litigioſæ, & quando res dicatur litigioſa, Caren. *reſol.* 250. *quæ eſt vltima*, Carol. Rota *in Floril. concl.* 3. *per tot.*

Quòd non poſſit agi via executiua contra tertium ob rem litigioſam in eum alienatam, niſi fuerit ſciens litis de tempore acquiſitionis, & alienans non habeat alia bona præter alienata, aliàs tertius non poteſt conueniri via executiua, ſed reuocatoria, vel alia via ordinaria, Burat. *deciſ.* 231. *num.* 1. Duran. *deciſ.* 364. *num.* 21. *& ſeqq.* Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 245. *num.* 7. *& part.* 12. *dec.* 381. vide *in §. Sententia num.* 44. Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 296. *num.* 9. *&* 10. vbi quòd imò vitium litigioſi, æquè afficit ſcientem, & ignorantem, ac ideò emptor non poteſt prætextu ignorantiæ excuſari cum hæc non tollant nullitatem alienationis ſtatutam, *l. fin. C. de litigioſis*, vide Rot. *part.* 19. *recent. deciſ.* 229. *per tot.*

Quid ſi fuerit alienata in Eccleſiam, vel Clericum, an tunc poſſit fieri executio ſententiæ per iudicem laicum, dic quòd non, ſed executio eſt remittenda ad iudicem Eccleſiaſticum competentem, Franch. *deciſ.* 1545. *per tot.* latè Sperel. *deciſ.* 7. *num.* 12. *& ſeqq. per tot.* vbi quòd licèt non ſit opus nouo proceſſu contra acquirentem, tamen eſt neceſſaria illius citatio ad dicendum cauſam quare ſententia exequi non debeat, vide *in §. Executio num.* 8. ſequitur Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 308. *num.* 12.

Contrarium, latè probat, & ſeruari teſtatur Sanfelic. *dec.* 2. *num.* 5. *& ſeqq.* quia ſtante nullitate, nullum quæſitum eſt ius perſonæ Eccleſiaſticæ, & aliàs poſſent fieri multæ fraudes, vt ibi per eum.

Multa an, & quando res litigioſa ſit prohibita alienari, vel non, latè ex profeſſo cum ampliationibus, & limitationibus, Lancellot. *de attent. part.* 2. *cap.* 4. *illat.* 3. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 14. *num.* 68. *& ſeqq.* vbi ſummatim omnia colligit ſub decem ampliationibus, & quatuordecim limitationibus, Paul. Chriſtin. *dec.* 175. *per tot. vol.* 4. *& deciſ.* 96. *vol.* 6. Paul. Rub. *in Annot. ad deciſ.* 46. *part.* 9. *recent. num.* 129. *& ſeqq. per tot.* Olea de ceſſ. *iur. tit.* 3. *quæſt.* 11. *per tot.* vbi latè an actiones in iudicium deductæ, & iura ſuper quibus lis pendet, cedi poſſint, de inſtantia litis, &c. Faguod. *de inſt. & contract. lib.* 5. *cap.* 24. *per tot.* vbi an res litigioſæ, & actiones ad illas vendi poſſint, vel non.

Quòd venditor rei litigioſæ tamquam dolo deſiens poſſidere, habeatur pro poſſeſſore ad effectum vt teneatur ad fructus non ſolum perceptos vſque ad diem venditionis, ſed etiam ad eos, quos percepit alius ab eo cauſam habens, Addit. ad Buratt. *deciſ.* 642. *num.* 9. *&* 10. *& deciſ.* 177. *num.* 8. *&* 9. Bich. *deciſ.* 170.

Multa de rebus litigioſis prohibitis alienari, & ſub quibus pœnis, Manſ. *Conſult.* 217. *lib.* 3. Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 38. *per tot.* Cancer. *var. part.* 2. *cap.* 12. & dixi *in §. Alienatio.*

Res litigioſa poteſt ſine vitio alienari ex cauſa reſtitutionis, vel conſtitutionis dotis, prout etiam ex cauſa legati, vel fideicommiſſi, tranſactionis, & diuiſioois, ratione publicæ vtilitatis, *l. fin. in fine, C. de legit.* Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 97. *num.* 37. *&c.* vbi addit cauſam donationis propter nuptias, quando fuit res tertio adiudicata, & alia plura, ita vt his caſibus ſine nouo proceſſu, & non citato acquirente, ſententia lata contra alienantem, cùm quo non obſtante ceſſione, lis eſt proſequenda, non poſſit exequi contra huiuſmodi acquirentem, vt benè probat Duran. *deciſ.* 281. *num.* 3. *& ſeqq.* vide *in §. Iudicium num.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 190. *num.* 6. *&c.* vbi quando iſtud non procedat, *& part.* 10. *deciſ.* 268. *num.* 9. *& ſeqq. & deciſ.* 339. *num.* 6. *& ſeqq.* vbi quando ceſſet dictum priuilegium dotis, de quo latè Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 182. *per tot.* vbi benè totam materiam quoad dotem declarat, & apud Bich. *deciſ.* 473. adde Vrceol. *tract. de tranſact. quæſt.* 75. *per tot.* 9

Item poteſt iuſſu, & licentia iudicis alienari, ſubſiſtente cauſa, vt quia res erat tempore peritura, vel ſimilis, Cæpol. *caut.* 191. Merlin. *deciſ.* 799. *num.* 5. vbi quòd vitium litigioſi poteſt tolli à iudice, & illi derogari.

Item non attenditur vitium litigioſi quando alienatio eſt de omnibus bonis, quaſi res litigioſa poſſit alienari cum vniuerſitate bonorum, Menoch. *dict. præſump.* 97. *num.* 40. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 781. *num.* 22. *etc.* Cæpol. *caut.* 191. *in fine*, Merlin. *deciſ.* 799. *num.* 1. *etc.* latè Rota *in Bononien. tranſactionis* 14. *Nouembris* 1636. coram Veroſpio *in Nouiſſ. part.* 7. *deciſ.* 172. *num.* 21. *etc.* vbi etiam quando donatio ad hunc effectum dicatur vniuerſalis, Paul. Rub. *in Annotat. ad deciſ.* 46. *part.* 9. *recent. num.* 198. *et ſeqq.* Vrceol. *dict. quæſt.* 75. *num.* 9.

Nec quando fuit facta in creditorem anteriorem, vel ex cauſa neceſſaria, Giurb. *deciſ.* 62. *num.* 18. *etc.* Buratt. *dec.* 233. *num.* 10. Merlin. *deciſ.* 847. *num.* 8. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 308. *num.* 3. *&c.*

Res litigioſa efficitur non ſolùm per citationem, ſed etiam timore litis mouendæ, Vrſil. ad Afflict. *deciſ.* 294. *num.* 3. 10

Intellige quando fuit intentata actio realis, Menoch. *d. præſumpt.* 97. *num.* 7. *&c.* Duran. *deciſ.* 281. *num.* 1. & benè declarat Sperel. *deciſ.* 7. *num.* 5. *et ſeqq. per tot.* vbi qòod idem eſt in actione perſonali quando deducitur in iudicium ad dominium rei obtinendum, Duran. *deciſ.* 364. *num.* 8. vbi quòd res efficitur tantùm litigioſa ad effectum,

vt

vt non poſſit alienari, & alienata poſſit ab acquirente executiuè, ac ſine alio proceſſu auocari, quando agitur de dominio rei, & actione reali, vide in §. *Alienatio num.8.&c.* Rot. *part.9. recent. deciſ.190. & 194. per tot. & part.10. deciſ.157. per tot. part.11. deciſ.245. num.6. &c. part.13. deciſ.412. num.3. &c.* vbi quòd vitium litigioſi non contrahitur in actione perſonali, ſed in rei vindicatione, vel quando lis pendet ſuper poſſeſſione rei in alium alienatæ, & *deciſ.487. num.2. dict. part.13.* Vrceol. *de tranſact. quæſt.75. per tot.*

Quando res, vel actio dicatur effici litigioſa, Pract. Papp. *libell. act. real. gloſſ. veris, & legitimis num.59. cum Addit.* Bart. *in l.1. §. fin. de litig.* Menoch. *lib.2. præſumpt.97. per tot.* Sperel. *deciſ.7. num.12. &c.* Rot. *in Bononien. tranſact.14. Nouembris* 1636. coram Veroſpio *per tot. in Nouiſſ. part.7. deciſ.172.* Paul. Chriſtin. *deciſ.175. volum.4.* Rot. *part.10. recent. deciſ.* 157. latè Sanfelic. *in Praxi ſect.13. num.5. & ſeqq. per tot.* vbi an ſit neceſſe, vt efficiatur res litigioſa, eam peti actione reali, vel ſufficiat ſi petatur dominium actione perſonali, quòd benè declarat.

De beneficio an, & quando efficiatur litigioſum, vel non, & quæ requirantur, latè Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ.305.* alios vide *in §. Beneficium num....*

11 Res non efficitur litigioſa per iudicium contra eum intentatum in actione hypothecaria, vnde poſt conſtitutam etiam ſpecialem hypothecam conuentionalem, poſtque intentatam actionem hypothecariam, valet alienatio in tertium facta, ſi ex alio non ſit prohibita, Duran. *deciſ.364. num.9. & 10.* vbi etiam *num.11.* quòd creditori non ſit præiudicium, cùm tranſeat in acquirentem cum onere ſuo, Menoch. *lib.2. præſumpt.97. num.13.* vbi tamen quod poſſeſſio ſit litigioſa, licèt non ipſa res, & *num.20.*

Quòd per litem ſuper poſſeſſorio motam non efficiatur res litigioſa quoad petitorium, Sperel. *deciſ.178. num.70.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum.3. lib.14. tit.14. num.16. & 17. fol.215.* vbi tamen quòd poſſeſſio ipſa, ſuper qualis pendet, efficitur litigioſa, Rot. *part.10. recent. deciſ.339. num.2. &c.*

Item res non efficitur litigioſa per ſolam ſupplicationem Principi porrectam, nec per compromiſſum in arbitratores factum, nec coram iudice incompetente, nec coram ſequeſtrario; contrahitur tamen vitium litigioſi; petita in integrum reſtitutione, Menoch. *lib.2. præſumpt.97. per tot.* vbi plenè quando contrahatur vitium litigioſi, vel non, quid operetur, & quibus modis finiatur.

Item per ſequeſtrum non efficitur res litigioſa, Natt. *conſ.2.* Gratian. *diſcept. for. cap.906. num.23.*

Item non inducitur vitium litigioſi ſtante calumnia, Put. *deciſ.245. num.3. lib.2.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.535. num.9. &c.* Menoch. *d. præſumpt.97. num.48.* Quia lis iniuſta, & calumnioſa habeatur pro non lite, idem Gratian. *cap.780. num.7. &c.* Rot. *part.11. recent. deciſ.141. num.13.*

Item non attenditur in actione perſonali, nec quando citatio, vel ſententia fuit nulla, idem Gratian. *cap.531. num.60. &c. cap.535. num.13. &c.* Marcian. *diſput. forenſ. cap.42. per tot.* Rot. *in Bononien. tranſactionis 14. Nouembris* 1636. coram Veroſpio *in Nouiſſ. part.7. deciſ.172. n.5. &c.* vbi ampliat licèt agatur de bonis, Menoch. *d. præſumpt.97. num.14. &c.* vbi quid de ipſa actione, vide *ſupra n.10.* Merlin. *deciſ.799. num.3. &c.* vbi quòd vitium litigioſi non committitur in actione perſonali, etiam in conſequentiam veniat aſſecuratio bonorum, Rot. *part.9. recent. deciſ.190. num.3. &c. deciſ.194. & part.10. deciſ.157. & part.17. deciſ.198. num.1. & 2.* vbi quòd nec actio ipſa efficitur litigioſa.

Quòd etiam in actione perſonali, ſi contendatur de ipſa re, illa efficiatur litigioſa, & ideò vbi actum fuit ratione certæ rei, poſſit executio fieri contra acquirentem, lite pendente, poſtquam fuit proceſſus completus contra alienantem, Anton. Fab. *in C. tit. de execut. rei iud. def.1.* cum alijs, quos refert, & ſequitur Rot. *part.10. recent. deciſ.339. num.4. &c.* adde Vrceol. *de tranſact. quæſt.75. num.5. & ſeqq.* vbi *num.8.* quod etiam in actione, probata fraude verè commiſſa ad impediendam executionem poteſt agi recta via ſecundùm Rot. *part.8. recent. deciſ.193. num.20. & ſeqq.* Merlin. *de pign. lib.1. quæſt.18. num.13.* vide in §. *Alienatio num.8.* Rot. *part.18. recent. deciſ.296. per tot.* vbi quòd etiam in actione perſonali datur vitium litigioſi quando agitur de re aliqua, & tranſit in ſingularem ſucceſſorem, contra quem poteſt fieri executio, ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit litem, & *part.19. deciſ.229. per tot.*

Item non inducitur vitium litigioſi ex parte actoris, ſed tantùm ex parte rei conuenti, vt videtur firmare Rot. *in d. Bononien. tranſactionis num.16. &c.*

Quòd imò procedat non minus in actore, quàm in reo, ſaltem quoad nullitatem actus, Olea *de ceſſ. iur. tit.3. quæſt.11. num.17. & ſeqq.* Rot. *part.17. recent. deciſ.3. num.3.*

12 Res deſinit eſſe litigioſa, tranſactione ſequuta, vel renunciatione litis finita, atque perempta inſtantia, & lata ſententia abſolutoria pro reo, Menoch. *lib.2. præſumpt.97. num.61. &c.* Vrſil. ad Afflict. *deciſ.366. num.8. &c.* Olea *loc. cit. num.22. & 23.* Rot. *d. part.17. deciſ.3. num.4.* vbi quod lite finita per rem iudicatam res deſinit eſſe litigioſa, & cedi, vel alienari poteſt.

An lis extinguatur per mortem actoris de iure canonico, quid ſi reus velit ſententiam abſolutoriam, & alia latè Rot. *part.9. recent. deciſ.429. per tot.*

13 Rei vendicatio eſt multiplex, non datur niſi ratione dominij, quibus competat vel non, quando dicatur intentata, & quid debeat concludere, contra quos detur, quæ ſint probanda ex parte actoris, an poſſit cumulari cum publiciana actione, & qualiter complectatur fructus, latè Tuſch. *lit. R. concluſ.* 113. *& ſeqq. ad* 120. plenè Omnor. *in §. Omnium*, vbi etiam alij paſſim *Inſtit. de act. num.59. & ſeqq. fol. mihi* 360. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.174. vol.2.*

14 Res ſemel alienabilis effecta, perpetuò durat alienabilis, & quando ſecus, Tuſch. *lit. R. concluſ.246. per tot.* Ricc. *Collect.2342.*

15 Res iudicata habet diuerſos effectus, operatur multa, & quæ habetur regulariter pro veritate, quare, & quando ſecus; quando non pariat exceptionem rei iudicatæ contra volentem de nouo agere; quando poſſit reſcindi ex nouiter deductis vel non, & quando ei videatur renunciatum, latè Tuſch. *lit. R. concluſ.266. & ſeqq. ad 271.* vide in §. *Sententia*, Paul. Chriſtin. *deciſ.100. cum pluribus ſeqq. volum.4.* Ricc. *Collect.* 2539. 2819.

16 Res quando dicatur integra vel non, tam in iudicialibus, quam in extraiudicialibus ad plurimos iuris effectus, plenè Coſta *in tractat. de re integra per tot.* vbi centum, & nouem diſtinctiones ad varios caſus in foro occurrentes conſiderat, & declarat.

17 De rebus diuerſis, ac de re empta, re iudicata, inter alios acta, & huiuſmodi notat Berthacin. *Repertor. verb. Res*, Ioſeph. Feliu. *in Margarit. var. concluſ. verb. Res*, vbi de re inter alios acta, quando alijs præiudicet vel non, ac de re furata penès aliquem reperta quale faciat indicium, de quo ego dixi *in §. Emptor*.

18 Alia de rebus feudalibus, & huiuſmodi, Thoro *Compend. deciſ. Neapol. part.1. & 2. verb. Res*, vbi etiam latè de re empta ex pecunia alterius, an efficiatur domini pecuniæ, ita vt iſte in ea præferatur alijs creditoribus emptoris, de quo dixi ego *in §. Emptor num.36. & ſeqq.* Et ſi quis plura deſiderat de rerum ſignificatione adeat Rebuff. *tract. de rer. & verb. ſignificatione*, alioſque plurimos cum indicatione dubiorum, & concluſionum in vnaquaque re citatos à Caſtejon. *Alphab. iurid. verb. Res inter alios acta*, & à Com. Auguſt. Fontana *Biblioth. leg. part.5. eod. verb. fol.529.*

§. R E S C R I P T V M. XX.

1 RESCRIPTUM eſt duplex, nempè gratiæ, vel iuſtitiæ; gratiæ faciliùs irritatur ipſo iure propter vitium obreptionis, vel ſubreptionis, cùm etiam difficiliùs ſoleat concedi; iuſtitiæ verò cùm faciliùs, & veriùs præſumatur conceſſum non ipſo iure, ſed ope exceptionis irritatur ob vitium ſubreptionis, vel obreptionis, quia reſcriptum gratiæ eſt odioſum, & maioris præiudicij, quàm illud iuſtitiæ, vt benè diſtinguit Menoch. *de arbitr. caſ.201. num.1. & ſeqq.* vbi etiam qualiter differat ſubreptio, & obreptio, & ex communi docet, ſubreptionem eſſe quando per veri taciturnitatem, vel confuſam, & perplexam narrationem obtinetur; obreptionem verò, quæ

per falſi narrationem committitur, licèt ipſe ſentiat inter hæc duo nomina nullam extare eſſentialem differentiam, idem tenet Maſcard. *de probat. vol.3. concl.1223. num.1. & ſeqq.* vbi quia de nomine non eſt laborandum cùm intelligitur quid ſignificatur, Caualer. *deciſ.92. num.2.* Addit. ad Buratt. *deciſ.74. num.6.* Bich. *deciſ.302. num.3. & 4.* vbi quòd reſcripta gratioſa per ſubreptionem vitiantur ipſo iure, ſecus autem reſcripta iuſtitiæ.

De reſcriptis gratiæ, & iuſtitiæ qualiter inter ſe differant, & quomodo annullentur propter vitium ſubreptionis, Rebuff. *in prax. benef. part.1. tit. de differ. inter reſcript. grat. & iuſt. per tot.* vbi 23. differentias conſiderat, adde Tuſc. *littera R. concl.209.*

Plura de reſcriptis, & illorum interpretatione Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 70. cum pluribus ſeqq. vol.2.* Maſcard. *de probat. vol.3. conſil. 1268. & 1269.* vbi an, & quibus caſibus pro reſcripto Principis præſumatur, & remiſſiuè Ægid. de Caſtelon. *in Alphab. iurid. verb. Reſcripta.*

Item qualiter reſcriptum differat à priuilegio, latè explicat idem Rebuff. *d. part.1. tit. de differ. inter reſcript. & priuileg. per tot.*

Ad hoc vt reſcripta approbentur à iudice quatuor ſunt neceſſaria, primò veritatem contineant, cùm ſubintelligatur clauſula, *ſi preces veritate nitantur*; ſecundò ſit annotatus dies impetrationis; tertiò ſint ſcripta, & notata ſolito ſigno; quartò exhibeantur in ſuis originalibus, & non in copia, quibus omnibus concurrentibus ad inſtar ſacrilegij reputatur illa non admittere, vt colligitur *ex tot. tit. C. de diuerſ. reſcript.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.76. & ſeqq. vol. 2.* vbi plura de reſcriptis.

2 Reſcriptum impetratum per ſubreptionem circa cauſam finalem eſt omninò nullum, ſi verò ſubreptio verſetur ſolùm circa cauſam impulſiuam eſt pariter nullum iuxta magis receptam opinionem; licèt alij, & benè iudicis arbitrio remittant, Menoch. *dict. caſ.201. num.22.* vide in §. *Gratia num. 6.* Rota *part. 13. recent. deciſ.216. per tot. & part.14. deciſ.73. per tot.* Martha *vot. 227.* vbi non obſtantibus quibuſcumque clauſulis.

3 Reſcriptum gratiæ dicitur ſubreptitium quando Principi non fuerunt expreſſa illa, propter quæ vel Princeps non conceſſiſſet, vel ſaltem difficilius conceſſiſſet; quæ autem ſint qualitates illæ exprimendæ in precibus, ne reſcriptum gratiæ poſſit dici ſubreptitium, & nullum, latè Menoch. *de arbitr. dict. caſ. 201. num.24. & ſeqq. ad 160.* vbi loquitur præcipuè in beneficialibus, & dicit aliquas harum qualitates exprimendas reperiri in iure deffinitiuas, quas longa ſerie proſequitur, & declarat, alias ex ſtylo, & conſuetudine, aliàs verò tandem non expreſſas remitti iudicis arbitrio, an reddant reſcriptum ſubreptitium, vel non, vide §. *Gratia num.6.* Gratian. *diſceptat. cap 535. num.26. &c.* Farinac. *quæſt.6. num.46. & ſeqq.* Merlin. *deciſ.243.* Rot. *part.9. recent. deciſ.238. & part.14. deciſ.310. & 419.* Bich. *deciſ. 302. num.5. & ſeqq. per tot.*

De ſubreptione, quid ſit, quotuplex, ex quibus inducatur, vel non, & alia plenè Tuſch. *littera S. concluſ. 720. & ſeqq. ad 752.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 76. & ſeqq. vol.2.*

4 Reſcriptum poteſt hoc modo dici ſubreptitium ab eo contra quem fuit impetratum, nempè narrando in primis qualitatem ex iuris communis, vel municipalis conſtitutione, vel ex ſtylo, ſiue conſuetudine exprimendum, quæ non fuerit expreſſa, docendo de huiuſmodi ſtylo, & conſuetudine, vel obijciendo qualitatem tacitam, ex qua veriſimiliter Princeps non conceſſiſſet, vt benè docet ad praxim Menoch. *de arbitr. dict. caſ.201. num. 31. &c.*

An verò impetrans reſcriptum teneatur omnia narrata probare, vel excipere de obreptione, vel ſubreptione, teneatur ipſe allegatam obreptionem, ſiue ſubreptionem probare, & quomodo, latè Maſcard. *de probat. vol.3. concluſ. 1123. per tot.*

5 Reſcriptum iuſtitiæ, vel ad lites dicitur ſubreptitium, & nullum, cùm in precibus non fuerunt narratæ qualitates, quæ potuiſſet remouere Principem à concedendo; iſtæ autem qualitates narrandæ, ſunt aliquæ in iure expreſſæ, aliæ remittuntur arbitrio iudicis; expreſſæ in iure ſunt præcipuè, vt fiat mentio de lite cœpta, in quibus terminis reperiatur proceſſus, coram quo agitetur, de conditione perſonæ aduerſarij priuilegiati, de appellatione interpoſita, ſi ſententia tranſiuit in iudicatum, ſi fuerit cauſa per laudum vel tranſactionem terminata, ſi aliud reſcriptum fuerit obtentum in illa cauſa, & ſimiles, quas latè explicat Menoch. *de arbitr. caſ.202. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.76. & ſeqq. vol.2.* Rot. *part.10. recent. deciſ.14. num. 15. & ſeqq. per tot.* vbi plura quando ſit facienda mentio litis pendentis, dixi in §. *Reſignatio num.4.*

Quòd reſcriptum ſit nullum, non facta mentione de ſententia, quæ tranſiuit in iudicatum, niſi eſſet nulla, Capyc. *dec.69. num.25. &c.*

Non tamen vitiatur reſcriptum, licèt fuerit tacitum in narratiua aliquid, quod fuiſſet exprimendum, quando illud eſt notorium in Curia Papæ, vel alterius Principis, cui ſupplicatur, cùm illa, quæ in Curia ſunt notoria, non ſint exprimenda, Felin. *in c. ſuper litteris col.1. regul.3. de reſcript.* Capyc. *dict. deciſ.69. num.16. &c.* Rot. *part.13. recent. deciſ.227. num.9.*

Quòd vbi non fuit oppoſitum de ſubreptione, poſſit recte in cauſa procedi ſine vitio nullitatis, maximè in cauſis, quæ agitantur in Curia, in quibus non ſolet attendi exceptio ſubreptionis ob facilem recurſum ad ſignaturam, Rot. *part.9. recent. deciſ.382. num.4. & ſeqq. & deciſ.414. in eadem cauſa dict. part.9. & part.10. deciſ.255. num.4.* vbi quòd in Curia non attenditur ſubreptio propter facilem aditum ad Principem.

Quando reſcriptum dicatur ſubreptitium propter narratiuam non veram, & non continentem explicitè omnes qualitates exprimendas, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 765. num.47. &c.* Farinac. *quæſt.6. num.45. &c.* Rot. *in Nouiſſ. part.6. deciſ.322. num.7.* Carbon. *de legibus diſp. 10. in fine*, Tuſch. *littera R. concluſ.217. & plenius litter. S. concluſ.720. & ſeqq. ad 752.* Merlin. *deciſ.253.* Rot. *part. 13. recent. deciſ.126. & deciſ. 185. num.3. & ſeqq.* vbi quòd ſufficit ſimplex narratiua, continens virtualiter, & implicitè præiudicium alterius ad euitandam ſubreptionem, & conceſſio maioris, faciliùs præſumenda conceſſio minoris.

Quòd in quolibet reſcripto ſubintelligatur clauſula, *dummodo preces veritate nitantur, vel attentis narratis*, quamuis non fuerit expreſſa, Barboſ. *de Clauſul. clauſ.166. num.2. &c.* Card. Tuſch. *litt. R. concluſ.217. num.24. &c.* Ferentil. ad Boratt. *deciſ.74. num.6.* Leoncil. *deciſ. Ferr.71. num.12.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 76. num.1. &c. vol.2.* Rot. *part.12. recent. in Appendic. deciſ.414. num.1. & ſeqq.* vbi quòd iudex etſi merus executor de veritate precum inquirere tenetur.

Non tamen annullatur per falſam expreſſionem eius, quòd veriſimiliter non potuit mouere Principem, Duran. *deciſ.434. num.5.* vide in §. *Gratia num.6.*

Quæ falſitas vitiet reſcriptum, vel non, Dian. *par.4. tr. 4. reſol.53.* vide in §. *Diſpenſatio num.*

Reſcriptum quando dicatur contra ius elicitum, & quòd 6
tunc non valeat, niſi contineat clauſulam, *non obſtante, vel motu proprio*, Pract. Papp. *for. oppon. contr. inſtr. gloſſ. contra ius cum Addit.* cùm in dubio nunquam intelligatur præiudicare tertio, & ſit intelligendum prout de iure, vt dixi in §. *Princeps num.2.* Menoc. *de præſumpt. lib.2. præſumpt.9. & 10.* Peregr. *deciſ.98. num.6. &c.* Gratian. *diſcept. for. cap.868. num.18.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.74. per tot. vol.2.*

Quando, & in quibus caſibus ſupplicare liceat, vel non, vide *tot. tit. C. de prec. Imper. offer. &c.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.70. & 71. vol.2. & deciſ.73. cum pluribus ſeqq. d. vol.2.* Et de iure municipali Florentiæ dixi in *Praxi*, §. *Supplicare.*

Et quando poſſit retardari executio reſcripti Principis, Card. Tuſch. *litt. R. concl.219 & 221. per tot.*

Reſcriptum dicitur ſtricti iuris, & nihil plus continet, 7
quàm quòd in eo expreſſum legitur, refertur ad preces, adeò vt vltra illas extendatur, ſed reſtringatur ad narrata, & petita, imò nec ad ea extendatur, niſi probentur veritati niti, & reddatur nullum ex falſa cauſa, Altogr. *conſil.71. num.35. & ſeqq. ad 48. lib.2.* Carbon. *de legibus lib.9. diſp.10.* Ricc. *pract. var. reſol. cap.92. per tot.* Tuſch. *litt. R. concluſ. 211.* vbi quam interpretationem recipiat, & à quo debeat interpretari, benè Rot. *par.14. recent. dec.271.* in terminis banniti ad gratiam, & honores reſtituti.

Si tamen in ſupplicatione fuerint plura petita, & in reſcri-

ſcripto fuerint cautè, & nominatim aliqua tantùm conceſſa, cenſentur alia denegata, §. quoties, & gloſſ. in §. præterea Inſtitut. de inutil. ſtip. l. maritus in fine, C. de procur. Mantic. de tacit. lib. 14. tit. 10. num. 16. Bich. deciſ. 352. num. 12.

Quòd recipiat declarationem à precibus, & non poſſit extendi de maiori ad minus, Surd. deciſ. 268. num. 15. 22. & per tot. Iaſ. in l. iuſtitia num. 11. ff. de iuſtit. & iur. Tuſch. littera R. concluſ. 211. num. 35. &c. Get. Spin. conſ. 1. num. 8. & 28. dixi in §. Princeps num. 23. & in Pract. §. Reſcripti num. 18. & num. 9. Rota part. 14. recent. deciſ. 271. vbi quòd in acceptatione gratiæ non poteſt ampliari in his, quæ ſpectant ad ſolùm Principem concedere.

8 Reſcriptum an, & quando præſumatur conceſſum ad partis poſtulationem, vel motu proprio, Menoch. lib. 2. præſumpt. 13. per tot.

Qualiter autem puniatur impetrans reſcriptum per narratiuam falſam, latè idem Menoch. de arbitr. caſ. 314. per tot. Farinac. quæſt. 150. per tot. part. 6.

9 Reſcriptum impetratum ab vno prodeſt etiam alijs conſortibus litis ratione communionis cauſæ, Crauett. conſil. 45. num. 2. Gratian. diſcept. for. cap. 115. num. 2. &c.

Quando fuit præſentatum in iudicio, efficitur commune, ita vt inuito impetrante, poſſit etiam aduerſarius illo vti, Magon. deciſ. Florent. 90. num. 9. Ricc. Collect. 963.

Quòd debeat parti intimari, Bardellon. conſil. 182. per tot. lib. 2. Mareſcott. variar. reſolut. cap. 20. num. 10. &c. lib. 1.

An autem illius virtus duret vltra annum, Vant. de nullit. ex defect. iuriſd. deleg. num. 101. &c. Card. Tuſch. littera R. concluſ. 208. per tot. vbi meminit de lege Florentina, quòd gratiæ debeant acceptari infra menſem, Menoch. de arbitr. caſ. 202. num. 76. & caſ. 204. num. 2. &c. vide in §. Gratia num. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 78. & 79. vol. 2.

10 Reſcriptum vnum, vel inſtrumentum, quando alteri præferatur, vel ratione datæ, vel ob prærogatiuam concedentis, vel ob prius adeptam poſſeſſionem, vel ob horam in vno illorum adſcriptam, latè, & magiſtraliter declarat Menoch. de arbitr. caſ. 48. per tot. Rebuff. in prax. benefic. part. 1. tit. de reſcript. ad benefic. vacant. num. 27. &c. Franch. deciſ. 649. Gabriel. comm. concluſ. tit. de Clauſ. lib. 6. concluſ. 2. num. 27. &c. Gratian. conſ. 138. lib. 2. Tuſch. littera R. concluſ. 223. Dian. part. 8. tract. 7. reſolut. 4. per tot. vbi quòd non ſit præferendum ex pluribus reſcriptis à Pontifice impetratis, Rot. part. 13. recent. deciſ. 223. num. 13. & ſeqq.

Quòd attendatur tempus datæ, & non tempus expeditionis gratiæ, quando dignitas non habet adminiſtrationem annexam, Franch. deciſ. 62. per tot. & dec. 326. Arias de Meſa var. reſolut. lib. 3. cap. 41. per tot. vide in §. Gratia num. 10. & §. Doctor num. 10. Merlin. deciſ. 281. Rot. part. 12. recent. deciſ. 121. num. 29. & ſeqq. vbi quòd gratia, ſiue diſpenſatio in forma gratioſa eſt perfecta à die ſignatæ ſupplicationis, & expeditio fit ad fori externi probationem, vt latè ibidem declarat, & probat eadem Rot. part. 13. deciſ. 223. num. 13. &c.

11 Reſcriptum debet probari per ſcripturam, & ſic ſcriptura eſt neceſſaria in ſignatura gratiæ, Rebuff. prax. benefic. part. 1. tit. de ſignat. gratia num. 4. &c. vide in §. Princeps num. 22. §. Gratia num. 8. §. Amiſſio num. 10. latè Sanſelic. deciſ. 403. cum Addit.

Qualiter reſcripta omnia in Regno Neapolitano debeant regiſtrari infra annum, aliàs ſunt nullius roboris, & an ſuper hoc poſſit Prorex diſpenſare, Sanſelic. deciſ. 359. cum Addit. vide in §. Gratia num. 7. in fine, & num. 15.

12 Reſcripta delegatoria ſunt ſtrictè intelligenda, Magon. deciſ. Florent. 87. num. 4. &c. Menoch. lib. 2. præſumpt. 15. vide in §. Index num.

13 Multa de reſcriptis, eorum vi, & effectibus, quomodo impetrentur, præſententur, intelligantur, vel interpretentur, quomodo impugnentur ex pluribus cauſis ad eorum nullitatem inducendam, & alia notat Bertachin. in Repertor. verb. Reſcriptum, Ioſeph. Feliu. in Margar. var. contl. eod. verb. aliqua, Thoro Comp. deciſ. Neapol. verb. Reſcriptum, plenè Cancer. var. lib. 3. cap. 3. per tot. Capucc. in Prax. tom. 1. part. 3. cap. 3. art. 4. Caſtill. Contr. de Tertijs Decim. cap. 41. per tot. alijque multi citati à Caſtejon. Alphab. iurid. verb. Reſcripta, & à Com. Auguſt. Fontan. Biblioth. leg. part. 5. eodem verb. fol. 532. vbi ex Bimio conſ. 253. num. 24. & 86. vol. 3. notat reſcriptum, ſeu beneficium Principis in dubio præſumi reale, & non perſonale, ac ideò etiam perſonæ conceſſum tranſire ad hæredes, de quo vide quæ ego ſcripſi in §. Priuilegium num. 12. & num. 28. & DD. ibi citatos.

§. RESERVATIO. XXI.

1 REſeruatio dominij vltrà ſpecialem hypothecam, per quam reſeruans præfertur cuicumque creditori anteriori, habeat etiam vim pacti, manuum iniectionis, quòd poteſt exerceri contra tertium, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 175. cap. 206. cap. 523. cap. 730. cap. 900. num. 15. &c. cap. 956. num. 4. &c. vbi plura de huiuſmodi reſeruatione, Cabal. conſ. deciſ. 18. num. 19. & 20. lib. 1. vbi quòd præfertur etiam fiſco, Franch. deciſ. 34. Altograd. conſ. 9. num. 100. &c. lib. 1. Vrceol. Conſult. forenſ. cap. 5. per tot. & in Append. in fine 2. vol. fol. 9. vbi plura de effectu huiuſmodi reſeruationis, vide §. Venditio num. 4. Ricc. Collect. 508. 3552. & 3721. Rot. part. 10. recent. deciſ. 177. per tot. vbi qualiter vigore dictæ reſeruationis detur aſſociatio contra tertium, & part. 11. deciſ. 272. num. 1. & ſeqq. Thomat. deciſ. 260. num. 1. & ſeqq. Bich. deciſ. 391. num. 7. & ſeqq. vbi etiam quòd dicta reſeruatio reſultat ex ſola fructuum aſſignatione.

Quòd faciat remanere dominium penes venditorem, etiam habita fide de pretio, & excludat omnes alios creditores, nec inducat neceſſitatem excutiendi priùs dicta bona vendita, iuxta terminos l. 2. C. de pignor. Rota in Cremonen. ſeu Iannen. Pecuniaria primo Iulij 1648. coram Royas penes Tondut. de prænent. deciſ. 4. num. 14. &c. Rota part. 14. recent. deciſ. 409. num. 2. vbi maximè ſtante clauſula, non aliàs, nec alio modo, ad Marth. de clauſ. part. 1. clauſ. 29. num. 9. Altograd. conſ. 6. num. 1. &c. lib. 1. Marth. vot. Piſ. 43. per tot. vbi quòd habens dictam dominij reſeruationem non dicitur creditor, ſed dominus, & ideò non debet graduari cum cæteris creditoribus decocti, ſed omnibus vti dominus in re ſua præferri.

Operatur enim dicta reſeruatio, vt ante ſolutionem pretij venditio tranſeat in locationem, Bich. deciſ. 157. num. 15.

Quòd de ſtylo, & conſuetudine Florentiæ, cùm qua videntur contrahentes ſe velle conformare, fiat huiuſmodi reſeruatio in omnibus alienationibus, Magon. deciſ. Florent. 94. num. 5.

Quòd dicta reſeruatio contineat idem, quòd ius commune, cùm regulariter non transferatur dominium, niſi ſoluto pretio, vel habita fide de illo, Gratian. diſcept. for. cap. 523. num. 1. &c. cap. 730. num. 23. Magon. deciſ. Lucen. 31. num. 9. & deciſ. Flor. 91. num. 6. &c. vbi plura, & vide in §. Venditio num. 4. & num. 14.

Quòd nihil operetur, quando fuit facta à contrahente cum minore, vide per Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 242. per tot. dixi in §. Minor num.

An operetur contra emptorem, vt non ſoluto pretio, poſſit conueniri per rei vindicationem, vide in §. Venditio num. 5. & ſeqq.

Qualiter operetur prælationem etiam in contractu locationis, ita vt ſtante dicta reſeruatione donec fuerit ſolutus affictus, conductor non acquirat dominium fructuum, & ideò ipſi fructus (& tantò minus pretium ex illis redactum) non cadant ſub hypotheca ad fauorem creditorum conductoris, & quare, latè Rot. part. 11. recent. deciſ. 351. per tot.

2 Reſeruatio vſusfructus transfert in donatarium poſſeſſionem rei donatæ, DD. in l. quiſquis, C. de donat. Gratian. diſcept. for. cap. 310. num. 22. Altograd. conſ. 8. num. 15. & 19. lib. 1. Vrceol. Conſult. for. cap. 92. num. 1. & ſeqq. vol. 2. vbi qualiter dicta poſſeſſio ſit manutenibilis, Rot. part. 10. recent. deciſ. 78. num. 7. & ſeqq. vbi reddit rationem, quia in re propria ſeruitus vſusfructus non cadit, Rota d. part. 10. deciſ. 316. vbi intelligit de ciuili, quæ tamen finito vſufructu trahit ad ſe naturalem, & eſt manutenibilis, benè Bich. deciſ. 48.

Limita niſi agatur de donatione facta abſenti, nam tunc ante ratificationem nulla acquiritur poſſeſſio donatario ex huiuſmodi reſeruatione, Theſ. deciſ. 70. num. 6. Se-

raph. *deciſ.*472. *num.*5. vide Rot. *d. deciſ.*316. *part.*10. *recent. num.*23. vbi contra ſtante iuramento, & ſtipulatione notarij, vide in §. *Donatio num.*

Item limitat, vt dicta reſeruatio non tollat præſumptionem ſimulationis, & fraudis, Maſcard. *de probat. concluſ.* 559. *num.*16. dixi *in reſol.*48. *num.*19. *&c.*

Item non operatur ſtante incertitudine donationis, Theſ. *deciſ.*70. *num.*6. dixi *in reſol. cap.*62. *num.*8.

Item non alterat donationem cauſa mortis, nec facit eam inter viuos, & irreuocabilem, *l. Seia, ff. de donat. cauſ. mortis, & l. non omnis, ff. ſi cert. pet.* Pariſ. *conſ.*16. *col.*2. *vol.*2.

3 Reſeruatio iuris melius agendi, non eſt facienda per iudicem, niſi quando fuit malè actum, & benè probatum, ſecus ſi eſt benè actum, & malè probatum, nam tunc reus debet deffinitiuè abſolui, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*348. *num.*10. *& num.*19.

Plura de reſeruatione iurium quid, & quando operetur, vel non, latè Tuſc. *littera R. concluſ.*243. 244. *&* 245. *per tot.* Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*411. *num.*17. vbi quòd reſeruatio nihil iuris de nouo tribuit, ſed ſolùm competens præſeruat, *& deciſ.*418. *num.*5. *&* 6. latè Ludouiſ. *deciſ.*85. Cabal. *conſ. deciſ.*16. *lib.*2. vbi qualiter reſeruatio facta actori melius agendi, intelligatur reſpectu alterius iuris diuerſi ab intentato, & non eiuſdem, ac reſpiciat ius futurum, & ſententia abſolutoria rei cum dicta reſeruatione actori ſit deffinitiua, ac exceptionem rei iudicatæ pariat.

4 Reſeruatio facta in vno caſu, magis confirmat voluntatem reſeruantis in alijs caſibus non reſeruatis, & eſt declaranda, vt non inducatur correctio, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*793. *num.*7. *&c.* Altograd. *conſ.*8. *num.*19. *lib.*1. dixi *in reſolut. cap.*26. *num.*29. vbi tamen quòd caſum reſeruatum modificat, & conſeruat in eo ius reſeruantis, quamvis nihil de nouo tribuat, etiam ſtante conſenſu partis, & reddit actum conditionalem operando, vt quatenus inferatur præiudicium reſeruanti, habeatur pro non facto.

Quòd reſeruatio quoad aliqua induceat conceſſionem quo ad alia non reſeruata, *l. cum in rem, ff. de iud. l. nam quod, §. pæn. ff. de pæn. leg.* Merlin. *deciſ.*586. *num.*4. Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*271. *num.*24.

5 Reſeruatio iurium contra alia bona, vel perſonas obligatas paſſim admittitur in contractibus, nam ſi iura reſeruata ſint efficacia, non eſt æquum vt tollantur, ſi inefficacia nihil de nouo tribuit reſeruatio, quamvis illi præſtetur conſenſus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*722. *num.*34. Magon. *deciſ. Florent.*64. *num.*78. *&c.* Addit. ad eumdem Magon. *deciſ. Lucen.*31. *littera A.* Gratian. *deciſ.*6. *num.* 57. *&c.*

Quòd reſeruatio, ſiue clauſula reſeruatiua, nihil de nouo tribuat, intelligendo quando partes ignorabant ius competere, quia tunc ſtat conditionaliter, & non diſpoſitiuè; ſi verò ſciebant nullum ius competere perſonæ, ad cuius fauorem fit reſeruatio, illa tunc ius tribuit, ad tradita per Bart. *in l. ſi quis* 75. *ff. de leg.* 1. Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*278. *num.*8. *&* 9.

Quòd reſeruatio aliquorum iurium facta per Principem in reſcripto, ſit adeò præſeruatiua, vt reddat actum conditionalem, operando quòd quatenus inferatur præiudicium perindè ſit, ac ſi actus non fuiſſet geſtus, idem Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.*867. *num.*11. *&c. num.*32. *&c.* facit *in cap.*918. *num.* 7. *&c. num.*29. *&c. cap.*935. *num.*20. *&c.*

6 Reſeruatio pro facultate teſtandi ad effectum connaliandi donationem omnium bonorum præſentium, & futurorum, debet aſcendere ſaltem ad vigeſimam partem donatorum, Clar. §. *Donatio quæſt.*19. *verſ. ſecundo principaliter*, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.*479. *num.*66. dixi *in reſolut. cap.*5. *num.*36. vbi etiam quod ſecundum alios, ſufficit reſeruatio tantæ ſummæ, vt donans iuxta perſonarum qualitatem poſſit ſibi veriſimiliter in ea inuenire hæredem, Cagnol. *in l. vlt. num.*205. *&c. C. de pact.* Couar. *variar. reſolut. lib.*3. *cap.*12. *num.*3. *&c.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.*13. *tit.*31. *num.*1. *&c. & tit.*32. *num.*16. *&c.* & qui allegat ſummam reſeruatam eſſe modicam debet probare, Caualer. *deciſ.*98. *num.*8. vide in §. *Donatio num.*48. vbi etiam an ſumma reſeruata, ſi donans de illa non diſpoſuerit accreſcet donatario, vel ſpectet ad hæredes ab inteſtato venientes, de qua Ricc. *Collect.*3554. vbi etiam de fructibus quando fuit reſeruatus vſusfructus, ad Franch. *deciſ.*168.

7 Reſeruatio multiplex in materia beneficiali, quomodo inducatur, quando generalis, vel ſpecialis dicatur, quid operetur, & alia, Tuſch. *litt. R. concl.*224. *& ſeqq. ad* 243. Rot. *par.*13. *rec. deciſ.*266. *per tot.* Lotter. *de re benef. lib.*2. *quæſt.*26. *cum pluribus ſeqq.*

Quomodo probetur beneficij reſeruatio, & alia ad rem, Maſcard. *de probat. vol.*3. *concluſ.*1270. *per tot.* Lotter. *loc. cit.*

8 De varijs reſeruationibus habentur aliqua apud Bertachin. *Repertor. verb. Reſeruatio*, Ioſeph. Felin. *Margarit. var. concluſ. eodem verb.* & alia plura remiſſiuè apud Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Reſeruatio*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.*5. *eodem verb. fol.*535. vbi indicat Auctores tractantes de reſeruationibus beneficiorum, penſionum, dominij, fructuum, vſusfructus, iurium, exceptionum, regreſſus, ac de caſibus reſeruatis, de reſeruatis Imperatoris, & alijs Principibus, & huiuſmodi.

De caſibus reſeruatis, qui poſſint reſeruare, quæ & quorum peccata reſeruari poſſint, & alia ad rem, plenè Mendo *in Elucidat. Bullæ Cruciata diſput.*23. 24. *&* 25. *per tot.*

9 De reſeruatione diſponendi ſibi facta à donatore omnium bonorum, non facta diſpoſitione ad quem ſpectent bona reſeruata, dic ad hæredes venientes ab inteſtato ſecundùm Franch. *deciſ.*600. Mutam *deciſ. Sicil.* 49. *num.*14. & alios relatos à Thoro *Compend. deciſ. Neapolit. part.*1. *verb. Reſeruatio*, ſed vide Giurb. *ad Conſuetud. Meſſan. cap.*5. *gloſ.*4. *num.*5. Amayam *in l.*1. *C. de iur. fiſc. num.*64. & alios per me citatos in §. *Donatio num.*48.

10 De reſeruatione dominij iuxta per me notata *in hoc §. num.*1. adde Tondut. *tract. de prævent. part.*1. *cap.*31. *per tot.* & inſuper vltrà dictos effectus; an operetur etiam prælationem, ſeu retractum inſuper re, in qua venditor ſibi dominium reſeruauit, ita vt ſi emptor velit poſtea eamdem rem alienare, teneatur requirere, & præferre venditorem, à quo ipſe rem habuit cum reſeruatione dominij, plenè hincinde Anton. Gob. *Conſul.*140. *&* 141. *per tot.* vbi per Senatum Mantuanum fuit pro negatiua ex multis rationibus reſolutum, præcipuè autem, vt puto, quia ille venditor requiſitus negatiuè reſpondit, vel emptor titulo permutationis alienauit, & faciunt tradita in §. *Ius congrui.*

§. RESIDVVM. XXII.

1 RESidui appellatione quando totum comprehendatur, vel non, Franch. *deciſ.*45. *per tot.* vide in §. *Solut. num.*20. *& in reſolut. cap.*26. *num.*17. latè Tuſch. *littera R. concluſ.*255. *per tot.* Ricc. *Collect.*2511. 2939. Rot. *part.*12. *recent. deciſ.*125. *num.*17. *& ſeqq. part.*13. *deciſ.*357. *num.*8. *&c.* vbi quando reſiduum confeſſionem ſolutionis non operetur, *& part.*17. *deciſ.*253. *num.*8. *&* 9. Franciſc. de Angel. *tractat. de confeſſ. quæſt.* 3. *num.*16. *&c.*

Quòd mandans ſolui, vel ſoluens aliquam ſummam pro reſiduo, cenſeatur de neceſſitate approbare omnes alias partitas præcedenter ſolutas, Buratt. *deciſ.*344. *num.*18. Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*394. *num.*13.

2 De reſiduo quid ſignificet, & quando recipiens ſolutionem pro reſiduo ſibi præiudicet, vel non, in reliquis vide plenè Giurb. *ad Conſuet. Meſſan. cap.*2. *gloſſ.*3. *per tot.* vbi ponit regulam vt ſibi præiudicet, quam pluribus modis ampliat, & declarat, ſiue limitat.

§. RESIGNATIO. XXIII.

1 REſignatio eſt iuris ſui libera dimiſſio, ſiue ceſſio, & alia eſt tacita, alia expreſſa, tacita, quæ fit ſine verborum expreſſione, vt adipiſcendo ſecundum beneficium de iure incompatibile cum primo, vel ſi non promoueatur infrà annum, vel ſi impugnetur poteſtas collatoris, vel cedendo liti, vel non proſequendo per tres annos, & ſimilibus modis; expreſſa verò eſt, quæ fit à reſignante verbis expreſſis ad hoc accommodatis, & hæc pariter eſt duplex, pura, ſiue ſimplex, & conditionalis, ſiue ob cauſam, ſimplex, quæ ex mera liberalitate pro-

procedit cum aliqua tamen cauſa, puta ægritudinis, inſufficientiæ, malitiæ populi, ſcandali, & ſimilium, quamuis hodie cauſæ cauſarum ſint affectio carnis, & pecunia, (ſed malè;) conditionalis verò, vel ob cauſam ſit ex cauſa permutationis cum alio beneficio, vel alia ratione, & dicitur in fauorem, ac fieri debet in manibus eius, qui conferre poteſt; valet tamen etiam facta coram laico quo ad reſignantem, qui neutro caſu perdit beneficium, donec is, ad cuius fauorem eſt reſignatum approbet reſignationem, quia in Superioris poteſtate eſt illam recipere, vel non, vt benè probat Rebuff. *in prax. benefic. part. 3. tit. de reſignat.* vbi plura, Rot. *part. 19. recent. deciſ.*60. vbi qualiter reſignatio ſit facienda in manibus Superioris habentis facultatem inſtituendi, &c.

Quomodo reſignatio beneficij poſſit per teſtes probari, Maſcard. *de probat. vol.*3. *concluſ.*1272. *per tot.*

Plura de reſignatione beneficiorum in manibus Superioris, & an poſſit fieri per priuandum ante priuationem, Tuſch. *lit. R. concluſ.*166. *& concluſ.*256. *& ſeqq.* Ricc. *Collect. in Repertor. verb. Reſignatio*, Franciſc. de Magiſtr. *in Silu. Eccleſ. part.*1. *lib.*1. *tit.*12. *cap.*5. *& ſeqq. fol.*337. *& ſeqq.*

Quando reſignatio ſit valida, vel non, Rot. *part.*10. *recent. deciſ.*360. *&* 362. *per tot.* Franciſc. de Magiſtr. *loc. cit. cap.*7. *per tot. fol.*362. *&c.*

Quòd reſignatio facta in manibus Papæ operetur, vt reſignatario concedatur immiſſio, conſtito de reſeruatione, de poſſeſſione reſignantis, & de clericatu reſignatarij, Rot. *part.*15. *rec. dec.*22. *per tot.*

2 Reſignatio iuxta Concil. Trident. *ſeſſ.*21. *cap.*2. *de reformat.* antequam admittatur, debet probari reſignantem habere aliundè commodam ſuſtentationem, aliàs ipſi competeret actio ſpolij aduerſus reſignatarium, vel ſucceſſorem, quia non impleta huiuſmodi conditione, nullum ius dicitur tranſlatum, & vt poſſeſſio Canonicatus reſignati ſit manutenibilis debet capitulariter apprehendi, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*991. *per tot.* vbi etiam quod reſignatio beneficij, ad cuius titulum reſignans fuit initiatus eſt nulla, ſi de hoc non fiat mentio, & quòd habeat aliundè viuere, alia in materia reſignationis, tradit idem Gratian. *deciſ.*189. *per tot.* Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.*441. *per tot.* vbi plura de nullitate reſignationis Canonicatus, etiam ex cauſa permutationis ob non factam mentionem, quòd reſignans fuerit ad illius titulum ad ſacros ordines promotus.

Quòd reſignatio cum clauſula, *dummodo reſignans aliundè viuere poſſit*, non verificata dicta conditione de tempore reſignationis coram Executore, ſit nulla cum omnibus ſubſecutis, ita vt ſi reſignans reintegrandus ſit ad beneficium reſignatum, Rot. *part.*16. *recent. deciſ.*31. *& deciſ.*332. *in eadem cauſa, & part.*16. *deciſ.*348. vbi reſignans reintegratur ad beneficium, non obſtante ſua confeſſione, & quòd haberet patrem diuitem, &c.

3 Reſignatio ex cauſa infirmitatis, vt ſit valida requirit ſuprauiuentiam reſignantis ſaltem per viginti dies à die præſtiti conſenſus, & alia, de quibus Rebuff. *in prax. benefic. regul. de infirm. reſign. per tot.* vide in §. *Clericus num.* Ricc. *Collect.* 837. 1006. *&* 1405. Rota *part.* 13. *recent. deciſ.* 35. *num.*4. *&c.* Bich. *deciſ.*128. *num.*1. *& ſeqq.* Franciſc. de Magiſtr. *in Silu. Eccleſ. part.*1. *lib.* 1. *tit.* 12. *cap.*7. *per tot. fol.*362. *& ſeqq.* vbi etiam quid ſi ſit facta à minore, vel per procuratorem reuocatum, ſiue ſi dolus, fraus, vel metus interceſſerit, & alia ad rem.

An Regula Cancellariæ de infirmis reſignantibus locum habeat extra Romanam Curiam in Ordinarijs, & patronis, quando præſumatur fraus, & alia, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.*71. *per tot. vol.*1. Rot. *part.*10. *recent. deciſ.*184. *num.*24. *&c.* vbi quòd procedit etiam extra Curiam, in dignitatibus, & beneficijs iuriſpatronatus, & alia, Bich. *d. deciſ.*128.

An autem dies præſtiti conſenſus computetur in termino dictorum viginti dierum, latè pro affirmatiua reſoluit Rot. *part.*2. *diuerſ. deciſ.*75. *num.*1. *& ſeqq. ad* 15. vbi reprobat opinionem Rebuff. *in d. regul. gloſſ.*10. *num.*9. contrarium ſententia.

Qualiter poſſit, & ſoleat per Sedem Apoſtolicam derogari dictæ regulæ de viginti, Sarnen. *in regula de Infirmis quæſt.*39. Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*480. *in principio.*

An vltimus dies cœptus habeatur pro completo, dic quòd non, Rot. *d. deciſ.*75. *num.*16. *& ſeqq. per tot. d. part.* 2. *diuerſ.*

An reſignans propter infirmitatem, ſi conualeſcat, poſſit reſignationem reuocare, & pœnitere, Rot. *part.*3. *diuerſ. deciſ.*128. *lib.*1. vbi videtur affirmatiuè concludere, quamvis alleget in contrarium Caſſador. *deciſ.*1. *de re iudic.*

Quòd quamvis aliàs leuis infirmitas, non veniat appellationis infirmitatis, tamen ad effectum huius regulæ reſignationis conſideretur etiam leuis infirmitas, cùm tam ex leui, quàm ex graui poſſit ſequi illius effectus, Rota *part.*2. *diuerſ. deciſ.*77. *num.*77. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*18. *num.*18. Barboſ. *de appellat. verb. ſignific. appell.*118. *ſub num.*1.

An autem procedat regula de viginti ſi fiat donatio, vel reſignatio in ſanctitate, & ſtatim, vel paulò poſt ante 20. dies ſequatur mors, negatiuè maximè in foro conſcientiæ concludit Dian. *part.*1. *tract.*10. *reſol.*43.

Et an donatio facta ab Epiſcopo intra dictos 20. dies ante obitum ſit valida, idem Dian. *part.*8. *tract.*6. *reſol.*88. vbi refert diuerſas opiniones.

Quòd imò dicta regula procedat etiam ſi reſignatus fuerit ſanus, & morte naturali moriatur infra 20. dies, attenta declaratione Clementis VII. Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*253. *num.*12.

Reſignatio facta, non ſeruata forma Conſtitutionis B. Pij V. de publicandis reſignationibus, eſt nulla ab ipſo initio, ac ſi non fuiſſet facta, nec ius abdicat à reſignante, etiam ſi fuerit porè, & liberè facta in manibus Ordinarij, Rot. *part.*2. *diuerſ. deciſ.* 149. *per tot. deciſ.*190. *num.*2. hocque procedere etiam in reſignatione beneficij electiui, eadem Rot. *dict. part.*2. *deciſ.*189. Ricc. *Collect.* 468. *&* 4005. vbi plura, Rot. *part.*14. *recent. deciſ.* 186. vbi quòd ſtante nullitate reſignationis, & antequam fuerit per reſignatarium capta poſſeſſio, debet reſignans quomodocumque detinens de facto, & corporaliter manuteneri tam contra tertium, quàm contra ipſum reſignatarium. 4

Poſtquam verò per reſignatarium fuit capta poſſeſſio ei datur manutentio non obſtante nullitate reſignationis, vel exceptione non implementi conditionum, ita vt ſi reſignans ſpolietur à reſignatario non poſſit agere ſpolio, Ludouiſ. *dec.*364. *num.*3. *&* 4.

Reſignatarius tamen (ſi agatur cum tertio) tenetur docere de titulo, vel ſaltem pacifica triennali poſſeſſione reſignantis, à quo ius ſuum metitur, ac etiam de publicatione reſignationis infra terminum ſex menſium à Conſtitutione Gregorij XIII. præfixum, vel alium à Papa præſcriptum, aliàs tertius docens de ſua anteriori poſſeſſione debet manuteneri, ad tradita per Bich. *deciſ.*253. *per tot. & deciſ.*358. *num.*28. vbi de prælatione danda primo publicanti, licèt habenti gratiam poſteriorem in data, quando plures impetrarunt ex cauſa reſignationis, vel ob illius non publicationem.

Stante triennali poſſeſſione præſumitur reſignationis publicatio, Lap. *alleg.*89. niſi appareat de ſpolio, cùm poſſeſſio ſpoliatina ſit improba, & ſine aliquo iuris fomento, Rot. *part.*2. *diuerſ. deciſ.*190. *num.*4. *&c.* vide Pac. Iordan. *Lucubr. vol.*2. *lib.*10. *tit.*35. *num.*21. *&* 22. Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.*39. vbi qualiter reſignatarius, qui triennio pacificè poſſedit, nulla alia probatione grauetur circa requiſita reſignationis.

De dicta publicatione reſignationis qualiter ſit facienda, Rot. *d. par.*2. *diu. dec.*282. *cum alijs quinque ſeqq. de ead. materia, & in eadem cauſa*, Ricc. *Collect.*4005. vide Conſt. Gregor. XIII. *in Bullar. nouo* 85. §. 5. Pariſ. *de reſign. lib.*11. *quæſt.*8. Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*218. *num.*8. *& ſeqq. & part.*10. *deciſ.* 14. *per tot.* vbi quòd debet fieri infra ſex menſes, vel alium terminum à Papa prorogatum, vel conceſſum, an autem huiuſmodi prorogato emanata lite pendente ſuffragetur, non facta mentione de lite, latè ibidem diſcutitur, & affirmatiuè reſoluitur, quando non erat oppoſitum de defectu publicationis, aliàs ſecus, & latè Bich. *dec.*301.

De dicta publicatione neceſſaria, Rota *part.*10. *recent. deciſ.*85. *num.*6. *&c. & deciſ.*140. vbi qualiter non facta publicatione reſoluatur ius reſignatarij, & beneficium dicatur vacare in Curia, nec poſſit ab alio, quam à Papa conferri, *& part.*11. *dec.*322. *per tot.* vbi quòd dicitur om-

omninò ius abdicatum à reſignante, ita vt non poſſit de nouo reſignare, *part.12. deciſ.256. 357. & part.17. dec.270.* vbi qualiter reſignatio obtenta in forma gratioſa tribuat ius plenum reſignatario, etiam ante adeptam poſſeſſionem, ita vt eo defuncto dicatur vacare beneficium per obitum, & non per reſignationem non publicatam, & ideò ius Ordinarij ſaluum remaneat.

Aliam Conſtitutionem B. Pij V. circa reſignationes vide regiſtratam apud Pac. Iordan. *dict. vol.2. lib.10. tit.35. fol.446.* vbi plura de reſignationibus ab Epiſcopo, vel alio Collatore non admittendis, niſi in caſibus à dicta Conſtitutione expreſſis, etiam ad effectum permutationis, & de non conferendis beneficijs reſignatis, perſonis in ea enumeratis, & alia, latiùs Pariſ. *de reſignat. part.1. lib.5. quaſt.6. per tot.* Bich. *deciſ.358.* vbi qualiter beneficium non vacet per obitum reſignantis, ſed ob non publicationem.

De Conſtitutione ſanctæ memoriæ B. Pij V. prohibente reſignationes in fauorem conſanguineorum reſignantium, & qualiter ſit vſu recepta in Germania, Rot. *part.17. rec. deciſ.260. per tot.*

Qualiter per reſignationem ex cauſa permutationis inducatur vacatio beneficij, etiam ſi reſignatio eſſet nulliter facta, vt coram Ordinario de beneficio Papæ affecto, & à permutatione non poſſint partes recedere, Merlin. *deciſ. 412. per tot.*

Reſignatio, ſiue renunciatio, vel permutatio beneficij, an & quando præſumatur facta in fraudem, & præſertim expectantis primum beneficium vacaturum, Menoch. *lib. 6. præſumpt.78. per tot.*

Ex quibus coniecturis reſignatio ſimoniaca, & confidentialis detegatur, Menoch. *de arbitr. caſ.566.* vide *in §. Simonia num.10.* Rot. *part.12. recent. 256. num.19. & ſeqq. & deciſ.419. & 420. per tot.*

Quòd reſignatio facta per metum ſit nulla, & metus iuſtus ad hunc effectum dicatur carceratio fratris pro obtinenda reſignatione, Rot. *part.10. recent. deciſ.132. per tot. & deciſ.341. per tot.* Bich. *deciſ.395.* & latiùs Rot. *part.16. recent. deciſ.172. & 212. per tot.* vbi plura de reſignatione facta per metum reſultantem ex carceratione renunciantis, vt ſit nulla, nec priuet reſignantem ſua poſſeſſione, ad quem ſit manutenendus, & alia ad rem, vide *in §. Permutatio num.3.*

6 Reſignatio iuriſpatronatus, vel permutatio facta ſcienter ab inſtituto, & præſentato eſt nulla ipſius culpa, & facit ſtatim vacare beneficium, ita vt liceat alium præſentare, nec ampliùs reſignans poſſit admitti etiam ſtante clauſula, *non alias, nec alio modo*, quidquid ſecus dici poſſet ſtante ignorantia, vel probabili dubietate exiſtentiæ iuriſpatronatus, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 835. per tot.* Rot. *part.3. diuerſ. deciſ.198. per tot. lib.2.* Quarant. *in ſumm. Bullar. verb. beneficiorum permutatio vbi Addit.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.2. lib.10. tit.7. num.167. fol.241. & num.307. & ſeqq. fol.252.* Tuſch. *littera R. concluſ.262.* vbi an & quando valeat ſine patrono, Rot. *part.10. recent. deciſ.68. per tot.* dixi *in §. Iuſpatronatus num.13.* Rot. *part.18. recent. deciſ.725. num.1.* vbi quòd reſignatio iuriſpatronatus requirit conſenſum patroni, aliàs eſt nulla, vel ſaltem eo volente annullanda, Franciſc. de Magiſtr. *in Silu. Eccleſ. part.1. lib.1. tit.12. cap.7. fol.362. &c.*

Si tamen reſignatio, vel permutatio fuit facta bona fide, & abſque culpa, licèt ſit nulla non abdicat ius à reſignante, ſed illi datur regreſſus ad beneficium permutatum, mediante tamen noua gratia, vel collatione, etiam inuitis patronis, Rot. *part.10. recent. deciſ.249. per tot.*

Quòd ſi reſignatio ſit facta ad fauorem certæ perſonæ, ſi pro ea non ſit admiſſa, & ſic effectum non habeat, nulla redditur, nec vocationem inducat, & ideò non efficiatur locus nouæ præſentationi, nec inſtitutioni, Rot. *part.11. recent. deciſ.207. per tot.*

7 Reſignatio ſimplex non fauore alicuius, nec ſub aliqua conditione, ſtatim extinguit titulum in reſignante, qui ſi voluerit ad beneficium redire, debet nouam collationem obtinere, ſed non recuperat prærogatiuas, nec præcedentias ſibi antea vigore illius competentes, quamuis recuperet omnia alia iura beneficij, niſi ad illud rediret vigore regreſſus ſibi reſeruati, Gratian. *diſcept. for. cap.746. num. 22. &c. cap.814. per tot. cap.845. num.10.* Merlin. *dec.214.* vbi qualiter extinguat etiam poſſeſſionem tam ciuilem, quàm naturalem, quando fuit pura, & ſimplex, ſecus ſi ſub conditione, quæ eget purificatione, *deciſ.231.* facit Rot. *part.10. recent. deciſ.184. num.11.* vbi quòd renunciatio facta in manibus non ſuperioris tenet quoad renunciantem, vt ex capite huius delicti poſſit priuari beneficio, licèt antequam priuetur non amittat beneficij proprietatem, & alia *infra num.11.*

8 Reſignatio facta fauore alicuius, vel correſpectiua, ſiue conditionalis, vel ob cauſam, non extinguit ius, neque titulum in reſignante, nec dicitur beneficium vacare antequam fuerit ſortita effectum in reſignatario, vel cauſa ſequuta, ſeu conditione impleta, ita vt nec opus ſit nouis litteris collationis, ſi non habuit effectum, Mohed. *deciſ.25. & 36. de renunciat.* Gratian. *dict. cap.746. num.20. &c. vbi num.15. &c.* quòd ſi reſignatio non fuit ſortita effectum, poteſt reſignans abſque noua collatione ad illud redire, cùm non dicatur dimiſſum, niſi ſequuta effectuatione reſignationis, & ſemper intelligatur clauſula, *rebus ſic ſtantibus*, adde Rot. *part.11. recent. deciſ.207. & deciſ.322. num.3. & ſeqq.* vbi benè declarat, quando iſta concluſio procedat, vel non, Ludouiſ. *deciſ.138.* Merlin. *deciſ.156. per tot. & deciſ.538. per tot.* vbi quod per reſignationem non quæritur ius reſignatario, niſi litteris expeditis, & verificatis, adeò vt ſi interim decedat reſignans, dicatur beneficium vacare, & poſſit impetrari, Rot. *part.9. recent. deciſ. 90. num.9. & ſeqq. per tot.* vbi quando reſignans debeat manuteneri aduerſus reſignatarium non obſtante reſignatione, *& part.11. deciſ.302. per tot.* vbi fuit conceſſa manutentio ei, qui dimiſerat beneficium animo aliud aſſequendi, ſi illud non fuit aſſequutus, & licèt alter de dicto beneficio fuerit prouiſus, Poſſent. *ſing.138.* vbi quòd reſignato beneficio fauore certæ perſonæ, maximè cum clauſula, *non aliter, nec alio modo*, ſi eidem perſonæ non quæratur beneficium, veluti quia non fuerit reperta idonea, non vacat, ſed remanet ipſius reſignantis.

9 Reſignans, vigore regreſſus ſibi reſeruati, ob non ſolutionem penſionis, dicitur ius ſuum continuare, & poteſt etiam propria auctoritate ſine vlla declaratoria iudicis ingredi poſſeſſionem, & erit manutenendus, ad tradita per Grat. *diſcept. forenſ. cap.921. per tot.* vbi tamen in fine teſtatur contrarium per Rotam fuiſſe deciſum, & manutentionem conceſſam reſignatario, vide *in §. Penſio num.9.* facit Rot. *d. deciſ.90. num.9. & ſeqq. part.2. recent. & dec.209. per tot. d. part.9.* Bich. *dec.53.* vbi qualiter ſit locus regreſſui ob moram in ſolutione penſionis, iuxta conuentiones initas, & auctoritate Apoſtolica confirmatas, abſque alia declaratione ſuper lapſu temporis, vel mora.

Quòd reſignans beneficium, reſeruata ſibi certa penſione, *& non aliàs, nec alio modo*, non dicatur in minori ſumma præſtitiſſe conſenſum, ita vt penſio ſit indiuidua, & quid iſtud importet, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.995. num. 15.* facit Rot. *part.3. diuerſ. deciſ.70.* Rot. *part.9. recent. deciſ.209. per tot. & part.14. deciſ.310. num.7. & ſeq.* vbi quòd reſignatarius non poteſt dicere de nullitate penſionis retento beneficio, ſed debet vel illam ſoluere, vel dimittere beneficium, ita vt talis regreſſus competat non tantùm ipſi reſignanti, ſed etiam alteri, in quem fuerit legitimè penſio tranſlata, quid ſi nullitas penſionis proueniat ex culpa reſignantis ob falſam expreſſionem valoris beneficij, reſignati, & alia, *& d. part.14. deciſ.419.* vbi fuit confirmata prima deciſio.

10 Reſignans beneficium, ſi deceſſerit, antequam reſignatarius iuſtificauerit litteras ſuas, & gratiam obtentam in forma dignum, dicitur vacare beneficium per obitum reſignantis, & non per reſignationem, quia gratia in forma dignum continet mandatum de prouidendo, & ſic ante iuſtificationem non abdicat ius à reſignante, Burat. *deciſ. 830. num.3.11. et ſeqq.* Merlin. *deciſ.156. et 538. inter recent. part.6. deciſ.92. num.3. 12. et ſeqq.*

Iſtud tamen procedit quando reſignatio non poteſt habere effectum, vt quia reſignatarius non ſit idoneus, vel non iuſtificetur narratiua, vel ob ſequutum obitum reſignantis infra 20. dies, ſecus verò quando reſignatio poteſt ſuum ſortiri effectum, nam tunc dicitur beneficium vacare per reſignationem, quamuis ante iuſtificationem, & approbationem reſignatarij deceſſerit reſignans, & debet reſignatarius idoneus repertus, & gratia iuſtificata in beneficij poſſeſſionem immitti, Pariſ. *de reſignat. lib.4. quaſt. 2. num.76. &c.* Lotther. *de re benef. lib.3. quaſt.14. num.58. & ſeqq.*

& ſeqq. Gabriel. *conſ.*186. *num.*3. *& 9. lib.*1. latè Rot. *part. 9. recent. deciſ.*218. *num.*3. *& per tot. & part.*12. *deciſ.*256. *num.*3. *&c.*

Qualiter reſignatarius probare debeat reſignationem fuiſſe legitimè ſequutam in concurſu poſſeſſoris, qui per obitum prouiſionem obtinuit ab Ordinario, & alia, Rot. *part.*10. *recent. deciſ.*85. *per tot. & part.*13. *deciſ.*480. *per tot.* vbi plura de hac materia, & qualiter poſſit impetrari beneficium à Sede Apoſtolica præuia derogatione regulæ de viginti.

11 Reſignatio beneficij debet fieri in manibus Superioris Eccleſiaſtici, aliàs facta in manibus laici quacumque dignitate etiam Ducali, Regali, vel Imperiali præfulgentis, & patroni eſt ipſo iure nulla, nec vacationem inducit, quia non accedente Superioris Eccleſiaſtici admiſſione non poteſt beneficiatus ſe liberare ab Eccleſia, cui eſt obligatus per quaſi contractum acceptationis, ita vt nec confirmationem recipere poſſit per ratificationem à Superiore factam ad effectum retrotractionis, quidquid ſit vbi eſſet facta coram Eccleſiaſtico inferiore, & alia, latè Rot. *part.*10. *recent. deciſ.*180. *per tot.* vide ſupra *num.*6. *&* 7.

12 Reſignatio beneficij facta per procuratorem in Curia Romana ab eo, qui præſens ſit, eſt nulla, ita vt durante illius ſucceſſiua præſentia non poſſit ſuſtineri, ſecus autem ſi conſtituens poſtea receſſerit, & poſt eius diſceſſum facta fuerit reſignatio per procuratorem, Pariſ. *de reſignat. lib.*8. *quæſt.*8. *num.*23. *& lib.* 9. *quæſt.*12. Rota *part.*14. *recent. deciſ.*510. *num.*6. *& ſeqq.* vbi etiam quod ad ſuſtinendam reſignationem ſufficit poſſibilis abſentia, & præſentiam non eſſe pernceſſe, & concludenter probatam.

13 Reſignatio locorum Montium quomodo fiat, quid importet, & alia in materia locorum Montium dixi *in* §. *Loca*.

14 Reſignatione beneficij facta ſimpliciter, dicitur reſignans à ſe abdicaſſe omne ius, & poſſeſſionem, & ideò non poteſt amplius percipere fructus, ſi quos percepit tamquam malæ fidei poſſeſſor tenetur illos reſtituere; quo verò appendentes tempore reſignationis ſpectant pariter ad ſucceſſorem, & reſignatarium, ſicut & ciuiles, quales ſunt cenſus, penſiones domorum, reſponſiones, & ſimiles, quorum ſolutionis nondum venerat dies tempore reſignationis; ſed quoad naturales, & induſtriales ſi ſint à ſolo ſeparati ſpectant ad reſignantem, etiam ſi fuerint locati, & dies ſolutionis affictus nondum venerit, & ſic in iſtis non conſideratur dies ſolutionis affictus, ſed tempus perceptionis ipſorum fructuum, pro quibus ſoluitur affictus, vt benè diſtinguit Rot. in ſelectis per Farinac. *par.* 1. *tom.*1. *deciſ.*240. *per tot.* vide *in* §. *Fructus num.*38. vbi plures allegaui.

Si tamen reſignatio fuerit nulla, poteſt reſignans tamquam ſpoliatus reſtitui ad beneficium reſignatum, & procurator ad reſignandum conſtitutus non poteſt niſi ſemel reſignare, Rot. *d. part.*1. *tom.*1. *deciſ.*423. *per tot.*

15 De reſignatione, & renunciatione beneficiorum Pariſius, & Butillerius *in tract. de reſignat.* Tondut. *quæſt. canon.*169. 170. 178. 179. 180. *part.*3. ac alibi, Iul. Capon. *tom.*1. *diſcept.*19. *& tom.*4. *deciſ.*244. vbi an fieri poſſit à reo homicidij ante ſententiam, & quomodo, Barboſ. *de Epiſcop. alleg.*69. *lib.*3. *& de iure Eccleſiaſt. cap.*15. Rebuff. *Prax. benefic. part.*3. *de reſignat.* alijque plures citati à Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Beneficia num.*40. *& verb. Renunciatio, Reſignatio num.*14. *& ſeqq.* & à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *verb. Reſignatio fol.*538.

16 Reſignantes beneficia contra formam iuris, & non ſeruatis Conſtitutionibus de hac materia diſponentibus, quas pœnas incurrant, & alia ad rem, Carol. Anton. Theſaur. *de pœn. Eccleſiaſt. part.*2. *verb. Reſignatio fol.* 305. *&c.*

17 De reſignantibus cum penſione, & regreſſu, & plura de huiuſmodi regreſſu, & eius effectibus, Tondut. *cap.*45. 46. 47. *&* 48. *per tot.*

§. RESISTENTIA. XXIV.

1 RESiſtentia non poteſt fieri Curiæ exequenti, niſi fiat ante capturam ſimpliciter fugiendo, vel niſi captura eſſet notorie iniuſta, vel executores modum excedant, Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.*30. §. 10. *&* 11. *num.*26. *& ſeqq. fol.*290. *&c.* §. 12. *ad* 14. *num.*16. *& ſeqq. fol.*297. vbi admittit interpretationem hic à me factam, Guaz. *defenſ.*5. *cap.*4. *&* 5. vbi etiam qua pœna ſint plectendi huiuſmodi reſiſtentes, & an Bulla Sixti V. locum habeat contra eximentes ſe ipſos, Cabal. *reſol. crim. caſ.*8. *num.*28. *&c. caſ.*132. *per tot.* Marant. *diſput.*1. *per tot.* Card. Tuſc. *litt. E. concluſ.*587. Boer. *deciſ.*170. Boſſ. *tit. de captura*, Farinac. *quæſt.*32. *per tot.* Paul Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 100. *per tot. vol.*1. vbi etiam remiſſiuè an credatur executoribus de iniuria illis facta, *& deciſ.* 152. *num.* 4. *vol.* 2. Guaz. *de confiſc. bon. concluſ.* 13. *ampliat.* 48. vbi quòd pœna rigoroſa dictæ Bullæ non habet locum in reſiſtentia facta occaſione executionis ciuilis, & ita fuiſſe pluries iudicatum contra opinionem Farinac. *d. quæſt.* 32. *num.* 58. dixi §. *Reſiſtentia num.*1. *&c.* vbi de lege municipali Florentiæ, quæ punit reſiſtentes etiam ſi captura eſſet, vel dici poſſet iniuſta, vel nulla; non tamen loquitur (iudicio meo) quando eſſet notoriè nulla, vel iniuſta, ac ideò poteſt vt ſupra de iure interpretari, & ſuſtineri.

Qualiter dicti reſiſtentes teneantur etiam, & condemnari debeant ad ſatisfactionem creditorum, pro quibus erat facta, vel facienda executio, *l.* 3. *C. de exact. tribut. lib.* 10. Iaſ. *in l. admonendi num.*165. *ff. de iureiur.* Salyc. *in l. fin. C. de oper. libert.* Card. Tuſch. *litt. E concl.*587. *num.*7. *&c.* vide *in* §. *Carcer num.*24. *&c.*

A quo autem puniri debeant dicti reſiſtentes, an à Iudice ordinario aliarum cauſarum criminalium, vel à iudice Curiæ, ſiue familiæ, cui facta fuit reſiſtentia, Franch. *deciſ.*147. *per tot.* vbi concludit eſſe locum præuentioni, Addit. ad Sanfelic. *dec.*335. *verſ. Addo*, vbi quòd puniuntur à iudice, cuius familiæ fuit facta reſiſtentia, vt dixi *in* §. *Eximens num.*4. Cartar. *deciſ. crim.*96. *& vlt. per tot.* vbi quòd habet locum præuentio quando reſiſtentia fuit facta per laicos birruarijs Curiæ Eccleſiaſticæ.

Quòd inquiſitus de delicto reſiſtentiæ, ſi alleget per modum exceptionis nullitatem capturæ ſit audiendus, & interim ſuperſedendum in cauſa reſiſtentiæ, cùm cauſæ nullitatis capturæ ciuilis ſit præiudicialis cauſæ criminali, & priùs cognoſcenda, retento tamen interim carcerato inquiſito, deciſum refert Ludouic. Peguer. *deciſ.*9. *per tot.* quem refert, & ſequitur Ariſmin. Tepat. *var. ſentent. tit.* 289. *cap.*2. *in fine*, vide *in* §. *Cauſa num.*9.

Reſiſtentia tunc propriè dicitur vbi pertinaciter inſiſtitur, & deuenitur ad manuum operationem; poteſt excuſari ſi officialis excedat modum, ſi ſit ſine ſolito ſigno, ſi prorumpat ad iniurias, ſi non oſtendat litteras ſuæ poteſtatis, ſi reſiſtens habebat licentiam armorum, & non permiſit ſe expoliari; intelligendo vbi notoriè iniuſta eſſet captura, neque recurri poſſet ad Superiorem, & damnum eſſet irreparabile, latè Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.*3. §. 10. *&* 11. *per tot. &* §. 12. *ad* 14. *per tot.* alioſque citatos à Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Reſiſtentia*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.*5. *eod. verb. fol.*539. vide Farinac. *quæſt.* 32. Decian. *tractat. crimin. lib* 7. *cap.*11. cum alijs quos refert, & ſequitur Anton. de Ballis *tract. var. lib.*3. *caſ.*7. *per tot.* vbi plura de hac materia.

Quòd offendens officiales non ex cauſa officij, nec in odium Principis, ſed ex priuata cauſa, vel inimicitia non incurrat pœnas læſæ maieſtatis contra dictos offendentes ſtatutas, Baiard. ad Clar. §. *Læſa Maieſtatis num.*2. Farinac. *quæſt.*112. *num.*150. *& quæſt.*117. *num* 37. *&* 38. *& conſ.*205. *lib.*3. Conciol. *reſol. crimin. verb. Officialis reſol.*3. *per tot.* vbi benè declarat.

Qualiter reſiſtentia cum armis facta miniſtris iuſtitiæ redundet in iniuriam Principis, & Curiæ, & ideò pœna arbitraria poſſit extendi vſque ad mortem incluſiuè iuxta facti, & perſonarum qualitatem, Boſſ. *tractat. crim. tit. de iniur. num.*30. Farinac. *quæſt* 17. *num.*36. Menoch. *de arbitr. caſ.*263. *num.*6. Theſ. *deciſ.*129. *num.*1. Matthæu. Sanz. *de re crimin. tract.*34. *num.*35. *& ſeqq.* nouiſſimè Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.*3. §. 10. *&* 11. *num.*33. *& ſeqq. per tot.* vbi latè materiam reſiſtentiæ declarat, tam ſi executio erat facta, vel facienda pro cauſa criminali, vel pro debito ciuili, *&* §. 12. *ad* 14. *per tot.*

§. RE-

§. RESTITVTIO. XXV.

1 RESTITUTIO in integrum nil aliud eſt quàm in priſtinum ſtatum repoſitio, cùm tantumdem reſtituere debeat quantum abſtulit læſio, l. quod ſi minor §. reſtitutio ff. de minor, vbi Bart. & alij, Odd. de reſtit. in integr. part. 1. quæſt. 1. art. 4. per tot. Tuſch. lit. R. concluſ. 276. per tot. Mauriz. de reſtit. in integr. cap. 1. Ridolphin. in Prax. part. 1. cap. 13. num. 413. &c. Canaler. deciſ. 180. num. 3. Petr. de Onnate de contract. tom. 1. tract. 6. diſput. 22. fol. 658. & ſeqq. vbi plura de materia, latè Caldas Pereyr. tract. de reſtit. in integr. ad interpretationem text. in l. ſi curatorem habens, C. de reſtit. minor. vbi eſt ſedes materiæ iſtius per tot.

Quot modis accipiatur hoc verbum reſtituere, quomodo reſtitutio in integrũ differat ab appellatione, à ſupplicatione, ab indulgentia, à reductione, & à querela, quo iure, & quare introducta, & alia, latè idem Odd. d. quæſt. 1. per tot. Tuſch. loc. cit. & concluſ. 277. Dian. part. 11. tract. 3. reſolut. 27. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 119. cum pluribus ſeqq. vol. 2.

An poſſit renunciari beneficio reſtitutionis in integrum, ſaltem cum iuramento, Cæſar Cala tract. de ferijs quæſt. 5. num. 565. & ſeqq.

An autem in reſtitutione in integrum veniant etiam fructus, idem Chriſtin. 123. nu. 4. & ſeqq. volum. 2. infra nu. 31.

Plura de reſtitutione in integrum remiſſiuè Ægid. de Caſteion. in Alphab. iurid. verb. Reſtitutio.

2 Reſtitutio in integrum eſt duplex, nempè gratiæ, & iuſtitiæ; gratioſa petenda eſt, & obtinenda à Principe, non autem ab inferiore, cùm ad Principem ſpectet tantùm facere gratias, & gratioſa dicitur illa, in cuius petitione pro cauſa nulla alia adducitur, quàm clementia, & pietas ipſius Principis; illa verò iuſtitiæ poteſt peti, & concedi à quolibet iudice ordinario, prout de iure, intelligendo ſuper eo, quod ipſe Ordinarius, vel prædeceſſor, vel æqualis, vel inferior fecerit, non autem contra decretum, vel factum Superioris, & iuſtitiæ dicitur, in cuius petitione pro cauſa adducitur, quo de iure ſit concedenda; vtraque continet ſub ſe alias ſpecies, de quibus Odd. de reſtit. in integr. part. 1. quæſt. 1. art. 15. & per tot. tractatum, & quæſt. 32. num. 28. & num. 131. & ſeqq. Scacc. de appellat. quæſt. 19. remed. 2. nu. 26. &c. Pac. Iordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 29. num. 15. & ſeqq. ad 43. vbi plura ſummatim de more, Tuſch. lit. R. concl. 277. & ſeqq. Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 13. num. 414. & ſeqq. Caldas Pereyr. eod. tract. verb. implorandum fol. 428. &c. vbi plura de modo petendi reſtitutionem in integrum, & coram quibus iudicibus ſit petenda, ac alia.

3 Reſtitutio in integrum quando principaliter petitur, debet peti coram iudicibus cauſarum ordinarijs, vel delegatis ad vniuerſitatem cauſarum, vel delegatis ſpecialiter à Principe, vel coram Ciuitatis adminiſtratoribus; vbi verò petitur incidenter, poteſt tractari coram iudice illo, coram quo cauſa principalis diſcutitur l. vltim. C. vbi, & apud quem in integr. reſtit. Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 72. per tot. Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 13. num. 420. & ſeqq. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 134. per tot. vol. 2.

Quòd poſſit per Principem concedi, etiam ſine citatione, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 711. num. 15. &c.

Quòd ſit à Principe petenda, qui committit cognitionem cauſæ iudici eius, contra quem petitur, Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 119. num. 1. vol. 2. & deciſ. 134. d. vol. 2. vbi etiam an ſit committenda iudici domicilij rei conuenti, vel rei ſitæ, vel loci contractus, & cuius loci conſuetudines, vel ſtatuta ſint attendenda, an contractus, vel ſolutionis, vel rei ſitæ, latè Hieron. Cala tract. de reſtit. in integr. deneg. quæſt. 25. per tot. vbi plura, apud quem iudicem cauſa reſtitutionis in integrum agitari debeat.

4 Reſtitutio in integrum qualiter detur aduerſus omnes actus iudiciales, tam ante litis conteſtationem, quàm poſtea, aduerſus lapſum inſtantiæ, aduerſus ſententias tam interlocutorias, quàm deffinitiuas, aduerſus omiſſam, vel non proſequutam appellationem, & ſimiles, ac ex quibus cauſis, latè Odd. de reſtit. in integr. part. 2. quæſt. 64. cum pluribus ſeqq. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 124. per tot. vol. 2. vbi an, & quando detur aduerſus rem iudicatam, & quæ cognitio præcedere debeat, & deciſ. 105. vol. 6. vbi an, & quando aduerſus lapſum fatalium.

Quòd detur aduerſus rem iudicatam ex clauſula generali, ſi qua iuſta cauſa, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 408. num. 9. &c. Tuſch. lit. R. concluſ. 291. per tot. Rot. part. 9. recent. deciſ. 169. num. 1. &c. intelligendo tamen ſtante læſione vt infra.

Qualis debeat eſſe læſio, ſine qua non datur reſtitutio, Magon. deciſ. Flor. 10. num. 22. &c. deciſ. 104. num. 25. deciſ. 133. num. 6. Cabal. conſ. deciſ. 115. lib. 1. vbi quòd adhoc vt detur reſtitutio in integrum aduerſus rem iudicatam etiam minori requiritur plena, & clara læſionis probatio, ita vt iniquitas, & iniuſtitia euidenter appareat, quæ ſi reddatur dubia, & incerta, excludatur reſtitutio.

Quòd non detur ex negligentia procuratoris, Merlin. deciſ. 362.

Iſta tamen reſtitutio non poteſt dari niſi ab ipſo Principe, Magon. deciſ. Flor. 26. num. 1.

Florentiæ non conſueuiſſe dari per iudices ordinarios, ſed tantùm per Principem, teſtatur Ger. Spin. conſ. 29. num. 7. vide in §. Sententia, num.

Romæ etiam petendam eſſe à Signatura iuſtitiæ, non autem à iudicibus ordinarijs, & quare, Scacc. de Appell. quæſt. 16. remed. 2. num. 83. Pac. Iordan. Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 29. num. 57. fol. 611.

Ad hoc autem vt concedatur, debet conſtare, quòd petens reſtitutionem, omninò reportaret ſententiam pro ſe, ſi lapſa non eſſent fatalia, ſiue illam petat iure minorum, ſiue iure maiorum, & ſiue ſit actor, ſiue reus, & non docens de læſione, & cauſis legitimis, dicitur calumnioſè petere, ac tunc eſt deneganda, Cabal. conſ. deciſ. 27. per tot. lib. 1. & conſ. 115. d. lib. 1. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 762. num. 18. &c. vbi plura conſiderat pro deneganda reſtitutione aduerſus rem iudicatam, & cap. 907. num. 13. &c. Rot. in Bononien. Pecuniaria de Blanchettis 15. Ianuar. 1631. coram Coccino in Nouiſs. part. 6. deciſ. 1. num. 5. &c. Merlin. deciſ. 33. Rot. part. 10. recent. deciſ. 236. num. 2. vbi quòd non conceditur niſi clarè, & concludenter appareat de iniuſtitia, vndè deducitur læſio, part. 12. deciſ. 35. num. 1. & ſeqq. part. 13. deciſ. 219. num. 12. &c. vbi quòd non datur ſine læſione, & læſio ceſſat deficiente nullitate, & iniuſtitia ſententiæ, & deciſ. 222. num. 16. eadem part. 13. & deciſ. 244. per tot.

Quòd non detur reſtitutio niſi probata iniuſtitia ſententiæ, ex qua reſultat læſio, ad effectum tamen audientiæ, & introductionis cauſæ reſtitutionis, ſufficit ſolus fumus iniuſtitiæ, vel ſemiplena probatio, ſed ad effectum reportandi victoriam, & retractationem ſententiæ requiritur plena probatio, vt benè diſtinguendo concordat opiniones Beltramin. ad Ludouiſ. deciſ. 459.

Vbi quando detur dicta reſtitutio &c. Adde plenè Fontanel. deciſ. 268. cum pluribus ſeqq. vbi de reſtitutione in integrum aduerſus duas, vel tres conformes ſententias, an, & quando ſit concedenda, vel non, & coram quo Iudice, quæ requirantur, & alia ad rem.

Ex quibus cauſis ſoleat concedi in integrum reſtitutio, Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 13. num. 442. & ſeqq. vbi decem cauſas enumerat.

Quòd conſtito de bono iure petentis, etiam non docto de notoria iniuſtitia ſententiæ, detur reſtitutio, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 763. num. 1. &c. Ridolphin. loc. cit. num. 449. & ſeqq. Rot. part. 9. recent. deciſ. 53. num. 1. &c. vbi ampliat præſertim in ſupremis Tribunalibus, in quibus ſententiæ reuocantur vbi ex actis de iniuſtitia conſtat.

Quòd ſtante iniuſtitia ſententiæ, ex qua dicitur reſultare læſio, detur reſtitutio, etiam quòd tranſierit in iudicatum, Durand. deciſ. 458. num. 1. &c. Ridolphin. vbi ſupra num. 449. vbi plures deciſiones allegat Merlin. deciſ. 362. Rot. part. 9. recent. deciſ. 169. num. 1. &c. part. 10. deciſ. 46. nu. 1. &c. vbi quòd non denegatur aduerſus ſententiam nullam, & iniuſtam, & d. part. 10. deciſ. 364. num. 1. &c.

Reſtitutio in integrum petita aduerſus ſententiam, facit 5
ceſſare illius executionem, vel eam retardat, niſi priùs fuerit petita executio, & ſic attendenda eſt præuentio in petitione reſtitutionis, vel executionis, Caualer. deciſ. 495. n. 5. vbi quòd Rota ſemper ſequuta eſt hanc opinionem, Leoncil. deciſ. Fer. 16. per tot. vide in §. Executio num. 16. & §. Manutentio, num. 17. infr. nu. 7. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 124. num. 5. & ſeqq. per tot. vol. 2. & deciſ. 137. d. vol. 2. Ricc. Collect. 188. 1182. 3775. vbi ponit aliàs limitationes, Rot. part. 9. recent. deciſ. 295. num. 35. vbi pluribus concordantibus adductis firmat reſtitutionem non concedi, quando præceſſit petitio executionis.

Quid autem ſi eadem hora, vel tempore fuerit petita reſtitutio, & executio, vt ſæpè contingit? dic tunc recurrendum eſſe ad iuſtitiam cauſæ, vt ſi non appareat de malitia

litia ſemper reſtitutio intelligatur priùs petita, ne cum executione fiat alteri præiudicium, vt reſoluit Martha vot. Piſ. 147. & idem puto ſeruandum in allegatione nullitatis iuxta ea quæ dixi in §. Nullitas, num.27.

6 Reſtitutio in integrum competit tam aduerſus ſententias ex ſui natura inappellabiles, quàm propter excellentiam iudicum, qui pronunciarunt, quia prohibita appellatione, non intelligitur prohibita reſtitutio in integrum, Odd. de reſtit.in integr.part.1. quæſt.15. art.2.per tot. & art.6.per tot. Scacc. de appell.quæſt.19.remed.2. Pac.Iordan. Lucubr. vol.3. lib.14.tit.29.num.5.&c. fol.608.

7 Reſtitutio in integrum petita intra decem dies impedit ſententiæ executionem ad inſtar appellationis, niſi appareat de præſumpta calumnia, quo caſu fit executio præſtita cautione de reſtituendo in caſu victoriæ petentis reſtitutionem quidquid exequens medio tempore perceperit, & vbi conſtaret de manifeſta calumnia indiſtinctè fit executio ſine vlla cautione, Magon. deciſ.Flor.133.num.4. & ſeqq. vide latè Odd. de reſtit.in integr.quæſt.43.art.5. per tot. Cabal. conſ.128.per tot.lib.1.

Et generaliter, an, & quando pendente iudicio reſtitutionis in integrum aduerſus ſententiam, impediatur illius executio, vel aliquid innouari poſſit, latè idem Odd. d. tract. quæſt. 42. & 43. per tot. vbi per plures articulos totam materiam benè declarat Tuſch. lit. R. concluſ. 293. per tot. Ridolphin. in Praxi part.1.cap.13.num.473.& ſeqq. Lancellot. de attent.part.2.cap.18.num.117.& ſeqq. Scacc. de appell. quæſt.19.remed.2.num.110.& ſeqq. facit quod dixi in §. Executio, num.16.

Quod regulariter reſtitutio in integrum impediat executionem rei iudicatæ, & quando ſecus, l. 1. C. in integr. reſtit. poſtul. ne quid noui fiat, Odd. d. quæſt.42.& 43. Capyc. deciſ.53. Gratian. deciſ.172. & diſcept. forenſ.cap.531. num. 88. &c. cap. 667. num.26. cap.762. num.13. vbi tamen quòd ante omnia debet conſtare de læſione, & de cauſis reſtitutionis, Magon. deciſ.Flor.104.nu.24.&c. Franch. deciſ.86. num.8.deciſ.702. Scacc. de appell.quæſt.19.remed.2.concluſ.3. num.64.&c. Pac. Iordan. Lucubr.vol.3.lib.14.tit.29. num.43. &c. ad 69. fol.610. Altograd. conſ.40. num.7. &c.lib.1. vbi quòd ceſſantibus calumniæ præſumptionibus, & dato boni iuris fumo ſuperſedendum eſt in executione, etiam ſi reſtitutio requirat altiorem indaginem, & licèt peteretur aduerſus plures ſententias conformes, & quamuis pars præuenerit in petendo executionem, dummodò non ſit conceſſa executio facti, loquitur tamen in reſtitutione propter inſtrumenta de nouo reperta, ex quibus datur reſtitutio iuxta ea, quæ dixi in §. Sententia num.... vide Vrceol. Conſul. forenſ.cap.23.per tot. Tuſch. d. concluſ.293. Ridolphin. loc.cit. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic.124. num. 5. & ſeqq. vol. 2. & deciſ. 137.per tot. d. vol. 2. vbi etiam an impediat executionem contractus.

Ceſſat autem dicta regula quotieſcumque ſuboritur aliqua calumniæ præſumptio, & ſuſpicio, Altograd. conſ. 24. num. 20. lib.1. Vrceol. d.cap.23. num. 18. &c. vide ſupra in princip.huius numeri.

Quòd poſt tres conformes præſumatur calumnia, & ideò non concedatur reſtitutio, niſi prius parito iudicato, Scacc. vbi ſupra nu.95.&c. Iordan. loc.ſup.cit.nu.60.& 61.

Item reſtitutio in integrum, non videtur poſſe retardare executionem trium conformiũ, Magon. deciſ.Flor. 104. num. 24. &c. 133. num. 10. cum alijs ſupra citatis, quibus adde Maſcard. de probat. volum.3. concluſ. 1274. per tot. vbi quid probare debeat petens reſtitutionem aduerſus tres conformes, nempè in primis ſummariè de aliqua noua cauſa, vel iniuſtitia earumdem ſententiarum, alioquin non ſit audiendus, & alia.

Item non retardat executionem obligationis Cameralis, nec ſententiæ Principis, Marant. de appell. num. 109. Gregor. deciſ.120.num.17. Zacch.ad Galeſ. de obligat. Cameral. quæſt.37.num.58. Fenzon. ad ſtatut.Vrb.cap.50.num.15. &c. vide Odd. de reſtit.in integr. quæſt.42.art.6.per tot. vbi videtur contrarium tenere, non tamen loquitur de obligatione Camerali, ſed de alio publico inſtrumento etiam quarantigiato, cuius executionem vult impediri per petitionem reſtitutionis in integrum contra illud, etiam ſi vigore ſtatuti habeat executionem paratam, niſi creditor eſſet in quaſi poſſeſſione exequendi, vide Ridolphin. d.cap.13. num.483. &c. Burat. deciſ.945. &c.

Item pendente reclamatione à denegata reſtitutione, fit executio ſententiæ, Franch. deciſ. 702.

Alias limitationes, & declarationes vide latè per Doctores ſupracitatos.

Reſtitutio in integrum iure minorum competit omnibus Communitatibus, Caſtris, & villis, quæ per ſuos officiales reguntur propter multas mulieres, pueros, & infantes, qui in eis reperiuntur, & in Vniuerſitate non congregantur, l. Reſpublica C. quibus ex cauſ. maior. vbi gloſ. & DD. Caldas Pereyra Tract. de reſtit. in integr. per tot. ita vt ſi talis reſtitutio incidenter petatur, ſit petenda coram eodem iudice, coram quo cauſata fuit læſio, vt latè probat Altograd. conſ.41. per tot. lib. 1. vbi loquitur de reſtitutione aduerſus lapſum inſtantiæ appellationis, quam oſtendit peti poſſe coram eodem iudice, coram quo inſtantia perijt; ſi tamen non petatur, vt præambulum, quo caſu ſatis conſtare diceretur de læſione ex lapſu temporis, ſed vt vno, & eodem actu, & tempore concedatur reſtitutio, & terminetur cauſa principalis appellationis, neceſſe eſt probare læſionem, & dare fumum ſui boni iuris, Altograd. d.conſ.41.num.41. & ſeqq. vbi plures allegat, vide in §. Vniuerſitas num. 8

Quòd reſtitutio in integrum competat minoribus 25. annis item omnibus æquiparatis ipſis minoribus, nempè Eccleſijs, hoſpitalibus, locis pijs, Communitatibus, Reipublicæ, & Fiſco, furioſis, prodigis, mutis, & ſurdis, infirmis perpetuò morbo laborantibus, alijſque miſerabilibus perſonis decrepitis, ruſticis, militibus, mulieribus, pauperibus, ac alijs ex clauſula generali, vbi ſubeſt iuſta cauſa alias ſecus, Ridolphin. in prax. part.1. cap.13. num. 432. & ſeqq. Paul. Chriſtin. deciſ.Belgic.140. volum. 2. iuxta tit. C. quibus ex cauſ. maior. in integr. reſtit.

Reſtitutio, quæ petitur incidenter aduerſus lapſum fatalium, non requirat libellum, litis conteſtationem, nec aliàs iudicij ſolemnitates, ſed ſolùm allegari inſtantiam non eſſe peremptam, quatenus perempta eſſet petendu in integrum reſtitui aduerſus inſtantiæ lapſum, & citandu tantùm ad videndum reſtitutionem concedi iuxta praxim, quam ſeruandam docet Altograd. d.conſ.41. num.8.&c. lib. 1. vbi etiam num. 10. &c. quod idem eſt, & eodem modo incidenter petitur licèt lata ſit pronuncia ſuper deſertione appellationis, & num. 22. &c. reſpondet obiectis, & oſtendit pluribus modis reſtitutionem incidenter peti, ſed principaliter eſſe petendam contra ſententiam in meritis latam, vel omiſſas probationes, in quibus terminis procedunt contraria. 8

Quòd Rota non ſoleat interloqui ſuper reſtitutione in integrum, ſed illam prout iuſtitiæ, & æquitatis ratio poſtulat concedere, vel denegare per proceſſum ad vlteriora, Cæſar de Graſſ. deciſ.3. num. 13. Mantic. deciſ.315. num.5. cum alijs per Rota part. 10. recent. deciſ.8. num.7.

Reſtitutio in integrum aduerſus non confectum inuentarium ex capite minoris ætatis datur per quadriennium poſt illam completam, & qui allegat fuiſſe lapſum huiuſmodi quadriennium tenetur probare, cùm petenti ſufficiat probare ſe fuiſſe minorem tempore contractus, Gratian. diſcept. forenſ. cap.797. num.1. &c. Surd. deciſ.136. per tot. Odd. de reſtit. in integr. part.2. quæſt.89. art.7. num.41. Rot. part.2. recent. deciſ.132. num.1. part.13. deciſ.381. num.3. & poſt Vrceol. de tranſact. deciſ.79. num.11. & 12. et deciſ.87. num.4. latè Fontanel. de pact. nupt. tom.2. clauſ.7. gloſ.3. part. 2. fol. 450. Cald. Pereyr. tract. de reſtit. in integr. verb. infra legitimum tempus fol. 415. Andreol. controuerſ. 101. vbi an detur etiam maioribus 25. annis, vbi quòd maioribus non datur poſt quadriennium, & deciſ.88. num. 1. niſi doceatur de magna læſione, Tuſch. litt. R. concluſ.298. vbi quòd regulariter non datur poſt quadriennium, & quando ſecus, adde Dian. part.11. tract.3. reſolut.28. &c. Rot. part.12. recent. deciſ.33. vbi ex quibus cauſis ſit concedenda dicta reſtitutio, infra num.13. 10

Quòd tamen ius quæſitum creditoribus ex lapſu temporis ad conficiendum inuentarium præfixi, non poſſit illis inauditis auferri, Rot. part.12. recent. deciſ.118. in fine, vide in §. Heres num.31. et §. Inuentarium num.8.

Quòd ſit petenda, & obtinenda intra quadriennium, & quando poſſit peti, & obtineri etiam poſt quadriennium, Diaz. reg. 653. per tot. vbi adducit decem caſus, in quibus etiam poſt quadriennium peti, & obtineri poteſt; de quo quadriennio, quando incipiat, currat, & finiat, latè Odd. de reſtit. in integr. quæſt.19. et quæſt.20. per tot. Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 13. num. 458. et ſeqq.

Quòd poſt quadriennium non detur, nec vbi quis ſciens & volens renunciauit, nec ſtante iuramento, nec vbi quis

fecit

fecit actum laudabilem, & bonam fidem recognouit, Altograd. *conſ.5.num.89.& ſeqq.lib.1.*

Quòd ſtante enormiſſima læſione concedatur reſtitutio, etiam poſt quadriennium, & quæ dicatur enormiſſima læſio, Gratian. *diſcept.forenſ.cap.*148.*num.*19.*&c.cap.*601.*nu.*45.*&c.* Sperel. *deciſ.*135.*num.*147.*&c.* vbi etiam ponit alios caſus, in quibus non obſtat lapſus quadriennij, & Ridolph. *d.cap.*13.*num.*455.*& ſeqq.*

Item propter notoriam iniuſtitiam conceditur reſtitutio etiam poſt quadriennium, Gratian. *diſcept.forenſ.cap.*907.*num.*13.*&c.*

Item non attenditur lapſus quadriennij ſtante ignorantia, cùm incipiat currere non à die læſionis, ſed à die ſcientiæ, Gratian. *diſcept.forenſ.cap.*303.*num.*36. *cap.*408.*num.*11.*&c.* Sperel. *deciſ.* 135. *num.*144. *&c.* Altograd. *conſ.* 94. *num.*69. *lib.*1. vbi etiam, quòd de hoc quadriennio excipitur minor ætas, iuſta abſentia, & omne aliud impedimentum, vide latè Odd. *de reſtit. in integr. quæſt.*20 *per tot.* Ridolphin. *d.cap.*13.*num.*455.*& ſeqq.* vbi quòd de ſtylo Curiæ, conſtito de bono iure, non attenditur lapſus quadriennij, nec in alijs caſibus, de quibus ibidem.

Quadriennium iſtud, intra quòd competit reſtitutio in integrum pro geſtis in minori ætate, incipit tantùm poſt completam maiorem ætatem 25. annorum, iuxta terminos iuris communis, ſed à quo tempore incipiat vbi per legem, vel ſtatutum taxatur ætas (prout Florentiæ) vt dicatur maior, & pro maiori habeatur in annis 18. completis, ſiue conceditur venia ætatis, vide Franch. *deciſ.*650.*per tot.* vbi videtur concludere, quòd dictum quadriennium currat finitis illis annis à lege, vel ſtatuto taxatis, ſecus autem in venia ætatis impetrata per text. *in l.ea quidem C. de tempor. in integr. reſtit.* vide *in §. Statutum num....* Odd. *de reſtit. in integr.quæſt.*23. *num.*41.*&c.* vbi tenet quòd currat etiam poſt impetrationem veniæ ætatis, quando fuit ſolemniter impetrata, aliàs ſecus iuxta text. *in l.* 2. *C. de his, qui ven. ætat.*

11 Reſtitutio in integrum non competit poſt quadrienniū Eccleſiæ, Ciuitati, vel ſimilibus priuilegiatis aduerſus ſententiam, vel contractum, ſiue alium actum læſiuum, ita vt iſtud quadriennium in his caſibus incipiat ſtatim à die perfectæ læſionis, nec ſit expectandum quòd fiant maiores, cùm ſemper fungantur vice minorum, & in ciuile ſit vt nullo vnquam tempore ſint tuti contrahentes à reſtitutione, aliàs nemo cùm huiuſmodi priuilegiatis vellet contrahere, quod & illis damnoſum eſſet, niſi eſſemus in caſu, in quo læſio quotidie originetur, vel niſi viuat adhuc Prælatus, qui læſit Eccleſiam, & in ſimilibus, Odd. *de reſtit. in integr. part.*1.*quæſt.*20.*art.*3 *per tot.* Gratian. *diſcept.forenſ.cap.*601.*num.*28. *&c.* Ridolphin. *in prax. part.*1.*cap.*13.*num.*460.*& ſeqq.* Paul.Chriſtin. *deciſ.Belgic.*121.*nu.*8.*volum.*2. vbi quòd dictum quadriennium eſt continuum, *iuxta l. vltim.C. de tempor. in integr. reſtit.*

Amplia dictam concluſionem, vt nec detur reſtitutio ad petendam reſtitutionem aduerſus lapſum quadriennij, niſi eſſemus in caſu enormiſſimæ læſionis, Gratian. *d. cap.*601.*num.*41.*&c.*

Cui autem incumbat onus probandi non eſſe lapſum tempus petendæ reſtitutionis in integrum, benè declarat Maſcard. *de probat.volum.*3.*concluſ.*1276.*per tot.*

An, & quando, ac quanto tempore præſcribatur iuri petendi reſtitutionem in integrum, Altograd. *conſ.* 94. *nu.*70.*&c.lib.*1. Paul.Chriſtin. *deciſ. Belgic.*139. *vol.*2. Pereyr. *de reſtitut.in integr.verb.infra legitimum tempus,fol.*415.*&c.* vbi latè, & magiſtraliter intra quod tempus ſit petenda reſtitutio, à quo tempore currat quadriennium, & alia, iuxta *tit.C.de temp.in integr.reſtit.*

12 Reſtitutio in integrum competit Eccleſiæ, cui fuit relicta hæreditas, vel legatum, dummodò infra annum ædificauerit monaſterium ſub pœna priuationis, ſi non impleuit tempore debito; & an eodem modo competat minori aduerſus omiſſum implementum conditionis, Gratian. *diſcept.forenſ.cap.*607.*num.*12. *&c.*

Competit etiam confraternitatibus laicorum tamquam locis pijs, idem Gratian. *cap.*481.*num.*27.*cap.*517.*nu.*2.*&c.*

13 Reſtitutio in integrum ex clauſula generali, ſtante iuſta cauſa datur etiam maiori aduerſus non confectum inuentarium poſt aditam hæreditatem, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*797.*num.*19. *etc.* Vinnot. *in §. Extraneis,num.*5.*Inſtit. de hæred. qualit. et differ.* Mautit. *de reſtit. in integr. cap.* 140. *num.*6. Odd. *de reſtit. in integr.part.*2.*quæſt.*62.*art.*14.*num.*133.*et quæſt.*89. *art.*7.*num.*52.*etc.* Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*82.*per tot. et part.*13. *deciſ.*381.*num.*4.*etc.* Caluin. *de æquit. lib.*2.*cap.*181. *per tot.* Fontanel. *de pact. nupt. tom.*2.*clauſ.*7.*gloſ.*3.*part.*2.*fol.*450.*etc.*

Maximè ſi poſſit liquidò conſtare de vera, & integra exiſtentia bonorum hæreditariorum, & quæ ſint iuſtæ cauſæ dictæ reſtitutionis, idem Gratian. *cap.*656. *per tot. et cap.*711. vide Rot. cum alijs citata *d. deciſ.* 82.*per tot.* quæ eſt in Romana, ſeu Florentina reſtitutionis in integrum 10. Maij 1641. coram Panzirolo, in terminis ſtatuti Florentini, quod tollit beneficium inuentarij, & ideò non eſt conueniens vt tollat etiam beneficium reſtitutionis in integrum, etiam maioribus; quidquid alias iuxta multorum opinionem videatur illis denegandum, cùm potuerint vti beneficio inuentarij, vt benè ponderat Rot. *loc. cit.* & Paul. Rub. *in Annot.ad deciſ.*192. *num.*145. *etc d.part.*6. *ſupra nu.*10. Rot. *part.*18.*recent.deciſ.*793. vbi fuit denegata maiori, quia de concludenti ſtatu hæreditatis non conſtabat, eidem erant non debita teſtatoris, lapſum erat quadriennium, ac de læſione, quæ non modica requiritur, non apparebat.

Non tamen ſimpliciter conceditur, ſed cum hoc, vt petens reſtituat omnia accepta, & conſumpta de hæreditate, etiam in ſe alendo, & comedendo, licet non fuerit allegatum, quòd illa fuerint verſa in eius vtilitatem, idem Grat. *cap.*720.*num.*12.*etc.cap.*767.*num.*47.*etc.* vbi pulchrè quando dicatur ſufficienter reddita ratio, & quòd ſemper hæres teneatur reddere huiuſmodi rationem ad inſtantiam intereſſe habentium, idem Gratian. *cap.*981. *num.*27.*etc.*

Quòd ſit concedenda hoſpitali Eccleſiaſtico aduerſus additionem hæreditatis, Martha *vot.Piſ.*169.*num.*10. *et ſeqq.*

An, & quando reſtitutio in integrum detur maiori ex clauſula generali, *ſi qua iuſta cauſa, etc.* latè Tuſch. *litt. R. concluſ.*289.*et ſeqq.* Paul.Chriſtin. *deciſ.*140.*vol.*2.

Qualiter reſtitutus in integrum debeat omnia accepta reſtituere ſaltem quatenus factus eſt locupletior, latè Caldas Pereyr. *d. tract. verſ. Per quod priſtinum ius recuperant. fol.*445.*etc.* dixi *in §. Minor, num.*37.*et §. Impugnatio, nu.*3. Et recuperans rem ſuam malè alienatam ex capite reſtitutionis in integrum, vel nullitatis vnà cum fructibus, debet pretium etiam cum vſuris, & fructibus recompenſatiuis emptori reſtituere, vel ſaltem compenſare, vt latè probat Rot.Senen.apud Cabal.*conſ.deciſ.*147.*nu.*19.*et ſeqq. per tot. lib.*1. & dixi plures allegando *in §. Fructus num.*9.

Reſtitutio in integrum non competit mulieribus ex ſola 14
ſexus fragilitate, niſi alia concurrant, puta quòd non potuerint conſulere peritiores, quia in his, quæ ſunt inducta ad rigorem iuris conſeruandum, & in iudicialibus non ſuccurritur mulieribus, ruſticis, & ſimilibus, Gratian. *diſcept.for.cap.*604.*num.*7.*&c.cap.*767.*num.*16.*&c.* Paul.Chriſtin. *deciſ.Belg.*140. *num.*13.*&c. volum.*2.

Facit contrarium idem Gratian. *cap.*668.*per tot.* vide Altograd. *conſ.*94.*n.*33.*& ſeqq.lib.*1. latè Odd. *de reſtit.in integr. quæſt.*9.*&* 10.*per tot.* vbi de ſimplicitate ruſticana, & ſexu muliebri, an, & quando ſint iuſta cauſa reſtitutionis in integrum ex capite ignorantiæ iuris, & imprudentiæ.

Reſtitutio in integrum an detur aduerſus lapſum tem- 15
poris appoſiti in pacto de retrouendendo, ex capite minoris ætatis, vel ignorantiæ, vide *in §. Minor, num.*15. *§. Tutela, num....* *§. Venditio, num.* 56. latè Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.*63.*num.*18 *& ſeqq. per tot.*

Et generaliter quòd aduerſus lapſum termini conuentionalis inchoati cum defuncto non detur reſtitutio etiam minori, Magon. *deciſ.Luc.*31.*num.*21.*&c.* Rot. *d.deciſ.*63.*num.*20.*&* 21.*d.part.*9.*recent.* Tiraquel. *de retract. conuent. §.*1.*gloſ.*2.*num.*16.*& ſeqq.*

Reſtitutio in integrum conceditur aduerſus præſcriptio- 16
nem longam, vel longiſſimam, cum titulo, & bona fide, ex capite ignorantiæ, quæ præſumitur in facto alieno, nam ignoranti, & impedito agere non currit præſcriptio, Afflict. *deciſ.* 37. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 118. *per tot. cap.*403.*num.*35.*&c. cap.*807.*num.*16.*&c.* ita vt nec attendatur lapſus quadriennij, vt dixi *ſupra num.*10.*verſ. Item non attenditur.* Et ad euitandos circuitus quandoque habeatur pro conceſſa, Magon. *deciſ.Flor.*79.*in fine.*

Debet tamen probari ignorantia veriſimilis, iuſta, & probabilis, ac nulla ſcientiæ præſumptione, vel negligentiæ ſuſpicione labefacta, Altograd. *conſ.* 94. *num.* 29. *lib.* 1. *vbi num.* 38. *& ſeqq.* quòd ſufficeret etiam ignorantia iuris dubij, & perplexi, quæ æquiparatur ignorantiæ facti, Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 443. vbi quòd debet concurrere pro-

babi-

babilis ignorantia, quæ eſt omninò neceſſaria, ac citra omnem coniecturam ſcientiæ, &c.

Quòd detur reſtitutio contra præſcriptionem ſtatutariam ex capite ignorantiæ, Caualer. *deciſ.189.n.5.&c.* Sperel. *deciſ.135. num.138. & ſeqq.* Rot. *part.18. recent. deciſ.443.* vbi dummodò ignorantia ſit certa, & nulla ſcientiæ coniectura labefactata.

Quòd imò aduerſus præſcriptionem longiſſimam non concedatur reſtitutio, Gratian. *diſcept. forenſ.cap.433.n.67.&c.* vbi reprobat alios contrarium tenentes, vide *in §. Præſcriptio num.* Addit.ad Magon. *deciſ.Luc.31.num.22.* Sperel. *deciſ.135.num.138. & ſeqq.* Pac.Iordan. *Lucubr.volum.3. lib.14. tit.24.num.473.&c. fol.506.* plenè Odd. *de reſtit.in integr.part.2.quæſt.90. per tot.* quos vide, quia plures caſus diſtinguunt, & varias declarationes adducunt, adde Tuſch. *lit.R. concluſ.297. per tot.*

17 Reſtitutio in integrum non datur in contractibus, qui ſe habere poſſunt ad damnum, & lucrum, cùm tunc nulla poſſit conſiderari læſio, ſine qua non datur reſtitutio, vide in §. *Læſio num.* & §. *Diuiſio num.*

Quòd detur ad euitandum damnum, & pœnam, non autem ad captandum lucrum in præiudicium alterius, Ludouiſ. *deciſ.Peruſ.54. num.8. & 9.* Rot. *part.12. recent.deciſ.252. num.9. & 10.*

18 Reſtitutio in integrum non denegatur minori ob ſolum iuramentum in contractu ſimpliciter appoſitum, niſi dolosè iurauerit ſe eſſe maiorem, quo caſu ceſſat ratione minoris ætatis, ſed poſſet concedi ex alia cauſa, propter quam competeret etiam maiori, vide Odd. *de reſtit. in integr.part.1.quæſt.24.per tot.* Felic. *de ſociet.cap.5.n.48.&c.* Dian. *part.11. tract.3. reſol.30. &c.* Paul.Chriſtin. *deciſ. Belgic.125. per tot. vol.2.* vbi multa circa *Auth.Sacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vendit.* an habeat locum in contractibus iuratis pupillorum, *& deciſ.225.vol.5.* vbi plura, & quòd ſi *d. Auth.ſeruaretur*, eſſet mors, & deſtructio adultorum, Caldas Pereyr. *d. tract. verb. Minoribus num.2. & ſeqq.fol.193.*

Qualiter iuramentum excludat iurantem à beneficio reſtitutionis in integrum, Altograd. *conſ.5. num.91. lib.1.* vbi plures allegat, vide Ludouiſ. *deciſ.120. n.4. &c.* Odd. *vbi ſuprà*, & dixi in §. *Minor n.11.& 14.* Dian. *loc.cit.*

19 Reſtitutio conceſſa minori an proſit illius fideiuſſoribus, Pract. Papp. *libell.reſtit. in integr.gloſ.eandemque num.4.l.fin. C. de fideiuſſ.minor. l. minor. ff. de minor.* Duen. *reg.330. per tot.* vbi ponit regulam negatiuam, quam ſex modis limitat, Maur. *de fideiuſſ. part.2. ſect.9. §.13.num.12. vbi num.17.* videtur negatiuè concludere, *& in §. 19. &c.* vide latè Odd. *de reſtit.in integr.part.1. quæſt.48. per tot.* Dian. *part.11. tract.3. reſol.29.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.122. n.5. &c. volum.2.* vbi tamen videtur in fine concludere quòd debeant reddi indemnes à minoribus.

20 Reſtitutio in integrum non datur minori legum Doctori, cum videatur repugnare ſuæ profeſſionis, & ideò ſi fuerit læſus, debet ſibi imputare, vide in §. *Doctor n.8.* & idem in ſimilibus læſis in arte, quam profitebantur, Bart. *in l.1. C. qui, & aduerſ. quos*, Addit.ad Marant. *de ord. iud. verſ. an iudex ſit competens num.135.* Ioſeph.Feliu. *in Margar.var. concl.verb. Reſtitutio fol.69. col.2.* plenè Rot. *part.18. recent. tom.1.deciſ.59.* vbi intelligit quando erratum eſſet in allegatione iuris, perceptione clauſularum, vel renunciatione legum, circa quæ verſatur iuriſprudentia, cuius ignorantiam turpe eſſet Doctori allegare, ſecùs concludens in reliquis negotijs, quæ ſunt facti, in quibus maiori facilitate poteſt decipi Doctor ſtudijs adictus, cùm aliorum negotiatorum aſtutia Salamantinam, ac Bituarienſem iuriſprudentiam vincat, &c.

An detur prodigo dixi in §. *Prodigus n.4.*

21 Reſtitutio in integrum numquam datur, niſi probata læſione, etiam ſi ſimus in minore, Gratian. *diſcept.forenſ.c.767. n.41. &c.cap.797. num.24. &c.* Magon. *deciſ.Luc.31.num.28.* Altograd. *conſ.5.n.88. & conſ.24. num.30.lib.1.*

Quæ ſunt probanda, vide *in §. Minor num.8. & ſeqq.* latè Tuſch. *lit.R.concl.286.& 287.* Maſcard. *de probat.vol.3. concluſ.1273.per tot. & ſeqq.* Paul.Chriſtin. *deciſ.Belgic.119. & ſeqq.vol.2.* Rot. *part.9.recent. deciſ.63. num.23. &c.*

22 Reſtitutio prædicta datur ſolùm re integra, vnde poſt diſtractionem, exactionem, vel alienationem non competit hæredi aduerſus aditionem, vel non confectionem inuentarij, niſi reſtitutis omnibus habitis per minorem, vel illorum ſufficienti reddita ratione, Gratian. *diſcept.for.cap.767. n.45.&c.* Odd. *de reſtit.in integr.part.1.quæſt.44. per tot.*

An, & qualiter reſtitutio detur minori, vel mulieri aduerſus aditionem, vel omiſſionem hæreditatis, vel lapſum temporis adeundi, ſiue inuentarij conficiendi *tot.tit.C.ſi minor ab hered. abſtin. & tit.ſeq.* Paul. Chriſtin. *deciſ.Belgic. 127. & 128.per tot. vol.2. & deciſ.180. vol.5.* vide in §. *Repudiatio num.1.*

Quòd re non integra, & vbi minor tractat de lucro captando, non detur reſtitutio, Altograd. *conſ.85. n.45. lib.1.*

Quòd regulariter non detur poſt cœptam executionem, niſi conſtet de aliquo falſo ſuppoſito, Caualer. *deciſ.153. per tot.*

Qualiter detur minori, Eccleſiæ, Fiſco, vniuerſitati, & ſimilibus priuilegiatis aduerſus licitationem de illorum bonis factam, ſi poſteà reperiatur qui plus offerat, & cum qua circumſpectione, Cabal. *conſ.deciſ.130.lib.1.* & dixi plures allegando in §. *Subhaſtatio num.*

Reſtitutio in integrum an detur ex eo ſolo quod fuerit 23
alienata res maiorum ſuorum propter præſumptam affectionem abſque alia probatione læſionis, Tiraquel. *de retract. lignag. in præfat.n.34.* vide *in §. Minor. n.*

An eo ipſo quod minor emit molendinum, affirmat Menoch. *lib.3. præſumpt.83.per tot.* vbi etiam quòd datur quando minor incidit in malum vicinum, vel in malam aeris temperiem propter contractum ab eo celebratum.

Reſtitutio in integrum non poteſt peti niſi ab habente 24
ſpeciale mandatum, maximè ſi principaliter petatur, Gratian. *diſcept. forenſ.cap.762. num.9. &c.* vide in §. *Mandatum num.* Tuſch. *lit.R. concluſ.279.* Ridolphin. *in prax. part.1. cap.13. num.426. &c.* Odd. *de reſtit.in integr. quæſt.31. art.12.* vbi pluribus modis limitat, & Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.119. num.8. vol.2. & deciſ.136. d.vol.2.* Rot. *part.9. recent.deciſ.63. num.19.*

Quòd requiratur ſpecialis petitio, nec ſufficiant clauſulæ generales, *ius, & iuſtitiam miniſtrari*, Altograd. *conſ.85. num.41.lib.1.* Tuſch. *lit. R. concluſ.292.* vbi quando dicatur petita, vel non.

Quòd ſit petenda, alias iudex illam non concedat, & quando dicatur petita, Magon. *deciſ. Luc.31. num.23. &c. vbi Addit.*

Quòd ſufficiat petitio per æquipollens, Duran. *deciſ.402. num.12.*

Videtur autem per iudicem denegata per progreſſum ad vlteriora in proceſſu, nec eſt neceſſaria aliqua ſpecialis pronunciatio, & ideò opus eſt appellare ab huiuſmodi progreſſu ad vlteriora, quia ex hoc ſententia non eſſet nulla, Gratian. *diſcept.for.cap.762.n.1. cap.938.n.6. &c.*

Quòd non ſoleat pronunciari ſuper petita reſtitutione in integrum, ne detur materia appellandi, ſed præmiſſa debita cognitione, abſque alia pronuncia ad vlteriora procedi, Scacc. *de appellat. quæſt.19. remed.2. concluſ.4. num.132. & ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucubr.vol.3. lib.14. tit.29.num.69.&c. fol.611.* Ridolphin. *in prax. part.1. cap.13.num.417.&c.* Rot. *part.2. recent. deciſ.13.num.1. part.6. deciſ.275. num.6. & part.12. deciſ.333.num.2.*

Reſtitutio in integrum qualiter tranſmittatur ad hæredes, Gratian. *diſcept. forenſ.cap.711.num.16. cap.761.n.29. cap.820. n.20. &c.* latè in terminis *l. Patronus, ff. de acquir. heredit.* & ſtante probabili cauſa abſentiæ, vel ignorantiæ in defuncto, Altograd. *conſ.94. in princ. & per tot. lib.1.* vide in §. *Hæreditas num.* latè Odd. *de reſtit.in integr. part.1. quæſt.50. per tot.*

Quòd beneficium reſtitutionis in integrum ſit reale, & ob id tranſeat non ſolùm ad hæredes, ſed ad vniuerſales ſucceſſores, Minſinger. *cent.4. obſeru.18. & 19.* Paul. Chriſtin. *deciſ.Belgic.21.n.1. &c. vol.2.*

Et qualiter reſiduum quadriennij, quod ſupererat defuncto tempore mortis ſuæ, tranſmittatur ad hæredes, ad petendam reſtitutionem in integrum, *l. interdum, ff. de minor. l.ea qua, C. de tempor. in integr. reſtit. vbi DD.* Odd. *de reſtit. in integr. part.1. quæſt.20. art.8.* Afflict. *deciſ.211. n.3.* Vrſil. *deciſ.224. num.1.* Dian. *part.11. tract.4. reſol.23. verſ. Et huiuſmodi.*

An, & quando reſtitutio in integrum detur maiori hæredi minoris, & è conuerſo, latè Tuſch. *lit. R. concluſ. 88. per tot.*

Reſtitutus in integrum ex capite minoris ætatis, non 26
tenetur reficere expenſas aduerſario, & quatenus reficerit ob contumaciam, conſtito de læſione, illas recuperat, vt poſt multa hincinde videtur concludere, Theſ. *deciſ.9. per tot.* vbi in alijs contrarium innuit per text. *in cap.1. de in integr.*

tegr. reſtit. vbi latè Abb. & alij, vide in §. *Contumacia, num.* 4. *&* §. *Minor, num.* 46.

27 Reſtitutus per Principem aduerſus ſententiam, vel bannum, an probare debeat ſuam innocentiam, vel potiùs in ea habeat intentionem fundatam ex præſumptione iuris, & fiſcus teneatur probare delictum, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 110. *num.* 28. *&c.* dixi in §. *Admiſſio de non. deſ. num.*

28 Reſtitutus à Principe recuperat omnia iura, & bona in fiſcum tranſlata, quæ in tertium non fuerint alienata, Griuel. *deciſ.* 7. *per tot.* qui diſtinguit inter reſtitutionem gratiæ, vt tunc non recuperet, & reſtitutionem per viam iuſtitiæ, & tunc recuperet etiam, & bona confiſcata, honores, & alia, & cum alijs diſtinctionibus, & declarationibus ibidem adductis, & Carol. Tap. *deciſ.* 50. *per tot.* & quando per tollerantiam quis dicatur reſtitutus, vel per admiſſionem ad contrahendum cum Principe, vel per aſſumptionem ad gradum, quem alias gerere non poterat, Magon. *deciſ. Flor.* 26. *num.* 54. *per tot.* Marth. Medic. *Exam.* 25. *per tot. cum Addit.* vide in §. *Bannitus num.* 21. Cabal. *conſ. deciſ.* 73. *num.* 14. *& ſeqq. lib.* 1. vbi quòd gratia non retrotrahitur in præiudicium iuris medio tempore alteri quæſiti, Battel. *de vltim. volunt. deciſ.* 96. *per tot.*

De omnibus prædictis, & alijs ſimilibus quæſtionibus, maximè vero quando quis eſſet reſtitutus ad gratiam, & bona vigore capitulorum, & fœderum pacis publicæ inter Reges, & Principes ſequutæ ob bonum publicum videndus Plenè Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 29. *per tot.*

Quòd reſtitutus plenariè recuperet omnia bona confiſcata, non obſtante poſſeſſione interim durante banno per alium capta, quæ reſoluitur reſoluta poſſidendi cauſa, Caualer. *deciſ.* 255. *per tot. & deciſ.* 313. *num.* 2. vbi intelligit dummodò non ſit tranſlata per fiſcum, & quòd non recuperet alienata per fiſcum, Diaz. *reg.* 652. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 271. *per tot. & part.* 15. *deciſ.* 25. *per tot.* vbi quando, & ex quibus dicatur plenè reſtitutus, vide Seraph. *deciſ.* 965. *&* 998. plenè Guaz. *de confiſc. bon. concl.* 28. Marth. Medic. *deciſ.* 41. *per tot. cum Addit.* pleniùs Odd. *de reſtit. in integr. part.* 2. *quæſt.* 96. *& ſeqq.* Tuſch. *litt. R. concl.* 299. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 289. *vol.* 1. vbi quòd quando reſtitutio ſit Rebellis ob bonum pacis, vel per viam iuſtitiæ, recuperat etiam alienata, & ſit compenſatio damni priuato per Principem, vide in §. *Vaſſallus num.* 10. latè Merlin. *deciſ.* 125. *per tot.* vbi ex quibus arguatur dicta reſtitutio plena, & qualiter extendatur ad omnia, etiam in tertium tranſlata, vel à Barone Principis ſupremi capta, & confiſcata, idem Merlin. *deciſ.* 168. *per tot.* Beltram. ad Ludouiſ. *deciſ.* 114. *num.* 9. vbi quòd reſtitutio plenaria banniti reintegrat illum etiam ad bona in tertium tranſlata, ac etiam ſi ex diſpoſitione teſtatoris, bona eſſent propter delictum in ſubſtitutum tranſlata, quia dicta reſtitutio reducit cauſam ad non cauſam, titulum ad non titulum, ideò præiudicat ſubſtituto, & valet etiam abſque derogatione regulæ de iure quæſito non tollendo, adde Rot. *p.* 14. *recent. deciſ.* 271. *& part.* 15. *deciſ.* 25. latè Coſta *de ratione rata quæſt.* 30. *per tot. de re integ. Diſtinct.* 30. *per tot. & de retrotract. cap.* 8. *caſ.* 17. vbi an, & quando reſtitutio banniti retrotrahatur, ita vt fingatur nunquam bannitus, vide in §. *Fideicommiſſum num.* 19. *in fine*, vbi quando non admittatur ad fideicommiſſum in caſu delicti ordinatum.

Florentiæ non ſolet fieri huiuſmodi plenaria reſtitutio, ſed tantùm nominatim quoad pœnas afflictiuas, & ideò reſtitutus non recuperat bona, niſi expreſsè dicatur in gratia, quod nunquam vidi, ſed tantùm quandoque ſuſpendi ſententiam quoad confiſcationem, vide in §. *Gratia, num.* 20. vbi quòd ita eſt de iure per plures ibi allegatos.

Quòd reſtitutus pleniſſimè, reponatur in priſtinum ſtatum, locum, & gradum, etiam quo ad præcedentias, licèt ſecus ſit in reſtituto ſimpliciter, qui non recuperat primum locum, tanquam agat nouo titulo, non veteri, Gratian. *diſcept. for. cap.* 845. *nu.* 19. *&c.* latè Odd. *d. quæſt.* 96. *per tot. & quæſt.* 98. Portugal. *loc. cit. num.* 45. *per tot.*

Quando reſtitutus ad patriam dicatur etiam reſtitutus ad bona, Menoch. *lib.* 5. *præſumpt.* 46. *&* 47. *per tot.* vide in § *Bannitus n.* 21. Rot. *p.* 18. *recent. tom.* 1. *dec.* 25.

29 Reſtitutus ſub conditione, ſi pacem habuerit ab offenſo; donec docuerit de huiuſmodi implemento, etiam per declaratoriam iudicis habetur pro bannito quoad omnes & quo ad omnia, præterquam quo ad fiſcum, cum quo poteſt ſemper opponere de gratia, & docere de implemento conditionis ſi capiatur, licet ſecundum alios etiam ante huiuſmodi declaratoriam iudicis, quam nos acceptationem, vel inſinuationem gratiæ apud acta dicimus habeatur pro reſtituto, ſi conditio ſit impleta, ita vt ſit capax priuilegiorum ſuæ Ciuitatis, & aliorum iurium, Gratian. *diſcept. for. c.* 309. *n.* 1. *&c.* Peregr. *de iur. fiſc. lib.* 5. *tit.* 2. *n.* 81. *&c.*

Quòd ſi gratia non ſub conditione, ſed ſub modo fuerit concepta, ſtatim ſortiatur ſuum effectum, licet reſtituto incumbat onus ſeruandi modum, & poſſit ad id compelli, remanente gratia ſemper in ſuo robore, non obſtante contrauentione, Caualer. *deciſ.* 255. *num.* 5. *&c.* Franch. *deciſ.* 509. ſecùs autem ſi gratia contineat commutationem pœnæ, nam tunc ſi gratiatus illa non vtatur, in nihilo ſuffragatur, nec dicitur reſtitutus in gratiam Principis, neque ad ſuccedendum habilitatus, vt benè declarat Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 512. *num.* 11. *& ſeqq.*

Reſtitutus ad gratiam propter occiſionem banniti, ſi detegatur ſubreptio, en quia appareat bannitum fuiſſe ab alio 30
occiſum, reincidit in primam pœnam, & vlterius eſt puniendus, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 151. *per tot.*

Reſtitutus ex iuſtitia, veluti ex cauſa abſentiæ, recuperat omnia amiſſa, & fructus etiam bona fide conſumptos, 31
refuſis tamen expenſis, & melioramentis per poſſeſſorem factis cum intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis, Gratian. *diſcept. forenſ. for. cap.* 807. *num.* 22. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 123. *n.* 4. *& ſeqq. vol.* 2. vbi generaliter de quocunque reſtituto.

Reſtitutus ad gratiam, (cum per confiſcationem bono- 32
rum fuerit liberatus à debito, vt dixi in §. *Debitor, num.* 51.) non poteſt amplius conueniri, licèt ad pinguiorem deuenerit fortunam, niſi fuerit plenè reſtitutus, etiam quoad bona, vel pro quota bonorum, quamuis ipſe neglexerit recuperare bona à fiſco, Gratian. *diſcept. for. cap.* 423. *num.* 35. *& ſeqq. ad* 60. P. Manara *Nott. Malencol. Interreg.* 45. *circa medium fol.* 83. vide Merlin. *deciſ.* 271. *& deciſ.* 703. vbi tamen quod ſi confiſcatio non fuit generalis, ſed particularis, tenetur in bonis poſtea quæſitis, & alia.

Quòd debitor per confiſcationem liberetur, nec reſtitutus ad gratiam poſſit moleſtari, etiam in bonis poſtea quæſitis, intellige quando penes fiſcum extant bona condemnati ſufficientia ad ſatisfactionem creditorum, aliàs ſecùs, cùm fiſcus non teneatur vltra vires bonorum, etiam nullo confecto inuentario, Raynald. *Syntax. rer. Crim. Proœm.* §. 12. *num.* 29. *& ſeqq. per tot.* nec etiam dicta liberatio procedit vbi recuperauit bona amiſſa, vel partem ſub nomine quotæ, quia tunc proportionabiliter tenetur ad debita antiqua, præcipuè quando creditores in termino ſolitorum bannimentorum comparuerunt, & iura ſua deduxerunt, ita vt alio non docto plena eſſe intelligatur reſtitutio, ad tradita per Cabal. *conſ. deciſ.* 132. *num.* 4. *& ſeqq. lib.* 1. & melius Caren. *reſol.* 100. *per tot.* ac ego dixi in *Praxi* §. *Debitoris num.* 10. *in addit. nouæ impreſſionis*, Coſta *de ratione rata quæſt.* 120. *per tot.*

Reſtitutus ad caſtrum, vel ad feudum, & iuriſdictio- 33
nem, an dicatur habere antiquum feudum, vel potiùs nouum, quaſi primum fuerit extinctum, ita vt nulla ſit habenda ratio grauaminis in eo exiſtentis, maximè ſi ex propria pecunia, & induſtria illud recuperauerit, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 839. *num.* 9. *&c.* latè Odd. *de reſtit. in integr. part.* 2. *quæſt.* 98. *art.* 2. *per tot.*

Reſtitutio in integrum quibus perſonis competat, vel 34
non, quibus ex cauſis concedatur, & præcipuè ex cauſa læſionis, abſentiæ, erroris, ignorantiæ, ſimplicitatis, imprudentiæ, ſexus muliebris, impedimenti prouenientis ex perſona impediti, vel ex perſona aduerſarij, vel vtriuſque, vel iudicis, vel aliorum, vel caſu fortuito, & ex clauſula generali, *ſi qua iuſta cauſa videbitur*; quibus ex cauſis ceſſet beneficium reſtitutionis in integrum, eo quia ſit prohibita à lege, vel ſtatuto, vel fuerit alias conceſſa, ſiue denegata, vel ſit ſuperflua ſtante remedio ordinario, vel propter priuilegium aduerſarij, vel quia ſit lapſum tempus ad illam petendam, vel quia fuerint adhibitæ ſolemnitates in actu neceſſariæ, vel quia malitia, ſiue prudentia ſuperet ætatem, vel quia minor ſe maiorem aſſeruerit, vel quia factus maior ratum habuerit, vel quia renunciauerit, vel quia iurauerit, vel quia allegatum impedimentum fuerit affectatum, vel dolo cauſatum, vel ob negligentiam non remotum, vel non proteſtatum, vel impeditus procuratorem dimiſit, per quem agere, & defendi poſſet, vel quia illum non dimiſit;

per quas perſonas peti poſſit reſtitutio, & contra quos, coram quo iudice, quo ordine, cum qua cauſæ cognitione, an cum citatione partis, libello, & conteſtatione litis; quæ ſint probanda, de qua probatione læſionis, minoris ætatis, vel alterius impedimenti, ad quem ſpectet, & de ſententia; quos effectus operetur dicta reſtitutio antequam petatur, poſtquam fuerit petita, & ſic illa pendente, & poſtquam fuerit obtenta, an procedat quoad ius alteri quæſitum, & re non integra, an extendatur ad fructus, vſuras, & intereſſe, an ad litis conſortes, an ad aduerſarium quoq; illum reponendo in priſtinum ſtatum, an ad fideiuſſores, an ad patrem, an poſſit cedi, & vendi, an & quomodo tranſeat ad hæredes, & alia plurima latè tradit videndus D. Sforz. Odd. in ſuo celeberrimo, & notiſſimo tractatu de hac materia, ad quem ſemper habeas recurſum *part.* 1. *per tot.* Tuſch. *litt. R. concl.* 278. *cum pluribus ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 119. *cum multis ſeqq. vol.* 2. Ricc. *Collect. in repert. verb. Reſtitutio*, Fontanel. *deciſ.* 100. *& ſeqq.* Caldas Pereyr. *loc. cit.*

35 Reſtitutio in integrum qualiter competat aduerſus malè geſta, tam à minoribus, quàm à maioribus, & præcipuè aduerſus obligationes ex contractu, veluti mutuum, ſolutionem, depoſitum, commodatum, pignus, litterarum obligationem, fideiuſſorum nouationem, liberationem, & quamlibet aliam ſtipulationem, adoptionem, emancipationem, manumiſſionem, mandatum, ſocietatem locationem, conductionem emphyteuſim, permutationem, emptionem, venditionem, donationem, dotem, donationem propter nuptias, ſponſalitias largitates, matrimonium tam carnale, quàm ſpirituale.

Item aduerſus quaſi contractus, veluti conſenſum in aliorum contractibus præſtitum, negotia pro alijs geſta, tutelas, fideicommiſſa, legata, vel alia onera acceptata, aditionem hæreditatis, vel illius repudiationem, ſiue omiſſionem.

Item aduerſus iudicialia geſta, vel omiſſo ante litis conteſtationem, poſt litem conteſtatam, poſt concluſionem in cauſa, aduerſus lapſum inſtantiæ, aduerſus ſententias interlocutorias, in poſſeſſorio, ac etiam definitiuas, aduerſus omiſſam appellationem, vel lapſum temporis ad appellandum, aduerſus non proſequutam appellationem, & lapſum fatalium, aduerſus rem iudicatam ex capite ætatis, vel ex clauſula generali, vel propter inſtrumenta de nouo reperta, vel quia lata fuerit ſententia ex falſis probationibus, vel ex falſa cauſa, vel contra ius litigatoris.

Item aduerſus delicta in genere, vel in ſpecie, tam in committendo, quàm in omittendo conſiſtentia, aduerſus dolum proprium.

Item contra diſtractus ob non implementum ex parte ſua, & commiſſam ſtipulationem, pœnamue incurſam, contra renunciationes proprij iuris expreſſas, vel tacitas, veluti præſcriptiones conuentionales, legales, mixtas, vel propter non completam præſcriptionem contra alios.

Item de reſtitutione in integrum gratioſa, quæ à ſolo Principe bannitis, & condemnatis concedi ſolet, quando dicatur ſimplex, vel plena, quos effectus vtraque operetur quoad conualidationem eorum, quæ interim inualidè geſta fuerunt, quoad bona, gradus, dignitates, iura, & actiones, feuda, & ſimilia, an faciat interim dum pendet ſuperſedere in executione ſententiæ, an tranſeat ad hæredes, & alia plenè idem D. Sforz. Odd. *d. tract. de reſtit. in integ. part.* 2. *per tot.* quem ſemper ad eas in his materijs, Tuſch. *litt. R. concl.* 276. *& ſeqq. ad* 302. Maurit. *de reſtit.* & Franc. Cald. Pereyr. *eodem tract.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 119. *cum multis ſeqq. vol.* 2.

Quando autem, & in quibus caſibus denegetur reſtitutio in integrum minoribus, alijſque priuilegiatis, latè declarat Hier. Cala *tract. de reſtit. in integr. deneg. per tot.* vide in §. *Minor num.* 47. *& per tot.* ac alibi opportuné.

36 Reſtitutio non datur ſpoliato in beneficialibus, & alijs, niſi doceat de titulo canonico, & quomodo iſtud intelligatur, vide Tuſch. *litt. R. concl.* 301. *per tot.* & latiùs *litt. S. concl.* 399. *per tot.* Ridolphin. *in praxi part.* 1. *cap.* 14. *num.* 121. plenè Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1322. *&* 1323. *per tot.*

37 Reſtitutio famæ an, & quando ſit de neceſſitate facienda, vel non, dixi in §. *Fama num.* 4. latè Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract.* 18 *de reſtit. Diſput.* 10. *per tot. fol.* 227. *&c.* Gibalin. *de vniuer. negot. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 8. *art.* 4. *per tot. fol.* 677.

De reſtitutione ex cauſa homicidij, dixi in §. *Homicidium num.* Caſpenſ. *loc. cit. Diſput.* 3. *per tot. fol.* 193. *&c.* Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de reſtit. cap.* 2. §. 3. *per tot. fol.* 55. *&c.*

De reſtitutione ex cauſa furti, dixi in §. *Abſolutio*, *num.* 33. §. *Furtum*, *num.* 4. *&* 17. §. *Debitor num.* 81. Caſpenſ. *loc. cit. diſput.* 5. *per tot. fol.* 204. Gibalin. *loc. cit. cap.* 9. *fol.* 681.

De reſtitutione ex cauſa ſtupri, dixi in §. *Stuprum nu.* . . Caſpenſ. *loc. cit. diſput.* 4. *per tot. fol.* 201. vbi etiam de reſtitutione ex cauſa adulterij, Vaſquez. *loc. cit. cap.* 3.

Vbi de varijs reſtitutionibus, nempè famæ, ex cauſa homicidij, furti, & huiuſmodi, ex quibus cauſis poſſint differri, vel omitti, &c. adde Leſſ. *de iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 16. *per tot.* plenè Valer. *de differ. vtriuſque fori verb. Reſtitutio per tot.*

De reſtitutione gabellæ indebitè exactæ, vide in §. *Gabella num.* 28. Caſpenſ. *d. tract.* 18. *diſp.* 8. *fol.* 220. vbi etiam de reſtitutione ex turpi lucro, & ludo, *& diſput.* 7. vbi de reſtitutione ex incertis debitis, inuentis, & huiuſmodi, de quibus omnibus latè Vaſquez *d. tract. de reſtit. per tot.*

Plures cauſas excuſantes ab obligatione reſtituendi, partim ex parte debitoris, partim ex parte creditoris, partim ex parte vtriuſque, & partim ex parte rei, & alias non excuſantes, refert Dian. *part.* 11. *tract.* 6. *reſol* 20. *verſ. nota hic obiter*, & ſingillatim explicat Ioſeph. Roccafull. *in prax. Theol. moral. tom.* 2. *lib.* 5. *de ſeptimo præcept. Decal. tract.* 4. *cap. vlt. num.* 405. *& ſeqq.* Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract.* 18. *de reſtit. diſput.* 1. *ſect.* 13 *&* 14. *per tot. fol. mihi* 184. *&c.* vbi decem cauſas excuſantes adducit, & benè declarat, & alia plura de reſtitutione in communi, & in particulari per totum dictum tractatum, de qua materia plenè etiam P. Steph. de Neapol. *tract. de reſtit. per tot.* vide in §. *Peccatum num.* 10. Gibalin. *de vniuerſ. negot. lib.* 6. *tom.* 2. *cap.* 5. *per tot. fol.* 638. *&c.* plenè Gabr. Vaſquez. *Opuſc. moral. tract. de reſtit. per tot. fol.* 37. *& ſeqq. ad* 186. *infrà num.* 40. Franciſc. de Magiſtr. *in Silu. Eccl. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 6. *&* 7. *per tot. fol.* 352. *& ſeqq.* vbi de alijs cauſis excuſantibus à reſtitutione, de quibus latè etiam Bonac. *Theol. moral. tom.* 2. *tract. de reſtit. & contract. diſput.* 1. *quæſt. vlt. per tot.* vbi plura de cauſis, ob quas differri, vel omitti poſſit reſtitutio, vel non.

Reſtitutio in integrum, an detur minori aduerſus alium minorem, vel Eccleſiæ aduerſus Eccleſiam, & huiuſmodi 38
æqualiter priuilegiatos, diuerſæ ſunt opiniones, Fontanel. *deciſ.* 100. *per tot.* & an data reſtitutione, ſicut etiam reſtituendi fructus percepti, & alia de hac materia, maximè pro foro conſcientiæ, Dian. *part.* 11. *tract.* 3. *reſol.* 31. *per tot. cum aliquibus præcedentibus*, vide in §. *Fructus num.* 9. *&c.* §. *Minor num.* 8. latè Hieron. Cala *tract. de reſtit. in integr. denegan. quæſt.* 1. & melius *quæſt.* 35. *per tot.* dixi in §. *Priuilegium*, *num.* 9.

Reſtitutio in integrum eſt remedium ſubſidiarium, &
extraordinarium, & ideò quotieſcumque pupillo, vel mi- 39
nori poteſt eſſe conſultum pro ſua indemnitate contra tutorem, vel alia via ordinaria, non eſt illis concedenda reſtitutio *tot. tit. C. in quibus cauſ. reſtit. neceſſ. non eſt.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 129. *per tot. vol.* 2. & idem in ſimilibus, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 243. *num.* 11. *&c.*

An detur contra compromiſſum, laudum, vel tranſactionem, ſtante enormiſſima læſione, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 143. *per tot. vol.* 2. facit quod dixi in §. *Tranſactio num.* 17.

De reſtitutione in integrum aduerſus tranſactionem qualiter competat tam minoribus, quàm maioribus, quæ læſio requiratur, & alia ad rem, latè Vrceol. *tract. de tranſact. quæſt.* 95. *per tot.* vide in §. *Minor num.* 51.

De reſtitutione in integrum aduerſus propriam confeſſionem tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, an, & quando competat minori, vel etiam maiori, & Eccleſiæ, & quibus ex cauſis, ſiue etiam contra confeſſionem à tutore, vel curatore in præiudicium pupilli, vel minoris emiſſam, quæ ſint probanda, & alia ad rem, Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 3. *quæſt.* 23. *per tot.* vide in §. *Minor*, *&* §. *Læſio*.

Reſtitutio qualiter ſit facienda ab omnibus illis, qui ali- 40
quo modo cooperantur damno alterius, veluti in furto, homicidio, vel alia actione iniuſta, quorum aliqui dicuntur cooperari poſitiuè, alij verò negatiuè, vt inſequentibus verſibus cauſas omnes cooperantes complectentibus, videlicet.

Iuſſio, conſilium, conſenſus, palpo, recurſus,
Participans, mutus, non obſtans, non manifeſtans.

An aliquando poſſit excuſari, eo quia, etiam ſine illorum opera, & auxilio damnum fuiſſe ſequutum.

An omnes teneantur in ſolidum, vel aliquando tan-

tum

tùm pro parte ad eos deuenta, aut cuius cauſa fuerunt.

An vno reſtituente, cæteri liberentur, vel teneatur reſtituerat ei, qui pro ipſis ſatisfecit;

An ſi ille, qui damnum paſſus eſt remittat vni gratis obligationem, alij remaneant liberati.

Quid ſi paulatim damnum intulerint, & alia plura notabilia, & ſcitu digna in materia reſtitutionis, maximè pro foro conſcientiæ, latè explicant D. Thom. 2. 2. *quæſt. 62. art. 7.* vbi Caiet. & alij, idem Caiet. *in Sum. verb. reſtitutio*, Sylueſtr. *in Sum. verb. Reſtitutio*, Angel. *in Sum. verb. Furtum*, Nauar. *in Sum. cap. 17. nu. 17. & ſeqq.* Couar. *in reg. Peccatum part. 2. §. 12.* Gabr. Vaſquez. *Opuſc. moral. tract. de reſtit. cap. 9. per tot. fol. 144. & ſeqq.* P. Stephan. de Neapol. *tract. de præcip. iur. & iuſt. part. ∴ de reſtit. & contract. lib. 1. cap. 1. cum pluribus ſeqq.* & alij per me citati ſupra *num. 37.* quibus adde Turrian. *tract. de iuſtit. in 2. 2. D. Th. d. q. 62. per tot. fol. mihi 98. & ſeqq.* Zamoran. *tract. de compenſat. diſp. 5. c. 16. per tot.*

De circumſtantijs in reſtitutione ſeruandis, quo loco, ordine, & expenſis, cuius ſit facienda reſtitutio, latè idem Vaſquez. *d. tract. cap. 10. per tot. fol. 161. & ſeqq.* Turrian. *loc. cit.* Zamoran. *loc. cit.*

De reſtitutione incertorum quomodo ſit facienda in commodum animarum eorum, quibus verè debentur, quando ignorantur perſonæ læſæ, & quando dubitatur de obligatione, qualiter vel ſit deponendum dubium, vel facienda reſtitutio pro malè ablatis incertis, quomodo interpretandum ſit legatum ex dicta cauſa factum, & ſubiaceat Fabricæ S. Petri, ac alia ad rem, Carol. Marant. *contr. part. 4. reſponſ. 92. per tot. & part. 5. reſponſ. 42. 43. & 44. per tot.*

Quibus autem ex cauſis poſſit differri, vel omitti reſtitutio, vide *DD. citatos ſupra num. 37. plures cauſas.*

41 De reſtitutione in integrum aduerſus plura, ac de alijs reſtitutionibus multas implet paginas Bertachin. in *Repert. verb. Reſtitutio*, Ioſeph. Feliu. *Margar. var. concluſ. eod. verb.* Thoro *Compend. deciſ. Neap. part. 1. & 2. verb. Reſtitutio*, Odd. *tract. de reſtit. in integ.* Cala *de reſtit. in integr. deneg.* Griuel. *deciſ. 7. per tot.* Capuc. *in Prax. tom. 1. part. 3. cap. 10.* alijque multi indicati à Co. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part. 5. verb. Reſtitutio fol. 542. & ſeqq.* qui tractant materias omnium reſtitutionum.

42 De reſtitutionibus diuerſis, quibus ſint faciendæ, vel non in vtroque foro, & præcipuè ex cauſa læſæ immunitatis Eccleſiæ, furti venditionis, homicidij, ſtupri, conſilij, turpiter accepti impedimenti dati, mutui à filioſamilia recepti, ludi, eleemoſynæ receptæ, damni dati, emptionis, & venditionis rei furtiuæ, delicti à pluribus ſimul commiſſi, comeſtionis rei furatæ, munerum per fœminas à ſuis amatoribus deluſis receptorum, dotis in fraudem creditorum conſtitutæ, pœnarum remiſſarum à cuſtodibus, columbariorum, delicti negati, & huiuſmodi; an paupertas excuſet à reſtitutione, qualiter teneantur hæredes, quid ſi malefactor fuerit iudicialiter ſtatutis pœnis punitus, an cõdemnatus ad pœnam pro damno dato teneatur inſuper ad emendationem damni, aliaque plura ad rem, tradit Valer. *de differ. vtriuſque fori verb. Reſtitutio per tot.* & P. Mendo *in Elucidat. Bullæ Cruciata Diſput. 34. 35. & tract. de Iur. Academ. in locis citatis in Indice verb. Reſtitutio.*

§. RETENTIO. XXVI.

1 RStentio vnius rei pro alia regulariter non eſt permiſſa, niſi peruenerit ad creditorem cauſa, & occaſione illius debiti; pro quo vult retinere, vel ex cauſa debiti putatiui, quo caſu poteſt pro debito vero retineri, Rot. *part. 2. Diuerſ. deciſ. 115. num. 2. & ſ.* vide Neguſ. *de pign. part. 5. membr. 4. num. 5. & ſeqq.* Card. Tuſch. *lit. R. concl. 307. cum alijs*, quos refert; & ſequitur Marth. Medic. *Exam. 56. per tot. cum Addit. & deciſ. 91. num. 7. & ſeqq.* Ricc. *Collect. 191. 1917.* Rot. *part. 12. recent. deciſ. 262. num. 5.* adde Pacion. *de locat. & conduct. cap. 42.*

Qualiter retentio ſit prohibita commodatario, & regulariter omnibus alijs, admittitur tamen in multis caſibus, quos doctè, & lõga ſerie proſequitur vidẽdus Hermoſil. *ad leg. partit. tom. 1. tit. 2. leg. 9. gloſ. 3. & 4. per tot. fol. 197. ad 210.*

Quòd retentio competat Sartoribus pro mercede veſtium, & qualiter teneantur de imperitia, Conciol. & Romaguer. *in Addit. ad Stat. Eugub. lib. 5. Rub. 5. per tot.*

Item competit Mareſcalchis pro mercede Equi curati, & qualiter teneantur de inclodatura Equi, vel Aſini, Conciol. & Romaguer. *vbi ſuprà Rub. 6. per tot.*

2 Retentio licet regulariter ſit prohibita, permittitur tamen in aliquibus caſibus pro mercede, & ſalario, veluti in ſcriptore libri, notario, actuario, nauta, vecturali, ſutore, fabro, & ſimilibus artificibus, mareſcalcho, qui equum curauerit; depoſitario, cui ſit debita merces, famulo, aduocato, procuratore quo ad ſcripturas ab illis exaratas, & non tantùm prædictis, ſed etiam eorum hæredibus, & ſingularibus ſucceſſoribus, ac etiam ſi creditum eſſet præſcriptum, quia prohibita actione, non cenſetur prohibita exceptio, intelligendo tamen ſemper pro rata ſalarij, & mercedis, & non vltra, quando res patitur commodam diuiſionem, ſecus ſi ſit indiuiſibilis, vt quia non poſſit poſſeſſor priuari parte, quin priuetur toto, Laufranch. Zacch. *tract. de ſalar. & merced. quæſt. 96. per tot.* Pacion. *de locat. cap. 42. per tot.* vbi omnia prædicta repetit Hermoſil. *loc. ſup. cit.*

Quoad procuratorem, & aduocatum an poſſit retinere ſcripturas, vide in §. *Procurator num.*

Alia de retentione remiſſimè Ægid. de Caſteiou. *in Alphab. iurid. verb. Retentio.*

Retentio datur nulliter miſſo in poſſeſſionem, ſi apertè 3
conſtet de credito donec totum conſequatur, & agens ad dictam nullitatem debet debitum offerre, Gratian. *diſcept. for. cap. 706. num. 11. &c.* vbi etiam quid de fructibus interim perceptis, & dixi in §. *Fructus num....* idem Gratian. *cap. 734. num. 13. &c. num. 47. &c. cap. 914. num. 25.* vbi quòd tenuta nulliter conceſſa non reuocatur ſi de nouo eſſet cõcedenda propter bonum ius poſſeſſoris, Caualer. *deciſ. 539.* Magon. *deciſ. Flor. 120. num. 12. &c.* vbi quòd debet peti, alias non datur, vide in §. *Creditor num. 28.* §. *Debitor n....* & §. *Carceratus n....* Rot. *part. 9. recent. deciſ. 348. num. 51. & 52.* vbi ad hoc vt competat dicta retentio creditum debet eſſe ita certum, & liquidum, vt contrarium in petitorio probari non poſſit, & ſic de illo conſtare, vel per confeſſionem partis, vel per rem iudicatam, vel per inſtrumenta publica, quæ nullam admittant controuerſiam, eadem Rot. *d. part. 9. dec. 463. num. 2. &c. & part. 13. dec. 140. per tot. & dec. 218. num. 4.* Hermoſ. *loc. ſup. cit.*

Non tamen datur retentio creditori poſteriori contra anteriorem, & potiorem, Duran. *deciſ. 412. nu. 1.* Rot. *part. 9. recent. deciſ. 40. num. 45. & 46. part. 10. deciſ. 65. nu. 4. part. 16. deciſ. 411. num. 8.*

Retentio datur ex cauſa valida, licet ex cauſa inualida res 4
ad aliquem peruenerit, Rot. penes Poſt. *de ſubhaſt. deciſ. 4. num. 8.* vbi citat Bart. *in l. eleganter C. de condict. indeb.* & latè idem Poſt. *d. tract. Inſpect. 62. per tot. infra num. 8.*

Quòd non detur retentio pro creditis diuerſis ab eo, pro quo emanauit adiudicatio, Caualer. *deciſ. 539. num. 4. & deciſ. 543. num. 3.* Rot. *part. 13. recent. deciſ. 26. num. 10. & deciſ. 89. num. 11. part. 14. deciſ. 394. num. 12.* vbi quòd ſolùm datur retentio, quando bona peruenerunt ad creditorem ex eodem titulo, pro quo illa vult retinere.

Qualiter competat retentio pro expenſis in recuperando fundo factis, vide in §. *Expenſa num.*

Qualiter pro melioramentis, vide in §. *Melioramenta, num. 1. & 5.* Caualer. *deciſ. 543. in fine*, vbi quòd pro melioramentis non denegatur etiam in ſpolio, Bich. *deciſ. 179. num. 1. & ſeqq.* Rot. *part. 13. recent. deciſ. 109. num. 19. & 20.* vbi quòd ad hunc effectum debent eſſe probata, cum demonſtratione ſtatus antiqui, vt ſciri poſſit quod impenſum, & quid melioratum fuerit, alias autem ſufficit cautio de illis reficiendis poſtquam fuerint liquidata, vel depoſitum.

Retentio eſt magis fauorabilis quam compenſatio, & da- 5
tur propter hypothecam etiam in caſibus, in quibus non fit compenſatio, latè Grat. *diſcept. for. cap. 356. num. 27. &c. cap. 728. num. 29. &c.* Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ. 115. num. 1.* vbi quòd competit etiam aduerſus executionem ſententiæ, Capyc. *deciſ. 119 per tot.* vbi plura, vide in §. *Compenſatio num. 11. &c. infrà num. 9.* Merlin. *deciſ. 724. num. 7.*

Quòd admittatur retentio non obſtante obligatione camerali, & iuramento, Pac. Iordan. *Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 20. num. 446. fol. 418.*

Quòd competat etiam non habenti hypothecam, & qualiter, Gratian. *diſcept. for. cap. 731. num. 24. & ſ.* Poſt. *de ſubhaſt. inſpect. 62. num. 4. 5. 6.* intelligendo quando res peruenit ad eum, qui vult retinere ex cauſa, & occaſione illius debiti; cuius prætextu prætenditur retinere, Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ. 115. per tot.* Capyc. *deciſ. 119. per tot.* Caualer. *deciſ. 539. num. 4.* Addit. ad Gregor. *deciſ. 254. num. 7.* Rot. *part. 11. recent. deciſ. 171. num. 4. & 5.* vbi ſimpliciter quòd retentio datur poſſeſſori pro ſuo credito, licet non habet hypothecam, ſi ſaltem probet rem fuiſſe in bonis debitoris de tempore obli-

obligationis, vel poſtea, Rot. par. 14. recent. dec. 435. vbi qualiter immiſſus in poſſeſſionem pro credito hypothecario, poſſit retinere pro alio credito hypotheca deſtituto vigore, l. vn. C. etiam ob Chirograf. pecun. &c. infra num. 15.

Quando detur retentio vnius rei pro alia, ſiue pro alio credito, ſiue adſit hypotheca, ſiue non, latè Marth. Medic. Exam. 36. per tot. cum Addit. Rot. p. 11. rec. dec. 365. n. 11. & ſeqq. & poſt Oleam de ceſſ. iur. dec. 34. per tot. vbi quòd licet retentio ſit quædam compenſationis ſpecies, eſt tamen in pluribus fauorabilior, & competit in quocumque caſu, etiam in debito quantitatis pro credito ſpeciei, cum regulare ſit, excluſa compenſatione non prohiberi retentionem, infra n. 13. in fine, & n. 15.

6 Retentio præſupponit debitum, & creditum hinc inde proueniens ex perſonis ipſorummet debitoris, & creditoris, non autem alterius, & ideò non procedit contra eum, qui repræſentat duas perſonas, vt quia ſit creditor nomine proprio, & debitor nomine hæreditario, vel creditor ex propria perſona, & debitor nomine ſocietatis, vel è contra, Gratian. diſcept. for. cap. 948. n. 1. &c. Caualer. deciſ. 38. n. 4. &c. vbi loquitur in compenſatione, Altograd. conſ. 59. n. 30. &c. lib. 1. vbi etiam n. 35. quòd non admittitur in legitima de debito filij licet liquido, de quo vide Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. q. 20. n. 10. &c. facit quod dixi in §. Compēſatio.

7 Retentio animalis diu alimentati eſt licita pro expenſa pabuli, cum priuilegio prælationis quoad alios creditores, etiam anteriores, Gratian. diſcept. for. cap. 80. n. 11.

An idem ſit quoad perſonas carceratas pro expenſis alimentorum, vide in §. Carceratus num.

Quid in animalibus repertis damnum dare, vide in §. Animalia num.

8 Retentio non datur, quando res cum vitio peruenit ad creditorem ex alia cauſa, quam debiti, pro quo vult retinere, Gratian. diſcept. for. cap. 706. n. 14. &c. Poſt. de ſubhaſt. Inſpect. 62. n. 36. Caualer. dec. 543. per tot. vbi vide, & dec. 539. n. 5. &c. Marth. Medic. Exam. 56. n. 1. &c. cum Addit. & dec. 91. & 92. per tot.

Quòd retentio admittatur etiam in Saluiano, quando eſt clara, quamuis ex alia cauſa quis fuerit in poſſeſſionem ingreſſus, niſi ab initio fuerit vitioſus ingreſſus, Rot. p. 9. rec. dec. 111. n. 3. &c. & par. 10. dec. 86. n. 4. & ſeqq. vide in §. Remedium n. 9.

Quòd retentio non competat pro credito non liquido, nec vbi poſſeſſio fuit attentata, nec vbi res eſt diuiſibilis, & poteſt omnibus ius habentibus ſatisfieri, Rot. p. 11. rec. dec. 129. n. 10. & ſeqq.

Item non datur in ſpolio iudiciali, quando ſpoliatus non fuit contumax, Caual. dec. 539. Rot. p. 12. rec. dec. 131. n. 16.

Si tamen ſolutio nulla poſſit exceptione excuſari, ad inanes circuitus euitandos, datur retentio creditori, vt benè probat Rot. p. 13. rec. dec. 140. n. 3. &c. infrà n. 16.

9 Retentio regulariter cauſatur tantùm ex hypotheca, Corn. conſ. 62. n. 27. lib. 3. Crauett. conſ. 148. n. 2. Gratian. diſcept. for. 356 n. 27. vide ſupra n. 5.

Qualiter autem ſi quis ſit creditor alicuius, eiuſdemque debitor, poſſit nomen ſui ipſius eſſe ſibi hypothecatum, & virtute huiuſmodi hypothecæ habere locum retentio, vide Capyc. deciſ. 88. n. 3. & 4. ſupra n. 5.

10 Retentio poteſt allegari etiam in executione ſententiæ, cùm per eam non impugnetur ſententia, ſed potiùs confirmetur, Marth. Medic. dec. 91. n. 26. & 27. vide in §. Compenſatio num.

Quòd retentio admittatur contra inſtrumentum publicum habens executionem paratam, Cyriac. contr. 224. n. 9. ſicut etiam contra ſententiam in iudicatum tranſactam, eiuſque executionem, Crauett. conſ. 148. n. 2. Cephal. conſ. 573. n. 22. Cratin. contr. 168. n. 41. &c.

11 Retentio an detur contra dotem, vel intereſſe illius, Franch. dec. 642. per tot. dixi in §. Mater num.

12 Retentio qualiter competat creditori pro melioramentis factis in bonis ſui debitoris, Merlin. dec. 351. per tot. & dec. 363. n. 7. &c. dixi in §. Creditor n. 28. & §. Melioramenta n. 18. Ricc. Collect. 1348. 1917. &c. Rot. p. 13. rec. dec. 71. n. 12. & dec. 395. n. 19. & ſeqq. vbi quòd non competit retentio, quando non ſunt liquida, non conſtat de anteriori ſtatu rei melioratæ, & non probatur quid impenſū, & quātum melioratum fuerit, vide Rot. d. p. 13. dec. 149. n. 12. & ſeqq. vbi quando competat retentio, & in Romana Saluiani 15. Martij 1677. coram Roudinino poſt Vrceol. de tranſact. dec. 92. vbi quòd quando fuerunt probata melioramē-

ta ſaltem in genere, non poteſt poſſeſſor ab eorum poſſeſſione amoueri, niſi illi præfixo termino pro meliori liquidatione, non obſtante cautione oblata, &c. Rot. par. 18. rec. deciſ. 237. per tot.

Retentionis, ſiue retinendi ius tranſit in ſingularem ſuc- 13
ceſſorem, etiam ſine ceſſione, quicquid ſecus ſit quoad ius agendi; & ideò re euicta ius retinendi, excipiendi, & ſe defendendi citra ſpecialem ceſſionem in ſingularem rei ſucceſſorem transfertur, l. hoc iudicium 14. §. impendia, verſ. ſed is qui, ff. commun. diuid. Guzman. de euict. q. 10. n. 43. & q. 11. n. 26. Benintend. dec. 50. Surd. dec. 50. n. 4. Olea de ceſſ. iur. tit. 4. q. 7. n. 28. & ſeqq. vide in §. Emptio num.

Ad effectum tamen vt ſit locus retentioni, creditum, pro quo illa prætenditur debet eſſe certum, & liquidum in ſubſtantia, & quantitate, alias ſi non ſit tale nunquam intrat retentio, Rot. p. 14. rec. dec. 200. per tot. & p. 18. dec. 620. n. 35. & ſeqq. vbi quòd creditū debet eſſe liquidum, vel per cōfeſſionem partis, vel per ſententiam, vel per inſtrumentū.

Retentio qualiter competat hæredi granato pro ſuis de- 14
tractionibus ad impediendam immiſſionem fideicommiſſarij, Rot. p. 3. rec. dec. 179. per tot. dixi in §. Fideicommiſſum n. 36. §. Granatus n. 10. & §. Immiſſio n. 1. Rot. d. par. 13. deciſ. 294. per tot. vbi intelligit quando creditum hæredis eſt liquidum, & conſtat de ſtatu hæreditatis, ſecùs autem ſi ſit illiquidum, & non conſtet de ſtatu hæreditatis, & ex quibus dicatur de eo conſtare, vel non.

Retentio pro credito etiam ſimplici chirographario, & 15
hypotheca deſtituto competit creditori immiſſio in poſſeſſionem pro alio ſuo credito hypothecario, iuxta l. vn. Cod. etiam ob chirograph. pecun. &c. vbi DD. communiter; quod quidem priuilegium retentionis pro credito chirographario procedit non tantùm contra debitorem principalem, ſed etiam contra emptorem, & tertium poſſeſſorem, à quibus fuit per creditorem hypothecarium auocata poſſeſſio, quādo emptor, vel tertius poſſeſſor non eſſet pariter creditor hypothecarius, vel non offerret creditum creditori hypothecario antequam ab eo auocetur poſſeſſio, quia hoc remedio poſſet ſibi conſulere, & non teneretur creditum chirographarium offerre, vel ſi eſſet creditor hypothecarius poſſet inefficacem retentionem reddere, & excludere, vt colligitur ex traditis per Rot. par. 14. recent. deciſ. 435. per tot. vbi plures allegat, vide ſupra n. 5.

Quòd retentio eiuſdem rei adiudicatæ permittatur ex alia cauſa, & quomodo, Martha vot. Piſ. 197.

Quòd detur retentio vt ſupra pro alio credito, licet non 16
hypothecario, intellige quando aliud creditum eſt liquidum, alias ſecus, Paciſ. de Saluian. Inſpect. 4. cap. 1. n. 224. et ſeqq. Ludouiſ. cum Beltram. deciſ. 254.

Qualiter poſſeſſor finita cauſa poſſidendi pro fructibus 17
vnius cenſus, pro quo obtinuit immiſſionem habeat retentionem pro fructibus alterius cenſus, Rot. par. 18. rec. tom. 1. deciſ. 38.

Retentio datur etiam in ſpolio iudiciali pro eo credito, 18
pro quo fuit ſpoliatiuè conceſſa immiſſio, quando fuit proceſſum parte citata, & tantò magis ſtante facultate ingrediendi poſſeſſionem propria auctoritate, & quando creditum eſt liquidum, Caualer. dec. 453. n. 4. et deciſ. 539. n. 8. etc. Gratian. diſcept. 706. n. 11. et ſeqq. Surd. dec. 46. n. 7. et per tot. Bich. deciſ. 628. n. 12. et ſeqq. vide ſupra n. 3. n. 8. et in §. Remedium num. 19. in fine.

Quòd retentio pro alio credito non detur ſpoliatori, quia ſpoliator non poteſt ex diuerſo credito ſe confouere in ſpolio per viam retentionis, ſed declarato ſpolio, debet ſpoliatus ante omnia reſtitui, Rot. par. 15. recent. dec. 175. per tot. par. 17. deciſ. 12. n. 4. et ſeqq. vbi quòd in ſpolio iudiciali datur retentio ſpoliatori pro credito vndequaque liquido, & claro, ſecus autem in ſpolio priuato.

Quæ dicta ſunt de retentione velim intelligas, reten- 19
tionem dari tantùm pro credito liquido, quando volens retinere poterat tantùm actionem perſonalem intentare, & ſic in creditor ſimplici chirografario, ſecùs autem ſi habebat hypothecam, quia tunc poteſt incumbere pignori donec liquidetur, quando inſpecto præſenti ſtatu conſtat deberi, licet de quantitate ſit dubium, Soccin. conſ. 90. vol. 4. Bart. in l. Iulianus in fine, ff. de condit. indebit. Gramat. deciſ. 58. num. 10. et ſeqq. Capyc. Latr. dec. 137. n. 44. et 45. lib. 2. Rot. par. 1. recent. dec. 242. vbi noluit dare executionem credito liquido, donec fuiſſent terminatæ prætenſiones illiquidæ alterius partis, Addit. ad Ludouiſ. dec. 220. in fine, Io. Anton. ab Eccleſ. obſer. 163. n. 15. Salgad. de Reg.

protect. par. 4. cap. 14. num. 258. & 259. Rot. *in Murana Congrua 12. Februarij 1669. coram Eminentiſſimo Cerro, & par. 18. rec. dec. 455. n. 15.* vbi quòd retentio non denegatur ex perceptione paruæ quantitatis, quæ de facili liquidari poteſt per calculum arithmeticum, Card. de Luca *de iudic. Diſcurſ. 33. n. 45.* Otthob. *dec. 32. n. 9.* & dixit Rot. Florent. (non tamen adhibita dicta diſtinctione crediti ſimplicis chirographarij, vel hypothecarij) *ſub die 9. Auguſti 1686. in Florentina fideicommiſſi de Fabbronibus, verſ. finem, §. Quo verò ad illiquiditatem crediti, &c.* quam cum præ acta diſtinctione ſequuti fuimus Illuſtriſſimi DD. mei Petrus Maggius, N. Morellus Aduocatus, & ego iudices delegati pro reuiſione eiuſdem cauſæ confirmando retẽtionem conceſſam Excellentiſſimæ D. Mariæ Magdalenæ Gnffier vxori Excellentiſſimi Ducis Caroli Dudlei Ducis Nortumbriæ ſub die 22. Decemb. 1688. tantò magis, quia ſemper ſe obtulit promptam, & paratam ad liquidandos fructus perceptos ex bonis per eam poſſeſſis, & ſic per eam non ſtare dicebatur, & cùm eſſe certa creditrix cum hypotheca in valde excedenti quantitate, vt vltra citatos perpendnnt Cephal. *conſ. 8. lib. 1.* Ioſeph. de Roſa *conſult. 37. n. 11. §. Ex his,* aſſignando eidem terminum quatuor menſium ad dictam liquidationem faciendã, quibus elapſis teneatur præuio alio decreto relaxare bona quatenus creditrix non remaneat.

Quòd autem dicta D. Duciſſa eſſet creditrix conſtabat ex pluribus ſententijs, & laudis, & quòd haberet hypothecam, quia creditum proueniebat ex Doario, & Præcepuro ſibi debito in bonis D. Comitis Leonardi de Fabbronibus eius primi viri, quod gaudet omnibus priuilegijs dotis, vt tradunt Boſſ. *de dot. c. 15. n. 227.* Card. de Luca *diſcurſ. 50. n. 2. tit. de dote,* & in terminis arrarum Hiſpanarum Caſtil. *contr. tom. 8. c. 36. §. 4. in princip.* & in indiuiduo ipſius Doarij, Argentr. *ad ius Brittan. tit. de iur. connub. art. 436. n. 5,* Coppin. *de moribus Pariſ. lib. 2. tit. 2. n. 18.* Pappon. de Arreſt. Franc. *Arreſt. 13. 17. 18. & 19.*

Eſt autem ſpeciale in dote (vel commune cum alijs creditis ad tradita per Ioſeph. de Roſa *d. conſult. 37. n....*) vt quoad creditũ dotale non militet præſumptio extinctionis illius ex fructibus boorum perceptis, quæ ad inducendam illiquiditatem fortè in alijs creditis admitteretur, ſed qui petit immiſſionem, ipſe probare debeat ad manus mulieris retinere volentis vere, & cum effectu tot bona perueniſſe, ex quibus potuerit commodè ſatisfieri, vt pluries firmauit Rot. præſertim coram Seraph. *dec. 1455. n. 7. & ſeqq.* & poſt Merlin. *de pign. dec. 53. n. 8.* & coram Bichio *dec. 466. n. 26. & 27.* & coram Card. Cerro *dec. 932. n. 13. & 18.* Coſta *de rat. rata q. 58. ſub n. 1.* Io: Anton. ab Eccleſ. *obſer. 163. n. 15.* cum alijs per me citatis in §. *Mater num. 16.*

18 De retentione varia tradunt Bertachin. *in Repert. verbo Retentio,* Ioſeph. Felin. *Margar. var. concl. eodem verb.* Thoro *Compond. deciſ. Neap. p. 1. & 2. verb. Retentio,* Cyriac. *contr. 180.* Giurb. *ad Conſuet. Meſſan. cap. 10. gloſ. 7.* Caſtald. *conſult. 87.* Bonden. *Collect. 37.* Io. Paul. Meli *alleg. 9. 23. & 65. tom. 3.* Molignat. & Maur. *tract. de retent.* alijque plures citati à Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Retentio,* & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. p. 5. eod. verb. fol. 549.*

19 Retentio feudi non deuoluti, & aliorum bonorum viri, qualiter competat mulieri pro ſua dote, niſi obſiſtant creditores, latè Cæſar de Afflicto *Contr. iur. cap. 7. 8. & 9. per tot.* & dixi in §. *Vxor n. 30. & ſeqq.* vide in §. *Feudum n. 28.* Iacob. Balducc. *in Annot. ad Ramon. conſ. 50.*

20 Retentio, & compenſatio, an, & quando detur contra dotem, *text. in l. vnic. §. Taceat. C. de rei vxor. act.* vbi DD. & præcipuè Ant. Fab. *in ſuo Cod. eod. tit. definit. 4. 12. & ſeqq.* Fontanel. *de pact. nup. clauſ. 7. gloſ. 3. p. 12. n. 43. &c.* Gratian. *deciſ. March. 179. & diſcept. 129.* cæterique relati per Cæſar de Afflicto *contr. iur. cap. 27. num. 7. & num. 44. & ſeqq.* vbi concludit dari quando res dotalis eſt hypothecata, & creditum, pro quo prætenditur retentio eſt liquidum; facit Balducc. *vbi ſupra.*

§. RVBRICA. XXVII.

1 Rubrica generalior nigro, non reſtringitur per nigrum, ſi contineat in ſe orationem perfectam *DD. in l. 1. ff. ſi cert. pet.* Roland. *de dot. quæſt. 9.* latè Menoch. *lib. 5. præſumpt. 1. per tot.* vbi videtur concludere præſumptionem tantum, & coniecturam facere, non autem diſponere, vide latè Tuſch. *litt. R. concl. 370. per tot.* Surd. *conſ. 166. num. 12.* Rot. *p. 14. rec. dec. 445. n. 8. dec. 498. n. 6. p. 11. dec. 270. n. 11. & p. 12. dec. 342. n. 16. &c.* Anton. de Ballis *tract. var. lib. 5. in Præl. ad Prag. Regni Siciliæ n. 34. & ſeqq.* Bich. *dec. 223. n. 15.* vbi quòd generaliter loquens, & habens orationem perfectam deſeruit ad deciſionem cauſarum, Maſcard. *de probat. vol. 3. concl. 1284.* vbi plura an, & quando Rubrica poſſit allegari, & deſeruire ad deciſionem cauſarum, Rot. *par. 18. recent. dec. 727. n. 3. & ſeqq.*

Quando dicatur continere orationem perfectam, vt poſſit deſeruire ad deciſionem cauſarum, etiam ſupplendo caſum fortè in nigro omiſſum, vel obſcurum, Altograd. *conſ. 8. n. 41. & 42. lib. 1. conſ. 86. n. 14. & ſeqq. lib. 1. conſ. 30. n. 3. & ſeqq. lib. 2.* Caualer. *dec. 480.* vbi quòd declarat nigrum, Martha *vot. Piſ. 9. n. 35.* vbi quòd habens orationem perfectam, plenè probat, Thom. Triuiſ. *deciſ. 56. per tot. lib. 2.* vbi plura de intelligentia Rubricarum, ſiue titulorum legum, & Rot. *par. 18. rec. d. deciſ. 727. n. 3. & ſeqq.*

Quòd ea, quæ ſunt ſub vna Rubrica poſita ſecundùm illam ſunt intelligenda, & diuerſitas Rubricarum inducat diuerſitatem ſubiectorum, ex Salgad. & Solorzan. notat Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Rubrica.* 2

Alia plura de Rubricis quid, & quantum probent, vel non habentur penes Bertachin. *in Repertor. verb. Rubrica,* quando Rubrica poſſit allegari pro textu, nempè ſi habeat orationem perfectam, Anton. Gob. *Conſult. 117. n. 55. & ſeqq.* Ioſeph. Felin. *Margarit. var. concl. verb. Rubrica,* & alij citati à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. par. 5. eod. verb. 566.* 3

§. RVSTICVS. XXVIII.

Rvſticus præſumitur ignorare iura, & cùm in illo tolleretur huiuſmodi ignorantia, & citatus perſonaliter non compareat, non dicitur verus contumax, & ſi depoſuerit contraria non punitur de falſo, ceſſat in eo omnis fraudis ſuſpicio ſi fecerit contractum vſurarium, vel emerit cum pacto retrouendendi, etiam cum modicitate pretij: Hæc tamen omnia ceſſant in ruſtico ſagaci, & vt aiunt quadrato, Ferret. *cant. 17. per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ. 194. n. 3. &c. per tot.* Odd. *de reſtit. in integ. quæſt. 9. per tot.* Surd. *deciſ. 237. per tot.* vbi quando ruſtici propter ruſticitatem excuſentur, ſiue in integrum reſtituantur, vel non, adde Tuſch. *litt. R. concl. 371. & 372. per tot.* Maſcard. *de probat. vol. 3. concl. 1285. per tot.* vbi an, & quando iuris ignorantia in ruſtico præſumatur, & latè Renat. Choppin. *tract. de priuileg. ruſtic. lib. 1. par. 2. per tot.* vbi ſex capitibus omnia prædicta exornat, licet ſuboſcurè. 1

Ruſticus ob eius præſumptam ſimplicitatem, ipſo iure non excuſatur, niſi in caſibus à iure expreſſis, licet ob æquitatem illi interdum ſubueniatur, non itaque excuſatur ſi in ius vocauit aliquem ſine venia in caſibus vbi eſt neceſſaria, nec ſi matrimonium contraxit cum pupilla (quod tamen de iure canonico non attenditur) non à turbata poſſeſſione, non in notorijs, non in his, quæ clam agit, ſi palam facere poterat, non à caducitate ob non ſolutum canonem, vel ob alienationem, non ſi potuit peritiores conſulere, non quoad producendum teſtes poſt dicta teſtificata, non temerè litigando, non tranſeundo ad ſecunda vota abſque petitione tutoris pro ſuis filijs, non quoad variationem iudicij, non ſi per ſubreptionem reſcriptum obtinuit, & non in delictis, prout hos omnes caſus explicat Menoch. *de arbitr. caſ. 194. num. 1. & ſeqq. ad 33.* Odd. *de reſtitut. in integr. par. 1. q. 9. art. 3. & 4 per tot.* & facit Renat. Choppin. *loc. ſup. cit.* 2

An autem in dictis, & ſimilibus caſibus, in quibus ruſtico non ſuccurritur ipſo iure, ſaltem eidem ſuccurratur ope reſtitutionis in integrum ex clauſula generali, latè Odd. *de reſtit. in integ. par. 1. quæſt. 9. per tot. & præcipuè art. 5. per tot.* vbi affirmatiuè concludit; niſi agatur de ignorantia iuris naturalis, vel gentium, quia tunc nullatenus ei ſuccuritur, idem Odd. *d. quæſt. 9. art. 3. per tot. & art. 4.* vbi an ſuccurratur idem aduerſus iuris ciuilis ignorantiam, quando ſpecialiter prohibitum eſt ſuccurri, & qui ſint iſti caſus, ac negatiuè concludit.

Ruſticus propter eius ſimplicitatem excuſatur in multis caſibus, nempè ſi corrupit album Prætoris, ſi iuſſus non cedit iura, & codicem, ſi indebitum ſoluit, ita vt transferat onus probandi in aduerſarium, ſi reperiatur læſus in venditione rei ſuæ, nam non præſumitur ſciuiſſe iuſtum eius valorem, & ſic non donaſſe, ſed iuuabitur remedio *l. 2. C. de reſcind. vend.* ſi errauit in iure, ſi agatur de præſumpta 3

frau-

fraude vſurarum, ſi fuerit contumax excuſatur à pœna, & mulcta, ac poteſt appellare, non præſumitur contraxiſſe contra iura, excuſatur à præſumpta falſitate ſi contrarios teſtes produxit, ſi contrarias ſcripturas produxit poteſt reuocare productionem, illi non currit tempus ad agnoſcendam bonorum poſſeſſionem, poteſt etiam poſt litem conteſtatam opponere exceptionem declinatoriam, poteſt ex interuallo reuocare confeſſionem erroneam ſui aduocati, excuſatur ſi tranſeundo ad ſecunda vota non curauit tutorem filio datum inuentario conficere, ex præſtatione temporali non poteſt in perpetuum obligari, excuſatur ab obſeruatione ſolemnitatum inductarum ad rigorem iuris conſeruandum, poteſt apud defenſorem Ciuitatis litigare, non punitur arma ſua ſolita deferendo, non cenſetur iuribus ſuis renunciaſſe, niſi ſit de illis certioratus, & de virtute clauſularum, poteſt habere copiam poſitionum, & illis qualificatè reſpondere, ac cum præſentia aduocati; In dubio autem vltra caſus expreſſos non eſſe fauendum ruſticitati, quæ non eſt ipſo iure priuilegiata, ſed tantùm ex æquitate arbitrio iudicis, latè declarat Menoch. *de arbitr. caſ.* 194. *num.* 33. *& ſeqq. per tot.* Odd. *de reſtit. in integ. p.* 1. *q.* 9. *art.* 6. *per tot.*

Hodiè tamen ferè omnia prædicta ceſſant in practica, & de conſuetudine, quia omnes ferè ruſtici ſunt ſagaces, ac tales præſumuntur; dicta autem priuilegia conceſſa ſunt tantummodò ſimplicitati ruſticanæ, & non procedunt in ſagacibus, quales vt dixi ferè omnes hodiè regulariter præſumuntur, Odd. *d. q.* 9. *art.* 12. *per tot.* Magon. *dec. Luc.* 42. *n.* 11. *&* 12. vbi quòd non eſt malitia ſuper malitiam ruſticorum, & alia de illorum ſagacitate, Maſcard. *de probat. q.* 8. *n.* 24. *vol.* 1. vbi quòd ſunt genus furaciſſimum, & rapaciſſimum, & refert facinus cuiuſdam ruſtici à domino tamen ſagaciore detectum; quod verum eſt præcipuè in ruſticis ſuburbanis, qui malitia propria ruſticana, & aliorum Ciuitatis abundant, de quibus Renat. Choppin. *tract. de priuileg. ruſticor. lib.* 1. *p.* 2. *cap.* 6. *per tot.* vbi qualiter poſterioribus ſæculi mutatæ ſint rerum vices, Ruricolæ callidiores facti, ingenioque verſutiore, quam Oppidani, & mox daturi progeniem fallaciorem.

4 Ruſticus non poteſt grauari in inſtrumentis ruſticalibus, & ad agriculturam neceſſarijs pro quolibet debito priuato, vel publico, ciuili, vel criminali, cum in illis gaudeat eodem priuilegio, quo gaudent milites in armis, ſub pœna nullitatis, & alijs arbitrio iudicis, de quo vide Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 6. *Rub.* 1. *per tot.* Mauſon. *de cauſ. execut. lim.* 17. *per tot.* Petr. Pecch. *de iur. ſiſten. & manu iniect. c.* 5. *n.* 6. Neguſ. *de pign. p.* 2. *membr.* 3. *num.* 49. Aſin. *in prax.* §. 1. *limit.* 33. Menoch. *de arbitr. caſ.* 378. *per tot.* Merlin. *de pign. lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 61. Ciarlin. *contr. for. cap.* 112. *per tot. lib.* 1. Scanarol. *de viſit. Carcer. lib.* 2. §. 4. *cap.* 2. *n.* 6. *& lib.* 3. §. 10. *c.* 4. *n.* 27. *& c.* 12. *n.* 25. *&c.* in quibus locis refert vſque ad quadraginta ſeptem priuilegia ruſticorum, (quorum tamen multa in praxi non attenduntur) & quod dum actualiter agriculturæ incumbunt, non poſſunt carcerari pro debito, cùm debeat gaudere eodem priuilegio, quo gaudent alia inſtrumenta ruſticalia, inter quæ ipſi reputantur potiſſimi, & magis neceſſarij, vide in §. *Executio n.* & dixi in Pract. §. *Boni n.* 1. *&* 2. §. *Contadini n.* 2. vbi de legibus municipalibus ſtatus Etruriæ idem diſponentibus. Prædictis adde Renat. Choppin. *tract. de priuil. ruſtic. lib.* 1. *par.* 1. *cap.* 7. *per tot.*

5 Ruſtici, qui aliorum terras ad medietatem fructuum colunt, non poſſunt recolligere, neque triturare ſine domini licentia, vt ſi voluerit pro ſuo intereſſe poſſit aſſiſtere, Franc. *dec.* 117. *per tot.* dixi in Pract. §. *Lauoratori n.* 9. vbi qualiter in facti contingentia ob id fuerit condemnatus quidam ruſtiens.

Agriculturæ laudes, & vtilitates refert Boer. *deciſ.* 322. *n.* 11. vide in §. *Nobilitas num.* & plenè Vincent. Tanara *in œconom. Ciuis in Rure*, vbi de multis commodis, & vtilitatibus habitantium in Villis.

6 Alia plura de ruſticorum priuilegijs, & felicitate ruris colligit Renatus Choppinus *in ſuo tract. de priuileg. ruſtic. per tres libros*, vbi multa curioſa, & ſcitu digna, nempè de muneribus, & oneribus (præter ruſticum opus) agricolis non imponendis; & à quibus ſint exempti, vel non, an à tutelis, & curis, an pro debitis carcerari, & in aratorijs inſtrumentis pignorari, & è contra de illorum priuilegijs in exigendo à ſuis debitoribus, an quandoque gaudeant immunitate dominorum; rigore iuris in aliquibus non arctantur, quid in eorum teſtamentis, in agnoſcenda bonorum poſſeſſione, in dolo malo, vſuraria prauitate, an iuris, & facti Ignorantia illos excuſet, & quid in ruſticis ſagacibus noſtrorum temporum; de præſcriptione agri vacantis biennio poſſeſſi à nouo cultore; de emphyteuſi Eccleſiaſtica ad extraneos noui cultoris hæredes tranſitoria, ac de alijs culturæ prærogatiuis; de prohibito in herbis fructuum commercio, & datione loco vſurarum ad legitimum modum reducenda; de ferijs meſſium, & vindemiarum ruſticarum operarum mercede, iure fructuum collectorum; de gaudium arborum cæſura in fructibus annuis non computanda; de arboribus in confinio poſitis, & earum fructibus; de corporibus, licet fundum inſtruentibus inter mobilia numerandis; de ſocietate pecoris paſcendi, & de paſcuis; de abigeis, & diuerſitate animalium; & de ſalubritate corporum ex frequenti ruſticatione; de medicina, & herbis agreſtibus, ac de commoda in agris philoſophandi ratione; de formulis iudiciorum ſublatis in litibus ruſticanis; de pœna iudiciariæ contumaciæ Agricolis remittenda; de reſtitutione in inſtruenda lite; de inſtrumentis apud acta prolatis aliquando à producente reuocandis; de iudicandi munere ruſticis non vndique denegando; quibus legibus ſint definiendæ ruſticorum controuerſiæ; de donationibus, vltimis voluntatibus; de actionibus hæreditarijs, familiæ herciſcundæ; de pacticia fundorum redibitione, gentilitia, & patronali; de iudicijs priuatis; de accuſationibus, de lege commiſſoria, & huiuſmodi, concludens terminatis ruſticorum controuerſijs, illos reducendos à foro, & vrbe, & ſtrepitu in Agrum, in Villam, in otium amœniſſimum:

Vbi ſum ruſticus, haud mihi vita
Eſt opus illa (ait) & valeas, me ſylua, cauuſque
Tutus ab inſidijs tenui ſolabitur eruo.

Ruſticus, & pauper magis præiudicatur ex amiſſione porci, quam diues ex amiſſione 200. ducatorum, ita vt, qui aufert ruſtico porcum, auferat ei oculum, Queſad. & Pilo *contr.* 7. *num.* 30. *& contr.* 14. *num.* 10. Carol. Anton. de Luca ad Gratian. *diſcept.* 206. *n.* 2. Romaguer. ad Conciol. *Stat. Eugub. lib.* 5. *Rub.* 42. *n.* 4. *&c.*

Adde hic quòd cecinit Horatius *Epodon Ode* 2. ibi:

Beatus ille, qui procul negotijs
Vt priſca gens mortalium,
Paterna rura bobus exercere ſuis
Solutus omni fœnore.
Nec excitatur claſſico miles truci,
Nec horret iratum mare,
Forumque vitat, & ſuperba ciuium
Potentiorum limina.

Prout refert Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 24.

De ruſticitate, ruſticis, eorum priuilegijs varia haben- 9
tur apud Bertachin. *in Repertor. verb. Ruſticitas*, Ioſeph. Felin. *Margar. var. concl. verb. Ruſticus*, vbi inter alia notat ruſticos excuſari à pœna falſi, ſi non ex malignitate, vel dolo, ſed ex ſimplicitate deponant, Ceuallos *commun. q.* 58. & alios relatos à Caſtejon. *Alphab. iurid. verb. Ruſticus*, & Com. Auguſt. Fontan. *Bibliotb. legal. p.* 5. *tod. verb. fol.* 566.

Ruſticorum iudicium de diuidendo per medium inter 10
litigantes, reputatur ridiculum, quando ſumus in claris, vel de facili decidendis; quando autem ſumus verè in ambiguis, & obſcuris valdè prudens, & à legibus, ac Iureconſultis approbatum, & ſequendum, Dec. *conſ.* 227. *n.* 4. *lib.* 1. Tiraquel. *de iur. Primog. q.* 17. *opin.* 4. *n.* 9. *&* 10. Scipio Theodor. *alleg.* 21. *n.* 11. cæterique plures relati à Vela *Differt.* 28. *n.* 18.

Finis Libri Decimi ſexti.

MARCI ANTONII SABELLI I. V. D.

SVMMA DIVERSORVM TRACTATVVM.

LIBER DECIMVS SEPTIMVS.

De littera S.

§. SACERDOS. I.

1 SAcerdos poteſt pro miſſarum celebratione mercedem recipere, & etiam via iuris exigere à promittentibus coram Iudice ſæculari, ſi debitores ſint laici; non tamen poteſt applicare ſacrificium pro primo, qui daturus ſit ſtipendium, nec exigere vltra ſolitum, niſi ex aliqua iuſta cauſa, vel liberalitate dantis, nec pro vna miſſa plura recipere ſtipendia etiam diebus feſtiuis, nec alteri demandare retenta ſibi parte mercedis, nec diù differre, niſi ex cauſa infirmitatis, & alia, de quibus Lanfranch. Zacch. *tract. de Salar. & merced. quæſt.* 85. *per tot.* & plenè Gab. Vaſquez in S. Thom. 3. *par. tom.* 3. *diſput.* 234. *per tot. fol.* 449. *&c.* Pac. Iord. *Lucub. vol.* 1. *lib.* 4. *tit. de ſacrific. miſſ. num.* 514. *& ſeqq. per tot. fol.* 336. *&c.* Dian. *par.* 11. *tract.* 8. *reſol.* 67. *per tot.* Quòd imò Sacerdos, vel Communitas poſſit accipere eleemoſynam pro miſſis, & illas alteri demandare, retenta ſibi parte eleemoſynæ, latè probat Thom. Hurtadu *reſol. moral. par.* 1. *tract.* 2. *cap.* 4. *reſol.* 16. *per tot. fol. mihi* 68. vide Fagundez *de præcept. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 7. 8. *&* 9. *per tot.* vbi alia ad rem.

An autem Sacerdos, qui tenetur ratione Beneficij, Capellæ, vel Legati in aliquo loco celebrare, poſſit etiam eleemoſynam pro applicatione ſacrificij ab alio recipere, varias opiniones refert Dian. *par.* 11. *tract.* 8. *reſol.* 67. *per tot.* Mihi placet diſtinctio, ſi obligatio ſit cum onere applicandi ſacrificium pro fundatore non poſſit aliud ſtipendium recipere, ſi verò pro præſentia tantùm poſſit alteri applicare ſacrificium, & ſtipendium accipere. Et an Sacerdos, qui pluribus miſſas promiſit, poſſit cum vna omnibus ſatisfacere, & an vna miſſa tantundem multis, quàm vni valeat, latè pluribus citatis diſcurrit, Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 1. *q.* 42. Gab. Vaſquez in S. Thom. 3. *par. tom.* 3. *diſput.* 231. *fol. mihi* 469.

De Sacerdote falſò ſcribente in libro miſſam celebraſſe, pro quibus pecuniam acceperat, an committat falſitatem, & furtum, & qualiter ſit puniendus, Cartar. *deciſ. crim.* 10. *&* 11. *per tot.*

Quòd ſacerdotes omnes, ſi non ex præcepto, ſaltem ex congruentia teneantur ſingulis diebus miſſam celebrare, niſi ex iuſta cauſa abſtineant, veluti peccati mortalis, vel ex inſtinctu diuino, vel ex deuotione, & humilitate, vel ex infirmitate, & huiuſmodi; nec poſſit Capellanus, vt ſupra obligatus, indiſtinctè, ab alio accipere pitantiam, ac alia plura de celebratione miſſarum, Thom. Hurtad. *reſol. moral. par.* 1. *tract.* 2. *cap.* 1. *num.* 1. *& ſeqq. fol. mihi* 52. *& cap.* 4. *reſol.* 15. *num.* 135. *& ſeqq. fol.* 66.

Quòd poſſit Sacerdos cum vna miſſa duabus ſatisfacere, applicando vni partem ſacrificij ſibi congruentem, & alteri valorem medium ipſius ſacrificij, & quomodo, latè probat, ac explicat Hurtad. *loc. cit. d. cap.* 4. *reſolut.* 17. *per tot. fol.* 69. De obligatione celebrandi tempore, loco, & alijs circumſtantijs ſacrificij, Caſpenſ. *curſ. Theol. tract.* 23. *diſput.* 3. *per tot. fol.* 513. *&c.* Fagundez *de precept. Eccl. lib.* 3. *per tot.*

2 Sacerdos qui non eſt, non poteſt miſsã celebrare ſub grauiſſimis pœnis mortis, & combuſtionis iuxta Bullas Clementis, & Vrbani VIII. Sanfelic. *deciſ.* 329. Cartar. *deciſ.*

Franc. *dec.* 571. Scortia *in Select. Pontif. conſtit. Epit.* 162. *& Theorem.* 403. *fol.* 613. Franciſc. de Magiſtr. *in ſilu. Eccl. par.* 2. *lib.* 2. *tit.* 2. *cap.* 19. *per tot. fol.* 681. *&c.* vbi idem de adminiſtrantibus ſacramentum pœnitentiæ abſolutionē tradendo, Cartar. *dec. crim.* 13. 14. *&* 15. & fuit ſeruatus Florentiæ de anno 1665. ſub die 17. Octobris, vt dixi in mea Pract. *in Repert. verb. Hæretici*, & conſtat in Cancellaria DD. Octo Baliæ Virorum in Filcia negotiorum n. 364. contra quendam Iacobum de Cancellis, præcedente tamen declaratoria ſententia, & conſignatione cum ſolitis proteſtationibus citra pœnam ſanguinis (licet fruſtrà) Tribunalis Sanctæ Inquiſitionis, cuius eſt cognitio, vt dixi in loco citato, & in hoc Opere, §. *Clericus num.* 80. *&* §. *Hæreſis num.* 11. ac rurſus in alia ſimili cauſa de anno 1679. ſub die 17. Februarij fuit furcis ſuſpenſus quidam Baſilius Angelus, & poſteà eius cadauer combuſtum, ad tradita per Sanfelic. *loc. cit.* licet quoad combuſtionem fuerit valdè dubitatum, cùm dictæ Bullæ hanc pœnam non exprimant, vide in Pract. §. *Hæretici in Addit.*

Aliàs autem fuiſſe Romæ ſeruatum, huiuſmodi celebrantes non promotos, poſt abiurationem tranſmitti ad triremes, refert Sperel. *deciſ.* 38. *num.* 24. *in fine*, vide Farinac. *de hæreſi quæſt.* 193. *num.* 39. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 1. *lib.* 4. *tit.* 1. *de ſacrific. miſſ. num.* 5. *fol.* 281. Dian. *par.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 11. *&* 12. Caren. *de offic. S. Inquiſit. par.* 2. *tit.* 11. *per tot.* vbi etiam de audientibus confeſſionem, Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib.* 1. *cap.* 32. *&* 33. vbi quòd pœna mortis naturalis, ſaltem in Hiſpaniarum Regnis non eſt in vſu, ſed arbitraria, puta fuſtigationis, triremium, & huiuſmodi iuxta qualitatem facti, & perſonarum; intelligendo vbi adſint circumſtantiæ minuentes, aliàs ſecus, Franciſc. de Magiſtr. *loc. cit.*

Quòd Sacerdotes peregrini, & forenſes, non ſint admittendi ad celebrationem ſine litteris commendatarijs ſui Ordinarij, *c. extraneo* 71. *diſtinct.* Rom. *conſ.* 340. *num.* 3. Tuſch. *litt. S. concl.* 5. vbi tamen, quòd admittitur etiam probatio per teſtes, Ricc. *Collect.* 2258. vbi quòd celebrantes ſine licentia incurrunt ſuſpenſionem.

An autem iudices ſeculares in ſupradictis caſibus teneantur exequi ſententias iudicum Eccleſiaſticorum abſque vlla cognitione cauſæ, latè Sanfelic. *deciſ.* 239. vbi diſtinguit, vt dixi in §. *Index num.* 22.

Sacerdos notoriè criminoſus non poteſt celebrare, item 3
non ieiunus, non pluries eadem die, non horis incongruis, non extra Eccleſiam, & Altare, non abſque Calice, & Patena conſecratis, veſtibus congruentibus, luminaribus, libro, miniſtro, cæteriſque ab Eccleſia præſcriptis, miſſam non relinquere imperfectam abſque neceſſitate, non peregrinus, vagus, & ignotus abſque litteris teſtimonialibus authenticis ſui Ordinarij, & in omnem caſum ſemper adhibita maxima cura, & diligentia circa materiam Sanctiſſimæ Euchariſtiæ, omni ſuperſtitione omiſſa, & abſque auaritia, ſed iuſta, & conſueta contentus eleemoſyna, prout omnia ſingillatim explicat, & probat Pac. Iordan. *d. vol.* 1. *lib.* 4. *tit.* 1. *de Sacrif. miſſ. per tot. fol.* 380. *& ſeqq. ad* 352.

Quòd Sacerdos nullo adſtante non poſſit miſſam celebrare, conficiat tamen Sacramentum, licet cum peccato, & ſufficiat vnum adeſſe, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 358. *num.* 31. *&c.*

Item nec poſſit ſine miniſtro miſſam ſeruiente, nec admittatur mulier, niſi à longè reſpondeat, & alius miniſtret, quid in caſibus neceſſitatis, & alia, Dian. *par.* 10. *tract.* 15. *reſol.* 26. vbi etiam an poſſit excuſare conſuetudo.

Sacerdos non poteſt ante dormitionem miſſam celebra- 4
re, ſicut nec poſt ſumptum cibum, vel potum etiam minimum, vel medicinam, vel electuarium, cùm debeat eſſe omninò ieiunus, & poſt mediam noctem nihil ſumpſiſſe,

aliàs

alias poteſt arbitrio Iudicis puniri, quare Menoch. *de arbitr. caſ.416. per tot.*

In quibus autem caſibus poſſit Sacerdos, etiam non ieiunus ſacrum facere, & communicare, & laicus non ieiunus recipere communionis Sacramentum, latè Thom. Hurtad. *reſol. moral. par. 2. tract. 11. cap. 9. & 10. per tot. fol. 210. &c.*

Ità vt in ieiunio Euchariſtico non detur paruitas materiæ excuſans a peccato, vt benè probat Dian. *reſol. moral. par.6. tract.8. reſol 8. per tot.*

An autem ſumptio Tabacchi frangat ieiunium, & impediat communionem, vel Sacrificium Miſſæ; dic ſi loquimur de ieiunio Eccleſiaſtico, vel pœnali, abſolutè non frangere; ſi verò de ieiunio naturali, & Euchariſtico pariter de rigore non frangere, nec communionem impedire, ſi ſumatur in puluere, vel fumo, ſecus autem in herba, & folio per os, & aliquid in ſtomacum deſcendat, cum tunc procedat ex actione comeſtiua, qua mediante; & per deſcenſum in ſtomachum frangitur ieiunium; quamuis ob reuerentiam debitam tanto Sacramento vtroque modo ſit abſtinendum à ſumptione Tabacchi ante Communionem, vel celebrationem Miſſæ, Dian. *reſol. moral. par. 5. tract. 13. reſol. 1. & par. 8. tract. 7. reſol. 3. per tot.* Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. tom. 2. lib. 9. tit. 7. quæſt. 1. per tot.* & dixi in Pract. §. *Tabaccho num.* 2. plenè Thom. Hurtad. *reſol. moral. par. 2. tract. 10. & 11. per tot. fol. 162. & ſeqq.* vbi de ſumptione Tabacchi, & potionis chocolaticæ, an, & quando frangant ieiunium, & quale, vel non, ac alia plura de vitio, & conſuetudine praua ſumendi Tabacum, ita vt videatur opus Dæmonis, & fuiſſe Dæmonem primum, qui Sacerdos idolatras ſumere Tabacum in fumo docuit, licet ridiculum ſit aſſerere, quod conſuetudo ſumendi Tabacum vllum cum Dæmone pactum includat, & alia ad rem.

Quòd ſumptio Tabacchi in Eccleſia, & Portico D. Petri Romæ, & Hiſpaniæ in Ciuitate, & Diœceſi Hiſpalenſi ſit prohibita ſub pœna excommunicationis, & peccati mortalis vigore Conſtitutionum Innocentij X. & Vrbani VIII. & alibi etiam ſub peccato mortali in Eccleſijs, ob nimiam irreuerentiam tenent aliqui: ſed in alijs locis, vel Eccleſijs extra dictas prohibitiones non eſſe peccatum mortale, nec frangere ieiunium, etiam naturale, & Euchariſticum, etiamſi per os ſumatur, probat Card. de Lugo *reſponſ. moral. lib. 1. dub. 9. n. 6. & ſeqq.* Dian. *par. 10. tract. 16. reſol. 23. per tot.* vide Hurtad. *d. tract. 11. fol. 188. & ſeqq.*

5 Sacerdos non poteſt pluries eodem die celebrare, niſi in die Natiuitatis Domini, vel vbi ob inopiam magnam Sacerdotum duarum Eccleſiarum curam haberet, dummodò etiam his caſibus ſit ſemper ieiunus, nam ſi in prima celebratione ſumpſerit purificationem, vel in ſecunda non poteſt amplius celebrare, alias punitur arbitrio Iudicis, Menoch. *de arbitr. caſ. 407. per tot.* Lanfranch. Zacch. *tract. de ſalar. & merced. quæſt. 83. num. 28. &c.* Pac. Iordan. *Lucub. vol. 1. lib. 4. tit. 1. num. 76. & ſeqq. fol. 289.* vbi plura de Sacrificio Miſſæ, Farinac. *in Fragment. par. 1. verb. Clericus num. 310. &c* Thom. Hurtad. *reſol. moral. par. 1. tract. 2. cap. 7. reſol. vlt. fol. mihi 95.* vbi plura, an Sacerdos poſſit pluries in die celebrare, &c. Gab. Vaſquez in S. Thom. 3. *par. tom. 3. quæſt. 83. art. 2. Diſput. 232. c. 5. per tot. fol. 488.* Michael Ferro Mantiq. *Quæſt. Vicar. 40. per tot. p. 1.* Cartar. *deciſ. crim. 25. & 26. per tot.* vbi quòd ab Epiſcopo, & non ab Inquiſitore eſt puniendus.

Quando aliquis infirmus eſt communicandus per viaticum, & non adeſt hoſtia conſecrata, poteſt Sacerdos iterùm Sacrificare ad communicandum infirmum, vel ne Prælatus, vel Princeps, ſiue magna Populi multitudo remaneant ſine Miſſa, de quo tamē vide P. Stephan. *lib. 3. c. 16. num. 9. &c.* P. Manar. *Noct. Malencol. Interrogat. 23. in fine*, Pac. Iordan. *loc. cit. num.* 80. vbi quòd iſta procedunt ſecundum antiqua tempora, in quibus erat magna Sacerdotum penuria, ſecus autem hodie quod abundant.

Quibus ex cauſis, & caſibus poſſit Sacerdos bis, vel ter in eadem die Miſſam celebrare, & quis ſit legitimus ſuperior ad talem diſpenſationem concedendam, Frances *var. reſol. cap. 30. per tot.* Hurtad. *loc. cit.* Gab. Vaſquez *loc. cit.* Mich. Ferro Mantiq. *d. quæſt.* 40.

6 Sacerdos celebrans omiſſo ordine, & ſolemnitatibus ab Eccleſia conſtitutis, vel ſi per ſuam negligentiam aliquid ſanguinis in terram effundat, vel ſi minus diligenter Sacram Euchariſtiam cuſtodiat, vel eam minus reuerenter ferat infirmo, Iudicis ſui arbitrio puniri debet, Menoch. *de arbitr. caſ. 408. 409. & 410. per tot.*

Sacerdos licet in ſua ordinatione accipiat habitualem po- 7
teſtatem abſoluendi à peccatis, non tamen recipit actualem, & ideò nullus ſiue ſæcularis, ſiue Regularis poteſt audire confeſſiones peccatorum ſine Epiſcopali licentia, & approbatione, & plura circa huiuſmodi licentiam, & approbationem, Concil. Trid. *ſeſſ. 23. cap. 15. de reformat.* Aloyſ. Ricc. *in Praxi var. reſol. c. 11.* Barboſ. *de off. Epiſc. allegat. 25. num. 8. &c.* Pac. Iordan. *Lucub. vol. 1. lib. 3. tit. 4. n. 102. & ſeqq. fol. 178.*

Qualiter autem poſſit Sacerdos approbatus, ſuo arbitrio ex perſonarum qualitate, & alijs iuſtis de cauſis imponere pœnitentias ſalutares etiamſi ex toto vellet illas remittere ex aliqua iuſta cauſa, Menoch. *de arbitr. caſ. 391. per tot.* facit Dian. *par. 6. tract. 7. reſol. 5. & 6. & p. 10. tract. 16. reſol. 1.* latè Gab. Vaſquez. *in 3. par. S. Thom. tom. 4. qu. 94. art. 2. per tot.*

Quid autem ſi reuocata fuerit licentia, vel lapſum tempus, & audiat confeſſiones? dic quòd licet ipſe peccet, tamen cum habeat dictam habitualem poteſtatem, iuncto titulo putatiuo reſpectu pœnitentis validè abſoluit, Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib. 2. quæſt. 42. num. 13. & ſeqq.* & dixi in §. *Error num. 7.* Candid. *Diſquiſit. moral. tom. 1. Diſquiſit. 3. art. 12. fol. mihi 14. &c.*

Sacerdos, qui pœnitentis confeſſionem audiuit, illum- 8
que abſoluit, non poteſt, nec ratione aliqua debet confeſſionem detegere, & ſi fuerit conuictus id feciſſe, deponitur iniuncta ſibi perpetua peregrinatione, vel in arctum monaſterium detruſione, quod procedit etiam ſi Papa diſpenſaret, cum in id diſpenſare non valeat, vel etiamſi ageretur de ſolo peccato veniali, Caren. *de S. Offic. par. 2. tit. 17. §. 23. fol. 245.* vbi nec de licentia pœnitentis, Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 2. §. 2. num. 26. & ſeqq.* vel licet ipſi Sacerdoti vitæ periculum, vel aliquod graue detrimentum Reipublicæ, ſiue Principi, ſiue alteri priuatæ perſonæ, imminere, quod per reuelationem confeſſionis euitari poſſet, intelligendo quoad perſonam confitentis, nam quoad delictum perpetrandum poteſt illud detegere, aduertendo offendendum, vt ſibi benè caueat, idem eſt in crimine hæreſis, ac vbi ageretur de probando matrimonio, & idem eſt quoad interpretem adhibitum in confeſſione, vel quoad laicum, qui neceſſitatis tempore loco Sacerdotis audiuit confeſſionem, nam neque iſti poterunt aliquo modo reuelare, Menoch. *de arbitr. caſ. 414. n. 1. & ſeqq. ad 19.* Farinac. *de indic. & tort. quæſt. 51. num. 93. & ſeqq.* vide in §. *Scientia num. 6.* Franciſc. de Angel. *tract. de confeſ. quæſt. 6. num. 29. & ſeqq.* latè Fagundez *de precept. Eccleſ. lib. 6. per tot. fol. 409. &c.*

Plura de ſigillo confeſſionis nullo modo violando, nec vtendo aliqua notitia ex confeſſione habita, Dian. *reſol. moral. par. 5. tract. 11. per tot.* vbi etiam de pœnis, & modo probandi huiuſmodi delictum, Franciſ. de Angel. *loc. cit.* Gab. Vaſquez in S. Thom. 3. *par. tom. 4. quæſt. 93. art. 4. fol. mihi 257. &c.* Rot. *par. 18. recent. dec. 370. num. 9. &c.* vbi quòd dictum ſigillum violari non poteſt, etiamſi Papa præciperet, & poteſt confeſſarius, etiam cum iuramento negare, quæ audiuit in confeſſione.

An in aliquo caſu ad tuendam vitam poſſit confeſſarius vti ſcientia habita in confeſſione, & quomodo, vide Dian. *par. 11. tract. 8. reſol. 50. per tot.* Dicaſtill. *de Sacram. tom. 2. tract. 7. diſput. 12. dub. 7. n. 159.* vide Fagundez *de precept. Eccl. lib. 6. cap. 1. &c. fol. 409. &c.* Vaſquez *d. qu. 93. art. 4. dub. 11. per tot. fol. 266.*

Quòd quamuis confeſſio Sacramentalis non poſſit publicè fieri, nec ſit admittenda, etiam volente pœnitente, cùm ſit contra formam, & vſum ab Eccleſia vniuerſali ſeruatum, P. Manar. *Noct. Malencol. Interrog. 12. fol. 38.*

Tamen ſi ex aliqua cauſa fuerit admiſſa huiuſmodi publica confeſſio tenetur non ſolùm Sacerdos, ſed quilibet alius aſſiſtens, & quomodocumque illam audiens, ſeruare ſigillum confeſſionis, nec de peccatis auditis aliquo modo diſcurrere, etiam cauſa laudandi pœnitentiam ipſius confitentis, niſi confitens expreſsè licentiam dederit, quicquid alij alioquin doctiſſimi viri tenuerint, quòd quando fit publica confeſſio, non teneatur confeſſarius, nec alij ad ſeruandum ſigillū, vt docet P. Manar. *d. tract. Interrog. 166. fol. 273.* Diana *part. 5. tractat. 11. reſol. 11. & 23. per tot.*

Qualiter autem Sacerdos ſolicitans ad turpia in confeſ-

ſione poſſit puniri ab Inquiſitore Sancti Officij, latè Dian. *part.4. tract.7. reſol. per tot.* Franciſc. de Magiſtr. *in Silu. Eccl. part.2. lib.1. tit.1. cap.15. fol.73. & lib.2. tit.17. fol.645.* Ricc. *Collect.4191.* Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib.1. cap.34. per tot.* Caren. *de Offic. S. Inquiſit. part.2. tit.6. per tot.* plenè de hac materia ſollicitationis in confeſſione, Thom. Hurtad. *reſol. moral. part.1. tract.4. per tot. fol.139. &c.*

Item qualiter ſit denunciandus dicto Tribunali ob huiuſmodi turpem ſolicitationem, vide *in §. Denunciatio num.12.*

An credatur mulieri, vel puero aſſerenti de ſolicitatione ad turpia ſibi facta à confeſſario, Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.2. quaeſt.44.* vbi quòd ſic, ſi mulier ſit honeſta, & bonæ famæ, & alia concurrant indicia, ac adminicula, alias autem ſecus, ita vt ſola illius aſſertio nec ad capturam ſufficiat, & tantò minus ad condemnationem, Caren. *loc. cit. §.7. & 8. &c.*

Qualiter autem huiuſmodi delictum probetur per teſtes ſingulares vigore Bullæ Gregorii XV. & alia plura ad rem, Hurtad. *loc. cit. in Appendice 2. fol.242. & ſeqq. & in Appendice 3. fol.259.* vbi vide Breuibus, & Bullis, &c. circa hanc materiam, Caren. *loc. cit. §.7. & 8. &c.*

9 Sacerdos, qui audiuit peccata in forma confeſſionis, licet non dederit abſolutionem, vel licet perfectè non audiuerit confeſſionem, ſed peccatorem dimiſerit, non poteſt reuelare quidquam quod audiuerit ſub pœna iudici arbitraria; ſi verò non in modum confeſſionis fuerit conſultus pro auxilio contra aliquod peccatum, ſi illud reuelat, peccat, ſed non punitur in foro exteriori, ſicut etiam poteſt licitè atteſtari, ſe audiuiſſe alicuius confeſſionem, & illum abſoluiſſe, cùm id non ſit confeſſionem detegere, ſed de bono opere pœnitentis fidem facere, Menoch. *de arbitr. caſ.414. num.25. & ſeqq. per tot.* Farinac. *de indic. & tort. quaeſt.51. num.*

Quòd peccata omnia mortalia, & venialia, ac illorum circumſtantiæ, ſicut & defectus ad famam pœnitentis pertinentes cadant ſub ſigillo, Frances *Conſult. Moral.1. & 2. per tot.* reliqua verò, quæ ad peccata non faciunt, vel ad infamiam pœnitentis non veniant ſub ſigillo, benè Tolet. *in ſum. lib.3. cap.16. num.2.* & Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract.24. de pœnit. Diſput.6. ſect.3. per tot.* latiùs Fagundez *de præcept. Eccleſ. lib.6. cap.4. per tot.*

10 Sacerdos poteſt de pœnitentis conſenſu illius confeſſionem ſacramentalem propalare, & reuelare, quando autem credatur, vel præſumatur ſacerdotem reuelaſſe de confitentis conſenſu, & ſic an illi credatur quoad huiuſmodi conſenſum, vide Maſcard. *de probat. vol.3. concluſ.1286. per tot.* Menoch. *de præſumpt. lib.6. præſumpt.95. per tot.* Dian. *reſol. moral. par.5. tract.11. reſol.10. & ſeqq.* vbi tamen refert plures alios contrarium tenentes, & quod ſaltem huiuſmodi licentia debet eſſe formalis, & expreſſa, libera, atque ſpontanea, Thom. Triuiſ. *deciſ.3. per tot.* vbi an talis reuelatio facta de licentia vt ſupra, probet in iudicio tamquam teſtis, & affirmatiue concludit latè Thom. Hurtad. *reſol. moral. tom.2. tract.6. reſol.28. & ſeqq. fol. mihi 22. &c.*

Quòd credatur Sacerdoti de huiuſmodi licentia ſibi data, cum alias ſit difficillimæ probationis, Lap. *alleg.94. num.3. &c.* Menoch. *de arbitr. caſ.116. num.21. & latius caſ.414. num.19. & ſeqq.* vbi quòd ſacerdos poteſt de pœnitentis conſenſu illius confeſſionem ſacramentalem reuelare, niſi timeatur ſcandalum, & dummodò talis conſenſus ſit expreſſus, & in non vulgarem ſui, vel alterius vtilitatem tendens, alias ſecus, & his concurrentibus, huic ſacerdoti reuelanti plena fides adhibetur, licet alij etiam multi teneant, nec de confitentis conſenſu, reuelari poſſe confeſſionem, quos citat Menoch. *vbi ſupra*, & vide Farinac. *quaeſt.51. num.11. & ſeqq.* vbi benè declarat, & tria requiri, vt credatur ſacerdoti de dicta licentia ſibi data, nempè dummodò ſit bonæ famæ, aſſerat cum iuramento, & confitens non contradicat, ad tradita per Maſcard. *de probat. concluſ.1286. num.2. & ſeqq.* Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.1. quaeſt.6. num.26. & lib.2. quaeſt.43.*

Probat etiam ſacerdos confeſſarius circa reſtitutionem à defuncto fiendam, & illi tenentur hæredes credere, dummodò habuerit licentiam expreſſam à pœnitente reuelandi huiuſmodi obligationem, aliàs non poteſt illam reuelare, & debent facere dictam reſtitutionem, etiamſi dubitarent de dicta licentia, niſi contrarium vellent probare, cum præſumptio ſtet pro confeſſario, Dian. *reſol. moral. part.5. tract.11. de ſigill. confeſſ. reſol.28.* P. Manar. *Noct. Malencol. Interrog.167. fol.274.* vide *in §. Teſtamentum num.23. & num.38.* Franciſc. de Angelis *d. tract. lib.2. quaeſt.76. n.7.* vbi quòd credendum eſt ſacerdoti confeſſario aſſerenti aliquid ſibi fuiſſe relictum à pœnitente, vt pro exoneratione eius conſcientiæ aliquibus perſonis tradat, ſi confeſſarius ſit perſona valdè grauis, conſumatæ pietatis, aut optimæ vitæ, & famæ, ad tradita per Capyc. Latr. *lib.1. deciſ.12.* Rot. *part.7. recent. deciſ.11. num.9. & part.13. deciſ.53. num.7.*

11 Sacerdos confeſſarius poteſt reuelare factum, quod vltra confeſſionem ſcit aliunde, & ex alijs cauſis, dummodò id faciat pro vtilitate, vel neceſſitate, & detegat illud ſolum, quod verè ſcit extra confeſſionem, & non quid plus, & dicat modum, quo illud ſciuit, ita vt ei non credatur, quod ſciuerit aliunde extra confeſſionem, niſi probet hanc ſuam aſſertionem, Menoch. *de arbitr. caſ.414. num.23. &c.* vbi omnia multorum Theologorum, & aliorum Doctorum auctoritatibus comprobat, & vide Farinac. *quaeſt.51. num.* Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. quaeſt.6. n.29. & ſeqq.* vbi quòd ſi quis faſſus fuerit ſacerdoti delictum non in figura confeſſionis, nec in actu pœnitentiæ, ſed ſub ſigillo ſecreti, vel confeſſionis, ſi ille reuelet delictum noceat confitenti, licèt ipſe mortaliter peccet tamquam ſecreti violator, & teneatur ad reſtitutionem damni quando ſine iuſta cauſa reuelauit, &c.

Quòd quotieſcumque ſubeſſet periculum ſcandali, non poſſit confeſſarius loqui de peccato in confeſſione audito, etiam ſi agnouiſſet quoque extra confeſſionem, Pac. Iordan. *Lucubr. vol.1. lib.3. tit.4. num.4. fol.167.* Tolet. *in ſum. lib.3. cap.16. num.10.*

Plura de ſigillo confeſſionis, quo iure obliget, quas perſonas comprehendat, de eius materia, quomodo loqui debeat confeſſarius ad vitandam reuelationem, an poſſit vti ſcientia habita ex confeſſione, &c. Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract.24. diſput.7. per tot.* Fagundez *de præcept. Eccleſ. lib.6. per tot.*

12 Sacerdos ad beneficium promotus non tenetur hæredibus anteceſſoris reſtituere ſemina proiecta, cùm ſemen in fundum deiectum pars illius efficiatur, Michalor. *de fratr. part.2. cap.35. num.7.*

An autem poſſit prætendere ſemina pro anno ſequenti ab hæredibus anteceſſoris defuncti fructibus iam recollectis, vel à camera, vbi camera ſuccedit in fructibus, pro affirmatiua videtur text. *in cap. fin. §. porrò, de off. ordin. in 6.* & facit *l. item ſi fundi, §. Seminarios, ff. de vſufruct.* & ſic obtinuiſſe teſtatur Michalor. *vbi ſuprà num.8. &c.* concludens tamen *num.13.* quòd interpoſita appellatione, & productis varijs fidibus commiſſariorum ſpoliorum atteſtantium numquam fuiſſe ſolitos ſemina reſeruare pro anno ſequenti, cauſam fuiſſe per compoſitionem terminatam.

13 Sacerdos acceptans beneficium vti vacans, ſi verè non vacabat, non videtur renunciare primo, quod legitimè obtinebat, cum intelligatur dummodò acceptatio habuerit effectum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.704. num.34.* vide *in §. Reſignatio num.*

14 Sacerdos offenſus à laico poteſt agere aduerſus offenſorem coram iudice ſæculari cum proteſtatione citra pœnam ſanguinis, Sperel. *deciſ.45. num.26.* vide *in §. Clericus n.49. & §. Delinquens num.*

15 Sacerdos indutus cotta, & ſtola præcedente Cruce ad efferendum defunctum, vel dum defert Oleum Sanctum, ſiue Sanctiſſimam Euchariſtiam ad infirmum non poteſt à ſatellitibus capi etiam de mandato Epiſcopi, vt dixi in §. *Clericus num.81.*

16 De Sacerdotibus tradunt plura Bertachin. *in Repert. verb. Sacerdos*, Tolet. *Inſtruct. Sacerdot. lib.1. cap.1. 2. 3. & 4. per tot. & lib.2. cap.1.* Silueſt. *in Summ. verb. Sacerdos*, Rayner. de Piſis *in Summ. Theolog. Veritatis part.2. tit. de Sacerdot. cap.1. 2. 3. & 4. fol. mihi 882. & ſeqq.* Angel. de Clauaſio *in Summ. Angelic. part.2. verb. Sacerdos fol. mihi 369.* alijque Summiſtæ, & Theologi antiqui, & moderni, ac Iuriſtæ relati à Caſteon. *Alphab. iurid. verb. Sacerdos*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.5. eod. verb. fol.567. &c.*

17 Sacerdotes, quas pœnas incurrant acceptando onera Miſſarum contra formam Decreti Congregationis Concilij, Miſſam celebrantes, & Sacramentum non ſumentes, vel aliter Miſſam non perficientes, vel ſine ſtola, & alijs

orna-

ornamentis, celebrantes plures Miſſas eadem die, vel non ordinati, & huiuſmodi, latè declarat Carol. Ant. Theſaur. *de pœn. Eccl. par. 2. verb. Miſſa ſol. 232. & verb. Ordo cap. 32.*

18 De Sacerdotibus habentibus plures Miſſas dicendas, an poſſint eas, vel earum partem alijs committere pro minori ſtipendio, vel eleemoſyna, quam ipſi acceperant, vt ſic lucrentur illius partem, latè Valer. *de differ. vtriuſque fori verb. Miſſa differ. 1. per tot.* vbi videtur affirmatiuè concludere, dummodò dent conſuetum, licet ipſi plus acceperint, alias ſecus, &c.

19 An autem poſſint celebrare in Oratorijs priuatis, in Altari portatili, & quis dare licentiam, latè idem Valer. *loc. cit. differ. 2. per tot.*

§. SACRILEGIVM II.

1 SAcrilegium propriè committitur, rem ſacram de loco ſacro publico ſurfurando, & punitur pœna mortis, & quandoque mitiori, vel ratione tenuitatis rei, vel ætatis, vel alijs iuſtis de cauſis arbitrio iudicis æſtimandis, Bart. *in l. Sacrilegij, ff. ad C. Iuliam pecul.* Boſſ. *tit. de Sacrileg. num. 6.* Menoch. *de arbitr. caſ. 389. n. 2. &c.* Franch. *deciſ. 402. per totam,* Decian. *tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 4. &c.* Card. Tuſch. *litt. S. concl. 6. per tot.* Clar. & Baiard. in *§. Sacrilegium,* Bonifac. *de furt. §. 5. n. 18. etc. ad 28.* Farinac. *quæſt. 172. per tot.* vbi etiam declarant, quiſnam dicatur locus ſacer, vel res ſacra ad effectum vt procedat pœna ſacrilegij, Ricc. *Collect. 795. 1865. 2230.* & benè Sanfelic. *deciſ. 35. per tot.* vbi quòd eſt ſacrilegium non ſolum, quando res ſacra de loco ſacro ſurripitur, ſed etiam quando res non ſacra, ſed cultui diuino dicata, de loco ſacro aufertur, licet non adeo graue, & exemplificat in pluribus, pro quibus refert bis fuiſſe fures laqueo ſuſpenſos, idem Sanfelic. *deciſ. 243.* vbi etiam quando quis dicatur verè ſacrilegus, & pœna ſit exaſperanda, trahendo ad caudam equi, in fruſta ſcindendo, truncatis prius manibus, & immunitate Eccleſiæ non gaudeat, adde Matthæu. Sanz. *de re crim. contr. 36. vbi num. 50. et ſeqq.* dicit veram, & praxi receptam reſolutionem eſſe, vt ſi res profana de loco ſacro auferatur, puniatur grauius quolibet alio ſimplici furto; ſi res non ſacra, ſed vſui Eccleſiæ dicata, vlterius exaſperatur pœna, ſed citra mortem; ſi verò res ſacra, & ritè conſecrata de loco ſacro, furto ſubtrahatur, pœna mortis omni iure imponatur, Diſcard. *Pratic. Inſtit. par. 3. tit. de pœn. om. delict. num. 110. ſol. 105.* & quid ſeruandum in ſtatu Florentino, vide legem municipalem latam ſub die 9. Septembris 1681. *num. 5. & num. 6.*

2 Sacrilegium committitur in multis alijs caſibus, veluti rem ſacram è loco ſacro priuato ſurripiendo, vel è loco non ſacro, vel rem non ſacram è loco ſacro, & tunc punitur pœna iudici arbitraria, ſecundum qualitatem facti, loci, rei, & perſonarum, Menoch. *d. caſ. 389. num. 9. & ſeqq. ad 15.* plenè Azor. *Inſtit. moral. par. 1. lib. 9. cap. 27. per tot. ſol. mihi 1129. &c.* Farinac. & alij ſupracitati, Baldel. *Theol. moral. tom. 2. lib. 4. diſput. 18. & vlt.* vbi plura de ſacrilegio, quid ſit, quomodo cognoſcatur, & alia ad rem, D. Raymund. *in ſumma lib. 1. tit. de Sacrileg. ſol. 115. &c.* Marcellin. de Piſe *Encycloped. moral. tom. 4. ſol. mihi 644. &c.* Suarez *de Relig. tom. 1. lib. 3. ſol. 386. &c.* Hieron Cala *in Pragm. 11. de emp. & vend. ſine de fur. par. 2. n. 85. & ſeqq. ſol. mihi 85.* vbi plura notabilia de ſacrilegio proprio, & improprio in materia furti, & remiſſiuè Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Sacrilegium.*

3 Sacrilegium dicitur etiam committi, impias manus in clericos, vel alias perſonas Eccleſiaſticas inferendo, & de iure ciuili pœna mortis plectitur ſi percuſſio ſequatur dum diuina celebrantur, in Eccleſia, & cum perturbatione diuinorum officiorum, alioquin deficiente aliqua ex his conditionibus, pœna ſolius exilij punitur: De iure autem canonico ſtatim incurritur maior excommunicatio, à qua nonniſi Summus Pontifex abſoluit, etiamſi violentia tantùm in veſtes fuerit commiſſa, *l. ſi quis in hoc genus, C. de Epiſc. & Cler. cap. ſi quis ſuadente diabolo 17. quæſt. 4. vbi gloſ. & DD.* Menoch. *de Arbitr. d. caſ. 389. num. 15. &c.* Farinac. *quæſt. 172. num.* vbi quòd ſunt quatuor ſpecies ſacrilegij, nempè ratione perſonarum offendendo, vt ſupra perſonas Eccleſiaſtica, ratione coitus cum monialibus, vt infra, & ratione materiæ furando res ſacras, vt ſupra, de quibus etiam Baiard. ad Clar. in *d. §. Sacrilegium,* Decian. Azor. & alij ſupra relati, vide in *§. Epiſcopus num.* & *§. Excommunicatio num.*

4 Sacrilegium committitur violando virginem Deo dicatam, vt monialem profeſſam carnaliter cognoſcendo, quo caſu de iure diuino ſtatim incurritur excommunicatio, & de iure Canonico ſi committens ſit clericus deponitur ab ordine, priuatur beneficio, & perpetuò monaſterio includitur, ſi verò ſit laicus excommunicatur, & pœna mortis de iure ciuili punitur, Clar. *in §. Fornicatio, verſ. cum Moniali,* vbi Baiard. Menoch. *d. caſ. 389. n. 22. &c. ad 31.* Card. Tuſch. *lit. S. concluſ. 6. num. 13.* Farinac. *d. quæſt. 172. num.* latè Sperel. *deciſ. 136. & 137. per tot.* vbi qualiter puniatur tam Monialis, quam ſtuprator, quot delicta committat, & quomodo tunc dicatur conſtare de corpore delicti abſque inſpectione Monialis, vide *in §. Corpus delicti num.* *§. Stuprum num. 3. & §. Coitus num. 14.* Matthæu. Sanz. *de re crim. contr. 39. per tot.*

Quot modis committatur Sacrilegium in materia carnis, & luxuriæ, optimè Azor. *Inſtit. Moral. par. 3. lib. 3. cap. 27. per tot. de Sacrileg. ſol. mihi 195. &c.* Sperel. *d. dec. 136. & 137.*

Quòd Sacrilegium non committatur cum Moniali nondum profeſſa, quia Monialis non profeſſa eſt ſui iuris, nec venit appellatione Monialium, nec eſt exempta à iuriſdictione ſæculari, quinimò matrimonium carnale contrahere poteſt ad libitum, exire, & diſcedere à Religione, ac ideò permittens carnaliter cognoſci indicat nolle amplius in Religione permanere, & ſic ipſa non poteſt aliquo modo puniri, ac etiam vir debet abſolui, quia fornicatio ſimplex de iure ciuili non punitur, vt concludit Thom. Triuiſ. *deciſ. 57. per tot. lib. 2.* cuius tamen reſolutio mihi non placet, quia etiam ſacrilegio excepto, ſi mulier non erat aliàs corrupta, ſed virgo, vt eſt præſumendum donec aliter conſtet, tenetur illam carnaliter cognoſcens ſaltem de ſtupro, ac etiamſi non pœna ordinaria, ſaltem extraordinaria graui ratione loci, abductionis, vel habitus violati, ac ita ſemper ratione ſcandali intrepidè iudicarem, non attenta dicta deciſione.

5 Sacrilegium committitur etiam per delictum (licèt ſui natura ſæculare) patratum à laicis in Eccleſia, vel alio loco ſacro, cum ob id Eccleſia dicatur violata, & pro hoc ſacrilegio, quod eſt mixti fori procedere poteſt tam iudex Eccleſiaſticus, quàm ſæcularis, ita vt inter eos ſit locus præuentioni; pro delicto verò principaliter commiſſo, puta pro homicidio, ſiue vulneribus, & ſic vbi agitur de delicto merè ſæculari, licèt in loco immuni patrato à perſonis laicis, poteſt tantùm cognoſcere iudex ſæcularis, & non Eccleſiaſticus, vt latè probat Menoch. *de arbitr. d. caſ. 389. num. 32. &c.* Tuſch. *lit. S. concluſ. 6. num. 13. &c.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 200. num. 9. & ſeqq. vol. 4.* Clar. *§. fin. qu. 38. num. 17.* Decian. *tract. crim. lib. 4. cap. 17. num. 34. et cap. 29. num. 5.* dixi latè in meis reſolutionibus, *cap. 9. per tot.* vide Sperel. *deciſ. 3. et 4.* vbi ſequitur dictam diſtinctionem, & illam à contrarijs tuetur, quamuis *in d. deciſ. 3. num. 8.* teſtetur de quadam obſeruantia contraria, ſed non obſtat, per ea, quæ dixi *in §. Delinquens num.*

Quòd ſacrilegium ſit mixti fori, probat Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 13. tit. 8. n. 137. etc. ſol. 84.* vide *in §. Laicus num 4. etc.* Dian. *reſol. moral. par. 1. tract. 2. reſolut. 81.* Marth. *vot. Piſ. 235.* vbi quòd ideò, quando iudex laicus præuenit in cognoſcendo contra occiſorem clerici, non poteſt Eccleſiaſticus ſe ingerere, & tantò minus ſi Princeps laicus, generalem fecerit abolitionem, vide *infra num. 10.*

Qualiter ſacerdos pro offenſa ſibi facta à laico poſſit agere coram iudice ſæculari, vide *in §. Clericus num.* *§. Sacerdos num. 14.*

Sacrilegium an dicatur committi per delictum ſæculare à laicis commiſſum non in Eccleſia, ſed in locis Eccleſiæ annexis, veluti in Parlatorio Monialium, in Sacriſtia, Tecto, Campanili, Turri, Portico, Oſtio, & ſimilibus, ad hoc vt iudex Eccleſiaſticus poſſit procedere ratione ſacrilegij cum præuentione, Sperel. *deciſ. 62. per tot.* vbi refert contrarias opiniones, & tandem præter omnem morem ſuum, negatiuè concludit contra Ricc. *dec. 176. par. 3.* ſed poſtea fortè pœnitentia ductus *in addit. de anno 1666.* dicit à Sacra Congregatione Immunitatis fuiſſe reſolutum, intelligi ſacrilegium in omni loco, qui gaudeat immunitate, & dictas cauſas eſſe mixti fori ratione ſacrilegij ſub die 27. Martij 1640. in quadam cauſa Fauentina.

7 Sacrilegium in aliquibus caſibus habet ſecum annexam ipſo iure excommunicationem, & in alijs non ipſo iure, ſed tamen omnes ſacrilegi ſaltem ſunt excommunicandi, Soccin. *reg.* 434 *per tot.* Card. Tuſch. *lit. S. concluſ.* 6. *n.* 17. Azor. *Inſtit. Moral. par.* 1. *lib.* 9. *cap.* 27. *quaſt.* 10. *& ſeqq. fol. mihi* 1132. Farinac. *d. quaſt.* 172. *n.*

8 Sacrilegium impropriè dicitur diſputare de Principis, vel Pontificis auctoritate, ſiue legem diuinam offendendo, ac quouis modo illius intellectum violando, pro quo eſt impoſita pœna iudici arbitraria, Menoch. *de arbitr. caſ.* 389. *num.* 19. *&c.* vide *in §. Princeps num.*

9 Sacrilegi omnes, & periuri hodie gaudent immuoitate Eccleſiæ præter occidentes, & mutilantes in Eccleſijs, vel Cæmiterijs, Carr. *deciſ. crim.* 7. *num.* 60. Sperel. *deciſ.* 22. *num.* 10. Dian. *par.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 39. *par.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 68. *& par.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 26. *quaſt.* 6. Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 330. *in fine*, vide *in §. Immunitas num.* 17. *&* 18. *& n.* 5. Thom. del Bene *de Immunit. par.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 24. *ſect.* 8. *fol.* 79. *& ſect.* 12. *fol.* 81.

Quòd imò verè ſacrilegus per ſorreptionem rei ſacræ de loco ſacro, non gaudeat immunitate Eccleſiæ, tam attento iure communi ante Bullam Gregorianam, quàm poſt promulgationem dictæ Bullæ, Gottierez *pract. quaſt. lib.* 3. *&* 4. *quaſt.* 1. *num.* 32. Ital. *tract. de immunit. lib.* 1. *cap.* 5. §. 3. Mut. *deciſ.* 50. *num.* 2. *&* 14. & alij relati per Sanfelic. *dec.* 243. *num.* 1. *&* 2. vbi de eo, qui ſurripuerat pyxidem valoris ducatorum 30. in qua erat repoſitum Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, & fuit in eadem Eccleſia deprehenſus, & acerrimæ morti iuxta merita traditus, cùm incidiſſet in crimen læſæ Maieſtatis Diuinæ, & ſic inter excepta in dicta Bulla, facit idem Sanfelic. *dec.* 402. *n.* 7. *& ſeqq.* vbi etiam an priuetur immunitate pro alijs delictis extra Eccleſiam commiſſis, ita vt ſi pro vno non gaudeat etiam pro alijs, vide *in §. Immunitas n.* 23. *& §. Furtum n.* 9.

10 Sacrilegium eſt delictum mixti fori, vt dixi *ſupra n.* 5. quod eſt verum etiam io ſacrilegio proprio rei ſacræ de loco ſacro, ita vt quamuis ratione puri, & meri ſacrilegij videatur competere punitio Iudici Eccleſiaſtico, tamen ratione furti commiſſi competit etiam Iudici ſæculari, quando ſcilicet animus furantis confeſſione, vel alijs legitimis documentis percipitur, ſacrilegium non commiſiſſe cum voluntate abutendi rebus ſacris (quo caſu cognitio omninò ad Eccleſiam ſpectaret) ſed vt lucretur pretium, quòd ex rebus ſacris percipere poſſet, veluti quando ſubtracta pyxide, in qua ſeruabatur Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramento reliquit particulas cooſecratas in Altari, & vendidit aurum, vel argentum illius, vt frequentius contingit, nam iſto caſu ſaltem cum præuentione cognitio ſpectat ad iudicem ſæcularem, ac ita in contingentia facti ſcio pluries ſeruatum Florentiæ, & eius Stato, conniuentibus etiam Eccleſiaſtici, vt huiuſmodi delinqueotes debitis magis afficerentur pœnis per text. *in cap. cum ſit generale*, *& cap. conqueſtus de for. compet.* Clar. §. *fin. quaſt.* 38. *n.* 18. Farinac. *de furt. quaſt.* 172. *par.* 1. *num.* 24. 31. *&* 62. Sanfelic. *deciſ.* 243. Borell. *de praſtant. Reg. Cathol. cap.* 71. *num.* 334. Decian. *tract. crim. lib.* 6. *cap.* 39. Faber. *in ſuo Cod. tit. de crim. ſacrileg. defin.* 1. cum alijs, quos refert, & ſeqoitur Hieron. Cala *ſuper Pragm.* 11. *Regn. Neap. de empt. & vendit. ſine de furtis par* 2. *n.* 97. *fol. mihi* 88.

11 De Sacrilegio, & eius pœnis, cognitione, &c. agunt Bertachin. *in Repert. verb. Sacrilegium*, Thoro *Comp. dec. Neap. par.* 1. *&* 2. *eod. verb.* Silueſtr. Rayner. Claoas cæterique Summiſtæ antiqui, & moderni *in verb. Sacrilegium*, plenè Vela *in prælect. ad cap.* 1. *de Offic. Iud. Ordinar. par.* 1. *de Epiſcop. & Brach. ſecul. num.* 49. *& ſeqq. ad* 62. habetur hic *tract. poſt Differt. einſd. Vela fol. mihi* 330. *&c.* Suarez *de Relig. lib.* 3. *de Sacrileg.* Panimol. *dec.* 64. & alijs plures citati à Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Sacrilegium*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. par.* 5. *eod. verb. fol.* 570. Carol. Anton. Theſaur. *de pœn. Eccl. par.* 2. *verb. Sacrilegium fol.* 312. *&c.* vbi de ſacrilegio io genere, & de ſacrilegio in exercendo iuriſdictionem laicalem contentioſam in loco ſacro, in ſpoliando Eccleſias, in auferendo ornamenta, vel lapides Eccleſiarum Vrbis Romæ, in celebrando in Eccleſia polluta, &c.

§. SALARIVM. III.

1 SAlarium non conuentum regulariter non debetur, niſi ſimus in ſolito locare operas ſuas, & ſolito conducere alienas, vel in eo, qui inſeruiuit alicui mercatori, Felic. *de ſociet. cap.* 18. *num.* 92. Duran. *deciſ.* 259. *num.* 20. latè, & pulchrè Lanfranch. Zacch. *tract. de ſalar. & merced. quaſt.* 102. *per tot.* vbi ponit dictam regulam negatiuam, quam decem modis limitat, vt ibi per eum adde Tuſch. *lit. S. concluſ.* 7. Bich. *dec.* 67. Ricc. *Collect.* 656. 1504. 1885. 3960. vbi plura quando ſalarium non conoentum debeatur, vel non, Rot. *par.* 9. *recent. deciſ.* 367. *num.* 26. *& ſeqq.* vbi quòd licèt non conuentum peti non poſſit actione ex locato, & conducto, tamen non prohibetur implorari officiom iudicis nobile prò conſtitutione mercedis, & dicta regula ceſſat Romæ, vbi quilibet eſt ſolitus locare operas ſuas, & loqnitur de procuratoribus, vel ſollicitatoribus, & eadem Rot. *par.* 14. *dec.* 84. *per tot.* vbi plura de ſalario, etiam non conuento, procuratori ſoluendo, de illius taxatione, & non præſumpta ſatisfactione ex temporis lapſu, & alia, Rot. io ſelect. per Farinac. *part.* 1. *tom. deciſ.* 238. *&* 291. latè Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 35. *num.* 59. *& ſeqq. per tot.*

Intellige dictam regulam in famulis, & alijs vilibus perſonis, quæ ſæpè pro victu ſine ſalario ſeruire, aliàs autem ſecus, Seraph. *deciſ.* 849. *num.* 2. de qua materia idem Seraph. *deciſ.* 65. *deciſ.* 74. *& deciſ.* 1322. Caualer. *deciſ.* 400. *deciſ.* 416. *& deciſ.* 511. *per tot.* Caroc. *de locat. & conduct. par.* 1. *quaſt.* 10. Ricc. *Collect.* 656. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 257. *per tot.* Leoncil. *deciſ. Ferrarien.* 37. *num.* 13. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 49. *num.* 1. *& ſeqq. vol.* 3. Martha *vot. Piſ.* 998. vbi quòd non conueotum non debetur à Domino ſcholaſtico, & quare, vide Pacion. *loc. cit.* latè Rot. *par.* 18. *recent. deciſ.* 815. *per tot.* vbi fuit denegatum ſalarium famolo, qui victum, & veſtitum, aliaque vitæ neceſſaria receperat, quia ſic præſumebatur conductus, & habuerat etiam commoditatem ſtudendi, ac ex alijs rationibus.

De ſalario famulorum, an & quando etiam oon conueotum debeatur, latè Lanfranc. Zacch. *de ſalar. & merced. quaſt.* 68. *per tot.* Tuſch. *lit. S. concluſ.* 7. *per tot.* alia vide *in §. Famulus*, Pacion. *loc. cit. n.* 69. *& ſeqq.*

Et quomodo ſalarium fuiſſe conuentum probari poſſit, & qoòd poſſint per iudices etiam oretenus recipi probationes, idem Zacch. *d. tract. quaſt.* 100. *per tot.* Rot. *par.* 9. *recentior. deciſ.* 367. *num.* 30. *& ſeqq.* vbi quòd ſufficit quælibet promiſſio in genere, vt intret officium iudicis in determinanda quantitate, facit Rot. per Farinac. *par.* 1. *dec.* 330. Et contra, ex quibus præſumatur non conuentum, & non debeatur famulo, latè Rot. *par.* 18. *recent. deciſ.* 815. *per tot.*

Quòd ſalariom etiam oon taxatum debeatur Aſſeſſori arbitrio iudicis, iuxta conſuetudinem, & qualitatem ipſius Aſſeſſoris, Menoch. *de arbitr. caſ.* 254.

Qnid in penſione domus, an non conuenta debeatur, latè Rot. *par.* 2. *diuerſ. deciſ.* 88. *per tot.* Pacion. *loc. cit.*

Quòd etiam non conuentom debeatur Aduocato, & taxari debeat arbitrio Iudicis iuxta qualitatem cauſæ, laboris, & conſilij pluribus probat Ricc. *Collect.* 3713. Pacion. *loc. cit. n.* 77. *& ſeqq.*

Item debeatur etiam alijs de æquitate canonica, qua cauetur dignum eſſe operarium mercede ſua, *cap. quecumque ſuffragio* 11. *quaſt.* 2. *cap. cum ſecundum de prabend.* Rot. *Flor.* 16. *Ianuary* 1601. *Mot. lib.* 88. Pacion. *d. cap.* 35. *per tot.* vbi plura.

Salaria Iudicum, & Aduocatum habent priuilegium 2
prælationis inter omnes creditores, ſicuti ſalaria hoſpitum, laboratorum, & ſimilium, Rodriquez *de concurſ. cred. par.* 1. *art.* 3. *num.* 18. *&c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 57. 41. *cap.* 257. *num.* 17. *&c.* Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 1. *quaſt.* 5. *num.* 32. *& quaſt.* 21. Gait. *de Credit. cap.* 4. *n.* 1566. *& num.* 2016. *&c.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 12. *tit.* 1. *num.* 19. *fol.* 555. Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 41. *n.* 30. *& ſeqq.* Honuphr. Cigala *tract. de act.* §. 18. *num.* 9. *& ſeqq.* Fontanel. *deciſ.* 423. *& ſeqq.* vbi plura Ramon. *conſ.* 27. *cum annot.* Iacob. Balduc. vide *in §. Aduocatus num.* 9. *in fine &c.* An, & quando creditores ſalarij, & mercedes præferaotur in concurſu alijs creditoribus anterioribus eiuſdem debitoris communis, Lanfranc. Zacch. *tract. de ſalar. & merced. quaſt.* 99. *per tot.* & quod habeat tacitam hypothecam, ideòque illi dari Saluianom, idem Zacch. *quaſt.* 94. *per tot.* Matth. Medic. *dec.* 19. *in addit. num.* 2. vbi plures allegat Sanfelic. *deciſ.* 113. vbi quòd præferuntur alijs creditoribus, etiam anterioribus, & hypothecatis, Benedict. Carpzou. *in Prax. crim. par.* 3. *q.* 138. *n.* 83. *&* 84. vbi de expen-

expenſis cauſarum criminalium alijs creditoribus in concurſu præferendis, Duran. *deciſ.* 53. *num.* 8. & 9. Salgad. *Labyrint. credit. part.* 3. *cap.* 9. *num.* 18. & *ſeqq.* 30. & poſteà viſi Vrceol. *de tranſact. quæſt.* 30. *num.* 33. & 34. Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 41. *per tot.* vbi infert ad plures caſus particulares.

Poſſuntq; dicta ſalaria executiuè exigi in eodem foro litis peractæ, licèt alias ibidem litigantes non eſſent ſubiecti, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 56. *nu.* 7. Lanfranch. Zacch. *d. tract. q.* 91. *nu.* 9. & *ſeqq.* vbi latè quod nam forum ſit competens in cauſis ſalarij, & mercedis.

(Item poſſunt dicta ſalaria iudicum, & ſuorum miniſtrorum exequutiuè exigi, non obſtante appellatione ad Superiores interpoſita, Carleual. *de iudic. tit.* 1. *diſput.* 6. *per tot. fol.* 293.)

Qualiter poſſint exigi etiam à ſucceſſore in beneficio, Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 12. *tit.* 1. *num.* 13. & *ſeqq. fol.* 555. vide *in §. Succeſſio num.*

3 Salaria Iudicum, Aduocatorum, & Procuratorum qualiter debeantur de iure communi, & in qua ſumma, vbi non appareat de certa quantitate petita, vel controuerſa, & quòd debeant attendi ſtatuta locorum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 55. *per tot.* & *cap.* 56. Magon. *deciſ. Floren.* 11. *nu.* 2. & *c.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 513. *per tot.* vbi etiam quòd licèt non fuerint promiſſa, debentur arbitrio iudicis, Merlin. *deciſ.* 108.

An aduocato debeatur ſalarium in quantitate conuenta, ſi lis fuerit per tranſactionem finita, Franch. *dec.* 265. vide *in §. Aduocatus nu.* 19. *infr. nu.* 26.

De ſalario procuratorum ad lites, latè Lanfranch. Zacch. *de Salar. & merced. q.* 82. *per tot.*

De ſalario procuratorum ad negotia, idem Zacch. *d. tractat. q.* 51. *per tot.*

4 Salarium aduocati, & procuratoris debeat taxari cum alijs expenſis ad fauorem victoris, etiam ſi gratis patrocinium habuerit, propter obligationem, quæ remanet ad antidora, qua ceſſante non eſſet taxandum, vt poſt multa concludit Lanfranch. Zacch. *d. tract. q.* 110. *per tot.* Fontanel. *dec.* 426. vbi etiam an poſſit exigi contra partem aduerſam in expenſis condemnatam.

Idem eſt, ſi quis cauſam propriam defenderit, vt poſſit ab aduerſario repetere ſalarium; quòd veriſimiliter ſoluiſſet, ſi alium conduxiſſet, Zacch. *d. tract. q.* 109. *num.* 16. & *c.* vel ſaltem tanquam damnum, & intereſſe, ſi ob id occupatus non potuit aliorum cauſas agere, ſecundum opinionem Menoch. *de arbitr. caſ.* 154. *nu.* 5 & dixi *in reſol. cap.* 41. *nu.* 11. §. *Aduocatus nu.* 7.

5 Salarium duplex an debeatur ei, qui eodem tempore duobus inſeruiuit, Boer. *deciſ.* 320. *num.* 13. addit ad Sanfelic. *deciſ.* 380. Rot. *par.* 16. *recent. deciſ.* 264. *nu.* 12. vbi quid ſit.

Item an duplex debeatur ei, qui fungitur officio duorum, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 652. *num.* 10. Tuſch. *lit. S. concluſ.* 15. vide infrà *num.* 25. Rot. *part.* 1. *recent. deciſ.* 354. *nu.* 4. vbi quòd ſic, in terminis computiſtæ, & reuiſoris.

Quod gerenti duo negotia, duplex ſalarium debeatur, Rot. *in Nouiſſ. part.* 6. *deciſ.* 10. *num.* 13. & *c.* & multa ſimilia adducit Gratian. *deciſ.* 121. *num.* 11. & 12. Sanfelic. *deciſ.* 380. *cum addit.* vbi plura Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 264. *num.* 12.

Quando quis fuit functus officio procuratoris, & Aduocati poteſt iuſtè prætendere, & habere duo ſalaria, Gayl. *obſeru.* 44. *lib.* 1. Rot. Flor. *in mott. lib.* 106. *d.* 324. dixi *in reſolut. cap.* 41. *num.* 13.

6 Salarium minui debet pro rata diminuti laboris, Menoch. *de arbitr. caſ.* 223. licèt in ſalario conuento, & taxato alij contrarium ſentiant, Magon. *deciſ. Flor.* 12. *num.* 10. & 18. Pacion. *de locat. cap.* 50. *num.* 86. & *ſeqq.* vbi latè declarat, & diſtinguit.

Sicut etiam è contra augeri debet ſalarium, aucto labore, Gratian. *deciſ.* 101. *per tot.* Menoch. *d. caſ.* 223. vbi in vtroque capite infert ad plura, & reddit rationem, quia labor, & pecunia recipiunt diuiſionem, & quia quæ ob cauſam fiunt à modo ipſius cauſæ formam, & determinationem recipiunt, Ricc. *par.* 13. *recen. dec.* 121. *nu.* 11. & *c.* Sanfelic. *deciſ.* 380. *cum addit.*

Quòd aucto labore, augeri debeat ſalarium, ita vt Principe negligente illud augere, poſſit Officialis aliquid ex ſe recipere ab illis, quorum cauſa auctus fuit, ſi tamen ſeruit in eo, ad quod ex officio non teneatur, Menoch. *de arbitr. caſ.* 514. *num.* 20. *de quo infr. numer. ſeq.* Maſtril. *de Magiſtrat. lib.* 1. *cap.* 21. Rota *par.* 11. *recent. deciſ.* 352. *num.* 9. & *c.*

Quando augendum, vel minuendum ſit ſalarium ratione aucti, vel diminuti laboris, latè Lanfranch. Zacch. *tract. de ſalar. & merced. q.* 11. *per tot.* Merlin. *deciſ.* 108. *per tot.* *vbi nu.* 3. benè diſtinguit, quòd debeat augeri quando quis pro certo officio, vel munere locauit operas ſuas, ſi emergant aliæ occupationes ad officium ſuum non ſpectantes, ſecus autem ſi connexionem habeant cum munere ſuſcepto, idem Merlin. *deciſ.* 162. *per tot.* Addit. ad Sanfelic. *dec.* 328. *in fine,* & *deciſ.* 389. Pacion. *de locat. cap.* 51. *nu.* 29. & *ſeqq.* Rot. *par.* 18. *recent. deciſ.* 815. *nu.* 29. & *ſeqq.* vbi quòd aucto labore tunc augeri debet ſalarium quando ab initio quis fuit aſſumptus pro certo, & determinato ſeruitio, ſecus autem quando quis fuit generaliter conductus, & indeterminatè ad ſeruiendum, quia tunc tenetur omnia facere pro domino, nulla habita ratione multiplicitatis ſeruitiorum abſque augmento ſalarij.

Salarium iuſtum, & competens debet à Principe, & Superiore conſtitui ſuis Magiſtratibus, & iuſdicentibus, ita vt Princeps debeat etiam habere rationem, quòd Iudices, & Officiales illi ſeruientes poſſint ex ſuo ſalario aliquid annuatim in arca reponere pro conſulendo illorum ſenectuti, vel poſteritati, aliàs culpæ, & auaritiæ ipſius Principis adſcribendum, ſi iudices, & Magiſtratus coguntur quodammodò iuſtitiam vendere, cùm paria ſint non habere ſalarium, vel habere minus competens, & incongruum, vt benè explicat Menoch. *de arbit. caſ.* 514. *per tot.* vbi etiam, an, & quando Officialis, vel Magiſtratus debeat dimittere officium, vel poſſit in ſupplementum ſalarij, aliquid accipere ab illis, quibus ſeruit; vide Lanfranch. Zacch. *tract. de ſalar. & merced. q.* 9. *nu.* 4. & *c.* vbi diſſentit à Menoch. & illius rationibus reſpondet, quoad hoc vt poſſit aliquid recipi à priuatis ratione tenuitatis ſalarij, cum diſtinctionibus tamen per eum allatis, & generaliter agit quale ſalarium dicatur competens, vel non, vide *in §. Iudex nu.* 21. *verſ. Quod non teneatur,* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 137. *nu.* 27. & *ſeqq. vol.* 5. *ad leg. Municip.* Meclin. *tit.* 1. *art.* 2. *nu.* 1. Maſtril. *de Magiſtratibus l.* 1. *cap.* 21. Creſp. de Valdaur. *obſeru.* 109. *nu.* 5. & *c.* Noguerol. *Allegat.* 5. *per tot.* Zamoran. *tract. de compenſat. diſput.* 5. *cap.* 14. *per tot.* vbi latè an Magiſtratus, & Iudices, alijque Miniſtri iuſtitiæ non habentes ſalarium competens poſſint, & à quibus iuſtam compenſationem accipere. 7

Sed an prædicta ſeruent Principes, qui etiam vendunt, ſiue vendi permittunt ipſa officia, & perſonis quandoque indignis plus offerentibus, poſthabitis alijs dignis, ſiue dignioribus, ſciunt cuncti, qui verſantur in aulis, & etiam verba, ac fumum vendunt, de quibus fumi venditoribus, idem Menoch. *de arbitr. caſ.* 344. *per tot.* Cabal. *caſ.* 67. Scanarol. *de viſit. carcer. lib.* 1. §. 13. *cap.* 6.

Sed iſti Aulici, qui Principum mores corrumpunt, vel Auctores, & miniſtri ſunt iniuſtarum cupiditatum, & auaritiæ Principum, vel in proprio corpore, vel in poſteritate puniuntur, ita vt illorum poſteritas diuturna non ſit, ſed mox poſt illos intercidat, ſicuti ex ſapiente Anon. refert D. And. Roſotto *in ſuo opere infraſcripto, le Peripetie della Corte fol.* 168.

Aduertant igitur ipſi Principes, quia hæc, & ſimilia ſunt illorum propria peccata, de quibus Azor. *Inſtit. Moral. par.* 2. *lib.* 11. *cap.* 6. *fol.* 690. vbi plura de Regum, ſiue Principum vitijs, & peccatis.

Salarium debetur Officiali non à die electionis, ſed à die adeptæ, ſiue cœptæ adminiſtrationis, niſi differret ex licentia, & permiſſione Principis, vel ob caſum fortuitum, & quando decederet ante cœptum officium deberent illius hæredibus refici damna, ex expenſæ cauſa huiuſmodi officij factæ in ſe ad illud præparando, Lanfranch. Zacch. *tract. de Salar. & Merced. q.* 15. *per tot.* Carol. Tap. *dec.* 60. *per tot.* vbi etiam an debeatur in principio, de quo latè, & diſtinctè Cabed. *deciſ.* 8. *per tot.* 8

Quòd vltimum de refectione damnorum, & expenſarum in ſe præparando, intelligendum puto quando ex motu proprio Principis, vel contra propriam voluntatem fuiſſet electus, aliàs ſecus.

Salarium conſuetum debet æqualiter diuidi inter Officiales, ſi ad officium, quod per vnum exerceri ſolebat, duo eligantur, & quando ſecus, Zacch. *d. tract. q.* 13. 9

per

per tot. Pacion. *de locat. cap.* 50. *num.* 93. *&* 94. vide *ſuprà num.* 5. *& infrà nu.* 25.

10 Salarium an, & quale debeatur tutoribus, vel curatoribus, Menoch. *conſ.* 228. Franch. *deciſ.* 122. *& dec.* 340. idem Menoch. *de arbitr. caſ.* 512. *per tot.* vbi etiam quòd debeatur tantùm finita adminiſtratione, & redditis rationibus, niſi aliter ſit conuentum, & idem eſt in ſimilibus, vide in §. *Tutela num.* 23. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 153. *&* 154. *vol.* 3. Ricc. *Collect.* 26. 28. Caball. *conſ. deciſ.* 40. *lib.* 2. vbi quòd regulariter non debetur, niſi adſit conſuetudo, *& conſ.* 13. *lib.* 1.

An debeatur teſtibus, vide *in* §. *Teſtes num.*

11 Salarium debetur filio, qui viuente patre adminiſtrauit, & negocia domus geſſit, ſicut cuilibet alteri negociorum geſtori, vide *in* §. *Peculium num.* 5. *&* §. *Frater nu.* 8. hanc ſequitur Dian. *par.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 66. vbi qaliter poſſit illum clam accipere ſi aliter conſequi non poſſet, computatis tamen computandis, adde Zamoran. *tractat. de compenſat. Diſput.* 4. *cap.* 24. *per tot.* vbi declarat procedere ſtante proteſtatione expreſſa, vel tacita, & conſtituto quòd pater non erat per ſe facturus, nec inuenturus alium, qui gratis, vel pro minori pretio ageret, &c.

Contrarium autem tenet Menoch. *de arbitr. caſ.* 512. *nu.* 9. *&* 10. vbi admittit deberi tantùm pro adminiſtratione facta poſt mortem patris, & ita etiam probat Lanfranc. *tractat. de ſalar. & merced. quæſt.* 51. *nu.* 19. *&c.* alios refert Dian. *loc. cit.* vbi tamen ipſe tenet primam opinionem, vt ſuprà; ſed vide eumdem Dian. *par.* 8. *tract.* 6. *reſol.* 33. *verſ. Ex doctrina*, vbi declarat dictam primam opinionem procedere quando filius viuente patre conuenit, vel proteſtatus eſt de pretio ſui obſequij, & ſeruitij, & ſemper habuit in animo non inſeruiendi gratis, aliàs cenſetur feciſſe amore filiali, nec poteſt aliquid prætendere, vide Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 35. *nu.* 112. *& ſeqq.* vbi refert diuerſas opiniones, & declarationes, & Zamoran. *loc. ſup. cit.*

12 Salarium integrum debetur ei, qui fuit conductus ad certum tempus, licet ante illud finitum fuerit licentiatus propter diſſolutionem negocij, vel alia de cauſa, cùm per illum non ſtetit quominus præſtaret operam conuentam, ſed per conductorem, text. *in l. qui operas* 41. *ff. locat.* Bart. *in l.* 1. §. *Diuus num.* 1. *ff. de var. & extraord. cognit.* Natt. *conſ.* 452. *nu.* 2. cum alijs per Rot. *par.* 11. *recentior. deciſ.* 286. *per tot.* vbi etiam quid ſi impedimentum ex facto Principis proueniat, Caualer. *deciſ.* 520. *per tot.* vbi quid ſi alteri poſt datam licentiam inſeruiuit, & ſe refert *ad l. diem functo, ff. de off. Aſſeſ. & l. diem functo ff. locat.* vide *in* §. *Medicus nu.* 11. *in meis Reſol. cap.* 43. *per tot. & in Pract.* §. *Medici num.* 7. Dian. *par.* 3. *tract.* 6. *reſol.* 14. *&* 15. vide *in* §. *Aduocatus nu.* 16. Zacch. *de ſalar. q.* 19. *per tot.* Pacion. *de locat. cap.* 50. *nu.* 15. *& ſeqq. per tot.* vbi benè declarat, *& num.* 79. quòd de conſuetudine in pluribus locis vix ſoluitur ſalarium temporis decurſi Officiali viuente, vt teſtatur etiam Zacch. *dict. tract. q.* 21. *in fine.*

Quod ſit ſoluendum pro tota die ei, qui fuit conductus ad diem, licèt media die dimittatur, Nouar. *quæſt. forenſ.* 40. *num.* 9. *tom.* 1. Ricc. *Collect.* 3442. & vbi laboratores ſunt pauperes, debetur in principio ſaltem pro medietate, licèt aliàs debeatur tantùm in fine laboris, idem Ricc. *Collect.* 3461.

Operario autem caſualiter impedito debetur merces tantùm pro rata diei, maximè ſi impedimentum fuit notabile, & non momentaneum, vel intereà operarius ſe applicuit alteri negocio, latè Coſta *de ratione rata q.* 128.

Qualiter ſalarium debeatur, vel non officiali, Doctori, & Lectori, etiam impeditis, vel defunctis ante finitum officium, Iaſ. Bolog. Cagnol. & alij *in l. diem functo ff. de off. Aſſeſſor.* latè Tuſch. *lit. S. concluſ.* 8. *& ſeqq.* vide *in* §. *Officium nu.* 11. & latè Zacch. & Pacion. *vbi ſuprà.* (Vbi qualiter debeatur ſalarium Officiali etiam impedito, Caldas Pereyr. *quæſt. for. cap.* 3.

Quòd ſi famulus, vel famula ex ſe non expulſi recedant à ſeruitio ante tempus conuentum non debeant habere ſalarium pro tempore, quo ſeruierunt, & ſi habuerint tenenatur reſtituere, ſicut & veſtes, vel liureas, & ſi remanent debitores domini, poteſt ipſe Dominus illorum bona retinere donec ſoluant, ſicut etiam pro damno recepto: E contra autem ſi per eos non ſteterit, vt quia ſine iuſta cauſa fuerint expulſi, & alteri ſeruire non potuerint, debetur eis ſalarium pro toto tempore conuento, ſi tamen fuerint à domino requiſiti redire ad ſeruiendum pro tempore conuento, debent redire alias ſalarium illis non debetur, vt colligitur ex traditis per Zacchiam *de Salar. quæſt.* 68. Pacion. *de locat. cap.* 50. *num.* 34. *&c.* & alios citatos per Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eug. lib.* 5. *Rub.* 39. *per tot.* vide *in* §. *Famulus num.* 3. *&c.*)

Salaria medicorum ſunt magis priuilegiata, quàm illa Aduocatorum, neutris tamen debentur pro cura, vel conſilio diebus feſtiuis facta, vel reddito, ad tradita per Magon. *deciſ. Flor.* 11. *nu.* 8. *per tot.* cum alijs per Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. legal. lib.* 6. *tit.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 16. *& ſeqq.* vbi tamen teſtatur de contraria conſuetudine, & contrarium benè probat Lanfranc. Zacch. *tractat. de ſalar. & merced. q.* 25. *nu.* 5. *&c.* Cæſar. Cala *tract. de ferijs q.* 4. *nu.* 227. *& ſeqq. fol.* 199. 13

Alia de ſalarijs medicorum vide *in* §. *Medicus nu.* 11. *&c. & Pract.* §. *Medici num.* 7. *& ſeqq.*

Salarium debetur ad rationem conuentam exactori publico, non tantùm pro exactionibus pecuniarijs, ſed etiam pro bonis adiudicatis iuxta illorum æſtimationem, imò etiam pro actionibus redactis, & acquiſitis, Magon. *deciſ. Flor.* 66. *per. tot.* Rom. *conſ.* 434. vide *in* §. *verba numer.* Tuſch. *lit. S. conſ.* 11. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 205. *vol.* 1. 14

Si fuerit promiſſum ad rationem tot pro centenario exactori debetur ad rationem ratæ pro exactis infrà centum, & alia ad propoſitum, Rom. *conſ.* 434. Franch. *deciſ.* 228. Rot. *par.* 12. *recent. dec.* 414. *nu.* 35. *& ſeqq.*

Salarium, fructus, & ſimilia quando debeantur abſentibus ab Officio cum licentia Superioris, vel aliàs legitimè impeditis ſine illorum culpa, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 166. *per tot. & in meis reſol. cap.* 43. *per tot.* vide *in* §. *Abſentia numer.* Ricc. *Collect.* 3386. latè Pacion. *de locat. cap.* 50. *nu.* 15. & *ſeqq.* Zacch. *de Salar. quæſt.* 19. *per tot.* 15

An ſalarium debeatur famulo infirmo, conſanguineo, ſcholari, & ſimilibus, Gratian. *deciſ.* 53. *in Addit. numer.* 5. vide *in* §. *Famulus num.* 3. Pacion. *de locat. cap.* 50. *num.* 12. *& ſeqq.* Caldas Pereyra *quæſt. For. cap.* 3. *num.* 27. *&c.* Cabed. *deciſ.* 8. *num.* 30. *&c.* vbi quoad famulum infirmum refert contrarias opiniones, & veriorem non deberi profiteur, niſi contraria extet conſuetudo ad Zacch. *de Salar. quæſt.* 19. *num.* 30.

Salarium an, & quando ſit ſoluendum in principio, vel in fine, & quando debeatur pro tempore, quo quis fuit abſens, Gratian. *deciſ.* 200. *&* 201. *per tot.* de primò latè Lanfranch. Zacch. *tract. de ſalar. & merced. quæſt.* 14. *per tot.* & de ſecundo *quæſt.* 20. *per tot.* Tuſch. *lit. S. concluſ.* 10. *per tot.* Ricc. *Collect.* 179. 2207. 2466. vbi alia plura de materia ſalarij, *& Collect.* 3461. de primo, quo ſcilicet tempore ſit ſoluendum ſalarium, vel alia merces, plenè Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 37. *per tot.* 16

Salarium licèt conuentum non debetur nautæ, vel vecturali, niſi doceat merces tranſtuliſſe ad locum conuentum, & deſtinatum, imò acceptum reſtituere tenetur, etiamſi caſus aliquis euenerit ſine eius culpa, niſi tamen euenerit ex culpa conductoris, qui forſan res prohibitas ſine conſenſu vecturalis immiſiſſet, & fuerint confiſcatæ, ita vt ceſſante culpa dicti conductoris non debeatur etiam pro rata itineris facti, quidquid alij contrarium teneant, quorum opinio procedere poſſet quando ſalarium fuiſſet promiſſum pro mercibus imponendis, quia tunc eo ipſo quòd fuerant impoſitæ dicitur ſatisfactum promiſſioni, & debetur ſalarium, ſecus autem ſi pro illis ad certum locum tranſportandis, quid præſumendum in dubio, & alia, Lanfranch. Zacch. *tractat. de ſalar. & merced. quæſt.* 88. *nu.* 19. *& ſeqq.* Signorol. *conſ.* 195. *nu.* 5. *&c.* Card. Tuſch. *lit. V. concluſ.* 37. dixi *in Pract.* §. *Vecturalis num.* 14. adde Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 202. *num.* 5. *& ſeqq. vol.* 2. Pacion. *de locat. cap.* 50. *num.* 64. *& ſeqq.* vbi benè concluſionem declarat. 17

Salarium indebitè ſolutum, poteſt ad inſtar alterius indebiti ſoluti repetj, vel etiam ex eo, quòd operæ promiſſæ non fuerint præſtitæ ex culpa tamen operarij promittentis, Lanfranch. Zacch. *d. tractat. quæſt* 97. *per tot.* facit quod *in* §. *Exceptio num.* 18

Salarium an poſſit ſequeſtrari, vel aliàs in eo executio fieri, dic regulariter quòd non, ſi agatur de ſalario in futurum præſtando, vel ſi agatur cum Officiali publico neceſſario, vel vbi adſunt alia bona debitoris, aliàs autem poſſe ſequeſtrari, & in executionem capi cum nonnullis alijs diſtinctionibus, Lanfranch. Zacch. *d. tractat. quæſt.* 108. *per tot.* 19

Creſp. de Valdaur. *obſeruat.* 109. *per tot. part.* 2. *fol.* 235. Carleual. *de iudic. lib.* 2. *tit.* 3. *Diſput.* 18. *per tot.*

Salarium videtur remiſſum, & non poteſt amplius peti, ſi fuerit reddita ratio nulla de eo facta mentione, Seraph. *dec.* 1322. Thomat. *deciſ.* 14. *numer.* 6. Leoncil. *deciſ. Ferr.* 37. *num.* 7. vide Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 168. *per tot.* vbi plura ad hoc propoſitum, an, & quando adminiſtrator præſumatur ſatisfactus de ſalario, donec rationem non reddiderit, vel ſi illam reddiderit, nulla facta ſalarij mentione.

Salarium ex ſola taciturnitate non cenſetur remiſſum, niſi concurrente legitima præſcriptione, Seraph. *d. deciſ.* 1322. *num.* 4. Caualer. *deciſ.* 409. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 168. *num.* 11.

Quòd tamen præſcriptio debeat allegari, & qualiter ſalarium maximè famulorum præſcribatur per triennium, Surd. *deciſ.* 24. *per tot.* Gratian. *deciſ.* 53. *num.* 5. *& c.* Duen. *reg.* 306. *per tot.* vbi duodecim modis limitat, Ricc. *Collect.* 179. *in fine, & Collect.* 3787. *per tot.* vbi plura, & loquitur in terminis ſtatuti, allegat Laurent. *deciſ. Auenion.* 56. Giurb. *deciſ.* 13. Thom. Hurtad. *reſol. moral. part.* 2. *tract.* 8. *reſol.* 15. *fol.* 78. Gamm. *deciſ.* 334. *& alios*; quibus adde Leoncil. *deciſ. Ferr.* 37. Lanfranc. Zacch. *de ſalar. & merced. quaſt.* 105. Pacion. *de locat. & conduct. c.* 52. *per tot.* Creſp. de Valdaur. *obſeruat.* 44. *per tot. par.* 2. *fol.* 18. Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 815. *num.* 5. *& ſeqq.*

Sed ſalarium præſcribi per triennium, vel quinquennium dùm multi Doctores affirmant, ſunt intelligendi iuxta particulares locorum Conſtitutiones, vel conſuetudines; nam iſtis ceſſantibus de iure communi non præſcribitur minori ſpatio triginta annorum, ſiue ſit debitum iure actionis, ſiue officio iudicis, & quoniam in omnibus ferè locis adſunt huiuſmodi conſtitutiones, quæ dictum tempus arctant, illæ ſunt omninò ſeruandæ, etiam quoad Forenſes, qui in loco vbi vigent, ſeruitia præſtiterunt, non tamen egrediuntur perſonas, & caſus expreſſos, nec procedunt contra impeditos, & non valentes agere, nec contra pupillos, nec lite pendente, nec impediunt exceptionem, nec habent locum niſi opponantur, nec ſi veritas appareat in contrarium, vt quia conſtaret, ex libro rationum Domini non eſſe ſolutum ſalarium, nec vbi fuiſſet præſcriptio interrupta, vel debitum recognitum, nec vbi debitor eſſet in mala fide, vt latè probat Lanfranc. Zacch. *tract. de ſalar. & merced. quaſt.* 105. *per tot.* & Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 52. *per tot.* dixi *in Practica* §. *Seruitori num.* 22. *& c.* vbi de lege Municipali Florentiæ, quòd ſalarium peti debeat in iudicio infra quinquennium continuum, à die quo finiuerit ſeruitium, aliàs intelligatur præſcriptum, & non poſſit amplius peti, niſi de eo appareat recognitio per ſcripturam, vel contractum, quo caſu non curreret dicta quinquennalis præſcriptio, niſi modo, & formæ iuris.

An autem huiuſmodi ſtatuta ſint licita, & excuſent debitores ſalarij in foro conſcientiæ, vide Azor. *Inſtit. Moral. part.* 3. *lib.* 1. *c.* 18. *quaſt.* 9. *verſ. alicubi ſtatuta fol. mihi* 65. Caroc. *de locat. & conduct. part.* 5. *tit. de ſtatut. nu.* 5. *et ſeqq. fol. mihi* 252. Pacion. *d. cap.* 52. *num.* 33. *et ſeqq.* dixi *in* §. *Famulus num.* 10.

Quòd non ſit neceſſaria ſingulorum annorum præſcriptio, ſed vna à die diſceſſus pro omnibus ſufficiat, & alia ad rem, Giurb. *deciſ.* 13. *num.* 13. *et per tot.* Creſp. de Valdaur. *d. obſeru.* 44.

22 Salarium quod, & quantum eſſe debeat vbi non eſt taxatum remittitur arbitrio iudicis, & quæ conſiderare debeat iudex in huiuſmodi taxatione, Menoch. *de arbitr. caſ.* 515. *per tot.* Cabed. *deciſ.* 162. *part.* 1. *et deciſ.* 167. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 3. *per tot.* vbi plura de ſolito attendendo, vel non, & in ſelectis per Farinac. *part.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 314. *per tot.*

Quòd ſalarium alioquin tenue cenſeatur iuſtum propter alia commoda, quæ recipit famulus, vt puta aliquod tempus diei ad diſcendum aliquam artem, vel legere, & ſcribere, cùm huiuſmodi commoda partem ſalarij conſtituant, idem Menoch. *de arbitr. caſ.* 114. *num.* 18. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 3. *num.* 13. vbi ſi dominus famulo emolumenta ab extra parauit, ad ea etiam eſt habenda ratio in iudicanda congruitate ſalarij, & plenè Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 815. vbi pro excluſione ſalarij ex alijs commoditatibus à domino receptis.

23 Salarium ſolui ſolitum anteceſſori, debetur regolariter ſucceſſori, Bald. *in l. licet num.* 18. *C. locat.* Surd. *conſ.* 42. *num.* 13. Rota *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 88. *num.* 5. *et* 9. Intelligendo quando eſt a lege taxatum, ſecus ſi variè conſtituatur ſecundum merita perſonarum; item de ſolito vltimis annis; item quando ſucceſſori nihil fuit adhuc ſolutum, nam ſi minus fuit ſolutum, & recipiens acquieuit, intrat alia potentior præſumptio conuentionis, prout hæc, & ad propoſitum, latè explicat Rot. *par.* 12. *recent. deciſ.* 3. *per tot.* vide *in* §. *Locatio nu.* 2. Noguerol. *allegat.* 5. *per tot.*

24 Salarium, vel merces aliàs conſtituta Doctori, vel famulo, cenſetur in reconductione reconuenta, quoties ad idemmet ſeruitium reconducitur, ſecus ſi ad grauius onus, vel ſeruitium, nam tunc debet augeri, Rot. *par.* 13. *recent. deciſ.* 121. *num.* 10. *& ſeqq.* §. *Conductor num.* 24. *&* 40. §. *Locatio num.* 2.

25 Salarium duplicatum debetur Officiali, qui eodem tempore duo officia inter ſe compatibilia exercuit, vt benè probat Sanfel. *deciſ.* 328. in terminis iuris communis, ſecus autem Conſuetudinis Neapolitanæ, ſecondum quam debetur vnicum ſalarium, & omnia emolumenta incerta, quia ſalarium dignitatem reſpicit, incerta verò laborem, & ideò debetur pro vtroque officio, ſicut etiam aliæ honorantiæ, quas nos mancias appellamus, facit idem Sanfelic. *deciſ.* 380. *cum addit.* vbi etiam quando poſſint exerceri duo officia incompatibilia.

An, & quando gerenti duo officia debeatur duplex ſalarium, vel non, adde Antun. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 35. *nu.* 24. *& ſeqq.*

Permiſſum eſt etiam recipere mercedem pro delegationibus ſibi factis vltra adminiſtrationem, & onus proprij officij, Maſtril. *de Magiſtr. c.* 31. *nu.* 79. *lib.* 1. Sanfelic. *deciſ.* 320. *nu.* 11. *& deciſ.* 380. *cum addit.*

Item ſi quis in vno die expediat, id quod erat in duobus expediendum, non prohibetur duplicatum, ſeu duorum dierum ſalarium exigere, & idem eſt ſi eodem tempore vacet duobus negotijs diſtinctis, & compatibilibus, vel ſi agatur de officijs in labore conſiſtentibus; quod exercens *pro interim* officium non conſequatur niſi medietatem ſalarij ordinarij, & alia, Sanfelic. *cum addit.* & alijs citatis *d. deciſ.* 328. *per tot.* facit Dian. *reſol. moral. part.* 3. *tract.* 5. *reſol.* 77. vbi an Commiſſarij poſſint tantùm à ſingulis exigere, quantum ab vno ſolo poſſent, vbi ſunt plures inquiſiti, &c.

Quòd ſalarium duplex pro quolibet dieta poſſit exigi vbi iudex, vel Commiſſarius duobus negotijs vacat, nec vnum per aliud impediatur, quia ex hoc fiſcus non eſt in damno, cùm ſecundum negotium alteri commiſiſſet, cui fuiſſet ſolutum ſalarium, iudicatum referunt in cauſa cuiuſdam Magiſtri Actorum, Franciſc. Merlin. *contr. for. part.* 2. *cap.* 7. & Ioſeph. Felin Cerezo *in Margar. var. concluſ. verb. Salarium col.* 1. facit Pacion. *de locat. cap.* 50. *nu.* 97. *&* 98. vbi de conducto ad negotium intra certum tempus peragendum, vt totum ſalarium conſequatur, ſi breuiori tempore negotium perfectè egerit, & de iter facere debente, quòd ſi vno die facit quantum deberet in duobus, ſalarium habeat pro duobus.

An autem ſalarium exigendum à pluribus reis tam ex contractu, quàm ex delicto poſſit ab vno inſolidum exigi, cæteris exiſtentibus non ſoluendo, & alia plura ad rem, latè Carleual. *de iudic. tit.* 1. *Diſput* 5. *per tot. fol. mihi* 285. *& c.* vbi pro affirmatiua cum pluribus declarationibus, & illationibus practicis.

26 Salarium promiſſum procuratori, & conuentum in certa annua quantitate, debetur ei, etiam ſi in cauſa nihil fecerit, quando per eum non ſtetit, cùm ſufficiat, quòd euemiente occaſione eſſet paratus operas ſuas præſtare, maximè vbi fuit ſimpliciter, & liberè conſtitutum, & non intuitu, & contemplatione certorum laborum, *l. ſalarium ff. mandat. l.* 1. *C. eod. l. ſed addes* §. *cum quidam*, *l. ſi operas ff. locat.* Natt. *conſ.* 452. *nu.* 2. *lib.* 2. Surd. *conſ.* 306. *nu.* 9. *lib.* 3. Rot. in ſelectis per Farinac. *part.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 330. *per tot.* Caualer. *dec.* 502. Lanfranc. Zacch. *de Salar. & Merced. quaſt.* 23. *nu.* 30. *& ſeqq.* Pacion. *de locat. c.* 50. *nu.* 2. *& ſeqq.* vbi latè declarat, & an indiſtinctè procedat tam in operibus in probitate virtutis, quàm in ſimplici labore conſiſtentibus.

27 Salarium conuentum tempore conductoris, cenſetur repetitum etiam pro tempore, quo quis in ſeruitio continuauit, & ad rem, Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 106. *per tot. & part.* 16. *deciſ.* 264. vbi etiam quòd non dicitur immutatum per nouam conuentionem, & augmentum eidem factum pro nouo labore, & induſtria præſtanda, cum in dubio nouatio nō præſumatur, niſi fiat verbis expreſſis, vel per incōpatibilitatē.

Sala-

28 Salarium debitum proxenetæ pro concluſione contractus, etiam matrimonij, eſt ſoluendum, etiamſi poſtea contractus effectus effectum non ſortiatur, & quare, ac plura de vtilitate officij proxenetarum in Ciuitatibus, Caluin. *de æquit. lib. 2. cap. 146. per tot.*

Alia de diuerſis ſalarijs, & eorum priuilegijs remiſſiuè Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Salaria.*

29 De ſalarijs diuerſorum plura notat Bertachin. *in Repertor. verb. Salarium*, Thoro *Compend. deciſ. Neap. par. 1. & 2. eod. verb.* vbi refert multas deciſiones factas circa diuerſa ſalaria, Cabed. *deciſ. 8. part. 1.* vbi de Salarijs Senatorum, & aliorum Officialium, *deciſ. 94.* vbi an ſalarium debeatur Canonico exiſtenti in ſeruitio Epiſcopi, *deciſ. 62.* vbi de ſalario famulorum, & an debeatur pueris ante 14. annos, *& deciſ.* 214. vbi de ſalario Aduocatorum, & Procuratorum, *& par. 2. deciſ. 29.* vbi de Capitaneo, qui tamquam Donatarius per ſe non ſeruit, ſed Rex alium Capitaneum exercentem facit, an teneatur ſoluere ſalarium ſubſtituto, vel ipſe ſubſtitutus ſeruiat expenſis eiuſdem Regis, & alia per Maſtril. *de Magiſtr. lib. 1. cap. 21.* Larrea *deciſ. Granat. part. 2. quæſt. 85.* vbi de ſalarijs Iudicum, & adminiſtratorum, an in concurſu creditorum ſint præferenda, Flores de Mena *lib. 1. quæſt. 8.* Fernand. de Ottero *tract. de Official. Reipub. cap. 16. per tot. fol. mihi* 106. Creſp. de Valdaur. *in repertor. verb. Salarium*, Zacchia, & alij plures citati à Com. Anguſt. Fontan. *Bibliothec. leg. part. 5. verb. Salarium fol.* 573. *&c.*

§. SALVIANVM. IV.

1 SAluianum interdictum eſt actio in factum prætoria in rem ſcripta, & mixta magis participans de reali, & cauſa poſſeſſionis adipiſcendæ competens domino fundi, vel alteri creditori habenti res coloni, vel alterius debitoris obligatas pro penſione, & damnis illatis, vel pro alio credito §. *Interdictum quoque*, vbi DD. *Inſtit. de interdict. tot. tit. ff. de Saluian. interdict.* Matat. *part. 4. diſtinct. 7. num.* 11. Menoch. *de adipiſc. remed. 3. per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 11. num. 229. fol.* 180. Scapuc. de Saluian. *lib. 1. quæſt. 1. & quæſt. 4.* Pacific. *eod. tract. Inſpect. 1. cap. 1.* vbi etiam vnde dicatur, & à quo fuerit inuentum, Tuſch. *lit. S. concluſ. 18. &c.* vbi quid ſit, quando, & contra quos competat, quando, & ex quibus dicatur intentatum, & qualiter differat ab hypothecaria, vide latè Ridolph. *in prax. part. 2. cap. 6. per tot.* vbi ponit formulas omnium actorum, & ſententiæ cum pluribus obſeruationibus circa iudicium Saluiani.

Quòd debeat continere ſummam certam, vt poſſit poſſeſſor ſi velit, offerre, & immiſſionem impedire, Duran. *deciſ. 268. num.* 17. Ridolphin. *d. cap. 6. num. 102. &c.* vide *in §. Externum num.* 8.

2 Saluianum eſt duplex, directum, & vtile; directum datur locatori contra conductorem prædij ruſtici, vtile verò contra conductorem prædij vrbani, vel quemlibet alium debitorem pro adipiſcenda poſſeſſione rerum obligatarum, vel etiam contra tertios poſſeſſores vigore hypothecæ, cùm ſit in rem ſcriptum, & ſequatur poſſeſſorem, Iaſon. *in §. Item ſeruiana num. 100. &c.* vbi etiam Aret. *num. 9. Inſtit. de act.* Scapuc. de Saluian. *quæſt. 2.* vbi quomodo differat à ſeruiana actione, & hypothecaria, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 266. num. 20. &c.* Pac. Iordan. *loc. ſup. cit. num.* 230. Put. *deciſ. 307. lib. 1.* Tepat. *var. reſol. tom. 1. tit.* 186. Ridolphin. *d. cap. 6. num. 53. & ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 145. vol. 4.* Ricc. *Collect. 3914. &c.*

3 Saluianum vt habeat locum, debent concurrere requiſita neceſſaria, nempè creditum ex parte actoris cum hypotheca, poſſeſſio debitoris de tempore factæ obligationis, vel poſtea, & poſſeſſio rei conuenti de tempore moti iudicij, Seraph. *deciſ.* 1415. Rota per Farinac. *part. 1. tom. 1. deciſ.* 294. Ludouiſ. *deciſ. 491. num.* 6. Scapuc. *d. tract. lib. 1. quæſt. 33. & quæſt. 25.* vbi etiam quòd ſi contingat diſputari de identitate rei, eſt probanda per actorem, & quòd ſolent fieri in calce libelli interrogatoria, an conuentus poſſideat, vide Ridolphin. *d. cap. 6. num. 69. & ſeqq.* Merlin. *deciſ. 21. & deciſ. 487. per tot. deciſ. 624. & dec.* 895. Ricc. *Collect.* 1262. 2965. *&c.* Pereg. *dec.* 48. Rot. *part. 9. recent. vol. 1. dec. 7. & dec. 161. nu. 1. &c. d. part. 9. & deciſ.* 167. ac alibi ſæpè, *& part. 10. dec. 30. n. 1. & ſeqq. dec. 172. n. 1. & ſeqq. dec. 204. n. 1. &c. par. 12. deciſ.* 393. vbi etiam qualiter probentur dicta requiſita *part. 13. deciſ. 230. num. 1. &c. deciſ. 455. num. 1. & ſeqq. part. 14. deciſ. 108. per tot. & deciſ. 353. per tot. & part. 15. deciſ.* 384. vbi etiam quod concurrentibus dictis requiſitis, omnes aliæ reijciuntur exceptiones *part. 16. deciſ. 97. per tot. & part. 18. deciſ. 520. per tot. &* 681.

Quòd in ſpecie debeat conſtare de credito, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 22. per tot.* & certo, & liquido, & quare Rot. *part. 14. recent. deciſ. 187. num. 12. & ſeqq.* dixi *in §. Extremum num.* 8.

Quòd non ſufficiat conſtare de credito in genere, ſed apparere debeat, de illius ſpecifica, & determinata quantitate, aliàs ſit deneganda immiſſio ex Saluiano Bich. *deciſ. 183. numer.* 4. vbi plures concordantes allegat.

Quòd dictis tribus requiſitis concurrentibus certum ſit intrare Saluianum, Duran. *deciſ. 401. num. 1. &c.* latè Altograd. *conſ. 4. num. 2. & ſeqq. lib.* 1. vbi duo tantùm extrema conſtituit, ſed in ſubſtantia coincidunt cum prædictis, de quibus etiam Ridolphin. *d. cap. 6. num. 69. et ſeqq.* Merlin. *d. deciſ. 487. per tot. deciſ. 624. et deciſ.* 895. Rot. *d. deciſ. 7. part. 9. recent. part. 13. deciſ. 230. num. 1. etc. part. 14. dec. 440. nu. 1. etc. part. 15. deciſ. 384. part. 16. deciſ. 97. per tot. et part. 18. deciſ. 520. per tot.*

Quomodo autem dicta extrema probetur dixi *in §. Extremum.*

Et quòd dictis extremis, vel aliquo eorum deficientibus ceſſet Saluianum, Rot. *part. 13. recent. deciſ. 153. nu. 1. etc.* Bich. *deciſ. 144. per tot.* Rot. *part. 18. recent. dec. 191. num. 1. etc.*

Saluianum datur non ſolum vbi adeſt expreſſa hypotheca, ſed etiam vbi adeſt tacita, & attenditur tempus promiſſionis, non numerationis, vnde competit pro fideicommiſſis, & pro legatis etiam annuis, ſiue conſiſtant in quantitate, ſiue in ſpecie, Scapuc. de Saluian. *lib. 1. quæſt. 6. 7. & 8.* vbi multis allegat, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 62. num. 31. et 41. etc.*

Quòd competat fideicommiſſario probatis requiſitis, propter hypothecam, quam habet in bonis teſtatoris, Duran. *deciſ. 432. in fine*, Vrceol. *Conſult. forenſ. cap. 19. num.* 3. vide *in §. Fideicommiſſum num.* 35. Ridolphin. *in prax. part. 2. cap. 6. num. 64. &c. & cap. 7. num.* 87. Argel. *de acquir. poſſeſſ. quæſt. 8. art. 33. per tot.* Merlin. *deciſ. 186. per tot.* Rot. *part. 15. recent. deciſ. 38. per tot. & part. 18. deciſ. 216. num. 2. &c.*

Item etiam legatario iuxta communem, & veriorem ſententiam, Caual. *deciſ.* 420. Duran. *deciſ. 352. nu.* 1. Scapuc. *d. quæſt. 7. num. 1. & ſeqq.* Ferentil. ad Burat. *deciſ. 286. num.* 19. Rot. in ſelectis per Farinac. *part. 1. deciſ. 387. per tot.* cum alijs per Ridolphin. *in prax. part. 2. c. 6. nu. 61. & ſeqq.* vbi quòd datur non ſolùm contra alia bona per teſtatorem poſſeſſa, ſed etiam contra ipſas res legatas, ac contra mobilia, pecunias, & nomina debitorum.

Saluianum vtile competit mulieri agenti ad dotem præ inopia viri, contra tertios poſſeſſores, Scapuc. de Saluian. *lib. 1. quæſt.* 10.

Item datur ſoluto matrimonio, ſi confeſſio dotis non patiatur defectum, & ſit vera, non ſimulata, nec in fraudem creditorum, Scapuc. *loc. cit. quæſt.* 11.

Item datur quando mulier agit in ſubſidium contra poſſeſſorem rei æſtimatæ in dotem traditæ, vel emptæ ex pecunia dotali, Scapuc. *loc. cit. quæſt. 12. &c.* vide *in §. Mulier num.*

Item competit etiam creditori conditionali purificata conditione, Scapuc. *vbi ſupra quæſt.* 13. vide *in §. Hypotheca num.*

Item competit creditori cenſus, vel alterius annuæ præſtationis, & non tantùm pro decurſis, ſed etiam pro decurrendis ad effectum ſoluendi adueniente tempore, Scapuc. *d. tract. quæſt. 14. per tot.* niſi obſtet præſcriptio, cùm Saluianum præſcribatur decennio regulariter, non tamen incipit, niſi à die, quo debitor cenſus ceſſat ſoluere, nec currit ſtante mala fide, Duran. *deciſ. 401. num. 13. etc.* vide *in §. Præſcriptio num.* Cenc. *de cenſ. quæſt.* 98. Rot. *part. 14. recent. deciſ.* 353.

Item competit non obſtante clauſula *conſtituti*, Pacific. de Saluian. *inſpect. 3. c. 2. nu. 107. etc.* Scapuc. *eod. tract. qu.* 15. vbi probat Bellon. *et alios contrarium tenentes*, vide *in §. Conſtitutum nu.* Bich. *deciſ. 136. num. 11. et ſeqq.* & eſt ratio quia conſtitutum eſt modus fictus acquirendi, & proindè agi poteſt ad conſecutionem poſſeſſionis per modum verum, & actum facti.

Item

Item datur etiam creditori habenti ſpecialem hypothecam, & dominij reſeruationem ſuper re vendita, vel aliter alienata, non obſtantibus contrarijs, quibus reſpondet Scapuc. *d. tract. quæſt.* 16. *&c.*

Item datur creditori creditoris contra tertium poſſeſſorem bonorum ſui debitoris, Franch. *deciſ.* 75. *nu.* 8. Thomat. *deciſ.* 44. *num.* 8. Rot. *deciſ.* 760. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* Gregor. *deciſ.* 362. *numer.* 8. *&c.* Rota *part.* 10. *recent. deciſ.* 118. *num.* 10. *&* 11. *& part.* 14. *deciſ.* 394. *per tot.* vbi etiam de extremis, & alijs probandis ab agente contra debitorem debitoris ex hoc remedio Saluiani, *& par.* 15. *deciſ.* 509. *num.* 9. *&* 10. dixi *in* §. *Nomen*, Merlin. *deciſ.* 2. vbi quòd nec extinguitur hypotheca, & conſequenter neque Saluianum per tranſactionem, vel ceſſionem factam à debitore debitoris, ſed tantùm per veram ſolutionem. Contrarium firmat Scapuc. *d. tract. quæſt.* 17. vide in §. *Creditor num.* 34. *&* §. *Debitor num.* 66.

Item datur hæredi creditoris, & hæredi hæredis in infinitum ac etiam ceſſionario, Scapuc. *d. tract. quæſt.* 18. Duran. *deciſ.* 401 *num.* 4. *&* 5. vbi quòd datur ceſſionario, Ridolph. *in prax. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 65. *&c.*

6 Saluianum competit non ſolùm pro ſorte principali, ſed etiam pro damnis, & intereſſe propter moram paſſis, Scapuc. de Saluian. *quæſt.* 19. Pacific. *eodem tract. Inſpect.* 4. *c.* 201. Cabal. *conſ. deciſ.* 53. *nu.* 5. *& ſeqq. lib.* 1.

Et poteſt intentari aduerſus omnia bona debitoris obligata, vt tandem tædio affectus citius ſoluat, Scapuc. *d. tract. lib.* 2. *quæſt.* 15. *num.* 4.

7 Saluianum non cõpetit filio pro conſequenda legitima, vel eius ſupplemento ſuper bonis paternis, cum in eis non habeat hypothecam, Scapuc. de Saluian. *lib.* 1. *quæſt.* 9. Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 4. *quæſt.* 1. *& quæſt.* 7. vide in §. *legitima num....*

8 Saluianum non datur contra anteriorem creditorem, qui ſoluit pretium rei cum reportatione iurium, vel etiam ſine ceſſione ex æquitate, Scapuc. *lib.* 2. *quæſt.* 6. Bich. *deciſ.* 144. *nu.* 14. vide in §. *Emptio num....*

Qualiter competat creditoribus hypothecarijs ſuper commoditate vſusfructus bonorum maternorum, vide in §. *Vſusfructus num....*

Et qualiter ſuper commoditate locorum Montium, Rot. poſt Pacific. de Saluian. *deciſ.* 29. Gratian. *diſceptat.* 943. *nu.* 22. & Io: Bapt. de Luc. *tract. de Reg. lib.* 2. *Diſcurſ.* 38 *per tot.* vide in §. *Loca*.

9 Saluianum poteſt in eodem libello cumulari cum hypothecaria, & ſic cum petitorio, quo caſu ſi non probetur in petitorio, erit tantùm ferenda ſententia in poſſeſſorio, & valebit, Scapuc. de Saluian. *lib.* 1. *quæſt.* 21. Pacific. *eod. tract. Inſpect.* 1. *c.* 3. *&* 4. Duran. *deciſ.* 327. *num.* 5. *&c.* vide in §. *Hypotheca num.* 59. *&* §. *Libellus num....* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 398. *num.* 40. *& ſeqq.* Cabal. *conſ. deciſ.* 53. *per tot. lib.* 1.

Quòd Saluianum videatur intentatum per clauſulas ſalutares ſolitas poni in libello, videlicet *petens, &c. deducens, &c.* dummodò fuerit narratum quid, ex quo poſſit oriri Saluianum, Scapuc. *d. tract. lib.* 1. *quæſt.* 22. Gratian. *deciſ.* 71. *n.* 17. *&c.* Cabal. *loc. cit.*

10 Saluianum datur ad hoc vt creditor immiſſus in poſſeſſionem ſibi ſatisfaciat de fructibus, (niſi agatur de creditore bonorum, cui etiam competit Saluianum ad effectum conſequendi rem ipſam) non autem vt poſſit vendere, vel ſibi facere adiudicare pignus, niſi priùs agat petitorio, vel obtineat licentiam à Principe, quæ ſolet concedi, quando aliàs niſi poſt longum tempus non poteſt eſſe conſultum creditori ex fructibus, vt benè probat Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 6. *n.* 90. *& ſeqq.* & dixi in §. *Creditor n.* 26.

11 Saluianum quas exceptiones admittat, vel non, dixi latè in §. *Exceptio n.* 17. *& ſeqq.* Cabal. *conſ.* 53. *num.* 8. *lib.* 1. vbi quod non admittit excuſſionem.

Item an admittat appellationem, vel non, dixi in §. *Appellatio nu.* 51. *& ſeqq. & in* §. *Ægidiana per tot.*

Qualiter præſcribatur, vel non, Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 204. vide in §. *Præſcriptio num.* 16. Rot. *part.* 18. *deciſ.* 191. *num.* 10. *&c.* cum alijs pluribus ibi relatis, *& part.* 19. *deciſ.* 26 *per tot.* vbi quòd præſcribitur per decem annos inter præſentes, & viginti inter abſentes, quia tanto tempore præſcribitur hypotheca, ſine qua non datur Saluianum, vide in §. *Hypotheca num.* 53. Si tamen poſſeſſor ſcientiam habuerit de credito, & ſic verſetur in mala fide, non poteſt dicta præſcriptione iuuari, Rot. *d. part.* 19. *deciſ.* 231. *per tot.* vbi fuit receſſum à priùs deciſis in eadem cauſa.

12 Saluianum non competit Iudæis ex defectu hypothecæ pro illorum creditis, vt dixi in §. *Iudæi num.* 16. Merlin. *de pign. lib.* 1. *tit.* 3. *quæſt.* 16. *num.* 5. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 225. *per tot.*

13 De Saluiano interdicto (vltra iam citatos) aliqua notant Bertachin. *in Repertor. verb. Salarium*, Ioſeph. Feliu. *Margarit. var. eod. verb.* Cyriac. *contr.* 119. *&* 192. Mareſcott. *lib.* 2. *var. cap.* 117. *& ſeqq.* Camil. Capuc. *in Prax. tom.* 2. *part.* 1. *cap.* 6. *per tot.* Gobb. *conſult.* 96. *&* 97. Marcheſius *tract. de Saluian.* alijque plures citati à Caſteion. *Alphabet. iurid. verb. Saluianum*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *eod. verb. fol.* 576. *&c.*

14 De Saluiano vt competat tantùm locatoribus, & non alijs creditoribus, atque impediatur per exceptionem excuſſionis, demonſtrare ex multis ſatagit Andreol. *contr.* 383. *per tot.* loquitur tamen, vt ipſe agnoſcit contra communes opiniones, vel debet intelligi iuxta per me in hoc §. *notata*, *& in* §. *Excuſſio*, ac alibi.

§. SALVVSCONDVCTVS. V.

1 SAluuſconductus, quidquid aliqui opinati fuerint, dicitur fauorabilis, & non odioſus, ac ideò latè interpretari debet, cùm nemini noceat, & dicatur gratia, vel beneficium Principis, Menoch. *de arbitr. caſ.* 336. *numer.* 17. 22. *& ſeqq.* Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 23. *per tot.* Conciol. *reſolut. crimin. verb. Saluuſconductus reſolut.* 4. *nu.* 5. *& ſeqq.* Farinac. *quæſt.* 29. *num.* 36. *& ſeqq.* facit quod dixi in §. *Priuilegium num....*

Ac idem eſt in dilationibus, Scanarol. *de viſit. carcer. lib.* 3. §. 1. *cap.* 1. *per tot.*

2 Saluuſconductus per quos concedi poſſit, & quibus concedi debeat, vel non, & ad quem finem, & effectum, latè Menoch. *de arbitr. caſ.* 336. *&* 337. *per tot.* Guaz. *def.* 12. *cap.* 1. *numer.* 44. *&c.* Clar. & Baiard. *quæſt.* 32. *verſ. in ſcis*, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 50. Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 21. *&* 25. Farinac. *d. quæſt.* 29. *per tot.* Conciol. *reſolut. crimin. verb. Saluuſconductus reſol.* 1. *per tot.* Laurent. Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 10. *numer.* 11. *& ſeqq. per tot.* Caluin. *de æquitat. lib.* 2. *cap.* 106. *&* 107. Valaſch. *allegat.* 67. *per tot.* Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 20. Capyc. Latr. *deciſ.* 105. *per tot.* vbi plura pro nullitate Saluiconductus ex defectu poteſtatis, voluntatis, formæ, & doli impetrantis.

Quòd non poſſit concedi per Aduocatum, vel Procuratorem Fiſcalem, Vrſil. ad Afflict. *deciſ.* 4. *per tot.* Farinac. *d. quæſt.* 59. *nu.* 98. Conciol. *loc. cit. num.* 9.

Quòd non poſſit concedi Bannito ob crimen læſæ Maieſtatis, niſi ab ipſo Principe, & conceſſus ab inferiore non valeat, nec debeat ſeruari; bannito verò ad tempus propter aliud crimen poſſit concedi à iudice Ordinario, ſi ipſe, vel eius in officio anteceſſor condemnauit, aliàs ſecus ſi fuerit condemnatus à Superiore, vel de eius ordine, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 50. *per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 337. *num.* 10. *&c.* dixi *in Pract.* §. *Saluuſconductus num.* 8. vbi quòd in ſtatibus Etruriæ, (ac idem alibi ſeruatum vidi, & audiui) quando adhuc ſumus in fabricatione proceſſus, ſolet concedi ſaluuſconductus à iudice cauſæ inquiſitis ad effectum ſe conſtituendi intra aliquod breue tempus ad arbitrium iudicis, poſtquam verò fuit lata ſententia, qua mediante quæſitum eſt ius fiſco debet impetrari à Principe.

Quòd ſaluuſconductus debeat ſeruari quando fuit conceſſus, etiamſi concedi non debuiſſet, niſi adſit totalis defectus poteſtatis in concedente, Menoch. *de arbitr. caſ.* 336. *n.* 33. *caſ.* 337. *nu.* 5. *& ſeqq. ad* 13. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 21. *nu.* 14. *etc. concluſ.* 24. *per tot.* Sperel. *deciſ.* 148. *num.* 48. *&c.* Conciol. *verb. Saluuſconductus reſol.* 1. *n.* 6. *et ſeqq.* vide Matthæu. Sanz. *d. contr.* 10. *num.* 11. *et ſeqq. per tot.* Caluin. *de æquitat. lib.* 2. *cap.* 106. *per tot.*

Et ideò quandoque vidi ſaluumconductum conceſſum à iudice alicui condemnato, licèt non debuiſſet concedi iuxta prædicta, fuiſſe ſeruatum, ne quis decipiatur ſub fide publica, & cùm in iudice non dicatur adeſſe totalis defectus poteſtatis, ſed benè ipſum iudicem concedentem fuiſſe inquiſitum pro huiuſmodi conceſſione ad illum non ſpectante. Quando autem ceſſet dictum motiuum, ne quis decipiatur ſub fide publica, & ſaluuſconductus non ſit attendendus, Matthæu. Sanz. *d. contr.* 10. *per tot.*

3 Saluuſconductus quibus ex cauſis poſſit, vel debeat concedi bannito, & qua pœna ſit puniendus violator huiuſmodi ſaluiconductus, latè Menoch. *de arbitr. caſ.* 337. *per tot.* Tuſch. *litt. S. concluſ.* 24. *per tot.* Farinac. *quæſt.* 29. *nu.* 1. *& c.* Didac. Mari ad Gizarel. *deciſ.* 11. *num.* 9. *& c. infrà num.* 7. Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 20. *per tot.* Capyc. Latr. *d. deciſ.* 205.

An ſit concedendus ad effectum vt poſſit venire ad ferendum teſtimonium in cauſis grauibus, vide in §. *Bannitus num..*

Et an debeat offerri in citatione quando citatur aliquis pro vno delicto, qui iam pro alio erat contumax, vel bannitus, Sanfelic. *deciſ.* 236. vbi quòd ſi petatur, debet vt locus ſit tutus concedi, alias ſententia erit nulla; ſecus autem ſi non petatur, & ideò non debet offerri, ac ita verè ſemper practicatum vidi Florentiæ, adde Farinac. *quæſt.* 11. *nu.* 58. *& c.* dixi *addit. ad meam Practicam*, §. *Saluocondotto num.* 26. vbi plura.

Contrariam autem opinionem quòd debeat offerri alias ſenteotia ſit nulla, vel reſcindenda ſuſtinent, Farinac. *loc. cit.* Conciol. *reſol. crimin. verb. Saluuſconductus reſol.* 3. & alij ab ipſis citati, Zuff. *de legit. proceſſ. in annotat. ad Conſt. Barber. nu.* 292. *& ſeqq. fol.* 397.

4 Saluuſconductus an poſſit citato per iudicem dari, eſt in eius arbitrio inſpecta qualitate perſonæ, & delicti, Bart. *in l. is, qui reus, ff. de publ. iud. & in l.* 1. *ff. ad l. Iul. maieſt.* Pract. Papp. *for. Inquiſit. gloſſ. hac eſt quadam nu.* 32.

Quòd poſſit concedi à iudice habente arbitrium, non tamen perpetuò, nec pro crimine læſæ Maieſtatis, Menoch. *de arbitr. quæſt.* 81. *per tot.*

Quòd Saluiconductus à iure permittatur, & ſint latè interpretandi *l. relegat. ff. de pœn.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 336. *n.* 25. *& caſ.* 337. vbi latè de hac materia, de qua etiam Farinac. *quæſt.* 29. *per tot.* & Conciol. *reſolut. crimin. verb. Saluuſconductus reſolut.* 4. *per tot.*

5 Saluuſconductus incipit ſtatim currere à die conceſſionis, & non à die, quo peruenit ad notitiam illius, cui fuit conceſſus, cùm ſit continuus, & currat de momento ad momentum, Guid. Papp. *quæſt.* 109. *nu.* 1. Cabal. *reſol. crimin. caſ.* 249. *per tot.* Genu. *de ſcript. priuat. tit. de litt. dilat. & morat. quæſt.* 5. *fol.* 175. vbi loquitur de dilatione ad ſoluendum, & vult quòd incipiat à die conceſſionis, & non à die notificationis factæ creditoribus, Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 23. *num.* 25.

6 Saluuſconductus non prodeſt pro delictis poſt illud obtentum commiſſis, immò nec pro illis, pro quibus fuit conceſſus, ſi malitioſè, & cauſa fraudandi Rempublicam, & delinquendi fuit impetratus, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 118. *per tot.* Menoch. *de arbitr caſ.* 337. *nu.* 13. *& c.* Franch. *deciſ.* 258. *& deciſ.* 717. Surd. *deciſ.* 307. Capyc. Latr. *deciſ.* 105. *nu.* 32. *& ſeqq.* Conciol. *verb. Saluuſconductus reſ.* 4. *num.* 6. *& ſeqq. & reſol.* 5. *per tot.* Farinac. *quæſt.* 29. *num.* 59. *& c.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 49. *vol.* 2. Ricc. *Collect.* 2231. Sanfelic. *deciſ.* 48. Romaguer. cum pluribus alijs per ipſum citatis in Addit. ad Conciol. *Stat. Eugub. lib.* 4. *Rubr.* 9. *num.* 5. *& ſeqq.* vbi plura, an, & quando delinquens ſub aſſecuratione illam amittat, *& deciſ.* 49. *nu.* 6. *& deciſ.* 50. *per tot.* vbi de aſſecurato ſub conditione, ne ingrediatur in aliqua ciuitate, vel loco, an deprehenſus in continentijs illius Ciuitatis, vel loci gaudeat ſecuritate.

Prodeſt tamen pro delictis occultis anteà commiſſis, pro quibus condemnatio non fuit ſequuta, dummodò ſint minora expreſſis, Menoch. *d. caſ.* 337. *nu.* 8. Moron. *de treg. & pac. quæſt.* 106. Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 23. *n.* 20. *&* Farinac. *quæſt.* 29. *nu.* 57. Conciol. *d. reſol* 4. *nu.* 12.

Quòd Saluuſconductus habeat tacitam conditionem, niſi ſequatur aliquid, per quod lex capturam permittat, adeò vt qui deliquit ſub ſaluoconductu, vel guidatico non ſolùm poſſit puniri de præſenti vltimo delicto, ſed etiam de alijs, pro quibus fuit guidatus, vel aſſecuratus, intelligendo quando vltimum delictum fuit ex propoſito, & non caſu, vel ad defenſam, Bart. *in l. his qui ſeruum ff. de verb. obligat.* Burſat. *conſil.* 345. *num.* 34. *lib.* 4. Farinac. *quæſt.* 29. Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 4. *quæſt.* 10. *num.* 36. *& ſeqq.* Conciol. *loc. cit. reſol.* 5. *per tot.* Surd *conſ.* 270. *lib.* 2. vbi de aſſecurato cum clauſula, vt in caſu reuocationis per decem dies ante certificetur, facto proclamate, vt non aſſecurentur, comprehenditur etiam iam aſſecuratus, cùm ſuperuenerit caſus, in quo non debeat aſſecurari ob conuentionem inter Ciuitates factam.

Saluuſconductus indeterminatè conceſſus, an pro vna 7
vice tantùm intelligatur, vel pluribus, Hercul. *tract. de cant. de non offen. c.* 37. *nu.* 1. *etc.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 336. *nu.* 36. Gabr. *comm. concluſ. lib.* 6. *tit. de leg. concluſ.* 2. *n.* 7. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 23. *num.* 20.

Quòd pendente ſaluoconductu nihil poſſit innouari, & debeat ita intelligi, vt aſſecuratus nullam patiatur violentiam, nec cum armis, nec ſine armis, nec iudicialiter, nec extraiudicialiter, & ideò nec etiam poſſit citari, ad effectum vt tamquam contumax condemnetur, alias ſententia fundata in huiuſmodi contumacia ſit nulla, Franc. *deciſ.* 673. *et* 674.

Quod ego intelligo quò ad cauſam, vel delictum, pro quo fuit aſſecuratus, & non pro alijs cauſis, vel delictis, vide in §. *Bannitus num.* 25.

De proceſſo contumaciali proſequendo aduerſus reum, qui ad ſe defendendum pro alijs delictis obtinuit ſaluumconductum, & ſe præſentauit, latè Creſp. de Valdaur. *Obſeru.* 85. *per tot.* vbi iunctis tribus Aolis fuit reſolutum proſequi poſſe proceſſum contumacialem, non obſtante præſentia, & ſaluoconductu, dum ſalua remaneat perſona, ad quam ſaluuſconductus reſtringitur.

Saluuſconductus conceſſus Chriſtiano pro ſe, & ſocijs, 8
prodeſt etiam iudæo, qui vna eſſet cum eo, cui fuit conceſſus, non tamen prodeſt hæretico, vel ſaraceno, nec alij, qui fortuito in itinere ſecum aſſociarentur, & quando fuit conceſſus pro ſe, & tot perſonis, ac rebus ſuis, prodeſt vxori, & ſocij miſſis de per ſe, licèt ipſe principalis domi remanſerit, at benè declarat Menoch. *de arbitr. caſ.* 336. *num.* 4. *et ſeqq.* vbi etiam latè explicat quibus pœnis afficiantur offendentes huiuſmodi aſſecuratos, & ſaluumcondoctum habentes, & quod in dictis violatoribus poſſit conſiderari crimen læſæ maieſtatis.

Quòd cenſeatur etiam conceſſus pro familia neceſſaria, & non ſolum pro eundo, ſed etiam redeundo, niſi ex ſubiecta materia appareat per ſolam itionem, & profectionem fuiſſe conſumptum, & incipit vim ſortiri ſtatim a die conceſſionis, ita vt ſecuritatem præſtet non ſolùm foris, & itinere, ſed etiam domi per aliquot dies, dum aſſecuratus ſe itinere præparat, Menoch. *d. caſ.* 360. *num.* 8. *et ſeqq. ad* 33. Card. Tuſch. *littera S. concluſ.* 23. *num.* 14. *et ſeqq.* Farinac. *d. quæſt.* 29. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 70. *in fine vol.* 2. vbi quòd litteræ dilatoriæ incipiunt currere à die impetrationis, & non præſentationis, & *deciſ.* 59. *vol.* 5. vbi qualiter poſſit non tantùm per eundo, ſed etiam pro redeundo, & ad *l. municip.* Mechlin. *tit.* 1. *art.* 8. *num.* 2. Conciol. *reſol. crimin. verb. Saluuſconductus reſol.* 2. vbi quòd conceſſus pro eundo intelligitur etiam pro redeundo, niſi ex ſubiecta materia aliter appareat.

Saluaguardia in effectu parum differt à ſaluoconductu, 9
ſolùm à Principe conceditur, cum is ſolus habeat vſum armorum, & dicitur illa defenſio, & protectio, quam potentior minus potenti præſtare promittit, præſtatur non tantùm pro perſona, ſed etiam pro bonis, quando eſt generalis non requirit citationem, ſecus ſi contra certam perſonam, nam tunc cauſa cognita conceditur, vel ſaltem per præceptum cum clauſula iuſtificata, *ſi ſenſeris te grauatum compareas Iuſtitia implementum recepturus*, & ſemper eſt ſeruanda ob Principis voluntatem, & iuſſum antequam ab ipſo reuocetur, hucuſque ſaluæguardiæ ſolent ſigna in prædijs, vel valuis domus aliqua infigi, vt omnibus innoteſcat, ad latè tradita per Menoch. *de arbitr. caſ.* 338. *per tot.* vbi etiam qua pœna puniantur violatores ſaluæguardiæ, & quòd in iſta violatione crimen læſæ maieſtatis conſiderari poteſt, quando excuſetur, vide Clar. §. *fin. quæſt.* 47. *numer.* 3. *in fine*, Card. Tuſch. *littera C. concluſ.* 169. *num.* 5. *litt. S. concluſ.* 24. *per tot.* latè Caluin. *tract. de æquitat. lib.* 3. *cap.* 228. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 49. *vol.* 2. Ricc. *Collect.* 275. vbi quòd non præiudicat iuriſdictioni inferioris, Gutierez *in Prax. quæſt.* 12. vbi de ſaluaguardia concedenda Vaſſallis aduerſus Dominos propter litem.

Quòd occidens aliquem, qui ſtabat ſub fide, & ſecuritate Principis, vel etiam eius locumtenentis, dicatur committere crimen læſæ maieſtatis, & non gaudeat indulto, Martha *vot. Piſ.* 143. *per tot.*

Saluuſconductus ceſſat, ceſſante illius cauſa, intelligendo 10
de cauſa finali, Corn. *conſ.* 122. *lib.* 4. Imol. *conſ.* 33. Tiraq. *tract. Ceſſante cauſa verb. Saluuſconductus num.* 238. *et* 239. Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 26. *per tot.*

11 Sal-

11 Saluuſconductus, vel dilatio ad ſoluendum poteſt regulariter à Principe concedi, etiam ſine peccato, & de honeſtate iuſtitiæ, ſtante magna difficultate, vel impoſſibilitate ſoluendi, vt tamen prolui impetranti debet in precibus exprimi qualitas debiti, an ſit iuratum, fiſcale, ex delicto, ex cauſa penſionis, Eccleſiaſticum, cum Pupillo, vel vidua, quo tempore, & loco fuerit cauſatum, an aliam dilationem obtinuerit, & ſimilia narrare, quæ poſſent Principem remouere à concedendo, vel ſaltem difficiliorem reddere, Menoch. *de arbitr. caſ.* 203. *num.* 14. *& ſeqq.* Carol. de Graſſ. *de except.* 32. *num.* 31. *& ſeqq.* Genu. *de ſcript. priuat. lib.* 3. *tit. de litt. dilat. vel morat. fol.* 171. M. Ant. Cuch. *tract. de Morat. num.* 14. *& ſeqq. ad* 44. vbi plures adducit ampliationes, & à *numer.* 45. *vſquè ad* 156. plurimas limitationes, latè etiam Dian. *part.* 7. *tract.* 8. *reſolut.* 23. *& ſeqq. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 130. *vol.* 1. *& deciſ.* 70. *&* 71. *vol.* 2. Nouar. *in Pragm. Reg. Neapol. Collect.* 51. *per tot.* latè Capyc. Latr. *deciſ.* 192. *per tot.*

Quòd pro debito in ciuilibus non poſſit concedi ſaluuſconductus ab alio, quàm Principe ſi ex mera gratia procedat, ſecus autem ſi ex iuſtitia, vt in dilatione quinquennali, quæ concurrente maiori parte creditorum, poteſt per quemcumque iudicem concedi, Genu. *d. tract. tit. de litt. dilat. quæſt.* 2. *fol.* 175. Farinac. *quæſt.* 29. *num.* 20. *&c.* Scanarol. *de viſit. carcer. lib.* 3. §. 1. *cap.* 2. *per tot.* Paul. Chriſtin. *ad leg. Municip. tit.* 1. *art.* 8. Tuſch. *litt. M. concluſ.* 383. *per tot.* vbi etiam qualiter tunc debitor teneatur ſatiſdare de ſoluendo finita dilatione, de qua ſatiſdatione, Dian. *part.* 7. *tract.* 8. *reſolut.* 34. Sanfelic. *deciſ.* 305. *ſub num.* 7. vbi etiam quomodo poſſit remitti, & in *Praxi ſect.* 27. *num.* 6. *&* 7. vbi limitat niſi fuerit conceſſa dilatio ſine dicta cautione, Marcha *vot. Piſ.* 158. *per tot.* Gutierez in *Prax. quæſt.* 114. vbi plura de ſaluoconductu conceſſo debitori ex cauſa ciuili, an & quando ſit ſeruandus, ſiue ad quæ debita extendatur, vel non.

Quòd dilatio annalis, vel quinquennalis, non autem longior poſſit concedi debitori per Principem, concurrente maiori, vel æquali parte creditorum reſpectu ſummæ, imò ad petitionem ſolius debitoris, etiam ignorantibus, & inuitis ipſis creditoribus, Coſta *de ratione rata quæſt.* 139. Viui. *dec.* 39. *per tot.* Genu. *de ſcript. priuat. lib.* 3. *tit. de annal. & quinquen. dil. it. per tot. fol.* 176. *&c.* vbi etiam an interim cautio ſit præſtanda, de qua dixi in §. *Debitor num.* 43. facit Vrceol. *tract. de tranſact. q.* 85. *per tot.* vbi an, & quando tranſactio facta à maiori parte creditorum præiudicet minori, & dixi in §. *Tranſactio nu.* 13. *in fine.*

12 Saluuſconductus, vel dilatio ad ſoluendum non eſt concedenda debitori, qui in contradictorio iudicio fuit condemnatus per ſententiam ad ſoluendum, nec conceſſa valet, ſine clauſula, *non obſtante ſententia in iudicatum tranſacta*, proui nec prodeſt illi, qui debitum negauit, nec quando fuiſſet ei expreſsè cum iuramento renunciatum, niſi abſolutione obtenta, Genu. *de ſcript. priuat. lib.* 3. *tit. de litt. dilat. nu.* 30. *& ſeqq. ad* 48. *fol.* 171. Nouar. *in Prag. Regn. Neap. Collect.* 51. vbi plura.

Item non poteſt concedi debitori pro pretio rerum comeſtibilium in publico mercato emptarum pro contantibus nec prodeſt debitori ex cauſa depoſiti, nec debitori guloſo, luſori, vel aliter vitam inhoneſtam degenti, nec ei, qui dilationem aliàs ſibi conceſſam obtinuerit, Genu. *loc. cit. num.* 70. *& ſeqq. per tot. fol.* 173. Scanarol. *de viſit. carcer. lib.* 1. §. 1. *quæſt.* 5. *per tot.* vbi quibus negari debeant dilationes, Boer. *deciſ.* 296. Sanfelic. *in Praxi ſect.* 27. *nu.* 7. *&c.* Nouar. *d. Collect.* 51.

An lite pendente circa exactionem debiti poſſint debitores impetrare dilationes moratorias, vide Theſ. *deciſ.* 186. Guid. Pap. *deciſ.* 97. Graſſ. *de except.* 32. *num.* 44. Dian. *par.* 7. *tract.* 8. *reſol.* 35.

13 Saluuſconductus conceſſus à Principe ſæculari, non prodeſt pro debito Eccleſiæ, cùm circa illud non poſſit Princeps ſæcularis diſpenſare, vel diſponere, & ſic ſaluumconductum contra Eccleſiam concedere, Menoch. *de arbitr. caſ.* 203. *num.* 20. *& ſeqq.* dixi *in Pract.* §. *Saluicondotti num.* 17. *&c.* vbi qualiter ſit recurrendum ad Principem pro reuocatione: Multa pro hac opinione, licèt poſteà pro contraria concludat, & ſeruari teſtetur, maximè in dilatione annali, vel quinquennali, ſiue indulto, Sanfelic. *deciſ.* 187. *per tot. deciſ.* 210. *num.* 10. *& deciſ.* 305. *per tot.* Nouar. *Collect.* 51. Fontanel. *deciſ.* 297. *num.* 16. *&c.* Antunez. Portug. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 42. *num.* 35. *& ſeqq. per tot.* vbi plenè qualiter ad Regalia Principis pertineat dilationes ad ſoluendum debitoribus concedere, quæ debita comprehendant, vel non, niſi fuerit de illis facta expreſſa mentio, & alia plura ad rem, iuxta hîc notata *num.* 11. *& ſeqq. ad* 20.

An autem aduerſus debitum pupillare propter æquiparationem poſſit concedi, affirmat Menoch. *loc. cit. num.* 22. *&c.*

Sed quòd imò aduerſus pupillum, viduam, vel ſimiles perſonas priuilegiatas non extendatur, niſi de illis ſit facta mentio, nec poſſit concedi aduerſus Eccleſiam, vel pium locum, Carol. de Graſſ. *de except. except.* 32. *nu.* 31. *&c.* Genu. *de ſcript. priuat. lib.* 3. *de litt. dilat. vel morat. nu.* 67. *fol.* 173. Dian. *part.* 7. *tract.* 8. *reſol.* 28. *& ſeqq.*

Contrarium in Eccleſia, & pio loco poſt multa concludit, & deciſum pluries teſtatur Sanfelic. *deciſ.* 187. *per tot.* vide in §. *Indultum*, & eundem Sanfelic. *deciſ.* 210. *&* 305.

Saluuſconductus conceſſus per Principem ſæcularem, non extenditur ad debitum iuratum, imò aduerſus huiuſmodi debitum iuratum non poteſt concedi, Fontanel. *deciſ.* 297. *num.* 15. Euerard. *loc. à vi, & energ. iurament. num.* 31. Ferret. *caut.* 55. Vrſil. ad Afflict. *deciſ.* 5. Menoch. *de arbitr. caſ.* 337. *num.* 19. *&c.* Scaglion. *Pragmat. Reg. allegat.* 5. *nu.* 38. *fol. mihi* 380. idem Menoch. *de arbitr. caſ.* 203. *nu.* 14. *& ſeqq.* vbi reddit rationem, quia Princeps ſæcularis non habet facultatem ſoluendi vinculum iuramenti, & ideò cautus debitor obtineat etiam ab Epiſcopo abſolutionem à iuramento ſi poteſt, vide Dian. *part.* 7. *tract.* 8. *reſol.* 29. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 179. *num.* 68. *&c.* 14

Contrarium tamen in multis locis de conſuetudine ſeruatur, & non immeritò, cùm tanta non debeat eſſe virtus iuramenti, quod hodie ex abrupto in omni contractu, vel obligatione apponitur, vt tollat ordinariam Principis poteſtatem concedendi huiuſmodi ſaluoſconductus, vel dilationes; puto tamen in precibus exprimendam eſſe qualitatem debiti iurati, etiamſi obtineatur à Papa, cùm certè poſſit multum retrahi Princeps propter huiuſmodi expreſſionem, vt benè probat Genu. *de ſcript. priu. lib.* 3. *fol.* 171. Boer. *deciſ.* 296. Gabriel. *comm. concl. tit. de iureiur. concl.* 5. *num.* 22. *in reſol. cap.* 95. *num.* 9. *& in Pract.* §. *Saluicondotti numer.* 15. Dian. *d. reſol.* 29. *verſ. Verum obſeruat.* Paul. Chriſtin. *d. deciſ. Belgic.* 70. *num.* 6. *vol.* 2. Surd. *conſ.* 99. *n.* 18. *&c.* Rot. *d. deciſ.* 179. *num.* 68. *& ſeqq.* vbi tamen primam ſequitur opinionem Nauar. *in Prax. Reg. Collect.* 51. *num.* 9. *& ſeqq.* vbi de conſuetudine multorum locorum, quæ facit licitum, quod aliàs illicitum eſſet, Anton. de Ballis *tractat. var. lib.* 5. *tit. de dilat. fol.* 220. vbi quòd de conſuetudine comprehendit debitum iuratum, ac etiam de iure ſtante paupertate, vel impotentia debitoris, aliàs peccaret Princeps concedendo diuitibus dilationes.

Saluuſconductus non comprehendit debitum ex cauſa alimentorum, Gratian. *diſcept. for. c.* 236. *nu.* 51. *&c.* Surd. *dec.* 323. Genu. *de ſcript. priuat. lib.* 3. *tit. de litt. dilat. nu.* 64. Surd. *de alimentis tit.* 8. *priuil.* 70. 15

Item non prodeſt debitori ex cauſa dotis, Genu. *loc. cit. num.* 62.

Item non comprehendit debitum ex cauſa locationis, vel conductionis, niſi de illo ſit facta ſpecialis mentio, Menoch. *de arbitr. caſ.* 203. *num.* 18. *&c.* Genu. *loc. cit. num.* 61. *fol.* 172.

Item non extenditur ad debitum ex delicto, nec ad debitum fiſcale, niſi de eo ſit facta mentio in reſcripto, Euerad. *loc. à vi iuram. num.* 31. *&c.* Vrſil. ad Afflict. *deciſ.* 5. *num.* 2. Menoch. *d. caſ.* 203. *num.* 16. *&c.* Genu. *loc. cit. num.* 48. *& ſeqq. ad* 61. Tuſch. *litt. S. concl.* 23. *num.* 4. *&c.* Dian. *part.* 2. *tract.* 8. *reſol.* 26.

Plures alios caſus, ad quos non extenditur ſaluuſconductus ſiue dilatio pro debito, vide apud Fabrum *deciſ.* 20. Nouar. *in Prag. Regn. Neapol. Collect.* 51. *per tot.* Anton. de Ballis *tractat. variar. lib.* 5. *tit. de dilat. fol.* 220. vbi de mutuò ex cauſa ſeminis, ad Viui. *deciſ.* 72. *num.* 3. & huiuſmodi, & an poſſit dictis dilationibus etiam futuris renunciari ſaltem cum iuramento, & concludit reſidere in arbitrio, & poteſtate Principis.

Saluuſconductus, vel dilatio pro delicto, ſemper intelligitur non clauſula, *rebus ſic ſtantibus*, & dummodò impetrans non abutatur, vel non contineat ſubreptionem, & 16

ideò

ideò non prodeſt debitori fugitiuo, vel de fuga ſuſpecto, & quando ſecus, vide Surd. conſ. 307. per tot. & conſ. 281. & 298. Bald. conſ. 400. num. 3. lib. 1. Farinac. quæſt. 29. num... dixi in Pract. §. Saluicondotti n. 24. vbi quòd quicquid ſit de iure, ſaluuſconductus, etiam ſubreptitius non debet violari, ſed ad Principem pro reuocatione recurri.

Item non extenditur in præiudicium futurorum creditorum, & ſic non prodeſt pro debito poſteà contracto, Genu. de ſcript. priu. lib. 3. tit. de litt. dilat. quæſt. 5. in fine, Tuſch. litt. S. concluſ. 23. n. 15. Guid. Papp. quæſt. 109.

17 Saluuſconductus conceſſus pro certis perſonis tantùm, non prodeſt ſi obtinens moleſtetur ab alijs, licèt ex illorum moleſtia reſultet etiam commodum eis, contra quos fuit conceſſus, Menoch. de arbitr. caſ. 337. num. 21. & facit in caſu 338. num. 19.

Quod ſi non ſit generalis, præſumatur conceſſus non motu proprio, ſed ad petitionem partis, Genu. de ſcript. priuat. lib. 3. tit. de litt. dilat. quæſt. 3.

18 Saluuſconductus, vel dilatio conceſſa debitori non tranſit ad illius hæredes, ſed expirat per mortem, vel decoctionem ipſius debitoris, Genu. loc. cit. quæſt. 4. fol. 175. Altograd. conſ. 55. in fine lib. 2.

Si tamen ſint hæredes cum beneficio legis, & inuentarij poſſe ſe tueri dilatione conceſſa defuncto ad impediendam bonorum illius venditionem, Franch. deciſ. 179. Nouar. in Prag. Regn. Neapolit. Collect. 51. n. 28.

19 Saluuſconductus conceſſus principali debitori tamquam reſpiciens illius perſonam, non prodeſt fideiuſſoribus in eo non nominatis, intelligendo quando fuit conceſſus ad petitionem partis, ſecus ſi motu proprio Principis, vel ab ipſiſmet creditoribus, nam tunc prodeſſet etiam fideiuſſoribus, ſicut & illis prodeſt quando non renunciauerunt beneficio cedendarum actionum, vel vbi agitur de obligatione faciendi, vel ſi alias remaneret inutilis reſpectu principalis, vt benè declarat Genu. de ſcript. priuat. tit. de litt. dilat. quæſt. 1. per tot. fol. 174. Barz. deciſ. Bononien. 77. Cuch. tract. de morat. num. 122. & ſeqq. Mareſcott. variar. reſol. lib. 2. cap. 159. Graſſ. de except. except. 32. num. 37. &c. Marſil. de fideiuſſori num. 290. Menoch. de arbitr. caſ. 203. nu. 26. & caſ. 337. nu. 22. Menoch. deciſ. Florent. 49. Nouar. ſuper Prag. Regn. Neapolit. Collect. 51. num. 33. Vrſil. ad Afflict. deciſ. 5. num. 3. &c. Surd. deciſ. 301. per tot. Scanarol. de viſit. carcer. lib. 3. §. 1. cap. 3. per tot. Dian. part. 7. tract. 8. reſolut. 32. per tot. Muſcatel. de fideiuſſ. quæſt. 9. Paul. Staib. Iun. reſol. 46. Fontanel. deciſ. 471. 472. & 473. Sanfelic. in prax. ſect. 27. num. 10. & 11. vbi etiam an tranſmittatur ad hæres, de quo Brun. tract. de ceſſ. bon. quæſt. 9. num. 4. & Franch. deciſ. 179. Martha vot. Piſ. 44. num. 3. vbi quòd non prodeſt fideiuſſori ſi ſit principali nomine, & in ſolidum obligatus, idem Martha vot. 158. nu. 2. &c. Gutierez in Prax. quæſt. 114. num. 13. &c.

An autem competat, ſiue proſit ſequeſtrario, Surd. deciſ. 301. per tot. vbi quòd ſic, quando principalis ſuſcipit pro eo cauſam, vel ſi alias eſſet inutilis ipſi principali.

20 Saluuſconductus pro debito Florentiæ operatur non ſolùm quoad executionem, ſed etiam quoad iudicium, & acta, ita vt illo durante, nec agi poſſit ad faciendum declarare creditum, vide Dec. conſ. 51. Tuſch. litt. S. concluſ. 23. num. 29.

Quomodo autem, & vbi regiſtrari debeat Florentiæ, dixi in Pract. §. Saluicondotti num. 23. vbi etiam cum quibus conditionibus ſoleat concedi, & de taxa ſoluenda, de conditionibus, & illarum declaratione, Marth. vot. Piſ. 96. nu. 4. &c. vot. 158.

An autem pendente ſaluoconductu, vel dilatione currat vſura, vel intereſſe, vide Salycet. in l. 2. C. de præcept. Imper. offer. Circh. de morat. num. 148. Boer. deciſ. 296. & alios relatos per Dian. part. 7. tract. 8. reſolut. 33. vbi adducit varias opiniones, Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 70. n. 11. vol. 2. vbi quòd non, & allegat Bich. de iur. ſiſtend. c. 45. nu. 2. Maſtrill. deciſ. 16. Nouar. in Prag. Regni Neap. Collect. 51. num. 49. vbi attenditur an antea cucurrerint, & an ſit expreſſum, vt Item ſeruetur.

21 Saluuſconductus à Principe delinquenti conceſſus, eſt ei punctualiter ſeruandus, ita vt aſſecuratus non poſſit carcerari, moleſtari, nec offendi, quia turpe eſſet fidem fallere, niſi ſuperueniat noua cauſa, ex qua poſſit reuocari, vel non ſeruari, vel niſi poſteà delinquat, vel niſi ſit conditionalis, & conditio non ſit impleta, vel niſi ſit ſubreptitius, vel ad tempus, & tranſacto tempore, quod incipit à die datæ, etiamſi aſſecuratus de illo notitiam non habuerit, vt benè ſingillatim probat, Conciol. reſolut. crimin. verb. Saluuſconductus reſolut. 4. per tot. latè Gutierez in Prax. quæſt. 113. per tot. vbi quòd quoad bannitos, & condemnatos ſpectat ad ſolum Principem concedere ſaluumconductum, qualiter conceſſus ſit omninò ſeruandus, & ad quid extendatur, vel non.

22 Saluuſconductus concedi poteſt, vel debet accuſato, ſiue inquiſito de pluribus delictis, ſi velit ſe purgare ab aliquo ipſorum tantum, & non ſolum quando delicta ſunt penitus ſeparata, ſed etiam quando non ſunt ſeparata, ad tradita per Decian. conſ. 96. num. 8. lib. 3. Guaz. defenſ. 1. cap. 1. num. 58. Conciol. reſolut. crimin. verb. Saluuſconductus reſolut. 6. per tot. vbi tamen quando delicta non ſunt ſeparata, contrarium firmat cum voto D. de Rubeis Fiſci Apoſtolici Aduocati impreſſo in fine reſolutionum cum declarationibus, de quibus in dicto voto.

23 Plura de ſaluoconducto, vel guidatico conceſſo venientibus ad habitandum in aliquo loco, quæ delicta, & quæ debita comprehendat, vel non, & alia, latè Fontanel. deciſ. 297. per tot. Roman. conſ. 11. cum Annot. Balducc.

24 An autem ſaluuſconductus proficiat, vel ſuffragetur ei, qui dum eſſet carceratus pro vno crimine illum impetrauit pro alio crimine, de quo timebat futuram accuſationem, vide Griuel. deciſ. Dolan. 65. per tot. vbi diſtinguit, ſi pars contradicat, vel non, & in ſupplicatione fuerit expreſſa carceratio, vel non.

25 Quando ſaluuſconductus ſit nullus ex defectu poteſtatis, & voluntatis concedentis ob ſubreptionem, vel obreptionem ipſius, & quando delinquentes capti ſint reponendi in priſtinam libertatem, latè videndus Capyc. Latr. deciſ. 105. per tot. lib. 1. cum obſeruat. Gizzij.

26 De ſaluiſconductibus, & guidaticis habentur plura etiam per Creſp. de Valdaur. in ſuis obſeru. prout in Indice verb. Saluuſconductus, Cyriac. controu. 399. & 473. Carleual. de iudic. lib. 1. diſp. 19. Maſſin. de confiſc. quæſt. 5. Merlin. Pignatel. tom. 1. contr. 53. vbi de ſaluoconductu obſeruando ob publicam fidem, etiam ſi fuerit conceſſus per iudicem non habentem poteſtatem aſſecurandi, & contra formam legis, & alios citatos à Caſteion. Alphabet. iurid. verb. Saluuſconductus, & Com. Auguſt. Fontan. Biblioth. legal. part. 5. eod. verb. fol. 578.

§. SATISDATIO. VI.

1 Satiſdatio intelligitur propriè de promiſſione cum fideiuſſoribus, vel pignoribus, & ideò qui ſatiſdare tenetur debet præſtare fideiuſſores, vel pignora, l. ſancimus, C. de verb. ſignific. l. 1. ff. qui ſatiſd. cog. Maur. de fideiuſſ. part. 1. princ. cap. 8. num. 2. ſect. 2. Tuſch. litt. S. concluſ. 40. &c.

2 Satiſdatio de iudicio ſiſti quid ſit, & importet, & eius natura, à quibus præſtari debeat, vel non, quamdiu duret, vel finiatur, quomodo differat à ſatiſdatione de iudicato ſoluendo, & alia, latè Tuſch. littera S. concluſ. 38. & ſeqq. ad 45. Ricc. Collect. 2074. & 2761. de vtraque plenè Aur. Picard. Pract. Inſtitut. diſput. 3. fol. 195. & ſeqq. per tot.

Reliqua de ſatiſdatione, vide in §. Cautio, & §. Fideiuſſio per tot. & remiſſiuè per Ægid. de Caſteion. in Alphab. iurid. verb. Satiſdatio.

3 De ſatiſdationibus diuerſis, Bertachin. in Repertor. verb. Satiſdatio, Ariſmin. Tepat. var. ſent. tit. 98. & tit. 472. Stephan. Daoyz. in ſuo Indice, & alij indicati à Com. Auguſt. Fontan. Biblioth. legal. part. 5. verb. Satiſdatio fol. 581.

§. SCIENTIA. VII.

1 Scientia non præſumitur, ſed eſt per allegantem probanda, Gratian. diſcept. for. cap. 758. nu. 9. Ricc. Collect. 1959. vbi qualiter probetur, Viui. comm. opin. 835. vbi aliquibus modis limitat, nempè in his, quæ publicè fiunt, vt quando quis tenetur ſcire, &c.

Probatur tamen ex pluribus præſumptionibus ſimul iunctis, Magon. deciſ. Florent. 49. numer. 7. &c Altograd. conſ. 97. num. 75. &c. lib. 2. Menoch. de arbitr. caſ. 89. nu. 17. &c. Maſcard. de probat. concluſ. 1299. lib. 3. Pac. Iordan. Lucubrat. vol. 3. lib. 14. tit. 17. num. 559. & ſeqq fol 301. vbi quòd eſt probanda plenè, & concludenter quando agitur de pri-

de priuatione alicuius iuris ob ſcientiam, vide Rot. cum alijs citatis part. 10. recent. deciſ. 268. num. 19. & ſeqq. Coſta de ſcient. & ignorant. inſpect. 64. & alibi.

Quòd in ijs, quę afferunt commodum præſumatur ſcientia, vel ſaltem ſolis præſumptionibus, & coniecturis probetur, Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 23. n. 84. Rot. part. 1. recent. deciſion. 262. num. 6. Beltramin. ad Ludouiſ. deciſ. 97. n. 8. in fine.

2 Scientia præſumitur ratione coniunctionis, cohabitationis, & communionis, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 796. num. 18. Magon. deciſ. Florent. 26. num. 16. &c. num. 41. &c. deciſ. Luc. 33. num. 45. Surd. deciſ. 342. numer. 9. lib. 2. vbi ampliat etiam in actibus momentaneis, & non ſucceſſiuis, Rot. part. 9. recent. deciſ. 356. num. 8. vbi quòd præſumitur ex cohabitatione, & ſimul ratificatio in fauorabilibus, Coſta de factis ſcient. & ignorant. inſpect. 73. & 74. vbi an inter coniuges, & inter patrem, & filium ſcientia præſumatur.

Sed quod ex coniunctione non præſumatur ſcientia quoad actus momentaneos, Altograd. conſ. 43. num. 68. lib. 2.

An, & quando ſcientia teſtamenti præſumatur in hæredibus, idem Altograd. conſ. 53. num. 1. 44. & ſeqq. ad 51. lib. 2. Rot. part. 10. recent. dec. 265. vbi quòd præſumitur ratione ſanguinis, & cohabitationis, ac ex perſeuerantia in actu poſt habitam notitiam, & in omnem caſum ignorantia excuſaret tantùm à pœna, non autem à nullitate.

Plura alia, ex quibus arguitur ſcientia, idem Altogr. conſ. 94. num. 17. & ſeqq. lib. 1. Tuſch. litt. S. concluſ. 62. 63. & 64. per totum. Maſcard. de probat. concluſ. 1104. 1231. & 1293. per totum, Matthæu. Sanz. de re crim. contrau. 76. num. 16. & ſeqq. vbi ad effectum vt quis teneatur ex facto alterius.

Qualiter præſumatur in eo, qui tenetur indagare, cùm ſcire, vel ſcire debere, & poſſe paria ſint, Ricc. Collect. 3328. & 2828. Rot. part. 17. recent. deciſ. 175. num. 7. & 8. vbi quòd pro ſciente habetur qui ſcire non vult, Coſta de facti ſcient. & ignor. inſpect. 65. vbi quòd regula procedit in his, quæ ſunt iuris, ſecus in his, quæ ſunt facti, cùm ignorantia facti peritiſſimos quoſque excuſet, niſi agatur de facto proprio recenti, & claro, vel etiam alieno, quando quis tenetur inueſtigare.

Quòd ex actuum multiplicatione, & temporis diuturnitate præſumatur ſcientia, Seraph. deciſ. 306. num. 5. &c. Rot. part. 5. recent. deciſ. 225. num. 4. part. 11. deciſion. 184. num. 4. &c.

Item præſumitur, & probatur in eo, qui ſe refert ad aliquas ſcripturas, quoad contenta in ipſis ſcripturis, Rot. par. 14. recent. deciſ. 393. n. 9.

Qualiter ſcientia fideicommiſſi ad effectum renunciationis poſſit probari non ſolùm per coniecturas, ſed etiam per teſtes ſingulares, vel per vnicum teſtem, & data ſcientia in renunciante, non ſit neceſſaria ſpecialis expreſſio fideicommiſſi, cui renunciatur, Bich. deciſ. 18. per tot. & dec. 31. in eadem cauſa, vbi fuit confirmata prima deciſio, adde Peregrin. de fideicommiſſ. art. 32. nu. 104. & ſeqq. Intrigliol. de ſubſtitut. cent. 3. q. 94.

3 Scientia non præſumitur, vel præſumpta non attenditur vbi agitur de incurrenda pœna, intelligendo reſpectu pœnæ corporalis, nam ſecus eſt in pœna pecuniaria, quæ poteſt incurri, & imponi etiam ex præſumpta ſcientia, Surd. deciſ. 342. num. 9. & 14. lib. 2. Tuſch. litt. S. concluſ. 65. per totum, Matthæu. Sanz. de re crim. contr. 76. num. 16. & ſeqq. Vrſil. ad Afflict. deciſ. 369. Hieronym. Cala ſuper Pragm. XI. de empt. & vendit. rer. furat. part. 3. cap. 16. fol. mihi 111. numer. 56. vbi quod ſcientia præſumpta rei furtiuæ ſufficit ad imponendam pœnam extraordinariam fuſtigationis, carceris, vel exilij, & quandoque remigationis iuxta quantitatem, & valorem rerum furatarum, ſi indicia ſcientiæ ſint vltrà torturam. Ex quibus autem arguatur dicta ſcientia, dixi in §. Emptio n. 58.

Et in terminis fideicommiſſi in caſu alienationis, quòd ei poſſit eſſe locus ex præſumpta ſcientia prohibitionis alienationis ex multis coniecturis elicita, plenè Caualer. dec. 151. per tot.

4 Scientia non inducitur abſque certioratione omnium qualitatum, maximè ad incurrendam pœnam ita vt ſufficiat præſumpta, Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 633. num. 22. Caualer. d. deciſ. 151. Duran. deciſ. 426. num. 16. &c.

vide in §. Ignorantia num. Tuſch. litt. S. concl. 66. Coſta de factis ſcient. & ignor. inſpect. 63. per tot.

Quòd ſit neceſſaria ſcientia, & patientia illorum, quibus præiudicatur, Gratian. diſcept. for. 870. num. 23. &c. vide in §. Ratificatio, vbi qualiter ſit neceſſaria in ratificante.

An, & in quibus ſcientia, & patientia noceat, quando inducat conſenſum, & quando non operetur, Tuſch. litt. S. concl. 68. 69. & 70. per tot. plenè Maſcard. de probat. vol. 3. concluſ. 1153. per tot. Coſta d. tract. inſpect. 67. per tot. vbi de multiplici effectu ſcientiæ facti.

5 Scientia tutoris, procuratoris, officialis, vel adminiſtratoris, qualiter præiudicet pupillo, vel Domino, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 957. num. 1. &c. vide in §. Procurator num. Ricc. Collect. 2865. Coſta d. tract. inſpect. 78. & 79. per tot.

De ſcientia Officialis quando præiudicet Domino, vel non, Capyc. deciſ. 57. per tot. Surd. deciſ. 181. per tot. Rot. deciſ. 507. part. 1. nouiſſ. Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 17. num. 563. &c. fol. 301. vbi ponit regulam affirmatiuam, quam quatuor modis reſtringit, & loquitur de Officiali Principis, Ant. Gob. tract. ad l. benè à Zenone, C. de quadr. præſcript. q. 2. num. 35. &c. Coſta de factis ſcient. & ignorant. inſpect. 72. per tot.

Quòd in indiuiduis ſcientia vnius alijs præiudicet, Tiraquel. de retract. conſang. §. 1. gloſſ. 13. numer. 29. Magon. deciſ. Lucenſ. 33. num. 46.

6 Sciens delictum futurum, de iure ciuili non tenetur illud detegere, & illi obuiam ire, nec tacens punitur ſecundum multos, licèt ſecundum alios, cùm non omni ſcrupulo ſocietatis occultæ careat, poſſit aliqua pœna arbitraria propter ſuam deſidiam, & negligentiam puniri; & vbi ageretur de crimine læſæ Maieſtatis Diuinæ, vel humanæ tenetur ſciens illud omninò detegere, aliàs punitur eadem pœna, vel arbitrio iudicis, ſi poſſit illud probare, ſi verò non poſſit probare, non debet ſe in periculum inijcere, ſed ſolum per viam admonitionis detegere id, quod ſcit, & eo modo, quo ſcit, pro vt etiam filius, ſeruus, vxor, vaſſallus, pater, & alij conſanguinei vſque ad quartum gradum tenentur conſpirationem contra patrem, dominum, maritum, filium, & alios conſanguineos factam reuelare ſub pœna iudici arbitraria, vt benè declarat Menoch. de arbitr. caſ. 355. num. 7. & ſeqq. per tot. facit quod dixi in §. Sacerdos num. vide Tuſch. litt. S. concluſ. 67. per tot. plenè Larrea alleg. fiſc. 65. per tot. Capic. deciſ. 130. num. 65. &c. Clar. cum addit. §. fin. quæſt. 87. per tot. Cacheran. deciſ. Pedemont. 79. & 80. Sanfelic. deciſ. 30. num. 7. &c. vbi de vxore conſcia de nece viri, & deciſ. 37. in addition. verſ. licèt ex ſola, &c. vbi quòd ſola ſcientia delicti ſine alia participatione non eſt punibilis, niſi in caſibus, vt ſupra exceptis, Viui. comm. opin. 694. vbi quòd ſola ſcientia in crimine læſæ maieſtatis, & parricidio punitur pœna mortis iuxta opinionem Bart. in l. vtrum ff. ad l. Pomp. de parricid. quam tuetur, & vindicat ab impugnantibus, pluresque Bononiæ, & Florentiæ ſeruatam auctores teſtantes refert, ſed in materia iſta grauiſſima tu conſule ſupracitatos, & alios, Farinac. quæſt. 51. n. 12. & ſeqq. Coſta de factis ſcient. & ignorant. inſpect. 68. per tot. Palma conſ. 97. numer. 6. & ſeqq. vbi quòd excepto crimine læſæ maieſtatis, & parricidij, in alijs delictis priuatis extraneis, & ordinarijs, ſola ſcientia non eſt punibilis; niſi concurrat participatio, vel niſi aliter ſit ſtatutum, per bannimenta, quæ tamen reſtringenda ſunt, vt minus lædant ius commune quàm fieri poſſit.

De omnibus notat ſub hoc numero, ac alijs quæſtionibus, quando quis teneatur reuelare, & detegere delicta committenda, ne ſequantur, vel iam commiſſa, vltrà iam citatos nouiſſimè Raynald. Syntax. rer. crim. cap. 2. §. 2. per totum.

In foro autem conſcientiæ ſciens delictum futurum tenetur illud detegere, & obuiare, ne ſequatur, aliàs peccat, vt ille delinquens, ſecus eſt in delicto præterito, & quoad reſtitutionem, ad quam conſcius non tenetur, niſi eſſet ex illis, qui tenentur obuiare, Menoch. d. caſ. 355. num. 2. & ſeqq. & num. 10. &c. vbi etiam num. 6. quid ſit dicendum de iure canonico in foro contentioſo, & teſtatur communem eſſe opinionem non teneri reuelare, & delicto obuiare, niſi vt ſupra de iure ciuili, vide in §. delictum num. 12. & §. Malum, num. 7.

Licèt verò poſſit, & debeat delictum futurum, vt ſuprà detegi, ne ſequatur, non tamen poteſt manifeſtari certa

F per-

perſona, quæ illud perpetrare decreuit, idem Menoch. *de arbitr. caſ.* 474. *ſub num.* 40. *& caſ.* 537. *numer.* 27. *et ſeqq. ad* 33.

Quod delictum iam commiſſum nemo reuelare teneatur, niſi fauore fidei, vel niſi agatur de crimine læſæ maieſtatis, vel niſi extent bannimenta id præcipientia, & alia ad rem quando quis teneatur denunciare, vel non tam delicta commiſſa, quàm committenda iuxta ſuperiùs dicta, Conciol. *reſol. crim. verb. delictum reſol.* 6. *per tot.* vbi intelligit probata certa ſcientia, cùm alias præſumatur ignorantia, & niſi ſciret ſub ſecreto, excepto crimine læſæ maieſtatis, & delicto futuro, in quibus non eſt ſeruandum ſecretum, Palma *conſ.* 97. *per tot.* vbi quòd dicta bannimenta, vel valdè exorbitantia non obligant conſanguineos, affines, nec eos, qui ſciunt in ſecreto, vel probare non poſſunt, & ſcientia debet eſſe certa ex proprio ſenſu, vt ibidem pluribus citatis ſingillatim declarat, & probat.

Item intellige niſi quis examinetur vt teſtis, nam tunc tenetur dicere veritatem iuxta notata in §. *Teſtes*.

7 Scientia litteralis eſt habitus animæ de difficili acquiſibilis, & acquiſitus de difficili mobilis, & ideò longo tempore adiſcitur, quibus maximè conueniat, an quis poſſit plures ſcientias habere perfectè, & alia, Tuſch. *litt. S. concl.* 58. *& ſeqq.*

Quòd ſcire ſit rem per cauſas cognoſcere, & alia plura ad intelligentiam termini ſcientiæ, & quænam ſit vera ſcientia, Coſta *de facti ſcient. & ignorant. inſpect.* 61. *per tot.* & ſemiſſiuè Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. ſcientia*.

8 Scientia eorum, quæ publicè fiunt de iure præſumitur, vt inferendo ad proclamata, vel banna publicè emanata, vt ad omnium notitiam perueniſſe præſumantur, & huiuſmodi, probat Viui. *comm. opin.* 695. *per tot. & opin.* 835. Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1231. *per tot.* Matthæu. Sanz. *de crim. contr.* 76. *num.* 86. *& ſeqq.*

9 Scientia citationis ſupplet defectum perſonalis executionis, Bich. *deciſ.* 491. *numer.* 7. vbi reddit rationem, *& deciſ.* 514. *numer.* 7. dixi plures allegando in §. *Citatio num.* 46.

Quòd ſciens non ampliùs certificari, vel moneri debeat, niſi à lege, vel ſtatuto aliquis actus poſitiuus vltrà ſcientiam requiratur, cùm forma ſit ad vnguem ſeruanda, Coſta *de facti ſcient. & ignor. inſpect.* 70. *per tot.*

10 De ſcientia, & ſcientibus ad diuerſos effectus plura notant Bertachin. *in Repertor. verb. Scientia*, Ioſeph. Feliu. *in Margarit. var. concluſ. eod. verb.* & alij relati à Caſteion. *Alphabetic. iurid. verb. Scientia*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *eodem verb. fol.* 584. *&c.*

11 De ſcientijs, & quicquid ad cognitionem humanam humanitus acquiſibilem attinet, & ſcientia de ſcientia plenè R. P. Sebaſt. Izquierd. *in volumine inſcripto Pharus ſcientiarum per tot.*

§. SCRIPTVRA. VIII.

1 Scriptura priuata dicitur illa, quæ fit à priuatis perſonis, vel etiam à notario, tamquam priuato, & non in forma publica; non habet per ſe auctoritatem niſi recognoſcatur per confeſſionem, vel comparationem, etiam ſi ſit facta à iudice, & cum teſtibus, cùm non ſit officium iudicis ſcribere, ſed tabellionum, Genu. *de ſcript. priuat. lib.* 1. *q.* 1. Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 74. *num.* 19. *&c.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *numer.* 5. *&c. fol.* 390. Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 373. Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concluſ.* 1294.

Quando autem dicatur publica, Bart. *in l. ſi quis ex argentarijs §. initium ff. de edend.* Tuſch. *litt. S. concluſ.* 75. *per tot.*

Quid operetur ſigillum in ſcriptura appoſitum, Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1302. *per tot.*

2 Scriptura priuata eſt triplicis generis, nam aut eſt *Liber rationum*, de quo diximus in §. *Liber, aut Epiſtola*, de qua in §. *littera, aut Syngrapha*, de qua nunc ſermo noſter, & iſta quando eſt recognita iudicatur tamquam inſtrumentum, & illius appellatione continetur, Genu. *d. tract. lib.* 1. *q.* 2. *&* 3. Pac. Iordan. *d. tit.* 2. *num.* 14. *& ſeqq. fol.* 391.

3 Scriptura priuata in genere ſumpta regulariter nihil probat, præcipuè autem quando non eſt recognita, nec iuſtificata etiam ſi eſſent plures ſcripturæ ſimul iunctæ, ac etiam ſi agatur de fauore fiſci, vel piæ cauſæ, *l. inſtrumenta C. de probat. l. nuda C. de donat. l. exemplo, & l. rationes C. de fid. inſtrument.* latè Genu. *de ſcript. priu. lib.* 1. *quæſtion.* 4. *num.* 1. *& ſeqq. ad* 70. *fol.* 6. *&c.* Tuſch. *litt. S. concluſ.* 76. *per tot.*

De chirographo, ideſt ſcriptura illa, in qua debitum continetur, an, & quando probet, vel non, latè idem Genu. *in addit. tit. de chirograph. per tot. fol.* 61. *&c.* Sanfelic. in *Praxi ſect.* 51. *& ſeqq.* vbi etiam plura de appoſitione ſigilli publici, vel priuati quid operatur.

Scriptura priuata probat in multis caſibus, nempe 4
quando fuit inter partes diu obſeruata; quando agitur de modica ſumma arbitrio iudicis, quando eſt aliunde adminiculata puta ex qualitate ſcribentis veriſimilitudine, vel alijs coniecturis, quando qui illam confecit fatetur eſſe ſua manu ſcriptam, licèt neget contenta in ea eſſe vera, ac etiam ſi agatur de crimine probando; quando agitur de ſolo præiudicio ſcribentis, vel hæredum, vel habentium cauſam ab eo contra quos omnes, modò ſit recognita, & cauſam contineat, plenè probat, etiam ſi careat die, & Conſule, ac ſubſcriptione, pro ſcribente verò non probat, ſed aliqualem tantùm præſumptionem inducit, niſi ſit ab aduerſario approbata, etiam generaliter confitendo quod ſcribens ſemper fuit perſona veridica in eius dictis, & ſcriptis, vel niſi ſit veriſimilis, & iurata, vel niſi fuerit producta; nam cenſetur à producente tam pro ſe, quam contra ſe approbata, niſi ſit producta ad impugnandum. Item probat ſolutionem quando reperitur penes debitorem; item quando fuit per ſententiam approbata, vel in actis reperta cum ſubſcriptione actuarij, vel in iudicio confecta; item quando agitur de declaranda mente diſponentis, quando agitur de probando debitum contra ſuſpectum de fuga; quando continet aliquid, quòd reſpiciat officium ſcribentis; quando agitur inter liberos; quando eſt ſculpta in marmore, monumentis, & lapidibus; quando vigore ſtatuti, vel conſuetudinis fidem facit; quando eſt à debitore, & tribus teſtibus ſubſcripta; quando agitur de probanda ætate filij; quando eſt ſigillata cum ſigillo Principis, vel Communitatis, ſiue alterius publici Officialis; quando pars, contra quam producitur, nihil opponit, nec in ſpecie, nec in genere; quando verſamur in antiquis; quando ageretur de probanda donatione, vel ſocietate; quando ſumus in tempore peſtis, & in alijs caſibus, modò ſemper ſit expreſſa aliqua cauſa debiti, ad latè tradita per Genu. *de ſcript. priuat. lib.* 1. *quæſt.* 4. *num.* 70. *& ſeqq. ad* 277. *fol.* 11. *&c.* Card. Tuſch. *litt. S. concl.* 76. *per tot.* Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1294. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 951. *num.* 1. *&c.* vbi quòd de æquitate canonica habet vim confeſſionis, & probat contra ſcribentem, etiam ſine die, & anno, ſtantibus adminiculis, & alicuius temporis obſeruantia.

Quid, & quantum probet ſcriptura reperta impreſſa in lapidibus, parietibus, & monumentis, Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 59. *per tot.* Genu. *loc. cit. numer.* 187. *&c. ad* 197. *fol* 19. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 84. Sanfelic. *in Praxi ſect.* 53. *num.* 12. *&c.*

Quòd ſcriptura priuata valde adminiculata probet etiam pro ſcribente, vel dictante, veluti ſtante nobilitate illius, legalitate, bona fama, ſit conſcripta ante motam litem, tempore non ſuſpecto, & huiuſmodi, ac omnia iſta morte ſcribentis ſint comprobata, latè Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 314. *per tot.*

Scriptura ſumpta ex archiuio publico, vel cancellaria 5
publica, ratione loci publici, ex quo deſumitur non tantùm probat, ſed etiam notorium facit, modò ſit antiqua, habita pro publica, inter alias publicas ſcripturas inuenta, & in loco, in quo non conſueuerunt reponi niſi ſcripturæ veræ, & autenticæ, vel pro talibus habitæ, & ab Officiali publico cuſtoditæ, aliàs autem commixtio tolleret probationis virtutem, & in omnem caſum probat tantùm inter ſubditos illius loci publici, in quo fuit reperta, etiam alibi litigantes, non autem contra forenſes, niſi eſſent de alio loco confederato, nec probaret vbi ageretur de delicto, nec pro tertio contra tertium, latè Genu. *de ſcript. priuat. lib.* 1. *quæſt.* 2. *per tot. fol.* 28. *&c.* Ioſeph. de Seſſe *deciſion.* 21. *per tot.* Card. Tuſch. *litt. A. concl.* 486. idem Genu. *d. tract. lib.* 5. *de lib. rat. in arch. pub. repert. per tot. fol.* 265.

265. &c. vbi num. 18. videtur firmare, quòd talis ſcriptura ſumpta ex archiuio publico cum ſubſcriptione, & teſtimonio Archiuiſtæ plenè probet de iure communi, & ſic vbique locorum eundem effectum probationis operetur, etiam inter forenſes, & non ſubditos illi Archiuio, quòd ego veriſſimum arbitror, & ita ſemper ſeruari vidi in ſcripturis ab Archiuio in forma extractis, Caballin. Milleloq. 58. in fine, cum alijs per Genu. loc. cit. vbi etiam an ſit neceſſaria citatio partis in huiuſmodi extractionibus ſcripturarum ab Archiuio, vide in §. Copia num. 3. Ludouiſ. deciſ. 432. & 550. cum Beltram. vbi qualiter exemplum exempli, vel ſumptum ex alio ſumpto non probet, etiam ſi primum exemplum fuerit ſolemniter extractum, & alia ad rem, vide in §. Inſtrumentum numer. 6. Rot. part. 18. recent. deciſ. 305. n. 3. & ſeqq. vbi plura quando copia, ſiue exemplum ſcripturæ probet concurrentibus præſumptionibus, & adminiculis, & deciſ. 473. num. 1. &c. vbi quòd copia inſtrumenti in actis producti, & parti præuia collatione reſtituti, probat ſicut originale. Et quando copia ſcripturæ, etiam informis probet, plenè Rot. part. 18. recent. deciſ. 460. per tot. & dec. 552. per tot.

Quòd ſcripturæ repertæ in archiuio non probent ſine ſubſcriptione archiuiſtæ cum atteſtatione, quod ſint de archiuio, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 582. per tot. cap. 736. nu. 35. &c. cap. 859. per tot. vbi quòd archiuium non probat contra non ſubditos, & cap. 869. num. 38. &c. Duran. dec. 337. num. 60. Bich. deciſ. 246. num. 19. vbi quòd archiuium probat tantum inter perſonas illius territorio ſubiectas, Rot. part. 18. recent. deciſ. 453. vbi quòd archiuium publicum non tribuit robur ſcripturis informibus, cum potuerint ibi reponi ab intereſſe habentibus, & tantò minus archiuium particulare, vel priuatum, quod nec etiam probat contra non ſubditos.

Item non probant etiam cum ſubſcriptione archiuiſtæ, quando ipſe archiuiſta, & cuſtos archiuij eſſet ſuſpectus; alias poſſet de facili fraus committi, recondendo ibi ſcripturam priuatam, vt poſtea auctoritate archiuij probaret, ſicuti benè ponderat Rot. part. 2. diuerſ. deciſ. 183. Bich. deciſ. 246. num. 9. & ſeqq. vbi etiam quòd iudex compulſorialis debet prius per ſe videre originalia an ſint vitiata, probari de quo tempore fuerint ibi repoſitæ, cum potuerint reponi de recenti, aut poſt motam litem recognoſci manus Notariorum, & alia, ſine quibus dictæ ſcripturæ non probant.

Quòd ſcriptura priuata non archiuiata non mereatur fidem, neque executionem obſtantibus Conſtitutionibus Apoſtolicis, Rot. apud Zacch. de oblig. Cam. deciſ. 132. n. 3. Vrceol. in Append. ad cap. 1. num. 55. vol. 2. vbi tamen quòd iſtud fallit in inſtrumento publico, ante erectionem Archiuij, quando fuit confeſſata, & non oppoſitum, ad tradita per Conciol. alleg. 55. num. 43. & ſeqq.

Quòd defectus archiuiationis ſcripturæ non obſtet, ſtante legalitate, & veritate ipſius ſcripturæ, aliunde benè probata Rot. par. 13. recent. deciſ. 407. num. 19.

6 Scriptura priuata non requirit de neceſſitate diem, neque annum quando agitur de probando tantùm contra ſcribentem, ſecùs autem ſi agatur de præiudicio tertij, vel de prioritate temporis, vel quando tempus eſſet de ſubſtantia probationis, vel ſi ſimus in libro rationum, vel vbi actus mutari ſolet, vel vbi redigitur ad publicum inſtrumentum, vel vbi agitur de legitimatione filiorum, & in alijs caſibus, Caballin. Milleloq. 665. Tuſch. litt. S. concl. 81. per tot. Genu. de ſcript. priu. lib. 1. quæſt. 3. per tot. fol. 30. &c. infra num. 17.

An autem requirat locum? dic quòd non, niſi quæſtio penderet à loco, vel niſi aliqua de cauſa aſſumere deberet robur publici inſtrumenti, Genu. loc. cit. num. 19. &c. Tuſch. loc. cit.

7 Scriptura manu propria ſcripta, non indiget quod eiuſdem ſcriptoris manu ſubſcribatur, etiam ſi nullum ipſius ſcribentis ſignum ſit appoſitum, & quamuis qui ſcripſit non aſſerat de manu ſua ſcripſiſſe, cùm ſatis ſit conſtare ſcripturam eſſe manu illius ſcriptoris ſcriptam ad hoc vt illi præiudicet, & eum obliget, quatenus cauſam aptam contineat, Menoch. lib. 3. præſumpt. 66. num. 2. &c. & de arbitr. caſ. 94. num. 13. & 21. Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 20. num. 28. & fol. 392. vbi firmat idem in epiſtola, & qualibet alia apocha priuata per text. in l. cum antiquitas §. cum autem C. de teſtam. vbi Bald. num. 6. Caſtr. num. 7. Iaſ. num. 12. & alij, vide in §. Littera n. 8.

Notulę tamen factæ pro memoria ſcribentis ſi nihil concludant, ſcribenti non præiudicant, Rot. coram Buratt. deciſ. 66. num. 11. & apud Poſt. de manut. deciſ. 314. num. 4. Rot. par. 13. recent. deciſ. 308. n. 7.

Quid & quantum operetur ſigilli appoſitio in ſcriptura, vide Menoch. de arbitr. caſ. 113. per tot.

Quòd requiratur nomen, & cognomen illius, qui in ſcriptura obligatur, Genu. de ſcript. priuat. lib. 1. quæſt. 4. num. 128. fol. 15. & num. 139. & ſeqq. vbi videtur tenere, quòd ſufficiat conſtare, à quo fuerit ſcripta, & hoc etiam tenet Gratian. deciſ. 137. num. 13. & in Addit. num. 4. vide in §. Littera num. 8.

8 Scriptura facta ab vno, alio dictante præiudicat ſcribenti, ita vt ſi in ea ſupponantur hypothecæ illius bona, videatur conſenſum præſtitiſſe, & remaneant obligata, l. fideiuſſor §. Pater ff. de pign. latè Duran. deciſ. 388. nu. 1. 45. & ſeqq. per tot.

Quòd ſcriptura præſumatur vnà cum omnibus in ea contentis approbata à ſcribente, etiam ſi nomine alterius ſcripſerit, ſi contineat cauſam aptam, & idoneam, alias ſecus, Menoch. lib. 3. præſumpt. 66. num. 1. & ſeqq. vide Duran. d. deciſ. 368. vbi benè declarat, & dixi in §. Littera num.

An autem, & quando copia, ſiue exemplum ipſius priuatæ ſcripturæ probet, vel non, latè Genu. de ſcript. priu. lib. 1. q. 16. per tot. fol. 59. &c.

Quando ſcriptura dicatur approbata per recipientem ſine contradictione, vide in §. Littera num. infra num. 23.

Quando poſſit pro parte acceptari, & pro parte reprobari, vide in §. Confeſſio num. §. Debitor num. §. Liber num. §. Littera num.

Quòd potiùs attendatur ſubſcriptio ſcripturæ, quam id, quod in eius corpore continetur, quia ſubſcriptio eſt illa, quæ dat robur ſcripturæ, intelligendo quando in ſubſcriptione declaratur, vel reſtringitur ſubſtantia, & tenor eiuſdem ſcripturæ, Rot. part. 16. recent. deciſ. 386. num. 1. & 7.

9 Scriptura non ſcripta, nec ſubſcripta, vel ſupraſcripta dicitur à ſupraſcribente approbata, & illi ſupraſcribenti præiudicat, licet in teſtamentis, & alijs, quæ requirunt ſubſcriptionem non ſufficiat ſupraſcriptio, Menoch. lib. 3. præſumpt. 66. num. 32. &c. cum declarationibus adductis num. 15. & ſeqq. vide Put. deciſ. 226. num. 4. &c. lib. 1. Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 20. num. 26. &c. fol. 392. Genu. de ſcript. priu. lib. 1. quæſt. 2. num. 6. fol. 95. vbi latè de ſcriptura manu creditoris conſcripta, quæ nihil pro illo probat, niſi ſit etiam ſubſcripta, vel ſupraſcripta à debitore vti obligato, & non vti teſte, vel ſimpliciter præſente, & eum notitia contentorum in illa, vel niſi roboretur teſtibus, vel niſi creditor ſit mortuus, quo caſu aliqualis fides oritur ad fauorem hæredum, quid ſi teſtes ſint mortui, & alia, vt ibi per eum.

Non igitur refert an ſcriptura ſit ſcripta, ſubſcripta, vel ſupraſcripta, dummodò ſemper qui vigore illius obligatur notitiam habeat de contentis in ea, alias ſubſcriptio, vel ſupraſcriptio folij albi, vel ſupraſcripta facta epiſtolæ nihil operatur, &c.

Quòd ſubſcriptio, vel ſupraſcriptio folij albi, & nondum ſcripti non præiudicet, Card. Tuſch. litt. F. concl. 409. Genu. de ſcriptur. priuat. lib. 1. q. 4. num. 120. fol. 14 vide in §. Ratificatio num. 8. Merlin. deciſ. 90. Rot. par. 13. recent. deciſ. 308. num. 2. & ſeqq. vbi tamen quòd limitatur regula quando probatur ſubſcribentem notitiam habuiſſe eorum, quæ ſcribenda erant in folio albo, vel aliter ex præſumptionibus, & facti circumſtantijs id deprehendi poſſit, quod benè probat etiam Cabal. conſ. deciſ. 11. per tot. lib. 1. Matthæu. Sanz. de re crim. contr. 76. n. 65. vbi quòd procurans ſibi ſubſcribi, vel aliter ſubſignari chartas vacuas, vt poſtea in illis ponat quod voluerit falſum committit, ad Farinac. q. 150. num. 92.

Cauendum tamen eſt valdè à ſubſcriptione folij albi, vel alterius ſcripturæ ſine præuia matura, ac diligenti lectura, quia præſumptio ſtat contra ſubſcribentem, & non eſt audiendus, niſi concludenter probet ſe fuiſſe deceptum, quicquid alij contrarium defendere nitantur, Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 20. num. 25. fol. 391. Duran. deciſ. 368. num. 29. & 30. Gratian. diſcept. 936 num. 27. Menoch. lib. 3. præſump 66. per tot. quia ſcriptura videtur in totum à ſubſcribente approbata, & eſt in totum illi attribuenda,

niſi probet ſe fuiſſe deceptum, vel niſi alieno nomine ſubſcripſerit, vel ratione officij, vel ſi non fuerit lecta; an autem præſumatur lecta, Menoch. *loc. cit.* adde Rot. *part. 10. recent. deciſ* 225. *num.* 25. *& ſeqq.* vbi quando ex ſubſcriptione non inducatur approbatio omnium contentorum, & *par.* 13. *deciſ.* 243. *num.* 13. vbi quòd ſcribens ſcripturæ non lectæ, non dicitur conſentire, nec illam approbare, & *deciſ.* 308. *d. part.* 13. *& deciſ.* 388. *num.* 7. vbi quòd præſumptio eſt contra ſubſcribentem, & ſubſcribere eſt approbare, & confirmare, adde Seraph. *deciſ.* 973. Zacch. *de oblig. Cam. quæſt.* 21. Franciſc. de Angel. *tract. de confeſſ. lib.* 2. q. 8. vbi quòd ſubſcribens cenſetur fateri omnia in ſcriptura contenta, niſi probet ſe fuiſſe deceptum, vel non legiſſe, nec notitiam habuiſſe, &c.

10 Scriptura priuata, attenta alluſione vocabuli, venit propriè appellatione inſtrumenti, quicquid attento communi vſu loquendi contrarium ſit dicendum, Magon. *deciſ. Luc.* 15. *n.* 4. *&c.*

Sed quòd imò ſecundùm veriorem opinionem ex propria ſignificatione ſcriptura priuata non veniat appellatione inſtrumenti, & tantò minus attento communi, qui præualet in omni diſpoſitione ſi ab allegante probetur, niſi ipſa ſcriptura priuata eſſet iam recognita, & de ſe probans, vel niſi in ea militaret eadem ratio, quæ in publico inſtrumento iuxta mentem ſtatuentium, nam his caſibus veniret appellatione inſtrumenti, etiam iuxta communem vſum loquendi, & haberet executionem paratam ſicut publicum inſtrumentum, latè Genu. *de ſcript. priuat. lib.* 1. *dub.* 1. *num.* 1. *& ſeqq. fol.* 26. *&* 27.

Idem ego puto quando eſſet trino teſte munita, & à partibus ſubſcripta, quia tunc æquiparatur publico inſtrumento, iuxta *text. in l. ſcripturas, C. qui pot. in pign. hab.* de quo infrà, vel quando ex conuentione partium haberetur pro publica, & iurata, de quo pariter infra dicam, & vide Ruginel. *Pract. Quæſt. cap.* 7. *per tot.* Card. Tuſch. *litt. S. concl.* 235.

An autem appellatione inſtrumenti veniat probatio facta per teſtes, Menoch. *de arbitr. caſ.* 63. *num.* 6. *&c.* vide in §. *Inſtrumentum num.*

11 Scriptura priuata quantumcumque recognita non habet executionem paratam, ſicut inſtrumentum publicum, quia ſiue publica, ſiue priuata, etiam confeſſata, & recognita, de iure communi non habet executionem paratam, niſi tribuatur vigore ſtatuti, vel conſuetudinis, Couar. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 4. Borgon. *de tut. num.* 87. Genu. *de ſcript. priuat. lib.* 1. *quæſt.* 4. *num.* 121. *fol.* 14. *& lib.* 3. *tit. de litt. Camb. q.* 6. *num.* 12. *fol.* 161.

Quòd accedat publico inſtrumento, ſi ei de iure, vel ſpeciali conſuetudine credatur, vt habeat executionem paratam vigore ſtatuti, Magon. *deciſ. Luc.* 15. *num.* 17. *& ſeqq. & num.* 31. *&c.*

Quòd apocha manu Cardinalis ſubſcripta habeat vim publici inſtrumenti, & executionem paratam vigore Statuti Vrbis, Rot. per Farinac. *dec.* 372. *n.* 1. *in Nouiſſ.*

Stante Statuto, quòd ſcriptura manu propria debitoris ſcripta habeat executionem paratam, procedit etiam in ſcriptura manu alterius ſcripta, & à debitore ſubſcripta, propter relationem, quam habet ſubſcriptio ad totam ſcripturam præcedentem, Magon. *deciſ. Luc.* 30. *num.* 14. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 66. *n.* 12. *&c.*

Qualiter intelligatur ſtatutum dans executionem ſcripturis priuatis, & quando procedat, vel non, Card. Tuſch. *litt. S. concl.* 531. *per tot.* Magon. & Menoch. *loc. cit.* Conciol. & Romaguer. *ad Statut. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 32. *per totum.*

Quando habet executionem paratam, intellige contra debitorem, non contra tertium, Genu. *de ſcript. priu. lib.* 1. *quæſt.* 4. *n.* 226. *fol.* 22.

Qualiter Florentiæ habeat executionem ſi ſit recognita, vel pro tali declarata vigore legis Municipalis, dixi in Pract. §. *Scritte num.* 13.

12 Scriptura priuata à tertio de alterius ordine, & mandato ſcripta, vel ſubſcripta, non ſolùm debet quoad manum recognoſci, ſed etiam probari ordo, & mandatum per duos teſtes, vel alio modo legitimo, de illam conſcribendo, nec creditur ſcriptori aſſerenti de ordine, & mandato alterius ſcripſiſſe, vel ſubſcripſiſſe, Gratian. *deciſ.* 114. *nu.* 8. *& ſeqq. & diſcept. forenſ. cap.* 767. *num.* 56. *&c. cap.* 948. *num.* 15. *&c.* Poſt. *de manut. obſeru.* 98. *num.* 10. *&c.* Genu. *de ſcript. priuat. lib.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 21. *&c. fol.* 99. vide in §. *Liber num.* & §. *Teſtis num.* Vrceol. *Conſultat. forenſ. cap.* 9. *num.* 10. *&c.* in meis reſol. *cap.* 66. *numer.* 14. *&c.* Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 77. *num.* 1. vbi etiam ſi ſubſcribens eſſet maritus, qui vxori non præiudicat ſine ſpeciali mandato.

Quòd quis poſſit cogi recognoſcere ſcripturam manu tertij, de eius tamen ordine, & mandato ſcriptam ſicuti propriam, Card. Tuſch. *litt. S. concl.* 640. Genu. *d. tractat. lib.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 32. *fol.* 81. vbi quòd idem eſt in domino, qui tenetur recognoſcere manum ſui adminiſtratoris, & in ſimilibus.

De apocha manu tertij conſcripta, an, & quando probet, vel non, & quid operetur aſſertio illius tertij atteſtantis de conſenſu ambarum partium ſcripſiſſe, latiſſimè Genu. *d. tract. lib.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 1. *& ſeqq. ad* 114. *fol.* 98. *&c.* ſequitur Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 139. *num.* 22. coram Bichio *inter eius impreſſas deciſ.* 664. vbi quòd & pluribus ſimul iunctis probatur epiſtolam fuiſſe de alicuius ordine ſcriptam.

Quòd ex recognitione, & aſſertione illius tertij inducatur plena probatio, tenuit Mandel. *conſ.* 660. Dec. *conſ.* 56. *num.* 4. *& conſ.* 650. *n.* 9. Reprobantur tamen, & rectè per Genu. *loc. cit. num.* 34. *& ſeqq.* niſi aliæ coniecturæ, & adminicula veritatis concurrant, vt ibi latè per eum, & Menoch. *de arbitr. caſ.* 99. *num.* 17. Farinac. q. 63. *cap.* 4. *nu.* 221. dixi in Pract. §. *Scritte n.* 18.

Datur tamen cautela ad probandum cum facilitate huiuſmodi mandatum, vt nempè teſtes in ſuis ſubſcriptionibus dicant ſe fuiſſe præſentes, & de voluntate ambarum partium præſentium, & ſic mandantium ſubſcripſiſſe, vel ille tertius ſcriptor dicat, quòd de mandato talis, ac in præſentia infraſcriptorum teſtium, & ſubſcriptorum ſcripſit, nam poſtea teſtes videtur omnia, & ſic etiam dictum mandatum probare, vt benè docet Genu. *d. tract. lib.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 54. *&c. fol.* 101. Scacc. *de ind. lib.* 2. *cap.* 11. *nu.* 1102. dixi in Pract. §. *Scritte num.* 19. & in hoc Opere §. *Aſſertio n.* 15.

Quòd ex pluribus coniecturis ſimul vnitis probetur epiſtolam, vel aliam ſcripturam fuiſſe de alicuius ordine ſcriptam, Menoch. *de arbitr. caſ.* 99. *num.* 17. *&c.* Farinac. *de teſt. quæſt.* 63. *cap.* 4. *num.* 221. Rot. *par.* 12. *recent. deciſ.* 139. *num.* 22.

13 Scriptura priuata, etiam non recognita, niſi alios patiatur defectus, fidem facit parte non opponente, & ſi in termino dato ad opponendum nihil fuerit dictum, eo elapſo non poteſt opponi de defectu recognitionis, & valet ſententia, etiam non facta recognitione, quæ ſemper fieri poterit quando pars opponit, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 551. *num.* 37. *& cap.* 669. *num.* 10. *&c. cap.* 944. *num.* 28. *&c.* Poſt. *de manutent. obſeru.* 98. Duran. *deciſ.* 18. *num.* 23. *&c.* Rot. *part.* 1. *recent. deciſ.* 487. *num.* 6. *part.* 3. *deciſ.* 522. *num.* 7. *part.* 9. *deciſ.* 230. *num.* 14. 15. *&* 16. vbi quòd ita ſeruatur de ſtylo Rotæ, Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 373. *verſus finem*, Genu. *de ſcript. priuat. lib.* 1. *quæſt.* 4. *numer.* 210. *&c. ad* 224. *fol.* 21. vbi multa quando dicatur approbata per non oppoſitionem, & quòd non dicatur approbata ſi reus petat abſolui, vel quod petita fieri non debeant, vel ſimilia, cùm tunc dicatur ſatis opponere contra ſcripturam, & quod recognitio ſemper poteſt etiam poſt concluſum in cauſa, & in cauſa appellationis fieri, vt ibidem *num.* 231.

Sed quòd imò non ſufficiat dicta generalis oppoſitio ſed requiratur ſpecifica, alias dicatur approbata ſcriptura per non oppoſitionem ſpecialem, Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 46. *n.* 29. *infra num.* 23. vide in §. *Productio num.* 3.

Quòd ſi non fuit facta recognitio in prima inſtantia, nec de illius defectu oppoſitum, non poſſit ampliùs opponi, Caualer. *deciſ.* 142. *num.* 6. vbi etiam *num.* 8. quòd non eſt neceſſaria recognitio, quando ſcriptura eſt de per ſe nota.

Item ſcriptura priuata ſtante temporis antiquitate probat ſine recognitione, Put. *deciſ.* 151. *lib.* 1. Gratian. *diſcept. for. cap.* 653. *num.* 61. *cap.* 754. *num.* 23. *cap.* 857. *num.* 19. *etc.* Merlin. *deciſ.* 244. *n.* 15. *&c.*

Qualiter probet in antiquis etiam contra tertium, modò non controuertatur eſſe illius, qui dicitur, eam ſcripſiſſe, latè Genu. *de ſcript. priu. lib.* 1. *quæſt.* 4. *num.* 232. *&c. ad* 244. *fol.* 22.

Plura de recognitione ſcripturæ, & iurium quando ſit neceſſaria, vel non, & qualiter facienda, Tuſch. *litt. R.*

concl.

*concl.*50. *&* 51. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.*37. *num.* 21. *& ſeqq. vol.*5. Addit. ad Sanfelic. *dec.* 373.

24 Scriptura priuata qualiter ſit recognoſcenda, & quomodo eligendi periti pro comparatione facienda, quid, & quantum operetur comparatio, & quæ requirat, Menoch. *de arbitr. caſ.*114. *per tot.* Magon. *deciſ. Flor.*81. *per totum*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*235. *num.*20. *&c. cap.* 429. *num.* 9. *&c.* Poſt. *de manutent. obſeru.*86. *per tot.* Genu. *de ſcript. priuat. lib.*1. *quæſt.*14. *per tot. fol.*55. *& quæſt.*16. *concluſ.*3. *num.*48. *& ſeqq. fol.* 70. Conciol. & Romaguer. *loc. ſupr. citat.* Vela *Diſſer.*22. *& ſeqq. vol.* 1. vbi recognita habeat exequutionem, & alia ad rem, vbi qualiter ſit facienda recognitio, & de comparatione, & de eius effectibus, latiſſimè idem Genu. *d. tract. lib.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 25. *& ſeqq. per tot.* vide in §. *Comparatio num.* 1. *&c. &* §. *Teſtes num.* 45. plenè Paul. Rub. *in ſuis Practicab. concl. cap.*28. 29. 30. 31. *&* 32. vbi plures caſus diſcurit, & omnia requiſita cumulat.

Quòd recognitio, quæ fit per comparationem, ſit facienda cum ſcriptura certa, & indubitata; ſcriptura autem ad dictum effectum comparationis dicatur certa, & indubitata quinque præcipuè modis; Primò, ſi ſit tribus teſtibus munita, & ab ipſis, vel ſaltem duobus ex illis recognita; Secundò, ſi ſit ſcriptura forenſis ideſt in foro, vel iudicio facta, licet non in forma publica; Tertiò, ſi ſit ſcriptura publica, ideſt manu tabellionis facta, & in publicam formam redacta; Quartò, ſi ſit ab aduerſario producta; Quintò, ſi ſit ex publico archiuio deſumpta, vt benè explicant Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib.* 2. *tit. de fid. inſtrum. reſol.*7. *num.*2. Farinac. *in fragment. litt. C. num.* 457. *& ſeqq.* Caualcan *lib.*2. *dec.*27. *num.* 52.

Quòd recognitio fiat per confeſſionem partis, quæ ſcripſit, vel aduerſarij, per examen teſtium, per comparationem, & per contumaciam partis non recognoſcentis, latè Scacc. *de iudic. lib.*2. *cap.*11. *num.*933. *& ſeqq. ad* 1055.

Qualiter ſcriptura famuli, factoris, adminiſtratoris, & ſcribani ſit recognoſcenda a Domino, & idem eſt in patre, filio, & vxore, prout etiam hæres tenetur recognoſcere ſcripturam ſui defuncti, Caualcan. *deciſ.*27. *num.* 55. *&c. lib.*2. Genu. *de ſcript. priuat. lib.*2. *q.*1. *num.*31. *fol.*81. Card. Tuſc. *litt. S. concl.*640.

Quòd autem recognitio facta poſt mortem debitoris parum proſit, Maynard. *deciſ. Toloſ.*42. *lib.*2. refert Genu. *in Addit. fol.*63. *num.*10.

Quòd ſtetur dicto filij in recognitione manus patris, Caualer. *dec.*122. *num.*10.

Quòd recognitio ſit facienda, exhibita, viſa, & perſpecta tota ſcriptura, & non in ſola ſubſcriptione, & quare; Franch. *deciſ.*304. Nouar. *in Prag. Reg. Neap. Collect.* 94. *num.* 4.

An autem ſcriptura poſtquam fuit recognita per teſtes habentes notam manum, ſit iterùm inſtante parte, etiam per comparationem recognoſcenda, Rot. *part.* 16. *recent. dec.*328. vbi fuit admiſſa comparatio cum debitis requiſitis de æquitate, ac pro maiori dilucidatione, licet alias ſit remedium ſubſidiarium, vt dixi in §. *Comparatio num.* 1. *&* §. *Teſtes num.*45. vbi qualiter teſtes deponere debeant in recognitione ſcripturæ.

Scriptura patris, vel matris, etiam ſine teſtibus reperta
25 in capſa, ſiue aliter benè cuſtodita, ſi contineat perfectam voluntatem, & conſenſum eſt ſeruanda inter liberos, & deſcendentes tanquam ſolemne teſtamentum; non tamen aliquid operatur reſpectu diſpoſitionum concernentium extraneos; qualiter ſit recognoſcenda, & alia in hac materia benè Clar. §. *Teſtamentum quæſt.* 8. *& ſeqq.* Seraphin. *deciſ.*820. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 225. *per tot. cap.*969. *num.*17. *&c. cap.* 902. *numer.* 25. *&c.* idem Gratian. *deciſ.* 207. *per totum*, Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.*7. *per tot.* latè Genu. *de ſcript. priu. lib.*6. *cap.* 1. *per tot. ad num.*298. vbi 26. caſus conſiderat, plures quæſtiones format, & multa requiſita cumulat, & quid ſeruetur in Dominio Venetorum, adde Tuſch. *litt. T. concl.* 101. *per tot.* vbi quando huiuſmodi ſcriptura probat etiam quoad extraneos, *& concl.*115. *per tot.* Dian. *par.*9. *tract.* 7. *reſol.* 41. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.*7. *num.*1. *& deciſ.*8. *per tot. vol.*4. *& deciſ.*199. *vol.*5. Merlin. *deciſ.*806. *num.*3. *&c.* vbi quando ſubſtineatur etiam ad fauorem extranei, *et deciſ.* 862. *num.*11. *&c.* Peregrin. *deciſ. Pat.* 33. *per tot.* vbi latè Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*177. *num.*1. *&c. part.*13. *dec.* 472. vbi de identitate, recognitione, & perfectione voluntatis, ſine quibus nec inter liberos ſuſtinetur, adde latè Cabal. *conſ. deciſ.*106. *lib.*2. Rot. *part.*16. *recent. deciſ.*327. *per tot.* vbi an, & quando valeat etiam fauore extranei, vel non.

Quòd prædicta procedant, etiam ſi non ſeruetur æqualitas inter liberos, latè idem Genu. *loc. cit. numer.*116. *& ſeqq. ad* 122. Chriſtin. *d. deciſ.*8. *num.*3. *vol.*4. Cabal. *dict. conſ.*106 *num.*33. *& ſeqq.* vbi niſi inæqualitas eſſet magna, & exceſſiua, adde Ferdinand. de Eſcanno *tract. de teſtam. cap.* 8.

An ſuſtineatur reſpectu dationis tutoris in ea factæ, vide Clar. §. *Teſtamentum q.*10. Montan. *de tut. cap.*8. *num.*7. *& ſeqq.* dixi in *reſol.*8. *n.*68.

Qualiter teſtamentum patris factum inter filios habeat locum etiam quoad fideicommiſſum vniuerſale factum extraneæ perſonæ, Martha *vot. Piſ.*60. *per totum*, vide Rot. *cum pluribus citatis par.*16. *recent. deciſ.*327.

Quòd dicta ſcriptura patris, vel matris hoc caſu recognoſcatur per ſolam litterarum comparationem ad effectum plenæ probationis, niſi excedat valorem vnius libræ auri, vel per teſtes deponentes ſe præſentes fuiſſe dum ſcriberetur, & ſciuiſſe quid ſcribebatur, vel aſſerentes habere notum characterem iuxta praxim ferè vbique receptam, quicquid ſit de iure intelligendo, vbi ſcriptura ipſa negatur, probatur etiam ſine teſtibus, Genu. *de ſcript. priu. lib.*6. *cap.*1. *n.*52. *& ſeqq. ad* 79. vide Caball. *d. conſ.*106. vbi quando recognitio non ſit neceſſaria.

An autem prædicta procedant quoad filios naturales, ſpurios, legitimatos, & huiuſmodi; an in patre cæco, vſurario, bannito, prodigo, iudæo, damnato, & ſimilibus, Genu. *loc. cit. num.*113. *& ſeqq.* vbi ſe remittit ad Natt. in *l. hac conſultiſſima* §. *Ex imperfecto num.* 67. *et ſeqq.* Clar. §. *Teſtamentum quæſt.*12. Theſ. *deciſ.* 94. Fachin. *contr. iur. lib.*4. *cap.*3. & alios, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 8. *num.*6. *vol.* 4. *et deciſ.*199. *vol.*5. Ferdinand. de Eſcanno *tract. de teſtam. cap.* 8.

Quòd teſtes recognoſcentes huiuſmodi ſcripturam, debeant de iure deponere ſe fuiſſe præſentes, & vidiſſe illam ſcribi; de ſtylo verò Curiæ Romanæ ſufficiat ſi dicant habere notam manum ſcribentis, cum agatur de actu, in quo teſtes non requiruntur præſertim concurrentibus adminiculis, Rot. *part. diuerſ. deciſ.*124. *per tot.* Mer. Iordan. *Luc. vol.*3. *lib.*14. *tit.*20. *num.*406. *et ſeqq. fol.* 416. vbi benè declarat, & vide in §. *Teſtes*.

Scriptura ſimplex à teſtatore ſubſcripta etiam abſque 26
teſtibus, vel alijs ſolemnitatibus, habetur pro teſtamento fauore piæ cauſæ, ita vt ſecundum veriorem opinionem valeat non tantum quoad inſtitutionem piæ cauſæ, ſed etiam quoad legata extraneis facta, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*605. *num.*20. *&c. cap.*895. *nu.* 21. *&c.* vbi etiam de recognitione quando dicatur legitimè facta, & *cap.* 969. *num.* 17. *&c.* Caualer. *deciſ.*553. *per tot.* latè Genu. *de ſcript. priuat. lib.*6. *cap.* 2. *per tot.* vbi plures caſus diſtinguit, & ferè ea omnibus recedit ab opinione Clari in §. *Teſtamentum quæſt.*7. *&c.* vide Paul. Chriſtin. *deciſ.*199. *num.* 2. *etc. vol.*5. Rot. *part.*2. *diuerſ. deciſ.* 74. *per tot.* vbi ſequitur dictam concluſionem fauore piæ cauſæ, intelligendo tamen de pia cauſa reſpiciente amorem Dei, & ſalutem animæ, non autem ſolam pietatem humanam, latè Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.*289. *per tot.* vbi quòd meretur executionem, & immiſſionem ex remedio, *l. fin. C. de ed. D. Adr. toll.* vt notant ibidem DD. & præcipuè Menoch. *de adipiſc. remed.*4. *num.* 312. Argel. *de acquir. poſſ. quæſt.* 6. *art.*9. *numer.*163. *et* 172. Rot. *part.* 12. *recent. deciſion.* 150. *num.*20. *et ſeqq.* Intellige dummodò conſtet de originali, & identitate ſcripturæ, ac de voluntate omninò perfecta, alias non datur immiſſio, Rot. *part.* 13 *recent. deciſ.*472.

Quòd imperfectio voluntatis faciat corruere dictam ſcripturam etiam inter liberos, & ad piam cauſam, ita vt tunc hæres nec teneatur in foro conſcientiæ, quicquid aliud ſit in imperfectione ſolemnitatum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*763. *num.*18. *etc. cap.*764. *numer.*25. *etc.* latè videndus Genu. *de ſcript. priu. lib.*6. *cap.* 1. *num.*123. *et ſeqq. ad* 176. *fol.*12. *etc.* vide in §. *Teſtamentum num.*13. *et num.* 18. *in fine*, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.*210. *numer.*5. *etc.* vbi quòd ſupplet defectum ſolemnitatum; non autem voluntatis, quæ ſaltem eſt per duos teſtes comprobanda, & *deciſ.*275. *num.* 4. *et ſeqq.* vbi quòd voluntas teſtatoris

teſtamento vires attribuens ſecundùm terminos iuris gentium, debet elucescere, vel ex ſcriptura ipſius characteris ſubſcripta formiter recognita, vel ex bona teſtium depoſitione cum partis citatione ſequuta, alias diſpoſitio vti ratione voluntatis imperfecta neque inter liberos, neque ad piam cauſam ſuſtinetur; Rot. part. 13. recent. deciſ. 472. vbi pro nullitate ob non probatam identitatem ſcripturæ, & ex voluntate imperfecta, & ex quo voluit teſtator ſcripturam ab eo eſſe ſubſcriptam, & non conſtabat de ſubſcriptione, & ideò dicitur imperfecta voluntas, quæ non ſubſiſtit, non obſtante aliqua obſeruantia, quæ ſolùm ſopplet defectus ſolemnitatum, & non voluntatis, adde Ferdinand. de Eſcanno tract. de teſtam. cap. 6. & 7. vbi plura de teſtamento imperfecto ratione ſolemnitatis, vt ſuſtineatur fauore filiorum, & piæ cauſæ, ſecus autem ſi ſit imperfectum ratione voluntatis, & ex quibus cognoſcatur perfecta, vel imperfecta ſcriptura in arca reperta.

17 Scriptura prædicta ſiue inter liberos, ſiue ad pias cauſas, an requirat appoſitionem diei, & anni, Gratian. diſcept. for. cap. 895. num. 40. &c. num. 90. &c. cap. 245. num. 7. vbi quòd ſic, ſed quando ſecus, Cabal. conſ. deciſ. 106. num. 22. & ſeqq. lib. 2.

Quòd requirat diem, & annum, cùm pluries teſtamenta mutari ſoleant, & vltimum præualeat, Genu. de ſcript. priuat. lib. 1. quæſt. 3. num. 13. & lib. 6. cap. 1. num. 176. fol. 15. vbi quòd ſi ſint plura teſtamenta, in dubio ſeruari debet illud, quod continet æqualitatem, & quod requirat diem, imò etiam horam, latè idem Genu. lib. 6. cap. 1. num. 207. & ſeqq. ad 218. fol. 17. vide Cabal. d. conſ. 106. num. 21. & ſeqq. per tot. lib. 2.

An aliæ ſcripturæ requirant diem, & annum, Gratian. diſcept. 951. num. 1. &c. ſupra n. 4. in fine, & num. 6.

18 Scripturæ plures, ſiue debiti, ſiue ſolutionis, an, & quando præſumantur duplicatæ, & eandem ſummam continere, ita vt vnica ſufficiat ſolutio, vel non ſit locus repetitioni, ſi ob duplicitatem quietationis prætendatur bis fuiſſe ſolutum, vide latè Menoch. de arbitr. caſ. 213. per tot. vbi vndecim caſus diſtinguit, & illum ſequitur Duran. deciſ. 319. per tot. vide in §. Confeſſio num. & §. Legatum num. Rot. part. 17. recent. deciſ. 378. nu. 17. &c. vbi quòd diuerſitas vnius diei non concludit, ſed potius excludit diuerſitatem ſolutionum quia præſumitur error.

19 Scriptura vna alterius ſcripturæ confirmatoria non probat, niſi quatenus appareat de illa prima, ſiue antiqua confirmata, Auth. ſi quis in aliquo C. de edend.

Quod referens ſe ad aliam, non probat ſi alia, ad quam ſit relatio non exhibeatur, prout idem eſt inſtrumento, Rom. conſ. 305. num. 6. Maſcard. de probat. concl. 924. Geno. de ſcript. priu. lib. 1. quæſt. 4. num. 5. & 6. fol. 6. vide in §. Relatio num.

20 Scriptura non probat ſine expreſſione cauſæ, propter quam dicitur eſſe debitum, Alex. conſ. 3. lib. 2. Pract. Papp. for. appoſit. contr. Inſtrumen. gloſ. vltim. in add. latè Duran. deciſ. 259. num. 6. & ſeqq. vbi multis probat in caſu ſuo conſtare de cauſa, quæ etiam aliundè, & præſumptiuè colligi poteſt, Genu. de ſcript. priu. lib. 1. quæſt. 4. num. 106. &c. vbi limitat niſi adſit iuramentum, quod habet vim cauſæ; & latiùs ibidem num. 252. &c. & lib. 2. q. 1. num. 2. & ſeqq. fol. 78. vide in §. Obligatio num.

21 Scriptura quando ex conuentione partium dicatne de ſubſtantia contractus, vel potiùs ad ſimplicem probationem, ita vt illa nondum confecta habeatur contractus pro imperfecto, & poſſit eſſe locus pœnitentiæ, vel non, Theſ. deciſ. 197. Magon. deciſ. Florent. 135. num. 11. &c. deciſ. Luc. 95. per totum, Curt. iun. conſ. 303. & 304. Gratian. deciſ. 71. num. 7. &c. diſcept. foren. cap. 564. numer. 29. &c. cap. 842. numer. 18. &c. Rot. part. 3. diuerſ. deciſ. 34. Canalc. deciſ. 2. lib. 2. num. 38. &c. Sperell. deciſ. 91. num. 21. & ſeqq. num. 40. &c. Menoch. lib. 3. præſumpt. 148. per tot. Franch. deciſ. 278. num. 3. vbi remiſſiuè in quibus caſibus requiratur ſcriptura, & 45. caſus huiuſmodi ſummarim refert de more, & alios remiſſiuè, in quibus eſt neceſſaria ſcriptura; vel ad eſſentiam contractus, vel ad probationem, Pac. Iordan. Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 20. num. 515. & ſeqq. fol. 421. Sanſelic. deciſion. 403. cum plena addit. vide in §. Contractus numer. 7. §. Inſtrumentum num. 16. §. Venditio num. 1. & in reſol. cap. 1. num. 18. 19. & 20. vbi quòd in dubio intelligitur fieri ſcriptura ad meram probationem, & non pro ſubſtantia, Barbol. in l. contractus num. 3. Cod. de fid. inſtrum. Gizzarel. deciſion. 75. num. 5. &c. latè de omnibus Tuſch. litt. S. concluſ. 87. 88. 89. 90. & 91. per totam, ſupr. num. 35. Cabal. conſ. 120. num. 1. & ſeqq. per tot. lib. 2. plenè Velaſc. allegat. 72. per tot. Rot. part. 9. recent. deciſ. 291. num. 22. &c. vbi quòd licet conuentum fuerit de inſtrumento conficiendo, ſi illud non ſit de ſubſtantia, ſed ad meram probationem, non poteſt à contractu recedi, quamuis non fuerit celebratum inſtrumentum, quod latiùs comprobat Rot. in eadem cauſa deciſ. 353. num. 1. & ſeqq. dict. part. 9. reſpondendo obiectis, ex quibus prætendebatur inſtrumentum fuiſſe de ſubſtantia vigore conuentionis, Bich. deciſ. 638. vbi inſtrumentum eſſe de ſubſtantia ex quibus arguatur, ita vt ante illius confectionem contractus non habeatur pro perfecto, & poſſit ab illo recedi, quid in dubio, &c. adde Vrceol. tractat. de tranſact. quæſt. 58. numer. 8. & ſeqq. quæſtion. 59. & quæſt. 88. num. 2. & ſeqq. dixi in §. Solutio num. 4. Fagundez. de contract. lib. 1. cap. 28. & 29. per totum, vbi plura, & in quibus contractibus de iure Loſitano requiratur ſcriptura publica, Hermoſil. ad leg. Partit. gloſ. 1. & ſeqq. tom. 2. leg. 6. tit. 5. fol. 455. &c. vbi etiam qualiter quis poſſit compelli ad faciendam ſcripturam, vel inſtrumentum de ſua obligatione, vide in §. Obligatio num. 5.

Scriptura mortui magis probat, quàm ſcriptura viuentis, vt dixi in §. Liber num. §. Mors numer. 22
Ricc. Collect. 1790. Rot. part. 17. recent. deciſ. 314. num. 6. &c.

Intelligendo quoad ea, quæ morientes dixerunt, vel ſcripſerunt, vel iam ſcripta confirmarunt, ſecùs in alijs, quorum veriſimile ſit non fuiſſe recordatos tempore mortis, Genu. de ſcript. priuat. tit. de lib. rat. lib. 4. numer. 65. fol. 194.

Quòd ſcripturæ defuncti magis quàm viuentis credatur, cùm non ſit veriſimile quod moriens talem ſcripturam reliquiſſet, niſi vera eſſet, latè idem Genu. d. tract. lib. 1. quæſt. 12. per tot. fol. 55. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 5. per tot. vbi etiam declarat propoſitionem illam huic contrariam, quod non omnis moriens præſumatur S. Ioannes Baptiſta.

Scriptura in iudicio producta, non videtur per producentem tacitè approbata pro vera, ſi de per ſe non ſit autentica, & ſolemnis ad probandum, Addit. ad Afflict. dec. 25. vide in §. Productio n. 3. & 4. 23

Quòd imò ex productione fidem aſſumat, & plenè probet contra producentem, niſi ſit ſuſpecta de falſo, latè Genu. de ſcript. priu. lib. 1. quæſt. 4. num. 151. et ſeqq. ad 160. fol. 17.

Scriptura priuata quoad vim hypothecæ incipit tantùm habere prælationem à die recognitionis, niſi eſſet trino teſte munita, & à partibus ſubſcripta, quia tunc habet vim inſtrumenti, & præfertur à die obligationis, l. ſcripturas C. qui pot. in pign. hab. Rodriquez. de concur. cred. part. 2. art. 1. num. 14. &c. Neguſ. de pign. part. 5. membr. 2. num. 47. Genu. de ſcript. priuat. lib. 1. quæſt. 4. num. 9. &c. num. 116. &c. num. 205. et num. 230. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 183. cap. 501. num. 14. cum Addit. in fine tomi, Rot. in Rauennat. pecuniaria, 6. Nouembris 1624. coram Merlino poſt Fenzon. ad ſtat. Vrb. deciſ. 48. et 49. & inter impreſſas eiuſdem Merlin. deciſ. 135. part. 1. idem Gratian. diſcept. 873. num. 18. &c. Magon. deciſ. Flor. 122. per tot. Merlin. de pign. lib. 4. tit. 1. quæſt. 15. per tot. Vrceol. Conſul. for. cap. 1. per tot. et in Append. num. 57. in fine 2. vol. vide in §. Hypotheca num. 4. et ſeqq. §. Teſtes num. 45. dixi in reſol. cap. 66. per tot. & in Pract. §. Scritte num. 14. plenè Tuſch. litt. S. concl. 79. per tot. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 146. vol. 1. et deciſ. 186. num. 16. et ſeqq. vol. 5. Ricc. Collect. 19. Sanſelic. deciſ. 373. cum Addit. latè Thom. Triuſ. deciſ. 40. lib. 1. Coſta de retrotract. cap. 8. caſ. 6. per tot. vbi plura de dicta recognitione an, & quomodo retrotrahatur, vel non. 24

Et eſt ideò neceſſaria ſubſcriptio trium teſtium pro forma ad effectum, vt ſcriptura priuata poſſit concurrere cum publico inſtrumento, & habere prælationem à die obligationis ſecundùm terminos d. l. ſcripturas, quòd non ſufficiat aliud ſignum, ſiue etiam ſigillum fieri, & apponi loco ſubſcriptionis, & ideò huiuſmodi teſtes debent ſcire ſcribere, aliàs quodlibet ſignum per eos appoſitum, & etiam recognitum non ſufficit per ea, quæ tradit Surd. dec. 137. per tot.

Ad hoc vt creditor ex ſcriptura priuata prior præferatur poſteriori inſtrumentario quinque requiruntur; primò, ſubſcriptio trium teſtium; ſecundò, recognitio eorundem; tertiò, ipſarum ambarum partium ſubſcriptio; quartò, teſtium integritas; quintò, approbatio creditoris, vt colligitur ex *d.l.ſcripturas*, & tradunt Couar. *Pract. quæſtion. cap.*22. Franc. Viui. *deciſ. Neap.* 277. Scacc. *de iud. lib.* 2.
24 *cap.*11. *num.*1070. *& ſeqq.* Maſcard. *de probat. concl.* 1294. *vol.*3. Menoch. *conſ.*787. *per totum*, alijque relati per Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.*88. *num.*16. *&c. vol.*2. Martha *vot. Piſ.*53. *per tot.*

Item eſt neceſſe, vt omnes illi tres teſtes recognoſcant ſuas ſubſcriptiones, ita vt ſi duo tantùm recognoſcerent, & atteſtarentur etiam de ſubſcriptione tertij abſentis, vel mortui, ceſſaret priuilegium, *d.l.ſcripturas*, niſi illi duo deponerent de veritate rei geſtæ inter partes, idem Surd. *dec.* 71. *per tot. inf. num.*25. *verſ. ſi tamen.*

Quòd ſcriptura trino teſte munita probet anterioritatem de tempore illius datæ in concurſu cuiuslibet publici inſtrumenti non tantùm quoad ſortem, ſed etiam quoad intereſſe, maximè quando fuit promiſſum ab eodem ſortis debitore, iuxta *d.l.ſcripturas*, Duran. *deciſ.* 259. *num.* 2. *& ſeqq.* vide Gabriel *commun. concl. tit. de probat. concl.* 9. 10. *&* 11. *per totum*, Maſcard. *de probat. concl.*285. Cardin. Tuſch. *litt.S. concl.*79. Mareſcott. *var. reſol. lib.*1. *cap.* 79. *& alios ſupracitatos.*

Item probat etiam de tempore ſi fuerit recognita ante confeſſionem publici inſtrumenti, & ſic à die recognitionis, licet non ſit ſubſcripta à teſtibus, cum ſtante præcedente recognitione ceſſet omnis ſuſpicio antidatæ, Guttierez. *Pract. quæſt. lib.*1. *quæſt.* 1125. *num.*6. *&* 7. Genu. *in addit. ad tract. de ſcript. priu. ad* 3. *concl. ex d. l. ſcripturas, fol. mihi* 34. *vol.*2.

An autem ſit ſatisfactum legi, vel ſtatuto requirenti ſubſcriptionem teſtium per illorum interuentum, & adnotationem ſcriptam à Notario, licet ipſi non ſe ſubſcribant, vide Gratian. *deciſ.*186. *per tot.*

Qualis debeat eſſe ſubſcriptio debitoris, vt contineatur hypotheca, Gratian. *diſcept. for. cap.*391. *num.*46. dixi in §. *Hypotheca*, *n.*4.

Quòd ſcriptura priuata probet contra ſubſcribentem, & eius hæredes, etiamſi careat teſtibus, Gabriel *de probation. concl.*9. *n.*1. *&* 2. Ludouiſ. *dec.* 328. *num.*2.

25 Scriptura priuata trino teſte bonæ opinionis, & famæ munita, ac ab ambabus partibus ſubſcripta ſi agatur de contractu hincinde obligatorio, vel à debitore ſi ex parte vnius tantùm conſtituatur obligatio, præfertur publico inſtrumento poſteriori, quoad pignus, & hypothecam iuxta *l.ſcripturas C. qui pot. in pig. hab.* Sanfelic. *deciſ.* 373. *per tot. cum Addit.* vbi quòd non eſt neceſſaria ſubſcriptio creditoris, niſi ſit vltrò, citròque obligatoria.

Intelligendo vt talis numerus teſtium ſit de eſſentia, ita vt ſcribens, nec mediator poſſit inter eos connumerari, dicta qualitas bonæ conditionis, & famæ ſit articulanda, & probanda, debeant ipſi teſtes cognoſcere contrahentes, eſſe maſculi, & non fœminæ, recognoſcere ſuam ſubſcriptionem, dicendo quod fuerunt præſentes, de illa benè reminiſcuntur, ideſt fuiſſe factam illa die, de qua ſit mentio, cùm ad hunc effectum requiratur dies, menſis, annus, & locus, & quod dicant vidiſſe partes ipſas ſcribere, vt benè omnia comprobat Genu. *de ſcript. priu. lib.*1. *quæſt.*16. *concluſ.*3. *num.*1. *& ſeqq. ad* 52. *fol.*67. *&c.* Thom. Triuiſ. *dec.* 30. *per tot. lib.*1. vide in §. *Teſtes num.* 45. Sanfelic. *dec.* 373. vbi quoad qualitatem teſtium articulandam, & probandam limitat, niſi eſſet notoria, nam tunc ſufficit allegare notorium abſque alia probatione.

Si tamen vnus ex dictis teſtibus ſit mortuus ſufficit recognitio duorum ſuperſtitum, & ſi omnes ſint mortui comparatio litterarum, Gratian. *dec.*94. Trentacinq. *reſol.* 12. cum alijs per Genu. *d. concl.*3. *num.* 53. *& ſeqq. ad* 121. vide *ſupra num.*24. *verſ. Item eſt neceſſe.*

Quòd fœminæ non admittantur in teſtes pro ſcriptura priuata, imò nec in inſtrumentis, Farinac. *quæſt.*59. *caſ.*2. Pac. Iordan. *Lucub. vol.*3. *lib.*14. *tit.*18. *num.*533. *& fol.*331. vide in §. *Mulier num.*

26 Scriptura priuata quotieſcumque ceſſat ſuſpicio antidatæ ex adminiculis, vel alias legitimè, probationem facit de tempore etiam in præiuditium tertij, & tunc non attenditur diſpoſitio *d. l.ſcripturas*, *C. qui pot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*964. *num.*28. *&c.* Magon. *deciſ. Flor.* 222. *num.*10. *&c.* Genu. *de ſcript. priu. lib.*1. *quæſt.*4. *num.*10. *&c. fol.*6. *& quæſt.*16. *concl.*2. *num.*18. *&c. fol.*65. Cabal. *conſil. deciſ.*121. Rot. per Farinac. *deciſ.*100. *&* 102. *per tot.* Bardellon. *conſ.*163. *per tot. lib.*2. Gratian. *deciſ.* 94. *numer.* 22. *&c.* Caualer. *deciſ.*446. *num.*7. *&* 8. Vrceol. *conſul. for. cap.* 1. Franch. *deciſ.*95. *per tot.* Rot. *in Rauennat. pecuniaria* 6. *Nouembris* 1524. coram Merlino inter impreſſas eiuſdem *deciſ.*135. *per tot.* vbi colligitur plura adminicula, ex quibus ceſſat ſuſpicio antidatæ, Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*242. *num.*11. *&c. part.*13. *deciſ.* 335. *numer.* 7. *&c. & deciſ.*421. *num.*6. *& ſeqq. & part.*14. *deciſ.*97. *numer.* 8. *& ſeqq.* Bich. *deciſ.*10. *num.* 12. *& ſeqq.* vbi reddit rationem, quia modus præſcriptus in *d.l.* ſcripturas non eſt pro forma, ſed ad euitandas fraudes antidatæ, & ideò ſufficit quomodocumque euitetur dicta ſuſpicio, quod benè comprobat Rot. *par.* 17. *recent. deciſ.*276. *num.*2. *& ſeqq. & par.*18. *deciſ.* 255. *n.* 2. *& ſeqq.*

Plura notabilia quando ſcriptura priuata probet etiam de tempore in præiudicium tertij, etiam deficientibus requiſitis, *d.l.ſcripturas*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 391. *per tot.* Merlin. *d. deciſ.*135. *per tot.* Rot. *d. part.* 13. *recent. deciſ.*335. *per tot. & deciſ.*421. *numer.*6. *& ſeqq. & part.* 14. *deciſ.*97. *num.*8. *& ſeqq.* Cabal. *conſil. deciſ.*121. *per totum*, *lib.* 1.

Quòd probet fauore vxoris, quæ cum ſimplici ſcriptura mariti atteſtantis res in domo exiſtentes eſſe paraphernales, poteſt illas defendere, ne ab aliquo occupentur, Genu. *de ſcript. priuat. lib.*1. *quæſt.*4. *numer.* 169. *&c. fol.*18. vbi intelligit dummodò ſint res muliebres, & vxor ſit in illarum detentione.

Idem diſpoſitio *d.l. ſcripturas, C. qui pot.* requirentis ſubſcriptionem trium teſtium, procedit tantùm quando debitum excedit libram auri, nam ſi libram auri non excedat ſufficit ſubſcriptio duorum: libra autem auri antiquitus conſtabat, ſiue importabat ſummam ſcutorum 72. hodie verò ſecundum aliquos conficit ſummam ſcutorum 96. vel 107. vel 120. de quo vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 51. *per tot.* Genu. *de ſcript. priuat. lib.*2. *quæſt.*1. *num.*98. *& ſeqq. fol.*86. vbi quòd quando excedit libram auri, non etiam eſt locus comparationi litterarum, & quot auri noſtri temporis conficiant libram auri, *& lib.*6. *cap.* 1. *num.* 61. *fol.*8.

Quòd diſpoſitio *d.l.* ſcripturas procedat tantùm in ſcripturis obligatorijs, non autem in liberatoris, veluti receptuis, & quietantijs, in quibus trium teſtium ſubſcriptio non deſideratur, Rot. *part.*15. *recent. deciſ.*396. *num.* 22. *&* 23.

Scriptura priuata etſi non ſubſcripta, nec alia continens 27
requiſita *d.l.ſcripturas*, *C. qui pot.* probat quoad hypothecam etiam in præiudicium tertij, ſi per teſtes, vel alio modo probetur de ſubſtantia obligationis, & veritate contentorum in illa, vel ſi debitor antequam ad fauorem alterius per publicum inſtrumentum obligetur, faſſus fuerit in iudicio ſe bona ſua hypothecaſſe per ſcripturam priuatam, vel ſi habens publicum inſtrumentum fateatur ſcripturam priuatam confectam fuiſſe eo tempore, quo aſſeritur in illa, vel ſi priuata ſcriptura ante confectionem publici inſtrumenti fuit lecta, recognita, & intellecta per teſtes in ea nominatos, licet non ſubſcriptos, Gabriel *commun. concl. tit. de probat. concl.*10. *num.*9. *& ſeqq.* Cabal. *conſ. deciſ.*121. Gratian. *diſcept. for. cap.*391. *nu.*2. *& ſeqq.* Genu. *de ſcript. priuat. lib.*1. *quæſt.*16. *concl.*2. *num.*11. *&c. fol.*64. Bardellon. *conſ.*163. *per tot. lib.*2. Gratian. *deciſ.*94. *n.*5. vbi etiam ſi nulla ſcriptura intercessiſſet, & probaretur per duos teſtes obligatio cum hypotheca, iſta præualeret publico inſtrumento poſteriori, Surd. *deciſ.*71. *num.*4. *& ſeqq. per tot.* Caualer. *deciſ.* 492. vide in §. *Hypotheca num.* tantò magis igitur præualere debet ſcriptura, ſi duo teſtes explicite deponant de ſubſtantia, & veritate contentorum in ea, & de tempore præciſo; tunc tamen fides non oritur ex ſcriptura, ſed ex depoſitione teſtium, qui ideò debent firmiter, & ſeruatis ſeruandis examinari, vide Thom. Triuiſ. *deciſ.*40. *lib.*1.

Quid ſcriptura priuata præferatur publico inſtrumento poſteriori, etiamſi non ſit trino teſte munita, ſi per duos teſtes probetur illius ſubſtantia, & hypotheca, latè probat etiam Rot. Ianuen. *deciſ.*188. *per tot.*

Scripturæ plures priuatæ ſimplices, ſi hincinde produ- 28
cantur habet locum regula, *Qui prior tempore potior eſt in iure, niſi vna illorum eſſet ſolemnizata cum requiſitis l.ſcriptu-*

ras C. qui per tot. vel aliter indobitata quoad datam, & tempus, nam tunc iſta licet poſterior eſſet præferenda alijs non ita ſolemnizatis, *gloſſ. & DD. in d. l. ſcripturas*, Cabal. *conſ.* 121. *num.* 8. *&c. lib.* 1. & ſi ſint inter, ſe diuerſæ, vel contrariæ, ſtandum eſt habentibus meliores coniecturas, Seraphin. *deciſ.* 529. *num.* 3, Card. Tuſch. *litt. R. concluſ.* 83. Trentacinq. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 5. Mandel. *conſ.* 224. *num.* 8. Genu. *de ſcript. priu. lib.* 1. *quaſt.* 16. *concl.* 3. *numer.* 108. *& ſeqq. fol.* 73. *& in addition. ad d. concluſ.* 3. *fol.* 35. *col.* 1. Merlin. *deciſ.* 135. *in fine*, vbi quòd creditor ex priuata ſcriptura non poſtponitur alijs eodem genere probationis tantùm munitis.

29 Scriptura priuata quoad actionem perſonalem, vel etiam realem ſi contineat hypothecam, licet noo ſit à teſtibus ſubſcripta, nec alia concurrant requiſita *d. l. ſcripturas C. qui pot. &c.* vim publicæ obtinet contra ipſum debuorem fatentem in ea contenta eſſe vera, vel aliàs legitimè recognita, Gabriel *comm. concl. tit. de probat. concl.* 9. Genu. *de ſcript. priu. lib.* 1. *quaſt.* 16. *concl.* 1. *fol.* 62. vide in §. *Hypotheca num.*

Quòd probet eootra ſcribentem intellige vbi vtraque parte præſente fuit facta, & ſic concurrente ſimultaneo conſenſu, qui etiam poteſt ex poſt facto interuenire per receptionem ſcripturæ factam à creditore abſeote tempore illius confectionis, nam ſi præſentetur, vel recipiatur poſt mortem ſcribentis oon officit, vt dixi in §. *Littera num.*

Quo verò ad hypothecam in præiudicium poſteriorum creditorem, vel cuiuslibet alterius tertij ex publico inſtrumento hypothecam, & cauſam habentis, non probat, niſi ſit à partibus ſubſcripta, & trino teſte bonæ opinionis, & famæ munita, cùm aliàs ſit validè ſuſpecta de antidata etiam ſi ſecuodùm aliquos præceſſiſſet mandatom per inſtrumentum publicum ad obligandum per dictam ſcripturam priuatam, & etiam ſi concurreret cum habente titulum lucratiuum, puta donatioois per inſtrumentom, latè Gabr. *comm. concl. tit. de probat. concl.* 10. *num.* 1. *& ſeqq.* cum alijs per Genu. *d. tract. & d. quaſt.* 16. *concluſ.* 2. *num.* 1 *& ſeqq. fol.* 63.

Quòd vbi agitur de præiuditio tertij ſemper militat ſuſpicio antidatæ in apocis priuatis, etiam recognitis, quia recognitio non probat in præiuditium tertij fuiſſe factas de tempore ibi deſcripto, Bichio *deciſ. num.* 16. *&* 57. intellige de apocis obligatorijs, ſecus autem in liberatorijs, vt dixi ſupra *num.* 26. *in fine*.

30 Scriptura priuata habens vigore ſtatuti vim, & efficaciam publici inſtrumenti, licet careat requiſitis, *l. ſcripturas C. qui pot. &c.* habet omoia priuilegia, & prælationes etiam in præiudicium tertij, latè Genu. *de ſcript. priu. lib.* 1. *quaſt.* 16. *concluſ.* 2. *num.* 28. *& ſeqq. per totum*, *fol.* 65. Gratian. *diſcept. for. cap.* 171. *per totum*, Ger. Spin. *conſ.* 48. *ſub num.* 4. vbi in terminis Statuti Florentini, vide in §. *Liber num.*

Contrarium quod imò non præiudicet tertio, ſed procedat tantùm reſpectu ſcribentis, Magon. *deciſ. Flor.* 122. *num.* 4. *&c.* & alijs relatis per Genu. *loc. cit. numer.* 39. *&* 40. vbi tamen illorum fundameotis, & rationibus reſpondet, ac priorem ſequitur ſententiam, quam etiam vti veriorem dicit tenuiſſe Mantic. & alios plures, quos allegat, vide Gratian. *deciſ.* 303. *per tot.* vbi diſtinguit inter libros mercantiles, in quibus ceſſat ſuſpicio antidatæ, & ſimplices apocas, in quibus maior viget ſuſpicio, dixi in *reſol. c.* 66. *num.* 51. *&c.*

Quòd probet ſtante ſtatuto, vel conſuetudine, qoo ei fides adhibeatur etiam ſi in alio loco vbi non vigeat ſtatutum producatur, dummodò ab allegante probetur huiuſmodi conſuetudo, vel ſtatutum, Genu. *de ſcript. priu. lib.* 1. *q.* 4. *num.* 200. *&c. fol.* 20.

31 Scriptura priuata habens vim, & efficaciam publici inſtrumenti non vigore ſtatuti, vel conſuetudinis, ſed vigore pacti, & conuentionis inter partes, non præfertur publico inſtrumento, etiam poſteriori, niſi habeat omnia requiſita, *l. ſcripturas C. qui pot. in pign. hab.* de quibus dictum eſt ſupra, cùm huiuſmodi pactum habeat locum inter ipſas partes tantùm, & non poſſit præiudicare tertio, Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 24. *num.* 6, Genu. *de ſcript. priu. lib.* 1. *quaſt.* 16. *concl.* 2. *in fine fol.* 66. dixi *in reſol. cap.* 66. *num.* 10.

Quòd valeat pactum, vt detur plena fides ſcripturæ priuatæ, vel quòd habeat vim publici inſtrumenti, non tamen quoad omnes, ſed inter ipſas partes tantùm, latè idem Genu. *lib.* 1. *quaſt.* 4. *num.* 34. *& ſeqq. ad* 54. *fol.* 8. Altograd. *conſ.* 72. *num.* 6. *lib.* 1.

An autem dicatur continere iuramentom ſtante clauſula quod habeatur pro iurata, vide in §. *Iuramentum num.* vbi etiam quòd ſi in fine dictum ſit, *In fede della verità*.

32 Scriptura priuata concedens venditori facultatem redimendi, non præiudicat vicinis volentibus ex forma ſtatuti retrahere, eùm non faciat fidem de tempore in præiudicium tertij, facilè enim eſſet idem ſnbnettere, niſi ſit trino teſte munita, Tiraquell. *de retract. comment.* §. 5. *gloſ.* 7. *num.* 43. *&c.* ad quem ſe remittit Genu. *de ſcriptur. priu. in Addit. q.* 18. *fol.* 37. facit Gratian. *diſcept. foren. cap.* 183. *num.* 22. *& cap.* 287. *per tot.*

33 Scriptura falſificata ſi nulli noceat non facit falſarium incidere in pœnam *l. Corneliæ de falſit.* Alex. *conſ.* 74. *lib.* 1. Afflict. *deciſ.* 25. *n.* 12. vbi plura ad excuſandum falſarium, *& deciſ.* 404. *num.* 12. *&c.*

Sufficit tamen ſola potentia nocendi, licet actu non noceat, & facit eſſe locum pœnæ extraordinariæ arbitrio Iudicis, vide Genu. *de ſcriptur. priu. lib.* 1. *quaſt.* 4. *per tot. fol.* 32. *&c.* latè Farinac. *de falſitat. quaſt.* 150. *per tot.* Card. Tuſch. *litt. F. concl.* 49. *per totum*, dixi in §. *Falſitas num.* 13.

34 Scriptura arguitur falſa ad hoc vt ei tollatur fides (non autem vt ſcriptor poſſit criminaliter pœna falſi puoiri) ex apoſtilia, & additione illi facta, ſiue eodem, ſiue diuerſo atramento, ex cancellatione, interlineatione, vel abraſione in ea reperta in loco ſuſpecto, & ſubſtantiali, ex diuerſitate manus, contrarietate ſcriptorarum, ex mala qualitate ſcribentis iuncto aliquo vitio viſibili, ex diuerſitate ſtyli, & modo inſolito, ex elauſulis inſolitis, & oon habentibus rectam conſtructionem, ex diuerſitate chartæ, & eius ſigoi, ex diſſimilitudine quinternoruni in eodem libro ligatorum, ſi in charta de recenti fabricata ſcripta reperiatur apoca antiqua, ex inueriſimilitudine, & reſtrictione rigarum, vel linearum, quando teſtes appoſiti omnes ſunt mortui, ex tarditate to producendo ſcripturam ex inciſione chartæ, & maculis in charta exiſtentibus, ex defectu ſolemnitatum, ex declaratione quod nolit ea vti in iudicio, vel obſcura reſponſione, quando eaaminantur tantùm aliqui teſtes in ea deſcripti, ex magna diligentia, & ſolertia, adhibita, vt admittatur ex qualitate perſonæ, quæ cogooſci non potuit, quando fuit clam confeſſa, vel inter ignotos, ex perquiſitione ſimilis ſcripturæ, vt inde poſſet eaemplum ſumi, ex falſæ caoſæ eapreſſione, ex ipſius ſcripturæ occultatione, ex productione manca, & mutilata, ac ex alijs ſignis, & coniecturis iuxta facti, & perſonatum qualitatem, latè eumulatis per Genu. *de ſcript. priu. lib.* 1. *quaſt.* 6. *priu. dubit.* 5. 2. 3. 4. 5. 6. *&* 7. *per tot. fol.* 38. *& ſeqq. ad* 52. Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 20. *per tot. & de arbitr. caſ.* 187. *num.* 34. *&c.* Card. Tuſch. *litt. F. concl.* 44. *per tot.* Farinac. *de falſit. quaſt.* 152. *&* 153. *per tot.*

Qualiter autem, & ex quibus cauſis dictæ coniecturæ dilui poſſiot, Menoch. *d. præſumpt.* 20. *num.* 44. *& ſeqq.* Farinac. *d. q.* 153. *par.* 10. *per tot.*

Quòd ſi ſcriptura reperiatur alterata, & correcta circa milleſimum, præſumatur id factum potiùs cauſa corrigendi quàm committendi falſum, quia magis præſumitur error, licet craſſus, quàm malitia, & falſitas, niſi aliud ex circumſtantijs appareat, latè Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 135. *per totum*, quia data poſſibilitate erroris, non ſequitur de neceſſitate falſitas concurrente tamen diuerſitate atramenti, & inueriſimilitudine erroris, fuit tentum, & deciſum in dicta cauſa iterùm propoſita, ſcripturam vti de falſo ſuſpectam non facere fidem, Rot. *d. par.* 2. *diuerſ. deciſ.* 137. *per tot.*

35 Scriptura io quibus caſibus ſit neceſſaria, vide *gloſſ. & addit. in cap.* 1. §. *poſtquam de cenſ. in* 6. vbi enumerantur 34. caſus, licet oon in omnibus de neceſſitate, & remiſſiuè Ricc. *Collect.* 240. *ſupra num.* 21. Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 388. *num.* 10. *& ſeqq.* vbi quòd licet ſcriptura in quibuſdam caſibus requiratur, non inde ſequitur, quòd per ſcripturam ſit probatio facienda, ſed tantùm quando eſt requiſita pro forma, & ſolemnitate actus, ſecus autem ſi pro maiori auctoritate ſolùm requiratur, quia tunc non excluditur quin ex diuturnitate temporis, ac obſeruantia, vel aliunde ſolemnitas probari poſſit.

36 Scripturas occultans, vel exhibere procraſtinans, inducit contra ſe præſumptionem quod ei noceant, & habeantur pro perfectis, & ſufficientibus contra illum DD. *in l. heredes §. fin. ff. ad l. Falcid.* Rot. *part. 2. recent. deciſ. 418. num. 5. part. 8. deciſ. 237. num. 5. & part. 9. deciſ. 410. num. 24. &c. part. 13. deciſ. 194. num. 7. & part. 14. deciſ. 198. num. 11.*

37 Scriptura reperta in filcia Notarij, in qua aderant aliæ ſcripturæ aliorum manibus ſcriptæ, & à Notario non ſubſcriptæ, an fidem faciant, latè Martha *vot. Piſ. 219. per tot.* vbi plura ad ſubſtentationem dictarum ſcripturarum in filcia Notarij exiſtentium, licet ab eo non ſubſcriptarum, vide in §. *Inſtrumentum num. 7.*

38 Scriptura producta, licet minus ſolemnis, non poteſt in parte acceptari, & in parte impugnari, etiam ſi capitula contineat ſeparata, licet alij contrà cum declarationibus, de quibus Viui. *comm. opin. 696.* & dixi in §. *Productio.*

39 Scriptura priuata quamuis inſerta in publico inſtrumento non probat, niſi mandato, & auctoritate iudicis fuerit inſerta, Afflict. *deciſ. 273. num. 4. in fine*, Buratt. *deciſ. 108. num. 1.* cum alijs per Rot. *part. 18. recent. deciſ. 620. num. 19.* facit quod dixi in §. *Mandatum num. 2.*

40 De ſcripturis diuerſis varia, & ad diuerſos effectus notant Bertachin. *in Report. verb. Scriptura*, Ioſeph. Feliu. *Margar. var. concl. eod. verb.* Thoro *Compend. deciſ. Neap. part. 1. & 2. verb. Scriptura*, Laurent. Vtiel. *concl. 123.* Capuc. *in Prax. tom. 1. part. 2. cap. 5. per tot.* Scacc. *de iudic. lib. 2. cap. 11. num. 1168. & ſeqq.* alijque plures indicati à Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Scriptura*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part. 5. eod. verb. fol. 589. &c.* qui tractant etiam plura de Scriptura Sacra.

41 De ſcriptura continente clauſulam ſoluendi, *à chi preſenterà, o à chi per lui, &c.* vide in §. *Solutio n. 31. & n. 68. in his Addit.*

§. SENATVSCONSVLTVM. IX.

1 SEnatuſconſultum Macedonianum, ſic dictum à Macedone vſurario qui mutuabat pecuniam filijsfamilias, & poſteà docebat illos interficere parentes, vt ſic hæreditatem conſequerentur, & debitum mutui ſoluerent, fuit inductum ad obuiandum huiuſmodi fraudibus, & vſuris, ita vt filiusfamilias ſi mutuo accipiat pecuniam, neque etiam ipſe poſtea ſui iuris factus, neque pater efficaciter conueniri poſſint, ſed mutuans repellatur per exceptionem S.C. Macedoniani, *l. 1. & tot. tit. ff. & C. ad S.C. Maced. vbi gloſ. & DD.* Oinot. *Inſtit. de acquiſ. per arrogat. num. 9.* Hermoſil. *ad leg. partit. tom. 1. tit. 1. leg. 4. gloſ. 1. & ſeqq. fol. 50. &c. ad 70.* vide plenè Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 8. tit. 7. per tot.* Cancer. *var. reſol. lib. 2. cap. 1. per tot.* Staiban. *de Intereſ. lib. 2. tit. 11. quæſt. 1. n. 57. & ſeqq. ad 83.* vbi ampliat procedere in filiofamilia ſpurio per reſcriptum legitimato, in Clerico, in Nepote ex Filio, in fœminis, in Filio arrogato, & in eorum hæredibus, ac fideiuſſoribus, cùm huiuſmodi exceptio ſit realis, & non perſonalis, ac non obſtante iuramento, & in alijs caſibus, de quibus Mantic. *loc. cit. n. 10. & ſeqq.* Dian. *part. 9. tract. 9. reſol. 13. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 35. per tot. vol. 3.* Nouar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect. 208. per tot.* Rot. *part. 18. recent. deciſ. 548. n. 5. & ſeqq.* vbi plura.

Quòd dicta exceptio competat etiam fideiuſſori, licet vti principali, & in ſolidum obligato, cùm dicatur id actum in fraudem legis, niſi animo donandi interceſſerit, vel ipſe pecuniam receperit, vel niſi pater ratum habuerit mutuum, ita vt ſubſequens ratificatio patris retrotrahatur in præiudicium fideiuſſoris filij ad initium, & tempus contractus, *l. & ſi pater §. non ſolum*, vbi Bart. & alij *ff. ad Maced.* Maur. *de fideiuſſ. part. 2. ſect. 9. §. 13. n. 18. & § 29.* Staiban. *vbi ſupra n. 66. & 67.* Bardellon. *conſ. 188. num. 7. &c.* Chriſtin. *d. deciſ. 35. n. 5. vol. 3.*

2 Senatusconſultum Macedonianum non ſuffragatur quando filiusfamilias habebat peculium caſtrenſe, nec quando mutuans probabiliter credidit illud eſſe patremfamilias; nec ſi mutuans erat minor 25. annis, vel filiusfamilias, & mutuauit pecuniam paternam, nec ſi alium contractum præter mutuum iniuit, cum procedat tantùm in mutuo pecuniæ, & non in alijs contractibus, niſi ſint facti in fraudem mutui, nec quando fuit facta numeratio poſtquam filiusfamilias exiuit de patria poteſtate, licèt præceſſerit ſtipulatio dum adhuc erat in patria poteſtate, vel quando ipſe non recepit mutuum, ſed pro recipiente fideiuſſit, niſi fiat in fraudem, *l. vſque ad quantitatem cum ll. ſeqq. ff. ad Maced.* vbi Caſtr. & alij *l. 1. & tot. tit. C. eod.* vbi Salyc. Bald. & alij, Dian. *part. 9. tract. 9. reſol. 13. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 35. num. 6. & ſeqq. vol. 3.* Hermoſil. *ad leg. partit. tom. 1. tit. 1. leg. 4. gloſ. 1. & ſeqq. fol. 50. &c. ad 70.*

Quòd Macedonianum ceſſet in filiofamilia milite, & idem ſit quo ad milites Cœleſtis militiæ, & iuſtitiæ, nempè Clericos, Iudices, & Aduocatos habentes peculium quaſi caſtrenſe, Gratian. *diſcept. for. cap. 576. num. 3. &c.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 68. num. 10.* Staiban. *de Intereſſe lib. 2. tit. 11. quæſt. 1. num. 73. &c.* Aloyſ. Ricc. *Prax. var. reſol. cap. 121.* quem tamen impugnat, contrarium reſoluendo, ne clerici ſint deterioris conditionis, quàm ſæculares, Mich. Ferro Manriq. *Quæſt. Vicar. 10. per tot. part. 2.*

Item ceſſat in filiofamilia ſcholari recipiente mutuum in ſtudio pro ſe alendo, & in neceſſarios vſus conuertendo pro quantitate, quam pater ſubminiſtrare ſolebat, non autem pro exceſſu, *l. Macedoniani, C. ad Maced.* Duen. *reg. 370.* vbi quatuor modis ampliat, & quinque limitat, Menoch. *d. præſumpt. 68.* vbi quòd obligatur etiam pater, cum non filio, ſed patri videatur mutuatum, in cuius rem præſumitur verſum, & idem eſt in filio abſente cauſa legationis, vel militiæ, Michalor. *de fratr. part. 1. cap. 26. num. 8. &c.*

Item ceſſat accedente conſenſu patris expreſsè, vel tacitè, antè, vel poſt contractum, imò ſufficeret ſola patris ſcientia abſque contradictione, Gratian. *diſcept. for. cap. 667. num. 9. &c.*

An ceſſet quando pater recepit merces, idem Gratian. *cap. 699. n. 19.*

Item non patrocinatur filiofamilia iuranti habitare ſeorſum à patre propter mendacium, cùm replicatio de dolo impediat huiuſmodi exceptionem, *l. 1. C. ad Maced.* Gratian. *d. cap. 667. num. 2.* & Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib. 2. quæſt. 19.*

Item ceſſat quando filius mortuo patre bonam fidem agnouit partem debiti perſoluendo, ita vt iſta ratificatio tanquam à lege prouenieus, & in actu non prorſus, & re ipſa, ſed per exceptionem nullo, retrotrahatur ad initium, & tempus contractæ obligationis, & valeat non tantùm ex nunc, ſed ex tunc de tempore initi contractus, etiam in præiuditium tertij, cui interim eſſet ius quæſitum, Bardellon. *conſ. 188. per tot. lib. 2. per textum in l. Zenodorus C. ad Maced. l. ſed Iulianus §. vlt. & l. ſeq. ff. eod.* Mantic. *de tacit. lib. 8. tit. 7. num. 24. &c.* Staiban. *de Intereſſe lib. 2. tit. 11. quæſt. 1. num. 79.* vide in §. *Ratificatio num. 5. & 6.*

Item ceſſat quando recipitur mutuum à fratre, Duen. *reg. 369. limit. 1.* Gratian. *diſcept. for. cap. 879. num. 16.*

Item ceſſat in foro conſcientiæ, nam filiusfamilias qui verè numeratam pecuniam mutuo accepit, & in ſuos vſus conuertit, tenetur illam reſtituere, & peccat ſi exceptione Macedoniani vtatur, Duen. *d. reg. 369. limit. 2.* Sperel. *deciſ. 163. num. 42.* vbi quòd ſecùs eſt ſi non ſit factus locupletior, ſecundum Rot. *deciſ. 1. num. 10. & ſeqq. part. 5. recent.* vide Mantic. *vbi ſupra num. 16.* Laurent. *deciſ. Auenion. 124. num. 1.* Valer. *de diff. vtriuſque fori verb. Reſtitutio diff. 18.* Gutier. *de iuram. confir. part. 1. cap. 44. num. 6.* Staiban. *d. quæſt. 1. num. 68. &c.* vbi videtur firmare quòd nec in foro fori ſuffragetur dicta exceptio, quando filiusfamilias verè pecuniam numeratam mutuo recepit, & in ſuum beneficium conuertit, cùm tunc dicatur mutuum naturale, & valide obligetur per text. *in l. ſi filius fam. l. ſeq. & l. ſed Iulianus §. Mutui ff. ad Maced.* vide Mant. & Laurent. *loc. cit.* Mich. Ferro Manriq. *Quæſt. Vicar. 10. num. 7. part. 2. & quæſt. 105. num. 37. & ſeqq. d. part. 2.*

Contrarium quod imò filiusfamilias etiam ſi mutuum ſit verſum in eius vtilitatem, poſſit ſe tueri exceptione Macedoniani, & excuſetur à reſtitutione, etiam in foro conſcientiæ, latè probat Eſcobar. *tract. de vtroque for. art. 1. num. 150.* Dian. *part. 8. tract. 7. reſol. 7.* vbi vtramque opinionem probabilem putat, *& part. 9. tract. 9. reſol. 13. per tot.* vbi probat hanc partem non obſtante iuramento, cùm ſit contra publicam vtilitatem.

Alios caſus, in quibus ceſſat Macedonianum, vide per Carol. de Graſſ. *de except. excep. 27. num. 8. &c.* vbi refert decem caſus, Ant. Henrig. *tract. de fideiuſſ. cap. 7.*

num.

*num.*327. *&c.* Mantic. *de tacit. lib.*8. *tit.*7. *per tot.* Cancer. *var. reſol. lib.*2. *cap.*1. *per tot.* Reg. Rouit. *ad Pragmat. Regni tit. de S. C. Maced.* Staiban. *loc. ſup. cit. num.*68. *& ſeqq. ad* 83. vbi præter ſupradictas limitationes limitat etiam vt procedat in filiofamilia mercatore, nec ſi creditum fuerit tertio delegatum poſtquam filiusfamilias eſt factus ſui iuris, nec ſi in neceſſarias cauſas pecuniam mutuo acceperit, etiam ſi poſtea perdiderit, adde Dian. *part.*9. *tract.*9. *reſol.* 13. *verſ. hoc tamen*; vbi ponit ſex caſus, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.*35. *per tot. vol.*3. Nouar. *in Prag. Reg. Neap. Collect.* 208. *per tot.* vbi plura notabilia.

Quòd filiusfamilias de iure communi, excepto mutuo, poſſit obligari in omnibus contractibus, Rot. *part.*18. *recent. deciſ.*548. *num.*26. vide in §. *Filius num.*55.

3 Senatuſconſultum Velleianum ſuccurrit mulieribus ſe pro alijs obligantibus fideiubendo, vel alias in ſe obligationes aliorum transferendo, vt contra illas ex hoc capite non detur actio, nec petitio, ne propter illarum ſexus fragilitatem, vel imbecillitatem decipiantur; ſecùs autem ſi callidè ad alios decipiendos vertentur, nam inra deceptis, & non decipientibus opitulantur, vel ſi pro alijs ſoluant, vel in rem propriam, & pro contractu proprio obligentur, vel pro ſuo creditore in tantum quantum illi debent, *l.*1. *cum ſeqq. ff. & C. ad S. C. Velleian. vbi per tot. tit.* plures referuntur caſus, in quibus ceſſat exceptio S. C. Velleiani, Oinot. §. *fin. num.*3. *Inſtit. de fideiuſſ.* vide latè Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 36. *per tot. vol.* 3. Ricc. *Collect.*295. *&* 3365. Nouar. *in Prag. Reg. Collect.* 209. *per tot.*

Quòd Senatuſconſultum Velleianum proſit regulariter omnibus mulieribus indiſtinctè, ſiue ſint Virgines, ſiue nuptæ, ſiue viduæ, Franch. *deciſ.*623. *num.*8. Sanfelic. *deciſ.*133.

Item iuuat non tantùm in foro contentioſo, ſed etiam in foro animæ, & conſcientiæ coram Deo, exceptis tamen multis caſibus, de quibus infrà, Maur. *de fideiuſſ. part.*2. *ſect.*8. *cap.*3. *num.*137.

Item poteſt opponi non obſtante ſtatuto reijciente omnes exceptiones, Maur. *vbi ſupra num.*138. vide in §. *Statutum reyciens num.*

Item prodeſt non tantùm mulieribus fideiubentibus, ſed etiam pro alijs pignus dantibus, *l. ſi mulier, C. ad Velleian.* Maur. *loc. cit. n.*138. *verſ. Quarta.*

Item poteſt opponi etiam lata ſententia definitiua, non tamen in iudicatum tranſacta, nec ſolutione ſequuta, Maur. *vbi ſuprà in fine*, Paul. Chriſtin. *d. deciſ.*36. *num.*9. *vol.*3.

Item poteſt opponi non tantum per ipſam mulierem, ſed etiam per illius fideiuſſores ſi adeſſent, *l. ſi Mulier §. fin. ff. ad Velleian.* Maur. *de fideiuſſ. part.*2. *ſect.*9. §. 13. *num.*11. *&* §. 29.

Item tranſit ad hæredes mulieris, per quos poteſt opponi, ſicut per ipſam mulierem, *l. mulierem, & l. hæredes, C. ad Velleian.* Maur. *d. tract. part.*2. *ſect.*8. *cap.*3. *num.*138. *verſ. Secunda.*

Item dat facultatem repetendi per contradictionem indebiti, ſi quid ex cauſa fideiuſſionis per mulierem fuerit ſolutum, niſi ſit ſolutum in vim ſententiæ in iudicatum tranſactæ, *l. qui exceptionem vbi gloſ.* & Bart. *ff. de condict. indeb.* Maur. *d. cap.*3. *n.*138. *verſ. quinta*, Franc. *deciſ.*279. vide in §. *Mulier n.* Paul. Chriſtin. *d. deciſ.*36. *per tot. vol.*3. vbi de omnibus prædictis.

4 Senatuſconſultum Velleianum ceſſat in Reginis, Duciſſis, Marchioniſſis, Comitiſſis, & ſimilibus Illuſtribus perſonis (hodie autem plus quam illuſtriſſimis) habentibus iuriſdictionem, & ſedentibus pro tribunali ad ius reddendum, & negotia virilia, & magnæ importantiæ ſubſtinentibus, Ant. Hentig. *de fideiuſſ. cap.*7. *num.*517. de quibus vide Maur. *eod. tract. part.*2. *ſect.*8. *cap.*3. *num.*134. vbi videtur contrarium firmare.

Non etiam poteſt opponi quando mulier, vel vxor ſe obligat principaliter, & maritus, vel alius pro illa fideiubet, niſi fiat in fraudem legis, Gail. *obſer.*90. *num.*8. *lib.*2.

Nec quando mulier intercedit ex cauſa libertatis, ſtudiorum, piæ cauſæ, vel pro dote ad effectum, vt alia mulier nubat, ſiue ſit filia, ſiue extranea, Aret. *in §. Item ſi qui num.*31. *&c. Inſtit. de except.* Oinot. *in §. fin. num.*3. *Inſtit. de fideiuſſ.* Maur. *de fideiuſſ. part.*2. *ſect.*8. *cap.*3. *num.*28. *& ſeqq.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 669. *num.*23. Franch. *deciſ.*182. *per tot.* Cabal. *conſ. deciſ.*2. *per tot. lib.*1.

Quòd ſit nulla obligatio mulieris promittentis pro dote vnà cum viro ſuo, Bart. *in l. iubemur §. fin. C. ad Velleian.* Surd. *deciſ.*164. vide in §. *Statutum requirens num.*

Nec ſuffragatur Velleianum quando mulier induendo ſe veſte virili, doloſè pro alio fideiubet, *l. fideiuſſores, & l. ſeq. ff. ad Velleian.* Maur. *vbi ſuprà num.*34. *&c.* Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.*2. *quæſt.*19. *num.*6.

Nec quando pro fideiuſſione pretium recepit, quantum autem debeat eſſe, relinquitur arbitrio iudicis, Maur. *loc. cit. num.*38. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*669. *num.*20. Menoch. *de arbitr. caſ.*234. *per tot.*

Nec quando mulier habet releuatorem, vel non remanet indotata, nec obligata vltra medietatem dotis, Vrceol. *Conſult. for. cap.*28. *num.*22. *&c.*

Nec ſi mulieri fideiubenti promittatur indemnitas cum datione pecuniæ, vel pignorum de facili vendibilium, Maur. *de fideiuſſ. part.*2. *ſect.*8. *cap.*3. *num.*129. *&c.*

Nec quando mulier ipſa promittit indemnitatem, Maur. *loc. cit. num.*131.

Quid ſi promittat indemnitatem pro tutoribus, vel curatoribus filiorum, vide *tit. C. ſi mater indem. promitt.* Paul. Chriſtin. *deciſ.*159. *vol.*3.

Nec quando mulier geminatè ex interuallo, & poſt biennium à die primæ cautionis promittit, Euerard. *loc. à vi geminat.* Maur. *d. cap.*3. *num.*41. *& ſeqq. ad* 60. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*669. *num.*19.24. *&c.* Menoch. *lib.*3. *præſumpt.*21. vbi quòd ratificando poſt biennium præſumitur ad ſui commodum interceſſiſſe, & ideò non iuuatur Velleiano, non tamen retrotrahitur ad initium, ſed ſumit vires tantùm à die ratificationis.

Nec quando mulier ſibi ipſi, & in rem propriam, puta emendo, & vendendo contrahit, *l. ſi mulier, ff. ad Velleian.* Maur. *loc. cit. num.*60. *&c. ad* 72. Franch. *deciſ.*279. *& deciſ.*623. vbi quid ſi promittat de rato, pro eo, quod ipſa gerit.

Nec quando mulier ſe obligat, vel alienat ob neceſſitates, & vrgentias filiorum, parentum, vel mariti, vt pro liberando aliquem ex eis à carceribus, vel hoſtibus, ſiue impediendo ne carceretur, vel pro alenda familia, & generaliter pro cauſa concernente pietatem, Maur. *vbi ſuprà num.*73. *& ſeqq. ad* 86. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 107. *&* 108. *per tot.* Franch. *deciſ.*279. *& deciſ.* 578. *per tot.* Sanfelic. *deciſ.*133. *per tot.* Cabal. *conſ. deciſ.*2. *per tot. lib.*1.

Nec quando mulier ſe obligat per publicum inſtrumentum guarantigiatum, iuratum, confeſſionatum, & obligatione Camerali vallatum, cum diſpoſitio quantumuis ampla, & continens decretum irritans numquam comprehendat actum iuratum, Maur. *vbi ſuprà num.*87. *&c. ad* 92. Cabal. *conſ. deciſ.*180. Vrceol. *Conſult. for. cap.*28. *num.*20. vbi quòd ſufficit iuramentum etiam abſque certioratione ad excludendum beneficium Velleiani, Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.*321. vbi intelligunt, niſi mulier remaneat indotata, vel niſi iuramentum à ſtatuto præſumatur per dolum, vel fraudem extortum, vt dixi in §. *Mulier*, Rot. *part.*18. *recent. deciſ.*291. *num.*6. vbi quòd ſtante iuramento, vel obligatione Camerali non obſtat Senatuſconſultum Velleianum.

Et quomodo poſſit ſubſtineri obligatio etiam ſi non appareat de dicta certioratione expreſſa, Bardellon. *conſ.*113. *per tot.*

Quòd ceſſet Velleianum, quando præcedente certioratione, quæ videtur omninò neceſſaria, fuit illi per mulierem expreſsè renunciatum, niſi fideiubeat pro viro, & remaneat indotata, quia tunc non obligatur, licet præcedente certioratione renunciauerit cum iuramento, ſtante enormiſſima læſione, Maur. *de fideiuſſ. part.*2. *ſect.*8. *cap.*3. *n.*93. *&c. ad* 124. Theſſ. *deciſ.*222. *&* 223. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*108.

Item ceſſat Velleianum, ceſſante dolo, & fraude, vt ſi clarè cõſtet mulierem nõ fuiſſe ſeductam dolo, in quo fundatur, Maur. *vbi ſuprà num.*124. Franch. *deciſ.*623. *num.* 21. *&c.* vbi quòd Velleianum ſubuenit tantùm deceptis, & non decipientibus.

Item ceſſat quando mulier ſiue pro viro, ſiue pro extraneo ſoluit, & non ſimpliciter intercedit, cum facilius præ-

ſuma-

matur ſe obligare, quam ſoluere, & donare, Maur. *d. cap.* 3. *num.* 70. Franch. *deciſ.* 279. Gratian. *cap.* 669. *num.* 11. *&c.*

Item ceſſat quando creditor ad inſtantiam mulieris liberauit ſuum debitorem, contra quem non poteſt ampliùs habere regreſſum, Maur. *vbi ſuprà num.* 125.

Item ceſſat quando mulier apud minorem, vel ad eius fauorem pro alio interceſſit, *l. ſi apud ff. de minor.* Bart. *in l. fin. C. ad Velleian.* Maur. *loc. cit. num.* 127. *num.* 135. *&c.*

Item ceſſat quando mulier recipit à debitore, id pro quo intercedit, Maur. *vbi ſuprà num.* 127. Franch. *deciſ.* 623. *num.* 19. *&c.* vide in §. *Nullitas num.*

Item ceſſat quando mulier veteri debitori ſuccedit, & illius hæres efficitur, *l. quamuis §. Plane ff. ad Velleian.* Maur. *loc. cit. num.* 128.

Prædictis omnibus adde Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 36. *per tot. vol.* 3. vbi latè de huiuſmodi Senatuſconſulto Velleiano, & Notar. *in Prag. Regn. Neapol. Collect.* 209. *per tot.*

Quòd ceſſet beneficium Velleiani quando mulier mortuo viro in paupertate ſe obligat ſoluere creditoribus ipſius viri pro exoneranda illius conſcientia, & maximè ſi debita fuerint contracta pro alenda familia, & alia ad rem, Cabal. *conſ. deciſ.* 2. *per tot. lib.* 1.

5 De Senatuſconſulto Macedoniano, & Velleiano, ac de alijs Senatuſconſultis aliqua notat Bertach. *in Repert. Verb. Senatuſconſultum*, Donel. *lib.* 1. *Comm. cap.* 8. cum Oſuald. Graſſ. *de except. cap.* 26. Iul. Capon. *tom.* 5. *diſcept.* 793. vbi an Macedoniani exceptio procedat in conſcientia, alijque plures indicati à Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Macedonianum*, *verb. Fœmina*, *& verb. Senatores*, *Senatuſconſultum*, & à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *verb. Macedonianum fol.* 70. *verb. Velleianum fol.* 777. *& verb. Senatuſconſultum fol.* 597. qui tractant etiam de Senatoribus, eorum dignitate & priuilegijs, & in ſpecie Cabed. *deciſ.* 213. *part.* 1. & alibi ſæpè vbi plura de Senatoribus nempè *deciſ.* 5. *& ſeqq.* vbi de præcedentijs, votis, & ſalarij Senatorum, & de Senatoribus, & eorum officio habentur aliqua etiam in *Noua Polyantea verb. Senatus.*

6 De Senatuconſulto Velleiano, an ſuffragetur Mulieri, quæ cum iuramento hypothecam ſibi competentem renunciauit, vt nec etiam in ſubſidium habeat regreſſum ad bona renunciata, latè in terminis iuris communis, & Pragmaticæ Neapolitanæ videndus Cæſar. de Afflicto *contr. iur. cap.* 4. *&* 5. *per tot.*

7 Qualiter non obſtante Velleiano poſſit mulier ſe obligare pro excarcerando viro, vel filio, Andreol. *contr.* 376. *per tot.* vide in §. *Mulier num.* 19. *& ſeqq.* vbi plura, & plures allegauit.

8 De Senatu Regio Ordinum Militarium, eius auctoritate, iuriſdictione, & huiuſmodi, latè Mendo *tract. de Ordin. Milit. vel Equeſtr.* in multis locis, vt in *Indice verb. Senatus.*

§. SENECTVS. X.

1 SEnectus eſt vitæ declinatio à ſiccitate frigiditati iuncta proueniens, vel eſt frigidum, & ſiccum corporis temperamentum annorum multitudinis ratione perueniens, ſicuti & Ariſtotele, Galeno, & alijs definit, Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. leg. lib.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 7. *num.* 32. *& eodem quæſt.* 9. *num.* 13. *&c.* vbi etiam quòd ſeneſcere eſt paulatim mori, & alias etiam deſcriptiones adducit; ac multò plura curioſa, & ſcitu digna de ſenibus notat Tiraquel. *de iur. Primogen. in Præfat. num.* 82. *& ſeqq.* per multas paginas, & nonnulla etiam notat Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. ſenectus*, vbi remiſſiuè de more.

Qualiter ſenectus poſſit conuerti in iuuentutem, maximè in animalibus, & qualiter in hominibus poſſit coadiuuari ad vitam conſeruandam, & alia, Torreblanc. *de Magia lib.* 2. *cap.* 18. *per tot.*

2 Senectus in tres partes diuiditur, prima appellatur cruda, & viridis ſenectus, quæ incipit à quinquageſimo anno, & durat vſque ad ſexageſimum; ſecunda propriè ſenectus dicitur, & incipit ab anno ſexageſimo, & ad ſeptuageſimum protrahitur; tertia ſenium ſiue decrepitas nuncupatur ab anno ſeptuageſimo vſque ad extremum vitæ, vel ſecundum alios in duas tantùm diuiditur partes, prima ab anno quinquageſimo ad ſexageſimum quintum, & ſecunda ab inde infra vſque ad vitæ exitum, de quibus plenè Paul. Zacch. *d. quæſt.* 9. *num.* 21. *& ſeqq.* Tuſch. *litt. S. concl.* 103. *num.* 3. *&c.*

Et ſcriptum eſt Pſalm. 89. *Erunt eorum anni quinquaginta, ſexaginta, & ſeptuaginta, & in potentatibus octuaginta, & ſi amplius labor, & dolor*, refert Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 46. *num.* 21. *& præſumpt.* 49. *num.* 7.

Quòd nullus vnquam ſit adeò ſenex, vt non ſperet adhuc vltra annum viuere poſſe, Altograd. *conſ.* 90. *num.* 94. *lib.* 2. Tuſch. *litt. S. concl.* 103. *num.* 1. *&c.*

Quouſque autem, vel quandiu homo viuere præſumatur, Menoch. *de præſumpt.* 49. *per tot. & de arbitr. caſ.* 508. *per tot.*

Senes quinam dicantur, relinquitur arbitrio iudicis, niſi ſit aliàs à iure definitum prout in aliquibus caſibus infra dicendis, Menoch. *de arbitr. caſ.* 59. *num.* 3. Montan. *de tut. cap.* 5. *num.* 149. *& ſeqq.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 328. *num.* 2. *&c.* Maſcard. *de probat. concl.* 1295. *vol.* 3. Scacc. *de iud. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 249. *&c.* Rot. *in Bonon. fideicommiſſi de Ramundinis* 15. *Februarij* 1636. *coram Dunozetto*, Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. leg. lib.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 30. *& ſeqq.* vbi plura conſideranda iudici proponit pro qualitate effectuum, ad quos allegatur ſenectus, Donadeus *tract. de renunciat. cap.* 32. *per tot.* vbi de pluribus priuilegijs, & prærogatiuis ſenectuti arbitrio iudicis æſtimandæ, conceſſis, & quod illis renunciari non poſſit. 3

Senes præſumuntur ſapientiores, & prudentiores iuuenibus, vt dici ſolet plus valet vmbra ſenis, quàm gladius iuuenis; iuuenes autem validiores, robuſtiores, & calidiores, Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 47. *&* 48. *per tot.* Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. leg. lib.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 7. *n.* 41. & alia plura curioſa de ſenibus, ac illorum prærogatiuis, & in quibus plenè, & eruditè Tiraquel. *tract. de primogen. in Præfat. num.* 82. *& ſeqq. per tot.* 4

Quòd in ſenibus præſumatur maior probitas, morum grauitas, & ſermo veracior, Altograd. *conſ.* 90. *num.* 95. *lib.* 2.

In ſenibus tamen decrepitæ ætatis facilè præſumitur obliuio, cum memoria annorum pondere grauata, vt plurimum labefactetur, & ruat, Rota *part.* 17. *recent. deciſ.* 22. *num.* 12.

Senes æquiparantur infirmis, ſunt ſoluti à lege ieiunij etiam ſexagenarij tantum, non ſunt cogendi venire ad iudicium pro ſe examinando, an teneantur ad reſidentiam, an lucrentur diſtributiones quotidianas, licet non interſint functionibus diuinis, vnde prouenerit breuitas vitæ, quouſque protrahatur, & alia Gratian. *diſcept. for. cap.* 805. *per tot.* 5

Quòd imò non æquiparentur infirmis, Montan. *de tut. cap.* 5. *num.* 159. *&c.* Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 46. *per tot. & de arbitr. caſ.* 60. *num.* 8. *&c.* vide Paul. Zacch. *quæſt. medic. leg. lib.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 61. *& ſeqq. per tot.* vbi poſt relatas plures rationes, & DD. tenentes quòd ſenectus ſit morbus, videtur tamen ſub *num.* 73. *& ſeqq.* contrarium firmare, nempè ſenes inter infirmos non eſſe connumerandos, & quatenus iuxta aliorum opinionem connumerari poſſint, debere intelligi non de prima, vel ſecunda ſenectutis parte, ſed de vltima, nempè præcipitato ſenio, vel decrepitate iuxta notata ſuperius *num.* 2. Bich. *deciſ.* 198. *num.* 12. *& ſeqq.* vbi quòd ſenectus non æquiparatur morbo ante annos 70. ac vt ſupra videtur diſtinguere Donad. *d. tract. cap.* 32. *num.* 27. *& ſeqq.*

An ſenex ſexagenarius remaneat ſolutus à voto religionis antea emiſſo, & à ſimilibus, Dian. *part.* 9. *tract.* 9. *reſol.* 2. vbi affirmatiuè concludit.

Senes tenentur ieiunare vſque ad annum ſeptuageſimum, niſi impedimento ſit corporis debilitas, & infirmitas, Menoch. *de arbitr. caſ.* 599. *num.* 1. *&c.* vbi alia plura de ieiunio non ad quod obligantur etiam iuuenes, niſi poſt exactum vigeſimum primum annum, quæ ſint iuſtæ cauſæ alios excuſantes, an liceat pluries in die comedere, quantum in ſero, & alia, latè Dian. *part.* 1. *tract.* 9. *de ieiunio per tot. & part.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 117. vbi de collatione ſerotina quanta, & qualis eſſe poſſit, & *part.* 5. *tract.* 14. *reſol.* 14. *& part.* 8. *tract.* 7. *reſol.* 7. vbi de tabacco an frangat ieiunium naturale; de collatione ſerotina quanta, & qualis eſſe poſſit, iterum idem Dian. *part.* 9. *tract.* 6. *reſol.* 8. *&* 15. *per tot. reſol.* 29. *&c. & part.* 10. *tract.* 12. *reſol.* 41. vbi an in vigilia Natiuitatis, & in ſimilibus poſſit duplicari, 6

plicari de quantitate, & qualitate dictæ collationis, idem Dian. *p.* 10 *tract.* 14. *reſol.* 57. *& ſeqq.* De Tabacco vide in §. *Sacerdos num.* 4.

A qua ætate incipiat, & in qua finiat obligatio ieiunij, Pat. Iordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 20. *num.* 104. *fol.* 395. latè Paul. Zacch. *quæſt. medic. leg. lib.* 5. *tit.* 1. *quæſt.* 3. *per tot.* vbi quòd iuxta communem Doctorum opinionem, incipit ab anno 21. completo, & finit anno ſexageſimo pariter completo, quamuis tutius eſſe dicat propriam tollerantiam, & vires cum conſilio Medici menſurare, de quo vide Azor. *Inſtit. moral. cap.* 17. *lib.* 7. Dian. *d. tract.* 1. *tract.* 9. vbi plura de ieiunio, & *part.* 5. *tract.* 14. *reſ.* 83. vbi quòd ſenex ſexagenarius etiam validus non tenetur ieiunare, & ſufficit huiuſmodi ætatem ſexagenariam eſſe cœptam, licet non completam, & *part.* 9. *tract.* 6. *reſol.* 16. vbi an Regulares ſexagenarij, vel non attingentes 21. annum obligentur ad ieiunia Regulæ, & *d. part.* 9. *tract.* 7. *reſol.* 73. vbi an fœminis ſufficiat ætas quinquagenaria ad excuſationem ieiunij, & quid ſtante voto, idem Dian. *part.* 10. *tract.* 6. *reſol.* 50. *per tot.* vbi an ſenex ſexagenarius robuſtus teneatur poſtea ieiunare ſtante voto, & *part.* 11. *tract.* 3. *reſol.* 9. vbi an ſufficiat ætas 55. annorum, & negat præterquam in fœminis quandoque.

De materia ieiunij, latè Fagundez. *de præcept. Eccl. præcept.* 4. *lib.* 1. *per tot. fol. mihi* 700. *& ſeqq.* & alij Theologi morales, ac Summiſtæ in verbo *Ieiunium*.

7 Senes ad quam vſque ætatem generare poſſint tam maſculi, quàm fœminæ, ex multorum ſententia declarant Menoch. *de arbitr. caſ.* 89. *num.* 55. *& ſeqq. ad* 64. Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. leg. lib.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 50. *& ſeqq. ad* 62. *& conſ.* 75. *per tot. vol.* 2. Rot. *in Romana Primogenituræ* 7. *Maij* 1657. *coram Dunozetto, & in Romana filiationis* 22. *Iunij* 1657. coram Veroſpio apud Zacchia *d. tract. tom.* 2. *deciſ.* 99. *&* 100. dixi in Pract. §. *Figliuoli num.* 28. vbi quòd terminus communis in maſculis eſt 60. annorum, vel ad ſummum 65. ſed rariſſimè; in fœminis autem eſt annorum 45. vel ad ſummum 50. Zacch. *d. quæſt.* 9. *num.* 56. *&c.* vbi citat Maſcard. *de probat. concl.* 1147. *num.* 5. *&c. tom.* 3. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 313. *num.* 14. *& alios*, vide in §. *Ætas num.* 12. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 263. *quæ eſt in d. Romana filiationis*, vbi de 60. annis in maſculis.

8 Senes ſeptuagenarij non poſſunt pro debito carcerari, niſi debitum ſit contractum poſtquam ad dictam ætatem peruenerit, vel niſi huiuſmodi beneficio expreſsè renunciauerint cum iuramento Gratian. *diſcept. for. cap.* 328. *per tot. cap.* 506. *& cap.* 805. vbi plura de ſenibus Anchar. *conſ.* 336. *num.* 2. Carpan. *ad Stat. Mediol. cap.* 243. *litt. B. num.* 7. Oſaſc. *deciſ.* 123. *num.* 3. Ridolphin. *in praxi part.* 1. *cap.* 14. *num.* 346. Sanfelic. *in praxi ſect.* 35. *num.* 37. *& ſeqq.* vbi etiam quòd ſoleat aſſignari domus loco carceris, adde Franciſc. Ant. Tranchedin. *Conſult.* 94. *per tot.*

Quòd de iure ſeptuagenarij non poſſint carcerari pro debito, non tamen ſeruari quoad obligatos in forma Cameræ, ſed adeundum eſſe Pontificem pro obtinendo huiuſmodi priuilegio, Scanarol. *de viſit. carcer. lib.* 3. §. 10. *cap.* 4. *num.* 31. *fol.* 559. ac ita ſeruandum puto, obtinendo dictum priuilegium à Principe cum probatione ætatis, vt dixi in Pract. §. *Debitori num.* 24. Ridolphin. *loc. cit.* vbi qualiter Principes, & ſignatura Gratiæ Sanctiſſimi ſoleant reſcriptis gratioſis eximere perſonas ſeptuagenariorum cum clauſula tamen iſta videlicet, *facta aſſignatione bonorum, & præſtito conſenſu illorum ſubhaſtationi*.

Et non eſſe inconueniens hodie propter breuitatem vitæ, & properantem ſenectutem extendere dictum priuilegium etiam ad ſenes ſexagenarios tantùm arbitrio iudicis, vel Principis proſit etiam pro debitis fiſcalibus, & non poſſit illi tanquam miſerationis cauſa inducto renunciare tacitè, nec expreſsè, vel ſaltem huiuſmodi ætatis habendam eſſe rationem, vt ſolum arreſtentur in domo, Duen. *reg.* 312. Gratian. *diſcept. for.* 506. *num.* 1. *& ſeqq.* Io: Paul. Melij *obſeruat.* 40. dixi in reſol. *cap.* 52. *num.* 27. *&* 28. vbi etiam quòd poſſet extendi, ad quinquagenarios arbitrio vt ſupra, cùm olim minus ætatis eſſent ſeptuaginta anni, quam hodie quinquaginta; fateor tamen nunquam vidiſſe attentatum, & difficillimum obtinere; ſed fortè cum dicta clauſula non eſſet abſurdum, cùm etiam de iure communi non poſſit debitor carcerari ſi habeat in bonis, vt dixi in §. *Debitor num.* 24. *& num.* 25.

Quòd ſexagenarius poſſit carcerari pro debito fiſcali, probat Menoch. *de arbitr. quæſt.* 88. *n.* 5. ſed contrarium verius eſſe oſtendit Gratian. *loc. cit.*

Quòd ſexagenarius non poſſit pro debito carcerari, Danza *de pugna Doct. tom.* 3. *cap. de ſene in delictis excuſando*, & alij, quos refert, & ſequitur Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 355. *verſ. ſexagenarium*, Caluin. *de æquit. lib.* 1. *cap.* 95. vbi quod gaudet beneficio ſtatuti de ſexagenaria ætate, etiam ſi contraxerit poſtquam ſexagenarius factus eſt. Sed contrarium in hoc, referendo etiam plures alios caſus, in quibus ſenes non gaudent dicto priuilegio, Tranchedin. *d. Conſult.* 94. *per tot.*

Senes mitiùs puniuntur in delictis, ſicut minores 9
gloſ. in l. aere ff. de reg. iur. Tiraquel. *de pœnis temper. cap.* 8. Farinac. *quæſt.* 42. *num.* 23. Menoch. *de arbitr. caſ.* 329. *num.* 19. *&c.* Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. legal. lib.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 4. Ricc. *Collect.* 3717. vbi pluribus modis ampliat.

Quòd tamen eſt intelligendum de ſenibus iam ætate confectis, in quibus ex diminutione ſanguinis, ſenſus quoque minuuntur, ſecus in robuſtis, perſpicacibus, & ſapientibus, arbitrio ſemper iudicis, vt declarat Gratian. *diſcept. for. cap.* 506. *num.* 23. *&c.* quæ declaratio ſeruire poteſt, etiam quoad ea, quæ ſupra dicta ſunt de carcerando pro debito, in quibus terminis loquitur Gratian. *loc. cit.* & vide Odd. *de reſtit. in integr. part.* 2. *quæſt.* 80. *num.* 109. *&c.*

An autem poſſint torqueri, vide Brun. *de indic. & tort. part.* 4. *num.* 18. Clar. *quæſt.* 64. *verſ. non enim debet*, Guaz. *defenſ.* 30. *cap.* 12. Farinac. *quæſt.* 41. *num.* 24. *& ſeqq.* vide in §. *Tortura num.* 6. Tuſch. *litt. S. concl.* 194. *num.* 3. vbi quòd ſexagenarij non torquentur, niſi ſint robuſti, & tunc cum moderamine, latè Sanfelic. *deciſ.* 355. *per tot. cum addit.* vbi limitat in crimine Sodomiæ, & alijs atrociſſimis, & priuilegiatis delictis, in quibus priuilegia perſonalia non attenduntur, niſi adſit periculum vitæ, & concludit poſſe torqueri vſque ad ſeptuaginta annos, ſi aliud non obſtet.

Quòd ſenes decrepitæ ætatis, hoc eſt ſeptuagenarij non poſſint torqueri, ita vt confeſſio ab eius emanata, ac etiam ratificata nihil præiudicet, Viui. *comm. opin.* 698. Conciol. *reſol. crim. verb. Tortura reſol.* 1. *num.* 12. *& ſeqq.* Donadeus *tract. de renunciat. cap.* 32. *num.* 24. *& ſeqq.*

Senes an reputentur perſonæ miſerabiles quoad iudi- 10
cia, gaudeant priuilegio minorum, Franch. *deciſ.* 608. vide in §. *Perſona num.* Donad. *d. cap.* 32.

De priuilegijs ſenectutis, & quæ ſenibus non conueniant, nempè malitia, amor, & huiuſmodi, Ricc. *Collect.* 1862. Tiraquel. *de iure primog. in Præfat. num.* 82. *& ſeqq.* Donad. *d. tract. cap.* 32. *per tot.* vbi quòd ſenes æquiparantur infirmis, pupillis, mulieribus, ac alijs miſerabilibus perſonis, eorumque priuilegijs gaudent, intelligendo tamen de decrepitis, ſecùs in robuſtis arbitrio ſemper iudicis æſtimandis, & alia particularia remiſſiuè Caſteion. in *Alphabet. Iurid. verb. Senectus*.

Quòd in primordio conditionis humanæ viuerent ho- 11
mines noningentis annis, & vltrà; poſt Noe centum viginti, ſeu paulatim vita declinante, ſeptuaginta, & ſi in potentioribus octuaginta, & amplius labor, & dolor; pauci nunc ad quadraginta, pauciſſimi ad ſexaginta perueniant, & ſi quis ad Senectutem procedat, ſtatim cor eius affligitur, caput concutitur, languet ſpiritus, fœtet anhelitus, facies rugatur, ſtatura curuatur, caligant oculi, vacilant articuli, nares effluunt, crines defluunt, tremit tactus, deprimit actus, dentes putreſcunt, aures ſurdeſcunt, facilè prouocatur, difficile reuocatur, citò credit, tardè diſcredit, tenax & cupidus, triſtis & querulus, velox ad loquendum, tardus ad audiendum, laudat antiquos, ſpernit modernos, vituperat præſens, commendat præteritum, ſuſpirat, anxiatur, torpet, infirmatur, & alia multa ſenem circumueniunt incommoda; non igitur glorientur ſenes contra iuuenes, nec inſoleſcant iuuenes contra ſenes, quia quod ſunt iſti, illi fuerunt, & erunt quandoque quod illi ſunt ſi ad id peruenerint, vt colligitur ex Io: Gerſon. *tract. de contemptu mundi lib.* 1. *cap.* 9. *per tot.* ſiue ſit Lothar. Diacon. Card. qui poſtea fuit Innocentius Papa III.

Alia plura erudita, & curioſa de ſenectute, & ſenibus 12
habentur in *Noua Polyanthea verb. Senectus*.

13 De ſenectute, ſenibus, & eorum priuilegijs aliqua tradunt Bertachin. *Repert. verb. Senectus*, Ioſeph. Feliu. *in Margar. var. concl. eod. verb.* Thoro *Comp. decis. Neap. part. 1. verb. Senex*, Baeza *de inop. debit. cap. 7.* Gomez. *lib. 3. var. cap. 1. num. 68.* Garzia *de Nobilit. gloſ. 48. §. 1.* Narbon. *Annal. anno 50. quaeſt. 2. & ſeqq. anno 60. quaeſt. 1. anno 70. 80. 90. & 100. per tot.* Lara *de vita hominis cap. 51.* Velaſc. *de priuileg. pauper. part. 3. quaeſt. 18.* Giurb. *ad Conſuetud. Meſſan. cap. 2. gloſ. 14.* Andreol. *contr. 89.* Ganauer. *deciſ. 44.* Merlin. Pignatel. *controu. 52. lib. 2.* alijque plures indicati à Caſtejon. *Alphab. iurid. verb. Senectus*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part. 5. eod. verb. fol. 598. &c.* Vtilitas ſenectutis eſt non poſſe, quod quis nolle debebat ſecundùm Senec. *Epiſt. 67. 12. 26. 104. & 108.* vbi alia de Senibus; & alia etiam indicat Io: Torre *in Repert. general. tract. de Maiorat. & Primog. Ital. in fine part. 3. verb. Senex, & Senior.*

14 Quòd ſenes carcerari poſſint pro debito, oſtendit Andreol. *contr. 89.* ſed non recedas à communi aliorum opinione, de qua ſupra num. 8. & vide Flor. Mauſon. *tract. de cauſ. execu. limit. 13. per tot.*

§. SENTENTIA XI.

1 SEntentia nil aliud eſt, quàm controuerſiæ propoſitæ per iudicem legitimè facta declaratio, ſiue deffinitio, & ideò poteſt eſſe nulla ratione ipſius formæ intrinſecæ, vel extrinſecæ, vt quia non contineat condemnationem, nec abſolutionem, vel quid aliud æquipollens per ſe, vel per relationem ad aliud, vel non ſit conformis libello, ſiue quæſtioni, ſaltem acceſſoriè, ſiue virtualiter, & dependenter, vel ſit dubia, & obſcura, ſiue incerta, niſi per relationem ad aliud certificari poſſit, vel ſit conditionalis, vel contra leges claras in corpore iuris clauſas, & ſic continens manifeſtum iuris errorem, vel notorium facti, vel per ſordes, & dolum lata, vel per metum, quia licet mero iure teneat, per actionem quod metus cauſa retractari poteſt, latè omnia declarat Vant. *de nullit. ex defect. proceſſ. num. 89. & ſeqq.* Ridolphin. *prax. part. 3. cap. 2. num. 44. & ſeqq.*

Quid ſit ſententia, quotuplex, quomodo differant inter ſe deffinitiua, & interlocutoria, quando cenſeatur deffinitiua, vel interlocutoria, & alia, Marant. *part. 6. tit. de ſent. per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 25. num. 1. &c. ad 57. fol. 507.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 91. vol. 4. & ad leg. Municip. tit. 1. art. 30. infra num. 35.* Tuſch. *litt. S. concl. 106. &c. concl. 110. 111. 112. & 113. per tot.* Ridolphin. *vbi ſupra.*

Quòd æquiparetur caſui fortuito, Gratian. *diſcept. 861. num. 7.*

Quando æquiparetur contractui, vel vltimæ voluntati, Tuſch. *loc. cit. concl. 130.*

Qualis debeat eſſe ſententia nempè conformis libello, abſolutoria, vel condemnatoria, certa, pura, & iuſta, an, & quando talis dicatur, vel præſumatur, & alia de huiuſmodi qualitatibus, & requiſitis ſententiæ, Marant. *d. part. 6. tit. de ſent. num. 123. & ſeqq.* Iordan. *d. tit. 25. num. 57. & ſeqq. ad 98. fol. 511.* Tuſch. *litt. S. conſ. 135. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 88. 89. & ſeqq. vol. 4.* Oinot. *in §. Curare Inſtit. de action. num. 40. & ſeqq. fol. 506.* vbi qualiter debeat eſſe conformis libello, Rot. *part. 18. recent. deciſ. 669. num. 2. & ſeqq.* vbi plura pro validitate ſententiæ quæ nulla dicebatur, quia non eſſet conformis libello.

Quòd ſententia debeat primò in mente iudicis concipi, & maturè deliberari, ac deliberata in ſcripturam redigi, redacta corrigi, correcta hora audientiæ, & in loco ſolito pro tribunali ſedendo publicè ex ſcriptis recitari, & ſic eſt de ſubſtantia, vt ſcriptis feratur, licet poſteà poſſit etiam per teſtes probari, quo caſu tamen non haberet executionem paratam, latè Vant. *de Nullit. ex defect. proceſſ. ſiue ordin. num. 69. & ſeqq. ad 89.* Tuſch. *litt. S. concl. 133. cum pluribus antecedentibus, & pluribus ſeqq.* Ridolphin. *in praxi part. 3. cap. 2. num. 65. & ſeqq.* Paul. Chriſtin *deciſ. 90. vol. 4.*

Quòd ſub nomine, & appellatione ſententiæ veniat tam ciuilis, quàm criminalis, intelligatur tamen de deffinitiua, & non de interlocutoria, & ſic in potiori ſignificatu, niſi ſequatur abſurdum, inferendo ad plures caſus notabiles, Viui. *comm. opin. 719.* Qualiter ſententia definitiua in ſcriptis proferri, & recitari debeat, latè idem Viui. *comm. opinion. 720.*

2 Sententia poteſt eſſe nulla ratione ordinis proceſſus non ſeruati, vel quia nullus appareat proceſſus, nec cauſæ cognitio præcedens, vel quia licet appareat non fuerit debitus iuris ordo ſeruatus, ſed præuerſus, & præpoſteratus, vel quia ſi fuerit aliquis ordo ſeruatus, nihilominus aliquid ex ipſius ordinis ſubſtantialibus fuerit omiſſum prout latè inferendo ad plures actus iudicij ſubſtantiales, quorum omiſſio vitiat, declarat Vant. *de nullit. ex defect. proceſſ. iud. ord. n. 13. & ſeqq. per tot.*

Plura conſideranda circa ſententiam an ſit iuſta, valida, & legitima, vel potius iniuſta, & nulla ratione cauſæ efficientis, materialis, formalis, & finalis, ad quas cauſas omnes actus humani vt plurimum ſolent reduci; vel clarius exprimendo ratione iudicis, ratione iuriſdictionis, ratione legitimatorum, ratione loci, vel temporis, vel cauſæ, vel quantitatis, Specul. *tit. de ſent. §. 8.* Marant. *part. 6. de ſentent. num. 52. & ſeqq.* & ſummatim Pac. Iordan. *Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 25. num. 136. & ſeqq. ad 242. fol. 517. &c.* latè Tuſch. *litt. S. concluſ. 150. cum pluribus ſeqq. per tot.* Ricc. *Collect. 747. 1480. 2050. & 3865.* vbi latè qualiter vigore Bullæ Clementis VIII. non poſſit ſententia dici nulla, niſi ex defectu mandati, iuriſdictionis, & citationis, vide in §. *Nullitas num. 20.*

3 Sententia lata tempore feriarum, etiam ob neceſſitates hominum, & non repentinarum, nec in honorem Dei, eſt ipſo iure nulla ex defectu iuriſdictionis, quæ tunc dicitur conquieſcere, ita vt nec tacitè, nec expreſsè poſſit ratificari, nam licèt poſſit ante iudicium renunciari huiuſmodi ferijs hominum, tamen poſt ſententiam non eſt permiſſum, Gratian. *diſcept. for. cap. 516. num. 13. &c.* Vant. *de Nullit. ex defect. iuriſdict. num. 129. & ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 25. num. 180. & fol. 516.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 147. num. 8. vol. 1.* Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 1. §. 9. num. 44. & ſeqq.* vbi quatuor modis limitat, nempè in ſententia excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, in omni ſententia, quæ fertur ſine cognitione cauſæ, & ſtrepitu iudicij, ſi ita expediat Reipublicæ, & in cauſis Tribunalis S. Officij, vbi quod lata die Dominico eſt nulla per *tex. in l. dies feſtos C. de fer.* Cæſar Cala *tract. de ferijs quaeſt. 5. num. 2. & num. 105. & ſeqq.* vbi quòd idem eſt in ſententia arbitri, vel arbitratoria, niſi actum ſit, vt procedi poſſit, etiam tempore feriato, & alia plura ad rem.

Quòd lata tempore feriarum non valeat etiam de conſenſu partium, nec de illarum conſenſu tunc ferri poſſit, Altograd. *conſ. 86. num. 11. &c. lib. 2.* P. Manar. *Nott. Malencol. Interrog. 161. fol. 267.* vbi an, & quando in criminalibus poſſit ferri ſententia, vel alia acta iudiciaria fieri in diebus feſtiuis, vide in §. *Executio num. 15.* Nouar. *in Pragm. Regn. Collect. 95.*

Quòd lata in hebdomada ſancta tanquam feriata in honorem Dei ſit omninò nulla, licèt in loco adeſſet conſtitutio Principis ſæcularis, quòd tunc poſſet reddi ius, quia Principes Laici habent quidem facultatem augendi, non autem diminuendi cultum Diuinum, Paul. Rub. *in diſcurſ. ad part. 9. deciſ. recent. vol. 2. num. 542. & ſeqq.* Rot. *part. 9. recent. deciſ. 478. num. 5. &c.* vide in §. *Principe num. 25.* Rot. *d. part. 9. deciſ. 478. num. 5. &c.*

Quòd valeat executio non obſtantibus ferijs facta, vide in §. *Executio num. 15. & §. Feria num. 2.*

An autem huiuſmodi ſententia nulla tamquam lata die feriata in honorem Dei, vel ex alijs cauſis, poſſit confirmari per aliam ſententiam validam ferendam tempore iuridico in cauſa appellationis, latè Gratian. *deciſ. 144. per tot.* vbi quòd non, & ſequitur Nouar. *in Pragm. Regn. Collect. 95. num. 2.* vbi etiam quando non obſtent feriæ, de quo dixi in §. *Feria.*

4 Sententia nulla etiam ex defectu iuriſdictionis debet confirmari à iudice nullitatis, quando aliàs conſtat de bono iure obtinentis, Gratian. *diſceptat. for. cap. 206. num. 4. &c. cap. 516. num. 24. &c.* vbi contra, quia nulla maior datur iniuſtitia quàm nullitas; hanc concluſionem, quòd poſſit confirmari ſtante bono iure claro tamen, & indubitato, ſequitur Magon. *deciſ. Luc. 92. num. 33.* dixi *in meis reſol. cap. 88. num. 9. &c.* Alex. *conſ. 67. lib. 9. conſ. 181. num. 15. d. lib. 6.* Vant. *de Nullit. tit. vlt. num. 129. &c.* Gregor. *deciſ. 131. num. 18. etc.* Rot. *p. 14. recent. deciſ.*

*deciſ.*104. *& deciſ.*341. Martha *vot. Piſ.*149. *num.*1. Thom. Triuiſ. *deciſ.*52. *lib.*1. vbi quòd tenet in vim confirmantis, & noo coofirmatæ, Ioſeph. de Roſa *Conſult.*48. *n.*48. vbi intelligit quòd poſſit, & debeat confirmari quando agitur de nullitate ſolam ſententiam reſpiciente, non etiam acta, quia ſi nullitas concernit acta, idem vitium nullitatis diceretur adeſſe etiam io ſententia confirmante, Scacc. *de appellat. quæſt.*11. *n.*127. 136. 153. *&c. q.*17. *limit.*19. *n.*11. vbi quòd ſi prima ſententia ſit oulla defectu actorum, debent omnia acta ea integro renouari, Laurent. *deciſ. Auenion.* 68. *num.*4. *&* 5. vbi benè vt ſuprà diſtinguit, Borgon. *deciſ.* 25. *num.*9. *& ſeqq. lib.*1.

Quod quando ſententia eſt iuſta, licèt ſit nolla, poſſit confirmari, Gratian. *diſcept. for. cap.*734. *num.*55. Magon. *deciſ. Luc.* 25. *num.*43. vbi Addit. Rot. *part.*3. *diuerſ. deciſ.* 116. *& deciſ.*129. *lib.*3. dixi in §. *Nullitas n.*18. Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*380. *n.*23. *& ſeqq.* vbi ampliat etiam ſi pars contradicat, quando nullitas oon implicat totalem iuriſdictionis defectum, nec eſt omninò clara, & certa, *& deciſ.*382. *per tot. d. part.*9.

Multa quando ſententia nulla, poſſit per aliam validam confirmari, Gratiao. *diſceptat. forenſ. cap.*950. *num.*27. *&c. deciſ.*144. *& deciſ.*114. Bardellon. *conſ.*200. *lib.*2. latè Tuſch. *litt. N. concluſ.*148. *per tot. & litt. S. concluſ.*158. *per tot.* vbi plenè *ad num.*93. Vrceol. *Conſult. for. cap.*77. *per tot. vol.*2.

Quòd parte opponente de oullitate in ſpecie, non poſſit confirmari, Cabal. *conſ.*149. *num.*36. *lib.*1. *& conſ.*152. *d. lib.*1. Caualer. *deciſ.*203. *num.*7. vide Mart. Med. *deciſ.*55. *num.*2. *&c.* Ludouiſ. cum Beltram. *deciſ.*176. & benè Pac. Iordan. *Lucub. vol.*3. *lib.*14. *tit.*27. *n.*354. *&c. fol.*531. vbi qoòd poteſt confirmari ampliando, & declarando pluribus modis, & limitando quando pars opponit, & repetit in qoolibet actu proounciari prius ſuper nullitate, nam tunc non poteſt ſanari, præſertim ſi notoriè conſtet de illa, ſecus ſi ſit dubia, adde Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.*77. *vol.*2. Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*340. *per tot.* vbi quòd quando in principio iudicij fuit principaliter deducta, & oppoſita nullitas ad impediendum proceſſum ſuper meritis, donec articulus nullitatis fuerit deciſus, tunc debet cauſa nullitatis ante omnia expediri, nec poteſt iudea ſimul complicare cognitionem ſuper meritis, & iuſtitia ſententiæ, quando autem oollitas fuit oppoſita poſt ſeruatos terminos ſubſtantiales, & factum proceſſum ſuper tota cauſa, & ſic iudici conſtat tam de nullitate, quàm de ioſtitia tunc poteſt ſuper vtraque eodem tempore pronunciare, imò debet ſi iam præceſſit plena cognitio, atque diſcuſſio ſuper meritis, & quomodo id eapedire valeat vnica cedula, vel ſententia, ſiue plures, & alia benè docet Rot. *loc. cit. per tot. & part.* 32. *deciſ.*227. *num.*1. *&c.*

Quòd poſtquaio ſententia eſt confirmata, noo poſſit ampliùs impugnari, cùm ſecunda confirmans claudat viam nullitatis contra primam, quando ſecunda iam tranſiuit in iudicatum, anteà autem poteſt adhuc dari de nullitate primæ, ac etiam poſtea ſi vitia primæ influant in ſecundam, Gabriel. *concluſ.*49. *lib.*1. Rot. *part.*2. *recent. deciſ.* 474. cum alijs per Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ.*176. vbi plura de hac materia Bich. *deciſ.*272. *num.*1. vbi quòd parte opponente de nullitate, eſt prius ſuper ea pronunciandum, *& deciſ.*511. *num.*2. vbi quòd ſi oon fuit oppoſitum, & quidem ſpecificè de nullitate ante ſeruationem terminorum ſubſtantialium, poteſt ſententia ſi iuſta ſit confirmari, Rot. *part.*18. *recent. deciſ.*449. *num.*22. vbi quòd quando fuit nullitas principaliter deducta, illa verificata, non poteſt ſecundus iudex primam ſententiam nullam confirmare, & cunfirmando facit iniuſtitiam.

5 Sententia lata per iudicem laicum ſuper bonis Eccleſiaſticis, etiam reſpectu ſolius vtilis dominij inter laicos an ſit nnlla, vide in §. *Iudex num.*30. *&c.* §. *Laudum num.*7. *&* §. *Poſſeſſio n.*5.

Qualiter ſenteotia arguatur nulla ex defectu iuriſdictionis in multis caſibus, latè Tuſch. *litt. S. concl.*150. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.*94. *vol.*4.

Qnando autem ſententia lata à iudice ſæculari inter perſonas Eccleſiaſticas, & de rebus Eccleſiaſticis teneat, & in iudicatum tranſeat, ita vt obſtet etiam coram iudice Eccleſiaſtico, nec ſit locos reſtitutioni in integrum, vide Thom. Triuiſ. *deciſ.*17. *per tot.*

6 Sententia qualiter dicatur notoriè nulla ob non tranſportationem actorum primæ inſtantiæ, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.*691 *num.*28. vide in §. *Appellatio num.* . . .

An, & quando pro ſententia præſumatur, latè Maſcard. *de probat. vol.*3. *concluſ.*1296. *per tot. infrà num. ſeqq.*

Sententia, quæ non iuſtificatur ex actis, non probat, 7
cùm non credatur iudici de aſſertionibus facti ſine præuia cauſæ cognitione, & non apparentibus in proceſſu, Gratiao. *diſcept. for. cap.*310. *num.*89. *cap.*531. *num.*48. 62. *&c.* Tuſch. *litt. S. concluſ.*162. Ridolphin. *in Prax. part.*1. *cap.* 13. *n.*285. *& ſeqq.* Manſi *conſul.*356. *lib.*4.

Quòd ſine proceſſu non probet, & pro ea de recenti lata noo præſumatur, licèt eſſe lata præſentibus partibus, & non appellantibus, Rot. *part.*2. *diuerſ. deciſ.*196. *n.*5. Ricc. *Collect.*2396.

An autem illa verba, *Viſo libello, Viſa conteſtatione*, *&c.* probent acta præceſſiſſe, videtur negare, Genu. *de verb. enunciat. lib.*2. *quæſt.*1. *n.*110. *&c.* & latius q.9. *per tot.* vbi limitat multis modis, vide Pac. Iordan. *Lucub. vol.*3. *lib.* 14. *tit.*25. *num.*253.

Quòd ſtante antiquitate temporis, vel etiam ſolo curſu biennij præſumatur pro ſententia, etiam ſine actis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*765. *num.*64. *&c. deciſ.* 197. *per tot.* Ricc. *Collect.*3912. vbi quòd tranſacto biennio probat ſine actis, & *Collect.*2396. Lodouiſ. *deciſ.*535. *num.*8. vbi idem in teſtibus, vt dixi io §. *Teſtes num.*22. Rot. *part.*17. *recent. deciſ.*197. vbi qnòd in antiquiſſimis ſententia plenè probat, etiam ſine actis, & eo magis eacipiendo.

Ao & quando præſomatur pro ſenteotia, vel oon, Menoch. *de præſumpt. lib.*2. *præſumpt.*67. *&* 68. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.*3. *lib.*14. *tit.*25. *num.*81. *& ſeqq. ad* 97. *fol.*513. Toſch. *litt. S. concluſ.*117. Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concluſ.*1296. *per tot.*

Qualiter debeat interpretari ſententia, latè Tuſch. *litt. S. concl.*126. *per tot. cum plurib. ſeqq.*

Quòd quando ſententia non deducitur per viam actionis, ad petendam illius eaecutionem, ſed per viam exceptionis probet etiam ſine actis, & proceſſu, ſicut etiam concurrente antiquitate temporis 30. annorum, vel quando fuit executioni demandata, vel quando acta fueruot deperdita, quod probatur per diligentias factas de illa repetiendo, quibus caſibus ſemper præſumitur pro ſententia, etiam ſine actis, Rot. *part.*2. *diuerſ. deciſ.*143. *num.*6. *&c.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.*3. *lib.*14. *tit.*25. *num.*311. *& ſeqq. fol.*529. Rot. *part.*9. *recent deciſ.*270. *num.*22. *& ſeqq. part.*14. *deciſ.*536. *num.*39. *& ſeqq.* vbi quòd ad iuſtificationem delicti ſufficit inſtrumentum ſententiæ condemnatoriæ, quando non fuit lata in contumaciam, ſed ea veris probationibus, & quando propriè non agitur de illius executione, ſed ad oſtendendum factum ſequotum, vel iam fecit tranſitum in rem iudicatam, vel à ſupremo tribunali, à quo noo poſſint acta haberi fuit lata.

An & quando ſeotentia lata ſine probationibus ſit nulla, Tuſch. *litt. S. concl.*149. *per tot.*

Quòd ſeotentia debeat iuſtificari ex actis, quæ præceſſerint illius probationem, noo autem ea ſubſequutis, alias dicatur notoriè iniuſta, Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*285. *num.* 27. *&* 18. Intellige vt poſſit demandari execotioni, nam ad impediendam illius executionem poteſt impugnari ex nouis, Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*483. *n.*15.

Plura an & quando ſententia poſſit iuſtificari ex iuribus poſteà productis, vel noo, Rot. *part.*10. *recent. deciſ.*73. *num.*15. *& ſeqq. per tot. & deciſ.*89. *n.*18. *deciſ.*206. *num.*2. *&c. deciſ.*338. *num.*8. *&c.*

Sententia lata, vel executio facta extra horam in citatio- 8
ne expreſſam eſt nulla, niſi citatio fuerit per iudicem prorogata in horam, vel diem ſequeotem, Gratian. *diſcept. forenſ.*333. *num.*18. *&c. cap.*156. *num.*33. *&c. cap.*510. *n.*9. *&c.*

Quòd poſſit ferri in die ſequenti poſt citationem abſque noua citatione de iure canonico, ſecus autem de iure ciuili, niſi iudex habeat arbitrium, Felin. *in cap. conſuluit de offic. deleg.* Menoch. *de arbitr. lib.*1. *quæſt.*63. *per tot.* vide io §. *Citatio num.* . . . Bich. *deciſ.*72. vbi quòd de æquitate poteſt ferri ſeotentia in die ſequenti quando in die, & hora cadeotis citationis actor accuſauit contumaciam rei conuenti.

Quòd valeat abſque vlla citatione ſi feratur in vltima

die

die inſtantiæ, vide §. *Citatio num.*61. latè Tuſch. *lit. S. concl.*152. vbi quando ſit nulla ex defectu citationis, vel non, Paul. Chriſtin. *deciſ.*88. *vol.*4.

Quòd lata contra abſentem impeditum, ſit nulla, ſtante ſcientia iudicis, & quando ſecus, Tuſch. *lit. S. concluſ.* 144. *per tot.*

Qualiter requirat citationem ſpecificam, & nominatim ad ſententiam, Ridolphin. *in praxi p.*3. *cap.*2. *num.*70. *&c.* dixi in §. *Citatio num.* 21. *& ſeqq. infrà n.*28.

9 Sententia lata prout in cedula, quando ſit nulla, vel valida, Caualer. *deciſ.*563. dixi in §. *Concluſio num.*3. *& §. Citatio n.*45. Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.*546. *num.*7. *&c.* Bich. *deciſ.*63. *num.*4.

Multa de ſententia lata in termino *pro ſeruato*, vel *prout in cedula*, quod idem eſt, & fit quando adueniente termino citationis ad ſententiam Iudex nondum plenè inſtructus pronunciat, *pro ſeruato*, vel *prout in cedula ſubſcribenda*, quam poſteà tenetur regulariter infra decem dies ſubſcriptam in actus reponere, & ſententia habetur pro lata in ipſo die huiuſmodi pronunciationis, & non ſubſcriptionis, & ab eo currit terminus ad appellandum, quamuis tenor ſententiæ ignoretur, & ideò inoleuit praxis appellandi ab vtraque parte in actu pronunciationis cum conditione, *quatenus contra*, Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.*14. *tit.*25. *num.*142. *& ſeqq. fol.* 517. *& tit.*26. *num.* 579. *fol.*576. Ridolphin. *in praxi part.*1. *cap.*8. *num.*355. *& ſeqq. & cap.*13. *num.*336. *& ſeqq.* vbi quouſque duret dictus terminus *pro ſeruato* de ſtylo diuerſorum Vrbis Tribunalium.

10 Sententia lata nemine inſtante eſt ipſo iure nulla, cùm Iudex in ciuilibus non impertiatur Officium ſuum parte non petente, niſi in cauſa fiſcali, vel Reipublicæ; ſufficit tamen inſtantia facta per actorem in libello, vel per reum in exceptionibus, quia præſumitur continuata, Gratian. *diſcept. for. cap.*156. *num.*27.

De hac concluſione plura Pac. Iordan. *Lucub. vol.*3. *lib.* 14. *tit.*25. *num.*106. *&c. ad* 212. *fol.*520. vbi videtur tenere quòd non ſufficiat inſtantia libelli, & quare vide in §. *Iudex num....*

Ad cuius inſtantiam præſumatur lata, Menoch. *lib.*2. *præſumpt.*73.

Quando nemine inſtante poſſit ferri, Diaz. *Reg.*665. *per tot.* Tuſch. *lit. S. concluſ.*137. *per tot.*

11 Sententia lata contra pupillum, vel minorem indefenſum, & illis non dato tutore, vel curatore eſt ipſo iure nulla, ſecus ſi ſit lata in eorum fauorem, *l.*1. *&* 2. *C. ſi aduerſ. rem iud. l. acta, & l. contra*, vbi Bart. *ff. de re iud.* Gratian. *diſcept. for. cap* 668. *n.*23. *&c.* Rot. *part.*2. *diuerſ. deciſ.*329. *n.*1. Surd. *deciſ.*108. *per tot.* Gratian. *deciſ.*134. *n.*6. *&c.* Montan. *de tut. cap.*30. *n.*1.43. *&c. fol. mihi* 94. Pac. Iordan. *Lucub. vol.*3. *lib.*14. *tit.*25. *n.*194. *& num.*214. *&c. fol.*521. Bich. *deciſ.*272. *per tot.* vide in §. *Minor n.*1. *& §. Pupillus num....* Tuſch. *lit. S. concluſ.*148. *per tot.* latè Ridolphin. *in prax. part.*3. *cap.*2. *num.*80. *&c.* vbi pluribus modis declarat Paul. Chriſtin. *ad leg. Municip. tit.*19. *art.* 25. Rot. *part.*10. *recent. deciſ.*46. *n.*3. *& ſeqq. & deciſ.*243. *num.*5. *&* 6. vbi quòd talis nullitas prodeſt etiam conſortibus eiuſdem litis, & *part.*13. *deciſ.*192. *per tot.* vbi etiam an ſuſtineatur in poſſeſſorio, & diſtinguit.

Valeret tamen etiam contra minorem, quando iudex ignorat, Gratian. *diſcept. for. cap.*950. *num.*25. *&c.* quando pupillus fuit defenſus à legitimo procuratore, Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*364. *num.*8. *&c.*

Qualiter ſententia contra incapacem iudicij lata poſſit à nullitate defendi, latè Vant. *de Nullit. tit. qualiter ſentent. poſſ. à nullit. def. num.*81. *&c.* Ludouiſ. *deciſ.*43. *num.* 9. *& ſeqq.*

Quòd ſententia lata ad fauorem pupilli ſit valida, etiam ſi eius procurator fuerit minus legitimè conſtitutus, quando fuit conſtitutus ab ipſo pupillo, quia in concernentibus eius fauorem habetur pro maiori, ſecus autem ſi procurator fuerit ab alio conſtitutus nomine pupilli, Rot. *part.*14. *recent. deciſ.*176. *num.*7. *& ſeqq.* vide in §. *Iudicium num.*8.

12 Sententia quando ob breuitatem temporis dicatur nulla, Gratian. *diſcept. for. cap.*153. *per tot. infrà num.* 28. Merlin. *deciſ.*324. Aluarez de Velaſc. *tract. de iud. perfect. Rubr.*15. *annot.* 1. *num.*10. *&c.* Franciſc. de Angelis *in Aſtreal. Patroc. poſt. tract. de confeſſ. Opuſc.*2. *n.*175. *&c.*

Quòd feſtinanter, & præcipitanter lata ſit nulla, niſi ſit in confeſſum, vel niſi illo breui tempore potuerit iudex eſſe informatus, vel niſi fuerit lata parte præſente, & non reclamante, Menoch. *de arbitr. lib.*1. *quæſt.*42. *per tot.* Ricc. *Collect.*1237. vbi limitat in iudice ſubrogato, quin poteſt eadem die tenere terminum, & ſententiare, cùm ſufficiat quò potuerit veriſimiliter eſſe inſtructus, Ludouiſ. *deciſ.* 176. *num.*6. *& ſeqq.*

De ſententia præcipitanter lata Caualer. *deciſ.*135. *& deciſ.*157. Pac. Iordan. *Lucub. vol.*3. *lib.*14. *tit.*25. *num.*219. & Ricc. *Collect.*3975. 3744. Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*142. *num.*7. *&c.* vbi pro nullitate cùm fuerit lata intra quinque dies.

Quòd lata intra triginta dies à die deputationis ſuſtineatur, Rot. *in recent. part.*2. *deciſ.*743. *n.*5. *& in Nouiſſ. part.*7. *deciſ.*7. *n.*7. Item intra 20. dies, Merlin. *deciſ.*325. *num.*6. vide in §. *Laudum*.

Sententia de nocte lata eſt nulla, *Gloſſ. in §. Omnis, Inſtit. de verb. obligat.* Cabal. *reſolut. crimin. caſ.*218. *num.*26. *&c.* 13

Limita tamen vt non procedat, quando iuriſdictio delegati expiraret, quando partes eſſent præſentes, quando Iudex eſt multitudine cauſarum oppreſſus, quando agitur de re tempore peritura, vel in cauſis pijs, vel vbi extaret vſus in contrarium, Menoch. *de arbitr. caſ.*525. *num.*6. *&c. ad* 13. Soccin. *reg.*425.

Quòd propter multitudinem cauſarum, poſſit ferri de nocte, alias ſecus, Euerard. *loc. à vi inram. num.*72.

Erroneam eſſe dictam opinionem quòd ſententia lata de nocte ſit nulla, & quatenus communem limitari in pluribus caſibus, nempè ſtante contraria conſuetudine, multiplicitate negotiorum, vbi proceditur de æquitate, ſummariè, & ſola facti veritate inſpecta, vel ſi feratur vltima hora inſtantiæ, qua elapſa ipſamet inſtantia periret, Altograd. *conſ.*86. *per tot. lib.*2. Vant. *de Nullit. ex defect. iuridic. num.* 132. Pac. Iordan. *Lucub. vol.*3. *lib.*14. *tit.*25. *num.*183. *& ſeqq. fol.*519. latè Polydor. Ripa *tract. de nocturn. temp. cap.* 134. Ludouiſ. *deciſ.*131. *n.*3. *&c.* Viui. *comm. opin.*703. vbi quòd ſolet ferri tribus luminibus accenſis.

Non ſeruari de conſuetudine dictam opinionem, imò vt plurimum ſententias ferri de nocte tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, Guaz. *deff.*35. *cap.*9. *n.*7. Gratian. *diſcept. for. cap.*199. *n.*18. *&c.* Menoch. *de arbit. lib.*1. *quæſt.*62. *per tot.* dixi *in Pract.* §. *Gaudeci n.*104.

Non tamen tenentur, nec aliquo modo cogi poſſunt iudices ad pronunciandum de nocte, nam Magiſtratibus in publicum eſſe non conuenit temporibus veſpertinis, ſed cauſas audientes matutino, mox à meridie, & demum veſperè ante noctem ſedere debent ad bancum iuris, & non de nocte per *text. in l.*2. §. *deinde ff. de orig. iur. & in §. ſedebunt in Auth. de iudic.* Viui. *comm. opin.*78. *num.*5. & ita ſemper ego ſeruaui, vt dixi in §. *Iudex num.*69.

An autem ſit neceſſe quòd feratur in ſcriptis, & ſedendo, vide Menoch. *de arbitr. lib.*1. *quæſt.*60. *&* 61. Tuſch. *lit. S. concluſ.*133. *per tot.*

Sententia lata poſt terminum aſſignatum à ſtatuto ad illam ferendam, quando dicatur nulla, Pract. Papp. *for. ſent. deff. gloſſ.*1. *num.*36. Marant. *part.*4. *diſtinct.*16. *per tot.* vbi triginta nullitates adducit, Altograd. *conſ.*86. *num.*25. 31. *&c. lib.*2. Vant. *de nullit. ex defect. iuriſdict. num.*115. *&c. ad* 129. vide in §. *Inſtantia num.... & in meis reſol. cap.*88. *per tot.* latè Tuſch. *lit. S. concl.*143. *per tot.* Cabal. *conſ.*149. *num.*31. *& ſeqq. lib.*1. vbi quòd nulla ex hoc capite non poteſt ex bono iure confirmari à iudice appellationis, vel nullitatis, maximè parte opponente, *ſupra num.*4. latè idem Cabal. *conſ.*152. *in eadem cauſa d. lib.*1. 14

Florentiæ iuxta ſtylum, & conſuetudinem ibi ſeruatam, non poteſt ferri ſententia niſi in vltima die inſtantiæ, vt teſtatur Aſin. *in Prax.* §. 2. *cap.*20. *in fine*, Scacc. *de ſentent. & re iud. gloſſ.*9. *num.*83.

Quòd lata pendente dilatione, vel termino ſit nulla, & tamquam talis non indigeat reuocatione, *l. fine pars C. de dilat. c. conſuluit extra de offic. deleg. c. ſignificante de appellat.* Caualer. *deciſ.*69. *num.*3. *&c. & deciſ.*329. *num.*1. *&c.* Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*283. *num.*26. *& ſeqq.* vbi benè declarat, quia durante termino ad aliquid faciendum iudicis officium conquieſcit, & *deciſ.*380. *n.*16. *& ſeqq. d. part.* 9. vbi limitat niſi dilatio fuerit reuocata, & quando dicatur reuocata.

Sententia lata prætextu falſi inſtrumenti, an ſit ipſo iure nulla, & debeat ſaltem retractari, ſicut etiam quando iudi- 15

cium

cium fuit geſtum cum falſo procuratore, *l. licet C. de procur.* Socin. *reg.*450. Pract. Papp. *ad reſcindend. ſentent. prætext. falſ. inſtr. gloſſ. fuiſſe, & eſſe*, Guaz. *deff.*34. *cap.*6. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.*108. *vol.*4. vbi qualiter ſuſpendatur executio ſententiæ ex falſis inſtrumentis, vel teſtimonijs latæ.

Quòd ſententia ex falſis allegationibus lata poſſit retractari, intelligendo de allegationibus facti, non autem iuris, ex quibus licèt falſis non retractatur, ſed iudex facit litem ſuam, Menoch. *de arbitr. caſ.*175. *num.*11. Vant. *de nullit. ex defect. proceſſ. n.*132. Gabriel. *de ſent. concluſ.*7. *n.*3. Rot. *p.*14. *recent. deciſ.*507. *num.*1. *&c.* vbi plura qualiter ſententia excommunicationis ex falſis allegationibus facti, vel non probata cauſa, & ideò falſa præſumpta, reddatur ipſo iure, & notoriæ nulla, nec opus ſit abſolutione iuxta notata in §. *Excommunicatio, inf. n.*22.

Quòd ceſſante cauſa ſententiæ, ceſſet illius effectus, etiam ſi in rem iudicatam tranſitum fecerit, *l.*2. *l. ſi à te* 9. *l. matrr* 11. §. *eadem ff. de except. rei iud.* Sicut etiam retractatur ex inſtrumentis de nouo repertis, Amaia *in l. vn. C. de ſent. aduerſ. fiſc. latis retract. lib.*10. *n.*14. Parexa *tract. de edit. inſtrum. tom.*1. *tit.*2. *reſol.*6. *ſpecial.*4. *n.*328. Faiard. *Allegat. fiſc.*42. *num.*10. *&* 11. *fol.*575.

16 Sententia continens manifeſtam iniquitatem ex eiſdem actis dicitur ipſo iure nulla, Afflict. *deciſ.*28. *& deciſ.*47. Aſin. *in prax.* §.31. *limit.*6.

Quòd continens errorem iuris ſit nulla, *l.*2. *C. quando prouoc. non eſt neceſſ. cap.*1. *de re iudic.* Buratt. *deciſ.*209. *n.*8. latè Vant. *de nullit. ex defect. proceſſ. ſiue ordin. num.*118. *& ſeqq.* Tuſch. *litt. S. concluſ.*141. *per tot.*

Quòd quando continet manifeſtum iuris errorem, qui oculis corporeis legi poſſit ſit nulla, & quando ſecus, Gabriel. *comm. concluſ. tit. de ſentent. concluſ.*7. Marant. *part.* 6. *de ſent. num.*117. Pac. Iordan. *Lucub. vol.*3. *lib.*14. *tit.*25. *num.*220. *fol.*521.

Quid ſi contineat errorem facti, Gratian. *diſcept. for. cap.* 103. *num.*18. *&c.*

Quando ratione erroris, vel contrariæ mentis iudicis reddatur nulla, vel non, latè Tuſch. *litt. S. concluſ.*139. *&* 140. *per tot.*

Quòd ſententia continens quid impoſſibile impoſſibilitate iuris, veluti quòd hæreticus poſſit contrahere, vel ſimilia à iure reprobata, & prohibita, ſit adeò nulla, vt non poſſit aliquo modo ratificari, Sutd. *deciſ.*289. *num.* 39. *&c.*

Quòd ſententia iniuſta dicatur nulla ex defectu voluntatis illam proferentis, Seraph. *deciſ.*398. *num.*1. *deciſ.*956. *num.*12. Altograd. *conſ.*102. *n.*5. *&c. lib.*2. vide in §. *Princeps num.* ...

Quòd notoriè iniuſta, non dicatur notoriè nulla, cùm differant inter ſe nullitas, & iniuſtitia, licèt ſimul comparentur, Pac. Iordan. *Lucub. vol.*3. *lib.*14. *tit.*27. *num.*17. *fol.*600. vide Ridolphin. *in praxi part.*1. *cap.*13. *num.*278. *& ſeqq.*

Qualiter iniuſtitia debeat eſſe patens, & notoria, vt æquiparetur nullitati, quando talis dicatur, vel non, cùm præſumptio ſtet pro facto iudicis, Rot. *part.*14. *recent. deciſ.*55. *num.*5. *& ſeqq.* Cabal. *conſ. deciſ.*81. *lib.*1. vbi de nullitate trium conformium ex notoria illarum iniuſtitia, & quid probandum ſit ad obtinendum in dicta nullitate.

17 Sententia lata contra non ſubditum eſt nulla, iuſtificatur reſpectu corporis delicti alibi commiſſi, & dicitur propter contumaciam non propter delictum, Gratian. *diſcept. for. cap* 531. *num.*47. *&c.*

Qualiter lata per iudicem incompetentem contra eum, qui per reconuentionem ſe ſupponit, dicatur valida, Afflict. *deciſ.*27.

18 Sententia lata vltra petita, vel continens maiorem ſummam, quàm fuerit petitum, non valet, & redditur notoriè iniuſta, *l.*2. *C. comm. diuid. l. vinum, ff. ſi cert. pet. cap. licet Nalij de Simon.* Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.*221. *num.*3. *& part.*15. *recent. deciſ.*32. *num.* 1. *& ſeqq.* Niſi eſſet circa connexa, & dependentia à petitis, Marſil. *de fideiuſſ. num.*191. vide in §. *Iudex num.*8. *infr. num* 46. Rot. *in Romana domus* 25. *Februarij* 1641. coram Cerro *part.*9. *recent. vol.*1. *deciſ.*7. *num.* 2. *&c.*

Quòd ſententia ſit ſtricti iuris, quando autem contineat ea, quæ veniunt ex iuris præſumptione, & in neceſſariam conſequentiam, licèt non fuerint expreſſa, Magon. *deciſ. Flor.*3. *n.*7. *&* 19.

Quid ſi careat verbo, *condemnatus*, an ſubintelligatur, idem Magon. *deciſ. Flor.*133. *per tot.*

Quando condemnans ad fructus decurſos comprehendat etiam decurrendos, vel non, & an omiſſum in ſententia habeatur pro omiſſo, vel poſſit ſuppleri, Tuſch. *litt. S. concluſ.*128. *&* 129. *per tot.* Rot. *part.*9. *recent. volum.*1. *deciſ.*7. *num.*2. *&c.* Cabal. *conſ.*25. *per tot. lib.*1. vbi qualiter poſſit ſuppleri, & declarari in motiuis, quæ Florentiæ de ſtylo Rotæ fiunt poſt ſententiam, & ad illam retrotrahuntur, ac pars ſententiæ dicuntur.

Sententia lata contra mortuum, vel pro mortuo, 19
licèt mors ignoretur eſt ipſo iure nulla, etiam quoad conſortes litis adhuc viuentes, Cabed. *deciſ.*197. *per tot. part.* 1. & Marcel. Marcian. *Oper. legal. de fiſcal. exerc. cap.*2. *per tot.* Franch. *deciſ.*245. Cabal. *conſ. deciſ.*4. *lib* 1. Guaz. *deff.*35. *cap. vlt.* Viui. *comm. opin.*700. *num.*2. *&* 716. facit quod dixi *in* §. *Hæres num.*55. *&* §. *Mors num.*3. vbi in criminalibus.

Contrarium tamen verius eſſe quando mors ignoratur, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*18. *num.*29. *& cap.*137. *num.* 33. *& cap.*734. *num.*40. *cap.*243. *num.*9. *&c.* Rot. *part.*10. *recent. deciſ.*181. *num.*13. Bich. *deciſ.*157. *num.*10. vbi quòd in profanis valeat, niſi probetur quòd mors fuerit nota iudici, vel patri, & ſuſtinetur quoad litis conſortes viuentes, idem Bich. *deciſ.*544. Vant. *de nullit. ex defect. iuriſdict. num.*106. Caualer. *deciſ.*396. *num.*4. Pac. Iordan. *Lucubr. vol.*3. *lib.*14. *tit.*25. *num.*195. *&c. fol.*520. *infr. num.* 24. Paul. Chriſtin. *deciſ.*89. *num.*8. *vol.*4. Merlin. *deciſ.*809. *num.*1. *& ſeqq.* vbi quòd mors debet innoteſcere iudici, & & ſuſtinetur reſpectu viuentis, vel quando fertur contra procuratorem effectum dominum litis, vel etiam contra principalem quando fuit citatus procurator, & cauſa benè diſcuſſa, & cùm iſta non ſit vna de tribus nullitatibus tantùm admittendis, nempè mandati, citationis, & iuriſdictionis, idem Merlin. *deciſ.*866. *num.*1. *&c.* vbi etiam quod ſubſtinetur ſi ſit lata ad fauorem pupilli maximè ſequuta ratificatione, vide Rot. *part.*14. *recent. deciſ.*381. *per tot.* vbi quod ſi ignorantia proueniat ex parte iudicis, & iudicium fuit inchoatum contra viuentem, poteſt ſubſtineri ſententia, ſecus autem ſi dicta ignorantia ſit ex parte actoris, qui iudicium mouit, nam cùm teneretur inueſtigare reum, & agat de lucro captando, non poteſt ſub prætextu ignorantiæ excuſari à nullitate commiſſa agendo contra mortuum, & quòd poſſit ferri ſententia contra procuratorem dominum litis effectum, Ludouiſ. cum Beltram. *deciſ.*396.

Idem eſt in ſententia lata contra grauiter infirmum, vt ſit nulla ipſo iure, ſi iudex ſciebat infirmitatem, ſecus autem ſi ignorabat, & ideò ſolet mitti excuſator ad docendum de infirmitate, Gratian. *diſcept. for. cap.*18. *num.*34. *&c. cap.*950. *num.*26. Iordan. *vbi ſupra num.*200. vide *in* §. *Acta num.*16.

Quòd facta fide de infirmitate, vel alio iuſto impedimento ſuſpendatur iudicis poteſtas, donec ceſſat impedimentum, & ſententia reddatur nulla, Vant. *de nullit. ex defect. iuriſdict. num.*161.

Sententia lata ſuper futura ſucceſſione, qualiter ſit nul- 20
la, vide *in* §. *Laudum num.*

Quando ſententia nulla poſſit per approbationem partium ſubſtineri in vim pacti, vide *in* §. *Laudum num.* Vant. *de nullit. tit. qualiter ſententia poſſ à nullit. deff. num.*17. *& ſeqq.*

Quando dicatur approbata, vt non poſſit procedi in appellatione interpoſita, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*151. *num.*1. *&c.*

Quòd debeat intimari, niſi pars contra quam lata fuit habeat de illa notitiam, vide *in* §. *Terminus num.*

Sententia ratione exceſſus redditur in totum nulla, cùm 21
reſpectu ſummæ ſit indiuidua, vt ſi quis debitor ſit in centum, & condemnetur in ducentum, Rot. *part.*2. *diuerſ. deciſ.*221. *num.*1. *&c.* Caualer. *deciſ.*84. *per tot.* Gratian. *diſcept. for. cap.*3. *num.*24. *cap.*162. *num.*12. *cap.*363. *num.*4. *cap.*447. *num.*40. *cap.*566. *num.*1. 581. *num.*2. *cap.*671. *num.* 22. *cap.*926. *num.*26. *cap.*960. *n.*44. *&c.* Merlin. *deciſ.*288. *num.*5. *&c.* Rot *part.*9. *recent. deciſ.*291. *num.*30. *& part.*12. *deciſ.*231. *num.*16. *&c. deciſ.*269. *num.*6. *& ſeqq. & part.*15. *deciſ.*

*deciſ.*32.*num.*1.*& ſeqq.* Bich. *deciſ.*547. vbi quando pendente iudicio fuit pars debiti ſoluta, maximè ſi fuerit executioni demandata, & an ſaltem detur retentio pro parte debita.

Intellige quando exceſſus eſt in iudice, ſecus autem ſi tantùm in executore, Marant. *Act. vltim. princ. num.* 10. Afflict.*deciſ.*358. Caualer. *deciſ.*446. *num.* 2. Magon. *deciſ. Flor.* 66. *num.* 26. *deciſ.* 109. *num.* 5. *&c.* facit Rot. *part.* 2. *diuerſ.deciſ.*204. vide *in* §. *Datio num.*3.*&* §. *Debitor nu.*53. Ridolphin. *in prax.part.*1.*cap.*15.*num.*93.*et ſeqq.* vbi ſequitur dictam diſtinctionem, & Rot. *part.*12.*recent.deciſ.*161. *num.*20.*et deciſ.*269.*num.*8.*etc.*

Exceſſus etiam proueniens tantùm ab actu deliberationis, ſeu adiudicationis, licèt reddat nullam ipſam deliberationem, vel adiudicationem, non tamen vitiat mandatum relaxatum pro ſumma verè debita, ac executionem vigore illius factam, Add. ad Gregor.*deciſ.*198. *lit. A.* Rot. *recent.part.*6.*deciſ.*8.*num.*7. *et ſeqq.part.*13. *deciſ.*218. *num.*2.

Quòd ſit nulla captura perſonæ facta pro maiori ſumma, quàm ſit debitum, latè Scanarol. *lib.*3. §. 10. *cap.*8. *num.* 23. *etc. fol.* 568.

Quòd decretum, ſiue mandatum ſtante exceſſu ſit in totum nullum etiam pro ſumma verè debita, procedit quando fuit executioni demandatum, nam quando non fuit executum, non eſt abſolutè nullum, nec reuocandum, ſed tantùm reformandum ad ſummam verè debitam, Duran. *deciſ.* 388. *num.* 3. *et* 4. & donec probetur de exceſſu præſumitur pro validitate, idem Duran. *deciſ.* 345. *num.* 1. Gregor. *deciſ.*198. *num.*2. Afflict. *deciſ.*358. *num.* 7. Capyc. *deciſ.*51. *num.* 2. Merlin. *deciſ.* 841. *num.* 1. vide *in* §. *Executio num.* 27. Bich. *deciſ.*552. *num.* 16. *et ſeqq.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 420 *num.* 2. *et ſeqq.* vbi quod quando ſententia exceſſiua non eſt executioni demandata, poteſt Iudex appellationis de ſtylo, & æquitate illam reformare, & in reliquis confirmare, ex quo non infertur præiudicium parti quoad ſummam verè debitam.

Quando verò ſententia fuit executioni demandata conſtito de exceſſu, debet penitus reuocari, vt præiudicium aduerſario illatum omnibus in priſtinum reſtitutis reparetur, & deinde legitimè procedatur, Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 172. *num.* 15. Bich. *deciſ.* 44. *per tot. et deciſ.*99. *num.* 7. *et deciſ.* 547.

Ad euitandos inutiles circuitus, & ne partes grauentur in expenſis, ſaltem de æquitate ſubſtinetur decretum, vel ſententia pro ſumma verè debita, vel ſi petens mandatum erat creditor ex alijs cauſis propter compenſationem, quæ ad euitandam nullitatem ipſo iure inducitur, vel exceſſus eſt moderandus in appellatione, maximè vbi proceditur ſummariè, & ſola facti veritate inſpecta, nam tunc petens etiam plus debito, & ex vna cauſa, & probans minus, & ex diuerſa cauſa obtinet pro ſumma verè debita, & ex cauſa probata, Altograd. *conſ.* 45. *num.* 58. *etc. lib.* 2. Bich. *deciſ. num.* 16. *et ſeqq. per tot.* vide *in* §. *Executio num.* 27. ac intellige vt ſupra quando nondum eſt executioni demandata, aliàs non eſt locus reformationi, ſed totali reuocationi, vt ſpolium ab ea cauſatum purgetur, idem Bich. *deciſ.* 44. vbi etiam ex quibus probetur exceſſus, *et deciſ.*99.*num.* 7. *etc. deciſ.* 509. vbi ex quibus iuſtificetur exceſſus, *et dec.* 547.

Quòd ſi ſumma contenta in ſententia confletur ex pluribus partitis, ſuſtineatur ipſa ſententia maximè de æquitate, pro ſummis debitis, licèt pro indebitis non valeat, cùm tunc tot cenſeantur ſententiæ, quot ſunt partitæ, Caualer. *deciſ.*484. *num.* 3. *etc.*

Si tamen ſententia emanauerit ſub vnica petitione, ac per vnicum capitulum, necnon vnica verborum ſtructura, dicitur indiuidua, & ratione indiuiduitatis non poteſt ſubſtineri pro aliqua alia ſumma debita, ſed exceſſiua in aliqua parte redditur in totum nulla, quia in indiuiduis in maiori ſumma, non ineſt minor, & vtile per inutile vitiatur, Put. *deciſ.*315. Greg. *deciſ.* 198. Burat. *deciſ.*286. Rot. *part.* 12. *recentior. deciſ.*231. *num.*17. *& ſeqq.*

Quòd etiam in criminalibus ſententia exceſſiua nullam mereatur executionem, ſed moderari debeat, vel condemnatus ad nouas defenſiones admitti, & quomodo, Farinac. *conſ.* 101. *num.*48. *conſ.* 111. *num.* 9. *et quæſt.* 11. *num.* 62. cum alijs per Zuff. *de legit. proceſſ. lib.* 3. *quæſt.* 203. *per tot.*

22 Sententia redditur nulla, ſi cauſa propter quam fuit lata reducatur ad non cauſam, ita vt ſi quid fuerit eius vigore ſolutum poſſit repeti, Surd. *deciſ.* 289. *num.* 18. Gratian. *diſcept.forenſ.cap.*408. *in princip.* Bardellon. *conſ.*152. *num.* 37.*& ſeqq. lib.*2. vide §. *Solutio num.*62. Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*215.*num.*9.*&c. ſuprà num.*15.

Qualiter ſententia lata partim ex falſa cauſa, & partim vera vitietur in totum, Ricc. *Collect.* 3955. Et quando lata ex falſa cauſa, id eſt non probata dicatur notoriè nulla, Rot. *part.* 14.*recent.deciſ.*507.

Quòd ſententia non reddatur nulla ex falſa cauſa quando cauſa non fuit expreſſa in ſententia, neque ſententia ſignanter, & ſpecificè ſe refert ad illa acta, in quibus adeſt error, & falſitas cauſæ, cùm iudex potuerit aliunde moueri ad ita iudicandum, & licèt regulariter ſententia habeat relationem ad acta, & hoc non procedit, quando per talem relationem infringeretur, præcipuè vbi error non eſt notorius, & notorietas excluditur per negationem, & quando continet aliquam dubitationem, Altograd. *conſ.* 24. *num.* 100. *& ſeqq. lib.* 1. Vant. *de nullit. ex defect. proceſſ. ſeu ord. num.* 129. *& ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 25. *num.* 221. *fol.* 522. *& tit.* 27. *num.* 15. *fol.* 599.

Quando ſententia lata ex falſa cauſa in libello deducta non ſubſtineatur ex alia vera cauſa in libello non expreſſa, & an ex iure ſuperueniente, Sperel. *deciſ.* 74. *num.* 15. *& ſeqq. infrà num.* 26.

Quòd quando ſententia eſt lata prout proferri debet, non bona, vel falſa cauſa aſſignata poſſit confirmari ex bona, & vera cauſa probata, Franch. *deciſ.*664. vbi an ob id impediatur conformitas.

Poteſt etiam ſubſtineri ex alio motiuo præter expreſſum quando continet clauſulam, *omni meliori modo*, Merlin. *deciſ.*901.*num.*7.*&* 8. vide in §. *Clauſula num.*22.

Sententia lata contra aliam ſententiam, quæ tranſitum 23
fecit in rem iudicatam non valet, Cabal. *conſ. deciſ.* 76. *lib.* 2. *& conſ.* 149. *num.* 27. *& ſeqq. lib.* 1. Caren. *reſol.* 13. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 156. *num.* 6. *&c.* vbi intelligit quando prima ſententia fuit allegata, & producta, aliàs ſecus, Olaſch. *deciſ.* 1. *num.* 49. Caualer. *deciſ.* 31. *num.* 2. addit. ad Burat. *deciſ.* 59. *litt. C.* Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 24. *num.* 1. *& ſeqq. & part.* 13. *deciſ.* 193. *num.* 1. *&c. part.* 14. *deciſ.* 191. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi qualiter poſſit ſubſtineri quando iudex proceſſit prout in prima inſtantia, & ſuper nouo proceſſu, & *deciſ.*443. *num.* 1. *&c. d. part.* 14. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 25. *num.* 223. *& ſeqq. fol.* 522. vbi citat alios hanc concluſionem pluribus modis limitantes, vide Gratian. *deciſ.* 197. *per tot.* Magon. *deciſ. Florent.* 94. *num.* 4. *infrà num.* 34. latè Tuſch. *litt. S. concluſ.* 142. *per tot.* Merlin. *deciſ.* 363. vbi vt valeat debet reuocari prima, & *deciſ.* 414. *num.* 1. *&c.* vide Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 354. *num.* 10. *& ſeqq.* vbi quando non ſit opus reuocare primam, & *part.* 10. *deciſ.* 24. *num.* 1. *& ſeqq. deciſ.* 90. *num.* 5. *& ſeqq. deciſ.* 220. *num.* 7. *& ſeqq. deciſ.* 259. *num.* 17. *& ſeqq. & part.* 11. *deciſ.* 33. *num.* 3. *& ſeqq.* Bich. *deciſ.* 290. Franciſch. de Angelis *in Aſtraal. Patroc. poſt tractat. de confeſſ. Opuſc.* 2. *num.* 177.

Quando primum decretum, vel ſententia remaneat circumductum, & annullatum per ſecundum emanatum in eadem cauſa, Alex. *conſ.* 72. *lib.* 3. Afflict. *deciſ.* 115. Surd. *deciſ.* 289. *num.* 15. *&c.* Duran. *deciſ.* 388. *num.* 5. *&c.* vide Tuſch. *d. concluſ.* 142.

Sententia lata infrà nouem dies luctus defuncti eſt nulla 24
licèt de luctu non fuerit oppoſitum, dummodò tamen iudex illius ſcientiam habuerit, Gratian. *diſcept. for. cap.* 18. *num.* 53. vide ſuprà *num.* 19. *& in* §. *Hæres num.* ...

Nec etiam intra dictum tempus poteſt executioni demandari, Aſin. *in Prax.* §. 31. *ampliat.* 16. *limit.* 4. *fol. mihi* 173. *col.* 1.

Sententia incerta non valet, ita vt nec poſſit ſubſtineri 25
per clauſulam appoſitam in commiſſione, vel ſtatuto de procedendo ſola facti veritate inſpecta, Aſin. *in Praxi* §. 3. *cap.*29. *&* §.31.*limit.* Soccin.iun. *conſ.*45.*num.*18. *&c.lib.*1. Magon. *deciſ.Lucenſ.*21.*num.*7. & Rot. *part.*2. *diuerſ.deciſ.* 315.*num.*9. vide in §. *Incertitudo num.*2. latè Oinot. *in* §. *Curare Inſtit.de act.num.*21.*& ſeqq.fol.*505.

Multa ad ſubſtinendam ſententiam incertam, Gratian. *diſcept.for.cap.*183.*num.*37.*&c.cap.*444.*per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr.vol.*3.*lib.*14.*tit.*25.*num.*62.*&c.fol.*511. Tuſch. *lit.S. concl.*108. *per tot.* vbi etiam de conditionali, & *concl.* 109. *&* 138. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 92. *&* 93. *vol.* 4. vbi etiam plura de ſententia incerta, & conditionali, Rot. *part.* 10.*recent.deciſ.*139. *num.*2.*et ſeqq.*

Quòd valeat condemnans ad damna, & intereſſe reſeruata liquidatione, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 315. *num.* 10. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 677. *num.* 3. *&c.* vide latè Chriſtin. *deciſ.* 93. *per tot. vol.* 4.

Non tamen poteſt executioni demandari, niſi præcedat liquidatio, Magon. *deciſ. Luc.* 3. *num.* 2. *&c.* Iordan. *vbi ſuprà num.* 64. *&* 65. vide in §. *Damna num....* *&* §. *Mora num....* Chriſtin. *d. deciſ.* 92. *num.* 2. *vol.* 4. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 270. *num.* 5. *& ſeqq.* vbi qualiter poſſeſſio capta ratione incertitudinis vitietur.

Florentiæ motiua, quæ dantur per Iudices dicuntur pars ſententiæ, & per ea declaratur ipſa ſententia, Magon. *dec. Flor.* 47. *num.* 10. *deciſ.* 54. *num.* 1. *deciſ.* 133. *num.* 16. Caball. *conſ.* 125. *num.* 1. *lib.* 1.

Quòd poſſit ferri ſententia ſuper rebus in genere fideicommiſſo ſubiectis, & poſtmodum in executione liquidari, ac recipiat declarationem à libello, in quo bona ſunt ſpecificata, Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 137. *num.* 5. *&* 6.

26 Sententia lata ad fauorem actoris ſine actione eſt nulla, vt dixi in §. *Actor num....* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 25. *num.* 212. *fol.* 521.

Quòd in iudicijs vniuerſalibus maximè ſtantibus clauſulis ſalutaribus libelli, tam de iure ciuili, quàm canonico, poſſit ſententia fundari in iure ſuperueniente pendente iudicio, Magon. *deciſ. Florent.* 104. *num.* 10. *&c. Iudicium num....* *ſuprà num.* 22.

27 Sententia lata poſt petitum conſilium ſapientis, & ſic illo à iudice petenti denegato contra formam, & diſpoſitionem ſtatuti illud concedentis, eſt ipſo iure, & notoriè nulla, Vant. *de nullit. ex defect. iuridic. num.* 152. Pac. Scala *tract. de conſil. ſap. lib.* 4. *cap.* 1. Bart. *in l.* 4. §. *condemnatum ff. de ſent. & re iud.* Seraphin. *deciſ.* 425. *num.* 2. Caualer. *deciſ.* 270. *num.* 11. *& deciſ.* 588. *num.* 2. vide in §. *Conſilium num.* 7. latè Tuſc. *litt. S. concluſ.* 490. 491. 492. *&* 493.

Sicuti enim omnia acta facta poſt commiſſionem vigore ſtatuti, vel reſcripti ad referendum factam, ſunt nulla, Marcheſan. *de commiſſion. part.* 3. §. 1. *num.* 105. *&* 106. *fol.* 403. ita etiam dicendum eſt de conſilio ſapientis vigore ſtatuti petito, Ruin. *conſ.* 172. *num.* 8. *&c. lib.* 4. *conſ.* 77. *num.* 5. *lib.* 5. vide Tuſch. *loc. cit.*

Quando ſententia ſit nulla ex eo quòd non ſit petitum conſilium ſapientis, vel petitum, & non expectatum, vel iuxta illud non iudicatum, latè Vant. *loc ſuprà cit. num.* 145. *et ſeqq. ad* 159. Tuſch. *lit. D. concluſ.* 490. *et ſeqq.* Paul. Chriſtin. *ad leg. municip.* Mechlin. *tit.* 1. *art.* 3.

28 Sententia lata ſine cauſæ cognitione, & parte non citata eſt ipſo iure nulla, etiam ſi à Principe lata contra ſubditum, & de plenitudine poteſtatis, ac cum clauſula *ſupplentis, etc.* niſi propter periculum in mora, vel ob potentiam vaſſalli Princeps ita de facto proceſſerit, Capyc. *deciſ.* 69. *num.* 26. *etc.* Tuſch. *lit. S. concluſ.* 147. *per tot. ſuprà num.* 12. Matthæu. Sanz. *de crim. contr.* 70. *per tot.* vbi latè pro nullitate ſententiæ criminalis ex defectu legitimę citationis non obſtante aſſiſtentia, & defenſione coniunctæ perſonæ, quæ licèt admiſſa fuerit, non potuit abſenti præiudicare.

Qualiter ſententia ſine citatione lata ſubſtineatur ex præſentia partis, vel eius procuratoris, & ex concluſione in cauſa, Ludouiſ. cum Beltram. *deciſ.* 576. *per tot.* in ſelectis per Farinac. *part.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 412. reliqua, vide in §. *Citatio*, vbi plura, & plures allegaui, & Viui. *comm. opin.* 709. *et* 710. *ſuprà num.* 8. Matthæu. Sanz. *loc. cit.*

An autem ſententia contra communem opinionem lata ſit nulla, vel ſaltem iniuſta, & an quando poſſit recedi à communi opinione, vel non, Aluarez. de Velaſc. *de iud. perfect. Rub.* 15. *annot.* 1. *num.* 49. *et ſeqq.* vide in §. *Opinio*.

29 Sententia quælibet etiam ſupremi magiſtratus, & Legati de latere, poteſt ex vitio nullitatis impugnari, quinimmò lata ab ipſo Principe vbi non conſtat illum plenitudine poteſtatis vti voluiſſe, & quando etiam conſtaret de huiuſmodi ſua voluntate, poteſt adhuc impugnari ex defectu iuris naturalis, non autem poſitiui, ac in dubio vbi non apparet de Principis voluntate poteſt ex vtroque capite tam iuris naturalis, quàm poſitiui impugnari, niſi tamen in totum à forma iuris receſſerit, quia tunc præſumeretur plenitudine poteſtatis vti voluiſſe ad actum ſubſtinendum, Vant. *de nullit. tit. in qualibet ſent. et à quocumque lata poſſ. impugn. per tot. et tit. qualiter ſent. poſſ. à nullit. deff. num.* 22. *etc.* vide in §. *Nullitas*, *num.* 9.

30 Sententia poteſt dici nulla prætextu falſitatis vſque ad triginta annos, Pract. Papp. *libell. ad reſcind. ſentent. prætext. falſ. inſtrum. gloſſ.* 1. *num.* 2. *etc.*

Quòd nullitatis remedium duret vſque ad triginta annos, Vant. *de nullit. tit. quoties, et intr. quod temp. de nullit. agi poſſ. num.* 8. vide in §. *Nullitas num....*

31 Sententia lata etiam per tres conformes poteſt reſcindi propter inſtrumenta de nouo reperta, quæ ignorabantur à victo, Gratian. *diſcept. for. cap.* 118. *num.* 1. *etc.* Fontanel. *deciſ.* 174. *et ſeqq.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 15. *per tot.* Soccin. *reg.* 447. vbi ponit regulam negatiuam, quam decem, & tribus modis limitat, vide Ricc. *collect.* 1499. *et* 2530. Amaia *in l. vnic. C. de ſent. aduerſ. fiſc. lat. retract. lib.* 10. *num.* 14. Faiard. *allegat. fiſc.* 42. *num.* 11. *fol.* 575. Hier. Cala *tract. de reſtit. in integr. deneg. quaſt.* 40. *per tot.* vbi de alijs ſcripturis nouiter repertis, Carol. Rota *in eius Florileg. concluſ.* 35. vbi etiam an per teſtes nouiter inuentos.

Quæ concluſio procedit non tantùm in cauſis priuilegiatis, ſed etiam in alijs non priuilegiatis, Altograd. *conſ.* 40. *num.* 6. *lib.* 1.

Ad hoc autem vt ſententia poſſit retractari per inſtrumenta de nouo reperta, etiam mediante reſtitutione in integrum, tria copulatiuè requiruntur, primò inſtrumenta fuiſſe verè de nouo reperta, idque probari ab allegante, quòd fieri poſſet per iuramentum, vbi aliqua iuris præſumptio non obſtet, ſecundò quòd victus habuerit eorum iuſtam ignorantiam, omnemque adhibuerit diligentiam in illis perquirendis, tertiò quòd ſint talia, & adeò releuantia, vt ſi victus illa habuerit, ſententia ita lata non fuiſſet, Altograd. *conſ.* 24. *num.* 1. *&c. lib.* 1. *& conſ.* 40. *num.* 3. *&c. lib.* 1. vide Vrceol. *conſult. for. cap.* 23. *per tot, & in tract. quaſt.* 93. *per tot.* vbi an, & quando tranſactio, quæ ſententiæ æquiparatur poſſit reſcindi per inſtrumenta de nouo reperta, vel non, & dixi in §. *Tranſactio num.* 17.

Quòd Florentiæ ſtante ſtatuto *lib.* 2. *Rub.* 115. reſtitutio in integrum aduersùs ſententiam propter inſtrumenta de nouo reperta, non concedatur maiori 18. annorum, & in omnem caſum per ſolum Principem, & non per iudices ordinarios, Ger. Spin. *conſ.* 29. *num.* 7.

Quando, & ex quibus cauſis poſſit ſententia retractari, Tuſch. *lit. S. concluſ.* 160. *&* 161. vbi quando reuocetur refectis expenſis.

32 Sententiæ tres conformes non poſſunt ex capite nullitatis impugnari, niſi priùs plenariæ executioni demandatæ fuerint, *text. in clem.* 1. vbi latè ſcribentes *de ſentent. & re iud.* Vant. *de nullit. tit. qualiter ſent. poſſ. à nullit. deff. num.* 14. Caualer. *deciſ.* 22. *num.* 2. *&c.* vide in §. *Nullitas num.* 10. Cabal. *conſ.* 81. *num.* 1. *lib.* 1. vbi quòd nullitas principaliter intentari poteſt etiam contra tres conformes poſt illarum executione, & alia.

Quòd quando ſunt iniuſta, non faciant rem iudicatam, nec ſint exequendæ, Merlin. *deciſ.* 859. vbi etiam nec quando requirunt liquidationem, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 114. *num.* 2. *&c. part.* 13. *deciſ.* 88. vbi quòd debent eſſe validæ, & iuſtæ, vt faciant conformitatem *deciſ.* 233. *&* 371. *d. part.* 13. *& part.* 15. *deciſ.* 358. *num.* 2. *& part.* 17. *deciſ.* 300. *num.* 2. *& ſeqq.* vbi quod ſententia iniuſta numquam tranſit in iudicatum, vel ſaltem aduersùs illam competit reſtitutio in integrum.

Ad impediendam tamen executionem trium conformiũ iniuſtitia debet eſſe valdè notoria, Grat. *diſcept.* 545. *num.* 1. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 145. *nu.* 3. *& dec.* 272. *nu.* 1. vbi quòd ſtatutum de duabus conformibus non procedit quando ſententiæ ſunt iniuſtæ, *& deciſ.* 307. *n.* 15. *d. part.* 9. *& par.* 11. *dec.* 147. *per tot. & dec.* 157. *dec.* 291. *num.* 1.

Quòd nullitas proueniens ex defectu iuriſdictionis, vel etiam ex alijs cauſis quando eſt euidens, poſſit opponi etiam contra tres conformes, Ioſeph. Feliu. *in Margarit. variar. concluſ. verb. Contra.*

Quòd vigore ſtatuti Vrbis *lib.* 1. *cap.* 180. duæ ſententiæ conformes inducant rem iudicatam, & habeant vim trium ad prędictum effectum, & plura de dicto ſtatuto quos comprehendat, vel non, Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 13. *nu.* 645. *& ſeqq.* Merlin. *deciſ.* 381. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 324. *num.* 2. *& ſeqq.* vbi de ſimili ſtatuto Eugubij, vt ſit attendendum non ſolùm in loco ſtatuti, ſed etiam in Curia vbi cauſa per appellationem diſcutitur, quia appellatio dicitur

citur de appendicijs primæ inſtantiæ, Rot. part. 11. recent. deciſ. 127. num. 1. &c. vbi de dicto ſtatuto Vrbis, quos comprehendat, vel non, & part. 13. deciſ. 54. num. 1. &c. deciſ. 88. num. 1. &c. vbi non comprehendit Forenſes, etiam ſi collitigans ſit incola, & deciſ. 535. & part. 14. deciſ. 308. part. 17. deciſ. 366. num. 1. & ſeqq. part. 18. deciſ. 577. vbi quòd dictum ſtatutum intelligitur de ſententijs validis, & iuſtis.

Quando dicatur conſtare de tribus conformibus, Gratian. deciſ. 18. & 82. vbi quòd eſt locus priuilegio trium conformium in illis partibus, & capitulis, in quibus dictæ tres ſententiæ conueniunt, etiam ſi in omnibus non ſint conformes, ita vt ad inducendam huiuſmodi conformitatem connumeretur etiam ſententia, ſiue laudum arbitrorum, maximè ſi ex neceſſitate, & forma ſtatuti fuerint electi, Bich. deciſ. 28. per tot. Ricc. Collect. 77. per tot. Rot. part. 11. recent. deciſ. 194. num. 4. &c. vbi quòd ſufficit in ſubſtantia eſſe conformes, & part. 12. deciſ. 185. vbi an latæ in poſſeſſorio faciant numerum, & alia quando ſint conformes, vel non, & d. part. 12. deciſ. 283. num. 1. &c. part. 13. deciſ. 54. num. 4. & part. 17. deciſ. 251. num. 1. & ſeqq. Cabal. conſ. deciſ. 93. per tot. lib. 2. vbi in terminis Statuti Florentini.

An dicantur conformes ſi ex diuerſis cauſis proferantur, Franch. deciſ. 664. per tot. & deciſ. 710. vbi quòd licèt in aliquo diſcordent, tamen ad euitandam reclamationem in eo, in quo concordant dicantur conformes, Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 25. num. 349. &c. fol. 531. et tit. 26. num. 228. & ſeqq. fol. 556. Scacc. de appellatione quæſt. 17. limit. 1. num. 20. &c. Bich. deciſ. 28. Tuſch. lit. S. concl. 172. per tot. Merlin. deciſ. 550. per tot. vbi quòd in aliquibus conformes, & in alijs difformes, debent executioni demandari in partibus conformibus, & alia, Peregrin. deciſ. 60. & 118. Rot. part. 9. recent. deciſ. 76. vbi quid potiſſimùm reſpiciendum ſit, vt ſententiæ dicantur conformes, vel difformes, et d. part. 9. deciſ. 114. num. 1. vbi quòd ſufficit, vt concordent in ſubſtantia licèt in verbis diſcordent, et deciſ. 237. num. 1. etc. d. part. 9. et deciſ. 478. vbi quando non poſſint dici conformes, Rot. p. 11. recent. deciſ. 147. num. 36. etc. vbi quòd in ea parte, in qua ſunt conformes debent exequi, & ſufficit vt concordent in negotio principali, licèt diſcordent circa condemnationem expenſarum, vel reſeruationem aliquorum, Cabal. d. conſ. 93.

Quòd conformitas inducatur ex ſimplici confirmatione alterius ſententiæ, Rot. part. 13. recent. deciſ. 87. num. 1.

Statuto tamen de duabus conformibus non eſt locus quando altera pars appellauit propter æqualitatem ſeruandam, Rot. part. 13. recent. deciſ. 500. num. 1.

Quòd ex ſtatuto Bononiæ duæ ſententiæ habeant vim trium, & procedat etiam ſi ſecunda emananerit in Curia Romana, Rot. part. 14. recent. deciſ. 9. et deciſ. 214. num. 1. et part. 15. deciſ. 358. num. 1. et ſeqq. vbi intelligit ſtante illarum iuſtitia, & validitate.

Quòd ſufficiant verba æquipollentia, nec opus ſit formalitate verborum ad inducendam conformitatem, Rot. part. 14. recent. deciſ. 106. num. 3. et deciſ. 181. num. 1. et part. 17. deciſ. 251. num. 1. et ſeqq.

Quòd plures ſententiæ continentes diuerſam ſummam dicantur concordes, & conformes in minori ſumma, Surd. conſ. 102. num. 7. etc. Rot. coram Penna deciſ. 1317. num. 1. in impreſſ. Lugdunenſ. Vrceol. in Append. ad cap. 49. num. 33. in fine 2. vol. Peregrin. deciſ. 60. num. 2. Sanfelic. deciſ. 304. per tot. Bich. deciſ. 28. num. 4. Rot. part. 17. recent. deciſ. 271. num. 3. et 4. et part. 18. deciſ. 240. et 571.

Quòd de iure communi requirantur tres conformes ad impediendam appellationem, & vbi adeſt ſtatutum quòd ſufficiant duæ, cùm ſit correctorium, ſit ſtrictè, & propriè intelligendum, non comprehendat laudum, quia non eſt propriè ſententia, Cabal. conſ. deciſ. 7. per tot. lib. 1.

33 Sententiæ, & illius executioni non præſcribitur, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 403. per tot. vide in §. Præſcriptio num. Sanfelic. deciſ. 389. num. 8. et ſeqq. vbi quòd non præſcribitur niſi ſpatio triginta annorum.

34 Sententia in iudicatum tranſacta facit de albo nigrum, & æquat quadrata rotundis, Surd. deciſ. 170. num. 15.

Habetur pro veritate, facit ius, & ens de non ente, de falſo verum, de indebito debitum, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 417. num. 25. Pac. Iordan. Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 25. num 246. fol. 524. Paul. Chriſtin. deciſ. 100. cum pluribus ſeqq. vol. 4. Rot. part. 9. recent. deciſ. 421. num. 1. et 2. Barboſ. de Axiom. iur. Axiom. 200. num. 3. etc. vbi limitat niſi ſit nulla, vel notoriè iniuſta, vide ſupra num. 23.

Quando non noceat veritati, Tuſch. lit. S. concluſ. 127. & 160. lit. R. concl. 267.

Etſi Princeps certior factus de re iudicata, mandet cauſam reuideri, poteſt res iudicata non attendi, ſed reijci, Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 52. per tot.

Quòd tranſeat in iudicatum ob non reditum pro apoſtolis in tempore debito triginta dierum, nec excuſet impedimentum infirmitatis ſuperueniens in dicto termino, Rot. part. 2. diuerſ. deciſ. 144. per tot. vide in §. Appellatio num.

Sententia tamen iniuſta excludit rem iudicatam, & eſt potiſſimum fundamentum reſtitutionis in integrum, etiam ſi non ſit notoria, Seraph. deciſ. 251. num. 12. Rot. part. 13. recent. deciſ. 124. num. 1. & deciſ. 217. num. 1. vbi etiam ſi ſuccumbens intra legitima tempora non appellauerit.

Quòd iniuſtitia ſententiæ impediat rem iudicatam, & illius executionem, Rot. part. 13. recent. deciſ. 479. num. 1. &c. & deciſ. 505. vbi etiam ſi non ſit notoria præbet cauſam reſtitutionis in integrum, & part. 14. deciſ. 142.

Non facit rem iudicatam ſuper articulo, de quo non fuit actum, nec diſputatum, & cum ſit ſtricti iuris, non extenditur niſi ad id, quod venit de neceſſitate, Altograd. conſ. 2. num. 41. &c. lib. 2.

Quòd ſententia licèt ſummæ auctoritatis non habeat vim legis, niſi quandoque in ordinatorijs ſtante auctoritate proferentis, Paul. Chriſtin. deciſ. Belg. 51. vol. 2. & deciſ. 63. d. vol. 2. deciſ. 87. per tot. vol. 4. vide in §. Opinio num. 4. Cabed. deciſ. 212. part. 1. Antunez. Portug. de donat. Reg. lib. 1. cap. 10. num. 40. & ſeqq. vbi quòd ſententia lata coram Principe, & ab eo ſignata cum cauſæ cognitione habet vim legis quoad deciſionem ſimilium cauſarum, an idem ſit in ſententia Senatus refert diuerſas opiniones, & ſtandum eſſe conſuetudini.

Sententia tamen, & res iudicata priuatam reſpicit vtilitatem, ac ideò ei benè renunciari poteſt ex pluribus citatis per Rot. part. 17. recent. deciſ. 338. num. 2. & ſeqq.

Sententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij, an ſit in- 35
terlocutoria, vel definitiua, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 348. num. 12. Borgn. Caualcan. deciſ. 7. per tot. Magon. deciſ. Lucenſ. 32. num. 15. & num. 55. & latè Tuſch. lit. S. concluſ. 168. per tot. vbi etiam quando debeat ferri, vel non ab obſeruatione iudicij, & concluſ. 169. & 170. vbi quid operetur, dixi in §. Abſolutio num. 39.

Quando ſententia dicatur interlocutoria, vel deffinitiua, Marant. part. 6. act. 1. num. 24. &c. Pract. Papp. for. ſent. interloc. gloſ. 1. Tuſch. lit. S. concluſ. 110. & ſeqq. ad 150. vbi latè de omnibus prædictis, & alijs hanc materiam tangentibus.

Quòd lata in iudicio ſummario, & executio, vel extraordinario dicatur interlocutoria vim habens deffinitiuæ, Magon. deciſ. Flor. 55. num. 1. Fontanel. deciſ. 383. 384. & 385. vbi plura an ſententia de exequendo aliam ſententiam ſit interlocutoria, vel mixta habens vim deffinitiuæ, & ſic an admittat appellationem, & alia ad rem.

An poſſit reuocari vide in §. Iudex num. 9.

An interlocutoria poſſit ferri non citata parte, & an reuocari, latè Tuſch. litt. S. concluſ. 114. & 115. per tot.

Quòd lata ſuper deſertione inſtantię dicatur mera interlocutoria, ſicut quælibet alia ſententia lata ſuper proceſſu non tangens negocium principale, & reſeruans facultatem de nouo agendi, licèt aliam poſt ſe non expectet ſententiam in eadem inſtantia, & idem ſit de lata ab obſeruatione iudicij ſuper inſtantia, Altograd. conſ. 2. num. 7. & ſeqq. lib. 1. vbi etiam num. 10. quando talis ſententia ſuper deſertione habeat vim deffinitiuæ, Cabal. conſ. deciſ. 16. lib. 2. vbi quando ſententia abſolutoria rei, reſeruato iure actori aliàs melius agendi, pariat exceptionem rei iudicatæ vel dicatur tantum ab obſeruatione, vide in §. Reſeruatio.

Quòd lata ab obſeruatione iudicij per iudicem appellationis vulneret primam ſententiam, quia intelligitur voluiſſe dicere, quòd primus iudex debuerit ab obſeruatione iudicij abſoluere, & ſic opus ſit appellatione ex parte appellati, Scac. . . . facit Borgnin. Caualcan. deciſ. 7. per tot. vbi etiam quòd idem eſt ſententiare ab obſeruatione iudicij, & ab obſeruatione inſtantiæ, ſiue ab inſtantia iudicij, quando huiuſmodi verba ſunt ſimpliciter probata, nam inſtantia, & iudicium idem ſunt.

Sententia de immittendo ſimpliciter lata, non porrigi- 36
tur ad bona extra territorium, niſi exprimatur, quò caſu ad requiſitionem iudicis, qui illam tulit debet executioni

demandari per iudicem loci, in quo ſita ſunt abſque alia inquiſitione, an ſit iuſta, vel iniuſta dummodò habeat mixtum imperium, territorium, ac iuriſdictionem in condemnatum, vel ratione domicilij, vel originis, vel rei ſitæ, ſiue alio modo, Gratian. *diſcept.* 389. *per tot.* Montan. *de tut. cap.* 32. *reg.* 1. *num.* 5. Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 4. *tit.* 25. *num.* 334. *&c. fol.* 530. Pract. Papp. *for. execut. ſent. gloſ.* 1. *num.* 13. Farinac. *quæſt.* 11. *num.* 61. *&c.* vbi de ſententia criminali ab alio iudice exequenda conſtito de Iuſtitia illius, vide *in §. Iudex num.*

37 Sententia accumulat nouam actionem, & veterem non tollit, cùm habeat vim nouationis cumulatiuè, & non extinctiuè, tutiùs tamen eſt agere actione rei iudicatæ, Aret. *in § Item ſi Inſtit. de except.* facit Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 464. *num.* 18. *&c.* vide *in §. Nouatio num.* Sanfelic. *deciſ.* 389. *num.* 6. vbi quòd decretum nouationem aliquam non inducit.

Quòd ſententia pariat victori plura remedia, nempè actionem in factum, ſiue iudicati, officium iudicis nobile, & exceptionem, & quodnam ex illis ſit vtilius intentare, Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 25. *n.* 271. *& ſeqq. fol.* 525.

Quòd ſententia non nouetur per promiſſionem poſtea ſequuta, quidquid dixerit Caſtr. *in l.* 4. *§. ſi ex conuentione num.* 2. *ff. de re iud.* niſi expreſsè remittatur obligatio ex illa deſcendens, Soccin. ſen. *conſ.* 89. *num.* 3. *&c. lib.* 3. Rimin. iun. *conſ.* 201. *nu* 5. *&c.* Altograd. *conſ.* 95. *nu.* 106. *&c.* Caldas Pereyr. *quæſt. for. cap.* 35. vbi benè, & textualiter declarat an, & quando ſententia habeat executionem paratam ſi poſt illam ſit facta nouatio, vel tranſactio.

Qualiter autem ſententia per actionem iudicati, vel in factum poſſit executioni demandari in alia re diuerſa à petita, etiam in actione reali, vide *in §. Executio, num.* 29.

Quòd ſententia ſit exequenda à Iudice, qui eam protulit, quando petitur executio officio iudicis nobili, ſecus verò ſi intentetur actio in factum, vel rei iudicatæ, quæ poteſt coram quolibet alio iudice proponi, quo caſu tamen eſt neceſſaria citatio partis, cùm ſit mutata perſona iudicis, etiam ſi petatur ſuper eadem re (licèt alij contra) niſi eſſet relaxata executio in eadem ſententia, & materia non eſſet appellabilis, & alia ad rem Ludouiſ. cum Beltram. *deciſ.* 545. *per tot.* vide *in §. Citatio num.* 24.

38 Sententia lata in iudicio ciuili, an præiudicet in criminali, Pract. Papp. *ad reſcind. ſent. pretex. fal. inſtr. gloſ. Inſtrumentum*, Card. Tuſch. *lit. S. concluſ.* 175. Guaz. *deff.* 35. *cap.* 25. *per tot.*

Quòd lata in petitorio noceat in poſſeſſorio, quando poſſeſſorium eſt tale, quod excluditur per exceptionem dominij, Pract. Papp. *cauſ. turbat. poſſ. gloſ. Ad ceſſandum num.* 21. vide Tuſch. *d. concluſ.* 175. *per tot.* vbi generaliter quando ſententia lata in iudicio noceat in alio, vel non, Ridolphin. *in pract. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 117. *& ſeqq.*

Sicut è contra lata in poſſeſſorio præiudicat etiam in petitorio, & facit rem iudicatam in vtroque, quando in ipſo poſſeſſorio fuit plenè examinatus, & diſcuſſus articulus ſuper meritis, aliàs autem ſecus, *l. ſi quis*, *§. & generaliter ff. de except. rei iud.* Gratian *diſcept. forenſ. cap.* 445. *num.* 11. Surd. *conſ.* 112. *num.* 9. 21. *&c.* Alex. *in l. ſæpe num.* 84. *ff. de re iud.* vide *in §. Exceptio num.*

39 Sententia an dicatur diuidua, vel indiuidua, ita vt continens plura capitula poſſit pro parte valere, & pro parte nõ valere, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 524. *nu.* 14. *&c. cap.* 529. *num.* 47. vbi loquitur de laudo, Tuſch. *lit. S. concl.* 164. *&* 165. Ridolphin. *in praxi part.* 3. *cap.* 2. *n.* 47. *&c.* Duran. *deciſ.* 123. *n.* 3. *&c.* Magon. *deciſ. Flor.* 55. *num.* 3.

Quòd continens diuerſa capita, tot ſententiæ dicantur quot ſunt capita, ita vt reſtitutio in integrum pro vno capite non extendatur ad alia capita, Greg. *deciſ.* 552. Vrecol. *Conſult. forenſ. cap.* 23. *nu.* 3. *&c.* Ricc. *Collect.* 3169. Gregor. *deciſ.* 552. *num.* 1. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 237. *num.* 3.

Quòd pro parte nulla non poſſit confirmari, nec reformari pro ea parte, pro qua eſt valida, niſi contineat diuerſa capita, quia reſpectu formæ eſt indiuidua, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 205. *per tot.* vide *in §. Tranſactio num.* 7. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 172. *num.* 14. vbi quòd vnico capitulo concepta, eſt indiuidua.

Quòd ſententia plura continens capita poſſit pro parte approbari, & pro parte non, ſecus autem in laudo, quod ratione iuramenti in compromiſſo appoſiti non poteſt diuidi, Franch. *deciſ.* 173.

Et quòd etiam ſententia ſit indiuidua, niſi habeat clauſulas, & capita ſeparata, Sperel. *deciſ.* 90. *num.* 33. latè Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 283. *num.* 18. *& ſeqq.* vbi magiſtraliter declarat quando ſit diuidua, vel indiuidua ad effectum vt pars appellabilis trahat ad ſe partem non appellabilem, & efficiatur in totum appellabilis, & concludit quòd ſi petitio ſit ex eadem cauſa, & actione eodemque decreto, & capitulo feratur ſententia, tunc ſit indiuidua; ſi verò per diuerſa capitula, vel præcedente petitione ex diuerſis cauſis, vel actionibus, tunc dicatur diuidua.

Quòd ſententia ferri debeat ſuper toto, & non ſuper parte crediti, niſi eſſent plura capita ſeparata, vel plures conuenti, nam tunc valet ſententia ſuper aliquibus, alijs omiſſis lata, ſicuti etiam poteſt reſpectu vnius ferri, & reſpectu alterius differri, Ludouiſ. *deciſ.* 488.

Sententia lata contra aliquem in loco delicti, non facit 40
plenam probationem in loco originis, vel domicilij, quando ſumus in iudice alterius territorij prorſus ſeparati, Clar. *§. fin. quæſt.* 54. *in fine*, *& quæſt.* 96. *num.* 9. vbi etiam an poſſit executioni demandari per iudicem alterius territorij, vel iuriſdictionis, cum cognitione cauſæ, vel ſine, de quo dixi *in §. Iudex num.* 32. *& num.* 56. Noguerol. *allegat.* 12. *num.* 10. *&* 11. vbi quòd lata in vno loco non probat in alio, loquendo de ſentẽtia condemnatoria in criminalibus.

Facit tamen inditium ad torturam in Statu Eccleſiaſtico, vigore Bullarum, de quibus Guaz. *deff.* 1. *cap.* 16. *num.* 5 *&c. deff.* 3. *cap.* 2. *num.* 21. vbi etiam quòd probat corpus delicti, vide Cabal. *reſol. crim. caſ.* 161. *per tot.* Aſin. *in prax. §.* 31. *cap.* 8. 9. *&* 10. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 146. *per tot.* dixi *in §. Corpus delicti num.* 9.

Quando autem ſententia banni pro delicto dicatur lata ob contumaciam, vel ob delictum, quod eſt maximi effectus, Altograd. *conſ.* 89. *num.* 22. *&c. lib.* 1. vide *in §. Bannitus num.* Tuſch. *lit. S. concluſ.* 124.

Quòd ſententia lata contra delinquentem contumacem in loco delicti, non ſit exequenda in loco originis, vel domicilij ipſius delinquentis ad inſtantiam partis offenſæ, ſed benè ad inſtantiam iudicis, vel Principis, qui ipſam ſententiam tulit, adhibita tamen cognitione cauſæ, ac viſo proceſſu, & quòd ſit ritè lata à iudice competente, ac legitimis præcedentibus indicijs, Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 7. *§.* 6. *num.* 33. vbi adducit caſum per ipſum practicatum, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 161. *per tot.* Farinac. *quæſt.* 11. *num.* 61. vbi refert notabilem caſum nobilis Galli Romæ decapitati vigore ſententiæ in Gallia contra illum latæ, & alium ſimilem *quæſt.* 7. *num.* 12.

Sententia lata contra vnum, an, & quando præiudicet 41
alteri, vel non, Surd. *deciſ.* 256. *per tot.* Merlin. *deciſ.* 836. Franch. *deciſ.* 524. Card. Tuſch. *lit. S. concl.* 174. *per tot.* Altograd. *conſ.* 99. *per tot. lib.* 1. qui loquuntur in ciuilibus; & in criminalibus, vide Guaz. *deff.* 2. *cap.* 8. Conciol. *reſol. crim. verb. mandatum reſol.* 5.

Quòd lata cum legitimo contradictore, de cuius intereſſe principaliter agitur, & ceſſante colluſione noceat etiã alijs, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 242. *num.* 7. *&c. part.* 10. *deciſ.* 320. *num.* 19. *part.* 13. *deciſ.* 289. *num.* 18. Alias autem ſecus, vt per Bich. *deciſ.* 550. *num.* 3. *& ſeqq.*

Quòd numquam poſſit præiudicare ei, qui non fuit citatus, tanquam res inter alios acta, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 531. *num.* 73. *cap.* 769. *num.* 1. *cap.* 772. *num.* 17. Magon. *deciſ. Flor.* 27. *in fine*, Tuſch. *lit. S. concluſ.* 176. *per tot.* vbi plenè Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 149. *vol.* 1. Merlin. *deciſ.* 836. vbi quid ſi fuerit generaliter citatus, quatenus ſua putet intereſſe, Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 41. *&* 525. *per tot.* vbi quando non præiudicat ei, qui non fuit citatus, Bich. *deciſ.* 550. vbi de ſententia ſuper vergentia vicina ad inopiam, vt non afficiat creditores non citatos.

Lata ob contumaciam non parit præiudicium in alia cauſa, etiam inter eaſdem perſonas, Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 70. *num.* 10. *&* 11. vide *in §. Acta num.* 13.

Quando dicatur lata ob contumaciam vt poſſit retractari ſaltem per reſtitutionem in integrum, Altograd. *conſ.* 24. *num.* 50. *&c. lib.* 1. Tuſch. *lit. S. concluſ.* 124. *per tot.*

Lata contra vaſſallum, an, & quando præiudicet domino, cui feudum poſtea deuoluatur, vel alteri poſtea inueſtito, latè Capyc. *deciſ.* 20. *num.* 17. *& ſeqq.*

Quòd lata contra habentem æquale ius cum tertio, non poſſit nocere ipſi tertio, & è contra lata pro eo, qui æquale ius habet cum tertio, non proſit ipſi tertio ſuperueniẽti, *l. ſæpè §. cur autem ff. de re iud. l.* 1. *& l. ſi cum vno ff. de except. rei iud.* Menoch. *de arbitrarijs caſ.* 18. *num.* 5. *&c.*

vide

vide Marth. Medic. *examen. 39. per tot. cum duabus deciſ. ſeqq. & Addit.* vbi an lata contra debitnrem præiudicet creditori in pignore, Sanfelic. *in praxi ſect.* 31. vbi quando præiudicet non eitatis, & lata contra venditorem obſtet emptori noo citato.

Quòd lata ad fauorem vnius ex ſocijs profiralteri conſocio, niſi diuerſa ſit cauſa diſenſionis, Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ. 132. num. 18. &c.* vide *in §. Acta num.* 13.

Licèt aotem ſententia non afficiat tertium tamquam res ioter alios acta, tamen probat factum, Rot. *part. 2. recent. deciſ.* 161 *num.* 3. & poſt Pacific. de Saluian. *deciſ.* 107. *nu.* 1. Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 302. *num.* 10. & *deciſ.* 484.

42 Sententia lata ſuper ſtatu perſonæ cum legitimo contradictore, & affirmatiuè, puta qoòd quid ſit ingennus, vel ſimilis, & abſque colluſione, facit ius quoad omnes, etiam ignorantes, & non citatos, *l. ingenuum ff. de ſtat. hom.* Mohed. *deciſ. 8. de ſent. & re ind. aliàs deciſ.* 217. Card. Tuſch. *lit. S. concluſ.* 174. *num.* 48. &c. Ger. Spin. *conſ.* 14. *in princ.* Surd. *deciſ.* 289. *num.* 17. Sperel. *deciſ.* 73. *num.* 53. *deciſ.* 173. *num.* 71. & *ſeqq. ad* 84. Ricc. *Collect.* 835. vbi infert ad piures caſus, Rot. *part. 9. recent. deciſ. 77. per tot.* vbi quòd idem eſt de alijs actis, & probationibus, Bich. *deciſ.* 79. *num.* 2. & *ſeqq.* & *deciſ.* 550. *num.* 3. & *ſeqq.* vbi quòd non oocet tertio non citato coæquale ius habenti, nec quando eitati non contradixerunt, & defenſiones non opposuerunt.

Secus autem ſi feratur negatinè, veluti quòd quis noo ſit ſeruus, vel ſimilis, nam iſto caſu non præiudicat legitimè non eitatis, Bart. *in d. l. ingenuum in princ. verſ. ſecus ſi*, Altograd. *conſ.* 99. *num.* 20. *lib.* 1. vide *in §. Acta num.* 13.

Quòd etiam lata ſuper iuriſdictione, officio, vel publico regimine, & his, quæ publicam concernunt vtilitatem, faciat ius qnoad omnes, Bald. *in d. l. ingenuum ff. de ſtat. hom.* Alex. *in l. ſæpè col.* 15. *ff. de re ind.* Capyc. *deciſ.* 27. *num.* 13. *in fine*, Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 197. vbi in terminis quartæ funeralis.

Ac idem eſſe io teſtibus, & eirca ſtatum rei controuerſæ, vide *in §. Teſtes num.* 42. Bich. *deciſ. 79. per tot.*

43 Seotentia lata contra hæredem, vel ſubſtitutum fideicommiſſi poſſeſſorem præiudicat alijs deinceps vocatis, licèt non citatis per text. *in l. ſi ſuſpecta, & l. Papinianus §. vlt. ff. de inoff. teſtam. l. ex contractu ff. de re iudic.* Peregrin. *de fideicom. art.* 53. vbi tamen *num.* 57. & *ſeqq.* limitat non procedere quando primi fideicommiſſarij, contra quos lata fuit nihil oppoſuerunt, & cauſam non defenderunt, vel quando per confeſſionem, vel per iuramentum, vel ex defectu probationum fuit lata, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 264. *num.* 13. & *ſeqq.* vbi qood omnes vocati ad fideicommiſſum legitimè citari debent quando coæquale ios habent eodem tempore, vt ſententia illos afficiat, licèt ſecus ſit in iure ſucceſſiuo, quando ſcilicet alij ſucceſſiſſent in iuribus tunc citatorom, quia ſententia illos afficeret, niſi de colluſione ſit ſuſpecta, adde Sanfelic. *deciſ.* 89. & *deciſ.* 90. Bich. *deciſ.* 616. *num.* 2. vbi tamen, quòd poſſunt ſubſtitoti à dicta ſententia appellare, & iniuſtitiam oſtendere, ad Pen. *deciſ.* 92. *num.* 9.

Vbi de ſententia lata contra hæredem, an præiudicet alijs deinceps vocatis, Fontan. *deciſ.* 594. 595. & 596. Amat. *var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 32. & *lib.* 2. *reſol.* 80. Andreol. *contr.* 157. & omnium plenius Io. de Caſtil. Sotomaior *lib. 9. ſiue tom. 6. controu.* 157. *per tot.* Io. Torre *tract. de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. in locis indicatis in Repert. general. in fine part. 3. verb. ſententia*, vbi etiam alia de ſententijs, Manſ. *Conſult.* 233. *lib.* 3. vbi quando ſententia lata contra voum noceat, vel ooo alijs.

An autem, quando ſtandum ſit ſententijs Senatus ſupremi quoad ſimiles cauſas decidendas, & ſic an iudicandum ſit exemplis, Cabed. *deciſ.* 212. *per tot. part.* 1. vide *in §. Opinio num.* 4. *ſup. num.* 34.

Quòd ſententia inter alios ſequuta per colluſionem, vel in contumaciam partis, quæ non comparuit, vel comparendo nihil oppoſuit non præiudicet alijs, *l. præſens C. de pign.* cum ſimilibus adductis per Marth. Medic. *deciſ.* 64. *num.* 8. & 9. *cum Addit. num.* 5. & 6. Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 37. *num.* 7. &c. Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib.* 14. *tit.* 25. *num.* 266. & *ſeqq. fol.* 525. Martha *vot. Piſ.* 226. *num.* 10. & *ſeqq.* vbi idem in laudo, Pacific. de Saluian. *Inſpect. 4. cap. 1. num.* 130. & *ſeqq.* Idem Vrceol. *cap.* 65. *num.* 31. & *ſeqq. vol.* 2. vbi colluſionem arguit ex non dedoctione iurium, ex omiſſa appellatione, ex ſanguinis coniunctione, ex non citatione ſubſtitutorum, & huiuſmodi, quæ probat etiam auctoritate Rotæ Romanæ per tres deciſiones in illa cauſa emanatas, & ibidem inſertas, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 264. *num.* 16. &c.

Prædictam concluſionem in materia fideicommiſſi eſſe admodum controuerſam, oſtendit Altograd. *conſ. 99. per tot. lib.* 1. *vbi num.* 6. & *ſeqq.* diſtinguit iuxta receptionem ſententiam, quod ſi ſobſtitutus ſuccedat vt hæres vltimi defuncti, contra qnem lata fuit ſententia illi præiudicet, ſecus autem ſi non ſuccedat vt hæres, ſed veniat iure proprio, & ex propria perſona ad fideicommiſſum, prout etiam ſequentibus oon præiudicat, quando emanauit contra primum hæredem à fideicommittente inſtitutum, & à quo teſtamentum, & ſubſtitutio robor accipiat, ſed contra alios ſubſtitutos, nec quando fuit iniuſta, nec quando ſequentes vocati nullam omninò ſcientiam etiam extraiudicialem habuerant, nec quando fuit ſimpliciter abſolutoria, & nullius iuris poſitioè declaratiua, vt benè probat contrarijs reſpondendo Altograd. *d. conſ. 99. per tot.* Rot. *part. 9. recent. deciſ.* 139. *num.* 27. &c. vbi quòd quando fuit iniuſta, vel iam porificatum fideicommiſſum ad fauorem alterius vocati non citati, vel per negligentiam, & colluſionem, non præiudicat, qnidquid alias his ceſſantibus præiudicet, vide Peregrin. *de fideicom. art.* 53. Foſar. *de ſubſtit. quæſt.* 622. Rot. *part. 6. recent. deciſ.* 284. *num.* 58. &c. Sanfelic. *deciſ.* 89. *et* 90. nouiſſimè Vrceol. *tract. de tranſact. quæſt.* 50. *num.* 59. *et ſeqq.* vbi benè declarat, & eſt motiuum Rot. Florentin. in Florentina fideicommiſſi de Dazzis 5. Octobris 1675.

Qoòd imò ſemper præiodicet ſeqoentibus vocatis, & quare, Ger. Spin. *conſ. 94. per tot.* vide Ridolphin. *cum pluribus ab eo citatis part. 3. cap. 2. num. 75. et ſeqq. ad* tot. vbi quòd ſecondum opinionem, quam ſeruat Rota Romana ſententia lata contra hæredem oon nocet ſubſtituto, niſi quatenus fuerit aliquo modo citatus, & quòd pro ſuo intereſſe debet audiri, & qualiter, etiam viuente hærede.

Et in materia primogenituræ, vt acta facta contra anteceſſorem non noceaot primogenito ſeqoenti non citato ſaltem per proclama, vel niſi veniat iure hæreditario, Ludouiſ. *deciſ.* 205.

44 Sententia lata contra debitorem principalem, poteſt abſque nouis actis, & proceſſu exequi contra fideiuſſorem iudicij, ſecus autem in fideiuſſore contractus, contra quem opus eſt eitatione, proceſſu, & iudicio ordinario, ita vt nec illi præiudicet, quoad probationem, niſi eſſemus in pluribus reis debendi, quia tunc pro rata poteſt contra omnes etiam non eitatos exequi, ſicut etiam quando fideiuſſio fuit facta in inſtrumento goarantigiato, vel per verba multum prægnantia, & executionem denotantia, vel quando fideiuſſor ſciuit eius cauſam agitari, & noo ſe oppoſuit, Maur. *de fideiuſſ. part. 2. ſect. 4. cap.* 34. *et ſect. 9. §.* 15. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 109. *num.* 29. *etc. caſ.* 252. *per tot.* Marſil. *de fideiuſſ. num.* 348. *etc.* Aſin. *in Praxi §.* 31. *ampliat.* 22. Boer. *deciſ.* 277. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 92. *num.* 1. *etc.* Guid. Papa *deciſ.* 26. Rot. *part. 4. tom. 2. recent. deciſ. 3. et deciſ. 13. per tot.* Caluin. *de æquit. lib. 3. cap.* 230. vbi etiam an poſſit appellare, Franch. *deciſ.* 400. vbi quòd ſecus eſſet in ſententia nulla, Tuſch. *lit. F. concluſ.* 311. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 145. *volum.* 2. *num.* 3. *etc.* vbi quòd fideiuſſor iodicij cenſetur condemnatus cum ipſo principali, & ideò cootra eum abſque alio proceſſu, vel diſcuſſione poteſt ſententia executioni demandari, idem Chriſtin. *ad leg. Municip. tit. 2. art.* 43. *num.* 10. *et tit. 7. art.* 14. *num.* 5. *etc.* vbi etiam quòd lata contra fideiuſſorem poteſt exequi contra principalem ſecundum Aſin. *loc. cit.*

Qnòd ſine nouo proceſſu exequi nō poſſit etiam contra fideiuſſorem contractus, quando ſe obligauit in forma Cameræ expreſsè ad ſoluendum quidquid contra principalem fuerit liqoidatum, & iudicatum, Duran. *deciſ.* 424. *num.* 3. *etc. deciſ.* 383. *num.* 6. *etc.* vide *in §. Obligatio*.

Quòd lata contra principalem debitorem, non poſſit exequi contra tertios poſſeſſores, ſed neceſſe ſit contra eos plenas facere probationes in alio iudicio, Capyc. *deciſ.* 91. *num.* 1. *etc.* Vrceol. *Conſult. for. cap.* 77. *num.* 8. *et ſeqq. vol.* 2. vbi an, & quando lata contra venditorem poſſit exequi contra emptorem, quid ſtante pacto precarij, & quòd ſemper ſit neceſſaria tertij poſſeſſoris citatio.

Quòd lata contra tutorem ad redditionem rationis, & reliquatus reſtitutionem poſſit exequi (mediante tamen

nouo iudici Salniani) contra tertium poſſeſſorem bonorum ipſius tutoris, cui præiudicat dicta ſententia quoad liquidationem debiti, quando fuit cum legitimo contradictore, & remota colluſione lata, Rot. *part. 9. recent. deciſ. 242. per tot.*

Quid in re litigioſa vide *in §. Res num. 8. &c.* Rot. *part. 14. recent. deciſ.* 307. vbi quòd ſententia lata contra reum principalem eſt executioni demandanda contra eum, qui rem litigioſam emit, quæ numquam præſcribitur concurrente litis ſcientia, & mala fide, *& deciſ. 319. d. part.* 14. Bich. *deciſ. 153. per tot.* Caluin. *de æquit. lib. 3. cap. 289. per tot.*

Quòd lata contra fideiuſſorem poſſit executioni mandari contra principalem etiam non citatum abſque nouo proceſſu, Maur. *loc. ſup. cit. num. 11. &c.*

An autem lata contra defunctum poſſit exequi contra hæredem, Ricc. *Collect.* 1362. dixi *in §. Executio n. 9. &c.*

Quid ſi hæres ſit clericus, Cabal. *conſ. deciſ. 91. per tot. lib.* 2. vbi quòd lata per iudicem ſæcularem contra laicum, non poteſt exequi ab eodem iudice contra clericum ipſius laici ſucceſſorem, vide *in §. Clericus num. 55. & §. Inſtantia num. 11.*

45 Sententia condemnatoria expenſarum contra tutorem lata, poteſt exequi in bonis pupilli, niſi tutor temerè, & ſine iuſta cauſa litigauerit, quia tunc contra eum fit executio, maximè ſi pupillus iura ſua contra illum ceſſerit, quo caſu ipſe liberatur, Magon. *deciſ. Flor. 142. per tot.* vbi etiam quòd præſumitur temeritas in tutore, & ſufficit illum eſſe in culpa, de qua non eſt dubitandum, quando ſuccumbit, vide *in §. Executio nu. 14. & §. Tutor num. 44.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 151. num. 14. & ſeqq. & deciſ. 152. num. 1. & ſeqq. vol.* 3. vbi etiam an ratihabitio litis improbæ facta à pupillo pubere liberet tutorem, & an tutor cenſeatur condemnatus tutorio nomine, vel proprio, vide Oleam *de ceſſ. iur. tit. 5. quæſt. 11. num. 27 & ſeqq.*

46 Sententia ferri non poteſt ex cauſa non deducta, licèt probata, cùm actor neceſſe habeat cauſam deductam iuſtificare, aliàs opus eſt noua petitione, quia ſententia debet eſſe conformis libello, niſi Iudex haberet arbitrium in procedendo, & poſſet ſola facti veritate inſpecta ſententiare, quia tunc poſſet ex cauſa probata, licèt non deducta ferri ſententia, & idem eſt in Principe, & ſic quandoque ſuſtinetur ſententia vltra petita, Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæſt. 31. per tot.* Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ. 176. & ſeqq.* Altograd. *conſ. 95. num. 45. &c. lib.* 1. vbi quòd debet eſſe conformis petitioni, & lata vltra petita non valet, Pac. Iordan. *Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 3. num. 42. &c. fol. 136. ſupra num.* 18.

Quòd debeat eſſe conformis libello, alias ſit nulla, Rot. *part. 10. recent. deciſ. 353. num. 9.* Bich. *deciſ.* 345. vbi quòd in iudicijs ſummarijs, & ex clauſulis ſalutaribus libelli ſuſtinetur ſententia non conformis libello, & ſic non attento quod fuit petitum, ſed quod fuit probatum.

Qualiter poſſit ferri ſuper deductis per modum cauſæ, & quando ſecus, Tuſch. *lit. S. concl.* 131.

Quòd vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta valeat ſententia etiam ſuper non petitis, ſed probatis in cauſa, latè Caluin. *de æquit. lib. 3. cap.* 253.

47 Sententia poteſt ferri quoad vnum ex pluribus ſimul conuentis, & non quoad alios, quando ſumus in materia, & re diuidua, *l. non idcirco ff. de iudic. l. de vnoquoque ff. de re iud.* Capyc. *deciſ. 8. num.* 1.

Et ſententia ſimpliciter prolata contra plures in ſolidum obligatos, mandatur executioni tantùm pro rata, Franch. *deciſ. 680. per tot.* vide *in §. debitor num.* 68. vbi an idem ſit quoad plures delinquentes.

Quòd conceſſio pluribus facta intelligatur pro virili, niſi inſolidum dicatur, Cabal. *conſ. 127. num. 28. lib.* 1.

48 Sententia quando in cauſa ſuperuenit defenſor neceſſarius, ſeu auctor laudatus, debet formari, & concipi contra ipſum defenſorem defenſorio nomine, videlicèt condemnamus, vel abſoluimus te defenſorem nomine Titij, etiam ſi huiuſmodi defenſor interuenerit poſt litem conteſtatam, Gratian. *deciſ. 80. per tot.*

Quòd ſuperueniente defenſore neceſſario, ſi conuentus ius in re non habeat, ſit dandus nouus libellus contra illum, & nominans dimittendus eum abſolutione ab obſeruatione iudicij, Sperel. *deciſ. 24. num. 3. & ſeqq.*

An ſit concipienda in perſonam procuratoris, vel domini, latè Tuſch. *lit. S. concluſ.* 136.

An in perſonam cedentis, vel ceſſionarij, Merlin. *deciſ. 809. num. 8. &c* Afflict. *deciſ. 354. num.* 22.

49 Sententia poteſt executioni demandari per iudicem, à quo fuit appellatum ſtante deſertione appellationis clara, & notoria, ita vt tunc ad euitandos circuitus non ſit opus pronunciare ſuper deſertione, præuia tamen citatione appellantis ad dicendum cauſam quare ſententia non ſit exequenda, & ſi appellans non doceat de proſequutione appellationis deuenitur ad executionem, niſi tamen appareat de aliquo impedimento, vel niſi tempora appellationum ſint vtilia, quia tunc ſemper opus eſt diſcuſſione, & pronuncia ſuper deſertione, Gratian. *deciſ. 223. per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 25. num. 293 &c. fol. 527. & tit. 26. num. 765. & ſeqq. ad 806. fol.* 590. vbi plura de officio iudicis à quo, & ad quem vide *in §. Executio num. 13. & §. Iudex num. 41.* Ridolphin. *in Praxi part. 1. cap. 13. num. 590. & ſeqq. & num. 637. & ſeqq. per tot.* Rot. *part. 18. recent. deciſ. 721. per tot.* vbi à quo ſit cognoſcenda appellationis deſertio cum terminis iuxta praxim Curiæ Romanæ, de qua latiùs *deciſ. 772. per tot. d. part.* 18.

50 Sententia declaratoria facti requiritur quotieſcumque lex, vel ſtatutum inducit aliquam pœnam ipſo facto, vel ipſo iure incurrendam, Menoch. *de arbitr. caſ. 220. num. 7. & caſ. 416. num. 62. &c.* Paul. Chriſtin. *ad l. Municip. tit. 1. art. 9. num.* 10. Ricc. *Collect.* 303. vide *in §. Pœna num.* 4. Tuſch. *lit. S. concluſ. 120. & ſeqq.* vbi quando ſit neceſſaria declaratoria, quæ dicatur talis, & quando ſit ſimul condemnatoria.

Quòd ſufficiat declaratoria delicti ad comprehendendum bona delinquentis, licèt confiſcatio non ſit expreſſa in ſententia, quando eſt ipſo facto per legem impoſita, Faiard. *Allegat. Faſc. 47. per tot.* & dixi *in §. Confiſcatio.*

51 Sententiæ plures inter ſe diuerſæ, vt quia vna damnat ad mortem, alia ad exilium, alia ad pœnam pecuniariam, quomodo reducantur ad concordiam, & quænam præualeat, Cabal. *reſol. crim. caſ. 119. per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 187. num.* 7.

Quòd ſententia lata per plures arbitros, quorum vnus condemnauit in quindecim, alius in decem, & alius in quinque valeat in minori ſumma, & quando ſecus Soccin. *Reg. 457. per tot.* vide *in §. Iudex num. & §. Peritia nu.* 6. Ricc. *Collect.* 512. 1884. vbi quòd in ſententijs minor ſumma non ineſt maiori, & quando vota ſunt paria, quæ ſint præferenda, facit ſupra *num. 32. in fine.*

52 Sententia quando non tranſeat in iudicatum, viginti quatuor caſus ponit, Marant. *part. 6. num. 130. &c.* alios Guaz. *deff. 35. cap. 24. per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 146. num. 1. &c. cap. 155. num. 35. &c. cap. 489. num. 14. cap. 515. num. 49. cap. 691. num. 27. &c.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 25. num. 98. &c. ad 128. fol.* 514. vbi colligit vigintiduos caſus, in quibus ſententia non tranſit in iudicatum, ſed non obſtante lapſu decem dierum poteſt ſemper per viam querelæ retractari, adde Tuſch. *lit. S. concluſ.* 173. Viui. *comm. opin. 714. & ſeqq.*

Quòd nulla ex defectu citationis non tranſeat in iudicatum, Ludouiſ. *deciſ. 339. num.* 1. vbi etiam qualiter dictus defectus non tollatur per concluſionem in cauſa circunductam per productionem, & admiſſionem nouorum iurium.

Apud ſuprema tribunalia non attenditur res iudicata, niſi ſimul conſtet de iuſtitia ſententiæ, Caualer. *deciſ. 62. num. 1. deciſ. 270. num.* 7. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 566. num. 19. &c.* Merlin. *deciſ. 698 num.* 1. vbi quòd ſententia iniuſta numquam tranſit in rem iudicatam, Gregor. *deciſ.* 317. Rot. *part. 9. recent. deciſ. 438. num. 1. & part. 10. deciſ. 83. num. 13. &c.*

Quòd licèt ſententia tranſierit in iudicatum, non ſit exequenda, quando qui illam obtinuit fatetur eſſe iniuſtam, Magon. *deciſ. 25. num.* 28. Iordan. *loc. ſupr. cit. num.* 102. Paul. Chriſtin. *deciſ. 96. num. 3. etc. vol.* 4.

Quòd ſtante notoria nullitate, & iniuſtitia, numquam ſententia tranſeat in iudicatum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 987. num.* 29. Canaler. *deciſ. 270. num.* 5. Rot. *in Nouiſſ. part. 6. deciſ. 11. num. 1. etc. num.* 30. vbi quòd ſententia nulla, & iniuſta non poteſt tranſire in rem iudicatam, nec meretur executionem, Rot. *part. 9. recent. deciſ. 76. num. 1. etc.* vbi quòd quidquid in eius executionem factum fuerit, eſt reuocandum etiam per viam manutentionis, vide *in §. Manutentio num.* 5. Rot. *part. 10. recent.*

deciſ. 38. vbi quòd iniuſtitia impedit effectum rei iudicatæ, etiam ſi ſit in parte tantùm ſententiæ, cùm influat in totam ratione indiuiduitatis, niſi ſit per capita ſeparata, *& part.* 14. *deciſ.* 390. *num.* 1.

Quòd ſententia, quæ non iuſtificatur ex actis dicatur notoriè nulla, & non tranſeat in iudicatum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 708. *num.* 40. *&c. cap.* 725. *num.* 34. *cap.* 745. *num.* 1. Sperel. *deciſ.* 139. *num.* 56. *&c.*

Quòd ſententia laborans manifeſto vitio nullitatis, numquam tranſeat in iudicatum DD. *in l.* 4. *§. Condemnatum ff. de re iud.* Rot. *part.* 6. *recent. deciſ.* 11. *num.* 1. *&c. & part.* 13. *deciſ.* 394. *num.* 5. *&c. part.* 14. *deciſ.* 390. *num.* 1. *&c.*

Quòd imò ſententia ex actis non iuſtificata, non ſit nulla, ſed contra ius litigantis, & ideò tranſeat in iudicatum, modò non ſe referat ad acta, Afflict. *deciſ.* 47. Oiaſc. *deciſ.* 146. *num.* 16. Surd. *deciſ.* 36. *num.* 6. Sperel. *deciſ.* 95. *num.* 18. *in Addit.* & admittit Rota quando offeruntur probationes in promptu ad iuſtificandam ſententiam, Seraph. *deciſ.* 334. *num.* 5. *deciſ.* 701. *num.* 1. Burat. *deciſ.* 251. *num.* 10. *&c.* Viui. *comm. opin.* 713. vbi qualiter ſententia iniqua valeat, & tranſeat in iudicatum, ſi ab ea non fuit appellatum.

Quòd ſi non iuſtificetur ex actis, ſit reuocanda vti notoriè nulla, & iniuſta, Caualer. *deciſ.* 203. *per tot.*

Quæ dicatur iniuſta notoriè, idem Caualer. *deciſ.* 216 *num.* 2. *&c.*

Quando ſententia dicatur notoriè iniuſta, & contra illam detur reſtitutio, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 907. *num.* 14. *&c.*

Cognito quòd aduerſetur Iuſtitiæ, dicitur corruere ex defectu voluntatis, & intentionis illam proferentis, Altograd. *conſ.* 90. *num.* 5. *lib.* 2.

53 Sententia lata de conſilio ſapientis, vel peritorum in arte non eſt firmior alijs, ſed potius debilior, cùm numquam tranſeat in iudicatum, ex eo quia perito ſemper peritior reperiri poſſit, Mandoſ. ad Rom. *conſ.* 228. *num.* 16. *lit. A.* Magon. *deciſ. Lucenſ.* 62. *num.* 10. Lancellot. *de attent. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 24. Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 14. *num.* 159. *fol.* 227. *& tit.* 25. *num.* 109. *fol.* 515. Viui. *comm. opin.* 704. 711. *&* 715. Menoch. *lib.* 1. *quæſt.* 95. *num.* 13. *lib.* 2. *præſumpt.* 86. *num.* 6. Soccin. *Reg.* 498. *limit.* 37. Altograd. *conſ.* 90. *num.* 3. *lib.* 2. Theſ. *deciſ.* 25. *per tot.* Sanfelic. *deciſ.* 389. *cum Addit.* vbi plura Sperel. *deciſ.* 54. *num.* 42. *& ſeqq.* facit quòd dixi *in § Periti num.* 6. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 317. *num.* 5. *& ſeqq.* vbi intelligit quando conſtat de grauamine, & periti fuerunt electi à Iudice, ſecus ſi à partibus.

An tranſeat in iudicatum vbi eſt lata ex præſumptionibus, Menoch. *lib.* 1. *quæſt.* 95. *per tot.* Pac. Iordan. *vbi ſupra num.* 99. Viui. *comm. opin.* 707. vbi quòd non.

Quòd ſententia ſeparationis thori nunquam tranſeat in iudicatum, licèt ab ea non fuerit appellatum, & quomodo iſtud intelligatur, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 738. *num.* 44. *&c.*

Quòd in cauſis matrimonialibus ſententia non tranſeat in iudicatum, Menoch. *de arbitr. caſ.* 202. *num.* 20. *&c.* Iordan. *vbi ſupra num.* 103. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 100. *num.* 2. *vol.* 4. Viui. *comm. opin.* 712. vbi tamen quòd quando eſt lata in fauorem matrimonij, tunc tranſit in iudicatum.

54 Sententia quando ſtatim tranſeat in iudicatum, & trahat ſecum executionem intellectualem, plures caſus refert Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 25. *num.* 128. *& ſeqq. fol.* 516. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 118.

55 Sententia nulla, & iniuſta non priuat poſſeſſorem ſua poſſeſſione, ita vt contra factum iudicis nulliter, & iniuſtè procedentis detur manutentio primo poſſeſſori, Rot. *deciſ.* 110. *num.* 4. *dec.* 284. *num.* 14. *part.* 5. *recent. & in Romana Vinea* 27. *Iunij* 1642. coram Ghiſilerio, penès Scanarol. *de viſit. Carcer. in Appendice deciſ.* 14. *per tot. in Senogalien. prædij* 27. *Iunij* 1644. coram Meltio *part.* 9. *recent. deciſ* 307. *num.* 2. *& ſeqq. & deciſ.* 308. *num.* 5. *& ſeqq. & part.* 14. *deciſ.* 187. *num.* 3. *&c.* Ludouiſ. *deciſ.* 546. & vide *in §. Manutentio.*

56 Sententia nulla ob vitioſam inquiſitionem, vel ob defectum citationis, proceſſus, remanet in eodem robore, ac ſi tranſmiſſa non eſſet inquiſitio, vel prolata ſententia Franc. Anton. Trincad. *conſ.* 41. *num.* 35. vbi allegat Scacc. *de appellat. quæſt.* 11. *num.* 134. Ridolphin. *in Prax. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 142. & Farinac. *in Append. Oper. in Collect. deciſ. anni* 1498. *in deciſ.* 400. *num.* 1.

Alia plura de ſententijs abſolutorijs, damnatorijs, & huiuſmodi latè, ſed remiſſiuè nimis notat Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Sententia per tot.* 57

De ſententia, quid veniat eius appellatione, vbi, quando, & qualiter ſit proferenda, quando ſit neceſſaria, vel non, quæ dicatur deffinitiua, vel interlocutoria, qualiter præſumatur iuſta, requirat libellum, litis conteſtationem, citationem, ex quibus cauſis dicatur nulla, vel iniqua, & quid operetur, an valeat ſi ſit incerta, erronea, venalis, ex falſis probationibus, conditionalis, ſine cauſa, vel falſa cauſa, contra ius, de parte, quando dicatur vnica, vel plures, vel contra aliam ſententiam; de ſententia Principis, Delegati, Arbitri; de ſententia in poſſeſſorijs, & ſummarijs, in incidentibus, in criminalibus, contra fiſcum, falſum procuratorem, de ſententia cenſurarum, in cauſa appellationis; ſententia quando dicatur in iudicatum tranſacta, quomodo interpretanda, quando confirmanda per iudicem appellationis, an poſſit corrigi, vel emendari, quando retractari, quos effectus producat, quando, & contra quos mereatur executionem, vel non, & alia huiuſmodi ordinatim, vt ſupra tractat Bertachin. *in Repertor. verb. Sententia*, aliqua Ioſeph. Feliu. *in Margar. var. concl. eod. verb.* plura Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.* 1. *&* 2. *verb. Sententia*, Cancer. *lib.* 3. *var. cap.* 17. Scacc. plenè *tract. de ſent. & re iudic. per tot.* alijque plurimi antiqui, & moderni longa manu relati à Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Sententia*, & Com. Anguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *eod. verb. fol.* 600. *etc.* 58

§. SEPVLTVRA. XII.

Sepultura eſt memoria hominis conſeruandi cauſa, de qua vſus penes nos eſt, proprietas verò velut rei religioſæ non eſt in bonis noſtris; reſpectu loci dicitur ſacra quatenus eſt in loco ſacro, & non quoad ſe ſimpliciter, reſpectu verò Officij dicitur ſacra, & pro ea nihil percipi poteſt, nec vendi citra ſimoniam, niſi adſit, prout adeſt pia, & laudabilis conſuetudo dandi eleemoſinam, quæ eſt ſeruanda, maximè, ſi fuerit cum debitis requiſitis introducta, de quibus Card. Tuſch. *lit. S. concluſ.* 192. *per tot.* Caſtr. *conſ.* 402. *lib.* 1. idem Tuſch. *loc. cit. concluſ.* 196. Dian. *part.* 2. *tract.* 15. *reſol.* 57. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 194. *& ſeqq. vol.* 2. D. Raymund. *in ſumma lib.* 1. *tit. de Sepultur. fol. mihi* 140. *&c.* 1

Quid ſit ſepultura, quibus alijs nominibus nuncupatur, & alia, Samuel *de Sepultur. prælud.* 7. *fol.* 9. *et contr.* 3. *fol.* 18. *et per tot.* vbi plurimos caſus quotidie contingentes breuiter reſoluit circa locum ſepulturæ, circa electionem, de munere Parochorum quoad ſepulturam, quid quando eſt electa in Eccleſijs Regularium, quibus ſit interdicta Eccleſiaſtica Sepultura, de mortuorum exequijs, & ſuffragijs agendis, an poſſint fieri orationes, ſiue encomia in laudum defunctorum, & alia plura curioſa, & ſcitu digna in hac materia.

De iure ſepulturæ an tranſeat ad hæredes ſanguinis, vel ad extraneos hæredes, verum finita familia ius ſepulturæ, vel armorum poſſit alteri concedi in præiudicium memoriæ fundatoris, & alia ad rem, Tondut. *quæſt. canon.* 73. *lib.* 1. Alia de Sepulturis olim extra Eccleſiam, poſtea in atrio, denique in ipſa Eccleſia conceſſis humi, non tamen ſubtus altare, de libera electione, & huiuſmodi, idem Tondut. *quæſt.* 214. *per tot. d. lib.* 1. *et cap.* 140. *part.* 3. vbi copioſiùs explicatur materia de qua in dicta *quæſt.* 73. *lib.* 1.

An autem iura ſepulchrorum, & Capellarum vendi poſſint ad inſtantiam creditorum Carol. Anton. de Luca ad Gratian. *diſcept.* 110. & alij relati per Romaguer. ad Conciol. *Stat. Eugub. lib.* 5. *Rub.* 38. *in fine.*

An autem Inſcriptiones in lapidibus ſepulchrorum appoſitis pro memoria; diſpoſitionem inducant, ita vt ſi contineat memoriam legati, poſſit huiuſmodi legatum vigore talium inſcriptionum prætendi vide Rot *part.* 10. *recent. deciſ.* 10. vbi negatiuè reſoluit, quia habentur pro ſermone emiſſo in actu non ordinato ad diſponendum, ſed ad memoriam.

Quòd ſepultura de conſuetudine poſſit vendi abſque vitio ſimoniæ, & acquiri etiam per laicos in eminentiori loco, ſicut & Capellæ, ac ius tenendi arma, ſiue inſignia domus affixa, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 110. *et* 220. *per tot.* vbi etiam de conſuetudine ſoluendi quid pro campanis, & quomodo debeat probari cum multis alijs ad rem

facientibus, vide *in §. Locus, num.* 7. Beltram. ad Ludouiſ. *deciſ.* 145. *num.* 10. vbi quòd licèt ſepultura vendi non poſſit ſine labe ſimoniæ, tamen poteſt aliquid recipi ratione ſitus, & loci dignioris in Eccleſia, & ob neceſſitatem Eccleſiæ, & ideò pro ſepultura in loco communi, veluti Cœmeterio non licèt aliquid recipere, cùm ceſſet ratio loci dignioris, Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 781. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi plura qualiter ſepultura, & honorabilior locus, ſeu ſedes acquiri poſſit in Eccleſia, & acquirens ſit manutenendus, ita vt etiam eius loco non mutato, non poſſit alius ante illum poni, quia de primo efficeretur ſecundus, &c.

De prædictis venditionibus ſepulchrorum, & Capellarum, & alijs, idem Gratian. *deciſ.* 26. *per tot.* vbi etiam quòd per Rectorem non poteſt alteri concedi, niſi ex iuſta cauſa, vt quia non poſſit alibi ſepeliri, Dian. *d. part.* 2. *tract.* 15. *reſol.* 57. Fagundez. *de iuſt. & contract. lib.* 5. *cap.* 19. *per tot.*

Si tamen ſepulchrum ſit familiare, hoc eſt pro vſu familiæ conſtructum, ius eius tranſit ad omnes hæredes, nec diuiſione ad vnum redigi poteſt, nec vendi in præiudicium familiæ, ac ita pluries fuiſſe iudicatum teſtatur Paul. Chriſt. *deciſ. Belgic.* 195. *vol.* 2. *infra num.* 5. Martha *vot. Piſ.* 29 vbi quòd competit omnibus de familia, etiam non hæredibus, nec vendi ad inſtantiam creditorum poteſt.

De iure ſedendi, vel habendi ſcamna, ſiue banchas in Eccleſia dixi *in §. Arma num.* 6.

Qualiter intret præſcriptio, & præſumptio dominij, etiam in materia ſepulturæ per vſum illius per 40. annos abſque controuerſia, Michael Ferro Manriq. *quæſt. Vicar. part.* 1. *quæſt.* 3. *per tot.*

2 Sepultura laicis olim intra ſcepta Eccleſiæ non erat conceſſa, hodie autem ſic, & poteſt Epiſcopus, vel Legatus de latere illam concedere, Cauaier *deciſ.* 15. *per tot.* Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 348. *num.* 10. *&c.* plura Card. Tuſch. *lit. S. concluſ.* 186. *&* 187. *per tot.* Lap. *allegat.* 84. vbi quòd corpora infidelium non poſſunt in Eccleſia ſiue conſecrata, ſiue conſecranda ſepeliri, & ſepulta debent eijci, iactari foras, & mundari ſi poſſunt diſcerni, aliàs Eccleſia iterùm benedici, & idem eſt quoad Cœmeterium, & quoad infantes Chriſtianorum mortuos ſine Baptiſmo, & quid in mulieribus prægnantibus an poſſint ſepelliri in Eccleſia, vel Cœmeterio, niſi fœtus mortuus euellatur, & ſepelliatur extra locum ſacrum, & idem Lap. *alleg.* 105. Samuel *de ſepulturis tract.* 1. *per tot.*

Quòd ſepelire mortuus ſit opus magnæ pietatis, & miſericordiæ, nec poſſit permitti, vt plus exigatur pro ſepultura peregrini, quàm ciuis, nec aliquid pro translatione cadaueris de loco ad locum ratione tranſitus, ita vt nec ſit tolleranda conſuetudo, latè Carol. Marant. *contr. part.* 5. *reſp.* 18.

3 Sepultura licèt regulariter nemini impediri poſſit ex quacumque cauſa, tamen poteſt impediri vſurario manifeſto, parricidæ, ſeipſum interficienti, & quandoque vltimo ſupplicio affectis, ſi opus ſit exemplo ad aliorum terrorem, Menoch. *de arbitr. caſ.* 387 *num.* 29. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 219. *per tot. vol.* 5. Card. Tuſch. *lit. S. concluſ.* 188. *per tot.* vbi quòd idem eſt in mortuo in torneamentis, vel in peccato notorio abſque ſignis pœnitentiæ, in interdictis, & excommunicatis, ſi probatio ſit prompta, aliàs lite pendente debet ſepeliri, nec datur appellatio ad impediendam ſepulturam, Dian. *part.* 5. *tract.* 3. *reſol.* 99. *&* 100. vbi de eo, qui in actu venereo morbo correptus loquelam amiſit, & poſtea expirauit, & de eo, qui fuit repertus, laqueo ſuſpenſus, vel puteo demerſus an poſſint in loco ſacro ſepeliri. De excommunicato tollerato idem Dian. *part.* 5. *tract.* 3. *reſol.* 140. refert contrarias opiniones, *& d. part.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 97. vbi quòd tolleratus poteſt ſepeliri in loco ſacro, *& reſolut.* 98. vbi qualiter & qui puniantur ſepeliendo excommunicatum in loco ſacro, *& part.* 8. *tract.* 7. *reſol.* 79. *per tot.* vbi quid ſi fuerit abſolutus à Laico in articulo mortis. De hæreticis dixi *in §. Hereſis num.* 15. alia vide *in §. Cadauera, & in §. Sequeſtrum num.* 17. vbi quòd non poteſt impediri propter debita, D. Raymund. *in ſumma lib.* 1. *tit. de ſepult. fol.* 140. *&c.* vbi de pluribus, qui prohibentur ſepeliri in Eccleſia, vel Cœmeterio, Turreblanc. *de Magia lib.* 3. *cap.* 31. vbi plura de Eccleſiaſtica ſepultura, an ſit deneganda ijs, qui ſibi mortem conſciuerunt, & alijs. Et quibus denegetur, vel non Eccleſiaſtica ſepultura, latè Samuel. *de Sepult. tract.* 1. *diſput.* 1. *per tot. fol.* 241. *&c.* Quando denegetur, vel non illis, qui ſibi mortem intulerunt, Anton. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 41. *num.* 36. *& ſeqq.* vbi plures allegat, & dixi *in §. Homicidium num.* 18.

Quòd Eccleſiaſtica ſepultura denegetur morientibus in duello, licet non denegetur viaticum ſi oſtendant ſigna pœnitentiæ, quod eſt ſpeciale, & conſulatur viuis, & ab huiuſmodi facinore teneantur, nam ſepultura vilis non obeſt mortuis quoad animam, ſicut nec prodeſt ſpecioſa, quamuis aliàs non denegetur illis, quos in fine vitæ pœniter, ac ita fuiſſe declaratum à S. Congregatione Concilij de menſe Octobris 1611. refert Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 410. *per tot.* Dian. *part.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 192. vbi etiam an poſſit pro illis offerri ſacrificium Miſſæ, *& part.* 5. *tract.* 3. *reſol.* 99. *verſ. notandum*, & ibidem *reſol.* 141.

Licèt autem mortale vulnus qui acceperit in duello, ſi ibi non moriatur, ſed alibi poſt aliquod temporis ſpatium, non debet priuari Eccleſiaſtica ſepultura, ſi aliud non obſtet, licèt alij contra, ad tradita per Dian. *part.* 11. *tract.* 6. *reſol.* 26. vbi etiam quid ſeruetur in Gallia, & Germania.

Alia plura quando dicatur duellum committi, vel rixa, quæ requirantur ad duellum, & de illius pœnis, Dian. *part.* 3. *tract.* 6. *reſol.* 1. Farinac. & Vulpin. *in ſuco de homicid. quæſt.* 119. *Inſpect.* 1. Ludouic. *deciſ. Luc.* 11. *per tot.* P. Stephan. de Neap. *lib.* 1. *cap.* 18. dixi *in Practica §. Duelli*, vbi alios allegaui, & ad ibi dicta, nec repetam, lectorem delego; Adde Dian. *part.* 5. *tract.* 13. *reſol.* 15. 17. *&* 49. *tract.* 14. *reſol.* 99. *& ſeq.*

An liceat aliquo caſu acceptare duellum, dic fortè licere in caſu, quo liceret aggreſſorem iniuſtum occidere, & ſe ipſum vitæ diſcrimini exponere, quia tunc eſt iuſta defenſio, & non aliter, Dian. *part.* 10. *tract.* 12. *reſol.* 53. *per tot.* vide *in §. Princeps num.* 37. & Paul. Chriſtin. *deciſ.* 82. *num.* 25. *& ſeqq. vol.* 5.

Sepultura de conſuetudine poteſt eligi à patre pro filio impubere, quæ conſuetudo eſt valida, & ſeruanda, licèt contrarium ſit de iure, *cap. licet pater de ſepult. in* 6. Ludouiſ. *deciſ.* 276. *num.* 1. vbi etiam quòd dari debet remiſſoria ad probandam dictam conſuetudinem. Quinimmò, & ab amicis eligi poteſt, non tamen poteſt præiudicari Eccleſiæ parochiali, quoad quartam canonicam illi debitam, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 94. *num.* 75. latè Sperel. *deciſ.* 89. *per tot.* vbi multa de huiuſmodi conſuetudine, & alijs, Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 20. *num.* 101. *&c. fol.* 394. vide *in §. Quarta num.* ... Dian. *reſol. moral. part.* 5. *tract.* 3. *reſol.* 105. *& ſeqq.* vbi multa de electione ſepulturæ, Samuel. *de ſepult. tract.* 1. *diſput.* 6. *fol.* 208. *& diſput.* 2. 4

Plura vbi quilibet debeat ſepeliri de iure, tradit Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 189. *per tot.* Dian. *loc. ſupra cit.*

Quis ad effectum ſepeliendi dicatur ſubditus parochiæ, Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 88. *per tot.* Sperel. *deciſ.* 87. *per tot.* Rot. *part.* 18. *recent. tom.* 1. *deciſ.* 7. vbi quando inter plures Eccleſias, vni tantùm competat ius ſepeliendi, nempè Parochiali, & matrici, non autem filiali, & adiutrici, ac ex quibus vtraque cognoſcatur, facit latè Carol. Marant. *contr. part.* 4 *reſp.* 21.

In qua Eccleſia debeant ſepeliri forenſes, vide *in §. Forenſis num.* 6 Sperel. *d. deciſ.* 87. *num.* 11. *& ſeqq. per tot.* vbi plura in materia ſepulturæ habentium domos proprias in vna parochia, & habitantium in alia parochia, vel in rure pro parte temporis, officialium, ſcholarium, famulorum, aduenarum, viatorum, tertiariorum, confratrum ſodalitatum, & ſimilium *& deciſ.* 88. *per tot.* vbi de ſepultura paruulorum, an debeat eſſe in ſepulchro maiorum ſuorum, & de vidua, vel coniugata, & ſimilibus, vbinam ſepeliri debeant, de quibus etiam Card. Tuſch. *lit. S. concluſ.* 189. *per tot.* vbi quid in canonico, vel alio beneficiato, & in Epiſcopo, in qua Eccleſia debeant ſepeliri, Dian. *part.* 5. *tract.* 3. *reſol.* 105. *cum plurib. ſeqq.* Caluin. *de æquit. lib.* 1. *cap.* 93. *per tot.*

An ſi aliquis ſæcularis hoſpitatus in Monaſterio Regularium ibidem decedat, ſit ſepeliendus in eorum Eccleſia, vel in parochiali, in qua ſitum eſt monaſterium, contrarias opiniones refert Dian. *part.* 9. *tract.* 7. *reſolut.* 62. & videatur concludere ad fauorem Regularium, vbi etiam de fœminis ſæcularibus vitam in Monaſterio Monialium degentibus, vel puellis ibidem ex cauſa educationis exiſtentibus, vt ſi velit ſepeliri extra Eccleſiam Monialium, ſpectet ad Parochum, vel Confeſſarium Monaſterij aſſociare cadauer, percipere quartam, & alia iura funeralia; ſi verò Nouitius moriatur extra Conuentum, & ſepelia-

pellatur in monaſterio ſuæ Regulæ, non debetur quarta Parocho, ſubſ cuius Parochia deceſſit, licèt alij contra, vt per Dian. *loc. cit.* vide in §. *Quarta num.* 2. §. *Hoſpitale n.* §. §. *Parochus num.* 7.

Mulier ſecularis defuncta in Conuentu Monialium, an à Parocho, vel in Parochia ſit ſepelienda, Frances *Conſult. moral.* 49. *per tot.*

An & quando mortui extra Parochiam ſint ad eam pro ſepultura reducendi, Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 5. *Rub.* 38. vbi alia ad rem, & præcipuè an valeant ſtatuta laicalia diſponentia circa funeralia, concludendo non valere in ſpectantibus ad Eccleſiam, & clericos, ſed benè valere circa veſtes lugubres, & alia ad Eccleſiam, vel clericos non ſpectantia.

De Epiſcopo defuncto extra ſuam Eccleſiam, & alibi ſepulto, an portio funeralium ſit debita Capitulo ſuæ Cathedralis, vel Curato in cuius Parochia deceſſit, & Sacramenta recepit, Thomat. Triuiſ. *deciſ.* 18. *per tot.* vbi poſt plura hincindè concludit pro Capitulo, vt dixi *in* §. *Epiſcopus num.* 61.

Quòd licitum ſit cuique, etiam filiofamil. ſibi eligere ſepulturam, qualiter reprobi ſibi illam eligant in inferno, & alia ad rem, Marcellin. de Piſe *in Encycloped. moral. tom.* 4. *fol. mihi* 171. & alibi prout *in Repert. verb. Sepultura*.

5 Sepultura, & ius ſepeliendi iure ſanguinis tranſit in poſteros, ita vt ſi quis offerat ſe, & ſua bona Monaſterio, vel ſit grauatus reſtituere hæreditatem non veniant iura ſepulchrorum, nec patronatus, & ſepulchra aperiri poſſunt ſolis deſcendentibus fundatoris; poſſunt tamen extraneo legari, donari, & cum vniuerſitate bonorum alienari, & ſi deficiunt poſteri, vel fiat confiſcatio, deuoluuntur ad Eccleſiam, & finita linea non poſſunt pro alijs aperiri, nec antiqua arma deuaſtari, & alia apponi, niſi fieret ornatus cauſa, & pro augmento cultus diuini non amotis antiquis, Card. Tuſch. *litt. I. concluſ.* 191. *per tot.* Alex. *conſ.* 73. *num.* 1. *& c. lib.* 7. Alba *conſ.* 488. *num.* 9. Peregrin. *de fideicomm. artic.* 6. *num.* 38. Cyriac. *controuerſ.* 685 *num.* 37. Rot. *in recent. part.* 9. *deciſ.* 289. *num.* 21. *& c.* Vrceol. *Conſult.* 100. *num.* 55. *vol.* 2. Fachin. *contr.* 94. *lib.* 10. *& c.* 90. *lib.* 13. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 364. *num.* 2. Maſſin. *de confiſcar. bon. quæſt.* 37. *num.* 50. vide *in* §. *Iuſpatronatus n.* 12. *&* 16.

Quòd ius ſepulturæ ſit tranſitorium ad extraneos hæredes, *l. familiaria cum l. ſeq. ff. de relig. & ſumpt. fun.* Molin. *de primogenit. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 9. Ludouiſ. *deciſ.* 383. *num.* 4.

Quòd in ſepultura communi inter plures poſſit per vnum ex ſocijs inferri cadauer cuiuslibet extranei etiam inuitis alijs ſocijs, cùm ſocius inferens mortuum extraneum dicatur hoc modo vti re communi ad vſum deſtinatum, quòd eſt permiſſum vni ſocio, etiam inuitis alijs, Altograd. *conſ.* 100. *num.* 85. *lib.* 1.

Quòd ego intelligerem niſi aliter ſit expreſſè conuentum inter ſocios, vel quòd ſepultura pro illis tantùm deſeruire debeat.

6 Sepultura poteſt eligi à quocumque vbi voluerit, & vbi nulla facta fuit electio, vel ſtante conuentione, & in dubio, Eccleſia Parochialis habet intentionem fundatam in iure ſepeliendi, & in omnem caſum Fratres, apud quos electa eſſet ſepultura, non poſſunt proceſſionaliter ingredi Parochiam ad accipiendum cadauer inuito Rectore, iuxta *conſ. Oldrad.* 82. & latè Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 194. *per tot.* Ricc. *Collect.* 658. 2143. *&* 3838. vbi etiam quid pro ea dandum ſit Eccleſiæ; & quòd non debeat eſſe ſub, vel propè altare.

Stante autem electione ſepulturæ in alia Eccleſia, an ſpectet ad Parochum, vel Presbyteros illius Eccleſiæ ius funerandi, ſiue ſuper cadauere orandi, latè Carol. Marant. *contr. part.* 4. *reſponſ.* 21. *per tot.*

Quòd ſepultura ſemel electa cum iuramento in aliqua Eccleſia, non poſſit variari, & alibi eligi, niſi aliqua noua ſuperueniente cauſa, *cap.* 1. *de ſepult. in* 6. Sperell. *deciſ.* 180. *num.* 22. Electio autem ſepulturæ poteſt probari per teſtes ſingulares, quia teſtes ſingulares in tempore probant, vbi tempus non eſt de ſubſtantia, Guid. Pap. *quæſt.* 544. ſequitur Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concluſ.* 1297. *per tot.*

Quòd ſepultura libera conceſſa in Eccleſijs fratrum Regularium pro eligentibus ibi ſepeliri, ſit intelligenda, vt non tollatur ius alijs debitum, ſiue de iure, ſiue de conſuetudine, & ideò fratres non poſſunt intrare Parochiam ſolemniter cum Cruce, & propria auctoritate accipere cadauer, ſed debent requirere, & expectare Parochum, ad quem ſpectet antiphonam cantare, aquam benedictam aſpergere, pluuiale geſtare, abſolutionem dare, aliaque exercere iuxta conſuetudinem loci, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 492. *per tot.* vide *in* §. *Quarta num.* 2.

De Religioſis S. Dominici manutenendis in poſſeſſione corpora defunctorum ad ſuas Eccleſias deferendi cum Cruce, & ibi celebrandi abſque interuentu Curati, & eò magis quia etiam per priuilegia eis conceſſa per Summos Pontifices intrandi etiam alienas Parochias, indeque corpora eorum, qui in ſuis Eccleſijs ſepulturam elegerunt aſſumere, & deferre poſſunt, Ludouiſ. Bell. *conſ.* 90. *per tot.*

Quòd ſi Parochus recuſet venire poſſunt ipſi Regulares, etiam illo inuito cadauer ad propriam Eccleſiam transferre; ſed an teneantur Regulares adire Eccleſiam Parochialem, vel poſſint accedere ad domum defuncti, & ibi Parochum expectare, vel per viam illi ſe vnire; quid ſi interueniat Capitulum Cathedralis, an omnes Clerici ſeculares, & Regulares, ac Confraternitates debeant congregari in Cathedrali ad leuandum Capitulum, & alia de hac materia, vide per Dian. cum alijs ab eo citatis *part.* 11. *tract.* 8. *reſolut.* 65. *per tot.* vbi refert diuerſas opiniones, & declarationes.

Quòd ius ſepeliendi competat Patribus Carmelitis in eorum proprijs Eccleſijs vigore *Clement. Dudum de ſepult. & Indultorum Apoſtolicorum*, cui tamen iuri poſſit derogari per pactum, etiam ſine beneplacito Apoſtolico per text. *in cap.* 1. *&* 3. *de pact. in* 6. & alia ad rem Rot. *in Oxomen. obſeruationis concordiæ* 25. *Iunij* 1677. coram Vicecomite poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.* 98. *per tot.* vide Caren. *reſolut.* 245. vbi de priuilegijs Regularium ſuper quarta funeralium, latè Samuel. *de Sepult. tract.* 1. *Diſput.* 2. *per tot.*

Sepultura eſt danda in ſepulchro maiorum defuncti, 7 & tunc Parochialis non eſt conſiderabilis; electio probatur ex coniecturata mente teſtatoris, etiam electa ex teſtamento nullo, & quando Eccleſia poſſit vendicare cadauer ſepultum in loco non ſuo cum omnibus oblationibus ibidem factis, & alia, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 817. *per tot.*

Quòd in dubio, qui nullam ſibi elegit ſepulturam, debeat ſepeliri in Eccleſia, in qua ſepulta ſunt cadauera patris, & aui, ſeu proximiorum defuncti, & non in illà, in qua ſepulti fuerunt antiquiores, vt abauus, tritauus, & alij remotiores, etiam ſi ſit Parochia defuncti, alia verò non, arguendo à dum ſeparatione in vita, ad ſepulturam, Oldrad. *conſil.* 25. ſequitur Card. Tuſch. *littera S. concluſ.* 194. *num.* 1.

Sepulchra non poſſunt violari, quando, & quomodo di- 8 cantur violata, vel non, violantes puniuntur arbitrio iudicis, & plura quàm laudabile, & pium ſemper fuerit, ac hodie ſit mortuos ſepelire, latè Menoch. *de arbitr. caſ.* 387. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 219. *per tot. vol.* 5. Farinac. *quæſt.* 20. *num.* 114. *& ſeqq.* Anton. Pichard. *Pract. Inſtit. part.* 3. *tit. de pæn. omn. delict. num.* 112. *fol.* 105.

Non tamen datur actio de ſepulchro violato, niſi interueniat dolus, ſicuti deciſum fuiſſe, refert Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 58. *vol.* 1. *& deciſ.* 197. *num.* 6. *& c. vol.* 2. dixi in §. *Cadauer num.* 12. Mattha *vot. Piſ.* 172. vbi de ſpoliante mortuum iam ſepultum, vt puniri debeat arbitrio iudicis, quod ipſe dixit ſcutorum centum, Gibalin. *de vniuerſ. negot. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 9. *art.* 5. §. 20. *per tot. fol.* 717. vbi plura de ſepulchri violatione dolo malo facta, cui, contra quos competat hæc actio, & quæ in illa veniant.

Sepulturæ, ſiue funeris impenſa qualiter ſit priuilegia- 9 ta inter omnes alios creditores defuncti, dixi in §. *Expenſa num.* 18.

An autem in celebrandis defunctorum exequijs ſint licita conuiuia per conſanguineis, & amicis, clericis, & religioſis exequias comitantibus, Michael Ferro Manriqu. *qu. Vicar.* 34. *per tot. part.* 2. vbi pluribus rationibus damnat huiuſmodi conuiuia, quæ tamen ſtante conſuetudine approbat Garz. *tract. de expenſ. cap* 8. *per tot.*

Sepultura confert Eccleſiæ plura priuilegia, præcipuè 10 vt legatum pro miſſis celebrandis in dubio debeatur illi

Ec-

Eccleſiæ in qua ſepultus eſt teſtator, ſi ibi commodè celebrari poſſint, & adſint Sacerdotes liberi, aliàs poſſunt etiam alibi celebrari, quia loca non ſanctificant, ſed merita, omnes Eccleſiæ ſunt membra vniuerſalis Eccleſiæ, & Deus pariter eſt vbique, Abb. *conſ.99. lib.2. per tot.* Cardin. Tuſch. *litt.S. concluſ.195. per tot.* vide *in §. Legatum num.10.*

Item dupleria, candelæ, & alia mortuaria, quæ fiunt ad ſalutem animæ tanquam ſpiritualitati annexa ſpectant Eccleſiæ, alia verò, quæ ad pompam, & ſolatium viuorum fiunt, etiam ſi ad Eccleſiam deferantur, Eccleſiæ non acquiruntur, ſed remanent dominorum, qui faciunt deferre, Felin. *in cap. Eccleſia S. Mariæ de Conſtitut.* Abb. *conſil.26. Apoſtil. ad Rom. ſing.358.* cum alijs per Card. Tuſch. *litt.S. concluſ.197. per tot. & litt.F. concluſ.536.*

Quòd Parochus habeat aſſiſtentiam iuris pro perceptione funeralium, an valeat tranſactio cum illis facta, & alia de manutentione in perceptione huiuſmodi emolumentorum; Rot. *part.11. recent. deciſ.160. per tot. & part.18. deciſ.456.* vbi tamen quòd dicta iuris aſſiſtentia non ſuffragatur in actibus iuriſdictionalibus, nec vbi de poſſeſſione alterius conſtat, vt ibi.

An valeant ſtatuta laicalia diſponentia de funeralibus, dixi *in §. Funus num.2.*

An autem, & quando Parochus, vltra funeralia, poſſit etiam vindicare cadauer alibi ſepultum, Caluin. *de aquit. lib.9. cap.93.* Rot. *part.11. recent. deciſ.76. & part.18. deciſ.348. & deciſ.429.* dixi *in §. Attentata num.21. §. Cadauer num.12. & §. Eccleſia num.18.*

11 Sepultura electa pro ſe, vel filijs in aliquo loco, obligando hæredem ſub pœna priuationis in caſu non adimplementi, an habeat locum huiuſmodi priuatio, vide DD. citatos *in §. Hæres num.18. verſ. An priuetur.*

12 Sepultura, ſiue ius ſepeliendi in Eccleſia patronali, de iure patroni non competit; & ſicuti non poteſt haberi iuſpatronatus principaliter in ſepulchro, ita nec acceſſoriè, *cap. abolendæ de ſep.* Rocch. *de iurepatr. verb. in Eccleſia num.13.* Lambertin. *eod. tract. lib.1. part.1. quæſt.11. ar.13. num.21.* Lotter. *de re benefic. lib.2. quæſt.4. num.7.* Cauaier. *deciſ.445. num.5.* Addit. ad Gregor. *deciſ.145. num.8.* Rot. *part.9. recent. deciſ.249. num.17. & 18.* Martha *vot. Piſ.29. num.10. &c.* vbi tamen quod poteſt acquiri ius familiarium ſepulchrorum, Rot. *part.17. recent. deciſ.163. num.12. & ſeqq.* vbi quòd non venit in ſequelam iuriſpatronatus, ſed benè poteſt in limine fundationis reſeruari, vel poſtea permitti cum licentia, aut abſque contradictione Ordinarij.

13 Sepultura Monialium quo in loco, & qua pompa ſit facienda, quibus expenſis, ac de ſepultura mulierum incluſarum, ſiue carceratarum, & tertiariarum, Aſcan. Tamburin. *tract. de iure Abbatiſſar. & Monial. diſput.34. & vit. per tot.*

14 Sepulturæ ius quoad dominium non datur, nec competere poteſt alicui, ſed tantùm quoad vſum, ita vt competere poſſit ius quoad vſum, non ſolùm humationis, ſed proprij cadaueris, & ſuorum, ſed etiam prohibendi alijs ne in eodem loco ſepeliantur, ſcilicet in eodem ſepulchro, non autem in eadem Capella; quòd quidem ius præſumitur per illationem cadauerum maiorum cum inſignibus familiæ, & deficiente progenie extinguitur, ac ad Eccleſiam redit; ſed ad acquirendum tale ius priuatiuè, quoad alios requiritur etiam ab initio licentia ædificandi ſepulturam vnà cum ipſa ædificatione ſubſequuta, nec ſufficit ſolus curſus temporis decennalis, & cadauerum illatio, nec iuſpatronatus Eccleſiæ, ſiue Capellæ, & non probata valida conceſſione ſepulturæ, Eccleſia habet fundatam intentionem, quòd ſepultura ſit illius libera, & non alicuius priuatæ familiæ, ac poteſt recipere ad ſepulturam, quem voluerit, quod ius Eccleſiæ etiam liberum apparet, ſi aliàs fuerit aliquid ſolutum pro ſepultura, quod quando ſit licitum dixi ſupra, & benè omnia comprobat Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.145. per tot.*

Quòd ſepultura non poſſit poſſideri niſi conſtet de illius exiſtentia, quæ deſignatur ex effoſſione, humatione, & ſimilibus, ac plura de clauſula ſine præiudicio, Ludouiſ. cum Beltram. *deciſ.322.*

Quòd ex exiſtentia ſepulchri, illius ædificatione facta in loco patenti ſine contradictione, ex inſcriptione armorum, tumulationem cadauerum in aliqua Eccleſia, & huiuſmodi competat manutentio in iure ſepeliendi, & alia ad rem, Rot. *part.17. recent. deciſ.139. per tot.*

Sepulturæ, ſiue monumenta ſupra terram eleuata in Eccleſijs tanquam indecentiam prohibentur per Conſtitutionem B. Pij V. *in ordine Bullar. tom.2. fol.135. §.6.* & eò magis non ſunt tollerabiles tubæ amouibiles lugubri panno ornatæ, quæ ſingulis diebus feſtiuis apponerentur, quacumque conſuetudine contraria non obſtante, Rot. *part.15. recent. deciſ.212. per tot. & part.17. deciſ.163. num.17. & ſeqq.* 15

Sepulturam eligendi facultatem habens pro defuncto, non dicitur illam elegiſſe, per ſimplex depoſitum cadaueris in aliqua Eccleſia ex alia cauſa factum, ac ideò ordinata Capellania in loco ſepulturæ teſtatoris, erigenda non eſt in Eccleſia, in qua dictum cadauer fuit depoſitum, etiam ſi per confuſionem cum alijs cadaueribus non poſſit amplius alibi tranſportari, cùm id dolo, & culpa dicatur factum, quæ nemini patrocinari debet, ſed alibi iuxta mentem teſtatoris, & electionem executoris fundanda eſt dicta Capellania, Rot. *part.18. recent. deciſ.372. per tot.* 16

De ſepulturis, earum vſu, & neceſſitate, & alijs ad rem plura remiſſiuè Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Sepultura.* 17

Materiam de ſepulturis tractant Samuel. Pacichel. Antonel. *de loc. leg. lib.1. cap.9.* Aſin. *tractat. de Relig. & ſumpt. funer.* Bertachin. *in Repert. verb. Sepultura, Dulphus, Durantes,* Mendo *tract. de Ordin. Milit. Diſquiſit.16. num.1. & ſeqq.* vbi de ſepultura, & pompa funebri Equitum, *& Diſquiſit.14. num.38. &c.* vbi de ſepultura Monialium, *& in tractat. de Iur. Academ. vt Indice verb. Sepelire,* vbi de ſepultura Scolaſticorum, Doctorum, Magiſtrorum, & Virorum inſignium, alijque plures relati à Caſteion. *Alphabet. iurid. verb. Sepultura,* & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.5. eodem verb. fol.609.* Carol. Anton. Theſaur. *de pœn. Eccleſ. part.2. verb. Sepulchrum fol.317. &c.* vbi de violatione ſepulchrorum, tranſlatione cadauerum, de procuratoribus in ſuis Eccleſijs electionem, vel non mutationem ſepulturæ, de dantibus Eccleſiaſticam ſepulturam hæreticis, vel eorum fautoribus, excommunicatis, interdictis, vſurarijs manifeſtis, vel infidelibus, ideſt neque baptizatis, neque Cathecumenis, & huiuſmodi, ac eorum pœnis. 18

§. SEQVESTRVM. XIII.

SEqueſtrum eſt rei, de qua agitur depoſitio, & quamuis regulariter ſit prohibitum tam de iure canonico, quàm de iure ciuili, tamen permittitur in multis caſibus, & maximè pendente appellatione in beneficialibus vigore *Clem.1. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. & Conſtitut. Pij IV. 26. Octobris 1560. & Pij V. 3. Calend. Aprilis 1568.* Merlin. *deciſ.256.* vbi plura de intellectu *dict. Clement.1.* & Bich. *deciſ.520. num.4. & ſeqq. per tot.* vbi quòd procedit in quolibet iudicio, & alia ad rem, Cabal. *conſil.63. lib.1.* vbi quòd ſequeſtrum regulariter eſt prohibitum, Rot. per Farinac. *part.1. tom.1. deciſ.293. num.1. &c.* Gibalin. *de vniuerſ. negot. tom.2. lib.5. cap.2. art.6. fol.389.* Ægid. de Caſteion. *in Alphabet. iurid. verb. Sequeſtrum,* vbi plura remiſſiuè. 1

Et generaliter ex iuſta cauſa iudici benè viſa, non ex proprio placito, ſed arbitrio boni viri poteſt in omnibus caſibus ſi non ad inſtantiam partis, ſaltem ex officio apponi ſequeſtrum, de quibus *in tit. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. cap. vt lite pendente in 6. & C. de prohibit. ſequeſtr.* Franc. Curt. *tract. de ſequeſtr.* Gonzal. *in proœm. reg.8. & §.7. num.19. &c.* Laucellott. *de attent. part.2. cap.12. limit.12.* Mareſcott. *var. reſol. lib.2. cap.77.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum.3. lib.14. tit.15. num.1. & ſeqq. fol.239.* vbi plura ſummarium ad declarationem *d. Clem. & Conſtit. Pij IV. & V.* qualiter inter ſe conueniant, & differant circa ſequeſtrationem in beneficialibus, quæ veniant ſub ſequeſtro, an quotidianæ diſtributiones, de officio ſequeſtrarij, quæ poſſit facere ſequeſter pendente ſequeſtro, & alia maximè circa beneficialia, & de iure canonico, de quibus etiam plenè Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.201. & ſeqq. ad 216. per tot.* & dixi *in Reſolut. cap.95. per tot.* Ridolphin. *in Praxi part.1. cap.14. num.117. & ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.7. vol.3.* vbi etiam quod ius habeat ſequeſter in re, &

an poſſit præſentare ad iuſpatronatus durante ſequeſtratione vacantis, idem Chriſtin. *deciſ.* 107. *vol.* 6. *& ad leg. Municip. tit.* 3. *art.* 3. *per tot.* vbi plura de arreſto, & ſequeſtratione bonorum, vel perſonarum, *tit.* 16. *act.* 50. Caluin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 156. vbi quòd licèt ſequeſtratio ſit regulariter prohibita, ſæpè tamen conceditur ſi æquitas hoc dictet, vt ibidem latè declarat.

2 Sequeſtrum vt poſſit obtineri extra caſus *d. Clem.* 1. *& Conſtitut. Pij IV.* tria principaliter requiruntur, nempè vt ſaltem ſummariè conſtet de iure illius, qui ſequeſtrum petit, iuramento affirmet id facere pro ſuis iuris conſeruatione, non ad calumniam, nec æmulationem, & denique appareat de ſuſpicione illius, contra quem petitur ſequeſtrum, quæ ſuſpicio licèt poſſit ab initio per iuramentum petentis probari, ſequeſtro tamen obtento, eſt aliter plenè probanda, ſicuti dicitur de mandato ſuſpicionis fugæ, Myſinger. *obſeruat.* 11. *cent.* 2. Rot. *part.* 2. *Nouiſſ. deciſ.* 326. *num.* 3. *deciſ.* 654. *num.* 2. *&c.* Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concluſ.* 1289. *per tot.* Pac. Iordan. *vol.* 4. *lib.* 14. *tit.* 15. *num.* 23. *fol.* 243. Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 202. *num.* 21. vbi addit quartum requiſitum, vt debitor ſit citatus, de quo infra *num.* 7. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 7. *num.* 5. *&c. volum.* 3.

Quòd in beneficialibus opponatur ſequeſtrum vbi conſtat de attentatis, Rot. *part.* 2. *recent. deciſ.* 48. *num.* 19. *& deciſ.* 94. *per tot.* vbi quod idem ſi poſſeſſio ſit vacans, & interim ne Eccleſia debito careat ſeruitio deputatur Economus cum congrua fructuum aſſignatione, *& deciſ.* 286. *&* 287. *per tot. dict. part.* 10. *& part.* 12. *deciſ.* 103. vbi quòd his ceſſantibus, & ſi alter legitimè poſſideat non eſt locus ſequeſtro, ne priuetur commodo poſſeſſionis lite pendente.

Qualiter autem ſequeſtrum in beneficialibus ſemel appoſitum durare debeat vſque ad finem litis, Lotter. *de re benef. lib.* 3. *quæſt.* 11. *num.* 45. *& ſeqq.* Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſ.* 6. *num.* 215. Gratian. *diſceptat.* 232. *num.* 18. Rot. *part.* 2. *recent. deciſ.* 136. *num.* 2. *& part.* 12. *deciſ.* 209. vbi tamen benè declarat, & quando poſſit, ac debeat reuocari ceſſante cauſa, & conſtito de bono iure poſſidentis.

Quòd vbi poſſeſſio beneficij eſt attentata, ſit ſequeſtranda, ne in beneficialibus detur vitioſus ingreſſus, & attentans fruatur commodo vitioſæ poſſeſſionis, Bich. *deciſ.* 422. *num.* 21.

Quòd lata vna ſententia in Curia Romana contra poſſeſſorem beneficij, debeat fieri ſequeſtrum, etiam ſi aliam ſententiam in partibus ad ſui fauorem reportauerit, quidquid forſan ſecus eſſet, ſi vtraque ſententia fuiſſet in dicta Curia prolata, cùm tunc par eſſet pro vtraque ſententia præſumptio, Rota *part.* 16. *recent. deciſ.* 179.

Qualiter autem per violationem ſequeſtri, vel violentiam in apprehendenda poſſeſſione inducatur vocatio beneficij ipſo iure, Lotter. *de re benefic. lib.* 3. *quæſt.* 22. *per tot.*

3 Sequeſtratio fructuum faciliùs conceditur, quàm rei, & poſſeſſionis, & ob id prohibita ſequeſtratione, non cenſetur prohibita ſequeſtratio fructuum, Alexand. ad Bart. per illum textum *in l. Imperatores, §. idem reſcripſerunt, ff. de appellat.* facit Bich. *deciſ.* 121. *per tot.* fructus verò tantùm præſentes, & futuri, non autem iam percepti veniunt ſub ſequeſtro, Gonzal. *reg.* 8. §. 7. *proœm. num* 60. *&c. & num.* 103. *&c.* Pac. Iordan *loc. ſupra cit. num.* 24. *&c.* vbi etiam quòd ſi debitor non habet aliundè viuere, debet iudex tantam fructuum partem illi relinquere, qua poſſit ſe ipſum, & litem ſubſtinere, de quo vide Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 80. *num.* 4. *&c.* Sanſelic. *deciſ.* 211. *la ſeconda*, vbi quòd orta aliqua præſumptione contra poſſeſſorem, quòd iudicij differendi cauſa litiget, vt interim fructus percipiat, poſſunt per Iudicem fructus ſequeſtrari, & ita practicari; licèt aliàs ſequeſtratio tamquam odioſa ſit prohibita, exceptis aliquibus caſibus, & debitori ſequeſtratis bonis ad inſtantiam creditorum eſſe ſaltem de æquitate relinquenda alimenta, ad Carleual. *de iudic. tit.* 3. *diſput.* 29. *num.* 10. Ioſeph. de Roſa *Conſult.* 5. *per tot.* vbi plura quando ſequeſtrum bonorum, & fructuum fieri poſſit, & debeat, vel non.

Qualiter autem poſſit fieri ſequeſtrum etiam in feudis contra Barones contumaces, & in alijs caſibus ad inſtantiam creditorum, & quid ſi fuerit facta refutatio feudi; Sanfelic. *deciſ.* 372. *cum Addit. per tot.*

Quòd in criminalibus cauſis ſit omninò prohibita ſequeſtratio etiam fiſci fauore, nedum priuatorum, ne facultas defenſionis impediatur, *l. reo criminis, ff. de ſolut. & l. defenſionis facultas, C. de iur. fiſc. lib.* 10. Caluin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 190. *num.* 38. *& ſeqq.* ſed vide Coſtam *remed. ſubſid.* 106. *illat.* 4. *num.* 1. vbi quòd iſta æquitas malè ſeruatur de facto.

4 Sequeſtrum eſt duplex, aliud voluntarium, quòd fit de voluntate partium, & iſtud priuat poſſeſſorem ſua poſſeſſione, niſi aliter ſit conuentum; aliud neceſſarium, vel iudiciale, quòd fit de mandato iudicis, & præſumitur factum cauſa cuſtodiæ, nec priuat poſſeſſorem ſua poſſeſſione, niſi expreſsè auocetur ad euitandas rixas: In voluntario partes eligunt ſequeſtrarium, in neceſſario autem Iudex; ad ſequeſtrum iudiciale, vel neceſſarium non deuenitur etiam ſub prætextu ſcandali vitandi, niſi quando dubium eſt ad quem pertineat poſſeſſio, nam ſi clarè conſtet de poſſeſſore, non eſt impediendus poſſeſſor per ſequeſtrum, ſed debet manuteneri, & præceptum fieri aduerſario, ne illum moleſtet, vel turbet in ſua poſſeſſione, Pract. Pap. *for. ſequeſtr. gloſ.* 1. *& gloſ. audeat*, Bald. *conſ.* 244. *lib.* 3. *& in l.* 1. *C. de prohibit. ſequeſtr.* Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 9. *deciſ.* 69. *& deciſ.* 437. benè Bich. *deciſ.* 355. *per tot. & deciſ.* 377. vbi quòd non eſt locus ſequeſtro, niſi poſſeſſio ſit vacans, Pac. Iordan. *vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 15. *num.* 26. *&c. fol.* 244. Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 14. *num.* 117. *& ſeqq.* Viui. *comm. opin.* 721. dixi *in Pract. §. Poſſeſſione num.* 11. *&* 12. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 215. vbi quando poſſit Iudex ex officio apponere ſequeſtrum.

Quòd neceſſarium non priuet poſſeſſione, *l. intereſſe puto, ff. de acquir. poſſ.* Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 273. *num.* 1. Ridolphin. *loc. cit. num.* 124. *&c.*

5 Sequeſtrum quando imponitur à lege, vt in terminis *Clem.* 1. *& Conſtit. Pian.* non admittit appellationem, quando verò imponitur ab homine admittit appellationem, Marescott. *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 77. *num.* 9. *&c.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 15. *num.* 38. *&c. fol.* 245. vbi etiam *num.* 48. quòd licèt in primo caſu non appelletur à pœna, appellatur tamen ab eius declaratione.

Quòd non appelletur à ſequeſtro poſſeſſionis appoſito cum cauſæ cognitione, ſecus autem ſi ſit appoſitum ſine cauſæ cognitione, & non citata parte, nec lite conteſtata, quia tunc poteſt dici de nullitate, & etiam appellari, Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 216. vide latè Ridolphin. *in prax. par.* 2. *cap.* 12. *num.* 298. *& ſeqq. per tot.*

Quòd à ſequeſtro tamquam notorio grauamine detur appellatio, licèt aliàs eſſet prohibita, Gratian. *diſceptat.* 850. *num.* 17. *&c.* intellige vt ſupra, vide Ridolphin. *loc. cit.*

Sequeſtrum regulariter eſt prohibitum, quia commoditas poſſeſſionis, quæ magna eſt, nemini eſt auferenda, *l. vnic. C. de prohib. ſequeſtr.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 853. *num.* 10. *&c.* Curt. Pap. Iacob. de Aten. & Ang. Peruſ. *tract. de ſequeſtr. in princ.* Card. Tuſch. *litt. S. concl.* 202. Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 14. *num.* 142. *& ſeqq. ad* 166. vbi 22. ponit limitationes, Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 277. *num.* 14. *&c.* vbi quòd debet probari de caſu excepto à petente ſequeſtrum.

Quòd ſequeſtra ſint odioſa, & frequenter veniant reuocanda, Rot. *part.* 3. *diuerſ. deciſ.* 97. *lib.* 2. Cabal. *conſ.* 63. *lib.* 1. vbi quòd circumſcripto ſtatuto non poſſunt fieri de iure, & facta, ſunt reuocanda, quando non ſunt iuſtificata cum probatione crediti.

Quanto tempore durare poſſint ſequeſtra de iure communi, Menoch. *de arbitr. caſ.* 457 *per tot.* Ridolphin. *d. cap.* 14. *num.* 135. *&c.*

Sunt tamen permiſſa ſequeſtra, & per Iudicem concedenda in cauſa appellationis quando timetur conſumptio fructuum, etiamſi agatur cum perſona quæ ſit ſoluendo, Grat. *dec.* 63. *per tot.* Lancell. *de attent. part.* 2. *cap.* 12. *limit.* 12. Caualer. *deciſ.* 324. *n.* 4. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 277. *n.* 17. *&c.* vbi intelligit de ſequeſtratione fructuum ſtante timore dilapidationis, non autem poſſeſſionis, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 304. vbi quod licèt regulariter ſint prohibita, tamen ſunt concedenda ſtante timore conſumptionis, *& par.* 14. *deciſ.* 418. vbi de ſequeſtro in beneficialibus.

Item

Item ſunt permiſſa ſequeſtra in multis alijs caſibus, veluti quando agitur de re mobili cum perſona ſuſpecta, & timetur dilapidatio, vel quando fuit iam lata ſententia, & pendet appellatio, vel quando vtraque pars prætendit poſſidere, & periculum eſt ne veniant ad arma, & in alijs caſibus, de quibus *gloſ. in l.1. C. de prohibit. ſequeſtr. poſſ. & fruct.* Curt. Papp. *tractat. de ſequeſtr. per tot.* Pract. Pap. *for. ſequeſtr. gloſ. 1. per tot. cum Addit.* Caualer. *deciſ. 324. per tot.* Cardin. Tuſch. *littera S. concluſ. 202. per tot.* Ridolphin. *dict. cap. 14. num. 143. & ſeqq. ad 166.* Ricc. *Collect. 328. & alibi prout in Repert. verb. Sequeſtratio.*

Quando fieri poſſit contra poſſeſſorem appellantem pendente appellatione tam per Iudicem cauſæ, quàm per Ordinarium in beneficialibus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 232. per tot.* Tuſch. *vbi ſupra concluſ. 214. per tot.* Rot. *part. 9. recent. deciſ. 219. num. 1. &c.* vbi quòd quando poſſeſſio eſt vitioſa, & attentata, prout poſt appellationem etiam extraiudicialem, ſolet à Rota in beneficialibus ſequeſtrari, & latiùs idem comprobat *deciſ. 306. d. part. 9. & part. 14. deciſ. 418.* Bich. *deciſ. 148. num. 8.*

7 Seqoeſtrum fieri poteſt ſine citatione partis, remouetur tamen mandato iudicis per ordinarium ſatiſdationis remedium, vel per ioratoriam cautionem quando ſumus in perſona honeſta, & non ſuſpecta, Magon. *deciſ. Lucenſ. 6. num. 1. &c.* Quoad iuratoriam cautionem contrarium tenet Curt. *de ſequeſtr. num. 56.* vide plenè Baron. *tract. de citat. quæſt. 18. & in Addit. ad d. quæſt. 18. tom. 2. num. 14. &c.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 15. num. 23.* vbi probat requiri citationem maximè in beneficialibus vigore Conſtitutionis Pij IV. cuius tenorem inſerit *ibidem num. 16.* videtur tamen ſecus ſentire in terminis *Clem. 1. de ſequeſtr.* nempè poſſeſſorem, contra quem lata fuit ſententia non eſſe de neceſſitate citandum in appoſitione ſequenti, vide Ridolphin. *in prax. part. 1. cap. 14. num. 185. & ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 7. vol. 3.*

Quòd ſequeſtrum requirat cauſæ cognitionem, & partis citationem, niſi eſſet periculum in mora, & debeat priùs conſtare de credito liquido, Card. Tuſc. *litt. S. concluſ. 203. per tot.* Cabal. *conſ. 63. lib. 1.* Burat. *deciſ. 186. num. 8.* Rot. *part. 10. recent. deciſ. 277. n. 12.* vbi de citatione neceſſaria in ſequeſtratione poſſeſſionis.

Quando ſequeſtrum fit ante litem motam pro aſſecuratione eius, quod venit poſtea in actione deducendum, non inducit litis pendentiam, neque requirit partis citationem in illius conceſſione, ſed benè in illius confirmatione, vel reuocatione, cùm dicatur præparatorium litis futuræ, & tamquam abſtractum à petitione expectet poſt ſe oblationem libelli, citationem, ac iuris ſequeſtrantis probationum, & tunc ſolùm dicitur lis introducta, ad tradita per Magon. *deciſ. Flor. 31. num. 12. &c. vbi etiam per tot.* quòd ſi iudicium non poſſit ſuſtineri ex primo ſequeſtro nullo, ſuſtinebitur ex ſecundo cautelosè facto in ſupplementum primi, Pract. Papp. *for. ſequeſtr. gloſ. audeat, vel præſumat num. 6.* vbi quomodo ſit procedendum facto ſequeſtro, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 906. num. 20. &c.* dixi *in reſolut. cap. 95. num. 14. & in Practica, §. Sequeſtri num. 5.*

Licèt autem iudicium non poſſit incipere à ſequeſtro, tamen ſuſtinetur ſi poſtea mediante petitione legitimè intimata iudicium inſtituatur, & proſequatur docendo de credito, & obtinendo decretum ſuper conſignatione rei ſequeſtratæ, ad tradita per Caroc. *de ſequeſtr. part. 3. qu. 37. num. 1.* Rot. *part. 6. recent. deciſ. 22. num. 2. &c.*

8 Sequeſtri officium dicitur voluntarium, & non neceſſarium, ac ideò nemo inuitus cogitur acceptare ſequeſtrum, ſed poteſt contradicere, & refutare, ſi tamen non contradicat cenſetur acceptaſſe, & tenetur de rebus penes eum ſequeſtratis rationem reddere, Card. Tuſch. *litt. S. concluſ. 204. per tot.* Montan. *de tut. cap. 29. num. 21. &c.* Curt. *de ſequeſt. num. 25. & 26.*

Quòd ex cauſa poſſit Iudex compellere ex officio ad acceptandum ſequeſtrum cum hoc vt ſequeſtrarius nihil de ſuo impendat, ſed ſolùm operam ponat, *l. fin. §. fin. C. de bon. auct. iud. poſſ.* Bald. *in l. 1. ff. vbi pupil. educ. deb.* Curt. *vbi ſupra.* Et poſtquam fuerit acceptatum non poteſt reddi, & officium deponi ſine iuſta cauſa, & præuio Iudicis decreto, Magon. *deciſ. Flor. 115.* Curt. *loc. cit. num. 27.* dixi in *reſol. cap. 95. num. 17. 18 & 19. in Pract. §. Sequeſtri num. 7.*

Quòd ſequeſtrarij dicantur cuſtodes, & depoſitarij, ad quæ teneantur, qua actione conueniantur, & alia, Ridolphin. *in prax. part. 1. cap. 14. num. 135. & ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 7. vol. 3.*

9 Sequeſtro pendente, ſi ille contra quem fuit obtentum percipiat ſcienter fructus poſt illorum ſequeſtrationem incidit in pœnam, *Clem. 1. de ſequeſtr. poſſ.* etiamſi ſequeſtrarius non acceptauerit ſequeſtrum, Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ. 274. per tot.* Card. Tuſch. *littera S. concl. 211.* Rot. *par. 10. recent. deciſ. 16.* vbi quando ſequeſtrum beneficij dicatur violatum.

Quas pœnas incurrat violans ſequeſtrum, Pac. Iordan. *Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 15. num. 42. & ſeqq. fol. 245.* vbi quatuor recenſet pœnas, & alia ſpecialia in materia ſequeſtri, & an poſſit opponi nullitas ſententiæ ad impediendum ſequeſtrum.

Qualiter ſequeſtrum habeat in ventre inhibitionem, ita vt ſtante ſcientia ſeqoeſtri, ſi pars, contra quam fuit obtentum percipiat fructus, vel alium iudicem adeat pro reuocatione, dicatur attentata committere, & teneatur illa purgare, latè Rot. *part. 9. recent. deciſ. 332. per tot. vol. 2.* & facit *part. 16. deciſ. 15. & 16. per tot.*

Si tamen dominus rei ſequeſtratæ non habeat aliundè viuere, eſſet ex eius fructibus alendus, & idem in delinquente bonis propter delictum ſequeſtratis, licèt malè de facto ſeruetur, Coſta *remed. ſubſid. 106. illat. 4.*

10 Sequeſtrum fieri non poteſt ſuper locis Montium, vel eorum fructibus, Cenc. *de Conſ. quæſt. 29. num. 13.* Grat. *diſcept. forenſ. cap. 730. num. 47.* vide *in §. Loca num.*

An ſuper ſalario, & mercede, vide *in §. Salarium num.*

11 Sequeſtrarius ſoluendo de Iudicis mandato an liberetur, Grat. *diſcept. forenſ. cap. 485. per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ. 137. num. 13. &c.* vbi videtur tenere quòd liberetur, declarat tamen aliquibus modis.

Quòd non poſſit ſoluere ſine contradictione, & debeat appellare, idem Gratian. *cap. 704. num. 37. &c. cap. 906. num. 1. &c. cap. 960. num. 15. &c.*

Qualiter dilatio, vel ſecuritas conceſſa debitori proſit etiam ſequeſtrario, & poſſit ab eo allegari, Grat. *diſcept. forenſ. cap. 12. num. 13. &c.* Surd. *deciſ. 301.* vide *in Saluuſconductus num.*

12 Sequeſtrarius obligatur ad reddendam rationem de rebus penes eum ſequeſtratis, ac tenetur de dolo, lata & leui culpa; excuſatur tamen ſi dominus fregit ſequeſtrum, & res ſequeſtratas abſtulit, Card. Tuſch. *littera S. concluſ. 205. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 7. num. 10. &c. vol. 3.*

13 Sequeſtrum procuratum, ſiue affectatum, & ex ſola confeſſione debitoris iuſtificatum, illum non releuat quin teneatur ſoluere ſuo creditori non obſtante ſequeſtro, quia factum procuratum non releuat, Bald. *conſ. 195. lib. 1.* Tuſc. *vbi ſupra concluſ. 208. per tot.*

14 Sequeſtrum factum à iudice incompetente qualiter inducat ſpolium, factum verò à iudice competente priuet poſſeſſione, Tuſch. *litt. S. concluſ. 206. per tot.* Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ. 273.*

An poſſit fieri ſequeſtrum per iudicem Eccleſiaſticum in manibus laicorum, Cabed. *deciſ. 86. part. 1.* vbi negatiuè concludit per doctrinam Bart. *in l. Mulier, ff. de leg. commiſſ. &c.* vide Oliuam *de for. Eccleſ. quæſt. 29. part. 2.* vbi an idem è contra facit ad rem, Carol. Anton. Theſ. *de pœn. Eccleſ. part. 2. verb. Sequeſtrum fol. 322.*

Quando ſit concedendum ſequeſtrum, an debeat reuocari nondum finita lite, ac alia de ſequeſtro, & deſcriptione fructuum, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 114. & 232. per tot.*

Quòd poſſit fieri etiam diebus feriatis in honorem Dei, & in quacumque inſtantia vbi ſubeſt timor dilapidationis, ac pro debito in diem, & non purificato quando ſubeſt cauſa ſuſpicionis, ac pro alimentis à cuſtode carcerum præſtitis, Tuſch. *lit. S. concl. 207.*

Quando ſequeſtrum dicatur nullum, vel iniuſtum, & ſit reuocandum, cum refuſione damnorum, & expenſarum, idem Tuſch. *vbi ſupra concl. 209. & 210.*

Quòd ſequeſtrum neceſſarium non priuet poſſidentem ſua poſſeſſione, niſi aliter de mente iudicis appareat, quia cenſetur appoſitum cauſa cuſtodiæ, etiamſi poſſeſſor conſenſerit ſequeſtro cum clauſula, *ſine præiudicio ſuorum iurium*, & alia de hac materia, Ludouiſ. *deciſ. 9.* vbi Beltram. *in Addit. per tot.*

15 Sequeſtrum tollitur, & reuocatur per ſatiſdationem de ſtan-

ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, an autem huiuſmodi ſatiſdatio finiatur lata ſententia, vel duret etiam in cauſa appellationis, & quid ſi ſequeſtrum eſſet ad effectum exequendi, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.*232. *num.*16. *& c. cap.*348. *num.*23. *& c. cap.*531. *num.* 85. *& c.* Maur. *de fideiuſſ. part.*2. *cap.*49. latè Ridolphin. *in Praxi part.*1. *cap.* 14. *num.*168. *& c.* Paul. Chriſtin. *deciſ.*7. *num.*11. *&* 12. *volum.* 3. Ricc. *Collect.* 2536. Cardin. Tuſch. *littera S. concluſ.*212. *per tot.* vbi *num.*5. quòd iuſta fideioſſio debet tria continere nempè de iudicio ſiſti, de re non baratanda, & reſtituenda ſine procraſtinatione, & alia, ad cuius fauorem ſit danda quando fuit ſequeſtrata pecunia apud debitorem.

Quòd ſequeſtrum regulariter tollatur data fideiuſſoria cautione non ſolùm de iudicio ſiſti, ſed etiam de re non alienanda, & reſtituenda in caſu ſuccumbentiæ, quod eſt intelligendum ante condemnationem, nam ſequuta ſententia opus eſt ſatisfactione, non ſatiſdatione; admitteretur tamen etiam poſt ſententiam fideiuſſio de iudicatum ſoluendo in forma depoſiti, quia huiuſmodi ſatiſdatio habet vim ſolutionis, & ita paſſim in Vrbe practicari teſtatur Farinac. *quæſt.*3. *num.*27. *&* 28. Pac. Iordan. *Lucubr. vol.*3. *lib.*14. *tit.*15. *num.*34. *& ſeqq. fol.*244. vide Ridolph. *d. cap.*14. *num.*171. *& ſeqq.*

Quod vltimum puto intelligendum quando eſſet locus appellationi, & fuiſſet appellatum, alias enim obligatus ſoluere non liberatur dando fideiuſſorem; vel quoad obligatos in forma Cameræ, contra quos ſequeſtrum factum, an tollatur ſatiſdatione controuerſum eſt, ad tradita per Ridolphin. *loc. cit. num.*180. *& ſeqq.*

Alios quatuor caſus, in quibus ſequeſtrum ſatiſdatione non tollitur, nempè in terminis *Clem.*1. *de ſequeſtr. Conſt. Pij IV.* in ſequeſtro beneficij, & ad effectum obtinendi abſolutionem à cenſuris incurſis ob violationem ſequeſtri, ponit Iordan. *loc. cit. num.*36. *&* 37.

Item non tollitur ſequeſtrum ſatiſdatione, quando eſt factum vt ſoluat, vel propter vitanda ſcandala, vel inter perſonas, inter quas non cadit ſatiſdatio, vel præcepto Principis, Iaſon. *in l. ſi fideiuſſor*, §. *fin. num.*17. *ff. qui ſatiſd. cog.* Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.*212. *num.*12. Ridolphin. *d. cap.* 14. *num.*71. *& ſeqq.*

Quòd ſequeſtrum factum pro executione ſententiæ, & ſic ad effectum exequendi ſatiſdatione non tollatur, ſed opus ſit ſolutione, ſicut etiam generaliter non tollatur per ſatiſdationem quando non fuit præſtita intra tempus à ſtatuto præfixum, nam eo elapſo quidquid fit, nullum eſt, & ſi diſponat eſſe ſatiſdandum ante ſententiam, intelligitur in prima inſtantia, & ſatiſdatio præſtita in ſecunda non releuat, Magon. *deciſ. Flor.*98. *per tot. & deciſ.*31. *num.*5. *& c.* Curt. *de ſequeſtr. num.*55. Caualer. *deciſ.*567. Coſta *de fact. ſcient. & ignorant. diſtinct.*51. *cent.*2. dixi *in reſol. cap.* 95. *num.*15. *& c.* Ridolphin. *loc. cit.* Ioſeph. Feliu. *in Margar. var. concluſ. verb. Sequeſtrum fol.*82. vbi quando eſt factum pro executione ſententiæ non tollitur niſi ſolutione, vt ſuprà.

Quando ſequeſtrum non tollatur ſatiſdatione, vide Baron. *de cit. in Addit. ad qu.*18. *num.*56. *& c. tom.*2. Ridolphin. *d. c.*14. *num.*171. *& ſeqq. ad* 190. vbi ponit decem caſos, in quibus ſequeſtrum ſatiſdatione non tollitur.

Item tollitur ſequeſtrum, ſi actor differat litem in iuſtificatione ſequeſtri, vel non liquidando illud intra tempus à ſtatuto præfixum, & ſi non adſit ſtatutum ſpeciale intra tempus generalis inſtantiæ aliarum cauſarum, Magon. *deciſ. Flor.*115. *num.*4. *&* 5. Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.*212. *in fine*, vbi quòd Ianuæ ex forma ſtatuti habetur pro reuocato, ſi obtinens non exhibuerit petitionem pro illius confirmatione infra octo dies, *& concl.*213. *num.*2. *& c.* vbi quòd idem eſt de iure communi, & Florentiæ non durat vltra ſex menſes.

Item tollitur iudicis mandato, lite finita, & ſolutione debiti, non tamen poteſt ſequeſtrarius reddere ſequeſtrum, & officium deponere ſine legitima cauſa, ſed præuio iudicis decreto, Magon. *d. deciſ.*115. *per tot.* Tuſch. *d. concluſ.*213. *per tot.* Ricc. *Collect.* 2536.

16 Sequeſtra rerum, ſicuti ſunt prohibita iuxta ſuperiùs dicta, ita & multò magis prohibita ſequeſtra perſonarum in domo ob ſolùm ſcandali timorem, vel puras rixas, cùm eſſent ſpecies ſeruitutis, & poſſit alio modo prouideri, nempè per diuiſionem viarum, & ciuitatis, ob delictum tamen commiſſum eſſent permiſſa, Baiard. ad Clar. *quæſt.*31. *num.* 18. Cyriac. *contr.*10. *num.*54. Conciol. *reſol. crimin. verb. ſequeſtratio reſol.*1.

Florentiæ vidi ſæpè fieri ſequeſtrationes perſonarum in domo, donec ſedatæ fuerint rixæ ſubortæ, maximè inter potentes, & nobiles, vel aliter prouiſum per præcepta, & cautiones de non offendendo, numquam autem per dictam diuiſionem contractarum, vel Ciuitatis, licèt mihi quandoque non diſpliceret.

Non etiam poſſunt ſequeſtrari cadauera debitorum ob 17
quæcumque debita, nec illis impediri ſepultura ſub pœna amiſſionis crediti confiſcationis tertiæ partis bonorum, infamiæ, & erogationis tantumdem hæredibus defuncti, iuxta text. *in auth. item qui domum, C. de ſepulcr. viol.* Menoch. *de arb. caſ.*387. *num.*16. Farinac. *quæſt.*29. *num.*139. *& ſeqq.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*243. *num.*19. *&* 20. Marchet. *de ſepult. tit.*4. *num.*36. *& ſeqq.* Conciol. *d. verb. ſequeſtratio reſol.*2. *per tot.* dixi *in* §. *Cadauer num.*8. *& in* §. *Sepultura num.*3.

Sequeſtrarios, & ſimiles alieno nomine tenentes non 18
poſſunt de proprietate litigare, niſi re exhibita, & quando poſſint opponere de dominio proprio, vel alieno, Salyc. & Bart. *in l. qui rem, ff. depoſit.* Ioſeph. Feliu. *in Margar. var. concluſ. verb. Sequeſtrarius fol.*81. vide *in* §. *Conductor num.* 15. *&* 28.

Quod ſequeſtrarius poſſit executiuè conueniri vel depoſitarius, *l. pen. ff. depoſit.* Roland. *conſ.*17. *lib.*1. *num.*1. Ioſeph. Feliu. *loc. cit.*

Depoſitarius tamen ſequeſtrarius tenetur non ſoluere creditori ſui creditoris ſequeſtrati, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*485. *in princ. part.*11. *recent. deciſ.*443. *in fine, & part.* 15. *dec.*176. *num.*1. *& ſeqq.*

De ſequeſtris, & ſequeſtratijs habentur multa penes 19
Bertachin. *Repertor. verb. Sequeſtrum*, Ioſeph. Feliu. *in Margar. var. concluſ. eod. verb.* Thoro *Comp. deciſ. Neap. part.*1. *&* 2. *eod. verb.* Caldas Pereyr. *quæſt. forenſ. cap.*21. *per tot.* Conciol. & Romaguer. *Statut. Eugub. Rub.*32. *per tot.* Cancer. *lib.*2. *var. cap.*4. Larrea *deciſ.*58. Cyriac. *controu.*207. Caſtil. *de aliment. cap.*13. Amator. Rodrig. *de concurſ. credit. part.*1. *art.*6. Iul. Capon. *tom.*1. *diſceptat.*18. *& tom.*5. *diſceptat.*351. Capuc. *in Prax. tom.*1. *part.*2. *cap.*9. Mauſon. *de cauſ. execut. ampliat.*37. Ariſmin. Tepat. *var. ſentent. tit.*263. Tranchedin. *Conſult.*34. Ioan. Anton. *ab Eccleſ. part.*1. *Obſeru.*125. 200. *& ſeqq.* alijque multi citati à Caſteion. *Alphabet. iurid. verb. Sequeſtrum*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.*5. *eodem verb. fol.*611. *& c.*

De ſequeſtro an, & quando inducat præuentionem, 20
vel non, Tondut. *tract. de præuent. part.*1. *cap.*32. *num.*22. *& ſeqq.*

§. SERVITVS. XIV.

SEruitus in genere dicitur ius illud, quòd habemus in re 1
alterius, vt ius patiatur aliquid in re ſua fieri, vel ipſe non faciat aliquid in re propria, *l. quoties* 1. §. *fin. ff. de ſeruit.* Otnot. *Inſtit. de ſeruit. ruſtic. & vrb. præd. in princip. num.*3. *in fine*, vbi etiam Soac. *num.*2. *& alij.*

Seruitutum plures ſunt ſpecies, quædam enim dicuntur 2
merè perſonales, quæ à perſona perſonæ debentur, vt in hominibus ſeruilis conditionis, qui dominis ſuis ſeruire coguntur; quædam quæ à perſona rei debentur, vt quando perſona tenetur aſſiſtere certo loco, de quibus non erit ſermo noſter, ſed illarum materia habetur *in tit. ff. de ſtat. hom. & Inſtit. de iure perſ. & in l. Mauia, ff. de manu, & l. ſeruos, ff. de alim. & cib. leg.* plenè Dian. cum alijs ab eo citatis *d. par.*7. *tract.*7. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.*175. *vol.* 2. & plura remiſſiuè Ægid. de Caſteion. *in Alphabet. iurid. verb. Seruitus.*

Seruitutes autem de quibus nos agimus aliæ ſunt perſonales ſimpliciter, quando ſcilicèt res immediatè ſeruit perſonæ, vt eſt vſusfructus, vſus, & habitatio, & dicuntur perſonales à perſona dominante, cùm ſemper à nobiliori parte ſit ſumenda denominatio, vel etiam dicuntur mixtæ ad differentiam merè perſonalium de quibus ſupra.

Aliæ dicuntur merè reales, & ſunt ius in re aliena, quòd per ſe non ſtat, nec perſonam reſpicit, ſed cohæret prædio dominanti actiuè, & prædio ſeruienti paſſiuè, augens vtilitatem prædij dominantis, & minuens libertatem ſeruientis, & iſtæ vel ſunt vrbanæ, quæ ſcilicet vrbanis prædijs debentur, vel ruſticæ, quæ ruſticis prædijs debentur,

vr-

vrbana autem, & ruſtica prædia diſtinguuntur non à loco, ſed à materia, & vſu,

Item ſeruitutes generaliter aliæ ſunt nominatæ, quia proprium nomen à iure ſortiuntur, vt iter, actus, via, & aliæ innominatæ, quæ non habent ſpeciale, nec proprium nomen, vt quando aliquid conſtituitur in alieno prædio, quòd aliàs de iure fieri non poterat.

Item aliæ dicuntur diuiduæ, aliæ indiuiduæ.

Item aliæ continuæ, & aliæ diſcontinuæ.

Item aliæ affirmatiuæ, aliæ negatiuæ, de quibus, & ſimilibus diſtinctionibus, plenè Cæpol. *tract. de ſeruit. cap. 1. 2. & ſeqq. per tot.* Oinot. Soac. *& alij Inſtit. de ſeruit. ruſt. & vrb. præd. & in §. Æqua Inſtit. de act.* Card. Tuſch. *litt. S. concluſ. 222. & 223.* Rot. *part. 1. recent. deciſ. 199. per tot.* Franciſc. Maria Pecch. *in ſuo nouiſſimo tract. de Aquaduct. c. 1. &c.* remiſſiuè Caſteion. *loc. ſup. cit.*

3 Seruitutes ruſticæ ſunt plures, nempè *Iter*, quòd eſt ius eundi, ambulandi homines per fundum vicini, non autem iumentum, nec vehiculum ducendi. *Actus*, & eſt ius vt ſupra eundi, ac etiam iumentum, & vehiculum ducendi per alienum fundum, non autem trahendi lapides, nec trabes. *Via*, quæ eſt ius vt ſupra, & inſuper lapides etiam, trabes, & tigna trahendi, & rectam haſtam ferendi per alienum. *Aquaductus*, ideſt ius, ſiue facultas ducendi aquam per fundum alterius. *Aquæ hauſtus*, ius ſcilicet hauriendæ aquæ ex fonte priuato pro vtilitate fundi vicini, vel pro laborantibus in eo. *Paſcendi*, id eſt ius paſcendi pecoris in alieno fundo. *Pecoris ad aquam appulſus, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, cretæ, vel lapides eximendi, figulinæ habendæ, ſecandi ligna*, & ſimiles, de quibus *in l. 1. & l. veluti, ff. de ſeruit. ruſtic. præd. & Inſtit. eod. tit.* vbi Oinot. Soac. & alij; Cæpol. *tract. de ſeruit. ruſt. præd.*

4 Seruitutes vrbanæ pariter ſunt plures, nempè *oneris ferendi*, quando ſcilicet imponitur ſeruitus ædibus vicini mei, vt columna, vel paries eius perpetuò ferat onus meæ domus; *tigni immittendi*, per quam conceditur vicino facultas immittendi tignum, vel trabem in prædium, vel parietem vicini, quæ aliàs de iure non competit; *ſtillicidij auertendi, & non auertendi*, & ſic vel eſt affirmatiua, quando quis habet ius, vt à tecto ſuo poſſit auertere, ſiue deriuare aquam pluuialem in aream, curtem, vel tectum vicini, quòd aliàs de iure non permittitur, vel negatiua quando is, cuius ſtillicidium cadit in aream meam, illud non poteſt auertere ad domum ſuam, vt quia debeat implere meam ciſternam, vel hortum irrigare; *altius tollendi* affirmatiua, *& altius non tollendi* negatiua, affirmatiua, vt quando iure ſeruitutis poſſum cogere vicinum ad altius tollendum ſuas ædes, vel parietem; negatiua, vt quando contra naturalem libertatem ædificandi poſſum impedire vicinum ne altius tollat ædes ſuas, vel parietem; *Ne luminibus officiatur*, per quam prohibetur vicino lumina ædium vicini minuere altius tollendo, vel deprimendo; *Luminum* quando ſcilicet vicinus cogitur habere feneſtram apertam, vt foramen in ſuo pariete, quo ædes alterius vicini lumen recipiant. *Proſpectus* ne ſcilicet proſpectui quem quis habet in hortum, vel campum vicini officiatur, *proijciendi, protegendi*, & ſimiles, de quibus *tot. tit. ff. de ſeruit. vrb. præd. & in §. prædiorum vrbanorum, Inſtit. eod.* vbi Oinot. Soac. & alij, & plenè Cæpol. *d. tract. de ſeruit. vrb. præd. per tot.*

De ſeruitute altius non tollendi ne impediatur proſpectus, & de proſpectu ſæcularium in locum Religioſum prohibitio plura Ganauer. *deciſ. 10. per tot.* & dixi *in §. Ædificium.*

Seruitus nunquam præſumitur, ſed ab allegante eſt probanda, cum quælibet res in ſui origine libera exiſtat, *l. altius, C. de ſeruit. & aqua*, Oinot. *in §. fin. num. 1. &c. Inſtit. de ſeruit. ruſt. & vrb. præd.* Card. Tuſch. *litt. S. concluſ. 227. per tot.* dixi *in reſol. cap. 7. num. 1. &c. cap. 14. num. 4. & cap. 15. num. 1.* vbi ampliatur etiam dato illius vſu, & quaſi poſſeſſione, Rot. *part. 14. recent. deciſ. 416. num. 1. &c. par. 17. deciſ. 31. 348. & 394.* vbi ad effectum ne poſſit impediri apertio nouæ feneſtræ.

Quòd præſumatur libertas, niſi probetur ſeruitus, latè idem Tuſch. *litt. L. concluſ. 338. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 177. num. 6. &c. vol. 2.* Ricc. *Collect. 2646.* vbi inſerit allegationes Nouari.

Quòd ſeruitus ſit probanda per pactum clarum, & expreſſum, vel per legitimam præſcriptionem, aliàs cùm ſit contra regulas iuris, omiſſum habeatur pro omiſſo, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 572. num. 58. &c. cap. 755. num. 1. &c.* vbi de ſeruitute piſcandi, Menoch. *lib. 3. præſumpt. 89. per tot.* vide Ricc. *loc. cit.* Rot. *part. 14. recent. deciſ. 416. num. 2. & ſeqq. & part. 17. deciſ. 31. 348. & 394.* vbi vt poſſit impediri proſpectus per nouam feneſtram, de quo dixi in *§. Feneſtra.*

Quòd ſi adeò probanda, vt non ſufficiat probare illius vſum, ſed quod vſus fuerit iure ſeruitutis cum titulo, bona fide, aliiſque requiſitis, de quibus Menoch. *de ret. in. poſſ. remed. 5. num. 18. & ſeqq. ad 32.* vbi colligit octo requiſita, Gratian. *diſcept. for. cap. 559. num. 11. &c.* Surd. *deciſ. 177. per tot.* Rot. *part. 4. recent. tom. 2. deciſ. 101. & part. 14. deciſ. 398. num. 4. & deciſ. 416. per tot. part. 15. deciſ. 9. num. 6. & ſeqq.*

Item ſciente, & patiente domino, idem Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 560. num. 30. &c.* Rot. *dict. deciſ. 101. num. 10. & dict. deciſ. 398. num. 7. & deciſ. 416. num. 13. par. 14. recent.*

Quod in dubio inter conſanguineos, vel etiam tantùm amicos, aut vicinos, actus præſumatur factus non iure proprio nec ſeruitutis, ſed ſimplici familiaritatis iure, Menoch. *de arbitr. caſ. 160. num. 17. & ſeqq.* Altograd. *conſ. 12. num. 24. lib. 1. in Rota Romana ſeruitutis 15. Maij 1619. coram Vbaldo*, Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 24. num. 407. in fine fol. 501.*

Quando præſumatur vſus iure ſeruitutis, qui vtitur itinere per fundum alterius, Menoch. *lib. 3. præſumpt. 89. in fine.*

Qualiter probetur ſeruitus viæ, vel itineris ad effectum manutentionis in quaſi poſſeſſione, qualiter præſcribatur, & per quos actus acquiratur, Grat. *diſcept. for. cap. 681. per tot.* vbi plenè pro manutentione probato vſu, Pac. Iordan. *loc. ſup. cit. num. 403. & ſeqq.* vbi quæ requirantur in præſcribenda ſeruitute.

Seruitutem tranſitus, vel itineris, ſiue ſimilem diſcontinuam non præſumi, ſed ab allegante eſſe probandam, 5 quamuis eſſet in illius quaſi poſſeſſione, docendo de titulo, vel de immemorabili, de ſcientia, & patientia aduerſarij, quòd vſus fuerit iure ſeruitutis, cùm aliàs in dubio potiùs præſumatur vſus iure familiaritatis; etiam ſi non poſſet aliundè tranſitus haberi, cum non ſufficiat allegare neceſſitatem pro titulo, & in omnem caſum ſoluendum eſſe pretium, & tantò minus poſſe per alienum fundum prætendi tranſitum, vbi adeſt alia via, plenè Rot. *part. 4. tom. 2. recent. deciſ. 101. per tot.* dixi in *Reſolut. cap. 14. per tot.* & latiùs in eadem cauſa ſcripſi in alio conſilio penes me vulgari idiomate (Florentino more) de anno 1663. impreſſo, in ſecundo volumine meorum *Allegat. diuerſ. fol. 32. &c.* iuxta quod fuit Florentiæ iudicatum per Magiſtratum Partis ſub die 4. Ianuarij dicti anni, de quo etiam memini *in Pract. §. Vendere num. 11. infra num. 12.* & latè Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 177. vol. 2.* Rot. *part. 14. recent. deciſ. 397. per tot. & deciſ. 416. per tot.*

Licèt autem ſeruitus non præſumatur, ſed ſit plenè, & concludenter probanda; tamen poteſt probari non minus per teſtes, vel alias legitimas probationes, quàm etiam per coniecturas, & ſigna ex inſpectione loci reſultantia, ita vt admittantur etiam teſtes de auditu in antiquis, licèt non nominent auctorem, (cùm hoc in ciuilibus non ſit neceſſe) Rot. *part. 14. recent. deciſ. 276.* vbi adducit plures coniecturas ad inducendam ſeruitutem non aperiendi feneſtras atrium alterius reſpicientes.

Seruitutes pluribus modis poſſunt conſtitui, & acquiri, 6 nempè pactis, & conuentionibus per contractus inter viuos, veluti ſtipulationem, emptionem, & ſimiles; Secundò in vltimis voluntatibus, teſtamento vel codicillis, vt ſi teſtator damnet hæredem, vt patiatur aliquam ſeruitutem ad fauorem alterius; Tertiò per ſententiam; Quartò per conſuetudinem; Quintò per præſcriptionem, *§. fin.* vbi Myſing. & alij *Inſtitut. de ſeruit. ruſt. & vrban. præd. & tot. tit.* vbi DD. *ff. de ſeruit. legat.* Cardin. Tuſch. *littera S. concluſ. 221. & 224. per tot.* vbi plura de modo acquirendi ſeruitutem per præſcriptionem, & per laudum, Rot. *part. 17. recent. deciſ. 31. 348. & 394.* vbi ſeruitute proſpectus.

Quot, & quibus modis ſeruitus aquæductus, & per quos conſtitui poſſit, latè Franc. Maria Pecch. *tract. de aquaduct. lib. 1. cap. 3. & 4. per tot.* vbi plures quæſtiones examinat, quę deſeruiunt etiam ad intelligentiam aliarum ſeruitutum circa illarum conſtitutionem, & acquiſitionem.

An

Ao aotem res incorporales, & præcipuè ſeruitutes vſucapi poſſint, & an admittenda ſit commonis diſtinctio inter ſeruitutes continuas, & diſcootinuas, Mella *de vſucap. & præſcript. part. 1. cap. 6. per tot.*

7 Seruitus vt mediante præſcriptione acquiraturplura ſunt neceſſaria, latè Caldas Pereyr. *quæſt. for. cap. 5. per tot.* Parlador. *rer. quotid. lib. cap. 1. §. 8. per tot.* vbi *num. 9. & ſeqq.* explodit differentiam, quam communiter traduot Interpretes inter ſeruitutes continuas, & diſcontinuas, Rot. *Luc. in Lucana manutentionis* 17. *Nouembris* 1685. vbi latè de manutentione ſuper libertate bonorum poſſeſſorum ex præſomptione naturæ, non concludenter probata ſeruitute, maximè diſcontinua, vt tranſitus, & itineris per alienom fundum babetur apud Iacob. Balduc. *in Obſeruat. ad Roman. deciſ. 50.*

Primò, quaſi poſſeſſio ipſius ſeruitutis, quæ lo oegatiuis acquiritur per vnicum actom prohibitionis enm patientia aduerſarij; in affirmatiuis verò, aut agitur de illis, quarum vſus poteſt eſſe per modum facultatis naturalis, vt ire per fuodum alienum donec prohibeatur à domino, & in iſtis quaſi poſſeſſio non acquiritur per vnum ſimplicem actum, ſed per actus continuatos eundi per triginta dies ſciente, & patiente domino, ita vt cooſter quòd incipiat poſſidere animo acquirendi ſeruitutem, aut agitur de illis, quarum vſux oon ita de iore gentium, & mera facultate competit, ſed actus potius per modum debiti geruntor, vt immittere tignum io alienum, & ſimiles, qui citrà ios ſeruitutis noo competunt, & in iſtis quaſi poſſeſſio acquiritur per vnicum actum ſciente, & patieote domino factum.

Secundò, requiritur ſcientia, & patientia aduerſarij nempè domini fundi ſeruientis, nam ſi quis vtatur ſeruitute vi, clam, vel precario; illam non præſcribit; oiſi probet de vſu tanti temporis, cuius initij non extet memoria, vel de longiſſimo tempore 30. vel 40. annorum, vel oiſi habeat titulum à tertio, qui potabatur dominus fuodi, nam his caſibus non eſt neceſſe probare ſcientiam, & patientiam aduerſarij, ſiue veri domini, ſed ſtante titulo procedit præſcriptio decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſeotes, ſi alia concurrant requiſita, vide Rot. *part. 14. recent. deciſ. 416. per tot.*

Tertiò requiritur, quòd præſcribens vſus fuerit iure ſeruitutis, eo ſcilicet animo, vt etiam inuito aduerſario vti poſſit dicto iure, & noo iure familiaritatis, vel amicitiæ, quia tunc numquam præſcriberet, & hoc dignoſcitur ex qualitate actuum.

Quartò, requiritur bona fides, nempè vt præſcribens credat ſibi ſeruitutem competere, quæ bona fides ſtante titulo, vel curſu triginta annorom præſomitur, niſi mala probetur, deficiente verò titulo, vel dicto tempore non præſumitor, ſed ab allegante eſt probanda; non tamen in præſcribendis ſeruitutibus requiritur titulus, licèt in præſcribendis alijs rebus corporalibus ſit omninò neceſſarius, vt dixi §. *Præſcriptio num.* vide Rot. *part. 12. recent. deciſ. 199. num. 25. & ſeqq. per tot.*

Qointò, requiritur tempus legitimum, & continuatum, nam ſi agatur de ſeroitute habente cauſam continnam, vel quaſi continuam, vt quando in illius exercitio factum hominis non requiritur, ſed ſemper ex ſe actualiter, & potentialiter, vel ſaltem potentialiter tantòm eſt in vſu, præſcribitur decem annis inter præſentes, & vigioti inter abſentes, niſi agatur contra Eccleſiam, quia tunc requiruntur quadraginta anni; ſi verò agatur de ſeruitute habente cauſam diſcontinuam, quæ ſcilicet non ſemper eſt io vſu, actu, neque potentia, vt quia in illius exercitio requiratur factum, & opera hominis, qui non ſemper poteſt operari, non præſcribitur longo; neque longiſſimo tempore, ſed immemorabili tantùm, cuius ſcilicet initij oon extet memoria; intelligendo de ſeruitutibus realibus, & ceſſaote titulo, nam perſonales, quæ ſcilicet debentur à re perſonæ, vel ſtante titulo, non obſtante cauſa diſcootinua, præſcribuntur decem anois inter præſentes, & viginti inter abſentes, ſi alia non deficiant, de quibus requiſitis plenè Oinor. in §. *fin. num. 6. & ſeqq. ad 19. Inſtitut. de ſeruit. ruſtic. & vrb. præd.* Peregrin. *tract. var. lib. 3. tit. de poſſ. & propriet. num. 52. & ſeqq.* Cæpol. *de ſeruit. vrb. præd. cap. 20. per tot.* Bald. *tract. de præſcript. part. 2. part. 4. princip. quæſt. 1. cum pluribus ſeqq. per tot. fol. mihi 81. & ſeqq.* Card. Tuſch. *littera S. concluſ. 224. per tot.* dixi *in reſolut. cap. 14. num. 22. & ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 177. vol. 2.* Rot. *part. 9. recent. deciſ. 300. per tot. quæ eſt in Narnien. iuris paſcendi 17. Iunij 1644. coram Vereſpie, & rurſus in eadem cauſa 26. Maij 1645. d. part. 9. deciſ. 347. per tot. & part. 12. deciſ. 119. num. 25. & ſeqq. per tot.* vbi de ſeruitute aquæductus, & *part. 15. deciſ. 9.* vbi plura quomodo probetur, vel non ſeruitus ducendi aquam ex fundo alterius, & *part. 17. deciſ. 132. per tot.* vide in §. *Aqua*, Mella *de vſucap. & præſcript. part. 1. cap. 6.* vbi damnat dictam diſtinctionem inter ſeruitutes continuas, & diſcontiouas, ſed nihilominos ab ea non recedas, quia communis eſt, & ab omnibos ferè recepta, vt ipſemet fatetur.

De ſeruitute iuris paſcendi quando, & qoomodo poſſit præſcribi, latè Surd. *deciſ. 236. per tot.* Tuſch. *litt. P. concluſ. 111. & ſeqq.* vbi quando poſſint induci, an ſit prædialis, vel perſonalis, qualiter probetur, & alia, Rot. *d. part. 9. recent. deciſ. 300. per tot. & deciſ. 347. in eadem cauſa d. par. 9. & par. 14. deciſ. 416. per tot.* Sanſelic. *deciſ. 75. & 76.* vbi quòd ſeruitos, & ius paſcendi competens ciuibus originarijs, & oaturalibus, competit etiam aggregatis, nec poteſt mutari contra voluntatem eorum, qoibus dicta ſeruitus competit, etiam in ſtatum meliorem, & tantò minus locus ſeruiens ad culturam reduci, ſed ſemper liber ad paſcendum iuxta antiquam, & conſuetam formam teneri.

Quòd ſeruitus oon acquiratur ex facto, & patientia domini vtilis in præiudicium domini directi, & ſine illius ſcientia, & patientia, Caualer. *deciſ. 56. num. 2.* Quia licèt Emphyteuta, vel ſimilis durante iure ſuo ſeruitutem imponere, finitur tamen reſoluto iure ſuo, & res libera ad dominum reuertitur, idem Caualer. *deciſ. 213. num. 3. &c.* Caſtr. *in l. & in prouinciali, C. de ſeruit.* Oinot. *in §. Ideò autem num. 3. inſtitut. eod.*

8 Seruitutes reales non poſſuot acquiri, neqoe conſtitui niſi ab habentibus prædia vrbana, vel roſtica, cùm non poſſint ſine prædio dominante, & ſeroiente conſiſtere; poſſunt itaque imponi à domino habente plenum dominiom, item à domino directo tantùm, à proprietario, vaſſallo, emphyteuta, Principe, & Senatu, dummodo in omni caſu non tendant in alterius præiudicium, & finito iure concedentis, finiantur; non autem poſſunt imponi in re communi ſine omnium ſociorum conſenſu, nec per maritum in fundo dotali, nec per vſufructuarium; quicumque verò poteſt imponere ſeruitutes, tantò magis poteſt illas acqoirere, dummodò habeat fundum cui deberi poſſint, Oinot. *in §. Ideò autem*, vbi etiam Soac. *inſtitut. de ſeruit. ruſtic. & vrb. præd.* Cæpol. *tract. de ſeruit. vrb. præd. cap. 14. & 15. per tot.*

Seruitutes tameo ſui natura reales, poſſunt quandoque effici perſonales, nempè ſi ad perſonam tantùm referantur, quod eſt maximè ootandum, & præcipuè quia reales tranſeunt ad quoſcumque cum ipſa re, perſonales verò non, ſed cum perſona extinguuntur, vt benè explicat Soac. *in §. Ideò autem num. 2. & 3.* vbi etiam docet quando alicuius iuris conceſſio dicatur realis, vel perſonalis, vide Cæpol. *de ſeruit. cap. 2. num. 5. &c.* dixi *in reſolut. cap. 14. num. 14.* Card. Tuſch. *litt. S. concluſ. 228. per tot.* Rot. *part. 1. recent. deciſ. 199.* Surd. *conſ. 17. num. 30. lib. 1.* vbi qoaliter etiam perſonales poſſint tranſire ad ſucceſſores per iurium ceſſionem.

Quòd ſeruitutes non poſſint imponi, nec remitti in fundo minoris ſine ſolemnitatibus, *l. 3. §. Simili, ff. de reb. eor.* Mootan. *de tut. cap. 33. num. 121. &c.*

Item in re communi nec acquiri, nec conſtitui poſſunt ſeruitutes ſine alterius ſocij conſenſus, & vſus in dubio præſumitur nomine ſociali, vel precario, non autem animo acquirendi ſeruitutem io præiudicium ſocij, Menoch. *de arbitr. caſ. 442. per tot.* Duran. *deciſ. 450. num. 13. &c.*

9 Seruitutes reales, vt poſſiot prædio conſtitui requiritur, quòd nollum prædium alienum ſit intermedium, quia impediret ſeroitutem, niſi eſſet locus publicus, per quem tranſitus haberi poſſet, vel priuati conſentientis, Bart. *in l. ſi prius, ff. de aqua pluu. arcend.* Cæpol. *de ſeruit. vrb. præd. cap. 18.* Berrazol. *de Clauſ. clauſ. 23. gloſſ. 2.* Surd. *deciſ. 177. per tot.* vbi pulchrè qualiter prædium liberum intermedium impediat ſeruitutem, Ricc. *Collect. 3620.*

Quòd ſeruitutes reales traoſeant hincindè actiuè, & paſſiuè ad ſucceſſores vniuerſales, & ſingulares, ex quibus

co-

cognoſcantur reales, ac in dubio tales præſumi, Cabal. conſ. deciſ. 113. per tot. lib. 2.

10 Seruitutes non poſſunt dilatari, neque duriores effici, nec reſpectu temporis, nec reſpectu fundi adiecti, ſed ſunt reſtringendæ arbitrio boni viri ad tempus neceſſitatis pro cultura, & recollectione fructuum prædij dominantis dumtaxat, Surd. conſ. 27. num. 7. &c. Carpan. ad ſtat. Mediol. cap. 331. num. 12. & cap. 338. num. 2. vol. 2. Coſta de ratione rata quæſt. 132. num. 19.

Et generaliter quòd ſeruitutes non extendantur de vna ad aliam, Card. Tuſch. litt. S. concluſ. 229.

Quòd tamen ſeruitus debita pro vno fundo poſſit extendi ad alium fundum contiguum, dummodo ob id durior non efficeretur, idem Surd. conſ. 41. num. 1. verſ. nunc tamen, & per tot. Theſ. Quæſt. forenſ. 81. per tot. lib. 1. dixi in reſolut. cap. 14. num. 26. & 27. facit Franciſc. Maria Bich. tract. de aquaduct. lib. 1. cap. 3. quæſt. 15. vbi latè an aquæductus pro bonis alicuius conceſſus extendatur ad bona poſtea quæſita, ita vt concedens teneatur maiorem quantitatem aquæ dare pro illis irrigandis, idem Pecch. d. tract. cap. 7. quæſt. 2. per tot.

Et quòd poſſit dominus fundi ſeruientis mutare locum, & alium æquè idoneum, & commodum ſubrogare ad vſum fundi dominantis, benè probat Giouagn. conſ. 36. num. 1. & ſeqq. ſequitur Rot. Bononien. ibidem num. 21. & Altograd. conſil. 97. num. 97. & ſeqq. lib. 2. Coſta de ratione rata quæſt. 132. num. 8. & ſeqq. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 177. num. 11. volum. 2. facit latè Franciſc. Maria Pecch. tractat. de aquaduct. lib. 1. cap. 3. quæſt. 14. vbi cuius ſit electio in faciendo aquæductu in fundo ſeruiente.

11 Seruitus itineris, vel viæ, per quam dabatur aditus, & ingreſſus in fundo venditum, mediante alio fundo contiguo ipſius venditoris, non cenſetur in emptorem translata, niſi exprimatur, cùm ſimus in contractu, & agatur de ſeruitute diſcontinua, quicquid contrarium ſit in ſeruitutibus continuis, & quando eſſemus in vltima voluntate, in qua fit latior interpretatio, vel quando in contractu fuiſſet expreſſa clauſula, cum acceſſibus, & introitibus, &c. l. in tradendis, §. Interpoſitis, ff. com. præd. l. in vendendo, §. 1. ff. de contrah. empt. Cæpol. de ſeruit. vrban. præd. cap. 38. num. 3. Menoch. lib. 4 præſumpt. 144. per tot. Capyc. deciſ. 187. per tot. Surd. conſ. 17. num. 6. & 23. Bertazol. clauſ. 25. gloſ. 1. num. 6. Mantic. de tacit. & ambign. lib. 14. tit. 16. num. 20. &c. Saluſt. Tiber. de for. inſtr. lib. 1. cap. 3. num. 3. Leoncil. deciſ. Ferr. 102. num. 9. &c. Rot. Bononien. apud Giouagnon. conſil. 36. num. 25. Ciarlin. contr. 76. per tot. Andreol. contr. 178. Altograd. conſ. 52. num. 7. & ſeqq. & num. 20. &c. lib. 2. Card. Tuſch. littera S. concl. 230. num. 7. &c. dixi in reſolut. cap. 14. per tot. & in alio conſilio in eadem cauſa impreſſo, iuxta quod fuit iudicatum, vt dixi ſupra num. 5. in fine, adde Franciſc. Maria Pecch. poſtea viſum tract. de aquaduct. cap. 3. quæſt. 13. num. 6. &c. Olea de ceſſ. iur. tit. 4. quæſt. 7. num. 8. & ſeqq. vbi tenet indiſtinctè omne ius reale, & ſeruitutem realem prædio debitam in eius emptorem, vel ſucceſſorem citra ceſſionem tranſire, & ſic non eſſe attendendam diſtinctionem ſeruitutis continuæ, vel diſcontinuæ, ſed tantùm realis, vel perſonalis, vt omnis ſeruitus realis tranſeat cum fundo in eius emptorem, non autem perſonalis, & allegat Anell. Amat. conſ. 93. num. 73. &c. Noal. de tranſmiſſ. caſ. 67. per tot. ſed ego non puto recedendum à prædictis.

Sicutè contra venditor non poteſt prætendere ſeruitutem in re vendita, cùm cenſeatur rem liberam vendidiſſe, niſi expreſsè reſeruauerit, Bald. conſ. 363. Tuſch. litt. S. concluſ. 225. per tot. Franciſc. Maria Pecch. loc. cit. num. 14. &c. vide in §. Venditio num. 53.

Idem eſt in diuiſione, nam ſeruitus, per quam dabatur aditus, ingreſſus, & egreſſus ad inuicem in re communi, non videtur tranſlata, vt eodem modo poſſit exercere facta diuiſione, niſi exprimatur, vel niſi agatur de ſeruitute continua, vel in vltima voluntate, vel ſtante dicta clauſula, cum acceſſibus, vt ſupra, l. via conſtitus, §. quæcunque, ff. de ſeruit. ruſtic. præd. Cæpol. eod. tit. cap. 38. Ciarlin. d. controuerſia 76. Tuſch. dict. concluſ. 230. num. 8. &c. & alij omnes ſupracitati, vide Franciſc. Maria Pecch. tract. de aquaduct. lib. 1. cap. 3. quæſt. 13. num. 6. & ſeqq. per tot. vbi benè dictam clauſulam, & alia declarat ad excluſionem ſeruitutis expreſsè non reſeruatæ, vel non conſtitutæ.

Seruitus itineris, vel viæ debet concedi vicino non habenti aliundè tranſitum ad prædium ſuum, ſoluto tamen pretio, & determinato loco opportuno per iudicem cum minori qua fieri poſſit incommoditate vicini, per text. in l. ſi quis ſepulchrum 12. ff. de relig. & ſumpt. funer. Cæpol. de ſeruitut. ruſtic. præd. cap. 1. num. 21. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 681. num. 44. Capyc. deciſ. 187. Ciarlin. controu. 13. num. 12. Rot. in Romana ſeruitutis 15. Martij 1619. coram Vbaldo, & habetur in part. 4. recent. tom. 2. deciſ. 101. num. 25. & 26. dixi ſuprà num. 5. verſ. ſeruitutem, & in reſol. cap. 14. num. 7. &c. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 177. num. 7. &c. vol. 2. Rot. part. 14. recent. deciſ. 398. num. 11. & ſeqq. Conciol. & Romaguer. ad ſtatut. Eugub. lib. 6. rubr. 20. per tot. 12

Non autem debet ſeruitus conſtitui, quando poteſt aliundè haberi tranſitus, veluti per proprium fundum, vel per viam publicam ſine damno, & iniuria aliorum per rationem text. in l. Præſes, C. de de ſeruit. & aqua, quam ponderauit Rot. Ferr. per Leoncill. deciſ. 116. num. 7. Duran. deciſ. 450. num. 3. Boet. deciſ. 322. ad finem, Ioſeph. Ludouic. concluſ. 76. ad finem, Ciarlin. controu. 13. num. 10. lib. 1. Rot. d. part. 4. recent. tom. 2. deciſ. 101. num. 27. dixi in reſolut. cap. 14. num. 9. &c. plenius in conſilio in eadem cauſa poſtea reddito, iuxta quod fuit iudicatum, vt innui ſupra num. 5. in fine, adde Tuſch. litt. V. concluſ. 180. per tot. Paul. Chriſtin. ad leg. Municip. tit. 14. art. 51. vbi quòd debet concedi ſoluto pretio quando aliundè non poteſt haberi tranſitus, ſecus autem ſi alia via pateat, quamuis remotior, & cum maiori tædio, & Rot. part. 14. recent. deciſ. 498. in fine.

Seruitutes habentes cauſam continuam, & permanentem, quales dicuntur illæ, quæ ſemper ſunt in vſu actualiter, vel potentialiter, nec ad illarum exercitium requirunt factum hominis, licèt ſola natura non fuerint conſtitutæ, ſed facto hominis ab initio interueniente, ſemper cenſentur reſeruatæ, aut tacitæ impoſitæ, tam in actibus inter viuos, quàm in vltimis voluntatibus; diſcontinuæ autem, quæ ſcilicet in earum vſu, & exercitio factum hominis requirunt, non cenſentur reſeruatæ, nec tacitè impoſitæ, niſi expreſsè de illis fuerit actum, Bart. in l. 1. ff. de ſeruit. leg. & in l. binas ædes in fine, ff. de ſeruit. vrban. præd. Cæpol. eodem tit. cap. 37. num. 15. cum alijs per Altograd. conſil. 50. num. 1. & ſeqq. lib. 2. vbi tamen ipſe num. 17. & per tot. aliam ſuſtinet regulam, & doctrinam, nempè in venditione, vel etiam legato non venire ſeruitutes nec continuas, nec diſcontinuas, niſi de illis ſit facta mentio, vel niſi agatur de illis ſeruitutibus continuis, ſine quibus res legata, vel vendita inutilis, aut penè inutilis redderetur, vel conſiſtere non poſſet, quas probat cenſeri reſeruatas, vel tacitè conſtitutas tam in actibus inter viuos, quàm in vltimis voluntatibus, ſecus autem quoad aliàs, vide ſupra num. 1. & in §. Venditio num. 53. 13

Quòd ſeruitutes continuæ, vel quaſi continuæ longo tempore præſcribantur, non autem diſcontinuæ, & continuæ propriè acceptæ cenſeantur in venditione, vel legato tacitè appoſitæ, ſecus autem quaſi continuæ, vt ſunt illæ ſtillicidij, luminibus non officiendi, altius non tollendi, & ſimiles, ac ideò niſi ſint expreſsè reſeruatæ, poſſit venditor in domo ſibi retenta, vel emptor in domo empta, vel hæres, ſiue legatarius in præiudicium vicini, & eius lumina obſcurando ædificare, latè Altograd. conſ. 51. num. 64. & ſeqq. per tot. lib. 2. & conſ. 52. num. 25. & ſeqq. per tot. vbi tamen intelligit, prout & ego intelligendum puto adhibito moderamine, ne domus vicini in totum obſcuretur, ſed tantùm luminis remaneat, quòd ſufficere poſſit ne reddatur inutilis.

Quæ ſeruitutes dicantur continuæ, vel quaſi continuæ, vel quæ diſcontinuæ, benè declarat Altograd. d. conſ. 51. num. 32. & ſeqq. lib. 2. Cæpol. de ſeruit. vrb. præd. cap. 19. num. 5. &c. Paul. Chriſtin. deciſ. Belg. 177. num. 4. &c. vol. 2. Franc. Maria Pecch. in ſuo nouiſſimo tract. de Aquaduct. lib. 1. cap. 1. quæſt. 1. &c.

Seruitus ſtillicidij non cenſetur conſtituta ex eo, quòd illud cadat ſuper tectum, vel aream vicini, ſi non concurrant alia requiſita, de quibus Bart. in l. ſi prius, ff. de nou. oper. nunciat. Alciat. reg. 2. præſumpt. 1. num. 2. Duran. deciſ. 450. in fine. 14

Plura de ſtillicidio, Conciol. & Romaguer. ad Stat. Eugub. lib. 5. rub. 33. per tot. vide in §. Aqua.

De

De duplici ſeruitute ſtillicidij, affirmatiua, & negatiua, Cæpol. *de ſeruit. vrb. præd. capit.* 28. Ariſmin. Tepat. *Compend. deciſ. tit.* 567. *cap.* 2. Petr. Gregor. Tholoſ. *Syntag. lib.* 4. *cap.* 9. Paul. Chriſtin. *ad leg. Municip. tit.* 14. *art.* 44.

Seruitutes luminum, ne luminibus officiatur, aut altius non tollendi valdè inter ſe differunt, quia luminum minus ſatis continet, nam qui illam debet, poteſt altius tollere, & ædificare etiam obſcurando lumina, & feneſtras vicini, dummodò tantùm luminis ei relinquat quantum ſufficiat, ne domus reddatur inutilis quocumque modo id faciat, etiam per tubam, vel foramen; ſed illa ne luminibus officiatur, vel altius non tollendi multum plus continet, quia qui eam debet, non poteſt aliquid facere, per quod diminuatur lumen vicini, etiamſi haberet vltrà quam ſibi expediret, ſed debet relinquere domum in ſtatu, in quo antea erat, *l. luminum* 3. *ff. de ſeruit. vrb. præd.* vbi gloſ. Bart. & alij, Cæpol. *eod. tit. cap.* 35. *per tot.* Altograd. *conſ.* 50. *nu.* 23. *&c. lib.* 2.

Quòd debens ſeruitutem altius non tollendi parietem, poſſit tamen ſuper illius altitudinem tenere verduram, *l. ædificia* 11. *ff. de ſeruit. vrb. præd.* refert Paul. Rub. *in dedicatoria part.* 10. *recent. deciſ. col. vlt. in princ.*

De ſeruitute negatiua proſpectus, vt intelligatur de proſpectu directo tantum, & non de obliquo, Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 31. Sed imò intelligi tam de directo, quàm de obliquo, mutata ſententia in eadem cauſa reſoluit Rot. *d. part.* 17. *deciſ.* 348. *&* 394. *per tot.* vide in §. *Feneſtra.*

Seruitutes luminum, ne luminibus officiatur, & altius non tollendi tamquam continuæ, & habentes cauſam perpetuam cenſentur hincinde tacitè reſeruatæ, aut impoſitæ, quando dominus plurium ædium, vel domorum vnam ex illis alteri vendit, & alias ſibi retinet, adeò vt non liceat venditori, nec emptori ædificando in domibus retentis, vel emptis obſcurare feneſtras, quas dictæ domus habebant tempore venditionis, nec mutare faciem illarum in præiudicium vicini, & illo inuito, ſed debeant illas conſeruare prout erant, quatenus ex mutatione inferatur damnum vicino, latè Ruin. *conſ.* 90. *per tot. lib.* 4. Rimin. iun. *conſ.* 421. *num.* 1. 38. *&* 40. Rimin. ſen. *conſ.* 71. *num.* 13. *&* 14. Magon. *deciſ. Florent.* 136. *num.* 3. *&c.* Burſatt. *conſ.* 57. *num.* 12. Cyriac. *controuer.* 27. *num.* 3. Ciarlin. *controuerſ.* 76. *num.* 11.

Contrarium latè defendit Bero. *conſ.* 133. *per tot. lib.* 3. Paleth. *conſ.* 130. *num.* 8. *&* 9 *conſil.* 131. Honded. *conſ.* 80. *num.* 39. *lib.* 1. & alij relati per Altograd. *conſ.* 50. *num.* 15. *&c. per tot. lib.* 2. vbi plenè probat tam ſeruitutes continuas, quàm diſcontinuas non venire in venditione, vel legato, niſi de illis ſit facta mentio, vel niſi ſint tales, ſine quibus res vendita, vel retenta, ſiue legata fierent prorſus, vel penè inutilis, nam tunc ea æquitate cenſentur tacitè reſeruatæ, vel impoſitæ, ideòque concludit, ſeruitutes altiùs non tollendi, & ne luminibus officiatur non cenſeri tacitè appoſitas, ſiue verſemur in actibus inter viuos, ſiue in vltima voluntate, ſed ſolam ſimplicem ſeruitutem luminum vtroque caſu reſeruatam intelligi, quæ non impedit quin poſſit ædificari ab vtroque etiam obſcurando lumina vicini, dummodò tantum lumen ei relinquatur, quod ſit ſufficiens ne res vendita, vel retenta, ſiue legata inutilis prorſus, vel penè efficiatur per *text. in l. binas ædes ff. de ſeruit. vrban. præd.* vbi Bart. Caſtr. & alij, quod latiùs obiectis ſatisfaciendo probat idem Altograd. *conſ.* 51. *per tot. lib.* 2. vbi etiam *num.* 32. *&c.* videtur aſſerere quòd de rigore iuris poſſit venditor ædificando etiam obſcurare in totum domus venditas, & *conſ.* 52. *per tot. lib.* 2.

Et prædicta concluſio quòd domus remanere debeant in eodem ſtatu, prout erant tempore contractus, ſiue legati procedere poteſt reſpectu contignationum, & tignorum immiſſorum, ac onerum hincinde ferendorum, cùm contignationes ſint hincinde communes, & ne illis ſublatis corruant ædificia, latè idem Altograd. *d. conſ.* 51. *num.* 25. *& ſeqq. nu.* 68. *&c. conſ.* 52. *nu.* 13. *& ſeqq. lib.* 2.

17 Seruitus omnis confuſione tollitur, & extinguitur quando ſcilicet idem vtriuſque fundi dominantis, & ſeruientis dominus eſſe cœperit, *l. quicquid in fine ff. commu. præd. l.* 1. *ff. quemadm. ſeruit. amitt. l. ſi communis ff. de ſeruit. ruſt. præd. l. tria prædia ff. eod.* Soac. §. *fin. Inſtit. de ſeruit. ruſt. & vrb. præd.* vbi etiam Oinot. *nu.* 10. *&c.*

Et ratio eſt, quia res propria nemini ſeruire poteſt, ne detur actio, & paſſio in eodem ſubiecto, ita vt nec reuiuiſcat ſeruitus, ſi vnus fundus fuerit alienatus, & ſic vtriuſque dominium apud eundem eſſe deſierit, *l. ſi quis ædes verſ. & ſi rurſus ff. de ſeruit. vrb. præd.* Surd. *conſ.* 27. *num.* 3. *&* 19. Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 230. *per tot.* vbi dicit idem eſſe in re communi, & multis modis declarat, dixi *in Reſolut. cap.* 14. *n.* 12. Barboſ. *Axiom.* 199. *nu.* 10. Rot. *in Nouiſſ. part.* 6. *deciſ.* 67. *nu.* 12. vbi quòd vulgaribus regulis repugnat.

Quòd ſeruitus non cadat in re propria, *l. in re communi ff. de ſeruit. vrb. præd.* Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 168. *num.* 7. Altograd. *conſ.* 51. *n.* 18. *&c. lib.* 2. vbi tamen quoad ſeruitutes tigni immittendi, & oneris ferendi reſpectu domorum ab eodem domino in parte venditarum, & in parte retentarum, probat deberi non quidem iure ſeruitutis, ſed iure proprietatis, & venire ex proprietate rei, & idem Altograd. *conſ.* 52. *n.* 7. *& ſeqq. lib.* 2. vbi vide.

Seruitutes amittuntur, & extinguuntur etiam pluribus 18
alijs modis, nempè ex conceſſione actus, qui ſeruituti ita contrarius ſit, vt ſimul ſtare nequeat, ex interitu rei, ex remiſſione ſeruitutis, extante conditione, reſoluto iure imponentis, & ex negligentia non vtentis per decem annos inter præſentes, & viginti inter abſentes, tanto enim tempore præſcribitur libertas, *l. penult. C. de ſeruit. tot. tit. ff. quemadm. ſeru. amitt.* latè declarat Oinot. in §. *vlt. n.* 21. *& ſeqq. Inſtit. de ſeruit.* vbi etiam Soac. & alij, Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 232. *per tot.*

Si tamen agatur de ſeruitute perpetua conſiſtente in actibus ſucceſſiuis, requiruntur tot præſcriptiones, quot ſunt actus præſcribendi, *l. cum notiſſimi* §. *in ijs C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor.* Moled. *deciſ.* 226. *alias* 4. *de præſcript.* Rot. *in Bonon. aquarum* 9. *Aprilis* 1666. coram Otalora inter Conſult. Vrceol. *c.* 76. *nu.* 41. *vol.* 2.

Seruitutem realem debens, regulariter non tenetur ad 19
aliquas expenſas, ſed tantum præſtare patientiam, excepta ſeruitute oneris ferendi, quam debens tenetur ſuis expenſis manutenere, *l. quoties* 1. *in fine ff. de ſeruit.* Roman. *conſ.* 109. *circa finem verſ. quoad tertium*, Tuſch. *loc. cit. concluſ.* 220. Cæpol. *de ſeruit. cap.* 37. *num.* 3. Oinot. in §. *prædiorum nu.* 4. *Inſtitut. de ſeruit.* dixi *in reſol. cap.* 16. *nu.* 9. *&* 10. *cap.* 79. *nu.* 18. *& cap.* 97. *num.* 13. latè Franciſc. de Angelis *in Aſtreal. Patrocin. poſt tract. de confeſſ. Opuſc.* 2. *num.* 32. *& ſeqq.* vbi *ſub num.* 25. bis citat dictas meas *reſol. d. c.* 16. facit Coſta *de facti ſcient. & ignorant. diſtinct.* 26. *cent.* 2. *& de ratione rata quæſt.* 132. *nu.* 20.

De ſeruitutibus prædiorum, quid & quotuplices ſint, quomodo conſtituantur, vel acquirantur, quomodo petantur, & probentur, quomodo retineantur, impediantur, & amittantur; De ſeruitutibus viæ, vel itineris, aquæ ſtillicidij, altiùs non tollendi, tigni, paſcendi, ne luminibus officiatur, quomodo alienentur, & huiuſmodi habentur plura per Bertachin. *in Repert. verb. Seruitus*, *Comp. deciſ. Neapol. part.* 1. *eod. verb.* vbi latè de ſeruitute ne luminibus officiatur, an & quando poſſit acquiri per præſcriptionem, & alia, Caſtil. *de vſufruct. cap.* 10. *& ſeqq.* Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 4. *per tot.* Vela *Differt.* 35. Parlador. *lib.* 1. *rer. quotid. cap.* 15. vbi de ſeruitute altiùs tollendi, vel non tollendi, de qua etiam Iul. Capon. *tom.* 3. *diſcept.* 178. *& tom.* 5. *diſcept.* 371. *& ſeqq.* Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 566. *& ſeqq.* alijque plures relati à Caſtejon. *Alphab. iurid. verb. Seruitus realis, perſonalis*, & Co. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *eod. verb. fol.* 617. *& ſeqq.*

Seruitus conſideratur etiam prout eſt merè perſonalis, 20
& conſtitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno iuxta naturam ſubijcitur, vnde & ſerui dicti ſunt, qui vulgò *Schiaui* nuncupantur, de qua ſpecie ſeruitutis, & de ſeruis plura tradunt DD. in §. 2. *Inſtitut. de iur. perſon.* Dian. *reſol. moral. part.* 7. *tract.* 7. *per tot.* vbi quid ſit, quo iure introducta, quam poteſtatem dominis tribuat, quibus modis inducatur, & alia notabilia, Matthæu. Sanz. *de re crimin. contr.* 54. *nu.* 1. *& ſeqq.* vbi quam olim habuerint, & hodie habeant poteſtatem, & ius domini in ſeruos ſuos, Fagundez. *de iuſtit. & contract. lib.* 2. *cap.* 1. *cum pluribus ſeqq.* vbi plura de acquiſitione dominij in perſonas, an ſit licita, & quibus titulis, quouſque extendat in ius dominorum in ſeruos, an illis fas ſit fugere ad ſuos, quibus modis liberentur, & alia ad rem.

De ſeruitute merè perſonali, prout eſt conſtitutio iuris gentium, qua quis alieno dominio ſubijcitur contra naturā

(licèt ex errore impreſſoris fuerit dictum iuxta naturam)& ſic de ſeruis, & ſclauis (vltrà iam citatos) multa tradunt Bertachin. *in Repertor. verb. Seruus*, Thoro *Compend. deciſ. Neapol. part. 2. verb. Serui*, vbi quod ſerui fiunt capientium oe dum capti in iuſto bello contra Turcas, ſed etiam quomodocumque capiantur hoſtes, cum quibus iuſtum eſt bellum, etiamſi eſſent Iodæi Vaſſalli Turcarum vi ventorum ducti ad littora Chriſtianorum, licet ſecus ſit in alijs Iudæis oon ſubditis Turcarum, Dian. *tom. 7. tract. 8. reſol. 1. & ſeqq.* Molina *de iuſtit. tractat. 2. diſput. 32. & ſeqq.* Nauar. *in Manual. cap. 17. num. 104. &c.* Vela *Differt. 35. num. 96. & ſeqq.* Cabed. *d. deciſ. 62. part. 2.* vbi quòd admittitur dominus ad defendendum ſeruum, Caſteioo. *Alphabet. iuridic. verb. Seruus, Seruitus*, vbi tangit multas notabiles quæſtiones de huiuſmodi ſerui, & ſclauis indicaodo DD. illas tractantes, & alios de iſtis pariter agentes indicat Com. Auguſt. Fontan. *Bibliot. leg. part. 5. eodem verb. fol. 614.* & ego citaui in §. *Captura num. 4. cum Addit.*

Seruus licèt in ciuilibus, & cootractibus noo obligetur per *text. in l. perſonam 22.* vbi Dec. & alij *ff. de reg. iur. l. ſerus ff. de act. & obligat. l. ne ſeruus ff. de pecul.* in quibus locis ad hoc propoſitum plura notant Doctores.

Obligatur tamen in criminalibus, & delictis, & poteſt pro illis puniri, ſi non in boois, quæ oon habet, ſaltem in corpore, ita vt ſeruus dicatur capax cuiuſcumque pœnæ corporalis, imò etiam pecuniariæ, & quando pœna à lege impoſita non cadit in ſeruum, poteſt arbitrio iudicis alterari, & commutari per *text. in l. hos accuſare 12. §. Omnibus autem ff. de accuſat. & inſcript.* vbi Bart. optimè declarat, vide eum, & *l. ſerus ff. de act. & oblig. gloſſ. in d. l. in perſonam ff. de reg. iur.* qoid dicit idem eſſe in quaſi maleficio per *text. in l. 1. §. cum ſeruus ff. de his qui deiec. vel effud.* Dec. *loc. ſup. cit. num. 4.* Petr. Plaza *Epitom. delict. cap. 32. num. 19. & ſeqq.* vbi quòd ſerui confeſſio probationem facit, ſaluo tamen iure Domino contrarium probandi ratione proprij intereſſe, Boccaron. *in ſuo tractat. de differ. inter iud. ciuil. & crimin. diff. 180. num. 18.* ac ita fuit iudicatum per Magiſtratum Dominorum Octo Balliæ Virorum Ciuitatis Floreotiæ, & approbatum per reſcriptum Sereniſſimi Magni Ducis ſub die 21. Ianuarij 1670. ab Incarnatione, mediantibus eios Auditoribos Profiſcalibus, in cauſa cootra Ebrahin Nationis Turcarum illum condemnando ad Triremes per decennium, vbi fuit ſtatim die ſequenti, præcedeote etiam fuſtigatione tranſmiſſus, pro furto valoris ſcutorum quinquaginta, commiſſo in Domo Illuſtriſſimi Vinceotij del Sera Nobilis Florentini, illius Domini, vt conſtat in filcia negotiorom dicti Magiſtratus num. 4499. vbi fuit etiam latè conſideratum, & dictum hoc ius puniendi pro delictis à ſeruis commiſſis ſpectare ad Principem, & Iudicem Ordinarium loci, non autem ad dominum ſeruorum cui ad ſummum poſſet competere aliqua modica coerctio extraiudicialis pro leuibus cauſis familiaribus, ſecus autem in delictis grauibus, ex quibus Reſpublica remanet offenſa, & ob id punitio ſpectat ad Principem, non obſtante intereſſe domini, quia vtilitas, ſiue vindicta publica, præualet priuatæ vulgatis iuribus, & quia alias ſerui, qui magis delinquunt, & ſeuerius ſunt puniendi, eſſent melioris conditionis, quàm liberi homines, & ferè in nihilo punirentur, quod abſurdum reputatur, ſicut etiam quòd dominus priuatus poſſit iuriſdictionem exercere abſque Principis conceſſione, & hæc omnia benè probat poſteà viſus Matthæu. Sanz. *de re crimin. contr. 54. num. 1. & ſeqq.* vbi quòd licèt domini olim ius vitæ & necis haberent in ſeruos, hodie non poſſunt in eos vltra modum ſæuire, alias puniuntur. Et ſi ſerui delinquant debent cauſa cognita per iudicem condemnari, & non per dominum; non obſtante quauis conſuetudine contraria, tamquam inique non attendenda, ita vt nec ſit admittenda donatio, quam faceret dominus de ſeruo, Principi cum conditione, vt ad triremes tranſmittatur, ne hoc modo detur facultas exponendi ſeruos duriſſimæ pœnæ ſine cauſa, & alia ad rem, præcipuè, vt ſerui delinquendo in omnibus delictis ſint grauius puniendi, quàm liberi homines.

Licèt autem ſeruus poſſit, vt ſuprà ex proprio debito condemnari, debet tamen dominus illius citari, vt poſſit cauſæ aſſiſtere, eumque defendere ratione proprij intereſſe, etiamſi ſit confeſſus, cùm poſſit dominus contrarium probare *l. 2. C. de accuſat.* & ſi illum iudicio fortunæ relinquat, & minimè detegat, ſeruo non præiudicat quominus poſſit ex ſe cauſam ſuam defendere, *l. & ſi non defendatur ff. de pœnis*, vt latè explicat Plaz *Epitom. delict. cap. 32. nu. 20. & ſeqq.* & ita in facti contingentia, cùm ego ſubrogatus fuiſſem a Sereniſſimo Magno Duce io locum Secretarij, in quadam conſimili cauſa ſeruaui, de anno 1670. contra Bizir ſeruum, ſiue ſclauum D. Auditoris Burgheſij, quem vt ſuprà citare feci, & adhuc cauſa, quæ poſteà fuit alijs iudicibus delegata, remanet indeciſa, dum hæc ſcribo de menſe Ianuarij 1670. Florentiæ.

Quæ qoidem citatio domini fuit omiſſa in ſoptadicta cauſa, & malè per eos, ad quos ſpectabat, & ideò ſententia ooo poterit domino præiudicare, nec illum non citatum ſerui domino priuare, cùm certiſſimum ſit, ſententiam non afficere eum, de cuius intereſſe agitur, ſi non fuit citatus, Innocent. *in cap. auditis num. 2. de præſcript.* Rot. *part. 6. recent. deciſ. 239. n. 6. & part. 11. deciſ. 339. n. 4. & ſeqq.* vbi etiam ſi ſcientiam litis, & cauſæ habuerit, ac alibi paſſim.

Seruus quicquid gerit, de conſenſo domini gerere præſumitur, ſicut & filius familias, maximè ſi concurrat alia præſumptio contra dominum, vel patrem, & quando ſentiunt aliquod commodum ex illo facto, quod tamen non procedit in delictis, niſi Domious ſciuerit ſeruum delinquere, & non prohibuerit, cùm prohibere poſſet, vel niſi ſcienter vteretur ſeruis improbis, Menoch. *conſ. 53. per tot.* cum alijs per Maſcard. *de probat. vol. 3. concluſ. 130. per tot.* 22

De ſeruis autem, & ſeruitoribus non ſclauis dixi in §. *Famuli per tot.* 23

§. SIMONIA. XV.

Simonia eſt ſtudioſa voluntas, ſeu cupiditas, vel vitium emendi, vel vendendi aliquid ſpirituale, vel ſpiritualitati annexum *gloſſ. & DD. in rubr. de Simon.* S. Raymund. *in ſumma lib. 1. tit. 1.* Suarez *de Relig. tom. 1. lib. 4. de Simon. cap. 1. fol. mihi 401. &c.* vbi plenè de hac materia, Coſta *de fact. ſcient. & ignorant. diſtinct. 11. per tot. cent. 2.* Carol. Marant. *controu. part. 4. reſponſ. 44. per tot.* Clar. in §. *Simonia num. 1.* Card. Tuſch. *littera S. concluſ. 249. num. 1.* Decian. *tractat. crimin. tom. 1. lib. 5. 77.* vbi ponit aliam definitionem cum ſita reſpiciat ſolam mentalem Simoniam, non ad actum deductam, Ricc. *Collect. 448. 1705. 1709. 1739. 2232. & 4039.* in quibus locis multa reperies de Simonia, & apud Tepar. *variar. ſentent. tit. 18. per tot.* Viui, *comm. opin. 724.* Franciſc. de Angelis *tractat. de confeſſ. lib. 2. quæſt. 53.* Bonacin. *oper. moral. tom. 1. tractat. de Simonia fol. 769. & ſeqq.* Maſcard. *de probat. per tot. volum. 3. concluſ. 1304. & ſeqq.* Rot. *part. 16. recent. deciſ. 141. num. 4. & ſeqq.* vbi etiam plura de grauitate huius criminis, vt ad illud excludendum omnis poſſibilis ioterpretatio ſit ſumenda, reiectis pluribus præſumptionibus, coniecturis, & teſtibus, & *deciſ. 381. & part. 17. deciſ. 116.* in eadem cauſa, vbi quòd ad inducendam Simoniam requiritur præcedens conuentio, & tractatus, à quo recipit formam. 1

Simonia eſt duplex, nempè realis, & meotalis, realis eſt ſpiritualium receptio, ſiue donatio præcedente pacto promiſſionis, conditionis, modi, præmij, pretij, vel cuiuslibet alterius temporalitatis; mentalis verò ſtudioſa voluntas vt ſuprà *n. 1.* Redoan. *tract. de Simon. part. 1. c. 3.* Tuſch. *d. concluſ. 249. n. 3.* Ludouiſ. *deciſ. 517. nu. 30. & ſeqq.* vbi quòd niſi probetur præcedens tractatus, & coouerſio, non poteſt agi de Simonia, & quicquid fiat illam non inducet, ſi non probetur factum in vim, & executionem tractatos præcedentis, vide Franciſc. de Angelis *d. quæſt. 53. per tot.* & nouiſſimè Magiſtr. F. Dominicus Maria de Brancaccin. Florent. Ordin. Seruorum, & Sereniſſimi Coſmi III. Magni Etruriæ Ducis Theologi *in tract. de iure Doctor. lib. 2. cap. 4. num. 8. & 9.* vbi plura de ſacri verbi concionatoribus, qualiter ſe gerere debeant in eorum officio, ſemota omni cupiditate, auaritia, &c. Suarez *de Relig. tom. 1. lib. 4. de Simon. cap. 41. fol. mihi 365.* vbi illam diuidit in mentalem, conuentionalem, & realem, Carol. Marant. *contr. part. 4. reſp. 44.* Ægid. de Caſteion. *in Alphabet. iurid. verb. Simonia*, vbi plura remiſſiuè, Leſſ. *de iuſtit. & iur. lib. 2. capit. 35. per tot.* Bonacin. *tractat. de Simonia per tot.* & plenè D. Gregor. Roſſignol. *in Dionuſſ.m.* 2

niſ ſim. Prax. Theolog. legal. contract. 8. *per tot. fol.* 183. *& ſeqq. ad* 433. vbi vniuerſas de Simonia ſecundum ſe, & ſecundum ſuas cauſas, & effectus, controuerſias reſoluere profitetur.

De requiſitis ad probationem Simoniæ, nempè tractatu præcedente, & quòd in illius executionem pecunia, vel alia res temporalis data fuerit, an & poſſit dari pecunia pro expenſis factis circa beneficium, vel ad redimendam vexationem, Tondut. *quæſt. benef. lib.* 1. *cap.* 19. *per tot. lib.* 1. & alia plura de Simonia tam in foro conſcientiæ, quàm in foro exteriori iudicanda tradit idem Tondut. *d. tractat. cap.* 160. *part.* 3.

3 Simonia committitur in percipiendo, vel tradendo aliquid pro conſecutione rei ſacræ, vel pro beneficio Eccleſiaſtico, ſiue alia re ſpirituali, & quandoque etiam in profanis, ſed tunc magis propriè dicitur ambitus, & de hac materia, an & quando, in quibus rebus, & caſibus committatur Simonia, vel non, latè Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 250. 251. *&* 252. *per tot.* Clar. §. *Simonia per tot.* Rodoan. *tract. de Simon. per tot.* Nauar. *in Manual. cap.* 23. *de Simon. num.* 99 *& ſeqq.* Decian. *tract. crimin. tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 82. *& ſeqq.* plenè Suarez *de Relig. tom.* 1. *lib.* 4. *per tot. fol.* 401. *&c.* Viui. *comm. opin.* 724. Rebuff. *Prax. benefic. part.* 1. *tit. quot mod. benefic. acquir. num.* 2. *& ſeqq. per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 11. *per tot. fol.* 314. *&c.* vbi plenè, & Bonac. *oper. moral. tom.* 1. *tract. de Simon. per tot. fol.* 769. *& ſeqq.* dixi in §. *Epiſcopus num.* 2. & in §. *Vſura num.* 8. Dian. *reſol. moral. part.* 1. *tract.* 8. *reſolut.* 49. *part.* 2. *tract.* 16. *reſol.* 39. *part.* 4. *tractat.* 4. *reſolut.* 150. *cum pluribus ſeqq. & reſol.* 167. *&* 168. vbi an Simonia mentalis inducat pœnas Simoniæ, & *part.* 6. *tractat.* 7. *reſolut.* 42. vbi an committatur, promittendo aliquid cum proteſtatione dandi ex cauſa gratitudinis, & non ex debito Iuſtitiæ, & *d. part.* 6. *tractat.* 8. *reſol.* 17. vbi plura ad excludendam Simoniam in collatione Commendæ, & *part.* 10. *tract.* 15. *reſol.* 5. *per tot.* Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 141. *per tot.* vbi plura ad excluſionem Simoniæ, & illius probationis, & *part.* 17. *deciſ.* 116. in eadem cauſa, adde Candid. *Diſquiſit. moral. tom.* 1. *Diſquiſ.* 28. *art.* 38. *per tot. fol.* 205. *&c.* Marcellin. de Piſe *Encycloped. moral. tom.* 4. *fol. mihi* 470. *&c.*

4 Simonia eſt crimen merè Eccleſiaſticum, & ideò Iudex ſæcularis non poteſt ſe in illius cognitione intromittere, eſt etiam crimen exceptum, & quamuis regulariter in criminalibus requirantur probationes luce meridiana clariores, in iſto ſufficit probatio per ſigna, & coniecturas, dummodò ſint euidentes, & reum conuincant, Clar. §. *Simonia num.* 7. *& ſeqq.* vbi etiam Baiard. Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 249. *num.* 5. *&c.* latè Ludouiſ. *deciſ.* 517. vbi plura ad excluſionem ſimoniæ ex defectu probationum.

Quod probetur per litteras miſſiuas in cella electoris reperta, Martha *vot. Piſ.* 10. *num.* 4.

Quomodo probetur ſimonia, latè Maſcard. *de probat. concluſ.* 1304. 1305. *&* 1306. Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 238. *&* 517. *per tot.* Bich. *deciſ.* 653. 663. *&* 669. Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 8. plenè Cartar. *deciſ. crim.* 91. *&* 92. *per tot.* Rodoan. *tract. de ſimon. part.* 3. *cap.* 25. *num.* 14. Ricc. *Collect.* 4039. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 78. *per tot.* vbi quòd ad effectum repellendi ab aſſecutione beneficij non requiritur plena probatio, ſed ſufficiunt coniecturæ, & diffamatio, cùm non ſit adiudicandum beneficium ei, qui ſcandalum eſſet præbiturus, licèt alias nullum pateretur defectum, & fuerit abſolutus ex hactenus deductis, *& part.* 17. *deciſ.* 176. *num.* 7. *& ſeqq. per tot.* vbi quòd diffamatio ſufficit quando agitur de prælatione inter concurrentes, ſecus autem contra eum, qui iam habet ius quæſitum, ex quibus dicta diffamatio excludatur, & alia ad rem, ne aperiatur via maleuolis impediendi perſonis honeſtis conſecutionem beneficiorum.

Quòd debeat ſaltem ſemiplenè probari, Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 132. *num.* 9. *deciſ.* 172. *per tot.* vbi quòd ſi agatur de priuatione beneficij iam obtenti debet ſimonia plenè probari, ſi verò de beneficio obtinendo, ſufficit diffamatio ad repellendum, *d. part.* 12. *deciſ.* 256. *num.* 30. *& deciſ.* 267. *per tot. deciſ.* 305. *per tot. & deciſ.* 366. *& part.* 16. *deciſ.* 141. vbi ad effectum priuationis beneficij, requiruntur probationes ex omni parte perfectæ, ac ideò plures reijciuntur, *& part.* 17. *deciſ.* 116. *in eadem cauſa, & deciſ.* 207. *in eadem*, vbi reijciuntur præſumptiones, & coniecturæ ad probandam ſimoniam adductæ, Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 2. *quæſt.* 10. *num.* 13. *& ſeqq.* vbi qualiter probetur ex confeſſione reſignantis, & an præiudicet reſignatario, concludens præiudicare quoad obtentionem, & non quoad priuationem beneficij iam obtenti, vt ſuprà, & latiùs *quæſt.* 53.

Simonia alia eſt de iure diuino, vt venditio Sacramentorum, alia de iure poſitiuo, vt venditio beneficiorum, officiorum, & huiuſmodi, prima committitur etiam per Papam, ſi aliquid recipiat, ſecunda verò non, cùm Papa ſit ſuprà omnes ius poſitiuum, niſi beneficia, & officia ſint talia, quæ habeant annexam executionem clauium, vel adminiſtrationem ordinis, Felin. *in cap.* 1. *num.* 2. *de ſimon.* Card. Tuſch. *littera S. concluſ.* 250. *numer.* 7. *&* 8. Clar. §. *Simonia num.* 5. vbi ſequitur dictam diſtinctionem ſine limitatione clauium, vel ordinis, Viui. *comm. opin.* 724. vbi plura quando in Papa cadat Simonia, de quo latè etiam Suarez *de Relig. tom.* 1. *lib.* 4. *de Simon. capit.* 52. *fol. mihi* 608. *&c.* 5

Qualiter Papa poſſit committere Simoniam, & in quibus beneficijs, an pro Papatu obtinendo, & an alij Principes in electione alicuius conſenſum præſtantes poſſint dici ſimoniaci, Decian. *tract. crim. tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 81.

Quòd ſimonia non habet locum in curia Romana ob præſentiam Summi Pontificis illam ſcientis, & tollerantis, ſicut nec ambitus in Curia Principis pariter ſcientis, & tollerantis, intelligendo vt ſuprà de ſimonia iuris poſitiui, non autem iuris diuini, & quando Papa verè ſcit ſimoniam, & conſenſum præſtat, alias autem caueant ſimoniaci etiam in Curia Romana, quia Summi Pontifices ſolent in ſuis Bullis, & Conſtitutionibus hoc crimen valdè execrari, Bolognet. *conſ.* 19. *num.* 35. Clar. §. *Simonia num.* 6. vbi etiam Baiard. *num.* 16. Suarez *de Relig. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 52. *fol.* 608. Decian. *tractat. crimin. tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 84. *numer.* 9. Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 252. *num.* 8. *&c.* Dian. *part.* 10. *tract.* 16. *reſolut.* 15. *per tot.* vbi an ſi quis cum Pontifice ſcienter committat ſimoniam, cenſeatur tacitè diſpenſatus, & videtur affirmare, licèt alij contra; & qualiter Papa excuſetur à ſimonia, quoad pœnas iuris poſitiui, & Eccleſiaſtici.

Quòd Papæ auctoritas, & illius ſcientia purget omne vitium ſimoniæ, Rot. per Farinac. *deciſ.* 701. *per tot.*

Simonia non committitur dando, vel recipiendo aliquid liberaliter, & quòd ſine præcedente taxatione, vel promiſſione gratis offertur, *c. dilectus* 2. *in fine de ſimon.* Innoc. *in c. cum Marcus Ferrarienſis de Conſtit.* dixi *in reſol. cap.* 72. *in fine*, Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 78. *num.* 8 vide in §. *Epiſcopus nu.* 12. *&* §. *Vſura nu.* 8. vbi plures caſus referuntur, in quibus ceſſat ſimonia, de quibus latè Dian. *part.* 11. *tract.* 6. *reſolut.* 31. *per tot. infr. num.* 19. 6

An committatur, ſi aliquid detur electori ad redimendam iniuſtam vexationem, ne ſcilicet eligat indignum, vel minus dignum relicto digniore, Dian. *part.* 5. *tract.* 7. *reſol.* 16. *&* 17. vbi refert diuerſas opiniones, & videtur negatiuè concludere, facit quod dixi in §. *Iudex n.* 21. *verſ. An peccet*, latè iterùm idem Dian. *d. part.* 5. *tractat.* 14. *reſol.* 1. *et ſeqq. et part.* 11. *tract.* 6. *reſol.* 31. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 177. *nu.* 21. *et ſeqq.*

Simonia quibus pœnis puniatur, & præcipuè nullitate actus, priuatione beneficij per ſimoniam obtenti, excommunicatione, & alijs, vide Armil. *in ſumma tit. de Excommunicat. cap.* 59. Foller. *pract. crimin. canon. cap.* 18. *nu.* 50. Diaz. *pract. crim. can. c.* 85. Decian. *tract. crim. tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 87. Clar. §. *Simonia num.* 8. *et* 9. vbi Baiard. *num.* 17. *et* 18. Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 253. *et* 254. *per tot.* Viui. *com. opin.* 724. Menoch. *de arbitr. caſ.* 401. *num.* 20. Pichard. *Pract. Inſtit. part.* 3. *tit. de pœn. omn. delict. num.* 113. *fol.* 105. Scortia *in ſelect. Pontif. Conſtit. Epit.* 32. *Theorem.* 84. *et* 85. *per tot. fol.* 121. Dian. *part.* 4. *tract.* 3. *reſol.* 157. vbi multa notabilia in praxi de hac materia pœnarum ſimoniæ, quando locum habeant, vel non, *et d. tract.* 4. *reſol.* 167. *et part.* 11. *tract.* 5. *reſol.* 20. *cum aliquibus præcedentibus*, & benè Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 2. *quæſt.* 53. *per tot.* vbi etiam de mediatoribus, & complicibus in huiuſmodi delicto. 7

Quòd priuatio beneficij ob ſimoniam procedat tantùm, quo ad beneficium ſimoniacè obtentum, & non quoad alia antea, vel poſteà ritè obtenta, & an ſimoniæ crimen inducat ſuſpenſionem, Dian. *part.* 11. *tract.* 5. *reſol.* 7. *per tot. et reſol.* 18. vbi videtur concludere ſimoniam reddere inhabilem

ad alia beneficia vigore Bullæ B. Pij. V. de anno 1566. & quis poſſit diſpenſare, Lotter. de re benef. lib. 3. quæſt. 29. per tot. vbi plura an, & quando per ſimoniam vacet beneficium ipſo iure.

Quòd promittens penſionem excedentem redditus beneficij committat ſimoniam, & vterque priuetur, Thom. Triniſ. deciſ. 2. lib. 2.

Simoniaci pro delicto ſimoniæ ad Eccleſiam confugientes, cùm æquiparentur hæreticis, non gaudent immunitate Eccleſiæ, ſecundum Decian. tract. crim. lib. 6. c. 26. num. 5.

Contrarium tamen verius eſt, quia propriè, & formaliter non ſunt hæretici, niſi credant licitum eſſe ſpiritualia emere, & vendere, Farinac. de Immunit. cap. 13. nu. 177. Peregr. eod. tract. cap. 12. nu. 17. Barboſ. de iur. Eccleſ. lib. 2. cap. 3. nu. 226. Dian. part. 6. tract. 1. reſol. 26. quæſt. 9. Thom. del Bene de Immunit. part. 2. c. 16. Dubit. 24. ſect. 10. fol. 80. vide in §. Immunitas n. 18. verſ. ſeptimo.

Quòd ſimoniaci reputentur, & ſaltem largo modo hæretici dicantur, probat Franciſ. de Angelis tract. de confeſ. lib. 2. quæſt. 53. nu. 12.

9 Simonia an committatur ſi à Monaſterio pingui, & diuite petatur dos pro recipiendis puellis, vel Monialibus, maximè vltrà neceſſitatem, affirmatiuam opinionem inuehendo contra Monialium auaritiam, probat Viui. comm. opin. 724. nu. 9. & ſeqq. per tot. Renatus à Valle tract. de Religioſo Negociatore §. 9. num. 140. cuius dicta refert Dian. part. 8. tract. 6. reſol. 29. vbi tamen ipſe cum alijs contrariam ſequitur opinionem à praxi, & vſu verè receptam, vide in §. Monaſterium n. 2. & ſeqq. P. Aſcan. Tamburin. de iure Abbatiſſar. & Monial. diſput. 5. quæſt. 3. per tot. vbi quòd nulla committitur ſimonia, pro ſufficienti, & congruenti earum ſuſtentatione, ſecus ſi daretur pro pretio acceptationis, vel ingreſſus, vel inhabilitatis, Rot. part. 12. recent. deciſ. 187. nu. 7. & ſeqq.

10 Simonia confidentialis an committatur quando quis reſignat beneficium cum conditione, vt ſibi ſoluatur penſio, vel cum intentione vt reſignatarius iterùm conferat, vel reſignet alteri, veluti nepoti reſignantis, Dian. par. 9. tract. 9. reſol. 17. & 18. per tot. Menoch. de arbitr. caſ. 566. vbi ex quibus coniecturis reſignatio detegatur ſimoniaca, & confidentialis, Rot. part. 12. recent. dec. 256. n. 19. & ſeqq. & dec. 357. nu. 12. & ſeqq. vbi fuit receſſum ab alia deciſione, & qualiter excludatur ſimonia ex reſeruatione beneplaciti Apoſtolici, & ſcientia Papæ etiam in genere, & alia, Rot. d. part. 12. in append. dec. 419. & 420. per tot. & part. 13. dec. 35. vbi fuerunt ponderatæ prædictæ duæ contrariæ deciſiones, & ſecunda confirmata pro excluſione ſimoniæ.

Plura de ſimonia confidentiali, & eius probatione, Ludouiſ. cum Beltram deciſ. 238 & 517. per tot. Seraphin. deciſ. 86. Franciſc. de Angelis tract. de confeſ. part. 2. quæſt. 10. num. 13. & ſeqq. vbi quòd probatur ex reſignantis confeſſione, & facti circumſtantijs, & quæſt. 53. num. 38 &c. Suarez. de Relig. tom. 1. lib. 4. de Simon. cap. 43. per tot. fol. 569. &c.

Item an ſi cum pacto de redimenda penſione, vel dandi fideiuſſorem, ſiue aliam hypothecam pro illius ſolutione, & ſimilibus oneribus, quæ de iure non inſunt, vel reficiendi expenſas, quas reſignans fecit in acquiſitione beneficij, Leſſ lib. 2. c. 35. dub. 15. nu. 93. & ſeqq. Caſtr. Palaus tom 3. diſput. 3. de ſimon. punct. 17. nu. 14. &c. Dian. part. 10. tract. 14. reſol. 1. qui videtur concludere ſimoniam adeſſe in dictis caſibus, penſionem ſic conſtitutam poſſe non ſolui, & beneficium tamquam vacans propter ſimoniam impetrari, ſecus tamen ſi ad huiuſmodi onera obligaretur reſignatarius poſt conſtitutam penſionem, cùm tunc præſumatur ſe liberè obligaſſe.

An autem reſignatio facta per ſimoniam, & ſic nulla abdicet ius à reſignante, vel poſſit reſignans beneficium retinere, vide Paul Chriſtin & alios ab ipſo citatos deciſ. Belgic. 66. per tot. vol. 1. vbi quòd vterque priuatur ſi fuit ſciens, Rot. part. 12. recent dec. 256. nu. 19. & ſeqq. & deciſ. 357. & deciſ. 419 & 420. vbi qualiter dicatur vacare beneficium ob ſimoniam, & poſſit impetrari, quo caſu tamen requiritur plena probatio ipſius ſimoniæ.

Plura de pœnis ſimoniæ confidentialis, Dian. part. 11. tract. 5. reſol. 20. per tot. vide ſuprà num. 7.

Ex quibus præſumatur, & probetur confidentia beneficialis, ex qua reſultat ſimonia confidentialis, Maſcard. de probat. vol. 3. concluſ. 1306.

Simonia quando non fuit completa, & executa, vt quia interuenerit quidem promiſſio, & conuentio dandi pecuniam, vel quid aliud temporale pretio æſtimabile, ſed poſteà non fuerit adimpleta, an inducat pœnas nullitatis tituli, ſiue prouiſionis beneficij, illiuſque priuationis ipſo iure, affirmant multi aſſerentes ſimoniam induci, & cauſari ex ſola promiſſione, inter quos Abb. & Felin. in cap. nobis de ſimon. Lambert. de iurepatr. 1. part. 2. lib. quæſt. 9. art. 11. & 2. part. 2. lib. quæſt. 9. art. 3. nu. 8. Garz. de benefic. tom. 2. part. 8. cap. 16. nu. 28. Martha tot. Pif. 10. vide in §. Electio num. 7. Negant alij relati per Garz. loc. cit. num. 19. tenentes quòd nulla ſimonia conuentionalis (excepta ea, quæ confidentialis dicitur) inducat ipſo facto pœnas iuris poſitiui, maximè ſecundùm ſtylum Curiæ Romanæ, iuxta quem ad illas incurrendas videtur requiri ſimonia realis vtrinque completa, non obſtante Bulla B. Pij V. hac de re edita, quæ non fuerit vſu recepta, vide Dian. part. 10. tract. 16. reſol. 15. vbi adhæret primæ opinioni affirmatiuæ tamquam probabiliori, licèt etiam negatiuam ſatis probabilem, & tutam putet; vide eundem Dian. part. 11. tract. 6. reſol. 30. per tot. 11

An autem beneficium vt ſuprà obtinens cum promiſſione pecuniæ, & illam poſt multum tempus ſoluens incidat taliter in pœnas ſimoniæ, vt ipſæ pœnæ quoad omnes effectus cenſeantur incurſæ vſque ab initio, & ſic retrotrahatur ad diem promiſſionis, dic quod ſic in foro externo, & ſequuta condemnatione, ſecus autem in foro conſcientiæ, in quo nulla pœna, vel cenſura contrahitur, quæ retrotrahitur ad tempus pactionis, vt probat Dian. d. part. 10. tract. 16. reſol. 15. verſ. ſed his poſitis per tot.

Simonia, an, & qualiter committatur inter permutantes beneficia, vel alia iura ſpiritualia auctoritate priuata, ſine Superiorum conſenſu, c. cum olim, cap. quæſitum de rer. permut. cap. Maioribus de præbend. c. vlt. de pact. vbi DD. & latè Dian. part. 10. tract. 16. reſolut. 16. per tot. vbi plura de effectibus huiuſmodi ſimoniæ. 12

Simonia an committatur vendendo ſepulcra, capellas, ius tenendi arma, ſiue inſignia, ſedendi, & huiuſmodi, vide in §. Sepulchra num. 1. §. Arma num. 6. & §. Locus num. 7. 13

Simonia à tertio commiſſa, veluti à patre, vel amico, ignorante ipſo prouiſo, & poſſeſſore beneficij, poſtquam ad ipſius beneficiati notitiam deuenerit, illum obliget ſaltem in foro conſcientiæ ad reſignandum beneficium ita per ſimoniam obtentum, & quid de fructibus perceptis durante ignorantia, vel poſt ſcientiam, affirmant multi, & alij negant, ad tradita per Dian. part. 11. tract. 5. reſolut. 36. per tot. vbi vide, facit quod dixi in §. Clericus num. 11. §. Epiſcopus num. 12. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 66. vol. 1. Coſta de fact. ſcient. & ignorant. diſtinct. 11. cent. 2. 14

Quòd ſimonia à tertio commiſſa alteri non præiudicet, Mantic. deciſ. 211. num. 12. Pen. deciſ. 211. num. 5. Rot. part. 12. recent. deciſ. 132. num. 11. vide in §. Electio nu. 7. Candid. Diſquiſit. moral. tom. 1. Diſquiſit. 18. art. 40. per tot. fol. 207. vbi reſoluit plures dubitationes circa ſimoniam à tertio commiſſam.

Simonia an committatur ſi habens ius litigioſum in beneficio det aliquid alteri prætendenti tale ius, vt illud non proſequatur, vel ſi poſſidens recipiat aliquid, vt alteri prætendenti beneficium dimittat, affirmatiuam videtur communior, negatiuam tamen defendit Dian. part. 11. tract. 6. reſol. 7. per tot. vide in §. Epiſcopus n. 12 Rot. part. 11. recent. deciſ. 177. n. 21. & ſeqq vbi pro excluſione ſimoniæ, latè Carol. Marant. contr. part. 4. reſponſ. 44. per tot. 15

Simonia an, & quando committatur, vel non, & quomodo puniatur in procuratione, & inſtitutione Abbatiarum, & Prælaturarum, & an poſſint huiuſmodi dignitates per externos fauores procurari, quid ſi fiat ad redimendas vexationes, & alia, P. Aſcan. Tamburin. tract. de iur. Abbat. & Prælat. tom. 2. diſput. 10. per tot. 16

Qualiter ſimoniam, etiam mentalis ad effectum perducta obliget ad reſtitutionem omnium vtrinque acceptorum, latè explicat, & probat Paul. Comitol. reſponſ. moral. lib. 4. quæſt. 6. per tot.

Simonia committitur etiam in tranſactione inita ſuper validitate profeſſionis, vel ſtatu religioſo, cum datione, vel promiſſione pecuniæ, ſiue alterius rei ſpiritualis, & quando poſſit eſſe licita tranſactio ſuper re ſpirituali, latè Rot. part. 13. recent. deciſ. 287. per tot. dixi in §. Tranſactio num. 25. 17

18 Simo-

18 Simoniæ crimen qualiter præſcribatur ſpacio viginti annorum, ſicut alia delicta, cùm non reperiatur exceptum à regula *text. in l. querelam, C. de falſ.* (quicquid nonnulla in contrarium adducat) probat, & deciſum teſtatur Thom. Triuiſ. *dec. 5. per tot. lib. 2.* vide in §. *Delicta num.* & in Pract. §. *Maleficia nu. 13.* vbi contrà.

19 Simonia non eſt (ſecundum aliquos) dare temporale pro ſpirituali, quando temporale non datur tanquam pretium, ſed dumtaxat tanquam motiuum conferendi, vel efficiendi ſpirituale, vel etiam quando temporale ſit ſolum gratuita compenſatio pro ſpirituale, aut è contrà.

Et id quoque locum habet, etiam ſi temporale ſit principale motiuum dandi ſpirituale; imò etiam ſi ſit finis ipſius rei ſpiritualis, ſic vt illud pluris æſtimetur, quam res ſpiritualis.

Sed iſtæ propoſitiones, prout iacent, ſunt expreſsè reprobatæ, atque damnatæ à Sancta Matre Eccleſia iuxtà Decretum Innocentij Papæ XI. Romæ editum 4. Martij 1679. ſub num. 45. & 46. & hic ad impugnandum tantùm per me relatæ.

20 De Simonia tradit etiam aliqua Bertachin. *in Repertor. verb. Simonia*, Suarez. *de Relig. lib. 4. de Simon.* Guttierez. *lib. 2. Canon. quæſt. 23.* Mendo *benign. Differt. 1. quæſt. 22. & ſeqq.* Valer. *de differ. vtriuſque fori, verb. Simonia*, Iul. Capon. *tom. 4. Diſcept. 250.* Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Simonia*, vbi tangit plures quæſtiones de materia, & indicat Doctores illas tractantes, prout facit etiam Com. Auguſtin. Fontan. *Biblioth. legal. part. 5. verb. Simonia fol. 623.* & plura Carol. Anton. Theſaur. *tract. de pæn. Eccleſ. part. 2. verb. Simonia fol. 324. & ſeqq.* vbi de Simonia in genere ſuper quacunque re ſpirituali, & in ſpecie ſuper Eccleſijs, Monaſterijs, vel beneficijs, realiter, vel confidentialiter commiſſa, de Simonia in examine ad Parochias, in procurando beneficia in Curia Romana cum intentione ſuper eis contractandi, vel pro ſe, vel pro alijs cum penſione, vel ſpe conſequendi præmium temporale; ſuper beneficijs Turnorum lucra dando, vel recipiendo; ſuper electione Papæ; ſuper iure patronatu, vel præſentatione; ſuper collatione, vel receptione ordinum; ſuper religionis ingreſſu; ſuper indulgentijs, vel facultate abſoluendi à reſeruatis, aut priuilegijs circa interdictum, vel baptiſmi; ſuper electione ſepulturæ; ſuper diſpenſatione matrimonialis; circa ſacram Pœnitentiariam; ſuper datis, vel promiſſis pro gratia, vel iuſtitia obtinenda in Curia Romana, ſiue pro gratia, vel iuſtitia obtinenda de pecunijs, ſiue bonis Communitatum, vel Vniuerſitatum Status temporalis Eccleſiæ Romanæ; ſuper penſionibus Eccleſiaſticis; ſuper iuriſdictione ſpirituali, & huiuſmodi cum ſuis pœnis, & præiudicijs in vnoquoque ex prædictis caſibus.

21 Quòd Simonia non habeat locum in Curia Romana, nec ambitus in Curia Principum iuxtà ea, quæ dixi in hoc §. *ſub nu. 5.* intellige in foro externo, ſecùs autem in foro conſcientiæ, vt probat Valer. *de differ. vtriuſque fori verb. Simonia differ. 12. per tot.*

22 Cautelam autem ad beneficium ſimoniacè obtentum non dimittendum, ſed retinendum tuta conſcientia, nempè obtinenda à Papa diſpenſationem, & reualidationem tituli, vel à Dataria, vel à Pœnitentiaria, ſi crimen ſit occultum, vel ab Ordinario, ſi prouiſus ſit pauper, & quomodo benè docet idem Valer. *loc. cit. differ. 2. num. 2. & ſeqq. per tot.*

23 Simonia non committitur vendendo, aut emendo Comendas, & habitus equeſtres, nec dando dotes pro Monialibus, & alia, Mendo *tract. de Ordin. Milit. Diſquiſit. 1. num. 232. & ſeqq. Diſquiſit. 10. num. 64.* & alibi vt in Indice *verb. Simonia, & in Elucidat. Bullæ Cruciatæ*, vt in Indice *verb. Simonia, & in tract. de iur. Academ. in Indic. eod. verb.*

§. SIMVLATIO. XVI.

1 Simulatio eſt quando aliquid fingitur fieri, ſed tamen illud re vera non fit, & ideò dicitur imago veri, quæ habet ſuperficiem, ſed non medullam, vel vmbra ſine corpore, & ſi appareat ſimulatio nihil operatur, ſed perindè eſt ac ſi actus ſimulatus factus non eſſet, Bald. *conſ. 65. lib. 1.* Soccin. *conſ. 264. lib. 2.* Rimin. iunior. *conſ. 62. num. 6. lib. 1.* Card. Tuſch. *litt. S. concl. 257. num. 1. &c.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 30. num. 1. &c. vol. 3.* Ricc. *Collect. 194. 844. & 2556.* Donadeus *tract. de renunciat. cap. 23. per tot.* vbi plura, & an ſimulationi poſſit renunciari, & alia de ſimulatione remiſſiuè Ægid. de Caſteion. *in Alphabet. iurid. verb. ſimulatio.*

Qualiter differat ſimulatio à diſſimulatione Aluarez de Velaſc. *de iud. perfect. Rub. 14. annot. 4. nu. 32.* vbi quod ſunt oppoſita, etſi vicina, & propè eadem videantur, quia diſſimulatio celat quod eſt, ſimulatio autem quod non eſt indicat, aut manifeſtat, prima eſt virtus quandoque laudabilis, altera verò vitium, cùm mendacium contineat.

Simulatio triplex eſt, vel tribus modis conſiderari poteſt. 2

Primò, quando verè agitur inter partes vt vnus actus celebretur, & alius ſimuletur, de qua ſpecie ſimulationis eſt *tex. in l. empti fides C. de contrah. & tot. tit. plus valere, quòd agitur, &c.* Paul. Chriſtin. *d. dec. 30. per tot. vol. 1.*

Secundò, quando actus verè celebratur, ſed breui duraturus per pactum, de qua in *l. 3. §. Si ab ignoto ff. de manumiſs.* & iſtæ duæ ſpecies ſimulationis, non ſunt damnabiles, nec actum inficiunt, cùm habeant fomentum ex radice alicuius veritatis ſubſiſtentis.

Tertiò, quando actus extrinſecè quidem celebratur, ſed re vera ex partium mente, & voluntate nihil actum intelligitur, & hoc modo verè, & propriè ſimulatio committitur, quæ actum reddit omninò nullum, & inefficacem ex defectu conſenſus, de qua in *l. Nuda ff. de contrah. empt. & in l. imaginaria ff. de reg. iur.* & de his tribus ſimulationis ſpeciebus adeſt celebre, & magiſtrale *conſ. Bart. 65. lib. 1.* quem ſequuntur omnes, Card. Tuſch. *litt. S. concl. 257. nu. 6. & ſeqq.* Buratt. *deciſ. 724.* Farinac. *de ſimulat. quæſt. 162. num. 7.* Altograd. *conſ. 21. num. 4. & ſeqq. lib. 2.* Fabrit. Pontirol. *in eius Reſponſio Rauennæ impreſſo de anno 1658. in cauſa propria*, Paul. Chriſtin. *d. deciſ. 30. vol. 3.* vbi qualiter committatur de re ad rem, de contractu ad contractum, & de perſona ad perſonam.

Quòd ſit licita ſimulatio de contractu valido ad alium contractum validum, non autem de contractu inualido, qui verè celebretur ad validum, qui ſimuletur, maximè in fraudem, & perniciem alterius, Farinac. *d. quæſt. 163. nu. 43. 52. &c.* Altograd. *conſ. 90. nu. 33. &c. lib. 2.*

Quòd imò ſimulatio cum dolo, & præiudicio alterius ſit punibilis, quicquid aliud ſit ceſſante fraude, Grati. *diſcept. for. cap. 924. num. 8.*

Quæ autem ſit pœna ſimulationis, Card. Tuſch. *litt. S. concl. 271.*

Item licita eſt ſimulatio de perſona ad perſonam ſine alterius præiudicio, nec iſta requirit cauſam, vt quando vnius habet nudum nomen in contractu, & ſubſtantia ad alium ſpectat, Gratian. *diſcept. foreuſ. c. 950. num. 46. &c.* Sperel. *deciſ. 28. nu. 5.* vide in §. *Perſona num.* Merlin. *deciſ. 321. 423. & 714. nu. 1. &c. deciſ. 737.* Rot. *part. 14. recent. deciſ. 198. n. 1. & ſeqq. & part. 17. deciſ. 54.*

Coniecturam huiuſmodi ſimulationis, vide per Menoch. *lib. 3. præſumpt. 125. per tot.* Magon. *deciſ. Flor. 9. num. 9. & ſeqq. per tot. & num. 21. & ſeqq.* vbi illis reſpondet, *& deciſ. 77. per tot.* Merlin. *deciſ. 714. & deciſ. 737.* Rot. *d. part. 14. recent. deciſ. 198. & part. 17. deciſ. 54. per tot.* vbi remouet coniecturas, & illis non obſtantibus concludit pro veritate contractus, cui iura aſſiſtunt.

Simulatio verè, & propriè accepta vt ſuprà *verſ. Tertiò*, 3
ad hoc vt poſſit allegari requirit cauſam, quæ debet deduci, & probari ab allegante, ac etiam quod exprimatur modus, & ſpecies ſimulationis, quæ omnia intellige quando pars opponit, & declarationem huiuſmodi petit, vel quando diſſimulatione plenè non conſtat, nam ſi pars non opponat, vel de ſimulatione plenè appareat non requiritur alia cauſæ probatio, Gratian. *diſcept. for. cap. 255. num. 14. cap. 600. num. 19.* Add. ad Ludouiſ. *deciſ. 157. num. 27. verſ. prædicta procedat*, vbi plura de cauſa neceſſaria, vel non, Altograd. *conſ. 21. num. 10. & ſeqq. lib. 2.* vbi etiam *num. 13.* quòd cauſa liberandi bona à moleſtijs creditorum reputatur ſufficientiſſima, vide Card. Tuſch. *litt. S. concluſ. 258. per tot.* Rot. *part. 9. recent. deciſ. 121. num. 5. &c.* Vreeol. *tract. de tranſact. quæſt. 100. num. 1. & ſeqq.* vbi qualiter ſimulatio annullet tranſactionem, de qua ſimulatione latè Rot. *part. 18. recentior. deciſ. 546. per tot.*

Quòd probetur ex confeſſione eius, cuius nomē in contractu fuit oppoſitū, & tunc obſtat etiāſi cauſa nō proponatur,

Merlin. deciſ. 321. num. 2. &c. Rot. part. 9. recent. deciſ. 388. num. 11. part. 11. deciſ. 262. num. 14. & ſeqq. Bich. deciſ. 49.

Quod cauſa debeat probari, & debeat eſſe ad propoſitum, probabilis, ſufficiens, & veriſimilis, adeò vt ſit veriſimile propter eam deuentum fuiſſe ad ſimulationem, alias ſi allegetur cauſa, quæ ſit extrà propoſitum, perindè ſit, ac ſi nulla cauſa fuerit allegata, Mandel. conſ. 9. nu. 7. & 8. Altograd. conſ. 90. num. 29. &c. lib. 2. Sperel. deciſ. 28. nu. 1. & ſeqq. vbi etiam quando non ſit neceſſaria cauſa, latè Rot. par. 10. recent. deciſ. 23. num. 11. & ſeqq. per tot. vbi quòd cauſa debet eſſe probabilis, & veriſimilis, aliàs nihil operatur, part. 11. deciſ. 273. num. 21. & ſeqq. part. 16. deciſ. 258. num. 8. & ſeqq. & part. 18. deciſ. 155. vbi quòd debet probari de tempore contractus, & partes ſimulare voluiſſe, quando ſimulatè, & verè contrahi poterat, & deciſ. 423. d. parte 18. vbi plenè ad excluſionem ſimulationis in donatione, ex defectu, & inueriſimilitudine cauſæ ſimulandi, & part. 19. deciſ. 13. per tot. in eadem cauſa, vbi fuit reuocata prædicta deciſio, & concluſum conſtare de ſimulatione donationis, ex coniecturis, & cauſa ſaltem opinata, quæ ſufficit ad infringendam donationem.

Quando ſimulatio requirat cauſam, vel non, & quod non præſumatur in muliere, minore, ruſtico, & milite, Gratian. diſcept. for. cap. 600. nu. 12. Beltram. ad Ludouiſ. deciſ. 157. n. 27. Bich. deciſ. 49. per tot. Nec in probo, & nobili viro, Rot. part. 16. recent. deciſ. 258. in fine.

Quòd ſufficiat cauſa à partibus opinata, & veriſimilis, Rot. in Vetulana Molendini 12. Ianuarij 1652. coram Othobono nu. 5. &c. dixi in reſol. cap. 5. nu. 43. Rot. part. 16. recent. deciſ. 148. num. 2. &c. vbi etiam quòd non requiritur cauſa quando ſimulatio non deducitur ex ſolis coniecturis, ſed ex confeſſione partis, licèt extraiudiciali, Vrceol. de tranſact. quæſt. 100. nu. 13. & ſeqq. vbi quòd ſtante cauſa ſimulatio probatur leuioribus coniecturis, ea verò deficiente requiruntur vrgentiores, liquidæ, claræ, &c.

Quòd parte non opponente, & non petente non ſit neceſſaria expreſſio cauſæ, Gratian. diſcept. forenſ. c. 255. n. 140. &c. Altograd. conſ. 21. nu. 12. lib. 2.

Quòd tunc cauſa ſit neceſſaria quando ſimulatio allegatur per vnum ex contrahentibus, ſecùs verò cum à Tertio ſimulatio, fraus, & fictio arguitur, Aret. conſ. 159. num. 12. Menoch. de arbitr. caſ. 39. nu. 26.

4 Simulatio non præſumitur in dubio, ſed ab allegante eſt probanda, vt latè declarat Card. Tuſch. litt. S. concl. 259. per tot. Sperel. deciſ. 27. num. 50. &c. Menoch. lib. 3. præſumpt. 123. num. 2. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 488. num. 1. Farinac. quæſt. 162. num. 94. &c. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 8. tit. 17. nu. 1. &c. Vrceol. de tranſact. d. quæſt. 100. num. 12. & ſeqq.

Probatur tamen per coniecturas, ſi ſubſit cauſa ſimulandi, Buſſ. tit. de part. ſupp. nu. 16. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 628. nu. 15. cap. 729. num. 28. Caualer. deciſ. 407. per tot. Sperel. deciſ. 27. nu. 51. & ſeqq. per tot. vbi an ſufficiant præſumptiones hominis, vel debeant eſſe legis, & quales, Farinac. quæſt. 162. part. 3. per tot. Merlin. deciſ. 714. 737. 885. per tot. Rot. part. 9. recent. deciſ 121. & 169. n. 1. & ſeqq. Bich. deciſ. 69. Rot. part. 16. recent. deciſ. 102. per tot. vbi ponderat quinque vrgentes coniecturas, deciſ. 148. vbi alias quinque coniecturas adducit ad prætenſi mutui ſimulationem detegenda, & deciſ. 258. vbi quòd non extante, vel excluſa veriſimili cauſa ſimulandi, non poteſt vis fieri in coniecturis, maximè ſi etiam conſtet de veritate, & realitate actus, & part. 17. deciſ. 54. plenè Noguerol. alleg. 10. per tot. vbi viginti coniecturas ponderat Rot. part. 19. recent. deciſ. 13. per tot. vbi in terminis donationis.

Quòd ſufficiant duæ, vel ad ſummum tres coniecturæ, Idem Sperel. deciſ. 28. n. 6. Farinac. loc. cit. Rot. part. 16. recent. deciſ. 348. n. 4. et part. 18. deciſ. 546.

Quòd prudens Iudex in æſtimandis huiuſmodi coniecturis perpendere debeat perſonarum qualitatem, famam, loci, antecedentia, & ſubſequentia contractus, ac perſonas interpoſitas, Menoch. de arbitr. caſ. 247. nu. 3. Sperel. d. deciſ. 27. n. 77. et deciſ. 28. n. Rot. part. 16. recent. deciſ. 148. vbi in cauſa mutui.

Multa de ſimulatione an contractus ſit pignoratitius, vel emptionis, & venditionis, Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 122. Rot. part. 2. diuerſ. deciſ. 116. per tot. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 255. per tot. cap. 479. num. 59. & Magon. deciſ. Lucenſ. 25. n. 5. etc. vbi Addit. et nu. 18. etc. Farinac. quæſt. 163. per tot. vbi plures coniecturas refert, vide in §. Venditio num.

Quòd ſimulatio probetur per vnicum teſtem, maximè concurrentibus adminiculis, & data cauſa ſimulandi, quæ ſufficit, vt fuerit à partibus opinata, & veriſimilis, Rot. in Vetulina Molendini 12. Ianuarij 1652. coram Othobono n. 5. etc. vbi etiam quòd probatur coniecturis, Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 30. n. 3. et 4. vol. 3. vbi quòd probatur per duos teſtes, ac etiam per coniecturas.

Quòd ſimulatio numerationis probetur per coniecturas ſtante cauſa ſimulandi ſaltem opinata, & per teſtes etiam ſingulares, & de auditu, non obſtante iuramento, & quibuſcumque clauſulis, cum ex defectu conſenſus reddantur inefficaces, Rot. in Auenion. Simulationis 29. Ianuarij 1635. coram Panzirolo per tot. in Nouiſſ. part. 7. deciſ. 11. & latè Sperel. deciſ. 27. & 28. per tot.

Simulatio poteſt duobus modis probari, nempè per plenas, & concludentes probationes, veluti per confeſſionem partium, vel quando partes inter ſe expreſſo pacto declarant per ſcripturam, vel aliter per modum probabilem, quod actus geſtus illis præiudicare non debeat, nec poſſit, & per præſumptiones, vel coniecturas, Caſtr. conſ. 388. lib. 1. Farinac. quæſt. 162. nu. 96. et ſeqq. Altograd. conſ. 21. num. 4. etc. lib. 2. Rot. part. 17. recent. deciſ. 386. vbi quòd probatur ex confeſſione, & declaratione contrahentium, & ſimulatio certa ab initio, non tollitur ex ijs, quæ poſteà fiunt, etiam ſi fiant in executionem ipſius contractus. 5

Quòd poſſit probari per teſtes conteſtes de loco, & tempore, & ſubſtantia, licet formaliter in verbis non conuenientes, deponentes de confeſſione extraiudiciali vnius partis, præſente altera facta, Bich. dec. 49. n. 2. et ſeqq.

Tunc autem ſimulatio cum ſit difficilis probationis præcipuè coniecturis probari poteſt, quando non agitur criminaliter ad pœnam, ſed ſolùm ciuiliter ad effectum adimendi fidem inſtrumento, ita vt iſto caſu ſufficiant nedum præſumptiones legis, ſed hominis, & leues, Altograd. d. conſ. 21. n. 40. et ſeqq. lib. 2. vbi enumerat decem coniecturas, vt ſi non appareat de veritate cauſæ contractus, ſi non fuerit adhibita diligentia in ſolidatione computorum, & æſtimatione bonorum, ſi appareat de obſeruantia diuerſa à contractu, ſi poſſeſſio remanſit penes partem, ſi agatur de omnibus, vel maiori parte bonorum, ſi conſtet de modicitate pretij, ſi bona remanſerunt deſcripta in decima, vel æſtimo dantis in ſolutum, ſi adſit coniunctio inter contrahentes, ſi appareat de inueriſimilitudine, vel ſi conſtet de pacto ſimulandi inter partes, etiamſi tale pactum eſſet nullum, cum ex eo licet nullo ſatis reſultet coniectura voluntatis.

Quæ ſint coniecturæ ſimulationis, latè Card. Tuſch. litt. S. concl. 260. et ſeqq. Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 21. num. 63. et ſeqq. ad 83. Farinac. quæſt. 162. part. 4. per tot. et part. 5. vbi vltrà 20. coniecturas refert Merlin. deciſ. 714. et deciſ. 737. deciſ. 835. per tot. Noguerol. alleg. 10. vbi viginti coniecturas ponit, Ricc. Collect. 194. 844. 2556. Rot. part. 9. recent. vol. 1. deciſ. 3. vbi de ſimulatione dotis, & dixi in §. Dos num. 37. Rot. part. 11. recent. deciſ. 262. num. 14. et ſeqq. et part. 16. deciſ. 102. per tot. vbi de ſimulatione donationis, & coniecturis illam probantis, Maſcard. de probat. concl. 438. et ſeqq. vide in §. Contractus nu. 44. Bich. deciſ. 69. Cabal. conſ. 38. lib. 1. vbi quando venditio facta per ceſſantes præſumatur ſimulata in terminis ſtatuti Mercantiæ Florentiæ Rub. 11.

An autem ad probandam ſimulationem admittatur iuramentum ſuppletorium, vide Sperel. deciſ. 28. n. 39. et nu. 69. etc. facit quod dixi in §. Iuramentum num.

Quòd ſola conſanguinitas abſque alijs vrgentibus coniecturis, non arguat ſimulationem, vbi maximè validæ præſumptiones veritatis concurrunt, Rot. part. 13. recent. deciſ. 335. num. 14. etc. Bich. deciſ. 69. num. 20. et ſeqq. Rot. part. 18. recent. deciſ. 423. per tot. vbi plura ad excluſionem ſimulationis.

Simulatio per viam actionis poteſt allegari vſque ad triginta annos, & per viam exceptionis in perpetuum, Farin. q. 162. n. 15. etc. Altograd. conſ. 22. n. 20. et 30. lib. 2. vbi n. 29. ampliat non obſtante renunciatione ſimulationis, cum huiuſmodi renunciatio ſicuti actus principalis dicatur ſimulata, Card. Tuſch. litt. S. concl. 267. vbi intelligit coram Iudice ſæculari, nam coram Eccleſiaſtico, vel vbi contractus eſt vſurarius, vel in fraudem vſurarum, nunquam præſcribitur ſimulationis allegatio, et concl. 270. per tot. 6

7 Simulatio non poteſt regulariter allegari per ipſos contrahentes, qui illam commiſerunt, quia dicerentur allegare propriam turpitudinem, quæ ideò illos non releuat, intelligendo de ſimulatione commiſſa in fraudem alterius, alias ſecus, & niſi allegans, vel excipiens tractet de damno vitando, & alter de lucro captando; vbi tamen adeſſet iuramentum, eſſet prius obtinenda abſolutio, Bart. *conſ.* 65. *lib.* 1. Caſtr. *conſ.* 58. *num.* 2. *lib.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 876. *num.* 15. *&c.* Card. Tuſch. *litt. S. concl.* 566. *numer.* 2. *& ſeqq.* Magon. *deciſ. Luc.* 25. *num.* 35. idem Gratian. *cap.* 856. *num.* 2.

Quòd imò verius ſit poſſe dari de ſimulatione ab ipſis contrahentibus, qui non dicuntur proponere propriam turpitudinem, ſed potius defectum proprij conſenſus, & tantò magis ab eorum hæredibus, quod & maximè procedit vbi agitur de ſimulatione de perſona ad perſonam nemini pernicioſa, benè probat Merlin. *deciſ.* 737. *n.* 1. *& ſeqq.* Bich. *deciſ.* 49. *nu.* 30.

8 Simulatio non admittitur contra publicum inſtrumentum, quia contra illud requiruntur probationes luce meridiana clariores, & teſtes omni exceptione maiores, Cenc. *de Cenſ. quæſt.* 48. *num.* 32. Rot. *poſt illum deciſ.* 136. *num.* 8. *&c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 628. *num.* 14. *&c. cap.* 875. *nu.* 13. *&c.* Ludouiſ. *deciſ.* 195. vide in §. *Numeratio nu.* §. *Exceptio nu.* 59. Rot. *par.* 17. *recent. deciſ.* 54. *& deciſ.* 378. *num.* 2. *et ſeqq.* vbi etiam quòd pro euitanda ſimulatione eſt capienda omnis poſſibilis interpretatio, *et part.* 18. *deciſ.* 453. *num.* 2. *et ſeqq. et deciſ.* 509. *per tot.* vbi plura, & maximè deficiente cauſa, *et deciſ.* 591. *num.* 10. *et ſeqq.* vbi etiam quòd capienda eſt omnis poſſibilis interpretatio pro excluſione ſimulationis, & veritate actus.

Tantò minus vbi inſtrumentum eſſet iuratum per iuramentum aſſertorium omnia in eo contenta fuiſſe, & eſſe vera, & in ſpecie renunciatum cum iuramento exceptioni ſimulationis, niſi obtineatur abſolutio, vel niſi agatur per viam denunciationis, vel niſi ſimus in minore, vel in tertio, vel in ſimulatione nutritiua peccati, & in alijs caſibus, de quibus latè Card. Tuſch. *litt. S. concl.* 566. *num.* 15. *et ſeqq. per tot.* Afflict. *deciſ.* 60. *num.* 1. Magon. *deciſ. Flor.* 118. *nu.* 7. Euerard. *loc. à vi iuram. num.* 19. vide Farinac. *quæſt.* 162. *part.* 2. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 255. *per tot. cap.* 479. *num.* 59. *cap.* 826. *num.* 30. *cap.* 878. *num.* 18. *etc.* Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 75. *num.* 39. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 21. *num.* 65. *fol.* 427. Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 378. *num.* 2. *et ſeqq.* vide in §. *Iuramentum num.* 30. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 30. *num.* 5. *vol.* 3. vbi quòd iuramentum in contractu ſimulato non operatur, quia caret conſenſu; nec opus eſt abſolutione, imò neque exceptioni ſimulationis renunciari poſſit.

Quòd vbi agitur de illa ſimulationis ſpecie, per quam partes aliquid apparenter agunt, ſed in rei veritate nihil agere intendunt, & ſic quando deficit ſubſtantia, & conſenſus, inſtrumentum non mereatur nomen inſtrumenti ſubſtantialiter, ſed tantùm ſuperficialiter, & ideò ſit nullum ipſo iure, probat Altograd. *conſ.* 5. *num.* 31. *et ſeqq. lib.* 1. Iordan. *vbi ſuprà num.* 70. Merlin. *deciſ.* 714. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi quòd ſimulatio de perſona ad perſonam, probatur coniecturis etiam contra publicum inſtrumentum, & obligationem Cameralem, & licet non probetur adfuiſſe cauſam ſimulandi.

Admitti ſimulationis allegationem contra inſtrumentum ſupponit idem Altograd. *conſ.* 90. *num.* 26. *etc. lib.* 2. vbi tamen vult eſſe probandam vel per aliud publicum inſtrumentum, vel alijs certis, & dilucidis probationibus, & cum probatione cauſæ, cùm inſtrumentum habeat pro ſe præſumptionem veritatis, ſolemnitatis, & conſenſus partium, vt dixi in §. *Inſtrumentum n.* Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 354. *n.* 14. vbi quòd coniecturæ debent eſſe claræ, & concludentes, *et part.* 18. *deciſ.* 523. *per tot.*

Quòd ſimulationis allegatio non retardet executionem obligationis Cameralis, niſi ſit concludenter probata Rot. poſt Cenc. *de Cenſ. deciſ.* 5. *in fine, et deciſ.* 259. *num.* 3. Ludouiſ. *deciſ.* 195. *nu.* 16. Rot. *par.* 2. *diuerſ. deciſ.* 123. *num.* 11. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 981. *n.* 8. *etc.* Cenc. *de Cenſ. quæſt.* 48. *nu.* 32. *in fine*. Non etiam admittitur in iudicio manutentionis Poſt. *de manutent. obſeru.* 63. *nu.* 1. Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 354. *num.* 13.

Quòd probata ſimulatione non ſit locus executioni obligationis Cameralis, Galeſ. *de oblig. Camer. part.* 4. *quæſt.* 2. Farinac. *quæſt.* 162 *num.* 64. Buratt. *deciſ.* 76. Merlin. *deciſ.* 835. *num.* 1. *&c.* Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 126 *num.* 43. *&c.* vbi ea coniecturis, Vrceol. *de tranſact. quæſt.* 100. *num.* 17. *& ſeqq.* vbi quòd probata ſimulatione, admittitur etiam contra publicum inſtrumentum iuratum, & obligatione camerali vallatum, cùm tunc omnes clauſulæ pariter fictæ, & ſimulatæ cenſeantur, de quo latè etiam Io: Dominic. Panſut. *contr. forenſ. cap.* 5. *per tot.* vbi in terminis conſuetudinis Neapolitanæ.

9 Simulatio non attenditur vbi actus habet fomentum ex veritate cauſæ præcedentis, Corn. *conſ.* 241. *num.* 6. *lib.* 3. Bart. *in l. ſicut §. Superuacuum ff. quibus modis pign. vel hypoth.* Rota *in Romana Cenſus* 13. *Iunij* 1633. coram Motman. poſt Cenc. *de Cenſ. deciſ.* 553. *nu* 6. idem Cenc. *d. tract. quæſt.* 48. *num.* 32. *&c.* Addit. ad Gregor. *deciſ.* 157. *nu.* 7. idem Greg. *deciſ.* 195. *nu.* 10. *& deciſ.* 459. *nu.* 8. Farinac. *quæſt.* 162. *num.* 2. *&c.* Pontifol. *in Reſponſio Rauennæ impreſſo de anno* 1658. *in cauſa propria, verſ. neque amabo*, Bich. *deciſ.* 85. vbi quòd ſemper ceſſat ſimulationis ſuſpicio quando conſtat de præexiſtente cauſa obligationis, nec tunc quidquam operantur coniecturæ, quæ alias ad probandam ſimulationem ſufficerent, idem Bich. *deciſ.* 113. *num.* 8. *& ſeqq. & deciſ.* 166. *per tot.*

Multa ad excludendam ſimulationem, & eius cauſam, qua ceſſante, ceſſat & ſimulatio, Altograd. *conſ.* 90. *per tot. lib.* 2. Merlin. *deciſ.* 609. *num.* 4. *& ſeqq.* Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 536. *num.* 5. *& ſeqq. per tot.* Ludouiſ. *deciſ.* 195. *per tot.* Rot. *in Neritonen. pecuniaria* 10. *Iunij* 1675. coram Bourlemont. poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.* 78. in donatione qualiter excludatur ſimulatio, & in alia cauſa *part.* 18. *recent. deciſ.* 423. *per tot.*

10 Simulationis præſumptio excluditur per obſeruantiam, & confirmationem plurium annorum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 826. *num.* 35.

Et nihil operatur in præiudicium tertij, cui fuit iam quæſitum, idem Gratian. *diſcept.* 876. *nu.* 18.

Excluditur etiam ex qualitate, & nobilitate perſonarum, Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 107. *num.* 16. vide in §. *Nobilitas*.

11 Simulatio licet arguatur ex eo, quod alienans remanſerit in poſſeſſione, tamen ceſſat hæc præſumptio vbi reſpondet emptori, & acquirenti de fructibus, vel ſtante conſtituto, vel ſtante iuramento, vel vbi ratione ætatis aliter ſit dicendum, vel ſi non ipſe acquirens, ſed eius hæredes hanc poſſeſſionem ſic dimiſerint penes venditorem, vel ſi alienans continuet poſſidere, quia non ſit ſolutum totum pretium, vel titulo conductionis, vel cuſtodiæ cauſa, vel ſi acquirens ſit impeditus, vel quando non adeſt cauſa ſimulandi, vel vbi alienans ſibi retinuit vſumfructum, latè Menoch. *de arbitr. caſ.* 39. *per tot.* Card. Tuſch. *litt. S. concl.* 261. vide in §. *Conſtitutum nu.* 17. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 236. *nu.* 16. vbi quòd ſtante contradictione, & impedimentis, vel defectu cauſæ iſta coniectura nihil operatur, *& part.* 18. *deciſ.* 453. *per tot.*

Quòd ſimulatio etiam confeſſata excludatur ſi conſtet aliunde de veritate, vel ſi fiat nouus contractus verus inter partes, vel ſtante iudiciali cognitione, licentia, ſiue decreto iudicis, idem Tuſch. *loc. cit. concl.* 268. *&* 269.

Quamuis ſimulatio arguatur ex coniunctione ſanguinis, tamen quandoque eadem ratione, etiam excluditur, Altograd. *conſ.* 90. *num.* 83. *&c. lib.* 2. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 236. *num.* 14. *&* 15.

12 Simulatio an, & quando dicatur adeſſe in donatione in fraude fiſci, vel in alia alienatione, & ex quibus coniecturis arguatur huiuſmodi fraus, & ſimulatio, latè Farinac. *quæſt.* 16. *recent. deciſ.* 105. *per tot.*

Item quando dicatur adeſſe ſimulatio in reuocatione donationis, ne bona donata vadant ad fiſcum, Grat. *diſcept. for. c.* 586. *n.* 34. *&c.* facit in *c.* 555. *n.* 18. *&c.*

De colluſione autem, quæ eſt ſimilis ſimulationi, ex quibus coniecturis arguatur, & alia, latè Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 268. *nu.* 14. *& ſeqq. per tot. & deciſ.* 303. *num.* 8. *& ſeqq.* Maſcard. *de probat. concl.* 352. Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 107. *num.* 11. *& ſeqq.*

Qualiter, & ex quibus arguatur ſimulatio etiam in teſtamentis per inſtitutionem hæredis fiduciarij, Rota *par.* 17. *recent. deciſ.* 23 *per tot.* vide in §. *Hæres num.*

13 Simulationis exceptionem non cenſeri reiectam à ſtatuto generaliter reijciente omnes exceptiones, quibuſdā tantùm reſeruatis, vide in §. *Statut. reijciens n.* 3. *verſ. Decimo octauo*.

Simulatio quid, & quotuplex ſit, quomodo probetur, quid operetur, & alia (vltra iam citatos) Bertachin. *in Repertor. verb. Simulatio*, Ioſeph. Ludouic. *tract. de Simulat. concl. 1. per tot.* habetur inter *Com. opin. tom. 3. lib. 7. fol. 543. &c.* vbi 32. coniecturas ſimulationem indicantes adducit Caſtil. *lib. 2. contr. cap. 25.* Vela *Differt.* 38. Iul. Capon. *tom. 4. Diſcept.* 275. Farinac. *quæſt. 162. & ſeqq.* Cyriac. *contr. 428. num. 8. & ſeqq.* Tondut. *lib. 2. quæſt.* 39. Caſtelion. *Alphab. iurid. verb. Simulatio*, vbi plures alios allegat, & de ſimulationis artibus, quomodo cognoſcantur, an ſit licita, quandoque proſit, & alia remiſſiuè Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part. 5. eod. verb. fol.* 624. vbi citat Andreol. *contr.* 8. Ciarlin. *contr.* 9. Staiban. *reſol.* 9. Graff. *excep.* 12. Cæpol. Leotard. Trentaciuq. Tepat. aliiſque plures materiam tractantes.

15 De ſimulatione ex coniecturis reſultante cauſa ſimulandi, plura etiam *Rot. Ciuil. Florent. ſub die 23. Iunij* 1688. *in Piſtorien. retractus de Galeotis, & Hippolytis art. 5. per tot. in lib. Mot.* 131. *ad* 346. Manſ. *conſ.* 314. & 315. *lib.* 4. plenè Ant. Gob. *conſul.* 87. cum pluribus ſequentibus, vbi de ſimulatione numerationis pecuniarum, ex quibus coniecturis præſumatur, vel non.

§. SYNDACI. XVII.

1 SYndaci conſtituuntur per caſtra, & parochias tanquam Officiales ad denunciandum maleficia, illiſque ideò creditur in ſuo officio, & tenentur denunciare non ſolum delicta publica, & notoria, ſed etiam occulta, niſi eſſent adeò occulta, vt ipſi poſſent excuſari, ceſſante tamen omni præſumptione doli, vel culpæ in occultando; item tenentur etiam denunciare delicta à iure impunita, vt ſi occidatur bannitus, vel aliquis ſubmergatur in flumine, & in ſimilibus caſibus, cùm ad illos non ſpectet iudicare an ſint punibilia nec ne, Clar. §. *fin. quæſt. 7. per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ. 198. num. 28. &c.* Pac. Iordan. *Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 17. num. 206. &c. fol.* 280. Card. Tuſch. *lit. D. concl. 192. & 193. per tot.* Farinac. *quæſt. 52. num. 167. &c.* Azor. *Inſtit. moral. part. 3. lib. 13. cap.* 21. Paul. Chriſtin. *ad*
2 *leg. Municip. tit. 1. art. 35. & 36. per tot.* latè Bertach. *Repert. verb. Syndicus denunciat. vlt. fol. mihi 169. &c.* Conciol. & Romaguer. *ad ſtat. Eugub. lib. fol. 4. Rub. 3. per tot.* vbi plura de iſtis ſyndicis, & denunciatoribus maleficiorum, qui ex neceſſitate eorum officij tenentur crimina denunciare; & ſi doloſè omittant puniuntur, ſicut etiamſi calumnioſè aliquem accuſent; licèt aliàs de præſumpta calumnia tanquam coacti delatores non teneantur, ſed tantùm de euidenti; ad quos ſpectet illorum deputatio, quando poſſint excuſari non denunciando delicta occulta, vel ſi fuerint præuenti ab offenſis, vel ſi ipſi fuerint delinquentes, vel ratione minoris ætatis, & alia ad rem, de quibus etiam Carpzou. *in prax. part. 3. quæſt.* 104. de Philippis *Differt.* 3. Pegas *ad Ordinat. Regn. Portugal. tom. 6. tit. 73. gloſ. 1. ad Rub. per tot.* Fragoſ. *de Regim. Reip. Chriſt. part. 1. lib. 5. Diſput. 12. §. 3. numer. 73. & ſeqq.* Guazin. iun. *ad defenſ. animar. lib. 2. defenſ. 2. cap. 16.* & 17. vbi etiam quoad forum conſcientiæ. An vice teſtium fungantur, & alij Burſatt. *conſ. 154. num. 19. & ſeqq. vol.* 1.

Quòd dicti ſyndaci debeant cum magna diligentia omnium crimina deferre, imò etiam propria; excuſantur tamen ſi non denunciant delicta, quæ ignorant; dicuntur præuaricatores, & poſſunt puniri ſi probationes ſubticeant, Menoch. *de arbitr. caſ. 323. num. 15. & 19.* Farinac. *q. 4. num. 18. & ſeqq.* vbi quòd non denunciando delicta, ſiue ſubticendo probationes, vel delinquentes, poſſunt vti præuaricatores puniri pœna Iudici arbitraria, Paul. Chriſtin. *ad leg. Municip. tit. 1. art. 35. n. 4. &c.*

Et ſi omiſerint denunciare delictum recepta promiſſione indemnitatis, ad nihilum agere poſſunt, ſi poſtea puniantur à iudice, Marſil. *de fideiuſſ. n.* 317. Cabal. *reſol. crim. caſ. 115. per tot.* vide in §. *Promiſſio num....*

2 Syndaci prædicti non denunciando delictum qualiter poſſint excuſari ratione minoris ætatis, vel dubietatis, an fuerit commiſſum in iuriſdictione iudicis, vel in ſuo quarterio, vel ex eo, quia fuerint præuenti ab offenſo, vel ab alio ſyndaco vicino, vel quia fuerit commiſſum vltima die illorum officij, & huiuſmodi de cauſis, Gratian. *deciſ. 109. per tot. & diſc. forenſ. c. 163. per tot.* Baiard. ad Clar. §. *fin. quæſt. 7. n. 9. &c.* Loſeus Licolaus *de iur. vniuerſit. c. 1. part. 4. nu. 62. & ſeqq.*

Quòd homicidium dicatur commiſſum de tempore dati vulneris, & non ſequutæ mortis, *l. huis ſcripturæ ff. ad l. Aquilam*, & ideò ſpectet ad ſyndacum, qui tunc temporis erat, & non ad ſucceſſorem, cuius tempore ſequitur mors, denunciare delictum, Coſta *de retrotract. cap. 2. monit. 7. num.* 8.

Nec ſyndacus dicitur nec tenetur, nec poteſt denunciare delicta antequam iurauerit officium, Bald. *in l. 5. nu. 2. C. de bon. vacant. lib.* 10. Loſeus *vbi ſupra n.* 62.

Quòd ſyndaci non teneantur denunciare delicta extra territorium, licet à ſubdito commiſſa, nec tempore prædeceſſoris patrata, Gabriel. *conſ. 101. lib.* 1. Bald. *in l. 2. C. vbi de crim. ag. oport.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 2. num. 5. & vol.* 2.

Quòd etiam excuſentur non denunciando vulnera parui momenti, Ricc. *Collect.* 2746.

Syndaci, vel ſimiles officiales deputati ad denuncianda 3
maleficia, non ſunt in expenſis condemnandi ratione præſumptæ calumniæ, eò quia non probauerint delictum denunciatum, cùm id agant ex neceſſitate eorum officij: non excuſantur tamen à vera calumnia, ſed ſi appareat per calumniam denunciaſſe debent non ſolum in expenſis condemnari, ſed inſuper arbitrio iudicis puniri, Clar. §. *fin. quæſt. 7. verſ. vltimo*, Gratian. *diſcept. for. c. 33. n. 37. &c.* Menoch. *de arbitr. caſ. 198. num. 33. &c. caſ. 321. nu. 21. &c.* Card. Tuſch. *lit. D. concl. 194. per tot.* Farinac. *quæſt. 16. per tot.* Paul. Chriſtin. *ad leg. Municip. tit. 1. art. 35. & 36.*

Alia de huiuſmodi Syndacis vigore legum Municipalium Status Florentini, dixi in Pract. §. *Syndaci per tot.*

Syndaci in alio ſignificatu à nomine græco defenſionem 4
important, & defenſores dicuntur, æquiparantur procuratoribus, & ſicuti procuratores non præſumuntur niſi doceant de mandato, ita nec ſyndaci, niſi doceant de legitima illorum deputatione, & electione, non poſſunt eſſe teſtes in cauſis ab illis adminiſtratis, ex quibus probentur legitimè conſtituti à Canonicis, vel à Capitulo, ſiue ab alia vniuerſitate, & alia ad rem, Maſcard. *de probat. vol. 3. concl. 1307. per tot.*

Syndaci plures conſtituti cũ generali mandato non intelli- 5
guntur in ſolidum, nec vnus ſine altero admitti debet, niſi ſit addita clauſula, *in ſolidum*, vel per verba æquipollentia, veluti *cum libero, & plene mandato*, vel cum dictione, *quemlibet eorum*, vel *vtrumque ipſorum*, & huiuſmodi verbis diſtributiuis; & intelliguntur habere mandatum, etiam in his, quæ ſpeciale mandatum requirunt, non tamen poſſunt donare, nec gratis remittere, vt per Maſcard. *de probat. vol. 3. concl. 308. per tot.* vide in §. *Procurator n. 18. &c.* §. *Adminiſtrator, &* §. *Tutor.*

De ſyndacis, & procuratoribus Terrarum, Ciuitatum, & aliarum Vniuerſitatum, quomodo eligantur, quæ facere poſſint, vel non, quando excuſati, & alia de eorum officio, latè Bertachin. *Repert. verb. Syndicus*, Thoro *Compend. deciſ. Neap. part. 1. & 2. verb. Syndicus*, & latiùs, ac melius Otter. *de Official. Reip. cap. 8. & ſeqq.* cum multis ab eo citatis, & alijs indicatis à Caſtelion. *Alphab. iurid. verb. Syndicus*, & à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part. 5. eod. verb. fol.* 701.

§. SYNDACATVS. XVIII.

SYndicatores, ideſt Officiales deputati ad ſyndicandum 1
iudices, vel alios officiales qualiter procedant, & quomodo ſe gerere debeant in ſyndicando, formando contra illos inquiſitionem generalem, Clar. §. *fin. quæſt. 6. verſ. cæterum quando*, Card. Tuſch. *lit. S. concl. 273. 274. & 275. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 84. vol.* 2. Nouar. *Pragm. Reg. Neap. Collect.* 210. Anton. de Ballis *tract. var. lib. 6. per tot. fol.* 343. vbi per octo quæſtiones materiam declarat, & alij plures relati per Ægid. de Caſtelion. *in Alphab. iurid. verb. Syndicatio, & Syndicatus.*

Quòd hodie de generali conſuetudine Iudices, & Offi- 2
ciales ſyndicentur de dolo, & baratteria, non autem de iniquis, & iniuſtis ſententijs, & alia ad materiam ſyndicatus, Scacc. *de appellat. quæſt. 19. remed. 4. per tot. & quæſt. 15. nu. 299. &c.* Pariſ. de Put. & alij *tract. de ſyndicat.* Tuſch. *lit. I. concl. 407. & ſeqq.* Paul. Chriſtin. *d. deciſ. 84. vol. 2.* Ricc. *Collect.* 247. Nouar. *d. Collect.* 210. Ant. de Ballis *loc. cit.* Conciol. *reſol. crim. verb. ſyndicatus reſol. 3. per tot. & reſol.* 2. vbi qualiter baratteria, & conceſſio ſit plenè probanda, Pac. Iordan. *Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 31. fol.* 615.

vbi etiam quòd inſtantia in cauſis ſyndicatus durat quinquaginta diebus, niſi breuius tempus præfigatur à ſtatutis, prout in multis locis, & quòd Romæ officiales nullatenus ſyndicantur ob præſentiam Summi Pontificis, ad quem grauati poſſint recurrere; ſicut etiam non ſyndicantur Vicarij Epiſcoporum, quicquid ſecus ſit in Vicarijs Capitularibus, Conciol. *d. reſol.* 3. *num.* 3. Barboſ. *de Epiſcopis Allegat.* 54. *num.* 181. *& ſeqq.* Stroz. *de offic. Vicar. lib.* 3. *quæſt.* 52. vbi quòd imò ſyndicantur à Sede Apoſtolica, vel Metropolitano, niſi contrarium ſeruetur de conſuetudine, vide in §. *Vicarius num.* 13. Conciol. cum Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 1. *Rub.* 19.

Idem ſeruatur Florentiæ ob eandem rationem, & fortè alibi, vbi reſident ſupremi Principes, quoad Officiales ad beneplacitum Principis electos, ſed malè quia non ſolùm ob id redduntur promptiores, ſed vt de more, verum ingenuè fateatur aliqui ex illis efficiuntur iniqui, ſuperbi, contemptores, præuaricatores, ſæpè iuſtitiam multis paſſionibus ducti ſubuertunt, quandoque vendunt, innocentes, & pauperes conculcant, iniquos extollunt, & omnia pretio, vel gratia pro arbitratu gerunt; ſed ſciant iſti, quod incident in manus Dei viuentis; & quemadmodum iuſti iudices multis replentur benedictionibus, ita iniqui Deum propitium non inuenient, immaturè excident, incommodis afficientur perpetuis, ipſos, & illorum ædium fundamenta ignis deuorabit, eorum poſteritas diuturna non erit, vel eò redigetur inopiæ, vt panem oſtiatim quæritet, prout ſæpè docet experientia, quia malè parta malè dilabuntur, & malè acquiſitis tertius hæres non gaudebit, ac iure meritò propterea quod leges, quas liberrimas eſſe oportebat, ſeruas quodammodò, atque captiuas ſuorum fictorum, prauorumque iudiciorum ſacrilegè effecerunt; faciunt quæ dixi in §. *Iudex numer.* 2. & notata per Menoch. *de arbitr. in princip.* Aluarez de Velaſc. *tract. de iud. perfect. Rub.* 15. *annot. fin. per tot.*

3 Et quòd ſyndicatus non poſſit per Principem remitti, cum ſit iuſtitiæ neruus, aliàs Vaſſalli dicantur grauati, Nouar. *in Prax. grauam. Vaſal. grauam.* 289. Ricc. *Collect.* 3684. Nouar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect.* 210. vbi plura de ſyndicatu officialium, Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 2. *quæſt.* 40. vbi etiam qualiter officialis aufugiens tempore ſyndicatus habeatur pro confeſſo de omnibus querelis contra eum porrectis.

4 Contra tamen Officiales reijcienda eſt omnis ſcrupuloſa inquiſitio, & ſyndicari debent de barattetijs, & illicitis extorſionibus tantùm, non autem de omni culpa leui, & negligentia, aliàs frangeretur neruus Iuſtitiæ, auctoritaſque iudicum nimium deprimeretur, ac vileſceret, lentoque gradu, vel calce procederent ſucceſſores in Officio, nam etiam vt inquit Cicer. *in Oratione pro Lucio Flauio par.* 2. *ò conditio es miſera adminiſtrandarum Prouinciarum, in quibus diligentia plena ſimultatum eſt, negligentia vituperationum, vbi ſeueritas periculoſa, liberalitas ingrata, ſermo inſidioſus, aſſentatio pernicioſa, frons omnium familiaris, multorum animus iratus, iracundia occulta, blanditia aperta, venientes Rhetores expectantur, præſentibus inſeruiunt, & abeuntes deſerunt;* prout refert Baiard. ad Clar. §. *fin. quæſt* 73. *num.* 36. *& ſeqq.* vbi etiam alios allegat, & quando officialis dicatur delinquere in officio, & poſſit puniri, facit quod dixi in §. *Princeps num.* 43. vbi qualiter officiales ſuſtinere debeant a Principe.

Officiales, qui fecerunt quod ſui prædeceſſores excuſantur, benè Fontanel. *deciſ.* 356. *num.* 11. *&* 12. *dec.* 479. *num.* 10. vbi quòd non ſindicantur de eo, quod faciebant ſui prædeceſſores, ſi illud continuarunt, *& deciſ.* 295. *n.* 8. Ioſeph. de Roſa *conſult.* 46. *num.* 9. *& ſeqq.* De Ponte *dec.* 37. *num* 2. *& ſeqq.* vbi firmat id procedere etiamſi illud ſolitum eſſet delictum in ſe, ſeu conſuetudo prædeceſſoris reprobata, nam adhuc qui iuxta ſolitum exercuit officium, nullam patitur pœnam, & Noguerol. *alleg.* 5. *num.* 14. *& ſeqq.* De negligentijs, & omiſſionibus quando non ſit curandum, Caren. *reſol.* 9. *num.* 17. vbi quòd ſola negligentia doloſa, vbi dolo proxima ſyndicatur, & non aliæ, Bobadil. *Politic. lib.* 5. *cap.* 1. *& ſeqq.* vbi etiam an expediat ſyndicatus, & alia multa.

De Notario actuario non citò proceſſum criminalem ſuæ Curiæ deferente ad Auditorem, qualiter poſſit excuſari ceſſante dolo, & lata culpa, vel barattaria, de quibus tantùm Officiales ſyndicantur, Tondut. *quæſt. ciuil.* 126. *per tot. par.* 2.

Quod in delictis extra officium commiſſis, communi iure ſint iudicandi officiales, & non ſpectent ad cognitionem iudicis ſyndicatoris, ſed iudicis ordinarij, Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 74. *n.* 28. *&c.*

Quòd factis proclamationibus per ſyndicatores, quod volentes querelare veniant intra certos dies, aliàs non audientur, tranſactis illis diebus, non amplius querelantes ſint admittendi, nec officiales ſint vlterius moleſtandi, cùm lapſus temporis inducat renunciationem, imò ſit fortior defectus, quàm ipſa renunciatio, benè probat Thomat. *deciſ.* 25. *per tot.* Gomez. *tom.* 3. *variar. cap.* 1. *num.* 23. *in fine*, Farinac. *quæſt.* 111. *num.* 232. Aluarez de Velaſc. *tract. de iud. perfect. Rub.* 9. *annot.* 11. *num.* 19. vbi tamen quòd dicta monitione, vel declaratione non facta, poſſunt iudices de exceſſibus in officio commiſſis, in foro ſuo iuxta naturam actionis conueniri, etiam poſt ſyndicatum, Mut. *deciſ. Sicil.* 5. Nouar. *Pragm. Reg. Neap. Collect.* 211. Conciol. *reſol. crim. in verbo Abſolutio reſol.* 3. vbi quòd abſolutiá ſyndicatoribus in ſyndicatu nõ poſſunt amplius coram alijs iudicibus moleſtari, quia obſtat exceptio rei iudicatæ cum aliquibus tamen declarationibus, de quibus *loc. cit. reſol.* 1. *& in verbo ſyndicatur reſol.* 5. *per tot.* Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 71. *num.* 17. *&* 18. vbi ſimpliciter quòd abſolutus in ſyndicatu, non poteſt amplius moleſtari, cum abſolutione extinguatur crimen, ſecluſa colluſione, & fraude, Thoro *Compend. deciſ. Neapol. par.* 1. *verb. Syndicatus*, vbi allegat Muram *deciſ* 4. & de Ponte *dec.* 26. & cum illis concludit non obſtante liberatione ſemel obtenta per ſententiam ſyndicatorum, poſſe officiales etiam ex officio per viam inquiſitionis iterum moleſtari de malè geſtis non tamen cognitis in ſyndicatu præſtito.

Qualiter offendens iudices, vel officiales tempore ſyndicatus ratione officij puniri debeat prout ſi offendiſſet durante officio, & idem poſt ſyndicatum intra tempus componendi ſarcinulas, niſi prius ipſi offendentem prorogaſſent, vel niſi ſequatur ex odio, & particulari inimicitia extra cauſam officij, Clar. §. *fin. quæſt.* 68. *verſ. iniuriam faciens*, Put. *de ſyndic. in verb. Officialis offenſa cap.* 1. *&* alibi, Farinac. *quæſt.* 18. *num.* 38. Conciol. *reſol. crim. verb. Syndicatus reſol.* 1. vbi refert Menoch. *de arbitr. caſ.* 263. *num.* 10. *& ſeqq.* Olea *de ceſſ. iur. tit.* 3. *quæſt.* 3. *n.* 27. & alios contrarium tenentes. 6

Quòd iudices, & officiales durante officio non poſſint accuſari, nec ſyndicari, niſi agatur de crimine baratteriæ, vel aliàs circa officium, nam tunc poſſunt accuſari, & puniri, etiam durante officio, Conciol plures allegans *in verb. ſyndicatus reſol.* 4 *per tot.* dixi in §. *Officiales num.* 2. *&* 15. 7

An autem in iudicio ſyndicatus poſſint perſonæ miſerabiles querelantes declinare, & variare forum, contrarias opiniones refert idem Conciol. *verb. Syndicatus reſol.* 6. vide Nouar. *de variat. for. tom.* 2. *ſect.* 3. *q.* 10.

An officialis confirmatus in officio teneatur ſtare ſyndicatui pro tempore præterito, vel poſſit expectare finem officij, Fontanel. *deciſ.* 157. *&* 158. Maſtril. *de Magiſt. lib* 6. *cap.* 5. *num.* 39. *etc.* vbi diſtinguit inter confirmationem, & prorogationem, &c.

De ſyndicatu officialium, eius forma, de quibus poſſint officiales ſyndicare, per quantum tempus, an poſſit per procuratorem reſpondere, an teneantur pro eorum miniſtris, & domeſticis, quomodo honorandi, & faciendi, an teneantur ſoluere ſportulas, an ſyndicandi de omiſſionibus, an de commiſſis extra officium, de pœna accuſatorum in probatione deficientium, an delatores ſatiſdare teneantur, an detur appellatio, an ſyndicati poſſint carcerari, an fugientes habeantur pro confeſſis, an ſint ſuſpendendi ab officio, an poſſint ad aliud officium promoueri ante cauſam finitam, & alia plura de hac materia Bobadil. *lib.* 5. *Polit. cap.* 1. *et ſeqq.* Cancer. *var. reſol. cap.* 12. *per tot. par.* 3. alijque plures citati a Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Syndicatio, Syndicatus per tot.* & à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. par.* 5. *eod. verb. fol.* 700. vbi inter alios allegat Bonden. *Collect. leg.* 32. Laream *deciſ. Granat. p.* 2. *deciſ.* 98. Maſtril. *de Magiſtrat.* Scacc. Parid. de Put. & alios qui particulares tractatus de hac materia ediderunt. 10

§. SO-

§. SOCER. XIX

1 SOcer reſtituendo dotem nurui, & filio recedentibus ab eo, an ſui, & liberationem bonorum conſequatur, Pract. Papp. *libel. de dot. & vſumfruct. gloſ. peruenit*, Afflict. *deciſ.* 349. Becc. *conſ.* 43. *lib.* 1. vide in §. *Pater n.* 1. *& ſeqq.* vbi etiam qualiter teneatur ſe obligare, vel remaneat obligatus pro dote nurus.

De ſocero obligato cum hypotheca eius bonorum pro reſtitutione dotis nurui, latè Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 7. *gloſſ. par.* 2. *tom.* 2. *fol. mihi* 383. & ego dixi diſtinguendo in §. *Pater n.* 1. *& ſeqq.* vbi videas, & Manſ. *Conſult.* 212. *lib.* 3. Andreol. *controuerſ.* 393. *per tot.*

2 Socer poteſt à nuru conueniri ſine venia mortuo filio, quia dicitur diſſoluta affinitas, ex quo ſequitur, vt nec etiam ſit locus compromiſſo neceſſario vigore ſtatuti inter affines, Ang. Aret. *in* §. *Pœnales n.* 17. *Inſtit. de act.* Marant. *in Prax. par.* 6. *princ. verſ. ſecundus ſub num.* 15. Ioſeph. Feliu. & Cerezo *in Margar. var. concl. verb. nurus fol.* 21. vide in §. *Compromiſſum*, *&* §. *Statutum de compromiſſis*.

Alia nonnulla notabilia de ſocero vide apud Bertachin. *in ſuo Repert. verb. Socer per tot.* & dixi *ego in* §. *Pater n.* 1. *& ſeqq.* ad ibi dicta me remitto, Caldas Pereyr. *conſ.* 14. *per tot.* vbi an, & quando habeat priuilegium, ne conueniatur vltra id quòd facere poſſit, vel ne egeat, & ſic an poſſit carcerari, de quo etiam Thoro *Compend. deciſ. Neap. par.* 1. *verb. Socer*.

3 Socer qualiter teneatur alere nurum durante matrimonio, ſecus illo diſſoluto per mortem filij, niſi eiuſdem ſit hæres, & in ſubſidium, Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 38. *num.* 3. *& ſeqq.* Capyc. Galeot. *contr.* 36. *n.* 18. *& ſeqq. lib.* 2. cum alijs per Rot. *par.* 18. *recent. tom.* 1. *deciſ.* 30. *per tot. & deciſ.* 349. *per tot.* dixi *in* §. *Pater num.* 7. *in fine*.

4 Quòd ſocer exigat dotem filio promiſſam quando filius, & nurus cum illo habitant, quia ipſe ſuſtinet onera matrimonij, & dos debet eſſe, vbi ſunt onera matrimonij, *l. ſi is, qui*, §. *ibi dos*, *ff. de iur. dot.* Io. Petr. de Ferrar. *in Pract. vulgo Pappien. form. libelli ad dotem verb. Vxor. num.* 21. Mantic. *de tacit. & ambign. lib.* 12. *tit.* 30. *num.* 19. Gratian. *diſcept.* 244. *num.* 27. *& ſeqq.* & alij relati à Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 6. *gloſ.* 1. *par.* 1. *n.* 41. *& ſeqq. fol. mihi* 237. vbi refert ita deciſum.

§. SOCIETAS. XX.

1 SOcietas eſt duorum, pluriumve rationabilis, & honeſta conuentio ad commodiorem vſum, vel vberiorem quæſtum, *gloſ. in Rub. ff. de ſociet.* Oinot. *in* §. 1. *Inſtit. eod. tit. num.* 2. Felic. *de ſociet. cap.* 1. *num.* 2. *&c.* Michalor. *de fratr. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 7. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 206. *& ſeqq. vol.* 1. *& deciſ.* 51. *vol.* 3. Rot. *par.* 10. *recen. dec.* 66. *num.* 9. *& ſeqq.* vbi quòd eſt communicatio lucri, & damni, æquitatem, æqualitatemque deſiderans. Quòd debeat contrahi iuſta, & æqua, ac in ſupremo bonam fidem requirat, Mantic. *de tacit. lib.* 6. *tit.* 4 *num.* 3. *&c.* Ludouiſ. *deciſ.* 308. *num.* 4.

Vel eſt corpus repræſentatum, quod vice vnius perſonæ fungitur, licèt plures ſint ſocij, vide Card. Tuſch. *litt. S. concl.* 279.

Vt ſit licita, & iuſta ſocietas, plura requiruntur, nempè quòd ſit ſuper negociatione licita, pecunia ſubiaceat periculo ponentis, & omnibus ſeruetur æqualitas iudicio prudentis, Chriſtin. *deciſ.* 207. *n.* 2.

Qualiter autem ſit probanda ſocietas, & ex quibus coniecturis inducatur, & probetur, Maſcard. *de probat. concl.* 1309. *lib.* 3. Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *n.* 669. *&c. fol.* 302. Tuſch. *loc. cit. concl.* 311. 312. *&* 313. *per tot.* Rot. *par.* 14. *recent. deciſ.* 241. vbi quòd non requirit ſcripturam, poteſt probari coniecturis, & teſtibus etiam ſingularibus deponentibus de actibus ſocialibus, & cauſam ſcientiæ reddentibus, *& par.* 15. *deciſ.* 58. *per tot. & deciſ.* 368. *in eadem cauſa*, *& par.* 16. *deciſ.* 269. *pariter in eadem cauſa*, vbi de probatione per vnicum teſtem valdè adminiculatum, *& par.* 17. *deciſ.* 289. *per tot.* vbi diluuntur adminicula ad tollendam fidem vnico teſti, qui in dicta cauſa de ſocietate depoſuerat, recedendo à prius deiſis.

Quòd poſſit iniri, & probari per epiſtolam, vel nuntium, Genu. *de ſcript. priuat. lib.* 3. *q.* 7. *per tot. fol.* 129. Maſcard. *d. concl.* 1309. *num.* 6. *etc.*

Ad hoc autem vt ſocietas probetur ex coniecturis, debent afferri actus, qui citra ius, & nomen ſocietatis fieri nequiuerint, Rot. *par.* 18. *rec. deciſ.* 675. *num.* 5. Merlin. *deciſ.* 251. *n.* 10.

Societas duobus modis præcipuè contrahitur, nempè expreſsè, vel tacitè: expreſsè quando plures conſultò conueniunt de communione omnium bonorum cum ſigno vniuerſali, & expreſſione quòd ſit ſocietas vniuerſalis, & generalis omnium bonorum, vel ſimpliciter non adiecto ſigno vniuerſali omnium bonorum, vel alicuius ſpecialis negociationis, vel vnius rei tantùm, vel victus; tacitè autem per actus ſociales, maximè inter fratres ſimul commorantes, & in nihilo quoad ſubſtantiam differunt huiuſmodi ſocietas expreſſa, vel tacita, Oinot. & alij *in* §. 1. *Inſtit. de ſociet.* Michalor. *de fratr. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 8. *et cap.* 2. *et* 3. Gratian. *diſcept. for. cap.* 643. *num.* 10. *etc.* Card. Tuſch. *litt. S. concl.* 280. *per tot.* vbi conſiderat plures differentias inter expreſſam, & tacitam ſocietatem, *et concl.* 282. *per tot.* Maſcard. *concl.* 1309. *per tot.* 2

Quòd ſocietas ſolo conſenſu perficiatur, etiam nullo actu extrinſeco interueniente, §. 1. *Inſtit. de obligat. ex conſenſu*, Rot. *par.* 12. *recent. dec.* 221. *num.* 2.

Plura de ſocietate remiſſiuè de more Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Societas per tot.*

Societas omnium bonorum ad lucrum contracta comprehendit omnia vndecumque quæſita, ſiue titulo lucratiuo, ſiue oneroſo, ſiue etiam ex quocumque dono fortunæ, cum nihil præcipuum eſſe debeat inter huiuſmodi ſocios, & ideò dotes etiam efficiuntur communes cum ſua cauſa, & obligatione, feuda, emphyteuſis quoad vſum, & fructus, hæreditates, legata, donationes, capta, inuenta, & ſimilia, ac immunitates etiam vni conceſſæ cæteris proſunt; lucra tamen illicita non ſunt communicanda, Felic. *de ſociet. cap.* 12. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 243. *num.* 42. *etc.* Michalor. *de fratr. par.* 2. *cap.* 21. *cum ſex ſeqq.* vbi in aliquibus recedit ab opinione Felic. Oinot. *in* §. 1. *Inſtit. de ſociet. num.* 4. Card. Tuſch. *litt. S. concl.* 283. vbi latè quæ veniant communicanda in huiuſmodi ſocietate, & ad quæ teneantur, vel non, ad inuicem dicti ſocij, Rot. *par.* 13. *recent. deciſ.* 190. *n.* 3. *et ſeqq.* vbi quòd ſocietas omnium bonorum non inducitur ex communi habitatione, & poſſeſſione pro indiuiſo, ſed eſt neceſſaria integra communicatio, & poſitio in communi area omnium lucrorum, & reddituum etiam Eccleſiaſticorum. 3

Societas ſimplex, & non omnium bonorum dicitur tacitè inter fratres contracta, ſi omnia bona paterna poſſideant in communi, ſimul habitent, viuant ad eandem menſam communibus expenſis, & omnia queſtualia vndecumque prouenientia, omneſque fructus communicent, Michalor. *de fratr. par.* 2. *cap.* 6. *per tot. cap.* 7. *et cap.* 11. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 56. *per tot.* Card. Tuſch. *litt. S. concl.* 296. *per tot. et concl.* 311. *per tot.* Peregrin. *deciſ.* 92. Rot. *par.* 10. *recent. deciſ.* 129. vbi plura de hac materia, *et par.* 14. *deciſ.* 56. vbi plura de requiſitis ad inducendam particularem ſocietatem, alicuius negociationis inter fratres, quibus ceſſantibus excluditur ſocietas, & reſcinditur tranſactio, ſiue diuiſio ſuperinde emanata, tanquam ex falſa cauſa, & ſuppoſito non vero procedens, vt in caſu dictæ deciſionis. 4

Vt autem dicatur tacitè contracta generalis omnium bonorum vltra prædicta requiſita, quæ copulatiuè concurrere debent, requiritur etiam quod inter eos nunquam fuerit reddita ratio, Michalor *d. part.* 2. *cap.* 13. *per tot.* Felic. *de ſociet. cap.* 10. *num.* 17. Gratian. *deciſ.* 127. *per tot. diſcept. forenſ. cap.* 547. *per tot. cap.* 336. *cap.* 725. *num.* 8. *cap.* 993. *per tot.* Menoch. *d. præſumpt.* 56. *num.* 37. *&c.* Rot. *p.* 2. *diuerſ. dec.* 196. *per tot. vbi num.* 10. dicit tria copulatiuè requiri, nempè communis habitatio, communicatio lucrorum, & non reddita ratio expenſarum circa res, & perſonas, Card. Tuſch. *litt. S. concl.* 283. *num.* 24. *&c. & concl.* 286. *per tot.* plenè Rot. *par.* 10. *recent. deciſ.* 129. *per tot.* vbi quando, & ex quibus inter fratres præſumatur, vel excludatur omnium bonorum ſocietas, Martha *vot. Piſan.* 241. *num.* 3. *& ſeqq.* vbi quòd ad inducendam omnium bonorum ſocietatem, etiam inter fratres, tria ſunt probanda, ſcilicet omnium bonorum communio, eorumque promiſcua poſſeſſio, lucrorum ex quaſcumque cauſa, onerum, & damnorum communicatio, & denique nunquam reddita ratio.

Quòd præſumatur ſocietas omnium bonorum inter fratres, ſi ille, qui ſe fundat in ea probet infraſcripta, nempè quod per longum tempus ſteterint in communi, vel communi nomine emerint, vel ita ſit publica vox, & fama, vel vnus aſſerat cum iuramento, vel expenderint ſine aliquo computo, vel ſe maximo amore, & charitate dilexerint, vel extraiudicialiter, vel in iudicio, vel in inſtrumento ita faſſi fuerint, vel per litteras, vel omnia poſſederint in communi, & in communi cataſtro de conſenſu deſcribere fecerint, vel ſi aliter reſultaret delictum, vel appareret ex intitulatione librorum, vel ex aliqua particella, Michalor. *de fratr. d. par. 2. cap. 14. per tot. & n. 19.* Maſcard. *de probat. concl.* 1309. *lib.* 3. Menoch. *dicta præſumpt. 56. per tot.* Gratian. *loc. cit.* Rot. *d. deciſ. 129. par. 10. recent. & par. 17. deciſ. 27. & 28. per tot.* vbi plura, ex quibus reſultat, & probatur ſocietas vniuerſalis inter fratres, & nepotes, ita vt non excludatur ex acquiſitionibus ab aliquo eorum proprio nomine factis, quia nihilominus ſocietati acquiruntur, nec ex eo quod vnus tantùm negotiatus fuerit, quia hoc ſocietati non repugnat.

5 Societas omnium bonorum tacitè nou inducitur inter fratres ſi vnus exercens varias mercaturas illas proprio nomine exerceat, licèt alius communi nomine faciat, niſi omnia inde prouenientia poneret in communi; Ceſſat etiam quando ioter eos conſtat de aliquo debito, vel credito, vel de aliqua reſeruatione, vel ſi aliqua emptio appareat proprio nomine facta, niſi antea conſtaret de huiuſmodi tacita ſocietate, vide Michalor. *de fratr. par. 2. cap. 17. per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 547. num. 13. &c.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 56. num. 43. & ſeqq.* Tuſch. *lit. S. concluſ. 312. per tot.* vide Rot. *par. 10. rec. dec. 120. per tot.*

Item ceſſat quotieſcumque non concurrunt requiſita ſuperios relata, & quando libri nomine vnius tantùm ſunt inſcripti, vel reperiuntur codices expenſarum, vel ratio reddita lucrorum, damnorum, & expenſarum, vel ſi maxima reſultet inæqualitas, vel vnus neget cum iuramento, vel appareat de diuerſitate cataſtri, ſiue æſtimi; & ſi hinc inde adſint coniecturæ, maiores, & vrgentiores ſunt attendendæ, obſeruato etiam illarum numero, cùm plura vincula fortiùs ligent, Michalor. *d. par. 2. c. 18. per tot.* Menoch. *d. præſumpt. 56. num. 45. & ſeqq.* Tuſch. *d. concluſ. 312. per tot.* vide Rot. *par. 10. recent. deciſ. 129. per tot.*

Cùm tamen facta ſint potentiora verbis, ſi fuerint communicata lucra, non attenduntur coniecturæ ſocietatis excluſiuæ, cùm illis non obſtantibus poſſit adeſſe ſocietas, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 547. n. 9. & c. c. 714. n. 1. &c.*

Quòd exemptione communi nomine facta benè probetur ſocietas, Duran. *dec. 416. n. 11.* nec excludatur ex quo vnus ſociorum ſoluit, & retinet claues capſæ *ibidem n. 15.* & quòd litteræ præſumantur ſcriptæ nomine ſpeciali, ibidem *num. 21.*

Plura an, & quando inter fratres adſit tacita omnium bonorum ſocietas, vel non, quot, & quæ requirantur ad illam contrahendam, quomodo probetur, an æs alienum ab vno contractum ſit de communi ſoluendum, & alia ad rem, latè Ioſeph. de Roſa *Conſult. 8. per tot.*

6 Societas omnium bonorum tacitè contrahi noo poteſt inter fratres, quando inter eos adeſt aliquis infans, pupillus, vel minor, vel furioſus, vel mentecaptus, ſiue aliàs inhabilis ad contrahendum; niſi habeat curatorem, qui expreſsè, vel tacitè conſentiat, vel niſi ita iuſſerit teſtator, Michalor. *de fratr. par. 2. cap. 15. per tot.* Meooch. *lib. 3. præſumpt. 56. n. 6. & ſeqq. ad* 20. Card. Tuſch. *lit. S. concluſ. 281. per tot.* Felic. *de ſociet. cap. 3. num. 29. &c.* vide *in §. Licentia num.* *§. Minor num.* *& §. Pupillus num. infr. num. 15.* Peregrin. *deciſ. 90. num. 1. &c.* Rot. *par. 12. recentior. deciſ. 91. num. 27. & ſeqq. per tot. & par. 18. deciſ. 212.* vbi quòd ſtante iuſſu teſtatoris, ſocietas continuatur etiam cum infante, pupillo, vel minore.

Poteſt tamen ratificari à facto maiore, ita vt participet de omni lucro data origine illius ex pecunijs communibus, vel continuatione negocij per partem inchoati, aliàs non poſſet fieri ratificatio, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 547. n. 3. &c. cap. 714. per tot.* vbi reſpondet obiecto, quod minor non poſſet niſi certò lucrari, quia niſi videat lucroſam ſocietatem non ratificabit, vide *in §. Contractus num.* Montan. *de tut. cap. 30. num. 137. &c.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 56. n. 17. &c.* vbi etiam quòd ſuſtinetur quoad fructus, qui in dies conſumuntur, Magon. *dec. Flor.* Rot. *par. 12. recen. dec. 91. num. 41. &c.*

Quòd ſi teſtator iuſſerit de vna ſocietate, non poſſint plures contrahi, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 832. numer. 24. &c.*

Societas omnium bonorum non inducitur inter fratres 7
non negociantes, vel alter tantùm negociante, Bart. *in l. Titium, §. Altero num. 5. ff. admin. tut.* Ioſeph. Ludouic. *concluſ. 53. coniect. 11.* Carpan. *de Stat. Mediol. par. 2. cap. 483. num. 13.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 56. n. 20. & ſeqq.* vbi tamen aliquibus modis hanc opinionem declarat.

Contrarium illis reprobatis tenere omnes, inquit Michalor. *de fratr. par. 2. cap. 16. per tot.*

Socius omnium bonorum poteſt filias ſuas dotare de bo- 8
nis communibus, Fontanel. *de pactis nupt. tom. 2. clauſ. 5. gloſ. 4. fol. 45.* ita vt non imputetur in partem ſuam, Roland. *conſ. 91. lib. 1.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 643. n. 13. cap. 904. num. 16.* Rot. *Flor. in cauſa de Fortunis* 10. *Maij* 1565. latè Felic. *de ſociet. cap. 26. num. 21. & per tot.* Michalor. *de fratr. par. 2. cap. 28. per tot.* Card. Tuſch. *lit. S. concluſ. 283. num. 15. & ſeqq.* vbi refert etiam plures contrarium tenentes, & pluribus modis declarat, vide Menoch. *lib. 3. præſumpt. 16. num. 6. &c. de arbitr. caſ. 127.* Gratian. *deciſ. 127. in Addit.* Fachin. *contr. iur. lib. 8. cap. 4.* Gabriel. *comm. concl. tit. de iur. dot. lib. 3. concluſ. 2.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 51. num. 9. volum. 3.* latè Boſſ. *de dote cap. 5. §. vltim. per tot. fol. 197. & ſeqq.* Coſta *de fact. ſcient. &c. Diſtinct. 95. centur. 2.*

Contrariam opinionem pluribus citatis ſequitur Cabal. *conſ. 159. num. 3. lib. 1.* vide Boſſ. *loc. cit.* vbi refert diuerſas opiniones, & declarationes, tranſeundo cum dicta prima ſententia, illamque pluribus confirmando.

Socius omnium bonorum acquirens communi nomine, 9
ipſo iure, & ſtatim res acquiſita efficitur communis, ſi verò nomine proprio tenetur iudicio ſocietatis communicare, quod multum refert, nam primo caſu non poteſt amplius ſocijs præiudicare alienando, vel obligando, ſecundo verò caſu poteſt interim antè factam communicationem huiuſmodi rem alienare, & obligare, quod autem ſit præſumendum in dubio quando ſcilicet non conſtat an communi, vel proprio nomine acquiſierit, Crauet. *conſ. 159.* Felic. *de ſociet. cap. 14.* Roman. *conſ. 291. num. 10.* Bart. Iaſ. & alij *in l. ſi ſocius, ff. ſi cert. pet.* Michalor. *de fratr. par. 2. cap. 8. num. 5. etc.* vbi reprehendit Felic. aliter ſentientem in loco citato.

Qualiter ſocij teneantur inuicem communicare lucra, & damna, & quæ, latè Tuſch. *lit. S. concluſ. 287. per tot. cum pluribus ſeqq.* vbi etiam quando præſumantur ex propria, vel ſociali pecunia acquirere.

Quòd ſtante vniuerſali ſocietate omnium bonorum ex natura ipſius ſocietatis non teneantur ſocij inuicem aliquam ſibi reddere rationem, cùm repugnet huiuſmodi ſocietati, vt ſocij conſtituantur debitores, vel creditores inter ſe, Iaſ. *conſ. 2. num. 12. lib. 3.* Menoch. *deciſ. Bonon. 60. num. 7.* Decian. *conſ. 36. num. 35. etc. lib. 1.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 56. num. 4. etc.* vide *in §. Adminiſtrator n. infra num. 28.*

Socij omnium bonorum paciſcentes, quòd altero eo- 10
rum decedente ſuccedat ſuperſtes in omnibus, nihil agunt, cùm dicatur pactum de futura ſucceſſione, & non præiudicet venientibus ab inteſtato, vel ſcriptis in teſtamento: quid ſi huiuſmodi pactum ſit iuratum, & an reuocetur ex cauſa ingratitudinis, vel ſuperuenientia liberorum, Pract. Papp. *Cauſ. ſociet. gloſ. 1. num. 7.* Felic. *de ſociet. cap. 8. num. 27.* vide *in §. Pactum.*

Societas menſæ tacitè inter fratres contrahitur quando poſt mortem patris viuunt in communi ad eundem panem, & vinum, & ad eamdem menſam, ac omnia ad victum neceſſaria ita communicant, vt nulla inter eos habeatur ratio expenſarum menſæ, nec debent omnes fructus communicari, ſed tantùm conſumpti in menſa, alij verò remanent proprijs vniuſcuiuſque, Mantic. *de tacit. et ambig. lib. 6. tit. 2. num. 2. etc.* Michalor. *de fratr. par. 2. cap. 4. per tot.* vide *in §. Fratres num.*

Societas dicitur incidenter contrahi inter ſimul emen- 12
tes, vel conducentes aliquam rem in communi, vel quando legatur, ſiue donatur, vel titulo inſtitutionis aliqua res pluribus relinquitur, & iſti dicuntur potiùs inter ſe conſortes, quàm ſocij habent actionem communi diui-

dun-

dundo, & negociorum geſtorum, non actionem pro ſocio, nec continentur in ſtatuto loquente de ſocijs; diligentia vnius in exigendo ſuam portionem non prodeſt alijs, qui ſi ſimus in his, quæ commodam diuiſionem patiantur non poterunt aduerſus illum quidquam prætendere, licèt portiones ſuas exigere non valeant, iuxta *l. fin. vbi DD. C. depoſit.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 320. *per tot. cap.* 401. *num.* 44. *&c. cap.* 874. *num.* 1. *cap.* 948. *num.* 42. *&c.* vide in §. *Hæres num.* Rot. *par.* 12. *recent. deciſ.* 91. *num.* 21. *& ſeqq.* vbi etiam in emptione communi nomine facta reſultat non ſolum incidens ſocietas vt ſupra, ſed vera, & propria, quando ex coniecturis conſtat de animo illam contrahendi, & quæ ſint huiuſmodi coniecturæ, facit eadem Rot. *d. par.* 12. *deciſ.* 221. *per tot. & deciſ.* 324. *per tot.* Coſta *de ratione rata quæſt.* 121. *per tot.* vbi de pluribus deponentibus, quorum alter ſi ratam ſuam recuperauit, non tenetur illam alijs communicare, etiamſi emergat decoctio depoſitarij, ne induſtria pœnas deſidiæ ſoluat, &c. De ſocietate, & communione an, & in quibus ſint inter ſe ſymbolæ, ſiue ſimiles, & quomodo, ac in quibus differant, & plura ad rem, Albert. Alderil. *tract. de ſymbolic. contract. tit.* 3. *cap.* 1. *per tot. fol.* 245.

23 Societas contracta ex cauſa donationis, vt quia vnus ponit vniuerſa bona, alius nihil, non valet nec producit actionem, *l. ſocietates in fine, ff. pro ſocio,* Pract. Papp. *cauſ. ſociet. gloſ. ad diuidendum n.* 2.

Si tamen donatio præcederet, poſſet validè contrahi ſocietas, Felic. *de ſociet. cap.* 19. *num.* 6. *&c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 768. *n.* 33. *&c.*

Quando ratione inæqualitatis dicatur ſapere vſuram, vel non, Rot. *par.* 2. *diuerſ. deciſ.* 197. *num.* 5. *infra num.*

24 Societas dicitur contracta per illa verba, vel pactum, *di ſtare al bene, & al male,* quia denotant lucrum, & damnum non victum, & habitationem ſimpliciter, Grat. *diſcept. forenſ. cap.* 948. *num.* 30. *&c.* Rot. *par.* 12. *recent. deciſ.* 221. *num.* 3. *& ſeqq.* vbi de ſimilibus clauſulis, *di correre la medeſima fortuna, di ſtare à commodo, & incommodo, & al bene, e male,* quæ ſocietatem important, *& d. par.* 12. *dec.* 324.

25 Societas non poteſt contrahi ab illis, qui ex defectu naturalis ſanitatis carent conſenſu, quales dicuntur muti, & ſurdi, furioſi, ebrij, amentes, ſtulti, fatui, lætitia perciti, irati, mentecapti, lunatici, frenetici, & prodigi, de quibus Felic. *de ſociet. cap.* 7. *per tot. facit ſupra num.* 6.

26 Societas non poteſt ſtare inter patrem, & filium, niſi reſpectu caſtrenſium, vel quaſi, vel etiam aduentitiorum, in quibus patri non quæratur vſusfructus, licet poſſit ſtare cum fratribus, & ideò ſi pater, & filius habeant ſocietatem cum extraneo, qui non ſit in illorum poteſtate, in diuiſione erunt faciendæ tantùm duæ partes æquales reſpectu collationis, quarum vna pertinebit ad extraneum, altera ſimul ad patrem, & filium, qui hoc caſu pro vna tantùm perſona reputantur, Felic. *de ſociet. cap.* 6. *per tot.* Michalor. *par.* 2. *cap.* 35. *n.* 17. *&c.*

Poſſet tamen ſtare & contrahi inter virum, & vxorem tam expreſsè, quàm tacitè ex actibus neceſſariò ad ſocietatem inferentibus, ſed non dicitur probata ex cohabitatione, & operibus præſtitis in apotheca mariti, cùm ad id teneatur ratione matrimonij, & maximè cùm mulier ſine mondualdo non poſſit obligari, Garſiam *tract. de coniugal. acquæſt.* 4. *per tot.* habetur poſt alterum Garſiam *tract. de expenſ. & melioram. fol.* 51. vbi qualiter quæſita conſtante matrimonio, & quæ communicentur inter virum, & vxorem, de qua materia Couar. *lib.* 3. *variar. cap.* 19. *& de matrim. cap.* 7. §. 1. *num.* 6. *& ſeqq.* Gutierez *lib.* 2. *Pract. quæſt.* 64. *&* 95. Ricc. *Collect.* 2121. Tondut. *lib.* 2. *quæſt.* 69. Larrea *dec.* 62. Vela *Differt.* 2. *num.* 67. Carleual. *de iudic. tit.* 3. *Diſput.* 34. *num.* 22. Giurb. *ad Conſuet. Meſſan. cap.* 1. *gloſ.* 6. *cum plurib. ſeqq.* vbi plenè de materia ſocietatis coniugalis, Gam. *deciſ. Luſit.* 220. 320. 357. *&* 358. Perr. Quæſad. & Pilo *contr. iur. cap.* 1. *per tot.* & alij citati à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. p.* 5. *verb. Societas fol.* 628. Magon. *deciſ. Flor.* 65. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 206. *per tot. vol.* 1. vbi quæ inter eos ratione huiuſmodi ſocietatis ſint communicanda, vel non, *& dec.* 209. *dec.* 211. *& dec.* 216. *vol.* 1. vbi qualis communio detur inter coniuges, & quæ inter eos ſint communicanda, *& dec.* 51. *num.* 5. *& ſeqq. vol.* 3. *& ad leg. municip. tit.* 10. *art.* 4. Olea *de ceſſ. iur. tit.* 4. *quæſt.* 8. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi loquitur vigore conſuetudinis, & legum municipalium dictam ſocietatem inter coniuges inducentium, & an ſoluto matrimonio poſſit mulier ſine ceſſione hæredum mariti agere ad medietates lucrorum; Sed iſta apud nos non ſeruantur, vide in §. *Coniuges num.* 9. & latè Zamor. *tract. de compenſat. diſp.* 4. *cap.* 26. §. 1. *per tot.* vbi qualiter attento iure Caſtellæ detur inter coniuges ſocietas, vel communicatio lucri, ac quæſtus, quicquid ſecus ſit de iure communi iuxta veriorem opinionem, licet nonnulli eam admittant, de qua materia plura remiſſiuè Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Vir, vxor n.* 30. *& ſeqq.*

Societas inter dominum, & colonum partiarium dicitur contracta, maximè fructibus à ſolo ſeparatis, & ideò inter illos datur actio pro ſocio, non locati, nec præſcriptis verbis, aut alia, Felic. *de ſociet. cap.* 9. *num.* 61.

Iſta tamen non dicitur propriè ſocietas, & tranſit ad hæredes, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 276. *num.* 60. *&c.*

Societas ad quæſtum contracta, licet dicatur lucri, & quæſtus, cum generi per ſpeciem derogetur, non comprehendit lucra vni tantum obuenientia titulo lucratiuo, etiamſi obuenirent occaſione ſocietatis, niſi principaliter, & illius contemplatione obueniant, ſed tantùm ea, quæ ex opera cuiuſque deſcendunt, vel ex ſolertia, & diligentia, negotio, ſuper quo fuit limitatè contracta, Felic. *de ſociet. cap.* 13. *per tot.* vide in §. *Lucrum num.*

Ex quibus inducatur, vel excludatur ſocietas alicuius negociationis inter fratres, vide Rot. *par.* 14. *recent. dec.* 56. *per tot. ſupra n.* 4.

Societas cum pacto, quod capitale ſit ſaluum, vel opere, non valet, ſed tranſit in mutuum iuxtà Bullam Sixti V. de qua Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 589. *num.* 11. Mantic. *de tacit. lib.* 6. *tit.* 6. Felic. *de ſociet. cap.* 18. *&* 19. Carleual. *de iudic. lib.* 3. *Diſput.* 7. *num.* 15. *& ſeqq. fol.* 101. Leſſ. *de iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 25. *dubit.* 3. *per tot.* latè Griuel. *deciſ. Dolan.* 38. *per tot.* vbi poſt plura hinc inde concludit in contractu ſocidæ animalium, periculum capitalis commune eſſe inter dominum, & paſtorem, vel ſocidam, vt etiam ego probaui in meis *reſol. cap.* 17. *per tot.* vbi an aliquo modo poſſit iuſtificari huiuſmodi pactum, vide Paul. Chriſtin. *dec. Belgic.* 207. *per tot. vol.* 1. *& dec.* 214. *n.* 15. *&c. vol.* 4. vbi ſequitur hanc partem, Borell. *conſ.* 5. *n.* 1. *& ſeqq.* Viui. *dec.* 180. Borgn. *dec.* 13. *num.* 5. *par.* 2. & alios Ricc. *Collect.* 2688. Card. Millin. *dec.* 186. vbi benè declarat, & Bich. *dec.* 191. *num.* 26. vbi ſupponit, niſi adſit iuſta recompenſatio, Conciol. *reſol. crim. verb. Bulla reſol.* 7. vbi quòd dicta Bulla comprehendit tantùm contractus de iure communi prohibitos, addendo nouas pœnas, non autem eos, qui de iure communi ſunt permiſſi vigore aſſecurationis, quicquid nonnulli contrarium ſenſerint, vide Scortiam *in ſelect. Pontif. Conſtit. Epit.* 142. *Theorem.* 364. 365. 366. 367. *&* 368. *fol. mihi* 533. *&c.* 19

An in ſocietate poſſit fieri pactum, vt qui pecuniam confert, abſque ſuo periculo rei, vel animæ aliquid lucrari certè valeat, latè Parlador. *rer. quotid. lib.* 2. *cap.* 2. *per tot.* vbi pro negatiua contra Nauar. & alios, & videtur reprobare contractum, quem trium alij communiter nuncupant ad ſaluandum contrahentes ab vſuris, vt licet poſſit fieri cum tribus perſonis, non tamen inter eoſdem contrahentes; ſed pro validitate, & iuſtitia ſimilis contractus etiam inter ipſos contrahentes multos allegat, & ſequitur Anton. Gob. *Conſult.* 32. *num.* 6. *& ſeqq.* Andreol. *contron.* 282. vbi de pecunijs datis mercatori ad negotiandum cum determinatione certi lucri, vt ſit contractus validus, & licitus, ac debeatur intereſſe conuentum, licet mercator ex ſua culpa non negotiauerit, ad tradita per Leotard. *de vſur. quæſt.* 31. *num.* 52. vbi videas quid probandum, cum Molin. & alijs.

Quòd imò habeat etiam in animalibus datis in ſocidam ad capitale ſaluum, vel ſaltem iuſtificetur per viam tacitæ aſſecurationis, Michalor. *de fratr. par.* 3. *cap. vltimo,* dixi in *reſol. cap.* 17. *per tot.* Conciol. *reſolut. crimin. verb. Bulla reſolut.* 7. *per tot.* vide in §. *Pactum num.* 21. Paul. Chriſtin. *d. dec.* 207. *num.* 12. Ricc. *Collect.* 2688. Garz. Cardin. Millin. *dec.* 186. *et* 201. *per tot.* Bich. *dec.* 191. *num.* 26. vbi quòd merces tacitæ, vel expreſſæ aſſecurationis debet eſſe certa, aliàs vſuraria eſſet conuentio, per quam ſuſcipienti periculum concederetur

retur

retur pars lucri quatenus certam ſummam excederet, ſecùs autem ſi non excedat, iuxtà Ruin. *conſ.* 102. *per tot. lib.* 1. facit Rot. *par.* 16. *recentior. deciſ.* 189. vbi ſequitur Michalorum *loc. cit.* quòd animalia maximum reddere ſolent fructum iudicio peritorum æſtimandum, adde Scortiam *loc. cit.* Coſtam *de ratione rata quæſt.* 118. *per tot.* Albert. Alderiſ. *tract. de ſymbol. contract. tit.* 3. *cap.* 3. vbi plura qualiter ſocietas vulgaris ſit ſymbola, vel ſimilis cum ſocietate animalium, quæ ſocida nuncupatur, & in quænam pacta in ſocidis animalium admittantur, & ſint iuſta, & valida, vel non.

20 Socius ponens operas in ſocietate, altero ponente capitale, ſi capitale fortuito caſu fuerit amiſſum, vel deterioratum, non tenetur ad aliquid *gloſ. in l.* 1. *C. pro ſocio*, Fachin. *contron. iur. lib.* 2. *cap.* 95. Mantic. *de tacit. lib.* 6. *tit.* 6. *num.* 21. Felic. *de ſociet. cap.* 18. *per tot.* Oinot. *in* §. *De illa num.* 6. *Inſtit. de ſociet.* Leſſ. *de Iuſt. & Iure lib.* 2. *cap.* 25. *dub.* 2. *per tot.*

Contrarium autem pluribus alijs hinc inde relatis firmat Michalor *de fratr. par.* 3. *cap. vlt. num.* 13. *& per tot.* vbi reſpondet omnibus argumentis, & rationibus in contrarium facientibus.

Quòd quando induſtria perſonæ correſpondet pecuniæ, prout in dubio præſumitur, ſi finita ſocietate nihil ſuperlucratum fuerit, illa pecunia capitalis diuidi debeat, ne ponens operas illas in totum amiſiſſe dicatur, & ponens capitale nihil, Petr. de Vbald. *tract. de ſociet. par.* 4. *col.* 1. *verſ. ex quo infertur*, Menoch. *de arbitr. caſ.* 125. *num.* 3. vbi latè Card. Tuſch. *litt. S. concl.* 280. *num.* 25. *& ſeqq. & concl.* 295. *per tot.* vbi quando ſocius teneatur ad caſum fortuitum ſocij, vel non, Oinot. *in d.* §. *De illa num.* 5. vbi cum Bald. Caſtr. & alijs contrarium tenet, nempè totam pecuniam ſpectare ad illum, qui contulit, & ſi alter perdidit operas, ipſe perdidit commodum pecuniæ.

Quòd qui poſuit pecuniam illam detrahat, & partem lucri conſequatur in diuiſione, quia capitale, & eius dominium non transfertur in ſocium, ſed tantùm vſus, Pract. Papp. *cauſ. ſociet. gloſ. ad diuidendum num.* 4. Gratian. *diſcept.* 360. *num.* 8. *&c.* Oinot. *loc. cit. infra num.* 40. vide Fachin. *contr. lib.* 2. *cap.* 94. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 207. *num.* 8. *&c. vol.* 1. vbi videtur tranſire cum Vbald. & Menoch. *ſupra cit. & dec.* 51. *num.* 4. *vol.* 3. vbi concludit cum Fachin *loc. cit.* quòd ſcilicet non videatur intentio ſociorum fuiſſe, vt pecuniæ proprietas ſit communicata, ſed tantum illius vſus, & commoditas, Rot. *par.* 17. *recent. dec.* 238. vbi quòd capitale non communicatur ex pacto, nec de iure, ſed reperitur à ponente cum parte lucri, non autem cum fructibus etiam in pactum deductis.

21 Socius vnus, ſi altero abſente vel diſſimulante totam domum communem habitauerit, non tenetur ſoluere penſionem pro rata ſocij abſentis, vel diſſimulantis cum per eum non ſteterit, quin etiam alter habitaret, & ideò cenſetur ſolum habitaſſe pro iure ſuo, Marant. *in l. ſi poteſt num.* 65. *ff. de acquir. hered.* Bald. & Ang. *in l. duos fratres, ff. eod.* Roman. *conſ.* 168. Alex. *conſ.* 44. *lib.* 3. Corn. *conſ.* 147. *vol.* 1. *& conſ.* 112. *vol.* 2. Peregrin. *dec.* 153. *num.* 8. Mohed. *dec.* 13. *de locat. & conduct.* Gratian. *diſcept. forenſ cap.* 486. *num.* 37. Duen. *reg.* 295. *limit.* 1. *per tot.* vbi tenet idem eſſe quoad fundum communem ab vno tantùm ſeminatum, Felic. *de ſociet. cap.* 28. *num.* 63. *&c.* vbi limitat niſi domus eſſet ſolita locari, Caualer. *dec.* 532. *num.* 2. *&c.* vbi quando dicatur ſpoliare ſocium parte ſua, Michalor. *de fratr. par.* 3. *cap* 36. *num.* 25. *& cap* 35. *&* 37. vbi plura de habentibus prædium, domum, vel Caſtrum commune, Matth. Medic. *dec.* 98. *per tot. cum Addit.* Franch. *dec.* 160. *per tot.* Sperel. *deciſ.* 56. *num.* 23. *&c.* Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 35. *num.* 37. *& ſeqq.* vbi pluribus modis limitat, & declarat dictam principalem concluſionem, prout etiam Coſta *de ratione rata quæſt.* 55. *per tot.* Albert. Alderiſ. *tract. de ſymb. contract. tit.* 2. *cap.* 2. *num.* 5. *& ſeqq. fol.* 161.

22 Socius in re communi, inuito altero ſocio nihil facere poteſt, cùm inter eos ſit potior cauſa prohibentis, niſi diſponeret ad vſum deſtinatum, vel niſi eſſemus in fiſco; qui ex priuilegio poteſt ratione partis diſponere de toto, Felic. *de ſociet. cap.* 28. *per tot.* latè Theſ. *deciſ.* 41. *per tot.* Altograd. *conſ.* 100. *num.* 35. *&c. lib.* 1. vbi quando poſſit aperire portam, vel feneſtram in muro communi, & ſimilia facere, Gratian. *deciſ.* 169. *per tot.* Sperel. *deciſ.* 36. *per tot.* vbi ponit regulam, ampliationes, & limitationes, vide in §. *Sepultura num.* §. *Vicinus n.* Ricc. *Collect.* 1158. Tuſch. *litt. S. concl.* 297. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 210. *per tot. vol.* 1. vbi ſequitur Theſ. *d. deciſ.* 41. in omnibus, & per omnia.

Quòd poſſit locare rem communem ſolitam tamen locari, alias ſecùs, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 752. *num.* 8. 20. *etc.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 442. *per tot.* vbi an, & quando ſocius poſſit domum communem inuito altero ſocio locare, & cui, & an, & quando ipſe ſit alijs præferendus, & ſeptem caſus benè diſtinguit, & declarat, vide Tuſch. *litt. S. concl.* 298. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 116. *n.* 13. *et ſeqq. vol.* 3.

Quòd ſocius præferatur in venditione, vel locatione rei communis, ſolito eodem pretio ab alij oblato, Grat. *diſcept. forenſ. cap.* 526. *n.* 3. *cap.* 546. *in princ.* vide in §. *Ius congrui n.* Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 68. *per tot.*

Socius quod poſſit locare rem communem, etiam pro portione ſocijs ignorantis, eſt intelligendum concurrentibus copulatiuè his requiſitis, videlicet, vt locet rem tamquam communem, & communi nomine, non autem proprio, locatio ſit vtilis, res ſit deſtinata, & conſueta locari, locatio ſequens ſit vniformis præcedenti, & præcedens durauerit ſaltem per decem annos, & hoc vt res poſſit dici ſolita locari, Ger. Spin. *conſ.* 36. *num.* 18. *et ſeqq. per tot.* vide in §. *Locatio num.* 3. Pacion. *de locat. et conduct. cap.* 9. *per tot.*

Quòd ſocius non poſſit alienare rem communem non conſentiente conſocio, niſi in actu neceſſario, Merlin. *dec.* 639. *num.* 15. *etc.* vide in §. *Frater num.* 22. *etc.* Præſens tamen, & conſentiens dicitur ipſe vendere, Rot. *par.* 13. *rec. dec.* 377. *n.* 8. *etc.*

An, & quando ſocius, vel conſors poſſit, & quomodo, vel non, rem communem alienare, ſine alter de illa diſponere, latè Hermoſil. *ad leg. partit. tom.* 2. *leg.* 55. *gloſ.* 1. *et ſeqq. fol.* 722.

De ſocio autem expendente in refectione rei communis qualiter poſſet repetere, vel acquirere dominium eiuſdem rei, Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 69. *per tot.* & dixi in §. *Expenſa num.* 9.

Poſſe ſocium in re communi iura dominij exercere, & rem communem locare iure proprio pro ſua portione, & vt procurator reſpectu portionis ſocij, maximè inter fratres, qui etiam iure familiaritatis habent liberam adminiſtrationem bonorum communium, Rot. *par.* 18. *recent. deciſ.* 620. *num.* 13. *et ſeqq.*

Socius conuertendo pecunias ſocietatis in vſus proprios, 23
vel ad alium vſum quam deſtinatum, furtum committit, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 136. *num.* 2. *etc.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 948. *num.* 48. *cap.* 625. *num* 23.

Quòd habens rem communem, & illa vtens, non præſumatur interuertere ius ſocij, ſed ſimpliciter vti iure ſuo, & ideò contra eum non detur actio furti, *text in l. merito, ff. pro ſocio*, Duen. *reg.* 194. *in princ.* vide Sperel. *dec.* 24. *num.* 53. *etc.* dixi in §. *Furtum num.*

Socius contrahens nomine proprio, etiam ad commodum ſocietatis ſolus obligatur ad fauorem contrahentis cum illo, licèt per indirectum etiam alter ſocius non contrahens dicatur obligari, quia ex natura ſocietatis inter ſe ipſos ſocij obligantur, non autem extraneo contrahenti cum vno tantum nomine proprio agente, ita vt nec ſocius, qui non contraxit poſſit agere ex huiuſmodi contractu nomine proprio ab alio celebrato, *l. ſi ſocij ſumus, & l. iure ſocietatis, ff. pro ſocio*, Felic. *de ſociet. cap.* 30. *n.* 2. *&c.* Natt. *conſ.* 567. *num.* 1. *&c.* Michalor. *de fratribus p.* 2. *cap.* 48. *& vlt. per tot.* Tuſch. *litt. S. concl.* 299. vide Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 208. *vol.* 1. vbi quando ſocij communiter obligentur, & vnus alterum obliget.

Intellige prædicta in ſocietate particulari, ſecus in vniuerſali, in qua ſocius contrahens etiam nomine proprio obligat conſocium in ſolidum, & cum hypotheca, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 725. *num.* 4. *cap.* 967. *num.* 35. Staiban. *de intereſſe lib.* 2. *tit.* 8. *quæſt.* 2. *de prædictis*, latè Olea *de ceſſ. iur. tit.* 4. *quæſt.* 8. *num.* 18. *& ſeqq. ad* 35. vbi an, & quando vnus ſocius obligetur ex contractu alterius, vel ei quæratur actio, vt agere poſſit ſine ceſſione, Cabal. *conſ. dec.* 121. *lib.* 2. vbi quòd ſi plures ſint ſocietates diuerſæ, vna non trahitur ad aliam, nec lucrum, vel damnum vnius alteri imputatur; imò neque eadem ſocietas tenetur ad debita ſocij in proprio, quia ſocius repræſentat duas

per-

perſonas, & in non pertinentibus ad ſocietatem habetur pro extraneo.

25 Socius contrahens nomine proprio, ſi ſit tanquam inſtitor præpoſitus ſocietati expreſsè, vel tacitè obligat omnes conſocios, Felic. *de ſociet. cap. 30. num. 15. &c.* latè Michalor. *de fratribus par. 2. cap. 48. num. 13. &c.* vbi ponit plura requiſita, vt quis dicatur inſtitor, *& num. 23. etc.* an obliget illos in ſolidum, vel tantùm pro rata, de quo etiam Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 279. per tot. cap. 725. num. 6. etc. cap. 967. num. 35. etc. deciſ. Pedemontan.* 150. Magon. *deciſ. Luc. 1. num. 24. etc.* Gratian. *dec.* 178. *per tot.* Merlin. *deciſ.* 606. *num. 9. et ſeqq. et dec. 619.* Rot. *par. 10. recent. dec. 151. num. 1. et ſeqq* vbi quòd Inſtitor, vel complementarius obligat in ſolidum præponentes, Sanfelic. *deciſ. 177.* latè Rot. *par. 15. recent. deciſ. 73.* Fontanel. *deciſ. 504. cum pluribus ſeqq.* Hermoſil. *ad leg. Partit. tom. 1. tit. 1. leg. 7. gloſ. 1. etc.* vbi plenè de materia exercitoriæ, & inſtitoriæ actionis.

Intellige dictam concluſionem ſi agatur de contractu, qui ad negocij, vel ſocietatis cauſam omninò referri debeat: ſecus autem ſi agatur de actu indifferenti, qualis eſt mutuum, quod tam ad negocium, quàm ad recipientis perſonam deſeruire poteſt, nam tunc nulla facta expreſſione, cuius nomine geſtum fuerit, magis proprio quam alieno contractum fuiſſe præſumitur, & negocium, vel ſocietas non obligatur, Rot. *par. 13. recen. deciſ. 437. per tot.* Sanfelic. *deciſ. 177. num. 6. &c.* vbi vt obligentur ſocij in ſolidum requiritur, quod pecunia recipiatur mutuo pro negocio, in quo præpoſitus eſt recipiens, vel fuerit ſoluta pro extinguenda communi obligatione, quia tunc intrat vtile negocium, Rot. *par. 17. recent. dec. 64. num. 10.* vbi ad hoc, vt inſtitor obliget dominum plura copulatiuè requiruntur, nempè quòd pecuniam ſuſceperit tanquam præpoſitus, declarauerit accepiſſe pro negocio, quod tunc eſſet opportuna, & illam dans talem opportunitatem ſciuerit, recipientemque fuiſſe à tali domino præpoſitum, vt appareret dicatur de animo habendi obligatum præponentem, quod non fuerit accepta maior quantitas, quam exigeret negotij neceſſitas, ac data fuerit in loco, in quo cauſa propter quam adimpleri potuiſſet, alias præponens non remanet obligatus pro pecunijs ab inſtitutore acceptis.

Quòd obliget conſocios ſolum pro rata, quam habent in ſocietate, niſi contrarium expreſsè appareat *d. dec. Pedemont. 150. num. 6 &c.* cum alijs per Rot. *par. 2. diuerſ. deciſ. 132. num. 5. 11. & 24.* Paul. Chriſtin *dec. Belgic. 165. num. 8. & ſeqq. vol. 1.* vbi tamen quòd qui contraxit, tenetur in ſolidum, ſicut etiam alij, qui adminiſtrant, & ſic concluſio procedere poteſt ſolum quoad ſocios, qui non adminiſtrant, neque contrahunt, *et dec. 208. vol. 1. et dec. 52. vol. 3.* vide Merlin. *dec. 606. n. 9. et ſeqq.* vbi benè declarat, *et dec. 619.*

Inſtitoria tamen non probatur ex ſimplici confeſſione vnius tantùm contra tertium, ſed probari debet quod inſtitor in tali negociatione publicè pro tali ſe geſſit, Genu. *infrà proxime cit. n. 10. et ſeqq.* Franciſ. de Angelis *de confeſſ. lib. 2. quaſt. 62. vbi citat meas reſol. cap. 37. num. 5.*

De hac materia Inſtitoris, an, quando, & quomodo obliget alios præponentes, quis dicatur Inſtitor, & alia notabilia, Genu. *de ſcript. priuat. lib. 4. tit. de lib. rat. Inſtit. per tot fol. 216. & ſeqq. ad 222.* latè Tuſch. *litt. I. concl. 224. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 33. per tot. vol. 3.* Merlin. *d. dec. 606. per tot. & deciſ. 619.* Rot. *par. 10 rec. dec. 151. num. 1. & ſeqq. par. 15. deciſ. 73. par. 17 dec. 64. per tot. & par. 18. dec. 146. & 187.* latè eundem Fontanell. *dec. 504. & ſeqq.* Hermoſil. *loc. ſup. cit.*

Quòd dominus obligetur ex facto Inſtitoris, quem propoſuit, Duran. *dec. 368. num. 34. &c. vide in §. Confeſſio n. 29. §. Dominus num 32.* Rot. *par. 15. recent. deciſ. 73. & par. 17. dec 64. per tot.*

Quòd Inſtitor non poſſit dominum abſentem obligare ex cauſa fideiuſſionis, niſi concurrat ſcientia, & patientia, vel ratificatio ipſius domini, latè Rot. *par. 2. diuerſ. dec. 132. n. 9. & ſeqq.* vide Tuſch. *litt. S. concl. 301. per tot.* vbi quando ſocius fideiubendo obliget ſocium, vel non, Merlin. *d. dec. 606. per tot. & dec. 619.*

Quòd vbi officia ſunt diuerſa vnus officialis non poſſit alterum obligare, vt de Inſtitore, & Campſerio, Duran. *d. dec. 368 n. 36.*

Item probata verſione in vtilitatem ſocietatis contrahens cum vno tantùm ex ſocijs, etiam proprio nomine agente habet alios obligatos per actionem de in rem verſo ſecundum veriorem opinionem, licet alij contrarium ſentiant Gratian. *diſcept. for. cap. 632. num. 6. &c. cap. 279. num. 15. &c.* Staiban. *de Intereſ. lib. 2. tit. 8. quaſt. 2. infra num. 29.* facit Olea *de ceſſ. iur. tit. 4. quaſt. 8. n. 32.* vbi quòd quoties ſocius contrahit iuxtà formam ſocietatis, alter ſocius obligatur, etiam non probata verſione, quæ ſolum eſt probanda à ſocio contrahente ſi velit conſocium ex ſuo contractu habere obligatum, non autem ab extraneo, Rot. *par. 15. recent. deciſ. 73.* vbi quòd verſio probatur eo ipſo quòd appareret ſatisfactum cauſæ, in quam pecunia erat conuertenda, & quoties concomitata eſt negotium, quod erat faciendum, iuncta maximè temporis proximitate.

Socij in rebus ſocialibus per eos promiſcuè geſtis præſumuntur habere mandatum alter ab altero, adinuicemque videntur ſocietati præpoſiti, ita vt in ſolidum obligentur, ne in plures diſtinguatur is, qui cum vno intuitu ſocietatis contraxit, *l. ne in plures, vbi gloſ. & DD. ff. de exercit.* cum alijs per Duran. *dec. 416. n. 2.* Surd. *dec. 213.* Bich. *dec. 224. num 2. & 3.* latè Tuſch. *litt. S. concl. 292. per tot.* Ludouiſ. *dec. 302.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 52. vol 3.* vbi quando vnus obligetur ex contractu alterius, vel non, Merlin. *dec. 606. per tot. & dec. 619.* Rot. *par. 9. recent. dec. 272. num. 18. &c.* vbi quòd licet quoad creditores teneantur in ſolidum, ſecus tamen eſt inter ſe, & quid ſi vnus efficiatur decoctus.

Quòd ſtante ſocietate ſcribens litteras cenſeatur ſcripſiſſe nomine ſociali, Duran. *d. dec. 416. num. 21.*

Si tamen ſocietas erat finita non obligatur ſocius per contractum ſocij, & ſibi imputet contrahens ſi non perquiſiuit conditionem, & qualitatem illius, cum quo contraxit, Caſtr. *in l. 1. §. non autem, ff. de exercit. act.* Dec. & Cagnol. *in l. qui cum alio, ff. de reg. iur.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 88. num. 4.* vide in *§. Contractus num. 17. & num. 46.* Chriſtin. *d. deciſ. 52. num. 2. in fine vol. 3.* latè Rot. *par. 10. recent. dec. 151. num. 4. & ſeqq per tot.* vbi declarat procedere, quando ſocietas erat ab initio limitatè contracta, ſecùs autem ſi ſimpliciter ſine aliqua temporis præfinitione, nam tunc etiam quoquomodo diſſoluta, vel finita ſocietate, obligantur ſocij ex facto alterius, donec proclamare, & notificare fecerint omnibus diſſolutionem, & finem ſocietatis, atque inſtitoris reuocationem, *infra n. 41.*

Quòd ſinguli ſocij pro debitis ſocietatis teneantur in ſolidum tam de iure, quàm ex ſtatuto Curiæ Mercatorum Florentiæ *lib. 2. Rub. 10.* idque procedat non ſolum reſpectu ſortis, & ratæ, quam vnuſquiſque habet in ſocietate, ſed etiam reſpectu aliorum bonorum, quæ vniuſquiſque ex ſocijs habet extra ſocietatem, quando omnes ſimul adminiſtrant, & in quibus caſibus contraria procedant, plenè Ger. Spin *conſ. 9. & 10. per tot.* facit Surd. *dec. 213 per tot.* latè Chriſtin. *deciſ. Belgic. 165. vol 1.* vbi de pluribus ſocijs, quando poſſint in ſolidum conueniri, vel non, Merlin. *deciſ. 606. per tot & dec. 619.* Rot. *par. 13. dec. 320. num. 12. &c.* Ludouiſ. *dec. 302.*

Quòd ſi vnus ex ſocijs ſoluerit, poſſit pro rata agere contra alios conſocios, ad quos negocium æqualiter ſpectat, & damnum debeat eſſe commune, & æquale inter illos, Ludouiſ. *deciſ. 502. per tot.* Rot. *par 15. recent. deciſ. 168.* vbi etiam quando præſumatur de proprio ſoluiſſe, vel de pecunijs ſocietatis, & quæ actio inter eos competat.

Quatenus ſocius poſſit conſocios obligare in ſolidum, in forma Cameræ, & cum omnibus alijs vinculis, & clauſulis, Olea *de ceſſ. iur. tit. 4. quaſt. 8. num. 30. etc.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 279 num. 1. etc.* Bich. *Collect. 1376. et Collect. 1913. et 3600.* quid verò ſtante decoctione, latè idem Gratian. *cap. 391. num. 33. etc. infra n. 34.*

Quòd plures ſocij vnius negotiationis in diuerſis locis morantes cenſeantur ad inuicem præpoſiti, & teneantur quilibet in ſolidum ex contractu alterius, intelligendo quando contrahunt nomine ſocietatis durante ſocietate, in cauſam ſocietatis, & pro rata quam vnuſquiſque habet in ſocietate, & extra hos caſus vnus non tenetur ex facto alterius, vt benè declarat Paul. Chriſtin. *deciſ. 52. n. 2. etc. vol. 3.* vbi etiam quando dicantur ad inuicem præpoſiti, licèt in eodem loco negotiantes, vide Merlin. *deciſ. 606. per tot. & 619*

Socius an poſſit ſine mandato aliorum obligare fundacum, & merces communes ad fauorem vxoris ſuæ, ita vt veniat admittenda in concurſu creditorum fundaci, 27

pul-

pulchrè Gratian. *diſceptat. for. cap. 964. per tot.* vide in §. *Vxor num. 47.*

Quòd ſocius habens duas diuerſas ſocietates reputetur duplex perſona, & non detur compenſatio de vna ad aliam, Ludouiſ. cum Beltram. *dec.* 366. & dixi in §. *Compenſatio num. 1. &c.* facit latè Cabal. *conſ. dec.* 121. *per tot. lib. 2. ſuprà num. 24. in fine.*

28 Socius quilibet tenetur ad ſolidationem computorum, & ante factam huiuſmodi ſolidationem in nihilo poteſt ab alio ſocio conueniri, cùm ſine illa non poſſit cognoſci, an ſit debitor, vel creditor, Rot. *in Nouiſſ. par. 6. deciſ. 13. per tot.* Montan. *de tut. cap. 38. num. 72.* Card. Tuſch. *litt. S. concluſ. 303. & 304. per tot.* Bich. *dec.* 226. vbi tamen quòd executio debiti confeſſati, vel liquidati retardari nequit ſub prætextu non redditæ rationis, vide in §. *Adminiſtrator num. 3. &c.* §. *Obligatio num....* §. *Tutelam num.... ſuprà num. 9. in fine*, Rot. *par. 10. recent. deciſ. 66. num. 15. & ſeqq.* vbi probat omnia prædicta, & quòd tamen ſocius etiam durante ſocietate poteſt ad ſactum conueniri pro redditione rationis non ad effectum diſtrahendi ſocietatem, ſed videndi an rectè ſe gefferit, & gerat in adminiſtratione, vel ſi conferenda conferat, & lucrum communicandi, quia rationes inter ſocios poſſunt quandocumque reuideri ceſſante calumnia, *& par. 13. deciſ. 534. per tot.* Cabal. *conſ. 121. lib. 2.* Rot. *par. 15. recent. dec. 168. num. 16. & ſeqq.* vbi quòd procedit concluſio etiam ſi quis per alium adminiſtrauerit, *& par. 18. deciſ. 343.* vbi quòd inter ſocios non datur via executiua, maximè deficiente obligatione camerali, vel alia executiua, nec vnus poteſt conueniri ad rationem reddendam, niſi ab alijs quoque reddatur, &c.

Vbi ſemel redierit rationem ſufficientem, bona fide, & ſine fraude, & ita conſtet per publicum inſtrumentum, & confeſſionem partium, non poteſt iterum compelli, niſi de manifeſto errore doceatur, Menoch. *de arbitr. caſ. 29. num. 37.* Munoz. *de ratiocin. cap. 41.* Montan. *dict. cap. 38. num. 181. &c.* Bich. *deciſ. 226. num. 4. &c.*

Quòd ſi inter ſocios factæ fuerint duæ ſolidationes, vel ſaldi computorum concernentes diuerſa, & ſeparata negotia, quantumvis vltima ſolidatio ſit generalis non comprehendat præcedentem, nec illam innouet, & ex quibus arguatur diuerſitas, latè Bich. *deciſ. 177. & deciſ. 197. per tot.* in eadem cauſa, vbi fuit confirmata prima deciſio.

Quòd ſocius teneatur exhibere libros tangentes negotia durante ſocietate geſta, etiam illa finita, nec poſſit excuſari, quando tenebatur illos habere, & cuſtodire, niſi probetur amiſſio, & alia, Bich. *dec. 224. num. 11. & ſeqq.* Cabal. *conſ. 121. & ſeqq. lib. 2.*

Et non poteſt ſocius ad inſtantiam ſocij carcerari, cùm inter eos competat priuilegium, ne conueniantur vltrà id, quod facere poſſint, quod procedit non tantùm in ſocijs omnium bonorum, ſed etiam in ſocijs particularibus, ſi occaſione ſocietatis inter eos naſcatur obligatio, Altograd. *conſ. 39. num. 4. &c. num. 14. lib. 1.* Scanarol. *de Viſit. carcer. lib. 3. §. 7. cap. 5. num. 6. &c. fol. 494.* vbi tamen limitat, niſi promiſiſſent integrè ſoluere, vel in forma Cameræ, vel ſi verſentur in dolo, & alijs modis, vide in §. *Frater n.*

De hac concluſione an, & quando ſocios gaudeat, vel non priuilegio, ne conueniatur à ſocio vltrà id, quod facere poſſit, & ſic an valeat ad inſtantiam ſocij carcerari, latè D. Gregor. Roſſignol. *in Nouiſſ. Prax. Theolog. leg. tract. de ſociet. Prænot. 5. cum pluribus ſeqq. fol. 8. &c.* ac per totum dictum tractatum, in quo vniuerſas de ſocietatibus controuerſias benè reſoluit.

29 Socius accipiens pecuniam pro ſuo particulari ſeruitio, non acquirit ex illa quicquam ſocietati; cùm tamen facta ſint potentiora verbis, ſi illam poſuerit in communi negotio efficitur communis, ita vt probata huiuſmodi verſione creditor, qui pecuniam dedit, poſſit contra omnes agere, pulchrè Gratian. *diſcept. for. cap. 632. per tot. ſuprà n. 25. verſ. Item probata.*

Quòd regulariter ſocios particularis non teneatur debita per ſocium contracta, & quando ſecus, latè Tuſch. *litt. S. concluſ. 296. per tot.*

Socius ſimplex, & non omnium bonorum aliquid communi nomine acquirens de pertinentibus ad ſocietatem ipſo iure efficitur commune, ſi verò ſit quid extra ſocietatem opus eſt ratificatione aliorum; ſed ſi acquirat proprio nomine tenetur iudicio ſocietatis communicare ſi pertineat ad ſocietatem, ſi verò eſt extra ſocietatem, & de proprijs pecunijs, vel etiam communibus non tenetur communicare, ſed tantùm ad reſtitutionem pretij communis, Crauett. *conſil. 13. num. 13.* Michalor. *de Fratr. part. 2. capit. 8. num. 7. &c. num. 25. &c.* vide in §. *Frater num....* Paul. Chriſtin. *deciſ. 211. vol. 1.* Rot *part. 9. recent. deciſ. 227. num. 4. &c.* vbi tamen quòd in ſocietate omnium bonorum, quicquid vnus acquirit etiam nomine proprio, alijs communicare tenetur, & latiùs in eadem cauſa *d. part. 9. deciſ. 247. nu. 1. & ſeqq.*

Quòd ſocius debeat laborare pro ſocio, & credita à debitore fallito exacta illi participare, Franch. *deciſ. 635.*

Quòd ſocius emens communi nomine, in dubio præſumatur pretium de proprio ſoluiſſe, Boer. *deciſ. 23.* Crauett. *conſ. 129.* Alex. *conſ. 49. col. pen. vol. 1.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 51. num. 1. vol. 2.* vbi ampliat etiamſi ſit ſocius omnium bonorum alicuius.

Socius non poteſt alteri ſocio abſenti ſtipulari, & acquirere, ſed ſi fuerit ſtipulatus ratione iuris non decreſcendi ſibi in totum acquirit, *l. proprium ff. com. prad.* Felic. *de ſociet. cap. 30. num. 42.* Olea *de ceſſ. iur. tit. 4. quæſt. 9 per tot.* vbi an, & qualiter ex contractu procuratoris, vel inſtitoris, ſiue obligatione inter alios ad noſtrum commodum inita competat nobis actio ſine ceſſione, vel ſit neceſſaria ceſſio, vide in §. *Actio n. 11.* 31

Quòd non poſſit nouare, vel facere pactum de non petendo in præiudicium conſocij, Gratian. *diſceptat. 401. num. 46. &c.*

Socij plures in locando, vel conducendo an poſſint pro penſione agere, vel conueniri inſolidum, ſiue pro rata, vide in §. *Conductor num. 37.* Gratian. *diſceptat. forenſ. capit. 547. num. 23. &c.* vbi etiam an ſocius aſſumptus in locum alterius habeatur pro ſocio, quoad omnes, vel tantùm reſpectu aſſumentis, & an requiratur conſenſus locatoris. 32

Quòd ſocius ſocij mei, non dicatur mihi ſocius, Card. Tuſch. *litt. S. concl. 314.*

Socius tenetur verſus ſocium de dolo, ita vt cùm ſit contra ſocietatis naturam, non poſſit remitti, etiam cum iuramento, imò aduerſus ſocium doloſum datur etiam iuramentum in litem, ſi iurans ſit benè informatus, cùm agatur de iudicio bonæ fidei, Felic. *de ſociet. c. 20. per tot.* Tuſch. *litt. S. concl. 293. per tot.* 33

Item tenetur etiam de lata, & leui culpa, quæ pariter non poteſt remitti, & interdum de leuiſſima præter naturam ſocietatis, vt quando fuit ita conuentum, vel in rebus proprijs erat diligentiſſimus, vel ſi ſuſceperit cuſtodiam rei, data ſibi aliqua compenſatione, Bart. *conſil. 193.* Tuſch. *d. concluſ. 293.* Felic. *de ſocietat. capit. 21* Michalor. *de Fratr. part. 2. c. 46. & 47. per tot.* vbi in aliquibus diſcordat à Felicio, facit quod dixi in §. *Animalia nu...* Oinot. & alij in §. *fin. Inſtit. de ſociet.* Alex. Trombett. *tract. de ſociet. c. 4. per tot.*

An teneatur de caſu fortuito, Tuſch. *litt. S. concl. 295. per tot.* dixi *ſuprà nu. 20.*

Qualiter autem culpa ſocij poſſit probari, Felic. *d. c. 21. n. 32. &c.* cum alijs citatis.

Et qualiter poſſit excuſari idem Felic. *cap. 22. per tot.* vbi quòd quælibet cauſa excuſat, vt quando ſocius fecit ea, quæ ſolita, & conſueta ſunt, vtitur ad vſum deſtinatum, vel ſi propter ſuam impoſſibilitatem non potuit euadere, & alia vt ibi per eum.

Socius, qui adminiſtrauit ſocietatem debet priùs conueniri, & excuti antequam ad alios deueniatur, *l. actione §. ſi communes, ff. pro ſocio*, Crauett. *conſ. 443. num. 6 lib. 3.* Felic. *de ſociet. cap. 31. nu. 26.* facit quod dixi in §. *Tutela num.... ſuprà num....* 34

Socius imponens cenſum ſuper re communi ſi portio ſua non ſit capax, an videatur pro fundo ſubiugare etiam partem alterius ſocij, qui non interfuit contractui, dixi in § *Cenſus num....* §. *Hypotheca num....* & §. *Frater num....* 35

Socius itineris ſi aliquid inueniat in itinere non tenetur alijs communicare, Petr. de Vbald. *tract. de Fratr. par. 5. n. 9.* Felic. *de ſociet. cap. 12. nu. 25.* 36

An autem probet pro ſocio, vide D. Folu. Maioran. *in Opoprax. crim. lib. 2. cap. 8. num. 146. & 147. fol. 230. infrà num. 55.*

Socius, qui, alijs diſcordantibus vbi vendi debeant 37

merces,

merces, illas tranſportauit Venetias, vel alibi, facit ſuo periculo tantùm, & tenetur cæteris ad intereſſe, quod prouenire potuiſſet, ſi in regione ſua venditæ fuiſſent, non autem tenetur communicare lucrum Venetijs factum, Felic. *de ſociet. cap.* 16. *num.* 7. facit Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*243. *num.*44. Oinot. & alij in §. *illud expeditum Inſtitut. de ſociet.*

38 Socius vnus, qui cum altero conuenit, aut ponat verbi gratia in ſocietate tria millia, & ipſe operam, cum pacto, quòd duæ partes lucri pertineant ad ponentem capitale, & tertia ad ponentem operam, poteſt agere ad intereſſe contra dictum promittentem ponere tria millia, ſi mille tantùm poſuit, quia non ob id ceſſat pactum circa diuiſionem lucri, Felic. *de ſociet. cap.*15. *num.*81. *&c.* Menoch. *de arbitr. caſ.*125. *num.*4.

39 Socius videns conſocium ponere res malas in ſocietate debet proteſtare, & contradicere, alias tacendo videtur illas tamquam bonas approbare, Afflict. *deciſ.* 58. *num.* 2. Felic. *d. cap.*15. *num.*85.

40 Socij qualiter inter ſe diuidere debeant lucrum, & damnum, dic quòd ſi nihil inter eos eſt conuentum circa huiuſmodi diuiſionem, partes debent eſſe æquales cæteris paribus, vel æquales reſpectiuè, ad id, quod vnuſquiſque contulit in ſocietate, nam qui plus contulit, plus pro rata conſequi debet, & qui minus contulit, minus participat, cùm partes dicantur æquales reſpectu ſortis; ſi verò fuit conuentum, regulariter debet ſeruari pactum, & conuentio facta de lucro intelligitur etiam de damno, vel è contra, Oinot. & alij in § *de illa Inſtit. de ſociet.* Gayl. *lib.* 2. *obſeru.* 34. Menoch. *de arbitr. caſ.* 125. *per tot.* Gratian. *diſcept.* 622. *per tot. &* 768. *num.* 5. *&c.* vide in §. *Pactum num.* *ſuprà num.*20. Tuſch. *littera S. concluſ.*585. *per tot.* Rot. *par.* 18. *recent. dec.*484. vbi etiam qualiter creditores vnius ex ſocijs nullum ius habeant in portione alterius ſocij, nec poſſint plus prætendere, quam illud capitale, quod ſuus debitor ab initio poſuit in ſocietate, &c. *par.* 19. *deciſ.* 91. *in eadem cauſa*, vbi quòd ſicuti non permittitur ſocio poſt obligatum negotium ſuis creditoribus, illis præiudicare per aſſumptionem noui ſocij, ita nec iuſtitia patitur, quòd ex nouis mercibus ære proprio à nouo ſocio emptis, & in ſocietatem collatis, dicti creditores cum illius iactura locupletentur, & ideò nouum ſocium pro mercibus ſuis in negotium immiſſis, cæteris præferendum eſſe reſoluitur, *& deciſ.* 175. *per tot. in eadem cauſa d. par.* 19.

41 Societas finitur pluribus modis. Primò morte naturali, vel ciuili vnius ex ſocijs, etiam inter ſuperſtites, & quamuis eſſet contracta in ſolidum, & cum iuramento, ita vt ſi continuetur inter ſuperſtites, dicatur noua ſocietas, quia in ſocietate cenſetur electa induſtria perſonæ, ideò non tranſit ad hæredes, & ſi tranſiret, tolleret liberam teſtandi facultatem, nec per pactum etiam iuratum poteſt ad hæredes tranſire, niſi eſſet ſocietas rerum publicarum, Capyc. *deciſ.* 174. *per tot.* Felic. *de ſociet. cap.* 32. Michalor. *de fratr. p.* 1. *cap.*40. Gratian. *diſcept. for. cap.*71. *num.* 14. *cap.* 276. *per tot. cap.* 547. *num.* 36. *&c. cap.* 852. *num.* 1. *&c.* Magon. *deciſ. Flor.* 1. *in princip. & per tot.* Sperel. *deciſ.* 91. *n.* 2. *& ſeqq. num.* 57. *&* 58. Oinot. in §. *Soluitur, Inſtit. de ſociet.* vbi videtur etiam limitare ſi mors ab alijs ignoretur, vel ſi fuerit expreſsè contracta pro ſe, & hæredibus cum iuramento, vel ſi cautum ſit vt vno decedente durare debeat inter ſuperſtites, ac emolumentum omne, & damnum ſocietatis, actionemque pro ſocio ad hæredes tranſire, iuxta *text. in l. verum* 63. §. *in hæredem* 8. *ff. eod.* vide Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 306. *num.* 1. *& ſeqq. ad* 21. Ricc. *Collect.* 398. latè Pacion. *de locat. cap.* 61. *num.* 7. *& ſeqq. ad* 38. vbi quid ſi cum ſocietate ſit vnita locatio, & conductio, quæ de ſui natura tranſit ad hæredes, an tunc duret etiam ſocietas, vel cum ea finiatur locatio, facit quod dixi in §. *Conductio num.* 49. Rot. *par.* 12. *recent. deciſ.* 91. *num.* 37. *&c.* vbi quòd licèt diſſoluatur per mortem vnius, tamen volentibus partibus poteſt continuari, etiam cum pupillis, *& par.* 13. *deciſ.* 23. *&* 533. vbi de manutentione hæredis ex actis poſſeſſorijs ab ipſo hærede poſt mortem factis, & maximè vbi induſtria perſonæ defuncti non fuit à ſocijs electa, Rot. *par.* 14. *deciſ.* 4. *per tot.* vbi quòd ſoluitur morte vnius, nec poteſt tranſire ad hæredes ex pacto, etiam iurato iuxta veriorem opinionem, niſi agatur de ſocietate priuilegiata vectigalium, vt ſupra, ex pacto tamen poſſe inter ſuperſtites durare; de qua materia plenè Rot. per Farinac. *par.* 1. *tom.* 1. *dec.*279. *per tot.* vbi quòd etiam finita ſocietate per mortem vnius ex ſocijs in conductione vectigalium, tamen omne emolumentum, & damnum tranſit ad hæredes mortui pro toto tempore conductionis, etiam ſi hæres ſolus poſtea reconduxerit à Principe, quia non poteſt alijs præiudicare, vt ibidem benè declarat. Ac ferè idem eſſe in alijs ſocijs, quia negotia cœpta a defuncto tranſeunt ad hæredes, qui licèt non ſint ſocij, ſunt tamen ſucceſſores commodi, & incommodi in ijs rebus, quæ erant communes durante ſocietate, ſiue contingat ante, ſiue poſt mortem ſocij, nam mors non diſtrahit commercia præterita, benè Rot. *par.*16. *recent. deciſ.*169. *num.* 26. *& ſeq.* & facit *pars.* 17. *deciſ.* 169. *num.* 41. *& ſeqq. infra num.* 44. *& par.* 18. *deciſ.* 212. vbi de iuſſu teſtatoris, *& deciſ.* 303.

An autem ius ſocietatis poſſit alteri extraneo cedi, & admiſſa ceſſione, an ſocietas duret tantùm per vitam cedentis, vel ceſſionarij, Olea *de ceſſ. iur. tit.* 3. *quæſt.* 5. *per tot.* vbi quòd non poteſt cedi, neque ex donatione, venditione, aliove titulo transferri inuitis alijs ſocijs, quia in ſocietate eligitur induſtria perſonæ; illis autem conſentientibus ſuſtinetur ceſſio tamquam noua conuentio, & extinguitur per mortem cedentis ſecundum opinionem Farinac. *conſ. crimin.* 15. *num.* 91. licèt verior ſit contraria opinio, extingui per mortem ceſſionarij, & non cedentis cùm ſit noua conuentio, & cedens non ſit amplius ſocius, & alia quando ſocietas ſoluatur morte, vel non.

Secundò finitur voluntariè per expreſſam renunciationem factam alijs ſocijs præſentibus, & intelligentibus ſine dolo, tempeſtiuè, & finito tempore quando eſſet ad certum tempus contracta; vel etiam tacitè quando fuit lapſum tempus præfixum, vel per actus ſocietati contrarios; non tamen ſoluitur inter omnes, ſi vnus tantùm velit agnoſcere partem ſuam, Michalor. *de fratr par.* 2. *cap.*36. *per tot.* Felic. *de ſociet. cap.* 35. *num.* 4. Mañcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1310. Gratian. *diſcept. for. cap.*697. *num.* 1. *&c.* Oinot. in §. *Manet autem, Inſtit. de ſociet.* Tuſch. *d. concl.* 306. *num.* 12. *&c.* Merlin. *dec.* 251. facit quod dixi in §. *Contractus num.*50. Rot. *par.*15. *recent. dec.*233. *& par.* 16. *dec.* 372. vbi qualiter ſocius, qui intempeſtiuè ſocietatem ſoluit ſocium à ſe liberet, non autem ipſe à ſocio liberetur, ac ideò à die diſſolutionis omne damnum patiatur, licet lucrum remaneat commune, & alia ad rem.

Poſſet tamen etiam ante tempus diſſolui ob nimiam ſocij ſæuitiam arbitrio iudicis æſtimandam, Menoch. *de arbitr. caſ.*138. *num.*8. Oinot. *loc. cit. num.* 3. *in fine*.

Tertiò finitur ſocietas peremptione, vel interitu rei, ſuper qua fuerat contracta, non autem ex ſola diminutione; ſicut etiam finiret finito negotio, vel publicatis bonis, vel ſi ſocius fuerit bannitus, vel decoxerit cum ceſſione bonorum, vel declaratione quòd ſint falliti, Michalor. *de fratr. par.* 1. *cap.* 38. Felic. *de ſociet. cap.* 34. *num.* 1. *&c.* Oinot. in §. *Soluitur num.* 3. *&c. Inſtitut. de ſociet.* Tuſch. *d. concluſ.* 306. *per tot.* vbi plura Pract. Papp. *cauſ. ſociet. gloſſ. ad diuidendum num.* 3. vbi quòd deperdita pecunia, quam vnus poſuit, altero ponente operas, dicitur interitu rei finita ſocietas, nec eſt ſubroganda alia tantumdem pecunia de communi, vel ab eo, qui priùs poſuerat.

Quòd finiatur ſocietas per decoctionem cum ceſſione bonorum vnius ex ſocijs habentis intereſſe in aliqua apotheca, cuius tamen ſocij non tenentur concurrere cum alijs creditoribus decocti, ſed fit diuiſio, vnuſquiſque accipit ſuam partem ſolutis omnibus debitis illius apothecæ, & pars contingens decocto ſpectat ad illius creditores, ita vt in illa poſſit dari compenſatio, vt declarat Magon. *deciſ. Luc.* 1. *num.* 31. *&c.* dixi *in reſolut. cap.* vide in §. *Compenſatio num.* *&* §. *Mercator num.* Felic. *de ſociet. cap.* 34. *num.* 36. *& ſeqq.* Caualer. *deciſ.* 653. *num.* 4. Rot. *par.* 13. *recent. deciſ.*123. *num.* 6. *& ſeqq.* vbi qualiter ſit concludenter probanda decoctio.

Quòd imò ſola decoctione vnius ex ſocijs non ſoluatur ſocietas, Cabal. *reſol. crimin. caſ.* 105. *num.* 15. intellige vbi non ſubſequitur ceſſio bonorum, & vide Franch. *deciſ.* 249. vbi quòd etiam finita ſocietate debetur lucrum præparatum hæredibus ſocij.

Qua-

Qualiter etiam diſſoluatur ſocietas per epiſtolam circularem ab vno ex ſocijs mercatoribus conſcriptam; illam tamen diſſoluens intempeſtiuè, & ante tempus finitum, ſocium quidem à ſe reddit immunem, non autem ſe ipſum à ſocio, ita vt damnum ſucceſſiuè contingens diſſoluentis ſolummodò periculo cedat, *l. actione 66. §. diximus ff. pro ſocio*, Michalor. *de fratr. part.2. cap.36. num.16. & 18.* cum alijs per Rot. *part.13. recent. deciſ.123. per tot.* vbi de ſocietate frumenti, quæ ante illius diſtractionem diſſolui nequit, vt tradit Decian. *conſ.96. num.41. &c. lib.2.* adde Rot. *part.15. deciſ.233. per tot. & part.19. deciſ.93. per tot.* vbi quid ſi epiſtola circularis contineat tantùm mutationem miniſtri, vel ſit conditionalis non operatur finem ſocietatis.

An autem finita ſocietate ſit neceſſe finem, & diſſolutionem publicare, ne amplius vnus teneatur ex facto alterius, dic quòd ſi ab initio fuit limitatè contracta omnibus ſcientibus, tranſacto tempore non eſt opus alia notificatione; ſecus verò ſi ſimpliciter fuerit contracta, nam quoquo modo diſſoluatur debet notificari diſſolutio, aliàs notificatione non facta obligantur, vt latè probat Rot. *part.10. recent. deciſ.151. per tot.* vide *ſupra num.26.*

An ſocietas officij in totum diſſoluatur per receptionem partis ſortis principalis, Saluſt. Tiber. *in Prax. lib.1. cap.17. num.3.* Pacific. de Saluian. *inſpect.4. cap.1. num.75.* Felic. *de ſociet. cap.34. n.44.* Merlin. *deciſ.69. per tot. & deciſ.290.* vbi an per obitum, *& deciſ.298.*

Quæ requirantur in ſocietate officij, vt validè dicatur inita, Merlin. *deciſ.204. per tot. & deciſ.259. per tot. deciſ.306.* & alia de hac materia Rot. *part.11. recent. deciſ.289. per tot. deciſ.343.* vide in §. *Officia*, Ludouiſ. *deciſ.167.* Rot. *part.18. recent. deciſ.451.* vbi quod ſocietas officij contrahi poteſt ſine numeratione pecuniæ, etiam ex credito, vel ex fructibus debitis, & non ſolutis, & alia, Rot. *d. part.18. deciſ.548. per tot.* vbi an, & quomodo poſſit contrahi à filiofamilia.

Qua autem forma, & quibus ſeruatis ſit facienda diſdicta ſocietatis officij, Rot. *d. part.18. deciſ.588. per tot.*

42 Societatis in diuiſione habenda eſt ratio auiamenti apothecæ, quod æſtimari debet certo pretio arbitrio iudicis, vel periti, ſicut etiam ſignum mercatoris, Gratian. *diſcept. for. cap.547. num.17. &c.*

43 Societatis diuiſio, licèt non præſumatur, tamen ſecùs eſt vbi longo tempore fratres ſeparatim habitarunt, poſſidendo ſinguli partem ſuam, onera, & emolumenta, pro ea parte tantùm ſubeundo, niſi partes eſſent multum inæquales, vel quando cœperunt ſeparatim negotiari, ſiue bona in cataſtro ſeparatim deſcribere, Menoch. *lib.3. præſumpt.60. per tot.* vide in §. *Diuiſio num.*

44 Societas poſtquam fuerit finita, poteſt iterum renouari expreſsè, & tacitè per nouos actus, ſociales, qui ſufficiant ad illam de nouo inducendam, vt ſi capitale adhuc remaneret in communi, Michalor. *de fratr. part.2. cap.41. 42. &c. per tot.* Menoch. *lib.3. præſumpt.57. per tot.* Gratian. *diſcept. for. cap.336. per tot. cap.697. num.12. &c.* Tuſch. *litt. S. concl.308.* Merlin. *deciſ.251.* Maſcard. *de probat. vol.3. concluſ.1310.* vbi quomodo ſocietas finita, ac renouata probetur, Rot. *part.17. recent. deciſ.169. num.31. & ſeqq.* vbi quando dicatur eadem ſocietas continuata, vel renouata, ex quibus cognoſcatur, & quid importet, dixi in §. *Bona num.33. cum Addit.*

Quando autem non præſumatur renouata, idem Michalor. *loc. cit. cap.44. per tot.* & ex quibus arguatur renouatio, & diuerſitas ſocietatis, ita non dicatur eadem, ſed diuerſa ſocietas, etiam ſi teſtator inſſerit illam continuari, Rot. *d. part.17. deciſ.169. num.33. & ſeqq.*

45 Socius etiam finita ſocietate poteſt ſociali nomine agere pro conſummatione inchoatorũ pendente ſocietate, *l. nam & ſeruus §. Si vno ff. de negot. geſt. l. Titium §. Alterum de admin. tut.* Intelligendo de ijs, quæ ita ſunt connexa, vt poſterior actus alteri priori cohæreat, aliàs ſecus, nam finita ſocietate, ceſſat inter ſocios mandatum, cuius vigore illa durante, poterat vnus agere in ſolidum contra debitores ſocietatis, quod facere non poteſt, niſi pro parte ſua, illa finita Magon. *deciſ. Flor.57. n.12. & n.39. & ſeqq.* vide in §. *Solutio n.32.*

Quòd etiam ſocietate diſſoluta, remanentia credita ab vno ex ſocijs exacta, debeant alijs communicari, an vnus poſſit in ſolidum exigere, vel pro ſua rata tantùm, & alia, Rot. *part.12. recent. deciſ.221. per tot.* Bich. *deciſ.224.* vbi de ſolidatione computorum facta ab vno ex ſocijs poſt diſſolutam ſocietatem quando afficiat, & obliget alios ſocios, vel non.

Societas in re turpi, & fœda contrahi, nec conſiſtere poteſt, ideò non valet inter latrones, neque inter vſurarios, & generaliter in omnibus malè acquiſitis non ſubſiſtit, nec actionem producit, etiam ſi eſſet generalis omnium bonorum, *l. quod autem ff. pro ſocio*, Bald. *conſ.68. in fine lib.2.* Roman. *conſ.106. & 168.* cum alijs Card. Tuſch. *litt. S. concl.309. per tot.* 46

An autem, & quomodo teneatur ſocius ciuiliter ex delicto ſocij, & poſſit conueniri non excuſſo delinquente; debeat tamen conſeruari indemnis tamquam fideiuſſor ab ipſo delinquente, idem Card. Tuſch. *litt. S. concl.294. per tot.* vbi etiam quòd ſi ſocius capiatur à latronibus, vel condemnetur ob delictum occaſione ſocietatis, tenentur alij contribuere, niſi ipſius culpa tantùm procedat, Bald. *conſ.412. lib.3.* Regulariter autem ſocius delinquens debet ſoluere de proprio, etiam ſi deliquerit pro vtilitate ſocietatis, quia ad hoc non habet mandatum, Ang. Aret. *conſ.105.* cum alijs per Tuſch. *loc. cit.* Lenocill. *deciſ. Ferr.40. num.6.* vide in §. *Tutela num.55.* §. *Promiſſio num.7.* & §. *Delinquens num.9.* & §. *Homicidium num.10. in fine.*

Quando ſocius teneatur ad caſum fortuitum ſocij, vel ad debita, ſiue non, idem Tuſch. *concl.295. & 296. per tot.*

Si plures cooperentur ad idem damnum, vel furtum, ſiue aliud delictum, & vnus ſoluerit totum, an poſſit ab alijs accipere recompenſam, & alia plura ad rem, Zamoran. *tract. de compenſat. diſp.5. cap.16. per tot.*

Socius criminis de ſe confeſſus, vel legitimè conuictus regulariter non poteſt interrogari de ſocijs, exceptis quibuſdam caſibus, vt in crimine læſæ maieſtatis diuinæ, & humanæ conſpirationis, ſacrilegij, ſimoniæ, aſſaſſinij, maleficij, falſæ monetæ, lenocinij, partus ſuppoſiti, teſtis corrupti, & in ſimilibus, quæ ſine ſocijs committi non ſolent, intelligendo ſemper dummodò aliquæ extent præſumptiones, vel indicia, & interrogatio ſit generalis, non autem ſuggeſtiua, nec particularis, niſi adeſſet præſumptio contra certam perſonam, Boſſ. *de indic. num.144. &c.* Clar. §. *fin. quæſt.21. num.4. &c.* Menoch. *de arbitr. caſ.474. num.15. &c. ad 41.* Sanfelic. *deciſ.382.* Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.315. num.1. & ſeqq.* Conciol. *reſol. crimin. verb. reus reſolut.10. per tot.* vbi etiam quid ſeruetur de conſuetudine, Anton. de Ballis *tract. var. lib.2. quæſt.15.* idem Conciol. *verb. Socius reſolut.1. per tot.* Farinac. *quæſt.43. per tot.* Guaz. *deff.30. cap.32. per tot.* Maſcard. *de probat. concluſ.1311. per tot.* Aluarez de Velaſch. *tract. de ind. perfect. Rub.14. annot.45. num.68. & ſeqq.* vbi quando poſſit interrogari, & reſpondere teneatur, vel non ſub pœna peccati mortalis, & reſtitutionis damnorum, tam quoad eum, quàm quoad iudicem interrogantem indebitè, vel omittentem, quid in alijs teſtibus, & alia de quibus dixi in *Compendio de qualit. indic. perfect. cap.19. verſ. Iudex etiam, & ſeqq. num.83. &c. & in §. Confeſſio num.53.* 47

Socius criminis, vt aliquam fidem faciat contra ſocium, plura requirantur; primò, quòd nominatio fiat in tortura; ſecundò, quòd fuerit in genere interrogatus, aliàs eſſet ſuggeſtio; tertiò, quòd aliàs ſit bonæ conditionis, & famæ, & non inimicus nominati; quartò, quòd ad iudicis interrogationem, & non vltroneè ſua ſpontè nominauerit ſecundum aliquos; quintò, quòd dicat veriſimilia; ſextò, quòd deponat medio iuramento, vel iuxta fori praxim, latè Menoch. *de arbitr. d. caſ.474. num.50. & ſeqq. ad 64.* vbi etiam an requiratur quòd veritas aliter probari non poſſit, *& num.68.* quòd ita interpretari debet ſtatutum permittens interrogare de ſocijs, vt ita demum procedat, ſi dicta requiſita concurrant, operari tamen, vt ſit licita interrogatio etiam in caſibus aliàs à iure communi non permiſſis, vt aliquid vltra ius commune operetur, vide Tuſch. Farinac. *& alios ſupracitatos*, Cartar. *de interrog. rei lib.4. cap.1. num.85. & ſeqq.* vbi quòd quicquid ſit de iure, hodie ex conſuetudine interrogantur rei in omni caſu, hancque conſuetudinem ferè vbique extare, (de qua ego nihil audeo firmare) idemque aſſerit ſtante ſtatuto, de quo ſupra, ſequitur Addit. ad Sanfelic. *deciſ.382.* Conciol. *reſolut. crimin. verb. So-* 48

eius reſolut.2. per tot. Maſcard. *de probat. vol.3. concluſ.* 1311. Caren. *de Offic. S. Inquiſit. part.3.tit.*10. § 8. vbi plura de dicto ſocij criminis quando afficiat, vel non ſocios nominatos.

49 Socius criminis, vt faciat indicium, vel probationem (iuxta inferiùs dicenda) contra ſocium debet prius eſſe quoad ſe confeſſus, vel legitimè conuictus, & anteà etiam non ſolent interrogari per ea, quæ dixi in §. *Confeſſio num.* 53. *&c.* §. *Mandatum num.* ... *& in Pract.* §. *Sicarij n.*15. Tuſch. *litt. S. concl.*315. *num.*20. Clar. *quæſt.*64. *num.*45. Gramat. *deciſ.*34. *num.*33. *&c.*

Nam ſi quis ſocius deponat contra ſocium ſpe impunitatis, ſiue ſponte ſe offerat, ſiue iuſſus, à fiſco oblata impunitate, non probat, cum dicatur corruptus ex dicta promiſſione, ita vt iuncto hoc defectu cum alio reſultante ex ſocietate in crimine perpetrato, nullam fidem, nec probationem faciat, Farinac. *quæſt.*43. *num.*192. Cyriac. *contr.* 458. *num.*67. *&c.* Caren. *de Offic. Sacr. Inquiſit. part.3. tit.* 10. *de indic. & tort. art.*8. *num.*55. Conciol. *verb. Socius reſol.*2. *num.*18. *& verb. Teſtium Miſcellanea reſol.*4. vbi idem in alijs teſtibus, Baron. *de cat. tom.*2. *ſing.*42. *num.*6. Bardellon. *conſ.*74. *num.*12. *lib.*1. Anton. de Ballis *tract. var. lib.*1. *quæſt.*26. *num.*62. *& ſeqq.* vbi plura de ſocio criminis deponente cum impunitate, vel præmio, an & quando probet, vel non; quid ſi fuerit diſpenſatus à Principe, vt admittatur non obſtante infamia, quod Princeps facere poteſt; an hoc expediat iuſtitiæ, & alia ad rem vide in §. *Teſtis num.*87.

Quòd, quicquid ſit de iure, omnes teſtes etiam ſocij criminis de conſuetudine admittantur cum tortura, etiam ſi mille paterentur defectus, (quod eſt magnum verbum) alias rarò dictum ſocij criminis indicium faceret, cùm vix reperiantur ſocij criminis, qui pluribus defectibus non ſint notati, & ſic delicta remanerent impunita, dummodò quando ſunt magis infames, maiori afficiantur tortura, Baiard. ad Clar. §. *fin. quæſt.*24. *num.*128. *in fine*, & dixi ego in §. *Tortura num.*14. *in fine*, ſequitur Ricc. *deciſ.* 149. *part.*3. Farinac. *quæſt.*43. *num.*184. *verſ. niſi forſan*, D. Fului Maioran. *in Opoprax. crim. lib.*2. *cap.*8. *num.*106. *fol.*222. Hieron. Cala *tract. de Praemin. M. C. V. cap.*42. *num.*11.

An autem ſocius aggratiatus de delicto poſſit de ſocijs, & complicibus interrogari, dic quòd non, quando agitur de ſocio ſimpliciter aggratiato; ſecus autem in eo, qui ſub ſpe impunitatis fateretur delictum, nam huiuſmodi impunitus non dicitur propriè aggratiatus, neque reſtitutus, ſed diſpenſatus, ac ideò non ſolùm interrogari poteſt de ſocijs, & complicibus, imò debet, ac vlterius torqueri ad purgandam maculam, & ad afficiendos ſocios nominatos, ad tradita per Franch. *deciſ.*459. Cabal. *reſol. crimin. caſ.*29. Zuff. *de legitimat. proceſſ. lib.*1. *quæſt.*67. *per tot. infr. n.*50. *verſ. Quod verum eſt.*

50 Socius criminis, vt aliquid faciat indicium contra ſocium nominatum, vltrà iuramentum debet leuiter torqueri ad purgandam maculam infamiæ reſultantem ex eo, quod & ipſe idem delictum commiſerit, licèt non ſit neceſſe quòd poſteà extra torturam ratificet id, quod in illa depoſuit, Clar. §. *fin. quæſt.*21. *verſ. quæro numquid*, Cabal. *reſol. crim. caſ.*185. *num.*5. *caſ.*29. *in fine*, *& caſ.*33. Farinac. *quæſt* 43. *num.*134. *& ſeqq. & quæſt.*44. *conſ.*156. *num.* 49. Peguer. *deciſ.*76. *num.*3. Spetel. *deciſ.*38. *num.*9. Danz. *de pugna Doct. part.*3. *tit. de delict. carn. cap.*1. *num.*30. Craz. *diſceptat.*1. *num.*100. Conciol. *verb. Socius reſol.*2. *num.*15. Guaz. *deſ.*4. *cap.*6. *num.*14. *&c.* Dian. *part.*4. *tractat.*6. *reſolut.*10. *&* 11. *per tot.* Sanfelic. *deciſ* 228. *num.*2. vbi quòd de iure, licèt nominatio ſociorum ſit facta in tortura, tamen poſt ratificationem debet conualidari cum noua leui tortura ad purgandam maculam (& ita ſeruatur Florentiæ) quamuis ſecundum praxim Magnæ Curiæ non ſit neceſſaria alia tortura, ſed prima ſufficiat, Addit. ad Sanfelic. *deciſ.*382. vbi quòd nominatio, licèt facta in tortura debet repeti in alia ſpeciali tortura, ac idem aſſerit Hieron. Cala *tract. de Praemin. M. C. V. cap.*42. *num.*15. Carena *de offic. S. Inquiſit. part.*3. *tit.*10. §. 8.

Quòd verum eſt, vt poſſit torqueri, licèt tanquam manifeſtator delicti occulti obtinuerit immunitatem, & veniam pro ſeà Principe, Franch. *deciſ.*459. Anton de Ballis *tract. var. lib.*1. *quæſt.*26. *num.*90. Peguer. *deciſ.*16. *num.*5. Cabal. *reſolut. crim. caſ.*29. *per tot.* imò iſto caſu iudicio meo eſſet aliquantò actius torquendus, quàm ſimplex ſocius, cùm duplicem patiatur defectum vt dixi *ſupra num.*49. Et quanta debeat eſſe tortura ad purgandam maculam, vide in §. *Tortura num.*14.

Debet tamen omni caſu ſi fieri poſſit, priùs ſocius confrontari cum nominato ſine tortura, tunc demùm torqueri ad purgandam maculam, ſi reus nominatus in negatiua perſiſtat, nam ſi fateatur delictum, non eſt opus torquere ſocium, Scacc. *de iudic. lib.*1. *cap.*86. *num.* 56. *& ſeqq.* vbi etiam quòd debet in faciem rei negantis torqueri, ſequitur Spetel. *deciſ.*38. *num.*9. *&* 10. Farinac. *conſ.*156. *num.*50. *in fine lib.*2. Vermigiol. *conſ.*20. *num.*13. *conſ.*267. *num.* 8. *conſ.*270. *num.* 17. Hieron. Cala *loc. ſup. cit.*

Quòd de conſuetudine etiam in aliquibus locis, & caſibus non ſeruetur dicta opinio torquendi ſocios criminis, Clar. §. *fin. quæſt.*21. *num.*13. vbi quòd debet ſeruari conſuetudo loci, Peguer. *deciſ.*5. *num.*38. *&c.* Farinac. *quæſt.* 43. *num.*134. Cabal. *reſol. crim. caſ.*84. *num.*13. *& caſ.*185. *num.*5. *in fine*, dixi in §. *Mandatum num.*23. *in Pract.* §. *Sicarij num.*13. 14. *&* 15. vbi vide, *& in* §. *Compagni num.* 4. *in Addit.* vbi plura Dian. *part.*4. *tract.*6. *reſol.*10. *&* 11. vbi quòd iſta tortura, vt plurimùm non ſeruatur in Tribunalibus Sanctæ Inquiſitionis, Simanc. *de Catol. Inſtit. tit.*64. *num.*38. Pegn. *in Coment. ad Direct. Emeryc. Comment.*113. *litt.D.* Zuff. *de legit. proceſſ. lib.*3. *quæſt.*158. *num.*11. *& ſeqq.*

Item non eſt neceſſaria de iure dicta tortura, nec irrogari debet, quando ſocius nominans fuiſſet citrà illius animum, intentionem, vel conſenſum inductus per vim coactiuam ad delinquendum, vel peccandum, quia tunc nullam incurrit infamiam, & ideò facit indicium abſque tortura, Plot. *conſ.*132. *num.*24. Cabal. *reſol. crimin. caſ.*84. *num.*12. Guaz. *deff.*19. *cap.*10. *num.*8. dixi in d. §. *Sicarij num.*14. *in fine*, & in hoc Opere §. *Sodomia num.*6.

Ceſſante autem vi coactiua, & concurrente tantùm interpretatiua, vt ſunt blandimenta, promiſſiones, & huiuſmodi, vel propria libido, non euitatur infamia, ſed opus eſt tortura leuia ad purgandam maculam (& ita conciliari poſſe videntur DD. adinuicem contrarij) Farinac. *quæſt.* 43. *num.*93. *& num.*101. Danz. *de pugna Doct. part.*3. *tit. de delict. carn. num.*30 Bertazol. *conſ. crim.*71. *n.*66. *lib.*1. Theſ *quæſt. for.*35. *lib.*2. *in fine*, *&c.* & triplicem eſſe violentiam, nempè amoris vel propriæ libidinis, auaritiæ, & metus, ſiue vis coactiuæ, docet Scacc. *de ſentent. & re iudic. gloſſ.*14. *quæſt.*21. *num.*58. *&c.*

Magna eſt etiam differentia inter ſocium criminis, & ſocium in crimine, nam primus eſt ille, qui aſſenſit, & participauit, & in illo procedunt dicta, & dicenda, vt non probet ſine tortura; alter autem eſt ille, qui non participauit, nec aſſenſit delicto, & iſte quia non fuit effectus infamis probat abſque tortura ſi aliqua adſit coniectura, Caualc. *deciſ.*13. *num.*5. *lib.*5. D. Fului Maioran. *in Opoprax. crimin. lib.*2. *cap.*8. *num.*144. *&* 145. *fol.* 230.

Socius criminis nominans ſocium in criminibus exceptis, & pro quibus de ſe confeſſus, vel conuictus poteſt de alijs interrogari, ſeruatis alijs de iure ſeruandis iuxta ſuperius dicta, facit indicium ad inquirendum ſpecialiter contra ſocium nominatum, alias autem ſecus, Clar. §. *fin. quæſt.*21. *verſ. retenta*, *&c.* Tuſch. *littera S. concluſ.*315. *num.*22. *& ſeqq.* Menoch. *de arbitr. caſ.*474. *num.*41. *&c.* vbi quòd tale indicium facilè diluitur probando bonam famam nominati; quia depoſitio ſocij criminis etiam in caſibus exceptis contra virum bonæ famæ nihil operatur, Gramat. *conſ.*21. *num.*10. *conſ.*35. *num.*25. 49. *&* 50. *conſ.* 70. *num.*7. vbi loquitur etiam ſi eſſent plures deponentes, *& deciſ.*28 *num.*17. Menoch. *d. caſ.*474. *num.*42. Maſcard. *concluſ.*1311. *num.*16. Peguer. *deciſ.*5 *num.*31. vide Sanfelic. *deciſ.*382. *cum plena Addit.* Viui. *comm. opin* 961. *per tot.* Anton. de Ballis *var. tract. lib.*1. *quæſt.*26. *per tot.* latè Conciol. *reſol. crim. verb. Socius reſol.*2. Guaz. *deſ* 9. *cap.* 2. *num.*5. *&c.* vbi etiam quòd ſi ſocius nominans ſit bannitus nullum facit indicium quia tunc omninò repellitur à teſtificando vigore Bullarum, de quibus ibi per eum, Farinac. *quæſt.*43. Dian *part.*4. *tract.*6. *reſol.*9. vbi an operetur contra virum bonæ famæ, & conditionis, negatiuè concludit arbitrio Inquiſitorum Sancti Officij, Carena *de Offic. S. Inquiſit. part.*3. *tit.*10. §.8. 51

Quòd

Quòd in caſibus, in quibus non eſt permiſſa interrogatio, ſi fuerit interrogatus nullum faciat indicium, ſed tantùm aperiat viam ad inquirendum generaliter, Menoch. d. caſ.474. num.24. &c. Clar. §. fin. quæſt.21. num.5. Tuſch. d. concl.315. n.23. & ſeqq. latè Conciol. verb. Socius d. reſol. 2. Franciſc. de Angelis tract. de confeſſ. lib.3. quæſt.19. per tot. vbi quando ſocius criminis faciat indicium, & quale contra nominatum.

52 Socius criminis non facit indicium contra ſocium ad torturam, niſi aliud adminiculum concurrat, ſiue licitè interrogetur, vel non, Menoch. de arbitr. caſ.474. num.43. & ſeqq. ad 48. Clar. §. fin. quæſt.21. verſ. ſucceſſiuè quæro, Card. Tuſch. litt. S. concl.315. n.34. & ſeqq. per tot. Dian. part.4. tract.6. reſol.7. vbi quod adminicula æſtimantur arbitrio iudicis, veluti fama, fuga, ſtricta amicitia, ſecreta allocutio, & conuerſatio, ſi adſint alij teſtes de auditu, & huiuſmodi, vel ſi ſocij deponentes ſint ſaltem duo etiam ſingulares, & non conteſtes, vide latè Sanfelic. deciſ.382. cum plena additione, Martha vot. Piſ.138. vbi in ſodomia attentata quando ſocius non faciat indicium, Conciol. reſol. crimin. verb. Socius reſol.2. per tot. D. Fului. Maioran. in Opeprax. crimin. lib.2. cap.8. num.96. & ſeqq. fol.121. Franciſc. de Angelis d. quæſt.19. num.6. & ſeqq. Chartar. deciſ. crimin.88. per tot.

Quòd ſi plures ſint ſocij, qui alium, vel alios nominent faciant indicium ad torturam, etiam ſine alijs adminiculis, & ſi alia adminicula, vel præſumptiones vrgentes arbitrio iudicis concurrant cum depoſitionibus plurium ſociorum ſufficiant quandoque etiam ad condemnandum in pœnam ordinariam delicti maximè de conſuetudine nonnullarum Curiarum, & ſecundum aliquorum opinionem ſæpè practicatam in delictis grauibus, & occultis, de quibus alio modo non poſſit haberi notitia, vt quia alij non interfuerint, nec veriſimiliter interuenire potuerint, veluti in latrocinijs, aſſaſſinijs, & ſimilibus arbitrio iudicis, attenta qualitate facti, & perſonarum; alias autem regulariter iuxta veriorem opinionem plures ſocij, etiam cum adminiculis faciunt tantùm indicium ad torturam, vel condemnandum in pœnam arbitrariam mitiorem, concurrentibus tamen alijs requiſitis, de quibus dictum eſt ſupra, Boer. deciſ.319. per tot. Peguer. deciſ.5. num.37. &c. Cabal. reſol. crim. caſ.84. num.7. & caſ. 185. per tot. Menoch. d. caſ.474. num.64. &c. Carolus Rota in ſuo Florileg. concluſ.19. num.36. & 37. Gizzarel. & Addent. deciſ.78. per tot. Farinac. quæſt.43. Nouar. in Pragm. Regn. Neapol. Collect.201. Viui. comm. opin.961. per tot. Anton. de Ballis tract. var. lib.1. quæſt.26. Conciol. verb. Socius d. reſolut.2. per tot. Cartar. deciſ. crimin.91. Franch. deciſ.570. & 577. dixi in §. Mandatum num.23. vbi vide, & in Pract. § Compagni num.3. &c. & §. Sicarij num.14. & 15. Dian. part.4. tractat.6. reſol.7. vbi quòd fallitur Caballus, vide Paul. Chriſtin. ad leg. Municip. Michilin. tit.1. art.7. num.8. & ſeqq. per tot. Ricc. Collect.3562. vbi plura per diſcurſum Academicum, & latè Sanfelic. deciſ.382. cum Addit. vbi qualiter probent vigore Pragmaticæ Regni, dummodò ſingillatim deponant, vnus ignoret depoſitionem alterius benè conueniant in facto, & circumſtantijs, alios non patiantur defectus, nominati ſint alias diffamati; non fuerint torti, & nominantes ſint ſaltem tres, neque fuerit aliquis eorum tortus tamquam cadauer, & alia plura ad rem; cum quibus conuenit nouiſſimè Franciſc. de Angelis tractat. de confeſſ. lib.3. quæſt. 19. per tot. & plenè Hieron. Cala in Pragmat.11. de empt. & vendit. ſiue de fort. part.2. num.32. & ſeqq. per tot. fol. mihi 71. &c. vbi quam probationem faciant; vel non ſocij criminis contra nominatos iuxta Conſtitutiones, & Pragmaticas Regni Neapolitani, & Capyc. Latr. deciſ.132. per tot.

Quòd ſi cum indicio reſultante, nominatione ſocij concurrat alius teſtis idoneus, dicatur facta plena probatio, & quid ſi ſocius non tamquam reus, nec vti ſocius, ſed tanquam teſtis deponat, vel contra tertium, vel vbi ciuiliter agitur, Menoch. de arbitr. caſ.474. num.64. & ſeqq. ad 68.

Qualiter ſocius criminis in delicto aſſaſſinij probet, Martha vot. Piſ.238. & dixi in §. Mandatum num.22. in fine, & quòd mandatum recuſauit ſit teſtis omni exceptione maior, idem Martha d. vot.238. num.6. de quo vide in § Mandatum.

Si ſocius alias fuit periurus, vel dum eſſet moriturus aſſeruit ſe falſum dixiſſe, non faciat indicium, & multum proſit ad probandam innocentiam, idem Menoch. lib.1. quæſt.89. num.74. vide in §. Exculpatio num.3. Sanfelic. deciſ.238. per tot.

Quòd depoſitio ſocij criminis adminiculata, quæ alias ſufficeret ad torquendum iuxta prædicta, non ſufficiat quando ſocius alios patitur defectus, Dian. part. 4. tract.6. reſolut.8. vbi tamen refert alios tenentes ſufficere maximè ſi adminicula eſſent grauia, & in cauſa hæreſis, vide ſupra num.49. & in §. Tortura num.14. in fine.

De fuga ſocij criminis in delictis carnis indiuiduis, quam præſumptionem faciat contra ſocium, & an ſententia contra vnum, vel pro vno ex illis lata præiudicet, ſiue proſit alteri, Farinac. quæſt.48. num.21. & ſeqq. Crauett. conſ.206. Alex. in l. ſæpè 63. num.70. ff. de iudic. Sperel. deciſ.136. num.31 vide in §. Adulterium num.7. & §. Fuga num.8. Conciol. reſolut. crimin. verb. Socius reſolut.3. num.5. vbi etiam quòd in alijs delictis fuga ſocij criminis non facit indicium contra ſocium, cùm fuga vnius tertium non afficiat, niſi ſit alijs indicijs adminiculata.

Quòd mulier etiam meretrix deponentes de adulterio ſecum commiſſo, licèt ſe faciat ſociam criminis probet adulterium ad effectum ſeparationis thori, præſertim alijs vrgentibus adminiculis, & violentis præſumptionibus, latè Rot. part.18. recent. deciſ.818. num.9. & ſeqq.

Socius criminis nominatus ab alio ſocio, ne videatur fa- 53
teri delictum excipiendo contra nominantem debet dicere, Excipio quia tu delictum commiſiſti, vel quia vt dixiſti te facis delinquentem, Clar. §. fin. quæſt.21. num.13. Card. Tuſch lit. S. concluſ 315. num 67.

Socij bannitorum reperti cum illis, poſſunt ſicut ipſi 54
banniti impunè offendi, maximè vigore bannimentorum, Farinac. quæſt.103. num.172. dixi in reſolut. cap.93. num.21. in Pract. § Banditi num.2. num.55. & num.59.

Socius criminis, vel bonorum regulariter non probat 55
pro ſocio, vel ad fauorem ſocij, & quando ſecus Farinac. quæſt.60. illat.15. per tot. Menoch. de arbitr. caſ.474. latè Maſchard. de probat. vol 3. concluſ.1311. & 1312. per tot. Pac. Iordan. Lucub. vol.3. lib.14. tit.18. num.577. fol.333. Magon. deciſ. Luc.30. num.22. vbi quòd ſocius offenſi tempore acceptæ iniuriæ non probat, quia iniuria facta vni, dicitur etiam facta alteri, & idem eſt in conſanguineis, Rot. part.2. diuerſ. deciſ.229. num.2. Conciol. reſol. crimin. verb. Teſtis quo ad perſonas reſol.20. per tot. vide in §. Iniuria num.... & §. Teſtis num.1. D. Fului. Maioran. in Opeprax. crimin. lib.2. cap.8. num.146. & 147. fol.230. vbi benè diſtinguit an, & quando ſocius itineris, vel in itinere probet, vel non pro ſocio offenſo.

Quòd in ciuilibus ſocius probet contra ſocium, Maſcard. de probat. concl.1312. num 4. Farinac. vbi ſuprà num.396. & Rot. part.13. recent. deciſ.369. num.7.

Quòd ſocius criminis releuet prætenſum ſocium, & illius innocentiam probet, duobus concurrentibus, nempè ſi ſit in fortijs Curiæ, & in ſe ipſum aſſumant delictum, alios exculpando, Bardellin. conſ.123. num.10. &c. lib.2. Farinac. quæſt.43 num.11. &c. Sperel. deciſ.64. num.14. vbi quòd concurrentibus adminiculis probat pro ſocio, vide in §. Exculpatio, facit Poſſent. ſing.379. vbi quòd ſocius criminis non videtur admittendus in teſtem ad defenſam ſocij.

An autem ſocius criminis pro ſuo intereſſe in delictis 56
correlatiuis poſſit aſſumere defenſiones communes alteri ſocio contumaci, ex quibus reſultet innocentia ipſius ſocij contumacis, vide Farinac. conſ.16. & conſ.73. & quæſt. 99. num.132. & ſeqq. Guaz. deff.28. cap.4. Spad. conſ.104. vbi videntur affirmatiuam probare, niſi ſit addita proteſtatio in admiſſione articulorum, vt non poſſint prodeſſe contumaci, prout fieri ſolet per practicos criminaliſtas, vel potius, & melius expediri contra contumaces, facit quòd dixi in §. Adulterium num.6 §. Defenſio num.7. ſuprà num.52. in fine, & Conciol. reſolut. crimin. verb. Articuli reſolut.1. vbi quòd ſunt admittendi articuli pro carcerato, etiam ſi contineant defenſionem abſentis, ſed cum proteſtatione, & declaratione iudicis, vt non proſint abſentibus, dixi in §. Articuli num.1. Zuff. de legit. proceſſ. lib.3. quæſt.126. per tot. vbi an vnus ſocius poſſit iuuare, vel impedire alium ſocium in defenſionibus per repetitio-

nem teſtium, *& quæſt.* 211. *num.* 5. *& ſeqq.* vbi de dicta proteſtatione.

De iſta concluſione in terminis mandati, an ſcilicet probationes factæ à mandatario carcerato proſint mandanti contumaci, vel è contrà, ac an ſiut admittendæ reſpectu contumacis, ſaltem cum dicta proteſtatione, & alia ad rem, Farinac. *quæſt.* 135. *num.* 32. Caren. *de S. Offic. part.* 3. *tit.* 9. *num.* 101. *& ſeqq.* Orilia ad Campan *reſol.* 25. *num.* 55. *& ſeqq.* alijque plures antiqui, & moderni relati per moderniorem, Raynald. *Synt. rer. crim. cap.* 7. §. 2. *&* 3. *num.* 64. *& ſeqq.* qui omnes videntur poſt plura concludere cum hic notatis.

57 Socius criminis de ſe confeſſus, vel conuictus, ſi alios nominauit, non debet ſuſpendi, donec parte citata repetatur contra ſocios nominatos, maximè ſi procedatur ordinario, & non ex abrupto, vel de facto, & iuris ordine non ſeruato, Burſat. *conſ.* 243. *num.* 8. *& conſ.* 34. Franc. *in cap. benè col.* 2. *de appell.* Io. Andr. de Nigr. *in cap. Frequens num.* 6. *&* 62. facit quod dixi in §. *Interrogatoria num.* 1. *&* §. *Repetitio*.

Contrarium autem, quia de ſtylo non ſeruatur dicta repetitio ſociorum ad inſtantiam nominatorum ab illis, quæ etiam non eſt neceſſaria quando ſunt mortui, & probant ſine illa; vel quia ſocij non depoſuerunt vt teſtes, ſed vt rei, & leges non dicunt reos repetendos eſſe parte citata, ergo etiam parte non citata probant, cùm in eis ſuppleat iudex præſens in tortura; vel quia non requiritur perſeuerantia, & ratificatio extra torturam, alias enim ſi ſecus fieret, eſſet penitùs aperta via ipſi reo, vt in repetitione parte citata faceret reuocare confeſſionem, latè probat Ant. de Ballis *tract. var. lib.* 1. *quæſt.* 26. *num.* 38. *& ſeqq.* & ego recordor ita quandoque ſeruari mandaſſe, non admitti interrogatoria pro repetitione ſociorum criminis, maximè vbi erat timor colluſionis, licèt non ignorem fuiſſe etiam interdum admiſſa, ceſſante dicta ſuſpicione, nunquam tamen vidi ad dictum effectum retardari executiones ſententiarum in Cancellaria Magiſtratus DD. Octo Balliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ, dum ibi per decennium, munus à ſecretis pro Sereniſſimo Magno Duce exercebam, adde Conciol. *reſol. crimin. verb. Socius reſol.* 4. vbi refert contrarium opinionem, & videtur tenere, quòd ſi non fuerint confrontati ſit concedenda repetitio, ſecus autem ſtante confrontatione; & abſolutè de æquitate, etiam ſi fuerint confrontati concedendam repetitionem, probat Zuff. *de legitim. proceſſ. lib.* 3. *quæſt.* 108. *num.* 14. *&* 15. *& quæſt.* 211. *per tot.* Ego autem credo id totum prudentis iudicis arbitrio remitti, cum dicta conſideratione timoris colluſionis, vel non, & ita in effectu concludit etiam Zuff. *loc. cit.*

Et idem eſt in accuſatore, qui non tenetur, nec iudex permittere debet, ſe repetere ad inſtantiam accuſati ſuper eius interrogatorijs ob timorem colluſionis, Clar. §. *fin. quæſt.* 45. *verſ. Sed hic incidenter*, Scacc. *de iudic. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 251. Michalor. *de poſit. cap.* 30. *num.* 6. *&* 7. Zuff. *de legitim. proceſſ. lib.* 3. *quæſt* 80. Conciol. *reſol. crim. verb. Accuſatio reſol.* 12. dixi in §. *Accuſatio num.* 17. *& in* §. *Poſitio num.* 9. *&* 10.

Quòd ſocius criminis, qui depoſuit contra ſocium, poſſit examinari etiam pro ſocio ad eius defenſionem ob æqualitatem in iudicijs ſeruandam, Guaz. *d. defenſ.* 25. *cap. vlt. in fine*, Conciol. *reſol. crimin. verb. Teſtis quo ad dicta reſol.* 14. *num.* 2. Intellige vt dixi in §. *Teſtes num.* 85. & adde Zuff. *de legitim. proceſſ. lib* 3. *quæſt.* 211. *num.* 8. *&c. quæſt.* 108. *num.* 13. *& ſeqq.* vbi quòd in Statu Eccleſiaſtico inoleuit praxis, quòd ſocius criminis confrontatus amplius non repetatur, etiam cum interrogatorijs ſocij inquiſiti ob timorem ne recedat ab eius dicto, & ſic fuiſſe per Sacram Conſultam determinatum, vt teſtatur Caſtelius *in ſuo memoriali fol.* 58. ipſi Zuffo dura praxis videatur; ſed concorda vt ſuprà iudicis arbitrio remittendo cum prædictis conſiderationibus; & ad obuiandum dicto timori reuocationis confeſſionis (vbi placeret repetitionem admittere) vtaris ſolemni proteſtationi in principio, medio, & fine examinis, vt fieri ſolet, citrà præiudicium confeſſionis ipſius iam factæ, & acceptatæ, & quandocunique cognoueris velle confeſſionem ſuam reuocare, vel aliter tergiuerſari, repetitionem dimittas cum expreſſione cauſæ, ac ita puto conſultum reo nominato bona fide repetitionem exoptanti, & occurſum fraudibus præcogitatis confeſſi.

De ſocietate, quid ſit, quando, & cum quibus dicatur contracta, quomodo diuidatur, finiatur, quæ facere poſſit, vel non vnus ſocius ſine alio, ad quid inuicem teneantur ſocij, & alia plura habentur penes Bertachin. *in Repert. verb. Societas*, aliqua Ioſeph. Feliu. *Margar. var. concluſ. eod. verb.* Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.* 1. *eodem verb.* plenè, ſed remiſſiuè Caſtelon. *Alphab. iurid. verb. Societas*, vbi inter cætera an ſocietas præſumatur, & ex quibus, de ſocietate officiorum, an ſocius poſſit alium aſſumere ſocium, an partem ſuam inuito ſocio alienare, vel alteri cedere, de ſocietate animalium, de pactis validis, ac inualidis, quæ inter ſocios communicentur, quæ inter eos ſint inuicem præſtanda, ſiue de quibus inuicem ſocij teneantur, an poſſint filias de bonis communibus dotare, an vnus poſſit pro debito alterius conueniri durante ſocietate, vel ea finita, de priuilegijs ſocietatis iure competentibus, quibus modis ſocietas finiatur, illa finita, quomodo ſit facienda diuiſio, de damnis malæ ſocietatis, ſiue malorum ſociorum, de bonis bonorum ſociorum, de ſocijs criminum, & huiuſmodi, de quibus etiam Com. Aug. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *verb. Societas fol.* 626. *&c.* vbi indicat plures Auctores de prædictis agentes. 58

Quod melius ſit habere malorum odium, quàm conſortium, & alia de malis ſocijs tamquam peſte, imò peſte peioribus vitandis, colligi poſſunt ex locis Biblicis, Sanctorum Patrum, & Philoſophorum ſententijs, vt exemplis relatis *in Noua Polyanthea verb. Societas*.

Socius an obliget conſocium in rebus non ſpectantibus 59
ad ſocietatem, vtpotè fideiubendo pro extraneo, & huiuſmodi, quid ſi ſit Procurator, vel Inſtitor, Manſ. *Conſult.* 194. *& ſeqq. lib.* 2.

§. SODOMIA. XXI.

Sodomia, (quæ à Poetis nuncupatur etiam pederaſtia) 1
eſt coitus contra naturam, vel propriè committitur dum maſculus cum maſculo rem carnalem habet, ſicque appellatur à nefandiſſima vrbe Sodoma igne cœlitus demiſſo à Deo conſumpta, *cap. hoc ipſum* §. *hoc autem* 33. *quæſt.* 2. Menoch. *de arbitr. caſ.* 286. *num.* 3. *& ſeqq.* vbi plura ad huius vitij execrationem, vide Cabal. *reſol. crim.* 16. *per tot.* Card. Tuſch. *lit. S. concl.* 316. *per tot.* Azor. *Inſtit. moral. part.* 3. *lib.* 3. *cap.* 17. *&* 18. *per tot. fol. mihi* 181. Clar. & Baiard. *in* §. *Sodomia num.* 1. *& per tot.* Farinac. & Vulpin. *Suco quæſt.* 148. Sanſelic. *deciſ.* 354. *cum Addit.* vbi plura de hoc nefando crimine cum multis malis ab eo prouenientibus, & plenè etiam Viui. *comm. opin.* 726. *per tot.* Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 3. *cap.* 15. *per tot.* Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib.* 1. *cap.* 59. *per tot.* vbi plura de hoc crimine, pœnis &c. Borgnin. Caualcan. *deciſ.* 13. *tit. de delict. part.* 5. Capyc. Latro *deciſ.* 163. *per tot.*

Zenonem ſemel cum ancilla, bis cum pueris coiuiſſe, ne vtrumque ſexum odiſſe videretur, refert Menoch. *caſ.* 286. *num.* 27.

Quòd ſub nomine ſodomiæ veniat omnis actus venereus contra naturam, etiam inter mulieres ſe inuicem adhibito aliquo inſtrumento materiali fricantes, & actum venereum facientes; ſicut etiam inter maſculos proprijs manibus ſe ipſos, vel ad inuicem polluentes, omneſque iſtos actus inhoneſtos, eſſe pœna iudici arbitraria puniendos, Menoch. *d. caſ.* 286. *num.* 36. *& ſeqq.* Cabal. *reſol. crim. caſ.* 16. *num.* 1. *& ſeqq.* Card. Tuſch. *lit. S. concl.* 316. *n.* 16. Azor. *Inſtit. moral. d. cap.* 18. *cum pluribus ſeqq.* Nouar. *in Prag. Reg. Neap. Collect.* 212. *num.* 6. Viui. *comm. opin.* 530. *&* 726. vide *in* §. *Mulier n.* 47. Farinac. *quæſt.* 148. Peguer. *deciſ.* 75. Ioſeph. Mele *in Addit.* ad Sanſelic. *deciſ.* 354. *cum Addit.* vbi plura Souſa *loc. ſup. cit.*

Quòd delicta carnis cum brutis commiſſa veniant ſub nomine Sodomiæ, & dicantur contra naturam generis humani, ac pœna mortis ignis cum ipſo animali puniantur, Menoch. *d. caſ.* 286. *num.* 31. *&c.* Azor. *Inſtit. moral. d. cap.* 17 18. *&* 22. Farinac. *d. quæſt.* 148. *num.* Boer. *deciſ.* 116. Nouar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.* 212. *n.* 1. Villar. *lib.* 1. *reſponſ. cap.* 4.

Quòd vitium Sodomiæ à mulieribus fuerit adinuentum, quæ poſtea viros ipſos docuerunt D. Auguſt. *in Serm. de Sodom. & Gomor.* Boſſ. *de ſtupr. deteſtabil. in maſcul. num.* 4. Caual. *comm. contr. comm. quæſt.* 247. *num.* 11. Sperel. *deciſ.*

140.

140. *n.39. in fine*. Et à Iudæi cum fœminis, quorum errorem increpat Viui. *comm. opin.726. num.25.*

Quidquid fabulentur poetę fœminas lapidaſſe Orfeum tamquam huius nefandi ſceleris inuentorem, notat Addit. ad Sanfelic. *deciſ.354. in fine*.

Quid ſit Sodomia, quomodo, & inter quos verè, & propriè committatur, & alia plura, de materia maximè quoad Clericos, & Regulares, plenè Thom. Hurtad. *reſol. moral. part.1. tract.1. cap.8. per tot. à fol.31. ad* 51. Franciſc. de Magiſtr. *in Silu. Eccleſ. part.2. lib.1. tit.1. cap.18. per tot. fol.*107. Borgon. *d. deciſ.13. part.5.* & remiſſiuè ad alios Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Nefandum*.

2 Sodomia committitur etiam inter virum, & mulierem, & cum propria vxore, accedendo illi carnaliter præpoſtera Venere, in vaſe præternaturali, imò maius eſſet delictum cum propria vxore, quàm cùm alia muliere, quidquid aliquantò minus eſſe dixerit Nauar. *conſ.1. num.1. lib.2.* Clar. §. *Sodomia verſ. vidi quandoque*, Menoch. *de arbitr. d. caſ.286. num.33. & ſeqq.* Azor. *Inſtit. moral. d. part.3. cap.20. fol. mihi* 183. Farinac. *d. quæſt.148. num.* Souſa *loc. ſupr. cit.* Baiard. ad Clar. *loc. cit. num.5.* vbi quòd mulier patiens coitum ſodomiticum præſumitur coactè, & non voluntariè, & ſaltem metu reuerentiali, allegans Socin. *conſ.263. num.5.* qui tamen hoc non dicit, & loquitur in alijs terminis, quòd metus leuior ſufficit in muliere.

Quòd Sodomia cum maſculo, & cum fœmina, ſpecie diſtinguatur, & ideò in confeſſione ſit explicanda huiuſmodi circumſtantia, & ſcilicet fuerit cum maſculo, vel fœmina, quidquid alij contra Dian. *part.9. tract.9. reſol.66. verſ. quæro tertio*, & alibi prout infra *num.10. in fine*.

Commiſſa tamen cum muliere à Clerico non facit illum incidere in pœnas Conſtitutionis Beati Pij V. cum tamquam pœnalis ſit ſtrictè intelligenda de Sodomia cum maſculo, Dian. *part.2. tract.7. reſol.21. in fine*, *num.10.*

Quòd Sodomia ſit grauius peccatum, quàm ſi quis cùm propria matre coiret, *cap. Adulterij*, *& cap. ſeqq.* 32. *quæſt.7.* Menoch. *d. caſ.286. num.9.* Baiard. ad Clar. §. *Sodomia num.1.* Viui. *comm. opin.* 726. *num.9.* vbi oſtendit in malitia, & grauitate ſuperare quæcumque alia carnis delicta.

Commiſſa cum infideli, vel Hebræo, an habeat circumſtantiam mutantem ſpeciem neceſſario in confeſſione explicandam, contrariæ ſunt opiniones, ſed affirmatiua probabilior, Dian. *part.9. tract.9. reſol.3. per tot.* vide *in* §. *Ceſtus num.4.*

Qualiter Sodomia, beſtialitas, & molities, ſiue pollutio ſint peccata inter ſe ſpecie diſtincta (quidquid malè, & erroneæ enixus fuerit probare eiuſdem eſſe ſpeciei, & ſic ſufficere in vnoquoque ex iſtis peccatis exponere in confeſſione procuraſſe pollutione Caramuel.) latè Creſpin. à Borgia *quæſt. moral. ſelect.* contra Caramuel. *quæſt.5. per tot.* vbi benè omnibus rationibus, & fundamentis Caramuelis ſatisfacit, illumque, vt decet increpat, & redarguit.

3 Sodomia commiſſa à laico eſt crimen mixti fori, & ideò poteſt puniri iam à Iudice ſæculari, quàm ab Eccleſiaſtico, ſalua inter eos præuentione, Clar. §. *fin. quæſt.37. verſ. item quæro*, *&* §. *Sodomia verſ. hoc crimen*, Menoch. *de arbitr. caſ.286. num.24.* Tuſch. *lit. S. concluſ.317.* Conciol. *reſol. crim. verb. Sodomia reſolut. 2. num.3.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.3. lib.13. tit.8. num.134. fol.84.* Iulius Chartar. *deciſ. crim.77. num.26. & ſeqq.* Farinac. *quæſt.8. n.127. &c. quæſt.148. num.* Nouar. *in Pragm. Reg. Collect.212. ſub num.12.*

Quòd Sodomia à laico commiſſa ſit crimen mixti fori, & in multis Regnis poſſint illud punire etiam Inquiſitores Apoſtolici multis probat Vela *in Prælect. ad cap.1. de offic. ordin. part.1. de Epiſc. num.106. & ſeqq. fol. mihi* 343. *poſt Differt. eiuſd.* Canter. *quæſt. crim. part.5. cap.4. de vit. & fragilit. carn.* §. *De Sodomia*, alijque plures ab iſtis citati.

An autem Iudex ſæcularis ob ſodomiam poſſit clericum apprehendere, & punire, vide Oliuam *Tract. de For. Eccleſ. quæſt.15. part.2.* & quæ dixi in hoc §. *num.10. infrà n.15. in fine*.

Quòd in aliquibus locis, & præcipuè in Regno Portugalliæ, ſpectet etiam cognitio ad Tribunal Sancti Officij, Dian. *part.4. tract.7. reſol.20.*

4 Sodomia ſiue cum maſculo, ſiue cum fœmina extra vas naturale, nullam facit contrahere affinitatem, *cap. extraordinaria*, vbi *gloſ.35. quæſt.2.* Cabal. *reſol. Crimin. caſ.44. per tot.* Addit. ad Capell. Toloſan. *deciſ.96.* Bonacoſſ. *quæſt. crim. verb. Sodomia num.* vide *in* §. *Affinitas num.4.*

An verò habens copulam ſodomiticam cum affine, vel conſanguineo, vel alias ſibi coniunctu per cognationem ſpiritualem, teneantur hanc circumſtantiam in confeſſione explicare, vide hinc inde per Dian. *part.3. tract.4. reſol.101. & part.7. tract.12. reſol.17. &* 18. Azor. *Inſtit. moral. tom.3. lib.3. cap.18. quæſt.4. &* 5. Dian. *part.9. tract.9. reſol.20. in fine*, vbi negatiuam ſequitur.

5 Sodomia poteſt puniri pœnis, de quibus infra dicetur, licèt non conſtet de corpore delicti per inſpectionem, eo quod nulla remanſerint ſigna apparentia, prout in adulterio, & ſimilibus caſibus, Boſſ. *tit. de delict. num.3.* Baiard. ad Clar. §. *Sodomia num.18.* Plot. *inter conſ. crim. diuerſ. conſ.132. num.22. lib.1.* latè Thom. Triuiſ. *deciſ. crimin. 13. per tot. lib.2.* Farinac. *quæſt.2. num.24.* Sanfelic. *deciſ. 354. num.1. & ſeqq.* vbi quòd probatur coniecturis quoad delictum in genere, & etiam in ſpecie, *& deciſ.28. num.4.* vbi reddit rationem quia in delictis, quæ habent ſe etiam ad figuram non delictorum, & quæ poſſunt euenire, aut factu hominis, & ſic cum ſcelere, aut etiam natura, & ſic ſine ſcelere, ſufficit talis probatio ex coniecturis pro delicto in genere.

Solent tamen pueri prætenſi ſodomitati (cum fractura) viſitari mediantibus Medicis, vel Chirurgis tanquam in arte peritis circa anum, nam ſi appareant ſciſſuræ ani, ragadiæ dictæ, vel excutiatio, inflammatio, pruritus, color liuidus, laxitas, & partis dilatatio, caruunculæ, ſiue carnis excreſcentiæ, quæ vulgò *Creſte* nuncupantur, & ſimilia ſigna dicetur probatum corpus delicti; quamuis ex alijs etiam cauſis quandoque procedere poſſint, & ideò bonum eſſet, vt periti etiam deponerent vndè illa poſſit eſſe cauſata ad Pauli. Zacch. *quæſt. medic. legal. tom.1. lib.4. tit.2. quæſt.5. per tot.* Farinac. *quæſt.148. num.74.* Guaz. *deff.4. cap.7. num.12. &c.* dixi *in Pract.* §. *Sodomia num.27.* latè videndus Thom. Triuiſ. *d. deciſ.13. per tot. lib.2.* quam ſequitur Farinac. *quæſt.2. num.24.* & Scacc. *tract. de iudic. cauſ. ciuil. & crim. cap.83. num.3.* Addit. ad Sanfelic. *deciſ. 354. verſ. Qualiter*, & ſic quod dicitur ſupra Sodomiam probari indicijs, & coniecturis, etiam quoad corpus delicti, etiam ſi de eo non appareat per inſpectionem, quia non remanſerint ſigna, debet intelligi quando non prætenditur cum fractura, nam ſi prætendatur cum fractura, tunc illa eſt inſpicienda per peritos, qui ſi aſſerant nullam adeſſe fracturam, præſumitur, quòd ſicuti puer falſum dixit in hac qualitate, ita etiam dixerit in factu principali, vt colligitur ex ſupracitatis Doctoribus, Conciol. *verb. Sodomia reſol.1. num.3.* Sanfelic. *d. deciſ.28. n.4.* vbi quod ſufficit fides Medici atteſtantis non poſſe apparere ſigna in adoleſcente ætatis prouectæ pro probatione delicti in genere, & concurrentibus indicijs ſufficientibus procedi ad torturam.

6 Sodomiam paſſus propter immanitatem criminis facit indicium ad torturam contra ſtuprantem, præcipuè ſi aliqua alia adminicula concurrant, & leuiter torqueatur ad purgandam maculam, niſi fuerit per vim coactus, quia tunc non efficitur infamis, & facit indicium ſine tortura ſecundum diſtinctionem, de qua dixi *in* §. *Societas num.50. verſ. Item non eſt neceſſaria*, Boſſ. *tit. de ſtupr. deteſt. in maſcul. num.7.* Cabal. *reſol. crim. caſ.84. num.9. &c.* Tuſch. *lit. S. concluſ.317. num.4.* Martha *vot. Piſ.138. vbi ad defenſam*, Farinac. *quæſt.43. num.88. & ſeqq.* Peguer. *deciſ.71.* Ricc. *Collect. deciſ.133. &* 525. Addit. ad Sanfelic. *deciſ.382. verſ. Patiens*, vbi quòd non facit indicium ad torturam, niſi alia adminicula concurrant, de quibus Chartar. *deciſ.68.* Sperel. *deciſ.38. num.7. & ſeqq.* vbi quòd huiuſmodi tortura debet irrogari in præſentia, & confrontatione rei nominati, qui ſi fateretur delictum, eſſet abſtinendum à dicta tortura, ſecundum Scacc. *de iudic. lib.1. cap.86. num.56. & lib.2. cap.86. num 67. Verſ. Ex qua confrontandi &c.* prædictis adde Thom. Triuiſ. *deciſ.13. & 14. per tot. lib.2.* vbi plura de probatione huius criminis, & quòd illud paſſus facit indicium ad torturam contra agentem, ſi conſtet de fractura recenti vnica vice ſequuta, non autem reiterata, nam argueret vitium patientis, & de mala fama inquiſiti; vel ſi conſtet de vi, & metu illata

patienti, nam tunc etiam non apparente fractura facit indicium ad torturam ſufficiens, vide Conciol. *verb. Sodomia reſol.* 1. *num.* 5. vbi quòd non facit indicium ad torturam ſine alijs adminiculis, ſiue ſit minor, ſiue maior, ſiue maſculus, ſiue fœmina, & ſiue interuenerit vis, ſiue non, ad Farinac. *quæſt.* 43. *num.* 99. Peguer. *deciſ.* 76. Cabal. *d. caſ.* 84. *num.* 2. *& alios*, ſed Triuiſ. & Peguer. ſequitur Ioſeph. Feliu *in Margarita var. concl. verb. Tortura fol.* 112. *col.* 2. Hier. Cala *tract. de reſtit. in integr. deneg. quæſt.* 37. *num.* 32. & 33. vbi quòd vim paſſo creditur ſine tortura, voluntario autem cum tortura ad purgandam infamiam.

Sed pro defenſione inquiſiti nominati à puero patiente, ne deſeras videre Iulius Chartar. *d. deciſ.* 88. *per tot.* vbi plenè probat dictum ſimplex patientis ſine adminiculis non ſufficere ad torturam nominati, & poſtquam plura retulit adminicula, illa refellit, quia non eſſent legitimè probata per duos teſtes conteſtes, vt requiritur in probatione indiciorum remotorum, & quia agebatur de Clerico, contra quem grauiora requiruntur indicia pro tortura illi inferenda, & alia ad rem.

Quòd ſodomia probetur non ſolum per teſtes, qui viderint, vel audierint, ſed præſumptionibus, & coniecturis, veluti ex dormitione cum prætenſo ſtuprato, oſculis, fama, dicto ſtuprati, & ſimilibus arbitrio iudicis ad effectum torquendi, vel condemnandi iuxta grauitatem huiuſmodi indiciorum, Farinac. *quæſt.* 148. *verſus finem*, Maſcard. *de probat. concluſ.* 1313. Tuſch. *lit. S. concluſ.* 317. Sanfelic. *deciſ.* 47. *ſub num.* 8. *verſ. repertus fuit in Camera*, vbi refert indicia indubitata huius criminis, vt poſſit pœna ordinaria puniri, *& deciſ.* 354. *per tot.* vbi de reperto in eodem lecto cum adoleſcente in ano vitiato, cum linteamentis ſpermate maculatis, & depoſitione ipſius pueri, ex quibus tamquam indicijs indubitatis fuit ille damnatus morti naturali tanquam ſodomita in flagranti repertus; ſed facta reclamatione à dicta ſententia fuit tortus, cùm non præſumatur delictum conſumatum, ſed tantùm attentatum, & propterea non pœna ordinaria puniendum, vt ibi latius habetur cum notabili *Addit.* de hac materia; de qua plenè etiam Capyc. Latr. *deciſ.* 163. *per tot.* vbi ſtante ſimili repertione, dicto ſtuprati, præcedente domus præparatione publica voce, & fama, cum ſimilibus indicijs, fuit reſolutum pro executione pœnæ ordinariæ mortis, non obſtantibus pluribus pro defenſione rei adductis, & Borgn. Caualcan. *deciſ.* 13. *tit. de delict. ſeu quæſt part.* 5. vbi quòd iſtud vitium in genere probatur etiam per teſtes ſingulares, & ſodomitatas, quorum dicta coniunguntur ad faciendam plenam probationem, quia ex natura negotij, & loci veritas aliter haberi non poteſt, quo caſu etiam ſocius criminis probat, ſaltem cum tortura, imò iſti magis probant, quàm alij, cùm tale crimen non ſoleat patrari niſi cum perſonis inhabilibus, infamibus, & minoribus, & ideò iſti ſunt meliores teſtes alijs, quem ſequitur Capyc. Latr. *d. deciſ.* 163. *num.* 62. & 63. *& num.* 21. & 46 vbi quòd probato delicto in genere dicitur etiam probatum in ſpecie in ſimilibus criminibus.

Quòd plures ab eodem ſodomitati deponentes de diuerſis actibus, etſi ſingulares probent vnicum delictum in genere, ita vt poſſit ad pœnam arbitrariam deueniri, & eo magis ad torturam, etiam per tres vices interpolatis diebus, Borgn. *d. deciſ.* 13. *num.* 11. & in fine cùm inquiſitus tortus ſteterit in negatiua fuit confinatus extra Diœceſim, videas ipſum *per tot.* Cabal. *caſ.* 84. *num.* 10. *&c.* Farinac. *quæſt.* 64. *num.* 223. *& ſeqq.*

7 Sodomita de iure ſtatim commiſſo crimine amittit dominium bonorum ſuorum, quæ fiſco applicantur, Clar. *§. Sodomia, verſ. Item ſodomita*, Tuſch. *litt. S. concluſ.* 316. *num.* 12. Menoch. *de arbitr. caſ.* 286. *num.* 19. vbi tamen quòd Senatus Mediolanenſis referente etiam Claro, non ſolet pro hoc crimine indicere bonorum publicationem, & rectè quidem inſpecto iure Cæſareo, ſecus autem inſpecto iure Pontificio, vide Farinac. *quæſt.* 148. *num.* 14. Nouar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect.* 212. *num.* 12. Viul. *comm. opin.* 726. *reſol. crim. verb. Sodomia reſol.* 3. *num.* 3. *& ſeqq.* Hermoſil. *ad leg. Partit. tum.* 1. *gloſ.* 1. & 2. *l.* 2. *tit.* 4. *num.* 17. *fol.* 281. vbi quòd Sodomita non poteſt teſtari, cum ipſo iure amittat dominium, & fiſco applicentur eius bona, ac ita Praxis ſeruat; ſed intelligi debet iuxta ſuas regiones, nam in his partibus non ſeruatur, vt dixi, & probat Conciol. *d. reſol.* 3. *in verb. Sodomia, & ad Stat. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 25. *num.* 6. vbi etiam Romaguer. *in Addit.* citat me, & alios de hac materia tractantes.

Quòd pro hoc crimine non publicentur bona, ita vt ſententia eſſet nulla, latè defendit Plot. *conſ.* 132. *tom.* 1. *conſ. crim. Diuerſ.* Non. *conſ.* 104. *num.* 9. Butr. *conſ.* 58. *per tot.* quos refert, & ſequitur Baiard. ad Clar. *loc. cit. num.* 18. Peregrin. *de iur. fiſc. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 169. *fol. mihi* 235. Farinac. *quæſt.* 148. *num.* 15. vbi quòd ita ſeruatur in Alma Vrbe, Guaz. *de confiſc. concl.* 13. *limit.* 45. vbi quòd nunquam vidit pro hoc crimine pœnam confiſcationis imponi, & hanc opinionem ſeruari etiam Florentiæ dixi *in Pract. §. Sodomia num.* 15. ac ita iudicaſſe teſtatur Conciol. *d. reſol.* 3. *num.* 4. *in fine.*

Qualiter ſodomita efficiatur inteſtabilis, ita vt omne teſtamentum antea conditum reddatur etiam nullum, Boſſ. *tit. de ſtupr. deſt. in maſcul. num* 2. Menoch. *de arbitr. caſ.* 286. *num.* 21. Viui. *comm. opin.* 726. *num.* 29. Farinac. *quæſt.* 148. *num.* dixi *in loc. cit. num.* 16. vbi de conſuetudine non ſeruari, quia non amittitur dominium bonorum vt ſupra, adde Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de teſtam. cap.* 9. *Dub.* 4. & 5. *per tot. fol.* 355. *& eod. cap.* 9. *§.* 4. *Dub.* 1. *& ſeqq. fol.* 369.

Sodomita debet ſeparari à coniugio, & conuerſatione vxoris propter ſuſpicionem ne illam corrumpat, maximè ſi vir de hoc crimine vxorem tentauerit, Clar. *§. Sodomia verſ. Item propter*, vbi etiam Baiard. Ampliat, vt impediatur matrimonium contrahi, licèt per ſodomiam non cauſetur affinitas, vt dictum eſt ſupra, Menoch. *de arbitr. caſ.* 286. *num.* 22. Conciol. *verb. Sodomia reſol.* 2. *num.* 5. de quo tamen, & quomodo probari poſſit, vel debeat, vide Sperel. *deciſ.* 140. *num.* 38. *& ſeqq.* Tuſch. *lit. S. concl.* 316. *num.* 13. *&c.* Couar. *tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 7. *§.* 5. *n.* 6. *fol. mihi* 269. Viui. *comm. opin.* 725. 8

An copula ſodomitica habita à viro ſiue ab vxore cum tertio, præſtet coniugi innocenti iuſtam cauſam diuortij, etiam ſi fuerit imperfecta, vt quia ſemen non fuerit emiſſum, contrarias opiniones refert Dian. *part.* 9. *tract.* 8. *reſol.* 37. & negatiuam ſequitur, quando fuit imperfecta; ſed vtroque caſu mihi magis placet affirmatiua, quando huiuſmodi actus inhoneſti, & nefandi contingunt ex parte mulieris per rationes ibidem per eum relatas, vide *in §. Matrimonium num.* 19. *& §. Adulterium num.* 12. *§. Sponſalia num.* 5.

Sodomia de iure ciuili punitur pœna mortis tam in agente, quàm in voluntariè patiente, imò de conſuetudine ſodomitæ comburuntur, Clar. *§. Sodomia verſ. ſed quæro*, P. Manar. *Noct. Malencol. Interrog.* 200. *§.* 5. Azor. *Inſtit. moral. part.* 3. *cap.* 19. *fol. mihi* 182. Farinac. *quæſt.* 148. *num.* Ricc. *Collect.* 184. 487. & 1877. Nouar. *Prag. Reg. Neap. Collect.* 212. Viui. *comm. opin.* 726. *num.* 4 *&c.* Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 3. *caſ.* 15. vbi intelligit quando delictum eſt completum, & inter maſculos, Conciol. *verb. Sodomia reſol.* 3. *per tot.* vbi ampliat, & limitat. 9

Non tamen comburuntur viui, ſed priùs occiduntur, & poſtea corpora igni, & flammis traduntur, ne lenta morte in deſperationem æternæ ſalutis incidant, Couar. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 9. Duen. *reg.* 113. Baiard. *d. §. Sodomia num.* 7. *&c.* vbi quòd pluries ita ſeruare fecit, vt ſcilicet priùs cum laqueo in gutture ſuſpendatur, & poſtea comburantur, nec valere ſtatuta punientia ſodomitas pœna pecuniaria, & alia plura contra ſodomitas, & illorum auxiliatores notabilia, ſed raròhodiè noſtrorum temporum corruptela practicata.

Quoad pœnam mortis naturalis intellige de ſodomia conſumata per emiſſionem ſeminis intra vas, & contra confeſſum, nam ſi fuerit emiſſum ſemen extra vas, vel tantummodò attentatum delictum etiam per actus proximos cum pollutione, non eſt locus pœnæ ordinariæ, ſed aliæ extraordinariæ minori, vel torturæ reo negante, ad tradita per Sanfelic. *deciſ.* 354. *per tot. cum Addit.* Nouar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect.* 212. *num.* 2. & 3. Peguer. *deciſ.* 72.

Qualiter puniantur ſodomitæ de iure Diuino, naturali, gentium, ciuili, & Pontificio, latè Menoch. *de arbitr. caſ.* 286. *num.* 5. *& ſeqq.* Cabal. *reſol. crim. caſ.* 16. *& caſ.* 84. *per tot.* Card. Tuſch. *lit. S. concluſ.* 316. *&c.* Farinac. *d. quæſt.* 148. *per tot.* Azor. *Inſtit. moral. d. cap.* 19. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 197. *num.* 31. *volum.* 4. Ant. Pichard. *Pract.*

Inſtit.

Inſtit. p.3. num.114. fol.105. Borgn. Caualc. tit. de delict. deciſ.13. & Capyc. Latr. deciſ.163.

Quòd imò etiam illi, qui filiosfam. & ſubditos ſibi non corrigunt de iſto vitio, digni ſint eadem pœna, auctoritate Sacræ Scripturæ, benè probat Viui. comm.opin.726.num.31. intellige ſi probetur ſcientia, & patientia quoad forum externum, in interno autem omnia nuda, & aperta ſunt oculis Dei.

De quodam iudice iniquo, qui cum ſibi huiuſmodi crimen delatum rideret, & riſu facinus approbare videretur, fuit ipſe illa pœna affectus, qua ſtuprator abſens affici non poterat, idem Menoch. d. caſ.286. ſub num.7. ſed væ iudicibus quibuſdam noſtri temporis, ſi huiuſmodi rigor eſſet aliqualiter cum illis ſeruandus; quos tamen eadem iuſtitia, quam impiè perſecuti ſunt, in futuro ſæculo ſæuiſſimè perſequetur, vt loquendo etiam de procuratoribus, & defenſoribus, auctoritate S. Bernardi Ser. 16. art.3. cap.3. per tot. concludit Viui. comm. opin.726. num.30.

Ad hoc autem vt ſit locus dictæ pœnæ capitali ordinariæ, debet delictum eſſe conſumatum, & non ſolummodo attentatum, quamuis ob immanitatem criminis puniatur etiam ſolus conatus, & attentatio, ſed pœna extraordinaria mitiori arbitrio iudicis, Clar. §. Sodomia verſ. quæro nunquid, Menoch. d. caſ.286. num.10. 27. & 28. Card. Tuſch. lit. S. concluſ.318. Farinac. d. quæſt.148. num. Dian. part.4. tract.7. reſol.20. verſ. notandum, vbi quid ſi ſemen effundatur extra vas, Sanfelic. deciſ.47. ſub num. 8. verſ. nam & ſi, vbi quòd debet eſſe conſumatum per pollutionem intra vas, de quo tamen ſufficit conſtare per indicia indubitata, de quibus ibidem, & deciſ.354. per tot. cum Addit.

Debet etiam haberi ratio qualitatis, & conditionis perſonarum, nam adoleſcentes, & minores minori pœna puniuntur, & quid ſi pluries in hoc delinquerint, Menoch. d. caſ.286. num.29. &c. Baiard. ad Clar. §. Sodomia num.13. vbi refert contrarium tenentes, nempè etiam minores in hoc crimine eſſe pœna mortis puniendos; quod puto intelligendum, dummodo ſaltem ſint maiores decem, & octo annis, iuxta conſtitutiones Marchiæ lib.4. cap.69. & Statutum Florentinum de quo dixi in §. Pœna num. & §. Minor num.2. Conciol. verb. Sodomia reſol.3. num.9. & ſeqq. vbi qualiter minor quatuordecim annorum excuſetur à pœna ſaltem ordinaria, & infans, ac infantiæ proximus magis, ad Farinac. quæſt.92. num.83. Clar. §. fin. quæſt.60. num.1. Odd. de reſtit. in integr. part.2. quæſt.80. ſub num.44. Hieron. Cala tract. de reſtit. in integr. deneg. quæſt.37. num. 29. & ſeqq. vbi quòd in hoc crimine, minor ſi ſit agens non excuſatur à pœna ordinaria, ſed tantùm ſi fuerit patiens, niſi pluries reintegrauerit delictum, quia tunc nec patiens excuſatur à pœna ordinaria mortis, ac ita refert pluries Neapoli iudicatum, & executum, & quæſt.38. num.70. & ſeqq.

Quomodo puniantur ſodomitæ in Statu Florentino, Cabal. reſol. crim. caſ.16. & caſ.84. per tot. dixi in Pract. §. Sodomia num.1. &c.

Quòd ſodomia ſit de delictis exceptis, & priuilegiatis quoad proceſſum, & pœnas, & habeat ferè omnia ſpecialia læſæ maieſtatis DD. in l. cum vir C. ad l. Iul. de adult. cum alijs citatis per Sanfelic. deciſ.355. num.9. vbi inter cætera quòd eius pœna non poteſt minui, vel componi, aut tranſigi, vel gratiari, nec attenduntur priuilegia perſonalia circa torturam, & alia, Conciol. verb. Sodomia reſol.2. per tot.

Quòd ſodomitatus per vim coactiuam, nulla ſit pœna puniendus, nec efficiatur infamis, & ideò faciat indicium abſque tortura, Maſtril. deciſ.295. num.1. Gizzarel. deciſ. 52. num.33. in Addit. Farinac. quæſt.148. num. Cabal. reſol. crim. caſ.84. num.12. &c. Conciol. d. reſol.3. num. 12. Hier. Cala de reſtit. in integr. deneg. quæſt.37. num.32. & 33.

Et quando puer ob teneram ætatem dicatur non habere nec velle, nec nolle, & quidquid videt ignorare, nec conſenſiſſe, ſed vim paſſus, tamquam dormiens, & formaliter raptus, idem Cabal caſ.16. num.40. vbi loquitur de puero ſeptenni.

10 Sodomia à Clerico commiſſa, etiam ſi ſit occulta, & peracta pœnitentia, illum ſuſpendit ab Ordinis executione, & ſi interim celebret efficitur irregularis, & non poteſt diſpenſari niſi à Summo Pontifice, Clar. §. Sodomia verſ. Item Clericus, Tuſch. litt. S. concluſ. 316. num. 11. &c. Couar. 2. part. relect. tit. de homicid. §. 1. num.6. tom. 1. fol. mihi 733. Viui. comm.opin.727. alios tenentes hanc opinionem refert Dian. part.2. tract. 17. reſol. 69. vbi tamen quòd ab omnibus meritò reijcitur, Addit. ad Sanfelic. deciſ. 354. verſ. huius &c. vbi quòd Clerici ſodomitæ per Bullam B. Pij V. priuantur omni officio, priuilegio, & beneficio, & degradati traduntur Curiæ ſæculari, & notoriæ ſunt irregulares, de qua Bulla, & eius declaratione, Scortia in ſenect. Pontif. Conſtit. Epit.103. & Theorem. 254. & 255. & 256. per tot. fol. mihi 364. &c. Souſa in Aphoriſm. Inquiſit. lib. 1. cap.59. num.24. & ſeqq. latè Thom. Hurtad. reſol. moral. p.1. tract.1. cap.8. per. tot. fol mihi 31. & ſeqq.

Quòd imò ſi ſit occulta non inducat irregularitatem, quia nullum delictum quantumuis enorme facit irregularem, ſi ſit occultum, Menoch. de arbitr. caſ. 286. num. 23. Azor. Inſtit. moral. part.3. lib.3. cap.19. in fine fol. mihi 183. Conciol. verb. Sodomia reſolut.4. latè Vgolin. de irregular. cap.43. §.2. num.4. fol. mihi 175. vbi ſuſtinet hanc opinionem non ſolum in terminis iuris communis, ſed etiam in terminis Conſtitutionis B. Pij V. & contrariam nullo modo eſſe recipiendam, tamquam nullo iure, nullaue ratione ſulcitam, hanc etiam probat Dian. part.2. tract.17. reſol.21. vbi etiam quod nec dictæ pœnæ locum habent ſi ſodomia committatur cum muliere, latè Thom. Hurtad. loc. cit. vbi plura de hac materia.

Quòd non ſit locus purgationi Canonicæ, ſed etiam Clericus debeat ſubijci torturæ, iuxta qualitatem indiciorum, & puniri, Cabal. reſol. crim. caſ.84. per tot. Azor. d. cap. 19. Farinac. quæſt.148. num...

Quòd ſupradicta Bulla B. Pij V. contra Clericos ſodomitas pertineant tantùm ad forum externum, & non ſit in foro conſcientiæ vſu recepta, & quatenus eſſet, non procedat in ſodomia cum muliere in vaſe præpoſtero commiſſa, licèt alij contra, nec quando ſemen non fuit emiſſum intra vas, quo caſu nec eſt caſus reſeruatus ſodomiæ; an autem habeat locum tam contra agentes, quàm contra patientes, an ſi ſemel, bis, vel ter id egerint, an ſi beſtialitatis vitium commiſerint, an requiratur ſententia iudicis, & alia de clericis ſodomitis, Dian. part. 2. tract. 17. reſol.61. & ſeqq. per tot. Conciol. reſol. crim. verb. Sodomia reſolut.4. per tot. vide Scorciam, loc. ſup. cit. Souſam vbi ſupra.

Quænam circumſtantiæ de hoc peccato ſint exprimendæ in confeſſione, vel non, Dian. part.5. tract. 14. reſol. 56. & part.6. tract.6. reſol.36. part.7. tract. 10. reſolut. 8. & tract. 12. reſol.15. & ſeqq. & 23.

Quòd non ſit neceſſarium explicare in confeſſione an quis fuerit agens, vel patiens, licèt aliqui contradicant, probat Dian. part.11. tract.3. reſol.4. per tot.

Quando ſodomia ſit caſus reſeruatus, vel non, ſtante reſeruatione facta, Dian. part. 7. tract. 12. reſolut. 13. per tot. faciat Scortia loc. ſup. cit. de omnibus prædictis, & alijs in materia ſodomiæ, præcipuè à Clericis, ſiue Regularibus commiſſæ, latè Thom. Hurtad. reſol. moral. part. 1. tract. 1. cap. 8. per tot. fol. mihi 31. & ſeqq. ad 51. Borgn. Caualcan. tit. de delict. deciſ.13. per tot. part. 5. vbi plura de ſodomia à Clerico commiſſa quomodo probetur, & puniatur.

Sodomitæ vltra alias pœnas efficiuntur infames, priuantur defenſione aduocatorum, & officio aduocationis, ſi ipſi ſint aduocati, l. cum vir. C. ad l. Iul. de adult. Menoch. de arbitr. d. caſ.286. num.20. 25. & 26. 11

Repelluntur etiam à teſtimonio, Bertaz. conſ. crim. 71. num.66. volum.1. Maſcard. de probat. volum.3. concluſ.1313. num.16.

Debent tamen eis defenſiones aſſignari, niſi agatur de ſodomia inſigni, & notoria, Cabal. reſol. crim. caſ.41. Nouar. in Pragm. Reg. Collect.212. num.9.

Item dùm tentant aliquem de huiuſmodi vitio nefando, poſſunt à tentato impunè offendi, ac occidi, Ferret. tract. de re milit. fol.155. num.67. Anton. Scap. tract. de iur. non ſcript. lib. 5. cap. 143. num. 12. Farinac. quæſt. 148. num. 18. Addit. ad Sanfelic. deciſ. 354. verſ. licet occidere, Nouar. Pragm. Reg. Collect. 212. num. 4. Baiard. ad Clar. §. Sodomia num. 15. vbi refert ita bis fuiſſe ſeruatum in facti contingentia, facit Cabal. tract. de omn. gen. homicid. num. 88. vbi quòd pro defenſione pudicitiæ licitum eſt inſidiantes occidere, & benè Conciol. reſol. crim. verb. Occiſio reſol.4. per tot. quòd verum eſſe etiam in foro cõſcientiæ, & cum adiutorio alte-

alterius quando vim patiens aliter non poteſt euadere, probat Dian. *reſol. moral. part.5. tract.4. reſol.34.* vide *in §. Stuprum num.5. in fine, §. Raptus num.9. & §. Homicidium num.25. in fine.*

12 Sodomia commiſſa à viro cum vxore, an poſſit ipſa vxor puniri ex eo, quia tacuerit, & virum non denunciauerit, vel poſſit excuſari ſaltem à pœna ordinaria, Baiard, *in §. Sodomia num.16. in addit. ad Clar.*

An ſodomita poſſit ſe excuſare, allegando quòd id egerit in ſomnis, cogitando accedere ad mulierem, videtur affirmare Gomez. *de delict. cap.3. num.26. circa finem*, Baiard. *loc. cit. n.21. vbi tamen in fine*, quòd huiuſmodi cantilena à bonis iudicibus non eſt admittenda, ne ſe ſimiles reo oſtendant, Farinac. *qu. 148. num.52.* Addit. ad Sanfelic. *deciſ.354. verſ. Adde caſum.*

13 Sodomitæ non gaudent immunitate Eccleſiæ maximè ſi tale crimen in Eccleſia commiſerint, imò abſolutè non gaudere, docent Cutel. *in l. Martini cap.17.* Caſtil. *deciſ. 155. part.2.* Barboſ. *de iure Eccleſ. lib.2. cap.9. num.127.* & alij per eos citati.

Contrarium autem nempè ſodomitas, etiam Clericos, & delicto in Eccleſia commiſſo abſolutè gaudere immunitate Eccleſiæ, tam in terminis iuris communis, quàm Bullæ Gregorianæ, eum non ſit de caſibus in illa exceptis, pluribus relatis probat Dian. *reſol. moral. part.5. tract.1. reſol.2. verſ. Vnde ex dictis, & part.6. tract.1. reſol.26. quæſt.4.* Thom. del Bene *de Immunit. Eccleſ. tom.2. cap.16. dub.24. ſect.7.* Danza *de pugna Dect. tom.1. tit. de Immunit. Eccleſ. cap.4.* Addit, ad Sanfelic. *deciſ.354. verſ. An ſodomita.*

14 Sodomia an committatur inter hermaphroditos, facit quod dixi *in §. Matrimonium num.27.* vide Laurent. Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.48. num.40. & ſeqq. vbi num. 45.* negatiuè concludit, quia ad hoc vt ſimile peccatum, vel delictum committatur inter homines, neceſſe eſt, quòd ſeminis emiſſio fiat eo modo, quo generatio ſequi non poſſit; natura enim per vſum libidinis intendit generationem, & ſic dùm fit extra vas generationi non aptum dicitur contra naturam, & hoc eſt perdere ſexum locum ſuum; at quando duo hermaphroditi vtroque ſexu potentes ſimul coeunt, & illis promiſcuè vtuntur, neque extra vas naturale operantur, neque finis naturæ generationis fruſtratur, cùm verè generare poſſint, ſicut generarunt illi, & ambo fuerunt reperti prægnantes in figura matrimonij inter eos legitimè contracti, de quibus auctor *loc. cit.*

15 De Sodomia tractant nonnulla Bertachin. *in Repertor. verb. Sodomia*, Bobadil. *lib.2. Politic. cap.17. num.67. &c.* Couar. *lib.4. var. cap.22. & de matrim. cap.7. §.5. num 9. & 10.* vbi an committatur inter coniuges, & pœna ordinaria plectatur, & an inter fœminas, Maſſin. *de confiſc. bonor. quæſt.9.* Panimol. *deciſ.66. & 67.* Magius Angiarien. cæterique relati à Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Nefandum*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.5. verb. Sodomia fol.629.* Carol. Ant. Theſaur. *de pæn. Eccleſ. part.2. verb. Sodomia fol.341.* vbi quòd Sodomitæ ipſo facto afficiuntur iuris infamia, & conſequenter irregularitate, ſtante publicitate, vel notorietate facti, vel declaratoria iudicis, & quòd ex Bulla Pij V. 72. quæ incipit, *Horrendum*, omnes Sacerdotes, & alij Clerici ſæculares, vel Regulares, ipſo facto priuentur omni priuilegio clericali, omni officio, & dignitate, & beneficio Eccleſiaſtico, & per Iudicem Eccleſiaſticum degradati, tradendi ſunt Curiæ ſæculari puniendi, ſequuta etiam priùs ſententia declaratoria, &c.

§. SOLEMNITAS, XXII.

1 SOlemnitas eſt multiplex, nam alia reſpicit negocium, ſiue contractum, alia inſtrumentum, ſiue probationem, alia ſubſtantiam, & profectionem actus alia mixtim vtrumque; vel ſolemnitas eſt ſubſtantialis, vel formalis, vel effectualis; intrinſeca, quæ ex ſignificatione verborum includitur, vel extrinſeca, quæ poſito actu neceſſariò non ponitur, vt latè explicat Card. Tuſch. *lit. S. concluſ.319. & 320. per tot.* cum alijs remiſſiuè relatis per Ægid. de Caſteion. *in Alphabet. iurid. verb. Solemnitas.*

2 Solemnitas intrinſeca ſemper præſumitur, extrinſeca verò debet probari, niſi lapſum fuerit diuturnum tempus, quia tunc etiam extrinſeca præſumitur, latè Menoch. *præſumpt. lib.3. præſumpt.132. per tot. & lib.4. præſumpt.9.* Socin. *reg.462. & 463. per tot.* Capyc. *deciſ.16.* Rot. *part.2. diuerſ. deciſ.143.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.268. per tot. cap.318. num.31. cap.415. num.19. cap.433. num. 51. cap. 474. num.11. cap.564. num.25. cap.590. num.6. cap.859. n. 15.* vbi de citatione, *cap.867. num.50.* vbi de beneplacito Apoſtolico *cap.869.* vbi de inſinuatione, & *cap.893. num. 17.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.3. lib.14. tit.21. num.96. & ſeqq. fol.429. & tit.28. num.29. & ſeqq. fol.606.* vbi diſtinguit tres caſus, & Scacc. *de appell. quæſt.19. concluſ.7. num. 3. &c.* latè Card. Tuſch. *lit. S. concluſ.322. cum pluribus ſeqq.* Maſcard. *de probat. vol.3. concluſ.1314. 1315. & 1316. per tot.* Cabal. *conſ.66. lib.1.* vide *in §. Beneplacitum num.7. §. Diuturnitas num. §. Inſinuatio num. & §. Subhaſtatio num.*

Ad hoc autem vt ſolemnitas extrinſeca poſſit præſumi ex diuturnitate temporis, requiritur ſcientia, & patientia partis, ac ipſius actus geſti obſeruantia, plenè Ger. Spin. *conſ.46. & 47. per tot.* vbi agit de inſinuatione, vide *in §. Statutum de ſolemnitatibus num.20. in fine.*

Quòd coniuncta poſſeſſione beneplacitum Apoſtolicum præſumatur ex curſu longi temporis, aliàs ſecus, Magon. *deciſ. Flor.61. num.18. &c.* & de curſu 30. annorum cum poſſeſſione, Rot. *part.2. diuerſ. deciſ.179. num.1.* vide alios ſupracitatos, & *in §. Beneplacitum.*

Solemnitas extrinſeca reſpiciens ſubſtantiam actus, 3
temporis curſu non præſumitur, ſicut nec quando inſtrumentum non facit fidem, nec quando ex inſpectione actus clarè apparet ſolemnitatem non interueniſſe, nec quando agitur de pœna, nec vbi efficacior præſumptio adeſt in contrarium, nec contra minorem, nec vbi actus pro ſolemnitate requirit ſcripturam, nec vbi ſolemnitas eſt poſita in conditione, nec de iure Canonico, neque vbi non apparet de ſcientia, & patientia aduerſarij, vel ſi ſciuit impugnare non potuit, nec quando ſolemnitas non fuit enunciata, nam in his & ſimilibus caſibus præſumptio ſolemnitatum ducta ex temporis curſu non operatur, vt latè declarat Menoch. *de præſumpt. lib.3. præſumpt.132. num.67. & ſeqq. per tot.* Surd *deciſ.231. per tot.* Card. Tuſch. *lit. S. concluſ.325. &c.* Thom. Triuiſ. *deciſ. 55. num.51. & ſeqq. lib.2.*

Quoad ſolemnitatem, quæ potuit ante, & poſt actum adhiberi, ex ſola inſpectione actus non probatur illam non fuiſſe adhibitam, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.867. num.53.*

Quando verò ſolemnitas debuit interuenire in ipſo actu, diuturnitas temporis nihil operatur, ſi ex inſpectione actus, vel inſtrumenti appareat non fuiſſe adhibitam, Rot. *part.2. diuerſ. deciſ.84. num.7. &c.*

Solemnitas neceſſaria in alienatione bonorum Eccleſiæ, 4
licèt ex curſu longiſſimi temporis iuncta obſeruantia præſumitur, tamen non præſumatur quando acceſſerit aliqua ſolemnitas expreſſa non ſufficiens, prout nec quando eſt decurſum poſt mortem illius Rectoris, qui alienauit, niſi probetur ſcientia, & patientia ſucceſſoris, de cuius præiudicio agitur; Imò ſecundum aliquos, vt prædicta concluſio procedat requiritur etiam ſcientia Papæ, quòd pars non contradicat, neque neget ſolemnitates interueniſſe, & quòd actus non requirat ſcripturam, nam vbi proceſſus ſuper cognitione cauſæ fuit redigendus in ſcriptis, ſolemnitates non præſumuntur ex quocumque temporis lapſu, prout nec quando deficit obſeruantia actus, cuius vigore prætenditur ſuſtineri, latè Altograd. *conſ.26. num.22. &c. lib.1.* vbi etiam *num.29.* quòd dicta obſeruantia debet eſſe clara, & certa, non dubia, præſumpta, nec æquiuoca, Vrceol. *Conſul. forenſ. cap.47. num.32. &c.* Sperel. *deciſ. 179. num.51. &c.* vbi plura ad excluſionem præſumptionis ſolemnitatis extrinſecæ, & beneplaciti Apoſtolici, Rot. *part.10. recent. deciſ.209. num.5.* vbi quòd dictum beneplacitum non præſumitur ex lapſu etiam 30. annorum, niſi ſimul concurrat obſeruantia contractus, Rot. *part.15, recent. deciſ.7. num.23.* vbi quòd ex curſu 30. annorum iuncta obſeruantia, præſumitur beneplacitum Apoſtolicum, non obſtante Conſtitutione Vrbani VIII. quæ dictam præſumptionem ſuſtulit, vt dixi *in §. Beneplacitum num.7. &c.*

Quòd ſtante curſu centum annorum cum pacifica poſſeſſione emptoris, & ſic centenaria præſcriptione, ſolemnitates omnes præſumantur interueniſſe, licèt in inſtrumento non ſint enunciatæ, latè in terminis alienationis bonorum Communitatis Rot. *part.18. recent. deciſ.709.*

Solem-

5 Solemnitas requiſita à lege, vel ſtatuto in actus celebratione, requiritur etiam in illius diſſolutione, licèt ſecus ſit ſi in celebratione fuerit adhibita non ex neceſſitate, ſed ex voluntate partium, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 168. *per tot.* Card. Tuſch. *lit. S. concl.* 328. *per tot.*

6 Solemnitas canonica, quæ eſt neceſſaria in alienatione bonorum Eccleſiæ, non requiritur in alienatione rerum immobilium Confraternitatum, & Hoſpitalium, intelligendo de laicalibus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 400. *num.* 22. *& c.*

Contrarium in Eccleſiaſticis, idem Gratian. *cap.* 517. *per tot. & cap.* 838. *num.* 21. *& c.*

Et huiuſmodi ſolemnitates non probantur per verba enunciatiua in inſtrumento poſita, Genu. *de verb. Enunciat. lib.* 2. *quæſt.* 40 *fol.* 76. dixi *in reſol. cap.* 25. *n.* 11. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 133. *num.* 17. Mantic. *de tacit. & ambigu. lib.* 11. *tit.* 6. *num.* 6.

Quæ autem ſolemnitates requirantur de iure ciuili, & quæ de iure canonico in alienatione bonorum Eccleſiæ, dixi plenè *in reſol. cap.* 69. *per tot.* Sperel. *deciſ.* 154. *&* 155. *per tot.* Borgn. *deciſ.* 30. *per tot. part.* 2. Menoch. *de arbitr. caſ.* 172. *per tot.* Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 326. *per tot.* vide in §. *Alienatio num.* Ricc. *Collect.* 2201. Thom. del Bene *de Immunit. Eccleſ. par.* 2. *cap.* 17. *per tot. à fol.* 129. *ad* 184. Giballn. *de vniuerſ. negot. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 8. *per tot. fol.* 184. *& ſeqq.*

7 Solemnitas canonica non requiritur in alienatione bonorum Eccleſiæ, quæ ſint ſolita locari, & in Emphyteuſim concedi; huiuſmodi tamen ſolitum, vel conſuetudo debet probari vnà cum vtilitate euidenti Eccleſiæ de tempore nouæ conceſſionis, & quòd prima conceſſio fuerit facta cum debitis ſolemnitatibus, ac poſtea per quadraginta annos obſeruata, vide Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 60. *num.* 4. *& c.* Altograd. *conſ.* 27. *num.* 48. *& c. lib.* 1. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 379. *num.* 20. *& c. cap.* 813. *num.* 36. *& c.* vbi de conſtitutione Paulina, & de prohibitione ne alienatio fiat in conſanguineos, & multa de ſurreptione, & *cap.* 452. *per tot.* Rot. *in Æſina Bonorum* 27. *Aprilis* 1635. coram Buccabella *in Nouiſſ. par.* 7. *deciſ.* 36. *num.* 6. *& ſeqq.* facit Magon. *deciſ. Luc.* 14. *per tot.* Rot. *in Romana deuolutionis Lunæ* 4. *Decembris* 1651. coram Bichlo, Altograd. *conſil.* 27. *num.* 48. *lib.* 1. dixi *in reſolut. cap.* 69. *numer.* 33. *& c.* Merlin. *deciſ.* 756. *& deciſion.* 887. *numer.* 22. *& c.* Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 165. *per tot. & deciſ.* 175. *numer.* 14. *& c. part.* 13. *deciſ.* 113. *num.* 13. *& deciſ.* 191. *per totum.*

Quòd valeat conſuetudo concedendi, & reuocandi emphyteuſim abſque ſolemnitatibus canonicis, & ſit ſeruanda, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 913. *numer.* 33. Altograd. *conſ.* 27. *num.* 49. *lib.* 1. Mantic. *de tacit. & ambigu. lib.* 22. *tit.* 19. *num.* 33. & dixi *in cit. cap.* 69. *numer.* 36. vbi latiùs.

Multa de læſione exiſtente tempore nouæ conceſſionis, ita vt ex ea reſcindatur conceſſio, non obſtante quòd bona ſint ſolita locari, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 331. *&* 312. *per tot. & par.* 13. *recent. deciſ.* 191. *per tot.*

Quòd ſi agatur de alienatione inter duas Eccleſias particulares facta, non habeat locum pœna *extrauagantis ambitioſæ Paul. II. de rebus Eccl. non alienand. contra Rectores*, quia per eam non fit præiudicium Eccleſiæ vniuerſali, de qua loquitur dicta Conſtitutio, Thom. Tetuiſ. *deciſ.* 56. *nu.* 17. *lib.* 2.

Tunc autem dicuntur bona ſolita alienari quando ſemel fuerunt alienata cum debitis ſolemnitatibus, aut extant duæ conceſſiones cum curſu quadraginta annorum, ſed omni caſu eſſent concedenda eodem modo, & forma prout prius erant, & cum euidenti vtilitate præſentis temporis, Altograd. *conſ.* 27. *num.* 48. *& c. lib.* 1. & latiùs *conſ.* 28. *num.* 17. *& ſeqq. per tot. lib.* 1. vbi etiam, quid ſi fuerit alterata forma primæ inueſtituræ, vt quia prima eſſet ad vnam generationem tantùm, & ſecunda fiat ad plures generationes, an ſecunda ratione dictæ mutationis in totum corruat ſi non fuerint adhibitæ ſolemnitates, vel ſaltem ſuſtineatur pro tempore permiſſo, quo aliàs fuit facta, & ſic ſolùm vitietur in exceſſu, & multis hincinde relatis diſtinguendo firmat vtile per inutile non vitiari, dixi *in reſol. cap.* 69. *num.* 36. *& c.* vide Merlin. *deciſ.* 775. *num.* 10. *& ſeqq.* vbi quòd ſi fiat alteratio inueſtituræ vitiatur in totum, non adhibito beneplacito Apoſtolico, Rot. *par.* 10. *rec. deciſ.* 165. *per tot. & par.* 13. *deciſ.* 191. *per tot.* vide in §. *Inueſtitura.*

Solemnitas requiſita, & adhibita in primo actu requiritur etiam in illius ratificatione, & confirmatione, vt latè declarat Card. Tuſch. *lit. S. concl.* 329. *per tot.* 8

Solemnitas neceſſaria, ſi fuerit omiſſa, regulariter vitiat actum in omni diſpoſitione, & quando ſecus, vide Card. Tuſch. *lit. S. concluſ.* 330. *per tot.* dixi in §. *Forma num.* 9

An ſolemnitas loci contractus ſit ſeruanda per Forenſes ibidem contrahentes, vel potiùs ſolemnitas iuris communis, Tuſch. *loc. cit. concluſ.* 331. *per tot.* vide in §. *Statutum num.* Ricc. *Collect.* 3780.

Quòd in modicis, & moram non patientibus, ac in alijs quibuſdam caſibus ſolemnitas iuris non ſit neceſſaria, & omiſſa non vitiet actum, Tuſch. *loc. cit. concluſ.* 332. *per tot.*

Quando ſolemnitas poſſit remitti à partibus, vel non, idem Tuſch. *concl.* 333. *per tot.*

Quòd ſi omittatur ſolemnitas neceſſaria de iure poſitiuo (dummodò interueniat neceſſaria de iure naturali, gentium, & diuino) non corruat actus in conſcientia, nec peccetur quoad Deum, Ricc. *Collect.* 1759.

Solemnitas non neceſſaria ſi fuerit adhibita, ſed minus legitimè non vitiat actum, quia abundans cautela incepte adhibita non nocet, Felin. *in cap. cum ordinem numer.* 2. *& c. de reſcript. & in cap. examinata num.* 12. *de iudic.* Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 350. *verſus fiant*, vbi exemplificat in multis. 10

Multa de varijs ſolemnitatibus obſeruandis in diuerſis actibus, quid operetur illarum omiſſio, & alia Bertachin. *in Repert. verb. Solemnitas*, Tepat. *var. ſent. tit.* 215. Scacc. *de iudic. lib.* 2. *cap.* 11. Camil. Capucc. *in Prax. par.* 1. *vt in Indice verb. Solemnitas*, Aſin. *tract. de execut.* §. 5. *per tot.* Cyriac. *contrŏu.* 11. cæterique plures indicati à Caſtejon. *Alphab. iuria. verb. Solemnitas*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. par.* 5. *cod. verb. fol.* 630. 11

§. SOLVTIO. XXIII.

Solutio eius, quod debetur liberat debitorem, ſiue ſit per eum facta, ſiue per extraneum illius nomine, eo etiam vel creditore inuito, licèt alias creditore inuito nemo poſſit in ſe transfundere obligationem debitoris, Pract. Papp. *reſponſ. act. hypothec. gloſ. exceptionem ſolutionis num.* 1. Barboſ. *de Axiom. iur. axiom.* 210. *numer.* 1. *& c.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 181. *&* 182. *volum.* 4. Rot. *part.* 1. *recent. deciſ.* 172. *numer.* 1. *& c.* vbi quòd ſolutione eius, quod debetur extinguitur omnis actio, & hypotheca, & *par.* 13. *deciſ.* 118. *num.* 2. *& c.* vbi tamen quòd non probetur ex aſſertione debitoris; & plura de ſolutionibus remiſſiuè Ægid. Caſtejon. *in Alphabet. iurid. verb. Solutio.* 1

Quòd ſolutio extinguat obligationem, & quando ſecus, Card. Tuſch. *lit. S. concluſ.* 340. *per tot.* Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 220. vbi de dote, quæ ſi non fuit legitimè ſoluta, eſt iterum ſoluenda.

Quando poſſit fieri per tertium, & pro tertio, idem Tuſch. *lit. S. concl.* 352. *per tot.*

Quòd exceptio ſolutionis ſemper poſſit opponi, etiam in actu executionis, & temerarius dicatur iudex illam non admittens, ſi probetur, Magon. *deciſ. Floren.* 94. *num.* 9. *&* 10. vide in §. *Exceptio numer.* 37. Ricc. *Collect.* 2005.

Quòd exceptionem ſolutionis opponens non fateatur debitum, Magon. *deciſ. Flor.* 44. *&* 81. Nouar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.* 85. *num.* 5. dixi in §. *Exceptio num.* 6. *&* §. *Oppoſitio num.* 1.

Qualiter per ſolutionem eius, quod debetur tollatur omnis obligatio, quid ſit ſolutio, & quid ſoluendum, quis teneatur ſoluere, & cui ſit facienda ſolutio, & alia plura, Petr. Onnat. *de contract. tom.* 1. *tract.* 6. *Diſput.* 21. *sect.* 1. *& ſeqq. fol.* 600. *& c.*

Solutio illa propriè dicitur, quæ fit per numerationem pecuniæ, *l. ſolutam* 49. *ff. de ſolut.* Maur. *de ſolut. cap.* 1. *num.* 3. *& c.* 2

Quod verbum, *ſoluere*, ſit latiſſimum, niſi ſit adiectum verbum, *pecuniæ*, & importet ſatisfactionem quocumque modo factam de conſenſu creditoris, *l. ſolutionis*, *ff. de verb. ſignific.* ſatisfacere autem importet etiam dationem pignoris, vel fideiuſſoris, Card. Tuſch. *lit. S. concluſ.* 341. *per tot.* vide in §. *Promiſſio num.* & §. *Verba num.* Giballin. *de vniuerſ. negot. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 1. *fol.* 302. *& c.*

quid

quid ſit ſolutio, quid, cui, & à quo ſoluendum, quo ordine, loco, & tempore, quid excuſet à ſolutione, & alia plura ad rem.

3 Solutio tamquam quid facti non præſumitur, ſed ab allegante eſt probanda, Maur. *de ſolut. cap.* 3. vbi etiam quid ſi allegetur à tertio, Maſcard. *de probat. volum* 3. *concluſ.* 1318. *per tot.* Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 135. *num.* 1. *&c.* Marth. Medic. *exam.* 53. *num.* 1. *&c.* Ricc. *Collect.* 1765. Ludouiſ. *dec.* 139.

Quòd verum eſt, etiam ſi allegetur in ipſa confeſſione debiti, veluti ſi quis fateatur debitum, & ſimul dicat illud ſoluiſſe, nam adhuc per creditorem poteſt acceptari confeſſio, reiecta huiuſmodi qualitate ſolutionis tamquam diuerſa à confeſſione, latè Genu. *de ſcript. priuat. lib.* 1. *quæſt.* 4. *num* 89. *& ſeqq. ad* 105. *fol.* 11. *& lib.* 4. *tit. de ſeparat. num.* 6. *& ſeqq. per tot. fol.* 207. vide in §. *Confeſſio num.* *& §. Debitor num.* Rot. *part.* 2. *recent. deciſ.* 272. *num.* 1. *&* 2.

Solutionem allegans an dicatur fateri debitum diſtingue nam aut ſimpliciter dicit ſoluiſſe, & non fatetur debitum, quo non probato ab auctore debet reus abſolui, aut non reſpondit ita ſimpliciter, ſed confitetur prius debitum, veluti quia dixit verum eſſe recepiſſe pecuniam, vel quid aliud, ſed ſoluiſſe, & tunc abſque dubio remanet probata intentio actoris, & ſolum tractandum eſt de ſolutione quam ſi non probet reus condemnari debet, vt benè per plura iura, & auctoritatis diſtinguit, ac de magis communi opinione teſtatur Ioann. de Amic. *conſ.* 99. *numer.* 1. *fol. mihi* 225. vide alios ſupra *num.* 1. *in fine*, & in §. *Oppoſitio num.* 1.

4 Solutio debiti in ſcriptis contracti, eſt etiam in ſcriptis, & per ſcripturam probanda, vel per quinque teſtes, cum naturale ſit vnumquodque diſſolui eo modo, quo ligatum fuit, *l. teſtium. C. de teſt. Auth. rogat. C. ad Trebell.* Afflict. *deciſ.* 13. *num.* 25. vbi Vrſil. Maur. *de ſolut. cap.* 4. *numer.* 52. *&c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 168. *num.* 7. *& per tot.* Barboſ. *de appellat. verb. ſignific. appell.* 59. *num.* 5. Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *num.* 516. *verſ. Vigeſimo ſecundo fol.* 422.

An autem poſſit probari per ſcripturam priuatam, dic quòd ſic, ſi ſit comprobata per teſtes, vel recognitionem creditoris, vel per comparationem, Genu. *de ſcrip. priu. in Addit.* q. 19. *fol.* 37. vbi plura.

Intellige prædictam concluſionem de ſolutione per ſcripturam probanda quando ageretur de contractibus, ex quibus ex legis, ſtatuti, vel partium diſpoſitione, ſiue conuentione erat neceſſaria ſcriptura ad eſſentiam ipſius contractus, & ſic quando in conſtitutione debiti fuit adhibita ſcriptura pro ſubſtantia contractus, ſecùs autem ſi ad ſolam probationem, vel ex ſimplici partium voluntate, Bart. *in l. actor. num.* 9. *ff. rem rat. hab.* & in his terminis loquuntur Gratian. ad Maur. *loc. cit.* quamuis Barboſ. & Iordan. ſimpliciter ſequantur, ſed iſti etiam, & alij ſunt ità intelligendi, & vt ſupra declarat etiam poſtea viſus, Vrceol. *de tranſact. qu.* 68. *num.* 2. *& ſeqq.* vbi de diſſolutione tranſactionis.

Quando autem ſcriptura dicatur de ſubſtantia contractus, vel ad probationem, vide in meis reſolut. *cap.* 1. *num.* 19. *&* 20. & in hoc opere §. *Scriptura num.* 1.

An valeat pactum iuratum quòd non poſſit probari ſolutio per teſtes, ſed probari debeat per publicas ſcripturas, rationes, & auctoritates, pro vtraque opinione affirmatiuam ſequendo adducit Sanfelic. *deciſ.* 185. *per tot.* vbi in fine dat cautelam probandi etiam per teſtes, non obſtante dicto pacto.

5 Solutio poteſt probari cum præſumptionibus, & coniecturis arbitrio iudicis æſtimandis, ità vt huiuſmodi probatio habeatur pro manifeſta veritate, & poſſit ex illa ſequi ſententia definitiua *cap. afferte de præſumpt.* Afflict. *deciſ.* 13. *num.* 24. Surd. *deciſ.* 105. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 739. *numer.* 38. *cap.* 860. *num.* 6. Maur. *de ſolut. cap.* 4. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 135. *per tot. & præſumpt. ſeqq.* Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 345. *per tot.* Vrceol. *Conſult. for. cap.* 23. *num.* 17. vbi quòd debet attendi veriſimilitudo, Marth. Medic. *Exam.* 53. *numer.* 2. *&c.* Andreol. *contron.* 242. *num.* 11. Caren. *reſolut.* 108. *num.* 2. Boſſ. *de dot. cap.* 10. §. 1. *num.* 2. Merlin. *deciſ.* 30. *numer.* 10. Bich. *deciſ.* 373. *num.* 7. *& ſeqq.* Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 89. *num.* 22. *& deciſ.* 379. *num.* 13. *& ſeqq.* Caren. *reſolut.* 108. *per tot.*

Imò huiuſmodi præſumptiua probatio admittitur etiam ad effectum impediendi executionem obligationis Cameralis, & ſic contra inſtrumentum etiam iuratum guarantigiatum, vel obligatione Camerali vallatum, Galleſ. *de oblig. Cam. par.* 1. q. 3. *num.* 4. Menoch. *d. præſumpt.* 135. *in fine*, Gratian. *diſcept. for. cap.* 951. *num.* 19. *cap.* 962. *num.* 49. vide in §. *Obligatio num.*

Plura in contrarium, & quod ſolutio ſit plenè, & concludenter probanda, nec ſufficiant coniecturæ, & præſumptiones ad illam inducendam, Rot. *par.* 11. *recent. deciſ.* 179. *& par.* 4. *deciſ.* 335. *num.* 8. *&c.*

Quòd ſolutio probetur per hæc verba in ſcriptura appoſita videlicet *computati, e fatti buoni*, Card. Tuſch. *litt. S. concl.* 345. *num.* 10.

Et præcipuus modus probandi ſolutionem eſt confeſſio, vel quietantia de recepto facta per inſtrumentum, vel aliam ſcripturam, & ſi ſit de reſiduo denotat nihil aliud deberi, Maſcard. *de probat. concluſ.* 361. *& concluſ.* 1324. *num.* 6. *& ſeqq.* Maur. *de fideiuſſ. part.* 2. *ſect.* 3. *cap.* 2. *& de ſolut. cap.* 4. *numer.* 51. dixi *in reſol. cap.* 26. *num.* 16. *&c.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 285. *numer.* 1. *& ſeqq. infra num.* 20.

Item probatur per teſtes Marth. Medic. *Exam.* 53. *num.* 10.

Solutio tamen præſumpta non ſuffragatur illi, qui debitum ab initio negauit, cùm ſolutio in neceſſarium antecedens ſupponat debitum, Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 258. *num.* 9.

Solutio probatur, vel præſumitur per inſtrumentum 6
debiti cancellatum, vel inciſum repertum penes debitorem, nam aut præſumitur debitor ſoluiſſe, aut fuiſſe à creditore liberatum, ſi probet habuiſſe apocam, vel inſtrumentum ab ipſo creditore, vel ab alio de illius ordine, & mandato, & ſic niſi debitor ſit domeſticus creditoris, ità vt potuerit de facili illud per ſe ſubtrahere, *l. ſi chirographum ff. de probat. l. ſi de poſſeſſione C. eod.* gloſ. & Bart. in *l. Labeo ff. de Pact.* Pract. Papp. *for. reſponſ. libel. act. hypothec. gl. exceptionem ſolutionis num.* 2. *vbi addit.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 140. *&* 141. Sanfelic. *in Prax. ſect.* 54. *num.* 6. Soccin. *reg.* 232. Franch. *deciſ.* 261. Maur. *de ſolut. cap.* 4. *num.* 11. *&c.* Gratian. *cap.* 593. *numer.* 11. *& cap.* 699. *num.* 1. Genu. *de ſcript. priuat. lib.* 1. *quæſt.* 4. *num.* 161. *&c. fol.* 17. *& in Addit. tit. de Chirograf. num.* 37. *&c. fol.* 62. Martha *vot. Piſ.* 104. *num.* 12. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *num.* 267. *fol.* 406. *& numer.* 310. *fol.* 409. vbi quòd procedit præſumptio, etiam ſi non ſit laceratum, cùm ſit in facultate debitoris lacerare, benè operatur laceratio quando reperitur penes tertium, vide in §. *Inſtrumentum num.* plenè Marth. Medic. *Exam.* 53. *num.* 16. *et ſeqq.* vbi quòd hodie iſta præſumptio eſt parui momenti, & quare.

Idem eſt ſi creditor reſtituat debitori inſtrumentum, vel apocam ſuæ obligationis, nam præſumitur illum liberaſſe, etiam ſi originale remaneat in protocollo Notarij, & etiam ſi de eodem debito extarent plura inſtrumenta, & creditor vnum tantùm reſtituat, intelligendo quando alia coniectura ſumi non poteſt, quam remiſſionis, vel ſolutionis debiti, nam ſi alia de cauſa fuerit traditum, ceſſat hæc præſumptio, ad latè tradita per Menoch. *d. præſumpt.* 140. *per tot.* cum alijs ſupracitatis.

Quòd ex inſtrumenti caſſatione per creditorem permiſſa, totalis debitoris liberatio inducatur, Rot. *par.* 9. *recent. deciſ.* 236. *num.* 20. *&* 21.

An autem inſtrumentum ſignatum linea tranſuerſa probet, dum non conſtat quod huiuſmodi linea fuerit facta de conſenſu partium, vel per notarium de illo rogatum, vel aliàs per legitimam perſonam, Maſcard. *de probat. concl.* 156. *&c.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 699. *num.* 1. *etc.* Duran. *deciſ.* 402. *numer.* 26. *&c.* vbi quòd probat maximè ſtante illius obſeruantia inter partes, cùm potuerit eſſe ſignatum per accidens, & non ad deſtructionem ſubſtantiæ in eo contentæ, idem Gratian. *cap.* 593. *num.* 11. *&c.* An ex apoca cancellata inducatur ſolutionis præſumptio, vel ſaltem excludatur via executiua, latè Carol. Rota in *Florileg. concl.* 4. *per tot.*

Ex quibus ſuſpicionibus, & cancellationibus ſcriptura arguatur falſa, Menoch. *de arbitr. caſ.* 187. *n.* 4. *&c.* vide in §. *Inſtrumentum num.* §. *Scriptura num.*

Quòd ſolutio præſumatur facta quando apud debitorem fuit repertum mandatum executiuum contra illum

ob-

obtentum, Ruin. *conſ.44. num.3. lib.1.conſ.73. num.1. &c. lib.4.* Natt. *conſ.112. num.1.* quos ſequitur Rot. *part.10. recent. deciſ.225. num. 16.*

7 Solutio præſumitur ex temporis diuturnitate puta lapſu decennij poſt diem ſolutioni præfixum concurrente ſilentio, & patientia creditoris aliàs in exigendo ſolliciti, Afflict. *deciſ.13. num.2.* vbi Vrſil. Maur. *de ſolut. cap.4. numer. 10. &c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 570. num.24. &c. cap. 726. num.49.* Menoch. *lib.3. præſumpt. 135. num. 3. & ſeqq.* Altograd. *conſ.53. num.30. &c. lib.2.* Ger. Spin. *conſ.17. nu. 24.* Andreol. *contr.57. num.1.* Ludouiſ. *deciſ.468. numer. 9.* Buratt. *deciſ.641. num.5.* Vrceol. *Conſult. for. cap. 23. num. 11.* Maſcard. *de probat. concl.1318. num.27.* Tepat. *variar. ſent. tit.161. cap.5.* Thomat. *deciſ.43. numer. 13.* Hodier. *contr. for. lib.2. cap.13. num.46.* Rot. *par.11. recent. deciſ. 41. n.9. & 10.* vbi in terminis dotis, Rot. *part. 13. recent. deciſ. 239. num.4. & par.17. deciſ.29.* vbi in terminis pannorum, & iocalium in dotem promiſſorum, & *deciſ.* 379. *num.14. & ſeqq.*

Et licèt multi intelligant de tanto tempore quod ſufficere poſſit ad inducendam præſcriptionem, quæ raró in decidendis cauſis ſibi locum vindicat propter multa requiſita ad illam perficiendam neceſſaria, de quibus dixi in §. *Præſcriptio num.* vt benè conſiderat Vrſil. in Addit. ad Afflict. *deciſ. 13. num. 1. & ſeqq. ad 12.* Niſi tamen ſtatutum adimeret fidem inſtrumento poſt certum tempus, quod facere poteſt, & tunc tranſacto illo tempore ex defectu probationis non poteſt ampliùs peti debitum etiam iuratum, Rot. *part.2. Diuerſ. deciſ.104. num.2. & deciſ.8. part.3. lib. 1.* vide in §. *Præſcriptio num.* Surd. *deciſ. 158. per tot.* Vrceol. *conſult. for. cap. 23. num. 14. &c.* vbi quòd huiuſmodi ſtatutum tanquam fundatum ſuper veriſimilitudine ſolutionis ſecutæ eſt validiſſimum, plenè Merlin. *deciſ. 124. per tot.*

Tamen hoc verum eſſet tantùm vbi diuturnitas temporis aduerſetur pro præſcriptione, quæ aliàs concurrentibus debitis requiſitis per ſe ſola, ſufficeret ad extinguendam obligationem, ita vt præſcriptione completa, nec obſtet poſtea ſuperueniens mala fides, etiam in foro conſcientiæ, imò tunc ſi quid fuiſſet ſolutum, poſſet repeti, ad tradita per Maur. *de ſolut. cap.4. num.25. &c.* vide in §. *Præſcriptio num* *infra n 19.*

Secùs autem ſi diuturnitas temporis adducatur ſimpliciter tamquam coniectura, quia tunc etſi per ſe ſola non ſufficiat, tamen iunctis alijs adminiculis, & præſumptionibus probat ſolutionem, nam quæ ſingula non proſunt, multa ſimul collecta iuuant, *cap. cum cauſam de probat. l.2. vbi gloſ. ff. de excuſat. tut.* Afflict. *deciſ.13. num. 24. in fine*, Math. Medic. *dec. Senenſ. Exam.53. num.52. &c.* Rot. *par. 1. diuerſ. deciſ.788. num.12. &c.* Bich. *deciſ.562. num.14. & ſeqq.* vbi quòd ſolita iſta coniectura non conuincit ſolutionem, & coniecturæ ad inuicem conquaſſantur ad excludendam ſolutionem, Rot. *part. 17. recent. deciſ.* 379. *num. 14. & ſeqq.* vbi quòd eſt vehemens, & violenta coniectura, licet aliqui eam vti leuem, & inefficacem reijciant, & *par.18. deciſ.99.* vbi de præſcriptione ſtatutaria inducta ex præſumpta ſolutione.

8 Solutio præſumitur ex ſanguinis coniunctione, temporis diuturnitate, ac ſæpè calculatis rationibus non facta mentione de prætenſo debito, ità vt his tribus ſimul concurrentibus videatur neceſſariò inferri ſolutionem, vel remiſſionem debiti, ſiue alterius iuris competentis fuiſſe factam, iuxta *tex. in l. Procula ff. de probat.* Afflict. *deciſ. 13. num.11. &c.* Menoch. *lib.3. præſumpt. 135. num. 11. & præſumpt.60. num.5. d. lib.3. et de arbitr. caſ.88. num.16. etc.* vbi plura de intellectu *d. l. Procula*, Petr. Cabal. *conſ. deciſ. 48. num.4. et ſeqq. lib.2.* Gratian. *deciſ.46. per tot. & diſcep. forenſ. cap.565. num.41. &c.* Card. Tuſch. *litt. S. concl.345. num.6. &c. et litt. L. concl.* 332. *num.4. &c.* Magon. *deciſ. Flor.42. num.4. &c.* Maur. *de ſolut. cap.4. nu.32. &c.* Marth. Medic. *Exam.53. numer.52. & ſeqq. et deciſ.84. & 85. per tot.* Rot. *par.9. recent. deciſ.262. num.30. &c. par. 12. deciſ. 197. num.30. etc.* vbi re redditione rationis, Caren. *reſol. 108.* Poſſent. *ſingul. 18.*

Quòd procedit etiam ſi non formalis calculatio interceſſerit, ſed aliquod aliud ſimile factum loco illius concurrat, veluti diuiſio, compenſatio, iterata ſolutio, & huiuſmodi, quæ vim calculationis, & computorum obtineant, Gramat. *deciſ.103. num. 39.* Tuſch. *litt. L. concluſ. 322. num.4. &c.* Menoch. *de arbitr. d. caſ.88. num.17. in fine, & num. 19.* vbi etiam videtur tenere, quòd ſufficiant duo ex tribus requiſitis, & idem comprobat Vrſil. ad Afflict. *deciſ.13. num.14.* Crauett. *conſ.159. numer. 4.* Marth. Medic. *d. exam.53. num.53. &c. & deciſ.85. numer.3. &c.* Hodiern. *controu.13. num.47. etc.* Cyriac. *contr.* 28. *num. 6. & controu.412. num.7. &c.* Munoz. *de ratiocin. cap.37. num. 10.*

Intelligendo omnia, niſi creditor probabiliter ignorauerit ius ſuum, vel niſi errauerit in iure, vt benè declarat Menoch. *d. caſ.88. num.19.* Marth. Medic. *Exam.53. num. 58. &c.* Et quando non procedat dicta præſumptio, Poſſent. *d. ſingul. 18. per tot.*

Solutio præſumitur ex qualitate debitoris, & creditoris; debitoris ſcilicet in ſoluendo punctualiter debita ſua, & ſtante illius opulentia, & legalitate; creditoris autem ſtante illius indigentia, & ſollicitudine, ſiue diligentia in exigendo, Afflict. *deciſ.13. num.19.* vbi Vrſil. Maur. *de ſolut. cap.4. num. 19. &c.* Menoch. *lib. 3. præſumpt.* 135. *num.14. etc.* Altograd. *conſ.53. numer.34. lib. 2.* Ger. Spin. *conſ.17. num.15.* Surd. *deciſ.105. num.3. &c.* Merend. *contr. iur. lib.24. cap.18. num.28.* Andreol. *contr.57. num. 12.* Vrceol. *conſult. for. cap.23. num. 12.* Marth. Medic. *deciſ. Senenſ.84. num.3. &c.* Mantic. *deciſ.266. num.5.* Poſt. *reſolut. 41. num.9.* Monach. *deciſ. Flor. 2. num. 26.* Merlin. *deciſ. 124. num.20. & ſeqq.* Rot. *part. 9. recent. dec.262. num. 29. etc. & part.10. deciſ.225. num. 12. et ſeqq. et part. 11. deciſ. 86. num. 6. et ſeqq.* vbi in terminis præſumendæ ſolutionis dotis ex coniecturis ponderat promiſſionem, qualitatem creditoris, & debitoris vt ſupra, partem ſolutionis, & lapſum quindecim annorum, ex quibus firmat conſtare de ſolutione, & *part. 13. deciſ.239. num.5. et deciſ.285. n. 15. etc.* Caren. *reſol. 108.* 9

Solutio præſumitur ex qualitate debiti pœnalis, ne ſcilicet alias detur fatua iactatio tam debitoris in non ſoluendo, quam creditoris in non exigendo pœnam, & ideò quando debitum erat pœnale potiùs præſumitur ſolutio, quam dicta fatua iactatio debitoris in non ſoluendo, & ſic pœnam incurrendo, & creditoris in non exigendo pœnam, intelligendo tamen concurrentibus alijs coniecturis, & præcipuè diuturnitatis temporis, ad tradita per Ger. Spin. *conſ.17. n.17.* & iudicio meo quando debitor eſſet locuples, & ſoluendo, aliàs ſecus, & hæc penès me ſemper eſſet leuis coniectura, niſi ex alijs adiuuetur. 10

Ex quibus autem coniecturis, & præſumptionibus probetur ſolutio, debiti remiſſio, vel donatio, plenè videndus Marth. Medic. *Exam.53. deciſ.84. 85. 86. 87. et 88. per tot. cum Addit.*

Solutio præſumitur quando creditor diu diſtulit petere extrà iudicium, vel in iudicio id, quod facilè poterat petere, & conſequi à debitore, vel eius filijs, & hæredibus, cùm præſumatur hoc factum de induſtria, vt interim probationes debitoris de ſolutione facta perirent, & cum iudicium ſubterfugiens præſumatur de iure ſuo diffidere, Afflict. *deciſ.13. num.22.* vbi Vrſil. *numer. 30. etc.* Menoch. *lib.3. præſumpt.135. num.20. &c.* latiùs *lib.2. præſumpt. 91. num.7. et per tot.* Ger. Spin. *conſ.17. num.26.* Penn. *deciſ.111. num.2.* Vrceol. *Conſult. for. cap. 23. num.16.* Marth. Medic. *deciſ.85. num.9. &c.* vbi quòd creditor, qui non petijt in vita debitoris redditur ſuſpectus, ſicut quando dum vixit nullam de credito fecit mentionem, Merlin. *deciſ. 124. n. 23.* Caren. *reſolut.108. num.6.* Hodiern. *Contr. for. lib.1. cap.13. num.38. &c.* Rot. *part. 10. recent. deciſ.225. num. 17. etc. part. 14. deciſ.478. num. 2. et part. 17. deciſ. 379. num. 18.* 11

An, & quando ex taciturnitate creditoris per longum tempus, vel vſque poſt mortem debitoris, inducatur præſumptio ſolutionis, Cyriac. *contr.280.* Merlin. Pignatel. *cap. 87.* Merend. *contr.18.* Capyc. Galeott. *contr.14. lib.2.* Rot. Rom. *deciſ.379. num. 12. et ſeqq. part. 17. recent. et part.18. deciſ.802. num.20. et ſeqq. et part.19. deciſ. 150. et 224.* aliique plures citati à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. par.5. verb. Taciturnitas fol.705.*

Solutio præſumitur quando quis erat debitor plurium, & diuerſarum ſummarum, & creditor noluit pro tenui quantitate ſequi fidem debitoris, & illum exſpectare, ſed coegit ad ſoluendum, vel ad dandum pignora, nam ex hoc præſumitur etiam aliàs ſummas maiores exegiſſe, nam qui in modico non fuit ſequutus fidem debitoris, nec in magno voluiſſe ſequi præſumitur, Afflict. *deciſion. 13. num.22. circa medium*, vbi Vrſil. *num. 32.* Menoch. *lib. 3. præ-* 12

præſumpt. 135. *num.* 22. ſequitur Marth. Medic. *Exam.* 53. *num.* 51. *per tex. & gloſ. in cap. cum in cunctis verb. Multo fortius de elect.*

13 Solutio præſumitur quando conſtat creditorem habuiſſe partem ſui crediti per retentionem tot bonorum debitoris, ſi potuit alia retinere pro integra ſumma, & nihilominus voluntariè reſtituit bona ipſi prætenſo debitori, cùm per agnitionem, & conſecutionem partis arguatur ad agnitionem, & conſecutionem totius, data poſſibilitate retinendi pro tota ſumma, nec ſit præſumendum, quod qui potuit totum ſibi ſoluere, partem tantùm ſoluerit, Afflict. *deciſ.* 13. *num.* 21. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 135. *num.* 17. & 28. Merlin. *deciſ.* 718. *num.* 2. Vrceol. *conſult. foren. cap.* 23. *num.* 13. Marth. Medic. *Exam.* 53. *num.* 47. *&c.* vbi benè declarat quomodo hæc coniectura ſit intelligenda, & quando arguat contrarium in fauorem creditoris, Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 102. *per tot.* vbi qualiter præſumatur ſolutio ex eo, quòd creditor habebat penes ſe bona debitoris, & illa reſtituit.

Et vltra eum intellige iſtam coniecturam procedere, quando creditor poſſidebat bona debitoris, & ſibi ipſe de illis ſatisfecit, ſecùs ſi debitor ipſe de per ſe ſoluerit etiam per conſignationem bonorum, nam tunc non procedit, quia qui ſoluit partem, non videtur, nec præſumitur totum ſoluiſſe, ſed poteſt ad reſiduum conueniri, etiam ſi ſoluerit ad totum, quod à creditore fuit petitum abſque tamen aliqua conditione taxatiua, vel mentione reſidui, cum per receptionem indeterminatam non videatur creditor fateri ſibi nil aliud deberi, Rot. *in nouiſſ. part.* 7. *deciſ.* 45. *num.* 22. & coram Duran. *deciſ.* 419. *num.* 8. & ideò etiam ſi debitor interrogatus an debeat centum, reſpondeat ſe debere tantùm quinquaginta, poteſt creditor vti huiuſmodi confeſſione ad conſequendum illa quinquaginta, nec prohibetur ob id poſtea reſiduum petere, ſi poſſit aliundè probare de alijs quinquaginta, Menoch. *de arbitr. caſ.* 93. *num.* 35.

Idem eſt in confeſſione facta à teſtatore, qui dixit ſibi deberi centum à Titio, nam non præiudicat hæredi ſi poſſit probare quod Titius plus debeat, *l. rationes C. de prob.* niſi appoſuiſſet dictionem aliquam taxatiuam, vel iuramentum, quia tunc teſtator videretur voluiſſe huiuſmodi ſuam confeſſionem ſuſtineri omni meliori modo, & cætera remittere, vel legare, ſi non probetur error ipſius teſtatoris, Bart. *in l. ex hac ſcriptura ff. de donat.* Euerard. *loc. à vi, & energ. iur. num.* 27. Genu. *de verb. enunciat. lib.* 2. *q.* 22. *per tot. fol.* 52.

Propoſita igitur ſolutionis coniectura locum ſibi vindicat quando creditor adminiſtrauit bona ſui debitoris, & poſſit ſibi ſoluere, nam præſumitur ſibi adminiſtratorio nomine ſoluiſſe, maximè non facto inuentario, vel etiam illo confecto per detractionem tot bonorum ex ipſo inuentario, cùm nemo præſumatur velle ſuum iactare, ſed facere id quod veriſimiliter alij facerent, nempe ſibi ſoluendo dum habent in manibus bona ſui debitoris, Ang. *in l. ſed ſi damnum §. Peculium ff. de pecul.* Afflict. *deciſ.* 13. *num.* 14. *& ſeqq.* vbi Vrſil. in Addit. Menoch. *lib.* 3. *præſump.* 135. *num.* 12. *&c.* Marth. Medic. *Exam.* 53. *num.* 35. *& ſeqq. ad* 50. vbi quòd per ſe ſola eſt leuiſſima, Gratian. *diſcept. for. cap.* 129. *num.* 21. *&c.* vbi intelligit hanc coniecturam, niſi aliter ex ſufficienti redditione rationis appareat, cùm tunc euidentia facti illam excludat, vide in §. *Adminiſtrator num.* Marth. Medic. *loc. cit. num.* 44. *&c.* Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 102. *per tot.*

Quando non præſumatur ſolutum ſtante aſportatione aliquorum bonorum propter incertitudinem, vide Magon. *deciſ. Flor.* 121. *n.* 6.

Quomodo adminiſtrator ſibi non ſoluendo dicatur in culpa, & fideiuſſores remaneant liberati, Ruin. *conſ.* 45. *num.* 5. *lib.* 5. Rimin. iun. *conſ.* 53. *num.* 64. *lib.* 1. Gratian. *d. cap.* 129. *num.* 31. vide in §. *Adminiſtrator num.* *& §. Fideiuſſor num.*

Solutio præſumitur, ſi creditor de tempore, quo dicitur
14 facta, vel paulò poſt probetur expediſſe pecuniam illius quantitatis, nam ſtante temporis vicinitate præſumitur quod ſibi fuerit ſoluta à debitore, niſi creditor probet potuiſſe illam aliundè habere, Afflict. *deciſion.* 13. *num.* 20. vbi Vrſil. *num.* 27. & 28. plura adducit ſimilia, Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 135. *num.* 16. Maur. *de ſolut. cap.* 4. *num.* 49.

Idem eſt ſi creditor dum adminiſtrat bona debitoris, vel poſtea dedit denarios ad cambium, vel poſuit ad aliud lucrum, nam ſi non appareat aliunde habuiſſe, præſumitur ſumpſiſſe de bonis debitoris, vt ſibi ſolueret, Afflict. *d. dec.* 13. num. 29. Menoch. *d. præſumpt.* 135. *num.* 16. Marth. Medic. *Exam.* 53. *num.* 46.

Solutio præſumitur per partitas libri ipſius debitoris, ſi 15
in eo adnotauit ſolutione fuiſſe factam, concurrentibus adminiculis, & veriſimilitudine, putà, quòd ità conſueuerit in eo adnotare dietim, & per ordinem omnes ſolutiones per illum factas, & ſimilibus, præcipuè etiam ſi ſcribens ſit mortuus, Magon. *deciſ. Flor.* 95. *num.* 14. Maur. *de ſolut. cap.* 4. *nu.* 36. *&c.* Marth. Medic. *deciſ.* 88. *per tot. & Exam.* 53. *num.* 63. latè Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 225. *per tot.* vide in §. *Liber num.* 11. *&c.*

Sicut è contra coniectura non factæ ſolutionis deducitur, ſi debitor ſit ſolitus habere huiuſmodi librum, & adnotare ſolutiones, & ſolutio in eo non appareat deſcripta, Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 139. *num.* 20. Durand. *deciſ.* 368. *num.* 39. vide in §. *Negatiua num.* Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 52. *n.* 68. *& ſeqq.*

Solutio vſurarum, & fructuum præſumitur per ſortis 16
receptionem factam à creditore ſine aliqua proteſtatione, *l. Centum Capuæ ff. de eo quod cert. loc.* Dec. *in l. vinum num.* 5. *ff. ſi cert. pet.* Roman. *conſ.* 143. *num.* 2. Maur. *de ſolut. cap.* 4. *num.* 23. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 113. Magon. *deciſ. Flor.* 42. *num.* 12. *&c.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 130. *num.* 33. *cap.* 400. *num.* 19. vide in §. *Dominus num.* *& §. Intereſſe num.* 30.

Imò proteſtatio non ſufficit ad conſeruandum ius petendi intereſſe poſt ſortis receptionem, cum ſublato, & extincto principali, inducatur etiam remiſſio intereſſe ex iuris neceſſitate, & ideò huiuſmodi proteſtatio non poteſt impedire iuris effectum, *l. alimenta C. de neg. geſt.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 455. *num.* 26. *&c. cap.* 400. *num.* 20. & 21. Niſi ſoluens ſortem conſentiat dictæ proteſtationi, illi non contradicendo, nam tunc videtur eam tacitè approbare, & conſeruare ius proteſtationis, ita vt reſultet quidam tacitus contractus ſuper intereſſe, Iaſ. *in l. fin.* vbi etiam Caſtr. *ff. de eo quod cert. loc.* idem Gratian. *diſcept. for. cap.* 130. *num.* 34.

Intelligendo tamen dictam principalem concluſionem de illo intereſſe, quod venit acceſſoriè ad ſortem ex ſolo iudicis officio, nam ſi ex ſtipulatione, ſiue vigore alicuius conſuetudinis, vel ſtatuti, vel alias iure actionis debeatur, ſemper remanet ſaluum ius illud petendi, etiam recepta ſorte principali, & nulla facta reſeruatione, vt per DD. ſupracitatos, quibus addo Cenc. *de Cenſ. quæſt.* 119. *num.* 17. vbi propterea quòd dominus cenſus recipiens ſortem principalem non videtur remittere fructus maturatos, & decurſos, ſed poteſt illos quandocumque de per ſe petere, quamuis non fuerit proteſtatus, cum ad eos vbi competat actio ex ſtipulatu, ac idem eſt in intereſſe dotis debito iure actionis, & ſimilibus, Magon. *deciſ. Flor.* 83. *per tot.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 857. *num.* 5. *&c. cap.* 130. *num.* 37. vbi an, & quando intereſſe dotis debeantur iure actionis, vel officio iudicis, vt recepta ſorte poſſit ſeparatim prætendi, vel non, Staiban. *de Intereſſ. lib.* 1. *quæſt.* 23. *per tot. & lib.* 2. *tit.* 3. *quæſt.* 3. *per tot.* Bich. *deciſ.* 303. *num.* 38. & 39. Rot. *par.* 16. *rec. deciſ.* 245. vbi quòd ceſſante ſtatuto, pacto, & æquitate, ceſſat etiam officium iudicis, & recepta ſorte principali, etiam cum reſeruatione fructuum, non poſſunt ampliùs peti poſt multum tempus cum ſilentio.

Solutio præſumitur quando qui dicit ſoluiſſe aliàs egit 17
contra creditorem, vel creditor conſtituit ſe illius debitorem, quia non eſt veriſimile, quod creditor ſaltem non compenſaſſet, Maur. *de ſolut. cap.* 4. *num.* 17. Nam qui alteri ſoluit, vel ſe facit eius debitorem, veriſimiliter non eſt creditor, Afflict. *deciſ.* 13. *num.* 13. Menoch. *conſ.* 457. *num.* 3. *& præſumpt.* 135. *lib.* 3. Anchar. *conſ.* 434. Crauett. *conſ.* 129. *num.* 9. Maſcard. *concl.* 1325. *in fine*, Natt. *conſil.* 358. *num.* 13. *lib.* 2. Marth. Medic. *deciſ.* 84. *num.* 5. vbi dicit cum alijs citatis hanc eſſe fortem coniecturam, & adminiculatam omninò probare ſolutionem, Rot. *par.* 17. *recent. deciſ.* 379. *num.* 15. *&c.*

Quamuis enim alias ſoluens alicui tanquam debitor, non prohibeatur poſteà vti creditor ex alia cauſa eundem, cui ſoluit conuenire, cùm poſſit ſimul ſtare quod aliquis ſit debitor ex vna cauſa, & creditor ex alia, & noluerit, vel non potuerit vti compenſatione, Caſtr. in *l. ſi quidem num.*

n.2. C. de tranſact. Gratian. diſcept. for. cap.356. n.24. &c. Maur. de ſolut. cap.40. Pacific. de Salu. inſpect.5. cap.1. num. 91. Tamen ſecus eſt concurrentibus alijs præſumptionibus, & veriſimilitudinibus arbitrio iudicis æſtimandis, vel quando debitum, & creditum oritur ex vna, & eadem causa, vt etiam aduertit Pacific. loc. cit. & Bertazol. conſ. crim. 118. num.17. Honded. conſ.39. num.46. lib.42.

Quòd ſoluens creditori ſuo quod debet, non cenſeatur remittere creditum proprium cum eo ex alia cauſa, neque ex huiuſmodi ſolutione reſultet aliqua præſumptio, quod non ceſſet debitoris, cui fuit ſolutum, Iaſ. in d. l. ſiquidem n. 2. C. de tranſact. Bart. in l. qui innocem ff. de condict. indebit. Alex. conſ.12. num.2. verſ. non obſtat lib.2. Sed vide ad hanc materiam Natt. conſ.358. num.13. lib.2. Caſtr. in d. l. ſiquidem, Roman. conſ.143. num.2. & alios ſupracitatos, Rot. part.18. recent. deciſ.401. num.18. & 19. vbi quòd nulla adeſt repugnantia, quod creditor ex vna cauſa, euadat debitor ſui debitoris ex alia, & ſola præſumptio obligationis, ſeu ſolutionis; & non factæ compenſationis non operatur, quòd ſe obligans, vel ſoluens non ſit creditor ex alia cauſa illius, cui obligatur, vel ſoluit, cum concordantibus ibi citatis.

18 Solutio poteſt probari per iuramentum, ſi conſtet Ciuitatem, vel locum, in quo reperiebantur ſcripturæ fuiſſe ab hoſtibus, vel incendio, ſiue alio caſu fortuito direptum, nam tunc ſtatur iuramento debitoris de amiſſione inſtrumenti ſolutionis, l. iuſiurandum, & l. duobus §. Item ff. de iureiur. Bart. in l. qui iuraſſe §. fin. ff. de iur. Maſcard. de probat. concl.1318. n.23. part.3. Menoch. lib.3. præſumpt.135. num.8. &c. Afflict. deciſ.13. n.9. &c. vbi Vrſil. latè videndus Matth. Medic. Exam.53. nu.3. & ſeqq. vbi ponit plura requiſita ad hoc neceſſaria, & vide quæ dixi in §. Amiſſio num.1. & ſeqq.

19 Solutio probatur mediante præſcriptione 30. annorum, vel alia à ſtatuto inducta concurrentibus tamen debitis requiſitis, Menoch. lib.3. præſumpt.135. num.3. & ſeqq. Afflict. deciſ.13. num.2. &c. ad 9. vbi Vrſil. Maur. de ſolut. cap. 4. n.35. & ſeqq. dixi ſupra n.7. & in §. Præſcriptio num. plenè Merlin. deciſ.124. per tot. vbi qualiter debitor ex lapſu decennij acquirat liberationem, & debitum præſcribat vigore Stat. Vrb. lib.1. cap.158. Rot. part.10. recent. deciſ. 225. n.52. &c. vbi quòd dictum ſtatutum non procedit in debito iurato.

20 Solutio totius debiti probatur per quietationem, & ſolutionem factam de reſiduo, nam reſiduum denotat nil aliud deberi, Maur. de ſolut. cap.4. num.51. Gratian. diſcept. for. cap.3. num.2. &c. cap.486. num 34. cap.570. num.33. cap.581. num.1. cap.716. num.52. &c. Merlin. deciſ.132. Rot. part.9. recent. deciſ.361. per tot. part.10. deciſ.74. num. 14. & ſeqq. & part.13. deciſ.285. num.1. &c. Barboſ. de clauſ. clauſ.108. vbi limitat niſi eſſet pro reſto, & computatione rationum, quia tunc poſſet doceri de errore, vel niſi eſſet adductum aliquando verbum reſtrictiuum veluti pro ſaldo præſentis liſtæ, vel pro reſto debiti veteris, quia tunc ſeruit tantùm pro illo credito, & non pro alijs, Gratian. d. cap.3. num.2. &c. Barboſ. loc. cit. num.4. &c. ſupra num.5. in fine, & in §. Reſiduum num.1. Rot. part.17. recent. deciſ.253. num.8. & 9. vbi quòd ſi dictio, per reſto, poteſt referri ad partitas particulares, non refertur ad omnia; & part.19. deciſ.415. num.12. & ſeqq. vbi quando dicta verba, reſto, o reſiduo, poſſint etiam referri ad partem ſolutam, & ſolutionem cœptam, non autem completam ſignificare.

Quòd vbi adſunt diuerſa computa, & diſtincta inter eaſdem partes, eo caſu confeſſio, ſiue liberatio loquens per reſto, e ſaldo, non dicatur generalis, ſed referatur ad vnum tantùm computum, niſi aliter appareat, Rot. in Eugubina erroris calculi 9. Decembris 1641. coram Carillo in recent. part.9. deciſ.54.

Quæ autem verba ſint æquipollentia reſiduo, ac idem quod reſiduum denotent, Rot. part.11. recent. deciſ.172. num.4. & deciſ.272. num.17.

E contrà etiam ſolutio facta ad bonum computum, & ſine præiudicio, reſidui, indicat illam non eſſe finalem, Rot. part.12. recent. deciſ.56. n.4. Licèt autem vt ſupra ſolutio pro reſiduo faciat præſumi reliquum fuiſſe ſolutum, debet intelligi quoad creditorem, non autem vt ſoluens poſſit totum repetere à principaliter obligato, Gratian. diſcept.570. num.33. Fontanel. de pact. nupt. Clauſ.14. gloſ. vnic. part.1. num.35. Amat. reſol.97. num.9. & ſeqq. Bich. deciſ.373. n.6.

Quòd vbi ſolutio pro reſiduo fit à fideiuſſore, vel alio non principali debitore, non operetur vt ſoluens poſſit totum repetere, ſed tantùm partem ſolutam, cum aliæ partes præſumantur ſolutæ à debitore principali, niſi tamen creditor pro tota quantitate ceſſionem feciſſet, Olea de ceſſ. iur. tit.6. Miſcel. num.37. cum alijs per Romaguer. in Addit. ad Conciol. Stat. Eug. lib.2. Rub.29. num.18.

Solutio tamen facta pro reſiduo ſimpliciter refertur tantùm ad ſortem principalem, & non ad fructus; niſi etiam præceſſerit petitio fructuum, vel aliter appareat de illorum comprehenſione, Rot. part.15. recent. deciſ.364. num. 7. &c.

Solutio totius debiti, vel pro toto tempore in debitore annuo, vel ſemeſtrali, vel quinquennali arguitur, & probatur ſi ipſe debitor doceat de tribus vltimis continuatis ſolutionibus, quia ſtante legalitate in ſoluendo continuatum per tres vices, & per tres ſolutiones diſtinctas, ſilentio creditoris per huiuſmodi tempus continuum, & tribus diſtinctis apochis, vel receptis abſque vlla reſeruatione, & proteſtatione crediti præcedentis temporis, præſumitur etiam pro annis, vel ſemeſtribus præteritis ſoluiſſe, niſi per creditorem contrarium directè probetur, l. quicumque C. de apoch. pub. lib.10. vbi DD. & latè Menoch. lib.3. præſumpt.139. num.1. & ſeqq. Coſta de retrotract. cap.8. caſ. 14. Maur. de ſolut. cap.36. Gratian. diſcept. forenſ. cap.716. num.12. & ſeqq. vbi de quietantijs factis à tutore, quæ cum tendant ad liberandum, nocent etiam pupillo, vide in §. Confeſſio num. & §. Debitor num. Franch. deciſ. 137. Card. Tuſch. lit. S. concl.346. num.4. & ſeqq. per tot. Ridolphin. in Prax. part.1. cap.8 num.244. &c. Maſcard. de probat. concl.1320. Gabriel. comm. concl. tit. de præſumpt. concl.11. Duen. reg.54. Mynſing. obſer 39. cent.5. Gratian. deciſ.152. Merlin. deciſ.132. & deciſ.839. num.3. &c. Bich. deciſ.373. num.1. & ſeqq. vbi tamen quòd iſta præſumptio non procedit contra tertium, vt infrà, adde Franciſc. de Angelis tract. de confeſ. quæſt.3. n.30. Franciſc. de Amaya in d. l. quicunque C. de apoc. pub. lib.10. fol.179. &c. Caldas Pereyra conſ.44. per tot. 21

Quæ quidem præſumptio locum habet in quocumque debitore tributario, emphyteutico, liuellario, cenſuario, colono, penſionario, in ſolutione collectarum, decimarum, & ſimilibus, quorum debita ſit diſtributa per annos, vel per ſemeſtria, vel trimeſtria, vel bimeſtria, vel quinquennia, etiam ſi medio iuramento, & in forma Cameræ ſe obligauerint, & etiam ſi factis huiuſmodi tribus ſolutionibus continuatis, poſteà ceſſauerint in futurum ſoluere, vel etiam ſi in libro creditoris appareat de huiuſmodi tribus continuis ſolutionibus, & tamen nihil in eo appareat de præteriti temporis ſolutionibus, ad latè tradita per Menoch. d. præſumpt.139. num.6. & ſeqq. ad 24. Gratian. d. cap.716. num.13. &c. & alios ſuprà citatos.

Intellige tamen, vt dicta principalis concluſio procedat tantùm in ſolutionibus regularibus, quæ ſcilicet de natura rei ita præſtari ſolent, ſecùs autem in irregularibus & ideò ſi quis promiſerit ſoluere centum quolibet anno vſque ad annos triginta, licèt probaretur ſolutio trium annorum, non præſumeretur de alijs antecedentibus, ſi credimus Gratian. deciſ.152. num.4. & per tot. vbi alia in hac materia.

Ceſſaret etiam dicta præſumptio contra cedentem, nam licet ceſſionario fuerint factæ dictæ tres ſolutiones continuatæ, non præiudicant cedenti quin exigere poſſit illud, de quo tempore ceſſionis remanſit creditor, quia hæc præſumptio non procedit contra tertium, cui non fuerunt factæ ſolutionis, Menoch. d. præſumpt.139. num.32. Gratian. diſcept. for. cap.716. num.37. & ſeqq. ſequitur Bich. deciſ. 273. num.5. & ſeqq vbi quòd ideò ſi ageretur contra tertium pro repetitione ſolutionum annorum præcedentium non ſufficeret dicta præſumptio, ſed ſolutiones aliundè eſſent probandæ.

Et idem eſt ſi exactores tributorum, cenſuum, canonum, & ſimilium præſtationum conſueuerint mutari, & fuerint mutati, nam tunc etiam ſolutiones factæ vni non præiudicant alteri, cuius negligentia, & conſenſus in receptione conſiderari non poteſt, Menoch. loc. cit. in fine, Gratian. d. cap.716. num.38.

Item ceſſaret dicta præſumptio ſi huiuſmodi tres ſolutiones factæ fuerint vno conteſtu, vel ſi de illis non

appa-

appareat apochæ, cum non ſufficiat probari teſtibus, vel ſi creditor proteſtatus fuerit de annis præteritis, vel ſi ſolutio facta fuerit per viam depoſiti, ad latè tradita per Menoch. d. præſumpt. 139. n. 24. & ſeqq. per tot. Ger. Spin. conſ. 17. num. 18. & ſeqq. vbi declarat dicta Menoch. & aliorum, vide latè Franciſc. de Amaya in l. quicunque C. de apoc. pub. 10. fol. mihi 179. vbi plura de hac materia, Coſta de retroract. cap. 8. caſ. 14. per tot.

22 Solutio dotis, vel alterius debiti an probetur, vel præſumatur ex fide ſolutionis gabellæ dotis factæ à marito, vel alio debitore plenè in terminis gabellæ Ciuitatis Florentię, Mar. h. Medic. deciſ. 87. per tot. vbi quòd non concludenter, ſed benè præſumptiuè ad effectum transferendi onus probandi contrarium in aduerſarium, maximè alijs concurrentibus adminiculis, & ſi in libro Gabellæ reperiantur ſcripta verba habuiſſe, & recepiſſe, Magon. deciſ. Flor. 95. num. 6. Card. Tuſc. litt. G. concluſ. 13. num. 11. & ſeqq. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 727. num. 23. &c. vide in §. Liber num.

23 Solutio faciliùs præſumitur contra mulieres tanquam genus auariſſimum, & in exigendo diligentiores, Menoch. conſ. 1102. num. 18. conſ. 121. num. 75. Pariſ. conſ. 137. num. 13. lib. 4. Altograd. conſ. 53. num. 36. lib. 3. Monach. deciſ. Flor. 2. num. 21. Caracciol. deciſ. Panorm. 19. num. 15. Caren. reſol. 108. n. 8. Tiraquel. de leg. connub. leg. 9. num. 4. & ſeqq. Rot. part. 10. recent. deciſ. 225. num. 15. facit quod dixi in §. Mulier num. 1.

Item ſtante bona fama debitoris, qui tantò magis præſumitur noluiſſe alienum retinere, nec fuiſſe immemor æternæ ſalutis, Bertazol. conſ. ciuil. 118. num. 13. Merlin. deciſ. 124. num. 22. Monach. d. deciſ. 2. num. 26. Caren. d. reſol. 108. num. 7. Surd. deciſ. 105. num. 1.

Item ſi alias induceretur delictum in debitore, veluti ſi eſſemus in procuratore, nam ad excludendum delictum, quod ex retentione reſultaret, faciliùs præſumitur pecuniam exactam reſtituiſſe, ad tradita per Caren. reſol. 108. num. 9. verſ. Sexta coniectura, Altograd. conſ. 53. num. 38. lib. 2.

Item ſi agatur de credito habente executionem paratam, nam tunc faciliùs præſumitur exactio, & ſolutio, Rot. Flor. lib. Mett. 112. à 371. in fine, Soul. deciſ. Luſit. 34. num. 5. & nouiſſimè me citato animaduertit D. Franciſcus Cencinius Aretinus in quodam ſuo reſponſo in hac materia ſolutionis præſumendæ, Florentiæ impreſſo de anno 1666. num. 82. apud me inter allegat. ciuil. Diuerſ. vol. 1. fol. 159. in quo ingenioſè plurimas adduxit coniecturas, & contrarijs reſponſum dedit; ſed ferè omnes concidunt cum ſupra per me relatis, quas ipſe prius vidit, & capſit.

24 Solutio quamuis iuxta ſuperiùs dicta poſſit præſumptionibus, & coniecturis probari, maximè ſi ſint plures, quæ poſſunt ad hunc effectum ſimul iungi, ad tradita per Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 40. n. 1. &c. Genu. deſcript. prin. lib 2. quæſt. 1. num. 82. fol. 84. & dixi ſupra num. 7. in fine, & num. 5.

Tamen contrarijs præſumptionibus, & coniecturis tolluntur, & ſolutio excluditur, & fortiores, ſiue efficaciores in conflictu præualent, arbitrio ſemper iudicis à iure tamen regulato, & in dubio ad fauorem potius rei, quam actoris extendendo, Marth. Medic. Exam. 53. num. 32. Rot. part. 11. recent. deciſ. 272. num. 10. & ſeqq. Bich. deciſ. 562. num. 8. & ſeqq. Poſt. reſol. 50. num. 20. Natt. conſ. 350. Honded. conſ. 37. num. 52. lib. 2. Crauett. conſ. 148. in fine, Monach. deciſ. Flor. 2. num. 39. & plenè in allegato Cencini reſponſo num. 62. & ſeqq. per tot. vbi ponit motiua ſolutionem excludentia, & contramotiua ſolutionem inducentia.

Quòd ſi agatur de notabili ſumma non præſumatur ſolutio, nec ſit veriſimilis ſine quietantijs, vel teſtibus, Poſt. reſol. 50. num. 16. Marth. Medic. Exam. 53. nu. 33. Conciol. alleg. 8. num. 23. Merlin. de pign. lib. 3. quæſt. 58. num. 51. Gregor. deciſ. 188. num. 3. & alij plures quos refert, & ſequitur Vrceol. in Append. ad cap. 23. in fine 2. vol. Bich. deciſ. 562. num. 17. & 18. Rot poſt Vrceol. de tranſact. deciſ. 76. n. 13. Rot. part. 17. recent. deciſ. 272. num. 21. & ſeqq. & part. 18. deciſ. 488. num. 12.

25 Solutio particularis cum habeat multa incommoda regulariter non admittitur inuito creditore, ſed debet fieri de tota ſumma debita, niſi creditor aliter conſentiat, Neguſ. de pign. part. 5. membr. 3. part. 2. n. 17. &c. Card. Tuſch. litt. S. concl. 342. cum ſeqq. Maur. de ſolut. cap. 30. per tot. Carol. Rota in Floril. concl. 37. vide in §. Creditor n. 30. & §. Dominus num.

Sicut autem non poteſt debitor ſoluere partem debiti vt ſupra, ita è contrà non poteſt creditor petere partem crediti ſui inuito debitore, ſed agere debet ad totam ſummam, ſi debitor opponat, & ita dicentis auctoritas pariatur, l. in commodato §. ſi duobus ff. commodati, Mattheſ. not. 115. Menoch. lib. 3. præſumpt. 137. num. 1. circa medium, quòd tamen puto limitari in illis caſibus, in quibus admittitur particularis ſolutio inuito creditore, & contrariorum ſit eadem diſciplina, & ne creditor, & debitor ad imparia iudicentur, ac propter vim correlatiuorum, de quibus caſibus vide Neguſ. Maur. Tuſch. in loc. cit.

Solutio poteſt fieri in quacumque moneta aurea, vel argentea, minuta, vel groſſa corrente tamen, & vſuali in loco ſolutionis, niſi aliter inter partes ſit expreſsè conuentum, Franch. deciſ. 508. Maur. de ſolut. cap. 26. Gratian. diſcept. for. cap. 565. num. 2. &c. vide in §. Legatum. num. 65. Paul. Chriſtin. deciſ. 215. num. 12. & ſeqq. vol. 5. Ant. Fab. in Cod. tit. de ſolut. deffinit. 37. Rot. part. 14. recent. deciſ. 287. per tot. & deciſ. 500. vbi quòd poteſt ſolui vnum pro alio quando creditori non infertur præiudicium, infra n. 43. Rot. part. 19. recent. deciſ. 329. vbi quòd ſolutio eſt facienda in ſpecie monetæ conuentæ, vel ſaltem in moneta groſſa, & non minuta. 26

Item in ea moneta, quæ tempore contractus erat in vſu, dummodo tempore ſolutionis ſit currens, vſualis & non variata, nec deteriorata, Maur. de ſolut. cap. 27. per tot.

Non tamen poteſt fieri in moneta, quæ non ſit iuſti ponderis, nec tenetur creditor illam recipere pro tanto quanti valet, Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 20. num. 13.

Quid ſi fuerit mutata in valore, vide in §. Moneta n. 1. & §. Pecunia num. Ricc. Collect. 2896.

Stante tamen veriſimilitudine, quæ oritur ex qualitate, & nobilitate rei, & perſonarum, veluti ſi agatur de ſumma groſſa, & notabili inter Magnates, non admitteretur ſolutio in quattrinis, minutis, ſed eſſet facienda in moneta aurea, vel argentea, ad tradita per Gratian. deciſ. 201. per tot. Chriſtin. & Ant. Fab. loc. cit. Rot. part. 19. recent. deciſ. 329.

An autem pro nummis aureis receptis, poſſit debitor alterius generis nummos puta argenteos, vel æneos ſoluere inuito creditore, & præcipuè in mutuo, negatiuè ex pluribus motiuis reſpondent aliqui Larrea deciſ. 21. num. 3. & ſeqq. Salgad. Labyrint. credit. part. 2. cap. 8. n. 6. & ſeqq. Sed affirmatiuè magis communiter concludit alij Menoch. conſil. 49. num. 38. Fachin. lib. 2. contr. 50. Dian. part. 8. tract. 7. reſol. 19. per tot. vbi benè probat, & contrarijs reſpondet, de quo vide latè Anton. Gob. tract. de monet. quæſt. 7. & 8.

Qualiter ſolutio ſit facienda in moneta à partibus valutata, & iuxtà valorem taxatum, ac fauore debitoris ſemper intelligatur de minori, Rot. part. 16. recent. deciſ. 225. per tot. & deciſ. 230. & deciſ. 394. vbi plura quando valor monetæ alternatiuè promiſſæ ſiet taxatiuè, vel demonſtratiuè.

Solutio regulariter eſt facienda per debitorem ad domum creditoris, maximè eiuſdem fori, Bart. in l. item in illa ff. de conſtit. pec. Magon. deciſ. Luc. 78. num. 18. &c. Maur. de ſolut. cap. 29. Card. Tuſch. litt. S. concl. 350. vbi pluribus limitat, Gratian. diſcept. for. cap. 128. per tot. vbi etiam ad quem ſpectet periculum debitarum, ſi amiſſæ fuerint in itinere, & cap. 541. n. 17. &c. Tiraquel. de retract. lignag. §. 9. gloſ. 3. num. 6. Duen. reg. 161. per tot. vbi ponit regulam quòd creditor tenetur mittere ad domum debitoris pro ſolutione recipienda, quando certus locus non fuit expreſſus, quam decem, & nouem modis limitat, vide in §. Mora num. 9. & §. Debitor num. 80 Olea de ceſſ. iur. tit. 1. quæſt. 6. num. 48. & ſeqq. per tot. latè Pacion. de locat. & conduct. cap. 38 per tot. 26

Quòd ſolutio ſit facienda debitis, & congruis loco, & tempore, Toſch. litt. S. concl 351. Dian. part. 8. tract. 7. reſol. 17. verſ. Nec obſtat, vbi quòd ſi creditor ſit legitimè impeditus poteſt alio die ſibi magis opportuno receptionem ſolutionis differre, & ſi interim debitor deponat pecuniam ſuo, & non creditori periculo deponet, cum culpa non poſſit creditori imputari, tex. in l. creditor 102. ff. de ſolut.

Quòd

Quòd ſolutio, vel præſtatio legati, ſiue alterius rei promiſſæ ſit facienda in loco, cuius menſura fuit adiecta propter adiectionem illius menſuræ, Gratian. diſcept. for. cap. 549. num. 24. &c.

28 An ſolutio in certo loco deſtinata poſſit fieri in alio deducto eo, ſiue ſuppleto quod intereſt creditoris, dic quod ſic, ſi partes ſint de dicto intereſſe concordes, vel debitor ſe remittat iuramento creditoris, vel ſi offeratur totale intereſſe cum omni vtilitate, quam creditor potuiſſet habere, ex ſolutione in loco deſtinato, aliàs autem ſecùs ſi cogeretur creditor ſuum liquidare intereſſe, vel aliter laborare, vt pluribus hincinde citatis declarat Rot. part. 9. recent. deciſ. 471. num. 26. & ſeqq. adde Oleam de ceſſ. iur. tit. 1. quæſt. 6. num. 56. &c. Rot. in ſelectis per Farinac. part. 1. tom. 1. deciſ. 253. num. 8.

29 Solutio facta per decem annos, vel per aliud tempus an inducat obligationem in futurum, vel pro tempore futuro ſaltem fauore alimentorum, vel alterius cauſæ priuilegiatæ, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 562. num. 48. & cap. 716. n. 29. &c. & deciſ. 152. in Addit. latè Tuſch. litt. S. concl. 339. per tot. & concl. 346. num. 1. &c. vide in §. Alimenta num. 20. §. Titulus num. 2. & ſeqq. & §. Obligatio num. 36. Peregrin. deciſ. 53. per tot. vbi benè declarat, & num. 6. quòd huiuſmodi ſolutiones ſaltem proſunt ad obtinendum in poſſeſſorio, facit latè Bich. deciſ. 543. Rot. part. 17. recent. deciſ. 391. num. 14. vbi quando diuturna ſolutio ſub nomine cenſus inducat præſumptionem fuiſſe ab initio ſer. ſer. cenſum impoſitum, quamuis inſtrumentum non appareat, & part. 19. deciſ. 19. num. 14. vbi quando ſolutio non inducat obligationem in futurum.

Si tamen ſolutiones deſegantur erroneæ, ſoluentibus non nocent, nec præiudicant in iudicio petitorio, cùm error ſemper excuſet, Afflict. deciſ. 83. num. 10. Rot. part. 13. recent. deciſ. 325. num. 6. & 7. Coſta de facti ſcient. & ignorant. diſtinct. 43. per tot. vbi quòd factæ ſcienter præiudicant, ſecùs autem ſi minus cautè, imprudenter, vel ignoranter.

Solutio fructuum facta anticipatè, & incontinenti de eiſdem pecunijs receptis ad cenſum, vel ad ſocietatem Officij, & ſic breui manu reſtitutis in parte exburſanti an reddat contractum vſurarium, & an ſolutio anticipata faciat licitum minoris emere, & quòd ſit vſura aliquid recipere propter anticipatam ſolutionem debiti, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 679. per tot. vide in §. Venditio num. 49. §. Vſura num. 6. §. Pecunia num. 14. Rot. part. 16. recent. deciſ. 110. per tot. vbi latè ſuſtinet poſſe debitorem per ſolutionem anticipatam partis debiti, conſequi liberationem à toto, quod benè declarat.

30 Solutio facta de mandato, & iuſſu iudicis liberat ſoluentem, etiam ſi non appellauerit, Magon. deciſ. Flor. 94. n. 19. & ſeqq. vide Rot. part. 1. recent. 345. vbi ponit tria requiſita, nempè vt ille, cui ſoluitur ſit creditor, ſoluens denunciet moleſtias, ac reſiſtat opponendo omnes exceptiones competentes, aliàs ſolutio dicitur ſpontanea, & part. 17 deciſ. 112. num. 30. & ſeqq. plenè ad ſaturitatem Caluin. de aquæ. lib. 1. cap. 50. per tot.

Requiritur quòd iudex ſit competens, & ſoluens contradixerit, & oppoſuerit quicquid potuit, Gratian. diſcept. for. cap. 485. per tot. cap. 636. num. 2. cap. 704. num. 37. vbi de ſequeſtrario, qui non ſolùm debet contradicere, ſed etiam appellare, Get. Spin. conſ. 5. num. 12. & ſeqq. facit Bich. deciſ. 514. vbi de ſoluente cedenti poſt habitam notitiam, & intimationem ceſſionis, vt non excuſetur, neque liberetur, vide in §. Ceſſio num. 28.

An, & quando ſoluens coactè alteri, quam creditori liberetur, & quid ſi fuerit in mora ſoluendi, latè Afflict. deciſ. 150. per tot. vbi Vrſil. in Addit. Menoch. de arbitr. caſ. 137. per tot. vbi octo caſus diſtinguit, & declarat, & plenè Caluin. d. cap. 50. per tot.

Quando, & ex quibus ſolutio dicatur ſpontanea, vel coacta, quod plurimum refert, maximè in repetitione indebiti, in qua ſpontè ſoluens tenetur probare indebitè ſoluiſſe, coactus autem transfert onus probandi debitum in exigentem, latè Bich. deciſ. 306. num. 9. & ſeqq. per tot.

31 Solutio rectè fieri poteſt præſentatori chirographi, quando in eo adeſt clauſula, à chi preſenterà il ſcritto; imò licèt aliàs ſolutioni adiectus non habeat ius agendi in iudicio, tamen ſi ſibi à creditore fuerit traditum chirographum huiuſmodi, admittitur etiam ad agendum, cùm per talem traditionem cenſeatur ſibi datum mandatum ad agendum, Coſt. de iur. & fact. ignor. cent. 1. diſtinct. 85. n. 6. &c. Genu. de ſcriptur. priuat. lib. 2. quæſt. 3. num. 98. & ſeqq. ad 103. fol. 504. Paul. Chriſtin. ad leg. Municip. tit. 1. art. 48. Ricc. Collect. 2090. & 3434. Olea de ceſſ. iur. tit. 1. quæſt. 3. n. 26. &c. vbi videtur intelligere dummodò portator litterarum cautionem præſtet indemnitatis, ſecundùm Petr. Pecch. de iur. ſiſten. cap. 3. num. 5. &c.

Quòd ſoluens præſentatori chirographi ſolutioni adiecto regulariter liberetur, cùm poſſit ſolui adiecto etiam inuito ſtipulatore, l. aliud ff. de ſolut. Surd. deciſ. 229. num. 27. &c. plenè Tondut. de præuent. part. 2. cap. 34. per tot. fol. 204.

Quod tamen non procedit poſt litem conteſtatam cum ſtipulatore; nam tunc non rectè ſoluitur adiecto, ſicut nec quando fuit adiectus in gratiam creditoris, & non in rem propriam, Magon. deciſ. Flor. 106. num. 1. & ſeqq.

Quando adiectus ſolutioni poſſit tantùm recipere à ſpontè ſoluente, & illum liberare, non autem agere, Magon. deciſ. Luc. 34. per tot. cum Addit.

Quòd autem ſi debitor ſoluerit principali ſtipulatori, & poſteà conueniatur a præſentatore chirographi, dic quod illum repellit, niſi chirographum nullum certum debitorem contineret, ſed ſolum diceret, à chi præſenterà la ſcritta, quia tunc ſibi debet imputare ſoluens, ſi de ipſa ſolutione non conſtat in ipſo chirographo, Genu. loc. ſup. cit. num. 104. & ſeqq. vbi etiam quòd habens chirographum cum dicta clauſula, non poteſt illud potentiori cedere, quod vltimum probat Peregrin. deciſ. 115. num. 12. Trauſ. deciſ. 42. num. 17.

Aduertendum eſt etiam circa præſentationem chirographi, quòd ſi contineat clauſulam, di pagare al tale, & à chi per lui preſenterà lo ſcritto, ſoluens præſentatori, non benè ſoluit, & poteſt iterùm exigi ab illo creditore principali nominato in chirographo, ſi ſine illius mandato, & voluntate ſoluit, quia verba illa, à chi per lui &c. exponuntur ideſt nomine illius, vel nomine ſuo, de cuius voluntate igitur conſtare debet, de qua ſine eius mandato conſtare non poteſt, per tex. in l. ſi quis vxori §. apud Labeonem ff. de furtis, Bardellon. conſ. 28. per tot. Paul. Chriſtin. ad leg. Municip. tit. 1. art. 48. Genu loc. ſup. cit. num. 109. & ſeqq. fol. 104. & hoc eſt, quod voluit dicere Magon. deciſ. Flor. 106. dum loquitur de adiecto in gratiam creditoris.

Quòd ſolutio poſſit fieri latori litterarum, quando continent clauſulam, vel promiſſionem ſoluendi latori earundem, & an, & quando idem lator poſſit etiam tranſigere ſuper debito in litteris contento, Paul. Chriſtin. deciſ. Belg. 286. vol. 1.

An autem ſoluens litteras falſas, vel ceſſionem falſam, ſiue veras, ad perſonæ ſuppoſitæ, liberetur, maximè ſi ſit paratus cedere iura ſua contra eum, qui per dolum pecunias ſuas exegit, latè Olea de ceſſ. iur. tit. 5. quæſt. 9. per tot. infra num. 35. in fine.

Quid ſi ſoluerit vigore ceſſionis non falſæ, ſed inualidæ, idem Olea d. tit. 5. quæſt. 10. per tot.

Soluens vni ex ſocijs æqualem, vel etiam minorem partem in ſocietate habenti, liberatur, ſicut qui ſoluit Inſtitori, vel famulo præpoſito, ſiue negociatori, etiam ſi poſteà debitum vni tantùm fuerit aſſignatum, Maur. de ſolut. cap. 15. n. 2. &c. Michalor. de fratr. part. 2. cap. 48. num. 19. &c. Gratian. diſcept. for. cap. 401. n. 45. &c. Magon. deciſ. Luc. 5. num. 17. &c. vbi plura ponit requiſita, vide in §. Societas num. 45. Rot. part. 13. recent. deciſ. 240. n. 1. &c. Pacion. de locat. & conduct. cap. 36. num. 80. & ſeqq. vbi de ſoluente vni ex ſocijs quòd liberetur vt ſupra. 32

Intellige concluſionem durante ſocietate, quia tunc vnus poteſt totum, & in ſolidum exigere, ſecùs illa finita, nam tunc ſolum quilibet exigit pro ſua rata, & aliter ſoluens non liberatur, Magon. deciſ. Flor. 106. num. 5. & ſeqq. vide in §. Societas num. 45. Rot. part. 13. recent. deciſ. 240. num. 4. vbi tamen quòd diſſolutio ſocietatis in præiudicium tertij, cui ante ſolutionem factam non fuit intimata, non ſuſtinetur, ſed adhuc benè ſolutum eſt, Pacion. loc. cit.

Item intellige ſi ſocius ſolutionem recipiat in cauſam ſocialem, nam ſi recipiat in cauſam propriam, non liberatur ſoluens, Rot. part. 18. recent. deciſ. 571. num. 7. &c.

Soluens famulo miſſo à creditore cum chirographo ad recipiendum ſolutionem liberatur, licet famulus accepta pecunia poſtea aufugerit, Bart. & alij in l. eam quis §. fin. ff. com- 33

137. *num.* 5. Mart. Medic. *exam.* 42. *num.* 12. Maur. *de ſolut. cap.* 5. *num.* 5. *&c.* vbi etiam quid ſi ſoluerit non vero, ſed putatiuo creditori creditoris ſui, Gratian. *diſcept. for. cap.* 388. *num.* 10. *&c. cap.* 906. *num.* 1. *&c.* vbi quòd debet ſuo creditori denunciare, vide in §. *Debitor num. in fin. num.* 47.

De huiuſmodi denunciatione, Magon. *deciſ. Flor.* 94. *num.* 22. *&c.* vbi *num.* 20. *& ſeqq.* tenet dictam denunciationem non eſſe neceſſariam, niſi in colono, Menoch. *de arbitr. d. caſ.* 137. *num.* 19. *& ſeqq.* vbi putat huiuſmodi denunciationem eſſe quoad omnes neceſſariam, vide in §. *Conductor num.*

An & quando ſoluens creditori non verò, ſed putatiuo liberetur, ſiue iterum ſoluere teneatur, benè Ger. Spin. *conſ.* 5. *per tot.* Mart. Medic. *Exam.* 42. *& dec.* 68. *per tot. cum Addit.* Rot. *part.* 16. *rec. deciſ.* 287. *num.* 19. *& ſeqq.* vbi quòd liberatur ſtante bona fide, & iuſto errore, aliàs ſecus, Cyriac. *Controu.* 168. *num.* 37. *lib.* 1. *& contr.* 235. *num.* 24. *&c. lib.* 2. Olea *de Ceſſ. iur. tit.* 1. *quaſt.* 1. *num.* 47. *& tit.* 5. *quaſt.* 9. vbi plura quando ſoluens putatiuo, vel falſo creditori, ſiue procuratori, vel hæredi, & huiuſmodi liberetur, ſi ſit paratus cedere actiones ſuas contra eum, qui doloſè pecunias exegit.

An autem, & quando ſoluens creditori anteriori ſuccedat in ius, ac hypothecam illius cum eiuſdem priuilegijs anterioratis, vide §. *Emptio num.* 52. *& ſeqq.* latè Olea *de ceſſ. iur. tit.* 4. *quaſt.* 1. *& ſeqq.* vbi an, & quando ſoluens creditori, in eius iura perſonalia, & hypothecas ſuccedat, etiam non interueniente ceſſione, & generaliter de ſubingreſſionis materias per plures diſtinctas regulas, Catleual. *de Iudicijs lib.* 2. *tit.* 3. *diſp.* 35. *per tot.*

39 Soluens anticipatè Prælato, vel vſufructuario non liberatur ſi moriantur ante diem maturatæ ſolutionis, maximè autem ſi ſoluiſſet illis infirmis, vel agonizantibus, Maur. *de ſolut. cap.* 6. *num* 52. *&c.* Soccin. *reg.* 481. *limit.* 3. Gratian. *diſcept. for. cap.* 505. *num.* 40. *&c. cap.* 606. *num.* 11. *&c.* videndus de ſoluente Prælato intruſo an, & quando liberetur, Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 36. *num.* 42. *& ſeqq. & cap.* 37. *num.* 38. *& ſeqq.* vbi plura an, & quando ſolutio poſſit fieri ante tempus, & præcipuè ijs, quorum ius erat finiturum per mortem, vide in §. *Laudemium num.* 22. *in fine.*

An, & quando poſſit ſolutio fieri ante tempus inuito etiam creditore, vide in §. *Debitor num.* 52. Rot. in ſelectis per Farinac. *part.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 253. *num.* 5. vbi plura an, & quando ſoluens ante diem, vel in loco non conuento, vel alteri quam creditori liberetur.

40 Soluens pupillo ſine authoritate tutoris, & decreto iudicis non liberatur, *l. ait Prætor*, §. *Permittitur*, *ff. de Minor*, §. *At ex contrario Inſtit. quibus alien. licet, vel non*, Maur. *de ſolut. cap.* 6. *num.* 56. Franch. *deciſ.* 206. facit Gratian. *diſcept. for. cap.* 227. *num.* 32. *&c.* vide in §. *Debitor num.* 64. Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 2. *quaſt.* 12. *num.* 37. *& ſeqq.*

Soluens tamen tutoribus, vel alijs de illorum mandato liberatur, Altograd. *conſ.* 6. *num.* 65. *&c. lib.* 1. Ger. Spin. *conſ.* 45. *per tot.* Ricc. *Collect.* 2278. vbi ampliat etiamſi eſſent falſi tutores quando cum eis actum eſt; niſi pecunia fuerit malè conſumpta, & in vtilitatem pupillorum non verſa, Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 309. *num.* 14. *&* 15. vide in §. *Tutela num.* 27. *in fine*, intellige, vt ibi, ne pupillus teneatur ad reſtitutionem, non autem vt debitor non remaneat liberatus, & dixi in §. *Pupillus num.* 22.

Eodem modo ſoluens minori ſine decreto iudicis, & auctoritate Curatoris non liberatur, niſi quatenus minor ſit factus locupletior, Gratian. *diſcept. for. cap.* 761. *num.* 15. *&c.* vide in §. *Debitor num.* 64. §. *Minor num.* 17.

Quòd reportans quietationem à tutore per confeſſionem de recepto, non liberetur, niſi de effectiua numeratione pecuniarum doceat aliundè, communiter tradunt Bart. Bald. Caſtr. Alex. & alij *in l.* 2. §. *vlt. ff. ſi cert. pet.* Tiraqu *de retract. conuent.* §. 4. *gloſ* 6. *num.* 12. Rot. *part.* 3. *recent. deciſ.* 714. *num.* 15. *& part.* 13. *deciſ.* 466. *num.* 5. *& ſeqq.* vbi tamen quòd ſecus eſt ſtantibus coniecturis, & adminiculis, ex quibus deſumatur veritas ſolutionis, nam tunc attenditur confeſſio ad liberationem debitoris, & pupillorum præiudicium, vide in §. *Confeſſio num.* 30. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 90. *& part.* 15. *deciſ.* 349. vbi de executore teſtamenti, qui nomine matris tutricis exegerat pecunias pupillares, & eidem matri conſignauerat, vt benè ſoluerit, & moleſtari non poſſit, adde Franciſc. de Angelis *d. quaſt.* 12 *per tot.*

41 Soluens delinquenti ante confiſcationem bonorum remanet liberatus à debito, etiam ſi anticipatè ſoluerit, & poſtea ſequatur delictum, Angel. *de Maleſ. verb. & eius bona*, vbi Auguſt. de Arim. *num.* 39. Maur. *de ſolut. cap.* 5. *num.* 90. *&c.*

De ſolutione facta debitori decocto poſt introductum iudicium concurſus creditorum an, & quando liberet ſoluentem, vel non, latè Salgad. *Labyrint. credit. part.* 4. *cap.* 12. *per tot.* vbi diſtinguit inter ſoluentem bona fide, & ignorantem concurſum, & ſoluentem ſcienter, vt primo caſu liberetur, ſecundò autem non, & quid in emptore bonorum concurſus pendentiam ignorante, an valeat emptio, & alia ad rem *ibidem per tot.* facit quod dixi in §. *Contractus num.* 33.

42 Soluens hæredi creditoris non facta perquiſitione cum quibus conditionibus ſit hæres, vel ei, qui non habet facultatem recipiendi, non liberatur, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 636. *per tot.*

An autem, & quando ſoluens hæredi grauato ante reſtitutam hæreditatem liberetur, & quid operetur intimatio, Gratian. *diſcept. for. cap.* 634. vbi etiam de ſoluente vſufructuario, vide *in* §. *Debitor num.* *&* §. *Vſufructus num.*

43 Soluens aliud pro alio inuito creditore regulariter non liberatur, Maur. *de ſolut. cap.* 6. *per tot.* vbi dat 26. limitationes, Tuſch. *litt. S. concl.* 354. *per tot.* Barboſ. *Axiom. iur. Axiom.* 210. *num.* 8. Ricc. *Collect.* 4097. Gratian. *diſcept. for. cap.* 94. *num.* 70. *&c. cap.* 116. *in princ. cap.* 130. *num.* 7. *&c. cap.* 610. *num.* 8. *&c.* vbi etiam quòd nec per creditorem poteſt aliud pro alio peti, *ſupra num.* 26.

An in foro conſcientiæ poſſit aliud pro alio ſolui inuito creditore, negatiuè reſpondent aliqui, alij verò affirmatiuè, niſi ex hoc detur occaſio contriſtationis, & iræ ipſi creditori, vt per Dian. *part.* 2 *tract.* 16. *reſol.* 41. Mich. Ferro Maniq. *Quaſt. Vicar.* 116. *per tot. part.* 2. vbi negatiuam probat.

Quòd ex cauſa publica poſſit fieri ſolutio alterius rei, quàm promiſſæ etiam inuito creditore, & quomodo Larrea *alleg.* 40.

44 Soluens in dubio cenſetur ſoluere in executionem tituli, & cauſæ præambulæ, Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1319. *per tot.* Caualer. *deciſ.* 466. *num.* 2. & vbi obligatio præcedens eſt informis, & non apparet de aliqua cauſa, nec aliud exprimit ſoluens, videtur ſoluere pro mutuo, vel depoſito, nam quando accipitur pecunia ſine expreſſione cauſæ, cenſetur cauſa, & titulus mutui, *l. cum quid*, vbi Bart. & alij *ff. ſi cert. pet.* Rom. *conſ.* 238. *num.* 3. Maur. *de ſolut. cap.* 8. *per tot.* vide *in* §. *Contractus num.*

Quòd ſolutio præſumatur facta ex præcedenti cauſa obligationis, Merlin. *deciſ.* 398. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 139. vbi etiam, & potius in cauſam neceſſariam, quam voluntariam, & quando ſecus, ſi aliter de mente partium ex tacita conuentione appareat, Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 579.

Si quis ſoluat ex titulo iniuſto, & inualido, an dicatur illum approbare, dic quòd ſic, ſi ſciens vitium tituli ſoluerit, & ſit tale, quod poſſet expreſsè approbari, ſecus ſi ignorans, vel ſi non poſſet expreſsè approbari, Coſta *de fact. ſcien. & ignor. diſtinct* 27. *cont.* 2. *infra num.* 49.

45 Soluens proprium debitum de alienis pecunijs liberatur, maximè ſequuta commixtione, & conſumptione, vt eximi non poſſint, *l. Caſſius*, *ff. de reſolut.* Maur. *de ſolut. cap.* 5. *num.* 40. Grat. *diſcept. forenſ. cap.* 304. *num.* 1. *&c.*

In dubio tamen ſoluens videtur ſoluere de pecunia ſua, etiamſi pro alio ſoluat, & non de pecunia illius, cuius nomine ſoluit, *l. ſi defunctus*, *C. de arbitr. tut.* Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 46. Maſcard *de probat. concl.* 611. *&* 1159. *&* 1319. *num.* 12. Card. Tuſch. *litt. S. concl.* 337. Barboſ. *de Axiom. iur. Axiom.* 210. *num.* 6. vide in §. *Pecunia num.* Rota *part.* 17. *recent. deciſ.* 294. *num.* 10. *& ſeqq.*

An & quando ſoluens præſumatur ſoluere nomine proprio, vel alieno, Caualer. *deciſ.* 460. *num.* 3. *&c.*

46 Soluens in dubio præſumitur ſoluere de proprijs pecunijs, ad ſui commodum, & intuitum, ac ad propriam obligationem, & non alienam tollendam, nam pro alijs homines malè libenter ſoluunt, & vix pro ſeipſis, Maur. *de ſolut. cap.* 19. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 224. *num.* 27. *&c.*

&c. cap.750. num.7. &c. cap.962. num.40. &c. Vrceol. conſult. forenſ. cap.49. num.14. &c.

An ſoluens debitum alterius præſumatur ſoluere de propria pecunia, vel de illa debitoris, Menoch. lib.3. præſumpt.143. num.13. &c. Rot. part.17. recent. deciſ.294. num. 10. & ſeqq. & part.18. deciſ.579. per tot. vbi quòd præſumitur ſoluere de pecunia debitoris, quam habebat in manibus, vide in §. Pecunia num.4.

Quando de proprio, vel de bonis adminiſtratis, ſiue hæreditarijs præſumatur facta ſolutio, Gratian. diſcept. for. cap.204. per tot. Rot. part.13. recent. deciſ.71. num.10. vbi quòd filius non induſtrius, & alia bona non habens, ſoluendo ſummam conſiderabilem, præſumitur ex pecunijs hæreditatis ſoluiſſe, & part.14. deciſ.422. num.5. vbi idem probat.

47 Soluens pro alio, etiam inuito illum liberat ab obligatione, non tamen ſibi quærit actionem ad repetendum, ſed tantùm facultatem compenſandi ſi ſit eiuſdem debitor, Maur. de ſolut. §.5. num.17. & cap.5. num.34. Sperel. deciſ. 177. num.4. & per tot. Ger. Spin. conſ.18. per tot. vide in §. Dominus num. ſupra num.38. Carleual. de Iudic. lib.2. tit.3. diſp.35. num.4. & ſeqq.

Quòd ſoluens pro alio debitum ſuſpectum, & non liquidum, nec calculatum, non liberet debitorem, nec ſibi acquirat actionem negociorum geſtorum ad repetendum, quia vtile negocium non geſſit pro debitore, qui de debito obſcuro poterat ſperare aliquam remiſſionem, vel per tranſactionem, Maur. de ſolut. cap.6. num.30. &c. plenè Ger. Spin. d. conſ.18. per tot.

Quòd ſoluens pro alio ſine mandato acquirat contra eum actionem negociorum geſtorum ad repetendum id, quod ſoluit, dummodò rem vtilem illi fecerit, & non contradixerit, Maur. de ſolut. cap.25. per tot. Grat. diſcept. for. cap.388. num.5. &c. vbi plura de ſtylo mercatorum ſoluentium pro honore ſcribentis, quamuis litteræ non ſibi, ſed alteri ſint directæ, plenè Ger. Spin. conſ.18. per tot. Rot. par.13. recent. deciſ.438. num.8. vbi quòd probata verſione, etiam ex coniecturis datur actio negociorum geſtorum ad repetendum ſolutum pro alio.

Melius tamen eſt reportare iurium ceſſionem ab eo, qui ſolutionem recipit, Felic. de ſociet. cap.29. num.72. &c. per quam ceſſionem ſoluens in locum recipientis ſuccedit, & poteſt excludere omnes illos, quos ipſe cedens excludere poterat, l. fin. C. de his, qui in prior. cred. loc. ſucced. latè Rot. part.11. recent. deciſ.365. num.10. & ſeqq. & part. 17. deciſ.294. per tot. vbi quòd ſoluens creditori alterius quoad perſonales actiones ſuccedit in locum creditoris dimiſſi, & agit pro repetitione contra debitorem liberatum, etiam abſque ceſſione, & pacto de ſuccedendo, & quidem via executiua, quando ſolutio fuit facta fiſco, vel Cameræ, ſiue Ciuitati ex ſpeciali priuilegio, quicquid ſit in ſolutione facta priuato, & quoad actiones hypothecarias, & pignoratitias.

Sed creditorem minimè non teneri cedere iura extraneo ſoluenti, Grat. deciſ.215. in Addit. num.2. &c. Merlio. deciſ.744. num.9. Marcian. diſp. forenſ. cap.75. num. 9. &c. vbi de cenſu, Olea de ceſſ. iur. tit.5. quæſt.1. num.3. & ſeqq.

Si tamen ceſſerit, ſunt efficacia, vt in terminis redemptionis cenſus paſſiui factæ ab vſufructuario cum reportatione iurium cenſualium contra hæreditatem, probat Sperel. deciſ.177. per tot.

Quòd ſoluens pro alio non habeat ius petendi ceſſionem iurium à creditore recipiente, Gratian. diſcept. for. cap.793. num.18. Sperel. d. deciſ.177. num.9. &c. Olea de ceſſ. tit.5. quæſt.1. num.3. & ſeqq.

Quando autem poſſit petere huiuſmodi ceſſionem, idem Gratian. cap 686. num.8. &c. Montan. de tut. cap. 39. num.140. &c. Olea loc. cit. plenè Ger. Spin. d. conſ. 18. num.14. &c. vbi etiam de lege Florentina in materia regreſſum, quod ceſſio fieri debeat cuicumque ſoluenti ad omnem ipſius requiſitionem quomodo ſit intelligenda.

48 Soluens canonem, vel aliud debitum per multos annos in alia ſpecie quam conuenta, acquirit ius, vt non poſſit cogi niſi ad ſolutionem ſolitam, Gratian. diſcept. for. cap.644. num.35. &c. Card. Tuſch. litt. S. concl.338. per tot.

Et quòd poſſit ſolui pro alio, cui conſeruatur ius reale, maximè domino non contradicente, Magon. deciſ. Flor. 117. num.29. & ſeqq.

Soluens partem debiti, illud totum agnoſcit, & ſibi in reliquo præiudicat, niſi probet ſe erraſſe, & ideò ſi ſit minor videtur approbare contractum, ſicut & per receptionem ſolutionis, Natt. conſ.77. num.7. lib.1. Maur. de ſolut. cap. 24. facit Gratian. diſcept. for. cap.472. num.18. &c. Rota par.13. recent. deciſ.450. num.12. 49

Quòd imò ſoluens partem debiti ſibi non præiudicet in alia parte non ſoluta, nec videatur illam tanquam debitam agnoſcere, l. vlt. C. ne vx. pro marit. Gratian. diſcept. cap.485. in fine, & deciſ.146. num.9. &c. & hanc partem poſt multa ſequitur Magon. deciſ. Florent.143. per tot. Rot. part.13. recent. deciſ.450. num.13. vbi hanc partem intelligit, & declarat procedere quando nulla præceſſit obligatio, vel ſi debitum, cuius pars fuit ſoluta, indebitum detegatur, nam tunc ſoluens partem non ſibi præiudicat in reſiduo, aliàs autem ſecus, vt ſupra, & ita poſſunt opiniones concordari, prout diſtinguit eadem Rot. part.24. deciſ.1. num.19. & part.17. deciſ.64. num.31. & ſeqq. ſupra num.44. in fine.

Quòd recipiens partem debiti, vel implementi videatur in totum recedere à diſpoſitione pœnali, & à reſolutione actus, Altograd. conſ.85. num.40. lib.1. facit latè Bich. deciſ.616. vbi de recipiente, & approbante implementum poſt tempus, vt non poſſit amplius pacto reſolutiuo vti, & quòd ſoluens vigore contractus cenſetur velle illius effectum, ac perſeuerantiam.

Soluens fructus cenſus, non appoſita compenſatione illius, quod ſibi debetur, non ſibi præiudicat in decurrendis, quin poſſit in illis vti compenſatione, & retentione, Grat. diſcept. for. cap.356. num.42. &c. 50

Et quòd generaliter ſoluens nunquam ſibi præiudicet, niſi pro termino ſoluto, licèt nihil fuerit proteſtatus, idem Gratian. diſcept. for. cap.933. num.18.

Soluens lite pendente debitum petitum ab actore habetur pro condemnato, & non euadit expenſas iudicij, debet tamen abſolui ab obſeruatione iudicij adiecta cauſa quia ſoluit, & huiuſmodi ſententia erit interlocutoria habens vim diffinitiuæ, Magon. deciſ. Flor.114. per tot. 51

Soluens vſuras pro debito non vſurario, an poſſit illas imputare in aliud debitum vſurarium, quod haberet cum eodem creditore ad illud extinguendum, vt pro rata ceſſent vſuræ, vel debeat illas tantùm imputare in debitum non vſurarium, pro quo illas ſoluit, & in illius extinctionem, remanente de per ſe debito vſurario, latè hincinde diſputat Surd. conſ.328. num.5. & per tot. lib.3. vbi tamen videtur concludere imputandas eſſe in ſortem illius debiti, pro quo fuerunt nominatim ſolutæ, cùm ex præciſa ſolutione tollatur alia electio, & non reperiatur iure cautum, quòd vſuræ indebitè ſolutæ pro vno debito compenſentur cum alio, ſed benè cum eo, cuius occaſione fuerunt ſolutæ, quod puto veriſſimum. 52

Solutio contrapoſita vni partitæ debiti quando præſumatur ad illius computum facta, & ad quem ſpectet electio, & an ſit locus compenſationi, Gratian. diſcept. for. cap.224. num.21. &c. Surd. deciſ.117. num.10. Ludou. cum Beltram. deciſ.366. Bich. deciſ.306. num.31. & ſeqq. ad 48. Caualer. deciſ.165. per tot. vbi quòd præſumitur ad computum ſummæ, vel debiti contrapoſiti, ita vt ceſſet omnis alia electio, vel præſumptio durioris cauſæ, cùm dicatur ſatis conſtare de conſenſu in illam cauſam, Dian. part.2. tract.16. reſol.51. vbi quod poteſt debitor eligere in quo debito pecunia ſibi debita compenſetur, vide in §. Compenſatio num.28. Franciſc. de Angelis tract. de confeſſ. lib.2. quæſt.67. num 6. & per tot. 53

Qualiter ex accommodatione ſcripturarum, ex promiſſione debitoris delegati accepta ab eo, cui fuit mandatum ſolui, & conſignatione cedulæ inducatur vera ſolutio, & liberatio, Altograd. conſ.6. num.45. & ſeqq. per tot. lib.1. vide in §. Mercator num.10.

Soluens an poſſit in dubio declarare in quam cauſam ſoluerit, ſi ſit debitor ex pluribus cauſis, vel potius huiuſmodi declaratio ſit facienda à creditore recipiente, Gratian. diſcept. for. cap.105. num.5. &c. cap.224. per tot. cap.388. vbi quòd per ſolutionem determinatam excluditur huiuſmodi electio, cap.671. num.1. &c. Mart. Medic. Exam.15. per tot. cum Addit. Magon. deciſ. Flor.39. num.7. &c. vbi num. 18. quòd ſi ſoluens ſemel declarauit, non poteſt variare, ſicut nec ſi eligendo fuerit à creditore præuentus, vide in §. Debitor num. §. Mercator num. Franciſ. de Angelis d. quæſt.67. 54

Quòd

Quòd debitor poſſit declarare in quam cauſam cedat ſolutio, ſi declaret ſtatim facta ſolutione, Menoch. *lib.3. præſumpt.*136 *in fine*, Ludouiſ. *deciſ.*366. Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*202. *num.*1. *& ſeqq.* vbi quòd idem eſt ſi ſibi reſeruet facultatem declarandi, quia tunc declaratio cenſetur ineſſe ipſi actui declarato.

Et ſi ſoluens non declarauit, poteſt recipiens ipſe declarare, eligendo tamen cauſam, pro qua ipſe voluiſſet ſoluere, ſi eſſet debitor, Surd. *deciſ.*327. *num.*10. *lib.*2. Cabal. *conſ.*170. *num.*5. *& ſeqq. lib.*1. Franciſc. de Angelis *d. quæſt.*67. *num.*8.

Quòd ſi debitor non expreſſit cauſam, in quam ſoluit, ſit in arbitrio recipientis, cui debito cedere velit, ita vt ſequuta illius declaratione ante declarationem ſoluentis, non poſſit cedere in aliud debitum quamuis antiquius, & ſic ſit locus præuentioni in huiuſmodi declaratione facienda, Ludouiſ. *deciſ.*366. *num.*4. Caualer. *deciſ.*165. *num.*5. Duran. *deciſ.*146. *num.*18.

Quòd ſtandum ſit cauſæ expreſsè à debitore ſoluente, & alia, Rot. *part.*9. *recen. deciſ.*439. *num.*39. *& ſeqq. & part.*13. *deciſ.*202. Mart. *vot. Piſ.*51. *num.*1. *& ſeqq.* vbi quòd ſolutio facta à debitore cum expreſſa lege, quòd cedat in extinctionem capitalis, & acceptata per creditorem, vel eius procuratorem cum libera, non poteſt imputari in extinctionem vſurarum, etiamſi eſſent debitæ, quia eſt primò in arbitrio ſoluentis, cui debito velit cedere, & poſtea recipientis, Petr. de Onnate *tract. de Contract. tom.*1. *tract.* 6. *diſput.*21. *ſect.*4. *fol.*613.

55 Soluens in dubio præſumitur ſoluere in extinctionem durioris, efficacioris, & arctioris obligationis, in qua currunt vſuræ, niſi aliter per coniecturas veriſimiles appareat, vel niſi obſtet vrbanitas, ſiue æquitas, Maur. *de ſolut. cap.* 9. vbi limitat, & declarat Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*105. *num.*15. *&c. cap.*224. *cap.*338. *cap.*505. *num.*3. *cap.*962. *num.* 40. *&c.* Felic. *de ſociet. cap.*15. *num.*29. *&c.* Menoch. *lib.*3. *præſumpt.*136. Magon. *deciſ. Flor.*39. *num.*7. *&c.* Surd *deciſ.* 186. *per tot. & deciſ.*328. *num.*5. *& per tot.* Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.*353. *per tot.* Magon. *deciſ. Flor.* 13. *num.*27. *&c.* vbi quòd non attenditur maior ſumma, in quam ita demum pro rata cedit ſolutio, facta priùs extinctione prioris, grauioris, & durioris debiti, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 202. *per tot.* vbi qualiter ſolutio præſumatur facta in vim præcedentis obligationis, in cauſam debiti proprij, & non alieni, in cauſam grauiorem, & duriorem, ac pro qua ſoluens reperitur obligatus per inſtrumentum, & alia, Rota *d. part.*13. *deciſ.*341. *num.*9. *& ſeqq.* vbi quòd in dubio ſolutio cedit in cauſam cambij tanquam duriorem, ratione vſurarum, quas continet.

Quòd ſolutio cedere debeat in cauſam duriorem, quæ dicitur illa, pro qua adeſt fideiuſſor, qui ideò ſe obligauit pro certa ſumma taxata, licèt principalis ſit debitor plurium aliarum ſummarum, & poſtea appareat creditorem exegiſſe aliquas ſummas, illæ imputantur in extinctionem obligationis fideiuſſoris, & ipſe remanet liberatus in totum, vel pro rata ſoluta, ad tradita per Caualer. *deciſ.*99. *per tot.* vbi tamen eundem Caualer. *deciſ.*133. *& deciſ.*155. *per tot.* vbi fuit receſſum à dicta prima deciſione, ex eo quia in obligatione fideiuſſoris aderat clauſula, donec creditori ſit integrè ſatisfactum, vide in §. *Fideiuſſor num.* Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.*2. *quæſt.* 76. *per tot.*

In quam cauſam intelligatur facta ſolutio qualiter ſolutio præſumatur in cauſam antiquiorem, etiamſi in nullo debito fuerit appoſita dies ſolutionis, qualiter in cauſam duriorem, etiamſi alteri cauſæ conueniat ſumma ſoluta, vel alia coniectura extrinſeca, & quando cedat in cauſam antiquiorem, & certiorem maximè ſi creditor illam elegit ab initio, & debitor non potuit ſine verecundia amplius illam differre, etiamſi altera cauſa habeat fideiuſſorem, plenè Mart. Medic. *Exam.*15. *per tot. deciſ.*25. 26. *&* 27. *per tot. cum Addit. eiuſdem de anno* 1665. Dian. *par.*2. *tract.* 16. *reſol.*51. Merlin. *deciſ.*507. *per tot. & deciſ.*741. *per tot.* Cabal. *conſ.*70. *per tot. lib.*1. Franciſ. de Angelis *dict. quæſt.*67.

Quando autem ſolutio facta à Depoſitario, vel Camerario alicuius Ciuitatis, vel Communitatis in officio confirmato cenſeatur facta pro prima, vel ſecunda depoſitaria ad effectum liberandi primum fideiuſſorem, latè Rot. *par.*11. *recent. deciſ.*49. *num.*35. *& ſeqq. per tot.* dixi in §. *Fideiuſſor num.*83.

Soluens in dubio videtur ſoluere in cauſam antiquiorem, debitum autem antiquum non conſideratur reſpectu temporis contractæ obligationis, ſed reſpectu ſolutionis faciendæ, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*717. *num.*18. *&c.* vide Mart. Medic. *dict. deciſ.*25. *per tot.* Merlin. *deciſ.* 507. *num.*2. *&c. deciſ.*741. *num.*4. *&c.* Rota *part.*9. *recent. deciſ.*409. *num.*1. *& ſeqq. per tot.* Cabal. *conſil.*170. *per tot. lib.*1. 56

Quòd cæteris paribus ſolutio cedat in cauſam antiquiorem, & electio ſpectet ad debitorem, tertius autem qui pro eo ſolueret, non poſſit ſine mandato huiuſmodi electionem facere, & quilibet, cuius interſit poſſit agere ad corrigendam electionem perperam factam, latè Ger. Spin. *conſ.*23. *per tot.* vbi tamen in fine dicit contrarium fuiſſe reſolutum per Cabal. *conſ. deciſ.*170. *per tot. lib.*1. quem adeas.

Quòd ſolutio cedat in cauſam duriorem, & antiquiorem, dicatur autem grauior illa, quæ eſt liquida, & habet executionem paratam, vel quæ celerius poteſt executioni demandari, Rot. *part.*2. *diuerſ. deciſ.*123. *num.*1. *&c.* vbi etiam quòd in hoc attenditur veriſimile.

Quòd ſolutio intelligatur facta in cauſam antiquiorem verum eſt quando debitor ſoluens ſciebat illam cauſam antiquiorem, & ex illa agnoſcebat, vel agnoſcere poterat ſe eſſe debitorem, ſecus autem ſi ignorabat, Merlin. *deciſ.* 773. *num.*1. *&c.* quia actus non fertur ad incognita, ad incerta controuerſa, & negata; ſed contrarium recedendo in ſpecie à dicta deciſione Merlini probat Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*409. *per tot.* quia liquidatio ſubſequuta retrotrahitur, & ignorantia hominis non impedit operationem legis, & rurſus in eadem cauſa pluries propoſita confirmando hanc vltimam deciſionem Rot. *part.*10. *recent. deciſ.* 79. *per tot.*

Soluens cenſetur ſoluere primò pro fructibus, & intereſſe, vſuris, & damnis, & non pro ſorte quando aliud non fuit expreſſum, *l.* 1. vbi gloſ. Bart. & alij, *C. de ſolut.* Sanfel. *deciſ.*123. vbi contraria reſoluit Mart. *vot. Piſ.*51. vbi quòd ſecus eſt ſi fuerit expreſsè ſolutum in extinctionem capitalis, quia tunc ſtandum eſt cauſæ expreſsæ, Maur. *de ſolut. cap.*10. Grat. *diſcept. forenſ. cap.*224. *num.*30. *&c. num.*43. *&c.* Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*229. *num.*2. *&* 3. vbi plures concordantes allegat, *& par.*11. *deciſ.*341. *num.*1. *& ſeqq. deciſ.*360. *num.*9. *part.*14. *deciſ.*393. *num.*1. 57

Et potiùs in cauſam debiti puri, quàm debiti in diem, & pro quo non acceperat dilationem, Magon. *deciſ. Flor.* 39. *num.*19. *&c.*

Quòd videatur ſoluere in extinctionem proprij debiti potius, quam ſocialis licèt antiquioris, Duran. *deciſ.*416. *num.*16.

Et potiùs in cauſam propriam immediatam, quam mediatam ex promiſſione aliena procedentem, Magon. *deciſ. Flor.* 13. *num.*26.

Soluens non expreſſa cauſa, in quam ſoluit ſi ſit debitor 58 ex pluribus cauſis, præſumitur primò ſoluiſſe in cauſam, quæ vitam, vel membri conſeruationem reſpicit; ſecundò, in cauſam, qua euitatur infamia; tertiò, in cauſam, quæ continet pœnam; quartò, in cauſam hypothecæ, vel pignoris, vel pro qua dati ſunt fideiuſſores; quintò, in cauſam propriam potiùs quam alienam; ſextò, in cauſam antiquiorem; ſeptimò, in cauſam certam potiùs quia incertam; octauò, in cauſam debiti puri potiùs quam conditionalis; nonò, vbi res eſt ex omni parte dubia in cauſam, in quam conſuetudine, & more regionis ſolui ſolet; decimò, ceſſantibus prædictis ſolutum cedit illi debito, cui ex pluribus debitis magis conuenit, & adæquatur, vel in cauſam maioris ſummæ, & quando ſoluitur maior ſumma, quam requirat prima cauſa, quod ſupereſt adſcribitur ſecundæ, & deinceps iuxta ordinem prædictum, vt colligitur ex traditis per Papinianum in *l. cum ex pluribus*, *ff. de ſolut.* & per Vulpianum *in l. ſi quid*, *& l.*1. *ac tot. tit. ff. eod.* Menoch. *de præſumpt. lib.*3. *præſumpt.*136. *per tot. & de arbitr. caſ.*493. *per tot.* vbi ſex caſus duriores ſubalternatim refert Cardin. Tuſch. *lit. S. concl.*353. *per tot.* Mart. Medic. *Exam.*15. *cum tribus deciſ. ſeqq. & addit.* Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 468. *&* 521. *per tot.* Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 2. *quæſt.*67. Petr. de Onnate *de Contract. tom.*1. *tract.*6. *diſp.* 21. *ſect.*4. *fol.*613. vbi poſt relatas 13. cauſas conſiderabiles, in quas imputanda ſit ſolutio, concludit, quod ſi omnes ſint pares, diuidenda ſit pecunia æqualiter proportione geometrica ſeruata.

59 Soluendo quis eſſe dicitur non tantùm ex propria ſubſtantia, ſed etiam ex bonis ſui fideiuſſoris, vel alterius ad idem obligati, *l. ſi plures*, *§. præterea*, *ff. de fideiuſſ.* Afflict. *deciſ.* 312. *num.* 2. Grat. *diſcept. for. cap.* 527. *num.* 22. *&c.* vbi plura quando quis dicitur eſſe ſoluendo, vel non.

Vbi quod quis dicitur eſſe ſoluendo non tantùm ex propria ſubſtantia, ſed etiam ex aliena obligata. Hæc concluſio, licèt breuis, & parua, magnum mihi fecit honorem de anno 1687. Florentiæ, dum eſſem Iudex Delegatus vnà cum Illuſtriſſimis Dominis meis Senatore, & Auditore Ferrante Capponio, & Franciſco Venturino Auditore Conſultæ, in cauſa ardua, & magni ponderis Magonæ Ferri Sereniſſimi Magni Ducis diu ventilata, & diſcuſſa, in qua inter cætera dubitabatur, an Lanciarij emptores plurium ferraminum pro ſumma vltra quinque millia ducatorum, qui ſoluerant pretium cuidam NN. iuueni dicti officij iam in contumaciam condemnato pro illius furto, & vſurpatione varijs artibus, & fraudibus in pœnam furcarum vſque de anno 1678. & in bonis diſcuſſo, tenerentur ad iteratam ſolutionem, ex eo quia tanquam debitores fiſcales (firmato quod dicta Magona tanquam de patrimonio Principis fundata, & ex conceſſione gauderet priuilegijs fiſcalibus, prout alij Magiſtratus Ciuitatis (non fuerint liberati per ſolutiones dicto NN. factas, & in libris Capſerij non aduotatas, quo caſu contra eos ad repoſcendum manebat actio ad formam *text. in l.* 2. *C. de conuent. fiſc. debit. lib.* 10. cum ibi per DD. notatis, & dixi in §. *Fiſcus num.* & licèt contra eos iam eſſet extenſa ſententia, quia videbatur dura, ego animaduerti dictum NN. exactorem poſſe dici ſoluendo, & intrare æquitatem *d. l.* 2. ad conſulendum fiſci indemnitati, non ſolùm ex propria eius ſubſtantia, ſed etiam aliorum pro illo obligatorum iuxta firmatam concluſionem, quam amplectuntur vltrà in ea citatos Coſt. *de remed. ſubſid. prælud.* 5. *num.* 5. Marſil. *de fideiuſſ. num.* 179. Roman. *conſ.* 320. *num.* 2. & alij, quia aderant Magonerij, & Miniſtri principales, qui eum elegerant, & præpoſuerant, & erant ſoluendo, ac ideò tanquam ficti fideiuſſores pro illo tenebantur iuxta *tex. in l. Imperator* 11. §. 1. *ff. ad munic.* ibi: *Sed placuit fideiuſſionis exemplo priorem conueniendum, qui nominauit, quia fidei ratione conuenitur, & in l.* 1. *ff. de Magiſtr. conu.* ibi: *paruì enim refert nominauerint, vel fideiuſſerint, aut in ſe periculum receperint*, ſequitur Menoch. *conſ.* 246. *num.* 68. & tradit Bart. *in Auth. hoc ita* 12. *qu.* 10. *ff. de duob. reis*, quòd ille, qui inſtitutorem præpoſuit tenetur tanquam eius fideiuſſor, quapropter mutata ſententia fuerunt condemnati DD. Magonerij principales ad refundendum pretium clauorum, & aliorum ferraminum ex prædictis, prout latius in motiuis impreſſis inter meas reſolut. in fine huius voluminis.

59 Et quando quis dicatur habere commoditatem ſoluendi, vide in §. *Pactum num.*

60 Soluens id, quod per metum promiſit, poteſt repetere ſi adſit aliqua coniectura, quod ſoluerit non animo approbandi contractum, aliàs autem ſi ceſſante metu ſoluit, non poteſt repetere, Euerard. *loc. à vi, & energ. iuram. num.* 75. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 524. *num.* 38. *&c.*

61 Soluens indebitum per errorem, vel ſuſcipiens terminum ad ſoluendum poteſt repetere, *l.* 1. *ff. de condict. indeb.* Grat. *diſcept. forenſ. cap.* 501. *in princ.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 8. *vol.* 3. Merlin. *deciſ.* 328. vbi quòd etiam poteſt compenſare, & plura de repetitione indebiti, an & quando procedat, vel non, Petr. de Onnate *de Contract. tom.* 1. *tract.* 6. *diſp.* 21. *ſect.* 6. *per tot. fol.* 618. *&c.* Gibalin. *de vſur. neg. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 2. §. 8. *per tot. fol.* 368. *&c.* Zamoran. *de compenſ. diſp.* 4. *cap.* 21.

An, & quando ſoluens, quod non debet præſumatur donare, vel poſſit repetere, Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 31. *per tot.*

Quòd ſolutum indebitè per errorem, & ignoranter poſſit repeti, ſecus autem ſi ſcienter tam in dante, quàm in recipiente, nam tunc cenſetur donatum, quia cuius per errorem dati repetitio eſt, eius conſulto dari donatio eſt, *l. cuius per errorem*, *ff. de reg. iur.* vide Paul Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 8. *per tot. vol.* 3. vbi plura de conditione indebiti, de qua plenè Omot. *in §. is quoque Inſtit. quibus modis re contrah. oblig. fol.* 269. Zamoran. *d. tract. de compenſat. diſp.* 4. *cap.* 31. *per tot.* vbi plura notabilia, & quando ſit locus occultæ compenſationi propter indebitum ſolutum, ſiue ignoranter, ſiue ſcienter, vel etiam vigore ſententiæ, & maximè in foro conſcientiæ.

In dubio tamen præſumitur potius ſolutum ignoranter, quàm ſcienter, Maur. *de ſolut. cap.* 22. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 49. *num.* 47. Gratian. *d. cap.* 501. *num.* 1. *&c. cap.* 516. *num.* 9. *&c. cap.* 652. *num.* 27. *&c.* vbi quòd etiam ſolutum per metum, poteſt per conditionem indebiti repeti.

Quòd ſoluens ſponte, ſi velit indebitum repetere, teneatur plenè, & concludenter probare indebitè ſoluiſſe, ſecus verò ſi coactè, nam tunc exigens tenetur ipſe probare debitum, & quando ſolutio dicatur ſpontanea, vel coacta, latè Bich. *deciſ.* 306. *num.* 9 *& ſeqq. per tot.* Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 401. *num.* 15. *& ſeqq.* vide in §. *Negatiua num.* 10.

Quòd etſi ſoluens ſcienter indebitum videatur donare, tamen ſecus ſit, & poſſit repetere quando in ipſo ſoluente poteſt conſiderari alia coniectura quam donationis, vt eſſet timor vexationis, vel vt benigniorem faciat ſibi creditorem, pulchrè Surd. *deciſ.* 328. *num.* 8. *& ſeqq. lib.* 2. Magon. *deciſ. Flor.* 16. *in princ. verſ. Et propterea*, vbi in fine dicit, quòd etſi ſcienter ſoluerit, poteſt adhuc repetere conditione ſine cauſa, & allegat Emanuel. *ſing.* 195. & pulchrè idem Magon. *deciſ. Flor.* 64. *num.* 83. *& ſeqq.* vide in §. *Locupletatio num.*

De requiſitis probandis in actione repetitionis indebiti, & quando ſummarum pluralitas præſumatur, Card. Tuſch. *littera I. concluſ.* 84. *per tot.* Merlin. *deciſ.* 26. *& deciſ.* 464. *per tot. deciſ.* 508. *num.* 2. *deciſ.* 594. *deciſ.* 820. *num.* 5. *& ſeqq.* vbi quod probationes debent eſſe certiſſimæ, & pernеceſſe concludentes, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 74. *per tot. & part.* 10. *deciſ.* 89. *num.* 19. *part.* 12. *deciſ.* 404. *per tot. part.* 13. *deciſ.* 161. *& deciſ.* 258. *num.* 27. *&c.* vbi quòd ſtat præſumptio debiti pro recipiente, *& part.* 14. *deciſ.* 420. *num.* 10. *&c.* vbi quando non requiratur tam rigoroſa probatio indebiti, ſed ſufficiat præſumptiua, nempè ſi agatur de repetitione vſurarum indebitè ſolutarum *d. part.* 14. *deciſ.* 526. *num.* 13. *& ſeqq. & part.* 16. *deciſ.* 401. vbi pariter de vſurarum repetitione, Bich. *deciſ.* 74. *num.* 9. *& ſeqq. & deciſ.* 77. *per tot.* vbi quòd agens repetitione indebiti tenetur plenè probare indebitum fuiſſe ſolutum, nec releuatur ex inſtantia rei probandi ſolutum fuiſſe verè debitum; de quo tamen vide Caſtr. *conſ.* 134. *lib.* 2. Crauett. *conſ.* 1. *num.* 9. Tuſch. *littera I. concluſ.* 84. *num.* 7. Cabal. *conſ. deciſ.* 123. *num.* 32. *& ſeqq. lib.* 2. tenentes, indebitum probari, eo ipſo, quod non probatur de debito, quia quando negatiua concludenter probari non poteſt, ſufficit poſſibilis probatio, vt dixi in §. *Negatiua num.* 10. intellige vt ibi, vide in §. *Repetitio num.* 4.

Quòd indebitum ſolutum debeat repeti via ordinaria, & per tres conformes, nec ideò poſſit in compenſationem deduci, Buratt. *deciſ.* 277. *num.* 10. *&c.* Vrceol. *Conſult. for.* 89. *num.* 19. *&c. vol.* 2. In foro tamen conſcientiæ compenſationem admitti, Zamoran. *de compenſ. diſp.* 4. *cap.* 21. §. 2. *per tot.*

Indebitum verò ad effectum repetitionis conſideratur reſpectu illius, cuius fit ſolutio, non autem ſoluentis, niſi ſoluat nomine proprio pro ſe eximendo ab obligatione, nam ſi ſoluat pro alio licèt ſit indebitum reſpectu ſoluentis, non repetit à creditore, cui ſoluit, ſed tantum ab eo, pro quo ſoluit, Caualer. *deciſ.* 460. & latè declarat vt ſupra in ſubſtantia diſtinguendo, & contrarias opiniones conciliando, Rot. *part.* 11. *deciſ.* 49. *num.* 40. *& ſeqq. per tot.* vbi vide pro vtraque parte, & dixi in §. *Repetitio num.* 4. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 430. *& part.* 14. *deciſ.* 26. *per tot.* vbi poſt plura concludit, titulum de conditione indebiti hodie receſſiſſe ab Aula, quia homines vix vera debita ſoluunt, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 479. vbi quando pro repetitione ſufficiat eſſe indebitum reſpectu ſoluentis, licèt eſſe debitum reſpectu recipientis, nempè quando ſolutio fuit facta nomine alterius non debentis, nam ſi eſſet facta nomine veri debentis, tunc repetitio non competeret contra recipientem, ſed contra eum, pro quo facta fuit, ſecus autem, vt in caſu dictæ deciſionis, ſi fuit facta ſolutio nomine alterius non debentis, nam tunc repetitio datur contra recipientem, & rurſus in eadem cauſa, *part.* 15 *deciſ.* 19. *& deciſ.* 188. vbi fuerunt confirmatæ primæ deciſiones, *& part.* 17. *deciſ.* 143. *per tot.*

An autem in repetione indebiti veniant fructus percepti, Franch. *deciſ.* 139. Rot. *d. deciſ.* 432. vbi de damnis, & intereſſe, de quibus etiam latè Bich. *deciſ.* 681. *per tot.* & Rot. *part.* 13. *deciſ.* 112. *per tot.* vbi quòd non debentur, niſi

niſi probatis requiſitis, vel niſi agatur de re fructifera, *& eadem part.13. deciſ.161. per tot.* vbi quòd in repetitione indebiti venit ſola quantitas indebitè ſoluta, & in qua recipiens fuit factus locupletior, non acceſſiones ciuiles, & intereſſe eiuſdem quantitatis, nec damna, niſi ſaltem probentur debita requiſita, nempè fuiſſe paſſa ob illam cauſam præciſam, & præceſſerit interpellatio ſpecialis perſonaliter executa.

Quòd pro repetitione indebiti non ſufficiat confeſſio de recepto, & debeat etiam conſtare de locupletatione recipientis, maximè minoris, Rot. *part.14. recent. deciſ.528. num.10. &c.*

An recipiens ſolutionem per errorem teneatur ad reſtitutionem rei ſolutæ penes ſe peremptæ, dic quod non, ſi bona fide recepit, & non ſit ex ea factus locupletior, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.8. num.8. vol.3.*

62 Solutum indebitè ex cauſa tranſactionis non poteſt repeti, *l. in ſumma, §.1. ff. de condit. indeb. l.1. C. eod.* Maur. *de ſolut. cap.25. num.14.* latè Zamoran. *tract. de compenſat. diſput.4. cap.23.* vbi an dentur aliqui caſus, in quibus non obſtante tranſactione poſſit aliter vti occulta compenſatione.

Item non poteſt repeti, quando fuit ſolutum intuitu piæ cauſæ, *§ fin. Inſtitut. de oblig. quæ, & quaſ. contr. naſ.* Maur. *loc. cit. num.50. &c.* vide *gl. in dict. §. fin.* vbi ponit alios caſus, in quibus non poteſt repeti, veluti ſi ſcienter fuit ſolutum, per tranſactionem, per iuramentum delatum, ex cauſa per inficiationem creſcente, ex cauſa pietatis, &c.

Item ſolutum vigore ſententiæ in iudicatum tranſactæ, non poteſt tanquam indebitum repeti, cùm ſententia faciat ius, & de non debito debitum, *l.1. C. de cond. ind.* Maur. *d. cap.22. num.15. &c.* vide Aſin. *in Prax. §.31. cap.34. num.2. &c.* Tuſch. *litt. I. concl.85. per tot.* Magon. *deciſ. Flor.10. num.21.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.3. lib.14. tit.23. num.30 fol.467.* Merlin. *deciſ.26. num.4.* Rot. *part.12. recent. dec.404. num.7. &c.* vbi etiam, quòd nec poteſt repeti quando erat ſaltem naturaliter debitum, & quòd obligatio naturalis repetitionem ſoluti tanquam indebiti regulariter impediat, Rot. *part.1. recent. deciſ.177. num.12.* Petr. de Onnate *de Contract. tom.1. tract.6. diſput.21. ſect.6. num.101. &c. fol.619.* Bich. *deciſ.306. num.8.* Rot. *part.17. recent. deciſ.143. num.18. & ſeqq.* vbi quòd indebiti condictio competit condemnato in iudicio ſummario, quia ſententia lata in ſummario non præiudicat in ordinario iudicio, & indebitum probatum repetitur ex æquitate etiam contra ſententiam, adde Zamoran. *de compenſ. diſp.4. cap.31. §.2. per tot.* vbi plura qualiter in foro conſcientiæ ſaltem ſit locus occultæ compenſationi ob indebitum ſolutum, etiam vigore ſententiæ à parte rei iniuſtæ

Solutum tamen vigore ſententiæ latæ poſt perempta in inſtantiam poteſt vti indebitum repeti, Aſin. *in Praxi §.2. cap.14. num.6.*

Et quòd ſolutum ob cauſam redactam ad non cauſam, poſſit repeti conditione ſine cauſa, & ideò condemnatus ad ſoluendum, quòd antea ſoluerat, poſſit repetere primo loco ſolutum, Surd. *deciſ.163. num.14. &c.* Natt. *conſ.535. num.12. &c.* Altograd. *conſ.22. num.5. &c. lib.2.* Rot. *part.12. recent. deciſ.291. num.1. & ſeqq.* vide *in §. Sententia num.22.* Rot. *part.9. recent. deciſ.215. num.9. &c.* vbi quòd ſententia non obſtat vbi cauſa propter quam lata fuit deuenit ad non cauſam, & ideò fullo, qui veſtes ſpoliandas amiſit, ſi condemnatus illas ſoluit, poteſt ſolutum repetere, vbi dominus poſtea veſtes inuenit, Salgad. *Labyrint. credit. part.3. cap.1. num.134. & ſeqq.* vbi quòd ſolutum indebitè, etiam vigore ſententiæ in iudicatum tranſactæ poteſt illa non obſtante repeti, ſi non conditione indebiti ob auctoritatem rei iudicatæ, ſaltem conditione ſine cauſa, & plures textus, atque rationes allegat, inter quas illa potiſſima, & infallibilis reputatur, quia bona fides non patitur, vt ſemel exactum iterùm exigatur.

63 Solutum per patrem pro condemnatione vnius ex filijs, imputatur ei in legitimam, vbi apparet coactè ſoluiſſe, ſecus ſi ſponte, vel ſi expreſsè, vel tacitè conſenſerit delicto, vel ſoluerit vti fideiuſſor, & quid ſi filius habebat bona aduentitia, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.50. num.1. &c.* vide *in §. Expenſa num.* *§. Pater num.* *& §. Statutum num.*

Soluens præſumitur debitor illius, cui ſoluit, cùm nemo præſumatur velle iactare ſuum, & ideò ſi velit tamquam indebitum repetere, debet concludenter indebitum probare, vt dixi ſupra *num.61.* intelligendo quando quis ſponte ſoluit, ſecùs autem ſi coactè, *l. cum de indebito, ff. de prob.* Burat. *deciſ.592. num.3.* Bellon. *deciſ. Ianuen.3. num.10. deciſ.103. num.96* Rot. *in Romana repetitionis indebiti 29. Aprilis 1622. coram Merlino inter impreſſas eiuſdem deciſ. 26. & in Romana Cambij 17. Februarij 1642. coram Bichio in recent. part.9. deciſ.69. num.9. & num.14.* vide *in §. Creditor num.58.* Rot. *part.18. recent. deciſ. 401. num.11.* vbi quòd ex continuata ſolutione præſumitur de iure præcedens obligatio, &c.

Solutio imaginaria quid ſit, & an, & quomodo procedat ad fauorem hæredis hæreditatem ſui debitoris adeuntis, benè declarat Rot. *part.13. recent. deciſ.332.* & alibi ſæpè, vt dixi pluribus alijs citatis *in §. Aditio num.4. §. Creditor num.53. & § Hæres num.36. & ſeqq.* vbi quòd iſta imaginaria ſolutio in bonis hæreditarijs ad fauorem hæredis creditoris intrat tantùm ad effectum, vt ſibi acquirat fructus, & non teneantur ad illorum reſtitutionem, non autem vt efficiatur dominus, nam ad acquirendum dominium opus eſt, vt citatis intereſſe habentibus, iudicis auctoritate, & ſeruata forma, *l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, ff. de re iud.* bona ab alijs ſeparentur, & hæredi creditori aſſignentur, Rot. *d. part.14. deciſ.517. num.4. & ſeqq.* vbi quòd iſta imaginaria ſolutio admittitur tantùm pro creditis, quæ hæres habebat contra defunctum tempore aditæ hæreditatis, non autem pro illis, quæ poſtea ſuperueniunt, nec ſimpliciter inducitur, ſed præſumitur, & ideò cùm conſiſtat in animo per contrariam præſumptionem, vel animi declarationem ſe ſatisfaciendi in alijs bonis excluditur, Rot. *part.18. recent. deciſ.84. num.38. & ſeqq.* vbi alia de ſolutione imaginaria quando procedat, vel non, *& par.19. deciſ. 202. num.6. & ſeqq.* 65

Soluens pecuniam an, & quando debeat eſſe ſolicitus, vel non de verſione in vtilitatem recipientis dixi *in §. Verſio per tot.* vbi plura notabilia. 66

De ſolutionibus, quis ſoluere dicatur, vel non, de quibus pecunijs, in quo loco, quando, quomodo, quibus perſonis ſit ſoluendum, & à quibus, de ſoluente indebitum quando, & à quibus repetere poſſit, vel non, & alia plura Bertachin. *in Repertor. verb. Solutio,* aliqua Ioſeph. Feliu. *Margar. var. concluſ. eod. verb.* alia multa Thoro *Compend. deciſ. Neapol. part.1. & 2. verb. Solutio,* Cancer. *variar. reſolut. part.3. cap.6. per tot.* Giurb. *ad Conſuet. Meſſan. cap.9. gloſſ.9.* alijque plures citati à Caſtelion. *Alphab. iurid. verb. Solutio,* vbi tangit multas quæſtiones, nempè an ſolutio poſſit fieri ab alio, quàm debitore, quas actiones acquirat ſoluens pro alio, & an ſubingrediatur in locum creditoris cui ſoluit, cui fieri poſſit, vel debeat ſolutio, vt liberet ſoluentem, quando & in quo loco ſit facienda ſolutio, in qua moneta, an vnum pro alio ſolui poſſit, in alternatiuis cuius ſit electio, an admittatur pro parte, in quam cauſam cedat ſolutio, vbi ſoluens habebat plura debita, an renuente creditore poſſit fieri depoſitum, & quomodo, ſoluens pro ſe, vel pro alio indebitum per errorem, qualiter poſſit repetere, ex quibus ſolutio præſumatur, vel non, quomodo ſit probanda, an trium annorum faciat probationem præcedentium, partis ao obliget ad totum, & huiuſmodi plures remiſſiuè, de quibus etiam Com Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.5. verb. Solutio fol.634. &c.* vbi indicat Auctores dictas materias tractantes. 67

De ſoluente præſentatori chirographi, vel ſcripturæ continentis clauſulam, *a chi preſenterà, o à chi haurà la preſente, o à chi per lui, &c.* iuxta ea quæ notaui *in hoc §. num.31.* Anton. Gob. *Conſult.120. per tot.* quod habens huiuſmodi ſcripturam poteſt præſentatorio nomine agere abſque cautione, mandato, vel ceſſione, cùm id omne importet ipſa ſcriptura diligenter tamen à ſoluente cuſtodienda, plures in id allegans, & contrarium tenentes declarans, vide Andreol. *contron.173. per tot.* vbi contra quoad agendum, & Tondut. *de preuent. part.2. cap.34 per tot.* 68

Soluens an, & quando ſuccedat in iuribus, & loco creditoris priuilegiati ſua pecunia dimiſſi, latè per duodecim concluſiones, explicat Andreol. *contron.348. per tot.* & vide alios per me citatos *in §. Empt. num.22. cum Addit.* 69

§. S O R O R. XXIV.

1 SOrores Tertiariæ Sancti Franciſci, ſine cuiuslibet alterius Religionis vulgò dictæ Bizzochæ, ſiue Beatæ, ac etiam Tertiarij maſculi, ſunt tamquam perſonæ Eccleſiaſticæ iudicandæ à Tribunali Eccleſiaſtico, quia gaudent priuilegio fori, & in illis procedit etiam diſpoſitio, *cap. ſi quis ſuadente Diabolo*, etiamſi in domibus proprijs habitent, dummodò tamen auctoritate Superioris habitum ſumpſerint, & fuerint benedictæ, ac perpetuò Deo dicatæ, non in fraudem, & mortuis viris ſuis (non enim prohibentur matrimonium contrahere) alios non ducant, quia interim dum religiosè, & castè viuunt gaudent priuilegio fori, & Canonis, ſicuti Clerici in minoribus conſtituti, & Nouitij, Felin. *in cap. 2. col. penult. in fin. num. 10. de for. compet.* vbi etiam Soccin. *num. 21. col. 6. verſ. nona declaratio*, Ioſeph. Ruſtic. *ad l. cum annus lib. 5. cap. 3. num. 17. ff. de condit. & demonſtrat.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 413. num. 38. & ſeqq. cap. 447. num. 6. &c.* vbi adducit decretum Sacræ Congregationis Concilij, quo fuit declaratum, vt Fratres Tertiarij Mantellati, Corrigiati, alijque ſimiles, ita demum ordinis, cuius Tertiæ Regulæ habitum aſſumpſerunt, priuilegijs potiri debeant, & ab ordinarij iuriſdictione eximi, ſi viri collegialiter viuant, ſeu cum clauſtralibus habitent, & mulieres vitam Virginalem, ſeu Cœlibem, aut caſtam vidualem expreſſo voto ſub dicto habitu traduxerint, hoc autem voto mulierum alia duo, ſcilicet paupertatis, & obedientiæ non includi; quinimò huiuſmodi mulieres ſi vouerint vitam virginalem, aut cælibem ſimpliciter, & expreſsè, etiam in conſanguineorum, & affinium ſuorum, aut proprijs domibus, vel ſeorſum habitantes, ſupradictis priuilegijs ordinis, cuius tertiæ regulæ habitum deferant, & exemptione ab ordinarij iuriſdictione frui debere, idem Grat. *cap. 958. num. 26. & ſeqq.* vbi quòd vt prædicta concluſio procedat debet probari, quòd habeant dependentiam à Regula, & ab illa regantur, eique interueniant præcedente auctoritate Epiſcopi, vel Superioris, ſint perpetuò Deo dicatæ, & mortuis viris alios non ducant, aliàs autem huiuſmodi qualitatibus non probatis, ſunt perſonæ ſæculares, neque à laicis differunt, ac carent omni priuilegio, cùm aſſumpſerint talem viuendi modum propria auctoritate, Decian. *tract. crim. lib. 4. cap. 9. num. 34.* cum alijs ſupracitatis, & remiſſiuè Ægid. de Caſteion. *in Alphabet. iurid. verb. Tertiarij.*

Quòd Tertiarij, & Tertiariæ cum prædicta diſtinctione Sacræ Congregationis, ipſius decreto relato, & Gratian. *d. cap. 413. num. 38.* gaudeant dictis priuilegijs ſequitur P. Dian. *reſolut. Moral. part. 1. tract. 2. de Immunitat. Eccleſ. reſol. 84. fol. mihi 41. & part. 4. tr. 1. eod. tit. reſol. 31. in fine fol. mihi 11.* vbi allegat Paul. Squillant. *de priuil. Cleric. cap. 7. dub. 1. num. 42.* Anton. de Marin. *reſol. quotid. cap. 114. num. 11.* Nouar. *de elect. for. ſect. 1. quaeſt. 66. num. 13.* Rodriquez *Quaeſt. Regul. tom. 2. quaeſt. 65. artic. 5.* Aloyſ. Ricc. *Collect. deciſ. 1051. part. 4.* qui omnes inferunt etiam huiuſmodi tertiarias, cum dictis requiſitis poſſe conſequi legatum relictum pro monacatu, etiamſi vt ſupra in proprijs domibus viuant, quamuis in hoc non deſint contradictores, vt patet ex citatis, ſed iſtam opinionem iterum probat Dian. *part. 3. in Addit. reſol. 28.* vbi allegat Nouar. *de elect. for. ſect. 1. quaeſt. 67. num. 16.*

Quòd dictæ Tertiariæ non habeant certam Regulam quoad tria vota ſubſtantialia, ſed quendam modum viuendi per Sedem Apoſtolicam approbatum, dixit Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ. 216. num. 1.*

Contrariam autem opinionem, quòd dictæ Tertiariæ, vel Bizzochæ, ſiue Tertiarij in proprijs domibus degentes, & non collegialiter viuentes, ſint tanquam perſonæ ſæculares, & nullo Eccleſiaſtico priuilegio gaudeant, ſequuntur plures Roman. *conſ. 357. num. 14. & 15.* Bolognet. *conſ. 22. num. 8. & 9.* Abb. *in cap. cauſam quæ num. 1. de iudic. & in cap. 2. num. 11. de for. competent.* vbi de veriori, Capyc. *deciſ. 80. num. 3. & 17.* Pariſ. *conſ. 40. num. 14. lib. 3.* Menoch. *de arbitr. caſ. 231. num. 32. &c. conſ. 56. num. 11.* Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. part. 2. alleg. 12. num. 41.* Carol. de Graſſ. *de effect. Cleric. effect. 1. num. 93.* facit Aloyſ. Ricc. *Collect. 1031. part. 4.* Nouar. *conſ. 6. de ſtat. Monach. lib. 3.* Rot. *part. 1. recent. deciſ. 15. num. 21.* vbi per tranſennam de Monialibus Sanctæ Franciſcæ Romanæ in Vrbe degentibus, quòd non ſunt Religioſæ profeſſæ, iſtè Sanfelic. *deciſ. 418. per tot. cum Addit.* vbi quòd Tertiarij prædicti nullo gaudent priuilegio, vel immunitate, niſi collegialiter viuant, vel cum clauſtralibus habitent, vota emittant, ac ſub certa regula viuant, & contrarietatem Doctorum prouenire ex triplici differentia horum Tertiariorum, vt ibidem benè declarat, & Ciarlin. *controu. 18. num. 16. & ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 2. lib. 11. tit. 3. num. 16. fol. 516.* vbi dictas Tertiarias intelligit haberi pro perſonis Eccleſiaſticis, & priuilegijs Eccleſiaſticorum gaudere, dummodò viuant ſub obedientia Superioris in obſequijs ſuæ Religionis, vel gregatim, ſecus autem ſi domi propriæ viuant extra Congregationem, licèt habitum geſtent, vide declarationem Sacræ Congregationis ſupra relatam, quam etiam regiſtrauit idem Pac. Iordan. *d. volum. 2. lib. 7. tit. 13. fol. 76.* cum alijs declarationibus eiuſdem Sacræ Congregationis, quomodo, & in quibus dictæ Tertiariæ, vel Tertiarijs ſubſint Epiſcopo quoad Viſitationem, Thoro *Compend. deciſ. Neap. part. 1. verb. Moniales tertiariæ*, & alios citatos à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part. 5. verb. Tertiarij fol. 714.*

An dictæ Tertiariæ poſſint à ſacerdotibus ſuarum Religionum in articulo mortis ſumere viaticum, extremam vnctionem, & ſepulturam, ſiue potiùs à Parocho, in cuius parochia degent, & alia, Dian. *part. 6. tract. 8. reſol. 30.* vbi ponit declarationem Sacræ Congregationis ad fauorem Parochi.

Ad quos autem ſpectet ius conferendi habitum Tertiarijs ſæcularibus S. Franciſci, latè Merlin. *deciſ. 720. per tot.* vbi fuit reſolutum ad fauorem Fratrum Minorum de Obſeruantia.

An huiuſmodi Tertiariæ, ſeu Pigòcharæ ſubſint Epiſcopo, & teneantur in Paſchate Sacram Euchariſtiam à Parocho ſumere, vel ſubſint tantùm Regularibus, quorum regulam profitentur, & ſufficiat Euchariſtiam in eorum Eccleſia ſumere, Poſſeni. *ſing. 189.* vbi pro, & contra, concludens pro illis.

Soror Conſanguinea, & vtrinque coniuncta, non verò a
vterina tantùm, niſi ex quadam honeſtate, & liberalitate, eſt dotanda à fratre diuite, ſi ipſa ſit pauper, & non habeat vnde ſe dotare, Barboſ. *in l. 1. ff. ſolut. matrim.* ita vt etiam Clericus teneatur id facere ex redditibus Eccleſiæ ſuæ pro modo Eleemoſinæ, Abb. & alij *in cap. prouenit de arbitr.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 552. num. 1. cap. 65. num. 14.* Michalor. *de fratr. part. 3. cap. 32. num. 13. &c. cap. 33. num. 3. &c.*

Quòd ſecundùm veriorem, & magis æquam ſententiam etiam ſoror vterina, & naturalis tantùm, ſi ſit pauper debeat dotari à fratre diuite, & poſſint pro huiuſmodi dotibus alienari bona fideicommiſſo ſubiecta, Boer. *deciſ. 129.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 65. per tot.* Surd. *de aliment. quaeſt. 25. tit. 1. num. 24. &c.* vbi intelligit, niſi habeat alios, qui ſtrictius teneantur, & ſint habiles ad dotandum.

Quòd ſoror non tantùm conſanguinea, & vtrinque coniuncta, ſed etiam vterina tantùm, & naturalis ſi ſit pauper, debeat alimentari à fratre diuite, Barboſ. *d. l. 1. ff. ſolut. matrim.* Surd. *d. quaeſt. 25. per tot.* Michalor. *de fratr. part. 3. cap. 32. num. 10. & cap. 33. per tot.*

Soror de iure communi venit appellatione fratris, & ſublata omni ſexus differentia, æqualiter ſuccedit fratribus, vel ſororibus ſuis prædefunctis, vnà cum alijs fratribus, & ſororibus ſuperſtitibus, ſi eiſdem fratribus, vel ſororibus prædefunctis non ſuperſint deſcendentes, vel aſcendentes, ſed tantùm collaterales, inter quos primo loco admittuntur fratres, & ſorores vtrinque coniuncti in capita, excluſis omnibus alijs collateralibus, exceptis tamen fratrum, vel ſororum filijs, qui præſentando perſonam patris, vel matris æqualiter admittuntur ad portionem, quam illorum parentes ſi viuerent conſequuturi fuiſſent, vt colligitur *ex cap. ſi igitur defunctus neque 3. Nouel. 118. de hered. ab inteſt. ven. & auth. ceſſante, C. de legit. hered.* & latè explicant Oinot. *Inſtitut. de heredit. quæ ab inteſt. defer. de tert. ord. ſucced. fol. mihi 231.* Martha *de ſucceſſ. leg. part. 2. quaeſt. 4. per tot.* & alij per eos relati, vide *in §. Aſcendentes num. §. Præter num. & §. Repreſentatio num.*

Quòd ſoror veniat appellatione fratris etiam in materia iurispatronatus, Martha *vot. Pi. 195. num. 2. &c.*

Quoniam autem hodie ſorores, & illarum deſcendentes

tes ſæpè excluduntur, vel ex diſpoſitione fratrum teſtantium, qui an & quomodo poſſint fratribus, & ſororibus teſtando præiudicare dixi *in §. Frater num.* vel de iure Municipali diuerſorum locorum, quòd ao, & quomodo procedat, & intelligendum ſit dixi *in §. Statutum excludens num.* vel ex proprio facto, & renunciatione, vt dixi *in §. Renunciatio num.* non poteſt quid certum, præter ius commune, de ſororum ſucceſſione determinari, ſed iuxta factorum, & ſtatutorum diuerſitates, vix etiam diuerſum reddi opportet, ſicuti conſtat ex locis citatis, & pluribus alijs quæſtionibus examinatis per Martham, & alios, qui plenè de ſucceſſionibus ſcripſerunt.

4 Soror excluſa à ſucceſſione fratris per ſtatutum, non intelligitur regulariter excluſa à bonis ſitis extra territorium ſtatuentium, Martha *de ſucceſſ. leg. part. 3. quaſt. 6. art. 4. per tot. & part. 1. quaſt. 13. artic. 12.* dixi *in §. Statutum excludens num.*

Item ſoror excluſa per ſtatutum à ſucceſſione fratris, noo intelligitur excluſa à ſucceſſione ſororis iuxta veriorem, & magis communem opinionem, niſi aliter appareat de mente ſtatuentium, vt benè probat Martha *d. tract. part. 3. quaſt. 6. art. 5. per tot.* Cabal. *conſ. deciſ. 54. lib. 1.* Marth. Medic. *Exam. 31. per tot.* dixi *in §. Statutum excludens num. 34.*

5 Soror an, & quando ſuccedat fratri in feudo, Martha *dict. tractat. part. 3. quaſt. 5. artic. 4. per tot.* vide *in §. Feudum num.*

An vtrinque coniuncta excludat conſanguineam tantùm, idem Martha *d. part. 3. quaſt. 6. art. 2. per tot.* vide *in §. Frater num.*

An excludat matrem, fratres patrueles, patruum, & ſimiles remotiores, idem Martha *dict. quaſt. 6. artic. 4. per tot.*

Quomodo ſint interpretanda ſtatuta excludentia ſorores à ſucceſſione fratrum, an ſcilicet poſſint declarari, extendi, vel reſtringi, idem Martha *loc. cit. art. 6. per tot.* dixi *in §. Statutum excludens.*

Et an ſoror ſuccedat in portione fratris repudiantis, quid è contra an fratre ſuccedat in portione ſororis excluſæ, & alia tradit Martha *vbi ſupra art. 5. per tot. cum pluribus quaſt. ſeqq.*

Alia ad rem, vide *in §. Frater.*

6 De ſororibus, & illarum iuribus quoad ſucceſſionem, & alia Bertac. *in Reperter. verb. Soror*, Thoro *Compend. Neap. part. 1. & 2. verb. Soror*, Martha *de ſucceſſ. legal. par. 3. quaſt. 6.* & alij citati à Com August. Fontan. *Biblioth. leg. part. 5. verb. Soror fol. 639.* Io. Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. in locis indicatis in Repertor. gener. in fine part. 3. verb Soror.*

§. SPOLIVM. XXV.

1 SPolium dicitur illa res, qua ſpoliatus fuit poſſeſſor, (ſiue potius vt ipſe puto actio, ſiue actus ſpoliandi;) habetque plures alias ſignificationes, nam quandoque ſignificat veſtes, item quæcumque ab hoſtibus capta, item bona quæ a Clerico, vel Prælato defuncto relinquuntur ex bonis Eccleſiæ, & ſimilia, vt notat Menoch. *de recuper. poſſ. in prælud. num. 3.* Tuſch. *litt. S. in concluſ. 368. & 369.* vbi quòd reſeruatio ſpoliorum pro Camera Apoſtolica eſt odioſa, & ſtrictè interpretanda, Ridolphin. *in Prax. part. 2. cap. 14. num. 55. &c.*

Quòd ſpolium Clericorum non cadat in bonis donatis inter viuos, & quare. Rot. *part. 9. recent. deciſ. 386. num. 8. &c.* facit quod dixi *in §. Clericus num. 40.* latè eadem Rot. *deciſ. 440. per tot. d. part. 9.* vbi plura habentur ad effectum probandi quòd donatio fuerit inter viuos, & non cauſa mortis, *& part. 10. deciſ. 308. part. 12. deciſ. 168. num. 26. &c. infra num. 8.*

Quòd Spolia Epiſcoporum de iure ſecundùm multos ſpectent ad Eccleſiam, & ſecundùm alios pertineant ad ſucceſſores in Epiſcopatu; Sed hodie per Bullas Pontificias Pauli III. Iulij III. Pauli IV. & Pij V. ſunt ſublatæ controuerſiæ, dum per eas ſancitum eſt prædicta ſpolia applicari Cameræ Apoſtolicæ, Solorzan. *de iur. Indiar. lib. 3. cap. 11.* Pereyr. *deciſ. 95.* Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib. 1. prælud. 2. §. 7. num. 89. & ſeqq.* vbi alios allegat, & quòd in Regno dictæ conſtitutiones non fuerunt receptæ, nec obſeruantur, ac valere, ac ſeruandam eſſe dictam conſuetudinem excludentem Cameram Apoſtolicam, ad traditaper Solorzan. *loc. cit. num. 23. & 24.* qui cùm ſit Auctor Damnatus illius aſſertio, ſaltem non eſt trahenda ad alias Regiones.

De ſpolijs Clericorum, Maſſin. *de confiſc. bonor. quaſt. 15. per tot.* Rodoan. Callio, & alij relati à Com. Aug. Fontan. *Biblioth. leg. part. 5. verb. Spolium fol. 645.*

Spoliatus, eſt ante omnia regulariter reſtituendus, & 2
quando ſecus, vide Gofred. *in Sum. de reſtit. ſpol.* Pract. Papp. *cauſ. Spolio poſſ. gloſſ. ante penult. num. 6.* Soccin. *reg. 466. per tot.* vbi duodecim modis limitat, latiùs Ant. Corſet. *ad reg. inter reg. diuerſ. fol. mihi 547.* vbi ponit 50. limitationes, Capyc. *deciſ. 77. per tot.* Viui. *comm. opin. 731. & ſeqq.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 142. per tot. cap. 206. num. 7. &c.* vbi etiam quando, & à quo tempore ſit facienda condemnatio ad reſtitutionem fructuum, Grabriel. *comm. concluſ. tit. de reſtit. ſpol. concluſ. 1.* Menoch. *de recuper. poſſ. remed. 1. num. 12. & ſeqq. per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum. 3. lib. 12. tit. 12. num. 123. & ſeqq. ad 234. fol. 197. & fol. 617.* vbi etiam quid in prædone, & ſecundo ſpoliato, & ſimilibus, Sanfelic. *deciſ. 397. per tot. cum Addit.* Caualer. *deciſ. 539.* vbi ampliat regulam etiam in ſpolio iudiciali, Ridolphin. *d. cap. 14. per tot.* vbi etiam ponit formulas actorum in huiuſmodi cauſis fiendorum.

Quòd ſpoliato nedum fructus percepti debeant à ſpoliatore reſtitui, ſed etiam lucra, & vtilitates, quas ipſe ſpoliatus ſpolio oon admiſſo fuiſſet conſecutus, Pariſ. *conſ. 105. num. 8. lib. 3.* per text. *in l. 1. §. quod autem*, vbi gloſ. *de reſtit. ſpoliat.* Rot. *part. 13. recent. deciſ. 431. num. 17.* vbi alia plura de hac materia, & dixi *in §. Expenſa num. 2. & §. Fructus num. 10.*

Qualiter ſpoliator teneatur ad reſtitutionem fructuum, vel illorum æſtimationem quando fuerunt conſumpti, & de illorum liquidatione, plenè Bich. *deciſ. 580. per totum.*

An & quando ſpoliatus à priuato, vel etiam à iudice, & in beneficialibus, ac ſpiritualibus, & ſimilibus debeat ante omnia reſtitui, vel non, de vltimo ſpolio purgando, & alia, plenè Tuſch. *litt. S. concluſ. 385. cum pluribus ſeqq.* De ſpolio commiſſo à iudice, vel executore nulliter, vel iniuſtè procedente, Merlin *deciſ. 288.* Rot. *part. 9. recent. deciſ. 98 per tot. & part. 13. deciſ. 375. num. 1. & ſeqq.* Martha *vot. Piſ. 145. per tot.* Ludouiſ. *deciſ. 336.*

Quòd ſpoliatus ſit reſtituendus antequam de meritis petitorij cognoſcatur, etiamſi ageretur ſola facti veritate inſpecta, Altograd. *conſ. 2. num. 72. &c. lib. 2.* Sanfelic. *deciſ. 397. per tot. cum Addit.* Rot. *part. 18. recent. deciſ. 624. & 625.*

Quando ſpoliatus ſit ante omnia reſtituendus, vel non, vide Ridolphin. *d. cap. 14. num. 132. & ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 135. & ſeqq. vol. 4.* Ricc. *Collect. 2236. 3421.*

Quòd ſi notoriè conſtaret de iure ſpoliantis, Maſcard. *de probat. volum. 3. concluſ. 1326. per tot.* Altograd. *conſ. 4. num. 25. &c. lib. 2.* Caualer. *deciſ. 507. per tot.* Ridolphin. *loc. cit. num. 143. & ſeqq.* Rot. *part. 10. recent. deciſ. 73. num. 29.* vbi quòd ad effectum impediendi reſtitutionem iniuſtè ſpoliati, debet de eo euidenter conſtare per confeſſionem partis, vel rem iudicatam, aut aliam indubitatam probationem.

Quòd ſpoliatori non competet retentio ex diuerſa cauſa ab illa, cuius vigore poſſeſſionem adeptus fuit, Rot. *part. 14. recent. deciſ. 23. num. 2.* Bich. *deciſ. 179. num. 19.*

Quid ſi conſtaret de non iure ſpoliati ex actis tunc ſpoliatus non videtur reſtituendus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 524. num. 56. cap 889. num. 21. &c.* Magon. *deciſ. Flor. 104. num. 16.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 12. num. 158.* Gabriel. *d. concluſ. 1. num. 4. &c. de reſtit. ſpol.* Menoch. *d. remed. num. 109. & ſeqq.* Gratian. *diſcept. 374. per tot.* vbi adducit multa in contrarium, ſed non recedas à limitatione, vbi ex actis conſtat ſpoliatum eſſe prædonem, quia tunc non eſt reſtituendus contra dominum ſpoliatorem, vide Ridolphio. *vbi ſupra num. 143. & ſeqq.* vbi quòd debet conſtare de prædictis per rem iudicatam, vel confeſſionem partis, Maſcard. *de probat. vol. 3. concluſ. 1326. & 1327.* vbi etiam an ſpoliatori ſit concedenda aliqua dilatio ad examinandum teſtes commorantes extra locum iudicij ad ſuum commodum.

Qualiter tertius poſſit impedire reſtitutionem ſpolij, docendo incontinenti de claro iure ſuo in petitorio, vel etiam in poſſeſſorio, Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ. 201. per tot.*

An in beneficialibus ſpoliatus teneatur docere de titulo canonico, vt reſtituatur, Tuſch. *litt. R. concluſ. 301. per tot. & litt. S. concluſ. 398. num. 12. &c.* vide *in §. Reſtitutio num.* 36. Ridolphin. *in prax. part. 2. cap. 14. num. 121.* Maſcard. *de probat. vol. 3. concluſ. 1322. per tot. & concluſ. 1323.* vbi in materia penſionis.

Non tamen dicitur conſtare de non iure ſpoliati, quandiu de eo doceri poteſt, cùm ad hoc requiratur, vel partis confeſſio, vel res iudicata, Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ. 269. num. 6. & 7.*

Quòd in iudicio ſpolij non procedat regula, dolo petis, quod ſtatim reſtituturus es, Burat. *deciſ. 731. num. 1. & 2.* Bich. *deciſ. 179. num. 18.*

Qui pendente lite ſe intruſiſſet in poſſeſſione, & ſic attentaſſet, ſi fuerit ſpoliatus non eſt reſtituendus, Pac. Iordan. *Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 14. num. 200. verſ. 12. fol. 235.*

Quòd aduerſus ſpoliatum non admittantur exceptiones requirentes altiorem indaginem, Menoch. *de arbitr. caſ. 20. num. 1.*

Quæ exceptiones obſtent ſpoliato in cauſa matrimoniali, in beneficialibus, vel etiam in profanis, Tuſch. *litt. S. concl.* 396. 397. 398.

An actio ſpolij detur ei, qui facto proprio cecidit à poſſeſſione, Caualer. *deciſ. 240. num. 3. & deciſ. 368. num. 1.* vbi quòd non, vide tamen Ridolphin. *in praxi part. 2. cap. 14. num. 139. & ſeqq.* dixi *in §. Remedium num. 12.* Peregr. *deciſ. 97. num. 8. &c.* vbi quid ſi ex iuſta cauſa, & propria culpa ceciderit à poſſeſſione.

An autem Princeps, vel iudex habens arbitrium poſſit dictum ordinem peruertere, vel reijcere, reſcribendo vt prius cognoſcatur de petitorio, antequam agatur de ſpolio, vel ſuper vtroque ſimul procedere, videntur affirmare Theſ. *deciſ. 15. per tot.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæſt. 51. num. 2. &c.* Tuſch. *litt. S. concluſ. 395. num. 7.* Sed contra Caualer. *deciſ. 507.* per quo multa Gayt. *inter deciſ. Sanfel. deciſ. 397. cum Addit.*

Quando, & ex quibus quis dicatur ſpoliatus, & quæ probare debeat, latè Tuſch. *litt. S. concluſ. 370. & ſeqq.* Sanfelic. *d. deciſ. 397. per tot. cum Addit.* Maſcard. *de prob. vol. 3. concl. 1321. per tot.* vbi quæ probanda ſint à ſpoliato agente ad reſtitutionem rei, de qua fuit ſpoliatus.

Ceſſat autem dicta regula vbi ageretur de exhumatione cadaueris alibi ſepulti, Caluin. *de aquit. lib. 1. cap. 93.* & dixi *in §. Eccleſia num. 18.*

3 Spoliatus agens poſſeſſorio ſibi imputare debet, ſi patiatur admitti, & fieri probationes ſuper petitorio, quia per petitorium abſorbetur poſſeſſorium tamquam minoris potentiæ, cùm dominium ſit ſuffocatiuum omnium aliorum iurium, Magon. *deciſ. Luc. 31. num. 37. &c.* Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ. 269. num. 5. & deciſ. 167. num. 10. dict. part. 2.* Capyc. *deciſ. 28. per tot.* latè Maſcard. *de probat. vol. 3. concluſ. 1325. per tot.*

Quod non teneatur reſpondere in petitorio ante ſibi factam reſtitutionem, Caualer. *deciſ. 507. num. 4.* Franch. *deciſ. 90.* Burat. *deciſ. 731. num. 7. &c.* Addit. ad Sanfelic. *deciſ. 397. verſ. nec tenetur.*

An excludatur per exceptionem dominij, vide *in §. Exceptio num.* latè Tuſch. *litt. S. concluſ. 396. per tot.* Maſcard. *de probat. vol. 3. concluſ. 1328. per tot.*

Quòd probare teneatur, & alia, vide *in §. Remedium num.* 17. Addit. ad Sanfelic. *deciſ. 379.* Tuſch. *litt. S. concluſ. 371. & 372.* vbi quòd duo extrema probare debet, nempè ſuam poſſeſſionem tempore ſpoliationis, & deiectionem ab aduerſario factam, & qualiter probentur, de quibus latè Ridolphin. *in Prax. part. 2. cap. 14. num. 91. & ſeqq.* Rot. *part. 9. recent. deciſ. 270. per tot.* vbi de primo extremo concludentiſſimè probando, & plura ad illius excluſionem.

De ſpolio probando, & quomodo probetur Maſcard. *de probat. vol. 3. concluſ. 1329.*

4 Spoliatus ante omnia non eſt reſtituendus, quando de iure communi habet contra ſe præſumptionem iniuſtæ poſſeſſionis, niſi doceat de titulo, vel priuilegio, nec quando notorium eſt iudici poſſeſſionem non debere reſtitui, nec quando ſumus in his, quæ non poſſunt poſſideri ſine priuilegio, niſi de illo doceat, nec quando ſpoliatus agens erat malæ fidei poſſeſſor, licèt agat contra alium malæ fidei poſſeſſorem, quia in pari cauſa potior eſt conditio poſſidentis, & agens dicitur in mala fide ſi ſciebat, vel ſcire debebat rem per ipſum ante occupatam ad alium pertinere, ex quo in ea nullum titulum, vel probabilem cauſam poſſeſſionis habebat, Capyc. *deciſ. 97. per tot.* vide alios ſupra citatos *num. 2. & in §. Remedium num.* Tuſch. *litt. S. concl. 395. per tot.* vbi quando ſpoliatus non reſtituatur, niſi prius de proprietate cognoſcatur.

Qualiter ſpoliatus iudicis auctoritate teneatur probare iniuſtitiam ſpoliationis ſi velit agere ad reſtitutionem, latè Maſcard. *de probat. vol. 3. concluſ. 1324. per tot.* quia præſumptio ſtat pro facto iudicis donec contrarium probetur, vide *in §. Manutentio.*

5 Spoliatus per vim, & iniuſtè deiectus à ſua poſſeſſione, poteſt illam ſtatim, vel ex interuallo quamprimum ſibi detur facultas recuperare, etiam contra tertium ab ipſo ſpoliatore cauſam habentem, & per vim, licèt reſiſtentem inueniat, per text. *in l. 3. §. Cum igitur de vi, & vi armat.* Capyc. *deciſ. 69. num. 31. & ſeqq.* vbi etiam quòd dominus committendo in Vaſſallum, vel eius familiam in dedecus ipſius Vaſſalli, debet proprietate feudi priuari, nec poteſt petere auxilium ab alijs Vaſſallis, pro comprimendo vno Vaſſallo iuſtè rebellante, imò ipſe tyrannicè viuens poteſt repelli, vel etiam occidi ſi non poſſit haberi recurſus ad Superiorem, & Vaſſalli tenentur rebellare contra Principes nimium emungentes, illiſque ob mala tractamenta reſiſtere. Sed abſit in partibus noſtris, ac vbique locorum.

De dicta quæſtione an ſpoliatus poſſit incontinenti recuperare poſſeſſionem rei ſuæ, & ſpoliatorem expoliare, vide Lancellott. *de attent. part. 2. ampliat. 1. num. 9.* latè Tuſch. *litt. S. concluſ. 393. per tot.* Farinac. *de furt. quæſt. 175. num. 84. & 86.* vbi de Conſtitutione Sixti V. qua prohibetur fieri adunatas, ſiue caualcatas pro recuperanda poſſeſſione bonorum ſuorum immobilium, quam dicit non procedere contra facientes huiuſmodi adunatas pro recuperanda poſſeſſione incontinenti, vel pro defenſione rerum ſuarum, ne inuadantur, Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 12. num. 46. & 52. limitat. tamen num. 47.* quando ſpoliatus habuiſſet recurſum ad iudicem, nam lite pendente, non poteſt vti propria auctoritate, & ego ſemper conſulerem agere per viam iuris, & non de facto, tum ad euitanda ſcandala, pericula, rixas, & tumultus, tum etiam Latrunculatorum proceſſus, & moleſtias.

An, & quando vltimum ſpolium ſit purgandum, vel non, Ridolphin. *in Prax. part. 2. cap. 14. num. 171. & ſeqq.* Addit. ad Sanfelic. *deciſ. 397.* Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ. 485.*

6 Spoliatus poteſt ius ſuum alteri cedere, & transferri omnia iura ſpolij in ceſſionarium, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 793. num. 21. &c.*

An autem, & quomodo ſpolium poſſit intentari à ſucceſſore defuncti ſpoliati, Caualer. *deciſ. 531. per tot.*

Qui poſſint agere ſpolio, vel non, & contra quos, latè Tuſch. *litt. S. concluſ. 373. cum pluribus ſeqq.*

Quot, & qualia remedia competant ſpoliatis, latè idem Tuſch. *loc. cit. concluſ. 378. cum pluribus ſeqq.* Ridolphin. *in Prax. part. 2. cap. 14. num. 60. & ſeqq. per tot.* vide *in §. Remedia num.*

7 Spoliatus bonis propter guerram, non poteſt inſolidum conueniri à ſuis creditoribus, Iaſ. & Fab. *in §. fin. verſ. vltim. num. 7. Inſtit. de act.*

8 Spoliorum ad R. Cameram Apoſtolicam ſpectantium appellatione, quæ bona comprehendantur, Barboſ. *de appellat. verb. ſignif. appellat. 247. per tot.* vide *in §. Fructus num.* ſupra *num. 1.*

Quòd ſit materia odioſa, & ſtrictè interpretanda, Tuſc. *litt. S. concluſ. 369.*

Quòd inuentarium pro ſpolio ſit faciendum à iudice Eccleſiaſtico, & non à ſæculari, Dian. *part. 4. tract. 1. reſol. 110.*

Quòd Camera Apoſtolica ſuccedens beneficiato teneatur ad eius debita, Ricc. *Collect.* 2030. vide *in §. Succeſſor num. 16.*

Qualiter Pontificalia ornamenta Epiſcoporum ad cultum diuinum inſeruientia, poſt illorum obitum ſpectent ad Eccleſias, quibus erant præfecti, nec comprehendantur ſub facultatibus teſtandi, vel aliter diſponendi, nec ſub ſpolijs, vide Conſtit. B. Pij V. *in ordine 42. Bullar. nou. tom. 2.* Rot. *part. 12. recent. deciſ. 259. per tot.* vbi declarat, quæ ſint huiuſmodi ornamenta.

De ſpolijs autem Abbatum, & aliorum Prælatorum Epiſcopis inferiorum, & Monachorum ad quos pertineant,

quid

quid ſi habeant facultatem teſtandi, & alia, Aſcan. Tamburin. *tract. de iur. Abbat. tom. 3. diſput. 16. per tot.*

10 De ſpolio Epiſcoporum, vt non comprehendat ea, quæ Epiſcopi habebant ante aſſumptionem ab Epiſcopatum, quid de annois cenſibus ab illis emptis, quid ſi habebant facultatem teſtandi etiam de fructibus, & alia plura ad rem, latè Carol. Marant. *contr. part. 4. riſponſ. 33. per tot.* cum alijs deciſionibus, & conſultationibus ibidem impreſſis. Et de ſpolio Clericorum, idem Maraot. *d. part. 4. reſponſ. 99.*

Spoliatus non tenetur reſpondere ſpoliatori in alio iudicio, quando fuit per vim ſpoliatus; ſi verò agatur de eadem re nullo modo tenetur reſpondere ſpoliatori, etiam ſi vis non interceſſerit, Io. Andr. Geminian. Franch. & alij *in cap. frequens de reſtit. ſpol. in 6.* Afflict. *deciſ. 19. num. 7.* Ludouiſ. *deciſ. 281. per tot. & deciſ. 336.*

11 De ſpolio commiſſo per procuratorem an, & quando obſtet Domino, & dicatur ab eo ratificatum, idem Ludouiſ. *deciſ. 525. per tot.* vide *in §. Ratificatio num. 24.*

Alia de ſpoliatis, & ſpoliatoribus remiſſiuè tradit Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Spoliatus, & Spoliator.*

12 De ſpoliatis ante omnia reſtituendis, & quando ſecus plura Bertachin. *in Repert. verb. Spoliatus*, Ioſeph Feliu. *in Margar. var. concluſ. eod. verb.* vbi tameo quod ſpoliatori datur manutentio donec caoſa ſpolij terminetur allegans Seraphin. *deciſ. 717.* & Rot. *deciſ. 482. part. 3. deciſ. 50. num. 29. & 269. num. 7. part. 2.* & limitans dictam regulam tribus modis, nempè non procedere ſi immineat periculom animæ, ſi conſtet notoriè de dominio, & ſi exceptio concludat ad petitorium, & poſſeſſorium ſimul, declarando etiam quando ſit reſpondendum, vel non ſuper dominio. Alia Thoro *Compend. deciſ. Neap. part. 1. & 2. verb. Spoliatus*, Cancer. *lib. 2. var. cap. 7.* Mareſcot. *lib. 1. var. cap. 59.* Parladot. *lib. 1. rer. quotid. cap. 10.* Caldas Pereyr. *quæſt. forenſ. cap. 22.* alijque plures citati à Caſteion. Alphab. *iurid. verb. Spoliatus*, vbi indicat plures quæſtiones de hac materia, de qua etiam alij relati à Com. Auguſtin. Fontan. *Bibliothec. legal. part. 5. verb. Spoliator fol. 643.*

De Spoliatoribus, & interemptoribus aliorum tempore peſtis, ao de ſpoliatoribus, & effoſſoribus cadauerum ſepultorum, & eorom pœnis, Berlich. *part. 4. concl. 9. & part. 5. concluſ. 47.* relatus à Fontan. *vbi ſupr.*

De Spoliatoribus itinerantium, & viatorum, Farinac. *conſ. 143.* Muta *deciſ. 50.* Giurba *conſ. crim. 36.* & alij relati à Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 7. §. 1. num. 4. fol. 436.*

§. SPONSALIA. XXVI.

1 SPoofalia ad hoc vt ſint valida, tria requirontur, primò vt interueniat mutua futuri matrimonij promiſſio, ſecundò vt huiuſmodi promiſſio ſit acceptata, tertiò vt aliquo externo ſigno ſit manifeſta, quibus adde quartum requiſitum, vt promiſſio ſit facta animo ſe obligandi, aliàs non inducit ſponſalia, cùm verus requiratur conſenſus, ac intentio ſe obligandi, Sperel. *deciſ. 95. num. 9. &c.* de vltimo requiſito, vide Dian. *part. 11. tract. 6. reſol. 54. per tot.* & de omnibus latè Paul. Chriſtin. *deciſ. 124. per tot. vol. 3.* vbi etiam an poſſint contrahi ſub arrhis, & pœnis, & alia plura, *& deciſ. 127. vol. 3.* Rot. *part. 9. recent. deciſ. 163. per tot.* vbi latè qualiter ſponſalia ſint ſeruanda, maximè ſequuta copula, & quomodo probetor, & rurſus in eadem cauſa *part. 10. recent. deciſ. 19. per tot.* vbi ex oouiter deductis fuit receſſum à deciſis, cum ex iuſtis cauſis poſſit recedi à ſponſalibus, de quibus latè Caſpenſ. *Curſ. Theolog. tract. 26. Diſput. 1. per tot. fol. mihi 695. &c.*

Quamuis quartum requiſitum concurrentibus alijs præſumatur, & non ſit audiendus ille, qui vellet dicere ſe ſimulatè promiſiſſe, cùm fictè contrahere ſponſalia, vel matrimonium ſit peccatum mortale, ex traditis per eundem Sperel. *d. deciſ. 95. nu. 6 etc.* cum ibi allegatis, vide Dian. *part. 3. tract. 4. reſol. 205. et ſeqq. et tract. 6. reſol. 81. part. 5. tract. 14. reſol. 32. et 33.* vbi an valeant, & obligent ſponſalia ficta, & quid ſi fuerint iuramento firmata, non tamen cum animo ſe obligandi, & refert diuerſas opiniones, vide Caſpenſ. *loc. cit. ſect. 3. et 4. per tot.* latè Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de reſtit. cap. 3. §. 1. Dub. 2. et ſeqq. fol. 61. et in 3. par. S. Thom. tom. 4. tract. de matrim. Diſput. 4. per tot. fol. 334.*

De ætate requiſita in ſponſalibus contrahendis, nempè ſeptennij, quid ſi non ſit completa vltima dies, vel adſit vſus rationis ante ſeptennium, Dian. *part. 9. tract. 7. reſol. 63. et 65. per tot.* vide *in §. Annus num. 5.*

Quòd ſponſalia ſint verus contractus, licèt non ſacer, ſed matrimonij, quod propter ſacramentum ſacer eſt contractus, ſiot præambulus contractus, & annexus, quid ſint, & alia ad rem, Petr. de Onnate *de contract. tom. 2. tract. 8. ſect. 7. fol. 65.* & alij præcitati, Ægid. de Caſteion. *in Alphabet. iurid. verb. Sponſalia*, vbi plura remiſſiuè.

Sponſalia validè contracta in primo gradu cum altero 2
conſanguineo, inducunt impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis ad contrahendum matrimonium cum altero conſanguineo, & contractum dirimunt, per text. *in cap. litteras de ſponſal. impub. cap. iuuenis, cap. veniens, cap. ad audientiam, cap. ſponſam de ſponſal. & cap. vnic. de ſponſal. in 6.* intelligendo de ſponſalibus per verba de futuro, nam per verba de præſenti, etiam nulla ſponſalia caoſant dictum impedimentum, vide Concil. Trid. *ſeſſ 24. cap. 3. de reformat. matrim. Conſtit. B. Pij V. 62.* Sperel. *d. deciſ. 95. num. 6. et ſeqq.* Rot. *part. 18. recent. deciſ. 267. per tot.* vbi tamen quòd ad dictum effectum debent ſponſalia concludenter probari, nec dicuotur probata per ſimplicem confeſſionem apochæ, nec per conſenſum genitorum, oiſi etiam interueniat vtriuſque ſponſi conſenſus expreſſus, vel tacitus benè probatus, nec ex munuſculis inuicem tranſmiſſis, oec ex fama, nec es ſolo tractatu, nec ex geſtatione luctus, &c. Sed ab iſta deciſione fuit poſtea receſſum, firmando conſtare de ſponſalibus ad dictum effectum *ead. part. 18. deciſ. 538. et 621 per tot.*

Quòd dictum impedimentum ceſſet ſi ſponſalia mutuo conſenſu diſſoluantur, quidquid aliqui contrarium ſentiant probat Dian. *part. 11. tract. 5. reſol. 12 per tot.*

Item ceſſet ſi fuerint conditionaliter contracta, conditione non impleta, ſecus autem in modo, & quando dicantur conditionalia, vel modalia, Rot. *part. 18. recent. deciſ. 621. num. 19. & ſeqq.*

Plura de ſponſalibus quid ſint, vnde dicta, quot ſint illorum ſpecies, qui effectus, qoomodo diſſoluantur, quæ dicantur ſponſalia de futuro, quæ de præſenti, quomodo inter ſe differant, an poſſint ſub conditione contrahi, & ſi fuerint contracta cum vno, vel vna ſub conditione honeſta, & illa pendente contrahantur cum alio, vel alia purè, quænam ſint præferenda ſi primorum ſponſaliorum conditio eueniat, & an interim pendente conditione poſſit alter pœnitere, & de ſponſalibus clandeſtinis, qoæ tamen hodie ſunt nulla vigore Concil. Trid *ſeſſ. 24 de reformat. cap. 1.* tradit Oinot. *Inſtit. de nupt. cap de ſponſalibus per tot. fol. mihi 30. &c.* Rice. *Collect. 1570. 1571. 1740. 2458. 3143.* Rot. *part. 12. recent. deciſ. 227. num. 17. & ſeqq.* Ludouiſ. *deciſ. 412. per tot.* latè Paul. Chriſtin. *deciſ. 124. per tot. vol. 3.* vide *in §. Matrimonium num. 8. &c.* Tuſch. *lit. S. concluſ. 399. & ſeqq.* Dian. *part. 3. tract. 4. reſol. 205. & ſeqq. per tot. & tract. 6. reſol. 81. & part. 11. tract 2. reſol. 70.* vbi quando per ſecunda videatur receſſum à primis, Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract. 26. Diſput. 1. per tot.* D. Raymund. *in Summa lib. 4. tit. 1. de ſponſal. fol. mihi 504. &c.* Caſteion. *in verb. Sponſalia.*

Quòd imò ſponſalia poſſint etiam clandeſtinè fieri tamquam contractus ſeparatus, quia Concilium loquitur tantùm de matrimonijs, Dian *part. 9. tract. 7. reſol. 72* vide *in §. Matrimonium num. 6 etc.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 331.* vbi qoòd Concilium nihil innouauit circa ſponſalia de futuro, præterquamquod per copulam non tranſeunt in matrimonium, *& deciſ. 124. num. 27. & ſeqq. vol. 3.* Rot. *part. 10. recent. deciſ. 19. num. 36. &c.* Seraphin. *deciſ. 1156. num. 6.*

Qui autem poſſint contrahere ſponſalia, vel noo, latè Caſpenſ. *loc. cit. ſect 6 per tot. fol. 699.*

Sponſus per verba de futuro an poſſit præcisè compelli 3
ad matrimonium contrahendum dixi *in §. Matrimonium nu. 12.* Tuſch. *lit. S. concluſ. 403. per tot.* Dian. *part. 3. tract. 4. reſol. 206.* Ricc. *Collect. 1740. 3143. &c.* Rot. *part. 4. recent. deciſ. 431.* vbi Paul. Rub. *in Annot. num. 62. & ſeqq.* eadem Rot. *part 9. recent. deciſ. 163. per tot. & part. 10. deciſ. 19. per tot.* vbi quòd ex iuſtis cauſis, & qoibus poſſit recedi à ſponſalibus, Thom. Triuiſ. *deciſ. 9. per tot. et dec. 20. per tot.* Ludouiſ. *deciſ. 376.* Rot. *part. 15. recent. deciſ. 142. infr. ſub num 8.*

Quòd vbi certa ſunt ſponſalia, nec de illorum validitate dubitatur, poſſit vterque iudex tam Eccleſiaſticus, quàm

ſæcularis compellere partes ad illorum obſeruantiam, Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 1. diſput. 29. nu. 9. & alij*, quos refert, & ſequitur Dian. *reſol. moral. part. 1. tract. 2. reſol.* 130. vide *in §. Stuprum num. 7. & 8.*

Pendente tamen lite ſuper matrimonio, vel ſponſalibus, ſpectat ad iudicem Eccleſiaſticum ſequeſtrare puellam in loco tuto ad explorandam illius voluntatem, Dian. *loc. cit. reſol.* 131. & latiùs *part. 11. tract. 3. reſol. 20. verſ. quoad ſecundum*, vbi qualiter huiuſmodi ſequeſtratio poſſit fieri etiam à iudice laico, & tantò magis à Principe ad impediendas violentias, ac idem eſſe in Nouitio ſequeſtrando ad eumdem effectum, adde Rot. *part. 14. rec. deciſ. 312. per tot.* vbi quòd deſtinatio loci pendet à iudicis arbitrio, qui ſecundum contingentiam facti debet prouidere, vt animus mulieris ſit liber à minis, &c.

Quòd qui contraxit ſponſalia cum iuramento, vel ſine ſit compellendus ad matrimonium, etiam mediantibus cenſuris, quamuis ſi poſtea in negatiua perſiſtat ſit abſoluendus, etiam eo non petente, & ſic non datur totalis, & præciſa coactio, vt notat Poſſent *ſing. 115. per tot & ſing. 172.* vbi quòd non eſt cogendus ſi effectus non ſperatur, vel cauſa iuſta adducitur, quia matrimonia coacta ſolent infelices exitus habere.

4 Sponſalia, etiam legitimè contracta, poſſunt mutuo contrahentium conſenſu diſſolui inter puberes, ſecus autem inter impuberes antequam pubertatem nanciſcantur, ne paſſim reſiliant, & paſſim contrahant; quid ſi ſponſalia fuerunt iuramento confirmata; an adſtrictus à ſponſalibus iuratis poſſit matrimoniũ contrahere animo intrandi Religionem ante conſumationem, & alia, latè Dian. *part. 9. tract. 7. reſol. 75. & 76. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 124. num. 3. & ſeqq. volum.* 3. Rot. *part. 14. recent. deciſ.* 185. *num.* 8. vbi ſimpliciter quòd ſponſalia poſſunt mutuo contrahentium conſenſu, etiam iurata diſſolui.

Quibus ex cauſis licitum ſit à ſponſalibus recedere vide DD. quos allegaui *in §. Matrimonium num.* 12. Triuiſ. *deciſ.* 9. Rot. *part. 10. recent. deciſ. 19. per tot. part. 14. deciſ.* 185. vbi ex cauſa inimicitiæ ſuperuenientis, vel alia rationabili arbitrio iudicis, Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 376. latè Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract. 26. Diſput. 1. ſect. 10. per tot. fol.* 702. vbi plura qualiter ſponſalia diſſoluantur ex mutuo conſenſu inter puberes, ſecus inter impuberes, item per ingreſſum religionis, per votum ſimplex caſtitatis, vel ſuſcipiendi ordinem ſacrum, per matrimonium cum alia perſona, per abſentiam, vel mutationem domicilij, per lapſum termini, per fornicationem, per impedimentum ſuperueniens, per notabilem mutationem ſuperuenientem; non tamen diſſoluuntur prima ſponſalia per ſecunda etiam iuramento firmata &c. Gibalin. *de vniuerſ. negociat. tom. 2. lib. 4. cap. 1. Concl. 3. fol.* 12. vbi addit nouam deformitatem, & morbum, nouum animi defectum, fortunæ mutationem, & cognitionem defectuum prius latentium, & quoad fornicationem intelligit, etiam ſi ſponſa fuerit vim paſſa.

5 An ſponſalia poſſint diſſolui propter oſcula, & tactus impudicos, ſicuti propter fornicationem, dic quòd ſi talia committantur ex parte mulieris, poteſt vir à ſponſalibus recedere, ſecus autem ſi ex parte viri, nam non poteſt fœmina recedere ſecundum vnam opinionem, licèt etiam alij probabiliter, & fortè rectiùs ſentiant, vt non debeant ad imparia iudicari, quod verius puto reſpectu fornicationis, quidquid ſit de oſculis, & tactibus, qui ex parte viri tollerabiliores reputantur, niſi ſint ita frequentes, vt indicent animum in alia mulierem valdè perpenſum; ſed ſi poſt huiuſmodi cauſas ſufficientes ad diſſolutionem ſponſalium, interueniat copula inter ſponſos, confirmantur ſponſalia, ad latè tradita per Dian. & alia eum citatos *part. 10. tract. 11. 28. per tot.* Gibalin. *loc. cit. num.* 4. facit quod dixi *in §. Adulterium num. 12. §. Sodomia num. 8. in fine.*

Quòd ex cauſa fornicationis, & inhoneſtatis mulieris, licitum ſit ſponſo recedere à ſponſalibus, etiam ſi ſequuta ſit inter eos copula, latè Rot. *part. 10. recent. deciſ.* 19. Gabriel. Vaſquez. *Opuſc. moral. tract. de reſtit. cap. 3. de ſtupro Dub. 4. & ſeqq.* vbi plura de alijs etiam caſibus ſimilibus fictæ promiſſionis &c.

6 Sponſa an veniat ſub nomine vxoris, & è contra dixi *in §. Vxor num.* 1.

7 Sponſa an lucretur ſaltem medietatem ſponſalitiæ largitatis etſi ſponſalia diſſoluantur, quando paſſa eſt oſculum, vel carnaliter cognita fuit à ſponſo, vide *l. ſi à ſponſo C. de donat. antenupt.* Franch. *deciſ.* 303. Paul Chriſtin. *deciſ. Belgic. 31. num. 16. & 126. num. 12. & ſeqq. vol.* 3. dixi *in §. Donatio num.* 8.

An ſponſæ cenſeantur donatæ veſtes, anulus, & ornamenta, vide *in § Teſtes*.

Sponſalia debent plenè, & concludenter probari, & ſi 8
fuerint contracta inter coniunctos in gradu prohibito ſunt nulla, etiam ſi cum reſeruatione diſpenſationis obtinendæ, & illa ſuperueniente, quia adhuc eſt pœnitentiæ locus iuxta veriorem opinionem, cùm Papa diſpenſando ratum non habeat, quod geſtum eſt, ſed tantùm contrahendi licentiam impertiatur, Sanchez *de matrim. lib. 5. diſput. 5. per tot.* Gutierez. *canonic. quæſt. lib. 1. cap.* 22. Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ. 410. per tot.* Maſcard. *de probat. vol. 3. concluſ.* 1331. vbi quomodo probentur ſponſalia, Burat. *deciſ. 203. num.* 6. Rot. *part. 14. recent. deciſ.* 242. vbi etiam quòd ſi à ſtuprata fuerit dos acceptata cenſetur renunciatum ſponſalibus, ad quæ adimplenda, nec cogendus eſt ſtuprator ex veriſimili inimicitia orta propter querelam criminalem, & carcerationem ſtupratoris ad inſtantiam ſtupratæ, vide *in §. Matrimonium, & §. Stuprum.*

Qualiter ſponſalia de futuro, etiam non iurata, interueniente copula carnali, obſeruanda ſint, Martha *vot. Piſ. 172. per tot.* Coſta *de fact. ſcient. & ignorant. Diſtinct. 40. per tot.* vbi plura in contrarium vigore Concilij Trident. *ſeſſ. 24. cap. 1. de reform. matrim.* per quod eſt correcta diſpoſitio *c. is qui de ſponſal.*

Quòd ſponſalia liberè contracta, & iuramento firmata neceſſitatem inducant ad matrimonium palam contrahendum, & recuſans poſſit cenſuris Eccleſiaſticis compelli, vt ex nolente fiat volens, nec poſſit interim cum alio contrahere, niſi ſponſalia fuerit mutuo conſenſu, vel alijs ex iuſtis cauſis reſciſſa, Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ. 376. per tot.* Thom. Triuiſ. *deciſ. 9. per tot.* vbi dicit ſe ſemper fuiſſe huius voti reſoluti ſic pluries iudicatum. quidquid nonnulli contrarium teneant vigore Concilij Tridentini, quibus reſpondet, & Concilium non obſtare demonſtrat, adde Rot. *part. 15. recent. deciſ.* 142. vbi qualiter probentur ſponſalia, & illis probatis poſſint contrahentes compelli ad obſeruantiam remedio cenſurarum, non autem damnari ad pœnam pecuniariam, prout in illo caſu factum fuerat in partibus; ſed quia ſponſa poſt dicta ſponſalia matrimonium de præſenti cum alio contraxerat inanis fuit reſolutio, adde Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract. 26. Diſput. 1. ſect. 7. per tot.* vbi maximè in foro conſcientiæ.

Plura de probatione ſponſaliorum ad effectum inducendi impedimentum publicæ honeſtatis, de quo ſupra *num.* 2. tam per coniecturas, quàm per teſtes, in quo conſiſtant ſponſalia, & qualiter à parentibus pro filijs contracta remaneant ab ipſis tacitè ratificata, & ex quibus, ac alia ad rem plenè Rot. *part. 18. recent. deciſ.* 267. 538. & 621. *per tot.* in eadem cauſa, in quibus poſtremis deciſionibus, probationibus melius perpenſis, fuit reuocata prima deciſio.

De ſponſalibus vniuerſas controuerſias reſoluit D. 9
Gregor. Roſſignol. *in eius Praxi Nouiſſ. Theologic. legal. per tot.* nempè quid ſint Sponſalia, quas conditiones admittant vel non; per quos poſſint contrahi vel non; de illorum cauſis; qualiter vtriuſque conſenſum requirant; an ſufficiat promiſſio externa ſine animo ſe obligandi; an contracta per metum, vel ex iracundia, ſiue ex nimio amore ſint valida; an inter raptorem, & raptam teneant; an, & quando inducant impedimentum publicæ honeſtatis; an remaneat ſuſpenſa illorum validitas per appoſitionem conditionis neceſſariæ in ſe, reſpectu tamen contrahentium incertæ; quid in conditione impoſſibili reputata poſſibili à contrahentibus; an reijciatur, ſiue vitiet contractum; an in ſponſalibus poſſit apponi, & exigi pœna ratione intereſſe; an dari fideiuſſor ad quid obligetur promiſſor ſponſalium ſi virginem deflorauit; quid ſi non obſtante defloratione alteri nupſerit, vel innupta deceſſerit, an ius ſibi pro dote competens ad ſuos hæredes tranſmittat; quid ſi deflorata poſtea alteri ſui copiam fecerit; an amittat ius dotis, quod habeat contra defloratorem; quibus modis poſſint ſponſalia diſſolui cum omnibus quæſtionibus indè emergentibus; quomodo probentur ſponſalia per chirographum; an, & quando valeat ſponſalitia largitas inter ſponſos, quando acquiratur, & per quos actus, & conſequenter multa alia de donationibus propter nuptias, de arris matrimonialibus, & huiuſmodi largitionibus inter ſponſos; an facto chirographo cum promiſſione dotis, noceat

remiſ-

remiſſio de minus, vel nihil petendo, aliaque plurima materiam ſponſalium tangentia, doctè, ac eruditè pertractat videndus idem Roſſignol. *per tot. dictum tractatum.*

10 Quod ſi alter ex contrahentiſque ſponſalia, ſine iuſta cauſa recedat ab eis, poſſit ſine læſione libertatis ad matrimonium compelli, vel per Iudicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem ad ſeruandam promiſſionem: poteſt enim Iudex Eccleſiaſticus ſi priùs placidè monuerit compellere per cenſuras, ſi tamen maiora inde ſcandala non timeantur, ac dummodò prudenter procedat abſque ſtrictiſſima coactione, intelligendo ſiue ſponſalia fuerint iurata, ſiue non. Poteſt etiam Iudex laicus vbi conſtat de validitate ſponſalium ſeruato iuris ordine compellere renitentem ad ſeruanda ſponſalia; & ſic ſi agatur ad inſtantiam partis, Iudex competens erit ille, quem pars elegerit, ſi verò ex officio qui præuenerit, nec poſſunt ſimul eodem tempore procedere, ne iudicia confundantur, Abb. *in cap. ex litteris 2. num. 4. de Sponſal.* Brunel. *de Sponſal. concluſ. 16. num. 6.* Sanchez *de Matrim. lib. 1. de Sponſal. diſput. 29. num. 9. & ſeqq.* Boſſ. *de matrim. contract. cap. 11. num. 52.* alijque relati per D. Gregor. Roſſignol. *in Nouiſſ. Prax. Theolog. legal. contract. 14. de Sponſal. Pranot. 8. per tot. fol. 125. &c.* quibus adde Fontanell. *de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 12. gloſſ. vnic. per tot. fol. mihi 578. & ſeqq.*

11 De ſponſis, & ſponſalibus habentur alia per Bertachin. *in Repert. verb. Sponſa, & Sponſalia,* Couar. *de Sponſal.* Mancin. *de iur. Sacr. Differt. 10. cap. 1. & 2.* Pancirol. *lib. 2. var. cap. 50.* Cancer. *var. part. 3. cap. 11. per tot.* Ariſmin. Tepat. *var. ſentent. tit. 424.* Panimol. *in deciſ. tom. 1.* cæteroſque indicatos à Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Sponſalia,* & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part. 5. eodem verb. fol. 645. &c.*

§. SPORTVLÆ. XXVII.

1 Sportulæ debentur Iudici ad inſtar Aduocati, etiamſi in calculo ferendæ ſententiæ partes illa non expectata deueniant ad concordiam, Gratian. *diſcept. for. cap. 55. num. 15. &c. cap. 561. num. 34. &c.* vbi alia plura de ſponſalibus, Tuſch. *litt. C. concluſ. 13. num. 17. & per tot.* vide in §. *Aduocatus num. 19.* Rot. *part. 14. recent. deciſ. 522. num. 10. &c.*

Qualiter debeantur in cauſis alimentorum, legati annui, vel ſimilium habentium tractum ſucceſſiuum, & in qua ſumma idem Gratian. *d. cap. 55. in princ.* vbi quòd ſit æſtimatio vitæ, iuxta *l. hæreditatum ff. ad l. Falcid.* vide in §. *Aeſtimatio num....*

De dirictuaria ſoluenda, ſiue de dirictis (prout appellantur in Statibus Etruriæ) quando petitur certa quantitas, & de taxa quando corpus, vel quid incertum petitur, alias omnia acta ſint nulla, Magon. *deciſ. Flor. 11. num. 2. & deciſ. 75. per tot.* vbi loquitur iuxta ſtylum, & ordines Rotæ Florentinæ, Card. Tuſch. *litt. S. concluſ. 13. & 14. & lit. G. concluſ. 6. & 8.* Menoch. *de arbitr. caſ. 513.* Guid. Pancirol. *theſ. var. lect. cap. 195. fol. mihi 285.* dixi in *Pract. §. Diritti, & §. Sportule.*

Quòd ſportulæ debeantur ad ratam petitionis, & ſic pro ſumma petita, & non ad ratam iudicati, Franciſc. Ant. Tranchedin. *Conſult. 101. per tot* & ab vtraque parte pro rata, Coſta *de ratione rata quæſt. 86. per tot.* Fontanel. *deciſ. 214.* vbi an reconuentio, vel exceptiones deductæ faciant augere ſportulas, & alia.

2 Sportulæ debentur arbitrio, vel arbitratori, & ideò etiam ſi in iudicem ordinarium fuerit compromiſſa cauſa eidem debentur, Gratian. *diſcept. for. cap. 55 num. 43. cap. 618. num. 23. &c.* Card. Tuſch. *litt. S. concluſ. 13. num. 1. &c.* vbi intelligit de arbitrio, & arbitratore iudicialiter electo ex forma ſtatuti; ſed indiſtinctè procedere poſſe arbitror, quia omnis labor optat præmium, & ita ſeruatur.

3 Sportulæ non poſſunt exigi, nec à ſpontè dantibus recipi per iudices Eccleſiaſticos, ſiue ordinarios, ſiue delegatos, dummodo habeant beneficium, & redditus ſufficientes, & niſi adſit conſuetudo in contrarium, ſicuti inferendo ad Vicarium Epiſcopi differit Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 561. num. 1. & ſeqq.* Card. Tuſch. *litt. S. concluſ. 13. per tot.* Viui. *comm. opin. 740.* vbi plura, quando ſportulæ debeantur, vel non.

An, & quando, ac in qua ſumma debeantur ſportulæ, vel non iudicibus Romanæ Curiæ, vide *Reformat. Tribunal. Vrb. § 13.* penès Ridolphin. *in fine Praxis fol. mihi 683. & de taxis mercedem fol. 703. cum pluribus ſeqq.*

4 Sportulæ vel merces, & ſalarium, quæ habeant priuilegia, vide in §. *Salarium num....*

De ſportulis quid ſint, vnde dictæ, & de illarum materia DD. *in cap. cum ab omni ſpecie de vit. & honeſt. Cler. cap. Statutum §. Aſſeſſorem de reſcript. in 6. & in l. ſolent ff. de off. Præſid.* Boer. *quæſt. 15 num. 1. &c.* Paul. Chriſtin. *dec. Belgic. 150. num. 1. &c. vol. 2. & deciſ. 120. num. 21. & ſeqq. per tot. vol. 5.* vbi an, & quando debeantur, vel non, & quando non fuerunt ſolutæ ex gratioſa relaxatione, vel priuilegio, an repeti poſſint per victorem à parte victa, & dicit diuerſimodè iudicatum, remittendo ſe ad Caroc. *de locat. quæſt. 8. num. 23. & ſeqq.* Boer. *deciſ. 210. & alios,* Guazin. iun. *defenſ. anim. lib. 2. defenſ. 5. cap. 38.* & alios plures relatos à Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib. 2. Rub. 25. per tot.* & recentiſſimè quando debeantur ſportulæ, vel non, Raynald. *rer. crimin. cap. 4. §. 5. num. 21. & ſeqq.*

5 Sportulæ, & propinæ ſolitæ debentur iudicibus delegatis, Zerola *in Prax. part. 2. verb. legatus, &c.* ſequitur Addit. ad Sanfelic. *deciſ. 368 verſ. Delegato,* Viui. *comm. opin. 740. num. 5. &c.*

An autem, & quando ſportulæ, vel propinæ Auditoribus Rotæ Romanæ ſolutæ, ſint à parte condemnata reficiendæ, vel non, Rot. *part. 18. recent. deciſ. 583. per tot.* Reliqua vide in §. *Expenſæ.*

6 De ſportulis agunt etiam Bertachin. *Repertor. verb. Sportulæ,* Ariſmin. Tepat *var. ſentent. tit. 243.* Maſtril. *de Magiſtrat. lib. 1. cap. 22.* Paſlador. *rer. quotid. lib. 2. cap. fin. part 6. §. vnic. fol. 198.* Peregrin. Maſſer. *tract. de Sportul.* aliique citati à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part. 5. verb. Sportulæ fol. 648.* Manſ. *Conſult. 254. lib. 3.* vbi an debitæ iudici ob ſententiam latam, ſint debitæ ſucceſſori in officio, ſi ille diſcedat ab officio eis non exactis, &c. concludens pro primo, & faciunt notata per me in §. *Pœna num. 39. per tot.*

§. STATVS. XXVIII.

1 Status, & conditio teſtium, ad hoc vt probent, vel non, inſpicitur de tempore quo deponunt, *l. 1. C. de teſt.* Gratian. *diſcept. for. cap. 374. num. 4. &c. cap. 797. num. 27. cap. 909. num. 7.* vide in §. *Famulus num. 5. & §. Teſtis num. 9.* Rot. *part. 12. recent. deciſ. 57. num. 18. part. 13. dec. 430. num. 18.* vbi de procuratore, qui non eſt inhabilis, ſi non ſit talis de tempore examinis, Rot. *part. 17. recent. deciſ. 358. num. 15.*

2 Status vltimus in quaſi poſſeſſione rerum incorporalium debet attendi, intelligendo dummodò adſit bona fides, ac conſtet de ſcientia, & patientia illorum, quibus præiudicatur; ceſſat tamen quando conſtat de proprietate, quæ ſemper præualet poſſeſſioni, Gratian *diſceptat. for. cap. 577. num. 13. &c.* Duran *deciſ. 381. in fine,* vbi etiam quòd non attenditur, quando conſtat de ſtatu anteriori contrario, Rot. *part. 10. recent. deciſ. 99. num. 18. part. 13. deciſ. 148. num. 16. & part. 14. deciſ. 423.* vbi intelligit ſi conſtet per confeſſionem eiuſdem poſſeſſoris, vel per rem iudicatam, vel per inſtrumentum vndequaque clarum, & incontrouertibile.

Qualiter mutetur ſtatus, quando vltimus attendatur in beneficialibus, & alijs, an præſcribatur, & qualiter probetur Tuſch. *litt. S. concluſ. 421. & ſeqq.* Rot. *part. 10. recent. deciſ 6. num. 14 &c. deciſ. 99. num. 14. & ſeqq. & part. 6. deciſ. 13. & deciſ. 57. part. 13. deciſ. 148. num. 16. &c. part. 14. deciſ. 423. per tot.* vbi quando proprietas abſorbat poſſeſſionem, vel non, & *part. 18. deciſ. 74.* vbi plura de vltimo ſtatu acquiſito per vnicam præſentationem effectum ſortitam, & non conſtito legitimè de præcedenti ſtatu contrario.

3 Status vltimus attenditur ad cognoſcendum an res ſit ſolita locari, vel non, Gratian. *diſcept. for. cap. 752. num. 3. &c.*

Item an iuſpatronatus ſit laicale, vel Eccleſiaſticum, Caualer. *deciſ. 547. num. 3.*

De hac materia vltimi ſtatus attendendi, vel non in beneficialibus, quæ ſit differentia inter vltimum ſtatum beneficij, & quaſi poſſeſſionem conferendi, vel præſentandi, & alia ad rem, plenè Mareſcott. *var. reſolut. lib. 1. cap. 55. per tot.* Rot. *part. 1. recent. deciſ. 188. & 229.* cum pluribus concordantibus adductis per Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ. 77.* Rot. *part. 15. recent. deciſ. 215.* vbi de vltimo ſtatu collati-

latiuo beneficij, *part. 16. dec. 106. per tot.* vbi plura quando vltimum ſtatus beneficij ſit attendendus, vel non, *& deciſ. 352. nu. 17. & 18.* vbi quòd vltimus ſtatus non attenditur, ſi ante inſtitutionem conſtet de alterius pertinentia, & ſuffragatur tantùm poſſeſſori, qui aliàs præſentauit, & non ſucceſſori, qui non ſit in quaſi poſſeſſione præſentandi, *& part. 17. deciſ. 159. num. 5. & ſeqq. & deciſ. 295.* vbi plura ad rem, *& part. 18. deciſ. 74 per tot. deciſ. 165. 181. 182. 315. & 329. num. 6. & ſeqq. & deciſ. 384. num. 8.*

4 Status præſens, non qui aliàs fuit, debet conſiderari in materia nobilitatis, Gratian. *diſcept. for. cap. 976. num. 4. &c.*

5 Status hæreditatis qualiter firmari poſſit, & debeat ad effectum faciendi detractiones, & huiuſmodi, Rot. *part. 13. recent. deciſ. 294. et 415. per tot.*

Quòd ex ſola oſtenſione inſtrumenti dotalis remaneat firmatus ſtatus hæreditatis mulieris, cùm mulier ad effugiendam præſumptionem turpis quæſtus non præſumatur habere alia bona præter dotem, Rot. *part. 16. recent. deciſ. 370. num. 10.*

Et quòd ſtatus hæreditatis verè, & non colluſiuè firmatus cum legitimo defenſore faciat ius quoad omnes, & afficiat alios quoſcumque, Rot. *part. 19. recent. deciſ. 41. num. 7. et 8.*

6 De ratione ſtatus, & gubernij, an ſubſit conſcientiæ, & religioni, & an ſit habenda in conſideratione in cauſis iuſtitiæ, Ægid. de Caſtejon. *in Alphab. iurid. verb. Status,* vbi remiſſiuè ad Marquez *lib. 2. de Gubern. cap. 22. et 34.* Dian. *tom. 9. tract. 13. reſolut. 6. num. 3.* Larrea *alleg. 90. num. 13.*

Statum, & ius quoad omnes etiam non citatos, quando faciat ſententia cum legitimo contradictore lata, Claper. *cent. cauſar. cauſ. 66. quæſt. 2.* Merlin. Pignatel. *contr. 62. lib. 1.* vbi de calculo firmato pro crediti liquidatione inter litigantes, an faciat ſtatum, & noceat tertio poſſeſſori, & alij citati à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part. 5. verb. Status fol. 650.* vbi alia plura indicat de diuerſis ſtatibus, & DD. tractantes, & quoad ſententiam, dixi ego in §. *Sententia num. 42.*

De ſtatu vltimo quando attendatur in beneficijs, vel eius origo, & alia ad rem, Tondut. *quæſt. canon. part. 3. cap. 166.*

§. STATVTA. XXIX.

Habet iſte §. materiam ſatis amplam, & ideò pro faciliori explicatione diuiditur prout infrà, & primò ponuntur.

1 Generalia, & mixta de ſtatutis.
2 De ſtatuto prohibente alienari in forenſes, vel extrahi de territorio.
3 De ſtatuto circa lucrum dotis.
4 De ſtatuto iubente fieri compromiſſum.
5 De ſtatuto de debitore capiendo.
6 De ſtatuto reijciente exceptiones.
7 De ſtatuto fœminarum excluſiuo.
8 De ſtatuto requirente certam ſolemnitatem.
9 De ſtatutis pœnalibus.
10 De ſtatuto augente pœnas.
11 De ſtatuto minuente pœnas.
12 De ſtatuto dante præmium, &
13 De ſtatuto quòd contumax habeatur pro confeſſo.

Generalia, & mixta de Statutis.

1 Statutum, vel alia diſpoſitio generaliter, & indeffinitè loquens, non comprehendit minima, vel modica, quia regulariter de minimis non curat Prætor, *l. ſcio de reſtitut. in integr.* Aſin. *in Prax. §. 26. cap. 1. num. 3. &c.* vbi exemplificat in multis, & latiùs Tiraquel. *tract. de iudic. in reb. exig.* vbi inter alia ad hoc propoſitum adducit 94. caſus, in quibus modica non habentur in conſideratione, & 57. pariter caſus, in quibus modica attenduntur, Albert. Brun. *tract. de ſtat. & clauſ. fœmin. art. 9. num. 95. & ſeqq. per tot.* vbi ponit plura exempla, in quibus de minimis, vel modicis non habetur ratio, & quando ſic, & quòd minimum, vel modicum æſtimatur arbitrio iudicis inſpecta qualitate perſonarum, & negotij.

Quòd ſtatuta alia ſint realia, alia perſonalia, & alia mixta, (licèt mixta non dari videatur verius, quæ talia dicantur, quomodo cognoſcantur, ac de illorum effectibus, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 56. & 57. vol. 2. & deciſ. 59. d. vol. 2.*

De ſtatutis, & illorum interpretatione, quomodo differant à conſuetudine, & alia plura, idem Paul. Chriſtin. *ad leges municip.* Mechlin. *in prælud. & per tot. tract.* Maſcard. *tract. de general. interpretat. ſtat.* Carpan. *ad ſtat. Med.* & alij paſſim nonnulla remiſſiuè Ægid. de Caſtejon. in *Alphab. iurid. verb. Statutum.*

Statutum generale non comprehendit cauſam dotis, nec piæ cauſæ, Gratian. *diſcept. for. cap. 710. num. 26. &c. cap. 895. num. 45. cap. 735. num. 8. &c.* Magon. *deciſ. Flor. 86. num. 4. &c.* 2

Si tamen diſponat per verba vniuerſalia, & dos non ſit in caſu, de quo agitur ſpecialiter priuilegiata comprehendit etiam ipſam dotem, Altograd. *conſ. 97. num. 59. &c. lib. 1.* vbi plura adducit ſimilia de vi verborum vniuerſalium, *& conſ. 53. num. 39. et 40. lib. 2.* vbi pluribus allegatis probat de veriori, & magis communi opinione, ſtatutum, & quamlibet aliam diſpoſitionem generalem, ſiue legis, ſiue hominis, inter viuos, vel in vltima voluntate, comprehendere dotem, in caſibus, in quibus non eſt ſpecialiter priuilegiata, idem in terminis ſtatuti probat Martha *vot. Piſ. 188. per tot.*

Statutum loquens per verba, quicumque, ſi quis, & ſimilia, non comprehendit vniuerſitates, vt dixi in §. *Vniuerſitas num. ...* 3

Quas perſonas liget ſtatutum, vel non, Tuſch. *lit. S. concluſ. 448. &c.*

Statutum annullans actum propter ſolemnitatem non ſeruatam, vel aliàs generaliter diſponens, ſiue ſit Principis ſæcularis, ſiue etiam Sedis Apoſtolicæ, non comprehendit actum iuratum, niſi de illo facta ſit ſpecialis mentio, vel niſi ſolemnitas ſit omninò, & principaliter fundata ſuper publica vtilitate, Euerad. *loc. à vi. & energ. iuram. num. 48.* Afflict. *deciſ. 5. & deciſ. 111.* Pic. *ad ſtat. Vrb. gloſſ. 23. num. 2. &c.* Gratian. *diſcept. for. cap. 490. num. 6. &c. cap. 853. num. 73. &c.* Magon. *deciſ. Flor. 64. num. 38.* vbi in terminis legis Florentinæ de anno 1551. circa reſtringendas donationes, & allegat Mot. Rot. *lib. 27. ſub die 13. Ianuarij 1566. fol. 376.* Alex. *conſ. 62. num. 20. lib. 7.* Roman. *conſ. 517. in fine*, Corn. *conſ. 35. lib. 3.* & in puncto dictæ legis Florentinæ de magis communi teſtatur Card. Tuſch. *litt. D. concluſ. 646. num. 50.* vbi etiam *num. 51.* quòd nec comprehendit Clericum donantem, dixi in *reſolut. cap. 53. num. 10. & in Pract. §. Donationis num. 4.* vbi contra, adde latè Vrceol. *conſult. for. cap. 54. num. 20. & ſeqq. vol. 2.* Rot. *part. 9. recent. deciſ. 587. num. 66. & ſeqq.* Bich. *deciſ. 200. num. 23. & ſeqq. et dec. 435. num. 7. etc.* Rot. *part. 16. recent. deciſ. 86. num. 6. &c.* Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib. 2. quæſt. 13. num. 12. et ſeqq.* 4

Statuta enim laicorum non poſſunt de directo, & expreſsè tollere vires iuramenti, cùm ſit quid ſpirituale, nec annullare contractus iuratos, ne detur occaſio peccandi: poſſent tamen per obliquum, & indirectè, inducendo certam formam, contra quam ſi contrahatur contractus cenſeatur ſimulatus, & omnia dolo, & metu extorta præſumantur, vel etiam ſi faciant mentionem de iuramento, & dicant illud præſumi dolo, & metu extortum, vel ſimulatum, nam his caſibus tantum operatur huiuſmodi fictio, vel præſumptio à ſtatuto inducta, quantum veritas ipſa, ita vt ſicut iuramentum non firmat contractus verè ſimulatos, nec etiam firmet huiuſmodi præſumptiuè ſimulatos, Curt. iun. *conſ. 118. et 119.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 233. num. 56. ect.* Pic. *ad ſtat. vrb. gloſſ. 23. num. 1. etc.* vide in §. *Iuramentum num. 24.* latè Tuſch. *litt. S. concl. 580. per tot.* Cabal. *conſ. 180. lib. 1.* Franciſc. de Angelis *d. quæſt. 13. num. 53. et ſeqq.* Martha *de iuriſdict. part. 4. cent. 1. caſ. 72. num. 18. et ſeqq.* D. Carol. de Graſſ. *de effect. Cleric. eff. 2. num. 81. etc.* Dian. *reſolut. moral. part. 1. tract. 2. reſolut. 73. et 74.* vbi contra, &c. vide Rot. *cum concordantibus allegatis part. 9. recent. deciſ. 179. num. 17. et ſeqq. per tot. et deciſ. 262. num. 9. etc.* vbi pro nullitate, *et part. 11. deciſ. 98. num. 5. etc.* vbi pariter pro nullitate, *part. 13. deciſ. 145. num. 20. part. 17. deciſ. 127. num. 24. et ſeqq.* vbi in terminis præſcriptionis inductæ à ſtatuto laicali, vt non comprehendat contractum iuratum,

niſi tollat fidem ſcripturæ, vt infrà, vide in §. *Præſcriptio num.7.*

Quod ſi ſtatutum fidem adimat inſtrumento non ſeruatis ſolemnitatibus, tunc ſicuti non probat contractum, ita nec probet iuramentum, Rot. *part.2. Diuerſ. deciſ.104.n.2. &c.* de quo vide Cabal. *conſ. deciſ.180. num.16. & ſeqq. lib.1.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.27. num.29.* Merlin. *deciſ.745. num.24.* vbi quòd hoc modo non tangitur iuramentum, ſed ſola probatio quod facere poteſt ſtatutum etiam laicale, & latè Bich. *deciſ.23. num.11 & ſeqq.* vbi reddit rationem quia ſtatutum non tangit contractum, neque iuramentum, ſed tantùm tollit fidem inſtrumento, quod eſt a contractu, & iuramento diſtinctum, & ſic ceſſante fide inſtrumenti, deeſt iuramenti probatio, niſi aliunde petatur, idem Bich. *deciſ.91. num.3. & ſeqq.* vbi fuit confirmata dicta prima deciſio, facit idem Bich. *deciſ.200. num.27. &c. & deciſ.559. num.24.* latè Cabal. *d. conſ.180. num.41.* vbi quòd ſi probetur aliunde valet contractus, & iuramentum ſuum ſortitur effectum, Franciſc. de Angelis *quæſt.13. num.51. & ſeqq.*

Quod ne ſtatutum reddatur eluſorium, comprehendat etiam contractus iuratos, cùm hodie apponatur in omnibus iuramentum potius de ſtylo, & ex abrupto, quàm attenta illius vi, & efficacia, Rot. *part.2. diuerſ. deciſ.161. ſub num.6. & part.17. recent. deciſ.352. num.16. & ſeqq.* vbi plura pro nullitate.

Quòd ſtatutum requirens certam ſolemnitatem non habeat locum in contractu iurato, quia iuramentum ſupplet ſolemnitatem, Euerard. *loc. à vi iuram. num.48.* Altograd. *conſ.21. num.38. lib.2.* vide latè Gratian. *diſcept. for. cap.27. num.27. & ſeqq.* Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.54. n.20. & ſeqq. vol.2.* vbi obiectis ſatisfacit, & Cabal. *conſ.180. per tot. lib.1.*

Quòd imò procedat ſtatutum, licèt minor iuret ſe eſſe maiorem, ne aliàs ita de facili euitetur illius diſpoſitio, & minor per huiuſmodi iuramentum intelligatur ſolummodò excluſus à beneficio reſtitutionis in integrum, non autem impediatur dicere de nullitate non ſeruatam formam, Montan. *de tut. cap.33. num.74. & num.571. & ſeqq. ad 610.* Rot. *in Romana donationis de Capiſ. 5. Iunij* 1602. *coram Pamphilio,* Pic. *ad ſtat. Vrb. gloſſ.7. n.193. &c. gloſſ.23. num.15. & ſeqq. per tot.* Bich. *deciſ.200. num.27. & ſeqq.* Vrceol. *Conſult. for. cap.44. per tot.* vide *in §. Iuramentum n.24. & §. Minor num. ... §. Statutum de ſolemnitatibus n.32.* Rot. *part.17. recent. deciſ.352. num.16. & ſeqq.* vbi quòd ſecundum antiquam Rotæ opinionem iuramentum ſupplebat defectum ſolemnitatum, ſed hodie immutabili calamo tenet ob malitias hominum auctas circa legum corruptelas, talia iuramenta etiam geminata tamquam dolosè extorta nihil operari.

5 Statutum quòd creditor non petens intra decennium, amplius non audiatur, non habet locum in debito iurato, quia iuramentum perpetuat actionem ad 40. annos, Euerar. *loc. à vi iuram. num.69.* vide *in §. Iuramentum num. & §. Præſcriptio num.6. &c.* Rot. *part.9. recent. deciſ.179. num.63. & 64.*

Nec in fœmina creditore, cùm maſculinum non concipiat fœmininum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.52. num.10.* niſi loquatur per verba imperſonalia, vel communia vtrique ſexui.

De ſtatuto circa præſcriptiones, an, & quando valeat, ſiue habeat locum, vel non, latè Tuſch. *lit. L. concluſ.633. & 634. per tot.*

6 Statutum loquens de donatione non comprehendit donationes remuneratorias, vel ob cauſam, quæ propriè non ſunt donationes, ſed potiùs æquiparantur contractibus oneroſis, Pract. Papp. *de donat. gloſ.2. in Addit.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.202. num.7. &c.* Altograd. *conſ.7. num.38. lib.1.* vide *in §. Donatio num.* *infra de ſtatuto requirente certam ſolemnitatem num.*

7 Statutum quòd pro qualibet beſtia vendita ſoluatur gabella, intelligitur de viuis, & non de mortuis, Iaſ. *in l. quod te num.36. ff. ſi cert. pet.* Viui. *comm. opin. lib.3. verb. Debitor,* vide *in §. Gabella num.31.*

An appellatione animalium, ſiue beſtiarum veniant manſueta, & mortua, Natt. *conſ.147.* Surd. *conſ.297. lib.2.* Ant. de Ballis *tract. var. lib.5. tit.60. n.25. & 26.* vbi quòd prohibita venditione animalium ſine patente, vel alia forma intelligitur etiam de mortuis, ſiue vendantur integra, ſiue per fruſtra, vel minuta, quia militat eadem ratio fraudis.

8 Statutum loquens de creditore intelligitur de vero, & efficace, & non de illo, qui poteſt legitima exceptione repelli, Rom. *conſ.204. num.14.* vide *in §. Creditor.*

9 Statutum annullans aliquid ipſo iure, vel iubens in fauorem alicuius, intelligitur dummodò fuerit petitum à parte, cuius fauore fuit inductum, Oſaſch. *deciſ.29. num.12.* Addict. ad Pract. Papp. *ſpoliat. poſſ. gloſ. ipſo facto,* Rodriquez *de concur. credit. part.1. num.24. in fine,* Genu. *de ſcript. priuat. lib.3. tit. de annal. & quinquen. dilat. num.22. fol.177.* vbi exemplificat in multis Surd. *deciſ.57. per tot.* vbi quando non ſit neceſſaria petitio partis in fideiuſſione requiſita à ſtatuto, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.559. num.63. cap.704. num.7. cap.946. num.35.* Marſil. *de fideiuſſ. num.149. & ſing.341.* vbi limitat niſi vltra diſpoſitionem ſtatuti concurrat aliqua obligatio particularis facta ab homine.

10 Statutum mandans iudici cauſam expedire intra certum tempus ſub pœna, intelligitur ſi facta fuerit inſtantia à parte, an autem ſufficiat vna interpellatio, & quid ſi non liqueret ei de cauſa, vel ſi non deffinitiuè, ſed ab obſeruatione ſententiam profert, quòd poſſit cauſam expedire etiam parte non petente, & alia circa iudicem, cui imponitur neceſſitas iudicandi intra certum tempus, Aſin. *in Prax. §.2. cap.17. per tot.* vide *in §. Index num.*

11 Statuta Principum ſæcularium oneroſa, & contra libertatem Eccleſiaſticam non ligant clericos, vel alias perſonas Eccleſiaſticas, *auth. caſſa vbi DD. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* plenè Felin. & alij *in cap. Eccleſia Sancta Mariæ de conſtit.* Bart. *in l. cunctos populos C. de ſum. Trinit. & fid. Catholic.* Marant. *diſput.8. num.2. &c.* vbi in terminis ſtatuti de iure congrui Bellon. *conſ.43.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.564. num.48. etc.* latè D. Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. effect.2. per tot.* Rot. *in Tudert. ſucceſſionis 29. Maij 1652.* Carpan. *ad ſtatut. Mediolan. in prælud. num.575. & ſeqq.* Paul. Chriſtin. *ad leg. Municip.* Mechlin. *in prælud. num.41.* Merlin. *deciſ.901. num.1. &c.* vbi de ſtatuto etiam à Papa confirmato in forma communi, quòd non liget perſonas Eccleſiaſticas ex defectu voluntatis, quando de illis non eſt facta mentio in ipſo ſtatuto, Rot. *part.11. recent. deciſ.256. num.5. &c. quæ eſt in dicta Tudertina ſucceſſionis, & part.12. deciſ.52. num.7. & ſeqq.* vbi etiam ſi confirmatum ſit ex certa ſcientia, & in forma ſpecifica non comprehendit perſonas Eccleſiaſticas ex defectu voluntatis, quando de illis non eſt facta mentio expreſſa, vel ſaltem per verba vniuerſalia illa comprehendere apta, Rot. *d. part.12. deciſ.264. per tot. & part.17. deciſ.377. num.18. & ſeqq.* vbi plura Pacion. *de locat. cap.63. num.60. & ſeqq.* Sperel. *deciſ.10. per tot.* Mohed. *deciſ.4. de Conſtitut.* vbi quando ligent Clericos, Tuſch. *litt. S. concluſ.581. & 582. & concluſ.589.* vbi de ſtatutis diuerſorum locorum contra libertatem Eccleſiaſticam quando valeant, vel non, vide infrà de ſtatuto excluſiuo fœminarum *num.31. in fine,* & plenè Thom. del Bene *tract. de Immunit. Eccleſ. part.1. cap.8. per tot. fol. mihi 294. & ſeqq.* Rot. *part.18. recent. deciſ.580. num.10.* vbi quòd ſtatutum ſæculare non ligat Eccleſiam.

Quid autem in edictis, & ſtatutis laicorum ob publicam vtilitatem, ſiue neceſſitatem, etiam clericis communem, vel promiſcuam, an tunc etiam perſonas Eccleſiaſticas comprehendant, ſi non vi coactiua, ſaltem vi directiua, & in conſcientia, & quid accedente Epiſcopi conſenſu, latè Sperel. *deciſ.12. 13. & 14. per tot.* vbi circa extractionem annonæ, & ſimilia edicta concludit pro Clericis, *& deciſ.123.* vbi circa armorum delationem, vide in §. *Clericus num.54. & ſeqq. & num.60. & ſeqq.* latè Dian. *part.6. tract.8. reſolut.4. per tot.* Sanfelic. *deciſ.188.* vbi circa ſeruitutes, & modum ædificandi inter vicinos. Et generaliter quòd Eccleſiaſtici ſint exempti à legibus, & ſtatutis Principum ſæcularium, quid ſi eſſent ob publicum, & commune bonum, an tunc ſaltem obligentur vi directiua, & alia plura ad rem, Flau. Popei *tract. de libert. Eccleſ. cap.1. & ſeqq. per tot.*

Quando ſtatuta laicorum dicantur contra libertatem Eccleſiaſticam, vel non, Dian. *part.4. tract.1. reſolut.52. 55. &c. & reſol.60.* vbi de ſtatuto prohibente librorum impreſſionem, quòd non comprehendat Clericos, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 203. per tot. vol.1.* Anton. de Ballis *tract. var. lib.5. in prælud. ad Pragm. Regni Siciliæ num.38. & ſeqq.* Rot. *part.16. recent. deciſ.159. num.5. et ſeqq.* vbi quòd libertas Eccleſiaſtica per indirectum tolli non poteſt, & ideò non eſſe valida ſtatuta laicorum reſtringentia facultatem ſubditis ſuis, ne valeant donare, contrahere, vel

relin-

relinquere Eccleſiæ, etiam ſi fuerint à Papa confirmata, cùm huiuſmodi confirmatio valìdet tantùm ſtatuta, non autem illa protrahat ad perſonas, & caſus aliàs non comprehenſos, *infr. num. 49. & part. 17. deciſ. 37. num. 29* Caſum, in quo non dicitur læſa libertas Eccleſiaſtica in locatione, & conductione domorum, vel apothecarum per ſtatutum laicale de illa diſponens, vide per Rot. *part. 16. recent. deciſ.* 318. *num. 7. & ſeqq.*

12 Statuta laicorum quatenus reſpiciunt fauorem Clericorum, prodſunt illis actiuè, Marant. *diſput. 8. num.* 14. latè Sperel. *deciſ. 11. per tot.* vide in §. *Clerici num.* 62. *&c.* Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 231. *per tot. part. 12. deciſ. 52. num. 17. & ſeqq.* vbi intelligit procedere, quando Clerici ab initio contractus declararunt ſe velle vti dictis ſtatutis, aliàs ſecus ſi velint vti quando vigore contractus conueniuntur, Bich. *deciſ.* 648. *num.* 23. vbi quòd Eccleſiaſtici poſſunt vti ſtatutis laicalibus tamquam priuilegijs, etſi illis non ſubijciantur, ad Sperel. *deciſ. 11. num. 7. & alios*, Rot. poſt Vrceol *de tranſact. deciſ. 19. num. 9. & ſeqq. et part. 17. recent. deciſ. 369. num. 11. et ſeqq.* vbi dummodò à principio ſe declarauerint, vt ſuprà, aliàs ſecus, & niſi renunciauerint omni legum, & ſtatutorum auxilio, vel fauori, *et part. 17. deciſ. 377. num. 32. et ſeqq.* vbi qualiter Eccleſiaſtici poſſint vti ſtatutis laicorum per modum priuilegij, dummodò tamen ab initio ſe declarauerint, & quando ſufficere poſſint declaratio poſteà facta.

Quòd ſi Clerici velint vti ſtatutis laicorum, teneantur illa acceptare cum omnibus ſuis qualitatibus, & conditionibus, Ciarlin. *contr. 45. num. 14. et ſeqq. per tot.* vbi in materia ſucceſſionis.

Item niſi ſtatuta eſſent præceptiua, & arctatiua perſonarum, quia tunc ſicuti non ligant Clericos, ita nec illos iuuant, Seraph. *deciſ.* 424. Scapuc. de Saluian. *lib. 3. quæſt. 2. num. 7. vbi de Aegidiana.*

Non etiam iuuant Clericos quando expreſsè diſponunt, ne Clerici illis vti poſſint, quamuis enim ſtatuta laicorum non poſſint Clericis auferre beneficia iuris communis, tamen beneficia eorumdem ſtatutorum rectè tollere poſſunt ad tradita in terminis retractus per Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 8. num.* 42. & Dian in *reſolut. cap. 68. num. 3.* hanc partem probat etiam Azor. *Inſtit. Moral. part. 1. lib. 5. cap. 13 quæſt. 4.* Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. effect. 1. numer. 26.* Palma *conſ. 29. per tot.* vbi contrarijs reſpondet.

Contrarium tamen alijs citatis reſoluit Dian. *part. 1. tract. 2. reſol. 59.* vbi quòd ita fuit iudicatum, & aliàs eſſet contra libertatem Eccleſiaſticam, vide Rot. *part. 10. recent. deciſ. 231. per tot.*

Quòd ſtatuta laicorum non ſint attendenda in foro Epiſcopali, vel Eccleſiaſtico, Seraph. *deciſ. 1493. num. 3.* Ciarlin. *contr. 45. num. 17. et contr. 112. num. 1. lib. 1. per text. in cap. Eccleſia Sancta Maria vbi DD. de Conſtitut.* Genu. *de ſcript. priuat. lib. 4. tit. de lib. Mercat. num. 21. et 29. fol. 242.* Bich. *deciſ. 648. num. 14. etc.* Rot. *part. 19. recent. deciſ. 316. num. 3.* Sperel. *deciſ. 100. num. 14. et ſeqq. per tot.* vbi latè quatuor caſus diſtinguit, & plures DD. ad concordiam reducit, notatque cauendum eſſe à Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. effect. 2. num. 145.* vbi quòd quando Clericus conuenit laicum in foro ſæculari, ſint attendenda illius fori ſtatuta, etiam quoad deciſoria, ſed apertiſſimè decipi, adde Tuſch. *litt. S. concluſ. 583, et concluſ. 459.* Zuff. *de legit. proceſſ. lib. 3. quæſt. 207. per tot.* vbi qualiter Epiſcopi teneantur ſeruare ſtatuta laicorum ſi ſint bona, & æqua, maximè in ordinatorijs, cùm non faciant Curiam ſeparatam à Curia ſæculari, & cùm etiam Clerici ligentur ſtatutis laicorum in ordinatorijs iudicij, quia ordinatoria non reſpiciunt perſonas, ſed cauſas.

Quòd pragmaticæ ſæcularium non ligent Eccleſias, neque perſonas Eccleſiaſticas, niſi in iure quærendo, vel in ordinatorijs, vel in concernentibus illarum fauorem, vel publicam vtilitatem tempore penuriæ, vel in Regalibus, quæ non ſunt contraria canonibus, nec loquuntur contra perſonas Eccleſiaſticas, ſed ſunt in ſe honeſta, & ideò etiam à Clericis ſeruanda, quia approbantur à Summo Pontifice *in cap. 1. de nou. oper. nunciat. cap. inquiſitorem de hæret. in 6.* Couar. *de Sponſal. part. 2. cap. 6. num. 20. et pract. quæſt. cap. 8.* cum alijs per Anton. de Ballis *loc. ſup. cit.* vbi etiam quando dicantur contra libertatem Eccleſiaſticam, vel non.

Quòd Pragmatica dotium, etiam ſpecificè, & ex certa ſcientia à Papa confirmata, non liget Cardinales, nec alias perſonas Eccleſiaſticas, vbi de illis non eſt facta expreſſa mentio, non quidem ex defectu poteſtatis, ſed voluntatis, non obſtantibus quibuſcumque verbis generalibus, Rot. *part. 16. recent. deciſ. 252. num. 8. et ſeqq. et part. 17. deciſ. 377. num. 15. et ſeqq. per tot.* vbi plenè in eadem cauſa, reſolutis omnibus obiectis, *ſuprà num. 11.*

Statuta laicorum inducentia certã formam contrahendi quoad minores, comprehendunt etiam Clericos minores, ad tradita per Surd. *conſ. 41. lib. 1.* Pic. *ad Stat. Vrb. gloſſ. 4. in fine*, Gratian. *diſcept. for. cap. 576. num. 9. etc. cap. 124. num.* 16. vbi videtur intelligere dummodò ſit confirmatum à Papa. Dictam concluſionem ſimpliciter probat Soccin. *reg. 60. limit. 3.* Surd. *conſ. 2. num. 8. et deciſ. 26. num. 15.* vide in §. *Clericus num.* facit Cabal. *conſ. 180. num. 57. et ſeqq. lib. 1.* 13

Contrarium de more latè probat Sperel. *deciſ. 10. per tot. & deciſ. 100. num. 14. & ſeqq. per tot.* vbi an, & quando Clerico donatario obſtet exceptio ſolemnitatis ſtatutariæ omiſſæ, vel non ſeruatæ in donatione, ſiue agatur in foro Eccleſiaſtico, ſiue ciuili, vide Vrceol. *Conſult. for. cap. 44. num. 28. & ſeqq.* vbi citat meas reſolutiones *cap. 55. num. 3. & 4.* & tenet quòd paſſiuè, & inuitus non arctetur Clericus dictis ſtatutis, ſed benè poſſit illis vti tam ab initio, quàm ex poſt facto ad infringendum contractum, latè Sperel. *d. deciſ. 10. deciſ. 11. & deciſ. 16.* vbi quòd neque comprehendunt nouitios, vel nouitias, Pic. *ad Stat. Vrb. gloſſ. 2. num. 27. &c.* vbi quòd huiuſmodi ſtatuta comprehendunt etiam moniales, vt mulieres tertij Ordinis Sancti Franciſci, vel alterius religionis, dummodò ſint condita à Papa, vel ab eo confirmata, alias ſecus ſi ſint laicalia tantùm.

Quoad dictas Tertiarias, vide in §. *Soror num.* ...

An autem ſtatuta laicalia excludentia fœminas propter maſculos comprehendant Clericos, & Moniales, vel procedant vbi agitur de hæreditate Clerici, vel de emphyteuſi Eccleſiaſtica, vide *infr. num.* ... *de ſtatuto excluſiuo fœminarum.*

Quid ſi iubeant fieri compromiſſum *infr. num.* ... in ſtatuto de compromiſſis.

Statuta loquentia de pœna capitali, intelliguntur de minori, & ſic de exilio, ſecundum Iaſ. *in l. 3. §. Hæc pœna ff. quod quiſque iur.* vide in §. *Pœna num.* ... 14

Statuta loquentia de ſimplici non trahuntur ad mixtum, & ideò inducentia certam ſolemnitatem in contractibus mulierum non habent locum in hermafroditis, qui ſunt homines mixti, niſi præualeant in ſexu fœmineo, Addit. ad Pract. Papp. *for. Inquiſ. gloſſ. debita forma*, Aſin. *in Praxi §. 1. cap. 4. num. 4. &c.* Pic. *ad Stat. Vrb. gloſſ. 2. num. 16. &c.* Gratian. *diſcept. for. cap. 770. num. 19.* Rot. *in Bonon. cenſus 29. Martij 1675. coram Albergato*, poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ. 76. num. 9.* vbi quòd loquentia in caſu ſimplicis probationis, non habent locum in caſu probationis mixtæ. 15

Quòd vbi viget eadem ratio comprehendant vtrumque ſimplex ſcilicet, & mixtum, idem Gratian. *cap. 745. num. 42. &c.*

An, & quando mixtum comprehendatur ſub ſimplici, vel non, latè Barboſ. *de Axiom. iur. Axiom. 152. per tot.* Surd. *deciſ. 329. per tot. lib. 2.* Rot. *part. 12. recent. deciſ. 273. num. 19. & 20.* Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ. 308. num. 11.* vbi benè diſtinguit.

Quid in criminalibus, Bardellon. *conſ. 170. lib. 2.*

Quòd ſtatuta loquentia in caſu ſimplici, non trahantur ad caſum conditionalem, & diuerſum, Altograd. *conſ. 44. num. 29. lib. 2.*

Quòd non habeant locum in iuribus, actionibus, & caſibus mixtis, idem Altograd. *conſ. 3. num. 28. & ſeqq. lib. 1. conſ. 7. num. 38. & conſ. 17. num. 61. &c. d. lib. 1.* Rot. *in Bonon. hæreditatis 14. Maij 1651. coram Bichio num. 19. & ſeqq.* penès Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. legal. tom. 2. deciſ.* 96. Rot. *part. 11. recent. deciſ. 127. num. 3.*

Item ſtatuta loquentia in caſu vero, non habent locum in caſu ficto, exceptis quibuſdam, Diaz. *reg.* 700. Maſcard. *de general. ſtat. interpret. concluſ.* 10. Carpan. *ad ſtat. Mediol. in prælud. num. 419. & ſeqq.* Paul. Chriſtin. *ad leg. municip.* Mechlin. *in prælud. num.* 37. vbi ponit 12. limitationes.

Statuta in vno ex correlatiuis habent locum etiam in altero ex identitate rationis, etiam in exorbitantibus, & correctorijs, Gratian. *diſceptat. for. cap. 920. num. 11. &c.* 16

vbi

vbi de marito, & vxore, vide io §. Relatiuum num.... & §. Diſpoſitio num.... & §. Regula num.... Niſi adſit ſtatutum quòd intelligantur ad litteram, omoi tacito, & ſubaudito intellectu remoto, nam tunc noo procederet argumentum à correlatiuis, Rot. part. 17. recent. deciſ. 145. num. 24. &c.

Quòd ſtatuta dicantur decidere omnes caſus, in quibus militat eadem ratio, non extenſiuè, ſed compreheoſiuè etiam in odioſis, correctorijs, & exorbitantibus, & tanto magis in faootabilibus, Altograd. conſ. 97. num. 2. &c. lib. 2. vide Interpretatio.

17 Statuta diſponentia, quòd credatur dicto alicuius, intelliguotur dummodò iurauerit, & niſi probetur contrarium, Euerard. loc. à vi iuram. num. 60. Tuſch. litt. S. concluſ. 500. & 501. per tot.

Quòd ſtetur iuramento damnificati, intelliguntur dummodò aliter conſtet de ipſo facto, Magon. deciſ. Florent. 123. num. 3. vide Tuſch. loc. cit.

Loquentia de damno dato an verificentur io furto, vide in §. Damnum num....

18 Statuta loquentia de procuratore, intelliguntur de ſimplici, non autem de procuratore in rem ſuam, quia noo dicitur propriè procurator, ſed dominus, Marant. in l. ſi alter num. 18. ff. de procurat.

Nec habent locum in coniuncta perſona agente pro coniuncto, Aſio. in prax. §. 28. cap. 4.

19 Statuta exorbitantia à iure commoni in pœnalibus non extenduntur de caſu ad caſum, etiam ex identitate, vel maioritate ratioois, Afflict. deciſ. 21. num. 5. deciſ. 404. num. 17. Gratian. diſcept. for. cap. 546. num. 12. &c. vbi loquitur io ſtatuto iuris congrui, vide in §. Extenſio num.... & §. Lex num.... Gizzarel. deciſ. 66. num. 1. &c. Tuſch. litt. S. concluſ. 496. & 612.

20 Statuta loci contractus debent attendi in deciſorijs cauſarum, non verò loci, in quo cauſa peragitur; in ordinatorijs aorem, attenduntur ſtatuta loci, vbi lis peragitur, Bart. in l. cunctos populos, C. de ſumm. Trinit. & fid. Cathol. Crauett. conſ. 172. Pic. ad ſtat. Vrb gloſſ. 2. num. 36. &c. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 545. num. 22. &c. cap. 555. num. 5. &c. Altograd. conſ. 9. num. 47. &c. lib. 1. vbi quòd in his, quæ pertinent ad litis deciſionem, vt ſi quæratur de his, quæ oriuntur ex contractu, ſint ioſpicienda ſtatuta loci ipſius contractus, licèt res io contractum deducta ſit albi ſita, vide Tuſch. litt. S. concluſ. 457. cum pluribus ſeqq. Sanfelic. deciſ. 311. per tot. vbi ſtante ſtatuto quòd debitor ex inſtrumento, vel alia ſcriptura capiatur, locus iudicij attendendus eſt, & idem io ſimilibus.

Quod ſemper ſit ſeruanda ſolemnitas loci contractus, quamuis celebraretur in parte exempta, puta in Eccleſia, contra multos, quos refert, & reprobat Gratian. diſcept. forenſ. cap. 124. num. 18. &c. cap. 531. num. 39. &c. Surd. deciſ. 129. num. 16. &c. infr. num...

Quando ſtatuta dicantor reſpicere ordinatoria, vel deciſoria, Gratian. diſcept. for. cap. 486. num. 30. &c. latè Tuſch. litt. S. concluſ. 456. per tot. & concluſ. 458. per tot. Sanfelic. deciſ. 311. per tot. Ioſeph. Feliu. in Margar. var. verb. Statutum fol. 91. col. 1.

Prædicta concluſio procedit etiam in cauſis appellationum, nam reſpectu proceſſus iudicis à quo, & omnium, quæ ſunt de proceſſu illius tenetur iudex appellationis attendere ſtatuta loci iudicis à quo; reſpectu verò actorum factorum coram iudice, ad quem debent propria ſtatuta illius loci attendi, & noo iudicis à quo, & ſic in ordinatorijs attenditur ſtatutum loci litis peractæ, vel peragendæ, in deciſorijs autem attenditur ſtatutum loci contractus, vel rei conuenti ab vtroque iudice, vt latè ad plura inferendo declarat Scacc. de appellat. quæſt. 18. per tot. Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 26. num. 845. et ſeqq. fol. 597. vbi etiam quòd ſtatutum de appellatione cenſetur de ordinatorijs iudicij, non verò de deciſorijs, vide in §. Appellatio num. 27.

21 Statuta loci commiſſi delicti, & non loci vbi cauſa peragitur, ſunt attendenda in imponendis pœnis delinquentibus, Euerard. loc. à contract. ad delict. num. 1. Bald. conſ. 238. lib. 2. latè Clar. §. fin. quæſt. 85. per tot. vbi plures caſus diſtinguit Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 400. num. 63. &c. vol. 1. facit contra quòd dixi io §. Bona num. 15. in fine.

Quòd ſtatuta pœnalia noo habeant locum contra delinquentes extra territorium quamuis ſubditos, niſi ſit expreſſum, idem Clar. d. quæſt. 85. num. 4. Gratian. diſceptat. for. cap. 886. num. 16. Card. Tuſch. litt. S. concluſ. 505. num. 1. et ſeqq. & meliùs concluſ. 543. per tot. cum pluribus ſeqq. dixi in Pract. §. Delitti num. 56. vbi improbaui deciſionem Magiſtratus Dominorum octo Baliæ virorum Ciuitatis Florentiæ in contrarium factam.

Alia de ſtatutis pœnalibos, vide infr. num....

Statuta particularia locorum vbi vigent ſemper ſunt ſeruanda, non attentis ſtatutis loci ſuperioris, vel Ciuitatis dominantis, ad quæ recurritur tantùm in ſubſidium vbi deficiunt ſtatuta locorum particularium, & in non deciſis ab ipſis ſtatutis locorum inferiorum; & in defectum omnium ſtatutorum, ſcilicet loci inferioris, & Ciuitatis dominantis, recurritur ad ius commune Romanorum, Gratian. diſcept. for. cap. 9. per tot. cap. 308. in fine cap. 474. num. 2. cap. 513. num. 17. cap. 887. num. 4. etc. Sperel. deciſ. 83. num. 4. etc. Bich. deciſ. 17. num. 2. Fenzon. ad ſtat. Vrb. cap. 47. num. 12. etc. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 18. num. 70. etc. Rot. in Nouiſſ. part. 6. deciſ. 145. num. 28. vide in §. Conſuetudo num.... Tuſch. litt. S. concluſ. 541. per tot. Peregrin. deciſ. Patauin. 1. latè Rot. in Albanenſ. hæreditatis num. 24. Maij 1641. coram Vereſpio part. 9. recent. vol. 1. deciſ. 22. per tot. Conciol. & Romaguer. ad ſtat. Eugub. lib. 6. Rubr. 48. vbi in materia ſucceſſionis, & in eadem cauſa reuiſa, & coofirmata ſub die 23. Iunij 1642. coram Cerro d. part. 9. deciſ. 106. vbi videtur intelligere quando dicta ſtatuta inferiora diſponuot in indiuiduo ſuper caſu, de quo agitur, vel adeò generaliter, vt illũ comprehendant, aliàs recurrendum eſſe ad ſtatuta ſuperiora. 22

Quòd vbi ſtatuta loci ſubditi contrariantur aliqoo modo ſtatutis ciuitatis Dominantis, præferantur propria loci, Rot. part. 12. recent. deciſ. 169. vbi circa lucrum dotis.

Quòd noo ſufficiat ſtatuta loci inferioris diſponere in genere de ſolemnitatibus adhibendis, ſed requiratur ſpecialis diſpoſitio de inſinuatione ad tollendam illam inductam à Conſtitutione loci ſuperioris, Ludouiſ. deciſ. 260. num. 4. vide in §. Statutum requirens num. 39.

Idem ſeruari in cauſis criminalibus, dixi in Practica §. Statuti num. 9. et §. Delitti num. 6. vbi in quibus delictis noo ſiot attendenda ſtatuta locorum, ſed leges, ac bannimenta Ciuitatis Dominantis Florentiæ.

Et ſeruari ſtatutum Ciuitatis dominantis in defectum ſtatuti loci delicti reſoluit Magiſtratus DD. Octo Baliæ Virorum Ciuitatis Floreotiæ, ſub die 27. Nouembris 1670. cootra Paulum Tiberij in Filzia negotiorum num. 4445.

Sed contrarium attendendo minorem ætatem de iure commoni, & non iuxta ſtatutum Florentinum, fuit bis reſolutum, recedendo à pœna ordinaria mortis in quibuſdam latronibus Piſanis per Magiſtratum DD. Octo Baliæ Florentiæ de Menſibus Octobris, & Nouembris anni 1677. videlicet contra Petrum Ioſephum Ioſtinianum, & Ioſephum de Riccio Giornal. 650. à 202. & Filcia Proceſſuum 651. oum. 28. faciuot Mandoſ. ad Rom. conſ. 318. et deciſ. conſ. 429. vbi an in cauſis Piſanorum ſit recurrendom ad ſtatuta Florentina, vel ad ius commuoe Romanorum, vt diſponunt ſtatuta Piſana, & concludunt ad ius commune, cùm olim Piſis non eſſet ſubdita Florentiæ, prout eſt hodie, &c.

Et quando ſtatutum loci inferioris diſponeret in eius defectum recurrendum eſſe ad ius commune, adhuc recurritur ad ſtatutum Ciuitatis dominantis, quia illud obtinet vicem iuris communis reſpectu locorum ioferiorum, ad tradita per Gratian. loc. cit. cap. 9. num. 24. Card. Toſch. litt. S. concluſ. 541. num. 1. & ſeqq. latè Merlio. de legit. d. quæſt. 18. num. 71. et ſeqq. ad 87. Roman. conſ. 218. Peregrio. conſ. 63. lib. 1. et deciſ. Patauin. 1. per tot. cum pluribus alijs citatis, Rot. part. 18. recent. deciſ. 541. num. 5. vbi tamen intelligit quando ius commune nihil determinat, quod tarò iudicio meo contingere poteſt.

Contrarium tamen in hoc caſu, oempè quòd ſtatutum iubens recurri ad ius commune intelligatur de iure communi Romanorum, & non Ciuitatis dominantis, probat Magoo. deciſ. Florent. 78. num. 9. vbi plotes allegat, & dicit ſic alias tenuiſſe Rotam Florentinam, idem teſtatur Matt. Neron. in eius Blanco, ſiue Repertor. Moſt. Rot. Florent. in fine num. 31. fol. 217. Menoch. lib. 2. præſumpt. 6. num. 13. etc. Maodoſ. ad Roman. d. conſ. 218. Ger. Spin. conſ. 70. num. 22. etc. Card. Tuſch. d. concluſ. 541. per tot. vide Merlin. loc. cit. Paul. Chriſtin. ad leg. Municip. Mechlin. in prælud. num. 38. vbi pluribus relatis hanc partem ſequitur prout etiam Rot. part. 9. recent. deciſ. 22. num. 7. et ſeqq.

Et idem eſſe in cauſis criminalibus, vt etiam iſto caſu ſit recurrendum ad ius commune Romanorum, & non ciuitatis dominantis, quando ſtatutum loci inferioris diſponit eſſe recurrendum ad ius commune, fuit iudicatum Florentiæ de anno 1672. per Magiſtratum DD. Octo in cauſa tranſmiſſa per Commiſſarium Ciuitatis Aretij contra quemdam Paſquam Biſtæ inquiſitum de homicidio, qui tamquam minor 25. annis fuit pœna extraordinaria condemnatus, attento iure communi ad Cabal. *reſol. crimin. caſ.* 134. Mandoſ. ad Rom. *conſ.* 218. *& dec. conſ.* 429.

Quòd ſtatutum Florentinum diſponens in materia iuriſdictionali, ſiue læſiua iurium, & præeminentiarum Ciuitatis dominantis, ſit præferendum cuilibet alteri ſtatuto locorum inferiorum, & ſubditorum contrarium diſponenti, etiam à ciuitate dominante approbato, quia huiuſmodi approbatio ſemper intelligitur facta citra præiudicium Ciuitatis dominantis approbantis, Roman. *conſ.* 218. Monach. *deciſ. Flor.* 31. *num.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 71. *num.* 5. *deciſ. conſ.* 17. *num.* 2. cum alijs per Matt. Neron. *in d. Repertor. in fine de rat. notan. num.* 27. *fol.* 214. dixi *in Pract.* §. *Statuti num.* 8. vide Mandoſ. ad Roman. *d. conſ.* 218. vbi tenet contra Romanum in terminis ciuitatum Florentiæ, & Piſarum, & in eiſdem terminis, Dec. *conſ.* 429. *per tot.*

Ac idem eſſe dicendum puto in alijs ciuitatibus dominantibus reſpectu oppidorum, & locorum ſubditorum per prædicta, & quia leges, & conſuetudines ciuitatum dominantium faciunt ius commune generale quoad omnes perſonas totius ſtatus, nec poſſunt reprehendi per ſtatuta locorum inferiorum, Soccin. *conſil.* 248. *col.* 2. Alex. *conſ.* 141. *volum.* 5. *deciſ. conſ.* 196. Peregrin. *deciſ.* 88. *in fine.*

23 Statuta oppidorum, & locorum inferiorum, ſiue ſubditorum, non ſunt valida, niſi ſint facta, vel approbata auctoritate Superioris, & qualiter ſoleant approbari, Alex. *conſ.* 41. *lib.* 5. Card. Toſch. *litt. S. concluſ.* 441. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 300. *num.* 48. *& c. infr. num.* 49. Paul. Chriſtin. *ad leg. Municip. tit.* 21. *in fine*, Merlin. *deciſ.* 698. *num.* 3. *& c.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 428. *num.* 17. *& ſeqq. & part.* 16 *deciſ.* 267. *& part.* 17. *dec.* 94. *& deciſ.* 127. *n.* 28. *& c. part.* 18. *deciſ.* 154.

Plura requiſita, vt ſtatuta poſſint dici in forma probanti, & ſint attendenda, aliàs ſecus, vide per Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 297. *n.* 6. *& ſeqq. per tot.*

Quòd eo ipſo quòd reperiuntur in volumine ſtatutorum dicantur in vſu, & ſint tamquam ſtatuta ſeruanda, & maximè ſi DD. Magni nominis ſuper illis ſcripſerint Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 169. *num.* 4. *& ſeqq.* vide *in* §. *Ciuitas num.* 14.

Quòd ſtatuta longiſſimo tempore obſeruata, præſumantur confirmata, & approbata, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 438. *num.* 6.

Ita vt deficiente approbatione habeantur ac ſi non eſſent, & ſic recurrendum ad ſtatuta Ciuitatis dominantis ad tradita in terminis ordinamentorum Florentiæ per Matt. Neron. *in Repert. Nott. Rot. Flor. in fine de rat. notan.* à cuius tamen opinione in dictis terminis receſſi, ac iterum recedo per rationes, & auctoritates adductas *in Pract.* §. *Statuti num.* 4. *& c.* probat Toſch. *lit. F. concluſ.* 402. *nu.* 28. *in fine*, vbi qualiter approbatio ſubſequens retrotrahatur, cùm ad nil aliud tendat, quàm ad ſolutionem ſolitæ taxæ, vt benè animaduertit Caſtr. *conſ.* 256. *nu.* 5. *& c. lib.* 2. intelligendo, quando ab initio fuerunt auctoritate Superioris condita, *infr. num.* 49.

A quibus poſſint condi ſtatuta, vel non, maximè contra ius ciuile, vel canonicum, latè Tuſch. *lit. S. concl.* 429. *& ſeqq.* Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 112. vbi qualiter ab Vniuerſitate, & confraternitate cum cauſa, & decreto Superioris, Conciol. *ad Stat. Eugub. cum Romaguer. lib.* 5. *Rub.* 20. *per tot.* vbi plura ad rem.

An autem ſtatuta condita à populo ſubiecto ſine confirmatione Principis, vel etiam cum confirmatione ſine tamen decreto irritante, poſſint abſque Principis licentia abrogari, Bich. *deciſ.* 165. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi affirmatiuè reſoluit, quando ſunt contra ius, & non ob publicam vtilitatem condita, aliàs ſecus, *infra nu.* 28.

24 Statuta dirigentia verba in perſonas, non comprehendunt forenſes, ſecus ſi dirigant verba in rem, & locum, nam tunc quoad bona ſita in territorio ſtatuentium comprehendunt etiam forenſes, Bart. *in l. Cunctos populos C. de ſum. Trinit.* Addit. ad Pract. Papp. *libell. heredit. ex teſtament. gloſ.* 4. *in fine*, vide *in* §. *Forenſis nu.* 1. *& c. infr. de ſtatuto excluſiuo fœminarum num.* vbi damnatur huiuſmodi diſtinctio, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 2. *&* 3. *vol.* 2. *infr. num.* 36.

Quoad delicta, vide *infra de ſtatutis pœnalibus nu.*

Statuta ſunt ſecundum ius commune interpretanda, vt illud quam minus fieri poſſit, lædant, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 546. *num.* 13. *cap.* 651. *num.* 21. vbi quòd correctio iuris non inducitur ex verbis generalibus, & per tacitos intellectus, ſed debet eſſe expreſſa, vel reſultare ex incompatibilitate, idem Gratian. *capit.* 685. *numer.* 6. *& c. cap.* 913. *num.* 18. *cap.* 976. *num.* 6. *& c.* Tuſch. *litt. S. concluſ.* 573. *per tot. cum pluribus ſeqq.* latè Chriſtin. *dec. Belgic.* 113. *nu.* 20. *& ſeqq. vol.* 1. *& ad leg. Municip.* Mechlin. *in prælud.* 25

Correctoria tamen non recipiunt interpretationem, ſed ſunt intelligenda, vt iacent, & illorum verbis eſt inhærendum, Magon. *deciſ. Luc.* 6. *nu.* 31. *& c.* Altograd. *conſ.* 58. *nu.* 34. *& ſeqq. & num.* 100. *& c. lib.* 1. vbi plura Tuſch. *litt. S. concluſ.* 496. *per tot.*

Intelligendo quoad expreſsè correcta, ſecus in alijs, idem Altograd. *conſ.* 47. *num.* 65. *lib.* 2. *& conſ.* 95. *nu.* 98. *& c. lib.* 2.

Quòd ſemper ſtatuta ſint interpretanda, vt minus lædant ius commune quàm fieri poſſit, pulchrè Altograd. *conſ.* 4. *num.* 17. 18. 19. 25. *&* 26. *lib.* 1. *conſ.* 88. *num.* 10. *& c. lib.* 1.

Et vbi verba ſunt clara nullam recipiant interpretationem, idem Altograd. *conſ.* 9. *nu.* 43. *&* 48. *lib.* 1.

Generaliter loquentia eſſe generaliter intelligenda, etiam ſi maior eſſet ratio in vno caſu, quàm in alio, & quando poſſint reſtringi, plenè Soccin. *reg.* 284. *per tot.* Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 539. *et* 540. Altograd. *conſ.* 83. *nu.* 67. *& c. lib.* 1.

Quòd ſtatuta ſint omni conatu ad concordiam reducenda, & ita interpretanda, vt non ſint inter ſe contraria ſi fieri poſſit, & ne conceſſum ab vno ſtatuto videatur ſublatum ab alio, Altograd. *conſ.* 9. *num.* 81. *et num.* 96. *lib.* 1. Ger. Spin. *conſ.* 95. *per tot.* Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 494. vide in §. *Interpretatio.*

Potiùs eſſe interpretanda, vt nihil operentur, quàm vt iniquitatem contineant, vel quàm vt indebitè quis pœna afficiatur, Menoch. *de arbitr. caſ.* 186. *num.* 12. *et ſeqq. infr. num.* 52.

Item ita eſſe interpretanda ne à ſapientibus redargui poſſint, & ne ratione careant, Alex. *conſ.* 37. *n.* 16. *lib.* 6. Crauett. *conſ.* 259. *n.* 6. Rot. *part.* 2. *diuerſ. dec.* 294. *nu.* 3.

Quòd non detur interpretatio, ex qua reſultet abſurdum, vel reprehenſio ſtatuentium, Altograd. *conſ.* 3. *nu.* 42. *lib.* 1. *et conſ.* 9. *num.* 86. *lib.* 1. vide in §. *Interpretatio num....*

Quando vnum ſtatutum recipiat interpretationem ab altero, Magon. *deciſ. Florent.* 105. *vel* 106. *num.* 12. *et ſeqq. et deciſ. Luc.* 11. *num.* 18. *etc.*

Quòd vna pars ſtatuti aliam declaret, Altograd. *conſ.* 88. *num.* 22. *lib.* 1.

Quòd ſtatuta odioſa, & ſtricti iuris ſint propriè, & ſtrictè intelligenda, & quando ſecus, plenè Tuſch. *litt. S. concluſ.* 607. *per tot.*

Statutum dicitur caſus legis, ac tollit omnem diſputationem, Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 651. *nu.* 30. *c.* 769. *nu.* 24. *cap.* 873. *nu.* 1. *cap.* 940. *nu.* 1. Magon. *deciſ. Florent.* 105. *vel* 106. *nu.* 3. vbi loquitur in materia ſucceſſionis, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 511. *num.* 1. vbi in terminis ſtatuti de lucro dotis, *et part.* 14. *deciſ.* 157. *num.* 5. vbi in terminis ſucceſſionis. 26

Quòd ſtatutum vti alterum ius commune ſit ſeruandum, & ſecundum illud ius dicendum, licèt in cauſa numquam fuerit allegatum, vel productum, Magon. *dec. Luc.* 6. *nu.* 26. *etc.* Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 102. *n.* 2. *etc. et deciſ.* 317. *num.* 1. *etc.*

Quòd in his, quæ diſponit ſtatutum præter ius commune, illi præualet in loco vbi viget, tamen ſi durum, & aſperum videretur, Altograd. *conſ.* 9. *nu.* 77. *lib.* 1. vide in §. *Lex num....* Toſch. *litt. S. concluſ.* 439. *per tot.* Rot. *d. deciſ.* 102. *n.* 2. *& ſeqq. part.* 10. *recent.*

Statutum quòd verba ſtatuti, ſiue ſtatutorum intelligantur ad litteram prout iacent, parùm operatur, & 27

non

non tollit interpretationem gloſſæ, vel legis, licèt tollat interpretationem hominis, Curt. iun. *conſ.* 152. *& conſ.* 6. Roland. *de dot.* q. 35.

Quomodo intelligatur ſtatutum, quod procedatur de ſimilibus ad ſimilia, Conciol. ad Romaguer. *ad Stat. Engub. lib.* 4. *Rubr.* 73. & dixi in §. *Argumentum num.* 9.

Quòd non excludat interpretationem intrinſecam, bonam, & rationabilem, vel quæ venit per comprehenſionem, Gratian. *diſcept. for. cap.* 709. *num.* 8. *&c.* Altograd. *conſ.* 30. *n.* 19. *lib.* 2.

Quòd ſtatutum excludens omnem ſtatutorum interpretationem, friuolam tantum excludere intelligatur, Barr. *in l. omnes populi num.* 65. *in fine, ff. de iuſtit. & iur.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 197. *n.* 3.

Stante tamen prædicto ſtatuto, non admittitur extrinſeca interpretatio, ſed verba ſunt attendenda prout oculis corporeis leguntur, ac iuxta proprium ſignificatum, nec eſt arguendum in mente, & ratione, contra proprium ſonum verborum, Altograd. *conſ.* 63. *n.* 15. *lib.* 2.

28 Statuta quando non fuerunt ab initio vſu recepta, vel moribus vtentium comprobata, non ligant, & lapſo decennio abrogantur; ſi verò ab initio fuerunt obſeruata, requiruntur quadraginta anni ad illorum abrogationem, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 559. *num* 55. *&c. cap.* 965. *per tot.* Altograd. *conſ.* 18. *num.* 29. *& ſeqq. lib.* 1. vbi de Bulla B. Pij V. ſuper cenſibus, Tuſch. *littera S. concluſ.* 454. vbi qualiter tollatur per contrarium vſum, etiam in contradictorio iudicio non obtentum, vide in §. *Lex num.* 2. Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *in prolud. ad Pragm. Regn. Siciliæ num.* 3. *& ſeqq.* Rot. *par.* 17. *recent. deciſ.* 260. *num.* 24. *& ſeqq.* vbi reprobatur dicta diſtinctio, quia Conſtitutiones Pontificiæ ligant, etiam quòd per non vſum, vel contrarium vſum fuerint, vel non fuerint receptæ.

Quòd ſtatuta non præſumantur vſu recepta, niſi probetur, Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 2. *numer.* 2. *&c.*

Sed contra Menoch. latè probat Sperel. *deciſ.* 15. *per tot.* Rot. *par.* 13. *recent. deciſ.* 428. *num.* 19. vbi quòd præſumuntur vſu recepta, & in viridi obſeruantia, niſi contrarium probetur, *& deciſ.* 511. *num.* 4. *& ſeqq. in eadem cauſa*, Beltram. ad Ludouiſ. *deciſ.* 267. *num.* 15. vbi de Conſtitutione Papæ, quæ dicitur vſu recepta eo ipſo quòd eſt publicata, & non poteſt tolli per contrarium vſum ſine ſcientia Papæ, imò ſine conſenſu expreſſo, quia eius poteſtas eſt à Deo, & non ab homine, vide ſupra *num.* 23. *& in* §. *Lex*, latè Rot. *par.* 17. *recent. deciſ.* 260. *per tot.*

Quòd incerta in volumine ſtatutorum præſumantur vſu recepta, Gozadin. *conſ* 26. *num.* 16. Dec. *conſ.* 534. *n.* 9. Creſcent. *deciſ.* 39. Roland. *conſ.* 99. *num.* 39. *lib.* 2. Penia *dec.* 305. *num.* 2.

Quod ſtatuta tollantur per non vſum, & deſuetudinem quando aliquoties euenit caſus ab illis diſpoſitus, & non fuerunt obſeruata, ſecus autem ſi numquam illorum caſus euenerit, Roland. *de dot. quæſt.* 99. Viui. *comm. opin.* 831. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 505. *num.* 17. *cap.* 218. *num.* 59 *cap* 559. *num.* 38. *&c. cap.* 965. *num.* 10. *&c.* Seraph. *dec.* 163. *num.* 1. *&c.* idem Gratian. *deciſ.* 148. *num.* 8. *&c. dec.* 14. *per tot.* vbi de ſtatuto confirmato cum clauſula quatenus ſit in vſu, à quo huiuſmodi vſus probari debeat in ſpecie per actus contrarios, Caualer. *deciſ.* 80. *num.* 6. vbi de priuilegio idem aſſerit.

Qualiter non vſus probari debeat, in ſpecie per actus contrarios cum cauſa ſcientiæ, etiam ſi teſtes non fuerunt interrogati, Ludouiſ. *dec.* 369.

Quòd imò non tollantur etiam per vſum contrarium, niſi doceatur de ſcientia, & patientia Principis, ſiue alterius ſuperioris, cùm alias inferior non poſſit derogare legi ſuperioris, Caualer. *dec.* 85. *per tot.* & melius *dec.* 91. *per tot. dec.* 111. *& dec.* 423. *per tot.* latè Sperel. *dec.* 15. *per tot.* vide in §. *Lex num.* 2. *&* §. *Conſuetudo num.* 1. *&c.* Rot. *par.* 17. *recent. dec.* 260. *per tot.* Dian. *par.* 1. *tract.* 10. *reſol.* 4. *&* 7. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 52. *per tot. vol.* 2. Merlin. *deciſ.* 846. *num.* 2. *&c.* Rot. *part.* 12. *recentior. deciſ.* 169. *num.* 19. *& ſeqq.* vbi tamen quòd poſſunt declarari per obſeruantiam interpretatiuam, etiam non præſcriptam, nec in contradictorio iudicio obſeruatam.

Qualiter non vſus Conſtitutionum Apoſtolicarum probetur, & probatus releuet ab obſeruantia, ſaltem ad effectum euitandi pœnam ob inobſeruantiam appoſitam, quòd ſit neceſſarius conſenſus Papæ, quomodo arguatur, & alia ad rem, benè Rot. *p.* 1. *rec. dec.* 356. *per tot.*

29 Statutum quòd in cauſis dependentibus ex inſtrumento, vel ſimilibus, procedatur executiuè, & ſummariè habet locum etiam ſi agatur hypothecaria contra ipſum debitorem, ſecus autem ſi ageretur contra tertium poſſeſſorem, Neguſ. *de pign. par.* 8. *memb.* 1. *num.* 47. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *quæſt.* 45. *num.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 353. *num.* 10. *&c.* Genu. *de ſcript. priuat. lib.* 1. *quæſt.* 16. *concluſ.* 2. *num.* 42. *fol.* 66. vbi videtur tenere quod habeat locum etiam contra tertium, vide Tuſch. *litt. S. concluſ.* 531. *per tot.* vbi plura ad declarationem ſtatuti concedentis executionem ſcripturæ priuatæ, & dixi in §. *Executio num.* *&* §. *Scriptura num.*

De ſtatuto quòd non audiatur debitor contra apocam niſi in carceribus conſtitutus, vel facto depoſito quoquomodo intelligatur, Sanſelic. *dec.* 155. & dixi in §. *Exceptio n.* 44. *in fine.*

Quòd ſtatutum dans executionem paratam inſtrumentis procedat etiam quoad inſtrumenta extra territorium confecta, ſi in territorio quis velit illa exequi, Caſtr. *in l. à Diuo Pio*, § *Sententiam num.* 4. vbi etiam Alex. *n.* 12. & Iaſ. *num.* 14. *ff. de re iud.* Ioſeph. Feliu. *in Margar. var. concluſ. verb. Statutum fol.* 90. *vol.* 2. vide in §. *Inſtrumentum n.* 8. *& ſeqq.*

30 Statutum loquens de pignore habet locum etiam in hypotheca, & è conuerſo, cùm non differant inter ſe niſi nomine, Neguſ. *de pign. par.* 1. *princ. num.* 8. *&c.* vide in §. *Hypotheca num.*

31 Statutum loquens de venditione, an habeat locum in permutatione, vel è contra, Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 14. *num.* 28. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 206. *num.* 58. vide in §. *Ius congrui num.* 2. latè Anton. de Ballis *tractat. var. lib.* 5. *tit.* 60. *de venditione fol.* 239 vbi ponit regulam negatiuam, cum decem limitationibus.

32 Statutum loquens de alienationibus intelligitur tantùm de voluntarijs, & non de neceſſarijs, & coactis, Gratian. *diſcept. for. cap.* 227. *n.* 45. *&c.* Clar. §. *fin. quæſt.* 82. *ſtat.* 5. *in fine*, vbi in terminis ſtatuti prohibentis alienari in Forenſes.

33 Statutum quòd quilibet admittatur ad accuſandum, reſtringitur ad perſonas habiles. Caſtr. *in l.* 2. *num.* 5. *ff. qui ſatiſd. cog.* Baiard. ad Clar. *quæſt.* 14. *num.* 3. Guaz. *deff.* 3. *cap.* 7 *n.* 3. *in fine.*

34 Statutum prohibens aliquid deferri per certum locum, non procedit ſi cauſa tranſitus tantùm deferatur (de quo tamen ego dubito, niſi cum ſolitis bulettis deferatur,) vide Cabal. *reſol. crim. verb. caſ.* 287. *num.* 52. facit quod dixi in §. *Bannitus num.*

35 Statuta antiqua, an & quando nouis legibus, vel ſtatutis promulgatis, correcta, & mutata dicantur, latè Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 38. *per tot.* facit Ludouiſ. *dec.* 267. *per tot.*

Quòd autem ſtatuta noua trahantur ſolùm ad caſus futuros, & non ad præteritos, & quid ſi ſint declaratoria antiquorum ſtatutorum, Rot. *par.* 3. *diuerſ. deciſ.* 142. *per tot.* & latè in eadem cauſa *dec.* 158. *per tot. d. par.* 2. vide in §. *Lex num.* 9.

Quando ſunt plura ſtatuta inter ſe differentia, & non concordantia, vel contraria, quodnam præualeat alteri, dic quòd ſi vnum ſit generale, & alterum ſpeciale, attenditur ſpeciale, quia generi per ſpeciem derogatur, ſi vnum affirmatiuum, & alterum negatiuum, præualet negatiuum, vel permittitur omnis interpretatio, vt ad concordiam reducantur, vel præualet quod eſt fauorabilius, vel poſterius ſi ſint omninò contraria, & incompatibilia, quid ſi adſit clauſula derogatoria; & alia pro conciliatione ſtatutorũ inter ſe pugnantiũ, Cabal. *conſ.* 162. *lib.* 1. facit quod dixi in §. *Lex.*

36 Statuta an ſicuti ligant ſuos ciues in Ciuitate contrahentes quando fuerunt vſu recepta, ſic etiam eoſdem ligent quando contrahunt, vel quid agunt extra ciuitatem, & territorium ſtatuentium, pulchrè Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 5. *num.* 5. *& per tot.* vbi diſtinguit voluntatem à poteſtate, & quoad poteſtatem, quòd ſcilicet poſſint ligare ſuos ſocios ciues, etiam extra territorium non dubitat, & hoc etiam benè probat Gratian. *deciſ.* 28. *num.* 13. Quò verò ad voluntatem idem Menoch. diſtinguit plures caſus iuxta verba ſtatutorum, quæ ſunt conſideranda ſicuti mul-

multis modis exemplificat, Rot. *par. 2. diuerſ. deciſ.* 162. *num.* 2. &c. vbi quòd ſi principaliter reſpiciant formam contractus, & non perſonas, niſi ſecundaria intentione, non ligant contrahentes extra locum ipſius ſtatuti, vide *infr. de ſtatuto requirente ſolemnitates num.* 23. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 542. *per tot. cum aliquibus ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 2. *&* 3. *vol.* 2. Merlin. *dec.* 601. *per tot.* Peregrin. *deciſ.* 88. *num.* 3. *&* 4. *& deciſ.* 117. *num.* 15. *& ſeqq.* Rot. *par.* 9. *recent. deciſ.* 66. *num.* 21. *& ſeqq. per tot.* vbi adducit plures rationes, & auctoritates ad oſtendendum, ſtatuta arctare ſubditos, etiam extrà territorium, & loquitur in muliere alibi nupta, vt remaneat ſubiecta ſtatutis patriæ circa diſpoſitionem bonorum ibidem exiſtentium, vide in §. *Vxor num.* 3. & eamdem Rot. *d. par.* 9. *dec.* 175. *num.* 10. *& ſeqq. per tot.* vbi plura pro non comprehenſione, & Bich. *dec.* 200.

37 Statutum annullans contractum, de quo non appareat inſtrumentum, tamquam reſtringens probationes, dicitur correctorium, & ideò quantum fieri poteſt reſtringendum, ita vt non procedat tantùm ad effectum agendi, non autem ad effectum excipiendi, & retinendi, latè Surd. *dec.* 277. *per tot.* vide in §. *Contractus num.*

38 Statutum, vel conſuetudo tribuens fidem libris mercatorum noſtri temporis ad illorum fauorem valet ob publicam vtilitatem comerciorum, & intelligitur tam contra debitorem, quàm contra tertium, ac extenditur etiam extra territorium ſtatuentium, ideſt vt dicti libri vbique probent, dummodò ſint ſcripti, & confecti in territorio ſtatuentium, ac dummodò ipſum ſtatutum non ſit indiſcretum mandando, vt omni ſcripturæ mercatorum indiſtinctè pro eis adhibeatur fides, nam tunc tamquam nimis pronum ad falſum non valeret, & in omnem caſum procedit tantùm in modicis ſummis arbitrio iudicis, nec comprehendit Clericos, vel alias Eccleſiaſticas perſonas actiuè, nec paſſiuè ſi ſit conditum à laicis, ac intelligitur tantùm in pertinentibus ad mercaturam, & illorum officium, non autem in alijs, vt latè probat Genu. *de ſcript. priuat. lib.* 4. *tit. de lib. mercat. num.* 14. *&c. ad* 45. *fol.* 242. vide in §. *Liber num.* 42.

39 Statutum tribuens facultatem alicui iudicandi in cauſis mercatorum, & artificium, non extenditur vltrà cauſas mercantiles, & artificium ipſum concernentes, ſed in illis tantùm verificatur, Genu. *de ſcript. priuat. d. tit. de lib. mercat. n.* 42. *fol.* 244.

Quòd ſtatuta collegiorum, & Artium non ligent illos, qui non ſunt de collegio, & quando ſecus, latè Tuſch. *litt. S. concluſ.* 431. *per tot. & concluſ.* 593. *per tot.* vbi de ſtatutis mercatorum.

40 Statutum Florentiæ, vel aliorum locorum, quòd in cauſis hypothecarijs ſufficiat probare poſſeſſorem habere titulum, vel cauſam à debitore, intelligitur de habente propriè titulum, non impropriè, & fictiuè, vt immiſſus in tenutam auctore Prætore, vel habens in ſolutum ex decreto iudicis, Neguſ. *de pign. par.* 8. *membr.* 3. *num.* 11. Ac etiam intelligitur quoad poſſidentem nomine proprio, non iure familiaritatis tantùm, Gratian. *diſcept. for. cap.* 450. *num.* 15. *&c.*

41 Statutum Bononiæ, vel ſimilium locorum diſponens, quod niſi conductor domus renunciauerit debito tempore, intelligatur reconduxiſſe pro anno ſequente, procedit tantùm pro vna vice, & ſic pro prima reconductione, ad infinitatem vitandam, Alex. *conſ.* 360. *lib.* Marſil. *de fideiuſſ. n.* 97. *&c.*

Quid de iure communi, vide in §. *Conductor num.*

42 Statutum quod victus victori in expenſis condemnetur, ne ſit fruſtratorium debet operari, & habere locum, licèt victus habuerit cauſam iuſtam litigandi, Marſil. *de fideiuſſ. num.* 302. Gratian. *diſcept. for. cap.* 33. *in princ.* Duran. *deciſ.* 381. *num.* 1. *&c.* vbi teſtatur ita ſeruari de ſtylo Rotæ Romanæ, & eadem Rot. *par.* 15. *rec. dec.* 186. *n.* 5. dixi in *Reſolut. cap.* 16. *n.* 20. Sanfelic. *dec.* 340. *n.* 16. *&* 17. Ridolphin. *in prax. par.* 1. *cap.* 13. *n.* 608. *&c.* vbi quòd in ſupremis Tribunalibus non attenditur iuſta cauſa.

Contrarium firmat Aſin. *in prax.* §. 32. *limit.* 3. Menoch. *de arbitr. caſ.* 177. Scapuc. de Saluian. *lib.* 3. *quæſt.* 11. *num.* 10. Gratian. *diſcept. for. cap.* 726. *num.* 36. *&c.* vbi firmat hanc partem, & eſt ſibi contrarius *loc. ſup. cit.* vide in meis *Reſolut. cap.* 6. *num.* 9. *& per tot.* vbi diſtinguendo has opiniones concordaui, ad ibi dicta ne repetam me remitto, adde Tuſch. *litt. S. concluſ.* 537. *per tot.* latè Paul. Chriſtin. *dec. Belgic.* 266. *num.* 3. *& ſeqq. per tot. vol.* 1. *& dec.* 97. 98. *et* 99. *vol.* 4. vbi plura de fructibus, & litium expenſis, idem Chriſtin. *ad leg. municip. tit.* 1. *art.* 29. *per tot.* Ricc. *Collect.* 864. 1275. 3338. Peregrin. *dec.* 152. *per tot.* Sanfelic. *in Prax. ſoll.* 61. *per tot.*

In dubio autem condemnatus non præſumitur habuiſſe iuſtam cauſam litigandi, & debet in expenſis condemnari, Menoch. *lib.* 2. *preſumpt.* 87. *per tot.* Galgan. *ad Stat. Vrb. lib.* 1. 196. *col.* 7. *num.* 50. & ibi etiam Fenzon. *num.* 56. Ridolphin. *d. cap.* 13. *num.* 612.

Quæ ſint iuſtæ cauſæ litigandi, latè idem Menoch. *de arbitr. caſ.* 177. *per tot.* latiùs Aſin. *in Prax.* §. 32. *limit.* 1. *et ſeqq.* vbi quando victus debeat in expenſis condemnari, vel non, vide in §. *Cauſa num.* *et* §. *Expenſa num.* 24. latè Addit. ad Sanfelic. *dec.* 346. vbi plura de hac materia in terminis etiam dicti ſtatuti, & idem Sanfelic. *in prax. ſoll.* 61. *per tot.* vbi in terminis dicti ſtatuti.

Statutum quòd ille, qui recipit in ſolutum ex decreto iudicis teneatur infrà aliquod tempus reuendere debitori, reſtituto ſibi pretio, non procedit in datione in ſolutum facta ab ipſomet debitore ſpontè, Corn. *conſ.* 166. *lib.* 2. Tiraquel. *de retract. conuent.* §. *fin. n.* 152. 43

Statutum quòd coniunctus, vel vicinus non poſſit rem immobilem alienare irrequiſito coniuncto, vel vicino, quando habeat locum, vel non, Rom. *conſ.* 484. Rol. *conſ.* 63. *num.* 15. *&c. lib.* 1. Afflict. *dec.* 339. dixi in §. *Ius congrui per tot.* Tuſch. *litt. S. concluſ.* 578. *per tot. concluſ.* 686. *et* 687. *per tot.* Viui. *comm. opin.* 830. vbi quòd via publica exiſtens in medio impedit ius congrui, & quid in via vicinali, & alia plura quando ſit locus dicto ſtatuto, vel non, in *opin.* 831. *&* 832. *per tot.* 44

Quòd dictum ſtatutum etſi laicale procedat in bonis emphyteuticis Eccleſiæ quoad vtile dominium, Alex. *conſ.* 27. *n.* 4. *lib.* 6. Menoch. *de arbitr. caſ.* 180. *n.* 11. facit quod dixi infrà de ſtatuto excluſiuo fœminarum *num.* Tuſch. *loc. cit. n.* 6.

De ſtatuto quòd non poſſit res communis alienari ſine conſorte, quando locum habeat, vel non, Tuſch. *litt. S. concluſ.* 489. Cabal. *conſ.* 162. *num.* 1. *lib.* 1. vbi quòd tale ſtatutum extat Florentiæ *lib.* 2. *Rubr.* 109. & procedit, etiam ſi non vendantur bona à deputatis ſuper fallimentis ceſſantium iuxta aliud ſtatutum Curiæ Mercantiæ, & facultatem illis traditam.

Statutum quòd volens amplam domum ædificare in Ciuitate, poſſit compellere vicinos ad vendendum locum, vel aream, an habeat locum in volente ædificare in ſuburbijs, Menoch. *de arbitr. caſ.* 155. *num.* 9. *&* 10. vbi quòd ſic, licèt alios in contrarium allegat, facit quod dixi in §. *Ciuitas num.* 45

Simile ſtatutum extare Florentiæ, dixi in *Pract.* §. *Ædificare num.* 1. vide alia in §. *Ius congrui.*

Statutum Florentinum *lib.* 2. *Rubr.* 115. vel ſimile diſponens quòd ætas decem, & octo annorum habeatur pro plena, & perfecta, tamquam ſi eſſet vigintiquinque annorum, procedit tantùm in alienatione rerum mobilium, non autem quoad immobilia, & operatur ſolùm in caſibus, in quibus auctoritas tutoris prodeſſet de iure communi, Aſin. *in Prax.* §. 1. *cap.* 1. *num.* 24. latè Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 233. *num.* 21. *& per tot. cap.* 488. *n. & per tot. cap.* 975. *num.* 29. Fenzon. *ad Statut. Vrb. cap.* 47. *num.* 7. *&c.* Montan. *de tut. cap.* 33. *num.* 618. *&c.* Magon. *deciſ. Florent.* 22. *num.* 3. *&* 7. Simoncel. *de decret. lib.* 3. *tit* 8. *num.* 24. *&c.* vide in §. *Minor num.* 26. §. *Prouiſio n.* 2. *& in Pract.* §. *Pupilli num.* 2. *&c.* vbi de pluribus reformationibus in hac materia Florentiæ emanatis, Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 596. *per tot.*

Quòd imò huiuſmodi ſtatuta operentur quoad omnia, & etiam quoad donandum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 555. *num.* 3. Ger. Spin. *conſ.* 2. *n.* 2. *& ſeqq.* Cabal. *conſ.* 180. *num.* 46. *lib.* 1. vbi in terminis dicti ſtatuti Florentini, quòd operetur etiam quoad alienationem immobilium.

An ſtantibus dictis ſtatutis ceſſat reſtitutio in integrum ex capite minoris ætatis, & alia de ſuis effectibus, Gratian. *deciſ.* 177. *num.* 9. *&c.* cum Addit. Odd. *de reſtitut. in integr. par.* 1. *quæſt.* 15. *art.* 9. *per tot.* Ger. Spin. *loc. cit.* vide in §. *Reſtitutio numer.* 26. §. *Minor num.* 26.

Quòd dictum ſtatutum tamquam loquens de habilitate, vel inhabilitate perſonæ non procedat in minore forenſe, qui

ſe, qui contraheret Florentiæ ex defectu poteſtatis ſtatuentium, ac ita intelligi habilitare dumtaxat ſubditos, non autem forenſes, Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 824. num. 30. &c. Rot. par. 12. recent. deciſ. 126. num. 54. &c. Ac idem eſſe in delictis, vt non comprehendat minores forenſes in his partibus delinquentes, fuit reſolutum per Magiſtratum DD. Octo Florentiæ ſub die 2. Decembris 1679. in cauſa Cortonæ contra Carolum Laurentij in filcia negotiorum nu n. 5023. & vide in §. Minor num. 26. & n. 2. & §. Ætas num. 6. Si tamen in loco originis, vel domicilij forenſis extaret ſimile ſtatutum, poſſent combinari ad imponendam pœnam ordinariam, ſaltem in atrocioribus, vt ego votaui prima Aprilis 1684. in cauſa Piſtorien. contra Io: Baptiſtam Sigiſmundum Lucenſem, & fuit approbatum.

Quando autem ſtatutum loquens de habilitate, vel inhabilitate perſonæ comprehendat forenſes, vel non, latè Rot. par. 2. diuerſ. deciſ. 103. num. 13. &c. Surd. dec. 197. per tot. Card. Tuſch. littera S. concluſ. 564. & 565. per tot.

Quòd vigore Statuti Vrbis maior quis dicatur peracto vigeſimo anno, vt cauetur lib. 1. cap. 17. Seraph. dec. 746. num. 2. deciſ. 751. num. 2. Rot. par. 1. recent deciſ. 431. n. 3. & par. 11. dec. 3. num. 7. par. 12. dec. 126. num. 54.

47 Statutum diſponens quòd parte non citata poſſit ferri ſententia, non valet, cùm citatio ſit de iure naturali, & diuino, quod per ſtatutum tolli non poteſt, Aſin. in Prax. §. 6. cap. 9. & cap 13. num. 2. vbi tenet idem de Principe, quòd tamen interdum fallit, idem Aſin. §. 7. cap. 5. limit. 35. & limit. 11. vide in §. Citatio num.

48 Statutum quòd petenti concedatur conſilium ſapientis, quomodo intelligatur, quos liget, & in quibus cauſis procedat, latè Pac. Scal. tract. de conſil. ſapient. Aſin. in Pract. §. 25. per tot. Menoch. de arbitr. lib. 1. quaſt. 23. per tot. Magon. deciſ. Florent. 63. num. 2. vbi quòd quando de debito liquidè conſtat non eſt locus huiuſmodi conſilio, vide Tuſch. litt. S. concluſ. 490. cum tribus ſeqq. per tot.

Quòd in caſibus permiſſis de iure ſit concedendum expenſis petentis de conſuetudine autem concedatur expenſis communibus, præſertim ſi iudex ex officio illud requirat, Menoch. de arbitr. caſ. 228. num. 22. & ſeqq. vide in §. Conſilium num. & §. Sententia num. 27.

49 Statuta confirmata à Principe in forma ſpecifica, & ex certa ſcientia, cum cauſæ cognitione, vel motu proprio cenſentur ipſius Principis confirmantis, illi attribuentur, & ab eo denominantur, & extenduntur ad caſus, ad quos alias non extenderentur; ſecus autem ſi confirmata fuerint tantùm in forma communi, & permiſſiuè, & quando dicantur confirmata in forma ſpecifica, vel communi, Cabed. deciſ. 2. & ſeqq. par. 2. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 490. num. 18. &c. cap. 584. num. 15. &c. cap. 586. n. 16. &c. cap. 913. num. 14. &c. cap. 902. n. 10. &c. Fenzon. ad Stat. Vrb. in præfat. num. 39. &c. vide in §. Clauſula num. 34. Paul. Chriſtin. deciſ. 45. num. 15. & ſeqq. vol. 5. & ad leg. municip. tit. 21. in fine, vbi plura de confirmatione ſtatutorum.

Quòd ſit neceſſaria confirmatio Principis in ſtatutis Oppidorum ipſi immediatè ſubiectorum, alias non valeant, cum huiuſmodi oppida immediatè ſubiecta non poſſint propria auctoritate condere ſtatuta, Gratian. diſcept. for. cap. 300. num. 48. &c. vide ſupra num. 2. &c. n. 23. Merlin. deciſ. 698. num. 3. &c. deciſ. 740. num. 2. &c. vbi quòd ſi ſint iuris correctoria, vt in materia retractus, debet confirmatio eſſe in forma ſpecifica, nec ſufficit in forma communi, & quando dicatur in forma ſpecifica, vel communi: Quando autem ſufficiat confirmatio in forma communi, idem Merlin. dec. 745. num. 21. &c. Rot. par. 16. recent. deciſ. 267. vbi quòd in odioſis requiritur confirmatio in forma ſpecifica, & loquitur in ſtatuto fœminarum excluſiuo, & par. 17. deciſ. 94. in eadem cauſa, & deciſ. 127. num. 28. vbi quando ſunt contra ius indigent confirmatione in forma ſpecifica, & loquitur in materia præſcriptionis.

Quòd populi ſubiecti Sedi Apoſtolicæ non poſſint condere ſtatuta, niſi ſint confirmata à Papa, Beltramin. plures allegans ad Ludouiſ. deciſ. 267. num. 14.

Quòd ſtatuta confirmata à Sede Apoſtolica comprehendat etiam Eccleſiam, & quaſcumque perſonas Eccleſiaſticas, Gratian. diſcept. for. cap. 913. num. 14. &c. vide ſuprà n. 11. & 12.

Intelligendo de confirmatione in forma ſpecifica, & dummodò de illis in ſtatutis ſit facta expreſſa mentio ſaltem verbis generalibus illos comprehendere aptis, alias ſi non ex defectu poteſtatis, ſaltem ex defectu voluntatis perſonas Eccleſiaſticas non comprehendunt, Rot. in Tudertina ſucceſſionis 29. Maij 1652. num. 4. & inter meas reſol. cap. 34. num. 8. &c. eadem Rota in Bononien. hæreditatis 28. Iunij 1652. coram Bichio par. 11. recent. deciſ. 293. inter conſultat. for. Vrceol. cap. 50. num. 33. & in Bononienſ. cenſus 4. Maij 1643. coram Ghiſilerio in par. 9. recent. dec. 179. n. 17. & ſeqq. per tot. vbi idem concludit eſſe neceſſarium, vt comprehendat actum iuratum, & quòd regulariter confirmatio præſumitur facta in forma communi, niſi aliter appareat, & ex quibus arguatur facta in forma ſpecifica, vel non, vide ſupra n. 11. & 12. in fine.

Quòd ſtatuta Bononiæ ſint à Summis Pontificibus approbata in forma ſpecifica, & ex certa ſcientia, diſtinguendo inter plures confirmationes diuerſis temporibus emanatas, Rot. par. 10. recent. deciſ. 298. num. 15. &c. vbi plures deciſiones concordantes allegat, vide par. 11. recent. dec. 293. & dec. 349. num. 27. & ſeqq.

50 Statutum Florentiæ, vel ſimile quòd debitore fallito creditores debeant ſatisfieri per æs, & libram, facit ceſſare regulam prioritatis, ſiue anterioritatis, & omnes æqualiter admitti ad concurſum, dummodò conſtet de vera decoctione declarata per ſententiam; non tamen habet locum in dote, nec in debito ex cauſa tutelæ, vel curæ, nec in hærede decocto quoad debita contracta à defuncto, quæ priùs erunt detrahenda per ſeparationem bonorum ad fauorem creditorum ipſius defuncti, Caſtr. conſ. 179. lib. 2. Cabal. conſ. deciſ. 133. & 135. lib. 2. Altograd. conſ. 4. et conſ. 95. num. 8. etc. Merlin. de pign. lib. 4. tit. 1. quaſt. 6. per tot. vide in §. Creditor num. 2. etc. latè Tuſch. litt. S. concluſ. 547. per tot. vbi etiam qualiter filius remaneat obligatus pro patre fallito, et concluſ. 559. per tot. Rot. par. 14. recentior. deciſ. 503. per tot. vbi plura ad intellectum ſtatutorum Bononiæ de hac materia, & in eiſdem terminis Bich. deciſ. 627. et 629. per tot. & Rot. part. 15. deciſ. 76. per tot. et deciſ. 371. in eadem cauſa Bononienſ. Pecuniaria.

Quòd dictum ſtatutum non habeat locum in dote, etiam ſolùm promiſſa, & deſtinata, & nondum ſequuto matrimonio, latè Cabal. conſ. deciſ. 133. per tot. lib. 2. Magon. deciſ. Florent. 86. num. 1. etc. facit quòd dixi in §. Dos num.

Quòd nec etiam comprehendat creditores conditionales, qui ſcilicet tempore decoctionis non erant creditores, ſed poſteà tales effecti purificata conditione, qui ideò integrum conſequantur contra bona decocti, licèt alijs aſſignata, cùm quo ad dictos creditores conditionales non conueniant verba ſtatuti, & agatur de ſtatuto odioſo ſtrictè interpretando, latè Cabal. conſ. deciſ. 135. lib. 2.

Et ſi creditores habeant fideiuſſores ad illorum fauorem, non prohibentur contra eas ad ſolidum, & totum conſequendum agere, Altograd. conſ. 55. num. 54. et 55. lib. 2.

Quando autem quis dicatur propriè decoctus, Cabal. reſol. crimin. caſ. 105. per tot. Cardin. Tuſch. litt. F. concluſ. 40. litt. D. concluſ. 106. litt. S. concluſ. 548. et 560. Gratian. diſcept. for. cap. 391. num. 19. cum alijs per Vrceol. Conſult. forenſ. cap. 14. num. 1. etc. Rot. part. 15. recent. deciſ. 76. vbi in terminis ſtatutorum Bononiæ, et deciſ. 371. in eadem cauſa, vide in §. Mercator num. et in Pract. §. Falliti per tot.

Quòd dictum ſtatutum à laicis conditum, licèt à Papa in forma communi confirmatum, cùm non faciat mentionem de iuramento, non comprehendat debitum iuratum, tam ex defectu poteſtatis, quàm voluntatis, quia ſtatuente non præſumuntur velle quod non poſſunt, latè in termini ſtatuti fori Mercatorum Bononiæ, Rot. in Bononienſ. Cenſus 4. Maij 1643. coram Ghiſilerio in part. 9. recent. deciſ. 179. num. 17. et ſeqq. per tot. vbi concordantes adducit, & omnibus contrarijs ſatisfacit, et par. 14. deciſ. 503. numer. 20. et 21. vbi an comprehendat Montiſtas, perſonas Eccleſiaſticas, & loca pia; & plura ad intelligentiam dicti ſtatuti Bononiæ, Bich. deciſ. 627. et 629. per tot. vbi etiam quòd non comprehendit Clericos, nec alias perſonas Eccleſiaſticas, Rot. par. 15. recent. deciſ. 76. vbi tamen quòd iſtud priuilegium Clericorum tam-

quam perſonale non tranſit in eorum ceſſionarium; licèt quo ad hoc poſtea eadem Rot. *d. par.* 15. *deciſ.* 371. contrarium firmauerit, ex quo ceſſionarius erat etiam procurator, & nomine cedentis agebat, ac ex alijs rationibus ibi perpenſis, vide in §. *Ceſſio num.* 42. *in Addit.*

Quòd non afficiat perſonas Eccleſiaſticas, quæ ideò ſua anterioritate potiuntur non obſtante dicto ſtatuto, Rot. *par.* 17. *recent. deciſ.* 380. *num.* 13.

51 Statutum Florentinum *lib.* 2. *Rubr.* 29. *de hæred. & hered. debit. connen.* ex ſola detentione bonorum per defunctum poſſeſſorum poſt quindecim dies à morte defuncti, facit hæredem ipſum detentorem abſque aliqua verborum declaratione, etiamſi agatur de re minima poſſeſſa, ac etiam ſi detentor prætenderet non vti hæres, ſed ex alia cauſa detinere, & hoc non ſolùm paſſiuè, vt ſcilicet teneatur creditoribus hæreditarijs, ſed etiam actiuè ad hoc, vt videatur adiuiſſe, & poſſit hæreditatem tamquam aditam tranſmittere licèt priùs repudiauerit, nam ſi poſt repudiationem poſſideat vt ſupra, fit hæres ipſo iure, & ſimpliciter, ad latè tradita per Magon. *deciſ. Florent.* 10. *n.* 20. *& ſeqq. per tot.* facit quod dixi in §. *Filius num.* §. *Hæreditas num.* §. *Inuentarium num.* & §. *Tranſmiſſio num.* §. *Aditio num.* 9. *& num.* 20. vide Caſtr. *conſ.* 55. *lib.* 1. Tuſch. *littera S. concluſ.* 552. *num.* 7. vbi quòd non procedit in fideicommiſſario vniuerſali apprehendente fideicommiſſum auctoris defuncti, quando ipſe defunctus conſumpſerat legitimam, & Trebellianicam, facit Cabal. *conſ.* 114. *per tot. lib.* 1. vbi quòd dictum ſtatutum non procedit in eo, qui poſſidet tamquam fideicommiſſarius, nec quando bona non erant in dominio defuncti, nec in mulier poſſidente pro iure ſuarum dotium, cùm abſurdum ſit, quòd qui repudiando hæres eſſe non vult, poſſidendo ex alio iure ſibi competente hæres efficiatur; & alia plura pro intelligentia, & interpretatione dicti ſtatuti, idem Cabal. *conſ.* 156. *num.* 27. *& ſeqq. per tot. lib.* 1. vbi qualiter poſſit euitari illius diſpoſitio.

52 Statuta, quæ ſapiunt Monopolium, ſunt à iure reprobata, tunc autem dicuntur ſapere Monopolium, quando ſunt certo generi perſonarum præiudicialia, auferendo liberam facultatem aliquid faciendi, ad commodum ipſorum ſtatuentium, vel quando ſunt facta ad vſurpationem alicuius priuati commodi, *l.* 1. *C. de Monopol.* Rot. *par.* 2. *diuerſ. deciſ.* 103. *num.* 10. *&c.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 596. *per tot.* vide in §. *Monopolium*, *& in Pract.* §. *Appalti num.* 5.

Quòd generaliter non valeant ſtatuta quouiſmodo nutrientia peccati, vel præbentia occaſionem peccandi, Tuſch. *littera S. concluſ.* 451. vbi exemplificatio multis.

Quid ſi diſponant circa vſuras, idem Tuſch. *litt. S. concluſ.* 690. *per tot.*

53 Statutum Senenſe, vel ſimile, quod mulier non poſſit diſponere de dote, vel rebus ſuis vltra quartam partem.

An procedat tantùm in dote, vel etiam in alijs bonis.

An filij poſſint reliquas tres partes ſibi à ſtatuto conceſſas agnoſcere citrà nomen hæredis.

An de illa parte, de qua mater diſponere poteſt, poſſit detrahi Trebellianica, ſiue Falcidia in caſibus alias de iure permiſſis.

An intelligatur etiam prohibita alienatio, quoad fructus.

An data filijs ex alijs cauſis, ſint imputanda in dictis tribus quartis ſtatutarijs, vel ſint conferenda cum alijs fratribus ſi adſint,

An ſtante alio ſtatuto fœminarum excluſiuo, procedat etiam in dictis portionibus ſtatutarijs, ita vt fœminæ ab illis cenſeantur excluſæ,

An ſaltem reuocabiliter, & durante vita ſua poſſit mater alienare.

An in dictis quartis ſtatutarijs poſſit mater filijs ſubſtituere directè, vel per fideicommiſſum, ſaltem fauore piæ cauſæ.

An dictum ſtatutum procedat vbi mulier tranſit ad ſecunda vota, & ſic an poſſit in ſecundum virum alienare, de quo latè Sanfelic. *deciſ.* 353 *cum Addit.* vbi in terminis Conſtitutionum Neapolitanarum, & meminit etiam de dicto ſtatuto Senenſi, Florentino, & ſimilibus, facit idem Sanfelic. *deciſ.* 398. *cum Addit. per tot.*

An poſtquam ſecundo nupſit, poſſit ampliùs diſponere de quarta ſibi à ſtatuto reſeruata, vide Sanfelic. *loc. cit.*

Quid ſi quando ſuſcepit ſecundum virum iam quartam ſibi competentem alienauerat,

An mater vidua repetens dotem à filijs, vt ſecundo nubat, teneatur cauere de conſeruandis, & reſtituendis illis tribus quartis,

An dictum ſtatutum prohibens alienationem locum habeat in vidua, Sanfelic. *loc. cit.* vide in §. *Vidua.*

Qualis debeat eſſe neceſſitas, propter quam idem ſtatutum permittit alienationem, Sanfelic. *loc. ſupr. cit.*

Quid dicendum de fructibus rerum paraphrenalium, & extradotalium,

An bona, quæ mulier ſecundo viro non dedit in dotem ſint ſaltem ei hypothecata.

An in alienatione partis permiſſæ, ſit ſeruandum aliud ſtatutum de ſolemnitatibus in contractibus mulierum, &

Quid ſi obligatio ſit ex cauſa dotis, vide plenè de omnibus, Mart. Medic. *Exam.* 29. *cum duabus deciſionibus ſeqq. & Addit.* facit quod dixi in §. *Vidua num* & §. *Vxor num.* Peregrin. *deciſ.* 68. *per tot.* vbi de ſimili ſtatuto Patauino, *& deciſ.* 79. *per tot. & deciſ.* 109. *per tot.* Sanfelic. *loc. ſupr. cit.*

De ſtatuto circa virum, & vxorem prohibente inter eos legati, donari, vel alia, quando habeat locum, vel non, Tuſch. *litt. S. concluſ.* 689. *per tot.*

Statutum circa teſtamenta, & illorum ſolemnitates quo- 54
modo intelligatur; Item qualiter intelligatur ſtatutum tollens, vel reſtringens, ſiue concedens liberam teſtandi facultatem, & alia, latè Tuſch. *litt. S. concluſ.* 679. 780. *&* 681. *per tot.* Bich. *deciſ.* 165. *num.* 5. *&* 6. vbi quòd ſtatutum requirens conſenſum proximiorum in teſtamento mulierum, tamquam reſtringens facultatem teſtandi, eſt nullum, & inualidum ſecundum multorum opinionem, quam tamen Rota adhuc non approbauit, nec reprobauit *infr.* §. *Statutum requirens*, *&c. n.* 45.

Statutum laicorum (prout Florentiæ) quòd non poſſit 55
capi poſſeſſio beneficij Eccleſiaſtici ſine licentia Principis, vel ſuorum miniſtrorum, an dicatur contra libertatem Eccleſiaſticam, & ſit nullum, vide in §. *Index num.* 30.

Statutum de continuanda poſſeſſione defuncti in hære- 56
dem, an, & quando locum habeat, vel non, plura cum alijs citatis Ludouiſ. & Beltramin. *deciſ.* 307. *per tot.* & dixi in §. *Poſſeſſio num.* 18. vbi videas.

Statutum loquens de cauſis ciuilibus, an locum habeat 57
in criminalibus, vide in §. *Lex n.* 21.

Statutum comprehendit etiam Ciuitates, & loca po- 58
ſteà deuoluta, quia lex ſemper loquitur, *l. Arrians C. de hæretic.* Caſtr. *conſ.* 235. *num.* 1. *lib.* 1. Rot. *par.* 5. *recent. deciſ.* 81. *num.* 25. *& deciſ.* 86. *n.* 7. Bich. *deciſ.* 223. *num.* 7. vbi de Bulla Sixti V. ſuper archiuiatione inſtrumentorum, vt comprehendat etiam ciuitatem Ferrariæ poſteà ad Sedem Apoſtolicam deuolutam.

Et quòd Ciuitas alteri vnita debeat regulari, & gubernari ſecundum ſtatuta, & leges Ciuitatis, cui fuit vnita, Viul. *comm. opin.* 685. dixi in §. *Ciuitas num.* 9. *in Addit.*

Quòd leges, & pragmaticæ alicuius Regni, vel Principatus comprehendant etiam loca infeudata, vide in §. *Lex num.* 20.

Quòd deuoluta dominia antiquis eorum legibus regantur, quando antiquæ Prouinciæ nomen, & inſignia per acceſſoriam vnionem cum Regno dominante penitùs non extinguuntur iuxta diſtinctionem Bart. *in l. ſi conuenerit* 18. §. *ſi nuda num.* 3. *ff. de pign. act.* Felin. *in c. translato ſub num.* 6. *de Conſtitut.* cum alijs per Rot. *par.* 17. *recent. deciſ.* 239. *num* 2. vide Peregrin. *tract. var. lib.* 1. *tit. de iuriſdict. ordin. & deleg. num.* 21. *& ſeqq.* vbi quòd ſi vna Ciuitas adhæreat alteri per confederationem non immutantur eius leges, & idem ſi per recommendationem; ſi verò ſubijciatur per captiuitatem, eius iura pariter remaneat captiua, & nullius efficaciæ redduntur, ſi ſic ſit de mente occupantis, alias proprijs vtitur legibus, & ordinationibus quatenus honeſtæ ſint, vt in Ciuitate Piſarum, & Paduæ; Sed ſi voluntariè ſe ſubijciat, tunc attenditur an acceſſoriè, & perdit iura ſua, an principaliter & illa retinet.

Multa de ſtatutis in genere, & in ſpecie, quod inducant ius municipale, tamquam leges ſint ſeruanda, à quibus condi poſſint, vel non, quomodo ſint interpretanda, ſi ſint contraria, quæ præualere debeant, an, & ad quæ ex-

ten-

tendantur, vel non, quos effectus producant, ſiue quos ligent, vel non, de ſtatutis circa contractus, circa iudicia, circa vltimas voluntates, & ſucceſſiones, circa maleficia, & delicta, de damnis datis, & huiuſmodi, plenè Bertachin. *in Repertor. verb. Statuta per tot. à pagina mihi 92. ad 137.* Aliqua Ioſeph. Felin. *in Margar. var. concluſ. verb. Statuentes, Statutum.* Alia remiſſiuè Caſteion. *Alphabet. iuridic. verb. Statutum*, vbi allegat Barboſ. & Fermoſin. *in cap. 1. de Conſtitut.* Fabr. *de error. Pragm. Decad. 73.* & alios plures; quibus, & melius addi poſſunt Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. per tot.* in quo tractatu multorum habetur interpretatio ſtatotorum in genere, & in ſpecie, cum modernis omnibus Auctoribus à Romaguer. doctè de more adductis, quibus adde Io. Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & in Primog. Ital.* in locis indicatis in *Repertor. in fine par. 3. verb. Statutum.*

De ſtatuto prohibente alienationem in Forenſes, vel eſtractionem de territorio.

1 STatutum prohibens rem immobilem alienari in Forenſea ſub pœna, validum reputatur, ita vt ſi fiat alienatio contra dictam prohibitionem, non transferatur dominium in acquirentem, ſed tantùm poſſeſſio, vt probat Clar. §. *fin. quæſt. 82. ſtat. 5.* Viui. *comm. opin. 755. 761. & 762.* vide latè Tuſch. *littera S. concluſ. 463. & 553. per tot.* Peregrin. *deciſ. 86.* vbi plura ſuper ſimili ſtatuto Paduæ, Ciarlin. *contr. for. cap. 37. per tot.* vbi an ſtante huiuſmodi ſtatuto detur ſucceſſio.

De ſimili Statuto Eugubij, quomodo ſit intelligendum, & alia de hac materia, Andreol. *contr. 41. per tot.* Conciol. *ad Stat. Eugub. lib. 2. Rubr. 54. per tot.* cum Addit. Romaguer. *vbi num. 17.* ſe remittit ad hic per me ſcripta, addens Donadeus *conſult. 40. per tot.* Meli *obſeruat. 91. per tot.* Actolin. *reſolut. for. 8. per tot.*

Multa de Statuto prohibente alienari in perſonas non ſubiectas, an procedat quòd ſucceſſiones, & alia, in terminis Statutorum Mantuæ, Ant. Gob. *Conſult. 110. & 111. per tot.* & pleniùs *Conſult. 113. 114. 115. & 116. per tot.* vbi etiam an Princeps derogando huiuſmodi Statuto poſſit præiudicare tertio, cui eſſet ius quæſitum, an faciendo ciues ex priuilegio, & denique an habens tale Statutum in ſuo territorio, poſſit ipſe in territorio alterius Principis acquirere ſtabilia, cùm videatur excluſus iure retorcutionis, &c. De Decreto Mantuæ excludente à ſucceſſione mulieres nubentes forenſibus, an dicatur excludere à ſucceſſione parentum, & alia ad rem, plenè Andreol. *controu. 271.* cum tribus ſequentibus.

Quòd Statutum prohibens alienari in forenſes, non comprehendat alienationes factas in Clericos forenſes, & quare de magis communi defendit Andreol. *controu. 385. per tot.* Nec cauſam dotis, idem Andreol. *contr. 392. per tot.* Alia de huiuſmodi Statuto, Cyriac. *contr. 559. per tot.* vide in §. *Statutum excludens num. 46. cum addit.*

Quòd huiuſmodi ſtatutum ſit principaliter odioſum, & ſtrictè intelligendum, & quatenus poſſet dici fauorabile propter publicam vtilitatem, tamen vti correctorium ſit propriè intelligendum, & nullo modo ad caſus improprios, & non expreſſos extendendum, Altograd. *conſ. 3. num. 39. &c. lib. 1.* & pluribus citatis, Cabal. *conſ. dec. 16. num. 20. & ſeqq. lib. 2. & conſ. 149. lib. 1.* vbi qualiter liget forenſes, & alia plura ad rem.

Quòd nullitas alienationis factæ in forenſem, non poſſit allegari, niſi à Communitate, vel fiſco, ſiue alio, cui applicatur, Cephal. *conſ. 706. num. 26.* Cyriac. *contr. 205. num. 24. & 570. lib. 2.* Leoncil. *deciſ. Fer. 136. num. 7.* Ciarlin. *d. contr. 37. num. 23. & ſeqq. & num. 78. & ſeqq.* Rot. *par. 12. recent. deciſ. 27. num. 24. & deciſ. 182. n. 27. par. 14. deciſ. 536. num. 162. & par. 16. deciſ. 4. num. 22. & ſeqq.* vbi in terminis Conſtitutionum Pontificalium, vt tamquam ipſo iure inducta poſſit à quocumque allegari, cùm non ſit dare de iure tertij, ſed potiùs de non iure agentis, vide in §. *Exceptio.*

2 Statutum prohibens alienari in Forenſes comprehendit etiam hæredis inſtitutionem, Clar. §. *fin. quæſt. 82. ſtat. 5. verſ. quæro nunquid*, latè Ciarlin. *controu. 37. per tot.* Rot. *par. 11. recent. dec. 157. num. 18. & ſeqq.* vbi an comprehendat forenſes, & Clericos, & negatiuè concludit.

Quòd imò non comprehendat alienationem, quæ fieret per vltimam voluntatem, vel per ſucceſſionem ab inteſtato, & quòd non ſufficiat eſſe confirmatum in forma communi, Gratian. *diſcept. forenſes cap. 245. num. 34. &c.* vide Montan. *de tut. cap. 3. num. 432. &c. cap. 30. num. 71.* Menoch. *lib. 4 præſumpt. 120.* latè Cabal. *conſ. deciſ. 16. n. 17. & ſeqq. lib. 2.* Bardellon. *conſ. 144. num. 7. & ſeqq. lib. 2.* intellige niſi ita expreſsè diſponat ad Rot. *d. par. 11. deciſ. 157. num. 19. &c.*

Quòd ſi teſtator legauerit forenſi aliquam rem immobilem teneatur hæres præſtare legatario æſtimationem, Clar. *d. quæſt. 82. ſtat. 5. verſ. ſed pone*, de quo vide Menoch. *d. præſumpt. 120. num. 6. & ſeqq.* Cabal. *d. conſ. 16. n. 17. & ſeqq.* vbi quòd forenſis poteſt petere, vt bona vendantur, & pretium ſibi præſtetur.

Quòd non comprehendat filium patri ſuccedentem, nec è contra patrem, vel matrem, & eo minùs reſpectu legitimæ, quæ non eſt ſubiecta iuri poſitiuo, Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 5. per tot.*

Statutum prædictum cenſetur etiam prohibere locationem in forenſem, ſi fiat ad longum tempus, ſecus ſi ad modicum, item cenſetur etiam prohibere præſcriptionem, Clar. *d. quæſt. 82. ſtat. 5. verſ. nunquid, & verſ. Item quæro.* 3

Statutum prohibens acquiſitionem bonorum ſtabilium forenſibus, illoſque tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato excludens, non videtur comprehendere filios, vel filias alibi nuptas, quin patri, aut matri ſuccedere valeant; ſi tamen dictum ſtatutum loquatur per verba vniuerſalia, & prohibeat acquiſitionem nedum ſimpliciter forenſibus, ſed non ſuſtinentibus onera realia, mixta, & perſonalia, quòd tunc filia alibi nupta cenſeatur excluſa, & incapax acquiſitionis bonorum ſtabilium exiſtentium in loco ſtatuti, quæ ſpectare debent alteri ibidem degenti, latè in terminis ſtatuti Reggienſis, obiectis ſatisfaciendo, Altograd. *conſ. 97. per tot. lib. 1.* vide Mart. *de ſucceſſ. legal. p. 3. quæſt. 15. per tot.* vbi plura de excluſione forenſium à ſucceſſione per ius municipale, Peregrin. *deciſ. 86.* 4

Vxor tamen non reputatur forenſis in domicilio mariti, vide in §. *Vxor num...*

Qualiter autem in ſtatu Florentino mulieres ſubditæ ſi nubant forenſibus, priuentur omni iure ſuccedendi, quod defertur cæteris agnatis, vel cognatis tamquam ſi illæ non extarent, ſalua ſibi tantùm dote competente, dixi *in Pract. §. Donne num. 1. et ſeqq.* vide infr. §. *de ſtatuto excludente num. 46. etc. Mott. Rot. Florent. lib. 99 à 152.* facit latè Bich. *deciſ. 89.* vbi de legato relicto ſub conditione nubendi in certo loco, illudque adimendo in caſu contrauentionis, & tertio applicando, quando debeatur, vel non.

Statutum quibuſcumque verbis prohibens alienationem bonorum ſtabilium in forenſes, ad generalem eorumdem hypothecam non extenditur, & ſic licèt ſit prohibita alienatio in forenſes, non cenſetur prohibita conſtitutio hypothecæ ad eorumdem forenſium fauorem, cùm improprijſſimè alienationis nomine veniat hypotheca, & ideo ſolùm in fauorabilibus ſtatutis, & latè interpretandis comprehenditur, ſecus autem in correctorijs, niſi hypotheca eſſet conſtituta pro tanta ſumma, vt non adſit ſpes luitionis, nam tunc alienationis nomine comprehenderetur, & alienatio cenſeretur, quod tamen eſſet probandum ab allegante, vt latè pro Sereniſſimo Duce Vrbini reſpondet Altograd. *conſ. 3. per tot. lib. 1.* 5

Quòd dictum ſtatutum cenſeatur prohibere tantùm alienationem, per quam transfertur dominium, etiam ſi verbis generalibus vtatur, ſecus autem ſi dominium non transferatur, Altograd. *d. conſ. 3. num. 35. lib. 1.*

Non deberi pœnam contra alienantes in forenſes impoſitam, niſi ſequuta traditione, non obſtante conſtituto, cùm requiratur delictum conſummatum, & tantò minus ſi alienatio fuerit ex cauſa dotis, vel paruæ rei, vel in Eccleſiam, vel facta à forenſibus de bonis, quæ habent in territorio, nam his caſibus non procedit diſpoſitio ſtatuti, vt benè probat Conciol. *reſol. crimin. verb. Pœna reſol. 5. per tot.*

Item non habet locum ſi fiat alienatio in plures omnium bonorum ſocios, inter quos adſit aliquis ſubditus, nam ex perſona ſubditi acquirit etiam forenſis, cùm ſit caſus mixtus, qui non venit ſub diſpoſitione ſtatuti, Altograd. *d. conſ. 3. num. 31. lib. 1.* facit quod dixi ſupra circa generalia, & mixta *num. 15.*

Item non procedit dictum ſtatutum, ſi forenſis proteſtetur bona ſtatim vendere ſubdito, & ſic illo non obſtante, poteſt forenſis acquirere bona, & iura ſuper eis, illorum detentionem nanciſci non ad effectum retinendi, ſed ſtatim vendendi, & pretium conſequendi, Alex. & Iaſ. in l. Apud Iulianum, §. Conſtat, ff. de leg. 1. Mantic. de coniect. ultim. volunt. lib. 9. tit. 9. num. 9. cum alijs per Altograd. d. conſ. 3. num. 46. lib. 1. & Cabal. conſ. deciſ. 16. n. 17. & ſeqq. lib. 2.

Item ſi ſit loci inferioris non comprehendit, nec ligat ciues ciuitatis ſuperioris, & dominantis, vt tenent plures relati per Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 18. ſub num. 69. Peregrin. dec. 86. n. 13. Gabriel. comm. concluſ. tit. de ſtat. concluſ. 8. num. 36. Borgnin. deciſ. 42. num. 44. par. 1. Tuſch. litt. S. concluſ. 678. num. 8. Vrſil. ad Afflict. deciſ. 404. in fine.

Statutum prohibens, vt ſuprà alienationem rei immobilis in forenſem, non continet cenſum, quia licèt habeatur pro re immobili, tamen id eſt impropriè, & ideò poteſt imponi ſuper bonis ſitis in territorio ſtatuentium, & in forenſem alienari, Cenc. de Cenſ. quæſt. 30. n. 27. &c.

Quid ſtantibus Conſtitutionibus Sixti V. & Clementis VIII. prohibentibus alienationes, & hypothecas bonorum ſtatus Eccleſiaſtici in non ſubditos, & Forenſes, vide Gratian. diſcept. forenſ. cap. 420. per tot. cap. 623. in princip. Rot. par. 12. recent. dec. 27. num. 23. & ſeqq. vbi etiam de alijs conſtitutionibus Pauli V. & Vrbani VIII. & dec. 182. num. 25. & ſeqq. vbi quando locum habeant, vel non, & est coram Bich. inter eius impreſſas dec. 670. num. 20. & ſeqq. Rot. par. 16. rec. deciſ. 4. per tot. vbi plura de hac materia, vide in §. Alienatio in fine.

Quòd dictæ Conſtitutiones habeant locum etiam in alienatione facta ſub haſta, & tanquam ſanotabiles extendantur ad omnes alienationes, Dutan. deciſ. 257. num. 5. &c.

Quamuis aliàs ſtatutum prohibens alienari in forenſes, habeat locum tantum in alienatione voluntaria, non autem in neceſſaria, ad tradita per Clar. §. fin. quæſt. 82. in fine, Viui. comm. opin. 755. n. 4.

Qualiter alienatio facta in forenſes contra formam dictarum Conſtitutionum Pontificalium abſque beneplacito Apoſtolico ſit ipſo iure irrita, & non niſi ex gratia Summi Pontificis reualidari poſſit cum nouo contrahentium conſenſu, & non poſſit venditor ex dicta nulla venditione agere ad pretium, imò teneatur exactum reſtituere, ac idem eſſe in venditione facta contra diſpoſitionem ſtatuti, latè pluribus citatis Rot. par. 16. recent. dec. 4. per tot. & deciſ. 19. n. 8 & 9.

7 Statutum prædictum non habet locum in caſibus priuilegiatis, puta ſi ex cauſa dotis, vel alimentorum fieret alienatio, & plura de validitate huiuſmodi ſtatuti, Gratian. diſcept. forenſ. cap 735. num. 13. &c. Conciol. reſol. crim. verb. Pœna reſol. 5. num. 3. Cabal. conſ. deciſ. 69. n. 5. lib. 1. & conſ. 149. lib. 1. vbi nec ſi fieret alienatio ex cauſa neceſſitatis, & alia ad rem, nec ſi duret alienatio in Eccleſiam, religionem, vel alium pium locum, Cabal. conſ. 180. num. 51. & ſeqq. lib. 1.

Non etiam haberet locum, vbi forenſis emeret bona, quæ fuerunt maiorum ſuorum, Menoch. de arbitr. caſ. 459. num. 22.

Quòd ex cauſa remunerationis ſit licita alienatio quoad fructus loquendo in decretis Religionis Hieroſolymitanæ prohibentibus alienationem Commendæ, Magon. deciſ. Flor. 67. num. 40. &c.

8 Statutum prohibens vendi certis perſonis, puta non ſubditis, non complectitur Clericos, neque alias perſonas Eccleſiaſticas, ſi ſit conditum à laicis, & nihil valet quatenus in præiudicium Eccleſiaſticorum reſultet, Matant. diſput. 8. num. 18. & per tot. Clar. §. fin. quæſt. 82. ſtat. 5. verſ. Sed quæro, Rot. par. 11. recent. deciſ. 157. num. 23. et ſeqq. Conciol. reſol. crim. verb. Pœna reſol. 5. num. 5. Sperel. deciſ. 10. num. 12. latiùs deciſ. 12. num. 52. & deciſ. 100. num. 26. Dian. reſol. moral. par. 1. tract. 2. reſol. 57. par. 4. tract. 1. reſol. 70. et par. 5. tract. 1. reſol. 3. vbi an ſit validum ſtatutum, quod Eccleſia infra tantùm tempus teneatur vendere res ſibi relictas, & de more concludit pro nullitate tamquam ſit contra libertatem Eccleſiaſticam, ſed plena Additio ibidem poſita plurimis citatis firmat pro validitate huiuſmodi ſtatutorum; Quam tamen Additionem annonymam poſtea improbat, & ad omnia eius fundamenta, latè reſpondet idem Dian. par. 6. tract. 3. per tot. vide Cabal. conſ. 180. num. 56. et ſeqq. lib. 1. Chriſtin. deciſ. Belg. 201. et 202. vol. 1. vbi de Conſtitutione Caroli V. & ſimilibus prohibentibus acquiſitionem immobilium Eccleſijs, an ſint licitæ, & valeant, ac quouſque ſe extendat, & an ſaltem ſit præſtanda æſtimatio rei legatæ ab hæredibus legantis, an transferatur dominium, vel poſſeſſio, & alia ad rem hanc facientia, et deciſ. 306. per tot. d. vol. 1. vbi an, & quando Eccleſiæ ſint capaces relictorum.

Plura pro ſubſtentatione, & iuſtitia huiuſmodi Statutorum, & legum vigentium in Gallia, Burgundia, Germania, Luſitania, ac alibi, quòd bona immobilia laicorum non poſſint transferri in Eccleſias, Eccleſiaſticas perſonas, & Monaſteria, & præcipuè ſi ſint lata ob publicam vtilitatem, & conſeruationem Reipublicæ, ne ſæcularium ſubſtantia remaneat adeò tenuis, vt non ſufficiat ad onera ſupportanda, cùm vtilitas publica non ſolùm præferatur priuatæ, ſed etiam Eccleſiæ fauori, & ex hoc non grauetur Eccleſia, ſed ſolùm poteſtas ſubditorum limitetur, non enim diſponitur de Eccleſijs, nec de perſonia, aut rebus earum, ſed de bonis temporalibus laicorum, & ſic Princeps ſæcularis poteſt ſe defendere proſpiciendo ſubditis ſuis, & Reipublicæ cum huiuſmodi legibus, & ſtatutis, quando verè, & realiter bona laicorum remanerent inſufficientia ad ſubeunda onera neceſſaria Reipublicæ, tradunt videndi Bald. & Dec. in cap. Eccleſia S. Mariæ de Conſtit. Tiraquel. poſt leg. connub. gloſſ. 8. num. 171. Couar. in Reg. poſſeſſor. 2. par. §. 4. num. 8. Molin. de iuſt. et iur. tract. 2. diſput. 140. Gabr. Pereyr. de manu Reg. 2. part. cap. 76. num. 9. Gail. lib. 2. obſeru. 32. num. 5. et ſeqq. Signorol. de Homod. conſ. 21. Oliua de for. Eccleſ. 1. par. q. 28. n. 25. et ſeqq. Phæb. dec. 167. par. 2. aliique plures, quos refert, & ſequitur Antunez Portugal. de donat. Reg. lib. 3. cap. 43. num. 43. et ſeqq. Ex quibus patet tantò magis rationabilia, & iuſta eſſe ſtatuta, vt dicta bona tranſeant cum onere ſuo prout in Statu Florentino per ea quæ dixi in §. Clericus num. 45. cum Addit.

Plura de huiuſmodi ſtatutis Gratian. diſcept. forenſ. cap. 209. per tot. vbi quòd conualidatur contractus, ſi acquirens poſtea efficiatur ſubditus, et cap. 623. vbi de Bulla Clementis VIII. prohibente forenſibus, & habitantibus extra ſtatum Eccleſiaſticum in illo acquirere immobilia, Card. Tuſch. lit. S. concluſ. 463. per tot. et concluſ. 553. per tot. Dian. par. 6. tract. 8. reſol. 4. per tot. Peregr. deciſ. 86. vbi de ſtatuto Paduæ, et num. 19. teſtatur vidiſſe forenſes per contractus onoroſos indiſtinctè acquirere in Paduano, & nullam à communi, vel fiſco motam quæſtionem, & titulis autem lucratiuis lites agitatas inter ciues, & forenſes, præualuiſſe iura ciuium, & numquam ſe intromiſiſſe fiſcum.

Statutum prohibens forenſibus acquirere immobilia, extat Florentiæ, ſed non ſeruatur, vt dixi in Pract. §. Foraſtieri num. 10. et 13. vide in hoc Opere, §. Forenſis n. 8. 9

Statutum prohibens vendi, ſiue extrahi frumentum, 10 vel aliud annonæ genus forenſibus, vel extra territorium, eſt validum, & comprehendit etiam farinam, cùm ſubſit eadem ratio, quidquid aliàs ceſſante eadem ratione, regulariter appellatione materiæ non veniat materiarum, Marant. de ord. iud. par. 2. num. 20. Clar. §. fin. quæſt. 82. ſtat. 7. verſ. præterea quæro, Menoch. de arbitr. caſ. 585. num. 11. etc. Surd. deciſ. 139. per tot. Conciol. reſol. crim. verb. Statutum reſol. 22. num. 5. Card. Tuſch. lit. S. concluſ. 518. et concluſ. 638. per tot. Rip. tract. de peſt. tit. de remed. ad conſeruand. vbert. Baiard. ad Clar. loc. cit. vbi notabiliter loquitur, Ricc. Collect. 762. et 3541. Viui. comm. opin. 765. et 766. Dian. reſol. moral. par. 9. tract. 8. reſol. 43. per tot. vbi quando extrahentes mercimonij cauſa victualia ſtatus Eccleſiaſtici incidant in excommunicationem Papæ reſeruatam; an ſub prohibitione extractionis frumenti veniat panis coctus, & farina, & ſub nomine olei veniant oleæ, ex quibus conficitur, & refert diuerſas opiniones, & rationes, vide in §. Bannum, et §. Gabella, Franciſc. de Angelis tract. de confeſſ. lib. 2. quæſt. 81. vbi plura qualiter ex ſimplici confeſſione carcerati ſine tebua, non poſſit ſequi condemnatio ob defectum corporis delicti &c.

Quod vt locus ſit ſtatuto de non extrahendo, duo copulatiuè requirantur, nempè quòd ſit in itinere, & voluntatem extrahendi habeat, & alia pro defenſione inquiſiti, Griuel. dec. 81. per tot. & vide Mauſon. tract. de contraban. per tot. Et an ſit neceſſaria apprehenſio, vel ſufficiat

alia

alia probatio dixi *in* §. *Banna num.6. in Addit.* & vide Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.3. cap.34. per tot.* vbi plura quando res aſportatæ, vel introductæ contra prohibitionem legis, vel Statuti cadant in commiſſum, vel non, cùm multis alijs ab eo citatis. Reliqua vide *in* §. *Banna, &* §. *Gabella num.44.*

Si tamen dictum ſtatutum loquatur ſimpliciter de frumento non comprehendit ordeum, neque legumina; ſi verò loquatur de tritico, vel de blado continet etiam ordeum, & legumina, & ſi loquatur de victualibus non complectitur fœnum, auenam, ordeum, & ſimilia pro victo equorum deputata, cùm appellatione victus veniant ſolùm ea, quæ ſunt ad vſum hominum, Rip. *vbi ſupra num.43. &c.* Menoch. *d. caſ. 585. num. 10. & ſeqq. ad 15.* Surd. cum Hodier. *dec.139.* Maſtril. *dec. 139.* cum alijs per Conciol. *verb. Statutum reſol.2. n.5.*

Si pœna ſit impoſita ad rationem tot pro ſalma, & extrahatur minus quam ſalma, an dicatur incurſa, vide Roman. *conſ.434.* Bart. *in l.ita autem, ff. de admin. tut.* Franch. *deciſ. 228.* Anton. de Ballis *tract. var. lib. 4. quæſt. 3. n. 47.* vbi videtur tenere pro incurſu pœnæ cum Rom. contra Bart. ac alia plura notabilia ponit in materia extractionis prohibitæ, de qua dixi *in* §. *Bannum, et* §. *Gabella.* Sed pro excluſione pœnæ quando ſalma non eſt integra facit, quod dixi *Gabella num.31. in fine*, & ſic pluries iudicaſſe recordor in ſimilibus caſibus, quando non extabat integra materia habita pro delicto in non prohibitis à natura, vel de iure communi.

An autem obtenta licentia extrahendi, puta centum vini dolia certæ menſuræ, ſi extrahantur de maiori menſura, & fuerint intercepta, incidant in commiſſum in totum, vel pro exceſſu tantùm diſputat hincinde Ganauer. *deciſ. 25. per tot.* concludens placuiſſe maiori parti Dominorum declarare intercepium pro parte exceſſiua tantùm facit, quod dixi *in* §. *Gabella num.27. etc.*

11 Statutum prohibens aſportari vinum, comprehendit etiam vu..s, & aquaticum, ſi modo plus vini, quàm aquæ in ſe habeat, non tamen comprehendit ceruiſiam, nec acetum, nec procedit in eo, qui aliquam modicam vini quantitatem guſtandi cauſa deferret, Rip. *loc. ſup. cit. num. 60. et ſeqq.* Menoch. *d. caſ.585. num.15. et ſeqq.* & plures alias quæſtiones ad hoc propoſitum explicat Rip. *loc. cit. n. 43. et ſeqq. ad 138.*

Quid veniat appellatione vini tam in ſtatutis, quàm in legatis, Barboſ. *de appell. verb. ſignif. appell. 274. per tot.*

An ſimilia ſtatuta prohibentia extractionem à laicis condita ligent perſonas Eccleſiaſticas, ſi non vi coactiua, ſaltem vi directiua, & in conſcientia, Ciarlin. *contr.31.* Cabal. *reſol. crim. caſ.9. per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 149. num.43. &c.* Couar. *var. reſol. lib.2. cap.3. per tot.* Michael. Salon. *de iuſtit. et iur. Contr. 9. et 10. per tot.* dixi *in Tract.* §. *Statuti n. 14.* in hoc Opere §. *Clericus num.* *ſupra circa generalia, et mixta ſtat. num.11.* §. *Princeps num.* Dian. *reſol. moral. par.1. tract. 2. reſol. 68 et 69.* vbi pro Eccleſiaſticis, *et par. 6. tract. 8. reſol. 4.* vbi latiùs tuetur, adde Ricc. *Collect. 3356. verſ. quinto.*

12 Statutum prohibens extractionem victualium extra territorium, ſicuti vrgente neceſſitate licitè fieri poteſt, ac dicitur iuſtum, & honeſtum ob publicam vtilitatem, *l. 1. et 2. C. quæ res export. non poſſ.* Honded. *conſ 148. col. fin.* Roland. *conſ.3. num.16. lib.2.* Ita è contra factum ſine cauſa, & dicta neceſſitate ceſſante dicitur indiſcretum, inhoneſtum, & ei non eſt parendum, cùm ſit fundatum in radice cupiditatis, & auaritiæ, priuando ſubditos propria libertate ducendi, & vendendi bladum ſuum quibus voluerint, & de iure communi ſit libera extractio annonæ, *l. nec emere, C. mandati, l. nemo exteris, C. de ind. l. in re mandata, C. mandati, l. dudum, C. de contrahend. empt.* Alex. *conſ.86. lib.4.* Theſ. *deciſ. 16. num. 6. limit. 6.* cum alijs per Anton. de Ballis *tract. var. lib.5. tit. 69.* de libera extractione annonæ *fol. 246* vbi quòd Domini terrarum prohibentur facere huiuſmodi banna extractionum, quia ſunt contra ius commune, grauant vaſſallos, ac ſunt excommunicati in Bulla Cœnæ Domini, cùm tollant à ſubditis bonum extimabile, quod extrahendo poſſent lucrari, intelligendo, niſi fiant ex iuſta cauſa, & neceſſitate cogente vt ſupra.

An autem valeat ſtatutum pœnale, ne ſubditi ſe conferant alibi ad habitandum, vide *in* §. *Princeps n. 48.*

De ſtatuto circa lucrum Dotis.

STatutum diſponens quòd vxore præmoriente ſine libe- 1
ris, maritus lucretur totam dotem, vel illius partem, eſt de iure validum, cum vnum ius ciuile poſſit alterum tollere, §. *fin. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* Bart. & alij *in l. hac edictali, C. de ſecund. nupt.* latè Roland. *tract. de lucro dot. quæſt.1. per tot.* plenè Tuſch. *lit. S. concluſ.511. per tot.* vbi etiam quando locum habeat, vel non, *& concluſ. 510.* vbi de varijs ſtatutis in hac materia, & quomodo intelligantur.

Materiam Statuti de lucro dotis, & plures quæſtiones ad eam ſpectantes tractant Conciol. & Romaguer. *in Addit. ad Statut. Eugub. lib.2. Rub.46. per tot.* alijque plures ab ipſis citati, & præcipuè Romaguer. ex Moderníoribus, Pegas *de ordinat. Regn. Portugal. tom.7. tit.87. gloſ.11.* §.*9. num.81. & ſeqq.* Valenzuel. Velazq. *conſ.13. per tot.* Vrceol. *Conſult. forenſ 10. 11. 18. & 36. cum Appendicibus*, Boſſ. *de dote cap.2.* §.*1. num.31. & ſeqq.* qui Romaguer. *num.31. &c.* teſtatur quod in Prouincia Cathaloniæ non adeſt aliqua ſimilis diſpoſitio, niſi fiat per pactum, quo caſu debitum eſſet voluntarium, & non compenſaretur cum legato, niſi aliter conſter de voluntate legantis, vide *in* §. *Lucrum, &* §. *Legatum num.*

Quod Statutum de lucro dotis procedat etiam ad fauorem viri, qui vxorem occidit ex cauſa adulterij, ex quibus adulterium probetur, & alia ad rem, latè Andreol. *contr. 336. per tot.* & dixi *in* §. *Homicidium num.12. & 20.*

Loquens de lucro dotis datæ, an procedat in dote promiſſa, adueniente caſu, ante diem ſolutionis, latè Andreol. *controuerſ.386.* vbi impugnat Altograd. *conſ.92. lib.2.*

Eſtque valdè rationabile, & honeſtum propter onera matrimonij, quæ ſuſtinet maritus, vel ſecundum aliquos in ſolatium amiſſæ vxoris, vel ob fœdus matrimonij, Alex. *conſ.57. col. penult. lib.1.* gloſ. & Iaſ. *in l. ſi donatarius,* §. *fin. ff. de condit. ob cauſ.* cum alijs per Roland. *d. tract. quæſt.4. per tot.* Rot. *part.13. recent. deciſ.511. num.9. & ſeqq.* vbi ob publicam vtilitatem, vt viri faciliùs inducantur ad contrahendum matrimonium, & viduæ illos inueniant, etiam in præiudicium filiorum primi matrimonij.

Quòd huiuſmodi ſtatutum, quamuis ſit contra ius commune, & illius correctorium, dicatur fauorabile, & extendendum, maximè ſi lucrum ſit reciprocum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.607. num.4. &c.* Merend. *contr. iur. lib.3. contr.5. num.10. &c.* Roland. *d. tract. quæſt.24. num.6.* dixi *in reſol. cap.46. num.7.* Rot. *part.13. d. deciſ.511. num.10.* vbi loquitur ſimpliciter, & etiam in præiudicium filiorum primi matrimonij.

Sed contra quòd imò ſit exorbitans, correctorium, valdè odioſum, reſtringendum, ſtrictè, & propriè intelligendum, Roland. *tract. quæſt.2. per tot.* idem Gratian. *diſcept. forenſ. cap.197. per tot.* Altograd. *conſ.29. num.14. & ſeqq. lib.2. & ibidem num.26. 31. & 33.* oſtendit etiam quòd ſit pœnale.

An ſi lucrum dotis excedat metam legalem opus ſit inſinuatione, & vſque ad quam ſummam ſuſtineatur, Roland. *loc. cit. quæſt.53.*

Statutum deferens lucrum dotis marito, *decedente* 2
vxore in matrimonio copulata, non habet locum vbi matrimonium fuit tantùm contractum per verba de præſenti, & non fuit ſequuta copula, Salyc. *in l. cum te, C. de donat. ante nupt.* Abb. *in Rub. de ſponſal.* Bald. *in l. non ſine, C. de bon. quæ lib.* idem Bald. *conſ. 199. in 2. dub. volum.3.* Roland. *de dot. quæſt. 108. vbi num.4.* limitat niſi ſtatutum aliter diſponeret, vel niſi ſtetiſſet per mulierem quin carnaliter cognita fuiſſet; vel quia voluerit ingredi monaſterium Mendicantium, & in eo profiteri, quia tunc maritus lucratur dotem, vt de communi Viui. *comm. opin.815. num.11.*

Sufficeret autem matrimonium etiam per momentum tantùm duraſſe, idem Roland. *quæſt.46. & 106.* Viui. *comm. opin.815. n.9. & ſeqq.*

Quòd quamuis ſtatutum requirat matrimonium eſſe conſumatum, procedat tamen & maritus dotem lucretur quando non ſtetit per eum, ſed per vxorem quominus conſumaretur, vt quia voluit monaſterium ingredi, cùm æquiparetur implementum verum, & fictum procedens ex eo quod ſtetit per eum, cui erat implendum,

quin empleretur, *l. iure ciuili, ff. de condit. & demonſtr.* Caſtr. *conſ.* 184. *in fine, lib.* 1, Rol. *quæſt.* 7. *num.* 7. latè Rot. *par.* 2. *diuerſ. deciſ.* 92. *num.* 1, *& ſeqq. ad* 9. Surd. *de alim. tit.* 1. *quæſt.* 32. *n.* 19. Viul. *comm. opin.* 815, *num.* 11. Boer. *deciſ.* 22. *num.* 39.

Stante tamen ſimultanea dormitione, cùm fœminæ præſumantur prociuiores ad coitum, quàm maſculi præſertim in caſu licito, non præſumitur ſtetiſſe per vxorem, ſed potiùs per virum, qui ad effectum lucrandi dotem tenebitur probare, latè Rot. *in eadem cauſa d. par.* 2. *diuerſ. deciſ.* 101. *per tot.* vbi tamen quòd ex tali dormitione per plures noctes præſumitur conſumatio matrimonij, niſi contrarium probetur, prout in illo caſu, ex confeſſione ipſius mariti, qua probatione ſtante præſumitur, vt ſupra ſtetiſſe per virum, & non per vxorem.

Plura qualiter probetur, & ex quibus coniecturis præſumatur ſequuta copula inter virum, & vxorem, Rot. *in Romana nullitatis matrimonij* 19. *Iunij* 1651. coram Orthobono penes Paul. Zacch. *quæſt. Medic. legal. tom.* 2. *dec.* 87. *& deciſ.* 97. facit quod dixi *in §. Stuprum num.*

An ſtatutum diſponens, quòd *vxore præmortua in matrimonio ſine liberis maritus lucretur dotem*, habeat locum ſi ſponſa de præſenti moriatur antequam fuerit cognita, vel ad domum viri traducta, dubium maximum appellat, Roland. *de lucr. dot. quæſt.* 106. vbi poſt relatas duas ad inuicem contrarias opiniones, alteram affirmatiuam, & alteram negatiuam cum illarum rationibus, & ſequacibus, tandem ipſe *num.* 36. *et ſeqq.* conciliando diſtinguit, vt affirmatiua procedat vbi maritus traduxit vxorem ad domum, licèt illam non cognouerit, vel ſi cœpit onera matrimonij ſuſtinere in faciendo veſtes, & ornamenta alicuius valoris, licèt illam non traduxerit, nec cognouerit, vel ſi per maritum non ſtetit; negatiua verò locum habeat vbi maritus nulla, vel modica onera ſuſtinuit, vel per eum ſtetit quominus vxor traduceretur, vel cognoſceretur, vide Afflict. *deciſ.* 61. *num.* 4. Boer. *deciſ.* 22. *num.* 37. Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 147. *num.* 410. *et ſeqq.* Peregrin. *deciſ. Patauin.* 15. *per tot.* vbi pro marito in terminis ſtatuti loquentis de muliere decedente conſtante matrimonio ſine communibus filijs, licèt cauſa propter difficultatem fuerit arbitrariè terminata.

Quòd ſi ſtatutum loquatur de morte vxoris ductæ, non procedat in ſimpliciter deſponſata etiam per verba de præſenti, cùm non dicatur ducta, niſi fuerit ad domum conducta, & ideò non debeatur lucrum, cùm deficiat qualitas à ſtatuto requiſita, Bald. *conſ.* 467. *vol.* 4. Roland. *d. tract. quæſt.* 109. *per tot.* vbi etiam refert rationes, & auctoritates in contrarium, quibus reſpondet.

Non autem habent locum ſimilia ſtatuta in ſponſis per verba de futuro, idem Roland. *quæſt.* 12. *per tot.*

Plura etiam de antefato debito mulieri mortuo marito, an & quando debeantur, vel non, & quid ſi mulier fuerit tantùm deoſculata, non aliter matrimonio conſumato, & alia, Nouar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.* 75. *per tot.* vide *in §. Donatio num.* 8.

3 Statutum loquens de lucro dotis, an habeat locum in dote præſumpta, vide Alexand. *conſ.* 122. *lib.* 7. Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 47. vbi an, & quando diſpoſitum in caſu vero, locum habeat in caſu præſumpto, Boer. *dec.* 22. *per tot.* Roland. *de lucr. dot. quæſt.* 76. vbi videtur tenere quòd non, quando ſtatutum loquitur de dote promiſſa, cùm requiratur factum hominis in promittendo, ſecus autem ſi loquatur de dote data, vel promiſſa, quia tunc vigore alteratiuæ verificatur in dote data, etiam ex conſtitutione, & præſumptione legis, quæ propriè dos dicitur, Ruin. *conſ.* 61. *vol.* 3. Merend. *contr. iur. lib.* 2. *contr.* 46. *per tot.* vbi affirmatiuam comprobat opinionem, & prædictos DD. declarat, benè etiam Peregrin. *deciſ. Pat.* 34.

An autem, & quando mulier præſumatur omnia bona ſua dediſſe in dotem, ita vt maritus poſſit ex diſpoſitione ſtatuti illam lucrari, latè Roland. *d. tract. quæſt.* 71. *et ſeqq. ad* 82. vide *in §. Mulier num.*

4 Statutum quòd maritus lucretur dotem, *mortua vxore in matrimonio ſine liberis ex primo viro*, non procedit ſi vxor decedat cum liberis ex vtroque marito, & idem eſt ſi ſtatutum ſimpliciter diſponat *vxore præmoriente ſine filijs*, nam non habet locum ſi decedat cum filijs, quia vtroque caſu dicitur defectu conditio, ſub qua lucrum defertur, & ſumitur argumentum à contrario ſenſu, quòd extãtibus liberis maritus excludatur, præſertim cũ ex eo non ſequatur iuris communis correctio, ſed potiùs confirmatio, ſecundùm quod filij omnes æqualiter admittuntur ad ſucceſſionem matris, Pract. Papp. *libell. pro legat. rei ſing. gloſ.* 1. *nu.* 81. Curt. iun. *conſ.* 93. *col.* 3. Socc. iun. *conſ.* 27. *col pen. lib.* 1. Ruin. *conſ.* 58. *col.* 6. *&* 7. *conſ.* 59. *col.* 8. *conſ.* 63. *col.* 1. *vol.* 3. Roland. *de lucr. dotis quæſt.* 43. *per tot.* Magon. *deciſ. Flor.* 107. *num.* 11. *&c.* Altograd. *conſ.* 33. *num.* 1. 8. 9. 15. *& per tot.* vbi quòd ſtatutum, deferens lucrum viro decedente vxore ſine filijs, non procedit illis extantibus, quaſi datum ſub vna conditione, ſub contraria videatur ademptum, ſiue filij ſint ex primo, ſiue ex ſecundo matrimonio, vide *in §. Diuiſio num.* 15. *infr. num.* 8. Rot. *par.* 12. *rec. dec.* 192. *per tot.*

Non tamen ſufficit ad excluſionem mariti ſemel extitiſſe filios, ſi ante mortem vxoris deceſſerint cùm ſit attendendum tempus mortis vxoris, Roland. *loc. cit. quæſt.* 51.

Statutum ſimpliciter diſponens quòd *vxore præmoriente, maritus lucretur dotem*, ſiue partem illius, abſque aliqua conditione non exiſtentiæ filiorum, non videtur procedere ſi filij extent, cùm dicta conditio videatur à lege ſubintellecta, iuxta *l. cum acutiſſimi, C. de fideicommiſſ. & l. cum auus, ff. de condit. & demonſtrat.* & dixi *in §. Conditio num.* vel etiam quia lucrum perfectè quæſitum reuocatur per ſuperuenientiam filiorum, iuxta *l. ſi vnquam C. de reuoc. donat.* dixi *in §. Donatio num.* Viui. *comm. opin.* 815. *num.* 1. *&c.* 5

Contrarium tamen eſt verius, vt ſtante dicta ſimplici diſpoſitione, maritus lucretur dotem, etiam ſi extent filij, iuxta *l.* 2. *cum gloſ. ff. de pact. dotal.* Caſtr. *in l.* 2. *in princip. col.* 2. *ff. ſolut. matrim.* vbi etiam Alex. Iaſ. & alij, Ruin. *conſ.* 101. *col.* 3. *vol.* 1. Roland. *de dot. quæſt.* 87. vbi dicit contraria non obſtare, quia primum loquitur de lucro ex cauſa merè lucratiua, ſecundum autem non procedit in donatione ob cauſam, prout in caſu noſtro, in quo lucrum procedit ex cauſa oneroſa, & ob cauſam matrimonij.

Si tamen poſtea maritus tranſeat ad ſecunda vota, habet in dicto lucro ad ſummum, nudum vſumfructum, & tenetur reſeruare illius proprietatem filijs dicti matrimonij, iuxta *l. fœmina*, vbi Bart. & alij *Cod. de ſecund. nupt. l. generaliter, C. eod.* Roland. *d. tract. quæſt.* 86. *per tot.* vide *in §. Diſpoſitio num.* §. *Lucrum num.* §. *Mater num. & §. Pater num.*

Statutum expreſsè diſponens, *quòd vxore præmoriente maritus lucretur dotem etiam extantibus filijs ex primo marito*, eſt validum, cùm poſſit expreſsè, imò etiam tacitè, & per incompatibilitatem verborum derogare diſpoſitioni, *l. hac edictali, C. de ſecund. nupt.* licèt id facere non poſſint contrahentes per pactum, Caſtr. *in l.* 1. *C. de inoff. dot.* vbi quòd cùm eſſet vnus ex compilatoribus ſtatutorum Florentiæ fecit hoc addere ſtatuto Florentino, quia viduæ non reperiebant maritum quando habebant filios ex primo viro, Bald. *in d. l.* 1. *col.* 3. *verſ.* 3. Dec. *conſ.* 19. *col.* 2. *& conſ.* 195. *col.* 2. Pariſ. *conſ.* 62. *col.* 3. *volum.* 4. Roland. *de lucr. dot. quæſt.* 1. *num.* 12. & latiùs *quæſt.* 24. *per tot. cum pluribus ſeqq.* vbi an, & quomodo poſſit etiam tacitè derogare vt ſupra, Altograd. *conſ.* 33 *num.* 24. *& ſeqq. lib.* 2. dixi *in reſol. cap.* 46. *n.* 11. *& ſeqq. per tot.* vide *in §. Diſpoſitio num.* 8. *&c.* Merlin. *dec.* 38. *per tot.* Rot. *par.* 13. *recent. dec.* 428. *num.* 13. *& ſeqq.* Sanfelic. *deciſ* 553. *cum Addit.* Viui. *comm. opin.* 815. *num.* 2. *& ſeqq.* Bich. *deciſ.* 357. *&* 460. *per tot.* vbi in terminis ſtatuti Bononiæ. 6

An autem ſtante dicto ſtatuto derogante expreſsè, vel tacitè diſpoſitioni, *d. l. hac edictali, C. de ſecund. nupt.* videatur etiam præiudicatum filijs primi matrimonij, quoad legitimam ipſis in bonis maternis debitam, negatiuam opinionem ſuſtinent multi; maximè ſi in dicto ſtatuto non fiat expreſsè mentio de legitima ex eo quia non veniat ſub generali diſpoſitione, & ſit quid diuerſum à portione *d. l. hac edictali*, vt latè comprobat Hodiern. *in d. l. hac edictali quæſt.* 6. *num.* 16. 31. *& per tot.* Altograd. *conſ.* 34. *num.* 1. *lib.* 2. vbi ancipitem valdè quæſtionem appellat, vide *in §. Diuiſio num.* 15. *& §. Filia num.* 88. Roland. *d. tract. quæſt.* 27. vbi quòd legitima eſt quid diuerſum, & non confunditur cum portione *d. l.* ſequitur Merlin. *dec.* 38. *num.* 17. *&c.* vbi tamen loquitur in caſu, quo non erat derogatum *d. l.*

Contrarium autem, quòd quando eſt derogatum *d. l. hac edictali*, cenſeatur etiam ſublata legitima filiorum primi matrimonij, & iuxta magis communem opi-

nionem

nionem veniat ſob generali diſpoſitione d. ſtatuti, probat Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 300. *num.* 23. *& ſeqq.* Roland. *de dot. quaeſt.* 24. *numer.* 6. & ſequutus ſum *in reſol. cap.* 46. *num.* 5. *&* 6. vide Sanfelic. *cum Addit. deciſ.* 353. vbi plura ad rem facientia, & Bich. *deciſ.* 357. *&* 460. *per tot.*

7 Statutum prædictum deferens lucrum marito, *etiam extantibus filijs ex primo matrimonio*, illis non præiudicat ſi ſint alienæ iuriſdictionis, & forenſes non ſubiecti territorio ſtatuentium, licèt ibi eſſent ſita bona dotalia, & licèt eſſent omnes ſub eodem Principe, Caſtr. *conſ.* 263. *vol.* 2. Roland. *d. tract. quaeſt.* 36. *per tot.* Magon. *deciſion. Flor.* 107. *per tot.* Rot. *in Faentina dotis, vel ſucceſſionis* 21. *Februarij* 1639. coram Dunozetto, *& in Imolenſ. legitima* 1. *Iulij* 1644. coram eodem, & hæc vltima habetur penes Vrceol. *Conſult. forenſ. c.* 18. *n.* 41. *& ſeqq.*

8 Statutum diſponens quod *vxore præmoriente ſine filijs maritus lucretur dotem*, an habeat locum, & videatur derogare diſpoſitioni *l. hac edictali C. de ſecund. nupt. ſi vxor decedat cum filijs ex primo matrimonio, & ſine filijs ex ſecundo*, affirmatiuam opinionem probat Pract. Papp. *libel. ad dot. & vſumfruct. gloſ. dicta Domina, & libel. pro legat. res ſing. gloſ.* 1. *n.* 80. *cum Addit.*

Negatiuam autem, & meliùs firmat Roland. *de lucr. dot. quaeſt.* 26. *num.* 8. *& ſeqq. per tot.* vbi plures allegat, & contrarijs reſpondet, & quòd in hoc caſu ſecundus maritus non poteſt plus conſequi, quàm quilibet ex filijs primi matrimonij, & ſic iuxta terminos *d. l. hac edictali C. de ſecund. nupt.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 463. *num.* 13. *&c.* vide *in reſol. cap.* 46. *per tot. & in hoc opere §. Diſpoſitio num.* 9. *& §. Diuiſio num.* 15. *ſupra num.* 4. vide Rot. *part.* 4. *Diuerſ. deciſ.* 255. *& part.* 14. *recent. deciſ.* 467. *num.* 11. *&* 12. vbi quòd non intrat diſpoſitio ſtatuti propter exiſtentiam filiorum primi matrimonij, cùm non procedat in caſu mixto, intelligendo tamen quando maritus vellet totam dotem lucrari, quia tunc cùm ſtatutum non deroget *l. hac edictali*, non eſt attendendum in præiudicium filiorum primi matrimonij, ſecùs ſi partem tantùm prætendat, quæ non inducat in æqualitatem cum filijs primi matrimonij, quia tunc procedit ſtatutum quatenus non aduerſatur diſpoſitioni *d. l. hac edictali*, vide Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 366. *per tot.*

Quòd ſtatutum deferens lucrum in defectum filiorum ſimpliciter, & indefinitè, non habeat locum extantibus etiam tantùm filijs primi matrimonij, cùm non dicatur ſine liberis decedere, quæ ex alio matrimonio liberos habet, Altograd. *conſ.* 33. *num.* 15. *lib.* 2. vide Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 366.

Quòd non procedat, ſi decedat cum filijs, vel etiam ſine filij, ſed cum nepote ex filio, quia talis nepos dicitur filius, eademque caro, & ſpiritus cum patre, cuius perſonam repræſentat, etiam ſi ſtatutum dicat, *ſine filijs ex ſe natis*, Roland. *de dot. quaeſt.* 56. *per tot.* & ſufficit ſi decedat cum vno filio tantùm, vel etiam filia fœmina, Roland. *loc. cit. quaeſt.* 55.

9 Statutum quòd vxore præmoriente ſine filijs maritus lucretur dotem, verificatur etiam in morte ciuili, & ſic ſi vxor ingrediatur monaſterium mendicantium ſeruatis de iure ſeruandis, Roland. *tract. de lucr. dot. quaeſt* 95. *per tot.* Rot. *part.* 2. *Diuerſ. deciſ.* 92. *n.* 9. *& ſeqq.* vbi latè declarat, & obiectis reſpondet, quia iſto caſu monaſterium non habetur loco filij, & ſic mulier dicitur decedere ſine filijs, prout requirit ſtatutum, vt ibidem latè *per tot.* ſequitur Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 41. *nu.* 13. *in fine*, vide *in §. Lucrum num.* *& §. Mors num.*

Idem eſt ſi vxor fuerit damnata ad mortem, & etiam illius bona confiſcata, nam adhuc poteſt maritus vigore dicti ſtatuti, vel etiam pacti, aduerſus fiſcum petere, & obtinere lucrum ſibi debitum, cùm delictum vxoris non debeat nocere marito, Bart. *in l. quinque legibus ff. de bon. damnat.* Alberic. de Roſat. *tract. de ſtatuto part.* 3. *quaeſt.* 5. Angel. *tract. de malef. verb. Et eius bona publicamus verſ. An vxor damnata*, Soccin. *conſ.* 121. *col.* 4. *vol.* 4. Campeg. *de dot. quaeſt.* 80. *princ.* 8. Roland. *de lucr. dot. quaeſt.* 59. *per tot.*

An autem dictum ſtatutum deferens lucrum dotis in caſu mortis, locum habeat in caſu ſeparationis thori dixi *in §. Lucrum num.*

10 Statutum ſimpliciter diſponens de lucro dotis, an habeat locum in dote promiſſa, & nondum ſoluta, negatiuam opinionem quando eſt omninò incerta, & quando euenit caſus lucri ante diem ſolutioni dotis præfixum ſuſtinent, Iaſ. *in §. Fuerat num.* 127. *Inſtitut. de act.* Ang. *conſ.* 158. Boer. *quaeſt.* 22. *num.* 7. 28. 40. *&c.* facit Affict. *deciſ.* 242.

Sed vide Roland. *de lucr. dot. quaeſt.* 5. *per tot.* Tiraquel. *de retract. conuent. §. fin. num.* 36. *&* 57. Capyc. *deciſ* 176. *num.* 31. *&c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 666. *num.* 24. *&c.* Michalor *de fratr. part.* 2. *cap.* 23. *num.* 16. *&c.* Rot. poſt Fenzon. *ad ſtat. Vrb. deciſ.* 72. Lodouiſ. *deciſ.* 5. 21. *&* 204. *num.* 20. *& ſeqq.* Theſ. *quaeſt.* 75. *lib.* 2. Gayl. *obſeru.* 79. Merend. *lib.* 3. *contr. iur. cap.* 6. *num.* 3. *etc.* Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 1. *num.* 21. Altograd. *conſ.* 29. *num.* 1. *et ſeqq. per tot. lib.* 2. qui omnes concludunt, ſi ſtatutum ſimpliciter loquatur de dote lucranda habere locum indiſtinctè, etiam in dote promiſſa, Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 25. *n.* 1. *part.* 13. *deciſ.* 367. *nu* 12. *etc. deciſ.* 511. *n.* 15. Rot. poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.* 55. *num.* 9. vide *in §. Dos num.* 1. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 132. *num.* 15. *etc. vol.* 3. Ricc. *Collect.* 518. latè Rot. *part.* 10. *recent deciſ.* 43. *num.* 7. *et ſeqq. per tot.* vbi tamen quòd debet expectari tempus ſolutioni præfixum, quo finito, & non antea debetur lucrum, iuxta Rot. per Farinac. *deciſ* 256. & poſt Salgad. *Labyrint. credit. deciſ.* 14. *num.* 5. *etc.* Mantic. *deciſ.* 337. *per tot. et in tract. de tacit. et ambigu. lib.* 20. *tit.* 5. *numer.* 24. *etc.* Addit. ad Buratt. *deciſ.* 432. *num.* 11. Boſſ. *tract. de dote cap.* 2. *nu.* 41. *et ſeqq. fol. mihi* 36. *etc.* Fenzon. *ad ſtat. Vrb. cap.* 131. vide *infr. num.* 11. *verſ. Contrarium autem*, Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 1. *quaeſt.* 10. *per tot.* vbi qualiter procedat etiam in dote confeſſata.

Quid autem ſi promiſſio dotis fuerit conditionalis, & ſoluatur matrimonium ante aduentum conditionis, vide Rot. *d. deciſ.* 43. *per tot. part.* 10. *recent.*

Statutum ſi diſponat, quòd *maritus lucretur dotem da-* 11
tam, vel traditam, non habet locum in dote aſſignata, vel promiſſa tantùm, & nondum ſoluta vel tradita, niſi probaretur communis vſus loquendi, quòd dos dicatur data ſtatim atque fuit promiſſa, prout audiuimus quotidiè dici, talis dedit filiæ ſuæ mille pro dote, ſtatim ac illam promiſit, ſed iſte communis vſus loquendi deberet probari de tempore conditi ſtatuti, vel ſaltem adeò antiquo, vt ante hominum memoriam inoleuiſſet, Becc. *conſ.* 53. *num.* 5. *lib.* 1. Bart. *in l. iubemus §. Sanè C. de Sacr. Eccleſ.* Bald. *in l. fin. col.* 1. *C. de dot. promiſ. & conſ.* 333. *vol.* 4. *& conſ.* 467. *in fine d. vol.* 4. Guid. Pap. *deciſ.* 274. Capyc. *deciſ.* 176. Boer. *deciſ.* 22. *cum alijs*, quos refert, & ſequitur Roland. *de lucr. dot. quaeſt.* 6. *per tot.* Theſ. *quaeſt. for. lib.* 2. *c.* 75 *num.* 3. Merend. *contr. iur. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 10. vbi dicit Roland. *loc. cit.* optimè loqui reſpectu limitationis prædictæ, Altograd. *conſ.* 29. *nu.* 54. *&c. lib.* 2. Peregrin. *deciſ.* 18. *per tot. & deciſ.* 34. *num.* 11. *& ſeqq.* Franciſc. de Angelis plures addens, & declarans *in tract. de confeſſ. lib.* 1. *quaeſt.* 10. *num.* 17. *& ſeqq.*

Plura de communi vſu loquendi attendendo, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 607. *numer.* 8. *&c.* & dixi *in §. Vſus communis.*

Contrarium autem quoad principalem concluſionem, nempè ſtatutum *de lucro dotis data* habere locum etiam in dote promiſſa probant alij de æquiori, & magis recepta opinione atteſtantes, & Bart. ipſe parum ſibi conſtans *conſ.* 132. *num.* 3. *lib.* 1. Boer. *quaeſt.* 22. *num.* 9. Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 1. *num.* 21. vbi plures allegat Merend. *d. contr.* 6. *num.* 7. *&c.* Barboſ. *de appellat. verb. ſignif. appellat.* 84. *num.* 9. Peregrin. *deciſ. Pat.* 18. *deciſ.* 34. *nu.* 13. *&c. deciſ.* 154. vbi quòd dictum ſtatutum habet locum in dote promiſſa, licèt vtatur verbo, *remaneat*, vel loquatur *de dote data*, ſiue mulier fuerit dotata ab extraneo, ſiue à ſe ipſa; non tamen peti poteſt huiuſmodi lucrum pendente dilatione data ad ſoluendam dotem, ſed illa demum finita pro parte nondum ſoluta, quamuis non deſint etiam qui tenuerint integrum lucrum deberi ſtatim adueniente caſu illius, habito reſpectu etiam ad partes dotis nondum decurſas, & ſic non expectato illarum aduentu, & ita obtinuiſſe, ac iudicaſſe teſtatur Peregrin. *d. deciſ.* 154. *num.* 2. Quòd tamen regulis iuris aduerſari dicit Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 36. *per tot.* & præcipuè *num.* 15. vbi quoad hoc vltimum allegat Fenzon. *ad ſtat. vrb. cap.* 131. *numer.* 20. Burat. *deciſ.* 432. *ſub nu.* 11. *in Annot.* Mantic. *deciſ.* 337. Rot. *in Romana lucri dotis Ven.* 5. *Aprilis* 1647. coram Terracinen. poſt Salgad. *Labyrint. credit. deciſ.* 14. *n.* 5. *&c.*

et part.

et part. 10. *recent. deciſ.* 43. latè Boſſ. *de dote cap.* 2. *nu.* 51. *& ſeqq. fol. mihi* 38. *&c.*

Hæcquè ſecunda opinio tantò magis procedit, ſi mulier, vel alius dotem promittens ſit in mora ſoluendi, & ſic quando præterijt dies ſolutioni dotis præfixus, Bart. *d. conſ.* 132. *lib.* 1. Roland. *de dot. quæſt.* 7. *&* 8. *per tot.* latè Gratian. *deciſ.* 230. *per tot.* Peregrin. *deciſ.* 18. *per tot.* Ludouiſ. *deciſ.* 5. *per tot. & deciſ.* 204. *numer.* 25. *& ſeqq.* Boſſ. *de dot. loc. cit.*

Quòd quando ſtatutũ loquitur non ſimpliciter de dote, ſed *de dote data*, ità demum locum habeat in dote promiſſa, ſi dies ſolutionis aduenerit, & debitor ſit in mora, aliàs ſecus ceſſante mora, latè omnibus obiectis ſatisfaciendo, & contrarias DD. ſententias declarando deciſiuè, & de magis communi reſpondet Altograd. *conſ.* 29 *per tot. lib.* 2. *& conſ.* 30. *n.* 1. *&c. lib.* 2. Sed indiſtinctè procedere probat Peregr. *d. deciſ.* 18. *&* 154.

Item procedit abſque dubio ſecunda opinio, niſi in eodem ſtatuto adſit aliquod verbum, licèt obiter prolatum de dote promiſſa, vel quòd de dote promiſſa poſſit intelligi, vel verificari, idem Altograd. *d. conſil.* 30. *num.* 35.

Item procedit ſi rubrica ſtatuti continens orationem perfectam loquatur ſimpliciter, & generaliter de lucro dotis, nam etſi in nigro, & textu fiat poſtea mentio *de dote data*, locum habet etiam in promiſſa, propter generalitatem Rubricæ, à qua licitum eſt arguere, & non reſtringitur per nigrum magis ſpecialiter loquens, Roland. *de dot. quæſt.* 9. *per tot.* quem rectiſſimè loqui dicit Merend. *d. contr.* 6. *nu.* 11. Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 1. *nu.* 21. *& per tot.* vbi quando Rubrica diſponat, vel præſumptionem tantùm inducat, admutit etiam in his terminis Altograd. *conſ.* 29. *nu.* 52. *&c. conſ.* 30. *num.* 3. 30. *&* 49. *lib.* 2. Ludouiſ. *deciſ.* 5. *nu.* 5. *& ſeqq.*

Plura de dicta quæſtione, qoando ſtatutum de dote lucranda, habeat locum vel non in dote promiſſa, Gratian. *deciſ.* 330. *per tot. cum Addit.* vbi plures caſus diſtinguit Merend. *contr. iur. lib.* 3. *c.* 6. *per tot.* & alij ſupra relati, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 50. *nu.* 20. *& ſeqq. vol.* 6. Ricc. *Collect.* 518. Peregrin. *deciſ.* 18. *&* 154. *per tot.* Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 1. *quæſt.* 10. *per tot.* vbi qualiter procedat etiam in dote confeſſata, plenè Boſſ. *tract. de dot. c.* 2. *nu.* 51. *& ſeqq. fol. mihi* 38. *& ſeqq.*

12 Statutum quòd maritus lucretur dimidiam dotis, & aliam reſtituat non videtur poſſe habere locum in dote promiſſa, cùm verbum reſtituere non poſſit verificari in eo, quod non fuit traditum, vt latè probat Roland. *de lucr. dot. quæſt.* 11. *per tot.* Mantic. *de tacit. & ambigu. lib.* 12. *tit.* 5. *num.* 19. *&c.*

Contrarium autem defendit ſubtiliter Merend. *contr. iur. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 14. *&c.* Theſ. *quæſt.* 75. *num.* 4. *lib.* 2. latè in terminis ſtatuti Lucenſis Altograd. *conſ.* 30. *per tot. lib.* 2. vbi quòd iſto caſu ſuppoſita mora debitoris in ſoluendo dotem viro promiſſam, res nullam habet difficultatem, ſed idem tenet etiam ceſſante mora, vt adhuc viro debeatur lucrum dotis promiſſæ, illique competat actio ad illud petendum adueniente tempore ſolutionis ipſius dotis, licèt vxor prædeceſſerit pendente termino ſolutioni præfixo, Mantic. *deciſ.* 337. *per tot.* cum alijs per Altograd. *d. conſ.* 30. *in fine lib.* 2. vbi etiam refert alios tenentes lucrum non deberi ceſſante mora, & in ſpecie Peregrin. *conſ.* 88. *lib.* 2. vide latè Boſſ. *de dot. cap.* 2. *nu.* 61. *& ſeqq. fol.* 41. *&c.*

13 Statutum de lucro certæ partis dotis non habet locum in iocalibus, & paraphernalibus, Cagnol. *in reg. cum principalis ff. de reg. iur.* & videtur ſequi Merend. *contr. iur. lib.* 2. *cap.* 45. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 671. *num.* 6. *&c.*

Affirmatiuam tamen opinionem ſuſtinet Ruland. *de lucr. dot. quæſt.* 50. *per tot.* Alex. *conſ.* 27. *num.* 10. *lib.* 5. & hanc partem ſequitur Theſ. *deciſ.* 195. quando corredum, & iocalia non aſcedunt ad valorem dotis, vel tertiæ partis illius, ſecus autem ſi eſſemus in paraphrenalibus magni valoris, & immobilibus, ac meminit de ſtatuto Lucenſi, cum quo videtur tranſire, Gratian. *d. c.* 671. *n.* 9. *&* 10. Altogr. *conſ.* 20. *nu.* 25. *lib.* 2. vbi etiam citat Surd. *deciſ.* 195. *nu.* 3. *& ſeqq.* ac alios.

14 Statutum de lucro dotis habet locum etiam in dote conſtituta ex bonis fideicommiſſarijs, & idem ſi filia à patre inſtituta in dote haberet ſubſtitutum, Addit. ad Pract. Papp. *libel. ex ſubſtit. gloſ. Compendioſè in princ. et num.* 12. Roland. *de lucro dot. quæſt.* 57. *et* 58. vbi intelligit quando ſumus in caſu permiſſo plenè Viceol. *Conſult. fur. cap.* 10. *per tot.* vbi inſerit aliorum aduocatorum reſponſa, & duas deciſiones Rotæ Romanæ, facit contra Gratian. *cap.* 245. *num.* 50. *etc.* vide *in §. Dos nu.* 43. *§. Lucrum n.* 7. Peregrin. *deciſ.* 96. *num.* 5. *etc. deciſ.* 154. *num.* 1. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 438. *nu.* 40. *et per tot. et part.* 13. *deciſ.* 18. *per tot. et deciſ.* 204. *per tot.*

Non tamen haberet locum in bonis feudalibus, cùm eorum mulier ſit incapax, niſi expreſsè nominetur in inueſtitura, vel niſi conceſſio facta fuerit à fœmina, vel pro ſe, & quibus dederit, ad tradita per Roland. *de lucr. dot. quæſt.* 54. *per tot.* vide §. *Feudum num.*

Qualiter autem procedat in bonis emphyteuticis dixi *in §. Lucrum nu.* 7. *in fin.*

Statutum prædictum procedit non tantùm quoad dotem, ſed etiam quoad augmentum ipſius dotis factum conſtante matrimonio, cùm reputetur pars dotis, & vna, eademque res non debet diuerſo iure cenſeri, Campeg. *de dot.* 5. *part. quæſt.* 9. Pariſ. *conſ.* 126. *et conſ.* 62. *volum.* 4. Caſtr. *conſ.* 290. *volum.* 1. Roland. *de lucro dot. quæſt.* 100. *per tot.* Magon. *deciſ. Flor.* 34. *nu.* 4. Rot. *in Fauentina dotis* 21. *February* 1639. coram Dunozetto, vide *in §. Augmentum num.* 15

Et intelligitur de augmento facto tam in primo, quàm in ſecundo, vel vlteriori matrimonio, ex quo lucrum prætenditur, Bich. *deciſ.* 357. *nu.* 40. *et ſeqq.*

Statutum de lucro dotis nouiter editum, procedit etiam quoad dotes iam datas, cum attendatur tempus mortis vxoris, Bart. *in l. omnes populi ff. de iuſt. et iur.* cum alijs per Roland. *de lucr. dot. quæſt.* 93. *per tot.* 16

Statutum prædictum de lucro dotis procedit etiam in dotibus datis filiæ ſpuriæ loco alimentorum, nam licèt huiuſmodi dotes retineant naturam alimentorum, & mortua filia ſpuria debeant ad patrem dotantem reuerti, tamen prius detrahitur lucrum marito debitum vigore ſtatuti, Bald. Nouel *de dot. in* 6. *part. priuil.* 16. *col.* 3. Crauet. *conſ.* 186. *col. fin.* Alex. *conſ.* 150. *vol.* 2. Ruland. *de lucr. dot. quæſt.* 94. *per tot.* vbi intelligit quando fundus eſſet datus in dotem, vel aliud capitale, ſecus autem ſi fructus tantùm ipſius fundi dati eſſent in dotem pro alimentis, quia tunc ius datum in dotem, morte periret, & maritus non haberet locrum, vide *in §. Pater num.* 17

Statutum de lucro dotis non habet locum in matrimonio putatiuo, quando aderat perpetua cauſa prohibitionis, & idem eſt in pacto, Bald. Felin. & alij *in c. iuravit de probat.* Salyc. & alij *in l.* 1. *C. de condit. ob cauſ.* Roland. *de lucro dot. quæſt.* 97. *per tot. & quæſt.* 104. vbi de matrimonio nullo. 18

Habet tamen locum in matrimonio contracto inter tutorem, & pupillam, cùm de iure canonico ſit validum, quicquid ſit de iure ciuili, idem Roland. *quæſt.* 101. vide *in §. Tutela num.*

Statuto prædicto ſtante, an ſi per vxorem fiat legatum marito, intelligatur factum animo compenſandi cum dicto lucro, vide Roland. *de lucr. dot. quæſt.* 96. *per tot.* dixi *in § Legatum num. et §. Lucrum num.* vbi diſtinguitur. 19

Statutum de lucro dotis ceſſat ſecundum veriorem opinionem, quando per contrahentes fuit initum particulare pactum ſuper huiuſmodi lucro, nam licèt pactum contra ſtatutum, & legem non videatur valere, tamen verum eſt quando expreſsè prohibetur pactum, vel aliquid inducitur pro ſolemnitate, & forma, vel reſpiciens principaliter publicam vtilitatem, ſecus autem ſi fauorem alicuius priuati tantùm, quia tunc poteſt fieri pactum in contrarium prout in iſto caſu, cùm quilibet poſſit fauori ſuo renunciare, *l. pen. C. de pact. & probat.* Roland. *de lucr. dot. quæſt.* 102. *per tot.* vide *in §. Promiſſio num.* 20

Statutum, quòd *ſoluto matrimonio ſine filijs maritus lucretur partem dotis, non obſtante quacumque promiſſione de dote reſtituenda*, habet locum eo caſu, quo per contrahentes fuerit initum pactum, quòd *ſoluto matrimonio ſine filijs, vel cum filijs ad certam ætatem non prouenientibus*, dos ſit reſtituenda, ſi moriatur vxor cum liberis, qui ad ætatem conuentam non peruenerint, quia purificantur dicti caſus mortis ſine liberis, & mortis cum liberis, qui ad ætatem conuentam non peruenerint, ac ideò quemadmodum in primo caſu eſſet debitum lucrum marito iuxta formam ſtatuti, ſic etiam debetur in ſecundo, ſeruato in reliquis pacto 21

inter

inter contrahentes, Rot. *in Narnien. reſtitutionis dotis 3. Iuny* 1588. coram Plato, Vrceol. *Conſult. forenſ. cap. 36. nn. 7. & ſeqq. per tot.* vbi inſerit dictam *deciſ.* vide *in §. Dos num.* & *§. Lucrum num. 6.*

22 Statutum de lucro dotis habet locum ſiue mulier decedat ab inteſtato, ſiue condito teſtamento, in quo alium præter maritum inſtituat, quia cùm lucrum ſpectet ad maritum ex diſpoſitione ſtatuti, non poteſt vxor in illius præiudicium teſtari, & idem eſt ſi ſtatutum deferat huiuſmodi lucrum filijs, nam nec in illorum præiudicium poterit diſponere; ſicut etiam ſtante ſtatuto, vel pacto, quòd vxore præmoriente ſine filijs, dimidiam dotem habeant agnati illius, & alteram dimidiam lucretur maritus, non poteſt vxor aliquo modo priuare agnatos, vel maritum dictis portionibus ſibi à ſtatuto reſpectiuè, vel ex pacto delatis, ſiue debitis, cùm iam dos ex vi ſtatuti, vel contractus ſit ad illos applicata, Caſtr. *in l. ſi cum dotem in fine, ff. ſolut. matrim. & conſ. 82. vol. 1.* Dec. *conſ. 386. col. 3.* Ruin. *conſ. 8. vol. 2.* Roland. *de lucro dot. quæſt. 82. per tot.* Oſaſcb. *dec. 20. per tot.* Theſ. *deciſ. 34. & 106. per tot.* Grat. *diſcept. forenſ. cap. 769. nn. 23. 33. 83. &c.* plenè Bardellon. *conſ. 181. per tot.* Burxt. *deciſ. 657.* Rot. *part. 13. recent. deciſ. 511. nn. 20. & ſeqq.* Ludouiſ. *deciſ. 398.* vbi contra, & ibi Beltramin. benè diſtinguit, Marth. Medic. *dec. 48. num. 10. & per tot. cum Addit.* Vrceol. *Conſult. forenſ. cap. 10. num. 16.* dixi *in reſol. cap. 77. per tot.* vbi vide, & in hoc Opere *§. Forenſis num.* *§. Vxor num. 16. §. Diaſſio num. 15. in fine*, facit Rot. *part. 13. recent. deciſ. 243.* vbi quòd vxor non poteſt diſponere de dote ſibi conſtituta cum pacto, vt ea decedente reuertatur ad dotantem dixi *in §. Dos num. 19.* Rot. *part. 14. deciſ. 164. nu. 5. & ſeqq.* vbi Sanſelic. *deciſ. 128. per tot. & deciſ. 353. cum Addit.* Rot. *part. 17. recent. deciſ. 384.* vbi intelligit ex cauſa voluntaria, ſecus ſentiens ſi ex cauſa neceſſaria diſponat, *& part. 18. deciſ. 606. n. 14. & ſeqq.* vbi ſequitur eamdem diſtinctionem.

Si tamen vxor de conſenſu viri condiderit teſtamentum, & vniuerſalem hæredem inſtituerit extraneum, videtur ſecundum multos ceſſare huiuſmodi lucrum, quod intellige verum vbi mulier expreſsè de lucro, aut de tota dote teſtatur, ſiue aliàs diſponit cum conſenſu viri, aliàs autem ſecus ſtante ſimplici, ac vniuerſali inſtitutione tantùm, ſub qua non venit lucrum viro debitum, cùm ſit quid abſtractum, & ſeiunctum ab hæreditate mulieris, à qua vti æs alienum venit deducendum, & ideò maritus ſimpliciter conſentiendo, aut licentiam teſtandi vxori concedendo, ſibi in lucro dotis non præiudicat, nec illa renunciare videtur, vt latè probat Altograd. *conſ. 32. per tot. lib. 2.* vbi etiam quid ſi conſentiat vxori ſe, & bona ſua Eccleſiæ, vel monaſterio offerenti, & quid ſi Princeps huiuſmodi licentiam teſtandi conceſſerit.

Quòd nec etiam valeat donatio clam facta in præiudicium lucri nuptialis ſtatutarij in terminis ſtatuti Florentini, Martha *vot. Piſ. 5. nu. 10. & 11.* vbi alios citat.

An autem dictum ſtatutum, *quod vxore decedente ſine filijs maritus lucretur dimidiam dotis, & altera dimidia pertineat ad hæredes, vel agnatos mulieris*, habeat locum, ſi prædecedat vir, doſque fuerit mulieri reſtituta, ita vt in præiudicium dictorum ſuorum hæredum, vel agnatorum non poſſit de illa diſponere, Rip. *in Rub. ff. ſolut. matrim. num. 72.* Caſtr. *in l. 1. C. vnde vir.* Alex. *conſ. 55. lib. 1.* vide *in §. Lucrum num.* *§. Maritus num.* *& §. Vidua num. 8. in reſol. cap 77. num. 20.* vbi quòd non poſſit diſponere; ſed contra in vidua, Cabal. *conſ. 146. lib. 1.*

Quòd ſi ſtatutum vtatur verbis communibus, vt puta *reuertatur*, tunc ceſſante pacto, & ſtipulatione, non procedet, ſi mulier ad fauorem alterius diſpoſuerit, & ſic poſſit diſponere, Merlin. *deciſ. 32. nu. 15.* & latiùs *dec. 776. nu. 16. & ſeqq.* vbi plures concordantes deciſiones allegat, vide Vrceol. *Conſult. forenſ. c. 67. per tot. vol. 2.* Fontanel. *de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 6. n. 8. part. 4.* Rot. *part. 9. recent. deciſ. 290. n. 17.* Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ. 398.*

Qualiter maritus poſſit renunciare lucro dotali, an huiuſmodi renunciatio poſſit per illius creditores retractari, & an maritus ipſe poſſit reuocare conſenſum, ſiue licentiam conceſſam vxori teſtandi de dote, vide Roland. *d. tract. quæſt. 39. 40. & 41. per tot.*

Remiſſio tamen facta propter ſedandas diſcordias tamquam venalis non valet, idem Roland. *quæſt. 48.* vide *in §. Lucrum num. 16.*

23 Statutum deferens lucrum dotis marito, *dummodò per octo menſes ſuſtinuerit onera matrimony in propria domo*, an procedat, ſi vxor deceſſerit ante dictum tempus completum, pendet à quæſtione, an & quando tempus cœptum habeatur pro completo, de qua latè Gratian. *diſcept. forenſ. c. 607. per tot.* vide *in §. Dos num.*

De ſtatuto Peruſino deferente viro lucrum tertiæ partis dotis mulieris prædefunctæ, *ſi cum ea cohabitauerit*, quòd non habeat locum, ſi vir cum vxore conſumauit matrimonium, & ſtetit aliquibus diebus, ac noctibus in domo Soceri, in qua vxor deceſſit ante traductionem ad domum viri, quia deficit qualitas cohabitationis in domo viri à ſtatuto requiſita, latè conſuluit Honded. *conſ. 3. & 4 per tot. lib. 2.* vbi refert alia reſponſa contraria, & fuiſſe cauſam ab arbitro per medium deciſam.

24 Statutum de lucro dotis procedit etiam ſi maritus promiſerit dotem reſtituere in omnem caſum, & euentum reſtitutionis, niſi promiſerit totam, & integram dotem reſtituere ex certa ſcientia, & nullo ductus errore, ad latè tradita per Roland. *de lucr. dot. quæſt. 37. & 38. per tot.* vide *in §. Promiſſio num.* vel niſi renunciauerit omnibus iuris, & legum auxilijs, quia tunc videretur renunciatum etiam lucro dotis, Roland. *loc. cit. quæſt. 42. per tot.*

25 Statutum de lucro dotis non habet locum in dote conſtituta ex bonis immobilibus per mulierem minorem ſine iudicis decreto, Roland. *d. tract. quæſt 45.* latè Gratian. *diſcept. forenſ. c. 367. per tot.* Montan. *de tut. cap. 33. nu. 418.* Magon. *deciſ. Flor. 34. nu. 1.* Altograd. *conſ. 31. per tot. lib. 2.* vide *in §. Mulier num.*

Quamuis aliàs dictum ſtatutum procedat etiam in muliere minore, quia ligat omnes, vt probat idem Roland. *d. tract. quæſt. 44. per tot.* Non autem poſſit in integrum reſtitui aduerſus immoderatam dotis conſtitutionem, affirmat Roland. *loc. cit. quæſt. 46.*

26 Statutum prædictum procedit etiam in dote per vxorem promiſſa arbitrio tertij, ſiue ipſius viri, licèt euenerit caſus ante factam declarationem dotis, nam ſemper donec viuit poterit arbitrari dotem, & ex ea lucrum capere, quod erit permiſſum etiam illius hæredibus, quando ipſe fuiſſet aliqua iuſta cauſa impeditus, aliàs autem ſecus, vt probat Roland. *de lucr. dot. quæſt. 88. & 89. per tot.*

27 Statutum quòd maritus lucretur, *dimidiam bonorum immobilium vxoris*, non habet locum in pecunijs per eam paratis, & deſtinatis pro emptione immobilium, quidquid aliàs quandoque deſtinatum habeatur pro facto, Boer. *deciſ. 209. per tot.* Roland. *d. tract. quæſt. 91. per tot.* vide *in §. Pecunia.*

28 Statutum de lucro dotis conditum à ciuitate, vel etiam à Principe, non ligat Principem, nec procedit in dotibus per eum datis ſuis filiabus, vel ſororibus, intelligendo tamen in ſua ciuitate, & territorio nuptis, & niſi ipſe voluerit vti beneficio huiuſmodi ſtatuti, Roland. *de lucr. dot. quæſt. 83. & 84. per tot.* vide *infr. de ſtatuto excludente fœminas num.*

29 Statutum Florentinum *lib. 2. Rub. 129.* defert lucrum totiùs dotis marito vxore prædefuncta ſine filijs ex eis, ſi fuerit ad domum traducta, vel aliter matrimonio in forma nuptiali contracto, & conſumato, etiamſi ex dicta vxore extarent filij, vel alij deſcendentes ex alio matrimonio, ſiue matrimonij; ſi verò extent filij, vel alij deſcendentes ex dicto vltimo matrimonio, ſuccedunt ipſi titulo vniuerſali matri ſuæ in dote prædicta; In alijs verò bonis non dotalibus ſuccedit vir ſaltem in tertia parte non obſtante aliquo filio, vel filia, vel alijs deſcendentibus ex eis, ſiue vxor teſtata, ſiue inteſtata deceſſerit, declarando vlteriùs in dotem dici datum quidquid marito promiſſum, vel datum fuerit, & quòd in aliquo non poſſit per mulierem præiudicari viro, vel filijs, ſiue per teſtamentum, ſiue per aliam inter viuos diſpoſitionem, prout latiùs in dicto ſtatuto, & tradit Magon. *deciſ. Flor. 34. num. 1 &c.* vbi etiam *nu. 14. &c.* quòd dicta tertia pars acquiritur titulo ſingulari, & non vniuerſali hæreditatis, & licèt non agnita tranſmittitur ad quoſcumque hæredes, vide *in §. Lucrum num.* *& §. Statutum generale num. 53.* Sanſelic. *deciſ. 353. cum Addit.*

Quòd lucrum dotis, etiam non agnitum tranſmittatur ad hæredes, probat Roland. *d. tract. quæſt. 47. & quæſt. 90. num. 3.*

Dictum ſtatutum Florentinum fuit compilatum per

Paul.

Paul. de Caſtr. vt ipſemet teſtatur *in l. 1. C. de ineff. dot.* & refert Roland. *de lucr. dot. quæſt.* 24. *num.* 8. tollitque multas difficultates, vt de ſe patet, & conſtat ex ſuperiùs dictis.

30 Statuto diſponente quòd *mulier habens filios non poſſit diſponere de bonis ſuis, niſi pro quarta, vel alia ſimili parte*, & alio ſtatuto dictante, *quod vxore, præmoriente in ſecundo matrimonio ſine liberis ex eo, maritus lucretur dimidiam, vel aliam partem dotis*, An ſi dicta mulier dedit in dotem ſecundo viro omnia bona ſua, poſſit maritus illa decedente lucrari dotem vigore dicti ſtatuti reſpectu omnium bonorum ſibi in dotem datorum, non obſtante alio prædicto ſtatuto, vide Roland. *de lucr. dot. quæſt.* 105. *per tot.* vbi arguit pro, & contra, & tandem affirmatiuè ad fauorem mariti concludit, facit quod dixi *in §. Viana num.*

31 Statutum loci, & originis, ſeu domicilij mariti, non verò vxoris, eſt attendendum circa lucrum dotis, quando vir vnius Ciuitatis ducit vxorem alterius Ciuitatis, in quibus Ciuitatibus diuerſa vigeant ſtatuta de huiuſmodi lucro diſponentia, quia vir contrahens in aliena Ciuitate dicitur tamquam aduena contrahere, & effectum conferre ad propriam Ciuitatem, ad quam cum eo mulier eſt itura per contractum matrimonij, & ideò illius Ciuitatis ſtatutum eſt attendendum, in quod ipſa mulier itura per contractum matrimonij videtur etiam omninò conſentire, *l. exigere dotem*, vbi Bart. & alij *ff. de iud.* Bald. *conſ.* 32. *& conſ.* 208. *vol.* 3. Roland. *de lucr. dot. quæſt.* 13. *per tot.* Mantic. *de tacit. & ambigu. lib.* 3. *tit.* 14. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 609. *num.* 24. *&c.* Altograd. *conſ.* 28. *num.* 1. *&c. lib.* 2. vbi quòd attenditur ſtatutum domicilij, & habitationis viri, non autem loci contractus, & initi matrimonij, adde Tuſch. *lit. S. concluſ.* 510. *num.* 7. *& concluſ.* 512. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 78. *num.* 2. *&c. deciſ.* 79. *num.* 1. *&c. vol.* 4. Merlin. *deciſ.* 608. *nu.* 5. *&c.* Rot. *par.* 9. *recent. dec.* 357. *nu.* 14. *&c. part.* 14. *dec.* 85. *n.* 8. *& dec.* 155. *num.* 3. *& ſeqq. & part.* 15. *deciſ.* 98. *& deciſ.* 194. vbi plenè in eadem cauſa, Sanfelic. *deciſ.* 353. *numer.* 23. *&c.* Rot. poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.* 56. vbi plura in contrarium in terminis conſuetudinis Leodienſis concedentis ſucceſſionem coniugibus ad inuicem ſi alter alteri fuerit ſuperſtes, ad dictæ conſuetudinis interpretationem.

Quando autem poſſit attendi ſtatutum loci contractus, idem Altograd. *conſ.* 27. *numer.* 3. *& ſeqq. lib.* 2. vbi quòd tunc attenditur quando vir habet etiam habitationem, & domicilium in illo loco vbi vxorem ducit, & vide Surd. *deciſ.* 227. *num.* 6. *&c.* Rot *part.* 15. *recent. deciſ.* 98. *&* 194.

Amplia dictam concluſionem de attendendo ſtatuto domicilij viri, etiamſi cauſa alibi agitetur, Bald. *conſ.* 471. *vol.* 1. Roland. *de lucr. dot. quæſt.* 15. *per tot.*

Amplia ſecundò, etiamſi mulier ignoraret huiuſmodi ſtatutum domicilij viri, quia cùm ad illud eſſet profectura ſibi debet imputare ſi diligenter non perquiſiuit, iuxt. *l. qui cum alio ff. de reg. iur.* & latè probat Roland. *d. tract. quæſt.* 14. *per tot.* vbi reſpondet rationibus, & auctoritatibus in contrarium facientibus, prout contrarium videtur ſentire Soccin. *reg.* 468. *limit.* 7.

Amplia tertiò, etiamſi maritus promiſerit reſtituere dotem tam in loco contractus, quam alibi; & vbique locorum, quia non obſtantibus huiuſmodi verbis generalibus videtur promiſſa reſtitutio ſecundum ſtatuta loci mariti, & non videtur renunciatum, *l. exigere dotem ff. de iud.* niſi expreſsè fuerit conuentum, quòd in domicilio vxoris fiat reſtitutio dotis, quia tunc attenderetur ſtatutum illius loci, Alber. de Roſat. *tract. ſtat.* 2. *part. quæſt.* 8. *in fine*, Campeg. *de dot. part.* 5. *quæſt. vlt.* Bald. *conſ.* 31. *vol.* 3. Ruin. *conſ.* 58. *col.* 3. *in fine vol.* 3. cum alijs per Roland. *d. tract. quæſt* 19. *per tot.* Martha *vot. Piſ.* 5. *nu.* 1. *& ſeqq.* vbi quòd debet attendi ſtatutum loci, in quo collatus eſt effectus ſolutionis, & loquitur in Piſano, qui vxorem duxit Florentinam, & cùm ipſe eſſet ciuis Florentinus, ac ex alijs rationibus concludit eſſe attendendum ſtatutum Florentinum, & non Piſanum, de quo vide etiam Phanucc. *de lucr. dot. gloſ.* 9. *nu.* 26. vbi in ſpecie de Florentinis, Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 98. *&* 194. vbi de muliere Florentina nupta ciui Foroliuienſi, vt tale pactum reſtituendi dotem ad formam ſtatuti Florentini non operetur quoad lucrum dotis, ſed quoad alia, licèt contrarium in puncto dicti ſtatuti Florentini, & per tale pactum limitari regulam teneat Barbat. *conſ.* 4. *nu.* 7. *lib.* 2.

Amplia quartò, etiamſi agatur de bonis immobilibus datis in dotem, & ſitis extra territorium domicilij mariti, veluti in domicilio vxoris, vel in loco contractus, nam adhuc debet attendi ſtatutum domicilij viri, propter generalitatem textus *in d. l. exigere dotem ff. de iud.* Bald *conſ.* 208. *volum.* 3. Ruin. *conſ.* 58. *col.* 5. *verſ.* 6 *volum.* 3. *& conſ.* 163. *col.* 2. *volum.* 4. Mantic. *de tacit. & ambigu. lib.* 3. *tit.* 14. *num.* 10. ſequitur Rot. *in Imolen. legitima* 1. *Februarij* 1644. coram Dunozetto penès Vrceol. *Conſult. forenſ. c.* 18. *n.* 41. *&* 42. Franch. *dec.* 472. *nu.* 6. Moliſ. *ad Conſuet. Neapol. tom.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 3.

Contrarium tamen in hoc caſu tenent alij prout *infr. limit.* 4.

Amplia quintò, etiamſi contractus dotis fuiſſet celebratus in loco tertio, in quo nec vir, nec vxor domicilium habeant, ad tradita per Roland. *de lucr. dot. quæſt.* 23. *per tot.*

Prædictam autem concluſionem de attendendo ſtatuto domicilij viri, & non vxoris circa lucrum dotis, vt ſupra ampliatam.

Limita primò, ità demùm procedere, quando verè ſumus in cauſis ſtatuti, vt quia vxor prædeceſſerit *ſine filijs*, ſecus autem ſi eſſemus in caſu diuerſo, vt quia deceſſerit *cum filijs*, tunc enim cùm non agatur de lucro, ſed de ſucceſſione vniuerſali ipſius mulieris ceſſat ratio *d. l. exigere dotem ff. de iud. quæ eſt exorbitans*, & non attendenda, & attenditur ſtatutum originis ipſius mulieris, vel aliàs ſucceſſio defertur prout de iure, ad tradita per Magon. *dec. Flor.* 107. *n.* 11. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 581. *nu.* 11. facit quod dixi *ſupra num.* 4. *&* 8. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 78. *&* 79. *vol.* 4. Rot. poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.* 56. vbi de conſuetudine Leodienſi concedente ſucceſſionem coniugibus ad inuicem ſi alter alteri fuerit ſuperſtes, quomodo ſit intelligenda ſi vxor erat forenſis, & alia plura ad eius interpretationem.

Limita ſecundò, dictam concluſionem de attendendo domicilio viri, non procedere quando vxor traduceret virum ad propriam domum, & domicilium cum animo ibi perpetuò commorandi, nam iſto caſu eſſet attendendum domicilium ipſius vxoris per eandem rationem *d. l. exigere dotem*, vt latè probant Roland. *de lucr. dot. quæſt.* 16. *per tot.* Viui. *comm. opin.* 815. *nu.* 15. Soccin. *reg.* 468. *limit.* 4. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 78. *num.* 3. *volum.* 4. facit Martha *vot. Piſ.* 5. *per tot.* vbi de Piſano, qui tamen erat ciuis Florentinus, maiorem partem bonorum habebat Florentiæ, & alijs rationibus concludit fuiſſe attendendum ſtatutum Florentinum, facit Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 98. *&* 194. *per tot.*

Limita tertiò, non procedere quando non ipſa vxor, ſed alius, puta pater, mater, vel extraneus, qui non ſit iturus ad domicilium viri, pro muliere dotem promittit, & ſibi ipſi reſtitui ſtipulatur, quia in iſtis ceſſat ratio *d. l. exigere dotem*, Roland. *d. tract. quæſt.* 17. *per tot.* Soccin. *reg.* 468. *limit.* 5. Rot. *in Romana lucri dotalis* 16. *Decemb.* 1633. *n.* 6. *&c.* coram Merlino *in Nouiſſ. part.* 6. *dec.* 250. & inter impreſſas eiuſdem Merlin. *dec.* 608. *n.* 6. *&c.*

Limita quartò, non procedere quoad bona immobilia ſita in domicilio ſponſæ, vel in loco contractus, nam quoad iſta videtur attendendum ſtatutum loci, in quo reperiuntur, licèt aliqui dicant obſeruandum eſſe, an ſtatutum loquatur in rem, vel in perſonam, Roland. *de lucr. dot. quæſt.* 20. *per tot.* Magon. *deciſ. Flor.* 107. *num.* 8. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 609. *num.* 24. *&c.* Carena *reſol.* 116. vbi de veriori, facit quod dixi *infr. de ſtatuto excluſiuo fœminarum num.*

Sed contrarium tenent alij per me relati ſupra hoc numero *ampliat.* 4.

Limita quintò, non procedere, quando ſtatutum diſponeret de lucro dotis inter ſponſos per verba de futuro, & caſus eueniret ante contractum matrimonium, nam tunc cùm non ſequatur traductio ad domum viri, non poteſt illius ſtatutum attendi, ſed loci contractus, vt declarat Roland. *d. tract. quæſt.* 18. *per tot.* Mantic. *de tacit. & ambigu. lib.* 3. *tit.* 14. *num.* 6. *&c.* facit quod dixi *ſupra n.* 2. *in fine.*

Limita ſextò, non procedere in præiudicium filiorum primi matrimonij, qui ſint alterius territorij, vt dixi *ſupra num.* 7.

Limi-

Limita ſeptimò, circa pacta inita in contractu matrimonij circa reſpicientia contractum prout eſt ab initio ante conſumatum matrimonium, nam in iſtis debent ſeruari ſtatuta, & conſuetudines, quæ vigent in foro mulieris, Felin. *in c.1. de ſponſal.* Tuſch. *lit. M. concluſ.* 156. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 175. *nu.* 30. *& c.* vbi quòd in conſtitutione dotis attenditur locus contractus, licèt in reſtitutione, & lucro attendatur domicilium viri.

Limita octauò, ſtante pacto inter partes inito, quod ante omnia debet attendi, Merlin. *deciſ.* 608. *per tot.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 428. *num.* 22. *& part.* 15. *deciſ.* 98. *&* 194.

Limita nonò, ſi eſſet collatus effectus reſtitutionis dotis in loco, vel domicilio vxoris, vt probat Martha *vot. Piſ.* 5. vbi de Piſano, qui duxerat Florentinam, erat tamen ipſe etiam ciuis Florentinus, & alijs rationibus concludit fuiſſe attendendum ſtatutum Florentinum, & non Piſanum, de hac materia plenè Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 98 *&* 194. *per tot.* vbi de muliere Florentina nupta ciui Foroliuienſi cum ſimili pacto in primo matrimonio, vt illud non cenſeatur repetitum ad fauorem ſecundi viri ex pluribus rationibus, & fundamentis ibi videndis, & dixi *in* §. *Dos num.* 24. *in addit. &* §. *Mulier num.* 23. quæ deciſiones fuerunt confirmatæ in eadem cauſa *part.* 16. *deciſ.* 19. *&* 249.

32 Statutum vigens in loco domicilij viri potiùs eſt attendendum, quàm vigens in loco originis eiuſdem viri, ſicuti reiectis contrarijs firmat Roland. *de lucr. dot. quæſt.* 22. per text. *in l. exigere dotem ff. de iud.* & pluribus relatis ſequitur Altograd. *conſ.* 27. *n.* 1. *& c. conſ.* 28. *n.* 45. *& c. lib.* 2. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 79. *nu.* 2. *& c. vol.* 4.

Et eſt attendendum domicilium, quod habebat maritus tempore contracti matrimonij, non verò quod poſtea acquiſiuit, licèt in hoc vltimo fuerit ſolutum matrimonium, Roland. *d. tract. quæſt.* 21. *per tot.* Mantic. *de tacit. & ambigu. lib.* 3. *tit.* 14. *num.* 4. *& c.* Altograd. *conſ.* 28. *num.* 45. *lib.* 2.

Et ſi maritus haberet eodem tempore duo, vel plura domicilia, quod non repugnat, debet attendi domicilium habitationis, Altograd. *conſ.* 27. *num.* 34. 53. *& conſ.* 28. *n.* 47. *& ſeqq. lib.* 2.

Quòd in concurſu præualeat domicilium propriæ originis domicilio originis paternæ, & domicilium habitationis præualeat domicilio originis propriæ, & ſi in pluribus locis quis habitaret, attendatur domicilium illius loci, in quo frequentius, & magis principaliter habitabat, idem Altograd. *d. conſ.* 28. *num.* 51. *& ſeqq. lib.* 2. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 428. *num.* 21. vbi quòd eſt compatibile domicilium in duobus locis, & tunc attenditur illud cum quo concurrit origo.

33 Statutum quòd *vxore decedente ſine filijs maritus lucretur dotem*, procedit etiam ſi maritus, & vxor ſimul decedant, ſecus autem ſi ſtatutum loqueretur *de vxore præmoriente*, Roland. *de lucr. dot. quæſt.* 60. vide *in* §. *Mors num.*

34 Statutum prædictum ceſſat, ſi vxor occidatur à marito, vel ſi maritus necem vxoris non vindicauerit per viam iuris, quid ſi fuerit reperta in adulterio, quid ſi maritus vxoris infirmæ non adhibuerit medicum, vel imperitum, quid ſi in loco non eſſet medicus, quid tempore peſtis, quid ſi fuerit præuentus, quid ſi vxorem expulerit de domo ſine cauſa, noluerit ei ſubminiſtrare neceſſaria, vel aliàs malè tractauerit, & ſimilia, latè Roland. *de lucr. dot. quæſt.* 61. *& ſeqq. ad* 71. vide *in* §. *Lucrum nu.* 21. Surd. *de alimen. tit.* 8. *priuil.* 69. *per tot.* Caluin. *de aquit. lib.* 3. *cap.* 294. *per tot.*

Quòd propter ſæuitias, & mala tractamenta in vxorem maritus priuetur lucro dotis, Boer. *deciſ.* 244. *num.* 12. Rot. *part.* 6. *recent. deciſ.* 300. *num.* 6. *& part.* 14. *dec.* 164. *num.* 2. vbi tamen intelligit dummodò ſint legitimè iuſtificata.

Statutum Principis de lucro dotis, locum habet etiam in Caſtris, & Terris Vaſſallorum carentibus proprijs ſtatutis, Caſtr. *conſ.* 268. *volum.* 2. Roland. *d. tract. quæſt.* 85. *per tot.* facit quod dixi ſupra circa generalia, & mixta *num.*

De Statuto iubente fieri compromiſſum.

Statutum iubens fieri compromiſſum inter coniunctos litigantes, dicitur fauorabile propter publicam vtilitatem, & receſſum à litibus, ac in dubio extendendum ad quemcumque caſum, in quo ſit licita tranſactio, licèt ageretur de cauſis mixti imperij, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 536. *num.* 8. *& ſeqq.* Viui. *comm. opin.* 808. *num.* 1. Duen. *reg.* 36. *limit.* 9. *&* 13. vbi quòd non procedit in cauſis criminalibus, quia de illis non fit compromiſſum, dixi *in reſol. c.* 55. *n.* 29. *& ſeqq.* Vrceol. *tract. de tranſact. q.* 62. *per tot.* vbi quòd valet dictum ſtatutum, non autem è contra, & quare, *& quæſt.* 64. *per tot.* vbi qualiter, & quando litigantes poſſint per Principes, iudices, ſtatuta, vel conſuetudines compelli ad tranſigendum. 1

Quòd imò ſit exorbitans, & odioſum, Rom. *conſ.* 400. Tuſch. *lit. S. concluſ.* 486. facit Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 163. *nu.* 3. *& c.*

Statutum prædictum debet cum effectu intelligi, & ſic vt faciendum ſit compromiſſum, toties quoties oportuerit, donec lis, & differentia fuerit per arbitros terminata, Bald. *conſ.* 487. *lib.* 4. Marant. *part.* 6. *act.* 2. *nu.* 4. Rot. *part.* 3. *Diuerſ. deciſ.* 864. *nu.* 4. 2

Quòd imò ſi ſemel, vel bis factum fuerit compromiſſum, & non ſequutum laudum, non ſit vlteriùs compromittendum ad infinitatem vitandam, & quia etiam compromiſſum voluntarium cum facultate prorogandi toties quoties voluerit arbiter, non durat vltra binam prorogationem, Afflict. *deciſ.* 46. vbi Vrſil. Rom. *conſ.* 304. Specul. *de arbitr.* §. *Accipitur verſ. Item quod elapſo*, Pract. Papp. *for. libell. & comprom. gloſ. infra duos menſes nu.* 2. intellige prout dixi *in reſol. cap.* 55. *nu.* 23. *& ſeqq.* vide *in* §. *Compromiſſum num.* 22.

Statutum prædictum locum habet etiam inter virum, & vxorem, quia licèt non ſint inter ſe affines, neque conſanguinei, ſunt tamen principium, & cauſa affinitatis, & in eis militat eadem, & fortè maior ratio obuiandi litibus, Duen. *reg.* 36. *ampliat.* 1. Barboſ. *de appell. verb. ſignif. appell.* 12. *num.* 1. 3

Item procedit etiam inter ſponſum, & ſponſam, Iaſ. *in l. quod ſeruus ff. de condit. ob cauſ. num.* 2. Duen. *reg.* 36. *ampliat.* 2. Barboſ. *de appellat. verb. ſignif. appell.* 279. *per tot.* vide *in* §. *Vxor num.*

Statutum quòd litigantes teneantur compromittere in conſanguineos, vel affines, intelligitur de illis, qui conſanguineos, vel affines habent, aliàs non procedit, Alex. *conſ.* 81. *col.* 2. *lib.* 6. Aſin. *in prax.* §. 3. *capit.* 37. *num.* 8. 4

Item quòd inter coniunctos fiat compromiſſum, intelligitur de affinibus, & coniunctis per legitimum matrimonium, non autem inter affines per fornicationem, licèt per eam contrahatur etiam affinitas impeditiua matrimonij vſque ad ſecundum gradum incluſiuè tantùm iuxta diſpoſitionem Concilij Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 4. Cabal. *reſol. crim. conſ.* 44. *nu.* 3. nec etiam procedit in ſpurio, qui litigans cum conſanguineo ſuo ex latere patris, non poteſt petere compromiſſum. ſecus autem ex latere matris, vel ſi ambo litigantes eſſent ſpurij, Duen. *reg.* 36. *limit.* 8. *&* 12. Marant. *part.* 6. *act.* 2. *numer.* 20. *&* 21. dixi *in reſolut. cap.* 55. *num.* 19.

Quòd ſtatutum intelligatur inter conſanguineos legitimos, & naturales, non autem inter legitimatos, niſi eſſent legitimati per ſubſequens matrimonium, Duen. *reg.* 36. *limit.* 17. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 744. *nu.* 25.

Statutum prædictum procedit tantùm durante affinitate, ſecus autem illa per mortem finita, quia licèt remaneat vinculum quoad matrimonium, non remanet quoad compromiſſum, & ideò ſi mortuo patre oriatur controuerſia inter priuignum, & nouercam, vel ſimiles non poſſunt compelli ad compromittendum, Caſtr. *conſ.* 80. *lib.* 2. Alex. *conſ.* 207. *lib.* 7. Viui. *comm. opin.* 807. *& ſeqq.* Duen. *reg.* 36. *limit.* 3. Marant. *part.* 6. *act.* 2. *nu.* 15. Tiraquel. *tract. Ceſſante cauſa verb. Affinitatis n.* 31. *& ſeqq. inter reg. Diuerſ. fol. mihi* 139. vide *in* §. *Affinitas nu.* 5. 5

Statutum prædictum non habet locum niſi ab vna ex partibus petatur compromiſſum, quo caſu debet altera pars citari, aliàs iudex non debet compellere ad compromittendum: eſt tamen ſeruandum ſtatutum etiam ſi partes ſint diſcordes in eligendis arbitris, quia tunc eligi iudex pro illis, 6

illis, & ſit compromiſſum, & hoc non ſolùm vbi principalis litigator eſt coniunctus, ſed etiam ſi auctor laudatus ſit coniunctus, licèt principalis eſſet extraneus, Bart. *in l. procurator 2. ff. rem. rat. hab.* Duen. *reg.* 36. *limit.* 1. *&* *ampliat.* 6. *&* 7.

7 Statutum quòd inter coniunctos fiat compromiſſum, non habet locum ſi coniunctus cedat actionem non coniuncto, qui vtili actione nomine proprio, & ad propriam vtilitatem agat, ſecus autem ſi ageret actione directa nomine cedentis, Marant. *in repet. l. ſi actor num.* 30. *ff. de procur.* Afflict. *deciſ.* 74. *num.* 3. Duen. *reg.* 36. *limit.* 16. vide *in reſol. cap.* 55. *num.* 10. *&c. & in ſumma* §. *Compromiſſum num.* 21. vbi diſtinguitur inter cauſam onerosam, & lucratiuam.

An autem venditor comparens in iudicio pro emptore tanquam legitimus defenſor, ſi ſit coniunctus litigantis contra emptorem, poſſit ex propria perſona petere compromiſſum vigore ſtatuti, contrarias opiniones refert Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 9. *nu.* 3. *&c.* vbi videtur negatiuam ſequi, licèt affirmatiua etiam ſit communis, Peregrin. *deciſ.* 60. *nu.* 6. vbi pro vtraque parte &c. vide *in* §. *Compromiſſum num.* 21.

8 Statutum prædictum iubens fieri compromiſſum ſi ſit conditum à Principe ſæculari, vel etiam approbatum à Papa in forma communi, & non ſpecifica, & non facta mentione clericorum, non arctat clericos litigantes in foro ſæculari, & ſic contra eos non poteſt peti compromiſſum, ſed neoè ipſi clerici poſſunt actiue petere compromiſſum contra laicos ſuos coniunctos ſecum litigantes, cùm gaudeant ſtatutis laicalibus pro ſe, & non contra ſe, nec inter ſe, ſi duo clerici coniuncti ſimul litigent, quorum alter contra alterum non poteſt petere compromiſſum vigore dicti ſtatuti, quo neuter illorum ligatur, præcipuè autem ſi diſponat vlterius quod laudum ferendum habeat executionem paratam, & non poſſit peti reduci ad arbitrium boni viri, nec appellari, quia tunc dicitur reſpicere deciſoria iudicij, & non ordinatoria tantùm, & eſt arctatiuum perſonarum, ac ideò Clericos non comprehendit, Dec. & alij *in c. Eccleſia Sancta Maria de Conſtit.* Capyc. *deciſ.* 66. *per tot.* Alex. *conſ.* 210. *lib.* 2. Vrſil. ad Afflict. *deciſ.* 46. *num.* 9. Soccin. *conſ.* 71. *lib.* 4. Marſil. *de fideiuſſ. num.* 119. Marant. *diſput.* 8. *num.* 9. *& in prax. part.* 6. *act.* 2. *num.* 26. Duen. *reg.* 36. *limit.* 18. D. Carol. de Graſſ. *de effect. Cleric. effect.* 2. *per tot.* Rot. *in Tudertina ſucceſſionis* 29. *Maij* 1652. coram Meltio, latè Sperel. *deciſ.* 10. *&* 11. *per tot.* Tuſch. *lit. S. concluſ.* 486. *num.* 7. *&c.* Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 163. *nu.* 6. vbi quòd non arctat Clericos ex defectu poteſtatis, & loquitur de ſtatuto Forolivij, dixi *in reſol. cap.* 55. *nu.* 3. *&* 5. quem locum nouiſſimè refert, & ſequitur D. meus Vrceolus *Conſult. forenſ. cap.* 44. *nu.* 29. *& in tract. de tranſact. quæſt.* 62. *nu.* 15. adde Ioſeph. de Roſa *Conſult.* 58. *nu.* 12. Caren. *reſol.* 66. *per tot.*

9 Statutum prædictum non ligat minores prout conſuluit Bart. *conſ.* 40. *part.* 2. Roland. *de lucr. dot. quæſt.* 44. *num.* 4. Vel ſaltem in illorum compromiſſis requiruntur ſolemnitates neceſſariæ in alijs contractibus, & decretum iudicis, Menoch. *de arbitr. caſ.* 171. *num.* 44. *&c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 586. *num.* 52. *&c.* qui loquuntur etiam in compromiſſo neceſſario vigore ſtatuti, vide *in* §. *Compromiſſum n.* 14. Vrceol. *de tranſact. quæſt.* 62. *num.* 16. vbi tenet hanc partem, quia in omni actu, in quo læſio cadere poſſit ſolemnitates adhiberi debeant.

Contrarium autem, nempè dictum ſtatutum procedere etiam in minoribus, & mulieribus, ita vt illius vigore compromittere poſſint, etiam ſine ſolemnitatibus, aliàs in eorum contractibus requiſitis per aliud ſtatutum, cùm iſtud de compromiſſis tamquam magis ſpeciale ſit ſeruandum, quidquid ſecus ſit, ſi ceſſante ſtatuto ſpontè compromittere vellent, in quibus terminis procedere poteſt opinio ſupra relata, Blanc. *de compromiſſ. quæſt.* 3. *nu.* 39. *quæſt.* 4. *nu.* 28. Alex. *conſ.* 254. *lib.* 6. Marant. *loc. ſup. cit. num.* 8. *& ſeqq.* Montan. *de tut. cap.* 33. *num.* 228. *& ſeqq.* Pic. *ad Stat. Vrb. gloſ.* 7. *num.* 57. Rot. *part.* 2. *Diuerſ. deciſ.* 867. *num.* 5. Altograd. *conſ.* 84. *num.* 158. *& ſeqq. lib.* 2. Duen. *reg.* 36. *ampliat.* 4. dixi *in reſol. cap.* 55. *num.* 8. *&* 9. Peregrin. *deciſ.* 88. *per tot.* Ciarlin. *contr.* 102. *per tot.* vbi quòd poſſunt compelli ad compromittendum vigore ſtatuti, etiam ſi vellent trahere cauſam ad Principem ex priuilegio *l. vnic. C. quand. Imper. int. pupill. & vid.* intelligendo tamen pro vt ibidem declarat.

10 Statutum prædictum non arctat exiſtentes extra territorium ſtatuentium, licèt res litigioſæ eſſent in loco ſtatuti, Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 227. *nu.* 38. Blanc. *de comprom. quæſt.* 3. *num.* 46. dixi *vbi ſupra nu.* 17.

Nec etiam quoad bona exempta, vel extra territorium exiſtentia, Ciarlin. *contr.* 170. *num.* 34. *&c.*

11 Statutum prædictum non habet locum in cauſis feudalibus, nec vbi agitur de vita, & militia, nec vbi altera pars haberet aliquam exceptionem litis finitæ, ſiue impedientem litis ingreſſum, Duen. *reg.* 36. *limit.* 4. 5. *&* 6. dixi latiùs *in reſolut. cap.* 55. *num.* 29. *& ſeqq.* Ioſeph. de Roſa *Conſult.* 58. *per tot.* vbi nec in cauſa alimentorum, nec in articulo iuris, nec vbi adeſt inſtrumentum clarum &c.

Item non habet locum in cauſa dandi tutelam, quia illa non poteſt compromitti, Bart. & Bald. *in l. Prætor. ff. de tut. & Curat. dat. ab his*, Duen. *reg.* 36. *limit.* 15. *ſupra num.* 1.

12 Statutum prædictum non procedit in cauſa appellationis, quia ſi in cauſa principali non fuit petitum compromiſſum, non poteſt peti in cauſa appellationis, Paul. de Caſtr. *conſ.* 320. *num.* 1. *lib.* 1. ſequitur Duen. *d. reg.* 36. *limit.* 14.

Quòd quando compromiſſum non fuit petitum in tempore præfixo, non arctet, Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 227. *n.* 8. vide *in* §. *Compromiſſum num.* Ioſeph. de Roſa *Conſult.* 58. *num.* 13. *& ſeqq.*

13 Statutum de compromiſſis, vt ſupra, non habet locum quando debitor promittit cum iuramento, quia ne efficiatur periurus non poteſt petere compromiſſum, & ſtatutum non debet trahi ad caſum illicitum, Ferret. *conſ.* 55. *num.* 11. Euerard. *loc. a vi iuram. num.* 31. Marant. *part.* 6. *act.* 2. *num.* 19. Duen. *reg.* 36. *limit.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 853. *num.* 76. ad Vrſil. Afflict. *deciſ.* 46. *n.* 6. dixi *in reſol. c.* 55. *n.* 7. quem locum refert, & ſequitur Vrceol. *tract. de tranſact. quæſt.* 45. *num.* 26. *& ſeqq.* vbi quòd nec ſuffragaretur abſolutio ad dictum effectum, & quare, vide *in* §. *Abſolutio.*

Item non habet locum quando peteretur executio ſententiæ, Aſin. *in Prax.* § 31. *cap.* 64. Duen. *d. reg.* 36. *limit.* 6. *&* 7. vbi quòd non procedit quando altera pars haberet ſcripturam publicam liquidam, puta inſtrumentum, ſententiam, vel aliam obligationem omninò claram, & certam, vide Vrceol. *de tranſact. quæſt.* 45. *per tot & quæſt.* 46. vbi qualiter ſuper litibus & controuerſijs iam per tranſactionem, vel rem iudicatam terminatis, & compoſitis, non poſſit peti compromiſſum vigore ſtatuti, & quando ſecus ob aliquam exceptionem admiſſibilem, & releuantem contra prædicta.

An habeat locum in cauſis teſtamentorum, ſeu inſtrumentorum, vel ſimilibus executiuis, Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 536. *nu.* 2. 6. 21. *&c.* dixi *in reſol. cap.* 55. *nu.* 13. *& ſeqq.* vide latè Vrceol. *d. quæſt.* 45. *&* 46. *per tot.*

Quòd non habeat locum in caſu claro, & liquido, ac vbi lis fingeretur, idem Gratian. *diſcept. forenſ. capit.* 227. *num.* 8. vide *in* §. *Compromiſſum num.* *&* §. *Tranſactio num.*

14 Statutum prædictum non habet locum in quæſtionibus, & litibus iuris, quia ſemper ius certum eſſe dicitur, ſed tantùm in quæſtionibus facti, niſi tamen ageretur de iure dubio, & intricato, quia quæſtiones iuris dubij, & intricati æquiparantur quæſtionibus facti, & in illis etiam poteſt cadere compromiſſum vigore ſtatuti, Duen. *reg.* 36. *limit.* 10. Cabal. *conſ.* 157. *per tot. lib.* 1. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 536. *nu.* 5. 7. *et* 18. *etc.* Scapuc. de Saluian. *lib.* 2. *quæſt.* 1. *nu.* 4. Menoch. *de arbitr. quæſt.* 53. *n.* 8. Marant. *part.* 6. *act.* 2. *n.* 29. dixi *in reſolut. c.* 55. *n.* 12. & in hoc Opere §. *Tranſactio, et* §. *Compromiſſum.*

15 Statutum prædictum procedit etiam in tutore, procuratore, & ſimili adminiſtratore, qui licèt aliàs non poſſit compromittere ſine ſpeciali mandato, tamen ſtante dicto ſtatuto, ſi eius principalis ſit coniunctus poteſt facere compromiſſum, cùm hoc non faciat voluntariè, ſed ex neceſſitate ſtatuti, Duen. *reg.* 36. *ampliat.* 5.

16 Statutum quòd fiat compromiſſum inter coniunctos, an habeat locum etiam inter amicos intrinſecos propter multa priuilegia amicitiæ, quæ interdum etiam præualet conſanguinitati, & affinitati, multos pro opinione affirmatiua allegat D. Carol. de Graſſ. *tract. de effect. amicit. n.* 189. vbi tandem iuxta veriorem concludit pro negatiua Conciol.

ciol. cum Romaguer. ad Stat. Eugub. lib. 2. Rub. 27. per tot. vbi plura de ſtatuto iubente fieri compromiſſum, an, & quando locum habeat, vel non, & plures modernos allegant, præcipuè autem Romaguer. qui tandem in multis ſe remittit ad Altimar. quem ſummoperè laudat tract. de nullit. in diuerſis locis ab eo indicatis, & ad Manfrell. in obſeruat. ad Capyc. Latr. deciſ. 33. quos dicit præ manibus habendos, & lectores illum benedicent.

Reliqua de hac materia vide in §. Arbiter §. Compromiſſum, §. Laudum, & in reſol. cap. 55. per tot. plenè Tuſch. lit. S. concluſ. 486. 487. & 488. per tot. Viui. comm. opin. 807. & ſeqq. Ciarlin. contr. 170. per tot. vbi plura ad euitandam dicti ſtatuti diſpoſitionem, latè Marc. Ant. Blanc. tract. de promiſſ. per tot. vbi eſt huius materiæ ſedes, de validitate dicti ſtatuti, qui poſſint eſſe arbitri, de his qui poſſunt petere compromiſſum, & ad illud compelli, vel non, de quibus cauſis poſſit compromitti, vel non; de poteſtate arbitrorum, de ordine per eos ſeruando in procedendo, & decidendo, de ſententijs, earum effectum, & executione, de appellationibus, reductionibus, & huiuſmodi.

Et in quibus caſibus non procedat dictum ſtatutum, Ioſeph. de Roſa Conſult. 58. per tot.

Statutum de debitore Capiendo.

1 Statumm quòd debitor poſſit capi relecto omni priuilegio, non procedit in milite, vel Doctore, quia debet intelligi de priuilegijs non clauſis in corpore iuris, Euerard. loc. à milit. arm. milit. ad milit. celeſt. num. 3. Caccialup. de debit. ſuſpect. & fugit. quæſt. 5. num. 10. vbi intelligit tantùm de doctore actu legente, vel aduocante, & patrocinante, & num. 21. niſi adeſſet ſuſpicio fugæ, quia tunc vult omnes poſſe capi, & carcerari, licèt relinquat cogitandum, vide quæ ad hoc propoſitum ſcripſi in reſol. cap. 53. num. 13. & ſeqq. vbi quòd ſi ſint verè fugitiui, vel de fuga inſtanti ſuſpecti, vel cum re, vel pecunia aliena, vel quæ olim fuerit aliena, & ſic cum animo fraudandi creditores, poſſunt arreſtari ad effectum ſatiſdandi de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, & quòd priuilegia Doctorum, non perſonæ, vel exercitio tantum, ſed dignitati in genere ſunt conceſſa, & ideò indifferenter omnibus proſunt, & non poteſt illis renunciari, dommodò condignè, ac legitimè ſeruatis ſeruandis lauream doctoralem obtinuerint, & dixi in Pract. §. Doctori num. 14. & in hoc opere §. Doctor num.

2 Statutum quòd debitor ſuſpectus de fuga poſſit capi, non eſt ſimpliciter intelligendum, ſed ità demum ſi ſuſpicio ſuperueniat poſt contractum, aliàs ſi aderat tempore contractus, creditor ſibi debet imputare, niſi tunc ei fuiſſet incognita, & poſtea ad ſuam notitiam deuenerit, Caccialup. tract. de debit. ſuſpect. & fugit. quæſt. 6. n. 3. & per tot. Maur. de fideiuſſ. part. 1. ſect. 3. cap. 38. aliàs 48 per tot. Menoch. de arbitr. caſ. 87. num. 22. & ſeqq. vide in §. Debitor num. & in reſol. cap. 1. 39. num. 2. vbi quæ requirantur ad hoc, vt iudex poſſit concedere mandatum capturæ contra debitorem vigore ſuſpicionis fugæ, & quomodo probari debeant.

3 Statutum quòd debitor poſſit capi ad inſtantiam creditoris non hab ... cum ſecundum aliquos ad inſtantiam ceſſionarij, c ... oprie non dicatur creditor, niſi agat actione direct ... nquam procurator nomine cedentis, licet contrarium etiam ſi agat tanquam ceſſionarius nomine proprio concludat Marant. in l. ſi actor num. 20. ff. de procurat. vide in §. Ceſſio num. & §. Debitor num. Tuſch. lit. S. concluſ. 478. n. 16. & ſeqq. Viui. comm. opin. 826. per tot. vbi plura Cabal. conſ. 177. nu. 16. & 17. lib. 1. vbi quòd non habet locum ad inſtantiam ceſſionarij, niſi prius citato debitore, & conſtito de ceſſione.

Quando, & contra quos habeat locum ſtatutum concedens capturam debitoris, latè Card. Tuſch. lit. S. concluſ. 478. per tot. vbi an contra hæredem debitoris, & quibus ſeruatis, & concluſ. 529. vide in §. Executio num. 9. & 10.

De Statuto reijciente exceptiones.

1 Statutum poteſt tollere omnes exceptiones, ſi conſtet de mente ſtatuentium, ſi autem generaliter loquatur, ſunt quædam exceptiones adeò priuilegiatæ, vt non cenſeantur ſublatæ, niſi de illis ſit facta ſpecialis mentio, & pariter ſtatutum permittens quaſdam tantùm exceptiones opponere, non videtur reijcere ſimiles, Aſin. in Prax. §. 31. cap. 21. num. 2. Menoch. lib. 2. præſumpt. 48. per tot. facit quod dixi in §. Nullitas num. vide Card. Tuſch. lit. S. concluſ. 525. & 526. per tot. Odd. tract. de reſtit. in integr. quæſt. 42. art. 6. nu. 27. & ſeqq. Peregrin. deciſ. 148. per tot. Conciol. cum Romaguer. ad ſtat. Eugub. lib. 2. Rub. 3. per tot.

Statutum quòd contra inſtrumentum, vel ſententiam, non poſſit opponi niſi de falſitate, illo non obſtante poterit opponi inſtrumentum, non eſſe inſtrumentum, & carere debitis ſolemnitatibus, ac idem in ſententia Afflict. deciſ. 21. num. 14. Aſin. in Prax. §. 31. cap. 21. nu. 2. &c. Sanfelic. deciſ. 365. cum Addit. vbi plura ad rem in terminis liquidationis inſtrumenti iuxta Pragmaticas Regni Neapolitani. 2

De ſtatuto præfigente terminum ad opponendas nullitates, & exceptiones, vide Gratian. deciſ. 151. per tot. facit quod dixi in §. Exceptio num. Sanfelic. deciſ. 299. num. 8.

Statutum generaliter reijciens omnes exceptiones, non videtur primò reijcere exceptionem, ex qua tollitur qualitas, in qua fundatur ſtatutum, & ideò vt dixi ſupra poteſt opponi inſtrumentum non eſſe ioſtrumentum, vel ſententiam non eſſe ſententiam, Aſin. loc. cit. verſ. primo igitur, Menoch. lib. 2. præſumpt. 48. nu. 1. 3

Secundò, non videtur tollere exceptionem deſcendentem ex capite eiuſdem, vel alterius ſtatuti, Aſin. in Prax. §. 31. cap. 22. Menoch. d. præſumpt. 48. num. 3. Fontanel. deciſ. 243. & 244. vbi latè, & benè declarat quando exceptio deſcendat ex eodem inſtrumento, vel non.

Tertiò, non tollit exceptionem inhabilitatis perſonæ, puta excommunicationis, vel banni, Aſin. d. §. 31. cap. 23. Menoch. d. præſumpt. 48. num. 6. Vant. de nullit. ex defect. inhabilit. ſeu mand. num. 1. & 2. Peregrin. deciſ. 148. num. 8.

Quartò, non tollit exceptionem notoriam, & manifeſtam, Aſin. d. §. 31. capit. 25. Menoch. d. præſumpt. 48. num. 9.

Quintò, in dubio non videtur reijcere exceptionem, quam quis ſe offert incontinenti probare, Aſin. d. §. 31. cap. 26. Roland. conſ. 98 lib. 3. Corſett. ſing. 2. in verb. exceptio, Menoch. lib. 2. præſumpt. 47. num. 2. Sanfelic. deciſ. 312. nu. 9. vbi quòd ſi exceptiones oppoſitæ probentur in promptu, & plenè executionem impediunt, ſecus autem ſi altiorem requirant indaginem.

Sextò, non exceptionem defectus citationis, Aſin. loc. cit. cap. 27. Menoch. lib. 2. præſumpt. 48. num. 11. &c. Vant. de nullit. ex defect. citat. numer. 8. Peregrin. deciſ. 148. num. 2. 3

Septimò, non exceptionem contrarietatis, & perplexitatis, quia ſibi contrarius non eſt audiendus, Aſin. loc. cit. cap. 28. Menoch. d. præſumpt. 48. nu. 13.

Octauò, non exceptionem, quæ oritur ex natura ſubiectæ materiæ, vt ſurreptionis in reſcriptis, Aſin. d. §. 31. cap. 29. Menoch. d. præſumpt. 48. num. 14.

Nonò, non exceptionem, quæ oritur ex eodem fonte, ex quo naſcitur petitio, Aſin. loc. cit. cap. 30. Menoch. loc. cit. num. 23. Franch. deciſ. 623. prout quando naſcitur ex ventre inſtrumenti, à parte producti, Aliograd. conſ. 37. num. 6. & ſeqq. lib. 1. vbi quòd iudex tenetur ex officio huiuſmodi exceptionem attendere ad rei fauorem actoremque repellere, Peregrin. deciſ. 148. num. 9. Sanfelic. deciſ. 312. num. 10. &c. vbi quòd exceptio proueniens ab eodem inſtrumento impedit illius executionem, dummodò ſit peremptoria, & latiùs idem Sanfelic. deciſ. 365. cum plena Addit.

Decimò, non exceptionem nullitatis, cùm intelligatur de actu valido, & cùm ſit defenſio, Aſin. §. 31. c. 31. Menoch. d. præſumpt. 48. n. 24. &c. vide Peregrin. deciſ. 148. per tot. Sanfelic. deciſ. 299. per tot.

Et ſi in ſpecie reijciat nullitates, non cenſetur reijcere nullitatem ex defectu iuriſdictionis, gloſ. in Clem. 1. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. DD. in l. 4. §. Condemnandum de re iud. Sanfelic. deciſ. 419. nu. 57.

Vndecimò, non exceptionem incompetentiæ, vel quòd procurator exceſſerit formam mandati, Aſin. loc. cit. cap. 32. Magon. deciſ. Luc. 22. n. 17. & 18. cum Addit. vbi de exceptione incompetentiæ.

Duode-

Duodecimò, non exceptionem rei non traditæ tamquam deſcendentem ex eodem contractu, Gratian. *diſcept. forenſ. c.11. n.10. c.873. nu.3. &c.* Magon. *deciſ. Luc.11. nu.3. &c.* vbi tamen *nu.21.* quòd ſtatutum poteſt expreſsè illam tollere, Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 365.

Decimotertiò, non exceptionem deſcendentem, *ex l. 2. C. quod cum eo, &c.* Gratian. *diſcept. forenſ. c.799. n.13. &c.* vide *in §. Filius num.*

Decimoquartò, non officium iudicis, Aſin. §. 31. *c.* 33. *&* 34. Menoch. *d. præſumpt.* 48. *num.* 28. Peregrin. *deciſ.* 148. *num.* 10. *&c.*

Decimoquintò, non exceptionem indirectam, & quæ per tertium opponeretur, Aſin. *d.* §. 31. *c.* 35.

Decimoſextò, non exceptionem defectus cauſæ, cùm regulariter non valeat obligatio ſine cauſa, Gratian. *deciſ.* 137. *in Addit. n.1.* vide *in §. Obligatio num.*

Decimoſeptimò, non exceptionem metus, Aſin. §. 31. *c.* 36. Menoch. *lib.2. præſumpt.* 48. *num.* 17.

Decimooctauò, non exceptionem ſimulationis, Aſin. *loc. cit. c.37.* Gratian. *diſcept. forenſ. c.255. n.34.* vide Peregrin. *deciſ.148. nu.13.* vbi allegat in contrarium, & Viui. *comm. opin.* 832. vbi plura.

Decimononò, non exceptionem innocentiæ, Aſin. *d.* §. 31. *c.38.* Menoch. *d. præſumpt. 48. nu.* 18.

Vigeſimò, non exceptionem fundatam in confeſſione partis, Aſin. *d.* §. 31. *cap.19.* Menoch. *de præſumpt.* 48. *num.* 19. Altograd. *conſ. 37. nu. 6. & ſeqq. lib. 1.* vbi de Statuto Lucenſe, quòd debitor non audiatur ante præſtitam fideiuſſionem, vel factam executionem, quod procedere tantùm oſtendit quoad exceptiones orientes ex facto debitoris, ſecus autem quoad exceptiones orientes ex facto, & confeſſione partis, vel ex ventre inſtrumenti ab ea producti, quas probat admitti debere non obſtante dicto ſtatuto, etiam non præſtita dicta fideiuſſione, nec alia facta executione; & in ſimili, ſed arctiori, & durioris Pragmatica Neapolitana, vt debitor non poſſit audiri niſi in vinculis, vel facto depoſito, latè Sanfelic. *deciſ. 365. cum plena Addit.*

Vigeſimoprimò, non exceptionem fundatam in alio inſtrumento æquè ſolemni, Aſin. *d.* §. 31. *cap.40.* Menoch. *d. præſumpt. 48. num.20.*

Vigeſimoſecundò, non exceptionem inepti libelli, Aſin. *d.* §. 31. *c.* 41. Menoch. *d. præſumpt.* 48. *nu.* 21.

Vigeſimotertiò, non defenſionem, Aſin. *loc. cit. cap.* 42.

Vigeſimoquartò, non exceptionem prouenientem ex dolo partis, Aſin. *vbi ſupra cap.* 43. Menoch. *d. præſumpt.* 48. *n.* 29. Peregr. *deciſ.* 148. *nu.* 3.

Vigeſimoquintò, non exceptionem, quæ opponeretur contra executionem, & non contra inſtrumentum, Aſin. *d.* §. 31. *c.44.* Menoch. *loc. cit. nu.31.*

Vigeſimoſextò, non exceptionem recuſationis iudicis, Aſin. *loc. cit. c.45.* Menoch. *vbi ſupra nu.* 32.

Vigeſimoſeptimò, non exceptionem ſolutionis, Aſin. *c.* 46. Menoch. *nu.* 33.

Vigeſimooctauò, non exceptionem compenſationis, Aſin. *d. c.46. n.1.* Menoch. *d. præſumpt.48. n.34.* Marth. Medic. *deciſ. 91. nu.23. &c. & exam. 60. n.4. &c.*

Stante tamen obligatione Camerali non admitteretur compenſatio, Menoch. *loc. cit. n.36.* vide *in §. Compenſatio.*

Vigeſimononò, non exceptionem intentionis, & facti, Aſin. §.31. *c.47.* Menoch. *d. præſumpt.48. nu.* 37. Milanenſ. *deciſ. Rot. Sicil. 3. & 8. lib. 2.* Ricc. *Collect.* 2851. vbi quia iudices etiam parte non opponente tenentur huiuſmodi exceptionem ſupplere. Eſt autem exceptio intentionis, & facti illa, quæ nihil iuris in ſe continet, vt quia actor nullam habet actionem, ſed de facto tantùm agit, & contra eum reus pariter de facto tantùm excipit, *l. qui ſe debere ff. de condit. ob cauſ.*

Trigeſimò non exceptiones Velleiani, nec Macedoniani, Aſin. *loc. cit. c.48.* Menoch. *n.38.* vide *in §. Senatuſconſultum num.* Addit. ad Sanfelic. *deciſ.365. verſ. Exceptio.*

Trigeſimoprimò, non exceptionem retentionis, Mart. Medic. *deciſ.91. nu.21. &c.*

Trigeſimoſecundò, non exceptionem vſurarum, Aſin. *d.* §. 31. *c.49.* Menoch. *d. præſumpt. 48. num.* 39.

Trigeſimotertiò, non exceptionem falſitatis, Aſin. §.31. *c.* 50. Menoch. *d. præſumpt. 48. nu.40.*

Trigeſimoquartò, non exceptionem quòd res petita non ſit in rerum natura, Aſin. *loc. cit. c.51.* Menoch. *nu.41.*

Trigeſimoquintò, non reſtitutionem in integrum, Aſin. *loc. cit. cap.* 52. Menoch. *num.42.*

Trigeſimoſextò, non exceptionem nullitatis ex actis reſultantem, Aſin. *c.53.* Sanfelic. *dec.* 365. *cum Addit.*

Trigeſimoſeptimò, non exceptionem non numeratæ pecuniæ, Aſin. *vbi ſupra cap.* 54. Soccin. *reg. 97. ampliat.* 3. *&* 4.

Trigeſimooctauò, non exceptionem cedendarum actionum, Aſin. *loc. cit. cap.* 55. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.409. num. 1. cap.701. num. 2.* Montan. *de tut. cap. 39. num.* 135.

Trigeſimononò, non exceptionem orientem ex facto aduerſarij agentis, Aſin. *d.* §. 31. *cap.* 56.

Quadrageſimò, non exceptionem implementi, etiamſi in inſtrumento adeſſet obligatio Cameralis, Grat. *diſcept. forenſ. c.45. nu.3. &c. c.143. nu.48. &c. c.243. nu.25. &c. cap.246. num.10. &c. cap.273. nu.19. &c. cap.301. & 302. per tot. cap.307. 512. & 989. per tot.* vbi multa de huiuſmodi exceptione non implementi, Altograd. *conſ.* 10. *nu.* 14. *&c. lib.1.* vide *in §. Exceptio num.*

De Statuto fœminarum excluſiuo.

STatuta communiter vigentia per Italiam, *quod extantibus maſculis fœmina non ſuccedant*, ſunt vtique valida, & à conſuetudine paſſim approbata, ac de facto quotidiè ſeruata, ita vt de illorum validitate non amplius contingat diſputari, maximè ſi agatur de excluſione talium fœminarum, quibus de iure non ſit debita legitima; vel etiam fœminarum, quibus debeatur legitima, veluti filiarum, & aliarum deſcendentium, dummodò iſtis aliquid loco legitimæ reſeruetur puta dos etiam ſi ſit minor legitima, ac etiam ſi loco legitimæ cum illius priuilegijs non ſuccedat, vt latè probat Albert. Brun. *tract. de ſtat. quod ſtant. maſcul. art. 1. per tot.* Georg. Natt. *eod. tract. quæſt. 1. per tot.* Ricc. *Collect.* 1151. Rot. *part. 12. recent. deciſ. 342. nu. 7. &c.* facit quòd dixi *in §. Dos num.* *& §. Legitima num.* *in reſol. c.90. n.22. & 23.* Merlin. *de Legitim. lib.3. tit.1. quæſt.2. nu.1. & ſeqq.* Tuſch. *lit. S. concluſ.656. & ſeqq.* vbi de ſtatutis huiuſmodi diuerſorum locorum, & quando habeant locum, vel non, Peregrin. *deciſ.*138. *&c.* 1

Plura de Statuto excluſiuo fœminarum ſtantibus maſculis, Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.2. Rub.62. per tot.* & de ſtatuto excludente ſorores, idem Conciol. & Romaguer. *loc. cit. Rub. 66. per tot.*

Quod huiuſmodi ſtatutum proſit etiam Religioſis, & Clericis, vt poſſint eius vigore fœminas excludere, niſi ipſi ſint excluſi a beneficio Statutorum, latè Andreol. *controuerſ.* 340.

Quòd etiam de iure Diuino, & per legem Moſaicam fœminæ excluderentur à ſucceſſione ſtantibus maſculis habetur Num. *cap.27.* Ioſue *cap.17.* Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit. 16. art.2. n.5.* Ac idem fuiſſe diſpoſitum per legem XII. Tabularum, mediam iuriſprudentiam, ac per ius Longobardorum, à quibus legibus originem traxiſſe huiuſmodi ſtatuta non videtur dubitandum, ex traditis per Albert. Brun. *d. tract. art. 2. per tot.* Rot. *part.2. diuerſ. deciſ.* 191. *num.7. &c.*

De iure autem communi fœminæ æqualiter cum maſculis ſuccedunt, per text. *in l. maximum vitium §. Sancimus itaque C. de lib. præter.* & dixi Rot. *part. 14. recent. deciſ. 428. num.* 3. ac alij paſſim, Rot. *part. 16. deciſ.267. num. 1. & ſeqq.* Et ita ſeruari in Cathalonia teſtatur Romaguer. *vbi ſup. num.46.* adde Io. Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. part. 2. quæſt. 45. & 46. per tot.* ac alibi, *vt in Indice generali in fine part.3. verb. Statutum excludens fœminas.*

Statuta fœminarum excluſiua propter maſculos, cùm ſint condita principaliter, vt familiæ, & agnationes in diuitijs conſeruentur, quod publicam reſpicit vtilitatem, dicuntur ſimpliciter fauorabilia, etiamſi in odium, & grauamen fœminarum ſecundariò reſultent, quod non attenditur, ſed intentio principalis ſtatuentium, Brun. *d. tract. art. 3. & 4. per tot.* Rom. *conſ.16. et conſ.32.* Viui. *comm. opin.812. num.1.* Curt. iun. *conſ. 150. num.3 etc.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 449. num. 19. cap. 890. num.31. etc.* Magon. *deciſ. Flor. 105. vel 106. num. 10.* Mart. Medic. *Exam. 49. per tot. cum Addit.* Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 2. num. 2. et ſeqq. ad 29.* dixi *in reſol. cap. 90. num. 22. et 23.* ac alibi Merlin. *deciſ. 740. num. 3.* vbi quòd licèt ſint corre- 2

ctoria

ctoria iuris communis, tamen non odioſa, ſed fauorabilia reputantur, cùm ſint conformia iuri antiquo, & diuino, vt ſupra, Rot. *part.12. recent. deciſ.*342. *num.*7. *&c.*

Quòd dicantur condita gratia agnationis conſeruandæ, ita vt hæc ratio tamquam vnica ſemper ſit habenda pro expreſſa, & ab illa ſit licitum arguere ad extenſionem ſtatuti, tenent multi, & præcipuè Brun. *d. art.*3. *num.*11. *&c.* Cyriac. *contr.*400. *num.*60. *&c.* quos ſequitur Rot. *part.9. recent. deciſ.*267. *num.*14. vbi tamen non loquitur de extenſione, *& deciſ.*383. *per tot. d. part.*9.

Sed contrarium quòd imò non præſumatur hæc vnica ratio, nec ab ea ſit licitum arguere ad extenſionem ſtatuti, vbi non eſt expreſſa, & licèt præſumeretur non ſit permiſſa extenſio ad excluſionem perſonarum, Altograd. *conſ.*64. *num.*18. *& ſeqq. lib.*1. vide *in* §. *Agnationum.* latè Merlin. *loc. cit.*

Quòd tunc dicantur condita fauore agnationis quando illius ratio fuit expreſſa, vbi verò non eſt expreſſa, ſed indiſtinctè, & generaliter loquuntur de ſucceſſione maſculorum tantùm, pariter dicantur agnationem reſpicere, hoc tamen caſu dicta ratio non præſumatur vnica, nec ab ea ſit licitum arguere iuxta veriorem opinionem, niſi taliter loquerentur, vt ex illorum apparentia conſtaret, agnationis fauorem fuiſſe vnicam rationem, vt ſi vocarent omnes agnatos, & excluderent omnes cognatos, quaſi tunc huiuſmodi ratio ſit vniformis, & generalis ad totam diſpoſitionem, ſecus ſi non poſſit vniformiter ad omnes caſus applicari: Quando autem excludunt fœminas à ſucceſſione paſſiua fœminarum, tunc non dicuntur condita fauore agnationis, ſed ratione ſolius, & nudæ maſculinitatis, prout etiam quando non præferunt omnes agnatos fœminis, quaſi iſto caſu ratio non ſit generalis, nec vniformis ad totam diſpoſitionem, & quamuis etiam in ſucceſſione paſſiua fœminarum poſſit eſſe conſiderabilis ratio agnationis, tamen hoc intelligitur dummodò ſit expreſſa, aliàs ſecus, vt benè quatuor caſus diſtinguendo ſuper ſtatuto Genuæ, probat Altograd. *conſ.*62. *per tot. lib.*2.

Quòd dicta ſtatuta ſint fundata in motiuo conſeruandæ agnationis, quando illius ratio eſt expreſſa, & in dubio recurrendum ſit ad ius commune pro interpretatione, Rot. *in Nouiſſ. part.*6. *deciſ.*206. *num.*18. *&c.*

Et tunc dicantur fauorabilia, ac conſeruare debeant id totum, quod pertinet ad agnationem ſeruandam, Rot. *in eadem cauſa deciſ.*232. *d. part.*6. Gratian. *diſcept. for. cap.* 890. *num.*30. *&c.*

Quòd quando eſt expreſſa ratio agnationis dicatur finalis, & ab ea .... reguletur diſpoſitio ſtatuti, ita vt ceſſet vbi fauor agnationis non eſt conſiderabilis, & ſemper vigeat vbi ipſa ſibi locum vindicat, & ex ratione expreſſa liceat arguere ad caſus etiam improprios, Mart. Medic. *exam.*31. *num.*26. *&* 27. Altograd. *conſ.*62. *num.*4. *&c. lib.*2.

Quòd ſtatuta excludentia vt ſupra ſint fauorabilia, intellige quando conſtituta dote fœminæ, maſculus tranſuerſalis intendit excludere fœminam pariter tranſuerſalem, vel maſculus deſcendens fœminam deſcendentem, alias ſecus ſi tranſuerſalis vellet excludere deſcendentem, Rot. *part.*2. *diuerſ. deciſ.*191. *num.*11. *&c.* Michalor. *de fratr. part.*3. *cap.*11. *num.*13. *&c.* Rot. *part.*16. *recent. deciſ.*267. *num.*16 vbi etiam, quòd quando ſunt odioſa requirunt confirmationem in forma ſpecifica, alias non ſunt valida, nec attendenda, maximè non docto de illorum obſeruantia, ſed potiùs de inobſeruantia, *& part.*17. *deciſ.* 94. in eadem cauſa.

Quòd vbi agitur de excludenda ſorore ab hæreditate fratris, & ſic inter tranſuerſales dicantur .... fauorabilia, quicquid dubitari .... poſſit vbi agitur de excludendo .... ab hæreditate aſcendentium, Curt. iun. *conſ.*150. *num.*6. dixi *in reſol. cap.*27. *num.*2. *&c.*

Quòd ſint latè interpretanda quando per ea ſit redditus in diſpoſitionem iuris communis, alias autẽ dicantur correctoria, & ſtrictè interpretanda, Rot. *in Nouiſſ. part.*6. *deciſ.* 167. *n.*16. *&c. part.*14. *deciſ.*428.

Quòd quando fœminæ non excluduntur pro conſeruanda agnatione, & fauore maſculorum, ſed ſimpliciter propter dotem, huiuſmodi ſtatuta dicantur odioſa, & reſtringenda, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*651. *num.*21. *&c.* Rot. *part.*2. *diuerſ. deciſ.*191. *num.*3. *&c.* vbi plura quòd ſint odioſa, & odio irrationali, imò irrationabiliſſimo, *& part.*16. *recent. deciſ.*267. *per tot. & part.*17. *deciſ.*94.

Quòd ſint correctoria, nutriant odium, repugnent æquitati naturali, ſint omninò odioſa ſaltem reſpectu perſonarum excluſarum, & reſtringantur ad perſonas nominatas, prout ad eas, & ad caſus expreſſos reſtringatur etiam ratio agnationis expreſsè, Altograd. *conſ.*48. *num.*11. *&c. lib.*2. Rot. *part.*14. *recent. deciſ.*46. *n.*6. *& ſeqq. part.*16. *deciſ.*287. *num.*15. *& ſeqq.* vbi quòd impia reputantur ſi excludant filias propter extraneos.

Qualiter dicantur correctoria, & odioſa vbi non eſt expreſſa ratio agnationis conſeruandæ, & niſi vrgente aliqua cauſa non extendenda ad perſonas nominatim non expreſſas, Capr. *conſ.*73. *num.*4. Corn. *conſ.*95. *num.*8. *lib.*1. *conſ.* 305. *num.*4. *lib.*4. quos ſequitur Rot. *in Narnien. ſucceſſionis* 26. *Nouembris* 1629. coram Merlino *in Nouiſſ. part.*5. *deciſ.*321. *& part.*16. *deciſ.*329. inter impreſſas eiuſdem Merlin. *deciſ.*.... Altograd. *conſ.*64. *num.*3. *lib.*1. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.*265. *num.*9. vbi quòd ratio conſeruandæ agnationis non extendit ſtatuta iuris communis correctoria de perſona ad perſonam, nec de caſu ad caſum, ſed procedunt, & intelligi ſtrictè debent adueniente caſu à ſtatuentibus conſiderato, & loquitur ad interpretationem ſtatuti veteris, & noui Ciuitatis Rauennæ, *& part.*14. *deciſ.*46. *num.*7. *& ſeqq. per tot.* vbi de ſtatuto Fani, & de eodem *deciſ.*357. vbi fuit confirmata alia deciſio, quòd mater cenſeatur excluſa tantùm à perſonis, quæ oculis corporeis leguntur, & non ab alijs, & rurſus Rot. *d. part.*14. *deciſ.*438. *in eadem cauſa*, vbi fuit confirmata prima deciſio *infr. num.*38. *&c.*

Quòd dicta ſtatuta excludentia fœminas propter maſculos cenſeantur excludere etiam omnes deſcendentes ex fœminis, licèt maſculos, cùm iſti omnes inter cognatos reputentur, Altograd. *conſ.*93. *n.*1. *&c. lib.*1. vide in §. *Agnationum*.... Merlin. *de legit. lib.*3. *tit.*1. *quæſt.*17. *num.*34. Tuſch. *litt. S. concl.*662. *per tot.*

Quam interpretationem recipiant, vel excludunt huiuſmodi ſtatuta fœminarum excluſiua, latè Brun. *de ſtat. excluſ. fœmin. art.*5. *per tot.* Viui. *comm. opin.*812. *per tot.*

Qualiter procedant etiam fauore fœminarum agnatarum ad excluſionem matris, Rot. *part.*11. *recent. deciſ.*169. *per tot.*

Quòd tamquam correctoria iuris communis ſint reſtringenda, vt quantò minus fieri poteſt illud corrigant, ita vt ſi poſſint plures caſus comprehendere, in vno tantùm corrigere ſint interpretanda, Rot. *part.*18. *recent. deciſ.*241. *num.*6. *& ſeqq.*

Statutum excludens *filias fœminas*, *ſtantibus filijs ma-* 3
ſculis, non videtur procedere, ſi dicti filij maſculi primi gradus non adſint, cùm non ſit extendendum ad perſonas nominatim non expreſſas; ſed tamen ſi extent filij eorum maſculi, filias fœminas prædictas ſuas amitas excludunt, vel quia nepotes ex filio veniant appellatione filiorum iuxta ea, quæ dixi in §. *Appellatiua num.*.... vel quia perſonam patris repreſentent, etiam ad effectum excluſionis fœminarum, intelligendo vbi in ſtatuto eſt expreſſa ratio agnationis conſeruandæ, vel taliter diſpoſitum, vt conſtet agnationis fauorem fuiſſe vnicam illius rationem, alias autem ſecus, Gratian. *diſceptat. for. cap.*890. *num.*28. *& ſeqq.* Rot. *in Narnien. ſucceſſionis* 7. *Februarij* 1629. coram Merlino *num.*25. *inter impreſſas eiuſdem deciſ.*390. Altograd. *conſ.*58. *n.*3. *lib.*1. Michalor. *de fratr. part.*3. *cap.*11. *num.*118. *& num.*168. Merlin. *de legit. lib.*3. *tit.*1. *quæſt.*17. *num.*24. *&c.* dixi *in reſol. cap.*27. *num.*3. *& ſeqq. per tot. cap.* 45. *num.*10. *&c.* vide in §. *Repreſentatio num.*11. *&c. infr. num.*18. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.*113. *num.*55. *vol.*1. Peregrin. *deciſ.*103.

Quòd ſtatutum excludens fœminas ab hæreditate aliquarum perſonarum nominatarum, intelligatur voluiſſe tantùm excludere ab illarum ſucceſſione, & non aliarum in ſtatuto non expreſſarum, licèt videatur maior vigere ratio, & aliqua de repreſentatione ad hunc effectum, Cephal. *conſ.*616. *num* 44. *&c.* Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*15. *per tot. part.*14. *deciſ.*46. *& deciſ.*357. *infr. n.*53. *& num.*18.

Licèt non extendatur dictum ſtatutum de perſona ad perſonam ex identitate rationis, tamen poſſe extendi ex maioritate rationis, & ex mente ſtatuentium, cùm his caſibus dicatur potiùs comprehenſio quàm extenſio, Rot. in ſelectis per Farinac. *part.*1. *tom.*1. *deciſ.*104. *n.*1. *&* 4. *infr. num.*6. *in fine*, *& num.*53.

Statutum quòd fœminæ non ſuccedant cum maſculis ſi fuerint dotatæ, an habeat locum decedente patre cum filio maſculo, per quem filia dotata remanſit excluſa, ſi poſteà ipſe filius decedat relicta ſolum filia, vel filiabus fœminis, & ſic an neptis præferatur, vel concurrat cum amita, dic quòd ſi ille filius deceſſit viuente patre communi, æqualiter concurrunt neptis, & amita ad ſucceſſionem aui, & patris reſpectiuè poſteà defuncti ab inteſtato; ſi verò iam patre defuncto decedat filius, præferatur neptis, ad quam ex perſona ſui patris fuit translatum ius adeundi hæreditatem quatenus non fuiſſet adita, & excludendi amitam in illo radicatum, cùm non ampliùs auita, ſed paterna dicatur hæreditas, in qua prima cauſa ſuccedendi eſt deſcendentium, & non tranſuerſalium; quicquid ſecus ſit vt ſuprà in primo caſu decedentiæ filij ſuperſtite adhuc patre ſuo communi, & ſororum, auo autem reſpectiuè filiæ filij, nam tunc, vt dixi æqualiter admittuntur neptis, & amita, quia tunc agitur de aui, & non patris hæreditate, & neptis repræſentando perſonam patris conſtituitur in æquali gradu cum amita, Pract. Papp. *libell. pro legat. rei. ſing. gloſſ.* 1. *num.* 82. *cum Addit.* Soccin. iun. *conſ.* 1. *num.* 2. *lib.* 1. Capyc. *deciſ.* 21. *per tot.* Surd. *deciſ.* 138. Duran. *deciſ.* 36. *num.* 20. *& ſeqq.* Franch. *deciſ.* 32. *num.* 1. *& ſeqq.* vide *in reſolut. cap.* 45. *num.* 13. *&c.* & in hoc Opere §. *Repreſentatio num.* 11. Mart. *de ſucceſſ. legal. part.* 1. *quæſt.* 24. *num.* 8. *&c. & vot. Piſ.* 102. *per tot.* Ioſeph. Feliu. *in Margarit. var. concluſ. verb. Tranſmiſſio, verſ. amplia fol.* 114. Trentacinq. *var. reſolut. lib.* 1. *tit. de ſtat. reſolut.* 1. Craſſ. *de ſucceſſ.* §. *Tranſmiſſio quæſt.* 23. Marin. *reſolut. lib.* 2. *cap.* 145. Lanar. *conſ.* 1. *num.* 58. *& ſeqq.* & nouiſſimè, ac plenè Io: Dominic. Panſut. *contr.* 14. *& ſeqq.* vbi etiam quid dicendum ſit in terminis Conſtitutionis Neapolitanæ, & reprobat Capyc. *d. deciſ.* 21. *ac eius ſequaces.*

Niſi dicamus filiam ingredi locum patris, & illius perſonam repreſentare, etiam quoad ſexum ad effectum excludendi amitam ſecundum opinionem Hodiern. *in l. hac edictali quæſt.* 41. *n.* 13. *C. de ſecund. nupt.* & latè in Addit. ad Surd. *d. deciſ.* 138. & ſequutus ſum in *d. cap.* 45. *num.* 12. *& num.* 15. vide Mart. *de ſucceſſ. d. quæſt.* 24. *per tot. & vot.* 102. Panſut. *& alios ſupracitatos.*

Quòd ſtatutum excludens filias propter maſculos excludat etiam neptes, nam neptis ex filio non debet eſſe melioris conditionis quàm filia, Bart. *in l. liberorum num.* 13. *in fine ff. de verb. ſignific.* Brun. *tract. de ſtat. fœmin. excluſ. art.* 6. *num.* 111. *&* 142. Martha *vot. Piſ.* 47. *num.* 5. *&c.* Intellige cum prædicta diſtinctione ſi pater neptis ſit præmortuus, ſecus ſi ſuperuixit, & paternam adiuit hæreditatem, quia tunc deſinit eſſe hæreditas auita, & efficitur paterna, à qua non excluditur neptis adeuntis filia, niſi extent alij eius fratres maſculi, qui caſus eſt extra prædictam dubitationem, & vide Brun. *loc. cit.* Viui. *comm. opin.* 869. vbi videtur tenere quòd non excludatur neptis, ſed ſuccedat cum patruis ad hæreditatem alterius patrui iuxta diſpoſitionem iuris communis, ipſum ad eas, & *infr. num.* 6. *in fine*, vbi quòd contrarium eſt verius ex Rot. in ſelectis per Farinac. *part.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 104. *per tot.* facit Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 753. *num.* 4. *&* 5. vide Panſut. *loc. ſupr. cit.* vbi benè diſtinguit in terminis *Conſtit. Neapolit.*

5 Statutum excludens fœminas exiſtentes in pari gradu, non intelligitur excludere ſororem à ſucceſſione fratris per exiſtentiam filij alterius fratris, quia mulier ſoror eſt in ſecundo gradu, maſculus verò filius fratris in tertio gradu, & licèt repreſentet perſonam ſui patris, & ſic videatur in pari gradu, tamen intelligitur repreſentare, quoad hoc vt admittatur vnà cum amita, non autem vt illam excludat, Rot. *in Nouiſſ. part.* 4. *deciſ.* 385. & multos hanc opinionem tenentes refert Altograd. *conſ.* 58. *num.* 79. *lib.* 1. vbi tamen fatetur contrariam eſſe magis communem.

Contrariam itaque opinionem, ex eo quia ſi datur repreſentatio, quæ negari non poteſt, ille nepos in pari gradu dicitur, ex quo in neceſſariam conſequentiam poſteà venit excluſio fœminæ, ſequitur licèt nihil alleget Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 11. *num.* 168. Gratian. *diſcept. for. cap.* 890. *n.* 28. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 17. *n.* 24. Altograd. *d. conſ.* 58. *num.* 11. *lib.* 1. dixi *in reſol. cap.* 45. *num.* 15. vide in §. *Repreſentatio num.* 11.

Quòd fœminæ per ſtatutum excluſæ non dicantur eſſe pares in gradu cum maſculis ad effectum impediendæ tranſmiſſionis, cùm non attendatur æqualitas, vel inæqualitas gradus reſpectu ſanguinis, ſed reſpectu ſucceſſionis, Altograd. *conſ.* 82. *num.* 15. *lib.* 1. *conſ.* 83. *num.* 19. *&c.* vbi *num.* 102. intelligit dummodò maſculi ſuccedant, cùm alias fœminæ dicantur in pari gradu, vbi maſculi actualiter non ſuccedunt.

6 Statutum admittens ſolùm maſculos ad ſucceſſionem, excludit fœminas ex maſculo deſcendentes, nulla habita ratione repreſentationis, quia in illis deficit qualitas maſculinitatis, Gratian. *diſcept. for. cap.* 695. *num.* 12. dixi *in reſol. cap.* 45. *num.* 11. vbi *num.* 12. *&c.* retuli etiam tenentes quòd filia ſubingrediatur in locum, & ſexum patris ad excluſionem amitæ, vide *ſupra num.* 4. *& in* §. *Repreſentatio num.* 11. facit Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 17. *num.* 34. Gratian. *cap.* 15. *num.* 8. *& ſeqq. ad* 23. Brun. *de ſtat. excluſ. fœmin. art.* 6. *num.* 89. *&c.* Natt. *eod. tractat. quæſt.* 2. *princip. num.* 34. *&c.* Seraph. *deciſ.* 496. Viui. *comm. opin.* 869. vbi de ſtatuto excludente ſorores extantibus fratribus, vt habeat locum etiam contra filias fœminas fratris prædefuncti, & ſic neptes, quæ vigore ſtatuti excluderentur à ſucceſſione patrui, ſicut & ſorores, ne neptes exiſtentes in remotiori gradu ſint melioris conditionis, quam ſorores, licèt poſtea videatur contrarium firmare, vt dixi *ſupra num.* 4. *in fine*; ſed neptes excludi, vt ſuprà per dictum ſtatutum, benè probat Rot. in ſelectis per Farinac. *part.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 104. *per tot.* vide Panſut. *d. controu.* 14. *& ſeqq.* vbi benè diſtinguit in terminis *Conſtit. Neapolit.*

7 Statutum excludens fœminas ab hæreditate alicuius decedentis ab inteſtato procedit, & locum habet quamuis ille talis deceſſerit condito teſtamento, vt reprobatis Cornel. *conſ.* 290. *num.* 11. *&c. lib.* 3. Bart. *conſ.* 31. *lib.* 1. Salyc. & Iaſ. *in auth. Nouiſſima num.* 18. *&* 58. *C. de inoffic. teſt.* latè firmat Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 14. *num.* 15. *& per tot.* vbi allegat Capr. *conſ.* 84. *num.* 6. Rot. *in Romana ſupplementi coram Arigonio* 8. *Februarij* 1593. *& in Romana cenſus de Mutijs* 24. *Maij* 1619. *coram Decano, & alios*, vbi etiam ſubdit rationes, & contrarijs reſpondet Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 942. *num.* 8. *&c.* latè Tuſch. *littera S. concluſ.* 538. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 207. *num.* 14. *&c.* vide Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 128. *num.* 10. *& ſeqq.* vbi benè declarat Ludouiſ. cum Beltram. *deciſ.* 358. vbi quòd dicta concluſio procedit quando fœminæ venirent ad impugnandum teſtamentum, ſecus ſi ad capiendum, vel petendum, ex teſtamento ſibi relicta.

Intellige etiam quando facto teſtamento fuerunt inſtituti illi, quorum contemplatione fœmina reperitur excluſa, alias ſi extranei ſint inſtituti, ſtatutum loquens ab inteſtato, non procedit condito teſtamento, Altograd. *conſ.* 56. *n.* 16. *lib.* 1. *in fin. num.* 8. Viui. *comm. opin.* 773. *per tot.* Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 112. *num.* 5. *& ſeqq. & part.* 18. *tom.* 1. *deciſ.* 45. *num.* 8. *&* 9.

Quòd cauſa teſtati in dubio regulari debeat ſecundum cauſam inteſtati, cum teſtator præſumatur voluntatem ſuam iuris ſui municipalis diſpoſitioni accommodaſſe, & eum ea ſe conformare voluiſſe in ijs, in quibus expreſsè contrarium non diſpoſuit, latè Rot. Luc. penes Altograd. *in fin. tom.* 2. *eius conſiliorum verſ. reſponſum fuit, & verſ. ſeqq. fol.* 654. dixi in §. *Teſtator num.* ...

Quòd quamuis ſtatutum excludat ab inteſtato, non prohibeat capere relicta in teſtamento, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 651. *num.* 31. *&c.* Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 358. *per tot.* vbi idem in renunciatione, & vide in §. *Filia num.* 92.

Quòd ſtatutum excludens fœminas propter maſculos poſſit habere locum etiam condito teſtamento ſi exprimat, & ſic poſſit priuare fœminas etiam ſucceſſione ex teſtamento, nec ob id dicatur impedire liberam teſtandi facultatem, ſed tantum quaſdam perſonas incapaces reddere, & poſſit ius ciuile in aliquibus minuere, & reſtringere ius naturale, vel gentium, Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 11. *num.* 10.

Quòd ſtatutum excludens fœminas ab inteſtato procedat etiam ſi conditum ſit teſtamentum, niſi contrarium diſpoſuerit teſtator, Alex. *conſ.* 131. *n.* 2. *lib.* 2. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 9. Altograd. *conſ.* 95. *n.* 129. *lib.* 2. vide Tuſch. *litt. S. concl.* 538. *per tot.*

Quòd loquens de ſucceſſione ab inteſtato non habeat locum

locum vbi adeſt teſtamentum, Put. deciſ.193. num.2.lib.2. Caualer. deciſ.297. num.33. & part.13. deciſ.128. & ſeqq. vbi benè declarat quaodo ſtatutum loquens ab inteſtato procedat etiam condito teſtamento, vel non, & part.17. deciſ.112. num.5. & ſeqq. per tot.

Quòd diſponens de ſucceſſione deferenda ab inteſtato facta computatione graduum ſecundum ius canonicum, habeat locum etiam in ſucceſſione ex teſtamento, quicquid contrarium voluerit Andreol. contr.168. lib.2. latè probat Altograd. conſ.46. & 47. per tot. lib.2.

8 Statutum excludens fœminas propter maſculos intelligitur dummodò maſculi, quorum fauore ſunt excluſæ reperiantur inſtituti, nam ſi extranei fuerint inſtituti, poterunt fœminæ impugnare teſtamentum, Merlin. de legit. lib.3. tit.1. quaſt.2. num.56. &c. Duran. deciſ.347. num.7. &c. Vrceol. conſult. forenſ. cap.17. num.23.51. & ſeqq. & cap.93. num.30. vol.2. Gratian. diſcept. forenſ. cap.702. num.54. &c. cap.490. num.32. &c. 567. num.4. &c. in quibus locis videtur ſibi contrarius, ipſum ad eas, & Clar. §. Teſtamentum quaſt.42. in fine, Michalor. de fratr. part. 3. cap.11. num.97. & ſeqq. vide in §. Filia num.86. latè Rot. part.9. recent. deciſ.267. & 383. & 91. per tot. vbi quòd ſimilia ſtatuta intelliguntur, quando adſunt maſculi, & quatenus agitur de conſeruandis bonis in aguatione, aliàs ceſſante hoc fundamento, ceſſat ſtatutaria diſpoſitio, Rot. part.13. recent. deciſ.46. per tot. & part.16. deciſ.287. num. 4. & ſeqq. vbi quòd vt intret ſtatutaria diſpoſitio duo potiſſimum requiruntur, nempè vt exiſtant agnati, & ijdemmet ſint hæredes, ita vt vnum ſine altero non ſufficiat, nec inſtitutio in ſola legitima, part.17. deciſ.112. num.17. & ſeqq. in eadem cauſa.

Ceſſat etiam ſtatutum ſi maſculi, quorum fauore fuit conditum admittant fœminas ad ſucceſſionem, cum quilibet poſſit fauori ſuo renunciare, ex quibus actibus inducatur huiuſmodi admiſſio, & alia Rut. part.10. recent. deciſ. 146. per tot.

Quòd ratio agnationis conſiderata à ſtatuto in excluſione fœminarum propter maſculos non dicatur adimpleta per inſtitutionem maſculorum in ſola legitima, quæ eſt exigua portio, ſed ad effectum dictæ excluſionis, debeant maſculi, quorum fauore eſt inducta, eſſe inſtituti hæredes vniuerſales, vel ſaltem io maiori parte bonorum, Seraph. deciſ.785. num.2. cum alijs per Rot. part.18. recent. tom.1. deciſ.45. num.10. & 12.

9 Statutum (prout Florentiæ, & Mutilianæ) admittens ad ſucceſſionem matris filias fœminas ſub conditione, ſi non exiſtat filios maſculus, vel maſculi, non dicitur conditum odio fœminarum, ſed facere maſculorum, quos ſupponit debere ſuccedere, ita vt ſi illi oon ſuccedant, non poſſit eſſe locus ſtatutariæ diſpoſitioni, & ſi decedant ante aditam hæreditatem non poſſiot tranſmittere in extraneum ius excludendi fœminas, prout in terminis ſtatuti Florentini, & hæreditatis matris infanti delatæ, à patreque eius nomine non aditæ, noo cenſeri excluſas ſorores dicti infaotis, licèt infans ex ſpeciali priuilegio tranſmittat in patrem hæreditatem non aditam, cùm non ob id tranſmittat cum iure, & facultate excludendi fœminas, quicquid ſit in tranſmiſſionem, quæ fit ratione ſuitatis, vel ſanguinis, latè Altugrad. conſ.82. lib.2. per tot.

10 Statutum excludens fœminas ſub conditione ſi maſculi exiſtant, videtur habere locum ſtante ſimplici maſculorulorum exiſtentia, cum illa ſola faciat deficere dictam conditionem, etiam ſi oon ſiot hæredes, & non ſuccedant, maximè ſi excloſio fœminarum ſit ſimplex, ita vt videantur de medio ſoblatæ tamquam ſi eſſent mortuæ; intelligendo quando maſculi non ſunt incapaces, nec repudiant, ſed ſolùm non adeunt, & ſumus, in caſu quo talis hæreditas delata, ſed non adita, nec repudiata tranſmittitur, vel iure ſanguinis, vel iure ſuitatis, qoia tunc ſufficit ſola exiſtentia maſculorum ad excluſionem fœminarum, etiam ſi non adeant, eum tranſmittant iure ſuitatis, vel ſanguinis hæreditatem ooo aditam vnà cum priuilegio, & iure in illis radicato excludendi fœminas; ſecus autem ſi tales maſculi eſſent ſucceſſionis incapaces, aut expreſsè repudiarent, quia tunc perinde eſt, ac ſi noo extarent, nec impediant admiſſionem, & ſucceſſionem fœminarum, cùm iſto caſu oon ſit locus alicui tranſmiſſioni, vt colligitor ex diſtinctione, Albert. Brun. tractat. de ſtat. excluſ. fœmin. art.10. quaſt.3.

num.18. et 23. art.12. num.116. et ſeqq. et art.13. num.77. et ſeqq. Soccin. Sen. conſ.296. per tot. lib.2. Martha de ſucceſſ. legal. part.1. quaſt.24. art.4. numer.26. et ſeqq. d. part.1. quaſt.13. art.9. num.32. etc. Corn. conſ.42. num.7. conſ.61. num.3. lib.4. à quibus in dictis terminis non diſſentit Altograd. conſ.82. num.1. et ſeqq. ad 16. et num.35. ac per tot. lib. 1. quamuis poſteà ſub num.28. etc. more conſulentis videatur illos tamquam pro ſe non facientes in ſpecies reprobare, facit quod dixi in §. Subſtitutio num.... latè Io: Dominic. Panſut. contr. for.20. per tot. vbi plura qualiter excluſio fœminarum non ſit ſimpliciter conſideranda, ſed ſub conditione exiſtentiæ maſculorum, quibus deficientibus, illæ admittantur æqualiter, ſiue onptæ, ſiue innuptæ ſint, collatis tamen dotibus, ac idem eſſe in quauis ampla renunciatione, quæ ſemper intelligitur fauore maſculorum, & ex illis deſcendentium, & noo aliter, vt dixi in §. Renunciatio num.24.

Statutum excluſiuum fœminarum, ſi loquatur per 11
dictiones, quouſque, donec maſculus extiterit, vel ſimiles, & non ſimpliciter excludat, dicitur tantùm temporaliter excludere, ita vt deficiente poſteà linea maſculorum, ſint admittendæ, atque reintegrandæ fœminæ, vel earum deſcendentes, dummodò nati fuerint, vel ſaltem concepti tempore excluſionis, licèt etiam ſecundum multos indifferenter admittantur noo facta huiuſmodi diſtinctione, illos tamen reprobat Michalor. de fratr. part. 3. cap.10. per tot. Pract. Papp. libell. hæredit. ex teſtament. gloſſ. Ac etiam realiter num.... cum Addit. Gratian. diſcept. forenſ. cap.218. num.85. etc. cap.447. num.25. cap.664. in fine cap.659. num.16. cap.965. num.17. etc. cap.890. num. 32. Soccin. iun. conſ.1. lib.1. Merlin. de legitim. lib.3. tit.1. quaſt.3 et 4. per tot. Altograd. conſ.48. num.7. lib.2. Magon. deciſ. Florent.148. num.13. vbi quòd aliàs fœminæ ſimpliciter excluſæ, etiam ſi per momentum tantùm ſuperuixerint maſculi quorum gratia fuerunt excluſæ, latæ in terminis ſtatuti Booonıæ Vrceol. Conſultat. for. cap. 78. per tot. vol. & in terminis ſtatuti Peruſioi, Rot. part.9. recent. deciſ.297. & Statuti Interamnæ eadem Rot. part. 11. deciſ.37. num.2. & rurſus in terminis Statuti Peruſini Rot. d. part.11. deciſ.146. per tot. vbi firmatur habere locum donec extat maſculi, & illis deficientibus fœminas, atque illarum hæredes reintegrari ſaltem ad legitimam.

An autem poſſint fœminæ interim petere à maſculis cautionem de ſibi reſtituendis bonis paternis, Merlin. loc. cit. quaſt.15. vbi quòd ſic de iure, ſecus autem de conſuetudine.

Quòd ſtantibus prædictis dictionibus temporalitatem denotantibus, fœminæ non ſint perpetuò excluſæ, ſed deficientibus maſculis, veniant ad ſucceſſiooem reintegrandæ, non quidem tamquam à ſtatuto per argumentum à contrario ſenſu vocatæ, ad effectum vt poſſint alios excludere, ſicuti quibuſdaio placuit, ſed per remotionem obſtaculi ſtatuti, ad hoc vt ſuccedant iure communi, Altograd. d. conſ.48. num.20. et ſeqq. per tot. lib.2. Rot. part.16. recent. deciſ.301.

Plura pro intelligentia dictæ reintegrationis factæ per ſtatutum ad bona, à quibus filia fuit excluſa, Ruin. tract. de ſtat. fœmin. excluſ. art.10. num.12. etc. Rot. part.9. recent. deciſ.383. num.4. et ſeqq. Gratian. deciſ.81. per tot. Tuſch. littera S. concluſ.665. per tot. Vrceol. d. cap.78. per tot. vol.2. quem ſequitur Rot. poſt eundem Vrceol. de tranſact. deciſ.46. vbi in terminis ſtatuti Bononiæ, Merlin. d. quaſt.3. et 4. vbi quòd fœmina interim decens non tranſmittit ius reintegrationis in ſuos deſcendentes, niſi ſtatutum vrgeat in contrarium, vel reintegratio ſit etiam ad fauorem deſcendentium, vel fuerint nati, ſiue ſaltem concepti viuente auo, &c. & quaſt.5. vbi quid ſtante renunciatione.

Statutum excludeos à ſucceſſione aui, auiæ, patris, ma- 12
tris, ſeu fratris omoes fœminas ab illis dotatas, donec, et quouſque ſuperfuerint maſculi per rectam lineam deſcendentes in infinitum, expreſſa etiam ratione agnationis, non operatur quin filiæ fœminæ ſemel excluſæ à ſucceſſione matris ob exiſtentiam filij maſculi earum fratris eodem poſteà defuncto ouo ſint admittendę ad illius ſocceſſionem de iure communi vnà cum patre ſuperſtite, qui illas oon excludit, cùm non ſit de deſcendentibos à ſtatuto nominatis ad fœminarum excluſionem, ſed dicatur caſus omiſſus, quicquid per extenſionem rationis agnationis contrarium

ſenuerint Cyriac. *contr.* 137. *num.* 6. & alij plures relati per Altograd. *conſ.* 58. *num.* 2. *&c. lib.* 5. qui ibidem *num.* 9. *&c. per tot.* concludit vt ſupra oſtendendo non eſſe locum huiuſmodi extenſioni, & contrariam opinionem procedere poſſe tantùm vbi ſtatutum ſimpliciter loqueretur de agnatis, quorum appellatione venit etiam pater ad excluſionem fœminarum, vel ſine huiuſmodi ditionibus temporalitatem denotantibus, ſecus autem vbi loquitur de deſcendentibus, & cum dictionibus prædictis.

13 Statutum vocans ad excluſionem fœminarum, vel aliter plures perſonas per dictiones, *ſiue*, *ſeu*, *vel*, *aut*, *& ſimiles disiunctiuas*, eſt intelligendum iuxta propriam naturam huiuſmodi dictionum, & ſic disiunctiuè, & non copulatiuè, ita vt inter perſonas nominatas cenſeatur inductus ordo ſucceſſiuus, & primò admittantur vocati in prima parte alternatiuæ, deinde in defectum illorum vocati in ſecunda parte ipſius alternatiuæ, & ſic deinceps iuxta ordinem litteræ, nec omnes ſimul concurrant, ſed vnus poſt alium, intelligendo quando inter huiuſmodi perſonas poteſt conſiderari ordo charitatis, affectionis, vel prælationis, vel ratio diuerſitatis, etiam ex ſolo fauore maſculinitatis elicita, vt latè probat Altograd. *conſ.* 60. *num.* 59. *& ſeqq. per tot.* præcipuè *num.* 87. 88. 89. *&* 90. & latiùs in eadem cauſa *conſ.* 61. 62. *&* 63. *per tot. lib.* 2. vbi omnibus obiectis ſatisfacit, licèt in fine dicat cauſam fuiſſe tranſactione ſuis clientibus fauorabili deciſam, vide in meis *reſolut. cap.* 82. *num.* 14. *&c.* & in hoc Opere §. *Dictio num.* 45. *infra num.* 16.

14 Statutum excludens *ſorores*, *& neptes ex fratribus*, *vbi adſunt fratres*, *& fratrum filij*, non habet locum, & dicitur caſus omiſſus, ſi adſint tantùm fratrum filij, & non fratres perſonæ defunctæ; ſicut etiam ſtatutum, quod *ſi quis tempore mortis caruerit filio*, *& filia ſuccedat frater*, non habet locum ſi moriens caret filio tantùm, quia vbi plures copulatiuè vocantur ad excluſionem fœminarum, ſi omnes non adſint, caſus dicitur omiſſus, & remanet ſub diſpoſitione iuris communis, cùm huiuſmodi ſtatuta ſaltem reſpectu fœminarum excluſarum ſint correctoria, & odioſa; ideòque reſtringenda, adeò vt priuatio, & excluſio non admittatur, niſi in caſibus ſpecificè expreſſis, & copulatiuè concurrentibus omnibus perſonis, & qualitatibus à ſtatuto requiſitis, ad tradita per Altograd. *conſ.* 64. *per tot. lib.* 1. vbi loquitur in terminis ſtatuti Lucenſis *lib.* 5. *cap.* 9. & allegat alios hoc idem firmantes, *& conſ.* 59. *num.* 2. *&c. lib.* 2. vbi quòd ſecus eſt quando ſtatutum continet verba disiunctiua, *& conſ.* 60. *num.* 24. *&c. lib.* 5.

15 Statutum loquens de deferenda hæreditate ab inteſtato, non videtur habere locum vbi agitur de ſucceſſione impuberis, vel alterius non valentis condere teſtamentum, quia tales potiùs dicuntur decedere inteſtabiles, quàm inteſtati, & verba debent intelligi in propria ſignificatione, maximè ſi agatur de ſucceſſione contra ius commune, Alex. *conſ.* 115. *lib.* 2. Magon. *deciſ. Florent.* 144. *in fine*, vbi multum controuerſum articulum appellat, & ſe remittit ad Addentes ad Rom. *conſ.* 4. Craſſ. *de ſucceſſ.* §. *Succeſſio ab inteſtato quæſt.* 1. *col.* 1. Martha *vot. Piſ.* 55. *num.* 11. vbi de magis communi opinione, vide Gabriel. *de ſtat. concluſ.* 1. *per tot.* vbi propè innumeros cumulat pro vtraque parte Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 169. *num.* 16. vbi concludit, vt infrà pro contraria opinione.

16 Obſtat tamen contrarius communis vſus loquendi, quo ſtante contrarium firmant Addentes ad Alex. *d. conſ.* Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 11. *num.* 77. *&c.* latè hanc opinionem hincinde examinat Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 17. *num.* 65. *& ſeqq. per tot.* Martha *vot. Piſ.* 53. qui eſt ſibi contrarius, vt ſuprà Viui. *comm. opin.* 772. vide in §. *Subſtitutio num.* .... latè hinc inde Tuſch. *litt. I. concluſ.* 335. *num.* 13. *& ſeqq. per tot.* vbi quis propriè dicatur inteſtatus, vel non, Paul Chriſtin. *ad leg. Municip. tit.* 16. *in princip.* vbi quòd ſex modis quis dicitur inteſtatus, vide in §. *Succeſſio num.* 2.

Statutum vocans fratres vtrinque coniunctos, vel ex latere patris tantum ad excluſionem fœminarum intelligitur disiunctiuè, & ordine ſeruato, vt ſcilicet primò admittantur vtrinque coniuncti, & deinde coniuncti ex latere tantùm patris, Soccin. iun. *conſ.* 30. *lib.* 4. cum alijs per Michalor. *de fratribus d. part.* 3. *cap.* 14. *num.* 36. *&c.* vbi tamen ipſe probat contrarium, nempè quòd ſimul, & pari modo ſuccedant, facit *ſupra num.* 13. *infr. num. ſeqq.*

Statutum faciens mentionem de fratre ſorori præferendo in ſucceſſionibus, locum habet etiam in fratre non vtrinque coniuncto, ſed conſanguineo tantùm, qui alias de iure communi excluderetur per ſororem vtrinque coniunctam à ſucceſſione alterius fratris prædefuncti, ipſe ſororem vtrinque coniunctam excludat; intelligendo tamen excepta dote materna, quæ illi reſeruati debet ex æquitate, non obſtante quòd mater prædeceſſerit, & videatur dicta dos effecta patrimonium fratris vltimo loco defuncti, & qui illam tamquam vtrinque coniunctus excludebat, nam in eo adhuc de æquitate conſiderari poteſt duplex patrimonium, paternum ſcilicet, & maternum, & in bonis paternis procedit diſpoſitio ſtatuti fauore fratris conſanguinei tantùm, bona verò materna reſeruantur ſorori vtrinque coniunctæ, cùm in ſucceſſione matris non ſit conſiderabilis ratio agnationis, *l. ſi emancipatis C. de legit. heredit.* Magon. *d. deciſ.* 148. *num.* 16. *verſ. nam inſpecta per tot.* vide Michalor. *de fratrib. part.* 3. *cap.* 14. *per tot.* Franch. *deciſ.* 25. *&* 26. Get. Spin. *conſ.* 76. 77. *&* 78. *per tot.* Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 2. *Rubr.* 66. *per tot.* vbi plura de intelligentia ſimilis ſtatuti, & Io: Torre *d. quæſt.* 45. *&* 46. *per tot.* vbi loquitur in ſtatutis Montis Politiani, Caſtri Franchi, & Burgi S. Sepulchri, *& conſ.* 101. *per tot.* vbi de Statuto Senenſi, Magt. Medic. *deciſ.* 52. *per tot. cum Addit.* Tuſch. *littera S. concluſ.* 663. *num.* 1. 667. *num.* 13. Peregrin. *deciſ.* 74. 75. 76. *&* 77. *per tot.* vbi plura de hac materia, idem Peregrin. *deciſ.* 87. *num.* 8. Caſtr. *conſ.* 291. *vol.* 2. Corn. *conſ.* 311. *vol.* 1. Brun. *de ſtat. excluſ. fœmin. art.* 8. *quæſt.* 15. *numer.* 55. Hier. Gabriel. *conſ.* 6. *numer.* 7. Cabal. *conſ. deciſ.* 10. *lib.* 2. & faciunt tradita iuxta Conſuetudines Neapolitanas per Io: Dominic. Panſut. *contr.* 11. *& ſeqq.* 17

Intellige prædictam concluſionem pro medietate dotis maternæ, alia medietate remanente hæredibus fratris prædefuncti, quia hoc modo non receditur à regulis iuris, ſed ſolùm reſtituitur ſorori quantum abſtulerat ſtatutum prædictum, & reducitur ſucceſſio ad diſpoſitionem iuris communis, ſecundum quam dos matris ſpectat æqualiter filio, & filiæ, Magon. & Michalor. *loc. cit.* quos alias ſequutus ſum in meis *reſolut. cap.* 5. *n.* 13. *& per tot.* vide in §. *Frater num.* 5. *&c.*

Quòd ſtatutum Florentinum *lib.* 2. *Rubr.* 130. excludens ſororem vterinam à ſucceſſione fratris per coniunctos ex latere patris vſque ad quartum gradum, locum non habeat quoad bona obuenta dicto fratri à matre, vel alijs coniunctis ex latere matris, Get. Spin. *conſ.* 4. *num.* 6. vbi plures deciſiones *Rota Florent. allegat.*

Quòd filij maſculi ſecundi matrimonij non excludant fœminas ex primo in ſucceſſione matris, ſicuti è contra maſculi ex primo matrimonio non excludunt fœminas ex ſecundo pariter in bonis maternis, Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 17. *num.* 43. *&c.* Capyc. *deciſ.* 92. *num.* 2. Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 287. *num.* 10. *& ſeqq. & part.* 17. *deciſ.* 112. *num.* 14. *& ſeqq. in eadem cauſa*, facit Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 813. *num.* 1. *&c.* vide in §. *Frater num.* 6. Tuſch. *littera S. concluſ.* 672. *num.* 12. *& per tot.* vbi quòd ſecus in paternis, adde Panſut. *d. contr.* 11. vbi plura qualiter liberi diuerſorum coniugum ſuccedant matri ab inteſtato defunctæ, maximè iuxta Conſuetudines Neapolitanas.

Intellige quando ſtatutum fundatur in agnatione, ſecus ſi in ſimplici maſculinitate, Honded. *conſ.* 1. cum alijs, quos refert, & ſequitur in terminis ſtatutis Senenſis, Ger. Spin. *conſ.* 101. *per tot.* vide Peregrin. *conſ.* 106. *lib.* 2. *& deciſ.* 78. *per tot.* vbi pro maſculo ad excluſionem ſororis vterinæ ex alio matrimonio ſuſceptæ, etiam in ſucceſſione matris, in terminis Statuti noui, & Reformationis Paduæ, dixi in §. *Frater num.* 6. adde Rot. *part.* 6. *recent. deciſ.* 287. *per tot.* vbi tenet primam opinionem, ſtante tamen ratione agnationis à ſtatuto conſideratæ, quæ non militat in fratribus vterinis, & pluries contra Honded. & ſequaces fuiſſe à Rota reſolutum, *& part.* 17. *deciſ.* 112. *num.* 14. *& ſeqq.* in eadem cauſa.

Statutum excludens ſororem, & vocans fratrem, intelligitur de fratre primi gradus, non autem de fratribus patruelibus, vel conſobrinis, quia non poteſt extendi de perſona ad perſonam, ſed coarctatur ad perſonas expreſſas, Rom. *conſ.* 411. *num.* 4. Rot. *in Romana ſucceſſionis 4. Iulij* 1631. coram Merlino *num.* 4. *& in fine*, *in Nouiſſ. part.* 6. 18

deciſ.

deciſ.68. & inter impreſſas eiuſdem Merlini deciſ.326.num. 3. &c. Galuan. conſ.40.num.30. & ſeqq. vbi aliter etiam defendi poſſe oſtendit, facit quod dixi ſupra num.3. Merlin. de legit. lib.3. tit.1. quaeſt.17. num.35. &c. Tuſch. litt. S. concluſ. 663. num. 16. vbi allegat plures contrarium tenentes, quos videtur ſequi cum aliquibus declarationibus.

Quòd excluſis ſororibus propter fratres, non intelligantur excluſæ ſorores patrueles per fratres patrueles, Altograd. conſ.64. num.28. lib.1. vide Galuan. d. conſ.40. Rot. part.17. recent. deciſ.360. num.22. & 23. vbi quòd ſtatutum Imolæ Rubr.47. excludens fœminas propter deſcendentes maſculos, vel fratres conſanguineos, non extenditur ad fauorem patrui, vel fratrum patruelium, quicquid contrarium ſcripſerit Port. conſ.35. & 180. quia ſimilia ſtatuta tantum diſponunt quantum loquuntur, & non vltrà, itaut nec fauore agnationis, nec ex identitate rationis poſſint extendi, ſupra num.3. infr. num.53. Conciol. cum Romaguer. loc. cit. vbi plura de Statuto excludente ſorores propter fratres, Mant. Conſult.276. lib.3. vbi de Statuto excludente mulieres extantibus fratribus, an habeat locum extantibus fratrum filijs, & videtur affirmare, ſtante ratione agnationis conſeruandæ, de qua materia plura dixi in hoc §. num.3. 18. 53. &c. idem Mant. Conſult. 398. lib.5.

19 Statutum excluſiuum fœminarum, intelligitur tantùm quoad vniuerſalem ſucceſſionem totius patrimonij, & non extenditur ad ius particulare, quod defertur filiæ iure contractus nominati, Gratian. diſcept. for. cap.447. n.24. &c. infr. num.20.

Quòd filia excluſa à ſucceſſione, non intelligitur excluſa à portione ſibi obueniente ex remedio l. hac edictali C. de ſecundis nupt. Merlin. de legit. lib.3. tit.1. quaeſt.21. per tot. dixi in §. Filia num.... & §. Renunciatio num....

An autem intelligatur excluſa à quarta debita matri inopi in bonis viri, & filijs reſeruata, iuxta Auth. præterea C. vnde vir. & vxor. affirmatiuam ſuſtinet Surd. deciſ.8. per tot.

20 Statutum quòd fœmina dotata excludantur extantibus maſculis, non intelligitur excluſa (defectu poteſtatis) à bonis emphyteuticis, quæ pater habet ab Eccleſia pro ſe, & filijs ſuis tam maſculis, quam fœminis, ad illa enim videtur ſimul cum maſculis admittenda ex pacto, & non tamquam hæres, Bald. in Auth. et quas col.3. C. de Sacroſ. Eccleſ. Rot. in Romana domus de Scapuccis 19. Ianuarij 1611. coram Coccino, Gratian. diſceptat. forenſ. cap.447. num.20. &c. cap.632. num.16. &c. cap.813. n.31. &c. vide in §. Emphyteuſis num.36. §. Iudex num.31. facit Rot. part.17. recent. deciſ.282.

Contrarium autem tenent Marant. in l. is poteſt num.24. ff. de acquirend. hæredit. Bart. conſ.60. Com. confeſſ.145. lib. 1. hancque partem pluribus relatis videtur ſequi Crarlin. contr. iur. cap.17. num.26. dixi in reſol. cap.90. num.32. & ſeqq. vbi vide.

Quòd dictum ſtatutum locum habeat etiam quoad bona emphyteutica Eccleſiæ ratione vtilis dominij, quod non Eccleſiaſticæ iuris eſt, ſed temporalis, Soccin. iun. conſ.71. in fine lib.1. Alex. conſ.9. num.2. lib.5. Menoch. de arbitr. conſ.180. num 4. & 10. latiùs in caſ.562. num.22. & ſeqq. ad 34. Martha de ſucceſſ. part.1. quaeſt.13. art.10. num.15. &c. vbi quòd hæc opinio eſt omninò recipienda, cùm talia bona quoad ordinem ſuccedendi, & alia reſpectu vtilis dominij laicorum, ſubiaceant ſtatutis laicalibus.

Quòd fœminæ per ſtatutum excluſæ ſtantibus maſculis, non ſuccedant in emphyteuſi tam hæreditaria, quàm ex pacto, & prouidentia, latè probat Altograd. conſ.25. num. 11. & ſeqq. lib.1. vbi tamen non loquitur de emphyteuſi Eccleſiæ, & latè etiam diſputat, an quando fœminæ vnius lineæ excludantur per maſculos alterius lineæ, vide in §. Emphyteuſis num....

21 Statutum excludens fœminas propter maſculos non porrigitur (ex defectu poteſtatis) ad bona ſita extra territorium ſtatuentium, Bart. in l. cunctos populos num. 73. vbi etiam Bal. num.1. & alij, C. de Summ. Trinit. & Fid. Cathol. Roland. tractat. de lucr. dot. quaeſt.20. num.14. Capyc. deciſ.159. Rot. part.2. diuerſ. deciſ.673. & poſt Fenzon. de Stat. Vrb. deciſ.108. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 431. num.16. &c. cap. 381. num. 8. &c. latè Merlin. de legit. lib.3. tit.1. quaeſt.18. per tot. Michalor. de fratrib. part.3. cap.7. per tot. Gregor. deciſ.255. Rot. in Callier. hæreditatis 10. Iunij 1666. coram Buratto in Ciuitatis Caſtelli ſupplementi legitimæ 11. Decembris 1617. coram Pamphilio, & in Narnien. ſucceſſionis 22. Maij 1628. coram Merlino, inter impreſſas eiuſdem deciſ.353. per tot. Ricc. Collect.1938. Peregrin. deciſ.117. vbi latè quomodo, & quo iure fœmina per ſtatutum excluſa ſuccedat in bonis alibi ſitis, Rot. part.11. recent. deciſ.256. num.2. & part.18. deciſ.753. num.6. & ſeqq. Altograd. conſ. 93. num.3. & ſeqq. lib.1. vbi controuerſiſſimam eſſe quæſtionem demonſtrat, multas authoritates, & rationes in contrarium allegat, & tandem num.12. &c. ſequitur hanc negatiuam opinionem, ſiue ſtatutum loquatur in rem, ſiue in perſonam, dixi in reſol. cap.32. num.1. & ſeqq. vbi quòd non attenditur diſtinctio an ſtatutum loquatur in rem, ſiue in perſonam, niſi expreſſè inhabilitaret fœminas à ſucceſſione, etiam reſpectu bonorum exiſtentium extra territorium ſecundum opinionem, quam approbat Merlin. d. quaeſt.18. num.100. &c. ſed illam non eſſe tutam, neque veram; ſed potius à Rota reprobatam oſtendit Merlin. d. deciſ.353. num.17. & ſeqq. per tot. vide Tuſch. lit. S. concluſ.554. per tot. & concluſ.868. per tot. Paul. Chriſtin. deciſ.3. vol.2. & deciſ.59. d. vol.2. vbi quando huiuſmodi ſtatuta dicantur realia, vel perſonalia, vel mixta.

Quando ſtatutum poſſit extendi ad bona extra territorium ſita, ex eo quod ambo territoria ſint ſub eodem Principe, Paul. Chriſtin. deciſ. Belg.287. vol.1.

Quid autem dicendum ſit quoad mobilia, & nomina debitorum extra territorium, vide Franch. deciſ.93. per tot. Gratian. diſcept. forenſ. cap.709. num.10. &c. cap.581. num.9. &c. Cabal. conſ. deciſ.12. per tot. lib.2. vbi idem vt ſuprà tenuit, facit quod dixi in §. Nomen num.3. &c. Merlin. d. quaeſt.18. num.93. &c. dixi in reſolut. cap.32. num.11. Chriſtin. deciſ. vol.2. & deciſ.59. & 60. d. vol.2. vide in §. Mobilia num.4. Merlin. deciſ.828. num.15. Peregrin. deciſ.104. num.10. &c.

Quòd cenſus dicatur extare in loco vbi eſt fundus cenſitus ad effectum ne intret ſtatutum fœminarum excluſiuum, Rot. part.13. recent. deciſ.342. num.1.

Statutum prædictum excluſiuum fœminarum, vt locum habeat requiritur duplex ſubiectio, nempè quoad bona, & quoad perſonam excluſam, & ſic quòd bona, de quorum ſucceſſione agitur, & perſona excluſa ſint de territorio ſtatuentium, & huiuſmodi ſubiectio adſit in vno, eodemque ſtatuto, ita vt non poſſit fieri coniunctio, & combinatio diuerſorum ſtatutorum, etiam ideam diſponentium, nempè loci bonorum, & loci perſonæ excluſæ, nec attendatur diſtinctio, an verba ſint directa in rem, vel in perſonam, Bald. in l. ſi quis ex argentarijs num. 3. de eaend. Iaſ. in l. Centurio num.57. ff. de vulg. latè Gratian. diſceptat. forenſ. cap.431. num.16. &c. cap.449. in fine cap.581. num.8. cap.709. num.14. &c. cap.623. numer. 21. &c. cap 886. Ludouiſ. cum Beltramin. deciſ.255. per tot. & deciſ.279. Rot. poſt Fenzon. ad ſtat. Vrb. deciſ. 21. & deciſ.108. per tot. Merlin. de legit. lib.3. tit 1. quaeſt. 18. num.60. &c. dixi in reſolut. cap.32. num.5. & ſeqq. per tot. quas ad hoc propoſitum citat, & ſequitur pluribus alijs relatis Vrceol. Conſult. forenſ. cap.48 num.22. & ſeqq. latè Rot. in Narnien. ſucceſſionis 22. Maij 1628. coram Merlino inter impreſſas eiuſdem deciſ.353. per tot. Rot. part.13. recent. deciſ.265. num.5. & deciſ.342. num.2. in eadem cauſa, & in Romana, ſeu Ianuenſ. hæreditatis Lunæ 23. Iunij. 1670. coram Vicecomite poſt Vrceol. de Tranſactionibus deciſ.18. num.4. & deciſ.30. Rot. part. 16. recent. deciſ.412. per tot. vbi quòd non valet tranſactio aliter inter partes inita, tamquam fundata ſuper diſpoſitione ſtatuti, quod non poteſt habere locum ex defectu poteſtatis, Rot. part.15. recent. deciſ.323. num.9. &c. vbi de dicta duplici ſubiectione neceſſaria, & part.16. deciſ. 171. vbi tamen num.3. fuit animaduerſum ſufficere dictam ſubiectionem verificari in bonis, & in perſona excludente, vt dixi infra n.24. verſ.4. Rot. part.17. deciſ.284. vbi de duplici ſubiectione neceſſaria, & nullitate tranſactionis aliter factæ, & part.18. deciſ.753. num.6. & ſeqq. 22

Quòd ſtatutum loci, in quo ſita ſunt bona poſſit coniungi cum alio ſtatuto pariter excluſiuo vigente in loco perſonæ excluſæ ad effectum excluſionis fœminarum inductæ fauore maſculorum, & ſic contra prædictam reiectam combina-

binationem, dicit eſſe magis communem opinionem, & ab ea nullo modo recedendum in iudicando, Michalot. *de fratrib. part. 3. cap. 7. num. 11.* Theſ. *quæſt. for. lib. 2. quæſt. 5.* Bellon. iun. *conſ. 74. num. 117. & ſeqq.* D. de Luca *tract. de ſucceſſ. ab inteſt. diſcurſ. 4. per tot.* facit Magon. *deciſ. Florent. 107. per tot.* & multos pro hac parte teſtando de magis communi opinione allegat Merlin. *d. quæſt. 18. num. 59.* à qua ceſſante auctoritate Rotæ non videtur diſſentire, & aliquibus modis eam declarat, & præcipuè *num. 66.* quando vterque locus eſſet ſubditus eidem Principi à quo ambo ſtatuta eſſent confirmata, & dixi *in reſol. cap. 32. num. 9. & 10.* ſed etiam hoc vltimo caſu contrarium tenet Rot. *in Narnien. ſucceſſionis* coram Merlino *ſub num. 51. & ſeqq. & part. 16. recent. deciſ. 412. num. 12.* Franciſc. de Angelis *tractat. de confeſſ. lib. 1. quæſt. 7. effect. 8. num. 17. & ſeqq.* vbi citat dictam meam *reſolut. 32.* cui videtur ſe remittere.

Quòd non admittatur dicta combinatio, ſed requiratur ſubiectio bonorum, & perſonarum copulatiuè, niſi defunctus habeat bona in vtroque loco, & ſuccedentes ſint vtriuſque loci iuriſdictioni ſubiecti, Altograd. *conſ. 93. num. 29. lib. 1.* Durand. *deciſ. 31. num. 6. & ſeqq.* vbi quòd ſtatutum excludit etiam fœminas forenſes, ſi ſuccedens ſit originarius, & ſubditus loci ſtatuti, ac bona ſita in eodem territorio, & ita videtur ſufficere ſubiectio reſpectu bonorum, & perſonæ excludere volentis; quod tamen puto intelligendum in fœmina alibi extra territorium nupta, quæ licèt forenſis dicatur, ex quo acquiſiuit domicilium viri, tamen remanſit etiam ſubiecta ſtatuto ſuæ originis, vt dixi in §. *Vxor num....* vide Altograd. *d. conſ. 93. num. 26. & ſeqq.* Merlin. *d. quæſt. 18. num. 64. &c.* vbi quòd aliqui nupta amplius ſtatuto originis non afficitur, ſiue loquatur in rem, ſiue in perſonam iuxta veriorem opinionem,

Sed quòd imò ſtatutum excludens fœminas propter maſculos comprehendat etiam vxorem forenſem effectam ciuem per matrimonium in domicilio viri, ita vt bona ſita in loco nouæ ciuilitatis acquiſitæ deferantur ſecundum ſtatuta illius loci, ſita verò in loco originis ſecundum ſtatuta loci ſuæ originis, quibus remanſit ſubiecta, Gratian. *diſcept. for. cap. 623. num. 21. &c. cap. 886. num. 2. &c.* vide in §. *Vxor num....*

Quòd in ſucceſſionibus ſit attendendum ſtatutum vigens in loco, vbi quis decedit, ſiue condiderit teſtamentum, ſiue non, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 709. num. 10. &c. & cap. 581. num. 9.* vide latè Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 18. in princip.* vbi reijcit dictam opinionem, & videtur firmare quòd ſint attendenda ſtatuta cuiuſque loci, in quo ſita ſunt bona, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 282. num. 17. vol. 1. & deciſ. 3. vol. 2. & deciſ. 59. d. vol. 2. in fr. num. 24.* Tuſch. *litt. S. concluſ. 678. per tot.* vbi quòd debet attendi ſtatutum loci, in quo ſita ſunt bona, diſtinguit tamen plures caſus cum Rot. *part. 1. diuerſ. deciſ. 295. per tot.*

23 Statutum fœminarum excluſiuum cùm ſit fundatum in voto agnationis conſeruandæ non prodeſt forenſibus, & exteris ſuccedere volentibus, cum illi non cadant ſub prouidentia ſtatuentium, & ideò non attenditur, an defunctus eſſet ſubditus, vel forenſis, ſed attenduntur perſonæ ad ſucceſſionem aſpirantes, quæ ſi ſint forenſes non poſſunt vigore dicti ſtatuti fœminas excludere, ſed ſecundum ius commune debet ſucceſſio regulari, Alex. *conſ. 44. num. 15. lib. 5.* Peregrin. *deciſ. 56. 104. & 117. per tot.* Rot. *in Romana ſucceſſionis 4. Iulij 1631.* coram Merlino *in Nouiſſ. part. deciſ. 68. num. 10. &c.* vbi reijcit Theſ. *quæſt. for. lib. 2. quæſt. 4. num. 7. &c.* contrarium tenentem Rot. *d. part. 6. deciſ. 137. num. 6. & num. 20. & deciſ. 160. in fine,* Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 18. num. 36. &c.* vbi benè declarat, vide in §. *Forenſis num. 3. in fine num. 24. in reſol. cap. 32. num. 4. & 7. & ſeqq. per tot.* Merlin. *deciſ. 353. num. 40. & ſeqq. & deciſ. 526. num. 7. &c.* Ricc. *Collect. 2938.* Rot. poſt Merlin. *de legit. deciſ. 24. per tot.* vbi etiam ſi dicti forenſes eſſent facti ciues ex priuilegio, vt dixi in §. *Ciuis num. 3.*

24 Statutum excluſiuum fœminarum, an extendatur ad bona, vel perſonas alterius territorij, eſt quæſtio multum anceps, & habens hincinde multos fautores, & rationis iuxta diuerſitatem caſuum, qui contingere poſſunt, & ideò inhærendo traditionibus Merlini, qui omnium diligentiſſimè plures caſus diſtinguendo illam declarauit in *tract. de legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 18. per tot.* dic vt infra videlicet, ſed vide etiam Rot. *in ſupracitatis deciſionibus,* Ricc. *Collect. 2938.* Peregr. *deciſ. 56. & 104. & deciſ. 117.* Mart. *vot. Piſ. 252.* Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ. 255. per tot.* Tiraquel. *de iure primogenit. quæſt. 46. per tot.* vbi in terminis primogenituræ.

Primò, quando omnes, tam defunctus, quàm ad ſucceſſionem aſpirantes, & fœminæ excludendæ ſunt de territorio, vbi viget dictum ſtatutum illud non porrigitur ad bona alibi ſita; quando verò è contra defunctus, agnati, & fœminæ ſunt forenſes, & bona ſunt in loco vbi viget ſtatutum, non comprehendit illos tamquam forenſes, & ſic fœminæ non excluduntur, vel quia tamquam forenſes ipſæ non arctantur dicto ſtatuto, vel quia agnati illarum pariter forenſes non poſſunt beneficio dicti ſtatuti gaudere, ad latè tradita per Merlin. *d. quæſt. 18. num. 1. & ſeqq. ad 43.* Rot. *part. 16. recent. deciſ. 412. num. 9. & ſeqq.*

Secundò, quando ille, de cuius hæreditate agitur eſt ſubditus ſtatuto vnà cum bonis, agnati verò, & fœminæ excludendæ ſunt forenſes, tunc fœminæ excluduntur per rationem, & auctoritates, quas adducit Merlin. *d. quæſt. 18. n. 43. & ſeqq. ad 47.* vide Altograd. *cap. 93. num. 20. & ſeqq. lib. 1.* & facit in contrarium, quòd dixi ſupra in primo caſu, & ſupra *num. 23.*

Tertiò, quando defunctus, & fœminæ excludendæ ſunt eiuſdem loci, in quo viget ſtatutum, maſculi autem forenſes, & bona extra territorium, tunc fœminæ non excluduntur, Merlin. *d. quæſt. 18. n. 47. &c. ad 56.*

Quartò, quando defunctus, & agnati ſunt ciues, & ſubditi loci, in quo viget dictum ſtatutum, & bona etiam ſita ſunt in territorio eiuſdem ſtatuti, fœminæ licèt forenſes excluduntur, Merlin. *d. quæſt. 18. num. 51. &c. ad 58.* Rot. *part. 16. recent. deciſ. 171. num. 3.* vbi quòd ſufficit ſubiectionem verificari in bonis, & perſonas excludente, vide ſupra *num. 22.*

Quintò, quando omnes de ſucceſſione contendentes ſunt ciues, & ſubditi ſtatuto vnà cum bonis, licèt defunctus ſit forenſis, fœminæ excluduntur, Merlin. *d. quæſt. 18. num. 58.*

Sextò, quando omnes ſunt forenſes, ſed in vtroque loco originis ſcilicet eorum, & loci bonorum viget ſtatutum fœminarum excluſiuum, tunc fœminæ non excluduntur, cùm non poſſit fieri combinatio huiuſmodi ſtatutorum, ſiue loquantur in rem, ſiue in perſonam, cùm hæc diſtinctio non attendatur, Merlin. *d. quæſt. 18. num. 59. & ſeqq. ad 93.* vide Altograd. *conſ. 93. n. 26. & ſeqq. lib. 1.* dixi ſupra *num. 22.*

Septimò, quando agitur de pecunia, & mobilibus extantibus extra territorium animo tamen reducendi, vel remittendi, ad patriam, vel in eam deſtinata fœminæ vigore dicti ſtatuti ab illis excluduntur, aliàs autem ſecùs ceſſante huiuſmodi animo, & deſtinatione, Merlin. *d. quæſt. 18. num. 93.*

Ac idem omninò indiſtinctè dicendum eſt de iuribus, & actionibus, ac nominibus debitorum, cùm cohæreant perſonæ creditoris, & dicantur de loco illius, vbi deſtinata eſt ſolutio, vndè ſecus eſſet ſi alibi eſſet deſtinata ſolutio, Merlin. *d. quæſt. 18. n. 25.* vide Franc. *deciſ. 93. per tot.* vbi contra.

Octauò, quando ſtatutum expreſsè inhabilitaret fœminas à ſucceſſione etiam quoad bona ſita extra territorium, tunc fœminæ etiam ab illis remaneret excluſæ, Merlin. *d. quæſt. 18. n. 10. &c.* Altograd. *conſ. 17. num 8. lib. 2.* vide Rot. per Merlin. *in ſupracit. deciſ. 353. num. 17. & ſeqq.* vbi contra.

Et prædicta procedunt non ſolum ab inteſtato, ſed etiam condito teſtamento reſpectu legitimæ, quàm pater teſtando non poteſt auferre, in alijs verò bonis habeat liberas habenas, & veniunt ſub generali diſpoſitione, etiam ſi ſint extra territorium, ne detur inconueniens, quod quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, Merlin. *d. quæſt. num. 18. num. 108. &c. per tot.*

Statutum excludens fœminas dotatas intelligitur de dotatis in bonis illius, de cuius ſucceſſione agitur, vel excludenti, & non de dotatis ex illarum propria ſubſtantia, quia dotare ſignificat ius, & non ſimplicem actum nudi miniſterij, Gratian. *diſcept. for. cap. 504. per tot. cum Addit. in fine tomi, & cap. 689. num. 21.* Tuſch. *litt. S. concl. 660. n. 24.* facit Rot. *part. 9. recent. deciſ. 207. part. 14. deciſ. 358.* 25

358. *& part.15. deciſ.273. in fine num.29.* Franciſc. de Angelis *tract. de confeſ. lib.1. quaſt.7. effect.8. num.7.*

Obligatus enim dotare non liberatur dando dotem de pecunia, vel rebus mulieris, idem Gratian. *cap.759. num.1.*

Vt locum habeat dictum ſtatutum requiritur quòd dos fuerit ſoluta ipſi filiæ, non marito, licèt illa ſciente, & quòd aliter conſtet de dote, quam per ſimplicem confeſſionem viri, qui in hoc non poteſt vxori præiudicare, intelligendo quando excluſio fundatur ſimpliciter in dote, Gratian. *diſcept. for. cap.15. n.29. cap.362. n.2. &c.* vbi ſe remittit ad Surd. *conſ.519. lib.4.* & ipſe videtur contra prædicta, prout etiam in *cap.651. n.7. &c.*

26 Statutum quòd filia dotata non ſuccedat requirens ſimpliciter eſſe dotatam, non habet locum ſi tempore delatæ ſucceſſionis non reperiatur dotata, licet maſculi dotem offerrent, quia poſtquam ius ſuccedendi eſt radicatum in filia reperta indotata non poteſt illa compelli acceptare dotem fortè ſucceſſione minorem, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.15. num.25. &c. cap.157. num.15.* Michalor. *de fratr. part.3. cap.11. num.138. &c. infra num.50.* Tuſch. *litt. S. concluſ.660. num.25. &c.* facit Rot. *part.9. recent. deciſ.207. & part.10. deciſ.329. num.2.* vbi declarat verum eſſe quando ſtatutum excludit fœminas ſub conditione ſi fuerint dotatæ, & ſic dotatio eſt cauſa finalis ſtatuti, ſecus autem ſi non ſolum excludat dotatas, ſed etiam indotatas cum onere dotandi, quia tunc ſola exiſtentia maſculorum ſufficit pro excluſione fœminarum, & latè etiam in terminis ſtatuti Peruſini eadem Rot. *part.13. recent. deciſ.200. per tot. part.14. deciſ.358. per tot. part.15. deciſ.112. per tot.* vbi pariter in terminis ſtatuti Peruſini, vt qualitas dotationis requiratur de tempore delatæ ſucceſſionis *part.16. deciſ.35.* Franciſc. de Angel. *de confeſ. lib.1. quaſt.7. effect.8. num.12. &c.* Rot. *part.18. deciſ.144.* vbi de dicto ſtatuto Peruſino, *& deciſ.241. & 691. num.4. & ſeqq.*

An autem dotata præſumatur mulier quæ iam nupta reperitur Menoch. *de præſumpt. lib.3. præſumpt.7.* vbi quòd non.

Quòd ſtatutum excludens dotatam, intelligatur excludere etiam illam, cui fuit tantum dos aſſignata in teſtamento, licet nondum ſit apta ad matrimonium niſi ſtatutum requireret dotem fuiſſe cum effectu datam, vel ſolutam, Addit. ad Pract. Papp. *libell. hered. ex teſtam. verb. dotata*, Clar. §. *Teſtamentum quaſt.42. in fine*, vide Gratian. *d. cap.15. n.25. &c.* Michalor. *de fratr. part.3. cap.11. num.41. &c.* Tuſch. *litt. D. concl.788. per tot.*

Item per aſſignationem dotis, vel eleemoſynæ facta à monaſterio pro recipienda muliere dicitur ſatisfactum ſtatuto illam excludenti dummodò tempore delatæ ſucceſſionis eſſet ſubiecta, Rot. *part.12. recent. deciſ.396. infra num.31.*

Quòd ſtatutum excludens fœminas propter dotem non habeat locum in caſu, quo fœmina à nemine fuit dotata, ſed in Monaſterio gratis recepta, Rot. *part.15. deciſ.272. num.8. & part.16. deciſ.153. per tot.*

27 Statutum excludens fœminas propter maſculos præfigendo ipſis maſculis certum tempus ad dotandum fœminas excluſas, puta intra decimum octauum ſuæ ætatis annum, indicta pœna, quòd ſi non dotauerint fœminæ cum illis admittantur, debet intelligi dummodò dicti maſculi fuerint requiſiti, & interpellati ad conſtituendam, & tradendam dotem, aliàs non poſſunt admitti, prout contra, Crauet. *conſ.966. num.30. lib.5.* Alban. *conſ.775. num.2.* benè refert, & probat Menoch. *de arbitr. caſ.498. num.66.* vbi allegat Afflict. *deciſ.370. num.7. & 10.* ac alios vide in §. *Conditio num.* & §. *Obligatio num.* §. *Fœmina num.11.* facit latè Rot. *part.13. recent. deciſ.200. per tot.* vbi in ſimili ſtatuto firmat interpellationem eſſe neceſſariam.

28 Statutum excludens filiam à ſucceſſione parentum, vel aſcendentium, intelligitur excludere etiam à ſucceſſione matris, cùm & illa veniat appellatione parentum, vel aſcendentium; ſi tamen dictum ſtatutum admitteret non ſimpliciter maſculos, ſed agnatos maſculos cum mater non habeat ſuos deſcendentes agnatos, non haberet locum in ſucceſſione matris, ſed tantùm patris, qui habet ſuos deſcendentes agnatos, in quibus poſſunt verba ſtatuti verificari, latè Gratian. *diſcept. for. cap.428. per tot.*

Quòd ſtatutum loquens de hæreditate patris, vel alterius aſcendentis maſculini generis, non habeat locum in hæreditate matris, ſed illa deferatur æqualiter ad fœminas iuxta iuris communis diſpoſitionem, & alia notabilia ad hanc materiam, vide per Rot. *in Fauentina ſucceſſionis 19. February 166...* in terminis ſtatutorum Briſighellæ, & habetur *part.14. recent. deciſ.428.*

Quod appellatione aſcendentium veniant tam maſculi, quam fœminæ, Altograd. *conſ.86. n.7. lib.1.* vide in §. *Appellatio num.22.* Rot. *part.14. recent. deciſ.428. n.6. & ſeqq.* vbi quòd licet ſtatutum loquens per verbum commune, *aſcendentis*, videatur etiam comprehendere matris hæreditatem iuxta *conſ.* Caſtr. *40. & 91. lib.2.* tamen ſecus eſt quando reſtringitur ab aliquo adiuncto, veluti ex nominatione patris, vel qualitate dotis, cuius onus ad patrem, & non ad matrem pertinet.

Quòd appellatione hæreditatis parentum non veniat hereditas patris, & matris ſimul, ſi de vtroque per diſcretiuam diſpoſitionem ſit actum, idem Altograd. *conſ.66. n.9. lib.1. & conſ.89. n.11. lib.2.*

Statutum quod filia non ſuccedat patri, fratri, vel ſi- 29
milibus perſonis, ſed debeat dotari, intelligitur excludere non ſolum ab hæreditate dotantis, ſed etiam aliorum non dotantium, ſufficit enim quod ab vno fuerit dotata, cum reſpiciat fauorem maſculorum, & talis dicatur mens ſtatuentium, atque hanc interpretationem recipiſſe huiuſmodi ſtatutum, quamuis alias de iure eſſet intelligendum excludere tantùm ab hæreditate dotantis, non aliorum, ad tradita per Gratian. *diſcept. forenſ. cap.15. per tot. cap.664. num.4. &c. cap.651. per tot.* vbi etiam quid operetur clauſula, *ſingulis referendo*, *& cap.890. nu.1. &c.* Michalor. *de fratr. part.3. cap.11. num.164. &c.* Theſ. *deciſ.62.* per Franch. *deciſ.87. num.1.* Altograd. *conſ.5. num.35. &c. lib.1. & conſ.17. num.11. &c. lib.2.* Martha *vot. Piſ.253. num.14. & ſeqq.* dixi in *reſolut. cap.99. num.34.* vbi quòd hoc verum eſt maximè quando ſtatutum conſtituit plures caſus, ſiue gradus ſucceſſionum, & ſic vlterius progredienda diſponit, quòd mulier dotata extantibus maſculis non ſuccedat, puta patri, matri, fratribus, nam cum hoc caſu ſtatutum conſideret vnam dotationem, ſufficit vt ab vno ex illis fuerit dotata, ad effectum vt excludatur etiam à ſucceſſione aliorum, aliàs contra mentem ſtatuentium poteſt dari abſurdum, quòd mulier conſequeretur plures dotes à patre ſcilicet, matre, & fratribus tranſcendentes fortè ordinariam ſucceſſionem, & plus haberet quam maſculi, vide Merlin. *de legitim. lib.3. tit.1. quaſt.17. num.4. & ſeqq. ad 15.* vbi benè declarat, & Tuſch. *litt. S. concl.657. & concl.660. per tot.* dixi in §. *Filia num.82.* Ricc. *Collect.3560.* Peregrin. *deciſ.13. num.23. &c.* Rot. *part.18. recent. tom.1. deciſ.66. num.4. & part.10. deciſ.329. num.6. & ſeqq.* vbi hanc partem ſequitur, quando ſtatutum in parte dotationis procedit per dictiones alternatiuas, in parte vero excluſionis vtitur verbis, & dictionibus coniunctiuis, & copulatiuis, Rot. *part.12. deciſ.396.* vbi de ſtatuto Vrbis *lib.1. cap.145.* & excludat fœminas dotatas non ſolùm ab hæreditate patris, ſed etiam matris, & auiæ, vide Rot. *part.13. deciſ.46. & deciſ.159. num.1. & ſeqq. & part.14. deciſ.156. num.10. & ſeqq. part.17. deciſ.335. num.17. &c.* vbi quòd fœminæ excluſæ reputantur pro extraneis, & dotatæ ab vno ex nominatis excluduntur ab hæreditate omnium, in terminis ſtatuti Fani, *& deciſ.396. num.10.* in eadem cauſa, latè Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.1. quaſt.7. effect.8. per tot.*

Contrarium in prædictis quando ſtatutum vlterius non progreditur, ſed ſimpliciter diſponit quòd fœmina dotata excludatur, nam tunc intelligitur excluſa tantùm à ſucceſſione dotantis, & non alterius, firmat idem Merlin. *d. quaſt.17. num.1. & ſeqq.* latè Rot. *in Narnien. ſucceſſionis 7. February 1629. & in eadem cauſa 26. Nouembris 1629. coram Merlino inter impreſſas eiuſdem 390. & 429. per tot.* vbi omnibus contrarijs ſatisfacit etiam ſi videatur vlterius progredi Gratian. *diſcept. forenſ. cap.637. in fine*, dixi *vbi ſupra d. cap.90. num.6.* vide Rot. *part.10. recent. deciſ.329. num.6. &c.* vbi benè declarat, *& part.15. deciſ.271. ſupra num.25.* latè Franciſ. de Angel. *d. quaſt.7. effect.8. per tot.* vbi me citat.

Quando poſſit peti dos materna per filiam à patre dotatam, Caſtr. *conſ.276. lib.1.* Card. Tuſch. *litt. D. concluſ.790. & litt. S. concluſ.657. per tot.* latè Rot. *part.9. recent. deciſ.207. & part.10. deciſ.328. num.15. & ſeqq. & part.11. recent. deciſ.37.* vbi pro excluſionem vi-

gore ſtatuti, & part.13. deciſ.46. & deciſ.159. numer. 1. &c.

30 Statutum excluſiuum fœminarum ſtantibus maſculis an habeat locum inter fratres, & ſorores vterinas, dixi in §. Frater num.

31 Statutum excludens fœminas propter maſculos, etiam ſi ſit laicale comprehendit etiam Clericos, Moniales, ac alias perſonas Eccleſiaſticas, dummodò conditum fuerit ante Clericatum, cùm tunc iniecerit vinculum priuſquam puella monaſterium ingrediatur; vel Clericus adeptus fuerit clericatum, & valet diſponens quod Monachus, vel Monialis non ſuccedat, ſicuti etiam prodeſt Clericis, qui poſſunt illo vti ad excluſionem fœminarum, ad tradita per Tiraquel. de iure Primogen. quæſt.43. & 44. Michalor. de fratr. part.3. cap.8. num. 1. &c. Cancet. var. reſol. cap.11. num.191. part.3. Altograd. conſ.66. num. 37. lib. 1. Marth. Medic. deciſ.53. per tot. Soccin. reg.60. limit.2. Peregrin. deciſ.138. num. 3. &c. Ciarlin. contr. 45. latè Vrceol. Conſult. fur. cap.50. per tot. vbi citat meas reſolutiones cap.27. & cap.34. & concludit ſub num. 17. & ſeqq. Moniales excludi quando ſtatutum ſimpliciter loquitur, vel excludit propter dotem, abſque eo quod verba dirigantur, & conferantur in tempus delatæ ſucceſſionis, in quibus terminis loquuntur auctoritates, & deciſiones in contrarium allatæ ibi per eum, & infrà per me, vide Sperel. deciſ.11. per tot. vbi tandem num.19. tenet hanc diſtinctionem, latè Marth. de ſucceſſ. legal. part.1. quæſt.13. art.13. per tot.

Quamuis ad tollendas omnes difficultates tutius ſit reportare ab ingreſſuris renunciationem futuris ſucceſſionibus, vel teſtari, quod permiſſum eſt ad libitum, & ſtatutum procedit tantùm ab inteſtato, vt aduertit Sperel. d. deciſ.11. num.21. Rot. part.11. recent. deciſ.349. num.35. & 36. coram Bich. inter impreſſas. deciſ.625.

Contrariam autem opinionem, quòd huiuſmodi ſtatutum laicale non comprehendat clericos, nec alias perſonas Eccleſiaſticas, nec eorum familiares, de tempore delatæ ſucceſſionis, quod debet attendi, & non tempus conditi ſtatuti, latè firmat Rot. in Tudertina ſucceſſionis 29. Maij 1662. coram Melzio, quæ habetur inter meas reſol. cap.34. num.8. &c. & part.11. recent. deciſ.256. latiùs eadem Rot. in Bononien. ſucceſſionis de Zanis 9. Decembris 1654. coram Bichio per tot. inter Conſult. for. Vrceol. cap. 50. num.37. &c. habetur in part.11. recent. deciſ.349. num.9. & ſeqq. per tot. & inter impreſſas Bichij deciſ.625. Sperel. d. deciſ.11. per tot. ſed non recedas à ſupra relata diſtinctione, idem Vrceol. in Appendic. ad d. cap.50. vbi inſerit alias tres deciſiones Rotæ Romanæ, nempè in Maceraten. hæreditatis 27. Maij 1658. coram Verulpin, & in Bononien. bonorum ſine ſucceſſionis de Seghicellis 2. Martij 1663. & 2. Maij 1662. coram Otalora, in quibus præfata diſtinctio remanet confirmata, Rot. part.18. recent. deciſ.728. per tot. & 753. n.2. & ſeqq. & part.19. deciſ.38.

Quòd debeat attendi tempus delatæ ſucceſſionis, & ſi fœminæ tunc ſint laicales abſque dubio excludantur, Rot. part.12. recent. deciſ.369. num.4. & ſeqq. vbi etiam quòd ſatisfit ſtatuto requirenti dotationem per aſſignationem dotis, vel eleemoſynæ factam Monaſterio.

Quòd fœmina non excludatur per Clericum, in quo ceſſat ratio conſeruandæ agnationis, cum non poſſit licitè Clericus filios ſuſcipere, Soccin. iun. conſ. nu.63. vol.1. conſ.80. num.14. lib.4. cum alijs per Merlin. de legit. lib.3. tit.1. quæſt.19. num.19. vbi tamen ipſe num.20. &c. contrarium firmat, tam in Clerico, quàm in Monacho profeſſo, vt etiam iſti vigore dicti ſtatuti poſſit fœminas excludere, vide Tiraquel. d. quæſt 43. & 44. per tot. Ciarlin. contr. for. cap.45. per tot. lib.1. Sperel. d. deciſ.11. per tot. dixi in reſol. cap.34. num.1. & ſeqq. Vrceol. conſult. for. d. cap.50. num.2. 11. & 12. Ricc. Collect.2419. Rot. part.19. recent. deciſ.267. num.13. & deciſ.491. num.9. & 10. & part.18. deciſ.246. num.2. &c.

Quòd ſtatuta Vrbis olim dicerentur Papalia, & ligarent clericos, & bona Eccleſiaſtica, hodie ſecus de opinione moderna Rotæ, niſi de eis expreſſam faciant mentionem, & hoc non ex defectu poteſtatis, ſed voluntatis, Rot. part. 17. recent. deciſ.282. num.7. & ſeqq. vbi allegat deciſiones pro vtraque opinione, & vide ſupra circa ſtatuta generalia num.11.

32 Statutum, etiam laicale excludens fœminas propter maſculos, habet locum etiamſi de Clerici defuncti hæreditate tractetur iuxta opinionem, quam ſuſtinent Michalor. de fratr. p.3. cap.8. num.5. &c. Mart. Medic. deciſ.53. per tot. cum Addit. Theſaur. iun. quæſt. for. lib.2. quæſt.2. per tot. Carol. de Graſſ. de eff. cler. effect.2. num.276. Tiraquel. de iure primogen. quæſt.45. Merlin. de legit. lib.3. tit.1. quæſt.19. per tot. & alij plures per eos relati, intelligendo prout notat Merlin. loc. cit. n.17. &c. quamuis ſub dubio, & dixi in reſol. cap.34. n.4. vbi agitur de bonis patrimonialibus Clericorum, ſecùs ſi de pecunijs, & fructibus beneficiorum, vel de mobilibus, in quibus non videtur procedere diſpoſitio prædicti ſtatuti laicalis, ſed æqualiter maſculos, & fœminas iuxta diſpoſitionem Iuris ſuccedere, etiam ſi ex priuilegio non veniant in ſpolijs, & competat facultas de illis teſtandi.

Contrariam tamen opinionem, nempè huiuſmodi ſtatutum laicale, non procedere vbi de Clerici defuncti hæreditate tractatur, tenent alij multi Surd. deciſ.20. per tot. quem ſequitur Rot. in ſupracitata Tudertina ſucceſſionis 20. Maij 1652. coram Bichio inter eius impreſſas deciſ.521. part.11. recent. deciſ.292. & penes Vrceol. conſ. for. c.50. quem vide per tot. vbi poſt relatos ad inuicem pugnantes auctoritates, & rationes videtur diſtinguere ſub n.17. &c. vt dixi ſupra n.31. Sperel. deciſ.11. n.14. &c. Rot. in Rauennaten. hæreditatis 5. Iunij 1648. coram Ottobono d. Bonon. coram Bichio habetur penes Dian. part.11. in fine fol. mihi 546. & part.11. recent. deciſ.293. per tot. vbi etiam ſi ſtatutum ſit confirmatum à Papa in forma ſpecifica, ſi de Clericis non ſit facta expreſſa mentio, cùm adhuc obſtare dicatur defectus voluntatis, Rot. in Bonon. Bonorum, ſeu ſucceſſionis de Seghicellis 2. Martij 1663. coram Otalora, verſ. quia hæc diſputatio, vbi concordantes deciſiones allegantur, & habetur penes Vrceol. in Append. ad d. cap.50. in fine 2. vol. fol.32. vide ſupra circa ſtat. general. n.49. & latè Mart. de ſucceſſ. legal. part.1. quæſt.13. art.13. per tot. Rot. part.16. recent. deciſ.412. n.14. vbi quòd dictum ſtatutum laicale non procedit quando agitur de hæreditate clerici beneficiati, & part.18. deciſ.728. n.3. & ſeqq. vbi idem firmat ſimpliciter in clerico, conſiderando verba ſtatuti directa in tempus delatæ ſucceſſionis iuxta præfatam diſtinctionem.

Statutum excludens fœminas propter maſculos non procedit ſi maſculi ſint legitimi tantùm, vt adoptiui, vel naturales tantùm, vel ſpurij, vel legitimati, Michalot. de fratr. part.3. cap.11. n.178. &c. 33

Quoad adoptiuos vide in §. Filius num.

Quoad legitimatos per ſubſequens matrimonium contrarium eſt verius, vt ipſi etiam fœminas excludant, Gratian. diſcept. for. cap.635. num.11. & per tot. cap.744. n.23. &c. Merlin. de legit. lib.3. tit.1. quæſt.20. num. 1. vbi etiam num. ſeqq. & præcipuè num.11. & per tot. poſt relatas contrarias opiniones tenet idem eſſe in legitimatis per reſcriptum Principis, vt etiam iſti ſuccedant nedum per concurſum, ſed ad excluſionem fœminarum, quam tamen opinionem pluribus modis limitat, & declarat, vt ibi per eum, & vide in §. Legitimatio num.14. Rot. part.9. recent. deciſ. 32. n.2. vbi quòd legitimatis per Dominos de Campeggijs excludunt fœminas, & deciſ.33. d. part.9. num.5. &c. Bich. deciſ.52. num.2. vbi reddit rationem, quia per legitimatos etiam conſeruatur agnatio à ſtatuentibus contemplata.

Statutum vocans maſculos ad excluſionem fœminarum 34 in ſucceſſione tranſuerſali, non procedit ſi agatur de hæreditate fœminæ, & ideò ſoror excluſa à ſucceſſione fratris per exiſtentiam alterius fratris non intelligitur excluſa à ſucceſſione ſororis, Surd. deciſ.9. & deciſ.195. Marthavot. Pr. ſ.227. per tot. Rot. in Romana ſucceſſionis 14. Iunij 1630. coram Merlino inter impreſſas eiuſdem deciſ.471. & poſt Fenzon. ad Stat. Vrb. deciſ.120. per tot. Michalor. de fratr. part.3. cap.11. num.200. &c. Merlin. de legit. lib.3. tit. 1. quæſt.17. num.16. latè Altograd. conſ.86. num.10. & ſeqq. per tot. Tuſch. litt. S. concl.663. num.23. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic.195. in fine vol.1. Carpan. ad ſtat. Mediol. cap. 288. n.4. Cabal. lib.1. conſ.54. num.7. Viui. comm. opin.795. Palma conſ.53. per tot. Conciol. ad ſtat. Eugub. lib.2. Rub. 66. num.13. & num.6.

Contrarium latè defendunt Curt. iun. conſ.150. per tot. Gratian. diſcept. for. cap.449 per tot. Mart. Medic. Exam. 31. per tot. cum Addit. vide Mot. Rot. Flor. lib.106. à 391. ſub die 27. Februarij 1626. vbi de ſtatuto Petræ Sanctæ, Franch. deciſ.652. & ita pro hac parte fuit declaratum per nouã reformationem ſtatuti Florentini Rub.130. editam de

anno

anno 1620. & dixi *in meis reſol. cap.* 2. *num.* 16. Martha *vot. Piſan.* 24. *per tot.* Theſ. *deciſ.* 269.

Sed videtur poſſe diſtingui, vt hæc ſecunda opinio affirmatiua procedat vbi eſt expreſſa ratio agnationis, & ſtatutum continet verba communia apta ſcilicet comprehendere etiam ſucceſſiones fœminarum; prima autem opinio negatiua procedat vbi non eſt expreſſa ratio agnationis, nec ſtatutum continet verba communia, ſed maſculino ſexui tantùm conuenientia, Altograd. *d. conſ.* 86. Merlin. *d. quæſt.* 17. *num.* 16. *in Addit.* vbi ſequitur Altograd. *loc. cit. num.* 13. ac dicit eſſe veram diſtinctionem à Rota approbatam *part.* 1. *recent. deciſ.* 548. *& part.* 2. *deciſ.* 644. Merlin. *deciſ.* 471. *per tot.*

Et aliàs ego pro prima opinione negatiua, ac iuxta huiuſmodi diſtinctionem latè conſului, prout in meis allegationibus manuſcriptis ciuilibus diuerſis *vol.* 2. *fol.* 135. *& ſeqq.* quod conſilium fortè ſemel imprimetur.

An autem, & quando maſculinum concipiat fœmininum, vel non in huiuſmodi ſtatutis, latè Brun. *de ſtat. excl. fœm. art.* 5. *num.* 69. *& ſeqq. ad* 81. Merlin. *d. deciſ.* 471. *num.* 7. *& ſeqq.* vide in §. *Maſculinum*, Martha *vot. Piſ.* 24. *& vot.* 227. *per tot.* Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 293.

35 Statutum excludens matrem à ſucceſſione filij, non illam excludit à ſucceſſione filiæ, quia non eſt eadem ratio, & maſculinum non comprehendit fœmininum in ſtatutis, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 125. *num.* 6. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 17. 18. *&c.* Surd. *deciſ.* 9. *num.* 8. Mart. Medic. *Exam.* 31. *num.* 19. *&c.* Brun. *de ſtat. excl. fœm. art.* 5. *quæſt.* 13. *num.* 69. Natt. *ſuper eod. ſtat. quæſt.* 3. *prin. num.* 59. Altograd. *conſ.* 86. *n.* 11. *&c. lib.* 1. vbi tamen videtur poſtea contrarium concludere, ſed intelligo iuxta diſtinctionem relatam *ſupra num.* 34. *verſ. ſed de iure*, Conciol. *ad ſtat. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 66. *n.* 13. *& n.* 6.

Plures caſus ſimiles vide latè per Merlin. *d. q.* 17. *per tot.* Mareſcot. *var. reſol. cap.* 80.

Et ſtatutum diſponens quod ſtantibus filijs mater excludatur, non habet locum extantibus filiabus fœminis, idem Merlin. *d. tract. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 27. *per tot.* vbi tamen refert etiam rationes, & auctoritates in contrarium.

Sicut etiam excludens matrem ſtantibus fratribus defuncti, non habet locum ſtante ſorore, quæ non venit appellatione fratris in hac materia, Alex. *conſ.* 45. *lib.* 7. Cabal. *conſ.* 54. *n.* 10. *&* 11. *lib.* 1.

36 Statutum quod extantibus agnatis, cognati non ſuccedant, an comprehendat agnatas fœminas, ita vt maſculinum hoc caſu concipiat fœmininum, & agnata fœmina remotiorem agnatum maſculum excludat, vel cum exiſtente in pari gradu concurrat, vide Theſ. *deciſ.* 37. *per tot.* vbi multas rationes, & auctoritates adducit pro affirmatiua opinione, ſed tamen *num.* 5. *& ſeqq.* concludit pro negatiua, ex eo quia huiuſmodi ſtatuta ſunt pro conſeruanda agnatione condita, & ideò non ſunt trahenda ad comprehenſionem actiuam fœminarum, in quibus finitur agnatio, vide in §. *Fœmina num.* & §. *Maſculinum num.*

Quòd verbum, *hæredum*, poſitum in ſtatuto excluſiuo fœminarum, intelligatur tantùm de deſcendentibus maſculis, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 142. *num.* 3. *& deciſ.* 158. *d. part.* 2. vide in §. *Subſtitutio num.* §. *Verba num.*

Quòd excludens fœminas propter agnatos intelligatur duntaxat de illis, qui ſunt in pari gradu, Brun. *de ſtat. excluſ. fœmin. art.* 12. *n.* 188. *&c.* Burſat. *conſ.* 208. *lib.* 2. Roland. *conſ.* 55. *n.* 21. *lib.* 1. Non. *conſ.* 10. *n.* 12. *conſ.* 15. *num.* 2. Pedroch. *conſ.* 40. *n.* 352. quos refert Theſ. *d. deciſ.* 37. *n.* 3. Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 267. *n.* 20.

Quòd intelligatur de maſculis eiuſdem lineæ, Altograd. *conſ.* 64. *n.* 27. *lib.* 1.

Quòd excludens matrem ſtantibus agnatis non intelligatur illam excludere propter agnatas fœminas, Corn. *conſ.* 335. *lib.* 3. Magon. *deciſ. Flor.* 43. *n.* 2. Theſ. *d. deciſ.* 37. *n.* 9. dixi *ſupra n.* 35. *in fine*.

Plura de ſtatuto excludente cognatos ſtantibus agnatis, vel de vocante proximiores, de quibus intelligatur Tuſch. *litt. S. concluſ.* 667. *cum pluribus ſeqq. per tot.*

37 Statutum Ferrariæ, vel ſimile excludens fœminas propter maſculos, non videtur procedere in hæreditatibus Dominorum Ducum, & Principum, licèt bona eſſent in territorio, & ipſi ciues eum inferiorum decreta, & ſtatuta non ligent ſuperiores, Roland. *de lucr. dot. q.* 83. Brun. *de ſtat. excluſ. fœm. art.* 6. *q.* 7. *num.* 67. *&c.* Menoch. *conſ.* 250. *num.* 21. *& num.* 60. *&c.* Alba *conſ.* 375. *num.* 6. Mareſcott. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 3. *&c.* Ludouiſ. *deciſ.* 279. *num.* 7. *& ſeqq.* vbi etiam de vicario perpetuo vtili domino loci.

Contrarium tamen quando ſtatutum fuit conditum, vel approbatum ab ipſo Principe, & maximè ſi Princeps illo vti velit, etiam in alterius præiudicium, tenent alij magis communiter, vt comprehendat filias, & nepotes ipſius Principis, quia illæ non ſunt Dominæ, ſed ſubditæ, Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 11. *num.* 127. Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 5. *per tot.* Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 16. *num.* 8. *& ſeqq. per tot.* Beltramin. in Addit. ad Ludouiſ. *deciſ.* 279. *num.* 22. Ricc. *Collect.* 2921.

38 Statutum Imolæ, vel ſimile, quòd decedente aliquo ab inteſtato ſine liberis, relicta matre, vel aliquo aſcendente, ſeu deſcendente, aut tranſuerſali ex linea materna ſuccedant coniuncti ex linea paterna, matre, & alijs prædictis ex linea materna excluſis, & admittens coniunctos maſculos ex dicta linea paterna vſque ad quartum gradum, non intelligitur excludere ſororem defuncti, imò per illius exiſtentiam aperitur etiam via matri ad ſuccedendum, latè Rot. *in Imolen. ſucceſſionis* 7. *May* 1635. coram Motman. *in Nouiſs. part.* 7. *deciſ.* 43. *per tot.* adde Tuſch. *litt. S. concl.* 675. *per tot.*

Quòd ceſſet diſpoſitio ſtatuti, ſi caſus dicatur omiſſus, & remaneat ſub diſpoſitione iuris communis quotieſcumque adeſt aliqua perſona ab illo non excluſa, licèt huiuſmodi perſona ex alio impedimento iuris communis non poſſet ſuccedere, quia ſaltem aperit viam alijs ſecundum diſpoſitionem iuris communis, remouendo in totum obſtaculum huiuſmodi ſtatuti non procedit regula, *ſi vince vincentem te, tanto magis vincam te*, cùm non ex eodem iure, vel cauſa, ſed ex diuerſo proueniat ſucceſſio, Rot. *in d. Imolen. ſucceſſionis* 7. *Maij* 1635. coram Motman. *num.* 8. *& ſeqq.* dixi in *reſol. cap.* 27. *num.* 13. vide latè Tuſch. *litt. S. concl.* 675. *per tot.* vbi qualiter ſtatutum excludens, vel includens certas perſonas, non extendatur ad alias, & quando ſecùs, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 357. *&* 438. *per tot.* vbi de ſtatuto Fani.

Et quòd non ſit inconueniens, vt quis ex perſona alterius conſequatur commodum ſucceſſionis, ad quam ſolus non admitteretur, Altograd. *conſ.* 64. *num.* 24. *lib.* 1.

Quòd dictum ſtatutum non habeat locum quando proximior agnatus eſt Clauſtralis, qui non gaudet beneficio ſtatuti, & tunc reducatur ſucceſſio ad terminos iuris communis, & mater excludat alios, Rot. *in F..nen..n a ſucceſſionis* 24. *Ianuarij* 1603. *inter recollect.* Farinac. *part.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 59.

38 Statutum quòd mater, & alij ės linea materna non ſuccedant, ſed coniuncti maſculi ex linea paterna, videtur excludere ſororem defuncti, cùm ex vocatione maſculorum inſurgat virtualis excluſio fœminarum, ſed tamen ſecùs eſt in dicto caſu, quia ſunt duæ partes ſtatuti correſpectiuæ, vna ſcilicet excluſiua lineæ maternæ, altera incluſiua agnatorum, ideò ſicut in prima eſt ſermo ſolum de linea materna, ita ſecunda eatenus admittit agnatos quatenus mater, vel coniuncti ex eius linea extant, & concurrunt, cùm verò adeſt tantùm ſoror defuncti à ſtatuto non conſiderata, dicitur caſus omiſſus, & fauor agnationis non eſt abſolutus, ſed correſpectiuus ad excluſionem lineæ maternæ, ità vt incluſio maſculorum intelligatur quoad præiudicium illius, & non aliorum, qui à matre excluſa dependentiam non habent, Rot. *in Imolen. ſucceſſionis* 7. *May* 1635. coram Motman. *num.* 18. *& ſeqq.*

Qualiter huiuſmodi ſtatutum dicatur habere caput incluſiuum, & excluſiuum, ac de ratione, Tuſch. *litt S. concl.* 670. *per tot. &* 675. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 438.

39 Statutum excludens matrem propter agnatos eatenus locum habet, quatenus agnati ſuccedant, ità vt ſi quando excludantur ab alio, vel aliàs minimè ſuccedant, tunc ſtatutaria ceſſat diſpoſitio, Rot. *in d. Imolen. ſucceſſionis num.* 14. Altograd. *conſ.* 56. *num.* 16. *lib.* 1. Vrceol. *Conſult. for. cap.* 17. *num.* 53. *&c.* facit Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 39. *num.* 20.

Plura de ſtatuto excludente matrem, & deſcendentes ex linea materna, quando loccum habeat, vel non, Tuſch. *litt. S. concl.* 671. *&* 672. *per tot.*

Quid ſi mater tranſierit ad ſecundas nuptias antè, vel poſt ſibi delatam ſucceſſionem, Peregrin. *deciſ.* 12. *per tot.*

An ſtante prædicto ſtatuto mater excludatur à patre naturali, Vide Peregrin. *deciſ.* 58. *num.* 2. & dixi in §. *Aſcendentes num.* 6.

41 Statutum excludens matrem, vel aliàs fœminas ab inteſtato, an intelligatur illas etiam excludere de legitima, arduam quæſtionem appellat, Altograd. *conſ.* 56. *num.* 3. *& per tot. conſ.* 57. *num.* 75. *& ſeqq. per tot. lib.* 1. vbi loquens de matre, ac etiam de alijs fœminis latè probat iuxta veriorem, & æquiorem opinionem non intelligi illas excludere à legitima, vbi loco illius aliquid non reſeruat, & contrarijs omnibus ingenioſè ſatisfacit, vide Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 23 *per tot.* & latiùs *d. lib.* 13. *tit.* 1. *quæſt.* 2. *per tot.* vbi benè probat huiuſmodi ſtatutum excludens fœminas propter maſculos, intelligi etiam excludere à legitima pluribus modis ampliando, & limitando, præcipuè ſi aliquid loco legitimæ reſeruet, vt latè ibi per eum, & dixi *in meis reſol. cap.* 90. *per tot.* vide in §. *Excluſio num.*

An autem ſtatutum poſſit in totum legitimam tollere, Altograd. *conſ.* 56. *n.* 8. *in fine lib.* 1. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 1. *per tot.* vide in §. *Legitima num.*

Et an fœminæ excluſæ à ſucceſſione intelligantur etiam excluſæ a petitione ſupplementi legitimæ, latè Brun. *in eius conſ. impreſſo in fine tract. de ſtat. excluſ. fœm. per tot. fol. mihi* 123.

42 Statutum excludens fœminas, cum hoc vt dotari debeant, non videtur excludere matrem, cui hæc qualitas dotationis non conuenit præcipuè autem ſi de matre expreſsè non loquatur, ad tradita in terminis ſtatuti Ferrariæ per Cæpbal. *conſ.* 120. *num.* 3. *& ſeqq. & conſ.* 278. *num.* 66. *& ſeqq.*

Contrarium autem in terminis dicti ſtatuti Ferrariæ *Rub.* 139. *lib* 2. cùm excludat filias, & omnes alias fœminas cuiuſcumque lineæ, & gradus ratione agnationis conſeruandæ in proœmio expreſſa quod cenſeatur etiam excludere matrem, quæ ſub nomine lineæ venit, conſuluit idem Cæphal. *conſ.* 5. *num.* 28. *&* 25. *per tot.* cum alijs, quos refert, & ſequitur Altograd. *conſ.* 86. *num.* 3. *& ſeqq. lib.* 1.

43 Statutum Ferrariæ *Rub.* 140. concedens matri vſumfructum in dotæ filiæ defunctæ, niſi maſculi excludentes ſint fratres, aut fratrum deſcendentes, an intelligatur de fratribus fœminæ excluſæ, an de fratribus teſtatoris, qui dotem legauit, vide Altograd. *conſ.* 87. *num.* 32. *& ſeqq. lib.* 1. vbi oſtendit de vtriſque intelligendum eſſe, & allegat Roman. *conſ.* 16. *per tot.* ac alios illum ſequentes, licèt diſſentiat Mandoſ. in Addit. ad d. conſ. Roman.

44 Statutum excludens fœminas propter maſculos ab hæreditate matris, non habet locum in hæreditate auiæ, cùm in correctorijs, matris appellatione non veniat auia, & ſtatutum non ſit extendendum ad caſus non expreſſos, Pariſ. *conſ.* 49. *num.* 63. *&c. lib* 3. Magon. *deciſ. Flor.* 147. *num.* 8. *&* 9. vide in §. *Filia num.* Rot. in ſelectis per Farinac. *part.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 463. *num.* 12. *& per tot.*

45 Statutum excludens filiam ab hæreditate patris ob exiſtentiam fratris, non intelligitur illam excludere ab hæreditate ipſius fratris poſteà decedentis, etiam reſpectu bonorum à patre prouenientium Altograd. *conſ.* 66. *num.* 38. *lib.* 1. facit quod dixi in §. *Renunciatio num.*

46 Statutum excludens mulieres nuptas extrà territorium, non præiudicat illarum filijs licèt extrà territorium natis, Seraphin. *deciſ.* 822.

Item non habet locum in ſucceſſione materna, idem Seraphin. *deciſ.* 790. *& deciſ.* 806.

Item non procedit quando non ſua ſpontè, ſed à parentibus fuerunt nuptæ extrà territorium, Seraphin. *d. deciſ.* 806. *num.* 4. *& deciſ.* 811. *num.* 6. cum alijs pluribus per Bich. *deciſ.* 89. *num.* 9. vbi tamen *num.* 19. videtur dubitare de iſta opinione, per quam facile eſſet eludere teſtantium, vel ſtatuentium diſpoſitiones.

Quòd ſtatutum ſimpliciter excludens forenſes, non comprehendat fœminas alibi nuptas, cùm illæ non deſinant eſſe ciues loci ſuæ originis, Altograd. *conſ.* 97. *num.* 16. *lib.* 1. vbi tamen vide *per tot.* facit quod dixi *ſupra num.* *& in* §. *Vxor num.*

Alia de ſtatuto excludente nuptas extrà territorium, tradit Brun. *de ſtat. excluſ. fœmin. art.* 5. *n* 295. *& ſeqq.* Tuſch. *litt. S. concl.* 677. *per tot.* & in terminis legis Florentiæ, de qua dixi in Pract. §. *Donne num.* 1. *&c.* vide *not. Rota dictæ Ciuitatis lib.* 99 *à* 152.

Quid ſi ſtatutum diſponat, ne mulier nubat cum hæreditate extra territorium ſub pœna amiſſionis, an intelligatur de hæreditate delata ſimpliciter, vel de iam agnita, & adita, Arias de Meſa *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 29. vbi quòd quicquid ſit de iure, ſeruantur de facto huiuſmodi ſtatuta, de quibus etiam Andreol. *contr.* 271. 272. 273. *&* 274. *per tot.* Caſtald. *conſult.* 188. *per tot.* vbi pluribus citatis pro nullitate huiuſmodi Statutorum, & Proclamatum tollentium facultatem nubendi metu pœnæ, concludit ſaltem non procedere quando mulier fuit nupta ab alijs, puta patre, vel fratribus, vel eſſe admittendam ad effectum vendendi ſubdito, vel conſequendi æſtimationem ſuæ portionis à cohærede, ad Palm. *conſ.* 63. *n* 62. Andreol. *contr.* 392. *n.* 8. Ciarlin. *contr.* 70. *n.* 35. vel ſi fuiſſet minor præſeruari ope reſtitutionis in integrum, vel ex gratia Principis de facili concedenda.

Quòd huiuſmodi ſtatuta tanquam contra libertatem matrimonij, & immunitatem Eccleſiaſticam non valeant, maximè ſi hæreditas ſit iam quæſita pluribus citatis probat Dian. *reſol. moral. part.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 56.

47 Statuta fœminarum excluſiua qualiter poſſint per non vſum, & deſuetudinem abrogari, latè Gratian. *deſcept. for. cap.* 965. *per tot.* vide ſupra circa generalia *ſtat. num.* Corn. *conſ.* 171. *in fine vol.* 4. Brun. *de ſtat. excluſ. fœmin. art.* 14. *quæſt.* 6. *n.* 1. *&c.* vbi plura de remedijs contra dicta ſtatuta, an ſcilicet per Principis reſcriptum poſſit illis derogari, maximè circa hæreditatem nondum delatam, vel per nouam legem tolli, an per pactum, an per renunciationem, an per præſcriptionem, an non petendo tutorem, & ſimilia de modo agendi.

48 Statutum fœminarum excluſiuum nouiter editum reſpicit caſus futuros, non autem prætetitos licet adhuc in iudicio non deductos, & quid ſi ſtatutum nouum ſit declaratorium antiqui, an tunc extendatur ad caſus præteritos, vide Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 142. *per tot.* dixi in §. *Lex num.*

49 Statutum excludens fœminas propter maſculos; prodeſt etiam hebræis ad excludendum illorum fœminas hebræas, & quid ſi factæ eſſent Chriſtianæ, Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 7. *per tot.* vide in §. *Iudæi num.*

59 Statuto ſtante, quòd fœmina maritata, ſit dote ſibi data contenta, an mortuo poſteà patre, & maſculis illam excludentibus, relicta vna, vel pluribus filiabus innuptis, an iſtæ non maritatæ, ſiue innuptæ excludant ſorores nuptas, & dotatas, ſiue potiùs omnes æqualiter ſuccedant; dic quòd ſi ſtatutum diſponat, vt filia maritata, & dotata debeat eſſe contenta, ita vt non poſſit amplius aliquid petere in bonis, & hæreditate patris, & matris, ſed in ea ſuccedant fratres, vel filij fratrum, & hoc caſu dotata excludi communis eſt opinio; ſi verò excludatur non propter matrimonium, vel dotem, ſed propter agnationem, vel per ablatiuos abſolutos ſtantibus maſculis, vel per dictiones taxatiuas, ſiue temporales, vel alio modo ſimili, æqualiter nuptæ, & innuptæ ceſſantibus maſculis ſunt ad ſucceſſionem admittendæ, vt benè probat Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 10. *per tot.* vbi etiam quid in filia vidua, vel nubere non volente, & *quæſt.* 11. *num.* 19. *&c.* vide ſupra *num.* 26. *&c.* facit Viui. *comm. opin.* 868.

51 Statuta prædicta excludentia fœminas propter maſculos, quas perſonas comprehendant, vel non; quibus caſibus locum habeant, vel non; in quibus hæreditatibus, ſucceſſionibus, bonis, & rebus procedant, vel non; in quantum, qualiter, & quandiu intelligantur fœminas, vel alias perſonas excludere, quale ius habeant perſonæ excluſæ in eo, quod illis reſeruatur, vel reſeruatum intelligitur, propter quas perſonas, & quorum fauore cenſeantur fœminæ excluſæ; qualiter, & in quantum admittantur illi propter quos fœminæ excluduntur, & alias huiuſmodi quæſtiones circa hanc materiam, vide plenè per Albert. Brun. *tract. de ſtat. excluſ. fœm. per tot.* Georg. Natt. *eod. tract. per tot.* Io. Campex. *eod. tract.* Laur. de Palat. *eod. tract.* Tuſch. *litt. S. concl.* 656. *cum multis ſeqq. per tot.*

An, & quando in ſtatutis procedat regula, quòd incluſio vnius ſit excluſio alterius, Anſald. *conſ.* 108. *per tot.*

Sta-

52 Statuto ſtante quòd hæreditas deuoluatur ad propinquiores conſanguineos ex paterna linea, amita excludit amitam maternam in ſucceſſione nepotis, quia & ipſa amita eſt conſanguinea, & de agnatione, quando maſculinum concipiat fœmininum, & alia de re, Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.297. per tot.* facit ſupra *num.34. in §. Aſcendentes.*

53 Statutum excludens certas perſonas non extenditur ad excluſionem aliarum non expreſſarum, & vbi non eſt conditum fauorem agnationis, excluſa fœmina non cenſetur excluſus maſculus ab ea deſcendens, licèt proueniat ex radice infecta, & excluſa, cùm ſuccedat ex propria perſona, vt latè per Rot. in Selectis per Farinac. *part.1. tom. 1. deciſ.463. per tot.* facit quod dixi ſupra *num.3. & 18. & in §. Maſculi*, Rot. *part.16. recent. deciſ.301.* vbi quòd huiuſmodi ſtatuta tanquam iuris communis correctoria nullatenus extenduntur, etiam per rationem generalem, & adequatiſſimam, *& part.17. deciſ.396.* vbi quòd ſtatutum excludens matrem propter patruum, & patrueles, non eam excludit propter auum in ſtatuto non nominatum, & idem in ſimilibus ob non permiſſam extenſionem de perſona ad perſonam, in terminis Statutis Ciuitatis Fani.

Nimis tamen rigoroſa viſa fuit poſteà dicta interpretatio ſtatuti Fani, quia dum patruus, & patruelis remotiores excludunt matrem, multò magis illa excludi debet ab auo proximiore, & à quo deſcendunt patruus, & patruelis, cum potentius ſit ius in cauſa, quàm in cauſato, & prohibitio extenſionis in ſtatutis ſit intelligenda de irrationabili, non autem de iuſta, & rationabili interpretatione, quæ admittitur ad ſanum, æquum, ac iudicum intellectum inducendum, vt recedendo à prius deciſis in eadem cauſa reſoluit Rot. *part 18. deciſ.693. per tot.*

Verùm repropoſita iterùm cauſa fuit receſſum ab vltimo loco deciſis, & reſolutum, matrem admitti, non obſtante auo, in terminis dicti ſtatuti Fani, Rot. *part.19. deciſ.68. per tot. & deciſ.165.*

De ſtatuto requirente certam ſolemnitatem in contractibus minorum, vel mulierum.

1 STatuta requirentia certam ſolemnitatem in contractibus mulierum, vel minorum non alia ratione dicuntur condita, niſi ad integrandas mulierum, vel minorum perſonas, & ne ob imbecillitatem iudicij circumueniantur, Carpan. *de Stat. Mediol. cap.328. num.221.* Tiraquel. *de leg. connub. gloſ.5. n.35. & 156.* Altograd. *conſ.21. n.20. lib.2.* vbi propterea *num.21.* infert, quòd ceſſante dicta ratione, ceſſet ſtatuti diſpoſitio. vt quia partium iura remaneant illæſa non obſtante contractu, *infra num.44.*

Plura de ſtatuto quod mulier nupta non poſſit contrahere, vel teſtari ſine conſenſu viri, tradunt Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.2. Rub.45. per tot.* Andreol. *controu.73. & 84.* Et de ſtatuto requirente certas ſolemnitates in contractibus minorum, latè idem Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.2. Rub.56. per tot.*

Quòd ſtante iuſta cauſa, ex qua excludatur omnis dolus, & læſio, ad quibus obuiandum ordinantur ſolemnitates ceſſet illarum vigor, Bald. *conſ.63. in fine lib.3.* Rot. *part. 13. recent. deciſ.224. in fine.*

De ſtatutis diuerſorum locorum circa minorum, & mulierum contractus, & ſolemnitates in eis adhibendas, quando locum habeant, vel non, Tuſch. *litt. S. concl.594. cum pluribus ſeqq. ad 600. & concl.604. concl.651. & ſeqq.* Ricc. *Collect.377. 659.* Peregrin. *deciſ.14.* Viuh. *comm. opin.796.* vbi limitat, non habere locum in multis caſibus.

Quod mulieres olim propter ſexus fragilitatem perpetua tutela coercentur, cuius loco hodiè in pleriſque locis Italiæ fuit inductus conſenſus Mundualdi, prout Florentiæ, vel alia forma a ſtatutis præfixa, Montan. *de tut. cap.7. num.46. & ſeqq. ad 53* Ang. *conſ.191.* Bald. *conſ.407. lib 2. & in l.2. quæſt.9. C. de reſcind. vend. infr. num.4. verſ. ſicut etiam.*

De Mundualdo Florentiæ in contractibus mulierum vigore ſtatuti adhibendo, dixi in Pract. §. *Donne num.5.* & in hoc Opere §. *Mulier num.* Tuſch. *litt. S. concl. 598.*

Quando autem huiuſmodi ſtatuta dicantur inducere formam, ita vt illa non ſeruata contractus omninò corruat, vide in §. *Forma, & infra num.*

An ſint fauorabilia, vel odioſa, Card. Tuſc. *litt. S. concl. 599.*

Quòd ſint ad vnguem ſeruanda ſub pœna nullitatis contractus, Rot. *part.2. recent. deciſ.355. num.1. &c.*

2 Statutum requirens conſenſum à propinquorum intelligitur de habilibus, unde non admittuntur ſpurij, monaci, furioſi, mentecapti, ebrij, banniti, Iudæi, hæretici, excommunicati, penitus ſurdi, muti neſcientes legere, affines ſpirituales, mulieres, minores, nec alij ſimiles, ſed illorum loco ſunt adhibendi ſequentes proximiores in gradu, & omnibus deficientibus datur curator, ac in omnem caſum adhibetur decretum iudicis, vt ſingillatim declarat Pic. *ad Stat. Vrb. gloſ.23. per tot.* Ludouiſ. *deciſ.473. num.10. & ſeqq.*

De minore vide Bart. *conſ.96. lib.2. inf. num.5.* Merlin. *deciſ.535. num.9. & ſeqq.* vbi quòd minor non poteſt tanquam proximior interuenire in contractu alterius minoris, cùm & ipſe egeat alieno conſilio, & ne ambo in foueam cadant, idem Merlin. *deciſ.646. num.2. &c.*

Quòd non adhibeantur habentes intereſſe in contractu, Ludouiſ. *deciſ.473. num.10. & 23.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.647. num.20. &c.* vbi etiam *num.6. &c.* de curatore dando in defectum proximiorum, Rot. *part.14. recent. deciſ.321. num.2.* vbi quòd poſſint omitti proximiores, quando agitur de illorum intereſſe, vt quia eſſent ſucceſſuri ab inteſtato, ſi agatur de donatione alteri facienda.

Quòd ſtante ſtatuto ne filiusfamilias poſſit obligari ſine conſenſu patris, ſi pater ſit furioſus ſuſtineatur obligatio filij ſine dicto conſenſu, & ſic poſſit liberè contrahere ſecundum aliquos, ſtante patris furore, quamuis iuxta magis veram, & approbatam opinionem nullo modo ſuſtineatur talis obligatio ſine decreto iudicis, vel conſenſu curatoris ipſius patris, plenè Mart. Medic. *deciſ.24. per tot. cum Addit.*

An autem conſenſus poſſit præſtari per Epiſtolam, nuncium, vel procuratorem, idem Mart. Medic. *deciſ.93. num.5.* vbi quòd non, quando ſtatutum requirit etiam præſentiam.

Et quòd nec etiam ſufficiat præſentia, & taciturnitas, ſed requiratur conſenſus expreſſus ſaltem per ſigna, idem Mart. Medic. *deciſ.94. n.3. cum Addit.*

3 Statutum requirens conſenſum duorum proximiorum in contractu, eſt intelligendum quatenus adſint, nam ſi vnus tantùm adeſſet, ille ſufficeret, & ſemper ſunt adhibendi proximiores, alias contractus eſt nullus, Pic. *ad Stat. Vrb. gloſ.12. num.4. & per tot. & gloſ.13.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.761. num.1. &c. & deciſ.38. per tot.* vbi quòd ſi probetur adfuiſſe alios propinquiores habiles annulatur contractus, Rot. *part. 12 recent. deciſ.31. per tot.* vbi pro nullitate ex eo, quòd vnius tantùm interuenit, & alter citatus non comparuit, licet loco illius fuerit à iudice deputatus curator, quando tamen dictus proximior fuit citatus coram alio, eadem Rot. *d. part.12. deciſ.22. per tot.* vbi pro nullitate, *& part.13. deciſ.443. num.5. & ſeqq. & part.14. deciſ.163. num.1. & ſeqq. & deciſ.265. num. 1. &c.*

Quod ad ſuſtinendum actum præſumatur abſentia, vel impedimentum proximiorum, & alleganti illorum præſentiam, & habilitatem incumbat onus probandi, Altograd. *conſ.28. num.50. & 51. lib.1.* Thomat. *deciſ 68. num.71. & ſeqq.* Rot. *part.13. recent. deciſ.495. num.3. & part.14. deciſ.163. per tot.* Bich. *deciſ.165.* Vrceol. *conſult. for. cap.28. infr. num. ſeqq. verſ. quod præſumatur cum duabus ſeqq. & in Appendic. in fin.2. vol.* vbi allegat Cæſar. Manent. *conſ. 32. num.21. lib.1.* aſſerentem annullandum contractum non ſolum probandum eſſe, quòd eo tempore exiſterent in loco, ſed etiam quod commodè potuerint illa die interuenire, vide Rot. *part.12. recent. deciſ.232. per tot.* vbi contra, *& part.13. deciſ.443. num.5. & ſeqq.* vbi quòd eſt probanda abſentia, vel aliud impedimentum, & ſi ſit temporale debet ſtipulatio differri ad diem ſequentem, & citatio facta ad intereſſendum in vno loco, non releuat, ſi ſtipulatio fiat poſteà in alio, vide Rot. *part.14. recent. deciſ. 163. per tot. & deciſ.265. per tot.*

Quòd dicta citatio continere debeat qualitates, & ſubſtantialia contractus celebrandi alias ſit nulla cum ipſo contractu, Rot. *part.11. recent. deciſ 378. num.1. &c.*

Qualiter impugnans contractum propter non interuentum coniunctorum, teneatur probare, illos extitiſſe in

in loco tempore contractus, fuiſſe habiles, ac interuenire potuiſſe, aliàs ſuccumbat, Cabal. *conſ. deciſ.* 166. *per tot. lib.* 1. Rot. *par.* 18. *recent. tom.* 1. *deciſ.* 50. *num.* 8.

4 Statutum quòd in contractu vxoris requiratur conſenſus mariti, intelligitur dummodò ſit præſens, & illum præſtare poſſit, aliàs valebit contractus etiam non ſeruata forma, Aſin. *in prax.* §. 3. *cap.* 37. *num.* 5. *et per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 212. *num.* 11. *etc.* Addit. ad Lodoniſ. *deciſ.* 459. *num.* 12. Altograd. *conſ.* 5. *num.* 93. *et* 94. vbi etiam quòd alleganti præſentiam incumbit probatio, & quod ſi ſtatutum loquatur de marito non habet locum in ſponſo de futuro, cuius conſenſus non erit neceſſarius in contractu ſponſæ, vt *ibidem num.* 96. Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 2. *Rob.* 45. *per tot.*

An autem ſtante dicto ſtatuto poſſit maritus præſtare conſenſum contractui, ſiue diſpoſitioni ad eius fauorem factæ, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 556. *num.* 9. *&c. ad* 26. Marth. Medic. *Exam.* 57. *num.* 6. *&c.* Vrceol. *Conſult. for. cap.* 44. *num.* 15. *&c.* Franch. *deciſ.* 14. *num.* 1. *&c.* dixi in §. *Filius num.* 60. *infra num.* 46. latè Sanfelic. *deciſ.* 109. vbi de patre an poſſit præſtare conſenſum filio ad eius fauorem contrahenti.

Quòd præſumatur præſentia mariti, niſi probetur abſentia, Marth. Medic. *deciſ.* 93. *num.* 7. vide ſupra *num.* 3. *in fine*, Rot. *par.* 12. *recent. deciſ.* 232. *num.* 7. vbi quòd conſtito de exiſtentia, & præſentia in vrbe, accidentale impedimentum debet ab allegante probari ad ſuſtinendum contractum, maximè ſi poterat contractus deferri.

Quòd allegans nullitatem ob defectum interuentus proximiorum, teneatur probare nedum illorum exiſtentiam, ſed etiam habilitatem de tempore præciſo contractus celebrati, Rot. *in Romana cenſus Scutorum* 18000. *Luna* 11. *Martij* 1613. coram Coccino penes Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. tom.* 2. *deciſ.* 37. *num.* 1. *&c.* Rot. *par.* 13. *recen. deciſ.* 495. *num.* 3. Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 406. *&* 459. Franciſ. de Angelis *tract. de confeſ. lib.* 2. *qu.* 17. *num.* 8. *&* 9. vbi tamen quod ſecùs eſt ſi allegetur impedimentum, vt ibidem declarat.

An ſi mulier aſſeruit cum iuramento non habere alios conſanguineos poſſit dicere de nullitate probando alios extitiſſe proximiores, Gratian. *deciſ.* 234. vbi plura hincinde, & quòd aſſerenti non extitiſſe conſanguineos, qui potuerint interuenire incumbat probatio, Menoch. *de arbit. caſ.* 212. *num.* 2. vide Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 132. *per tot.* vbi de vtroque dubio, & *par.* 13. *deciſ.* 495. *num.* 4. *& ſeqq.* vbi benè declarat, & Franciſ. de Angelis *d. q.* 17.

Quòd ſi tempore peſtilentiæ mulier contraxerit, vel condiderit teſtamentum non ſeruata forma ſtatuti, valeat, licet poſtea diu ſuperuiuat, Corn. *conſ.* 53. *num.* 1. *conſ.* 131. *num.* 2. *lib.* 1. Aſin. *in Prax.* §. 3. *cap.* 38. *num.* 3. Menoch. *de arbitr. caſ.* 211. *num.* 12.

Quòd vxore mortua, non poſſit conſenſus adhiberi ad conualidandum contractum antea celebratum, cùm tunc voluntas vxori eſſe deſierit, Caſtr. *conſ. vol.* 2. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 69. *num.* 6. conſenſus enim exponitur ideſt ſimul ſenſus, & in vnum ſenſus, qui altero mortuo non ità dici poteſt, vide in §. *Contractus num.* 13.

Quòd fœminæ prohibitæ ſine conſenſu propinquiorum contrahere, illis non extantibus poſſint contrahere ſine alio conſenſu, ſeruata tantùm forma iuris communis, Seraph. *deciſ.* 1244. *num.* 2. Menoch. *de arbitr. caſ.* 211. *num.* 9. *&* 10. *caſ.* 113. *num.* 1.

Sicut etiam in caſibus à ſtatuto non comprehenſis recurritur ad ius commune, ſecundum quod mulieres poſſunt liberè contrahere, & de bonis ſuis diſponere, Tiraquel. *de leg. connub. gloſ.* 8. *num.* 15. cum alijs per Altograd. *conſil.* 15. *numer.* 22. *lib.* 2. Bero. *conſ.* 176. *num.* 45. *lib.* 1. Carpan. *ad Stat. Mediol. cap.* 328. *num.* 218. vide *ſupra numer.* 1. *verſ. Quod mulieres*, Merlin. *deciſ.* 601. *num.* 12. *&c.* vbi quòd Bononiæ nullum extat ſtatutum præſcribens ſolemnitates in contractibus mulierum, & ideò mulieres, ſi ſint maiores, poſſint ſicut mares liberè contrahere, & Rota *part.* 18. *recent. deciſ.* 291. *num.* 4.

Quòd ſtatutum requirens conſenſum mariti in contractu vxoris, non procedat quando vxor viuit ſeparata à viro bannito, vel aliter condemnato, abſente, vel furioſo, latè Caluin. *de aquis. lib.* 2. *cap.* 110. *per tot.* vbi nec in additione hæreditatis, *infra num.* 28.

5 Statuto diſponente conſenſum conſanguineorum adhiberi in contractibus mulierum, vel minorum, ſunt requirendi dicti conſanguinei ad præſtandum huiuſmodi conſenſum, & ſi recuſent illum præſtare ſine iuſta cauſa arbitrio iudicis æſtimanda, poteſt iudex licentiam contrahendi ſine dicto conſenſu concedere, & ita huiuſmodi defectum ſuo decreto ſupplere, niſi vltrà dictum conſenſum requiratur etiam decretum, quia tunc non poteſt iudex ſuas, & aliorum vices ſuſtinere, erunt adhibendi alij conſanguinei, licèt remotiores, vel alius iudex loco illorum, ſiue curator, ſiue vicini iuxtà locorum conſuetudinem, Salyc. *in l. dudum in fine C. de contrah. emp.* Alex. *in l. ſi cum dotem §. eo autem ff. ſoluto matrim.* Tiraquel. *de leg. connub. gloſ.* 6. *num.* 131. Menoch. *de arbitr. caſ.* 211. *per totum*, Gratian. *deciſ.* 237. *num.* 31. *&c.* vide Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 25. vbi quòd iudex poteſt ſupplere præſentiam patris, vel alterius conſanguinei, quando eſt abſens, vel non benè conuenit cum filia, ſi de huiuſmodi mala conuenientia conſtet, etiam ſi ſtatutum copulatiuè requirat iudicis decretum, & patris præſentiam, quam iudex poteſt ſupplere vt ſupra, & contraria procedunt quando ſtatutum requirit copulatiuè iudicis decretum, & conſanguineorum authoritatem, quæ maior eſt ſimplici præſentia, & ideò tunc ſaltem ſunt requirendi, & illis ſine cauſa renuentibus alius iudex adhiberi, Pic. *ad Stat. Vrb. cap.* 151. *gloſ.* 19. *num.* 10. *& ſeqq. ad* 24. Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 314. *numer.* 13. vide Bich. *deciſ.* 165. *per tot.* Marth. Medic. *Exam.* 57. *num.* 9. *&c.* vbi quid ſi maritus, vel alius, qui præſtare debet conſenſum non reperiatur, vt quia ſit vagabundus, vel abſens, vide §. *Filius num.* Paul. Chriſtin. *ad leg. Municip. tit.* 9. *art.* 4. *num.* 32. *&c.* vbi quid ſi maritus ſit minor, abſens, vel bannitus, furioſus, vel recuſans, dicit tutius eſſe his caſibus adhibere decretum iudicis, & quod poſſit etiam contractus firmari iuramento, licèt alij contrà, *ſuprà num.* 2. *& inf. num.* 32. Rot. *par.* 19. *recent. deciſ.* 32. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi quòd inimicitia eſt cauſa legitima non vocandi proximiorem in contractu proximioris ad formam ſtatuti, ſi legitimè probetur, ad quem effectum fuit conceſſa remiſſoria, & *deciſ.* 228. *d. part.* 19.

Quòd poſſit mulier liberè contrahere, ſi conſanguinei requiſiti recuſent ſine iuſta cauſa conſentire, Menoch. *de arbitr. caſ.* 182. *n.* 12.

Quæ autem ſit iuſta cauſa recuſandi, idem Menoch. *de arbitr. caſ.* 211. *&* 212.

Quid, & quantum ſit probandum per mulieres, vel minores impugnantes contractum ex eo quod proximiores non interfuerint iuxtà formam ſtatuti, pulchrè Vrceol. *conſult. for. cap.* 28. *per tot.* Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 406.

Quòd ſi ſtatutum requirat præſentiam conſanguineorum in contractu mulierum, non ſit neceſſarius conſenſus, ſed ſufficiat præſentia, etiam cum contradictione, Hieron. Gabriel. *conſ.* 5. *num.* 5. Sanfelic. *deciſ.* 150. *num.* 3. vbi tamen contrarium reſoluit, ſed in alijs terminis, vt dixi in §. *Electio*.

Statutum requirens certam ſolemnitatem in contracti- 6
bus mulierum, vel minorum, non habet locum vbi agitur tantùm de iure quærendo, & nondum quæſito, nec radicato, Crauett. *conſ.* 114. *num.* 14. Curt. iun. *conſ.* 147. *num.* 18. *conſ.* 120. *num.* 7. Carpan. *ad Stat. Mediol. cap.* 328. *numer.* 159. *&* 203. Gratian. *diſcept. for. cap.* 132. *num.* 19. *cap.* 568. *num.* 51. *&c. cap.* 858. *vbi num.* 12. benè diſtinguit, *cap.* 969. *num.* 31. Magon. *deciſ. Flor.* 132. *num.* 14. *&c.* vide in §. *Renunciatio num.* Rot. *par.* 12. *recent. deciſ.* 149. *num.* 5. *&* 16. *deciſ.* 418. *num.* 8. *& ſeqq.* vbi ſecùs quando ius competens fuiſſet iam agnitum, & acceptatum, licèt non conſecutum, nec obtentum.

Quòd ideò mulier poſſit ſine conſenſu conſanguineorum repudiare nondum agnitam hæreditatem, ſicut & Prælatus, notat Menoch. *de arbitr. caſ.* 171. *num.* 53. vbi videtur ſecus tenere quoad legatum, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 232. *numer.* 9. *&* 10. vbi quòd ſtatutum procedit in actibus priuatis, & extraiudicialibus, non autem in publicis, & iudicialibus, ac ideò valere repudiationem ſine ſolemnitatibus in iudicio factam, & *part.* 14. *deciſ.* 495. *num.* 17. *&* 18. vbi contrariam innuit, niſi hæreditas ſit non ſoluendo, quia tunc repudiatio eſt vtilis, & *part.* 17. *deciſ.* 273. vbi quòd repudiatio hæreditatis non ſolum delatæ, ſed etiam aditæ, eſt nulla ſine ſolemnitatibus etiam ſi ſit in iudicio voluntariè facta, vide in §. *Repudiatio num.* 3. & Rot. *part.* 18. *deciſ.* 306. *num.* 19. vbi quòd eſt nulla ſine ſolemnitatibus ſtante nimia læſione.

Item

Item poſſit ſine alijs ſolemnitatibus repudiare donationem ſibi factam, & nondum acceptatam, cùm non ſit ei ius perfectè quæſitum ante acceptationem, idem Menoch. *de arbitr. caſ.* 185. *num.* 33. vbi plura allegat.

Quòd dictum ſtatutum non habeat locum in iure quærendo, niſi ſtatutum in totum adimat bonorum, & iurium adminiſtrationem, Altograd. *conſ.* 21. *num.* 27. *&* 28. *lib.* 2. plenè Caſtr. *conſ.* 131. *per tot. lib.* 2.

Quòd in iure quærendo ſub conditione, nulla conſideretur læſio, circà quam debet attendi tempus contractus, & ideò ceſſet diſpoſitio ſtatuti, Rot. *in nouiſſ. part.* 6. *deciſ.* 292. *num.* 28. *&* 29.

Contrarium autem quod dictum ſtatutum procedat etiamſi agatur de iure quærendo, cùm ſemper adſit læſio in huiuſmodi remiſſionibus, & renunciationibus de iure quærendo, quia ſaltem amittitur facultas acquirendi, concludit Pic. *ad Stat. Vrb. gloſ.* 8. *num.* 13. vide in §. *Læſio num.* Gratian. *diſcept. forenſ.* 858. *num.* 10. *&c.* Buratt. *deciſ.* 120. *num.* 25. cum alijs per Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 36. *num.* 3. vbi quòd habet locum etiamſi agatur de renuntiatione iuris futuri, Rot. *part.* 16. *deciſ.* 418. vbi videtur intelligere quando ius fuit ſaltem agnitum, & acceptatum, & *part.* 18. *deciſ.* 260. *num.* 22. vbi quando minor poteſt lædi, etiam in iure quærendo ſunt neceſſariæ ſolemnitates.

Quòd ſolemnitates ſtatuti non ſint neceſſariæ vbi renunciatur ius illiquidum, & dubium, Gabriel. *de donat. concl.* 1. *num.* 43. Merlin. *deciſ.* 740. *n.* 20.

Quòd ſtatutum non trahatur ad actiones competentes pro rebus immobilibus acquirendis, ſed procedat tantùm in bonis poſſeſſis per mulieres renunciantes, Peregrin. *deciſ.* 95. *num.* 15. vide in §. *Actio n.* 8.

7 Statutum prædictum locum habet etiam in obligationibus tacitis, & ideò ſicuti mulier abſque ſolemnitatibus non poteſt ſibi expreſsè præiudicare circa remiſſionem ſuorum iurium, ità nec tacitè, pulchrè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 689. *num.* 49. *cap.* 969. *num.* 33. Magon. *deciſ. Flor.* 65. *num.* 4. vbi quòd ſicuti non poteſt expreſsè obligari, ità nec tacitè præſumitur ſe obligaſſe.

Quòd non habeat locum in tacita reconductione, vel tacita relocatione, quæ valet abſque ſolemnitatibus, cùm non ſit noua obligatio, ſed proueniat ex cauſa præcedentis obligationis, veriùs dicit Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 335. *num.* 12.

Recipiendo canonem ab emphyteuta, etiam ſine ſolemnitatibus, ſibi præiudicat quoad caducitatem, & illam cenſetur remittere, cùm id veniat in conſequentiam actus permiſſi, Cartar. *deciſ.* 91. *num.* 4. *&c.* Altograd. *conſ.* 85. *nu.* 47. *lib.* 1. *& conſ.* 15. *n.* 41. *et ſeqq.* vbi hoc idem latiùs probat, & ſequitur, *inf. n.* 29.

8 Statutum requirens certam ſolemnitatem in contractibus mulierum, intelligitur de contractibus præiudicialibus, & damnoſis, non verò de vtilibus, & ſibi fauorabilibus, Marant. *part.* 4. *diſtinct.* 16. *numer.* 48. facit Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 756. *num.* 18. *& per tot. cap.* 360. *num.* 12. *&c.* vide Marth. Medic. *Exam.* 57. *num.* 5. *& in Addit. num.* 4. *&* 5. Hodiern. ad Surd. *deciſ.* 70. *numer.* 10. idem Surd. *deciſ.* 179. *num.* 17. *&c.* Pignatel. *controu.* 21. *num.* 12. Capyc. Latr. *deciſ.* 19. *num.* 6. *et ſeqq.* Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 335. *num.* 13. vbi loquitur in pupillo, & quando ipſe non dat de nullitate, ſed agit pro obſeruantia contractus, & *part.* 11. *deciſ.* 173. *num.* 12. vbi quòd ſi filius ſit factus locupletior, non ſunt neceſſariæ ſolemnitates in contractu cum patre inito, & *part.* 13. *deciſ.* 276. *numer.* 10. vbi quòd quando contractus eſt vtilis mulieri, non eſt opus decreto iudicis, nec alijs ſolemnitatibus, & *part.* 14. *deciſ.* 495. *num.* 18.

Contrarium, quòd imò etiam in contractibus vtilibus, & non damnoſis requirantur ſolemnitates ſtatutariæ, quæ licet non interuenerint, obligentur tamen contrahentes cum muliere, vel minore, ità vt poſſint compelli ad obſeruantiam, ſi poſteà mulier, vel minor voluerint ſolemniter ratificare, niſi dolus præſupponeretur à ſtatuto, vel niſi eſſemus in infante, quia his caſibus non poſſet contractus ratificari, Pic. *ad Stat. Vrb. gloſ.* 7. *num.* 184. *& ſeqq.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 27. *per tot. cap.* 565. *num.* 55. *&c. cap.* 583. *num.* 5. *&c.* facit latè Montan. *de tut. cap.* 33. *numer.* 450. *& ſeqq.* Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 547. *&* 623. vbi quòd quando ſtatutum inducit formam, non ſufficit vtilitas contractus ad illum ſuſtinendum, & in omnem caſum debet eſſe euidens, quæ talis dicitur quando minor, vel mulier ſibi alios obligat, & non obligatur.

Statuto ſtante quod in contractibus mulierum, vel minorum ſint adhibendæ certæ ſolemnitates aliàs contractus ſit nullus, an ſi dictæ ſolemnitates non fuerint ſeruatæ, ſuſtineatur contractus ſaltem in foro conſcientiæ, vide in §. *Contractus num.* §. *Hæres num.* *& in* §. *Minor num.* 38. 9

Statutum prædictum an habeat locum in alienatione Molendinorum, vel generaliter vbi adeſt periculum amiſſionis rei, Capyc. *deciſ.* 113. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 564. *num.* 18. vbi videtur negatiuè concludere, vide in §. *Molendina num.* 10

Statutum prędictum licèt loqueretur de quietationibus, non habet locum in neceſſarijs; neceſſariæ autem dicuntur quietationes quando mulier, vel minor recipit, quo caſu tenentur quietare de recepto, niſi eſſemus in quietatione de jam recepto, non aliundè adminiculata, quia tunc requiruntur ſolemnitates, quas etiam ſemper adhibere eſſet valdè vtile imò neceſſarium, ad tradita per Pic. *ad Statut. Vrb. gloſ.* 9. *numer.* 4. Roman. *conſ.* 394. Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 104. *num.* 9. *&c. part.* 3. *deciſ.* 867. *num.* 5. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 27. *num.* 47. *&c.* Marth. Medic. *Exam.* 57. *num.* 2. *&c. cum Addit.* Duran. *deciſ.* 405. *num.* 12. vbi quòd maximè procedit quando mulier non poteſt compelli ad recipiendam ſolutionem. 11

Quòd generaliter loquendo quando conſtat mulierem, vel minorem recepiſſe rem, vel pecunias, non ſit neceſſaria ſolemnitas ſtatuti, niſi ſpecificè requiratur etiam in caſu receptionis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 576. *numer.* 25. *&c. cap.* 713. *num.* 53. *cap.* 750. *num.* 1. *& cap.* 879. *per totum*, Merlin. *deciſ.* 758. *num.* 4. *&* 5. vbi reddit rationem, quia ſtatutum præſeruat à læſione, non autem permitti locupletari cum alieno damno, Rot. poſt Pic. *ad Stat. Vrb. deciſ.* 11. *& part.* 13. *recent. deciſ.* 60. *n.* 2.

Quando ſtatutum habeat locum in confeſſione de recepto, Altograd. *conſ.* 44. *num.* 1. *&c. lib.* 2. vbi quòd ſic ex diſpoſitione ſtatuti Lucenſis.

Quòd ſtatutum prohibens fieri quietationes ſine conſenſu aliquorum, non comprehendat apocas de recepto, Martha *vot. Piſ.* 136. Ricc. *Collect.* 2369. *verſ.* 1.

Quando mulier prohibita contrahere ſine certa ſolemnitate, non poſſit facere pactum de non petendo, remittere, quietare, vel liberare, vel diſtrahere, vel nouare, ſiue tempora prorogare, Altograd. *conſ.* 25. *num.* 8. *& ſeqq. per tot. lib.* 2. vbi etiam quando prædicta facere poſſit ſine ſolemnitate.

Quòd Statutum Vrbis Romæ *lib.* 1. *cap.* 151. requirens certam ſolemnitatem in contractibus mulierum, vel minorum procedat in quibuſcumque alijs, præter enumeratos, in quibus mulier, vel minor lædi poteſt, Gregor. *deciſ.* 333. *num.* 1. *vbi Add. num.* 9. Merlin. *deciſ.* 430. *num.* 4. *&c.* idem Gregor. *deciſ.* 473. *num.* 5. *et ſeqq.* vbi de diuiſione, permutatione, ratificatione, & ſimilibus.

Statutum requirens certam ſolemnitatem, non vindicat locum in venditione neceſſaria, vel alienatione, nec in expeditione alterius actus neceſſarij, *l.* 1. *C. de præd. min. & tot. tit. C. quando decret. opus non eſt*, Menoch. *de arbitr. caſ.* 171. *num.* 67. Pic. *ad Stat. Vrb. gloſ.* 7. *num.* 14. *&c. num.* 209. *&c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 27. *num.* 44. *&c. cap.* 499. *num.* 10. *&c. cap.* 931. vide in §. *Decretum num.* Merlin. *deciſ.* 758. *num.* 4. vbi de ſubhaſtatione, Rot. *par.* 10 *recent. deciſ.* 232. vbi de retrouenditione cenſus, & poſt Cenc. *de Cenſ. deciſ.* 423. *per tot.* latè idem Cenc. *de Cenſ. q.* 109. *n.* 1. *&c.* 12

Quòd non habet locum in alienatione, vel obligatione neceſſaria, qualis cenſetur illa ſe dotandi in muliere, Altograd. *conſ.* 34. *num.* 53. *lib.* 1. Vrceol. *Conſult. for. cap.* 44. *nu.* 9. *& ſeqq.*

Item non habet locum in alienatione pecuniæ, vide in §. *Pecunia num.*

Nec in emptione cenſus vitalitij, vide in §. *Cenſus num.*...

Item non procedit in caſibus, in quibus ſequitur liberatio ipſo iure per legalem diſpoſitionem, Gratian. *diſcep. for. cap.* 962. *num.* 13. *&c.*

Item non habet locum quando contractus fit per mulierem tutricem de mandato teſtatoris expreſſa cauſa, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 878. *num.* 6. *&c.* vide in §. *Licentia num.* *inf. n.* 14.

Item nec quando mulier contrahit pro ſoluendo ære alieno teſtatoris, Rot. *part.7. recent. deciſ.241. num.11. & ſeqq. & part.10. deciſ.246. n.13.*

13 Statutum prædictum requirens certam ſolemnitatem, non habet locum ſi fiat obligatio ex cauſa neceſſaria, licèt vetuſta, vt pro ſoluendo debito legitimè contracto, veluti quando mater promiſit dotem pro filia, & ſoluit de pecunia mutuo accepta, nam pro reſtituendo dicto mutuo, poteſt ſine ſolemnitatibus accipere ad intereſſe, alienare, in ſolutum dare, vel aliter ſe obligare, quia tunc attenditur contractus cauſans, non cauſatus, Alex. *conſ.211. lib.6.* Rot. *in Romana ſocietatis officij 13. February 1606. coram Lutta*, Pic. *ad Stat. Vrb. gloſ.7. num.216.* facit Montan. *de tut. cap.33. num.496. &c.* vide in §. *Decretum num.8.* Rot. *part.13. recent. deciſ.495. per tot.*

Quòd vbi obligatio oriens ex contractu non eſt noua, ſed prouenit ex cauſa præcedentis obligationis, nullis indigeat ſolemnitatibus, Caſtr. *conſ.183. num.2. lib.1.* Pic. *loc. cit. num.218.* Rot. *part.10. recent. deciſ.335. n.12. & part.13. recent. deciſ.495.* vbi quòd mulier contrahens ad effectum extinguendi aliud debitum obligatur ſine ſolemnitatibus, ſi ſequatur verſio in illam cauſam neceſſariam, etiamſi prima obligatio prætendatur nulla, quando nullitas ante ſecundum contractum non erat oppoſita, nam tunc prima obligatio habet implicitum ſtatum validitatis, & ſufficit ad ſuſtinendum ſecundum contractum pro illa extinguenda factum, *inf. num.20.* vide in §. *Obligatio num.4.*

14 Statutum quòd in contractibus mulierum requiratur certa ſolemnitas, eſt ſeruandum, etiam quando mulier non pro ſe, ſed tanquam tutrix, vel curatrix contrahit pro pupillo, licèt tutelam ſolemniter aſſumpſerit, latè Pic. *ad Stat. Vrb. gloſ.7. num.134. &c.* vbi reprobat Alex. Iaſ. & Marant. contrarium tenentes, vide Gratian. *diſcept. for. cap.878. num.5. &c.* Montan. *de tut. cap.33. num.474. &c. ſuprà nu. 12. in fine.*

Contrarium tamen cum Alex. & Marant. tenet Mart. Medic. *in Addit. Exam.57. num.14.* vbi etiam citat Rot. *deciſ.106. n.16. part.5. recent.* Merlin. *deciſ.309. num.16.* pluribus alijs citatis hanc partem ſequitur Rot. *part.19. recent. deciſ.250. num.4.*

Quòd ſi mulier, vel minor gerant negotia alterius cum mandato, poſſint contrahere ſine ſolemnitatibus in præiudicium tamen mandantis tantùm, & non ipſorum mulieris, vel minoris, Pic. *ad Stat. Vrb. d. gloſ.7. num.274. &c.* vide Montan. *de tut. cap.33. num.469. & cap.30. num.168. &c. facit. infra num.22.*

15 Statutum prædictum requirens certam ſolemnitatem, non habet locum in oblatione, & eleemoſyna facta Eccleſiæ, loco pio, vel pauperibus, cùm ſit actus ſpiritualis, ſuper quo non videtur diſpoſitum à ſtatuto, Rot. *in Toletana pecuniaria 26. Ianuarij 1590. coram Peruſino*, Pic. *ad Stat. Vrb. gloſ.7. n.222. &c.* Cabal. *conſ.180. num.51. & ſeqq. lib.1.*

Quòd non habeat locum quando obligatio fit ad fauorem piæ cauſæ, Ricc. *Collect.1910. in fine*, Altograd. *conſ. 34. n.26. lib.1. & conſ.21. n.33. & 34. lib.2.* vbi quòd mulier poteſt ſe obligare ſine ſolemnitatibus ſtatutarijs ad pias cauſas, & in exonerationem propriæ conſcientiæ, Cabal. *d. conſ.180. n.51. & ſeqq.* vbi plura.

Item in donatione ad piam cauſam non requiritur ſolemnitas ſtatuti, etiam à Papa confirmati, Gratian. *diſcept. for. cap.782. num.24. &c. cap.831. num.1. &c.* Rot. *part.13. recent. deciſ.314. num.4.* vbi tamen *num.11.* quòd ceſſat fauor piæ cauſæ, ſtante cauſa amoris, beneuolentiæ, & coniunctionis ſanguinis, vt dixi in §. *Cauſa num.20.*

Sed contra, vide per Montan. *de tut. cap.33. n.422.*

Item dictum ſtatutum non habet locum, quando mulier, vel minor tanquam patroni præſentant Rectorem ad beneficium Eccleſiaſticum, vel conſtituunt procuratorem ad præſentandum, Pic. *ad Stat. Vrb. gloſ.7. num.281.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.2. lib.10. tit.7. num.264. fol.248.* Peregrin. *deciſ.100. num.3. &c.* Montan. *de tut. cap.33. n.610. &c.* vbi generaliter loquitur in beneficialibus, & ſpiritualibus, vide in §. *Minor num.* Quicquid contrarium dixerit Martha *vot. Piſ.15. num.6.*

Item non habet locum in electione pacti reſolutiui appoſiti in contractu, in quo debitæ ſolemnitates fuerunt ſeruatæ, Alex. *conſ.189. num.13. & 14. lib.7.* Duran. *deciſ.156. num.15. &c.* Rot. *part.13. recent. deciſ.396. num.11. & 12.*

Non etiam procedit in alienatione, quæ fieret etiam ſine Iudicis decreto pro fundando, & dotando Eccleſiam, aut alium locum pium, nec generaliter in beneficialibus, & ſpiritualibus, vel illis annexis, Cabal. *conſ.180. num.65. lib.5.*

Statutum prædictum eſt ſeruandum in donatione, 16
vel alia renunciatione facta ex cauſa ingreſſus religionis, intelligendo de donatione, vel renunciatione facta ante ingreſſum Religionis, de qua etiam poteſt dubitari, ſecùs autem in donatione, vel renunciatione facta, vel fienda à Nouitio poſt ingreſſum intra annum probationis, & infra duos menſes ante profeſſionem, quæ non ſubiacet ſolemnitatibus ſtatuti laicalis, ſed tantùm diſpoſitioni Concilij Tridentini *ſeſſ.25. cap.16.* ad latè tradita per Sperel. *deciſ.16. per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.975. per tot.* Montan. *de tut. cap.33. num.319. & ſeqq. num.421. & num.439.* vide in §. *Donatio num.35. & §. Renunciatio num.30.*

Statutum requirens certam ſolemnitatem, locum ha- 17
bet, & eſt ſeruandum, etiamſi mulier contrahat cum altera muliere, vel minor cum altero minore, vel cum Eccleſia, vel Clerico, ac quouis alio pio loco, Alex. *conſ.119. num.34. lib.6.* Pic. *ad Stat. Vrb. gloſ.7. num.81. &c.* Fenzon. *eod. tract. cap.152. num.54. &c.* Ludouiſ. *deciſ.164. num.6. &c. deciſ.413. num.13. &c.* vbi declarat, & ſequitur Bich. *deciſ.229. infra num.26.* Montan. *deciſ.6. num.6. & ſeqq.* qui latè hanc opinionem probat, & Rot. *part.11. recent. deciſ.98. num.2. & ſeqq. per tot.* vbi pro nullitate ex pluribus concludit, & maximè quia præualet, qui tractat de damno, vel qui rei partes ſuſtinet, niſi probetur verſum in eius vtilitatem *part.14. deciſ.36. num.4. & deciſ. 114. num.7. & ſeqq. deciſ.378. num.12. & part.18. deciſ.685. num.7. & ſeqq. & deciſ.805. in eadem cauſa*, vbi fuit confirmata prima deciſio.

An, & quando huiuſmodi ſtatutum comprehendat inſtrumenta cum Eccleſia, Clericis, vel alijs pijs locis celebrata, vide Sperel. *deciſ.10. per tot.* Rot. *part.13. recent. deciſ.163. num.10. & ſeqq.* vbi quòd non habet locum ſi mulier exerceat opera pietatis erga Eccleſiam, ſecùs autem ſi cum ea contrahat, vt priuata, ſicuti diſtinguit Manent. *loc. cit.* & Rot. *d. part.14. deciſ.265. num.7. &c. part.16. deciſ. 402. num.7.* vbi quòd contractus initus cum Eccleſia non poteſt annullare ex laicorum ſtatuentium ordinationibus, *& part.17. deciſ.239. num.19.*

Quòd non requiratur ſolemnitas ſtatuti, quando mulier contrahit cum altera muliere videtur tenere, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.961. num.13. &c.* Merlin. *deciſ.575. num.28.* vbi quòd quicquid in contrarium aſtruat Pic. & alij *loc. cit.* Rot. tenet pro conſtanti opinionem Veral. *deciſ.172. num.9. & deciſ.194. part.3.* non eſſe neceſſarias ſolemnitates, quando mulier, vel minor contrahit cum Eccleſia, vel alia perſona æquè priuilegiata, quam tamen limitat niſi opponens de defectu ſolemnitatum, & nullitate agat de damno vitando iuxta ea, quæ dixi in §. *Priuilegium num.9.* & ſimpliciter hanc partem ſequitur Rot. *part.9. recent. deciſ.269. num.22.* Cabal. *conſ.180. num.51. &c. lib.1.*

Quòd non ſint neceſſariæ ſolemnitates inter mulieres æqualiter priuilegiatas, & æqualiter ſe habentes ad damnum ſicut ad lucrum, Bich. *deciſ.240. num.26.* de quo latiùs idem Bich. *deciſ.229.*

Quòd ſi vna Eccleſia particularis alienet alteri Eccleſiæ particulari non habeat locum pœna extrauagantis *Ambitioſæ Pauli II. de reb. Eccl. non alien.* contra illarum Rectores, quia finis *d. Extrauag.* fuit conſulere indemnitati Eccleſiæ vniuerſalis, cui per dictam alienationem inter duas Eccleſias particulares nullum fit præiudicium, Thom. Triuiſ. *deciſ.56. num.17. lib.2.* facit quod dixi in §. *Beneplacitum.*

Statutum prædictum non habet locum vbi mulier, vel 18
minor obligantur ex cauſa alimentorum ad fauorem egeni, nec in contractum modicæ ſummæ, quę autem dicatur modica ſumma remittitur arbitrio iudicis, qui debet conſiderare locum, tempus, conditionem perſonarum, & ſimilia, Pic. *ad Stat. Vrb. gloſ.7. num.261. & ſeqq. ad 273.* Gratian. *diſcept. for. cap.879. n.19. &c.* vbi de modica ſumma, vide §. *Mulier num.18. & §. Vxor num.13.*

Quòd non habeat locum in donatione ob cauſam clericatus, & alimentorum, idem Gratian. *cap.750. in fine.*

Item

Item non habet locum in contractu matrimonij, quod mulier poteſt contrahere ſine ſolemnitatibus ſtatuti, Altograd. *conſ.34. num.49. lib.1.*

Item non procedit in vxore fideiubente pro redimendo viro, vel alio coniuncto ab hoſtibus, ſiue à carceribus, vel pro impediendo ne carceretur, niſi enormiſſimè lædatur, vt quia remaneat penitùs indotata, nam tunc nec cum ſolemnitatibus, nec cum iuramento poteſt obligari, Pic. *ad Stat. Vrb. d. gloſ.7. num.283. &c.* latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.108. per tot. infra num.33. in fine.*

Ceſſantibus autem dictis cauſis, non poteſt alias vxor pro viro fideiubere, etiam cum ſolemnitatibus ſtatutarijs, & licèt fateretur pecuniam ad ſe perueniſſe, Mart. Medic. *deciſ.93. per tot. cum Addit. infra num. ſeqq.* vide in §. *Mulier num.19. &c.*

19 Statutum Florentiæ, vel aliorum locorum, quòd mulier non poſſit obligari ſine certis ſolemnitatibus non habet locum ſi ex cauſa dotis obligetur, Cabal. *conſ. deciſ.69. lib. 1. & conſ.97. lib.2.* Bald. Nouel. *tract. de dot. part.6. priuil. 48. num.1.* Mart. Medic. *deciſ.49. cum Addit. per tot.* Sperel. *deciſ.83. num.6.* vbi intelligit ſtante neceſſitate dotandi, aliàs ſecùs, ac ita etiam diſtinguit in terminis Statuti Vrbis *lib.1. cap.159.* Rota *in Romana reſidui dotis 5. Aprilis 1677. coram Bourlemont.* poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ. 93. num.2.* Peregrin. *deciſ. Pat.47. num.2.* Rot. *part.9. recent. deciſ.262. num.4. & ſeqq.* vbi quòd minor poteſt ex cauſa dotis obligari ſine dictis ſolemnitatibus, quando, & quatenus ad id tenebatur, & compelli poterat non quidem ex priuilegio dotis, ſed neceſſitatis ratione; & ideò ſecùs eſt ſi voluntariè ſe obligauerit, vel pro ſumma excedente id, ad quod poterat compelli, vt ibi fuit latè deciſum, etiam non obſtante iuramento, & prætenſa tacita ratificatione pluribus deciſionibus concordantibus adductis, adde Rot. *part.14. recent. deciſ.475.* vbi qualiter poſſit ſuſtineri obligatio pro dote, non autem pro donatione propter nuptias, vel ex cauſa matrimonij, vide in §. *Donatio num.72.* Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.491. num.8. & 13.* vbi quid donatio ob futuras noptias non ſubiacet ſolemnitatibus ſtatuti quatenùs neceſſitatem continet, vt ſupra, ſecus ſi ſit merè voluntaria, Rot. *part.15. deciſ.13.* vbi per duas diſtinctiones benè concordat opiniones, & rurſus eadem *part.15. deciſ.157.* vbi fuerunt confirmatæ primæ deciſiones, *& deciſ.193. num.4. & ſeqq. & part.17. deciſ.331. num.11. & ſeqq.* vbi pro nullitate, etiam adhibitis ſolemnitatibus ex falſa cauſa, & *part.18. tom.1. deciſ.66. &* 124.

Quòd ſi obligatio fiat pro dote conſtante matrimonio non valeat ſine ſolemnitatibus, Pic. *ad Stat. Vrb. d. gloſ. 7. num.234. &c.* Gratian. *diſcept. for. cap.647. num.10. &c.* Put. *deciſ.160. lib.3.* Neguſ. *de pign. part.8. memb.1. nu.26.* vide Menoch. *de præſumpt. lib.3. præſumpt.6. num.14. & ſeqq.* Surd. *deciſ.164. & 287. per tot.*

Item ſi mulier eſſet etiam minor, cùm tunc patiatur duplicem defectum, non poſſet ſine ſolemnitatibus obligari, etiam pro dote, Ricc. *Collect.377. lim.3.* Pic. *d. gloſ.7. num. 228.* vbi etiam quòd minor, qui ex neceſſitate tenetur dotare ſorores, poteſt id facere ſine ſolemnitatibus ſtatuti, & allegat Rot. *in Maceraten. dot.* 10 *Iunij* 1594. *coram Mellino*, vide Peregrin. *deciſ.14.* Rot. *part.9. recent. deciſ.262. per tot. & part.12. deciſ.126. num.56. & ſeqq.* vbi quòd minor poteſt obligari ſine ſolemnitatibus ad dotis reſtitutionem, quando illam verè recepit, ſecùs verò ſi non appareat de actuali ſolutione, ſed de ſimplici confeſſione, quæ ſapiat donationem.

Sicut etiam ſi mulier totam ſuam dotem pro alia dotanda alienare vellet, non ſuſtineretur obligatio, cùm non ſit vnum altare diſcooperiendum, vt aliud cooperiatur, & cùm tunc priuilegia conquaſſentur, vt obſeruat Altograd. *conſ.34. num.54. lib.1.* Cyriac. *contr.295. num.39. & ſeqq.*

Quòd dos in hoc ſit priuilegiata, vt quicunque ſiue neceſſariò, ſiue voluntariè ſe pro illa obligans, validè obligetur, etiam non adhibitis ſolemnitatibus ſtatutarijs, cùm ſtatutum quomodocumque loquens, ſiue per verba generalia, ſiue vniuerſalia, ac etiam geminata non comprehendat cauſam dotis, latè infinitos propè allegando pro hac parte, & obiectis ſatisfaciendo, probat Altograd. *d. conſ. 34. n.8. & ſeqq. per tot. lib.1.* vide in §. *Mulier n.19.* Cabal. *conſ. deciſ.22. lib.2.* Ricc. *Collect.1910.* vbi quinque caſus conſiderat, *& Collect.377. limit.2.* Rot. *part.13. recent. deciſ.145. num.4. & deciſ.314. num.4. &c.* vbi tamen intelligit quando dos, ſeu matrimonium eſt cauſa finalis obligationis, vel donationis, alias ſecùs, vt ibi pro nullitate.

Sed quòd ſtantibus verbis in vniuerſalibus, ſtatutum prædictum habeat locum etiam in dote, Gratian. *diſcept. 95. num.4.* Surd. *deciſ.287. num.4. &c.* vbi *num.26.* declarat niſi eſſemus in caſu aliàs de iure communi permiſſo, nam tunc poteſt minor ſe obligare pro dote etiam ſine ſolemnitatibus, vide Rot *in d. deciſ.262. part.9. recent. coram Corrado, quæ eſt in Rauennaten. dotis 11. Aprilis 1644. coram Corrado, & part.12. deciſ.21. num.41. & ſeqq.* vbi diſtinguit, vt quidem mulier poſſit obligari ſine ſolemnitatibus pro dote vti cauſa neceſſaria, non autem ex dicta cauſa alienare ſine ſolemnitatibus, & hoc modo poſſe concordari opiniones, alias concordantias facit Rot. *part.15. recent. deciſ.13. per tot. & deciſ.157.* in eadem cauſa.

Quòd conſtitutio requirens ſolemnitates in contractibus minorum comprehendat etiam obligationes ex cauſa dotis, cum in hoc non ſit dos ſpecialiter priuilegiata, Bich. *deciſ.229. num.26.* vbi allegat dictam Corradi deciſionem, & alios, Rot. *part.15. recent. deciſ.57.* vbi quòd matrimonium non quamcunque donationem eius intuitu factam exemptam reddit à ſolemnitatibus ſtatuti, ſed illam tantummodò, quæ ratione dotis, & contemplatione ipſius fœminæ dotandæ emanauit, & alia ad declarationem materiæ *inf. n.30.*

Statutum requirens certas ſolemnitates, non habet locum, quando mulier recognoſcit bonam ſuper aliquo facto, ſi concurrant adminicula per illius veritate, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.696. num.21. &c. cap.831. num.1. &c. cap.878. per tot.* Mart. Medic. *in Addit. ad Exam.57. n.13. &c.* latè Rot. *part.9. recent. deciſ.25. n.18. & ſeqq.* 20

Quòd ſtatutum non procedat quando mulier declarat id, ad quod ex vi iuſtitiæ, & in conſcientia tenebatur, pulcrè Altograd. *conſ.21. num.30. &c. lib.2.* & ibidem *num.39.* vbi quòd quando conſtat de veritate actus non obſtat defectus ſolemnitatem, Rot. *d. deciſ.25. in fine, part. 9. recent.*

Item non habet locum dictum ſtatutum, ſi fiat contractus ad declarationem veritatis actus præcedentis, vel animi, & voluntatis contrahentium per viam recognitionis bonæ fidei; ſecùs tamen eſſet, ſi declaratio eſſet tantùm obligatoria de præſenti, & ſic non procederet hæc concluſio, ſi actus de nouo conficeretur, vel vbi primus actus non fuit validus, quia his caſibus eſſent neceſſariæ ſolemnitates, Altograd. *conſ.5. num.8. & ſeqq.* vbi in caſu ſuo oſtendit non fuiſſe locum ſtatuto, & plura adminicula pro veritate cauſæ præcedentis adducit, & ita etiam declarat Mart. Medic. *loc. cit.* & Rot. *d. deciſ.25. per tot. part.9. recent. ſupra num.13. in fine.*

Quòd dictum ſtatutum non procedat in actu tendente non ad obligandam mulierem, ſed ad patefaciendam ſimpliciter veritatem, & animum, quo partes actum geſſerunt, cùm quæ conſiſtunt in animo aliter quàm ex aſſertione propria probari nequeant, & declarationi animi, & voluntatis poſſit colligi etiam ex actu nullo, Altograd. *conſ.21. n.22. & ſeqq. lib.2.* & alij ſupracitati.

Quòd ex lapſu triginta annorum cum ſucceſſiua obſeruantia contractus, præſumantur omnes ſolemnitates adhibitæ, & non poſſit amplius dari de nullitate, Seraph. *deciſ. 108. num.7.* Buratt. *deciſ.45. num.6.* Addit. ad Gregor. *deciſ.354. n.18.* Rot. *part.1. recent. deciſ.406. n.3. & part.9. deciſ.30. n.16.* vide in §. *Solemnitas num.2. & ſeqq.*

Statutum prædictum non habet locum vbi mulier, vel minor eſſent mercatores deſcripti in matricula, nam exercendo mercaturam videntur approbati ab omnibus pro ſagacibus, & prudentibus, poſſuntque contrahere, & obligari ſine ſolemnitatibus, Pic. *ad Stat. Vrb. gloſ.7. in Addit. num.291. & ſeqq. ad 314. infra num.34.* & latè in terminis conſtitutionis Ægidianæ, & ſimilium ſtatutorum pluribus alijs citatis probat Rot. *part.9. recent. deciſ.284. num.10. & ſeqq. & part.18. deciſ.303. num.9. & ſeqq.* vbi quòd minor mercator poteſt ſine ſolemnitatibus obligari, & eò magis ſi ſit proximus maiori ætati. 21

Statutum prædictum inducens certas ſolemnitates eſt ſeruandum ſiue mulier contrahens ſit incola loci, vel forenſis, ſiue contrahat per ſe, ſiue per procuratorem, cùm ſemper ſtatutum loci contractus ſit ſeruandum, latè Pic. 22

ad

ad Stat. Vrb. gloſ. 2. num. 31. & ſeqq. ad 48. facit ſupra num. 14. Cabal. conſ. 180. num. 7. & ſeqq. lib. 1.

Si tamen in conſtitutione procuratoris ad aliquid ſpecialiter agendum interuenerit ſolemnitas, non eſt amplius adhibenda in ipſo contractu, ſecùs autem in mandato generali ad contrahendum, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 409. num. 36. &c.

Quòd in conſtitutione procuratoris requirantur eædem ſolemnitates, quæ in actibus à procuratore gerendis requiruntur Rot. in Romana nullitatis donationis 3. Iulij 1628. coram Dunozetto, & Merlin. deciſ. 601. num. 11. &c.

Quòd in mandato ad lites non ſit neceſſaria ſolemnitas, idem Gratian. cap. 738. n. 37.

Contrarium videtur firmare idem Gratian. deciſ. 45. vbi multa quando ſolemnitas ſtatuti ſit neceſſaria in mandato, & conſtitutione procuratoris.

Quòd ſolemnitas ſtatuti non ſit adhibenda in contractu celebrato Romæ nomine mulieris, ſed ſolùm attendatur locus ratihabitionis, pulchrè Gratian. diſcept. for. cap. 706. num. 24. &c. cap. 124. num. 30. &c.

23 Statutum requirens certam ſolemnitatem, non habet locum quando mulier de territorio ſtatuentium contrahit extra territorium, etiam cum ſubdito, & de bonis ſuppoſitis, maximè quando dat ſolùm certam formam, & non inhabilitat prorſus perſonas contrahentium, quia ſufficit ſeruare ſtatutum loci contractus, niſi appareat ex coniecturis arbitrio iudicis æſtimandis, quòd mulier data opera, & in fraudem ſtatuti ſe contulerit ad contrahendum extra territorium, Pic. ad Stat. Vrb. gloſ. 2. num. 49. &c. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 124. numer. 30. cap. 253. per tot. cap. 886. num. 7. &c. cap. 409. num. 41. &c. cap. 531. n. 39. &c. Montan. de tut. cap. 33. num. 50. &c. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 2. per tot. Cabal. conſ. deciſ. 180. num. 7. & ſeqq. lib. 1. & num. 44. & ſeqq. vbi idem in minore, Franch. deciſ. 72. per tot. Altograd. conſ. 36. per tot. lib. 1. vbi ampliat etiam ſi ſtatutum dirigeret verba in perſonas, nam ob id non dicitur illas inhabilitare ad hunc effectum, & quòd fraus, & fraudandi animus non præſumitur in eo, qui ſe contulit extra territorium ad contrahendum, ſed probari debet ab allegante, & ex quibus arguatur dicta fraus, vide tamen Gratian. deciſ. 28. & deciſ. 102. per tot. ſupra circa generalia ſtat. num. 36. vide in §. Contractus num. 40. §. Teſtamentum num. 22. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 2. 3. 4. per tot. vol. 2. Merlin. deciſ. 601. per tot. Peregrin. deciſ. 88. & 117. num. 15. &c. Rot. part. 13. recent. deciſ. 17. num. 19. & ſeqq. dixi in §. Donatio n. 72. Vrceol. de tranſact. quæſt. 63. n. 15. & ſeqq.

Quòd imò quis teneatur ſeruare ſolemnitates ſtatuti ſuæ Ciuitatis, cùm poteſtas ſtatuendi inter ſubditos non arctetur territorio, & ideò ſtatutum trahatur ad ſubditos vbique contrahentes, aliàs facilè poſſet reddi eluſorium, pulchrè Gratian. deciſ. 28. n. 13. & pleniùs deciſ. 102. Caluin. de æquit. lib. 3. cap. 293. per tot. Peregrin. deciſ. 88. num. 3. &c. intelligendo iuxta ſuperius dicta, Rot. part. 13. recent. deciſ. 400. num. 17. vbi quòd quando ſtatutum inhabilitat perſonas ad contrahendum ſufficit ſubiectio perſonarum contrahentium, vt debeant ſeruari ſolemnitates, licèt agatur de bonis exemptis.

Quando autem ſtatutum loquens de habilitate, vel inhabilitate perſonæ comprehendat forenſes, vide Rot. part. 2. diuerſ. deciſ. 103. num. 13. & ſeqq. per tot. & part. 14. recent. deciſ. 380. num. 15. vbi quòd ſtatutum Romanum habilitans minores poſt vigeſimum annum, non comprehendit forenſes, de quo latè Bich. deciſ. 200. num. 4. & ſeqq. vbi etiam de ſtatuto Peruſino.

Quòd ſtatutum diſponens circa ſolemnitates inſtrumentorum comprehendat etiam forenſes in loco ſtatuti contrahentes, quia contrahendo ſe ſubijciunt, Seraph. deciſ. 791. num. 4. deciſ. 1170. num. 1. Caualer. deciſ. 257. num. 4. Cabal. conſ. 180. num. 12. lib. 1. & conſ. 104. num. 8. lib. 2. Bich. deciſ. 223. numer. 8. & 9. vbi licèt agatur de ſolemnitate adhibenda poſt inſtrumentum veluti regiſtrationis, vel archiuiationis.

De ſtatuto Vrbis Romæ lib. 1. cap. 151. requirente in contractibus minorum certas ſolemnitates, vt comprehendat etiam forenſes ibi contrahentes, dummodò ſint minores annorum 20. ſecus autem ſi ſint maiores annorum 20. licèt minores 25. Rot. in ſelectis per Farinac. part. 1. tom. num. 3.

Statutum requirens certam ſolemnitatem non habet locum ſi mulier, vel minor contrahant de licentia Principis, vel coram Principe, vel cum ipſo Principe, Pic. ad Stat. Vrb. gloſ. 7. num. 196. &c. facit Montan. de tut. cap. 33. num. 574. &c. infr. num. 48. Rot. part. 17. recent. deciſ. 22. num. 6. &c. vbi quòd defectus ſolemnitatum remanet ſanatus per confirmationem à Præſide Prouinciæ ad ſupplicationem mulieris poſtea factam. 24

Si tamen agatur de ſtatuto formam præciſam inducente, non poteſt impleri per æquipollens, nec ſufficit quòd contractus fuerit celebratus coram Legato de latere, vt in terminis ſtatuti Bononiæ reſoluit Rot. part. 18. recent. deciſ. 547. & 623. in eadem cauſa.

Nec quando fuit impetrata diſpenſatio ſuper ætate ante contractum, à Legato, ſiue Vicelegato, l. 1. & 2. C. de his, qui ven. ſtat. Mantic. deciſ. 64. num. 13. & ſeqq. Rot. part. 13. recent. deciſ. 523. num. 10. & 11. part. 18. deciſ. 87. n. 2. & poſt Vrceol. de tranſact. deciſ. 90. num. 12. vbi tamen quòd minor non cenſetur diſpenſatus per ſimplicem confirmationem electionis eius ad munera publica, quando Principi non erat nota minor ætas.

Quòd obtenta licentia à Principe alienandi, debeat nihilominus cauſa alienationis coram iudice inquiri, & probari ſubeſſe æs alienum, nec aliter fieri poſſe, Rot. part. 2. diuerſ. deciſ. 84. num. 5. &c.

Quòd dictum ſtatutum non habeat locum in muliere domina loci, vbi contrahit, Gratian. diſcept. for. cap. 409. in fine, cap. 756. num. 18. facit quod dixi ſupra de ſtat. excluſ. fœm. num.

Si tamen agatur de Principe ſuperiorem recognoſcente, tenetur, & ipſe in ſuis contractibus ſeruare ſolemnitates ſtatuti loci contractus, Rot. part. 16. recent. deciſ. 130. num. 31.

Statutum prædictum non videtur procedere in poſſeſſorio, quia mulier, vel minor ſine ſolemnitatibus poſſunt ſibi præiudicare in poſſeſſorio, licèt ſtatutum diſponeret quòd traditio poſſeſſionis ſit nulla, quia hoc caſu etiam ex contractu nullo transfertur poſſeſſio, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 704. num. 17. &c. vbi etiam quòd huiuſmodi ſtatutum non habet locum in iudicialibus ceſſante fraude, ſequitur Montan. de tut. cap. 33. n. 495. Rot. part. 2. diuerſ. deciſ. 93. num. 4. &c. vbi in fine limitat, niſi ſtatutum adimeret fidem inſtrumento non adhibitis ſolemnitatibus, quia tunc ex eo translatio poſſeſſionis probari non poſſet. 25

Statutum prædictum non habet locum in filia renunciante patri, vel idem donanti, de quo vide Gratian. diſcept. for. cap. 781. num. 30. &c. Montan. de tut. cap. 33. num. 484. Rot. part. 17. recent. deciſ. 239. num. 13. &c. 26

Item mulier contrahens cum filijs non tenetur ſeruare ſolemnitates ſtatuti, ſicuti receptum dicit Altograd. conſ. 21. num. 38. lib. 2. Rot. part. 17. recent. deciſ. 22. num. 3. & ſeqq. ſi tamen vrgerent præſumptiones fraudis, vel ſtatutum loquatur indeterminatè, & vniuerſaliter de omnibus, & quibuſcumque perſonis, debet ſeruari etiam in contractibus inter filios, & parentes geſtis, vt recedendo à prius deciſis firmauit eadem Rot. d. part. 17. deciſ. 239. num. 13. & ſeqq. & part. 18. deciſ. 753. num. 24. & ſeqq.

Item nec quando fieret contractus cum perſona coniuncta, vel cum vniuerſitate, vel cum ſancto viro, ſiue cum matre, Carpan. ad ſtat. Mediolan. cap. 328. num. 125. &c. Tiraquel. in l. ſi vnquam n. 7. C. de reuoc. donat.

Intelligendo tamen hæc omnia de ſtatuto ſimpliciter loquente, ſecus autem in terminis, de quibus Pic. ad ſtat. Vrb. gloſ. 7. num. 202. &c. & num. 277. vbi refert vt ſupra, ſed ipſe contrarium firmat, vide Gratian. diſcept. forenſ. cap. 132. Michalor. de fratr. part. 3. cap. 12. num. 26. &c. ſupra num. 17.

Quòd quando ſtatutum vniuerſaliter loquitur habeat locum etiam ſi filia contrahat cum patre, Gratian. deciſ. 95. num. 1. &c. vide Vrceol. Conſult. for. cap. 44. n. 17. &c. Rot. part. 17. recent. deciſ. 239. n. 17. & ſeqq.

Quòd non habeat locum in contractu cum patre geſto, ſi filius exinde ſit factus locupletior, nec poſſit nullitatem allegare, niſi reſtitutis acceptis, Rot. part. 11. recent. deciſ. 173. num. 11. &c.

Statutum requirens ſolemnitatem in contractu mulieris, intelligitur de qualibet muliere fœminei ſexus, & eſt ſeruandum etiam à meretrice, vel Iudea, Pic. ad ſtat. Vrb. gloſ. 2. num. 1. & ſeqq. 27

Quoad

Quoad meretricem vide latè pro, & contra, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 962. num. 15. &c.*

An autem comprehendat Moniales, & mulieres tertij Ordinis Sancti Franciſci, ſiue alterius Religionis, Clericos, vel alias perſonas Eccleſiaſticas dixi ſupra circa generalia, & mixta ſtatuti *num.* 13.

Conſenſus tamen in omnem caſum præſtitus mulieri, vel minori per ſuos conſanguineos vigore ſtatuti in nihilo præiudicat ipſis conſanguineis conſentientibus, cùm non debeat operari vltra illorum intentionem, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 831. num. 3. &c.* Magon. *deciſ. Flor. 64. num. 77. & ſeqq. deciſ. Luc. 25. num. 75. &c.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 66. num.* 19.

28 Statutum requirens certam ſolemnitatem in contractu non habet locum in quaſi contractu, & ideò poteſt hæres adire hæreditatem ſine dicta ſolemnitate, Euerard. *loc. à contract. ad quaſ. contract. in fin.* Marant. *in l. is poteſt num. 201. ff. de acquir. hæred.*

Quòd non habet locum in aditione hæreditatis opulentæ, Montan. *de tut. cap. 30. num. 118. etc. cap. 33. num 443. et ſeqq.* vide Mart Medic. *in Addit. ad Exam. 57. num. 2. etc.* Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib. 2. quæſt. 14. per tot.* Caluin. *de aquit. lib. 2. cap. 110. num. 4 etc.*

Contrarium autem, niſi fiat aditio cum beneficio legis, & inuentarij, tenet late Pic. *ad ſtat. Vrb. gloſ. 7. num. 108. etc.* facit Menoch. *lib. 4. præſumpt.* 101. *nu.* 17. Viui. *comm. opin.* 828. vide *in §. Aditio num.* 24. Rot. *part. 13. recent. deciſ. 153. num. 20. etc. deciſ. 274. num. 7. eadem part.* 13. Franciſc. de Angelis *d. quæſt.* 14. vbi quòd in aditione hæreditatis damnoſæ ſunt neceſſariæ ſolemnitates ſtatuti, ſecus autem in hæreditate lucroſa, vel ſi fiat aditio cum beneficio legis, & inuentarij; verùm quia ſæpè latet anguis in herba, verius exiſtimo requiri ſolemnitates, niſi fiat cum dicto beneficio, vt dixi *in §. Aditio num.* 24. Rot. *part. 18. recent. deciſ. 554. et* 678. vbi etiam quòd aditio facta à tutore antequam adimpleuerit ſolemnia, vel ſine interuentu pupilli maioris ſeptennio eſt nulla.

Quòd mulier trahens bona ad æſtimum ſuum, non dicatur adiuiſſe hæreditatem, nec remaneat obnoxia creditoribus hæreditarijs, quia erant neceſſariæ ſolemnitates ſtatuti, Granut. *Theorem. 25. num.* 55. cum alijs per Rot. *Flor. ſub die 19. Decembris 1589. vt in lib. Mott. 67. à 90. lib. 68. à* 104.

29 Statutum requirens certam ſolemnitatem in contractu, procedit etiam in diſtractu, & ideò ſine dicta ſolemnitate non poteſt fieri quietatio, & liberatio, cùm vtrobique ſit eadem ratio, Euerard. *loc. à contract. ad diſtract. num. 1. in fine*, vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 132. num.* 2. Michalor. *de fratr. part. 3. cap. 12. num. 27. etc.* Montan. *de tut. cap. 33. num.* 391. Altograd. *conſ. 15. num. 9. et ſeqq. lib.* 2. vbi late etiam declarat, an & quando mulier poſſit ſine ſolemnitate ſtatuti concedere debitori dilationem ad ſoluendum, & conſequenter remittere caducitatem, vel facere ne caducitas inducatur, *ſupra nu.* 7. latè Rot. *part. 17. recent. deciſ.* 235. vbi quòd ſolemnitates neceſſariæ in contractu, requiruntur etiam in diſtractu ob poſſibilitatem læſionis, & loquitur de beneplacito Apoſtolico.

30 Statutum prædictum locum habet, & eſt ſeruandum in qualibet donatione, ſiue ſimplici, ſiue remuneratoria, ſiue ob cauſam, ſiue reciproca, ſiue tacita, & præſumpta reſultante ex confeſſione facta per mulierem, vel minorem, Pic. *ad ſtat. Vrb. gloſ. 7. num. 16. etc.* vide *in §. Minor num.*

Quòd in donatione reciproca non ſint neceſſariæ ſolemnitates, quando liquidò conſtat de æquipollentia, & non læſione, aliàs autem ſecus, Rot. *part. 6. recent. deciſ. 363. num. 1. et ſeqq. et part. 18. deciſ. 578. num. 4. et ſeqq.*

Donatio tamen facta ob benemerita videtur ſuſtentabilis etiam ſine ſolemnitatibus ſtatutarijs, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 657. num. 17. cap. 910. num. 9. etc.* vide *in §. Minor num.* 21.

Idem videtur in donatione ob cauſam, idem Gratian. *cap. 749. num. 14. etc. cap. 782. num. 21. etc. cap. 975. num.* 27. vbi contrarium firmat, vide *in §. Donatio num.*

Quòd dictum ſtatutum quantumuis generaliter loquens non comprehendat donationem ob cauſam matrimonij, Altograd. *conſ. 7. num. 38. lib.* 1. Ludouiſ. *deciſ. 563. num.* 11. de quo tamen vide, quæ dixi *in §. Donatio num.* 72. Rot. *part. 14. recent. deciſ. 230. & deciſ.* 380. vbi quòd eſt verum in donatione facta à maiore, ſecus autem ſi ſit facta à minore, vide Rot. *part. 15. recent. deciſ.* 57. vbi benè materiam declarat, & dixi *ſupra num.* 19.

Item huiuſmodi ſtatutum non habet locum in donatione cauſa mortis, cùm ſemper poſſit reuocari, & æquiparetur vltimis voluntatibus, in quibus non procedit dictum ſtatutum loquens de contractibus, quorum appellatione non veniunt vltimæ voluntates, Pic. *ad ſtat. Vrb. gloſ. 7. num. 43. &c.* Montan. *de tut. cap. 33. num. 463. & ſeqq.* Dian. *part. 8. tract. 6. reſol. 75. verſ. ſed hic, & per tot.* vide *in §. Donatio num.* 43. facit idem Dian. *d. tract. 6. reſol.* 80. vbi an donatio cauſa mortis ſit regulanda ſecundum leges contractuum, vel potiùs teſtamentorum.

Contrarium quòd imò locum habeat etiam in donationibus cauſa mortis, late tuetur Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 975. num. 20. &c.* Mart. Medic. *deciſ. 94. num. 1. &c.* vide *in §. Inſinuatio num.* 13.

Quòd minor non poſſit donare etiam cum ſolemnitate, & decreto, vbi non ſubeſt cauſa, Gratian. *cap. 233. num. 17. et per tot. cap. 750. num. 14. etc.* vide *in §. Minor num. 21. etc.*

Statutum requirens certam ſolemnitatem in contractibus, locum habet, & eſt ſeruandum etiam in illis contractibus, qui celebrantur in teſtamento quia licèt contractus fieri poſſint in teſtamento, tamen adhuc retinent propriam naturam, & debent eſſe iuxta formam ſtatuti, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 858. per tot.* facit quod dixi *in §. Contractus num. et §. Inſinuatio num.* 31

Statutum prædictum an habeat locum in contractibus iuratis, cùm iuramentum ſuppleat ſolemnitates, vide *in §. Iuramentum num. 24. ſupra circa generalia, et mixta ſtat. num.* 4. plenè Franciſ. de Angelis *de confeſſ. lib. 2. quæſt.* 13. Ludouiſ. cum Beltram. *deciſ.* 391. Peregrin. *deciſ. 112. num. 15. et ſeqq.* vbi quòd ſi diſponat non poſſe minores, vel mulieres obligari etiam cum iuramento, eſt validum, & ſeruatur vbique de facto, quidquid diſputetur de iure, an ſtatutum poſſit ex cauſa annullare, & tollere vires iuramenti, quia id, quod ſeruatur de facto, de eo iudicandum eſt, ac ſi de iure valeret, Rot. *part. 13. recent. deciſ. 145. num. 20. et deciſ. 495. num. 4. et ſeqq.* Bich. *deciſ. 23. num. 14. etc.* vbi quia non probatur iuramentum, *et deciſ.* 200. adde latè Cabal. *conſ. 180. num. 13. et ſeqq. per tot. lib.* 1. Rot. *part. 16. recent. deciſ. 86. num. 6. et ſeqq.* vbi quòd ſtatutum, non docto de illius confirmatione in forma ſpecifica, non poteſt irritare contractum iuratum. 32

Statuto ſtante quòd in contractu filijfam. requiratur conſenſus patris, ſi pater, & filius in eodem inſtrumento ſe obligent, valet obligatio, etiam ex parte filij, Alex. *in l. ſi conſtante §. Vxor num. 1. etc. ff. ſolut. matrim.* Pic. *ad ſtat. Vrb. gloſ. 14. num.* 17. Montan. *de tut. cap. 30. num. 45. etc.* vide Peregrin. *deciſ. 51. per tot.* vbi an pater poſſit ad ſui commodum conſentire, Rot. *part. 11. recent. deciſ. 3. num. 8. et* 9. vbi ex quibus inducatur conſenſus patris. 33

Item pater dicitur ſatis conſenſiſſe, vbi dedit mandatum filio ad ſe obligandum, Caualer. *deciſ. 244. num.* 2.

Quòd huiuſmodi ſtatutum non habeat locum, quando filiusfam. vel minor obligatur ratione publici officij, quia tunc valet obligatio, etiam ſine ſolemnitatibus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 735. num. 12. etc.* Montan. *de tut. cap. 9. num. 7. infr. num.* 43.

Non etiam procedit ſtatutum quando filiusfam. etiam minor alienat pro liberando patre à carceribus, vel impediendo ne carceretur, Io. Paul. Melij *Obſeruat.* 17. & dixi *in §. Filius num.* 54.

Statutum quòd filiusfam. non poſſit obligari, niſi ſit mercator, intelligitur, vt poſſit tunc obligari ſi ſit mercator impertinentibus tantùm ad mercaturam, & artem ſuam, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 171. numer. 9. &c.* Genu. *de ſcript. priuat. tit. de lib. mercat. num. 38. etc. fol.* 243. Paul. Rub. *in Annot. ad deciſ. 345. num. 141. part. 9. recent. vel.* 2. vide in *§. Filiusfamil. num. 59. §. Liber num.... ſupra circa generalia, & mixta ſtatuti num.... ſupra numer.* 21. Rot. *part. 9. recent. deciſ. 284. numer. 19. etc.* vbi videtur dubitare de iſta concluſione, & illam declarat procedere quando ſtatutum procedit per viam principalis diſpoſitionis, ſecus ſi per modum limitationis alterius ſtatuti. 34

De huiuſmodi ſtatuto, quòd filiusfamil. non poſſit obligari, Tuſch. *littera S. concluſ. 551. per tot.* Viui. *comm. opin.* 797. vbi de ſtatuto Florentino obligante patrem ſcientem pro filio negotiante, vt procedat tantùm ob cauſam mer-

mercaturæ, quam exercet in loco, & non trahatur ad negotia extra territorium geſta, Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 55. vbi in terminis ſtatuti ciuitatis Aretij, quod non ſeruatis ſolemnitatibus habet contractum pro ſimulato, & metu extorto.

35 Statutum requirens certam ſolemnitatem in contractu minoris procedit in quolibet minore etiam filiofam. & patrem habente, quo caſu tamen contrahendo cum conſenſu patris non adhibitis alijs ſolemnitatibus validè obligaretur, niſi contraheret ad patris vtilitatem, quia tunc non ſufficeret conſenſus patris, Michalor. *de fratr. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 25. *&c.* latè Vrceol. *conſult. for. cap.* 44. *per tot.* vbi concludit pro nullitate obligationis non obſtante conſenſu patris, ſi deficiant aliæ ſolemnitates à ſtatuto requiſitæ, Rot. in ſelectis per Farinac. *part.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 153. *&* 177. *per tot.* vbi pro nullitate quando filius contrahit ad fauorem patris, etiam pro illo excarcerando, adde Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 236. vbi de ſtatuto Bononiæ, & qualiter poſſit ei derogari à Præſide Prouinciæ, vel ſi agatur de filiofamil. Doctore, qui vigore eiuſdem ſtatuti ſolet in alienis contractibus decretum interponere, ac ideò abſurdum videretur, quòd ipſe non poſſet ſine ſolemnitatibus contrahere, *& part.* 17. *deciſ.* 305. *in eadem cauſa*, vbi pro validitate obligationis, ex quo fuit ſtatuto derogatum à Vicelegato, prout facere potuit, & *part.* 18. *deciſ.* 87. *& deciſ.* 183. *per tot. in eadem cauſa.*

36 Statutum quod filiusfamil. non poſſit obligari ſine conſenſu patris, non habet locum in filiofamil. habitante ſeorſum à patre, vel communiter habito pro patrefamil. vel pro tali ſe gerente, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 820. *num.* 4. *&c.* Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 55. *num.* 28. *&c.* Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 335. *num.* 12. Merlin. *deciſ.* 776. *num.* 22. An procedat ſi filiusfamil. obligetur ad fauorem fiſci, vel Reipublicæ, plura hinc inde Rouit. *deciſ.* 69. *per tot.* vbi quòd qualitas habitationis ſeorſum à patre debet probari aliter quàm per aſſertionem filij, & copulatiuè etiam quòd habeatur publicè pro patrefamil. & latè Bich. *deciſ.* 568. *per tot.* Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 130. *num.* 20. vide in §. *Filius num.* 56.

Et plura de ſtatuto, quod filiusfamil. non poſſit obligari ſine conſenſu patris, quando procedat, vel non, quomodo intelligatur, & alia, Conciol. cum Romaguet. *in addit. ad Stat. Eugub. lib.* 2. *Rubr.* 57. *per tot.* Manſ. *Conſult.* 467. *lib.* 5.

Item non habet locum in filiofamil. habente peculium caſtrenſe, vel quaſi, nec in Clerico reſpectu ſui peculij, & alia, vide per Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 576. *per tot. cap.* 713. *num.* 12. *&c. cap.* 781. *num.* 29. *cap.* 944. *num.* 60. *&c.* ſed procedit tantum ſi agatur de bonis, in quibus pater habet vſumfructum, Ludouiſ. *deciſ.* 391. *num.* 2. *&* 3.

Nec habet locum quando publicè, & palàm negotiatur ſciente, & patiente patre, Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 404. *num.* 4. *per text. in l. ſi quis pater cum ſimilibus ff. & C. ad S.C. Maced.*

37 Statutum loquens de certa ſolemnitate adhibenda in venditione rerum minoris, eſt ſeruandum etiam in emptione per eum facta, cùm emptio, & venditio ſint correlatiua, operetur hypothecam, & alia per quæ deuenitur poſteà ad alienationem, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 26. *num.* 12. *& cap.* 27. *num.* 13. *&c.*

Non tamen videtur dictum ſtatutum habere locum ſi mulier, vel minor ſe incontinenti obliget ad reſtituendum id, quod ſibi acquirit eidem, à quo acquirit, nec quando incontinenti faceret pactum de retrouendcodo eamdem rem, Carpan. *ad ſtat. Medielan. cap.* 328. *num.* 67. *& num.* 110. Altograd. *conſ.* 21. *num.* 36. *&* 37. *lib.* 2.

38 Statutum quòd minores non poſſint quietare tutores ſine certis ſolemnitatibus, habet locum etiam ſi minor confiteatur ſibi redditam fuiſſe rationem, Pic. *ad ſtat. Vrb. gloſſ.* 7. *num.* 236.

39 Statutum inducens certam ſolemnitatem in contractibus minorum, non derogat alijs ſtatutis, nec ſolemnitatibus requiſitis à iure communi, ſed venit addendo ad ius commune, Caſtr. *conſ.* 18. *lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 85. *num.* 16. *& ſeqq. lib.* 3. Montan. *de tut. cap.* 33. *num.* 37. *&c.* Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 406. *num.* 4. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 9. *num.* 25. *et* 26. vide in §. *Præuiſio num.* 2. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 323. *num.* 4. *et ſeqq.* vbi quòd ſi adſint plura ſtatuta ſimul compatibilia, debent omnia ſeruari, & vno ſeruato non dicitur alijs ſatisfactum, ſed actus ſubiacet nullitati, in terminis conſtitutionis Marchiæ, & ſtatuti Ariminenſis, & poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.* 35. *num.* 5. Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 352. *num.* 5. *et part.* 19. *deciſ.* 389. *per tot.* vbi quòd ſtatutum locale mandans certas ſolemnitates ſeruari, non derogat ſolemnitatibus conſtitutionis Ægidianæ, vel alijs generalibus, ſiue loci ſuperioris, vel iuris communis compatibilibus cum illis loci particularis, & ideò omnes ſunt ſeruandæ, alias actus eſt nullus, niſi ſtatutum locale expreſsè, vel tacitè per incompatibilitatem appareat voluiſſe derogare alijs ſolemnitatibus, vt latè ibi declaratur, facit quod dixi in §. *Statutum circa generalia num.* 22.

Quòd ſtatutum prohibens minorem 20. annis non poſſe alienare ſine certa ſolemnitate, non deroget prouiſioni legis communis poſt 20. annos, ſed ſolemnitas iuris communis ſit ſeruanda vſque ad annum vigeſimum quintum iuxta veriorem opinionem, quicquid nonnulli contrarium teneat, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 36. *num.* 17. facit quod dixi *ſupra circa generalia, & mixta ſtatut. num.* 46. Tuſch. *littera S. concluſ.* 651. *&* 652. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 40. *num.* 14. *& ſeqq.* vide in §. *Argumentum num.* 4.

Niſi ſtatutum (prout alicubi memini vidiſſe, & præcipuè Terræ Solis) expreſsè diſponat pro 20. annum, vel aliam ætatem, nullam aliam ſolemnitatem requiri, nam in his terminis procederet opinio contrarium tenentium.

40 Statutum inducens ſolemnitates ſeruandas in alienatione rerum immobilium habet locum etiam in alienatione mobilium, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, quia æquiparantur immobilibus, de quo tamen vide Montan. *de tut. cap.* 33. *num.* 139. *& ſeqq. ad* 150. vbi multis modis limitat.

Item huiuſmodi ſtatutum procedit in ceſſione iurium, & actionum competentium ad rem immobilem, Montan. *d. cap.* 33. *num.* 150. *& ſeqq.* vide in §. *Actio num....*

41 Statutum requirens certam ſolemnitatem eſt ſeruandum, licèt contractus celebretur in loco particulariter exempto à iuriſdictione ſtatuentium, vt in Eccleſia, vel Monaſterio, ſicuti de veriori opinione contra Roland. Natt. & alios teſtatur Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 124. *num.* 17. *& ſeqq.* Surd. *deciſ.* 129. *num.* 16. *&c.* Magon. *deciſ. Lucenſ.* 36. *num.* 28. *&c.* facit quod dixi in §. *Exilium num.* 4. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 231. *num.* 5. *& ſeqq.* vbi contra, loquitur tamen in teſtamento, de quo infrà *num.* 45. *in fine.*

42 Statutum annullans obligationem factam à minore ſine certa ſolemnitate, non habet locum quando minor promittit aliquid ex bonis alicuius cum illius conſenſu, licèt ei poſtea minor ſuccedat, quia promiſſio accipit robur à conſenſu domini maioris, Montan. *de tut. cap.* 33. *num.* 476.

Item non habet locum in alienatione facta ex mandato auctoris, vel legis, & pro obſeruantia contractus cum patre minoris initi, Rot. *part.* 1. *recent. deciſ.* 446. vbi de facta ab executore teſtamenti, Magon. *deciſ. Florent.* 22. *num.* 7. Surd. *deciſ.* 77. *per tot.* vide in §. *Minor num....* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 284. *num.* 26. vbi quòd non procedit quando contractus, vel obligatio fit pro executione ordinationis paternæ, & *part.* 13. *deciſ.* 361. *num.* 15. *&* 16. vbi tamen quòd ſecus eſt ſi diſpoſitio patris, vel auctoris non eſt præciſa, & plus continetur in contractu, nam tunc non ſuſtinetur, & *part.* 14. *deciſ.* 36. *num.* 6. *& ſeqq. & part.* 18. *deciſ.* 212. *num.* 9. *& ſeqq.* vbi quòd non ſunt neceſſariæ ſolemnitates quando minor obligatur ex iuſſu patris teſtatoris, & *deciſ.* 303. in eadem cauſa, vbi fuit præcedens deciſio confirmata.

Item non habet locum quando minor communi opinione reputabatur maior, nec quando alienatio ſequeretur ex delicto, niſi eſſet prohibita fauore alterius, vide §. *Minor num....*

43 Statutum quòd filia non poſſit obligari ſine conſenſu, & præſcitia patris, recipit interpretationem à iure communi, nec habet locum in obligatione inducta de lege, vnde illo non obſtante poteſt eſſe tutrix filiorum, Montan. *de tut. cap.* 9. *num.* 7. vbi etiam allegat in contrarium, vide in §. *Mater num....ſupra num.* 33. *in fine.*

Prout etiam ſecundò nubendo poteſt eandem dotem promittere, & conſtituere ſecundo viro, quam conſtituerat primo abſque vllis ſolemnitatibus ſtatutarijs, cùm veniat

in

in conſequentiam ex iuris diſpoſitione, Altograd. *conſ.* 34. *num.* 1. *&c. lib.* 1. vide in §. *Mulier num....*

44 Statutum requirens repudiationem hæreditatis notificari in conſilio generali, aliàs præſumens illam ſimulatam, & nullam declarans, non procedit vbi ceſſat cauſa ipſius ſtatuti, videlicet fraus, & vbi verè hæres nihil conſecutus fuit ex hæreditate, quia regulariter ceſſante cauſa ceſſat effectus in omni diſpoſitione, Ang. *conſ.* 86. *in fine*, Card. Tuſch. *litt. C. concluſ.* 202. *in princip.* cum alijs per Barboſ. *de Axiom. iur. Axiom.* 40. *num.* 4. vbi verſus finem videtur intelligere ſi cauſa ſit eſpreſſa in lege, vel ſtatuto ex traditis per Ludou. Rodulph. *var. quæſt. lib.* 2. *quæſt.* 35. *num.* 16. *ſupr. num.* 1.

45 Statutum inducens certam formam teſtandi, reſpicit effectum obuiandi fraudibus, cui poteſt ſatisfieri per æquipollens, non comprehendit caſus mixtos, & excludens certas probationes, intelligi debet niſi ſint adminiculatæ alio probationem genere, Rot. *in Bonon. hæreditatis* 14. *Martij* 1651. coram Bichio *num.* 19. *& ſeqq.* penès Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. tom.* 2. *deciſ.* 96. vide *ſupra circa generalia, & mixta ſtatuti num.* 15. *&* 54. Viui. *comm. opin.* 829. vbi an valeat ſtatutum quòd vxor non poſſit teſtari ſine conſenſu viri, & refert diuerſas opiniones.

An ſi ſtatutum prohibeat mulierem teſtari ſine certa ſolemnitate, comprehendat teſtamentum inter liberos, & ad pias cauſas, Gratian. *deciſ.* 206. *per tot.* Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 289. *num.* 11. vbi quòd non habet locum in diſpoſitione ad pias cauſas, quæ ſola iuris diuini, & Canonum ſolemnitate ſubſiſtit, & plures concordantes allegat, præcipuè autem Caualer. *deciſ.* 553. *num.* 5. Penia *deciſ.* 166. *num.* 2.

Quid in foro conſcientiæ, vide in §. *Hæres num....*

An ſi dictum ſtatutum ſit à laicis conditum habeat locum in teſtamentis Clericorum, in quibus ſit laicus inſtitutus, vel etiam laicorum, in quibus ſit Clericus inſtitutus, vide Sperel. *deciſ.* 10. *num.* 7. *& ſeqq.*

De validitate ſtatuti prohibentis mulieres teſtari ſine præſentia, & conſenſu conſanguineorum magna eſt inter DD. contentio, & plures hincinde tenentes refert Rot. *part.* 9. *recent. vol.* 1. *deciſ.* 9. vbi videtur tranſire cum negatiua, & quatenus poſſet ſuſtineri eſſe valdè iniquum, & odioſum, ideòque non procedere niſi probetur potuiſſe commodè interuenire, nec ceſſante fraude, &c. vel ſi conditum fuerit per puellam in Monaſterio, qui eſt caſus deciſionis, *& in eadem cauſa deciſ.* 193. *d. part.* 9. *recent.* vbi fuit confirmata prima deciſio, ſtante inhabilitate conſanguineorum, vel abſentia, & loco exempto, in quo puella teſtatrix degebat per plures annos ante, & ſic ſine animo fraudandi diſpoſitionem ſtatuti, nihil firmando quoad eius validitatem, Rot. *part.* 19. *recent. deciſ.* 195. vbi quòd ceſſante fraude ſuſtinetur teſtamentum, vide ſupra *num.* 41. & in §. *Statutum circa generalia num.* 54.

Validitatem autem huiuſmodi ſtatuti ſupponens, & illo non ſeruato teſtamentum eſſe nullum, reſoluit Rot. *part.* 18. *deciſ.* 753. *num.* 11. *&c.* Conciol. & Romaguer. *d. tract. Rubr.* 45. *num.* 55. *& ſeqq.*

Quòd vxor poſſit ſine licentia teſtari non obſtante ſtatuto requirente illius conſenſum in contractibus, latè Caluin. *de æquit. lib.* 3. *cap.* 272.

46 Statutum requirens conſenſum, & præſentiam illorum, quorum intereſt, & ſic intereſſe habentium, intelligitur de intereſſe principali, & directo, non de ſecundario, & in conſequentiam, *l. penult. ff. ad exhib. & l.* 1. vbi Bart. *num.* 5. *ff. de auctorit. tut.* Rot. *in Romana donationis de Grandis* coram Penia relata per Pic. *ad Stat. Vrb.* 25. *in ordine*, Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *num.* 472. *fol.* 296.

Quòd ſi ſtatutum requirat conſenſum viri in teſtamento vxoris, non poſſit vir huiuſmodi teſtamentum ad ſui fauorem principaliter conditum cum ſuo conſenſu validare, ſed loco illius requiratur decretum iudicis; quicquid eſſet ſi alterius principaliter commodum reſpiceret, & maritus aliquod locum tantum ex eo captaret, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 164. *num.* 8. *& ſeqq.*

An autem, & quando conſenſus alterius in aliquo actu requiſitus, interuenire debeat cum eodem actu, vel ſufficiat ſi ſubſequatur, & an requiratur expreſſus, vel tacitus ſufficiat plenè Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 7. *per tot.* vbi pluribus modis diſtinguit, firmando quatuor concluſiones ex quibus omnis tollitur difficultas.

Statutum annullans ſcripturam, vel inſtrumentum non cenſetur annullare contractum, qui poterit probari per teſtes, vt dixi in §. *Contractus num.* 47

Et de ſtatuto annullante contractum factum ſine inſtrumento, quomodo ſit intelligendum, latè Surd. *deciſ.* 43. *per tot.*

Statutum prædictum requirens certas ſolemnitates in contractibus minorum, vel mulierum, non habet locum in contractibus in iudicio celebratis, cùm calore iudicij defectus ſolemnitatum ſuppleatur, Rot. poſt Gilian. *ad ſtat. Peruſ. deciſ.* 54. *num.* 13. coram Buratt. *deciſ.* 301. *num.* 9. *& part.* 13. *recent.* 396. *num.* 10. facit *ſupra num.* 24. Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 273. *num.* 11. *& ſeqq.* vbi videtur intelligere in actu neceſſario, ſecus autem in voluntario. 48

An habeat locum ſi agatur de bonis exemptis, ſi perſonæ ſint ſubiectæ, Rot. *d. part.* 13. *deciſ.* 400. *num.* 16. *& ſeqq.* vbi quòd ſic, quando loquitur de habilitate, vel inhabilitate perſonarum, vide ſupra *num.* 23.

Statutum prædictum requirens certas ſolemnitatea an habeat locum in militibus, dixi in §. *Militia num.* 15.

Item an habeat locum quando minor ſe obligaret ad fauorem Reipublicæ, Bald. *Nouel. de dot. part.* 6. *priuil.* 48. *num.* 2. Cancer. *var. reſolut. cap.* 1. *num.* 46. *part.* 2. vbi quia non. Sed contrarium quando ſtatutum irritat indiſtinctè omnes contractus contra illius formam factos, Farinac. *conſ.* 183. *num.* 3. *& ſeqq. lib.* 2. Rouit. *deciſ.* 69. *num.* 19. Rot. *in Eugubina cenſus* 11. *Ianuarij* 1677. coram Albergato, poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.* 90. *num.* 11. 49

De ſtatutis pœnalibus.

Statutum imponens pœnam pro aliquo delicto, an videatur derogare, & tollere alias pœnas pro eodem delicto impoſitas à iure communi, vel ab alio ſtatuto antecedente, eſt quæſtio valdè in puncto iuris inter Doctores agitata, & deciſione Cæſarea digna, ſed in practica facilis reſolutionis, quia quicquid ſit quoad originem, ſecundum quam omnes pœnæ remanent in ſuo robore, niſi ſint expreſsè ſublatæ, cùm non ſit inducendam legum correctio ſine neceſſitate, tamen quoad executionem vna tantùm pœna, & ſtatutaria imponitur, etiamſi ſtatutum ſaluaret alias pœnas, & diſponeret in augmentum, & non in diminutionem, quia adhuc de æquitate vna tantùm pœna debetur ad iudicis electionem, *l. quoties, ff. de act. & obligat. l. Senatus*, vbi Bart. & alij *ff. de accuſat.* Boſſ. *tit. offic. corrupt. num.* 7. *& ſeqq.* Clar. §. *fin. quæſt.* 85. *num.* 5. Cabal. *reſolut. crimin.* 2. *per tot.* Guaz. *deff.* 33. *num.* 19. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 9. *num.* 31. *&c.* Tuſch. *littera P. concluſ.* 234. *per tot.* Dian. *part.* 10. *tractat.* 13. *reſolut.* 14. *per tot.* Viui. *commun. opin.* 746. *&* 758. *cum ſeqq.* vide in §. *Pœna num.* 18. Raynald. *Sintax. rer. crimin. in Proœm.* §. 9. *num.* 19. *& cap.* 3. §. 10. *&* 11. *num.* 14. *& ſeqq.* 1

Quòd ſi ſtatutum diſponat, vt nullus puniatur pœna corporali, niſi in caſibus in eodem ſtatuto expreſſis deroget, & annullet omnes alias pœnas à iure communi inductas, etiam in caſibus ab ipſo ſtatuto non expreſſis, maximè ſi prouideat impunitati delictorum, remittendo ad iudicis arbitrium pœnas ibidem non eſpreſſas, vel diſponendo, vt procedatur de ſimilibus ad ſimilia, vel ex identitate rationis, aut ſimili modo, Bald. *conſ.* 429. *lib.* 5. Corn. *conſ.* 19. *num.* 6. *&c. lib.* 4. Boſſ. *de carc. fidemſſ. committ. num.* 20. *de indic. ante tort. num.* 57. *de falſit. num.* 139. *de homic. num.* 6. Menoch. *de arbitr. caſ.* 276. *num.* 24. *& ſeqq.* Cabal. *reſol. crimin. caſ.* 52. *per tot.*

Statutum imponens pœnam pro abſciſſione membri, non habet locum in abſciſſione digiti, quia digitus non eſt membrum, ſed pars membri, niſi abſciſſio digiti redderet inhabilem totam manum, vel niſi ſtatutum contineret verba multum vniuerſalia, & in omnem caſum eſſet imponenda alia pœna pro abſciſſione digiti, vel partis alterius membri, vide Clar. & Baiard. §. *fin. quæſt.* 69. *verſ.* 3. Guaz. *deff.* 33. *cap.* 6. Barboſ. *de appellat. verb. ſignific. appellat.* 146. *per tot.* Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 136. *per tot.* Cardin. Tuſch. *littera M. concluſ.* 185. Surd. *deciſ.* 283. *num.* 14. diſi in §. *Membrum num.* 1. benè Conciol. *reſolut. crimin. verb. Statutum reſol.* 3. *per tot.* 2

vbi ampliat, vt per abſciſſionem digiti non incurratur irregularitas, neque ammittatur immunitas Eccleſiæ ſi ſequatur in Eccleſia, cum dictis limitationibus.

3 Statutum imponens pœnam pro delicto intelligitur de delicto perfecto, & conſummato, quod propriè dicitur delictum, & non de ſimpliciter attentato, cùm attentare non ſit verè, ſed fictè agere, niſi etiam de conatu fiat aliquo modo mentio in ſtatuto, & intelligendo quoad pœnam ordinariam ipſius ſtatuti, non autem quoad extraordinariam, & arbitrariam, qua puniendus eſt etiam is, qui contra ſtatuti prohibitionem conatus eſt delictum perpetrare, Menoch. *de arbitr. caſ.* 360. *num.* 96. *& ſeqq.* Afflict. *deciſ.* 21. *& deciſ.* 404. *num.* 10. *&c.* Bonif. *de furt.* §. 3. *num.* 62. Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 462. *&* 612. Gizzarel. *deciſ.* 25. *num.* 3. *& ſeqq.* Petr. Royz. *deciſ. Lituanic.* 3. *per tot.* Viui. *comm. opin.* 822.

4 Statutum pœnale loquens in perſonam delinquentis, non comprehendit mandantem ex propria ſignificatione, ſed interpretatiuè, & fictè, quia mandans non dicitur propriè facere, ſed fictè, & ideò arbitrio iudicis punitur, & non pœna ſtaturaria, niſi ſit eadem cum illa à iure communi impoſita, vide latè Menoch. *de arbitr. caſ.* 353. *num.* 12. *& ſeqq.* vbi pluribus modis declarat, *& caſ.* 351. *num.* 19. Afflict. *deciſ.* 404. *num.* 6. *&c.* Anton. de Ballis *tractat. var. lib.* 4. *quæſt* 7. *per tot.* Farinac. *quæſt.* 135. *part.* 3. *per tot.* Tuſch. *littera S. concluſ.* 612. *per tot.* latè Sanfelic. *deciſ.* 36. vbi diſtinguit, an ſtatutum vtatur verbis communibus, vel proprijs, vt primo caſu procedat etiam contra mandantes, conſulentes, & auxiliatores, ſecundo verò non, & quæ ſint iſta verba communia, vel propria, Anton. de Bellis *d. quæſt.* 7. adde in §. *Mandatum num.* 24.

5 Statuta pœnalia ligant etiam forenſes delinquentes in loco vbi vigent, licèt ignorarent, quando agitur de delictis ſui natura, & à iure communi prohibitis, vel talibus, quæ communiter ſolent eſſe prohibita in Italia, vt extrahere frumentum, & huiuſmodi, niſi quoad hæc poſteriora adeſſet iuſta, & probabilis ignorantia prohibitionis, Clar. §. *fin. quæſt.* 85. *per tot.* Franch. *deciſ.* 521. *per tot.* Guaz. *deff.* 33. *cap.* 4. *in fine*, Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 129. *per tot. & caſ.* 14. *per tot.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 3. *per tot. & lib.* 3. *præſumpt.* 88. *num.* 12. vide in §. *Banna num.* 6. *&* §. *Forenſis num.* 1. *&c.* dixi in *Pract.* §. *Bandi num.* 6. *&* §. *Foraſtieri num.* 14. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 2. *num.* 7. *& ſeqq. vol.* 2. Sanfelic. *deciſ.* 393. *num.* 11. vbi refert tenentes non procedere pœna ſtatuti contra exteros ibi delinquentes, ſed tamen communem eſſe dictam diſtinctionem.

Quòd prohibentia delationem armorum comprehendant etiam forenſes, Menoch. *de arbitr. caſ.* 394. *num.* 63. de quo tamen vide Cabal. *reſolut. crimin. d. caſ.* 129. *num.* 20. *& ſeqq.* vbi videtur excuſare forenſes per tranſitum à pœna delationis armorum, Farinac. *quæſt.* 108. *num.* 16. *&c.* & dixi in locis ſupracitatis.

6 Statutum puniens inuentum cum armis, non procedit niſi talis inuentus arma deferre fuerit etiam captus, & deprehenſus à birruarijs, cùm verba ſint cum effectu intelligenda, iuxta doctrinam Bart. & aliorum in *l. Barſatorem C. de fideiuſſ. & mandat.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 394. *num.* 42. *& ſeqq.* vbi quinque caſus diſtinguit, & contrarias concordat opiniones, Guaz *deff* 5. *cap.* 8 *num.* 3. *&c.* Farinac. *quæſt.* 108. *num.* 132. *& ſeqq. ad* 144. Tuſch. *littera S. concluſ.* 466. vide in §. *Arma num.* 8. Viui. *comm. opin.* 763. vbi infert ad alia plura ſimilia ſtatuta, vt non procedant niſi contrafaciens captus fuerit cum rebus prohibitis.

Florentiæ autem vigore bannimentorum ceſſat huiuſmodi diſputatio, cùm delatores armorum poſſint, etiam ad querelam birruariorum, vel aliorum, ſiue ex officio inquiri, & puniri ex probationibus, licèt deferens non fuerit captus, vt dixi in *Pract.* §. *Delatori num.* 1. & eſſe etiam de iure iuxta vnam communem opinionem probat Tuſch. *d. concluſ.* 466. *num.* 3. *&c.* Clar. § *fin. quæſt.* 82. *verſ. ſtat.* 7. *num.* 7. vide Nouar. *in Pragm. Regn. Neapolit. Collect.* 21. *num.* 2. *&c.* Conciol. *reſolut. crim. verb. Arma, reſolut.* 11. vbi iſtam partem comprobat.

7 Statutum puniens delationem armorum comprehendit etiam fœminas, Menoch. *de arbitr. caſ.* 394. *num.* 64. vide in §. *Mulier num.*...

Non tamen habet locum quando deferuntur arma ad perſecutionem bannitorum, Menoch. *de arbitr. caſ.* 574. *per tot.* vide in §. *Banna num.* 7.

Item non procedit quando quis vteretur armis ad ſui, vel alterius defenſionem in caſibus permiſſis, nec vbi delatio eſſet momentanea, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 62. vide in §. *Arma*, §. *Bannum*, *&* §. *Delatio*.

Statutum imponens pœnam pro delictis, non habet locum contra delinquentes extra territorium, niſi exprimat, licèt huiuſmodi delinquentes eſſent ſubditi ratione originis, vel domicilij, quia & ſi hoc reſpectu puniri poſſint, maximè ad querelam partis, vt dixi in §. *Iudex num.* 45. *in Pract.* §. *Deliti num.* 56. Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.* 7 § 6. *num.* 22. vbi intelligit quoad pœnam quando territoria ſunt ſub eodem Principe, nam ſi ſub diuerſo dicit imponendam pœnam loci originis, vel iuris communis, & allegat Fontanel. *deciſ.* 16. *num.* 7. *deciſ.* 430. *num.* 4. Oriliam ad Campan. *reſolut.* 13. *num.* 21. Ant. Matteu. *de crim. tit. de accuſat. cap.* 5. *num.* 5. & alios, ac repetit idem Raynald. *in eod.* §. 6. *num.* 36. *& ſeqq.* vbi quoad citationes, & modum procedendi debet ſeruari ſtylus Tribunalis, quò verò ad probationes, & alia ius commune, inferendo ad plura notabilia, vbi ampliat etiam ex officio, & pro ſimplici tranſgreſſione, quæ de iure communi non ſit delictum ſecundum aliquos ibi citatos, tamen tunc non pœna ſtatuti loci originis, vel domicilij eſt imponenda, ſed pœna loci commiſſi delicti, ſi de illa habeatur notitia, vel pœna iuris communis, vel arbitraria iuxta doctrinam Bart. *in l. cunctos populos num.* 47. *&c. C. de Summ. Trinit.* Clar. §. *fin. quæſt.* 85. *num.* 4. *verſ. Tertius eſt caſus*, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 162. *num.* 33. *&c. caſ.* 129. *num.* 17. *&c.* Card. Tuſch. *litt. D. concluſ.* 181. *num.* 32. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 400. *num.* 63. *&c. vol.* 1. *& deciſ.* 2. *vol.* 2. vbi ampliat etiam ſi perſona ſubdita ſit offenſa, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 886. *num.* 16. facit ſupra *num.* 5. *& circa generalia, & mixta ſtat. num.* 21. Dian. *part.* 3. *tract.* 6. *reſolut.* 78. vbi de cenſuris an ligent delinquentes extra territorium, & dicit quòd non, etiam ſi delictum inceperint in territorio, licèt alij contra. 8

Statutum imponens plures pœnas alternatiuè, ſi dirigat verba in iudicem, illius eſt electio, ſi in delinquentes ad ipſos ſpectat de iure electio, ſi verò impersonaliter loquatur, & pœnæ ſint corporales electio pariter eſt iudicis, ſi pecuniariæ, vel vna pecuniaria, & altera corporalis, electio eſt reorum, niſi aliter appareat de mente ſtatuentium, Clar. §. *fin. quæſt.* 85. *verſ. ſolet etiam*, latè Guaz. *deff.* 33. *cap.* 12. *per tot.* 9

Statutum imponens pœnam pro delicto, intelligitur ſi delictum fuerit dolo commiſſum, alias enim ceſſante dolo, non eſſet locus pœnæ ordinariæ à ſtatuto impoſitæ, ſed alteri pœnæ arbitrariæ mitiori pro modo, & qualitate culpæ, etiamſi ſtatutum vteretur verbis generalibus, Menoch. *de arbitr. caſ.* 324. *num.* 3. *&c.* Pract. Papp. *for. Inquiſ. gloſſ. Appenſatè, & doloſè num.* 6. *cum Addit.* Guaz. *deff.* 33. *cap.* 18. *per tot.* Viui. *comm. opin.* 819. Gratian. *diſcept. for. cap* 202. *num.* 34. *&c.* Farinac. *quæſt.* 87. *inſpect.* 1. *num* 25. *&c. quæſt.* 125. *num.* 13. *&c.* Clar. §. *fin quæſt.* 84. *in princip. et* § *homicidium in princip.* Altograd. *conſ.* 9. *num.* 90. *lib.* 1. *&c. conſ.* 34. *num.* 43. *lib.* 1. Vrceol. *conſult. for. cap.* 41. *num.* 21. *& ſe q.* 10

Quòd ſtatutum imponens pœnam pro homicidio quomodocumque commiſſo, comprehendat etiam commiſſum culpa, vel caſu abſque dolo, Addit. ad Pract. Papp. *loc. cit. verb. dolus*, Menoch. *d. caſ.* 324. *num.* 14. vbi tamen refert Marſil. *ſing.* 630. multum de veritate huius dicti ambigentem. Et quòd qualitercumque loquatur ſtatutum, non comprehendat occidentem ſuæ defenſionis cauſa, & ſi id expreſsè, generaliter, & indiſtinctè diſponeret non eſſet validum, tamquam contra ius diuinum, naturale, & gentium, Farinac. *de homicid. d. quæſt.* 125. *num.* 13. *&c.* Altograd. *d. conſ.* 34. *num.* 43. *lib.* 1. latè Tuſch. *litt. S. concluſ.* 566. vbi etiam an, & quando huiuſmodi ſtatutum circa homicidas locum habeat, vel non.

Statutum puniens homicidas pœna capitis, & confiſcationis (prout communiter hæc eſt pœna ordinaria homicidij) non habet locum in interficiente ſe ipſum, quia cùm ſit extincta perſona delinquentis, non poteſt aliqua pœna puniri, Corn. *conſ.* 195. *lib.* 2. Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 137. *num.* 5. Menoch. *de arbitr. caſ.* 284. *num.* 26. *& ſeqq.* dixi in §. *Homicidium num.*... §. *Vulnus num.*... 11

Quòd

Quòd ſi ſtatutum puniat pœna pecuniaria tantùm, quando homicidium fuit in rixa commiſſum, non habet locum in homicidio qualificato, puta parricidio, ſed grauior pœna ſit imponenda, cum ſit duplex, & grauius delictum, Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 11. *per tot.* & alia ad propoſitum Card. Tuſch. *littera S. concluſ.* 566. *per tot.*

Quòd ſtatutum puniens capite homicidas, intelligatur pro homicidio doloſo, & qualificato, non verò ſimplici, & culpoſo tantùm, Clar. §. *fin. quæſt.* 84. *in princip. &* §. *Homicidium in princip.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 324. *per tot.* cum alijs allegatis *ſupra num.* 10.

12 Statutum imponens pœnam mortis in certis caſibus non expreſſa bonorum confiſcatione, non intelligitur illam imponere in conſequentiam, Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 237. *per tot.* Peregrin. *de iur. fiſc. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 21. *&c.* Magon. *decis. Florent.* 99. *num.* 1. Card. Tuſc. *littera C. concluſ.* 724. *num.* 1. *& concluſ.* 714. *num.* 36. vbi quòd vigore ſtatuti Florentini *lib.* 3. *Rubr.* 125. pœna confiſcationis imponitur in homicidijs, & etiam omiſſa debet haberi pro expreſſa, intelligendo quando eſt locus pœnæ ordinariæ.

13 Statutum loquens de pœna capitali intelligitur de minori, & ſic de exilio, niſi aliter appareat de mente ſtatuentium, vide Suarez *deſſ.* 33. *cap.* 7. *per tot.* vbi ſex modis limitat, & dixi in §. *Pœna num.* ...

An ſtatutum puniens in amputatione membri, puta manus, dicatur imponere pœnam capitalem, & alia ad materiam huiuſmodi ſtatuti, Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 236. *per tot.*

An puniens in amputatione dexteræ habeat locum in eo, qui dextera careret, ita vt eius loco ſit amputanda ſiniſtra, multi tenent quòd ſic, ſed verius eſt hoc caſu locum eſſe pœnæ arbitrariæ corporali, vel etiam pecuniariæ, Menoch. *de arbitr. caſ.* 499. *num.* 7. *& ſeqq. ad* 14. vbi etiam quòd idem eſt in ſimilibus, quando ex aliqua cauſa non poteſt imponi pœna ordinaria ſtatuti, *& caſ.* 589. *per tot.*

Hodie tamen huiuſmodi pœnas reddentes homines inutiles, non imponi, ſed alias arbitrarias iuxta facti, & perſonarum qualitatem, dixi in *Pract.* §. *Statuti num.* 35.

14 Statutum prohibens loqui, vel tractare cum bannitis, ſiue illos receptare eſt iuſtum, validum, ac iuri communi in ſubſtantia conforme, ſecundum quod huiuſmodi receptatores puniuntur pœna mortis, vel alia arbitraria iuxta qualitatem facti, & perſonarum, Menoch. *de arbitr. caſ.* 348. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi peſſimum genus hominum hos receptatores appellat, ſine quibus banniti diù latere non poſſent, & illis ſublatis graſſantium cupidinem conquieſcere, & ob id pœna mortis, vel iudicis arbitrio pro qualitate perſonarum eſſe grauiter puniendos, oſtendit Card. Tuſch. *littera B. concluſ.* 17. *& littera R. concluſ.* 47. *per tot.* Ricc. *Collect.* 544. *&* 2726. vbi qualiter, & ſub quibus pœnis banniti receptari non poſſint vigore Bullarum Pontificalium, Sanfelic. *deciſ.* 227. vide in §. *Receptatio*.

Si ſtatutum prohibeat quòd nemo loquatur cum bannito, non comprehendit ſcribentem litteras, vel mittentem nuncium, Clar. §. *fin. quæſt.* 82. *ſtat.* 2. *verſ. quæro ſi ſtatutum*, Aloyſ. Ricc. *Prax. var. reſolut. cap.* 65. *per tot.* vbi idem firmat de conſtitutione prohibente loqui cum monialibus.

Contrarium tenet Magon. *deciſ. Luc.* 26. *num.* 21. Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 343. *verſ. ſubiungit*, Conciol. *reſolut. crimin. verb. bannitus reſolut.* 6. vbi plures allegat, quia alias fieret fraus ſtatuto, vide in §. *Receptatio*.

Quòd ſtatutum prohibens ne quis contrahat cum bannito, non comprehendat contrahentes cum filio, vel ſeruo banniti, quoad pœnam, ſed benè quoad effectum acquiſitionis, Menoch. *de arbitr. caſ.* 459. *num.* 25. *&* 26.

Et quòd receptatores bannitorum ſubijciantur foro, in quo banniti receptati fuerunt condemnati, & poſſint ab illo puniri per regulam *text. in l. nullum, C. de teſt.* Franch. *deciſ.* 470. *in princip.* Sanfelic. *in Prax. ſect.* 25. *num.* 48. vide in §. *Receptatio*.

15 Statutum prædictum puniens loquentes, vel tractantes cum bannitis, non comprehendit Procuratores, vel Aduocatos, qui poſſunt cum illis tractare, & opem præſtare per viam iuſtitiæ, Ioſeph Mele in Addit. ad Gizzarel. *deciſ.* 75. *num.* 15. vide in §. *Aduocatus num.* ...

Item non procedit contra vxorem receptantem, & alentem maritum ſuum bannitum, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 83. *num.* 13. *caſ.* 278. *num.* 9. *& caſ.* 287. Sanfelic. *deciſ.* 343. *cum Addit.*

Nec contra filios receptantes patrem bannitum, nec è contra in patre receptante filios bannitos, Cabal. *d. caſ.* 83. *num.* 13. Menoch. *de arbitr. quæſt.* 90. *num.* 45. *& caſ.* 348. *num.* 7. Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 90. Sanfelic. *deciſ.* 343. *cum Addit. vbi plura.*

Nec in ſocero receptante generum bannitum, vel è contra, nec in receptante ſanguine coniunctos, vel etiam amicos, intelligendo tamen quoad pœnam ordinariam, non autem quoad pœnam arbitrariam, cui locus eſſet his caſibus, Menoch. *de arbitr. caſ.* 348. *num.* 13. *&c.* vide Sanfelic. *deciſ.* 343. *cum Addit.*

Nec contra fratres receptante alium fratrem bannitum, Menoch. *d. caſ.* 348. *num.* 7. Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 36. *num.* 57. *&c.*

Intellige vt in omnibus prædictis caſibus non ſit locus pœnæ ordinariæ a ſtatuto impoſitæ, ſed benè alteri pœnæ arbitrariæ mitiori iuxta qualitatem facti, & perſonarum, ad tradita per Menoch. *de arbit. d. caſ.* 348. *per tot.* & dixi in *Pract.* §. *Statuti num.* 25. vide Gizzarel. & Addent. *deciſ.* 75. *per tot.* vbi quoad vxorem, patrem, & matrem videtur illos in totum excuſare, niſi agatur de bannitis ob læſam maieſtatem, alios verò coniunctos puniri pœna arbitraria vt ſuprà, vide in §. *Bannitos num.* 8. Sanfelic. *deciſ.* 343. *cum Addit.* vbi videtur tenere nulla pœna puniri, etiamſi eſſent de crimine læſæ Maieſtatis imputari, ſed non recedas à prædictis, adde D. Fului. Maioran. *in Opeprax. crimin. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 41. *& ſeqq.* vbi quòd vxor, pater, mater, ſocer, frater, & huiuſmodi nulla pœna puniuntur.

Statutum prædictum contra receptantes bannitos, non 16
habet locum in receptatore nulliter bannitum, Gratian. *diſcept. for. cap.* 638. *per tot.* Granat. *deciſ.* 29. Carer. & alij, quos refert, & ſequitur Farinac. *lib.* 3. *conſ.* 205. vbi latè de materia, & ita fuit reſolutum per Magiſtratum DD. Octo Baliæ Ciuitatis Florentiæ ſub die 7. Octobris 1677. in cauſa Scarperię contra Alexandrum Tozzinum, & alios, iubendo inquiſitos non moleſtari vlterius, & fuit approbatum à S.C.S. vt in Filcia Negotiorum dicti temporis ſub *num.* 2077.

Non etiam procedit in receptante bannitum publicè tolleratum, & conuerſantem, etiam ſine Principis, vel Officialis ſcientia, vt benè probat Conciol. *reſolut. crim. verb. bannitus reſol.* 2. vbi in bannito non publicè, ſed clandeſtinè tantùm conuerſante.

Item nec quando receptans bannitum ignorabat eſſe bannitum, vel ſi ſciebat, non potuit illi reſiſtere, Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 287. *per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 348. *num.* 15. *&c.* vbi quoad ignorantiam aliter diſtinguit, Ioſeph. Mele in Addit. ad Gizzarel. *deciſ.* 75. *num.* 13. & ibidem Angel. *num.* 8. Card. Tuſch. *litt. R. concluſ.* 47. *per tot.* Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 343. vbi plura notabilia pro defenſione huiuſmodi receptatorum, Conciol. *in verb. Bannitus reſolut.* 3. *per tot. & reſolut.* 7. vbi de receptante per metum, vt non puniatur quando metus eſt iuſtus, & cadens in conſtantem virum, & poſteà fiat denunciatio Curiæ.

Quòd receptans forenſes, ſiue bannitos teneatur illorum conditionem inueſtigare, alias non excuſetur ſub clypeo ignorantiæ, Bardellon. *conſ.* 126. *num.* 21. *&c. lib.* 2. *infra numer.* 17. *verſ. quòd debeat à fiſco*.

Quòd dictum ſtatutum non habeat locum in forenſe, quia forenſis præſumitur ignorare publicationem banni, quando diu non habitauit in ciuitate, Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 3. *num* 8.

Statutum prædictum puniens receptatores bannitorum, 17
habet locum tantùm, & eſt intelligendum quòd ad illos, qui reptant ad malum finem, abſcondunt, celant, vel ſubtrahunt à iuſtitia, non autem in illis, qui ſimpliciter darent comedere, & bibere per tranſitum, maximè ſi eſſent caupones, qui ex neceſſitate tenentur omnibus comeſtionem, & potum date, ad tradita per Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 287. *num.* 73. *& ſeqq.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 348. *num.* 17. vbi tamen videtur intelligere etiam quoad caupones ſtante ignorantia banni, Gizzarel. & Addent. *deciſ.* 75. *per tot.* Card. Tuſch. *litt. B.*

concluſ. 17. *per tot.* Baiard. ad Clar. *queſt.* 90. *num.* 32. *& ſeqq.* vbi plura de modis probandi ſcientiam banni, & alia notabilia, Sanfelic. *deciſ.* 343. *cum plena Addit.* vbi plura ad excuſationem receptatorum, & Conciol. *reſolut. crim. verb. Bannitus reſolut.* 1. vbi quòd non procedit dicta prohibitio ceſſante dolo, & damno fiſci, vel Reipublicæ, qui dolus non præſumitur, ſed à fiſco probari debet, probatur autem coniecturis.

Quòd debeat à fiſco probari ſcientia banni in receptatoribus, Clar. §. *fin. queſt.* 31. *verſ. ſcienter*, Tuſch. *d. concluſ.* 17. *num.* 7. *&c.* Maſtril. *deciſ.* 216. *num.* 5. Giurb. *conſ. crimin.* 28. *num.* 5. Gayl. *lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 6. 12. *&c.* Ioſeph. Mele ad Gizzarel. *deciſ.* 75. *num.* 9. *&* 23. Farinac. *queſt.* 133. *per tot.* Franc. *deciſ.* 276. Cala *de mod. articul. num.* 867. *& ſeqq.* Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 313. *verſ. debet etiam*, vbi quòd in dubio præſumitur ignorantia, *ſupra num.* 16. *verſ. Quod receptans*, *& in* §. *Receptatio num.* 3. Conciol. *reſolut. crimin. verb. Bannitus reſolut.* 3. vbi quando, & ex quibus arguatur ſcientia ſaltem ad effectum pœnæ extraordinariæ, & D. Fului. Maioran. *in Opoprax. crimin. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 36. *& ſeqq. fol.* 69.

Item non procedit dictum ſtatutum ſi receptatio ſit ex cauſa tranſitus, Cabal. *d. caſ.* 287. *num.* 74. *&c.* vel caſu, & improuiſo ibidem *nu.* 49. *&c.* vide in §. *Bannitus nu....* Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 343. Conciol. *verb. bannitus reſolut.* 1. vbi quòd nec procedit in aſſociante ſe ſimpliciter in itinere cum bannito, & loquendo de negotijs fiſco non præiudicialibus.

Item non habet locum quoad bannitos ex ſola contumacia, Cabal. *loc. cit. num.* 77. 78. 81. *&c.* vbi vide, & Conciol. *reſolut. crimin. verb. bannitus reſolut.* 4. vbi tamen quòd contrarium ſeruatur in practica, & eſt veriſſimum, aliàs enim dictum ſtatutum numquam procederet, facit quod dixi in §. *Contumacia num.... & infrà de ſtat. quod contumax num....*

Multa de prohibita bannitorum receptatione, quando receptatores poſſint excuſari, vel non, iuxta per me ſcripta, & alia, Conciol. *ad Stat. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 54. *per tot.* vbi etiam Romaguer. *in addit.* pluries me, & alios modernos allegat.

Nec in receptante mulierem bannitam, cùm in ea ceſſet ratio dicti ſtatuti, ad tradita per Iul. Cæſar. Caluin. *in tractat. de aquie. cap.* 41. *part.* 1. & fuit reſolutum per Magiſtratum DD. Octo Ciuitatis Florentiæ ſub die 16. Februarij 1671. ab Incarnatione in cauſa contra Bernardinum Roſinum, & alios, ſequitur Conciol. *verb. bannitus reſolut.* 7. *num.* 4.

Multa tamen ex prædictis hodie ceſſant vigore bannimentorum particularium, quæ ſunt attendenda prout loquuntur, ſuppoſita tamen ſemper ſcientia vera, vel præſumpta banni.

Quòd ad effectum, vt bannimenta contra receptatores bannitorum procedant, ſufficiat ipſos bannitos fuiſſe pro talibus publicatos in loco peracti iudicij, & latæ ſententiæ, & præcipuè in Ciuitate dominante fuit reſolutum per Magiſtratum DD. Octo Baliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ, & approbatum à S. C. S. ſub die 9. Nouembris 1670. in cauſa contra Chriſtophorum Peloſum de Foiano, vt conſtat in Filcia Negotiorum dicti Magiſtratus num. 4423. & in Giornali 630. & rurſus in alia cauſa Florentiolæ die 12. Nouembris 1670. contra Annibalem Raſpantium in dicta Filcia Negotiorum ſub num. 4432. atque iterùm ſub die 23. Decembris 1678. in cauſa contra Ioannem Baptiſtam Nicolai de Fabris, & alios, contra quos tamen aliunde etiam conſtabat de ſcientia banni, vel ſaltem magna extabant indicia, ex quibus fuit deuentum ad torturam.

Quamuis de iure neceſſariam eſſe publicationem, etiam in loco Conuerſationis pluribus citatis probat Conciol. *reſolut. crimin. verb. bannitus reſolut.* 3. *per tot. num.* 7. ſed debet ipſe cum alijs intelligi, niſi aliunde conſtet de ſcientia, vel vt non poſſint receptatores puniri pœna ordinaria, ſecus autem ad effectum inquirendi, ac etiam torquendi iuxta qualitatem indiciorum, vel condemnandi ſi fuerint contumaces, & habiti pro confeſſis iuxta generalem conſuetudinem, & ſtatuta.

18 Statutum imponens pœnam pro effractione carcerum non habet locum ſi captura fuit iniuſta, & non ſeruato iuris ordine facta, Guaz. *deff.* 5. *cap.* 4. *num.* 26. *in fine*, vide in §. *Carcer. num....*

Statutum imponens pœnam centum, & vltrà arbitrio 19
iudicis, eſt intelligendum, vt iudex debeat arbitrari in eadem ſpecie, & qualitate pœnæ a ſtatuto impoſitæ, cùm huiuſmodi dictiones ſint repetitiuæ ſimilium, Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 258. *per tot.* Guaz. *deff.* 33. *cap.* 13. *per tot.* Gratian. *diſceptat. for. cap.* 163. *num.* 18 *&c.*

Quòd iudex ratione minoris ætatis, poſſit temperare pœnas ſtatutarias in omnibus delictis, Menoch. *de arbitr. caſ.* 329. *num.* 18. *&c.* vide in §. *Minor num.... &* §. *Pœna num....*

Statutum puniens delicta carnis, vel ſimilia, ligant etiam 20
iudæos, & alios infideles, cùm ipſi dicantur de corpore Ciuitatis, etiam ſi inter ipſos ſolum committantur, nam ſi cum Chriſtianis dicitur maius delictum, & grauius punitur, ex vtraque parte arbitrio iudicis, quia non permittitur infidelibus accedere etiam ad meretrices Chriſtianas ſub pœna iudici arbitraria ſecundum facti qualitatem, Cabal. *reſol. crimin. conſ.* 4. *per tot.* Bardellon. *conſ.* 170. *per tot. lib.* 2. vide in §. *Coitus num....* §. *Iudæi num....*

Statutum imponens certam pœnam pro qualibet ferita, 21
ſiue vulnere habet locum etiam ſi vulnera eſſent vno tantùm impetu, vel ictu illata in eadem rixa, vel cum inſtrumento apto ad plura vulnera vnico ictu inferenda, puta cum bidente, vel pectine dentato, ac idem eſt ſi ſtatutum non ita determinatè, & diſtributiuè loqueretur, ſed ſimpliciter imponeret pœnam percutienti, quia adhuc ſemper pœna eſſet multiplicanda pro numero percuſſionum, & vulnerum, quod non videtur habere difficultatem ſtante dicta diſtributiua dictione *pro qualibet*, ſecus autem ſi ſtatutum ſimpliciter loquatur ſine huiuſmodi diſtributiua, ad tradita per Farinac. & Vulpin. *in ſucco queſt.* 22. *num.* 3. quamuis etiam ſine diſtributiua indiſtinctè, vt ſuprà concludat Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 155. *per tot.* & facit in *caſ.* 157. *&* 158. Scanarol. *de viſit. Carcer. lib.* 1. §. 13. *cap.* 5. *num.* 50. Sebaſt. Medic. *de caſ. fort. part.* 2. *queſt.* 2. *num.* 4 Viui. *comm. opin.* 764. vbi quòd debetur pœna pro vulnere tantùm, loquitur tamen in ſtatuto ſimpliciter, & non diſtributiuè diſponente, ac idem in pluribus alapis eodem impetu illatis, vt vnica debeatur pœna.

De quibus armis intelligatur ſtatutum puniens percutientem cum armis, Cabal. *caſ.* 63. *per tot.* vide in §. *Appellatiua num....*

Ego autem ſic diſtingui poſſe arbitrarer, aut agitur de pluribus vulneribus vno impetu, & actu ſolo factis cum armis de ſui natura aptis vnicum tantùm vulnus inferre vnico ictu, veluti enſe, vel pugione, & tunc licet ex accidenti vno ictu plura inferantur vulnera, vt quia dum offenſus timeret percuti in capite voluit ſe defendere, & reparare cum manu, vel brachio, & remanſit eodem ictu percuſſus in capite, & manu, vel brachio, aut ſimili modo cauſato non à percutiente, ſed à percuſſo, ſit imponenda vna ſola pœna, etſi plura ſint vulnera vnico ictu, vt ſupra facta, niſi aliter appareat de mente ſtatuentium, vt quia habuerint reſpectum non ad ictus, ſed percuſſiones, vel vſi fuerint dictionibus diſtributiuis, & tanto magis procederet ſi illa plura vulnera eſſent in ſe vnita, & continua, veluti perforatio manus, ſiue alterius membri, nam etſi appareat vulnus ex vtraque parte, & ſic duo videantur vulnera, tamen habentur pro vno, & vnica tantùm vulneris pœna debetur, prout in facti contingentia ego iudicaui de anno 1666. dum Florentiæ Auditoris Militarium Legionum munus ſuſtinerem in cauſa Vici Piſani contra Coſimum Andreæ Bernacchi.

Aut agitur de pluribus vulneribus vnico ictu factis, ſed cum armis de ſui natura ipſis vnico ictu plura facere vulnera, veluti cum bidente, tridente, vel pectine dentato, aut ſimili inſtrumento, & tunc cùm percutiens potuerit præuidere, & certò ſcire, ſe vnico ictu facturum plura vulnera, teneatur, & condemnari debeat pro quolibet vulnere in pœnam ſtatuti, etiam ſimpliciter loquentis.

Statutum imponens pœnas grauiſſimas, ac declarans 22
ſicarios illos, qui delinquunt mercede, vel præmio ad inſtantiam alterius, prout in ſtatu Florentino adeſt lex de anno 1556. contra Sicarios, de quo dixi in *Pract.* §. *Sicarij num.* 1. *&c.* Non habet locum in filio delinquente ad inſtantiam patris, cùm ipſe dicatur propriam vlciſci iniuriam, nec in famulo delinquente de mandato domini, nec in alijs conſanguineis, & affinibus, ceſſante

tamen

tamen præmio, & mercede, ad tradita per Cabal. *reſolut. crimin. caſ.289. per tot. & in tractat. de omn. gen. homicid. num.495. & ſeqq.* Farinac. *de pœn. temper. quæſt.97. num.11. & ſeqq. & num.149. & ſeqq.* vide in §. *Mandatum num.23.*

23 Statutum puniens contrahentes matrimonium in quarto gradu, eſt intelligendum facta computatione ſecundùm Canones, & idem eſt, quoad cognoſcendum inceſtas nuptias, quando eſſet conditum ab Epiſcopo, aliàs autem debet fieri computatio ſecundùm ius ciuile iuxta veriorem opinionem, quam firmat Gratian. *diſcept. forenſ. cap.77. num.16. &c.* Altograd. *conſ.46. num.3. & 4. conſil.47. num.1. &c. & conſ.95. lib.2.* vide Farinac. *de delict. carn. quæſt.149. per tot.* dixi in §. *Computatio num....*

An ſtatutum imponens pœnam contrahentibus matrimonium clandeſtinum habeat locum ſtante, quòd hodie per Concilium Tridentinum eſt nullum, & generaliter an pœna impoſita pro aliquo actu procedat ſtante illius nullitate, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.213. per tot.* facit quod dixi in §. *Falſitas num.* & §. *Notarius num.*

24 Statutum puniens fures pœna mortis pro tertio furto, vt procedat connumerantur etiam furta extra territorium commiſſa; ſi verò dicat pro tribus furtis, debent omnia eſſe commiſſa in territorio, niſi ſubditus eſſet fur ratione originis, vel domicilij, quia tunc ad complendum dictum numerum, computantur etiam commiſſa extra territorium quomodocumque loquatur ſtatutum, cùm pro illis poſſit puniri etiam in loco originis, & domicilij, Clar. §. *Furtum, verſ. Sed pone*, Card. Tuſch. *litt. S. concluſ. 560. per tot.* vbi quando huiuſmodi ſtatutum locum habeat, vel non.

Sed prædictam eſſe diſtinctionem verbalem non attendendam, dixi in §. *Furtum num.13.* vbi vide.

Quòd dictum ſtatutum habeat locum etiam ſi fur pro duobus primis furtis fuerit punitus, vel gratiam obtinuerit, Clar. *loc. cit. verſ. quæro etiam*, vide in *dicto* §. *Furtum num.*

25 Statutum puniens vnum pro delicto alterius, puta filium pro delicto patris, vel è contra, conſanguineos, attinentes, affines, vel conſortes pro delictis conſanguineorum, attinentium, affinium, vel conſortum, valet, & debet attendi ob publicam vtilitatem, cùm ſit præſumendum quod mali homines faciliùs abſtineant à delictis, vel quòd illorum attinentes, & conſanguinei inuigilabunt ne committant delicta, ac opem, & auxilium, vel fauorem eis non præſtabunt; Eſt tamen omni iure exorbitans, magni rigoris plenum, & adeò irrationabile, vt aliquando fuerit neceſſariò reuocatum, & ideò ſemper debet interpretari, dummodò is, qui pro alio punitur aliquid dolo, vel culpa egerit, vt quia ſciuit illum velle delinquere, impedire potuit, & non impediuit, nam ſi ceſſet omnis culpa, & negligentia, vt quia fuerit abſens, vel alias probabiliter ignorauit, vel quia, inter eos aderat inimicitia, vel ſi is, qui deliquit eſt adeò duræ ceruicis, vt nullius admonitiones admittat, locus non eſt pœnæ, cùm tunc ceſſet ratio ſtatuti, nempè culpa, & negligentia non impedientis, latè tradita per Menoch. *de arbitr. caſ.551. num.8. & ſeqq. per tot.* Cabal. *reſolut. crimin. caſ.149.* Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.605. & 618.* Altograd. *conſ.95. num.138. lib.1.* Magon. *deciſ. Lucenſ.27. num.1. &c.* Farinac. *quæſt.24. & quæſt.107. part.1. art.3.* Merend. *inter conſult. fur.* Vrceol. *cap.41. num.38. &c.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.469. per tot.* vbi de Conſtitutionibus Summorum Pontificum, quod teneatur Villæ, & Caſtra pro damnis datis, de quo etiam Cabal. *reſolut. crimin. caſ.287. num.53. & ſeqq. ad 65.* vide in §. *Vniuerſitas num.* Viui. *comm. opin.751.* vbi quòd villa, vel vniuerſitas, non tenetur etiam ſtante ſtatuto illam obligante, niſi verè conſtet de damno per veras probationes, nec etiam tenetur quando ſoluit, vel concurrit ad ſolutionem ſalarij Bariſelli Campeſtris, Conciol. *ad Stat. Eugub. lib.6. Rub.34.*

26 Statutum quòd pater teneatur ſoluere legitimam pro condemnatione filij, dicitur valdè rigoroſum, & ſemper reſtringendum, ac in multis caſibus non procedit, Cabal. *reſolut. crimin. caſ.250. per tot.* Clar. §. *fin. quæſt.86. num.9.* Cardin. Tuſch. *littera C. concluſ.1020. num.22. & littera S. concluſ.605. & 618. per tot.* Peregrin. *deciſ.135. num. 2. &c.* Conciol. & Romaguer. *ad Statut. Eugub. lib.4. Rubr.57.* vbi limitat pluribus modis, & caſibus, in quibus dictum ſtatutum non procedit, vbi quòd debet intelligi reſpectu proprietatis, non vt pater viuens priuetur gaudimento illius portionis, nec habet locum, ſi extent nepotes ex filio, Conciol. *reſol. crimin. verb. legit. reſol.3. per tot.* Merlin. *de legit. lib.3. tit.1. quæſt.35.36. & 37.* vbi plura, & quòd non procedit quando ex filio adſunt nepotes, quibus eſt reſeruanda dicta legitima, nec procedit in auo, qui etiam patrem de medio ſublato, non tenetur ſoluere legitimam pro nepote, nec quando filius eſſet condemnatus in contumaciam, quamuis vigore alterius ſtatuti contumax habeatur pro confeſſo, adde Surd. *deciſ.167. per tot. & deciſ.314. per tot.* Viui. *comm. opin. 771. per tot.* Menoch. *lib.2. præſumpt.70. num.3. &c. num.19.* vbi declarat hoc vltimum non procedere quando ſtatutum conſiderat tantùm actum condemnationis, vide in §. *Legitima num.28. & infra de ſtat. quod contumax num.* & in §. *Pater num.23.*

Quòd ſtatutum de confiſcanda legitima non extendatur ad bona extra territorium, nec afficiat forenſes, nec minores, Merlin. *de legit. lib.3. tit.1. quæſt.30. per tot.* Conciol. *verb. Legitima reſol.4.* vbi plura de hac materia.

Florentiæ qualiter vigore ſtatuti *lib.1. Rub.45.* bona patris, vel alterius aſcendentis ſint obligata pro condemnatione filiorum exiſtentium in patria poteſtate, quomodo huiuſmodi ſtatutum intelligatur, Tuſch. *litt. S. concl.205. num.7. & ſeqq. per tot.*

Quòd vxores, vel filij bannitorum non poſſint ſtare in ciuitate, eſt intelligendum dum viuunt ipſi banniti, nam illis mortuis ceſſat prohibitio, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 976. num.12.*

Plures caſus in quibus vnus pro alio tenetur refert Menoch. *de arbitr. caſ.345. per tot.* vbi tamen quòd huiuſmodi ſtatuta ſunt rigoroſa, odioſa, & ſtrictè interpretanda, ita vt numquam eadem pœna ſit puniendus ille, qui pro alio tenetur, ſed mitiori arbitrio iudicis. Et in materia fallitorum, Tuſch. *litt. S. concluſ.547. & 559. per tot.*

Quòd valeat ſtatutum, vt vnus pro alio teneatur tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, qualiter intelligatur, Tuſch. *litt. S. concluſ.605. & 618. per tot.*

Statutum quod damnum datum non reperto damnificante debeat emendari à vicinis, non comprehendit pupillos, mulieres, & ſimiles inhabiles ad auxilium derobatis præſtandum, ſed illos tantùm, qui audito rumore potuiſſent occurrere, & damnum impedire, & ad hunc effectum vicini dicuntur illi, qui acclamantis vocem ex loco delicti audire poſſent, Menoch. *de arbitr. caſ.222. num.19. & 23.* facit Conciol. *reſol. crim. verb. Pœna reſol.16.* vbi quòd pœna impoſita contra non accurrentes cum armis ad ſonum Campanæ, non habet locum contra ſenes, nec minores 18. annorum, nec Doctores, infirmos, non habentes arma, & ſimiles impeditos, vel occupatos, vel reſiſtere non valentes, ſine magno eorum periculo, ob potentiam malefactorum, vel bannitorum. 27

Quòd intelligatur de vicinis ſubditis ſtatuto, & non de alijs, ſed etiam viciniorибus, Surd. *deciſ.340. per tot. lib.2.*

Plura ad intelligentiam huiuſmodi ſtatutorum, quòd Communitas, Oppida, & Villæ teneantur emendare damna, Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.498. & 499.* vide in §. *Vniuerſitas num.2.*

Quòd ſtatutum alternatiuè diſponens, vt damnum emendari debeat, vel per coniunctos delinquentis, vel per habitatores Villæ, intelligatur vt primò, & potiùs teneantur coniuncti prædicti, & ita demum poſſint habitatores Villæ condemnari, ſi non adſit delinquens, nec eius coniuncti, Altograd. *conſ.60. num.90. lib.2.*

An in dictis caſibus teneatur Villa, ſiue habitatores vigore ſtatuti capere etiam Clericos malefactores, ſaltem ad effectum illos conſignandi ſuis Ordinarijs, Menoch. *de arbitr. caſ.180. num.25.* vide in §. *Vniuerſitas num.2.*

De ſtatuto quòd credatur iuramento damnum paſſi, vel dicto denunciatoris quomodo intelligatur, Tuſch. *litt. S. concluſ.500. & 501. per tot.* Peregrin. *deciſ.133. num.14. &c.* Viui. *comm. opin.788. &c.* vbi quòd non habet locum in furto, cùm ſit merè criminale, licèt damnum etiam contineat, nec ſi per acceſſum ad locum non appareat de damno, vel petatur exprimi dies damni dati, & probatur fuiſſe alibi.

Statutum prohibens vendi forenſibus, vel extractionem frumenti, quomodo ſit intelligendum dixi *ſupra de ſtatuto* 28

prohib. alien. in forenſ. num. 10. *&c.* de ſtatuto prohibente extractionem frumenti, bladarum, vini, & ſimilium, quando habeat locum, vel non, latè Viui. *comm. opin.* 765. *&* 766. & latiùs Mauſon. *tract. de contraban. cum alijs citatis in §. Banna.*

29 Statutum puniens, ſiue alterans pœnam in delictis certorum, non procedit, ſi delictum committatur de nocte, quia appellatione diei non venit nox, niſi per fictionem, quę in ſtatutis maximè pœnalibus locum non habet, ad tradita per Feder. de Sen. *conſ.* 44. quem refert, & ſequitur Tuſch. *litt. S. concluſ.* 455.

Intellige quando delictum non eſt aliàs prohibitum, quia ſi ſit prohibitum haberet locum illius pœna ordinaria, licèt non augumentum à ſtatuto inductum.

30 Statutum imponens pœnam ſuper facto negatiuo, vel negligentia, non habet locum niſi præcedente interpellatione, vel monitione, niſi negligentia habeat mixturam facti, Soccin. ſen. *conſ.* 133. *num.* 15. *lib.* 1. Crauett. *conſ.* 135. *num.* 5. cum alijs per Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *in prælud. ad Pragm. Regni Siciliæ num.* 96. *& ſeqq.* vide *in §. Pœna num.* 6.

31 Statutum puniens conuenticulam, & congregationem hominum armatorum, intelligitur de armis propriè ad nocendum, & offendendum paratis, non autem de ruſticalibus, baculis, zappis, lapidibus, ſecuribus, & ſimilibus inſtrumentis, quæ licèt ſecundùm multos veniant appellatione armorum, id eſt largè, & impropriè, at in ſtatutis maximè pœnalibus, verba ſunt ſtrictè, & propriè intelligenda, vt pluribus citatis probat Conciol. *reſol. crim. verb. Statutum reſol.* 4. *per tot.* vide *in §. Appellatio, & ſignificatio num.* 32. *& in §. Arma num.* 1.

32 Statutum puniens actum contra illius diſpoſitionem factum, non inducit ipſius actus nullitatem, ſed ſufficit ſoluere pœnam, niſi adſit alterius clauſula actus annullatiua, vt dixi *in §. Actus num.* 7. *& §. Forma num.* 2. *verſ. Quod nullitas.*

Reliqua de ſtatutis pœnalibus, vide *in §. Banna.*

De ſtatuto augente pœnas.

1 STatutum augens pœnam propter negationem, vel mendacium habet locum contra eum, qui confeſſus ſuū delictum, ſi reuocet confeſſionem, & neget, atque in negatiua perſiſtat, in qua conuincatur de mendacio, ſicut etiam procedit contra eum, qui confeſſus eſt quidem delictum principale, ſed negauit qualitatem indiuiſibilem ab eo, vel illius ſubſtantiam alterantem, & minuentem, ſi poſtea huiuſmodi qualitas fuerit per fiſcum legitimè probata aliter quam per torturam ipſius delinquentis, etiamſi poſtea delinquens probaret feciſſe ad defenſionem, ad latè tradita per Cabal. *reſol. crim. caſ.* 56 *num.* 21. *& ſeqq. ad* 83. Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 616. *per tot.*

Quod dictum ſtatutum habeat locum etiam in eo, qui cùm primò negauerit, & fuerit conuictus, poſtea allegat feciſſe ad ſuam defenſionem, quia licèt ſit audiendus quoad euitandam pœnam delicti principalis, ſi probet allegatam cauſam defenſionis, tamen non videtur poſſe euitare pœnam negationis, ex qua iam fuit quæſitum ius parti, & fiſco, Cabal. *d. caſ.* 56. *num.* 83.

Quòd ad hoc vt ſtatutum augens, vel minuens pœnam propter negationem, vel confeſſionem locum habeat, requiratur quòd huiuſmodi negatio, vel confeſſio ſit lucida, clara, & ſpecialis, nec ſub aliquo inuolucro verborum, Cabal. *d. caſ.* 56. *num.* 148 *& ſeqq.*

Quòd habeat locum tantùm in pœnis quantitatiuis augibilibus, non verò in conſiſtentibus in ſpecie non multiplicabili, Cabal. *d. caſ.* 56. *num.* 112. *& ſeqq. ad* 125. Conciol. *reſol. crim. verb. Nox reſol.* 3. *num.* 1. *&c.*

2 Statutum augens pœnam neganti delictum, ſiue propter mendacium, non habet locum in eo, qui primò negauit, ſi poſtea antequam conuincatur, delictum fateatur, nec in minore, qui mediante beneficio reſtitutionis in integrum poteſt ſemper euadere huiuſmodi augmentum pœnæ, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 56. *num.* 10. *&* 17. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 109. *num.* 48. Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 616.

Item non procedit contra eum, qui confitetur delictum, licèt cum qualitate ad ſui defenſionem, cùm huiuſmodi reſponſio habeatur pro confeſſione, non pro negatione, Cabal. *d. caſ.* 56. *num.* 29.

Item non procedit quando ex indicijs, & præſumptionibus imponitur reo pœna arbitraria, quia tunc non poteſt augeri pœna ex mendacio, de quo non fuit legitimè conuictus, Cabal. *d. caſ.* 56. *num.* 79.

Item non habet locum in pœnis conſiſtentibus in tempore, puta in confinijs, & relegationibus ad tempus, quando tempus ponitur, vt ſpecies, ſecus ſi vt quid quantitatiuum, Cabal. *d. caſ.* 56. *num.* 125. *&c.*

Statutum loquens de augmento, vel diminutione pœnarum ob aliquam cauſam procedit etiam in pœnis non determinatis, ſed arbitrarijs iudici, nam in condemnatione debet iudex illud præ oculis habere augendo, vel minuendo pœnam alias imponi ſolitam pro huiuſmodi delictis, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 56. *num.* 127. 3

Non tamen habet locum huiuſmodi ſtatutum, quando pro delicto eſt ab alio ſtatuto impoſita pœna ipſo iure, vel ipſo facto, Cabal. *d. caſ.* 56. *num.* 127.

Statutum augens pœnam ei, qui opem præſtiterit bannito, vel nobili delinquenti, non procedit niſi probetur, quòd opem præſtans, ſciuerit delinquentem eſſe bannitum, vel nobilem, Clar. *§. fin. quæſt.* 31. *verſ. Scienter*, vide *ſupra de ſtat. pœnal. num.* 4

Statutum augens pœnam ratione loci commiſſi delicti, puta in platea, vel palatio, procedit tantùm quando delictum eſt tale, quod poſſit indifferenter de ſui natura vbique perpetrari, ſecus ſi ſit tale, quod non poſſit committi, niſi in illo loco, Cabal. *reſol. crimin. caſ.* 561. *num.* 145. *& ſeqq.* facit latè Grat. *diſcept. forenſ. cap.* 972. *num.* 10. *& per tot.* Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 617. *num.* 5. 5

Quòd ſtatutum augens, vel duplicans pœnam pro delicto commiſſo in die feſto, non procedat in delicto perpetrato in nocte ſubſequente diem feſtum, Viui. *comm. opin.* 774. Conciol. *reſol. crim. verb. Nox. reſol.* 3. *num.* 6. vide in *§. Dies num.* 2.

Statutum augens pœnam quando delictum fuit commiſſum in domo, vel propè domum offenſi, non habet locum ſi fuerit commiſſum in apotheca, ſtatione, vel taberna offenſi, niſi per eam habeatur aditus ad domum illius, vel niſi ſit ſubdius domum, & intelligitur de domo, in qua offenſus habitat cum familia, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 13. *per tot.* Clar. *§. fin. quæſt.* 82. *ſtat.* 9. *&* 10. Card. Tuſch. *dict. concl.* 617. *num.* 9. *& ſeqq. & lit. D. concl.* 620. *num.* 5. Paul. Chriſtin. *ad leg. Municip. tit.* 2. *art.* 29. Conciol. *reſol. crim. verb. Statutum reſol.* 6. *per tot.* vbi plura ad interpretationem dicti ſtatuti. 6

De Statuto augente pœnam contra forenſem offendentem Ciuem, vt non habeat locum pro offenſa facta extra territorium, quis dicatur forenſis, & alia Conciol. cum Romaguer. *ad Statut. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 65. *per tot.*

Quid ſi committatur delictum in domo communi, idem Cabal. *caſ.* 106. vide *in §. Pœna num.*

Quòd inſultans in porticu domus, non incurrat pœnas comminatas inſultanti in domo, Bald. *in Rub. ff. ſolut. matrim. num.* 3. Aleſand. *conſil.* 22. *num.* 8. *lib.* 4. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 489. *num.* 12. vide Conciol. *loc. cit. per tot.* vbi an habeat locum in inſultante, vel aggrediente in oſtio domus, in tecto, ſtatione, vel apotheca, ſiue taberna, an per proiectionem ab extra intus domum, & ſimilibus caſibus.

Statutum duplicans pœnam (prout Florentiæ) pro maleficijs de nocte commiſſis, licèt videatur propriè intelligendum de illis, quæ conſiſtunt in aliquo malefacto, & non dicto ſecundùm Bart. *in l. aut facta, ff. de pœn.* tamen iuxta veriorem opinionem procedit etiam, & pœna duplicari debet in criminibus, quæ verbis tantùm, & non factis committuntur, vt in blaſphemia, vel iniuria verbali, Cabal. *reſolut. crim. caſ.* 51. *per tot.* Paul. Chriſtin. *ad leg. Municip. tit.* 2. *art.* 10. *per tot.* vbi plura quando pœnæ duplicari debeant, vel non ratione noctis, Conciol. *reſolut. crim. verb. Nox. reſol.* 3. *num.* 3. *& ſeqq. per tot.* 7

De edicto euntium de nocte poſt ſonum Campanæ, & ſine lumine, Conciol. & Romag. *ad Stat. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 62. *per tot.* Intellige vbi adeſt ſtatutum id prohibens, nam eo ceſſante non videtur prohibitum ire de nocte, etiam ſine lumine, maximè cum aliqua cauſa, aliàs autem inducit malam præſumptionem contra vagantes in tenebris.

Plura de dicto ſtatuto augente, vel duplicante pœnas, tradunt Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 39. *per tot.*

Quan-

Quando autem dicatur dies, vel non ad dictum effectum, vide *in §. Dies num.2.* Bart. *in l. Titius, §. Lucius num.2. ff. de lib. & poſth.* Paul. Chriſtin. *ad leg. Municip. tit.2. art.10. num.3.* vbi quòd duplicatur pœna pro delicto commiſſo in crepuſculis, vel aurora, ſe tamen remittit ad Bart. *loc. cit.* & facit contra quod dixi *in §. Dies num.2.* ſed vt ſupra concludit Martha *vot. Piſ. 157. per tot.* vide Conciol. *d. verb. Nox. reſol.1. num.9. & ſeqq. & reſol.3. num.4.* vbi videtur remittere arbitrio iudicis, & quòd in dubio eſt pars mitior eligenda, vt pœna non duplicetur.

8 Statutum augens vt ſupra pœnam ex pluribus cauſis, veluti ratione loci, temporis, vel alterius qualitatis, ſi omnes illæ qualitates concurrant in eodem delicto, puta quia committatur in platea, in die feſto, & de nocte, videtur quòd fieri debeant tot duplicationes, vel augmenta, quot ſunt qualitates illæ delictum aggrauantes, intelligendo tamen de ſimplo tantùm in omnem caſum duplicando, vel augendo, & ideò ſi pœna ſimplex, vel in ſimplo ſit centum, propter plateam erit ducentum, propter diem feſtum trecentum, & propter noctem quatuorcentum in totum, quia omnes iſtæ qualitates eodem inſtanti commiſſi delicti concurrunt, ſed ſi agatur de alia qualitate oriente poſt delictum, propter quam veniat duplicanda pœna, veluti propter negationem, tunc fit duplicatio cum omnibus dictis qualitatibus, & non in ſimplo tantùm, & ſic in exemplo propoſito pœna aſcenderet ad octingentum, ad latè tradita per Cabal. *reſol. crimin. caſ.56. num.129. & ſeqq. per tot.* vbi tamen, quòd non poſſit excedere quadruplum, vide Card. Tuſch. *litt. P. concluſ.233. & litt. S. concluſ.617.* Conciol. *reſol. crim. verb. Nox. reſol.3. num.5.* vbi tranſit cum Caballo, & Tuſcho.

Contrarium tamen, vt etiam pro omnibus dictis qualitatibus aggrauantibus, ſit facienda vna ſola duplicatio ſimplici iuxta magis æquam, & communem opinionem vide Cephal. *conſ.204. num.46. lib.2.* Farinac. & Vulpin. *in ſacce quæſt.22. num.5.* dixi *in Pract. §. Statuti num.54. & 55.* vbi quòd ita ſeruat Magiſtratus Dominorum Octo Baliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ, quamuis etiam quandoque contrarium ſeruauerit, cùm illius Aſſeſſores, & D. à ſecretis proponens cauſas non ſemper fuerint in votando conſtantes.

De ſtatuto minuente pœnas.

1 STatutum minuens pœnam ſpontè confitenti delictum, habet locum licet primò negauerit, ſi poſtea pœnitentia ductus antequam conuincatur de mendacio, & ante litem conteſtatam reuocauerit negationem, & ſpontè confeſſus fuerit, ſicut etiam ſi negans eſſet minor, poſſet quandocumque per reſtitutionem in integrum obtinere beneficium confeſſionis, Clar. *§. fin. quæſt.82. ſtat.9.* Aſin. *in Prax. §. 19. cap.10.* Cabal. *reſol. crim. caſ. 56. num.4. & ſeqq.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.109. num.25. &c. num. 48. &c.* Farinac. *quæſt.81. cap.5. per tot.* Conciol. *reſolut. crimin. verb. homicidium reſol.8. num.3. & ſeqq. & verb. Pax reſol. 12.* Conciol. *ad Stat. Eugub. lib.4. rub.18. cum Addit. Romag.*

Prodeſt etiam dictum ſtatutum confitenti delictum, licèt cum qualitate ad ſui defenſionem, quia huiuſmodi confeſſio habetur pro pura, & ſimplici, nec aliquibus probationibus grauat Curiam, ſed huiuſmodi qualitas debet probari à confitente, aliàs poteſt condemnari, Cabal. *d. caſ. 56. num.29. &c.* Gratian. *d. cap.109. num.44. &c.* Cardin. Tuſch. *litt. S. concluſ.614.* vbi contrarium tenet, ſed non eſt recedendum à firmata concluſione, intelligendo vt dixi *in § Confeſſio num.*

Habet locum huiuſmodi ſtatutum in pœnis quantitatiuis tantùm diminutionem recipientibus, non autem in pœnis corporalibus, & afflictiuis, vel conſiſtentibus in aliqua ſpecie inalterabili, Cabal. *d. caſ.56. n.113. & ſeqq. ad 125.* vbi quòd idem eſt ſi minuatur pœna propter pacem.

2 Statutum minuens pœnam vt ſupra propter confeſſionem, non prodeſt ei, qui ſpontè confeſſus fuit delictum, ſi poſtea pœniteat, & confeſſionem reuocet, imò tunc incidit in pœnam augmenti propter negationem, ſtante alio ſtatuto augente pœnam negantibus, Cabal. *reſol. crim.56. num.21. &c.* Conciol. *ad Stat. Eugub. lib.4. Rub.18. cum Addit. Romag.*

Item non prodeſt ſecundùm veriorem opinionem ei, qui negauit delictum in prima inſtantia, licèt poſtea confiteatur in cauſa appellationis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 109. num.29.* Cabal. *dict. caſ.56. num.87.* hæc doctrina videretur ſuperflua cùm hodie de generali conſuetudine non admittatur appellatio in cauſis criminalibus, vt dixi *in §. Appellatio num.* ſed poteſt deſeruire in reuiſionibus cauſarum, quæ aliquando conceduntur ex gratia Principis.

Item non procedit ſi negetur qualitas, ex qua alteretur, perimatur, vel minuatur delictum principale confeſſatum, imò tunc incurritur pœna ſtatuti augentis pœnam propter negationem, quia curia non releuatur ab onere probandi, latè Cabal. *d. caſ.56. num.34. &c.*

Item non prodeſt ei, qui per torturam confitetur delictum, quia huiuſmodi confeſſio non eſt ſpontanea, Cabal. *d. caſ.56. num.78. &c.*

Item non procedit dictum ſtatutum vbicumque pœna pro delicto eſt ipſo iure impoſita, Marſil. *de fideiuſſ. n.142.* Aſin. *in Prax. cap.5. limit.83. num.2.*

Statutum minuens pœnam propter pacem habitam ab offenſo, non prodeſt contumacibus illam non producentibus, licèt producatur ab alijs ſocijs criminis non contumacibus, Cabal. *reſolut. crimin. caſ.75. per tot.* Cardin. Tuſch. *litt. S. concluſ.611. & 615. per tot.* vbi quomodo ſint intelligenda huiuſmodi ſtatuta, & quibus proſint, vel non, Guaz. *de pace part.1. quæſt.26.* Conciol. *reſol. crimin. verb. Pax reſol.15. per tot.* vbi reddit rationem, quia in criminalibus ſocius non gaudet priuilegio, nec beneficio ſocij in his, quæ ſuperueniunt poſt delictum, & extra illud. Et quid ſeruetur Florentiæ circa huiuſmodi beneficium pacis militibus conceſſum dixi *in Pract. §. Pace, & §. Statuti num.52. in Addit.* vbi plura. 3

Qualiter autem ſit faciendus calculus diminutionis, vel augmenti pœnarum, quando ex vna, vel pluribus cauſis minuenda eſt, ſiue augenda pœna, latè Cabal. *reſol. crim. caſ.56. num.129. & ſeqq. per tot.*

De ſtatuto dante præmium reuelanti malefactorem, vel capienti, ſiue occidenti bannitum.

STatutum dans præmium occidenti bannitum ſi præcisè 1
dirigat verba in perſonam occidentis, non videtur prodeſſe mandanti, Guaz. *deff.18. cap.2. num.15.* Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.2. §.4. per tot.*

De Statuto dante præmium occidenti Lupam, vt non habeat locum in occidente Lupum prægnantem, quia debetur vnicum tantùm præmium pro Lupa, non autem plura pro Lupatinis, qui ſunt in vtero, & quid ſi iam eſſent nati, & alia de rapacia, & ferocia Luporum, & eorum morſibus rabidis, & venenoſis, Conciol. cum Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.5. Rub.43.* vide *in §. Præmium num.13.*

Quòd ſtatutum dans immunitatem offendenti bannitum, non habeat locum in bannito ſeipſum occidente, vel offendente, qui ideò non euitat pœnas impoſitas contra ſibi ipſi manum inferentes, Menoch. *de arbitr. caſ.284. num. 31. & ſeqq.*

Quod ſit fauorabile, dixi *in §. Præmium num.4.*

Alia plura de huiuſmodi ſtatuto proponente præmium reuelanti malefactorem, an proſit ſocio, participi, vel complici ipſius maleficij, quòd non ſufficiat reuelare, ſed opus ſit probare, an proſit Officiali, vel Bariſello, qui tenetur ex officio capere malefactorem, an vxori occidenti virum bannitum, vel è contra, an filio, vel è contra, an occidenti bannitum ignoranter, an mulierem bannitam, vel Clericum bannitum, an occidenti extra territorium, an occidenti delinquentem notorium nondum bannitum, ſed de proximo banniendum, & alia ad hanc materiam vide per Menoch. *de arbitr. caſ.198. per tot. caſ.356. eod. tract. lib.1. quæſt.46. num.2. &c. quæſt.90. per tot. caſ.185. num.44. & 50.* Clar. & Baiard. *§. fin. quæſt. 27. & ſeqq.* Guaz. *deff.18. cap.2. per tot. & alibi,* Cabal. *reſolut. crimin. caſ.278. caſ.274. caſ.287. caſ. 276. caſ.60. caſ.61. caſ.275.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.638.* dixi *in §. Bannitus num.1. & ſeqq. §. Præmium per tot.* vbi vide *in Pract. § Præmio per tot.* Tuſch. *littera S. concluſ.468. num.58. & ſeqq. & concluſ.632. per tot.* Viuì. *comm. opin. 770. per tot.* Conciol. *reſolut. crimin. verb. Bannitus reſol.7. per tot. & verb. ſtatutum reſolut.3. per tot.* vbi plu-

ra

ta de ſtatuto mandante bannitos oſtendi, eius validitate, & effectibus.

Aſſerens autem occidiſſe bannitum, cum verè non ipſe, ſed alius occiderit, debet condemnari non ſolùm ad reſtitutionem taleæ, vel præmij recepti, ſed etiam ad triremes in perpetuum, vel ad tempus ob falſitatem, quæ cum lucro, & commodo eſt omninò doloſa, ac damnabilis; imò ſi ipſe vigore huiuſmodi falſæ aſſertionis obtinuerit cancellari à banno capitali reincidit in ipſam pœnam capitalem, ſi verò alium remiſerit, vel rebanniuerit, qui non fuerit ſciens, nec particeps fraudis, iſte rebannitus non punitur, ſed dimittitur in pace oboxius prioribus eius condemnationibus, Vermigl. *conſ. crim.* 235. *num.* 8. *conſ.* 250. *num.* 1. *conſ.* 252. *num.* 2. *& conſ.* 255. *n.* 1. Guaz. *defenſ.* 10. *cap.* 6. *num.* 5. *&* 6. Franciſc. de Angel. *tract. de confeſſ. lib.* 2. *quæſt.* 63. *num.* 6. *&c.* vbi ſubdit, quod in ſtatu Eccleſiaſtico non de facili committuntur huiuſmodi falſitates, quia vigore Conſtitut. Pij IV. in ordine 52. huiuſmodi occiſores bannitorum tenentur ſe in carceribus conſtituere, & probare probanda, antequam commodo aliquo occiſionis fruantur; quòd vtinam ſeruaretur etiam Florentiæ ad euitandas fraudes, quas quandoque in hoc factas fuiſſe valdè ſuſpicatus ſum.

De ſtatuto, quod contumax habeatur pro confeſſo.

1 STatutum, ſiue conſuetudo, quòd contumax habeatur pro confeſſo, eſt de iure validum, & quid operetur, vide Card. Toſch. *lit. S. concluſ.* 495. *per tot.*

Quòd contumax in reſpondendo poſitionibus habeatur pro confeſſo eſt valdè vtile, rationabile, & non odioſum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 639. *num.* 28. *&c.* Card. Tuſch. *lit. S. concluſ.* 623. vide *in* §. *Poſitio.*

2 Statutum quòd contumax habeatur pro confeſſo intelligitur tantùm quoad ipſum factum principale, puta homicidium, non verò quoad qualitates illud aggrauantes in inquiſitione appoſitas, Addit. ad Pract. Papp. *Form. Inquiſ. Gloſ.* 1. *verb. Contumax.*

3 Statutum prædictum quòd contumax habeatur pro confeſſo, vel conuicto, non habet locum in minore, muliere, vel ruſtico idiota, Addit. ad Pract. Papp. *Form. Inquiſ. Gloſ.* 1. *verb. Contumax*, quoad minorem ſequuur Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 40. *num.* 4. *&c.*

Contrarium tamen ſeruari dixi *in Pract.* §. *Statuti num.* 66. ſed an iure, vel imperitiam cogita.

Item non procedit contra tertium, qui ex diſpoſitione alterius ſtatuti teneretur pro delicto ab alio commiſſo, Card. Tuſch. *litt. P. concluſ.* 212. *num.* 53. Guaz. *deff.* 33. *cap.* 2. *num.* 9. latè Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 35. *per tot.* vbi de ſtatuto confiſcante legitimam filij, etiam viuente patre, quod non procedit ſi filios condemnetur ex contumacia, & limitat aliquibus modis, idem tenet Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 70. *num.* 3. *& lib.* 3. *præſumpt.* 124. *num.* 58. *&c.*

Item non extenditur ad hæredes contumacis ad effectum, vt illi poſſint conueniri pro delicto contumacis mortui ante ſententiam, Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 298. *num.* 33. *&c.* Menoch. *dict. præſumpt.* 70. *num.* 5. vbi limitat in criminibus hæreſis, læſæ maieſtatis, quorum pœnæ tranſeunt ad hæredes, vide in §. *Hæres num.* *&* §. *Mors num.*

Item non habet locum dictum ſtatutum, niſi aliter conſtet de corpore delicti, nec vbi ex proceſſu apparet de innocentia inculpati, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 256. *per tot.* Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 495.

Cætera vide *in* §. *Contumacia.*

§. STIPVLATIO. XXX.

1 STipulatio eſt contractus iuris ciuilis nominatus, conſtans quadam verborum conceptione, quibus ille, qui interrogatur reſpondet ſe daturum, vel facturum id, de quo interrogatur; plura igitur requirit nempè verba, & loquelam ex vtraque parte, & ideò muti, ſurdi, & infantes non poſſunt hunc contractum celebrare; ſecundò, vt præcedat interrogatio, & ſequatur reſponſio; tertiò, reſponſio ſit conformis interrogationi, & in continenti ſequatur, vel poſt modicum interuallo; quartò, vt partes ſe inuicem exaudiant, atque intelligant, ſiue per ſe, ſiue per interpretem, & per ſonum verborum, non per ſigna; quintò, vt fiat inter præſentes; ſextò, vt contineat aliquid dari, vel fieri; ſeptimò, vt promittatur factum proprium, & non alienum; octauò, denique (quod præſupponitur) interueniat conſenſus; Ex ſtipulatione duæ oriuntur actiones, nempè conditio certi generis, quæ competit quando aliquid certi fuit in ſtipulationem deductum, & actio ex ſtipulatu quando quid incertum venit in ſtipulationem. Quare hic contractus fuerit inuentus, cum viderentur ſufficientes contractus à iure gentium proditi, an ſtipulatio innouet contractum, ſuper quo interponitur, & alia tradunt communiter DD. *Inſtit. de verb. oblig. ff. eod. tit. C. de contrah. & committ. ſtip.* in quibus locis tota ferè contractuum materia exponitur, cùm omnia pacta, & conuentiones in hunc contractum deduci poſſint, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 176. *& ſeqq. vol.* 4. latè Peregrin. *tract. var. lib.* 5. *tit. de pact. & conuent.* §. *Stipulatio per tot.* Gibalin. *de vniuerſ. negotiat. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 1. *per tot.* Ioan. Bapt. Coſta *in Rubr. de verb. obligat. inter eius tractatus Praxis conuent.* Albert. Alderiſ. *tractat. de ſymbolic. contract. tit.* 1. *cap.* 4. *per tot.* vbi plura an ſtipulatio ſortiatur naturam contractus, cui adijcitur, vel potiùs contractus ſymbolizetur in ſtipulationem, & alia de ſtipulationibus remiſſiuè Ægid. de Caſtelon. *in Alphab. iurid. verb. Stipulatio.*

Quòd non immutet naturam contractus, cui adijcitur, nec illum in aliquo alteret, Magon. *deciſ. Lucenſ.* 21. *num.* 19. *cum Addit.* Tuſch. *litt. S. concluſ.* 701. de quo latè Albert. Alderiſ. *loc. cit.*

De ſtipulatione Aquiliana, qualiter renouet omnes obligationes, & ſic omnia debita ex quacumque cauſa poſſint deduci in Aquilianam ſtipulationem, & poſtea per acceptilationem tolli, & diſſolui text. gloſ. & DD. *in* §. 2. *Inſtitut. quib. mod. toll. oblig.* & latè explicat pluribus citatis Vrceol. *tract. de tranſact. quæſt.* 9. *num.* 12. *& ſeqq.*

Stipulatio alia eſt certa, alia incerta, alia plura, alia 2
in diem, alia ſub conditione, alia in dando, alia in faciendo conſiſtit, de effectibus dictarum ſtipulationum, & huiuſmodi, latè Oinot. & alij *Inſtitut. de verb. oblig. DD. in Rubr. & tot. tit. ff. eodem, C. de contrah. & committ. ſtipul.*

Item in genere generaliſſimo, ſtipulationes omnes diuiduntur in iudiciales, prætorias, communes, & conuentionales, *l.* 5. *in princ. ff. de verb. oblig. & Inſtit. cit. de diuiſ. ſtipul.* & vtrobique interpretes.

Stipulatio licèt non valeat niſi præcedat interrogatio, & 3
ſequatur in continenti congrua reſponſio, tamen ſi adſit iuramentum, quod in ſe continet clauſulam, *omni meliori modo*, ſuſtinetur ſaltem vt pactum, Euerard. *loc. à vi, & energ. iuram. num.* 20

Et ſi ſtipulanti decem, promittantur viginti, contrahitur obligatio dumtaxat in decem, *l.* 1. §. *ſi ſtipulanti, ff. de verb. oblig.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 42. *num.* 15. vide Oinot. *in* §. *Præterea Inſtit. de inutil. ſtipul.* vbi etiam quid è contra, & limitat niſi diuerſitas illicò placuerit, facit Bich. *deciſ.* 632. vbi è contra quòd ſtipulatio non obligat niſi in eo, quod promiſſor reſpondet, etſi latior ſit interrogatio, eſt indiuidua reſpectu conſenſus, ſimpliciter acceptata includit omnes qualitates à ſtipulante expreſſas, & alia ad rem.

Stipulatio alteri facta regulariter non valet, §. *Alteri* 4
inſtitut. de inutil. ſtipul. DD. in l. ſtipulatio iſta 38. §. *Alteri, ff. eod.* vide Tuſch. *littera S. concluſ.* 703. *per tot.* Marcian. *diſcept. forenſ. cap.* 51. *per tot.* Olea *de ceſſ. iur. tit.* 4. *quæſt.* 9. Mantica *de tacit. & ambig. lib.* 14. *tit.* 15. *& ſeqq. ad* 28. Petr. de Onnate *de Contract. tom.* 2. *tract.* 9. *diſp.* 26. *ſect.* 3. *per tot. fol. mihi* 102. *&c.* Arias de Meſa *var. reſolut. lib.* 3. *cap.* 50. Caldas Pereyr. *de quæſt. for. cap.* 1. *per tot.*

Quæritur tamen actio ſtipulanti, quæ poſtea cedi poteſt ei, cuius nomine fuit facta, Natt. *conſ.* 262. *num.* 12. *&c.* Intellige in procuratore, vel inſtitore, in cuius perſonam verba ſint directa, aliàs nec ipſi ſtipulanti quæritur actio, quia noluit ſibi ſtipulari, nec ei, cui ſtipulatus eſt, quia non potuit, vt declarant Olea, & Mantica *loc. cit.* & alijs per eos relati.

Quòd vigore ſtatuti Florentini *lib.* 2. *Rubr.* 39. quæratur actio abſenti, etiam ſine ratificatione, vel ceſſione; Magon. *deciſ. Flor.* 117. *num.* 28. *in fine*, Martha *vot. Piſ.* 9. *num.*

9. num.39. Caſtr. conſ.171. lib.2. Tuſch. litt. S. concluſ.703. num.25. facit Olea d. tit.4. quaſt.9. num.37. & c. vbi de ſimili iure mooicipali Regio.

Item limitatur dicta concluſio in ſeruo, filio, tutore, curatore, procuratore, ſyndico, negociorum geſtore, iudice, officiali, & notario. Item fauore dotis, pauperum, vel piæ cauſæ, vel vbi adeſt iuramentum, vel vbi concurrit etiam intereſſe ſtipulatoris, vt latè declarat Michalor. de fratr. part.3. cap.45. per tot. Duran. deciſ.287. per tot. Oinot. in §. ſi quis alij; Inſtitut. de inutil. ſtip. vbi etiam gloſ. magna, & alij DD. in l. ſtipulatio iſta, §. Altera, §. eod. Tuſc. littera S. concluſ.703. per tot. Petr. de Onnate de contract. d. ſect.5. per tot. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. num.7. & ſeqq. vol.3. & deciſ.177. vol.4. Ricc. Collect.2979. 3059. Marcian. diſput.51. per tot. Olea, & Mantic. in loc. ſupra cit. Bich. deciſ.319. vbi quòd ſtante intereſſe pecuniario ſtipulatoris valet ſtipulatio, & agi poteſt contra accollatorem recta via ad euitandos circuitus, Rot. part.17. recent. deciſ.329. vbi licèt alteri per alterum ſtipulari non poſſit, limitatur, vt valeat ſtipulatio ſi ſtipulantis interſit, ſi debitor creditori ſtipuletur, ſi adſit fauor dotis, vel obligatio cameralis,

Quo iure valeat ſtipulatio facta à notario pro abſentibus, ac etiam pro naſcituris, latè Ganauer. deciſ.55.

Item limitatur in caſu l. quoties, C. de donat. quæ ſub mod. Gratian. diſcept. forenſ. cap.335. per tot. Duran. d. dec.387. num.18. vide in §. Ratificatio num.

Item limitatur ſi conſuetudine aliud eſſet introductum, per l. de quibus 32. ff. de leg. Oinot. loc. cit. num.5. facit Olea de ceſſ. iur. tit.4. quaſt.9. num.37. & ſeqq.

Item ſi ſit adiecta pœna, cuius metu promittens ſtipulationi pareat, Oioot. ſupra num.9.

Qualiter autem ſtipulatio pœnalis non tranſeat ad hæredes, & quando dicatur talis ad hunc effectum, Rota part.11. recent. deciſ.371. num.52. & ſeqq. vide in §. Heres num.

Quòd valeat ſtipulatio pro perſona oominanda, quomodo, ac intra quantum tempus ſit facienda nominatio, & alia ad rem diai in §. Emptio num.39.

5 Sripulatio vitiatur pluribus modis; primò, ratione rei, quæ non extat, nec ſperatur, vel non eſt in comercio, vel iam eſt in dominio ſtipulantis; ſecundò, ratione coontrahentium, vt quia promittatur factum alienum, niſi ſit adiecta pœna, cuius metu promittens pareat, vel niſi agatur de facto ſui hæredis, vel de ſtipulatione habere licere, vel de ſtipulatione prætoria, vel ſtante iuramento, vel ſe factorum, & curaturum, vel ſi verba ſiot directa ad perſonam promittentis; tertiò ratione diſſenſus, quem diuerſitas interrogatioois, & reſponſionis inducit, & poteſt eſſe vel circa quantitatem, aut circa qualitatem, & modum obligandi, aut circa ſpeciem promiſſam, ſi circa quantitatem non vitiatur in totum ſtipolatio, ſed ſuſtinetur in eo, in quo ſtipulantes conueniunt, vel etiam in totum ſi diuerſitas illicò alteri placuerit, ſi circa qualitatem, & modum, vel ſpeciem, vitiatur in totum ſtipulatio, oiſi ſubitò diuerſitas ſtipulanti placuerit; quartò, ratione perſonarum, veluti inter patrem, & filium, domioum, & ſeruum, item muti, ſurdi, infantes, furioſi, prodigi, & ſimiles per ſtipulationem obligari non poſſunt; quintò, ratione impoſſibilis conditionis affirmatiuè appoſitæ, ſecus ſi negatiuè; ſextò, ratione abſentiæ, cùm alter alterum loquentem exaudire, & intelligere debeat, & ideò etiam per epiſtolam, vel ouncium ſtipulatio celebrari nequit; ſeptimò, olim ratione præpoſterationis, licèt hodie ſecus; octauò, ratione turpitudinis, & alijs modis, de quibus plenè Oinot. & alij tot. tit. inſtit. de inutil. ſtipul. Paul. Chriſtin. deciſ.177. vol.4. DD. in Rub. & tot. tit. C. de inut. ſtip.

Quoad abſentiam intellige ſi probetur, eùm aliàs ſtandum ſit ſcripturæ publicæ enarranti præſentiam partium, donec contrarium legitimè probetur reat. in §. Item verborum Inſtit. de inutil. ſtipul.

6 Stipulatio inducitur per verbum, promiſit, poſitum ſiue in inſtrumento publico, ſiue in ſcriptura priuata, vt diai in §. Verbum num. text. in §. ſi ſcriptum, vbi Oinot. & alij Inſtit. de inutil. ſtip. Paul. Chriſtin. deciſ.176. num.18. & c. vol.4. Ludouiſ. deciſ.328. num.6. Maſcard. de probat. vol.3. concluſ.1335. per tot.

Qualiter ſtipulatio poſſit probari etiam per teſtes, Maſcard. loc. cit. concluſ.1334. per tot.

7 Stipulatio quælibet ſemper intelligitur facta etiam pro hæredibus, & ſucceſſoribus, ad illoſque tranſit actiuè, & paſſiuè, quamuis de eis nulla ſit facta mentio, Gratian. diſcept. forenſ. cap.568. num.6. & c. Marcian. diſp. for. cap. 33. per tot. Duran. deciſ.410. nu.11. & c. vbi ampliat quamuis fuiſſet concepta cum dictione taxatiua ipſorum contrahentium, Menoch. de præſumpt. lib.3. præſumpt.47. per tot. Maſcard. de probat. volum.3. concluſ.1336. per tot. vide in §. Contractus num.16. Paul. Chriſtin. deciſ.176. num.5. & c. vol.4. latè Rot. part.11. recent. deciſ.371. num.21. & ſeqq. Caldas Pereyr. de empt. & vendit. cap.20. vbi ponit plures limitationes.

Stipulatio tamen vel frui perſonalis eſt concepta per verbum, ſibi, quid illo detracto, vel ſi ſit impersonalis, an morte ſtipulantis finiatur, vel tranſeat ad hæredes, & alia ad rem, Arias de Meſa var. reſol. lib.3. cap.47. per tot. Et an ſtipulatio vſusfructus pro ſe, & hæredibus concepta conſtituat, quoad hæredes eumdem, vel nouum vſumfructum, idem de Meſa loc. cit. cap.48.49. vide vſusfructus num.23.

Et facta à patre pro filijs, an intelligatur pro filijs vti filijs, vel vti hæredibus, vide in §. Pater num.

Intelligitur etiam omnis ſtipulatio, licèt iurata rebus in eodem ſtatu manentibus, & ſicuti conditionalis deficiente conditione non committitur, ita etiam mutato rerum ſtatu expirat, l. cum quis in princ. d. quod ſeruus, ff. de condit. ob cauſ. Honded. conſ.111. num.50. cum alijs per Bich. deciſ.5. num.8. & ſeqq. vbi in terminis mariti, qui promiſerat vxorem non moleſtaturam certa bona, vt intelligatur durante matrimonio, non autem eo diſſoluto, & vxore ad ſecunda vota tranſeunte, quo caſu hæredes dicti quondam primi viri ad nihilum teneotur ex dicta promiſſione, vide in §. Promiſſio num.55. & 26.

Stipulatio pro fiſco eſt neceſſaria in quacumque obligatione, & fideiuſſione ad eius fauorem facta, ad hoc vt illi ius quæratur, vide in §. Cautio num.20. 8

Stipulatio in dubio contra ſtipulatorem interpretari debet ad fauorem obligati, vt in minus teneatur l. veteribus, ff. de pact. Gratian. diſcept. forenſ. cap.675. num.25. & c. cap. 884. num.31. & c. 9

Stipulatio non inducit obligationem ex vtraque parte, 10 niſi vtrinque, vel hinc inde ſit interpoſita, & non extenditur de re ad rem, nec de perſona ad perſonam, quamuis eſſemus in correlatiuis, Grat. diſcept. forenſ. cap.740. num. 27. & c. Magon. deciſ. Flor.57. num.20. & c. vide in §. Diſpoſitio num. & §. Regula num. Bich. deciſ.5. num. 27. vbi quòd obligatio eſt strictè intelligenda, nec patitur extenſionem de re ad rem, de perſona ad perſonam, nec de caſu ad caſum, vide in §. Obligatio num.38.

Stipulatio notarij pro abſentibus, an habeatur pro appo- 11 ſita in inſtrumento, vel apponi poſſit à notario, ſiue ſuppleri à conſuetudine, vide Surd. deciſ.223. per tot. vbi quòd ſubintelligitur, ſequitur Rot. deciſ.421. num.10. par.4. tom. 2. recent. Vrceol. Conſult. forenſ. cap.31. num.31.

Quòd ſtipulatio notarij pro abſentibus, licèt proſit ſine acceptatione ad effectum, vt reuocari non poſſit conceſſio, tamen non ſufficiat ad effectum acquiſitionis, niſi ſequatur acceptatio, & ratificatio abſentium, Ludouiſ. deciſ.567. n. 3. vide in §. Donatio, & §. Ratificatio.

Stipulatio inter alios facta, ex qua reſultet intereſſe ad 12 fauorem abſentis, an illi proſit ad agendum, Gratian. diſcept. forenſ. cap.49. per tot. vbi pro affirmatiua videtur concludere, cap.455. num.23. cap.532. num.3. affirmatiuam etiam multis rationibus ſequitur Genu. tract. de verb. enunciat. lib.2. quæſt.1. num.19. & ſeqq. ad 32. fol.24. latè hincindè Magon. deciſ. Florent.57. per tot. vide in §. Actio num.11. §. Donatio num. §. Notarius num. Marcian. diſput. forenſ. cap.51. & 52. per tot. vbi latè pro negatiua, Olea de ceſſ. iur. tit.4. quæſt.9. num.28. & ſeqq. vbi pro vtraque parte de iure communi, Arias de Meſa var. reſol. lib.3. cap.50. per tot. An autem ex pacto in donatione adiecto, vt donatarius creditoribus donatoris, vel alterius ſoluat, taliter quæratur eis actio, vt in concurſu præferantur creditoribus donatarij idem de Meſa loc. cit. vbi pro creditoribus donatarij, vt ipſi præferantur ex pluribus.

Quòd ſit neceſſaria ceſſio ſtipulantis, videtur tenere Gratian. diſcept. forenſ. cap.627. num.6. & c. cap.723. num.1. & c. vide Magon. & Oleam loc. cit. Marcian. d. diſp.51. & 52. vbi plura alia conſiderat ad excluſionem actionis, & declarat contraria Martha vot. Pſ.48. vbi de creditore venditoris, vt ſine ceſſione non poſſit agere contra emptorem, etiam

etiamſi fuerit pactum inter eos de pretio creditoribus ſol-
uendo.

Quòd ex æquitate, & benignitate canonica concedatur
vtilis actio ex huiuſmodi ſtipulatione, etiam ſine ceſſione,
ſicut ex ſtipulatione notarij pro omnibus quorum intereſſe
poſſit, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*204. *num.*40. *&c.* Rot.
in Laudien. pecuniaria 28. *Iunij* 1647. coram Bichio *in-
ter impreſſ. deciſ.*319. & poſt Oleam *de ceſſ. iur. deciſ.*7.
vbi alijs citatis fuit concluſum dari actionem creditori co-
tra accollatorem debiti, licèt creditor non fuerit præſens,
nec pro eo fuerit ſtipulatum, Olea *d. tract. tit.*4. *quæſt.*9.
*num.*32. *&c.*

Quòd ſtante iuramento quæratur actio abſenti ſine ceſ-
ſione, ſicut etiam ſtante ſtipulatione notarij in dictis ter-
minis tenet Duran. *deciſ.*287. *num.*7. *& ſeqq. per tot.* vide
Marcian. *loc. cit.*

Item ſtipulatio notarij contenta in obligatione Camera-
li extenditur etiam pro enunciatis ad fauorem omnium
intereſſe habentium, Merlin. *dec.*664. *num.*4. *& deciſ.*681.
*num.*3. *&c.*

Stipulatio licèt non ſit expreſſa, tacitè ſubintelligitur fa-
uore dotis, tam pro ſolutione, quàm pro reſtitutione, ſiue
13 dos ſit certa, ſiue incerta, quamuis alias ratione incertitu-
dinis vitietur ſtipulatio, Iaſ. *in §. fuerat num.*51. *&c. Inſtit.
de act.* vbi etiam *num.*14. *&c.* Peregr. *de iur. fiſc. lib.*6. *tit.*1.
*num.*22. *& de fideicomm. art.*51. *num.*3. 54. *&* 57. Ludouiſ.
*deciſ.*328. Merlin. *deciſ.*77. vbi intelligit pro quolibet pacto
fauorabili in contractu dotis appoſito, latè Boſſ. *de dot.
cap.*9. *num.*57. *& ſeqq. fol.*349.

Contrarium quando dos eſt omninò incerta, ne duo
ſpecialia concurrant, in reliquis autem ſequitur Menoch.
*de præſumpt. lib.*3. *præſumpt.*5. *num.*12. *etc.* vide Boſſium
*loc. cit. num.*78. *et ſeqq.*

Et licèt regulariter ſtipulatio ſit ſtricti iuris, *l. quidquid
adſtringendæ, ff. de verb. oblig.* tamen fauore dotis ſortitur
naturam bonæ fidei, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*769. *num.*
19. *etc. num.*81. *etc.* vide *in §. Mulier num.*

Quòd ſtipulatio prædicta fauore dotis fingatur interpo-
ſita etiam à muto, vel muta contrahentibus matrimonium
eo meliori modo quo poteſt, & ſic mediante perſona ſerui,
vel ſimilis, licèt aliàs non poſſit fictio operari vbi ve-
ritas locum habere non poteſt, nec in caſu impoſſibili, Iaſ.
*in d. §. fuerat num.*65. *etc.*

Contrarium cum extrema non ſint habilia firmat Me-
noch. *d. præſumpt.*5. *num.*10.

An dicta ſtipulatio fauore dotis præſumpta vitietur pro-
ter abſentiam contrahentium, vel interuallum interpoſi-
tum, vel per defectum conſenſus, ſicut vera ſtipulatio
vitiaretur, *gloſſ. in l. vnic. in princip. verſ. inutiliter*, vbi
Bald. *C. de rei vxor. act.* Fab. *in §. fuerat num. In-
ſtit. de act.*

Quando ſtipulatio præſumatur à iure, vbi verè non
apparet, *gloſ. in d. l. vnic. verſ. ſubſequuta*, Bart. *in l.
in princip. ff. de verb. obligat.* Ang. *in dict. §. Fuerat Inſti-
tut. de act.*

Quod fauore dotis inducatur ficta ſtipulatio, etiam ad
commodum mariti, & patris filiæ, etiamſi datus ſit fideiuſ-
ſor, itaut hæc ficta ſtipulatio habeat executionem paratam,
Menoch. *de præſumpt. lib.*3. *præſumpt.*5. *num.*6. *et ſeqq. per
tot.* Ludouiſ. *deciſ.*328.

Non tamen præſumitur dicta tacita, vel ficta ſtipulatio
pro reſtitutione dotis in extraneo dotante, niſi expreſsè ap-
pareat, ſed potius præſumitur dos donata mulieri, & illi
tacitè ſtipulata, *l. vnic. §. accedit, C. de rei vxor. act.* Me-
noch. *d. præſumpt.*5. *num.*11. vide in *§. Extraneus num.*
& de omnibus prædictis, & alijs ad idem facientibus, la-
tè Boſſ. *tract. de dote cap.*9. *num.*57. *cum pluribus ſeqq. fol.*
349. *&c.*

14 Stipulatio impersonaliter concepta qualiter pro ſtipu-
lante præſumatur, & ad eius fauorem interpoſita, &
alia de verbis imperſonaliter prolatis, vide in *§. Verba
num.*12. Mella *de vſucap. & præſcript. part.*3. Miſcellan.
*cap.*13. *per tot.* vbi an, & qualiter valeat imperſonaliter
concepta ſtipulatio, Arias de Meſa *var. reſolut. lib.*3. *cap.*
47. *per tot.*

15 Stipulatio ad duplum in caſu contrauentionis, non
tollit actionem ad damna, & intereſſe, niſi creditor du-
plum conſecutus fuerit, cùm ſit in electione ipſius cre-
ditoris agere ad duplum actione ex ſtipulatu, vel ad da-
mna, & intereſſe actione ex contractu, quia ſtipulatio
dupli, vel duplæ interponi ſolet non minuendæ, ſed
corroborandæ magis cauſam obligationis, *l. emptorem*
12. *§. Caſſius, ff. de act. empt.* Arias de Meſa *variar. reſo-
lut. lib.*2. *cap.*32. *num.*4. *& ſeqq.* Bich. *deciſ.*303. *num.*35.
36. *&* 37.

De ſtipulatione plura Bertachin. *Repertor. verb. Stipula-* 16
tio, Ioſeph. Felin. *in Margar. var. concluſ. eodem verb.* Ariſ-
min. Tepat. *var. ſentent. tit.*492. *&* 493. Parlador. *lib.*2. *rer.
quotid. cap.*3. *per tot.* vbi an valeat ſine cauſa, & alia Gomez
*lib.*2. *var. cap.*24. cæterique plures indicati à Caſteion. *Al-
phab. iurid. verb. Stipulatio*, & Com. Auguſt. Fontan. *Bi-
blioth. leg. part.*5. *eod. verb. fol.*654.

Stipulatio facta à patre pro filijs, an intelligatur pro fi- 17
lijs, vti hæredibus, vel vti filijs an ſit differentia inter obli-
gationem factam patri acquirenti pro filijs, & factam fauo-
re filiorum, & alia ad rem in terminis renunciationis fa-
ctæ ex cauſa ingreſſus Religionis, Manſ. *Conſult.*296. *lib.*
4. cum deciſione ibi impreſſa D. Ioan. Mariæ Borea à Se-
cretis Sereniſſimi Ducis Mutinæ Iudicis Delegati, vel
Compromiſſarij.

Stipulatio de rato, ratihabitione non ſequuta obligat 18
ad intereſſe, & quando ſecus, Anton. Gob. *Conſult.*106.
per tot.

Stipulationes omnes turpitudinem continentes, quali- 19
ter inualidæ, & inefficaces ſint, *l. generaliter, & l. ſeq. & l.
ſi plagij, ff. de verb. oblig. cum ſimilibus*, Strac. *de ſponſ. part.*
3. *num.*7. & alij relati per Anton. Gob. *Conſult.*143. *num.*13.
& ſeqq. vbi in terminis ſponſionum, vel ſcommiſſarum, de
quibus dixi in *§. Ludus num.*10. *&* 15.

Stipulatio Aquiliana, quid operetur in liberationibus fa- 20
ctis vni ex pluribus obligatis, Cyriac. *contr.*280. *num.*11.
& ſeqq. dixi in *in §. Liberatio num.*16. *in fine*.

§. STVPRVM. XXXI.

Stuprum in genere ſumptum ſignificat omnem illici- 1
tum coitum, in ſpecie verò dicitur tantùm committi
cum certis perſonis, veluti cum virgine, vidua, vel cum
domina, & cum puero, de quo dixi in *§. Sodomia*, *l. ſtu-
prum, ff. de rit. nupt.* Clar. & Baiard. *in §. Stuprum num.*1.
&c. Menoch. *de arbitr. caſ.*288. *num.*1. *&c.* Farinac. *de
delict. carn. quæſt.*147. *§. Stuprum*, Tuſch. *litt. S. concluſ.*
709. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 197. *num.* 22. *& ſeqq.
vol.*4.

Quid ſit ſtuprum, & de illius grauitate, itaut ſplendor
iuſtitiæ illud ſemper execratus fuerit, Clar. *§. Stuprum in
princip.* Coſta *de facti ſcient. & ignorant. Diſtinct.*12. *num.*
1. *& ſeqq. cent.*2. Franciſc. de Magiſtr. *in Solu. Eccl. part.*
2. *lib.*1. *tit.*1. *cap.*11. *fol.*39. vbi plura de ſtupro, illius pro-
batione in genere, & in ſpecie, ac de pœnis, de quibus
etiam nonnulla remiſſiuè, Ægid. de Caſteion. *Alphab. iu-
rid. verb. Stuprum*.

Quòd dicatur committi ſtuprum etiam cum vidua, &
filij ex ea procreati ſint ſpurij, & non naturales, niſi à prin-
cipio interuenerit proteſtatio concubinatus, *l. inter libe-
ras, §. Stuprum, & l. ſtuprum, ff. ad l. Iul. de adult.* Gra-
mat. *vot.*4. Clar. *§. Fornicatio verſ. vnum tamen ſcias*, Mar-
cian. *diſput. for. cap.*29. *num.*14. *& ſeqq.*

Quamuis autem huiuſmodi ſtuprum cum vidua ſit coi-
tus à iure damnatus, niſi præcedat dicta proteſtatio concu-
binatus, tamen de conſuetudine non punitur, quando ſe-
quitur ſine violentia, & ſine armis, Clar. *dict. §. Stuprum
num.*4. *verſ. Cæterum*, Marcian. *loc. cit. num.*17. vbi in-
telligit de vidua vilis conditionis, Farinac. *quæſt.*147. *num.*
10. *& ſeqq.* Fontanel. *de pact. nupt. Clauſ.*5. *gloſſ.*5. *part.*
1. *num.*5.

Quòd tamen hodie etiam concubinatus ſit omni iure
damnatus, & punibilis, dixi in *§. Concubina num.*3.

Et ſtuprum cum vidua ſit pariter punibile de iure, licèt
non ſeruetur de conſuetudine, niſi ſit cum violentia, & ar-
mis, vel cum vidua honeſta, prout talis præſumitur, niſi
probetur inhoneſta, & vtilitas conſideratur reſpectu me-
retricij moris, & non abiectæ fortunæ, Farinac. *conſ.*90.
*num.*8. *&* 13. & me proponente reſoluit Magiſtratus DD.
Octo Baliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ ſub die 5. Iulij
1673. contra Franciſcum Ferrinum, qui pro ſtupro facta-
to cum vidua, & non probata illius inhoneſtate, fuit pœ-
na pecuniaria damnatus, & ad ſubeundum onera partus,
quæ reſolutio de more fuit approbata per Sereniſſimum
Magnum Ducem, & iterum ſub die 11. Septembris 1673.
in

in alia cauſa contra Antonium Dominici de Ciccijs, & ſub die 23. Octobris 1673. contra Antonium Baptiſtæ Botti de Petra Sancta.

An autem vidua committens ſtuprum amittat dotem, vide in §. *Vidua num.*

Quòd ſtuprum cum vidua honeſta ſub promiſſione matrimonij, illa non adimpleta, puniatur etiam in hoc, vt ſtuprator teneatur, vel illam in vxorem ducere, vel competenter dotare, fuit reſolutum per Magiſtratum DD. Octo Baliæ Florentiæ ſub die 11. Martij 1676. & approbatum de more à Sereniſſimo Magno Duce in filcia negociorum *num.* 1847. in cauſa Cortonæ contra Antonium Alexandri, qui etiam fuit condemnatus ad confinium per annum, à quo tamen intelligatur abſolutus, ſi matrimonium ſequatur infra menſem.

An autem tale matrimonium poſſit dici metu contractum, vide in §. *Matrimonium num.* 14.

Item quòd ſtuprum cum famula, ſiue vidua humilis, & vilis conditionis, de iure ciuili non ſit coitus damnatus, nec punibilis probat Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 958. *num.* 13. *& c.* Theſ. *deciſ.* 3. *num.* 3. *verſ. quarta concluſio*, Menoch. *de arbitr. caſ.* 293. *per tot.* vbi tamen intelligit, dummodò huiuſmodi famulæ non ſint virgines, ſiue nuptæ, vel viduæ honeſtæ, nam alias eſſet locus pœnæ arbitrariæ, iuxta qualitatem facti, & perſonarum, dixi in *Pract.* §. *Stupro num.* 6. *& num.* 18. vbi de pœna à ſtatuto Florentino impoſita, & vide Farinac. *conſ.* 90. *num.* 13. vbi quòd ad vilitatem intelligit reſpectu meretriciæ vitæ, & non vilitatis perſonæ, vel abiectæ fortunæ, niſi ageretur de ancilla, & miniſtra alicuius cauponæ, aliàs abſurdum eſſet, & iniquum admittere impunitatem ſtupri in alijs ancillis, & puellis humilis conditionis, ſed honeſtis; quamuis maiori pœna dignus ſit, qui nobilem ſtuprat, quàm qui ancillam, vel aliam abiectam mulierculam, facit Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 54. *n.* 31. vbi quòd ſæpè puellæ, licèt virgines vitam inhoneſtam ducunt, & ſtuprum cum illis vix eſt punibile, ſi vilitas ſit circa mores, & non ob ſolam natalium obſcuritatem, *infra num.* 5. *verſ. Quod ſtuprum.*

2 Stuprum quoad corpus delicti in virginibus probatur per relationem factam ab obſtetricibus honeſtis, & peritis de inſpectione, & tactu pudendorum, aſſerentibus cum iuramento de illarum iudicio eſſe ſtupratas, ad tradita per Guaz. *deff.* 4. *cap.* 6. vbi plura pro defenſione ſtuprantis, Farinac. *quaſt.* 147. §. *Probatio per tot.* Clar. §. *fin. quaſt.* 4. *num.* 3. Maſcard. *de probat. concl.* 1410. *num.* 16. Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 12. Conciol. *reſol. crim. verb. Stuprum reſol.* 1. vbi quod ſufficiunt duo, vel tres obſtetrices, vel periti, & non vnus, niſi vnus tantùm eſſet in loco, quia tunc ille ſolus ſufficeret, & contra illorum relationem admittuntur alij periti, vel peritiores, quibus deponentibus pro non ſtupro magis creditur, cùm habeant pro ſe præſumptionem naturæ, & iuris, vel ſunt attendendæ aliæ coniecturæ.

Quòd accuſans de ſtupro debeat probare, quòd ſtuprata fuerit virgo, & honeſta, & per accuſatum corrupta, Carer. *pract. crim. ſub num.* 317. refert Addit. ad Clar. §. *Stuprum num.* 1.

Sed quòd imò virginitas tamquam habitus naturalis præſumatur, & ſic quòd ſtuprata fuerit virgo tempore copulæ, niſi contrarium probetur, Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concluſ.* 1610. Rot. *in Romana ſtupri, ſeu dotationis* 19. *May* 1610. coram Sacrato apud Paul. Zacch. *quaſt. Medic. legal. tom.* 2. *deciſ.* 31. Clar. *loc. cit. num.* 4. Thom. Triuiſ. *deciſ.* 26. *lib.* 2. Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 98. *num.* 5. *&* 6. vbi quòd ſi allegetur ab ipſa muliere, procedit præſumptio virginitatis, ſecus ſi allegetur à tertio, & quare, & *deciſ.* 407. *num.* 4. *&* 5. *part.* 17. *deciſ.* 171. *num.* 14. *& ſeqq. in eadem cauſa*, vbi confirmatur iſta diſtinctio, *& part.* 18. *deciſ.* 767. *num.* 3. *& ſeqq.* vbi quòd ſtatur aſſertioni iuratæ mulieris in odium delinquentis, & fauorem præſumptionis naturæ.

Et ſic virginitas probatur ſaltem per aſſertionem iuratam ſtupratæ, ſicut & deceptio, Farinac. *quaſt.* 147. *num.* 135. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1412. *num.* 2. Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 89. *num.* 1. cum alijs per Laurent. Matthæu. & Sanz. *tract. de re crim. controu.* 52. *num.* 5. Conciol. *verb. Stuprum reſol.* 3. *num.* 5. *& ſeqq.* vbi quòd ſunt etiam attendendæ coniecturæ, puta communis reputatio, qualitas vitæ, & morum puellæ, & ſimiles, per quas tollatur præſumptio virginitatis per puellam cum iuramento allegatæ, quia probata præcedente inhoneſtate, excluditur ſtuprum, ad Farinac. *d. quaſt.* 147. *num.* 83. *& ſeqq. & num.* 139. Cabal. *caſ.* 125. *num.* 5. vbi quòd in practica eſt onus Inquiſitorum probare inhoneſtatem mulieris ea ratione quia quælibet perſona præſumitur honeſta, ſeu bonæ conditionis, & famæ, ex *l. merito, ff. pro ſocio*, & Boſſ. *tit. de plur. violent. ſub num.* 65. *& c.*

Quibus autem modis amittatur virginitas, Leſſ. *de Iuſtit. & iur. lib.* 4. *cap.* 2. *dub.* 14. Thom. Triuiſ. *deciſ.* 26. *lib.* 2. vbi plura de hac materia.

Probatur etiam virginitas de præſenti per honeſtas matronas peritas mediante viſu, & tactu partium pudendarum aſſerentes de virginitate, ad quem effectum poſſunt, & debent eligi plures, & iterato, prout opus fuerit ad inueniendam veritatem, Rot. apud Paul. Zacch. *d. tract. deciſ.* 6. *per tot.* vide in §. *Mulier num.* & §. *Corpus delicti num.*

Qualiter autem virginitas amitti poſſit etiam abſque materiali effractione clauſtri pudoris, & poſſit ſtuprum dici, vel dari ſine violento acceſſu per alium acceſſum proximum cum ſeminis effuſione ſuper vas muliebre, & virtute attractiua vteri introduci, & generari, aliaque plura curioſa ad rem iſtam, Laurent. Matthæu. & Sanz. *d. cont.* 53. *infra num.* 11.

Quomodo autem ex coniecturis dicatur ſufficienter conſtare de corpore delicti, abſque inſpectione, & tactu pudendarum, ſi agatur de moniali ſtuprata, latè Sperel. *deciſ.* 136. *&* 137. dixi in §. *Corpus delicti num.* facit Matthæu. Sanz. *contr.* 49. *per tot.*

Quòd ſtuprum, non ſequuta prægnantia, difficulter probetur, cùm iudicium obſtetricum, imò etiam medicorum circa corruptionem, vel virginitatem ſit multum fallax, & periculoſum, & non dentur certa ſigna, ſed tantùm coniecturalia, de quibus plenè Paul. Zacch. *qu. Medic. Legal. lib.* 4. *tit.* 2. *de Virginit. & ſtupr. per tot. & conſ.* 34 *&* 41. *per tot. tom.* 1. Farinac. *quaſt.* 14. *num.* 148. *& quaſt.* 147. §. *Probatio*, dixi *in Pract.* §. *Stupro num.* 21. vbi vide, ne omnia repetam, & facit Laurent. Matthæu. & Sanz. *dict. controu.* 53. *per tot.* vbi de exceptione impotentiæ ad venerem allegata in crimine ſtupri, *infra num.* 11. Torreblanch. *tractat. de Magia lib.* 2. *cap.* 19. *per tot.* vbi plura de virginitatis amiſſione quomodo ſequatur, & an poſſit reſtitui, vel reparari per medicos, & alia.

Verùm cùm agatur de delicto difficilis probationis, & facilis commiſſionis, ne remaneat impunitum, lex videatur contenta illis probationibus, quæ poſſunt haberi iuxta qualitatem facti, nempè probabilibus, & coniecturalibus arbitrio iudicis, & ideò reiectis medicorum ſubtilitatibus, qui ſemper tendunt ad excluſionem delicti contra fiſcum, in practica ſatis dicitur conſtare de corpore delicti ex ſanguine reperto in camiſcia, vel lecto ſtupratæ, ex fractura membranarum, vel caruncularum naturæ, ex inflammatione, & ſimilibus ſignis arbitrio peritorum relatis per Paul. Zacch. *Quaſt. Medic. legal. quaſt.* 3. *per tot.* Farinac. *d.* §. *Probatio*, & dixi *in Pract.* §. *Stuprum num.* 22. tantò magis huiuſmodi ſigna redunt ſtuprum indubitatum ſi concurrant indicia facti exteriora, de quibus *num. ſeq.*

Stuprum (conſtito de corruptione, vt ſupra eo meliori modo, quo fieri poteſt iudicio peritorum) probatur quoad ſtupratorem ex indicijs, & coniecturis, veluti fama viciniæ, amore, colloquijs, conſuetudine, commenſationibus, familiaritate magna, & commemoratione ſolius cum ſola, in ſolo, & tempore opportuno, ex aſſertione ſtupratæ, & parentum, ex admiſſione in domo noctis tempore, vel aliàs clam, tactibus impudicis, oſculis, donatiuis, litteris amatorijs, ſiue imbaſciatis, & ſimilibus arbitrio prudentis iudicis, qui illis benè penſatis iuxta facti, & perſonarum qualitatem poterit contra ſtupratorem procedere, vel ad torturam, vel condemnationem arbitrariam, ſiue ordinariam, niſi huiuſmodi indicia in termino defenſionum prius ipſi prætenſo ſtupratori aſſignando fuerint eliſa, de quibus Crauett. *conſ.* 205. Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 41. *per tot.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 1337. *& concluſ.* 1409. *& num.* 27. *& c.* Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 91. 95. *&* 229. Guaz. *deff.* 4. *cap.* 6. *num.* 14. *& c.* Baiard. ad Clar. §. *Stuprum num.* 5. *& ſeqq.* Crot. *conſ.* 413. Bertazol. *conſil. crimin.* 20. *lib.* 1. Farinac. *de delict. carn.* 3

quaſt.

*quæſt.*136. *per tot. & quæſt.*147. *§. Probatio*, Conciol. *reſol. crim. verb. ſtuprum reſol.*3. *per tot.* Ciarlin. *controu.*174. *per tot.* Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*163. *num.*12. *& ſeqq.* vbi de conuerſatione, cohabitatione, & tractatu, ſine nominatione tamquam inter coniuges, *& part.*10. *deciſ.*19. *num.*3. *& ſeqq.* vbi de probatione copulæ ad effectum diſſolutionis ſponſalium.

Quod copula carnalis tamquam difficilis probationis poſſit probari etiam per teſtes inhabiles, & quales poſſunt haberi reſpectu loci, actus, & temporis, ac etiam ſingulares, dummodò agatur de probatione in genere, vel concurrant alia adminicula, & coniecturæ, itaut non opus ſit, (vt aliqui ineptè putarunt) illos deponere de conſummatione actus, & reali coniunctione, ſed ſufficiat dicere audiuiſſe, etiam per rimulas vnum poſt alium actus venereos, vel credere ſequutam fuiſſe copulam carnalem, reddendo rationem per actus prædictos, vel quia poſt tractatus, vel tactus inhoneſtos ſe receperint in loco opportuno, & per congruum temporis ſpatium, vel deponendo de iactationibus poſt factum, de publica voce, & fama, nimia conuerſatione, reciproco inter iuuenes amore, conquæſtionibus ſtupratæ, & matris, conſultationibus amicorum, & confidentium, ac ſimilibus vrgentibus præſumptionibus, quæ licèt per ſe ſingulæ non ſufficiant, tamen plures ſimul iunctæ inducunt probationem ſtupri arbitrio iudicis, ad tradita per Farinac. *quæſt.*136. *& quæſt.*69. *cap.*7. quem ſequitur pluribus alijs citatis Rot. *in Romana nullitatis matrimonij* 19. *Ianuarij* 1646. coram Arguelles *num.*22. *& ſeqq. per tot. & in alia Romana nullitatis Matrimonij* 19. *Iunij* 1651. coram Otthobono apud Paul. Zacch. *quæſt. Medic. legal. tom.*2. *deciſ.*87. *&* 97. dixi *in Pract. §. Stupro num.*3. *& num.*23. *&* 24. in hoc opere *§. cuſtus num.*11. Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*163. *num.*12. *& ſeqq. & part.*10. *deciſ.*19. *num.*3. *& ſeqq.* Thom. Triuiſ. *deciſ.*21. *per tot. lib.*2. vbi de probatione adulterij ad effectum ſeparationis thori, Laurent. Matthæu. & Sanz. *tract. de re crim. contr.*49. vbi de ſtupro cum Moniali, *& contr.*50. vbi de inceſtu inter vitricum, & priuignam, quibus indicijs, & coniecturis probentur, Rot. *part.*17. *recent. deciſ.*145. *num.*10. *& ſeqq.* vbi qualiter probetur copula ex præſumptionibus, & coniecturis, & quibus ad effectum probandi inceſtum.

Prædicta adeò vera ſunt, vt ſi teſtes directè deponerent de copula carnali, vel ſtupro, redderentur ſuſpecti de falſo, quia teſtificarentur de re, quæ non ſolet, nec poteſt directè videri, Scacc. *de re iud. gloſ.*14. *quæſt.*21. Sanchez *de matr. lib.*10. *diſp.*12. Macerat. *var. reſol. lib.*3. *cap.*7. Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.*5. *gloſ.*5. *part.*1. *num.*80. Laurent. Vrſel. *exam. apum concluſ.*59.

Quòd aſſertio iurata ſtupratæ, dummodò ſit alijs indicijs, & coniecturis adminiculata, & per contrarias probationes, vel præſumptiones non eliſa, nempè debilitata, faciat indicium ad torturam, probant ſupra relati DD. *in loc. cit.* & benè Laurent. Matthæu. & Sanz. *tract. de re crimin. contr.*52. *per tot.* vbi quoad virginitatem præcedentem, cùm ſit habitus naturalis, plenè probat, dummodò contrarium non doceatur, & quoad delinquentem ſi ſit adminiculata facit indicium ad torturam, etiamſi ſit accuſatrix, cùm ſit ſpeciale in ſtupro, nec inimica reputetur, &c. Conciol. *reſol. crim. verb. Indicium reſol.*13. *& verb. ſtuprum reſol.*2. *per tot.* vbi limitat niſi ipſa ſit accuſatrix, & querelans, vel periura, vel patiatur alios defectus, quia tunc non facit indicium; ſed vide Sanz. *loc. cit.* vbi plura ad præſtandam fidem ſtupratæ iunctis adminiculis, maximæ probatæ pudicitiæ, & ad effectum vt eam ducat ſtuprator, ad tradita per Scacc. *de re iudic. gloſ.*14. *quæſt.*21. *num.*16. *& ſeqq. ad* 30. vide *in §. Mulier num.*34.

Videtur iſtud intelligendum, dummodò etiam ſtuprata tamquam ſocia criminis fuerit leuiter torta ad purgandam maculam infamiæ ob huiuſmodi delictum incurſæ, niſi fuerit per vim coacta, quia tunc infamiam non incurrit, nec opus eſt tortura, Cabal. *reſol. crim. caſ.*200. *num.*128. *& caſ.*84. *num.*12. Plot. *conſ.*132. *num.*34. Farinac. *de indic. & tort. quæſt.*43. *num.* 101. Conciol. *verb. Stuprum reſolut.* 2. *num.*5. vide *in §. Societas num. & §. Mulier num.* 34. *& in Pract. §. Stupro num.*25. vbi latiùs dixi facit *infra num.*4.

Verùm cum ita dixi *infra num.*6. *verſ. intellige*, in ſtuprata non conſideretur delictum punibile, puella ſtuprum paſſa præſumatur ſeducta, & ſi deliquerit non efficitur infamis, nec inhoneſta, dum amplexus aliorum non admiſit, ſolet eius dicto cum adminiculis fides præſtari ad faciendum indicium ſiue alia tortura; abſque verò adminiculis nequaquam, & ſic ſæpiſſimè ſeruatum vidi, & ipſe ſeruaui Florentiæ, & probat Matthæu. & Sanz. *d. contr.* 52. *num.*19. *&* 20.

Quibus indicijs, & coniecturis probetur ſtuprum, & quomodo puniatur tam in moniali, quàm in eius violatore, quot delicta committant huiuſmodi violator, vel ſolicitator monialis, ita vt non opus ſit hoc caſu conſtare de delicto per inſpectionem, & tactum pudendorum, & alia, vide latè per Sperel. *deciſ.*136. *&* 137. *per tot.* dixi *in §. Sacrilegium num.*4. Laurent. Matthæu. & Sanz. *tract. de re crim. contr.*49. *per tot.* vbi de pœna capitali mortis naturalis executa, quia corrumpentes tales Virgines, quas Veſtales appellat, quatuor crimina capitalia committunt, nempè, ſacrilegium, adulterium, inceſtum, & ſtuprum, quod plenè probatur ex repertitione ſolius cum ſola, nudi cum nuda in lecto, vel alio loco opportuno.

Quòd ex accommodatione domus ad alloquendum inter virum, & mulierem, maximum reſultet indicium ad probandam carnalem copulam, Rot. *part.*2. *diuerſ. dec.* 229. *num.*1.

De pernoctatione ſine cauſa, Crauet. *conſ.*205. De fratre, & ſorore, qui ſimul dormietant, idem Crauett. *conſ.* 321. dixi *in Pract. §. Inceſto in Additione*, & in hoc Opere *§. Inceſtus num.*5.

De aſſertione famulæ cohabitantis cum domino, ſe fuiſſe ab eo ſtupratam, vt ei non ſit credendum, ne plures conuicti abſque culpa remaneant, Bald. *in l. filium* 6. *ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. num.*17. Boer. *deciſ.*299. *num.*2. Berlich. *pract. concluſ. part.*5. *concluſ.*38. *num.*60. quos ſequitur Matthæu. Sanz. *d. tract. contr.*53. *num.*18.

Stuprum, vt dicatur per vim commiſſum ad effectum 4
pœnæ capitalis, de qua inferiùs dicetur, requiritur quòd fuerit facta violentia perſonæ, & incuſſus timor in animo, nec ſufficit quòd ianuæ, vel domui ſit adhibita violentia, ſi poſtea mulier voluntariè conſentiat, quia benè diceretur ſtuprator per vim ingreſſus in domum, ſed non per vim copulam habuiſſe ſtante dicto conſenſu, Caſtr. *conſil.* 27. *num.*1. *&c. lib.*1. Baiard. ad Clar. §. *Stuprum num.*36. Card. Tuſch. *litt. I. concluſ.*710. Cabal. *reſol. crimin. caſ.* 95. *num.*26. *&c.*

Item requiritur quòd mulier acclamauerit, & reſiſtentiam fecerit, aliàs non poteſt dici per vim cognita; ſicut etiam ſi diu tacuerit, & querelare diſtulerit, vel grauida remanſerit, excluditur violentia, Ioſeph. Mele in Addit. ad Gizzarel. *deciſ.*52. *num.*23. *in fine*, Baiard. *loc. cit. num.*11. *&c. num.*40. *&c.* Ricc. *Prax. var. reſol. cap.*398. *per tot.* vide *infra num.*5. *verſ. Quòd ſtuprum, in fine.*

Non tamen purgatur ſtuprum, nec violentia ob continuationem delicti, & peccati, ſed tantùm inducit præſumptionem concubinatus, Gramat. *vot.*4. Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.*710. *num.*6. Ricc. *cap.*398. *num.*2. *&c.* Ioſeph. Mele *loc. cit. num.*54.

Dicitur etiam ſtuprum per vim commiſſum, ſi non verè, ſaltem interpretatiuè, quando blandis verbis, falſis promiſſionibus, vel perſuaſionibus doloſis, ſeducuntur, vel decipiuntur puellæ, vel viduæ honeſtæ, & punitur pœna mortis ſecundùm multos, etiamſi poſtea ipſæ ſeductæ ad domum ſeductoris ex ſe iuerint, Baiard. ad Clar. §. *Stuprum num.*38. Addit. ad Gizzarel. *deciſ.*52. *& deciſ.*81. *num.* 5. *& ſeqq.* Menoch. *de arbitr. caſ.*291. *num.*9. *& ſeqq.* Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.*710. *per tot.* vbi quoad pœnam refert multos contrarium tenentes, quibus ipſe adhæret, prout & ego vbi non apparet de aliquo actu violento, aliàs ferè omnia ſtupra poſſent dici violenta, cùm ſemper interueniat blanda verba, & ſuaſiones doloſæ, ad conſequendum intentum, Boſſ. *tit. de euit. damn. num.*66. & ita ſemper ſeruare vidi imponendo his caſibus pœnas arbitrarias mitiores, idem Boſſ. *de rapt. mulier. num.*15. Card. Tuſch. *litt. V. concluſ.*214. *num.*8. *&* 9. Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.*57. *per tot.* vide *in §. Vis num.*1. *&c. §. Blanditiæ num.*1. Sanfelic. *deciſ.*245. *num.*7. vbi quòd propriè ſtuprum violentum ſecundùm magis communem opinionem dicitur quando committitur cum armis, non attentis alijs fallacibus promiſſionibus, quando puella habet conſenſum, & eſt doli capax, ſecus ſi eſſet impubes, & immatura, quia tunc ſemper dicitur ineſſe violentia, adde Matthæu. Sanz. *de re crimin. contr.*54. *num.*24. vbi quando puella eſt doli capax, licèt ſit impubes non præſumitur violentia, ſi ex coniectu-

ris

tis conſtet de conſenſu, quando verò eſt infans dicitur doli incapax, non habet conſenſum, nec velle, nec nolle, & ſic iſto caſu ſemper dicitur vim paſſa.

Stuprum cum violentia, vel raptu, vel cum Virgine immatura, & nondum viri potente, quia tunc præſumitur adhibita violentia, punitur pœna mortis, Cabal. *reſol. crimin. caſ.*20. *per tot.* Franch. *deciſ.*333. & 534. Theſ. *deciſ.* 3. Clar. §. *Stuprum num.*3. *in fine*, Coſta *de facti ſcient. & ignorant. diſtinct.*12. *per tot. cent.*2. Guid. Pap. *deciſ.*555. Gramat. *deciſ.*22. Boſſ. *tit. de coit. damnat.* Ricc. *in Prax. var. reſol. cap.*398. Farinac. *quæſt.*147. §. *Stuprum*, Cardin. Tuſch. *litt. S. concluſ.*709. & 710. Ioſeph. Mele in Addit. ad Gizzarel. *deciſ.*52. *num.*11. *&c.* Menoch. *de arbitr. caſ.*298. & *caſ.*288. vbi latè de pœnis ſtupri tam in iure Ciuili, quàm Pontificio impoſitis aduerſus laicos, & Clericos, Paul. Chriſt. *deciſ.*197. *num.*22. & *ſeqq. vol.*4. Ricc. *Collect.*137. & 1412. vbi de pœnis ſtupri Sanfelic. *deciſ.*245. *num.*7. Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.*51. *per tot. contr.*54. *num.* 16. & *ſeqq.* & *controu.*57. Fontanel. *de Pactis nupt. tom.*2. *Clauſ.*5. *gloſ.*5. *part.*2. *fol.*66.

Et quid ſi cum ſtupro adeſſet inceſtus, etiam duplicatus, idem Sanfelic. *deciſ.*417. *per tot. cum Addit.* vbi fuit reformata ſententia mortis ad triremes; non tamen agebatur de violentia, neque de raptu, neque de virginibus immaturis.

Quòd ſtuprum Virginis immaturæ puniatur pœna mortis naturalis, intellige concurrente raptu, violentia, conſuetudine delinquendi, aut effractura pudendorum puellæ, ita vt inutilis reddatur ad concipiendum, nam concurrente aliqua ex iſtis qualitatibus locus eſt dictæ pœnæ mòrtis, aliàs autem pœnæ arbitrariæ mitiori, iuxta text. in *l. ſi quis aliud* 38. §. *qui nondum, ff. de pœn.* vt benè declarat Laurent. Matthæu. Sanz. *tr. de re crim. contr.*54. *n.*16. & *ſeqq.* vbi etiam quòd in puella doli capace, licèt impubere, poteſt argui conſenſus ex colloquijs præcedentibus, ex munuſculis reciprocis, ex acceſſu illius ad ſtupratorem, non obſtante vociferatione, & acclamatione in actu coitus, quia procedere poteſt non ex violentia, ſed ex dolore, & ex alijs elidi, cùm nimis fallax ſit, & alia pro excuſatione à pœna mortis, ſtante maximè vtilitate puellæ circa mores, & non ob ſolam obſcuritatem natalium, de quo dixi *ſupra num.*1.

Et de auriga, ſeu Cochlero vim inferente mulieri honeſtæ, eius cuſtodiæ ad vehendum commiſſæ pœna mortis puniendo, ſi flagitium perfecit; aliàs autem publicè verberibus afficiendo, & ad remigandum tranſmittendæ pro aliorum exemplo, & terrore, idem Sanz. *d. tract. contr.* 55. *per tot.*

Intellige omnia prædicta de vera vi, & non de ſuaſionibus, & blandirijs, idem Sanz. *contr.*57. *per tot.* vide *ſupra num.*4. *verſ. dicitur etiam.*

Quod aſcendentes cùm ſcalis ad feneſtras honeſtarum mulierum, vel etiam vilium cauſa complendæ libidinis, etiam non ſequuto ingreſſu, nec effectu, ſint grauiter puniendi arbitrio iudicis vſque ad mortem iuxta qualitatem facti, & perſonarum, cùm qualitas ſcalarum ſemper aggrauet delictum, vide Gramat. *deciſ.*36. Clar. §. *fin. quæſt.*68. *num.*4. Afflict. *deciſ.*276. Peguer. *quæſt.*26. Franch. *dec.*333. Farinac. *quæſt.*18. & 20. Cabal. *reſol. crim. caſ.*97. *per tot.* Sperel. *deciſ.*137. *num.*36. *&c.* P. Manar. *Noct. Malencol. Interrog.*209. §. 3. *fol.*311. Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.*1. §. 14. *num.*6. & *ſeqq.*

Quid de oſculis luxurioſis, amplexibus, & ſimilibus actibus inhoneſtis, Cabal. *caſ.*96. *per tot.* Menoch. *caſ.*287. Farinac. *quæſt.*142. *part.*4. Mele ad Gizzarel. *deciſ.*52. *num.* 26. *&c.* vide *in* §. *Oſculum.*

Quòd raptus mulieris honeſtæ, vel inhoneſtæ etiam conſentientis ob præcedentes preces, vel ſuaſiones, ſiue liberè, & quamuis eſſet ad effectum contrahendi matrimonium cum rapta, etiam non ſequuta copula, puniatur pœna iudici arbitraria, & etiam pœna mortis vbi ageretur de raptu Monialis, licèt non ſit ſequutum ſtuprum, & alia, latè Menoch. *de arbitr. caſ.*291. *per tot. caſ.*360. *num.*32. Farinac. *quæſt.*145. Cardin. Tuſch. *littera R. concluſ.* 5. & 6. P. Manar. *d. interrog.*200. §. 9. *per tot.* Clar. & Baiard. §. *Raptus*, Boſſ. *tit. de rapt. mul.* Concil. Trident. *ſeſſ.*24. *cap.*6. Sanchez. *de matrim. diſput.*13. *lib.*7. Bonac. *de matrim. quæſt.*4. *punct.*18. Seſſe *deciſ.*96. Cancer. *var. reſol. part.*3. *cap.*11. Monach. *deciſ. Bonon.* 41. & 42. Azor. *Inſtitut. moral. part.*3. *lib.*3. *cap.*14. 15. & 16. *per tot.* Didac. Mari ad Gizzarel. *deciſ.*54. *num.*21. & *ſeqq.* vide in §. *Raptus.*

Quòd mulier ſiue puella, cuius pudicitia tentatur poſſit pro illius defenſione occidere inuaſorem, etiam cum adiutorio alterius, ita vt nec ipſa, nec illa adiuuans peccet, ſeruato omni moderamine, & ſi aliter non poſſit euadere, Dian. *part.*5. *tract.*4. *reſol.*34. vide in §. *Sodomia num.*11. & in foro externo, benè probat Farinac. *quæſt.*125. *num.* 44. & *ſeqq.* Conciol. *reſolut. crimin. verb. Occiſio reſol.*4. *per tot.* vbi quòd permiſſum eſt non tantùm ipſi mulieri, ſed etiam eius parentibus, conſanguineis, affinibus, tutoribus, ac etiam amicis occidere violentum raptorem, & pudicitiæ inuaſorem, intelligendo quandu aliter pudicitia ſaluari non poteſt, & ſeruato moderamine inculpatæ tutelæ, facit quod dixi in §. *Homicidium num.*25. & §. *Raptus num.*9.

De ſortilegio libidinis cauſa, quod ſit mixi fori, & quomodo puniatur, Laurent. Matthæu. Sanz. *de re crim. controu.*60. *per tot.* vide *in* §. *Hæreſis*, & §. *Meretrix.*

Stuprum ſine vi commiſſum de iure ciuili in perſona 6
honeſta, aut in dignitate poſita punitur confiſcatione medietatis bonorum, ſimul cum relegatione ad arbitrium iudicis; in ſtupratore verò humilis conditionis punitur fuſtigatione, & exilio, §. *Item lex Iulia Inſtitut. de publ. iudic.* Menoch. *de arbitr. caſ.*288. *num.*11. Clar. §. *Stuprum num.* 3. Paul. Chriſtin. *deciſ.*198. *num.*25. *&c. volum.*4. Farinac. *quæſt.*147. *num.*6. Cabal. *caſ.*98. *num.*2. & *caſ.*200. *num.*25. Guaz. *de confiſc. concluſ.*13. *ampliat.*12. Conciol. *verb. ſtuprum reſolut.*4. vbi etiam ſtante conſenſu ſtupratæ, Matthæu. Sanz. *contr.*51. *num.*3. & *ſeqq.* vbi plura qualiter pœna poſſit exaſperari ex reiteratione delicti cum pluribus virginibus, ex impotentia dotandi, vel in vxorem ducendi, ex cuſtodia ſibi commiſſi, ex magna inæqualitate, & ſimilibus cauſis, Fontanel. *de pactis nupt. tom.*2. *clauſ.*5. *gloſ.* 5. *part.*2. *fol.*66.

Plures alias pœnas contra ſtupratores impoſitas à lege Diuina, Pontificia, & Ciuili iuxta conditionem perſonarum, & tam in foro fori, quàm in foro conſcientiæ, refert Menoch. *d. caſ.*288. *per tot.* Anton. Pichard. *Pract. Inſtitut. part.*3. *tit. de pœn. omn. delict. num.*117. *fol.*106. Coſta *de facti ſcient. & ignor. diſtinct.*12. *per tot. cent.*2.

Hodie tamen dictæ pœnæ confiſcationis medietatis bonorum, fuſtigationis, & exilij non ſunt in vſu, ſed illarum loco imponuntur aliæ pœnæ ſiue pecuniariæ, ſiue confinij ad tempus arbitrio iudicis iuxta qualitatem facti, & perſonarum, Corrad. *Pract. crim. tit. de ſtupr. num.*16. Baiard. ad Clar. §. *Stuprum verb. Laicus autem.*

Florentiæ per ſtatutum *lib.*3. *Rubr.*112. pro ſtupro, & ſimilibus delictis carnalibus ſine vi eſt impoſita pœna librarum 500. vt dixi *in Pract.* §. *Stupro num.*18. Cùm vi autem pœna capitis, ibidem *in* §. *Violentia*, & *in hoc opere*, §. *Vis.*

Intellige prædicta de pœnis ſtupri quoad ipſos ſtupratores, non verò quoad virgines, vel viduas ſtupratas, nam illarum reſpectu (quidquid aliqui contrarium ſenſerint) etiamſi voluntariè ſtuprum commiſerint, non eſt punibile in ipſis ſtupratis, niſi fortè iuuenem rapuerint, & illud ad ſtuprandum compellerint, vel niſi virum habeant, & ſic agatur de adulterio, vel de inceſtu, quamuis & ratò, Baiard. ad Clar. §. *Stuprum num.*13. & 14. Menoch. *de arbitr. caſ.*291. *num.*29. & *ſeqq.* P. Manar. *Noct. Malencol. Interrog.*200. §. 9. *in fine*, dixi *in Pract.* §. *Stupro num.* 11. vide Laurent. Matthæu. & Sanz. *tract. de re crim. controu.*51. *num.*35. & *ſeqq.* vbi licèt fateatur ex vſu iudiciorum, ſtupratas etiam ſponte conſentientes non puniri, oſtendit conueniens eſſe, vt & ipſe puniantur, cùm pariter delinquant, maximè quando impudentiſſimè ſe obtulerunt, vel poſt ſtuprum in concubinatu diu permanſerunt.

In monialibus tamen grauiter punitur, & quomodo, latè Sperel. *deciſ.*136. & 137. *per tot.* Thom. Triuiſ. *deciſ.* 124. *lib.*2. vide in §. *Sacrilegium num.*4. *ſupra num.*3. *verſ. Quibus indicijs.*

Quòd ſtuprum conſentiente puella commiſſum non habeat malitiam ſpecie diſtinctam ab ipſa ſimplici fornicatione in confeſſione exprimendam, ſed ſufficiat dicere rem habuiſſe cum ſoluta, & idem in deſiderio modò non adſit voluntas violentiæ inferendæ, licèt etiam alij contrarium ſentiant, Leſſ. *de Iuſt. & Iur. lib.*2. *cap.*10. *dub.*1. Dian. *part.* 2. *tract.*17. *reſol.*12. facit Gibalin. *de vniuerſ. negot. tom.*2. *lib.*

*lib.6. cap.7. art.2. num.3. fol.*633. vbi qualiter ſtuprum volenti virgini, licèt inuitis parentibus illatum, non ſit contra iuſtitiam, niſi interueniat raptus, &c.

7 Stuprum vltra alias pœnas vt ſupra ad publicam vindictam indictas ponitur etiam in hoc, vt ſtuprator ſi ſit ſolutus teneatur ſtupratam in vxorem ducere, & dotare, quamuis de generali conſuetudine ſoleat alternatiuè tantum condemnari, vel ad illam ducendam in vxorem, vel ad competenter dotandam, niſi ſit adeò vilis, vel parum honeſta, vel niſi poſtea ſe cum alijs miſcuerit, vt poſſit ſtuprator excuſari, *cap.*1. *& 2. de adult.* Natt. *conſ.*421. *num.* 12. *&c.* Clar. §. *Stuprum num.*3. Ricc. *Collect.*23. Sanfelic. *deciſ.*245. *num.*7. Laurent. Mathæu. & Sanz. *tract. de re crim. contr.*51. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*5. *num.* 44. *&c. cap.*35. *num.*34. *&c.* Theſ. *deciſ.*3. *num.*2. *&c.* Menoch. *de arbitr. caſ.*288. *num.*14. *&c.* Azor. *Inſtitut. moral. part.*3. *lib.*5. *tit.*5. *litt. A. fol. mihi* 337. P. Steph. de Neapol. *de reſtit. lib.*1. *cap.*11. *num.*2. *&c.* Farinac. *quæſt.*147. *num.* 98. *&c.* Sperel. *deciſ.*6. *num.*14. vbi quòd ſeruatur dicta alternatiua, ſed quamuis ſtuprator eligat ſtupratam ducere, debet etiam illam dotare, quia etſi matrimonium ſubſequutum quandoque etiam liberet à pœna ſtupri, vt infra dicetur, non tamen liberet ab obligatione dotem conſtituendi, Gabriel. *conſ.*173. *num.*15. Baiard. §. *Stuprum num.* 22. Farinac. *quæſt.*145. *num.*57. vbi de raptore, *& quæſt.* 147. *num.*99. vbi de ſtupratore; quidquid in contrarium reſcripſerint DD. Profiſcales Florentiæ (nihil tamen allegando) ſub die 6. Octobris 1670. in cauſa contra Antonium Bonnanum, vt in filcia Negociorum Magiſtratus DD. Octo Baliæ Virorum *ſub num.*4360. & contra votum D. Auditoris Baudarum, & Magiſtratus prædicti, prout in dicto negocio, vide *infra num.*10.

Plura de obligatione dotandi mulierem quam quis corrupit, Fontanel. *de pact. nupt. tom.*2. *clauſ.*5. *gloſ.*5. *part.*1. *per tot. fol.*53. *&c. part.*2. *per tot. fol.*66 *&c.* vbi de pœnis iuris Canonici, & iuris ciuilis contra corrumpentes mulieres, vel puellas immaturas, & *gloſ.*6. *fol.*75. vbi de obligatione raptoris circa donationem mulieris raptæ, ac de alijs pœnis raptus. Adde Carol. Anton. Theſaur. *de pœn. Eccleſ. par.*2. *verb. Raptus, & verb. Stuprum.*

Aliqua de Stupro, & eius pœnis, vide per Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.*4. *Rub.*24. *per tot.* Tondur. *quæſt. canon.*184. *per tot.*

Si autem ſtuprator non ſit ſolutus, vel aliud vigeat impedimentum, ceſſat dicta alternatiua, & liberè condemnatur ad dotandum, Baiard. ad Clar. §. *Stuprum num.*9. Laurent. Mathæu. & Sanz. *tract. de re crim. contr.*57. vbi quid ſi ſtuprator pendente iudicio vxorem duxerit aliam, ad vitandam pœnam ducendi ſtupratam, vel dotandi, & concludit exaſperandam pœnam, *& contr.*51. vbi idem firmat, exaſperandam ſcilicet pœnam, ſi ex alijs cauſis non poſſit in vxorem ducere, nec dotare, ex regula qui non habet in ære luat in corpore.

Quòd ſtuprata poſſit etiam ciuiliter agere contra ſtupratorem, vt illam docet, & præſumatur fuiſſe virgo tempore copulæ, niſi probetur contrarium, Rota *in Romana Stupri, ſeu dotationis* 19. *Martij* 1610. coram Sacrato, & habetur penes Paul. Zacch. *quæſt. Medic. legal. tom.*2. *deciſ.*31.

Et ſtante promiſſione matrimonij, ac ita contractis ſponſalibus debeat ſtuprator modis omnibus præcisè compelli ad ſeruandam fidem, quòd procedit etiamſi non fuerit ſequuta copula, & tantò magis illa ſequuta, & quare, plenè Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*163. *per tot.* Paul. Rub. *in Annot. deciſ.*431. *num.*6. *& ſeqq. part.*4. *recent. tom.*3. Rota *part.*18. *recent. deciſ.*767. *per tot.* vbi quòd ſtuprator cum promiſſione matrimonij confeſſus, vel conuictus, compellendus eſt præcisè promiſſionem adimplere non obſtante negata virginitate, & illa non probata, quia de hoc ſtatur aſſertioni iuratæ mulieris, tum in odium delinquentis, tum in fauorem præſumptionis naturæ, addita maximè probatione bonæ famæ illius, & parentum, ſi ſit vilis conditionis.

An autem talis compulſio fieri poſſit à iudice ſæculari, vel ſpectet priuatiuè ad Epiſcopum, Sanchez *de matrim. lib.* 1. *diſput.*29. *num.*9. Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.*5. *gloſ.*5. *part.*1. *num.*28. *& ſeqq.* vide *in* §. *Sponſalia num.*3. *infra num.*8.

Si tamen ſtuprata ex alternatiua condemnatione dotem elegerit, & receperit, cenſetur renunciaſſe ſponſalibus, nec amplius poteſt ad illorum obſeruantiam agere, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.*242. *num.*10. *& ſeqq.* dixi *in* §. *Sponſalia num.*8.

Quòd ſtuprator in foro contentioſo, ſi ſit æqualis conditionis cum virgine ſtuprata, & velit eam in vxorem habere, illa verò, vel parentes iniuſtè, & ſine cauſa recuſent, teneatur conſtituere tantùm dotem, quæ aliàs ſufficiens fuiſſet, ſi ſtuprata eſſet virgo; ſi autem *ipſe* ſtuprator recuſet illam ducere tenetur vltra dotem qua congruè nubere potuiſſet æqualis ſi virgo eſſet, dare etiam illud plus, quo indiget ob ſtuprum paſſum ad inueniendum virum ſibi æqualem, quæ ſumma erit taxanda arbitrio iudicis ſecundùm qualitatem, & facultates ſtupratoris, habita etiam ratione qualitatis ipſius virginis ſtupratæ, gloſ. & DD. *in cap.*1. *& 2. de adult.* Oſaſch. *deciſ.*106. Theſ. *deciſ.*3. *num.* 2. Menoch. *de arbitr. caſ.*288. *num.*18. *& ſeqq.* Farinac. *quæſt.*147. §. *Dos per tot.* Card. Tuſch. *litt. S. concluſ.*709. *&* 710. latè Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract.*18. *diſput.*4. *fol.*201. *&c.* vbi plura de obligatione reſtitutionis ex ſtupro, & adulterio.

Quid in ſtupro cum vidua commiſſo, vide ſupra *n.*1.

In foro autem conſcientiæ tenetur ſtuprator tantummodo reſarcire damnum virgini ſtupratæ illatum, & ideò non tenetur integram dotem illi conſtituere, ſed tantùm illud pluris, quo indiget ad inueniendum virum ſibi æqualem ob ſtuprum paſſum, quia maiori dote indiget ſtuprata, quam virgo, & ſtuprator tenetur ſolùm ad illud pluris, quod æſtimabatur arbitrio Iudicis, ex quo ſequitur quòd ſi non obſtante ſtupro, eo quia fuerit occultum, ipſa ſtuprata alteri viro ſuo æquali nupſerit cum ſolita dote domus, ita vt nec *ipſa*, nec eius parentes damnum ſenſerint, ceſſet hæc pœna, & obligatio conſtitutiuonis dotis, ſicut etiam ceſſaret vbi ſtuprata liberè conſenſum præſtitiſſet, quia dicta obligatio procedit tantùm quando per vim, metum, deceptionem, mendacium, promiſſionem matrimonij fuerit ad ſtuprum inducta, D. Antonin. *in ſumm. part.*2. *tit.*5. *cap.*6. §.1. Nauar. *in Manual. cap.*16. *num.*17. *in fine*, Menoch. *de arbitr. d. caſ.*288. *num.*17. *& ſeqq.* Couar. *de ſponſal. part.*2. *cap.*8. §.8. Azor. *Inſtit. moral. part.*3. *lib.*5. *cap.*5. *per tot. fol. mihi* 335. P. Stephan. de Neapol. *de præcip. iur. & inſt. part. lib.*1. *cap.*11. *per tot.* Comitol. *reſponſ. moral. lib.*4. *quæſt.*16. *per tot. fol. mihi* 473. Dian. *part.*2. *tract.* 16. *reſol.*50. vbi quòd ceſſante vi, aut dolo, etiamſi ſtuprata importunis precibus, vel vehementibus blanditijs fuerit inducta, non tenetur ſtuprator ad aliquam reſtitutionem, niſi eſſet talis, vt ei puella reuerentiam deberet, ſicut nec tenetur etiam ſi vim, & dolum adhibuerit, ſi poſtea puella æquè benè nupſerit, & nullum detrimentum paſſa fuerit, vel ſi ab ea remiſſionem obtinuerit, ita vt non requiratur à patre, vel ſi ſpontè conſenſerit, quo caſu nec aliquid debetur parentibus pro violata integritate, grauata dote, vel ſimilibus damnis inde ſequutis ad tradita per Dian. *loc. cit.* cum alijs per eum relatis, *& part.*11. *tract.*6. *reſol.*45. *infra num.* 10. De omnibus prædictis, & alijs, nempè ad quid teneatur ſtuprator, vel non in foro conſcientiæ, latè Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de reſtit. cap.*6. *de ſtupro per tot. fol.*59. *&c.* Torreblanc. *de Magia lib.*2. *cap.*19. *num.*16. vbi quòd in conſcientia non tenetur niſi de ſimplici fornicatione, vide Leſſ. *de iuſt. & iur. lib.*2. *cap.*10. *per tot.* vbi plura de reſtitutione ex cauſa ſtupri, & adulterij, & Carol. Anton. Theſaur. *loc. cit.* Valer. *de differ. vtriuſque fori verb. Reſtitutio differ.*9. *& ſeqq.*

Item ceſſaret obligatio dotandi in vtroque foro, ſi puella liberè conſenſit ſtupratori abſque aliquo dolo, vel deceptione, vel pacta fuerit de pretio ſuæ virginitatis; poſſet tamen pater agere iniuriarum, & petere damnum aduerſus ſtupratorem, ſibi cauſatum propter maiorem dotem, quam conſtituere deberet pro filia ſtuprata maritanda, Baiard. §. *Stuprum num.*28. Farinac. *quæſt.*147. §. *Dos num.*119. *& ſeqq.* Azor. *Inſtit. moral. part.*3. *lib.*5. *quæſt.*9. & alij ſupracitati, Paul. Chriſtin. *deciſ.*128. *num.*29. *volum.*3. Gibalin. *de vniu. negot. tom.*2. *lib.*6. *cap.*7. *art.*2. *num.*3. *&c. fol.*662. vbi quid in foro conſcientiæ.

Quod ſequutis ſponſalibus, quæ vtramque partem obligant, non exiſtente iuſta cauſa recedendi, & ſequuta proinde copula cum libero conſenſu puellæ ſponſæ, quæ poſtea recuſet adimplere ſponſalia, tunc non teneatur ſponſus ſtuprator ad aliquam pœnam, neque ad dotem illi conſtituendam, ſi ſit paratus ſeruare ſponſalia, cùm nihil ei poſſit imputari, & ideò non moleſtari, ſaluis iuribus

bus vtrique parti ciuiliter expediendis pro obſeruatione, vel reſciſſione ſponſalium, fuit me proponente, contra votum Auditoris Bandarum reſolutum per Magiſtratum DD. Octo ſub die 9. Martij 1675. Florentiæ, & approbatum de more à Sereniſſimo Magno Duce, vt in filcia negociorum ſub num. 1452.

Quòd in omnem caſum dicta dos debeatur ſtupratæ tantùm quando nubet, & non antea, vt ſi innupta deceſſerit illam non tranſmittat ad hæredes, Borgn. *in Repert. ſuarum deciſ. verb. Matrimonium num. 7. &c.* vbi teſtatur ita fuiſſe pluries iudicatum in foro Fiuizadenſis ſequitur Claud. Bertazol. *ad conſ. patris ſui 96.* refert Baiard. *in d. §. Stuprum num.* 24. vbi tamen quòd ipſe ſemper vidit contrarium ſeruari, & pluries ſeruauit, vt ſtuprator cogatur ſtatim ſoluere dotem parentibus ſtupratæ, quibus facta eſt iniuria, vel deponere, aliaſue cogeretur dotare, poſſet multis fraudibus impedire, ne deflorata nubat, & hæc opinio mihi arridet, licèt prima ſeruetur Florentiæ, vt dixi *in Pract. §. Stupro n. 12.*

Quòd dicta dos non poſſit peti niſi ſequutis nuptijs, & non ante, ita vt ſi ſtuprata moriatur innupta non tranſmittat ad hæredes; imò ſi fuiſſet ſoluta ante nuptias, quæ poſtea non ſequuntur, poſſet repeti, Capyc. *deciſ.* 204. Nouar. *Forenſ. quæſt. 27. lib. 1.* Ricc. *Collect.* 2710. Creſp. de Valdaur. *obſeru. 25. per tot.* vbi poſt plura hincindè, an dotanti ratione ſtupri ius reuerſionis competat, diſtinguendo duos caſus, nempè quando mulier innupta decedit, vel nupta ſine filijs, concludit, & probat vtroque caſu nullum ius reuerſionis defloranti competere, quia lex non dotem, ſed quantitatem ad dotem conſtituendam ſoluendam eſſe ſtatuit in pœnam delicti, vt ex ea crimen purgari poſſit, & ſic vt pœna ſtatim debetur, vt ſupra dicebam, & latiùs comprobat Creſp. *loc. citat. fol.* 291. vide *infra num.* 10.

Puniuntur etiam ſtupratores in hoc, vt teneantur alere prolem ab ipſis genitam poſt triennium quouſque ſe alere poſſit, & vſque ad triennium tenetur mater ſi habeat poſſibilitatem, aliàs autem tenetur pater, etiam infra triennium, & proles præſumitur ſtupratoris, niſi probet alios habuiſſe copulam cum ſtuprata, Neuiz. *in ſyl. nupt. lib. 3. n. 25.* Baiard. §. *Stuprum nu.* 10.

Non tamen creditur ſtupratæ aſſerenti ſe eſſe prægnantem ex tali, ſi ipſe neget rem carnalem cum illa habuiſſe, & non conuincatur, & tunc ipſa ſtuprata tenetur alere prolem, Theſ. *deciſ. 3. nu. 4.* Menoch. *de arbitr. caſ. 288. nu.* 25. vide *in §. Mulier num.*

An autem pater teneatur nomine filij ſtupratoris dotare virginem corruptam, partumque agnoſcere, dixi *in §. Pater num.* 23.

8 Stuprum non punitur quando coeuntes aſſerunt inter illos ante coitum præceſſiſſe ſponſalia per verba de futuro, ſi poſtea ſequatur matrimonium, & adſit æqualitas perſonarum, aliàs puniretur arbitrio iudicis, & idem eſt in raptu, Cabal. *reſol. crimin. caſ. 96. num.* 15. *caſ. 196. per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 103. *num. 5. cap.* 291. *num.* 22. *&* 202. *num.* 9. vbi quòd non creditur parentibus ſuper matrimonio, Baiard. §. *Stuprum num.* 9. Farinac. *quæſt.* 147. §. *Stuprum num.* vide *in §. Matrimonium num.* 9.

An autem qui priùs emiſit votum caſtitatis, vel religionis, fœminam poſtea deflorans fide data contrahendi cum ea teneatur potiùs votum, vel matrimonium implere, Dian. *part. 3. tract. 4. reſolut.* 203. *& part. 5. reſolut.* 38. vbi refert diuerſas opiniones.

Quòd ſi concludenter probetur ſtuprum fuiſſe cum ſpeciali promiſſione matrimonij, poſſit ſtuprator compelli cum cominatione pœnarum ad obſeruantiam promiſſionis, vide Rot. apud Farinac. *poſt conſ. deciſ. 74. num. 4.* Farinac. *quæſt. 147. num.* 116. Thom. Triuiſ. *deciſ.* 63. *lib.* 1. vbi pro matrimonij nullitate ratione metus banni impoſiti à iudicibus ſæcularibus, Fontanell. *de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 5. gloſ. 5. part. 1. num. 8. &c.* Tuſch. *lit. M. concluſ.* 126. Dian. *part. 1. tract. 2. reſol.* 130. vbi quòd dum ſponſalia certa ſunt, & de illorum valore non agitur, poſſunt etiam iudices ſæculares ad illorum obſeruantiam compellere, *& part. 3. tract. 6. reſol.* 81. vbi refert ſex cauſas, ex quibus poteſt excuſari ab obſeruantia promiſſionis, *& part. 5. tract. 14. reſolut. 32. & ſeqq.* vbi quòd ſi promiſſio fuerit ficta, & non animo ſe obligandi, licèt iurata, an obliget in conſcientia, vide §. *Sponſalia num.* 1. fuit dictum in cauſa Balnei contra Alexandrum Blaſij ſub die 19. Iulij 1668. vt conſtat in filcia proceſſuum 623. *num.* 43. exiſtente in Archiuio DD. Octo Baliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ, vide §. *Sponſalia n. 3. §. Matrimonium n. 12. & in Pract. §. Stupro nu. 26. & 27.*

Ceſſante autem dicta promiſſione, vel probatione, etiamſi ſtuprator ſit aliàs confeſſus, vel conuictus de ſtupro, non poteſt præcisè compelli ad ducendum ſtupratam in vxorem, ſed cum alternatiua ad ducendum illam in vxorem, vel ad competenter dotandum, vt probant præcitati DD. & dixi *ſupra nu. 7.*

An autem deflorator virginis ſub ſpe coniugij, & non cum certa promiſſione, teneatur illam ducere, vel ſatisfaciat dotem conſtituendo, vide Dian. *part. 11. tract. 6. reſol. 54. per tot.*

Et ad hoc vt dicta alternatiua poſſit purificari, ſolet ſtupratori aſſignari terminus arbitrio iudicis ad declarandum quam partem alternatiuæ velit eligere, vel ad ducendum ſtupratam, & illo tranſacto ad liberè dotandam, vt dixi *in Pract. §. Stupro num.* 20. vbi quòd ita pluries fuit ſeruatum per Magiſtratum DD. Octo Baliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ.

Quando autem de iure contrahens ſponſalia teneatur illa implere, ſi nullus ſit præfixus terminus, Sanchez *de matrim. lib. 1. diſput. 28. num.* 2. Dian. *part. 3. tract. 4. reſol.* 245.

Quòd ſtante ſupradicta promiſſione matrimonij probata, vel lege ita diſponente poſſit ſtuprator compelli ad ducendum ſtupratam in vxorem non ſolùm per iudicem, ad latè tradita per Rot. *part. 9. recent. deciſ. 163. per tot.* & Paul. Rub. *in Annot. ad deciſ. 431. num. 62. & ſeqq. part. 4. recent. tom.* 3. Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 417. *obſeru.* 4. Thom. Triuiſ. *deciſ. 63. lib.* 1. vbi per iudicem ſæcularem fuit tamen declaratum nullum matrimonium ratione metus ex banno comminato illati; ſed etiam per parentes ſtupratæ, ita vt non dicatur per metum, vel vim compulſus, cùm voluntariè illi ſe ſubiecerit, licèt aliàs non valeant ſponſalia; nec matrimonia per metum, vel vim contracta, Leſſ. *de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 10. dub. 3. num.* 20. Rebell. *de obligat. iuſt. lib. 2. de matrim. quæſt. 11. num.* 12. Sperel. *deciſ. 6. num. 13. & 15. & deciſ. 5. per tot.* vbi plenè qualiter, & quando poſſit dici matrimonium per metum, vel vim contractum, vt poſſit reſcindi, & annullari, Triuiſ. *d. deciſ. 63. per tot.* Dian. *part. 3. tract. 4. reſol. 228. &c.* vbi an deprehenſus in ſtupro ſi matrimonium promittat ne prodatur iuſtitiæ, teneatur illud in conſcientia adimplere.

Circa tamen dictam compulſionem priuatam per parentes fiendam poſſet dubitari, ne detur materia rixarum, ſcandalorum, & violentiarum priuatarum, quæ fortè non tranſirent ſine moleſtia, cùm nulli liceat ſibi ius dicere; verùm in hoc caſu, ne parentes cogantur in iudicio propriam verecundiam, & filiarum detegere, quòd certè durum eſt perſonis honeſtis, omninò illis parcerem, nec ex hac cauſa, alio delicto non concurrente, vllam vnquam moleſtiam inferri permitterem propter iuſtum illorum dolorem; imò reperio quòd in caſu raptus, poſſunt raptores in flagranti reperti impunè occidi à parentibus, & conſanguineis mulieris raptæ, vel rapiendæ, ad tradita per Farinac. & Vulpin. *in ſucco quæſt. 145. §. Raptus.*

Quòd imò matrimonium ad quod contrahendum pater coegit iuuenem, quem cum propria filia in lecto cubantem inuenit, non ſit validum, text. *in cap. veniens,* 2. *de ſponſal.* vide tamen Dian. *part. 9. tract. 8. reſol. 27. per tot.*

Stuprum an ſit delictum mixti fori, vide Farinac. *quæſt.* 9
8. *nu. 130. &c.* dixi *in §. Adulterium nu.* 2.

Stuprator excuſatur ab obligatione dotandi ſtupratam, 10
quando mulier poſt commiſſum ſtuprum nupſit viro æqualis conditionis, ita vt nullum ſenſerit damnum ex ſtupro paſſo, vt benè probat Diaz. *in pract. crim. cap.* 77. vbi Ignat. Lopez. in Addit. refert multos eiuſdem opinionis DD. Menoch. *de arbitr. caſ. 288. num.* 22. dixi *in Prax. §. Stupro nu.* 9. quibus addo Leſſ. *lib. 2. cap. 10. dubit. 2. nu.* 11. Taner. *in 2. 2. diſput. 4. quæſt. 6. dub. 3. nu.* 133. Turrian. *tom. 2. in 2. 2. diſput. 30. dub. 3. nu.* 2. Filliuc. *tom. 2. tract. 32. cap. 8. nu.* 221. Villalob. *in ſum. tom. 2. tract. 11. dub. 30. n.* 14. Dian. *reſol. moral. part. 2. tract. 16. reſol. 50. verſ. notandum,* vide *ſupra nu.* 7.

Non deſunt tamen alij contrarium tenentes, vt nempè

ratione obligationis contractæ tempore ſtupri, ac in odium, & pœnam illius, teneatur ſtuprator dotem conſtituere, vel ſaltem augere arbitrio iudicis, etiamſi mulier poſtea æquali nupſerit, & licèt hoc modo ſtupratori ſit ſublata electio ſibi competens deſponſandi, vel dotandi, quia etſi ſtuprata recuſet, vel non poſſit nubere ſtupratori, tenetur nihilominus ſtuprator illam dotare, vt colligitur ex text. *in cap. 1. de adult.* Hoſtienſ. *in ſum. de adult. §. & æqualiter puniatur nu. 11.* Gomez. *ad l. Taur. 80. nu. 11. & 12.* Cancer. *var. reſol. tit. de ſponſal. & matrim. 28. & ſeqq.* Carpzou. *in pract. tit. de crim. ſtup. part. 2. quæſt. 68. num. 48.* Fontanel. *de pact. nupt. tom. 2. gloſ. 5. part. 1. nu. 118. & ſeqq.* Matth. Berlich. *in 2. part. ſuar. concluſ. tit. de pœn. ſtupr. concluſ. 38. num. 36.* quos in facti contingentia ſequutus eſt Magiſtratus DD. Octo Baliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ ſub die 21. Auguſti 1670. in cauſa contra Dominicum Sabatini Piccioli de Prato, & negocium fuit approbatum per S.C.S. vt conſtat, in filcia Negociorum dicti Magiſtratus de dicto tempore *ſub num. 4334. 5.*

Sed ego cum prima opinione tranſeundum puto cùm dicta dos conſtituatur potiùs ratione damni, quàm pœnæ iuxta ſuperiùs dicta, & ita ſcio ſæpiùs etiam eumdem Magiſtratum obſeruaſſe in diuerſis cauſis, quando vt dixi mulier aliquod damnum paſſa non fuit, vt quia æquè bene nupſit, ſecus autem ſi propter ſtuprum nupſit viro deterioris conditionis, veluti pauperiori, vel ignobiliori, quia tunc arbitrio iudicis eſſet illi ſatisfaciendum, cum verè paſſa fuerit damnum, vel in bonis, vel in honore, quod ſibi refici debet arbitrio iudicis, & ita poſſunt concordari opiniones prædictæ, vide *ſupra nu. 7.*

11 Stuprator, ſiue imputatus de ſtupro, qualiter poſſit ſe defendere exceptione ſuæ impotentiæ ad venerem, ac plura de iſta potentia, vel impotentia, quomodo viri generare poſſint, etiam membro abſciſſo, & mulieres concipere per genitalium approximationem, & vim vteri attractiuam, etiam integro hymene permanente, & ſic abſque effractione clauſtri pudoris ſtuprum committi, cùm ſit violatio integritatis virginalis ex quolibet congreſſu maſculi, licèt partes integræ maneant; ſicut è contra poteſt dari diruptio clauſtri pudoris ad inſtar aliorum membrorum abſque virginitatis detrimento; Impregnans autem virginem, quamuis clauſtra illius non corruperit, tenetur (ſicut alij ſtupratores) eam ducere, vel dotare, ac prolem alere, vt perbellè omnia comprobat pluribus citatis Laurenz. Matthæu. & Sanz. *tract. de re crim. contr. 53. per tot.* vbi tamdem concludit pro abſolutione imputati, quia argumenta per poſſibile in criminalibus non attenduntur, niſi plura, & proxima ſint; cohabitatio inter dominum, & famulam, non facit indicium; negatiua coarctata per rei euidentiã præualet affirmatiuæ; conceptus abſque viri reali congreſſu ridiculus reputatur, cùm ſemen inutile reddatur per euaporationem, & alijs ſimilibus rationibus, Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. legal. lib. 3. tit. 1. quæſt. 8. & conſ. 42. per tot.* Scipio Mercur. *in ſua Comatre lib. 2. c. 38. per tot. fol. mihi 231.* dixi *in Pract. §. Donne nu. 29. & 31.*

12 Stuprum an ſit delictum mixti fori, itaut etiam iudex Eccleſiaſticus poſſit de illo laicos punire, eſt valdè inter Doctores controuerſum; Pro affirmatiua fauore iudicis Eccleſiaſticis eſt plena *deciſ.* Iulij. Carrat. 77. *per tot.* vbi etiam reſpondet contrarijs Sed pro negatiua fauore Curiæ ſæcularis, vt ſola procedat, & puniat ſtuprum quoad laicos, niſi habeat adulterium, vel aliud crimen mixti fori annexum, quo caſu index Eccleſiaſticus cum præuentione procederet ad pœnam ſpiritualem tantùm, & laicus pro ſtupro ad alias pœnas, & intereſſe partis, Theſaur. *deciſ. 148. nu. 4* Farinac. *q. 8. ſub n. 130.* Bermon. *tract. de public. concub. tit. de ſtupr. nu. 41.* Franc. Marc. *dec. 2. per tot.* ac ita ſemper ſeruatum vidi.

13 De Stupro aliqua Bertachin. *Repertor. verb. Stuprum*, Thoro *Compend. deciſ. Neap. part. 1. eod. verb.* plura Matthæu. Sanz. *de re crim. contr. 51. cum pluribus ſeqq.* plenè Fontanel, *de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 5. gloſ. 5. part. 1. n. 1. & ſeqq. per tot. fol. mihi 66. &c.* Hermoſil. *ad leg. partit. tom. 2. leg. 56. gloſ. 6. tit. 5. Partit. 5. num. 144. & 145. fol. mihi 798.* Sanchez. *de matrim. lib. 7. diſput. 14.* Molin. *de iuſt. tract. 3. Diſput. 104.* Berlich. *part. 5. concluſ. 38. 41. & 48.* Panimol. *deciſ. 93.* cæterique indicati à Caſteion. *Alphabet. iurid. verb. Stuprum*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part. 5. eod. verb. fol. 659.*

§. SVBHASTATIO. XXXII.

Subhaſtatio eſt rei venalis publica expoſitio cum præconis, vel edicti proclamatione, vt plus offerenti, vel licitanti deliberetur, aut concedatur, ſicuti colligitur *ex Auth. hoc ius porrectum, C. de Sacroſanct. Eccleſ. & l. 1. C. de fid. inſtr. & iur. haſt. fiſcal. lib. 10.* Iodoc. Dambouder. *tract. de ſubhaſt. capit. 1. numer. 9.* vbi etiam vnde dicta, & alia Mangil. *de ſubhaſt. quæſt. 1. num. 1. &c.* 1

Plura de origine, ac etymologia ſubhaſtationis, illiuſque definitione, & alia, Ridolphin. *in Prax. part. 1. cap. 15. nu. 39. & ſeqq.* remiſſiuè Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. ſubhaſtatio.*

Qua forma ſeruata, ſit facienda ſubhaſtatio, & plures alias quæſtiones in materia, vide per Bart. *in l. citatio ff. de public. & vectigal. DD. in d. Auth. hoc ius porrectum*, Iodoc. *d. tract. cap. 4.* Bald. *in l. Ordo C. de execut. rei. iud.* Specul. *tit. de citat. §. ſequitur verſ. ſi vere ſubhaſtatio*, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 296. nu. 9. & ſeqq. vol. 1.* Merlin. *deciſ. 24.* Rot. *part. 15. recent. deciſ. 237. per tot.* vbi fuerunt rejectæ plures nullitates, quæ tamen poſtea in eadem cauſa fuerunt approbatæ, & recedendo à deciſis reſolutum pro nullitate ſubhaſtationis *part. 17. deciſ. 371.*

Quòd de iure communi in caſibus, in quibus eſt neceſſaria ſubhaſtatio, debeant ſtare bona venalia expoſita per viginti dies, vel iuxta conſuetudinem, & ſtatuta loci aliàs reſtituantur pignora ſine expenſis, & cum fructibus, Magon. *deciſ. Flor. 132. nu. 10.* vbi etiam quod debet fieri de mandato iudicis, Merlin. *d. deciſ. 24. per tot.* Rot. *part. 9. recent. deciſ. 341. n. 18.* Martha *vot. Piſ. 145. n. 6.* vbi quòd dictus terminus 20. dierum eſt redactus ad nouem dies de ſtylo Tribunalium, Bich. *deciſ. 484. nu. 4.* vbi quòd in bonis priuatorum non eſt tempus à iure determinatum, ſed arbitrio iudicis remittitur.

Quòd ſit facienda licitatio per viginti dies, vel arbitrio iudicis, Menoch. *de arbitr. caſ. 129. & caſ. 171. nu. 28.* Rot. *part. 4. recent. deciſ. 406. numer. 5. & part. 9. deciſ. 98. num. 10. & per tot.* vbi quòd ſtante nullitate, vel iniuſtitia ſubhaſtationis debet primus poſſeſſor docto de ſua anteriori poſſeſſione, & moderna aduerſarij reintegrari ad ſuã poſſeſſionem; Et tunc emens tenetur ad reſtitutionem rei vnà cum fructibus, etiamſi emerit à fiſco, quia fiſcus in hoc non eſt priuilegiatus, & alia plura de dictis fructibus reſtituendis ſtante nullitate ſubhaſtationis, Rot. *in eadem cauſa d. part. 9. deciſ. 141. per tot.* vide in *§. Fructus n. 9. §. Nullitas num.*

De requiſitis neceſſarijs in ſubhaſtatione præcipuè rerum fiſcalium, latè Franciſc. de Amaya *in l. 3. C. de fide, & iure haſtæ fiſc. lib. 10. fol. 53. & ſeqq.* Ganauer. *conſ. 6. art. 3. per tot. fol. mihi 191. & ſeqq.* vbi de ſubhaſtatione rerum pupilli, vel minoris, & eius requiſitis.

Subhaſtatio eſt neceſſaria in venditione rerum immobilium Eccleſiæ, hoſpitalium, aliorumque venerabilium, & piorum locorum, *Auth. hoc ius porrectum C. de Sacroſ. Eccleſ. Auth. de non alien. aut permut. rebus immobil. Eccleſ. §. Nos igitur, Collect. 2.* & vtrobique Bart. & alij, Iodoc. Damhouder. *de ſubhaſt. cap. 1. nu. 16.* Ridolphin. *in prax. part. 1. cap. 15. nu. 60.* Gratian. *deciſ. 134. per tot.* vbi etiam loquitur de venditione rerum minoris, de quibus latè Ganauer. *d. conſ. 6. art. 3. per tot.* vbi quòd practicatur Neapoli, & ideò apud Neapolitanos non caret dolo tutor alienans rem minoris omiſſa ſubhaſtatione. 2

Contrarium autem maximè de generali conſuetudine, & de iure canonico vbique ſeruando firmant Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 564. num. 24. cap. 479. cap. 861. num. 19. &c.* Poſth. *tract. de ſubhaſt. inſpect. 2. num. 13. &c.* Ridolphin. *d. cap. 15. num. 61.* vbi quòd non eſt neceſſaria de iure canonico, quia Eccleſia hoc priuilegium non acceptauit, ſed aliam ſolemnitatem in ſuarum rerum alienatione conſtituit *in cap. ſine exceptione 12. quæſt. 2.* Mangil. *tract. de ſubhaſt. quæſt. 29. num. 3. &c.* Hier. Cala *tract. de reſtit. in integr. deneg. quæſt. 20. per tot.* Ganauer. *d. conſ. 6. art. 3. num. 21.* vbi oſtendit imò hoc priuilegium eſſe inter ſacros Canones canonizatum, & altamente repoſitum *in can. ea enim 10. quæſt. 2.* & contrà aliter ſentientes lamentantur doctiſſimi Canoniſtæ, inter quos Hoſtien. *in ſum. tit. de reb. Eccl. non alien. §. 3. in fine verſ. vnum tamen nota.*

Item

Item ſubhaſtatio requiritur in alienatione bonorum immobilium pupilli, vel minoris, & eſt facienda ſecundum conſuetudinem, & ſtatuta loci, aliàs non valet, Afflict. *deciſ.* 249. *num.* 2. *verſ.* 8. Iodoc. *d. tract. cap.* 2. *num.* 1. *&c.* Montan. *de tut. cap.* 33. *nu.* 60. *&c.* Greg. *dec.* 485. *nu.* 8. *&c.* Mangil. *de ſubhaſt. quaeſt.* 27. *num.* 1. *&c.* Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 15. *num.* 61. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 341. *num.* 18. *&c.* latè Ganauer. *d. conſ.* 6. *art.* 3. *per tot. fol. mihi* 191. *& ſeqq.* vbi pro nullitate alienationis factæ ſine ſubhaſtatione.

Contrarium quoad principale dictum probat Gratian. *diſcept. forenſ. cap. ſup. cit. c.* 545. *& deciſ.* 130. *num.* 7. *&c.* ſequitur Poſth. *de ſubhaſt. Inſpect.* 4. *num.* 18. *& ſeqq.* vbi latè Mangil. *de ſubhaſt. d. quaeſt.* 27. *num.* 3. *&c.* Beltramin. ad Gregor. *d. deciſ.* 485. *num.* 13. Intrigliol. *deciſ.* 5. *num.* 29. Laderch. *conſ.* 116. *num.* 2. Angniſ. *conſ.* 129. *num.* 42. Ridolphin. *d. cap.* 15. *num.* 62. vbi quòd de iure canonico, & de conſuetudine non eſt neceſſaria ſubhaſtatio in alienatione rerum minorum, ſed ſufficit quòd fiat bona fide, & ex cauſis permiſſis, de quibus dixi in §. *Alienatio nu.* 23. Vrceol. *conſult. for. cap.* 55. *num.* 21. *&c. vol.* 2. Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 332. vbi quando poſſit omitti, latè Hier. Cala *d. quaeſt.* 20.

Quòd ſit neceſſaria Florentiæ extat reformatio officialium pupillorum 20. Auguſti 1565. *Rub.* 9. dixi in Pract. §. *Pupilli numer.* 18. vbi qua forma ſit facienda.

Item eſt neceſſaria ſubhaſtatio in venditione bonorum pro executione ſententiæ, *l. Ordo*, vbi Bald. & alij *C. de execut. rei iud.* Iodoc. *de ſubhaſt. cap.* 3. *num.* 1. *&c.* Ridolphin. *d. cap.* 15. *num.* 67. *& ſeqq. per tot.* Cala *loc. cit.* vbi plura.

Quomodo ſeruetur in ſtatu Florentino dixi in §. *Depoſitarij n.* 1. *& §. Mobili nu.* 1. *&* 2.

Quòd requiratur ſubhaſtatio in venditione pignoris, vel rei hypothecatæ, ità vt non valeat pactum, quod ea omiſſa, & non citato debitore poſſit vendi, vel quod ſi non redimatur intra certum tempus cedat creditori, niſi ſit adiectum pro iuſto pretio æſtimando, *l. fin.* vbi Bald. *C. de iur. dom. impet.* Iodoc. *d. tract. cap.* 3. *nu.* 34. *&c.* Magon. *deciſ. Flor.* 132. *nu.* 9. *&c.* Duran. *deciſ.* 445. *nu.* 80. vbi reprobat Neguſ. *de pign. in* 1. *memb.* 6. *part. n.* 47. *in fine*, vide Poſth. *de ſubhaſt. Inſpect.* 7. *per tot.* latè Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *c.* 15. *nu.* 67. *& ſeqq. per tot.* vbi de omni genere pignoris, Mangil. *de ſubhaſt. quaeſt.* 21. Saluſt. Tiber. *in prax. lib.* 1. *cap.* 42. Cala *d. quaeſt.* 20.

Item eſt neceſſaria ſubhaſtatio in venditione fienda per executores teſtamentarios ad effectum exequendi voluntatem teſtatoris, quia ex auctoritate illis data, non videtur remiſſa, cùm non leuis, ſed maxima repntetur ſolemnitas, & quia regulare, ac indubitatum eſt ſemper eſſe adhibendam in venditionibus bonorum abſentium, Bart. *in l. alio ff. de alim. & cib. legat.* Alex. *in l. fundus qui ff. de reſcind. vendit. & in l. Ordo, C. de exec. rei iud.* Iodoc. *d. tract. c.* 3. *n.* 28. *&c.* Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 479. *n.* 8. *&c.* Poſth. *de ſubhaſt. Inſpect.* 5. *per tot.*

Item requiritur in omni venditione quæ fit à fiſco, ſiue de bonis ſuis, ſiue alterius propter debitum ſibi ſoluendum, *l. addicto, C. ſi aduerſ. fiſc. reſtit. poſtul.* Iodoc. *d. cap.* 3. *num.* 32. vbi etiam quid in locatione, & videtur negatiuè concludere iuxta *gloſ. in l. quamuis C. de vendit. rerum Ciuit. lib.* 11. *in verb. publici prædij*, & ibi Bart. *gloſ. in l.* 3. *C. de fund. patrim. lib.* 11. *in verb. licitatio*, vbi diſtinguit inter locationem perpetuam, & temporalem, latè Franciſc. de Amaya *in lib.* 3. *C. de fide, & iur. haſtæ fiſc. lib.* 10. *fol. mihi* 53. *& ſeqq.* Hier. Cala *d. quaeſt.* 20.

Quòd ſit neceſſaria in venditione rerum fiſcalium, & bonorum debitorum fiſci, quando fiſcus illa vendit vt ſua; item in venditione rerum patrimonialium Principis; item in locatione vectigalium, & aliarum rerum fiſcalium, Mangil. *de ſubhaſt. quaeſt.* 34. Peregrin. *de iur. fiſc. lib.* 6. *tit.* 4. *num.* 1. *&c.* Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 15. *nu.* 65. *& ſeqq.* latè Sanfelic. *deciſ.* 332. *cum plena addit.* vbi quòd poteſt remitti quando venditio fit à Rege, vel Prorege, vel offertur iuſtum pretium, vel ceſſat ſuſpicio fraudis, Caluin. *de æquit. lib.* 3. *cap.* 206. vbi quòd res fiſci vendi poſſint, omiſſa aliquando ſubhaſtatione, vide Amaya *loc. cit.*

Quòd ſubhaſtatio hodie non ſit neceſſaria in alienatione rerum Ciuitatis, vel Eccleſiæ, Gratian. *diſcept. for. cap.* 479. *nu.* 14. *&c. cap.* 364. *nu.* 24. *&c. cap.* 861. *nu.* 19. *&c.* Poſth. *de ſubhaſt. inſpect.* 3. *nu.* 47. *&c.*

An requiratur in venditione rerum Ciuitatis, ſiue Reipublicæ aliquos affirmantes refert Fontanel. *deciſ.* 519. *&* 520. Ridolphin. *d. cap.* 15. *num.* 63. *&c.* vbi tamen dicit procedere ſi adeſſet ſtatutum particulare, aliàs ſecus de iure communi, cùm ſufficiat præſentia Officialis Communitatis.

Subhaſtatio ex quibus cauſis reddatur nulla, ita vt bo- 3
na vendita ſub haſta, poſſint reuocari, vide Gratian. *diſcept. for. cap.* 7. *per tot. cap.* 326. *num.* 5. *etc. c.* 545. *per tot.* Poſth. *de ſubhaſt. inſpect.* 62. *per tot.* Merlin. *deciſ.* 24. dixi in §. *Poſſeſſio num.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 215. vbi quòd nulla deliberatio ſi fiat pro re debita, non liquidato prius illius pretio per communem æſtimationem, ita vt non ſufficiat oblatoris, vel debitoris voluntas, vel ſi fiat vnica oblatione, cùm ſaltem tres oblatores requirantur, vel per imaginariam, ſiue ſuppoſitam licitatoris perſonam, Bich. *deciſ.* 179. *num.* 13.

Quòd ſubhaſtatio ſit nulla ex defectu citationis, termini ad reluendum, trium licitatorum, ſiue oblatorum, & pecuniæ numeratæ Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 9. *num.* 10. *et ſeqq.* Poſth. *de ſubhaſt. inſpect.* 23. 24. 37. *etc.*

Item eſt nulla ſi non præceſſit liquidatio debiti, Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 131. *per tot. deciſ.* 307. *num.* 8. *deciſ.* 311. *num.* 4.

Item ſi fiat in bonis alterius quam debitoris etiam pro parte, vel ex defectu citationis, vel ratione exceſſus, vel læſionis, &c. Rot. *d. part.* 12. *deciſ.* 138. *per tot. deciſ.* 322. *infra num.* 13.

Qualiter autem poſſit ſubhaſtatio ſaluari, & defendi à nullitate propter exceſſum, vel non præcedentem liquidationem crediti, vide Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 395. *per tot.*

Quòd ſubhaſtatio legitimè facta in executionem virtute ſententiæ captis, non reuocetur licèt ſententia poſteà retractetur, ex nouiter deductis, nec detur actio ad rem contrà emptorem, ſed tantùm contrà victum ad pretium habitum reſtituendum, quia non debet tanta ſolemnitas vitiari, Francb. *dec.* 660. *per tot. et deciſ.* 120. *nu.* 8. ſequitur Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 272. *n.* 2. *et ſeqq.* vbi tamen quòd contrarium eſſet dicendum, ſi adiudicatio eſſet nulla, vel facta creditori tanquam puro, & mero creditori, ſecùs ſi vt extraneo licitatori, vt ſupra facit in §. *Oblatio nu.* 6. *part.* 13. *recent. deciſ.* 238. *nu.* 1. *etc.*

Subhaſtatio non eſt neceſſaria quotieſcunque poteſt in 4
nundinis pretium rei certificari, veluti ſi agatur de pecunia, frumento, vino, oleo, caſeo, & ſimilibus, quia cùm tunc ceſſet periculum colluſionis poſſunt vendi, vel aſſignari creditoribus ſine dicta ſolemnitate, licet eſſet à ſtatuto requiſita pro ſatisfaciendo creditoris, niſi tamen ageretur de gemmis, vel alijs rebus pretioſis, in quibus vltrà iuſtum pretium poſſit cadere affectio, & carius vendi, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 811. *num.* 9. *etc.* Poſth. *de ſubhaſt. inſpect.* 3. *num.* 58. *etc. et inſpect.* 7. *num.* 28. *etc.* vbi latius.

Quòd non ſit neceſſaria ſubhaſtatio, quando res data in ſolutum minus valet, quam ſit debitum, Paul. *in l. à Diuo Pio §. Si Pignora de re iud.* Seraphin. *deciſ.* 984. *num.* 5. vide Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 15. *num.* 71. *et ſeqq.* vbi facit regulam in venditione, ſiue adiudicatione pignoris pretorij requiri ſubhaſtationem, quam quatuor modis limitat, & declarat.

Subhaſtatio, vel deliberatio ſub haſta non poteſt fieri 5
præſente pecunia, aliàs eſſet nulla, *l. à D. Pio §. Sed ſi emptor*, vbi Aret. *num.* 4. *de re iud.* Poſth. *de ſubhaſt. inſpect.* 37. *nu.*

Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 326. *nu.* 6. vbi etiam de alijs nullitatibus ob non exiſtentiam crediti, & defectum citationis, niſi aliter probetur ſeruari de conſuetudine in ſpecie, vel niſi conſentiret creditor, ità vt debitor remaneat liberatus, Ludouiſ. *deciſ.* 22. *per tot.* vbi Beltramin. *in Addit.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 7. *num.* 6. *etc. cap.* 131. *num.* 5. *etc. cap.* 326. *num.* 5. *etc. num.* 14. *etc.* vbi plura, & quòd non referat an ſatisfactio fiat cum pecunia, vel alia re, non tamen ſufficiat promiſſio de accolando tur debita, ſequitur omnia prædicta idem Ludouiſ. *deciſ.* 28. Duran. *deciſ.* 257. *num.* 10. *et ſeqq.* vbi quòd dictus conſenſus debet interuenire in ipſo actu, & non poſt, & requiritur

etiam ille debitoris quando ei debet aliquod reſiduum re-
ſtitui, de hac concluſione latè Ridolphin. *in prax. part.* 1.
c. 15. *num.* 111. *& ſeqq. ad* 117. Mangil. *de ſubhaſt. quaeſt.*
115. Ricc. *Collect.* 3527.

Quòd ſubhaſtatio non vitietur, licèt bona plus valeant
ſi illud plus reſtituatur debitori, vel deponatur, Rot. *part.*
10. *recent. deciſ.* 112. *num.* 14. *&c. part.* 18. *tom.* 1 *deciſ.* 1. *per
tot.* vbi quòd etiam reſiduum relinqui poteſt penes delibe-
ratarium cum ſolutione fructuum, ac ſuſtinetur pro fructi-
bus decurrendis, non tamen vt creditori ſoluantur, ſed vt
ei tantùm præcaueatur.

Qualiter ſubhaſtatio, & deliberatio facta iuxta conſue-
tudinem loci ſit valida, etiamſi non fuerint ſeruatæ ſolem-
nitates iuris communia, veluti citationis, præſentis pecu-
niæ, trium oblatorum, & huiuſmodi, de quibus ſupra *nu.* 3.
& infra nu. 7. *&c.* ita vt potius ſtari debeat dictæ conſuetu-
dini, quàm iuris diſpoſitioni, & pro illa probanda remiſſo-
ria concedi, benè Bich. *dec.* 477. *per tot.*

6 Subhaſtatio vt ſit valida, debet præcedere æſtimatio, *l. ſi
quos C. de reſcin. vend.* Roland. *conſ.* 32. *nu.* 33. *lib.* 1. Af-
flict. *deciſ.* 88. *num.* 5. *&c.* Saluſt. Tiber. *in prax. lib.* 1. *cap.*
44. ſiue agatur de debito priuato, ſiue fiſcali, intelligendo
ſi poſtea ob deficientia licitatorum, vel oblatorum ſit fa-
cienda adiudicatio creditori, nam vbi adſunt Licitatores,
non eſt ita neceſſaria æſtimatio, Gratian. *diſcept. forenſ.
cap.* 545. *num.* 8. 11. 23. *&c. cap.* 7. *num.* 19. *cap.* 686. *num.*
3. *cap.* 706. *num.* 4. *&c.* Ridolphin. *in prax. part.* 1. *capit.*
15. *num.* 139. *&c.* Mangil. *de ſubhaſt. queſt.* 18. Rot. *deciſ.*
411. *num.* 9. *part.* 5. *recent.* & poſt eundem Mangil. *deciſ.*
18. *nu.* 8. Ricc. *Collect.* 4015. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 388.
num. 9. *& ſeqq.*

Quoad debitum priuatum contrarium tenere Rotam
teſtatur idem Gratian. *d. c.* 545. *nu.* 24. *& c.* 706. *nu.* 7. licèt
ipſe in *c.* 7. *nu.* 20. teneat requiri æſtimationem, etiam in
debito priuato, de quo vide Mangil. *d. queſt.* 18. *n.* 9. *& ſeqq.*
Ridolphin. *d. c.* 15. *num.* 145. vbi aliquibus modis iſtud de-
clarant, Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 499. *nu.* 5. vbi quòd dicta
æſtimatio de ſtylo Rotæ requiritur ſolum in ſubhaſtatione,
& adiudicatione pro credito fiſci, & exactione publicarum
functionum.

Quòd præcedere debeat æſtimatio, tam de iure commu-
ni, quàm vigore conſtitutionis Ægidianæ, quando proce-
ditur per viam dationis in ſolutum, Afflict. *deciſ.* 358. quem
ſequitur Penn. *deciſ.* 1371. *in Imolen. pecuniaria de Panta-
leonibus num.* 8. *& 9.* vbi tamen declarat non procedere
quando agitur per viam oblationis, quaſi tunc creditori li-
citanti, & plus offerenti conſignari poſſint bona ſine alia
æſtimatione, cùm admittatur ad offerendum, ſicuti quili-
bet alius extraneus, vt ibidem, & dixi in §. *Creditor nu.* 12.
& loquitur dicta deciſio in debito priuato, vide latè Poſt.
de ſubhaſtat. inſpect. 47. *per tot.* vbi quòd regulariter æſti-
matio non eſt neceſſaria in adiudicatione pro debito pri-
uato, ſed benè pro exactione publicarum functionum, &
pro credito fiſci.

Quòd adiudicatio fiat creditori tantùm in ſubſidium,
conſtito quòd in ſubhaſtatione non fuit repertus emptor
pro certo pretio, aliàs ſit nulla, maximè ſi non præceſſit
æſtimatio, quæ neceſſariò debet præcedere, Duran. *deciſ.*
27. *n.* 11. *&c.* Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *c.* 15. *n.* 136. *&c.*
Mangil. *de ſubhaſt. quaeſt.* 154. *n.* 5. *& ſeqq.* Rot. *part.* 16. *re-
cent. deciſ.* 27. *n.* 5. *& ſeqq.*

Quæ adiudicatio poteſt fieri, etiam creditori inuito
quando non fuit repertus ēptor, vel non obtulit iuſtum pre-
tium, quod dicitur iuxtà communem æſtimationem, Rot.
penes Poſt. *de ſubhaſt. deciſ.* 1. *per tot.* Ridolphin. *loc. cit. nu.*
137. *&c.* Afflict. *deciſ.* 350. *nu.* 5. Seraphin. *deciſ.* 1478. *nu.*
1. Gregor. & Beltramin. *deciſ.* 12. *n.* 1. *&c.* Mangil. *de ſub-
haſt. quaeſt.* 160. *nu.* 10. *&c.* Saluſt. Tiber. *in Prax. lib.* 1. *cap.*
44. *num.* 4. *&c.*

Exiſtimo autem quod dicta æſtimatio non ſit neceſſa-
ria, quando aliàs conſtat de iuſto rei valore, iuxta ea, quæ
dixi *ſupra num.* 4. nam quando pretium eſt adeò manife-
ſtum, vt non poſſit interuenire aliqua colluſio, vel agitur
de modico exceſſu, ſuſtinetur ſubhaſtatio abſque præceden-
te æſtimatione, ad tradita per Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 7. *n.*
22. Mangil. *de ſubhaſt. quaeſt.* 18. *n.* 7. *&c.* Ridolphin. *d. cap.*
15. *nu.* 143. *& 144.*

Quòd ſubhaſtatio, & alia ad perfectam adiudicationem
neceſſaria præſumantur ex ſpatio, & diuturnitate tempo-
ris, Afflict. *deciſ.* 178. *nu.* 8. *& 368. nu.* 2.

Intelligendo vbi concurrit obſeruantia pacifica, aliàs ſe-
cùs, Seraphin. *deciſ.* 984. *num.* 4. facit quod dixi in §. *So-
lemnitas num.*

Quòd bona debitoris non debeant viliori, & læſiuo
pretio ſubhaſtari, ſed dum non reperitur emptor, qui
iuſto pretio emat, debeant creditori per iudicem pro
iuſto pretio adiudicari, aliàs damnum imputetur ipſi
creditori, cuius culpa deuentum fuit ad ſubhaſtationem,
& ſi aliter fieret, poſſent magnæ committi fraudes in
damnum debitoris, Merlin. *deciſ.* 565. *num.* 3. Rot. *part.*
17. *recent. deciſ.* 151. vbi quòd ſubhaſtatio de re magni va-
loris pro paruo credito eſt ipſo iure nulla, & propter ma-
lam fidem tenetur emptor, vel creditor imputare fructus
in ſortem, ex quibus ſatisfactus tenetur rem reſtituere
etiam per viam manutentionis.

Subhaſtatio redditur nulla propter terminum ad reluen- 7
dum omiſſum, vel non aſſignatum debitori, ob defectum
citationis, & decreti de ſubhaſtando, ſicut etiam quan-
do procedit à radice infecta ob mandatum relaxatum in
maiori ſumma, quàm ſit debitum, Gratian. *diſcept. fur. cap.*
739. *num.* 22. *&c.* vide *in* §. *Terminus num.* 3. Merlin. *de-
ciſ.* 24. Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 371. vbi pro nullitate ex
defectu citationis alterius fratris æquale intereſſe haben-
tis, etiam quoad alium citatum iuxta notata in §. *Citatio
num.* 39. ac ex defectu affixionis edictorum, vel non ſerua-
ta forma illorum cum qualitate, quantitate, & ſpecifica-
tione bonorum, loci, & temporis, & non ſeruatione ſoliti
termini ad ſoluendum.

Quòd ad validitatem ſubhaſtationis plura requirantur,
& primò, vt conſtet de vero credito illius, ad cuius inſtan-
tiam fit; ſecundò, citatio partis; tertiò, decretum iudi-
cis; quartò, mandatum legitimum ſi fiat ad inſtantiam
procuratoris; quintò, vt fiat præſente pecunia; ſextò,
vt debitori fuerit aſſignatus terminus ad releuandum, qui
in mobilibus ſolet eſſe decem dierum, & in immobilibus
30. vel aliàs iuxta conſuetudinem locorum, ſiue arbitrio
iudicis; ſeptimò, vt præcedat edicta in loco iudicij, &
bonorum; octauò, ad minus tres oblationes, vel ſubha-
ſtationes; nonò, æſtimatio bonorum, ſubhaſtandorum;
decimò, vt ſeruetur forma mandati; & vndecimò, præ-
ſentia licitantis, vt obligetur ex ſua pollicitatione, licèt
enim ſubhaſtatio fiat ex cauſa neceſſaria, non tamen alte-
ratur natura venditionis, & debitor tenetur de euictione
prout hæc omnia latè declarat videndus Ridolphin. *in
prax.* 1. *cap.* 15. *num.* 92. *& ſeqq. per tot.* vbi plures alios
allegat, adde Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 237. *et part.* 17. *de-
ciſ.* 371. *in eadem cauſa.*

An autem ſubhaſtatio nulla quoad vnum poſſit ſuſtineri
quoad alios, Ridolphin. *loc. cit. n.* 151. *etc.*

Si tamen ſubhaſtatio fuerit facta iuxta tribunalis loci
ſtylum, qui probatur ex fide Curialium, non poteſt im-
pugnari ex defectu dictorum requiſitorum, Poſth. *de ſub-
haſt. inſpect.* 33. *num.* 6. Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 169.
per tot.

Subhaſtatio poteſt reſcindi per remedium *l.* 2. *C. de re- 8
ſcind. vendit.* vbi adeſt læſio vltrà dimidiam inſpecto valo-
re de tempore factæ ſubhaſtationis, & non antè, nec po-
ſteà, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 823. *nu.* 38. *et* 39. *c.* 926.
nu. 13. *etc.* vide in §. *Leſio*, *et* §. *Remedium num.* 36. Dian.
part. 1. *tract.* 8. *reſol.* 55. Mangil. *de ſubhaſt. queſt.* 18. *num.*
11. Caual. *deciſ.* 187. Burat. *deciſ.* 675. *nu.* 8. Ridolphin. *in
prax. part.* 1. *cap.* 15. *num.* 142. Poſth. *de ſubhaſt. inſpect.* 59.
num. 5. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 202. *num.* 6. *et part.* 12.
deciſ. 138. *num.* 18. *etc. part.* 14. *deciſ.* 178. *num.* 7. *et ſeqq.*
vbi quòd ſufficit læſio in ſexta parte quando fit ſubhaſtatio
contrà voluntatem domini, licet alias requiratur vltrà di-
midiam in venditione voluntaria, & quare, ac de modo
facili probandi huiuſmodi læſionem; ſed dicta deciſio fuit
reuocata *d. part.* 14. *deciſ.* 270. vbi fuit firmatum,
etiam in ſubhaſtatione requiri læſionem vltrà dimidiam,
iuxtà veriorem, & à Rota approbatam opinionem, &
non adeò facile eſſe læſionem probare, Rot. *part.* 15. *de-
ciſ.* 320. *et part.* 18. *deciſ.* 268. vbi etiam reprobatur *de-
ciſio Bichij* 609. firmans ſufficere læſionem in ſexta parte,
vt ſupra.

Quòd in ſubhaſtatione non præſumatur læſio, nec
probetur valor rei ex locationibus, ſed potius ex ſub-
haſtatione, ſaltem præſumptiuè, Rot. *part.* 18. *de-
ciſ.* 668.

An autem ſit licitum rogare amicos volentes emere,
ne plus

ne plus offerant certa quantitate, ad hoc vt rogans conſequatur rem pretio infimo, quod ſecundum illum modum vendendi iatius eſt, videtur negatiuè reſpondendum, quia dum alij erant parati plus offerre, impeditur venditor, ne illud plus conſequatur, ſed imò hoc licitum eſſe, & attribuendum induſtriæ emptoris, dummodò tamen re vera pretium ſit iuſtum, licèt infimum ſecundum latitudinem dicti modi, aliàs ſecùs, Dian. *part. 1. tract. 8. reſol. 76. & reſol. 55.* vbi de latitudine pretij in ſubhaſtationibus, vide in §. *Pretium nu. 2. verſus finem.*

9 Subhaſtationi ſi plures offerant, puta vnus decem, aliter quindecim, & alter viginti, & vltimus oblator, qui plus obtulit recedat, moriatur, vel aliàs non poſſit cogi ad ſoluendum pretium oblatum, an poſſit cogi ſecundus, qui obtulit quindecim, & iſto etiam deficiente an primus, qui obtulit decem, vel an potiùs primus remanſerit liberatus per oblationem ſecundi, & ſecundus per oblationem tertij, & ſic deinceps, dic quòd primi non remanent liberati, niſi ſubſequentes ſint idonei, & conueniri poſſint iuribus, & rationibus allegatis per Bald. *conſ. incip. Modus, & forma datiorum in Ciuitate Ancona, &c.* Bart. *in l. licitatio ff. de public. & vectig.* Iodoc. Damhouder. *tract. de ſubhaſt. cap. 4. num. 8. & ſeqq. & cap. 3. num. 26.* vbi citat Bald. contrarium tenentem, ex quo prima venditio non erat perfecta, ſed ſtabat in ſuſpenſo donec plus offeretur ab alio, & Caſtr. *in d. l. Licitatio,* limitantem quando adhuc non fuerat adiudicata ſecundo, vide latè Boer. *deciſ. 248. per tot.* Gutierez. *de Gabellis quæſt. 134. per tot.* Card. Tuſch. *lit. S. concl. 715. per tot.* Marcian. *diſput. for. cap. 91. per tot.* dixi in Pract. §. *Oblatori num. 3.* Paul. Chriſtin. *ad leg. Municip. tit. 7. art. 2. num. 18. in Addit.* vbi quòd primus non liberatur, & latè Conſtantin. Caſar. *Specul. Peregr. qq. quæſt. 37. 38. & 39.* vbi plura de reſtitutione in integrum in hac materia Cabal. *conſ. 130. per tot. lib. 1.* vide in §. *Oblatio num. 15.* Amaiam *in l. 1. C. de fide, & iur. haſt. fiſcal. lib. 10. num. 18. 39. & ſeqq.* Phœb. *deciſ. 136. part. 2.*

Quando offerens eſt minor, cùm non poſſit obligari ſine certis ſolemnitatibus, non poteſt compelli ad recipiendum bona, & ad pretium oblatum ſoluendum, Pic. *ad Stat. Vrb. gloſ. 7. in Addit. num. 321. &c.* Poſth. *de ſubhaſt. inſpect. 34. num. 127.*

Si alius eum ſuperet poteſt in integrum reſtitui, & recuperare quod neglexerit, modò ſua interſit, & ſimul perſoluat exceſſum ſiue adiectionem, quam alter emptor fecit *l. ſi in emptione* 35. vt refert Dian. *par. 9. tract. 8. reſol. 57. verſ. ſecundo.*

Qualiter licitator ſiue oblator ſuppoſitus à debitore ad impediendam adiudicationem ſit per iudicem repellendus, licet faceret maiorem oblationem, ſi poſteà latitet, & non compareat ad ſoluendam, Gratian. *diſcept. for. cap. 321. n. 19. &c.*

Quòd ſequuta oblatione plus offerentis dicatur ſtatim perfecta venditio, itaut fructus pendentes ex tunc pertineant ad emptorem, & offerentem, latè Ger. Spin. *conſ. 32.* vide in §. *Fructus num.*

An admittatur oblatio incerta, & relatiua, putà offerendo decem vltrà quaſcumque ſummas ab alijs oblatas, vel offerendas dixi in §. *Oblatio num. 15.* vbi quòd non.

Subhaſtatio ſolet quandoque fieri cum propoſitione præmij, ſiue lucri dandi plus offerenti pro aliqua rata illius maioris ſummæ oblatæ; iſtud tamen lucrum non deberetur quando offerens deficeret in dando fideiuſſores, niſi alteri remaneret incantus, etiam minus offerenti, quo caſu plus offerens, & deficiens amitteret tantùm vltimum lucrum, & non primum factum antequam ab alio ſuperaretur, amitteret autem omnia ſi ſit deueniendum ad nouam ſubhaſtationem ob defectum omnium oblatorum, & alia ad hoc propoſitum, de quibus maximè ſtandum eſt conſuetudini, Gutierez. *tract. de Gabell. quæſt. 152. &c.* latè Larrea *cum pluribus citatis Alleg. fiſc. 29. per tot.* vbi quando dicta præmia debeantur nec ne, Carleual. *de iudic. tit. 1. diſp. 8. per tot. fol. 303. &c.*

Quòd ſi ad alliciendum oblatores, falsò, & ſcienter per ſubhaſtatores aſſeratur, inueniri maius pretium, quam verè ſit oblatum vel per eoſdem ſubmitterentur, ſiue ſupponerentur oblatores, ſint puniendi ipſi ſubhaſtatores propter huiuſmodi fraudem adhibitam de crimine ſtellionatus arbitrio iudicis, & ipſis oblatoribus veris defalcari pro rata, quicquid plus obtulerunt ratione huiuſmodi falſæ aſſertionis, Gutierez. *de Gabell. quæſt. 147. per tot.*

Qualiter autem ob defectum primi conductoris ſit facienda noua locatio, & ſubhaſtatio periculo primi Gabellarij, vel conductoris, & an ſicuti ad eum ſpectat damnum ſi minus inueniatur, ita etiam ad eumdem ſpectet lucrum ſi pro maiori ſumma locetur, latè Larrea *Alleg. fiſc. 33. per tot.*

Subhaſtatione iam perfecta, & facta deliberatione rei ſubhaſtatæ plus offerenti in extinctione candelæ prout de more ſeruatur, ſi poſteà ſuperueniat nouus oblator plus offerens, an ſit admittendus, & audiendus, videtur dicendum quod non, quia tranſactis terminis incantus, & extincta candela, ſicuti oblator remanet obligatus, & non poteſt pœnitere, ità etiam videtur dicendum in ſubhaſtatore, vt non poſſit ad alios incantus procedere in præiudicium illius, cui primò tanquam plus offerenti fuit facta deliberatio in extinctione candelæ, cùm contractus dicatur iam perfectus, niſi agatur de venditione rei fiſci, Reipublicæ, Eccleſiæ, vel minoris, nam iſti priuilegiati, ſi fuerint læſi, poſſunt mediante beneficio reſtitutionis in integrum petere fieri nouos incantus, in quibus tamen pro pari ſumma, ſemper eſſet præferendus primus oblator, cui fuit facta deliberatio, ſi iterum vellet offerre, vnde Fontanel. *deciſ. 319. & 320.* Arias de Meſa *var. reſol. lib. 2. cap. 20. per tot.* Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib. 2. cap. 11. num. 34. & ſeqq.* Thor. *Compend. deciſ. Neap. verb. Oblatio,* Capyc & Maſul. *in Addit. deciſ. 36. num. 5. &c.* Card. Tuſch. *lit. O. concl. 81. num. 2. in fine lit. S. concluſ. 715. num. 9. &c.* Cabal. *conſ. deciſ. 130. num. 11. & ſeqq. lib. 1.* Ricc. *Collect. deciſ. 1726.* vbi adducit alias limitationes, veluti ſi agatur de intereſſe creditorum, vel ſtante læſione in ſexta parte, &c. Thor. *in Compend. deciſ. Neapol. verb. Oblatio,* Franciſ. Anton. Tranchedin. *Conſult. 68. per tot.* Anton. Amat. *Var. reſol. cap. 38. num. 3.* Salgad. *Labyrint. credit. part. 2. cap. 2. num. 12. & per tot.* vbi latè probat in concurſu creditorum limitari ſupradictam regulam, & nouum oblatorem meliorem conditionem facientem admitti, etiam poſt profectam ſubhaſtationem, & candelam extinctam, Didac. Mari. in Addit. ad Gizzarel. *deciſ. 5. nu. 12. & ſeqq.* Sanfelic. *deciſ. 103. & deciſ. 332. in Addit. ad verſ. verum dubitatur,* Caphar. *ſupracit. quæſt. 37. 38. & 39.* dixi in Pract. §. *Oblatori num. 6.* Dian. *part. 9. tract. 8. reſol. 57. verſ. tertio,* Ridolphin. *in Prax. part. 1. cap. 15. num. 123. & ſeqq.* vbi quòd quando ſuperuenerit nouus oblator plus offerens non debet ei fieri deliberatio, niſi prius intimato eo, qui anteà licitando vicerat, vt poſſit iterum ſi velit plus offerre, & alia de ſtylo Curiæ, adde Franciſc de Amaya *in l. 3. C. de fide, & iur. haſ. fiſc. lib. 10. nu. 26. & ſeqq. fol. mihi 56.* latè Hieron. Cala *tract. de reſtit. in integr. deneg. quæſt. 20. per tot.* Ganauer. *conſ. 2. per tot. poſt eiuſdem deciſiones.* 11

Qualiter offerens ad incantum, vel haſtam remaneat obligatus rebus ſic ſtantibus, ſecùs autem variato ſtatu bonorum, vt ſi erant plura capita pro vnico pretio in confuſo, & aliqua ſubſtrahantur, quia tunc eſt in electione oblatoris an velit alia, Tuſch. *lit. O. concl. 81. per tot.*

Quòd maior oblatur in ſubhaſtatione remaneat obligatus, ac teneatur emere, & pretium ſoluere, nec ſit locus pœnitentiæ, etiam de conſenſu creditorum poſt completam deliberationem, cùm ſit etiam quæſitum ius debitori pro reſiduo pretij, quicquid ſecùs ſit ante completam deliberationem, cùm tunc agatur de ſolo intereſſe creditorum, qui poſſunt illi renunciare, & alia, Duran. *deciſ. 445.* Poſth. *de ſubhaſt. Inſpect. 66. num. 13. &c.* Mangil. *eod. tract. quæſt. 71. num. 1. & ſeqq.* Rot. *part. 12. recent. deciſ. 12. nu. 7. & ſeqq. & dec. 110. in eadem cauſa,* vbi fuit confirmata prima deciſio, & quòd poteſt etiam coërctionibus perſonalibus adſtringi, & alia plura.

Subhaſtationi ſi plures offerant idem pretium eodem 12
temporis momento, quo tempus vel candela expirat, vel ſi ex multitudine licitantium non poſſit diſcerni quis fuerit vltimus, & plus offerens, quid agendum? varij varia dicunt, putantes aliqui locum eſſe gratificationi, alij diuiſioni, alij arbitrio iudicis, alij creditori maioris quantitatis, alij primo conductori, alij cognationi, & huiuſmodi iuxtà qualitatem caſuum; ſed iuſtius eſſe videtur nouam facere ſubhaſtationem, ad tradita per Ant.

Nigr. *de ſubbaſt. part. 1. cap. 7. §. 9. per tot. fol. 72.* facit quod dixi in §. *Brauium num. 1.*

13 Subhaſtatio, & deliberatio quando fuit nulla, non priuantur poſſeſſores ſua poſſeſſione per factum iudicis nulliter, & iniuſtè procedentis, ſed ſunt manutenendi, veluti quando deliberatio fuit facta pro minori pretio, quàm antea fuerit oblatum in maiori quantitate, cùm non ſit locus pœnitentiæ in præiudicium debitorum, Rot. *part. 13. recent. deciſ. 196. per tot.* Bich. *deciſ. 22.* Rot. *part. 17. deciſ. 151. ſupra nu. 6. in fine.*

Et ſtante nullitate ſubhaſtationis, nullum transfertur dominium in emptorem, nec cauſa acquiſitionis fructuum, ſed ſunt reſtituendi, Poſth. *de ſubbaſt. inſpect. 53. num. 65.* Rot. *poſt eum deciſ. 100. num. 9. & ſeqq. part. 5. recent. deciſ. 411. num. 26. & part. 13. deciſ. 326. n. 1. & ſeqq. & part. 17. deciſ. 151.*

Ex quibus autem cauſis reddatur nulla ſubhaſtatio, vide *ſupra nu. 3. &c.* Ludouiſ. com Beltramin. *deciſ. 319.* vbi de nullitate ex defectu citationis, quæ ſuffragatur etiam citatis ratione indiuiduitatis; ratione exceſſus, & non præſentis pecuniæ, & alia, Bich. *deciſ. 22.* vbi de nullitate ratione exceſſus in ſubhaſtando pluſquam fuerat in executione conceſſum, & defectus citationis debitoris, in noua oblatione poſt terminum re integra facta neceſſariæ quando debitor ex ea læditur, vel lædi poteſt, quicquid ſecùs ſit quoad citationem ceſſante læſione.

Si tamen ſubhaſtatio non ſit notoriè nulla, vel læſiua in duabus ex tribus partibus veri valoris rei ſubhaſtatæ, non poteſt reſcindi reintegrationis remedio extraordinario, ſed tantùm remedio ordinario, *l. 2. C. de reſcind. vendit.* vt benè diſtinguit Cagnol. *in d. l. 2. num. 81.* & Rot. *part. 15. recent. deciſ. 237. num. 1. & ſeqq.* vbi examinat, ac reijcit plures nullitates; *& part. 17. deciſ. 151.* vbi pro nullitate, & imputatione fructuum in ſortem propter malam fidem reſultantem ex enormiſſima læſione vltra dimidiam, ità vt ſatisfacto creditore ex fructibus detur manutentio debitori aduerſus deliberationem nullam, *& d. part. 17. deciſ. 371.* vbi fuerunt approbatæ nullitates, quæ in eadem cauſa fuerant reiectæ *d. part. 15. deciſ. 237.* & illis ſtantibus conceſſa reintegratio domino in bonis ſubhaſtatis, quæ ſemper dari ſolet ad fauorem ſpoliati ob adiudicationem nulliter paſſam.

14 De ſubhaſtatione aliqua Bertachin. *Repertor. verb. Subhaſtatio,* plura Hermoſill. *ad leg. partit. leg. 52. gloſ. 7. per tot. fol. mihi 699.* Salgad. *Labyrint. credit. part. 3. c. 2. 4. 12. &c.* Iul. Capon. *tom. 3. diſcept. 144.* Aſin. plenè *tract. de execut.* Berlich. *part. 1. concl. 81.* Io. Anton. ab Eccleſ. *part. 1. obſer. 120. cum pluribus ſeqq.* Mangil. *tract. de ſubbaſt.* Ant. Nigr. *eod. tract. per tot.* alijque plures citati à Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Subhaſtatio,* & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part. 5. eodem verb. fol. 664.*

Qualiter ſubhaſtatio poſſit reſcindi propter læſionem, & ex quibus læſio probetur, plenè Andreol. *contr. 390. per tot.* & vide in §. *Remedium nu. 34. & ſeqq.*

§. SVBROGATIO. XXXIII.

1 SVbrogatio non poteſt fieri, nec admittitur vbi eſt electa induſtria perſonæ, Gratian. *diſcept. for. cap. 978. nu. 33.* vide in §. *Induſtria num.*

Quòd ſobrogare volens aliquem in locum ſuum debeat eligere ſibi æqualem conditione, moribus, & ſcientia, Iaſ. *§. Fuerat n. 8. Inſtit. de act.* vbi plura.

2 Subrogatus in locum alterius debet eſſe eiuſdem iuris, & conditionis illius, in cuius locum ſubrogatur, & talis, qui altas à principio potuiſſet eligi ad huiuſmodi officium, aliàs ſubrogatio eſſet nulla, & quicquid geſtum fuerit per ſubrogatum, Iaſ. *in d. §. Fuerat num. 7.* Gratian. *diſcept. for. cap 801. nu. 5. &c.* Tuſch. *litt. S. concl. 757. per tot.* Gabriel. *de reg. iur concl. 2.* Ludouiſ. *deciſ. 115. n. 3.* Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. ſubrogatio,* vbi & alia remiſſiuè.

Quòd ſubſtitutus in Officio dicatur officialis ordinarius, gaudeat iiſdem immunitatibus, & poſſit continuare officium, etiam poſtea bannito, vel excommunicato ſobſtituente, Paul. Chriſtin. *deciſ. 26. num. 18. &c. vol. 5.*

An, & quando ſubſtituens teneatur de culpa ſubſtituti, eiuſque defectu, & alia ad propoſitum, idem Chriſtin. *dec. 123. num. 19. &c. vol. 5.* Seraphin. *deciſ. 527.* benè Ludouiſ. *deciſ. 233. per tot.* Rot. *part. 4. recent. deciſ. 379. num. 1. &c.* vide in §. *Officia num. 8.*

Subrogatus à teſtatore in locum illius, cui vſumfru- 3
ctum reliquerat, dicitur ſimplex vſusfructuarius, licèt adiecta fuerit prohibitio, vel facultas alienandi, quæ ſolent importare etiam proprietatem, vt dixi in §. *Vſusfructus num.* quia eſt attendenda voluntas teſtatoris, quotieſcumque de illa apparet, Gratian. *diſcept. for. c. 216. nu. 17. &c.*

Quòd ſubrogatus nil conſequatur, niſi conſtito de iuribus illius, in cuius locum ſubrogatur, Gratian. *diſcept. for. c. 780. nu. 6. & 13.*

Subrogatus, ſiue ſobrogatum ſapit naturam, & om- 4
nes qualitates illius, in cuius locum ſubrogatur, Iaſ. *in §. Fuerat num. 4. &c. Inſtit. de act.* Rot. *in Nouiſſ. part. 5. deciſ. 358. num. 7. deciſ. 118. num. 21.* Gratian. *diſcept. for. cap. 989. num. 22. cap. 491. num. 13. cap. 557. num. 60. cap. 700. num. 26. cap. 706. num. 67. cap. 719. num. 9. cap. 765. nu. 36. & 63. cap. 624. per tot. cap. 808. cap. 984. num. 33.* Magon. *deciſ. Flor. 35. num. 23. &c.* benè declarat Barboſ. *de Axiom. iur. Axiom. 213. per tot.* vide in §. *Quantitas num.* Tuſch. *litt. S. concl. 757. per tot.* Merlin. *dec. 445.* Ricch. *Collect. 2967.*

Quòd res ſubrogata habeat priuilegia rei in cuius locum ſubrogatur, Altograd. *conſ. 16. num. 33. lib. 1.* Merlin. *loc. cit. & deciſ. 607. num. 7. &c.* vbi quòd perſona ſubrogata dicitur eadem cum prima, & gaudet omnibus illius priuilegijs, *infra num. 7.*

Limita dictam concluſionem, ſi in ſubrogato deficiat qualitas, quæ aderat in ſubrogante, Gratian. *diſcept. for. c. 848. nu. 28. &c.* Sperel. *deciſ. 135. nu. 96. &c.*

Item limita quando ſubrogatio fit ad quid diuerſum, & maximè ſi agatur de repetitione qualitatis, & oneris odioſa, Magon. *d. deciſ. 35. num. 28. &c.* Sperel. *d. deciſ. 135. num. 96.*

Subrogatio bonorum in locum fideicommiſſi quando 5
dicatur facta, vel non à grauato, qui alienauit bona fideicommiſſi, & ex pretio emit alia bona, ità vt empta veniant in reſtitutione tanquam ſubrogata in locum alienatorum, latè Tuſch. *litt. S. concl. 758. per tot.* vide in §. *Bona n. 27.* Merlin. *deciſ. 428.* Rot. *part. 13. recent. deciſ. 66. n. 2. & ſeqq. part. 14. deciſ. 217. n. 6. & ſeqq. & part. 18. deciſ. 141. per tot. & deciſ. 545. nu. 2. &c.*

Quòd bona ſubrogata ſint obnoxia eiſdem obligationibus, quibus erant obnoxia bona, in quorum locum fuerunt ſubrogata, Gregor. *deciſ. 60. nu. 1.* Buratt. *deciſ. 913. nu. 9.* Gratian. *diſcept. for. cap 943. num. 8. & ſeqq.* Rot. *part. 11. recent. deciſ. 4. num. 2.* vbi quoad hypothecam, & immiſſionem ex Saluiano.

Quòd dicta ſobrogatio fideicommiſſi debeat eſſe expreſſa, & ex cauſa neceſſitatis, vel maioris vtilitatis, & ſine læſione fideicommiſſariorum, & vlterius cum licentia Principis, Bich. *deciſ. 62. nu. 8. & ſeqq.* vel de voluntate partium, idem Bich. *deciſ. 260. nu. 7.*

Quòd non ſuſtineatur ſine conſenſu omnium vocatorum, Rot. *part. 15. recent. deciſ. 40. num. 2. & deciſ. 41. num. 4.*

Subrogatus gratioſè in beneficio, vt poſſit obtinere 6
immiſſionem debet tria probare, nempè litem ſuper titulo beneficij, Clericatum, & obitum poſſeſſoris, in cuius locom petit ſubrogari, & qualiter iſta probentur, Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ. 307. & 335.* Rot. *in Meſſanen. Archipresbyteratus 29. Aprilis 1641.* coram Cerro *in recent. part. 9. vol. 1. deciſ. 17. per tot. deciſ. 42. num. 8. et ſeqq. & deciſ. 244. d. part. 9.* vbi quòd debet illi adiudicari beneficium, licèt alius poſſideat, ſi de titulo ſufficienti non doceat, *et deciſ. 259. n. 3. et n. 14. et ſeqq. d. part. 9. et deciſ. 305. per tot. eadem part. 9. et deciſ. 371. d. part. 9. et deciſ. 468.* ac alibi ſæpe, & præcipuè *part. 10. recent. deciſ. 164. 167. et part. 11. deciſ. 80. deciſ. 335. part. 12. deciſ. 89. per tot. et deciſ. 177.* vbi an dictus ſubrogatus ſit alijs præferendus, *et deciſ. 277. et deciſ. 365.* vbi quæ ſint probanda, & an procedat in beneficijs vnitis, *et part. 13. deciſ. 104. et deciſ. 254. et 405. et part. 16. deciſ. 174. per tot. et deciſ. 217. d. part. 16. et part. 18. deciſ. 719. per tot.* vbi plura de multiplici ſubrogationum genere; & de ſubrogatione gratioſa, illiuſque requiſitis, Rot. *part. 19. deciſ. 281.*

Item ſi velit admitti vigore ſubrogationis gratioſæ à Papa obtentæ, contrà prouiſum ab Ordinario Cardinali vigore indulti, eò quia beneficium ſit duplici reſeruatione affectũ,

quo caſu indultum Cardinalis non ſuffragatur, qualiter teneatur dictam duplicem reſeruationem probare, latè Rot. *part. 9. recent. deciſ.* 350. *per tot.* vbi agebatur de reſeruatione, ex cauſa Protonotariatus, & Collectoris, ſiue Subcollectoris, & quomodo vtcumque poſſit, & debeat probari ad dictum effectum, vide in §. *Indultum nu.* 7. *&* §. *Beneficium nu.* 14.

Qualiter ſubrogatus gratioſè poſſit abſque vitio attentatorum, etiam lite pendente capere poſſeſſionem beneficij propria auctoritate, (quicquid ſecùs ſit in ſubrogato in forma rigoroſa, & quare) ſiue ſit vacans, ſiue plena, & ab alio occupata titulo collationis habitæ ab alio inferiori collatore, ipſo etiam poſſeſſore non citato, dummodò tamen illius poſſeſſio ſit improba, infecta, & notoriè attentata, quia tunc perindè eſt ac ſi poſſeſſio eſſet vacua, ſecùs autem ſi prima poſſeſſio eſſet ritè, & rectè capta, vide Put. *deciſ.* 208. *lib.* 1. Mohed. *deciſ.* 11. *vt lit. pendent.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 429. & plenius *part.* 10. *deciſ.* 57. *per tot.* vide in §. *Poſſeſſio nu.* 8. *&c.*

Alia plura in dicta materia ſubrogationis in beneficialibus, Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 124. *per tot. & dec.* 191. *per tot. ac alibi in ſupracit. deciſ. & part.* 13. *deciſ.* 307. *per tot. & deciſ.* 322. *per tot. & deciſ.* 367. *part.* 15. *deciſ.* 291. *part.* 16. *deciſ.* 174. *per tot. & deciſ.* 217. Lotter. *de re benef. lib.* 3. *quæſt.* 13. Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 165. *&* 719. *per tot.*

Quòd regula de ſubrogandis collitigantibus non habeat locum in iure patronatu, & quare, late Martha *vot. Poſ.* 74. *per tot.* ſed vide Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 174. vbi quòd præſentatio facta à patronis pendente lite ſuper titulo beneficij dicitur attentata, ac ideò præfertur gratioſè ſubrogatus docens de debitis requiſitis, vt ſupra, cum innitatur magis iuſtitiæ, quam gratiæ.

Qualiter ſubrogatio debeat dari collitiganti in beneficio, niſi lis fuerit calumnioſa, ex quibus ad hunc effectum inducatur lis, & calumnia excludatur, Ludouiſ. *deciſ.* 27. *per tot.* cum Beltramin. *& deciſ.* 305. *num.* 6. *&* 335. *nu.* 3. *& ſeqq.* Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 427. *per tot.* vbi plura, & *deciſ.* 627. *per tot.*

An, & quando debeatur immiſſio vigore ſubrogationis gratioſæ, & alia ad rem, idem Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 306. 307. *& deciſ.* 335. *per tot.* Bich. *deciſ.* 198. 405. *&* 545. *per tot.* Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 174. *&* 217. *per tot. & part.* 17. *deciſ.* 91. vbi reprobatur Beltramin. *ad dictam deciſ.* 305.

An verò ſubrogatus vt ſuprà in beneficio litigioſo amittat ius proſequendi litem quoad fructus decurſos, latè Frances *var. reſol. cap.* 5. *per tot.* vbi quòd non ex pluribus.

Quòd fructus beneficij ſequeſtrati debeantur gratioſè
6 ſubrogato, Rot. *part.* 19. *recent. deciſ.* 289.

7 Subrogatio non tribuit ſubrogato exemptionem, niſi docto de exemptione illius, in cuius locum ſubrogatur, & debet eſſe expreſſa, & facta ab homine non transfert in ſubrogatum priuilegia principalis, Rimin. iun. *conſ.* 18. *num.* 88. Girond. *de priuil. num.* 313. Rot. penes Poſth. *de manutent. deciſ.* 151. *num.* 9. *& part.* 3. *recent. deciſ.* 95. *num.* 5. *part.* 4. *deciſ.* 402. *num.* 1. *& part.* 10. *deciſ.* 333. *nu.* 35. *&* 36. vbi de bonis ſubrogatis in locum aliorum bonorum à decimis exemptorum, an ſint & ipſa exempta, & concludit vt ſupra.

An autem, & quando priuilegia, & iura antiquorum Abbatum, & Monachorum, tranſeant in alios in illorum locum ſubrogatos, ſiue principaliter inſtitutos, vel non, & quid ſi in ſuppreſſione, & noua erectione Pontifex declarauerit nolle præiudicare priuilegijs, vide Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 33. *nu.* 14. *& ſeqq.*

8 De ſubrogatione, & ſubrogatis aliqui Bertachin. *Repert. verb. Subrogatio*, & Ioſeph. Felin. *Margar. var. concl. eod. verb.* Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.* 1. *verb. Subrogatus*, Giurb. *ad conſuet. Meſſan. cap.* 42. *gloſ.* 2. Vela *Differt.* 27. *num.* 8. Garſia *de benef. part.* 6. *cap.* 4. Caſtil. *de tertijs cap.* 4. *per tot.* Maſtril. *deciſ.* 200. *per tot.* cæterique indicati à Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Subrogatio, Subrogatum*, & Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *eod. verb. fol.* 667.

§. SVBSTANTIA. XXXIV.

SVbſtantia actus debet prius probari, & conſtare antequam quæratur, ſiue agatur de qualitate illi inhærente, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 657. *num.* 38. *& c. cap.* 688. *num.* 36. *cap.* 700. *num.* 48. *cap.* 899. *num.* 12. *cap.* 988. *num.* 16. *&c.* 1

Nec mutatur per quamcumque multiplicationem verborum, idem Gratian. *cap.* 764. *nu.* 35. *&c.*

Quid ſit ſubſtantia, & quomodo differat à ſolemnitate, forma, & ordine, Tuſch. *litt. S. concl.* 771. *&* 772. vbi etiam qualiter vitietur actus plura ſubſtantialia requirens, ſi in aliquo deficiat.

Subſtantialia contractus dicuntur ea, ſine quibus non poteſt dare diſpoſitio, vt in emptione, res, conſenſus, & pretium, in mutuo quod conſiſtat in pondere, numero, & menſura, ac idem in genere reſtituatur, *gloſ. in l. pacta conuenta ff. de contrah. emp.* Cenc. *de Cenſ. quæſt.* 53. *nu.* 16. *&c.* vide in §. *Contractus num.* §. *Naturalia num.* Tuſch. *d. concl.* 771. *&* 772. *per tot.* 2

Subſtantialia iudicij quæ ſint, vt illis non ſeruatis ſententia reddatur nulla, Peregrin. *deciſ.* 137. *per tot.* vbi de libello, citatione, litis conteſtatione, iuramento calumniæ, publicatione, concluſione, cauſæ cognitione, ſententia, &c. 3

Quòd ſubſtantia ſit res habens quidditatem, cui debetur eſſe per ſe, & non in alio ſubiecto ſecundum D. Thom. 1. *part. ſum. q.* 3. *art.* 5. & de ſubſtantialibus contractus, probationis, & iudicij, Bertachin. *Repertor. verb. Subſtantia*, Scacc. *de iudic. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 50. *et ſeqq.* & alij citati à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *verb. Subſtantia fol.* 669. 4

§. SVBSTITVTIO. XXXV.

SVbſtitutio nil aliud eſt in ſubſtantia quam ſecunda hæredis inſtitutio, quæ ſcilicet fit poſt primam, vel in locum primæ deficientis, vel eſt ſecundaria, & conditionalis inſtitutio, quia tunc demum ſubſtitutus obtinet, ſi primo loco inſtitutus hæreditatem non adeat, vel quia nolit, vel quia non poſſit; non poteſt eſſe ſubſtitutio ſine inſtitutione, & ſubſtituti dicuntur ſecundi hæredes, etiam ſi ſint vlteriores, vt quia ſint plures gradus ſubſtitutionum, eo quod in locum primi hæredis inſtituti deficientis veniant, *gloſ. et DD. in Rub. ff. de vulg. ſubſtit.* Omot. *in* §. 1. *Inſtit. de vulg. ſubſtit. num.* 3. *etc.* Rolandin. *de teſtam. Rub.* 22. *etc.* Dict. *de art. teſt. tit.* 5. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 5. *tit.* 1. *etc.* Tuſch. *litt. S. concluſ.* 773. *per tot.* & plura de ſubſtitutionibus remiſſiuè Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Subſtitutio per tot.* 1

Subſtitutionem non præſumi, ſed ab allegante eſſe probandam, & quomodo poſſit probari per teſtes, etiamſi non appareat ex teſtamento per omiſſionem Notarij, Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1342. 1343. *per tot.*

Subſtitutio principaliter diuiditur in directam, & obliquam, directa dicitur illa, per quam ſubſtitutus directè, immediatè, & ſine alterius miniſterio vocatur ad hæreditatem teſtatoris; Obliqua, eſt illa per quam ſubſtitutus capit hæreditatem ex manu alterius, & ſic quando via obliqua, & per interpoſitam perſonam hæreditas defuncti ad aliquem deuoluitur, & iſta appellatur etiam precaria, vel fideicommiſſa hæreditas; dignoſcitur vtraque a verbis, quibus eſt concepta, ſed in dubio debet interpretari, vt potius ſit directa, quam obliqua, quia directa eſt fauorabilis, obliqua verò eſt odioſa tanquam onus, & grauamen inducens, Omot. *d.* §. 1. *Inſtit. de vulg. ſubſtit. num.* 6. & latè Mantic. *de coniect. vltim. volunt. d. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 3. *et ſeqq. infra num.* 6. *et* 7. Tuſch. *litt. S. concl.* 776. *cum pluribus ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 13. *num.* 5. *etc. vol.* 4. Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1346. *per tot.* 2

Quando dicatur directa, vel obliqua, Altograd. *conſ.* 76. *num.* 1. *etc. lib.* 1. Tuſch. *loc. cit. concl.* 778. *etc.* Ricc. *Collect.* 2843. *etc.*

Quòd ſubſtitutio collata in libera alterius voluntatem non ſubſiſtat, Paris. *conſ.* 38. *lib.* 3. Peregrin. *de fideicom. art.* 33. *num.* 52. *etc.* Rot. *part.* 6. *recent. deciſ.* 350. *nu.* 4. *et part.* 14. *deciſ.* 240. *nu.* 13.

3 Subſtitutio directa continet ſub ſe quinque ſpecies, nam alia eſt vulgaris, alia pupillaris, alia exemplaris, alia breuiloqua, ſiue reciproca, & alia compendioſa, *gloſ. in Rub. ff. de vulg. ſubſtit. & in cap. Raynutius de teſtam.* Oinot. *in d. §. 1. num. 7.* plenè Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 5. per tot.* Mattha *de ſucceſſ. legal. part. 4. quaſt. 29. cum pluribus ſeqq.* Tuſch. *litt. S. concl. 773. n. 16.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 15. & ſeqq. vol. 4.*

A quibus poſſit fieri ſubſtitutio directa, vel non, an obliquetur, & quando ſecùs, in quibus differat à fideicommiſſaria, & alij, plenè Tuſch. *litt. S. concluſ. 780. cum pluribus ſeqq.*

4 Subſtitutio vulgaris eſt ſecundi hæredis in locum, ſeu gradum primi non adeuntis inſtitutio ſic dicta, quia à quolibet de populo idoneo tamen, & ciuiliter capaci vulgaribus, apertis, & communiter vſitatis verbis fieri poſſit; & eſt duplex expreſſa ſcilicet, & tacita, expreſſa his verbis negatiuis, veluti *Titius heres meus eſto, & ſi ille heres non erat Caius heres eſto*; tacita quæ fit verbis affirmatiuis negationem tamen tacitè includentibus, veluti cum duo inſtituuntur hæredes, & inuicem ſubſtituuntur, vel ſic, vter ex illis vixerit hæres ſit, quo caſu ſi vterque vixerit, ambo hæres erunt, ſi verò vnus nolit, vel non poſſit eſſe hæres, alter ſolus hæres erit, & tunc dicta verba, *eos inuicem ſubſtituo*, non important reciprocam ſubſtitutionem, ita vt ſi vnus adita hæreditate decedat, alter ei ſuccedat, ſed ſtatim facta aditione ſubſtitutio expirat, & hæreditas ad ſuos hæredes tranſmittitur, & non ad ſubſtitutum per vulgarem tacitam, *l. Titius, & Seius ff. de hered. Inſtit. l. poſt aditam C. de impub. & alijs ſubſtit.* Batt. *in l. 1. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* Oinot. *in §. 1. Inſtit. eod. num. 8. &c.* latè videndus Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 5. tit. 5. cum plurib. ſeqq.* vbi agit de coniecturis, quæ verſantur circa vulgarem ſubſtitutionem; de tacita vulgari quomodo, & quot modis fiat, & intelligatur ex verbis, & mente teſtatoris *tit. 3.* ex quibus coniecturis excludatur tacita vulgaris *tit. 4. de virtute, & effectibus tacita vulgaris tit. 5.* & quomodo extinguatur *tit. 6.* latè etiam Martha *de ſucceſſ. legal. part. 4. quaſt. 31. per tot.* vbi quando dicatur facta ſubſtitutio vulgaris, quas ſubſtitutiones comprehendat, in quibus rebus fieri poſſit, facta pluribus quando locum habeat, & quando expiret.

Quæ dicatur ſubſtitutio vulgaris, quando tacita, vel expreſſa, quando fideicommiſſaria, quomodo cognoſcatur vna ab altera, qualiter contineat pupillarem, & è contra, an poſſit fieri in re particulari, quibus fieri poſſit, vel non, quos caſus comprehendat, quando expiret, vel non, & alia, latè Tuſch. *litt. S. concl. 800. & ſeqq. ad* 817. Paul. Chriſtin. *deciſ. 15. &c. vol. 4.* Ioſeph. Feliu. Cerezo *in Margar. var. concl. verb. Vulgaris per tot. fol.* 134. vbi aliqua non ſpernenda.

5 Subſtitutio vulgaris poteſt fieri verbis generalibus, veluti cùm teſtator dicit, *Titium, & Sempronium heredes inſtituo, eoſque inuicem ſubſtituo*, & verbis ſpecialibus veluti, *Si Titius heres non erit, Caius heres eſto*: huiuſque ſubſtitutionis plures ſunt effectus, nam primò facit ſubſtitutum admitti ad hæreditatem, ſi inſtitutus non ſit hæres, & vt tantùm conſequutus ex ſubſtitutione, quantum conſequuturus fuiſſet hæres ex inſtitutione; ſecundò, vt teſtamentum poſſit aſſumere vires à ſubſtituto; tertiò, vt ad ſubſtitutum perueniant tantùm bona ipſius teſtatoris, non autem propria illius, cui ſuit ſubſtitutus; quartò, vt vulgaris expreſſa contineat tacitam pupillarem; quintò facit de ſuo, & neceſſario hærede voluntarium hæredem, ita vt filius, cui ſuit datus ſubſtitutus poſſit non ſolum de iure prætorio, ſed etiam de iure ciuili iſto caſu abſtinere, de quibus, & alijs plenè Bart. & alij *in l. 1. ff. de vulg. & pupill.* Zaſ. *tract. de ſubſtitut.* Oinot. *in d. §. 1. num. 11. &c. Inſtit. de vulg. ſubſtit.* Mantic. & Martha in *loc. cit.* Pract. Papp. *libell. ex ſubſtit. gloſſ. 2. nu. 16. &c.* latè Tuſch. *litt. S. concluſ. 802. &c.*

Quòd ſubſtitutio vulgaris comprehendat noleitatis, & impotentiæ caſum, quæ impotentia verificatur, ſiue inſtitutus decedat ante teſtatorem, ſiue poſt, Magon. *deciſ. Florent. 4. num. 3. &c. infra num. 34.* Surd. *deciſ. 37. per tot.* Altograd. *conſ. 76. num. 8. 9. 10. 19. 49. & per tot.* Tuſch. *litt. S. concluſ. 809. per tot.* vbi etiam an poſſit extendi.

Quòd ſubſtitutus vulgaris excludatur per hæredem hæredis mortui infra tempus deliberandi, quod tranſmittitur, Bald. Papp. *Libell. ex ſubſtit. gloſſ. 2. num. 5.* Paul. Chriſtio *deciſ. 17. num. 2.* vbi quòd talis ſubſtitutus non admittitur, niſi cum prorſus ceſſat ius tranſmiſſionis, quæ ſubſtitutioni præfertur, vide Noal. *de tranſmiſ. caſ. 8.* Fuſar. *de ſubſtit. quaſt. 46.* Rot. *part. 13. recent. deciſ. 527. nu. 21. & ſeqq.*

Si ſubſtitutio fiat incapaci, an efficiatur locus ſucceſſioni ab inteſtato, vel ipſi ſubſtituto, Tuſch. *litt. S. concluſ. 852. per tot.*

6 Subſtitutio vulgaris expirat adita hæreditate per primum inſtitutum, etiam ſi plures eſſent gradus ſubſtitutionis, nam quoad omnes expirat, *l. poſt aditam C. de impub. & alij ſubſtitut. l. ſi mater §. fin. ff. de vulg. & pupill.* Oinot. in §. 1. *Inſtitut. eod. num. 13. &c.* latè declarat Martha *de ſucceſſ. legal. part. 4. quaſt. 31. art. 5. per tot.* Mantic. *de conіect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 6. per tot.* Pract. Papp. *libell. ex ſubſtitut. gloſſ. 2. num. 8. &c.* vbi etiam an tacita contenta in expreſſa pupillari expiret, expirante expreſſa pupillari, ſi nondum ſit adita hæreditas, & videtur concludere quòd non regulariter, nam vitiato expreſſo non vitiatur tacitum, ſed diſtingue cum Bart. *in l. 1. num. 56. &c. ff. de vulg. & pupill.* & vide late Mantic. *d. tit. 6. per tot.* vbi plura hincinde Caualet. *deciſ. 496. num. 1. &c.* latè Tuſch. *litt. S. concluſ.* 810. *vſque ad* 813. vbi etiam quando expiret expirata principali, in qua continetur, quando per mortem primi inſtituti ante teſtatorem, & quando per mortem ſubſtituti, & *concluſ. 853. per tot.* vbi de omni ſubſtitutione.

An, & quando ſubſtitutus vulgaris veniat ſub nomine hæredum, Altograd. *conſ. 49. num. 43. & ſeqq. per tot. lib. 1.*

Reſtauratur tamen ſubſtitutio vulgaris, & recuperat vires, ſi primus hæres poſt aditam hæreditatem impetret reſtitutionem in integrum contra factam dictionem, & repudiet, Bart. *in d. l. 1. num. 49. ff. de vulg. & pupill.* Pract. Papp. *loc. cit. num.* 18. Odd. *de reſtitut. in integr. part. 2. quaſt. 62. art. 1. nu. 36. & art. 8. nu. 97.* Craſſ. in §. *Subſtitutio quaſt. 15.* Intrigliol. *de ſubſtitut. cent. 1. quaſt. 47.* Martha *de ſucceſſ. d. quaſt. 131. art. 5. num. 23.* Viui. *comm. opin.* 856. vbi quòd quomodocunque reſcindatur aditio, & effectum non habeat, non euaneſcit ſubſtitutio, ſed recuperat vires ſuas, Melia *de vſucap. & preſcript. part. 3. Miſcellan. cap. 8.*

Excluditur etiam ſubſtitutus vulgaris per fiſcum, quando ab hærede inſtituto aufertur hæreditas tanquam ab indigno, ad excludendum enim ſubſtitutum ſufficit quòd primus hæres faciat alium hæredem miniſterio ſui, *l. cum proponas C. de hared. Inſtitut. gloſ. in l. ſi ſequens in princip. ff. ad Syllan. l. in ſeruitute §. et qui ff. de bon. lib.*

7 Subſtitutio directa poteſt fieri tantùm in teſtamento, non autem in codicillis; obliqua verò, vel fideicommiſſaria poteſt fieri etiam in codicillis; Et ſi directa fuerit ſcienter facta in codicillis obliquatur, & ſuſtinetur taliter in vim fideicommiſſi, *§. penult. Inſtit. de codicil.* gloſſ. & Oinot. *§. 1. Inſtitut. de vulg. ſubſtitut.* vide in *§. Clauſula num....* *§. Hereditas num. 20. & §. Codicillus*, Gratian. *diſcept. 774. num. 32. etc.* vbi quando directa inualida iure directo, trahatur ad fideicommiſſum virtute clauſulæ codicillaris.

Quòd ſubſtitutio facta in teſtamento poſſit reuocari in codicillis, Rot. *part. 11. recent. deciſ. 24. num. 6. et part. 18. deciſ. 100. num. 2. et deciſ. 150. num. 6. et ſeqq.* vbi quòd poteſt declarari, in certum tempus, caſum, & bona limitari.

8 Subſtitutio poteſt varijs modis fieri, nam poſſunt vni hæredi plures ſubſtitui, & è contrà; item ſingulis, item plures hæredes inuicem ſubſtitui, & quando plures hæredes ex diſparibus partibus ſunt inſtituti, & inuicem ſubſtituti non facta partium mentione, cenſetur ex ijs partibus ſubſtituti, in quibus ſunt inſtituti, & ita partes in inſtitutione expreſſæ, intelliguntur in ſubſtitutione repetitæ, ſi modò, teſtator ſubſtituit per nomina appellatiua, hæredum, ſecus autem ſi per nomina propria, vel ſi onerauit æqualiter ſubſtitutos, nam tunc viriles erunt partes in ſubſtitutione, *§. et plures, et §. ſeqq.* vbi gloſſ. & Oinot. *Inſtitut. de vulg. ſubſtitut. l. ſi plures ff. de vulg. et pupill. et alijs ſubſtitut.* vbi gloſſ. DD. *l. ſi in teſtamento ff. eodem l. quoties et l. Nonnunquam ff. ad Trebellian.* Rot.

part.

par. 17. recent. deciſ. 98. num. 1. & ſeqq. vbi plura ad oſtendendum, quòd ſubſtitutio declarari debeat ab inſtitutione, ita vt comprehenſus in inſtitutione, cenſeatur etiam comprehenſus in ſubſtitutione, &c.

Quando ſubſtitutio de pluribus facta intelligatur ordine ſucceſſiuo, vel copulatiuè, Tuſch. littera S. concluſ. 795.

Quando ſubſtitutio vnius perſonæ facta pluribus hæredibus coniunctim, vno adeunte expiret quoad alios, ſecus autem ſi diſiunctim, Pract. Papp. libell. ex ſubſtit. gloſ. 2. num. 17. latè Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 288. per tot. cap. 468. num. 69. &c. Martha de ſucceſſ. par. 4. quæſt. 31. art. 5. num. 5. &c. vbi contrarium firmat in primo capite, quia ſubſtitutio vulgaris tollit ius accreſcendi, etiam inter coniunctos, re & verbis, adde Paul. Criſtin. dec. 17. n. 6. vol. 4. vbi refert contrarias opiniones.

Quòd ſubſtitutus duobus non admittatur niſi deceſſerint illi duo, quibus fuit ſubſtitutus, & ita requiratur mors vtriuſque, & quomodo hoc procedat, latè Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 299. per tot. cap. 621. per tot. cap. 707. num. 11. &c. Cyriac. contr. 70. lib. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 186. per tot. vbi plures caſus diſtinguit, & declarat quando ſubſtitutus admittatur ad portionem vnius tantùm decedentis, Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 473. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 13. per tot. vide in §. Conditio num. 6. & §. Fideicommiſſum num. 7. Tuſch. littera S. concluſ. 814. 829. & 835. vbi pleniſſimè quòd ſubſtitutio pluribus facta non habet locum vno tantùm moriente, ſed requirit concurſum omnium, & quando ſecus, adde Fachin. contr. iur. lib. 4. cap. 72. Paul. Chriſtin. dec. 17. num. 6. vol. 4. vbi refert contrarias opiniones, & benè Ludouiſ. dec. 296. per tot. vbi an, & quando ſubſtitutio facta duobus, ſi ambo, vel vterque decedant ſine liberis, habeat locum, ſi alter tantùm ſine filijs decedat, & concludit quòd ſic, cum declarationibus, de quibus ibidem, & facit latè Rot. par. 16. recent. dec. 125. vide in §. Pluralitas n. 4. infra n. 22. & in §. Renunciatio n. 26.

6 Subſtitutio an ſit directa, vel fideicommiſſaria, eſt maxima effectus, quia de directa nihil detrahitur, de fideicommiſſaria verò detrahitur Trebellianica, nam directè ſubſtitutus capit à ſe ipſo, ſed fideicommiſſarius miniſterio alterius indiget, Pract. Papp. libell. ex ſubſtitut. gloſſ. Compendioſè num. 17. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 64. & 66. per tot. vbi an in dubio directa, vel fideicommiſſaria præſumatur, Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 5. tit. 1. num. 3. &c. ſupra n. 2. & 7. Tuſch. litt. S. concluſ. 783. vbi plura qualiter differant inter ſe directa, & fideicommiſſaria infra num. 63.

Quæ dicatur fideicommiſſaria, ex quibus inducatur tam expreſsè, quàm tacitè, quæ bona comprehendat, quando expiret, vel non, & alia, latè Tuſch. litt. S. concluſ. 786. & ſeqq.

10 Subſtitutio vulgaris expreſſa continet in ſe tacitam pupillarem, Iaſ. & alij in l. 1. num. 61. ff. de vulg. & pupill. in l. precibus num. 7. C. de impub. & alijs ſubſtit. Ripa in l. 2. num. 46. ff. eod. Menoch. lib. 4. præſumpt. 35. 36. per tot. latè Martha de ſucceſſ. par. 4. quæſt. 31. art. 2. Tuſch. litt. S. concluſ. 805. per tot. latè Anſald. conſ. 103. & 104. Rot. par. 9. recent. deciſ. 31. per tot. vbi plura quando ex ſubſtitutione directa facta à patre filijs pupillis inducatur pupillaris, vel non, & concluditur pro non inductione, reijciendo coniecturas contrarias.

Limita vbi eſſet facta per verba taxatiua, & reſtrictiua, Gratian. diſceptat. 979. n. 16. & 30. Menoch. de præſumpt. 36. num. 19. &c. vbi adducit alias limitationes ad dictam firmatam concluſionem, & vide Rot. d. dec. 31.

Quòd contineat etiam tacitam exemplarem, Menoch. lib. 4. præſumpt. 41. per tot.

Quas ſubſtitutiones complectatur, latè Martha de ſucceſſ. par. 4. q. 31. art. 2. per tot.

Quòd pupillaris ſubſtitutio tacita regulariter contineatur in vulgari expreſſa, niſi iſta eſſet facta ſimul maiori, & pupillo, vel niſi conſtaret de voluntate patris nolentis pupillarem tacitam in vulgari comprehendi, vel ſi pater fecit vulgarem, & pupillarem, quia tunc expreſſum facit ceſſare tacitum, vel quando vulgaris eſſet facta per dictiones taxatiuas, vel ad effectum excludendi matrem, nam his caſibus non continetur pupillaris tacita ſub vulgari expreſſa, vt probat Ioſeph. Felin. in Margar. var. concluſ. verb. Pupillus fol. 54. & 55. Anſald. conſ. 103. & 104.

Subſtitutio vulgaris tacita contenta in expreſſa pupillari excludit matrem, tacita verò pupillaris regulariter matrem non excludit, niſi de contraria mente teſtatoris appareat, Pract. Papp. libell. ex ſubſtitut. gloſſ. pupillariter num. 21. cum Addit. Afflict. dec. 38. latè Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 37. & 39. per tot. Martha d. art. 2. per tot. Tuſch. litt. S. concluſ. 806. & 807. per tot. Ludouiſ. deciſ. 495. Surd. dec. 173. 11

Quòd expreſſa pupillaris matrem excludat, etiam quoad legitimam, Magon. deciſ. Florent. 144. num. 21. vbi dicit ita totum mundum obſeruare, ſequitur latè Menoch. lib. 4. præſumpt. 38 per tot. Martha de ſucceſſ. par. 4. quæſt. 32. art. 3. per tot. & par. 2. quæſt. 3. art. 8. infra num. 16.

Subſtitutio pupillaris dicitur quando pater liberis impu- 12
beribus in poteſtate exiſtentibus inſtitutis hæredibus, alium hæredem illis ſubſtituit, ſubſtitutionemque intra tempus pubertatis, vel breuius coercet; differt à vulgari, quia illa addita hæreditate expirat, iſta verò non; eſt duplex, expreſſa ſcilicet, quæ fit verbis expreſſis; & tacita, quæ continetur in vulgari expreſſa; requirit autem pupillaris ſubſtitutio primò, vt ille, cui fit ſit ex numero liberorum, ſecundò ſit impubes, tertiò ſit in poteſtate ſubſtituentis, quartò non ſit recaſurus in poteſtatem alterius poſt mortem ſubſtituentis, quintò maneat in poteſtate parentis ſubſtituentis, donec viuit, ſextò parens ſibi prius in teſtamento ſcribat hæredem, poſteà filio, vel nepoti ſubſtituat, ſeptimò impubes ſit inſtitutus, vel exhæredatus, octauò adeatur hæreditas patris; operatur huiuſmodi ſubſtitutio tacitam vulgarem, item quòd ſuccedatur pupillo impuberi decedenti in omnibus eius bonis vndecumque prouenientibus, & ſi ſit expreſſa excluſionem matris, ac omnium aſcendentium per lineam maternam, l. 2. vbi Bart. & alij ff. de vulg. & pupill. Ornot. & alij Inſtitut. de pupill. ſubſtitut. Couar. in cap. Raynutius §. 5. Menoch. lib. 4. præſumpt. 34. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 5. tit. 7. Martha de ſucceſſ. legal. par. 4. quæſt. 32. art. 1. 2. & 3. per tot. Pract. Papp. libell. ex ſubſtit. gloſſ. pupillariter, plenè Tuſch. litt. S. concluſ. 817. & ſeqq. ad 826. Ricc. Collect. 2194. Viui. comm. opin. 864. vbi latè, & clarè qualiter ſubſtitutio pupillaris expreſſa excludat matrem à ſucceſſione filij, ac etiam à legitima.

Quòd non poſſit fieri vltrà pubertatem, ſed benè citrà, intelligatur tamen facta vſque ad pubertatem perfectam 14. annorum, etiam ſi quodammodò videatur reſtricta ad infantiam, Menoch. lib. 4. præſumpt. 47. per tot. Maſcard. de probat. vol. 3. concluſ. 1347. per tot. vbi quòd in dubio præſumitur facta vſque ad pubertatem, & cui incumbat onus probandi, pupillum, cui eſt facta pupillaris ſubſtitutio deceſſiſſe in pupillari ætate, infra n. 17.

Quòd ſecundum aliquos poſſit fieri etiam puberi per ſtatutum prohibitio teſtari vſque ad vigeſimum quintum annum, licèt contrarium ſit verius ſecundum Bart. in l. 2. ff. de vulg. & pupill. Pract. Papp. d. gloſſ. pupillariter num. 8. Altograd. conſ. 91. num. 96. & ſeqq. lib. 1. Craſſ. §. Subſtitutio quæſt. 22. Martha de ſucceſſ. par. 4. quæſt. 32. art. 2. num. 13. & ſeqq. vbi etiam, quid ſi ſtatutum diſponeret, quòd pupillaris ætas duret vſque ad 25. annum, & tenet idem eſſe, vt non poſſit fieri ſubſtitutio vltrà pubertatem, quamuis hoc caſu communis ſit etiam alia opinio, vt probat Craſſ. loc. cit. num. 4.

An autem pupillaris ſubſtitutio facta puberi præſumatur per errorem, & imperitiam Notarij, & reiecta mentione pupillaris ætatis ſuſtineatur ſaltem, vt tacita vulgaris, vel fideicommiſſaria, dic quod aut pater putauit filium eſſe impuberem immemor illius ætatis, & nullo modo ſuſtinetur, quia conditio impoſſibilis, quàm teſtator putauit poſſibilem vitiat etiam actum vltimæ voluntatis; aut ſciebat filium iam eſſe puberem, & tunc reſoluitur ſubſtitutio in vulgarem tacitam, vel fideicommiſſariam, Alex. Trentacinq. de ſubſtitut. par. 2. cap. 10. num. 8. Intrigliol. eod. tract. quæſt. 65. num. 3. Altograd. conſ. 84. num. 3. &c. lib. 2. vbi etiam quòd in dubio ætas filij præſumitur nota patri, niſi aliud appareat, vide in §. Ætas n.

Quòd poſſit fieri impuberibus filijs exhæredatis, & poſthumis, §. Non ſolum Inſtitut. de pupill. ſubſtitut. Bart. in l. 2. n. 22. ff. de vulg. & pupill. Trentacinq. de ſubſtit. par. 2. cap. 14. num. 6. Martha de ſucceſſ. par. 4. quæſt. 32. art. 2. n. 20. &c. vbi intelligunt dummodò ſint doli capaces, cùm alias hodie non poſſint ſine cauſa exhæredari, Paul. Chriſtin. deciſ. 17. vol. 4.

13 Subſtitutio pupillaris non poteſt fieri extraneo hæredi, facta tamen nepoti ex fratre reſoluitur in fideicommiſſum, ſi ſit pupillus, alias ſecus, ne duæ improprietates concurrant, Pract. Papp. Libell. ex ſubſtitut. gloſ. pupillariter n. 6. 15. & 16. facit Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 583. n. 17. &c. Martha de ſucceſſ. par. 4. quæſt. 32. art. 2. num. 31. &c. vbi quòd valet, vt vulgaris, & num. 10. &c. quòd non poteſt valere iure fideicommiſſi ſecundum opinionem, quam verinrem profitetur.

Item ſubſtitutio pupillaris non poteſt fieri à matre, ſicut nec à quolibet alio extraneo, ſed ſi fuerit facta, licèt non valeat iure directo, reſoluitur tamen in fideicommiſſum, ſaltem durante pubertate, licèt non vltra, Gratian. diſceptat. for. cap. 583. n. 17. &c. Gomeſ. var. reſolut. tom. 1. cap. 4. tit. de pupill. ſubſtitut. num. 6. Paſchal. de patr. poteſt. par. 1. cap. 9. num. 38. Motot. conſ. 56. per tot. vide tamen Martham d. quæſt. 32. art. 2. num. 10. &c. vbi contrarium probat, cùm pupillaris ſit omninò contraria fideicommiſſariæ.

Quòd ſubſtitutio pupillaris facta filio naturali, vel ſpurio ſit nulla, poſſit tamen conualidari poſt mortem patris, ſi de eius conſenſu filius ipſe fuerit legitimatus, quod fieri poſſe, probat Viui. comm. opin. 853. per tot.

Quòd ſubſtitutus pupillaris habeat facultatem declarandi, ſe velle directo potius, quàm ex fideicommiſſo ſuccedere etiam mortuo pupillo in pupillari ætate, Magon. deciſ. Florent. 144. num. 18. vide Altograd. conſ. 91. numer. 43. lib. 1.

14 Subſtitutus pupillaris trahitur tam ad bona teſtatoris, quàm ipſiuſmet pupilli, etiam aliunde quæſita, excluſis venientibus ab inteſtato, cùm huiuſmodi ſubſtitutus dicatur hæres pupilli, ac ſi ipſe pupillus condidiſſet teſtamentum, & ideò dicitur teſtatus, & non inteſtatus decedere; fideicommiſſaria verò trahitur tantum ad bona teſtatoris, Pract. Papp. Libell. ex ſubſtitut. gloſſ. pupillariter num. 16. &c. Gratian. diſceptat. for. cap. 528. num. 19. &c. Altograd. conſ. 91. num. 16. & ſeqq. lib. 1. Marcian. diſput. forenſ. cap. 46. per tot. Menoch. lib. 4. præſumpt. 48. per tot. Tuſch. litt. S. concluſ. 818. per tot. & concluſ. 834. per tot. Rot. par. 9. recent. dec. 147. n. 26. & 27.

Quòd licèt huiuſmodi ſubſtitutio dicatur teſtamentum pupilli, & illius hæreditas, tamen hoc eſt fictè, & impropriè, cùm verè ſit teſtamentum patris, & illius hæreditas, Magon. deciſ. Florent. 144. n. 17. & ſeqq.

Ex quibus coniecturis arguatur facta pupillaris ſubſtitutio, Menoch. lib. 4. præſumpt. 34. per tot. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 5. tit. 7. per tot. Martha de ſucceſſ. par. 4. cap. 32. art. 1. per tot.

Quando dicatur facta ſubſtitutio pupillaris expreſſa, & quando ſit directa, vel fideicommiſſaria, Altograd. conſ. 91. per tot. lib. 1.

Quòd ſubſtitutio fideicommiſſaria in dubio intelligatur facta pupillariter ſubſtituto, & non ipſi pupillo, niſi appareat ex coniecturis, patrem voluiſſe ipſum pupillum grauare, & non illius ſubſtitutum, & quid importet, Altograd. conſ. 78. per tot. lib. 2. vide in §. Fideicommiſſum num. 16. latè Rot. par. 9. recent. dec. 147. per tot. vbi oſtendit in caſu ſuo ſubſtitutionem fideicommiſſariam fuiſſe factam pupillo, & non pupillariter ſubſtitutum, & poſſe filio pupillo duplicem fieri ſubſtitutionem, pupillarem ſcilicet, & fideicommiſſariam, quo caſu ſi duo ſint ſubſtituti, & filius decedat in pupillari ætate, ſubſtitutus pupillariter debet tantùm habere legitimam, & Trebellianicam ex perſona ipſius pupilli, niſi Trebellianica fuerit prohibita, ſubſtitutus autem per fideicommiſſum reliquum hæreditatis, per doctrinam Bald. in l. ex tribus num. 6. C. de inoff. teſtam. & conſ. 41. lib. 2. conſ. 272. lib. 4. conſ. 316. lib. 5. Capr. conſ. 7. num. 24. & ſeqq. conſ. 49. n. 8. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 8. num. 42. & aliorum ibidem relatorum.

15 Subſtitutio pupillaris expreſſa continet in ſe tacitam vulgarem, l. iam hoc iure, vbi DD. ff. de vulg. pupill. Pract. Papp. libell. ex ſubſtit. gloſſ. pupillariter n. 17. Menoch. lib. 4. præſumpt. 43. per tot.

An contineat exemplarem, Menoch. lib. 4. præſumpt. 42. per tot.

Quando ſubſtitutio pupillaris contineatur ſub reciproca mixta cum compendioſa, & alia, Ger. Spin. conſ. 70. per tot.

An ex veriſimili mente teſtatoris extendatur de perſona ad perſonam, & de caſu ad caſum, Gratian. diſceptat. for. cap. 235. num. 8. &c. Menoch. lib. 4. præſumpt. 65. num. 34.

Subſtitutio pupillaris expreſſa, ac etiam partim expreſ- 16
ſa, & partim tacita, vel compendioſa facta per verba communia cùm dicatur continere pupillarem ſaltem verbis generalibus expreſſam, valet etiamſi mater ſit in medio, illamque facit cenſeri excluſam, non tantùm à ſucceſſione filij in ætate pupillari defuncti, ſed etiam à legitima tam debita eidem filio ex bonis patris, quàm debita matri ex bonis filij, quicquid contrarium oſtendere ſtuduerit, Menoch. lib. 4. præſumpt. 38. hocque nedum in foro fori, ſed etiam in foro conſcientiæ, & etiam quoad bona, quæ aliunde, quam à patre pupillus acquiſiuerit, plurimorum auctoritatibus, & per text. expreſſum in cap. ſi pater de teſtam. in 6. & in l. precibus, C. de impub. & alijs ſubſtitut. probat Altograd. conſ. 91. num. 86. & ſeqq. ad 94. lib. 1. vbi etiam ſub num. 88. efficacem reddit rationem, & Bald. in d. l. precibus num. 24. ac ita vniuerſam Legiſtarum, & Canoniſtarum turbam firmare, in omnibuſque Tribunalibus hodie ſeruari teſtatur, vide ſupra num. 11. Martha de ſucceſſ. legal. par. 4. quæſt. 32. art. 3. per tot. latè Tuſch. littera S. concluſ. 820. per tot. infra n. 26. & 27. Viui. comm. opin. 864. Cabal. conſ. deciſ. 90. per tot. lib. 2. & nouiſſimè, ac plenè Io. Dominic. Panſut. contr. forenſ. cap. 3. & 4. per tot. vbi etiam qui dicendum vigore conſuetudinis Neapolitanæ.

Quoad legitimam an ſit debita matri, ſaltem in foro conſcientiæ, Gratian. dec. 61. in Addit.

Limita tamen dictam concluſionem non procedere, quando mater eſſet valdè inops, vel vbi vigeret ſtatutum aliquam partem hæreditatis mortui pupilli deferens matri, quia in primo caſu deberetur legitima matri, & in ſecundo portio à ſtatuto reſeruata, quæ per ſubſtitutionem non cenſeretur ablata, prout etiam ſtante ſtatuto quòd minor 25. annis teſtari non poſſit, à 14. annis ſupra vſque ad 25. pater non poſſet filio pupillariter ſubſtituere in præiudicium matris, Altograd. d. conſ. 91. num. 4. & ſeqq. per tot. lib. 1. ſupra num. 12. verſ. Quod ſecundum.

Quòd ſubſtitutio pupillaris contenta ſub compendioſa excludat matrem, ſicut expreſſa pupillaris, etiam à legitima, quia dicitur expreſſa ſaltem verbis generalibus, quicquid ſecus ſit in tacita, Pract. Papp. libell. ex ſubſtitut. gloſſ. Breuiloque num. 13. & gloſſ. pupillariter num. 20. Gratian. diſceptat. for. cap. 528. num. 6. &c. & num. 26. &c. cap. 407. per tot. cap. 542. num. 31. cap. 684. num. 4. cap. 275. num. 15. Afflict. dec. 38. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 156. n. 14. Michalor. de Fratrib. par. 3. cap. 13. num. 62. Surd. dec. 273. per tot. Mari. Medic. Exam. 43. & dec. 69. & 70. per tot. cum Addit. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. quæſt. 14. per tot. vbi etiam an pupillaris contenta in vulgari matrem excludat à legitima.

An mater exiſtens in medio excludatur ex ſubſtitutione compendioſa continente pupillarem, attenduntur coniecturæ, quibus Rot. par. 2. diuerſ. deciſ. 181. per tot. vide Viui. comm. opin. 852. vbi etiam, quid ſi mater tranſiuit ad ſecundas nuptias viuente filio impubere, & an per huiuſmodi tranſitum contriſtetur anima viri prædefuncti, de quo dixi in §. Mulier num. 27. in fin.

Quod tamen compendioſa non contineat pupillarem quando eſt facta perſonis imparibus, maximè matre exiſtente in medio, quæ propterea non remanet excluſa ſaltem à legitima filio debita, in qua ipſa mater ſuccedit, Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 684. num. 12. &c.

Quòd ſubſtitutio facta poſthumo maſculo, non habeat locum, nata poſthuma fœmina, cui ideò mater ſuccedat, quia ſubſtitutio non extenditur de perſona ad perſonam, & refertur ad caſum proximum, non ad aliam partem, Caualer. deciſ. 177. per tot. Ludouiſ. deciſ. 495. per tot.

Quòd ſubſtitutio pupillaris facta poſthumo ſit valida, etiamſi ille non naſcatur, & habeat locum tamquam vulgaris tacita ſub illa comprehenſa, Franch. deciſ. 299. Surd. deciſ. 37. num. 26. Cabal. conſ. 164. lib. 4. Martha de ſucceſſ. par. 4. cap. 32. art. 2. num. 34. Menoch. lib. 4. præſumpt. 65. num. 13. & 21. Dec. conſ. 227. per tot. Soccin. iun. conſ. 181. volum. 2. Marzar. de fideicomm. par. 2. quæſt. 13. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 6. num. 1. verſ. Sed diligenter, Tuſch. littera S. concluſ. 849. num. 24. & ſeqq. Rot. par. 5. recent. deciſ. 222. num. 4. & ſeqq. & par. 11. deciſ. 196. num. 16.

An

An ſubſtitutus tacitè pupillariter admittatur, ſi mater exiſtens in medio repudiet, ſicut ea non exiſtente admitteretur, & quid ſi locus plus ſit ſubſtitutus expreſsè, vulgariter, & tacitè, pupillariter an mater excludatur, DD. in *l. Centurio*, *& in l. precibus*, vbi Dec. *n.* 11. & Cagnol. *num.* 100. *C. de impub. & alijs ſubſtitut.*

Ex quibus coniecturis etiam tacita pupillaris locum habeat contra matrem, latè Mantic. *de coniect. lib.* 5. *tit.* 15. *per tot.* Mella *de vſucap. & præſcript. p.* 3. *Miſcellan. cap.* 9. *per tot.* vbi an tacita pupillaris excludat matrem, & Panſut. *loc. cit.*

17 Subſtitutus pupillariter, mortuo pupillo, agendo ex ſubſtitutione obtinet etiam non probando pupillum mortuum fuiſſe in ætate pupillari, ſed ſimpliciter mortuum, Marant. *in l. is poteſt num.* 199. *&c. ff. de acquirend. hæreditat. & in l. ſi actor. num.* 78. *ff. de procurat.*

Sed quòd imò ad obtinendum probare debeat ætatem popillarem præmortui, dicit verius Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 50. *n.* 33. *& ſeqq.* vide in §. *Ætas num.* latè Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concluſ.* 1347. *n.* 4. *& ſeqq.*

18 Subſtitutio pupillaris extinguitur pluribus modis, nempè adueniente pubertate, cùm tunc filius poſſit ex ſe teſtamentum condere, vel alio breuiori tempore à teſtatore ordinato; ſi ſubſtuutus non ſit capax hæreditatis; ſi pater deportetur, ita vt eius teſtamentum irritetur, vel ſi teſtamentum, in quo continetur ſubſtitutio fuerit per aliud ſubſequens teſtamentum reuocatum, vel ſi conditio appoſita defecerit, Oinot. *Inſtit. de pupill. ſubſtit. num.* 20. *& ſeqq.* latè Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 5. *tit.* 12. *per tot.* Craſſ. §. *Subſtitutio quæſt.* 22. Martha *de ſucceſſ. par.* 4. *quæſt.* 32. *art.* 4. *per tot.* vbi quòd finitur etiam, ſi pupillus liberos legitimos, & naturales ſuſceperit, vel ſi religionem ingrediatur, tum quia monaſterium eſt loco filij, tum quia exit de poteſtate patris, viuente ipſo patre, quo caſu pupillaris extinguitur, ſicut etiam per emancipationem, niſi iterùm adoptetur, & reuertatur in patriam poteſtatem, & in ea reperiatur tempore mortis patris ſubſtituentis, quia tunc reuiuiſceret ſubſtitutio; finitur etiam per deportationem, vel capitis diminutionem pupilli, vel patris ſubſtituentis; item ſecundo ſubſtituto præmoriente, quia ſpes ſubſtitutionis pupillaris non tranſmittitur; non tamen expirat per renunciationem, quia eſſet pactum de futura ſucceſſione viuentis à iure reprobatum, vt latiùs declarant Martha, & Mantic. *loc. cit.*

Qualiter ſubſtitutio pupillaris extinguatur per mortem ſubſtituti ante popillum, vel alias, & quando ſecus; item per mortem filij, cui facta eſt ante patrem ſubſtituentem, & quando ſecus, latè Tuſch. *litt. S. concluſ.* 824. *&* 825. *per tot. & concluſ.* 853. *per tot.* vbi de omni ſubſtitutione.

Quòd non valeat ſubſtitutio facta hæredi decedenti ante teſtatorem, & quando ſecus, idem Tuſch. *loc. cit. concluſ.* 851. *per tot.*

Quòd ſubſtitutus pupillaris non petendo tutorem dari pupillo, priuetur commodo ſucceſſionis, licèt ſecus ſit in ſubſtituto per fideicommiſſum, Maranta *in l. is poteſt num.* 223. *ff. de acquirend. hæredit.* vide in §. *Mater num.*

Quòd ſi pupillus, & illi ſubſtitutus ſimul pereant ex aliquo naufragio, ruina, vel peſtilentia, ita vt neſciri poſſit, quis eorum prius deceſſerit, extinguatur ſubſtitutio, nec lex præſumat pupillum prius deceſſiſſe, cùm requiratur ſubſtitutum, vel hæredem ſuperſtitem eſſe defuncto, Bott. *conſ.* 80. *num.* 18. *&* 19. Altograd. *conſ.* 69. *ſub n.* 16. *lib.* 1.

An vitietur ſubſtitutio pupillaris præteritione alterius filij, vide Tuſch. *litt. S. concluſ.* 819. *&* 823. *per tot.*

19 Subſtitutio exemplaris eſt, quam parentes faciunt liberis ſuis, qui propter furorem, vel alium morbum ingraueſcentem teſtari non poſſunt, & dicta eſt exemplaris, quia ad exemplum, & imitationem pupillaris ſubſtitutionis inducta eſt humanitatis intuitu; poteſt hæc ſubſtitutio exemplaris fieri à parentibus vtriuſque ſexus, dummodò quoad matrem ſit honeſta, & non tranſierit ad ſecundas nuptias, & ſi pater vnum ſubſtituat, & mater alium, præfertur ſecundum aliquos. ſubſtitutus à patre, vel ſecundum alios in bonis maternis ſuccedit ſubſtitutus à matre, in paternis verò ſubſtitutus à patre, & in alijs æqualiter; poteſt fieri huiuſmodi ſubſtitutio filijs naturalibus, & legitimis ſimul, item legitimis tantùm, nepotibus, & nepotibus, puberibus, ac impuberibus, tali furore correptis, qui poſſit eſſe perpetuus, item mentecaptis, & ſurdis, ac mutis, item prodigis, quibus bonis ſit interdictum, niſi iſti furioſi, vel alio morbo correpti teſtamentum fecerint dum eſſent ſani; naturalibus autem tantùm pater ſubſtituere non poteſt; in hac ſubſtitutione ſunt expreſſæ certæ perſonæ, quæ debent ſubſtitui, nam ſi furioſus liberos habeat, illi ſunt ſubſtituendi; ſin minus fratres, quibus deficientibus, poſſunt alij ad libitum ſubſtitui; requiritur ad hanc ſubſtitutionem, quòd ille, cui ſubſtituitur ſit de liberis, non ſit recaſurus in poteſtatem alterius, in furore decedat, & quòd ſubſtituens ſibi etiam faciat teſtamentum; continet in ſe tacitam vulgarem; finitur autem ceſſante furore, vel morbo, & alijs modis applicabilibus, prout dictum eſt de pupillari, & omnia prædicta probantur per text. cum ibi notatis per DD. *in l. humanitatis*, *C. de impub. & alijs ſubſtit. & in l. ex facto*, *ff. de vulg. & pupill.* vbi Bart. & alij, Aug. Oinot. & alij in §. *Qua ratione inſtitut. de pupill. ſubſtit.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 5. *tit.* 6. *per tot.* Pract. Papp. *Libell. ex ſubſtit. gl. Exemplaris per tot.* Ger. Spin. *conſ.* 22. *num.* 19. *&c.* Tuſch. *litt. S. concluſ.* 830. *per tot.* Rot. *par.* 19. *recent. deciſ.* 190. *num.* 5. *& ſeqq.* vbi quòd ſubſtitutio exemplaris debet reſpicere tempus mortis, ita vt furoris mentio ſine mentione mortis non ſufficiat ad illam inducendam, ceſſat ceſſante furore, vel alio morbo, & nequit fieri ob ſolum iudicium imperfectum, vel debile, ac alia ad rem.

An ſubſtitutio exemplaris tacita contineatur ſub expreſſa vulgari, & an poſt aditam hæreditatem locum habeat exemplaris, vel fideicommiſſaria, latè explicat Martha *de ſucceſſ. Legal. par.* 4. *quæſt.* 33. *art.* 1. *&* 2. *per tot.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 41. *num.* 12. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 29. *n.* 6. *quæſt.* 162. *num.* 2. *& ſeqq.* Intrigliol. *de ſubſtitut. cent.* 2. *quæſt.* 22. *num.* 18. Rot. *par.* 11. *recent. deciſ.* 146. *num.* 20. vbi quòd ſi teſtator fecit tantùm ſubſtitutionem expreſſam vulgarem, & fideicommiſſariam tacita exemplaris exinde deduci non poteſt, cùm expreſſa teſtatoris prouiſio, faciat ceſſare tacitam legis prouiſionem.

Quòd iſta exemplaris regulariter contineatur ſub expreſſa vulgari, & an ſub expreſſa pupillari, Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 41. *&* 42. *per tot.*

Quòd exemplaris inducatur etiam per verba generalia, & ex coniecturis, Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 49. *&* 50. Ger. Spin. *conſ.* 22. *per tot.* Mantic. *d. lib.* 5. *tit.* 16. *per tot.*

An iſta exemplaris expreſſa contineat ſe ſub vulgarem, & pupillarem tacitas, Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 44. *per tot.*

Quòd exemplaris expreſſa excludat matrem ſicut pupillaris, non verò tacita, Pract. Papp. *libell. ex ſubſtit. gloſſ. Exemplaris*, Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 46. *per tot.*

Subſtitutio reciproca, ſiue breuiloquia non eſt propriè 20
ſpecies ab alijs diſtincta, ſed quædam adiectio, quæ alias in ſe ſubſtitutiones continet; dicitur reciproca, quando plures vna verborum conceptione vltrò, citròque, ſiue ſimul inſtituuntur, & ſubſtituuntur ad inuicem, & breuiloqua, quia breuibus fit verbis; effectus enim huiuſmodi ſubſtitutionis ſunt ſub ſe continere quandoque duas vulgares, quandoque duas pupillares, quandoque duas fideicommiſſarias, quandoque duas pupillares, & duas vulgares, quandoque plures, vt explicat Bart. *in l. Lucius*, *ff. de vulg. & pupill.* Plat. Angel. Oinot. & alij in §. *Qua ratione*, *&* §. *Si plures inſtitut. de vulg. & pupill. ſubſtitut.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 60. *per tot.* Pract. Papp. *libell. ex ſubſtitut. gloſſ. Breuiloqua num.* 5. *&c.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 5. *tit.* 8. *& lib.* 7. *tit.* 4. *& tit.* 5. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 13. Intrigliol. *de ſubſtitut. centur.* 2. *quæſt.* 70. *&c.* Mart. *de ſucceſſ. par.* 4. *quæſt.* 29. *art.* 1. *& ſeqq. per tot.* vbi quando, & ex quibus verbis cenſeatur inducta iſta reciproca ſobſtitutio, quando contineat vulgarem, quando pupillarem, quando fideicommiſſariam, & alia, Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 59. *per tot.* latè Tuſch. *litt. S. concluſ.* 826. *& ſeqq.* vbi ex quibus deſumatur ſubſtitutio reciproca inter hæredes inſtitutos, & eorum deſcendentes, & benè Rot. in ſelectis per Farinac. *part.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 361. *per tot. & par.* 18. *recentior. deciſ.* 793. plenè Baitel. *de vltim. volunt. deciſ.* 1. *&* 2. *per tot. & deciſ.* 5. 6. 7. 8. 9. *&* 10. vbi ad ſaturitatem de iſta materia reciprocæ ſubſtitutionis.

Qua-

Qualiter inducatur, & per quæ verba inter deſcendentes, & an proximior vltimo defuncto, vel proximior teſtatori præferatur, Gratian. *diſcept. for. cap.* 285. *per tot.* vide in §. *Proximitas num.*

Quòd regulariter non inducatur inter duas lineas ſeparatas, niſi verbis expreſſis, & quando ſecus, Gratian. *diſceptat. for. cap.* 828. *num.* 40. *&c.* Tuſch. *litt. S. concluſ.* 729. Merlin. *dec.* 326. *& dec.* 360. vbi qualiter reciproca, etiam de linea ad lineam deducatur ex coniecturis ibidem relatis, Vrceol. *Conſult. for. cap.* 80. *per tot.* Rot. *in Bononienſ. fideicommiſſi de Grottis* 4. *Iunij* 1666. apud Vrceol. *loc. cit. vol.* 2. vbi plura pro inducenda reciproca lineari, hoc eſt de vna linea ad aliam ex coniecturis, & dicta deciſio habetur *par.* 14. *recent. dec.* 472. Bich. *deciſ.* 271. *per tot.* vbi plura, ex quibus inducatur tacita reciproca de linea ad lineam, idem Bich. *dec.* 287. Rot. *par.* 18. *recent. dec.* 433. *num.* 9. *& ſeqq. dec.* 733. *per tot. & dec.* 755. *per tot.* vbi de requiſitis, & *par.* 19. *dec.* 218. *n.* 9. *& ſeqq.*

Qualiter vitietur propter inæqualitatem inter inſtitutos, Roland. *conſ.* 29. *lib.* 1. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 684. *n.* 8. *&c.*

Quòd reciproca facta inter ſolos primos inſtitutos, non extendatur ad illorum filios in conditione poſitos, & alia ad rem facientia, Rot. *par.* 13. *recent. dec.* 124. *num.* 2. *& ſeqq. per tot.*

21 Subſtitutio reciproca, vt inducatur, tria concurrere debent, primò quòd fiat inter ipſos vocatos, & inſtitutos, ſecundò fiat omnibus deſcendentibus, & ſic vltimo morienti, tertiò fiat in vniuerſa hæreditate, ſiue ſpecificè, ſiue per verba æquipollentia DD. *in l. hæredes*, §. *Cum ita*, *ff. ad Trebell.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 7. *tit.* 5. *num.* 15. Dunan. *dec.* 258. *num.* 19. *&c. dec.* 451. *n.* 3. *&c. in eadem cauſa*, vbi adducit quatuor coniecturas ad inducendam huiuſmodi ſubſtitutionem, Merlin. *deciſ.* 326. Martha *de ſucceſſ. p.* 4. *quæſt.* 29. *art.* 2. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 61. Sperel. *dec.* 152. *num.* 22. *&c.* Pontirol. *in reſponſo pro Mambellis num.* 192. *Caſenæ impreſſo de anno* 1645. Altograd. *conſ.* 60. *num.* 55. *&c. lib.* 1. vbi plura pro excluſione ſubſtitutionis reciprocæ ob defectum dictorum requiſitorum, & ex alijs etiam rationibus, vide in §. *Fideicommiſſum n.* 22. Rota *in Romana Laudi* 15. *Nouembris* 1641. coram Carillo *in par.* 9. *recent. dec.* 49. *per tot.* vbi pro excluſione reciprocæ ſubſtitutionis ex defectu dictorum trium requiſitorum, Rot. *par.* 9. *recent. dec.* 385. *n.* 3. *etc.* vbi pro fideicommiſſo reciproco, perpetuo, & abſoluto, & *dec.* 497. *per tot. d. par.* 9. *et par.* 10. *deciſ.* 18. *per tot. dec.* 142. *num.* 57. *et ſeqq. dec.* 183. *per tot. et par.* 13. *dec.* 45. *dec.* 283. *et* 442. *par.* 14. *dec.* 326. Bich. *deciſ.* 271. *et* 287. *per tot.* Rot. *par.* 18. *recent. dec.* 755. *per tot.* vbi de requiſitis ſubſtitutionis reciprocæ, linealis, quæ ſunt vocatio omnium ſubſtitutorum, quòd facta ſit vltimo morienti, & in tota hæreditate.

De ſubſtitutione facta vltimo morienti ex pluribus ſubſtitutis, quæ bona comprehendat, vel non, & ad quos extendatur, Tuſch. *littera S. concluſ.* 836. *et* 837. *per tot.*

Quòd tamen etiam ceſſantibus dictis requiſitis inducatur ſubſtitutio reciproca ſi ex coniecturis appareat de voluntate teſtatoris fideicommiſſum reciprocum inter omnes vocatos inducere voluiſſe, Merlin. *dec.* 326. & benè probat Altograd. *conſ.* 92. *num.* 3. *& per tot. lib.* 1. vbi ad hoc ponderat multas coniecturas, & præcipuè vocationem in perpetuum, verba collectiua, clauſulam pleno iure, ſine diminutione, prohibitionem alienationis aliunde veſtitam, excluſionem fœminarum, expreſſam rationem agnationis conſeruandæ diſpoſitiuè adiectam, quæ per ſe ſola poteſt eſſe apta ad inducendum fideicommiſſum, aliaque plura, & in *conſ.* 80. *num.* 57. *et ſeqq. ad* 71. *lib.* 2. vbi quinque coniecturas ad inducendum reciprocum fideicommiſſum conſiderat, & eaſdem latiùs examinat, & ſuſtinet in *conſ.* 81. *num.* 53. *et ſeqq. ad* 68. *lib.* 2. plenè etiam Galuan. *conſ.* 34. *per tot.* Mantic. *de coniecturis vltimarum voluntatum lib.* 7. *tit.* 5. *per tot.* Tuſch. *littera S. concluſ.* 828. *per tot.* vbi quibus modis ſubſtitutio reciproca tacitè inducatur, Rot. *par.* 10. *recen. deciſ.* 18. *per tot.* vbi an facta deficientibus maſculis æquipolleat debitæ expreſſioni vltimi morientis, item an facta per verba indefinita in bonis intelligatur de omnibus, & ſic de tota hæreditate, vt dicantur concurrere ſupradicta requiſita, & affirmatiuè reſoluitur, ſtantibus maximè coniecturis, de quibus etiam Rot. *par.* 10. *deciſ.* 183. *per tot. et par.* 12. *dec.* 306. *dec.* 319. *par.* 13. *dec.* 45. *num.* 7. *&c. dec.* 429. *num.* 5. *& ſeqq. & p.* 14. *dec.* 244. *num.* 4. & Bich. *dec.* 271. *per tot. & dec.* 287. quæ eſt ſupracitata *deciſ.* 18. *par.* 10. *recent.* Rot. *par.* 18. *recent. dec.* 433. *n.* 9. *& ſeqq.*

Quòd etiam ceſſantibus dictis requiſitis præſumatur facta, & inducta reciproca ſubſtitutio inter vocatos, quando vltimus ſuperſtes eſt talis, qui ex veriſimili mente teſtatoris ſubſtitutum excludit, vt ſi ſit deſcendens teſtatoris, vel talis, qui poſſit ab inteſtato ſuccedere alteri præmortuo, ita vt dicatur ſaltem inter eos reſeruatum ius legitimæ ſucceſſionis ab inteſtato, & alio pro ſuſtinenda reciproca ſubſtitutione, Bardellon. *conſ.* 189. *per tot. lib.* 2. Sperel. *dec.* 152. *num.* 82. *&c.* Rot. *par.* 12. *recent. dec.* 306. *per tot. &* 319. Bich. *dec.* 271. *et* 278. Rot. *par.* 18. *recentior. dec.* 433. *num.* 9. *etc.* plenè Baitell. *de vltim. volunt. dec.* 1. *et dec.* 5. *cum pluribus ſequentibus.*

Subſtitutio reciproca directa, vel fideicommiſſaria, an & quando præſumatur facta inter plures reſtitutos, & vocatos, quibus morientibus datus eſt ſubſtitutus, latè Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 61. *et* 62. *per tot.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 707. *num.* 11. *etc.* Martha *de ſucceſſ. par.* 4. *q.* 29. *art.* 2. *per tot.* planè Baitell. *de vlt. volunt. dec.* 1. *et ſeqq. et dec.* 5. 6. 7. 8. 9. *et* 10.

Quòd ſubſtitutio fideicommiſſaria à pluribus inter ſe reciprocè ſubſtitutis relicta ad fauorem tertij, etiam ſub conditione collectiua, *ſi omnes ſine filijs deceſſerit*, debeatur ex benignitate, & ob veriſimilem teſtatoris mentem, ſi in vltimo decedente verificetur conditio, licèt in alijs defecerit, latè probat Pontirol. *in reſponſ. pro Mambellis Caſenæ impreſſo de anno* 1645. *num.* 16. *et ſeqq.* vide in §. *Conditio num.* 52. *et* §. *Fideicommiſſum num.* 7. Rot. *par.* 17. *recent. dec.* 126. *per tot. et dec.* 142. *per tot.*

De ſubſtitutione pluribus ſimul facta ſub conditione ſi ambo, vel omnes deceſſerint ſine filijs, locum habeat in portione vltimi decedentis ſine filijs, niſi ſuperſit perſona, quæ ex mente præſumpta teſtatoris excludat ſubſtitutum, & quæ talis verè dicatur, & an hoc verum ſit tantùm in ſubſtitutione vniuerſali, vel etiam in legato particulari, Ger. Spin. *conſ.* 86. *et* 87. *per tot.* vide Mantic. *de coniect. lib.* 11. *tit.* 5. *num.* 29. *etc.* Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 473. *num.* 118. *etc.* Baitel. *de vlt. volunt. deciſ.* 1. *et ſeqq.* Rot. *in Romana fideicommiſſi de Druſolinis* 12. *Iunij* 1654. *coram Cerro*, Vrceol. *conſult. forenſ. cap.* 58. *num.* 6. *et ſeqq. per tot. vol.* 2. facit Rot. *par.* 9. *recent. deciſ.* 407. *per tot. et par.* 12. *dec.* 318. *num.* 11. *et ſeqq. par.* 13. *dec.* 88. *num.* 11. *et par.* 15. *deciſ.* 1. vbi plenè declaratur *text. in l. hæredes mei*, §. *cum ita*, *ff. ad Trebellian.* in quo fundatur hæc concluſio, & *par.* 17. *dec.* 89. *num.* 15. *et ſeqq.* vide in §. *Pluralitas*, quando reſoluatur in ſuas ſingularitates, ſupra *num.* 8. Rot. *d. par.* 17. *dec.* 97. vbi plura ad limitationem *d. l. hæredes mei*, §. *cum ita*, vt ſtante reciproca ſubſtitutione, & ſuperexiſtentia perſonæ, quæ veriſimiliter ex mente teſtatoris excludat ſubſtitutum, pluralitas non reſoluatur in ſingularitatem, & quando reſoluatur ſuper portione vltimi ſine filijs defuncti ad excluſionem reciprocæ à filijs alterius inſtituti tamquam prædilectis prætenſæ, eadem Rot. *d. par.* 17. *deciſ.* 126. *per tot. & deciſ.* 142. *per tot.* vbi etiam *num.* 18. benè declarat quæ cenſeatur perſona prædilecta, & *deciſ.* 244. *d. par.* 17.

Quòd reciproca ſubſtitutio inter aliquas perſonas, excludat omnes alias, Caualer. *deciſ.* 296. *numer.* 7. & quando ſecus, Rot. *par.* 17. *recentior. deciſ.* 98. *&* 243. *per tot.*

An reciproca ſubſtitutio ſuſtineatur in dote, pendet à quæſtione, an dos ſuccedat loco legitimæ, vel non, dixi in §. *Dos num.* 16. *& ſeqq. &* §. *Fideicommiſſum num.* 20. Altograd. *conſ.* 87. *num.* 30. *lib.* 1. facit Rot. *par.* 13. *rec. deciſ.* 118. vide in §. *Legitima n.* 30.

Subſtitutio reciproca regulariter refertur ad omnes in- 23
ſtitutos in eodem capitulo comprehenſos, ſecus autem ſtante diuerſitate orationum, & capitulorum ſeparatorum, nam tunc refertur ad ſolos proximè inſtitutos, maximè ſi inter vnam, & aliam inſtitutionem ſit aliquod intermedium, vel ſi ſit poſita poſt minus dilectos, non extenditur ad magis dilectos, cùm onus contineat, ſicut nec quando diuerſa militat ratio, vel vbi reſultaret inæqualitas, ſiue abſurdum, vt latè probat contrarijs reſpondendo Altograd. *conſ.* 54. *num.* 4. *& ſeqq. per tot. lib.* 1. vbi etiam ex quibus orationum vnitas, vel diuerſitas cognoſcatur, & quando clauſula ſubſtitutionis in fine poſita refe-

referatur ad omnes, vel tantùm ad proximè nominatos, & ibidem etiam inferit conſilium D. Io: Baptiſtæ Spadæ in eadem cauſa ſuccinctè redditum, facit Rot. *par.13. recent. deciſ. 45. num. 12. & ſeqq. & deciſ. 124. num. 2. & ſeqq.* vbi quòd facta inter primos inſtitutos, non extenditur ad eorum filios in conditione poſitos, & alia latè Baitel. *de vlt. volunt. deciſ. 1. &c.*

Quando autem ſubſtitutio reciproca facta inter inſtitutos comprehendat etiam alium inſtitutum additum, & primis inſtitutis adæquatum, latè Rot. *par. 17. recent. dec. 98. & 243. per tot. in eadem cauſa.*

24 Subſtitutis pluribus inuicem, ſiue reciprocè, illorumque filijs, filij cuiuslibet intelliguntur tantum ſubſtituti ad inuicem reſpectu portionis paternæ, non autem aliorum inſtitutorum, quaſi in ſubſtitutione facta de tranſuerſalibus non includatur alter tranſuerſalis, ſed tantùm deſcendentes tranſuerſalis grauati, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 371. num. 8. &c. cap. 664. num. 2. cap. 741. num. 10. &c.* Mart. Medic. *dec. 5. num. 11.* Honded. *conſ. 60. num. 59. lib. 1.* Sperel. *dec. 151. num. 11. & dec. 152. num. 29. &c. num. 91. &c.* alios allegat Altograd. *conſ. 92. num. 33. lib. 1.* vbi tamen ipſe *num. 34.* dicit contrarium eſſe verius, quando ex coniecturis apparet fuiſſe inductum reciprocum fideicommiſſum inter omnes vocatos, & præcipuè vbi fuit expreſſa ratio agnationis, ſequitur Sperel. *d. deciſ. 152. num. 29. &c.* vide Rot. *in Vrbinatenſ. Prædij 3. Iunij 1650. coram Bichio, §. Neque hic inter recent. par. 11. dec. 42.* Gregor. *deciſ. 337.* Vrceol. *Conſult. for. cap. 56. num. 34. vol. 2. & cap. 80. n. 13. & ſeqq. & num. 35. & ſeqq. vol. 2. vbi inſerit deciſionem Rot. Romanæ in Bonon. fideicommiſſi de Grottis 4. Iunij 1666. coram Ottalora*, & benè declarat quando reciproca intelligatur dumtaxat diſcretiuè inter liberos reſpectu portionis proprij parentis, vel inter omnes, etiam de linea ad lineam, & ex pluribus coniecturis ſimul iunctis concludit pro reciproca de linea ad lineam, Rot. *par. 12. recent. dec. 171. num. 22. &c.* vbi benè declarat *par. 13. deciſ. 124. n. 3. & ſeqq. per tot. & par. 14. deciſ. 411. per tot.* Bich. *deciſ. 271. 424. 559. 608. & 593. num. 8.* vide in §. *Poſitus in conditione num. 3.*

An autem ſubſtitutio reciproca inducatur inter filios in conditione poſitos, an inter inſtitutos cum prohibitione alienationis, quas ſubſtitutiones contineat, & alia, latè Martha *de ſucceſſ. par. 4. quæſt. 29. art. 3. & ſeqq. per tot.* vide in §. *Poſitus in conditione num.* Vrceol. *conſult. forenſ. cap. 81. vol. 2.* Rot. *par. 13. recent. deciſ. 124. num. 3. & ſeqq. per tot.* Baitel. *de vlt. volunt. deciſ. 1. & 2.* vbi plenè de materia reciprocæ ſubſtitutionis an, & quando, ac inter quos cenſeatur inducta.

25 Subſtitutio compendioſa ſic dicta à compendio, & breuitate verborum, quibus plures ſubſtitutiones comprehenduntur, nam cùm multi ſint rerum euentus, & teſtatoris filijs ſuis in omni tempore prouidere cupiant, ſiue moriantur ante aditam hæreditatem, ſiue poſteà in pupillari ætate, ſiue in pubertate, fuit inducta hæc ſubſtitutio, qua mediante poſſint in omni tempore ſub compendio prouidere, veluti quandocumque filius meus deceſſerit ſine liberis, ſubſtituo talem, vel alijs verbis æquipollentibus, etiam abſque huiuſmodi dictione, *quandocumque*, & perinde eſt, ac ſi teſtator omnes ſubſtitutiones expreſſiſſet, & ſic compendioſa eſt ſecunda inſtitutio, quæ ſub compendio temporum, & non perſonarum plures ſubſtitutionum ſpecies comprehendere, apta eſt; poteſt fieri verbis directis, obliquis, ſeu precarijs, & communibus, vt benè declarant Bart. Soccin. Iuo. & alij *in l. Centurio, ff. de vulg. & pupill.* Bald. Cort. Cagnol. & alij *in l. precibus, C. de impub. & alijs ſubſtit.* Panormit. Couar. & cæteri *in cap. Raynutius de teſtam.* Gomeſ. *var. reſolut. lib. 1. cap. 7.* Ang. Otoni. & alij *in §. fin. Inſtit. de pupill. ſubſtit.* Cabal. *conſ. dec. 89. lib. 1.* Martha *de ſucceſſ. p. 4. quæſt. 30. art. 1. &c.* Tuſch. *litt. S. concluſ. 796. & ſeqq. ad 800.* vbi plenè Ricc. *Collect. 790. 1861.* Rot. *par. 12. recent. dec. 171. num. 13. &c. deciſ. 197. num. 1. & ſeqq. par. 14. dec. 30. per tot.* Bich. *deciſ. 17.* Rot. *par. 15. deciſ. 322.* Carol. Marant. *controu. par. 5. reſponſ. 23. per tot.*

Quòd dicatur compendioſa ſubſtitutio, ſi fiat alicui, ſi deceſſerit ſine filijs, quamuis non contineat dictionem, *quandocumque*, Gratian. *diſceptat. for. cap. 407. num. 1. &c. cap. 528. num. 1. &c. cap. 869. num. 38.* Magon. *deciſ. Florent. 4. num. 1.* Altograd. *conſ. 76. num. 5. lib. 1.* Surd. *dec. 37. num. 8.* vide Tuſch. *loc. cit.* & Rot. *in loc. ſup. cit.*

Quando, & ex quibus coniecturis dicatur facta compendioſa, Menoch. *lib. 4. præſumpt. 51.*

Quòd ſit compendioſa, quando eſt facta alicui, quandocumque ſine liberis decedenti, & fideicommiſſum importet, Caualer. *dec. 575. num. 1.* Rot. *par. 11. recent. dec. 346. n. 17. etc.* vbi quòd facta deficientibus omnibus, &c. omne tempus deficientiæ amplectitur, & ſic eſt compendioſa, quæ continet fideicommiſſariam, cuius vigore ſuccedit ſecundus ſubſtitutus poſt aditam hæreditatem à primo, vide Bich. *dec. 17. per tot.* Rot. *par. 15. recent. dec. 322.* Carol. Marant. *contr. par. 5. reſponſ. 23. per tot.*

Subſtitutio compendioſa, licèt regulariter contineat pupillarem tamquam expreſſam verbis generalibus, tamen illam non comprehendit quando teſtator ſe reſtrinxit ad propria bona, & quomodo hoc intelligatur, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 528. num. 13. etc. cap. 542. num. 29. etc.* Rot. *par. 2. diuerſ. deciſ. 181. num. 9. etc.* Martha *de ſucceſſ. par. 4. quæſt. 30. art. 5. num. 17. et ſeqq. per tot.* Rot. *par. 11. recent. deciſ. 269. num. 21. et ſeqq.* vbi quòd non comprehendit pupillarem, quando teſtator reſtrinxit ſe expreſsè ad vulgarem, & fideicommiſſariam, & tunc mater non cenſetur priuata legitima, *ſupra n. 16.* 26

Quòd contineat etiam vulgarem, niſi conſtet de contraria mente teſtatoris, Magon. *deciſ. Florent. 4. num. 2. & num. 38.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 53. per tot.* Altograd. *conſ. 76. num. 53. lib. 1.* latè Martha *de ſucceſſ. d. art. 5. num. 1. et ſeqq.* Rot. *par. 11. recent. dec. 196. num. 23. et ſeqq.* vbi quòd vulgarem non continet, quando confertur poſt acquiſitam hæreditatem gradui antecedenti, & quando illam contineat, Rot. *par. 15. rec. dec. 322.*

Quòd in relictis particularibus compendioſa reſoluatur in fideicommiſſariam, nec poſſit aliquo pacto eſſe vulgaris, intelligendo quando eſt facta hæredi, de cuius manu res particularis ſit capienda, ſecus ſi ſit facta legatario, Altograd. *conſ. 49. n. 34. et ſeqq. lib. 1.* vide Martha *loc. cit.*

An compendioſa comprehendat exemplarem, dic quòd ſic regulariter, Menoch. *lib. 4. præſumpt. 45. per tot.* Ger. Spin. *conſ. 22. num. 14.*

Et an iſto caſu mater excludatur per exemplarem, Menoch. *lib. 4. præſumpt. 46. num. 2. etc. ſupra n. 16.*

Quòd compendioſa contineat vulgarem, pupillarem, & fideicommiſſariam, nec pupillaris excludatur per conditionem, *ſi ſine liberis*, Petr. Cabal. *conſ. deciſ. 89. lib. 1.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 528. num. 30. &c.* latè Menoch. *lib. 4. præſumpt. 53. 54. et 55. per tot.*

27 Subſtitutio compendioſa facta a Pagano, (hoc eſt à non milite) per verba merè directa, valet in vim directæ, durante pupillari ætate, illa verò finita, cum paganus, idest non miles non poſſit directè ſubſtituere, trahitur ad fideicommiſſum, Pract. Papp. *Libell. ex ſubſtit. gloſſ. Compendioſe num. 8. &c.* vide latè Menoch. *lib. 4. præſumpt. 56. per tot.* Ger. Spin. *conſ. 84.* Caualer. *deciſ. 496.* Mart. Medic. *Exam. 43. & dec. 69. et 70. per tot. cum Addit.* Martha *de ſucceſſ. par. 4. quæſt. 30. art. 30 num. 15. et per tot.* vbi hanc opinionem tamquam æquiorem, & veriorem ſuſtinet, poſt multos in contrarium relatos tenentes poſt pubertatem in totum euaneſcere.

Quòd adueniente caſu pupillaris, admittatur ſubſtitutus ad omnia bona pupilli, etiam aliunde quæſita, excluſis venientibus ab inteſtato; & matre, etiam à legitima, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 528. num. 19. &c.* prout dictum eſt ſupra de pupillari, Cabal. *conſ. deciſ. 90. per tot. lib. 2.*

An autem ſubſtitutio compendioſa facta à milite per verba directa, valeat omni tempore iure directo, dic quòd ſic; & quid ſi ſit facta verbis obliquis, vel communibus, vide Mart. *de ſucceſſ. d. par. 4. quæſt. 30. art. 2. per tot.* benè etiam Otinot. *in §. fin. num. 8. & ſeqq. Inſtit. de pupill. ſubſtitut.*

28 Subſtitutio compendioſa facta ſiue à Pagano, ſiue à milite per verba merè obliqua, omni tempore eſt fideicommiſſaria, nec matrem excludit à legitima, & trebellianica, Pract. Papp. *Libel. ex ſubſtitut. gloſſ. Compendioſe num. 14. &c.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 407. per tot.* Mart. Medic. *d. exam. 43. & dec. 69. & 70. cum Addit.* Martha *de ſucceſſ. par. 4. quæſt. 30. art. 2. num. 10. & art. 4. per tot.* vbi latè explicat.

An autem compendioſa facta per verba communia, ſit omni tempore directa, vel fideicommiſſaria, Bart. *in l. Centurio, ff. de vulg. & pupill.* Pract. Papp. *loc. cit. num. 18. &c.*

Gra-

Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 542. *num.* 27. *&c. cap.* 528. *per tot.* vbi in caſu ſuo ex multis oſtendit eſſe directam, & quòd talis in dubio præſumatur, & propter clauſulam *omni meliori modo*, maximè pia cauſa ſubſtituta, Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 52. *&c.* Caualer. *deciſ.* 496. Mart. Medic. *loc. ſup. cit.* Martha *de ſucceſſ. d. par.* 4. *quæſt.* 30. *art.* 2. *n.* 11. *&c. & art.* 5. *per tot.* Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 132. vbi quòd verba communia, ſi non ſubſit aliqua neceſſitas, vel ratio obliquandi, debent interpretari pro directis, & ſic ſemper debet potius capi interpretatio, vt ſubſtitutio ſit directa, quia obliqua.

Quid ſi compendioſa fuerit facta per verba directa, & communia ſimul, an ſubſtitutus poſſit eligere ex qua velit ſuccedere, & quando compendioſa facta ſub diuerſis formis, ſolam fideicommiſſariam contineat, & alia Martha *de ſucceſſ. d. q.* 30. *art.* 6. *&* 7. *per tot.*

Quæ ſint verba directa, quæ communia, & quæ obliqua, Pract. Papp. *d. gloſ. Compendioſe in princip.* Oinot. in *§. fin. n.* 6. *Inſtit. de pupill. ſubſtit.*

29 Subſtitutus vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, an poſſit eligere, ex qua ſubſtitutione velit ſuccedere, & quid importent illa verba, vt plurimum per notarios apponi ſolita in ſubſtitutionibus, Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 63. *per tot.* Martha *de ſucceſſ. par.* 4. *quæſt.* 30. *art.* 7. *per tot.* Tuſch. *litt. S. concluſ.* 788. *per tot.* Vrceol. *Conſult. for. cap.* 80. *&* 81. *volum.* 2. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 10. *per tot. quæſt.* 245. *num.* 79. *quæſt.* 257. *num.* 29. vbi de alijs effectibus dictæ clauſulæ, de quibus etiam Caren. *reſol.* 34. *per tot.*

Et quid ſi fuerit dictum vulgariter, pupillariter, &c. an ſub huiuſmodi clauſula cæterata comprehendatur etiam ſubſtitutio fideicommiſſaria, cùm dictio cæterata contineat omnia, quæ ſunt de conſuetudine notarij in tali materia, Altograd. *conſ.* 75. *per tot. lib.* 2. vbi tandem firmat pro negatiua, cùm clauſula cæterata non extendatur, vbi intentio partium non fuit plenè expreſſa, nec ad inducendum onus, & diſpoſitionem ſubſtantialem non expreſſam.

Qualiter autem ſubſtitutio compendioſa extinguatur reſpectu vulgaris, & pupillaris, Martha *de ſucceſſ. par.* 4. *quæſt.* 30. *art.* 8. *per tot.*

Et qualiter reſpectu fideicommiſſariæ, & ſic an, & quando fideicommiſſum expiret, ſiue extinguatur, idem Martha *d. par.* 4. *quæſt.* 21. *art.* 15. *per tot.* vide in §. *Fideicommiſſum num.*

30 Subſtitutio conditionalis non tranſit ad hæredem ſubſtituti, niſi de illo ſit facta ſpecialis mentio, vel niſi eſſet talis, qui veniat ex iudicio teſtatoris, Pract. Papp. *Libell. ex ſubſtit. gloſſ. Breuiloque num.* 26. *& gloſ. Qui ex eis num.* 2. Crauett. *conſ.* 152. *num.* 3. Capyc. *dec.* 115. *num.* 6. *&c.* vide in §. *Fideicommiſſum num.* 27. vbi plura Viui. *comm. opin.* 843. *&* 844. vbi plenè Gomeſ. *var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 29. *& cap.* 4. *num.* 15. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 16. *num.* 8. *&c. vol.* 4. Rot. *par.* 13. *recent. dec.* 11. *num.* 10. *et ſeqq. deciſ.* 378. *n.* 1. *etc.* Sanfelic. *dec.* 279. vbi quòd præmoriente ſubſtituto, legatum non tranſmittitur.

Quòd ſubſtitutiones factæ in contractibus, etiamſi ſint conditionales, tranſmittantur ad hæredes, & quare, benè Caren. *reſolut.* 170. *per tot.*

30 Subſtitutio fideicommiſſaria poteſt fieri, etiam in contractibus, & donationibus inter viuos, vel cauſa mortis, & dabitur actio ex fideicommiſſo, non tamen poterit detrahi trebellianica, ſed tantùm legitima, & licèt poſteà reuocetur donatio quoad primum donatarium, non cenſebitur reuocata quoad ſubſtitutum, cui per ſtipulationem donantis, vel donatarij quæritur actio, & ſecundum multos etiam ipſo iure dominium adueniente caſu ſubſtitutionis, ita vt habeat rei vindicationem videndus, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 247. *per tot. cap.* 332. *per tot. cap.* 381. *n.* 22. *etc. cap.* 405. *num.* 19. *etc. cap.* 575. *per tot.* Franch. *dec.* 74. Caren. *reſolut.* 154. *et reſolut.* 170. *per tot.* Magon. *deciſ. Florent.* 71. *num.* 6. *etc.* plenè Cabal. *conſ. dec.* 142. *num.* 74. *et ſeqq. ad* 131. *lib.* 1. Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſ.* 25. *fol.* 507. *etc.* vbi plura qualiter fiat in contractibus, & quid operetur, vbi quòd competit tantùm actio perſonalis, & non hypothecaria contra poſſeſſores, vide in §. *Donatio num.* 37. *etc.* §. *Renunciatio num.* §. *Fideicommiſſum num.* 3. Rot. *par.* 9. *recent. dec.* 334. *num.* 12. *et ſeqq. vol.* 2. *et par.* 13. *deciſ.* 82. *num.* 4. *et deciſ.* 280. Merlin. *dec.* 404. vbi qualiter donatione facta patri, necnon filijs, & deſcendentibus in infinitum ſub conditione non alienandi, ſi pater alienauerit, poſſint filij, vel alij deſcendentes, etiam tempore alienationis non concepti illam reuocare, cùm habeant ius quæſitum irreuocabile ex ſtipulatione patris, & notarij, etiam ante illorum acceptationem, vel ratificationem dixi in §. *Donatio num.* 65. *verſ.* 8. Rot. *par.* 13. *recent. deciſ.* 429. *per tot.* Martha *vot. Piſ.* 215.

Quòd in præiudicium ſubſtituti non ſit locus reuocationi donationis, etiam de conſenſu donatarij, ſtante ſtipulatione pro dicto ſubſtituto abſente, Martha *vot. Piſ.* 215. Rot. *in Nouiſſ. par.* 7. *dec.* 37. *num.* 6. Altograd. *conſ.* 37. *num.* 6. *&* 7. *lib.* 2. vide latè Vrceol. *conſult. forenſ. cap.* 54. *num.* 42. *& ſeqq. vol.* 2. vbi benè hanc probat opinionem, & Rot. *par.* 9. *recen. deciſ.* 334. *num.* 12. *& ſeqq. per tot. & par.* 13. *dec.* 280. *per tot.*

In contrarium vide Surd. *deciſ.* 209. *num.* 15. Larream *in alleg. fiſc. tom.* 2. *alleg.* 115. *num.* 25. Dian. *par.* 8. *tractat.* 6. *reſolut.* 103. vbi probat donationem factam alicui, vt poſt eum alius ſubſtituatur, quamvis reſpectu primi donatarij non poſſit reuocari, tamen reſpectu ſecundi ſubſtituti ante illius acceptationem mutari poſſe, & reuocari Ant. Fab. *in ſuo Cod. tit. de donat. quæ ſub mod. &c. definit.* 2. Paul. Chriſtin. *dec.* 191. *num.* 10. *vol.* 4. vide Vrceol. *& alios ſupr. cit.* Martha *vot. Piſ.* 247. *num.* 7. *& ſeqq.* vbi quòd de conſenſu primi donatarij poteſt reuocari in præiudicium ſubſtituti ante acceptationem ab eo factam, & maximè ſi ſit de deſcendentibus primi.

In vltimis voluntatibus, quia tertio non eſt ius irreuocabiliter quæſitum, reuocato legato quoad principalem, erit etiam reuocatum quoad ſubſtitutum, Bart. *in l. qui Romæ*, §. *Flauius*, *ff. de verb. obligat. ad finem*, Seraph. *dec.* 1409. *num.* 6. *&c.* vide in §. *Donatio num.* 37. *&* 38.

Quòd in donationibus factis in teſtamento, ipſo iure dominium transferatur in donatarium abſque traditione, etiam ad fauorem vlteriorum vocatorum, Sperel. *deciſ.* 168. *num.* 36. *&c.*

Quòd quamuis donatio fuerit caducata quoad primum donatarium, tamen ſuſtineatur quoad ſubſtitutos, cùm tot reputentur donationes, quot ſunt ſubſtitutiones, & quilibet donatarius veniat iure ſuo *per text. in l. Quoties, C. de donat. quæ ſub mod.* Rot. *par.* 9. *recent. deciſ.* 444. *num.* 35. *& ſeqq.* vbi concordantes adducit, *& par.* 12. *dec.* 356. *per tot.* dixi in §. *Donatio num.* 21. 34. *&c.* Rot. *par.* 13. *rec. deciſ.* 280. *num.* 15. vbi quòd contrauentio vnius ex vocatis, non poteſt alijs iure proprio venientibus præiudicare, ſed potiùs aperit illis viam ſuccedendi quaſi caducata prima parte.

Subſtitutio regulariter non poteſt extendi de perſona ad perſonam, niſi aliter de mente deponentis appareat, & ideò facta ſub conditione, *ſi hæres deceſſerit ſine filijs*, illo decedente cum filijs videtur per defectum conditionis expiraſſe iuxta celebre conſilium Oldrad. 21. Caualer. *deciſ.* 454. 481. *&* 513. *per tot.* Rot. *par.* 18. *recent. tom.* 1. *dec.* 166. *num.* 1. *& deciſ.* 645. *tom.* 2. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 480. *per tot.* Martha *vot. Piſ.* 222. *per tot.* Viui. *comm. opin.* 855. facit latè Cabal. *conſ. deciſ.* 39. *lib.* 2. Altograd. *conſ.* 60. *num.* 1. *& ſeqq. lib.* 1. Pontirol. optimam rationem adducens in *Reſponſ. pro Mambellis Caſenæ impreſſo de anno* 1645. *num.* 128. *etc.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 16. *num.* 2. *vol.* 4. Merlin. *dec.* 83. vbi quando poſſit ex coniecturis recedi à dicto conſ. Oldrad. idem Merlin. *dec.* 654. *num.* 11. *etc.* Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 56. *vol.* 2. *et cap.* 70. *per tot. d. vol.* 2. Rot. *par.* 9. *recent. vol.* 1. *dec.* 2. *num.* 7. *et ſeqq. per tot. et dec.* 108. *num.* 6. *et ſeqq. et dec.* 139. *n.* 22. *et dec.* 385. *per tot. d. par.* 9. *et par.* 10. *dec.* 72. *per tot. et dec.* 142. *per tot. et par.* 12. *dec.* 2. *par.* 13. *deciſ.* 154. *num.* 18. *et ſeqq. deciſ.* 459. *num.* 3. *etc.* & coram Bichio *deciſ.* 4. vbi quòd vera eſt concluſio quando ſubſtitutio eſt facta per verba certi, & determinati temporis, vt mortis hæredis, ſecus autem ſi ſub conditione deficientiæ filiorum, nam tunc cùm non habeat tempus determinatum, admittitur ſubſtitutus quandocumque deficiant filij, etiam poſt mortem inſtitutorum, vt *infra num.* 49. Rot. *par.* 16. *recent. dec.* 104. *num.* 14. *et ſeqq. et deciſ.* 235. *per tot.* vbi canonizatur dictum Oldradi conſilium, à quo licèt recedi poſſit ex coniecturis, tamen illæ debent eſſe vrgentes, efficaces, ac omninò concludentes, & ideò plures reijciuntur in dicta deciſione, & *par.* 17. *dec.* 2. vbi quòd paſſim receditur à conſ. Oldrad. ex coniecturis, nec procedit quando teſtator proceſſit per verba realia, vel 32

reſpe-

reſpexit ad tempus indeterminatum, vt ſupra, & par.18. deciſ.645. vbi quòd non intrat conſ. Oldrad. quando in caſu deficientiæ lineæ fuit alter vocatus, qui ſine præcedenti ſubſtitutione inter omnes de linea ſuccedere non poterat, ac ideò neceſſe ſit dicere, fuiſſe inductam reciprocam inter ipſos de linea, licèt primus deceſſerit ſine filijs.

Quòd ſufficiat obijcere prætendenti ius ex ſubſtitutione, de re non loquitur ſubſtitutio, vel illam dubiam, & obſcuram reddere ad eum excludendum, Maſcard. de probat. vol. 3. concluſ.1342. Altograd. conſ. 48. num. 1. 19. & 20. conſ. 54. num. 49. 52. 54. 97. &c. ad 101. lib. 1. conſ. 43. num.73. conſ.79. num. 1. & ſeqq. conſ.92. per tot. lib.2. Fuſat. de ſubſtit. quæſt. 351. num. 9. Cyriac. contr. 579. num. 31. & 608. num.2. Conciol. allegat.41. in fine, Vrceol. conſult. for. cap. 70. num. 1. vol. 2. Rot. par. 11. recent. dec. 181. per tot. vbi plura pro non extenſione, etiam ſi fuerit contemplata agnatio, quia debet referri ad perſonas nominatas, & par. 13. deciſ. 378. num. 1. & ſeqq. vbi quòd ad fideicommiſſum aſpirans tenetur caſum ſuæ vocationis probare, alias poteſt repelli, quòd ad ipſum non trahatur ſubſtitutio, & latè Ludouiſ. cum Beltramin. deciſ. 433.

Quòd non extendatur de vno tempore ad aliud, Altograd. conſ.46. num.42. &c. lib. 1. vbi plura de extenſione non permiſſa, & Ger. Spin. conſ. 12. & 89. per tot. Ludouiſ. cum Beltramin. dec.338.

Quòd non extendatur de caſu ad caſum, & quando poſſit extendi, Gratian. diſceptat. forenſ. cap.741. per tot. cap. 847. num. 12. &c. Magon. deciſ. Florent. 4. num. 41. &c. Sperel. deciſ.152. per tot. Marcian. diſput. forenſ. cap.30. latè Tuſch. littera S. concluſ.842. per tot. Paul. Chriſtin. dec. 26. num. 2. vol.4. Vrceol. Conſult. for. cap. 56. vol. 1. Ludouiſ. cum Beltramin. dec.338. per tot. & dec. 371. Rot. p. 17. rec. dec. 154. n. 9. & ſeqq.

Ex coniecturis tamen, & præſumptionibus poteſt recedi à dicto conſilio Oldradi, quales autem eſſe debeant, latè Menoch. lib. 4. præſumpt. 69. Magon. deciſ. Florent. 50. num.32. &c. Altograd. conſ.60. n. 116. & ſeqq. lib. 1. Merlin. deciſ.83. per tot. Rot. par.9. recent. vol. 1. dec. 2. num. 7. & ſeqq. per tot. & deciſ. 108. num. 6. & ſeqq. d. par. 9. & dec. 255. num. 16. & ſeqq. deciſ. 266. per tot. d. par. 9. & deciſ. 385. per tot. eadem par. 9. & par. 10. deciſ. 142. per tot. vide Fuſat. de ſubſtit. quæſt.480. per tot. Rot. par. 13. recentior. deciſ.45. num.9. & ſeqq. deciſ.459. num. 5. &c. par. 16. deciſ. 104. num. 14. & ſeqq. & deciſ. 235. per tot. Ioſeph de Roſa conſult. 40. per tot. Caren. reſolut. 29. 43. 120. & 163.

Et ideò ſubſtitutio facta ſub dicta conditione ſi hæres deceſſerit ſine filijs, quando fuit cogitatum de bonis in familia, & agnatione conſeruandis, habet locum etiam vbi hæres habuit filios, qui poſteà ſine filijs deceſſerint, Gratian. diſceptat. forenſ. cap.487. num.10. & per tot. cap. 629. cap.828. cap.847. cap.774. Franch. deciſ.92. num.1. &c. vbi contrà, &c. vide § Fideicommiſſum num. 8. §. Legatum num. Rot. par. 9. recent. deciſ. 2. per tot. & plenè dec. 152. per tot. par.10. recent. vbi quòd licèt regulariter expiret ſubſtitutio per exiſtentiam filiorum, etiamſi poſteà moriantur iuxta conſ.21. Oldradi, tamen ſecus eſt quando ex coniecturis apparet teſtatorem purum, & abſolutum fideicommiſſum omni caſu inducere voluiſſe, quod colligitur ex contemplatione agnationis, tractu ſucceſſiuo, digreſſione ad plures ſubſtitutionum gradus, tam in parte actiua, quàm paſſiua, & huiuſmodi, vt latè ibidem pro fideicommiſſo reſoluitur, & par. 13. deciſ. 45. n. 9. & ſeqq. & par.16. deciſ.104. num.14. &c. deciſ.235. vbi pro concluſione fideicommiſſi, Ioſeph. de Roſa d. conſult. 40. per tot. vbi pro fideicommiſſo ad limitationem conſilij Oldradi, Rot. par.18. recent. deciſ. 684. per tot. vbi pariter pro fideicommiſſo, quando ſubſtitutio ſub dicta conditione ſine filijs facta fuit per verbum, quandocumque, &c. par. 19. deciſ.89. vbi pro fideicommiſſo quando adeſt ratio agnationis, & permanentiæ bonorum in familia.

An, & quando ſubſtitutio directa poſſit extendi de caſu ad caſum, de perſona ad perſonam, & de tempore ad tempus, Menoch. lib.4. præſumpt. 65. per tot. & præſumpt. 73. per tot. vbi quid in fideicommiſſaria, Ludouiſ. cum Beltramin. deciſ. 238. Rot. par. 13. recent. dec. 114. n. 10. & ſeqq. per tot. vbi quòd facta in euentum, quòd hæres decedat cum filijs maſculis, & fœminis non porrigitur ad caſum, quo decedat ſine filijs ob defectum conditionis, & ſubſtitutio fideicommiſſaria habetur pro non facta, ac bona remanent ſub libera diſpoſitione hæredis ſine filijs defuncti, dixi in §. Conditio n.78.

Quòd extendatur vbi conſtat de voluntate teſtatoris, Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 979. num. 32. &c. Duran. deciſ. 267. num. 1. Tuſch. litt. S. concluſ. 842. num. 60. & ſeqq. vbi refert plures coniecturas, Rot. par. 9. recent. deciſ. 2. & dec. 385. d. par. 9. & par. 17. dec. 154. n. 10. & ſeqq.

Item ratione maioris dilectionis, Gratian. cap. 828. num.49. Ponttrol. loc. ſup. cit. num.87.

Item quando caſus omiſſus habet eandem omninò rationem cum caſu expreſſo, & in caſu omiſſo veriſimile eſt, quòd teſtator idem voluerit, quod in expreſſo, non obſtantibus aliquibus verbis reſtrictiuis, quæ non impediunt extenſionem ex veriſimili mente teſtatoris, Surd. dec.37. num. 17. &c. & conſ. 236. Beltramin. ad Ludouiſ. dec. 338. num. 14. Rot. par. 17. recent. deciſ. 154. num. 12. et ſeqq.

Item fauore piæ cauſæ, & quando teſtator fecit plures gradus ſubſtitutionum vocando omnes inuicem, & ita poſſe limitari dictum conſilium Oldradi, Gratian. diſcept. forenſ. cap.662. per tot. Rot. par. 2. diuerſorum dec. 140. per tot. Duran. dec. 267. num. 2. Rot. par. 13. recent. dec. 154. num. 25. vbi quòd fauore piæ cauſæ permittitur quidem extenſio de perſona ad perſonam, ſed non admittitur extenſio conditionis, de caſu ad caſum.

Quòd ſubſtitutio directa poſſit de caſu ad caſum extendi concurrente fauore piæ cauſæ, vel animæ, vel vbi teſtator conſiderauit potius effectum, quàm modum, vel vbi apparet de mente teſtatoris, vel vbi caſus omiſſus poteſt ſub generalitate verborum comprehendi, vel quando fuit expreſſus caſus, qui frequentius ſolet accidere, vel quem teſtator magis euenire poſſe putauerit, vel vbi militat eadem ratio, & idem effectus, Altograd. conſ. 76. num. 26. etc. lib. 1. vbi propterea infert ad plures caſus, in quibus datur extenſio de caſu ad caſum, & num. 69. etc. reſpondet obiectis, latè Sperel. deciſ. 144. et 152. per tot.

Multa de ſubſtitutione piæ cauſæ quando locum habeat, vel non, & quos fauores habeat, vel non, Tuſch. litt. S. concluſ.831. et 832. per tot.

Subſtitutio facta patruis ad fauorem nepotum, vt quia nepotes fuerint actiuè vocati, & ſubſtituti patruis ſine filijs decedentibus, cenſetur etiam facta paſſiuè ipſis nepotibus ad fauorem patruorum, & ſic patrui ex præſumpta mente teſtatoris cenſetur vocati, & ſubſtituti ipſis nepotibus ſine filijs decedentibus, ita vt ſi inter omnes vocatus adſit reciproca ſubſtitutio, & vltimo decedenti ſint ſubſtituti proximiores agnati, veniat etiam in reſtitutione ad fauorem agnatorum huiuſmodi portio cum alijs conglobata, & ſic in vtroque caſu ipſis quoque nepotibus cenſebitur grauamen appoſitum, licèt non ſit expreſſum, quando fuit habita ratio agnationis conſeruandæ, factus fuit digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, & quando aliàs reſultaret abſurdum, cùm etiam ratione abſurdi vitandi poſſit fideicommiſſum, vel ſubſtitutio extendi de perſona ad perſonam, Sord. dec. 319. num. 11. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 2. num. 20. cum alijs per Ponttrol. in Reſponſe pro Mambellis Caſena impreſſo de anno 1645. n.72. et ſeqq. 33

Contrarium tamen in vtroque caſu, nempè reciprocam ſubſtitutionem inter filios, ſi fideicommiſſariam contineat, non extendi ad nepotes, nec ideò eos cenſeri grauatos, nec erga agnatos vltimò vocatos, niſi ſit expreſsè diſpoſitum, latè ex multis oſtendit idem Ponttrol. loc. cit. num.97. et ſeqq. ad 212. & præcipuè quia tacita reciproca in iure non reperitur, vbi non concurrunt omnia eius requiſita, nec eſt locus extenſioni de perſona ad perſonam ex quacumque ratione verbis non expreſſa, cùm voluntas teſtatoris, quæ ex verbis non colligitur tamquam imaginaria non attendatur, licèt enim ex legitimis coniecturis poſſit depromi, tamen illæ debent eſſe omninò neceſſariæ, & concludentes, ac ex teſtamenti verbis, & diſpoſitis per neceſſarium intellectum, non poſſibilem tantùm, & perſuaſiuum deſumptæ, ita vt ſint perſpicuæ, & violentæ, cum alias in dubio ex comentitio æquitatis dictamine, non ſint inducendæ ſubſtitutiones tamquam ratione oneris implici odioſæ, & cum iuxta propriam

priam verborum ſignificationem ſub nomine filiorum non veniant nepotes, vt perbellè probat Pontirol. *loc. cit.* Mandel. *conſ.* 29. *num.* 11. Crauett. *conſ.* 161. *num.* 8. *conſ.* 306. *in fine*, Menoch. *conſ.* 376. *num.* 41. *conſ.* 636. *num.* 11. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 13. *num.* 88. latè Fuſar. *de ſubſtitut. quaſt.* 472. *num.* 30. *& ſeqq. quaſt.* 479. *num.* 124. Altograd. *conſ.* 60. *num.* 118. *lib.* 1. Vrceol. *conſult. forenſ. cap.* 56. *vol.* 2.

Neque ratio agnationis, etiam expreſſa facit locum dictæ extenſioni, niſi in parte prorſus ſeparata teſtamenti principaliter de per ſe, ac independenter ab omni alia diſpoſitione, & conditione ſit adſcripta, ita vt apertiſſimè conſtet teſtatorem voluiſſe de per ſe illam inducere, Fuſar. *quaſt.* 480. *num.* 24. Seraph. *deciſ.* 883. *num.* 6. *&c.* prout egregiè declarat Pontirol. *loc. cit. num.* 156. *& ſeqq.* vbi quòd ita quamplurima Sacræ Rotæ Romanæ reſponſa poſſunt interpretari, & *num.* 160. *& ſeqq.* explicat quando digreſſio ad plures ſubſtitutionum gradus dicatur facta, & extenſionem operetur, vel non, & *num.* 193. *& ſeqq.* reſpondet abſurdis pro extenſione inducenda conſideratis.

Quòd vbi ratio agnationis eſt diſpoſitiuè expreſſa poſſit per ſe ſola ſufficere ad inducendum fideicommiſſum, probat Altograd. *conſ.* 92. *num.* 17. *&c. lib.* 1. Secus autem ſi non ſit diſpoſitiuè, & per viam principalis diſpoſitionis adiecta, ſed per modum rationis conſecutiuæ ad præcedentem diſpoſitionem, quia tunc non ampliat fideicommiſſum præcedens, nec operatur vllam extenſionem, ſed reſtringitur ad perſonas expreſsè vocatas, idem Altograd. *conſ.* 66. *num.* 53. *&c. lib.* 2. facit latè Rot. *par.* 11. *recent. deciſ.* 181. *per tot.* vbi plura ad excludendam extenſionem ſubſtitutionis de perſona ad perſonam, non obſtante ratione agnationis, quæ eſt referenda ad perſonas nominatas.

34 Subſtitutio euaneſcit, ſi deficiat inſtitutio, à qua dependet, *l. qui habebat, ff. de vulg. & pupill.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 536. *num.* 33. *&* 54. *cap.* 571. *num.* 28. *cap.* 662. *num.* 6. *cap.* 771. *num.* 35. *&c. cap.* 774. *num.* 5. *&c.* Sperel. *dec.* 151. *num.* 5. *&c.* Magon. *deciſ. Florent.* 4. *num.* 4. *&* 26. Theſ. *deciſ.* 60. vbi quærit an venientes ab inteſtato teneantur vigore clauſulæ codicillaris reſtituere hæreditatem filijs primi inſtituti; adde Cabal. *conſ. deciſ.* 100. *per tot. lib.* 2. vbi quòd caducata inſtitutione per mortem hæredis ante teſtatorem, ſit locus ſubſtitutioni piæ cauſæ vocatæ, ſub conditione ſi hæres ſine filijs deceſſerit, ſtante clauſula codicillari, per quam venientes ab inteſtato cenſentur rogati reſtituere piæ cauſæ, etiam ſine Trebellianicæ detractione.

Quòd quando deficit conditio quoad primos, non ſit locus ſequenti ſubſtitutioni, Rot. *par.* 2. *diuerſ. dec.* 230. *num.* 1. Martha *vot. Piſ.* 28. *num.* 8. *& ſeqq. & vot.* 222. *n.* 24. Altograd. *conſ.* 46. *num.* 8. *& ſeqq. per tot.* vbi etiam multa de conditione voluntaria, & neceſſaria quomodo differant, & quòd in neceſſaria admittatur extenſio de caſu ad caſum ex coniecturis, in voluntaria verò ſecus, cùm in neceſſaria videatur potius conſideratus effectus, quam modus, in voluntaria verò ſolum modus, & forma præſcripta, latè Vrceol. *Conſult. for. cap.* 82. *per tot. vol.* 2. Rot. *in Bonon. fideicomm. de Pinchiaris* 28. *Martij* 1659. coram Priolo habetur *par.* 13. *recent. dec.* 49. & penès Vrceol. *d. cap.* 82. *num.* 70. *& ſeqq. & in Peruſina fideicommiſſi* 26. *Ianuarij* 1660. coram eodem apud Vrceol. *loc. cit. num.* 88. *& ſeqq.* facit idem Vrceol. *Conſult.* 96. *per tot. vol.* 2. vide Fuſar. *de ſubſtitut. quaſt.* 456. *per tot.* Rot. *par.* 13. *recent. dec.* 86. *per tot. & dec.* 154.

Quòd ſubſtitutio fideicommiſſaria corruat decedente hærede grauato ante teſtatorem, *l. ſi nemo, ff. de reg. iur.* Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 7. *num.* 6. Altograd. *conſ.* 77. *n.* 1. *lib.* 1. Viui. *comm. opin.* 854. vbi arguit in vtramque partem, & concludit ad ſucceſſionem admitti venientes ab inteſtato, quando hæres inſtitutus moritur ante teſtatorem, ſupra *n.* 5.

Subſtitutus verò per compendioſam admittitur, etiam ſi hæres inſtitutus decedat ante teſtatorem, & quando ſecus, Gratian. *dec.* 140. *per tot.* Surd. *dec.* 37. vide in §. *Teſtamentum num.* Rot. *par.* 13. *recent. dec.* 281. *num.* 3. *&c.* vbi quòd ſubſtitutus per compendioſam admittitur ſi primus ante conditionis euentum decedat, vel fideicommiſſum recuſet, quia reſoluitur in vulgarem, cuius vigore ex proprio iure alter ſubſtitutus admittitur, *par.* 15. *deciſ.* 353. *& par.* 17. *deciſ.* 134. *num.* 11. *& ſeqq.*

Quòd conditio debeat verificari, ſed illa, quæ eſt appoſita gradui, cui ſucceditur hoc eſt hæredis grauati, non autem illa, quæ eſt adiecta gradui caducato, nempè primi ſubſtituti, qui prædeceſſit, cùm illa tantùm conditio attendatur, per quam defertur ſucceſſio, Surd. *conſ.* 229. *num.* 10. Duran. *dec.* 339. *num.* 74. *& ſeqq.* Rot. *par.* 12. *rec. deciſ.* 197. *num.* 5. *&* 6. *par.* 13. *dec.* 45. *num.* 13. *&c.* vbi quòd quando omnes caſus ſunt de per ſe poſiti, nec vnus ab altero pendet, ſed ſub diſtincto periodo, & oratione ſeparata, attenditur conditio vnicuique adiecta, & defecta in vno caſu, non facit alios ſequentes corruere, vide Rot. *d. par.* 13. *recent. dec.* 86. *per tot. & dec.* 154. *& par.* 17. *dec.* 134. *num.* 11. *& ſeqq.* latè Creſp. de Valdaur. *obſeruat.* 41. *per tot.* vbi plura an caducato medio gradu, caducetur etiam conditio in eo adiecta, vel obſtet ſequenti ſubſtituto.

35 Subſtitutio diuiſa in plures gradus, puta quia filio ſubſtituatur mater, & matri pia cauſa, ſi mater ante euentum conditionis decedat, nihilominus valet, & pia cauſa ſuccedit filio iure ſubſtitutionis loco matris, & ſic etiam medijs ſubſtitutionibus ſublatis, & caducatis, admittuntur ſequentes ingrediendo locum primorum, & ſuccedendo grauato, ac ſi immediatè illi fuiſſent ſubſtituti, niſi tamen deficiat conditio, ſub qua iſti vltimi vocabantur in locum caducatorum, vel niſi poſiti in conditione poſſint dici diſpoſitiuè vocati, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 528. *num.* 12. *&c. cap.* 747. *num.* 15. *&c. cap.* 662. *in princip. cap.* 821. *num.* 22. *&c. cap.* 979. *per tot.* Magon. *deciſ. Florent.* 134. *per tot.* Cabal. *conſ. deciſ.* 164. *num.* 20. *& ſeqq. lib.* 1. Marcian. *diſput. for. cap.* 68. *per tot.* Duran. *deciſ.* 339. *per tot.* vbi latè, & pulchrè Peregr. *de fideicomm. art.* 15. *per tot.* Surd. *dec.* 144. *num.* 5. *&c.* Theſ. *dec.* 86. *per tot.* Ger. Spin. *conſ.* 12. *num.* 49. *& ſeqq.* vbi quando ſequens gradus ſubſtitutorum non admittatur, & *conſ.* 56. *per tot.* vbi quando ſequens gradus admittatur, *conſ.* 80. *num.* 29. *&c.* vbi diſtinguit, & *conſ.* 90. *per tot.* Rot. *par.* 14. *recen. dec.* 123. *num.* 4. *& deciſ.* 427. Bardellon. *conſ.* 108. *per tot. lib.* 2. Paul. Chriſtin. *dec.* 14. *num.* 1. *vol.* 2. vbi quòd deficiente medio gradu, ſubſtitutio tranſit ad vlteriorem, plenè videndus Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 82. *per tot. vol.* 2. vbi *num.* 70. *& ſeqq.* inſerit deciſionem Rotæ Romanæ *in Bonon. fideicomm. de Pinchiaris* 28. *Martij* 1659. *coram Priolo, & in Peruſina fideicommiſſi* 26. *Ianuarij* 1660. *coram eodem*, Rot. *par.* 9. *recen. dec.* 255. *num.* 38. *et* 39. *et par.* 10. *deciſ.* 12. *num.* 20. *et ſeqq.* vbi quòd in ſubſtitutionibus fideicommiſſarijs, primo gradu perempto, ſequens ſuccedit perinde, ac ſi fuiſſet hæredi immediatè ſubſtitutus, *et par.* 13. *dec.* 49. quæ eſt ſupracitata *Bononienſ. de Pinchiaris* 28. *Martij* 1659. vbi benè tota materia iſta declaratur, *et d. par.* 13. *dec.* 86. *per tot. et dec.* 135. *num.* 3. *etc. dec.* 154. *par.* 14. *dec.* 244. *par.* 15. *dec.* 353. *et par.* 17. *deciſ.* 134. *num.* 11. *etc. par.* 18. *dec.* 645. *num.* 7. *et ſeqq.* vbi quòd ſubſtitutiones plures non dependentes à prima, illa caducata, non caducantur, ſed ſubſiſtunt, quia ſubſtitutio ſequens concepta verbis indefinitis aptis comprehendere omne tempus, & totam familiam non ceſſat cum prima.

Quòd ſubſtitutio illius, qui vocatur ad legatum ſub conditione ſi legatario ſuperuixerit efficiatur caduca, ſi ſubſtitutus moriatur ante legatarium, ita vt hæc caducatio faciat deficere alias ſubſtitutiones ſequentes ex defectu conditionis, iſtè probat Altograd. *conſ.* 46. *num.* 7. *etc. per tot. lib.* 1. Paul. Chriſtin. *dec.* 115. *vol.* 6. vbi qualiter per mortem ſubſtituti ante euentum conditionis efficiatur caduca ſubſtitutio, & nihil ad hæredes tranſmittatur, vide latè Vrceol. *d. cap.* 82. *per tot. vol.* 2. Giouagnon. *conſ.* 77. *num.* 29. *et ſeqq. lib.* 1. vide in §. *Legatum num.* 98. *et* 109. Rot. *par.* 13. *rec. dec.* 154.

36 Subſtitutionum pluribus gradibus ordinatis per compendioſam continentem etiam vulgarem vltrà fideicommiſſariam, caducato medio gradu, vltimus ſubſtitutus per vulgarem ingreditur in locum illius, & ſuccedit grauato; quando verò per meram fideicommiſſariam ſubordinati ſunt plures gradus, medio caducato hæres grauatus rem habet cum onere præſtandi ſequenti fideicommiſſario, Bart. *in l. Quamdiu numer.* 10. *ff. de acquirend. hæreditat.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 15. *num.* 14. Fuſar. *de ſubſtitut. quaſt.* 469. *num.* 68. *etc.* Rot. *par.* 11. *recentior. deciſ.* 196. *num.* 23. *et ſeqq. et par.* 13. *deciſ.* 281.

et de-

& deciſ.295. num.7. & ſeqq. part.14. deciſ.30. num.19. & ſeqq. & deciſ.427. num.2. & ſeqq. & part.15. deciſ.353. & part.17. deciſ.134. num.11. & ſeqq. Bich. *deciſ.17. per tot.* vbi benè materiam declarat, & *deciſ.27. per tot. & in eadem cauſa*, vbi fuit confirmata prima deciſio, idem Bich. latè *deciſ.548. per tot.* Altogead. *conſ.46. num.48. & 49. lib.3.* vbi tamen *num.50. &c.* declarat primam concluſionem procedere quando verificatur conditio adiecta primo ſubſtituto, aliàs ſecus, ſecundam vero quando ſubſtitutiones eſſent factæ purè, ſimpliciter, & indeterminatè, vel ſub conditione neceſſaria, quæ tacitè inſit ex natura actus, ita vt actum conditionalem non reddat alias ſecus, & idem eſt ſi deficiat conditio adiecta vltimæ ſubſtitutioni, vel ſi adiecta primo ſubſtituto repugnat ſecundo, quia tunc caducata prima ſubſtitutione, corruunt etiam ſequentes, prout quando ſubſtitutio reperitur facta in vno caſu, & ſub conditione ad certum tempus reſtricta, nam tunc non extenditur ad aliud tempus, & ceſſat dicta doctrina Bart. & aliorum, vt latè explicant Fuſar. & Altograd. *loc.cit.* Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.82. per tot. vol.2.* vbi inſerit deciſionem Rotæ Romanæ de hac materia *ſub num.70. & ſeqq.* & aliam deciſionem *ſub num.88. &c.* Rot. *part.13. recent. deciſ.45. num.13.* vbi benè diſtinguit, an omnes caſus ſint de per ſe, ac ſub diuerſa oratione, & periodo poſiti, vel ſubordinatè, conſecutiuè, & dependenter vnus ab alio, & in primo caſu defectus conditionis in vno gradu, non faciat alios corruere, in ſecundo verò ſic, latè eadem Rot. *d.part.13. deciſ.49. per tot. & deciſ.86. per tot. & deciſ.154. per tot.* facit Paul. Chriſtin. *deciſ.115. vol.6.* vbi qualiter efficiatur caduca ſubſtitutio per mortem ſubſtituti ante euentum conditionis, ita vt nihil ad hæredes tranſmittatur prædictis, adde Caten. *reſol.154.*

An autem conditiones poſitæ in gradu medio caducato, debeant adimpleri, vt ſequens ſubſtitutus, qui reponitur in eius locum admittatur, & alia ad rem, Fontanel. *deciſ.44. & ſeqq.* vbi plures pro vtraque parte allegat, & videtur negatiuè concludere de magis communi hodie practicata, & *deciſ. 589. & ſeqq.* vbi de caducatione medij gradus, & qualiter hæreditas remaneat penes grauatum cum onere reſtituendi ſequenti, etiamſi grauamen eſſet ab exiſtente in gradu caducato nominatim appoſitum.

Et an, ac quando per expirationem ſubſtitutionis in primo, vel ſecundo gradu expirent ſequentes vocationes, Tondut. *quæſt. ciuil.* 143. & benè Io: Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. part.2. quæſt.31. & ſeqq.* Caſtald. *Conſult.248.* vbi quòd ſubſtitutio facta in caſu natiuitatis filiorum caducatur illis non natis ex coniecturis in caſu ſuo, vide in §. *Conditio num.83.* & in hoc §. *num.49.* plenè Iacob. Balducc. in Annotat. ad Roman. *conſ.28.* vbi etiamſi plures fuerint conditiones, qualiter ſint omnes verificandæ, & alia ad rem in conſilijs *ſeqq. & in deciſ.27. 28. & 29.* quæ ſunt in *Bononien. fideicommiſſi de Pandinis 3. Decembris 1685. die 29. Martij 1686. et 4. Decembris eiuſdem.*

An caducata ſubſtitutione debeantur ab hærede legata, quæ à ſubſtituto præmortuo erant præſtanda, Ant. Gob. *Conſult.129. per tot.*

Qualiter conditio præcedens dicatur repetita, latè Altograd. *conſ.60. num.39. etc. lib.1.*

Quòd conditionalis ſubſtitutio non ſortiatur effectum vbi conditio non extat, latè Tuſch. *littera S. concluſ.849. per tot.*

Quòd deficiente conditione ſuccedant venientes ab inteſtato, & quando ſecus, idem Tuſch. *litt. T. concl. 140. per tot.* Creſp. de Valdaur. *obſeruat.41. per tot.* vbi an caducato medio gradu, caducetur etiam conditio *ſi ſine filijs*, in eo adiecta, vel obſtet ſequenti ſubſtituto.

37 Subſtitutio facta hæredi de duobus antiquioribus de domo, vel familia, non reſtringitur ad duos primos antiquiores, ſed illis excluſis deuoluitur ad alios duos antiquiores ſequentes, Grat. *diſceptat. forenſ. cap.645. num. 8. etc. cap.834. num.6. etc.* Magon. *deciſ. Florent.37. num.28.* Mandel. *conſ.51. num.14.* Menoch. *lib.4. præſumpt.92. num.6.* facit quod dixi in §. *Legatum num.16.*

Intellige prout dixi in §. *Fideicommiſſum num.10.* & latè declarat Peregr. *deciſ.111.* Rot. *part.9. recent. deciſ. 52. num.4. et ſeqq.*

Quòd ſubſtitutio facta de ſeniore, & proximiore ſingulis hæredibus, non intelligatur complexiuè, ſed diſtributiuè, itaut ſufficiat quòd ſubſtitutus ſit vni ex dictis hæredibus proximior, & ſi ſint plures præfertur ille, qui habet vtramque qualitatem à teſtatore requiſitam, Altograd. *conſ.49. num.1. & ſeqq. per tot.* vbi etiam latè diſputat an proximitas ſit menſuranda à primis hæredibus ſcriptis, & deſtinatis, vel potius ab effectiuis, & ſubſtitutis.

De quibus intelligatur ſubſtitutio facta de proximioribus agnatis, & an attendatur proximitas teſtatoris, vel grauati, Tuſch. *litt.S. concluſ.838. & 839. per tot.* vide in §. *Proximitas num.2.*

38 Subſtitutio facta in pœnam alienationis ad fauorem filiorum natorum alterius, non extenditur ad naſcituros, qui non poterunt reuocare alienationem, vel ſimilem diſpoſitionem, & quando ſecus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.860. num.17.* Magon. *deciſ. Flor.91. num.4. & per tot. deciſ.92. num.36. &c.* Menoch. *lib.4. præſumpt.93. num.7. & ſeqq.* vide in §. *Fideicommiſſum num.31. &c.* §. *Prohibitio num.* & §. *Legatum num.6.*

Quòd ſubſtitutio facta in caſu alienationis, non extendatur ad caſum mortis ex verbis quantumuis generalibus, quando in alia parte teſtamenti, & ſic ſeparatim fuit facta ſubſtitutio in caſu mortis, Gabriel. *conſ.132. num.68. lib.1.* Honded. *conſ.78. num.47. &c. lib.1.* Ludouiſ. *deciſ.433. num.12. &c.* vbi plura ad rem, vide in §. *Fideicommiſſum num.12.*

An ſubſtitutus in caſu alienationis admittatur ſtatim ſequuta alienatione, non expectata morte alienantis, vide in §. *Prohibitio num.*

Et ſi ipſe ſubſtitutus emerit rem prohibitam alienari, an dicatur contraueniſſe, poſſit retinere pretium, vel illud repetere, latè Mart. Medic. *deciſ.8. per tot.* vide in §. *Fideicommiſſum num.* & §. *Emptio num.*

39 Subſtitutio facta alicui ſi deceſſerit inteſtatus, locum habet, etiamſi deceſſerit in pupillari ætate, & ſic antequam poſſet condere teſtamentum, cùm ex generalitate verborum dicatur etiam inteſtatus decedere, qui teſtandi facultatem non habuit, Altograd. *conſ.76. num.17. & 18. lib.1.* facit quod dixi in §. *Statutum excludens num.*

40 Subſtitutio facta, ſi aliquis filiorum decedat abſque liberis, intelligitur de primo tantùm filio ſine liberis decedente, nec habet locum in cæteris poſtea decedentibus, niſi aliter ſit diſpoſitum, vel appareat de mente teſtatoris, per *text. in l. boues*, §. *hoc ſermone*, *ff. de verb. ſignif.* Dec. *conſ.287. col.penult.* Tiraquel. *in repet. d.l. ampliat.77. inter regul. diuerſ. fol. mihi 565.* facit Rot. *part.17. recent. deciſ. 2. per tot.*

41 Subſtitutio quando dicatur in pœnam, & captatoria, ita vt non valeat, Surd. *deciſ.7. per tot.* vide *in* §. *Legatum num.* & §. *Teſtamentum num.*

42 Subſtitutio facta filio decedenti ſine liberis ex ſuo corpore natis, expirat illo ingrediente monaſterium capax bonorum, quia tunc non amplius dicitur decedere ſine liberis, cùm monaſterium habeatur loco filij, Bart. *conſ.1. lib.1.* Alex. *conſ.35. lib.3.* Crauett. *conſ.152.* Pract. Pap. *Libell. ex ſubſtitut. gloſ. ex ſuo corpore cum Addit.* Menoch. *lib.4. præſumpt.83.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.305. & 306. per tot. cum duabus deciſionibus, & cap.815. num.12. &c.* vide in §. *Conditio num.45. in fine, & num.54.* latè Fuſac. *de ſubſtit. quæſt.429. per tot.* vbi diſtinguit, & *quæſt. 430. per tot.* Viui. *comm. opin.841. & ſeqq.* vbi limitat pluribus modis.

Quod imò quando fuit relictum fideicommiſſum filijs legitimis, & naturalibus, & ex ſuo corpore natis, monaſterium excludatur, cùm fictè veniat ſub nomine filij, & non verè, de receptiori opinione probat Altograd. *conſ.96. num. 26. 33. 34. 41. & 42. lib.1.* vide in §. *Monaſterium num.11. &c.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.11. tit.7.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art.28. num.58. &c.* Martha *de ſucceſſ. part.3. quæſt.13. art.3. & 4.* vbi plures caſus conſiderat Tuſch. *litt. S. concluſ.844. num.47. & ſeqq.* Viui. *d. comm. opin.841. num.7. & ſeqq.* Rot. *part.16. recent. deciſ.207. per tot.* vbi plura pro ſubſtituto ad excluſionem monaſterij ex voluntate teſtatoris, latè Maraut. *contr. part.4. reſponſ.71. per tot.* vbi qualiter pia cauſa ſubſtituta excludat monaſterium, & alia plura ad rem.

43 Subſtitutus ſub conditione ſi hæres deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus, & de legitimo, ac vero matrimonio natis, licèt ſecundum multos excludatur per exiſtentiam filij legitimati per ſubſequens matrimonium, tamen

iuxta veriorem, contrarium pro ſubſtituto, latè probat Ciarlin. contr. for. cap. 11. per tot. lib. 1. Merend. contr. iur. lib. 4. cap. 17. per tot. Surd. deciſ. 319. Theſ. deciſ. 196. Rot. part. 9. recent. deciſ. 255. num. 17. & ſeqq. vide Bich. deciſ. 301. per tot. vbi benè declarat.

Quòd maximè procedit ſi legitimatio fuerit facta per ſubſequens matrimonium in vltimo vitæ exitu, cùm tunc dicatur facta in fraudem ſubſtituti, cap. tanta, eſt vis, qui fil. ſint legit. l. filij mea emancipata, ff. ſolut. matrim. Anton. Roſel. tract. de legitim. Rubr. de cauſ. material. num. 41. in fine, Ioſeph. Felin. in Margar. var. concluſ. verb. Subſtitutio fol. 97. col. 2.

Sed contrarium pro huiuſmodi legitimato, diſputando ad partes, adducendo iura, rationes, & auctoritates, ac obiectis ſatisfaciendo, latè probat Altograd. conſ. 93. per tot. lib. 2. vide in §. Filius num. 12. §. Legitimatio num. 4. Paul. Chriſtin. deciſ. Belg. 299. n. 10. & ſeqq. per tot. vol. 1. & deciſ. 310. per tot. vol. 1. Vrceol. Conſult. for. cap. 57. per tot. vol. 2. vbi poſt plures hincindè citatos hanc partem vti veriorem, & receptiorem approbat.

44 Subſtitutus ſub dicta conditione ſi hæres ſine liberis deceſſerit, de quibus liberis intelligatur, & quòd non remaneat excluſus illis natis, ſed poſtea mortuis ante ipſum hæredem grauatum, Pract. Pap. libell. ex ſubſtit. gloſ. decederet num. 1. &c. Martha vot. 222. num. 39. &c. Tuſch. litt. S. concluſ. 844. & ſeqq. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 308. 309. 310. & 311. per tot. vol. 1. vbi an excludatur a filijs naturalibus, & quid ſi fuerint legitimati reſcripto Principis, vel per ſubſequens matrimonium, & an à fœminis. Alia plura de dicta conditione quando per eam excludatur ſubſtitutus, vel non, idem Chriſtin. deciſ. 46. per tot. vol. 4. vide in §. Conditio num. 45. & ſeqq. & num. 62. vbi de naturalibus, & alijs, & de naturalibus, Rot. per Farina. part. 1. tom. 1. deciſ. 145.

An excludatur ſubſtitutus per filios adoptiuos, legitimatos per ſubſequens matrimonium, vel reſcripto Principis, per naturales, & per natos ex putatiuo matrimonio, latè Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 77. 78. 79. 80. 81. 82. & per tot. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 406. &c. Michalor. de Fratr. part. 3. cap. 19. in fine cap. 20. & ſeqq. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 108. vol. 1. num. 8. vbi quòd non excludatur per legitimatos.

Quòd per adoptiuos non excludatur, ne ſit in poteſtate grauati adoptando quem velit priuare ſubſtitutum, Magon. deciſ. Florent. 92. num. 54. Barboſ. de appellat. verb. ſignific. appellat. 99. num. 7. & ſeqq. vbi limitat niſi conſtaret de contraria mente teſtatoris volentis etiam adoptiuos admitti.

45 Subſtitutus ſub dicta conditione ſi hæres deceſſerit ſine liberis, excluditur hærede decedente vno etiam tantum relicto filio, quia illa pluralis locutio reſoluitur in ſingularitatem, l. non eſt ſine liberis, ff. de verb. ſignif. l. Seruianam, ff. de condit. & demonſtr. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 401. per tot. Rot. part. 13. recent. deciſ. 39. num. 3. Magon. deciſ. Florent. 16. num. 31. Tuſch. litt. S. concluſ. 846. num. 1. & ſeqq. vbi quando impleta dicatur, vel non huiuſmodi conditio, & in quibus filijs.

In contrarium facit l. vbi numerus, ff. de teſtam. Iaſ. in l. ſi ſeruus, §. ſi plurium, ff. ſi quis caut. vide Fuſar. d. qu. 401. per tot. vbi firmat primam opinionem, quam aliquibus modis declarat, & dixi in §. Conditio num. 6.

46 Subſtitutus ſub dicta conditione, ſi ſine liberis, excluditur per ſolam exiſtentiam filij, licèt filius non ſuccedat, abſtineat, vel repudiet, quia dicitur defecta conditio, & ideò fruſtra quæritur an ſuccedat, quamuis filius eſſet legitimè exhæredatus, & ſic ſubſtitutus dicitur excluſus non per filios, vel alios poſitos in conditione, ſed per defectum ipſius conditionis, Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 659. num. 27. &c. cap. 747. per tot. cap. 773. & 774. num. 2. &c. Magon. deciſ. Florent. 102. num. 8. &c. Menoch. lib. 4. præſumpt. 132. num. 26. Rot. part. 10. recent. deciſ. 163. num. 3. & ſeqq. vide latè Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 421. & 422. vbi diſtinguit plures caſus, & opiniones, Rot. part. 13. recent. deciſ. 22. num. 2. &c. deciſ. 98. num. 5. & ſeqq. per tot. deciſ. 290. num. 12. & part. 15. deciſ. 221. vbi ampliat quamuis filij eſſent incapaces ſuccedendi, vtporè in religione profeſſi cum præcedenti renunciatione, & loquitur in moniali.

Quòd tamen dicti filij debeant ſaltem potentialiter eſſe ſucceſſibiles, vt faciant deficere ſubſtitutionem, Rot. part. 2. diuerſ. deciſ. 267. num. 4. facit quod dixi in §. Statutum excludens nu.... infra nu. 49. in fine.

Intellige dictam concluſionem, vt dixi in §. Conditio num. 49. & vide Rot. part. 13. recent. deciſ. 22. per tot. & deciſ. 98.

Quòd ſi filij eſſent banniti tempore mortis patris grauati, non excludant ſubſtitutum, prout etiamſi eſſent aliter incapaces, Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 423. Altograd. conſ. 45. num. 99. lib. 1. ſed Fuſar. loc. cit. numer. 3. limitat in bannitis noſtris temporis, nam iſti faciunt deficere conditionem fideicommiſſi, & ſubſtitutum excludunt, & allegat Odd. Mantic. Craſſ. & Intrigliol. dixi in §. Conditio num. 64.

Quòd deficiat dicta conditio per exiſtentiam filij ſuſcepti à patre bannito poſt bannum, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 462. num. 13. &c. Intelligendo quando tales filij ſunt diſpoſitiuè vocati, vel expreſsè in conditione poſiti, alias nati poſt bannum tamquam ſuſcepti ex nouo homine, non faciunt deficere conditionem fideicommiſſi, vide Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 424. num. 2. &c. Altograd. conſ. 45. nu. 97. &c. lib. 1. conſ. 98. num. 19. 20. & 94. lib. 1. vbi firmat quòd non faciant deficere conditionem prædictam, & in Addit. ad d. conſ. 98. ſub num. 94. in fine tomi primi, vide in §. Conditio num. 64. Rot. part. 6. recent. deciſ. 103. num. 1. & ſeqq. quæ eſt in Lucana ſucceſſionis 16. Februarij 1632. coram Peruano, vbi firmatur filios bannitorum iura filiationis non amittere, & ſuccedere iuxta ordinationem teſtatoris.

Qualiter ſubſtitutus excludatur per exiſtentiam vnius tantum ex hæredibus inſtitutis, licèt non eſſet hæres, & non ſuccederet, maximè quando ſumus in conditione expreſſa, quicquid alij dubitent in tacita, Gratian. diſcept. for. cap. 659. nu. 24. &c.

Subintelligitur enim dicta conditio, licèt non fuerit expreſſa, vt dixi in §. Conditio n. 45. &c. latè Tuſch. litt. S. concluſ. 843. per tot. Cabal. conſ. deciſ. 48. nu. 7. & ſeqq. per tot. lib. 1. vbi plura notabilia.

Subſtitutus ſub conditione ſi hæres deceſſerit ſine liberis, 47
excluditur hærede decedente abſque filijs maſculis, ſed cum filia, vel filiabus fœminis, niſi aliter de mente teſtatoris appareat, Rot. part. 1. diuerſ. deciſ. 374. num. 3. &c. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 664. nu. 18. & per tot. cap. 866. per tot. Capra conſ. 18. nu. 6. Menoch. lib. 4. præſumpt. 85. per tot. Viui. comm. opin. 847. Cabal. conſ. 119. lib. 1. Leoncil. deciſ. Ferr. 80. num. 2. Magon. deciſ. Luc. 7. nu. 8. 24. & 35. cum Addit. plenè Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 402. per tot. Giurb. deciſ. 32. per tot. Martha vot. Piſ. 71. per tot. Ludouiſ. cum Beltramin. deciſ. 514. per tot. Pontirol. in reſponſ. pro Mambellis Caſenæ impreſſo de anno 1645. num. 136. & ſeqq. latè Tuſch. litt. S. concluſ. 844. & 845. per tot. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 311. per tot. vol. 1. vbi refert contrarias opiniones, & plures caſus diſtinguit Rot. part. 9. recent. deciſ. 139. & deciſ. 188. num. 6. & part. 12. deciſ. 306. nu. 1. & ſeqq. & deciſ. 330. nu. 4. & ſeqq. vbi pro excluſione fœminarum ex coniecturis, & part. 13. deciſ. 98. num. 1. part. 16. deciſ. 176. per tot. & part. 18. tom. 1. deciſ. 67. vbi pro fœminis, & deciſ. 166. vbi pariter pro fœminis, & latius deciſ. 274. & deciſ. 381. d. part. 18. in eadem, in qua fuit plenè diſcuſſum an, & quando fœminæ faciant deficere dictam conditionem, ſi non vt cum maſculis concurrant, ſaltem vt illis defunctis admittantur ad excluſionem aliorum agnatorum remotiorum, & deciſ. 558. per tot. d. part. 18. & part. 19. deciſ. 232. num. 29. vbi quòd conditio, ſi ſine filijs, non complectitur fœminas expreſsè excluſas.

Amplia vt ſubſtitutus excludatur etiam per nepotem ex filia, qui facit deficere conditionem, Rom. conſ. 148. Tuſch. litt. S. concluſ. 844. num. 1. & ſeqq. Rot. part. 9. recent. deciſ. 437. nu. 1. &c. & part. 10. deciſ. 60. per tot. vide Fuſar. d. quæſt. 402. Cabal. conſ. 181. lib. 1. Rot. part. 16. recent. d. deciſ. 176.

Item per exiſtentiam neptis ex filio, Altograd. conſ. 96. num. 28. &c. lib. 2. Theſ. deciſ. 188. Franch. deciſ. 586. Peregr. de fideicomm. art. 25. num. 287. etc. Tuſch. loc. cit. Menoch. conſ. 95. in 2. dub. & conſ. 150. Paul. Chriſtin. deciſ. 14. num. 5. et deciſ. 15. num. 7. vol. 4. infra num. 48. latè Martha vot. Piſ. 71. vbi num. 29. et 30. diſtinguit quòd ſi ſubſtitutus ſit de deſcendentibus teſtatoris, conditio non deficit per filiam, vel neptem, ſi verò ſit extraneus, tunc conditio deficit, & filia grauati ſubſtitutum excludit,

cludit, ad Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.*11. *tit.*13. *num.*8. Gabriel. *comm. concluſ. tit. de ſubſtit. concl.*2. *num.* 17. adde Ludouiſ. 514. *per tot.* Rot. *part.*16. *recent. deciſ.*176.

Limita autem niſi ſubſtitutio appareat facta pro conſeruanda agnatione, quia tunc non includitur fœmina, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*428. *num.*9. *&c. cap.* 491. *num.*11. *&c. cap.* 866. *per tot.* Magon. *deciſ. Florent.* 73. *num.*7. vbi quòd iuris interpretatione intelligitur de filijs maſculis, Bardellon. *conſ.*148. *per tot. lib.*2. vbi pro ſubſtituto, Peregrin. *deciſ.*55. vide Rot. *part.*5. *recent. deciſ.*195. *per tot. & part.*9. *deciſ.*188. *num.*6. vbi quando fœmina faciat deficere conditionem, *ſi ſine filijs*, etiam ſi habita fuerit ratio agnationis.

Item limita, niſi extet ſtatutum fœminas excludens in caſu, de quo quæritur, Barboſ. *de appellat. verb. ſignif. appell.*90. *num.*60. Ludouiſ. *deciſ.*514. *num.*15. Beltramin. ad eundem *deciſ.*533. vide in §. *Appellatiua num.*7. *&c. &* §. *Conditio num.*48. *&* 62. Rot. *part.*10. *recent. deciſ.*60. *num.* 12. vbi quòd ceſſat iſta coniectura, & nullius eſt momenti, quando ſtatutum non excludit fœminas propter ſubſtitutum, & ſic non ſumus in caſu ſtatuti, & *part.*12. *deciſ.* 306. *num.*2. *&c.* vbi quòd procedit tantùm ab inteſtato, vel quando teſtamentum eſt conforme ſtatuto, ſecus autem ſi teſtator fœminas ſimul, & maſculos vocauit, vide Rot. *part.*16. *recent. deciſ.*176. *per tot.*

Quòd ſubſtitutus ſub conditione, *ſi hæres deceſſerit ſine filijs*, excludatur per filias fœminas ipſius hæredis, vel nepotes ex eis, cùm huiuſmodi conditio, ſiue ſit expreſſa, ſiue tacita in caſibus, in quibus à iure ſubintelligitur, dicatur deficere per exiſtentiam fœminæ, ſiue nepotis, ex ea *l. ſi quis ita, ff. de teſt. tut. l. cum auus, ff. de condit. & demonſtr.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.*11. *tit.*14. Surd. *deciſ.*66. *per tot.* Ludouiſ. *deciſ.*514. *num.*2. vbi Beltram. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.*402. *per tot.* Altograd. *conſ.*45. *num.*2. *&c. lib.* 1. *conſ.*83. *num.*8. *lib.*2. Merlin. *deciſ.*686. *num.* 13. Rota *part.*10. *recent. deciſ.*60.

Limita hanc concluſionem niſi euidenter appareat teſtatorem voluiſſe generaliter, & indiſtinctè prouidere ſuæ agnationis, & familiæ, nam tunc conditio reſtringeretur ad maſculos, Curt. iun. *conſ.*139. *num.*15. Rot. *in Caſenat. fideicomm.* 24. *Ianuarij* 1628. *coram Durano inter eius impreſſas deciſ.* 126. latè Surd. *deciſ.*66. *per tot.* nec diſſentit Rot. *in d. deciſ.*60. *in fine part.*10. *recent. & part.*13. *deciſ.* 76. *per tot.*

Secus autem ſi non ita generaliter, ſed reſtrictiuè tantùm ad aliquem caſum, vel gradum, nam ſicuti ſubſtitutio talem caſum, vel gradum non egreditur, ita nec contemplatus agnationis fauor vltra extenditur, ad latè tradita per Altograd. *conſ.*83. *num.*10. *lib.*2. vbi etiam conſiderat plures alias coniecturas inferentes excluſionem fœminarum, nempè perpetuitatem, qualitatem bonorum, prohibitionem alienationis progreſſum ad plures ſubſtitutionum gradus, vocationem maſculorum, & excluſionem fœminarum, maximè filiarum ipſius teſtatoris diſcretiuam loquutionem, & diſpoſitionem inter maſculos, & fœminas, ſtatutum fœminarum excluſiuum qualitatem maſculinitatis ſæpiùs geminatam, & repetitam, nobilitatem teſtatoris, & ſimiles, quibus omnibus latè ſatiſfacit, & reſpondet oſtendendo in caſu ſuo fœminas venire ſub dicta conditione, & idem probat Rot. *part.*4. *recent. deciſ.*485. *& part.*5. *deciſ.*195. *part.*10. *deciſ.*60. *per totum.*

Quòd maſculus ex fœmina faciat deficere conditionem non exiſtentiæ maſculorum, quando non eſt habita ratio conſeruandæ agnationis, vel quando teſtator diſcretiuè non egit de maſculis ex maſculis deſcendentibus, & de maſculis à fœminis, ſecus ſtante dicta ratione agnationis, vel diſcretiua loquutione, & plura quando teſtator dicatur vſus diſcretiua loquutione, vel agnationem conſideraſſe ad effectum excludendi maſculos à fœminis deſcendentes, Altograd. *conſ.*89. *per tot. lib.*2.

An & quando conditio, *ſi ſine filijs*, includat etiam fœminas, plenè Galuan. *conſ.*40. *per tot.* vbi pro ſubſtitutio ex multis coniecturis concludit, & *conſ.*43. *quæſt.*2. *per tot. & conſ.*44. *per tot.* vide Tuſch. *litt. S. concluſ.*844. *&* 845. *per tot.* Rot. *part.*12. *recent. deciſ.*330. *num.*4. *& ſeqq. per tot.* vbi quòd dicta conditio, *ſi ſine filijs*, intelligitur de maſculis, quando alij præcedenter vocati fuerunt vocati ſub qualitate maſculinitatis, quæ cenſetur repetita, etiam in ſubſequenti conditione, & alia plura ad excluſionem fœminarum ſub dicta conditione, vide plenè Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 402. *per tot. & quæſt.*403. *per tot.* Giurb. *deciſ.*32. *per tot.* vbi etiam quis præferatur, ſi maſculus, & fœmina ſimul concurrant, Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*76. *per tot.* Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.*514. *per tot.* Rot. *part.*16. *recent. deciſ.*176. *per tot.*

48 Subſtitutus ſub conditione, *ſi hæres ſine liberis deceſſerit*, excluditur etiam à nepotibus ex filio præmortuo, quia appellatione filiorum continentur etiam nepotes ex filio, vel filia, *l. liberorum*, vbi Bart. & alij *ff. de verb. ſignif.* Pract. Pap. *libel. ex ſubſtit. gloſ. decederet num.*7. Cabal. *conſ.*181. *per tot. lib.*1. vbi benè declarat quando appellatione filiorum veniant nepotes, vel neptes, fiue non, Altograd. *conſ.*82. *num.*27. *&c. lib.*2. vide in §. *Appellatiua num.*1. *&c. ſupra num.*47. latè Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.*413. *per tot.* Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*76. *num.*4. *& ſeqq.* vbi quòd ſecus eſt quando ſubſtitutio paterna eſt caducata, vel teſtator declarauit nolle ſub nomine filiorum comprehendi nepotes, vel tantùm maſculos deſcendentes ex maſculis, quia tunc non veniunt deſcendentes ex fœminis.

49 Subſtitutus in defectum filiorum, & aſcendentium an admittatur etiam illis non natis, quaſi non poſſint dici verè defeciſſe, qui nati non fuerunt, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 771. *num.*52. *&c. cap.*773. *num.*22. *&c.* vbi quòd ſic, quia etiam conditio, quæ non impletur dicitur defecta, & quia dicitur deceſſiſſe ſine liberis etiam ille qui nunquam liberos habuit, Altograd. *conſ.*76. *num.*11. 12. 28. *&c. lib.*1. latè Rot. *part.*10. *recent. deciſ.*12. *num.*7. *& ſeqq. part.*11. *deciſ.* 196. *num.*15. *&c.*

Quòd ſubſtitutus in defectum lineæ alicuius admittatur, etiamſi talis linea nunquam inceperit, cùm dicatur deficere etiam quæ nunquam fuit, Altograd. *conſ.*71. *num.*1. *lib.* 2. Vrceol. *Conſult. for. cap.*81. *num.*12. *vol.*2. vbi plures alios allegat Rot. *part.*10. *recent. deciſ.*12. *num.*9. *& ſeqq. & par.* 12. *deciſ.*330. *num.*1. *& ſeqq. & part.*14. *deciſ.*233. *num.*3. *&c. infr. num.*52.

In contrarium vide plenè Ger. Spin. *conſ.*12. *per tot. & conſ.*80. *num.*9. *& ſeqq.* Amat. *deciſ. Ferrar.*55. *per tot.* Sed illum reprobat Vrceol. *loc. cit.* quem adeas vnà cum Rot. *d. deciſ. part.*10. *recent. & part.*11. *deciſ.*94. *num.*21. dixi in §. *Verbum num.*34. latè *d. part.*11. *deciſ.*196. *num.* 14. *& ſeqq.*

Quòd ſubſtitutus in defectum maſculorum, vel filiorum admittatur quandocunque illis deficientibus, ſecus ſi ſit ſubſtitutus ſub conditione, *ſi hæres deceſſerit ſine filijs*; quia tunc illis exiſtentibus tempore mortis remanent perpetuò excluſus nec reintegrari poteſt ad fideicommiſſum illis poſtea deficientibus, Gratian. *diſcept. for. cap.*659. *num.* 16. *&c.* Tuſch. *litt. S. concluſ.*847. *per tot.* Rot. penes Bich. *deciſ.*4. *per tot. ſupra num.*32.

Quod ſubſtitutus ſub dicta conditione, *ſi ſine filijs*, excludatur, quamuis filij facientes deficere conditionem poſtea decedant, vel momento tantùm vixerint, licèt etiam eſſemus in poſthumo extracto de ventre matris, tempore tamen, quo naturaliter viuere potuiſſet, Gratian. *diſcept. for. cap.*847. *num.*4. *&c.* Ponticol. *Reſponſ. pro Mambellis Caſena impreſſo de anno* 1645. *num.* 129. *per text. in l. quod certatum, C. de poſt. hered. inſtit.* vide in §. *Fidens num.*5. Tuſch. *d. concl.*847. vbi quòd ſecus ſi in defectum filiorum iuxta prædicta, Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*39. *num.*1. *& ſeqq.* vbi quòd ſubſtitutus excluditur à poſthumo, ac etiam ſi poſtea decedat, cùm in conditionibus à mera voluntate teſtatoris dependentibus nudum factum attendatur, & ſufficiat ſemel extitiſſe, tametſi deinde non duret, & *deciſ.*309. in eadem cauſa, vbi fuit reuocata prima deciſio, quia dictus poſthumus erat à teſtatore expreſſe excluſus, quo caſu habetur, ac ſi natus non fuiſſet, non venit ſub dicta conditione, nec facit illam deficere, ne alias expreſsè excluſus dicatur tacitè vocatus.

50 Subſtitutus ſub conditione, *ſi hæres ſine hærede deceſſerit*, non excluditur per quemcumque hæredem, ſed tantùm per filios, quia hoc caſu verbum, *hærede*, reſtringitur ad eos, qui veniunt appellatione filiorum, licèt ſecus eſſet in legatario, cui hoc modo daretur ſubſtitutus, Pract. Pap. *libell. ex ſubſtit. gloſ. decederet num.*10. *&c.* vide notabiliter Gratian. *diſcept. for. cap.*313. *per tot.* vbi refert multos diuerſimodè ſentientes, Tuſch. *litt. S. concluſ.*848. Peregrin.

*deciſ.*101. *num.*2. vbi benè declarat Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*309. *num.*14. *& ſeqq.* vbi quando veniant etiam alij hæredes extranei.

Quòd dictus ſubſtitutus non excludatur per aſcendentes, vel collaterales, licèt ſint legitimi hæredes, ſed tantùm per filios grauati, Guid. Pap. *deciſ.*457. Menoch. *lib.*4. *præſumpt.*130. *num.*24. *&c.* Franch. *deciſ.*153. Barboſ. *de appell. verb. ſignif. appell.*113. *num.*26. vbi quòd dicta conditio ſi inſtitutus ſine hærede deceſſerit, intelligitur tantùm de hæredibus ſanguinis, etiam dictum fuerit ſine hæredibus quibuſcunque, cùm ſemper intelligatur de deſcendentibus, facit Rot. *part.*2. *diuerſ. deciſ.*142. *num.*3. vbi quòd verbum, *hæredum*, poſitum in ſtatuto fœminarum excluſiuo intelligitur ſolum de deſcendentibus maſculis, & latiùs in eadem cauſa *deciſ.*158. *per tot. d. part.*2. vide in §. *Verba num.*60. Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*67. *num.*1. *& ſeqq. & part.*14. *deciſ.*269. *num.*6. *& ſeqq.* vbi videtur innuere contrarium quoad hæredes in conditione poſitos, vt ſupra, & in contractibus.

51 Subſtitutio facta filijs in euentum, quod *ſine liberis deceſſerint*, ſi inter eos adſit ſacerdos, vel monachus, in cuius perſona huiuſmodi conditio legitimè verificari non poteſt, an valeat reſpectu illius portionis, pro negatiua, & ſic illum non cenſeri grauatum, Caſtr. *in l.*1. §. *lex fal. ff. ad l. falcid.* Rom. *conſ.*438. *num.*8. Theſ. *deciſ.*163. *num.*1. *&c.* vbi tandem ipſe concludit contrarium, nempè quoad laicos dictam conditionem operari ſuum effectum, & quoad ſacerdotem, vel monachum ſubſtitutionem eſſe puram, Menoch. *lib.*4. *præſumpt.*78. *n.*42. *&c.* quem refert, & ſequitur Duran. *tract. de condit. & mod. impoſit. part.*4. *cap.*3. *n.*5. *&c.* vbi latè probat ſubſtitutionem eſſe puram reſpectu Clerici in ſacris conſtituti, nec poſſe verificari conditionem in Eccleſia, dixi in *reſol. cap.*74. *num.*15. *&c.* vide in §. *Conditio n.*54. *& num.*67. *&* §. *Monaſterium num.*11. *&c.*

Dictam conditionem reſpectu ſacerdotum eſſe impoſſibilem, & reijciendam, quando teſtator intellexit de liberis naturalibus, ſecus ſi de legitimis, cùm tunc poteſt verificari in Eccleſia, idem Duran. *d. tract. part.*2. *cap.*3. *num.*86. *&* 87.

An huiuſmodi conditionem, *ſi ſine liberis*, clerico in ſacris conſtituto adiectam valere, & eſſe intelligendam de adoptiuis, quos clericum habere poſſe de iure, probat Barboſ. *de appell. verb. ſignif. appell.*99. *num.*34.

Sed non recedas ab opinione Durandi, quæ quidem verior eſt, cùm non tranſeat ſine difficultate quòd clericus poſſit adaptare, & quia dato etiam quòd poſſet, eſſet ſic ſemper in eius arbitrio excludere ſubſtitutum, & illi præferre quemcunque voluerit adoptando contra mentem teſtatoris, quod non eſt permittendum, ad tradita per Magon. *deciſ. Flor.*92. *num.*54. vide ſupra *num.*44. & latè Fuſar. *de ſubſtit. qu.*431. *per tot.* vbi refert octo opiniones, & benè declarat.

52 Subſtitutio facta in caſu, quo inſtitutus habeat filios, & illi poſtea ſine filijs decedant, habet locum ex coniecturata mente teſtatoris etiam in caſu, quo inſtitutus nullos filios habeat, quia gradus medij caducati ob non exiſtentiam filiorum, & conditiones in eis appoſitæ non attenduntur, ſed pro non ſcriptis habentur, Duran. *deciſ.*260. *num.*1. *&c.* vbi multas deciſiones concordantes allegat Fuſar. *de ſubſtit. qu.*460. & dicta deciſio Duran. fuit reuiſa, ac iterùm approbata penes eumdem Duran. *deciſ.*267. *num.*2. vbi fuit dictum procedere maximè fauore piæ cauſæ ſubſtitutæ, & quia non ſolùm militat eadem, ſed maior ratio, ita & non ſolùm non repugnat contraria teſtatoris voluntas, ſed latiùs, & magis exuberat Cabal. *conſ.*164. *per tot. lib.*1. vbi quòd ſubſtitutio facta in caſu filiorum naſciturorum, & poſtea decedentium ſine filijs, dicitur verificata, etiamſi nulli naſcantur filij, & illis non natis ſubſtitutus admittitur, ac ſi nati fuiſſent, & poſtea ſine filijs deceſſiſſent, facit ſupra *num.*49.

De ſubſtitutione facta filijs alicuius naſcituris in caſu decedentiæ illorum ſine filijs, an extendatur ad caſum, quo nulli filij nati fuerint, Ger. Spin. *conſ.*89. *per tot.* Menoch. *lib.*4. *præſumpt.*65. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.*10. *tit.*6. Tuſch. *lit. S. concl.*849. *num.*25. *& ſeqq.*

Quòd ſubſtitutio purè, & ſimpliciter facta de natis, & naſcituris non expiret, ſi iſti non naſcantur, ſed portio ipſorum, qui naſci ſperabantur accreſcat alijs iam natis, & coniunctim purè inſtitutis, vel ſubſtitutis, Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*111. *num.*7. *&c.*

Quòd ſubſtitutus alicui, *ſi decederet ſine filijs, aut cum filijs*, qui poſtea quandocunque decedant ſine filijs, dicatur vocatus ſub conditione duplici, & quandocumque euenerit ſecunda conditio admittatur, Rot. *part.*2. *deciſ.*212. *&* 213. *per tot.*

Quando autem ſubſtitutus ſub conditione, *ſi hæres ſine filijs deceſſerit*, teneatur probare iſtam conditionem, nempè ipſum hæredem ſine filijs deceſſiſſe, & quid ſi hæres cum filijs eodem naufragio, incendio, vel ruina ſimul obierint, benè explicat Maſcard. *de probat. vol.*3. *concl.*1344. *per tot.* & dixi in §. *Conditio num.*61. §. *Fideicommiſſum num.*52. *&* §. *Mors num.*12. *&* 13.

53 Subſtitutio facta puellæ in euentum, quod monialis efficiatur non valet ſecundum aliquos tanquam retrahens à religione, & vita contemplatiua, & in omnem caſum deberet illius mors naturalis expectari; ſed quòd imò valeat, & ſtatim facta profeſſione admittatur ſubſtitutus excluſo monaſterio, & morte naturali non expectata, maximè pia cauſa ſubſtituta, latè Gratian. *diſcept. for. cap.*481. *per tot.* facit Altograd. *conſ.*96. *per tot. lib.*1. vide in §. *Conditio num.*31. *& ſeqq.*

54 Subſtitutio facta alicui in euentum, quòd elegerit vitam ſacerdotalem, vel monacalem, eſt valida, & conditione verificata ſtatim admittitur ſubſtitutus, non expectata morte naturali grauati, Gratian. *diſcept. for. cap.*986. *num.*1. *&c.*

Quòd ſi in dictis caſibus grauatus non efficiatur ſacerdos, nec monachus, ſed tamen decedat ſine filijs, an ſit locus ſubſtitutioni, & eſſe multi affirmant, inter quos Altograd. *conſ.*76. *num.*28. *lib.*1.

Contrarium vide per Menoch. *lib.*4. *præſumpt.*73. *num.*4. *& præſumpt.*185. *num.*33. *& de arbitr. caſ.*509. vbi remittit arbitrio iudicis, vide in § *Conditio num.*

55 Subſtitutus ſub duplici conditione copulatiuè adiecta, vt ſi hæres decedat intra decimum octauum annum, & ſine filijs, vel in pupillari ætate, & ſine filijs, non admittitur, niſi vtraque purificetur conditio, Altograd. *conſ.*83. *num.*1. *& ſeqq. lib.*2. *& conſ.*84. *num.*1. *&c. lib.*2. vide in §. *Fideicommiſſum num.*

Quid autem ſi conditiones ſint alternatiuæ, Franch. *deciſ.*150. *per tot.* Rot. *part.*15. *recent. deciſ.*71. *per tot.* vbi quòd licèt ſæpè diſpoſitio alternatiua reſoluatur in coniunctiuam, tamen ſubſtitutus in caſum, quo inſtitutus ſine filijs decederet, aut bona teſtatoris alienaret admittitur purificata tantùm conditione mortis ſine filijs, licèt nulla fuerit alienatio ſequuta, propter naturam diſiunctiuæ conditionis, & quando ſecus.

56 Subſtitutus poteſt petere fieri inuentarium, vel ſaltem deſcriptionem bonorum hæreditariorum ab hærede grauato, qui ſi neglexerit illud conficere, poterit ſubſtitutus contra eum iurare in litem; ſed ſi ſubſtitutus non petierit fieri huiuſmodi inuentarium, tenebitur ipſe probare, quæ bona fuerint in hæreditate, aliter quam per iuramentum, Gratian. *diſcept. for. cap.*215. *per tot. cap.*448. *num.*33. *&c.* vide in §. *Grauatus num.*

57 Subſtitutus an poſſit antè euentum conditionis vendere, vel cedere alteri ius, quod ſibi ſperat obuenturum ex fideicommiſſo, Gratian. *diſcept. for. cap.*692. *num.*2. *&c.* vide in §. *Fideicommiſſum num.*

Et dato quod ſic, an ſi decedat ante euentum conditionis euaneſcat ſubſtitutio, vel tranſeat in ceſſionarium, Pract. Pap. *libell. ex ſubſtit. gloſ. vlt. num.*2.

58 Subſtitutus præfertur coniuncto tam in hæreditate, quàm in legato, niſi aliter de mente teſtatoris appareat, & ideò regulariter ceſſat ius accreſcendi vbi adeſt ſubſtitutus, Pract. Pap. *libel. ex ſubſtit. gloſ. Compendioſè num.*24. *in fine*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*741. *num.*16. *&c.* Magon. *deciſ. Florent.*4. *num.*4. *&c. num.*38. *&c.* Surd. *deciſ.*54. *& deciſ.*152. *per tot.* vide in §. *Ius accreſcendi num.*

59 Subſtitutus in re certa, nullo ſibi cohærede dato, ſi veniat caſu ſubſtitutionis, an admittatur ad totam hæreditatem, vel ad illam rem particularem tantùm, in qua fuit ſubſtitutus, *l. quoties, C. de hæred. inſt.* vbi videtur admittendus ad totam, & probat Altograd. *conſ.*75. *num.*31. *lib.*1. *& conſ.*77. *num.*6. *lib.*1. vbi loquitur de vulgariter ſubſtituto, & idem in ſubſtituto pupillari, quoad rem certam, nullo alio vniuerſali conſubſtituto dato, quod admittatur ad totam hæreditatem, idem Altograd. *conſ.*91. *num.*32. *&c. lib.*1. facit quod dixi in §. *Inſtitutio num.*

In contrarium quoad alios ſubſtitutos, quia hoc caſu verbum, *ſubſtituo*, impropriatur, & importat ſimplex legatum, Pract. Pap. *Libel. ex ſubſt. gloſ. Compendioſe num. 87.* vide Altograd. *d. conſ. 91. num. 37. 55. & ſeqq. lib. 1.*

Subſtitutus an admittatur, etiam ad prælegata ipſi hæredi grauato relicta, Pract. Pap. *libel. ex ſubſtit. gloſ. ac per fideicommiſſum num. 10. &c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 369. num. 13. &c.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 194. per tot.* Altograd. *conſ. 45. num. 30. &c. lib. 1.* vide in §. *Grauatus num. 6.*

An ad bona emphyteutica, & alia, quæ non erant duratura in hæreditate poſt mortem teſtatoris, quamuis de illis potuiſſent diſponere, ſi non expreſſit, Grat. *diſcept. for. cap. 481. num. 52. &c.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 197. num. 5. & per tot.*

An ad alia bona ad hæredem grauatum peruenta quidem à teſtatore, ſed alio iure, quam hæreditario, idem Menoch. *lib. 4. præſumpt. 196. per tot.*

Quæ bona comprehendat ſubſtitutio, vel non, Tuſch. *litt. S. concl. 833. per tot.*

61 Subſtitutus per fideicommiſſum poteſt cogere hæredem ad adeundam hæreditatem, & ſibi reſtituendam, vnde excludit ſubſtitutum vulgarem, hærede volente repudiare, niſi fideicommiſſum eſſet ab illo repetitum, *l. cogi*, vbi DD. *ff. ad Trebell.* Pract. Pap. *libel. ex ſubſtit. gloſ. 2. num. 6.* vide in §. *Hæres num.*

62 Subſtitutio declaratur ab inſtitutione, & partes datæ in inſtitutione, cenſentur datæ in ſubſtitutione, *l. qui liberis, §. hæc verb. in fine, l. qui plures cum ſimilibus, ff. de vulg. & pupil.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 478. num. 18.* Greg. *deciſ. 495. num. 9.* Rot. *part. 10. recent. deciſ. 162. num. 3. & num. 4.*

Qualiter dubia ſubſtitutio declaretur ex præcedente inſtitutione, latè Maſcard. *de probat. vol. 3. concl. 1345. per tot.*

63 Subſtitutio cenſetur directa, & vulgaris, non autem fideicommiſſaria, vbi teſtator *inſtituit filium, & eius hæredes, ac ſucceſſores*, cùm talia verba non inferant ſubſtitutionem fideicommiſſariam, ſed potius vulgarem, quæ per aditionem hæreditatis à primo factam extinguitur iuxta notata *ſupra num 6.* ſtante maximè verbo, *inſtituit*, quod eſt directum ciuile, & ideò cum potuerit ſubſtitutio valere ab initio iure directo, non debet, nec poteſt obliquari, non obſtante clauſula, *omni meliori modo, vel codicillari*, & in dubio ſubſtitutio eſt iudicanda directa, & non fideicommiſſaria, etiamſi plures ſub nomine collectiuo eſſent vocati, niſi adſint verba tractum temporis ſucceſſiuum, & in futurum importantia, & ideò primo adeunte, nullum remanere fideicommiſſum ad fauorem hæredum, fuit reſolutum à Rot. penes Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ. 207.* per doctrinam Cumani *in l. Gallus, §. quidem recte num. 7. in fine, & in l. cum ita, §. in fideicommiſſo num. 4. ff. de leg. 2.* Surd. *deciſ. 346. num. 82.* & aliorum ibi relatorum *ſupra num. 9.*

An autem ſubſtitutio directa poſſit induci ex coniecturis, latè plures textus hincinde ponderando Rot. per Farinac. *part. 1. tom. 1. deciſ. 878.* vbi tandem ob difficultatem quæſtionis concludit poſſe in aliquo caſu induci vulgarem directam ex coniecturis à verbis teſtatorum in concreto deſumendis, *& deciſ. 363. per tot.* vbi ponit dictas coniecturas.

64 Subſtitutio facta in caſu delicti committendi, non purificatur in caſu delicti iam commiſſi, quia facta in vno caſu, vel tempore non extenditur ad alium caſum, vel tempus, Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ. 338. per tot. & deciſ. 371.* facit *ſupra num. 32.*

Plura de donatione, & fideicommiſſo in caſu delicti dixi in §. *Donatio num. 12. & 41. & §. Fideicommiſſum num. 19.*

65 Subſtitutus non admittitur quamdiu ſpes eſt, quod primo loco vocatus poſſit ſuccedere, & ideo ſubſtitutus in caſu, quo quis non habeat filios, donec ſpes eſt poſſe habere, non admittitur ad ſucceſſionem, Surd. *conſ. 123. num. 32. & conſ. 403. num. 10. & 11.* Molin. *de primog. lib. 3. cap. 10. num. 19.* Rot. *part. 2. recent. deciſ. 593.* cum alijs per Beltramin. ad Ludou. *deciſ. 338. num. 16. & per me in §. Conditio num. 82.* facit latè Rot. *part. 15. recent. deciſ. 103. per tot.* vbi qualiter ſuperexiſtentia alicuius vocati, licèt non habentis tunc qualitatem à teſtatore requiſitam, impediat tranſitum hæreditatis in aliam lineam vocatam in caſu deficientiæ lineæ primo loco vocatæ cum dicta qualitate, maximè quando qualitas fuit appoſita per viam modi, & non conditionis, vt in *deciſ. 43. part. 14. in eadem cauſa*, quæ fuit confirmata *in d. deciſ. 103. part. 15.* vbi alia plura quando qualitas à teſtatore requiſita exigatur de tempore ſucceſſionis, vel ſufficiat poſſe poſtea interuenire, an hæreditates, & fideicommiſſa poſſint ſtare in ſuſpenſo, & huiuſmodi.

De ſubſtitutionibus (vltra notiſſimos tractatus, deciſiones, & alios per me in §. citatos) videri poſſunt Bertachin. *Repert. verb. Subſtitutio*, Ioſeph. Feliu. *in Margar. var. concl. eod. verb.* Thoro *Compend. deciſ. Neap. part. 1. & 2. eod. verb.* Cancer. *var. part. 1. cap. 1. per tot.* vbi plenè Caſtil. *lib. 2. contr. cap. 10. & lib. 4. cap. 1.* & alibi ſæpè Cyriac. *contr. in multis locis, vt in eius indicibus*, Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Subſtitutio*, vbi indicat multas, & ferè omnes quæſtiones de materia, & DD. illas tractantes, prout facit etiam nouiſſimè Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part. 5. eod. verb. fol. 670. &c.* & plures benè examinat Io. Torre *tract. de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. part. 1. 2. & 3. per tot. vt in indice generali in fine part. 3. verb. Subſtitutio, Subſtitutus.* 66

De reciproca, ex quibus inducatur, tam inter deſcendentes, quàm inter tranſuerſales, & de linea ad lineam; an maſculi vnius lineæ excludant fœminas alterius lineæ quando fuit facta inſtitutio duorum, & eorum filiorum maſculorum, plenè Aloyſ. Manſ. *Conſult. 218. 219. & 220. per tot. lib. 3.* 67

§. SVCCESSIO. XXXVI.

SVcceſſio omnis, ſiue hæreditas prouenit, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato; de ſucceſſione ex teſtamento non poteſt dari certa regula, cum quilibet poſſit de bonis ſuis ad libitum diſponere, & in re ſua ſit moderator, & arbiter, *l. in re Mandata, C. mandati*, ac nihil ſit magis hominibus debitum, quam vt ſupremæ, ideſt vltimæ voluntatis, poſtquam iam aliud velle non poſſunt, liber ſit ſtylus, & licitum, quòd iterum non redit arbitrium, *l. 1. C. de Sacroſ. Eccleſ.* & ideo etiam voluntas teſtatoris pro lege habetur §. *Diſponat Auth. de nupt. Nouell. 22.* quatenus tamen diſpoſitioni iuris non contradicitur, & formam à legibus præſcriptam non tranſgrediatur, *l. nemo poteſt 55.* vbi DD. *ff. de leg. 1.* de qua in ſpecie ſucceſſionis latiſſimè peragit Vaſqu. *tract. de ſucceſſ. & vlt. volunt. per tot.* Martha *de ſucceſſ. legal. part. 4. per tot.* & aliqua dicuntur *in §. Teſtamentum per tot.* ac alibi, & plura remiſſiuè tradit Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. ſucceſſio, & ſucceſſor.* 1

Succeſſio ab inteſtato locum habet quotieſcumque defunctus, de cuius hæreditate agitur, teſtamentum non fecit, vel quia noluit, vel quia non potuit, vel ſi fecit teſtamentum, quod viribus, & de iure non ſubſiſtat, vel licèt fuerit validum, fuerit poſtea ruptum agnatione poſthumi præteriti, vel irritum factum per capitis diminutionem, ideſt condemnationem ad mortem naturalem, vel ciuilem ipſius teſtatoris, vel ſi nullus ex eo adeat hæreditatem, vel ſi aliter teſtamentum fuerit per ſententiam reſciſſum, nam his caſibus hæreditas, ſiue ſucceſſio non ſub hominis, ſed ſub legis diſpoſitione manet, quæ certo quodam ordine prout infra dicetur, illam defert proximioribus conſanguineis, vt benè declarat Oinot. *in Rub. Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defert. num. 14. &c.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 59. cum pluribus ſeqq. vol. 4. & ad leg. Municip. tit. 16.* 2

Quoad condemnationem teſtatoris, vide in §. *Bannitum num.*

Succeſſio ab inteſtato diuiditur in tres ordines, ſiue gradus, ad quos omnes caſus referri, & accommodari poſſunt; primus ordo, ſiue gradus eſt deſcendentium ipſius defuncti, de cuius ſucceſſione agitur; ſecundus aſcendentium, & tertius collateralium prout ſtatutum eſt de iure, *Auth. Nouell. 118. de hæred. ab inteſt. venien. gloſ. in §. fin. verb. totius Inſtit. de ſer. cogn.* Oinot. *loc. ſupra cit. num. 16.* & ita totam hanc materiam diuidit, & declarando latè proſequitur Martha *de ſucceſſ. legal. part. 1. & per tot. tract.* Tuſch. *litt. S. concl. 861. & & ſeqq. per tot.* Paul. Chriſt. *deciſ. 61. & ſeqq. vol. 4.* Fagund. *de iuſt. & contract. lib. 6. cap 14. per tot.* 3

Quibus addi poſſunt alij duo gradus, nempè viri, & vxoris, prout *in ff. & C. vnde vir. & vx. & demum fiſci iuxta l. 1. & l. vacantia, C. de bon. vacant. lib. 10.* de quibus omnibus ſingillatim aliqua tangemus, & in reliquis remiſſiuè ad DD. materiam tractantes.

Succeſſio cum aliquis inteſtatus decedit, ſiue ſit pater familias, ſiue filiusfamilias, defertur primo loco illius filijs, omnibus alijs aſcendentibus, vel collateralibus excluſis, cùm prima cauſa ſucceſſionis ſit liberorum, ſublata omnis ſexus differentias de iure, §. 1. *Auth. de hered. ab inteſt. venient. Nouell.* 118. *auth. in ſucceſſione, C. de ſuis, & legit.* §. 1. *Inſt. de hered. quæ ab inteſtato defer.* Martha *de ſucceſſ. legal. part.* 1. *qu.* 44. *in princ.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 820. *n.* 15. *& ſeqq.* Gabr. Vaſq. *Opuſc. moral. tract. de teſtam. cap.* 4. §. 1. *fol.* 254. Ganauer. *conſ.* 5. *poſt illius deciſiones*, vbi latè Tuſch. *litt. S. concluſ.* 861. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 61. *vol.* 4. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 265. *num.* 1. Oinot. *in d.* §. 1. *cap. de prim. ord. ſucced. num.* 1. *&c.* vbi limitat non procedere in filijs damnatorum ob crimen læſæ Maieſtatis humanæ, vel diuinæ, iuxta *tex. in l. quiſquis*, §. 1. *C. ad l. Iul. Maieſt. c. excommunicamus* 13. §. *damnati extr. de hæret.* nec in filijs naturalibus tantùm, vulgò quæſitis, & natis, ex damnato coitu.

In hac igitur materia ſunt conſiderandæ plures ſpecies filiorum, ſiue liberorum, nam alij dicuntur ſpirituales, qui in nihilo ſuccedunt, & ideò de illis hoc loco non eſt differendum; alij naturales, & legitimi ſimul; alij legitimi tantùm; alij naturales tantùm, alij ſpurij, ſiue vulgò quæſiti, alij nati ex inceſtuoſo, & damnato coitu, de quibus Paul. Chriſtin. *deciſ.* 61. *num.* 5. *&c. vol.* 4. *& alij infra citati.* De filijs autem putatiuis an ſuccedant patri putatiuo dixi in §. *Filius num.* 3.

Filij naturales, & legitimi ſimul primi gradus ſuccedunt æqualiter ſuis parentibus ab inteſtato, excluſis omnibus alijs; ſi verò cum filijs primi gradus concurrant nepotes ex alijs filijs eiuſdem gradus præmortuis, huiuſmodi nepotes aſſumendo locum parentum ſuccedunt cum eis in ſtirpes, & ſi nulli adſint filij primi gradus, ſed omnes nepotes, ſuccedunt auo, vt ſupra in ſtirpes, & non in capita, etiamſi non eſſent in æquali, ſed remotiori in gradu, quia inter deſcendentes repræſentatio procedit in infinitum, vt dixi in §. *Repræſentatio num.* & probatur iſta concluſio per iura ſupracitata, & ad latè tradita per Oinot. *Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. cap. de ſucceſſ. fil. nat. & legit. ſimul per tot. fol. mihi* 219. *&c.* Martha *de ſucceſſ. Legal. part.* 1. *quæſt.* 4. *cum pluribus ſeqq.* vbi plures particulares quæſtiones ad hanc materiam ſpectantes diligenter pertractat Paul. Chriſtin. *deciſ.* 61. *num.* 5. *vol.* 4.

Quid ſi eſſent filij ex diuerſis matrimonijs, dixi in §. *Diuiſio num.* 15.

Filij legitimi tantùm, quales ſunt adoptiui, vel arrogati, ſuccedunt patri adoptanti, vel arroganti ab inteſtato, etiamſi pater adoptiuus habeat filios naturales, & legitimos, cum quibus æqualiter admittuntur excluſis alijs aſcendentibus, vel collateralibus, quod procedit etiam in nepotibus ex ipſis filijs adoptiuis, intelligendo omnia durante adoptione, nam ſi fuerint emancipati in nihilo ſuccedunt, ſicut etiam non ſuccedunt agnatis, vel cognatis ipſius patris adoptiuis, aliàs extranei, nec in feudis; quid autem ſi fuerint adoptati ab auo, dic quod res eſt magis plana, vt ſuccedant durante adoptione vnà cum patre ſuo ipſi auo adoptanti, §. *ſed hodie Inſtit. de adopt.* §. *ſed ea omnia*, vbi Ang. & alij *Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. def. l. ſi te parens. C. de ſuis, & legit.* cum concordantibus addoctis per Oinot. *in d. tit. Inſtitut. de hæredit. quæ ab inteſt. def. cap. de ſucceſſ. filior. adopt.* Martha *de ſucceſſ. Legal. part.* 1. *quæſt.* 19. *per tot.* vbi latiùs explicat Paul. Chriſtin. *dict. deciſ.* 61. *ſub num.* 4. *vol.* 4. *& deciſ.* 185. *vol.* 4. vbi plura de adoptione.

Adoptio tamen exiſtentis in poteſtate patris facta à tranſuerſali, vel extraneo, non operatur quod adoptatus, ſine authoritate Principis iura ſanguinis ipſius adoptantis conſequatur, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 214. *num.* 15.

Filij naturales tantùm, quales propriè dicuntur nati ex concubina vnica, & indubitato affectu domi loco vxoris retenta, nec ſufficit, vt ſint ſimpliciter nati ex ſoluto, & ſoluta; ſi agatur de ſuccedendo patri ab inteſtato, illi ſuccedunt in duabus vncij, ideſt ſexta parte hæreditatis vnà cum matre quotquot illi fuerint, dummodò non extent filij legitimi, & naturales, nec legitima vxor patris naturalis defuncti, nam his extantibus in nihilo ſuccedunt, ſed tantùm ſunt alendi ſecundùm vires patrimonij arbitrio boni viri; ex teſtamento verò contra voluntatem patris nihil capere poſſunt, quamuis pater non prohibeatur illis relinquere etiam totam hæreditatem, ſi non extent legitimi deſcendentes, nec aſcendentes, nec vxor, ſi verò extent filij legitimi, poteſt naturalibus, & eorum matri vnciam tantùm in totum relinquere, ſi aſcendentes illis tenetur legitimam reſeruare, ſi vxor quantum ei debetur iuxta conſuetudinem loci, vel diſpoſitionem *Auth. præterea, C. vnde vir, & vxor*, & reſiduum ipſis filijs naturalibus ſi velit; prædicta tamen non procedunt in nepotibus naturalibus tantùm, qui non ſuccedunt nec in feudis, ſi autem agatur de ſuccedendo matri, vel alteri aſcendenti per lineam maternam, indiſtinctè admittuntur naturales tantùm, ſicut legitimi, & naturales ſimul, vt latè declarat Oinot. *Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. cap. de ſucceſs. liber. nat. tantum fol. mihi* 224. Martha *de ſucceſs. legal. part.* 1. *qu.* 16. *ar.* 1. *per tot.* Paul. Chriſtin. *d. deciſ.* 61. *num.* 5. *vol.* 4. *& deciſ.* 64. *vol.* 4. vbi plura qualiter naturales ſuccedant matri, vel non, *& deciſ.* 193. *vol.* 5. *& ad leg. Municip. tit.* 18. *per tot.* Peregrin. *deciſ.* 16. vbi quid ſi extent fratres, vel ſorores, &c. vide in §. *Filiatio num.* 9. Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 171. *num.* 29. *& ſeqq.* latè Gabriel. Vaſq. *Opuſc. moral. tract. de teſtam. cap.* 5. §. 6. *per tot. fol.* 276. *&c.* Fontanel. *deciſ.* 405. *& ſeqq.* Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 65. *per tot.*

Filij ſpurij, ſiue vulgò quæſiti, ideſt nati ex ſoluto, & ſoluta extra matrimonium, & extra concubinatum per coitum à iure ciuili non damnatum, patri, & alijs aſcendentibus per lineam paternam nullo modo ſuccedere poſſunt, ſed tantùm ſunt capaces alimentorum naturali æquitate inſpecta; matri verò, & alijs aſcendentibus per lineam maternam indiſtinctè ſuccedunt, etiam cum legitimis, & naturalibus, niſi mater ſit perſona illuſtris, nam tunc ſtantibus legitimis, ſpurij non ſuccedunt, Oinot. *loc. cit. cap. de ſucceſs. ſpur.* 225. Martha *d. qu.* 16. *art.* 1. *num.* 15. *& ſeqq.* plenè Tuſch. *litt. S. concluſ.* 416. *&* 417. *per tot.* vide in §. *Filiatio num.* 9. Dian. *part.* 5. *tract.* 3. *reſol.* 121. vbi quid liceat, vel non relinquere filijs ſpurijs in foro conſcientiæ, *& part.* 10. *tract.* 15. *reſol.* 19. *per tot.* Gabr. Vaſquez *loc. cit. qu.* 7. *per tot. fol.* 280. *& ſeqq. ad* 269. vbi plenè pro foro conſcientiæ.

Filij nati ex damnato coitu, & à iure ciuili reprobato, & punibili, vt inceſtuoſi, nefarij, & adulterini, nec patri, nec matri ſuccedere poſſunt, ſed ſunt inſucceſſibiles omnibus aſcendentibus per lineam maſculinam, & fœmininam, licèt de æquitate canonica vbique ſeruanda ſint à parentibus alendi, *cap. ſi quid autem, Nouell.* 4. *quibus mod. nat. eff. legit. & Auth. ex complexu, C. de inceſt. nupt.* vbi Bart. Bald. & alij, Oinot. *vbi ſupra cap. de ſucceſſ. liber. ex damn. coit. fol.* 226. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 228. *num* 9. vbi quòd non habent ſucceſſionem neque actiuam, neque paſſiuam, *& part.* 12. *deciſ.* 175. *num.* 10. *& ſeqq.* vbi de inceſtuoſis ratione copulæ præcedentis cum ſorore matris deſponſatæ, qui exceptis alimentis, ſunt incapaces ſucceſſionis, *& deciſ.* 325. vbi qualiter ſtante ignorantia dicti impedimenti in matre non ſint inceſtuoſi, & ſuccedere poſſint, de quo latiùs eadem Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 367. *per tot. & part.* 17. *deciſ.* 145. *&* 356. *part.* 18. *tom.* 1. *deciſ.* 37. *per tot.* Martha *d. tract. part.* 1. *quæſt.* 16. *art.* 1. *num.* 29. *& ſeqq.* vbi quid de natis ex viro vxorato, & muliere ſoluta, vel ex Sacerdote, & eius concubina, vide Tuſch. *d. concl.* 416. *&* 417. *per tot.* Ricc. *Collect.* 3641. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 198. *vol.* 1. *& deciſ.* 61. *num.* 5. *vol.* 4. *& deciſ.* 193. *vol.* 5. *& ad leg. Municip. tit.* 18. *per tot.* Peregrin. *deciſ.* 11. vbi de filijs presbyterorum legitimatis, vt poſſint ſuccedere ſaltem pro medietate iure alimentorum, idem Peregrin. *deciſ.* 42. *num.* 6. vbi quando nati ex clerico poſſint matri ſuccedere, vel non, *& deciſ.* 59. *num.* 1. vbi quòd filius ſacerdotis non poteſt capere ex teſtamento patris vltra alimenta, Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 407. *num* 6. vbi quòd quicquid aliàs dubitatum fuerit, praxis iudiciorum inualuit, vt macula ignominioſa in ſpurijs ex damnato, & punibili coitu, ſolummodò eos remoueat à ſucceſſione patris, non autem bonorum matris, aut aliorum ex tranſuerſo conſanguineorum, *& part.* 17. *deciſ.* 171. *per tot. in eadem cauſa*, vbi fuit confirmata prima deciſio, quia non conſtabat de ſacerdotio, nec de virginitate, quæ non præſumitur quando allegatur à tertio, nec de ſcientia huiuſmodi qualitatis in muliere, ac ideò filij præſumuntur potius naturales quam inceſtuoſi, vel ex alio damnato coitu, *& deciſ.* 356. vbi quòd ignorantia excuſat tantùm in matrimonio, non autem in concubinatu, & quare.

Qualiter autem filij poſſunt legitimari, vt ſuccedant, latè

latè Martha *d. tract. part.1. qu.18. per tot.* vide in §. *Legitimatio*, Cabal. *conſ.163. per tot. lib.2.*

Quòd non valeat ſtatutum habilitans ſpurios, & naturales ad ſucceſſionem patris, & quando ſecus, latè Tuſch. *litt.S. concluſ.654. & 655. per tot.* Rot. *part.16. recent. deciſ.367. num.45.* facit eadem Rot. *part.17. deciſ.145. num. 21. & ſeqq.*

De materia ſucceſſionis ab inteſtato quoad lineam deſcendentium facta diſtinctione qualitatis omnium filiorum, vt hic notatur cum pluribus alijs quæſtionibus inde emergentibus, latè multis citatis videndus præ alijs Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.3. cap.18. per tot.* vbi benè omnia explicat.

Succeſſio ab inteſtato, deficientibus liberis, & deſcendentibus perſonæ defunctæ, ſecundo loco defertur parentibus, & aſcendentibus ipſius defuncti, *cap. ſi igitur defunctus 2. Nouell.118. Auth. de hered. ab inteſt. conuenient.* latè Paul. Chriſtin. *deciſ.62. per tot. vol.4.* Martha *de ſucceſſ. Legal. part.2. per tot.* Gab. Vaſquez *opuſc. moral. tract. de teſtam. cap.4. §.2.*

Si enim defunctus reliquit tantùm aſcendentes, nempè patrem, & matrem, illi æqualiter admittuntur ad ſucceſſionem, ſi alios aſcendentes in gradu diſpares, proximior remotiorem excludit; ſi verò defunctus reliquit aſcendentes, & collaterales ſimul, tunc fratres, & ſorores vtrinque coniuncti ſuccedunt defuncto cum eius patre, & matre in capita, *d. cap. ſi igitur defunctus, & Auth. defuncto, C. ad S.C. Tertull.* latè explicat Oinot. *Inſtitut. de hered. quæ ab inteſt. defer. cap. de ſecund. grad. ſiue ord. ſucced. fol.227.* Tuſch. *litt.S. concluſ.861. num.30. & ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ.62. & 63. per tot. vol.4. & ad leg. Municip. tit.16. art. 6.* Peregrin. *deciſ.77.* Martha *de ſucceſſ. legal. part.2. quæſt. 1. art.1. & 2. per tot.* vbi quòd idem eſt in filijs fratrum, vel ſororum vtrinque coniunctorum, vt admittantur in ſtirpes cum aſcendentibus, vel fratribus prædictis per *text. in Auth. inter fratr. fil. in princ. Nouel.* 124. & quid in coniunctis ex vno latere tantùm, & alia vide per eos, dixi §. *Aſcendentes num.2. & ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 381. vol.1. & deciſ.62. & 63. vol.4.* Io. Dominic. Panſut. *contr.12. per tot.* vbi plura an, & quando iuxta conſuetudines Neapolitanas admittantur, vel non, fratres vtrinque coniuncti, vel ex vno latere tantùm, ad ſucceſſionem cum aſcendentibus.

De ſucceſſione aſcendentium plura idem Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.3. cap.19. num.1. & ſeqq. vſque ad 41.* vbi ponit plures caſus, in quibus aſcendentes ſuccedere nequeunt ſuis deſcendentibus, quos vide penes eum, faciunt notata in §. *Aſcendentes num.2. & §. Mater num.1. &c.* latè Anton. Gob. *Conſult.117.* vbi qualiter fratres, & fratrum filij concurrant cum aſcendentibus ad ſucceſſionem fratris, & patrui reſpectiuè, &c.

Intelligendo hanc concluſionem de aſcendentibus legitimis, & naturalibus ſimul, de alijs autem aſcendentibus, nempè legitimis tantùm, naturalibus tantùm, ſpurijs, ſiue volgò quæſitis, & inceſtuoſis, vel damnatis, cùm pater, & filius ſint correlatiua, & correlatiuorum ſit eadem natura, & iudicium, eadem menſura, & modis, quibus dictum eſt ſupra, filios huiuſmodi reſpectiuè parentibus ſuccedere poſſe, dicendum eſt eoſdem parentes pariter reſpectiuè ad filiorum ſucceſſionem admittendos, ad tradita per *Imperat. cap. in quibus 13. Nouell.89. & Auth. licet in fine, C. de nat. lib.* Oinot. & Marth. *loc. cit.* Paul. Chriſtin. *d. deciſ.62. & 63. vol.4.* vbi plura, vide in §. *Aſcendentes num.6.* Rot. *part.17. recent. deciſ.145. num.21. & ſeqq.*

Quando autem, & qualiter ſucceſſio in bonis paternis, ideſt filio defuncto obuentis ex linea paterna ſpectet ad patrem in totum, excluſa matre, & è contra in obuentis à matre, & linea materna ſpectet ad matrem in totum, excluſo patre, latè Tuſch. *litt.S. concl.863. per tot.* vide in §. *Aſcendentes num.4.* vbi contra, & Gab. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de teſtam. cap.4. §.2. dub.1. per tot. fol.256.* nouiſſimè Io. Dominic. Panſut. *contr. forenſ.7. & 8. per tot.* vbi contra Bart. & eius ſequaces probat de iure communi non dari huiuſmodi bonorum diſtinctionem, iuxta ſententiam Baldi, quæ validiſſimis rationibus, & iuribus fulcita præualuit, & quid dicendum ſit attenta conſuetudine Neapolitana ibidem declarat.

De quæſtione an ſit facienda diſtinctio bonorum, vnde proueniant, Antunez Portugal. *d. cap.19. num.5. & ſeqq.* vbi tranſit cum opinione Bartoli contra Baldum, quam dicit

approbatum Neapoli, vt per Franch. *deciſ.59. num.4. & ſeqq.* Viui. *deciſ.173.* & in Senatu Sabaudiæ Theſ. *deciſ.27. num. 4. & ſeqq.* vbi alios in §. *Aſcendentes num.4.*

Succeſſio tertio loco non extantibus deſcendentibus, ne- 6
que aſcendentibus perſonæ defunctæ, ſed tantùm collateralibus, defertur ab inteſtato primò fratribus, & ſororibus vtrinque coniunctis in capita, excluſis omnibus alijs collateralibus, exceptis tamen fratrum vtrinque coniunctorum filijs, qui per repræſentationem admittuntur in ſtirpes cum dictis fratribus, vel ſoli ad ſucceſſionem patrui; ſecundò, non extantibus dictis fratribus vtrinque coniunctis, neque illorum filijs, defertur ſucceſſio fratribus, & ſororibus ex vno latere tantùm coniunctis æqualiter, eorumque filijs per repræſentationem in ſtirpes, vt ſupra excluſis omnibus alijs collateralibus, etiam lineæ ſuperioris, veluti patruo, amita, & ſimilibus; tertiò, non extantibus aliquibus ex prædictis, defertur ſucceſſio reliquis collateralibus conſanguineis, qui in gradu ſint proximiores, vel pares æqualiter, & in capita, remotioribus excluſis, ita vt infallibiliter ſemper proximior in gradu, ſit potior in ſucceſſione, & pares pariter admittantur in capita ſecundum numerum perſonarum, vſque ad decimum gradum, & non vltra, intelligendo prædicta de fratribus legitimis, & naturalibus ſimul, vel legitimatis per ſubſequens matrimonium, non autem de legitimatis per reſcriptum Principis, vel oblationem Curiæ, prout hæc omnia colliguntur, & probantur *ex tex. in §. ſi igitur defunctus neque 3. Nouell.118. Auth. de hered. ab inteſt. vend. auth. ceſſante, C. de legitim. hered. auth. itaque, C. com. de ſucceſſ. Nouel.84. de conſang. & vter. fratr. auth. poſt. fratres autem, C. de legit. hered.* & vtrobique gloſ. & DD. Oinot. *Inſtit. de hered. quæ ab inteſt. defer. cap. de teſt. ord. de ſucced. fol.231. &c.* Conciol. cum Romaguer. *ad Stat. Engub. lib.2. Rub.66. per tot.* Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.4. cap.19. num.41. & ſeqq. per tot.* vbi latè, & plenius Martha *de ſucceſſ. legal. part.3. per tot.* vbi plures particulares quæſtiones examinat Tuſch. *litt.S. concl.861. per tot.* Cabal. *conſ. deciſ.10. lib.2. & conſ.130. d. lib.2.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.194. vol.1. & deciſ.66. vol.4. & ad leg. Munic. tit.16. art.8. &c.* Rot. *part.16. recent. dec. 153. num.1. &c.* Gab. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de teſtam. cap.4. §.3. per tot. fol.261.* vide in §. *Frater num.4. & ſeqq. & in §. Repræſentatio per tot.* Et de fratribus vtrinque coniunctis, an, & quando excludant æquales in gradu coniunctos ex vno latere tantùm, ſiue agatur de ſucceſſione prædefuncti fratris vtrinque coniunctis ſuper bonis antiquis, ſiue alijs de nouo quæſitis, & alia ad rem iuxta conſuetudines Neapolitanas, latè Io. Dominic. Panſut. *contr. 10. et ſeqq.*

Inter fratres legitimos tantùm, non datur ſucceſſio, niſi ſint adoptati ab aſcendente, cùm tunc concurrat etiam naturalis coniunctio, ex qua poſſunt ſuccedere ſui collateralibus agnatis, *l. pen. §.1. C. de adop. et l. qui in adoptionem 23. ff. eod. §. Nullam vero, Nouell.113. de heredit. ab inteſt.* Oinot. *loc. cit. num.41.* Ang. *in §. eos, et in §. Infrà Inſtit. de ſucceſſ. cog.*

Inter fratres, vel alios collaterales, naturales tantùm, vel vulgò quæſitos ex linea paterna coniunctos, non datur ſucceſſio; inter eoſdem verò coniunctos ex linea materna, admittitur ſucceſſio, etiamſi mater illorum ſit illuſtris, §. *Vulgo quæſitos*, vbi Angel. & alij *Inſtit. de ſucceſſ. Cognat. cap. Filium 4. Nouell.89. Auth. quibus mod. nat. eff. ſui*, Oinot. *loc. cit. num.42. et ſeqq. cum Addit.* Chriſtin. *deciſ. Belgic.198. num.11. et ſeqq. vol.1. deciſ.65. vol.4. et ad leg. Municip. tit.18. art.2. num.5. et art.3. num.6. etc.* Peregrin. *deciſ.16. num.3. etc. deciſ.42. per tot.* Rot. *part.16. recent. deciſ.98. num.2. etc.* vbi quòd illegitimatis exceptio non attenditur quando agitur de ſuccedendo coniuncto ex latere matris.

Inter fratres, vel alios collaterales ex latere matris coniunctos ex coitu inceſtuoſo, adulterino, vel aliàs à iure ciuili damnato, nulla inuicem datur ſucceſſio, *Auth. ex complex. C. de inceſt. et inutil. nupt. §. fin. Nouell. 89. Auth. quibus mod. nat. eff. ſui*, Ang. & Oinot. *loc. cit. num.47. cum Addit.* Martha *de ſucceſſ. legal. part.1. qu.16. art.1. num.24. et ſeqq.* vbi refert in conſilio Neapolitano fuiſſe pluries contrarium iudicatum ex antiquiſſima conſuetudine illius Tribunalis, vt per Afflict. *deciſ.96.* Franch. *deciſ. 238.* ſed dicta conſuetudine ceſſante, non eſſe noſtra concluſione recedendum, de qua vide etiam Chriſtin. *d. deciſ. 198. n.13. et ſeqq. per tot. vol.1.* vbi quòd communis opinio

eſt affirmatiua, ac à pluribus Tribunalibus approbata, idem Chriſtin. *deciſ.65.num.3. vol.4. & ad leg. Municip tit.18. art.3. num.7. &c.* Peregrin. *deciſ.42.* vbi pro ſucceſſione in linea materna, ſecus autem in paterna, Rota *par.10. recent. deciſ.228.num.9.* vbi pro non ſucceſſione, & faciunt plura tradita, iuxta conſuetudines Neapolitanas per Io. Dominic. Panſut. *contr.11.per tot. cum alijs ſeqq.*

7 Succeſſio ab inteſtato, vt ſupra defertur collateralibus conſanguineis defuncti vſque ad decimum gradum tantùm incluſiuè, & non vltrà, ſublata omni differentia agnationis, & cognationis §. *fin.* vbi gloſ. & DD. *Inſtit. de ſucceſſ. cognat.* Azor. *in ſumma, C. de legitim. hered.* Pract. Pap. *Libell. hered. ab inteſt. gloſ.2. num.27.* Oinot. *Inſtit. de hered. qua ab inteſt. defer. cap. de rer. ord. ſucced. num. 38. fol. 235.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.697. num.11.* Martha *de ſucceſſ. legal. part.3. quaſt.2. art.2. num.2.* Rot. *part.13. recent. deciſ.356. num.1. & 2.* vide in §. *Agnatio num.4.* §. *Matrimonium num.* Paul. Chriſtin. *deciſ.70. num.3. vol.4.* vbi tamen, quòd in Francia defertur etiam vltra decimum gradum, & *deciſ.61. vol.6.* vbi quid in feudis.

Iure autem affinitatis, nulla datur ſucceſſio inter affines ab inteſtato, *l. affinitas 7. C. comm. de ſucceſſ.* Oinot. *loc. cit. cap. de ſucceſſ. inter vir. & vxor. num.8.* vide in §. *Affinitas num.* idem Oinot. *vbi ſupra cap. de ſucceſſ. fiſ. num.14. in fine fol.243.* vbi quòd fiſcus potiùs admittitur, quam affinis.

8 Succeſſio ab inteſtato regulariter non datur inter coniuges, ſed aliquo ex eis decedente, primò animaduertendum eſt, an inter eos præceſſerint pacta dotalia, quæ ſunt ſeruanda; ſecundò, deficientibus pactis dotalibus, ſunt attendenda ſtatuta, & conſuetudines loci, & domicilij viri circa lucrum dotis, vel ſucceſſionem inter eos; tertiò, in defectum pactorum, & ſtatutorum, recurrendum eſt ad ius commune, ſecundum quod vt dixi inter eos non datur ſucceſſio, etiam in dote, ſed ſoluto matrimonio; dos reuertitur ad vxorem, & patrem dotantem, & donatio propter nuptias ad maritum; exceptis duobus caſibus, nempè ſi coniux defunctus nullos deſcendentes, nec aſcendentes, nec collaterales conſanguineos intra decimum gradum incluſiuè reliquit, quia tunc coniux ſuperſtes illi ab inteſtato ſuccedit, excluſo fiſco, & omnibus alijs de æquitate prætoria per bonorum poſſeſſionem *vnde vir, & vxor*, intra centum dies vtiles agnoſcendam, & petendam, vel etiam extantibus conſanguineis coniugis defuncti, ſi matrimonium eſt ſine dote, vel ſine donatione propter nuptias, coniux præmortuus diues, & ſuperſtes inops, nam tunc ſuperſtes vnà cum liberis communibus, vel etiam alterius matrimonij ſuccedit in quarta parte bonorum defuncti, ſi liberi ſint tres vel pauciores, ſi plures in viriles portiones quoad vſumfructum tantùm, reſeruata proprietate filijs, quibus deficientibus, obtinet quoque dominium dictæ portionis, in quam tenetur imputare omne delictum, ſibi à coniuge factum, & iſta quarta tamquam proueniens à iure ciuili, poteſt vſque ad triginta annos peti, & debetur non ſolùm ab inteſtato, ſed etiam condito teſtamento concurrentibus prædictis requiſitis, ceſſat autem inter ſponſos, item quando matrimonium non fuit iuſtum, & legitimum, item ſi fuerit facta ſeparatio, vel diuortium, item ſi ſe inuicem interfecerint, vel neceſſaria non ſubminiſtrauerint, ita vt mors ſit ſequuta prout colligitur ex *Auth. præterea ex tot. tit.* cum ibi notatis per gloſ. & DD. *C. vnde vir, & vxor*, §. *quia vero* §. *Nouell.117. Auth. vt liceat matr. & auia*, Oinot. *Inſtit. de heredit. qua ab inteſt. defer. cap. de ſucceſſ. inter vir. & vxor. per tot. fol.236. &c.* Fontanel. *de pact. nupt. tom.2. clauſ.5. gloſ.8. part.9. 10. 11. 12. per tot. à fol.148. ad 186.* & aliqua Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.3. cap. 19. num.49. & ſeqq. per tot.* Martha *de ſucceſſ. legal. part.3. quaſt.12 art.1. num.12. & ſeqq. per totam illam quaſtionem*, & præcipuè *art.5. per tot.* vbi de matre dictæ *Auth. præterea*, de qua plenius *per 63. quaſtiones*, Mangil. *de imput. & detract. quaſt.37. & ſeq. ad 200.* vide in §. *Vxor num. 20.* Tuſch. *litt. S. concluſ.866.* Paul. Chriſtin. *deciſ.77. num. 3. &c. vol.4.* & latiùs *deciſ.78. & 79. per tot. dict. vol.4. & deciſ.197. vol.5. & ad leg. Municip. tit.16. art.13. &c.* Rot. *part.11. recent. deciſ.138. per tot.* Martha *vot. Piſ.21. & 22. per totum.*

An in feudo ſibi inuicem ſuccedant maritus, & vxor, Paul. Chriſtin. *deciſ.62. volum.6.* Mantic. *dict. tractat. part.3. quaſt.12. artic.1. num.16. &c.*

Succeſſio ab inteſtato non extantibus legitimis hæredi- 9
bus, nempè deſcendentibus, nec aſcendentibus, nec collateralibus intra decimum gradum nec coniuge perſonæ defunctæ iuxta ſuperiùs dicta, ne aliquis decedat ſine hærede, vltimo loco defertur fiſco, quod procedit etiam aliquibus ex prædictis extantibus, ſed incapacibus, & inſucceſſibilibus, vel tantùm per affinitatem coniunctis, *l.1. & l. vacantia, C. de bon. vacant. lib.10.* latè Oinot. *Inſtit. de heredit. qua ab inteſt. defer. cap. de ſucceſſ. fiſc. num.14. & ſeqq. per tot. fol.242.* Martha *de ſucceſſ. legal. part.4. quaſt.2. art. 6. num.29. & ſeq.* latè Peregrin. *de iur. fiſc. lib.4. tit.1. cum pluribus ſeqq. & per tot. tract.* vbi quot modis bona poſſint ad fiſcum peruenire, Paul. Chriſtin. *deciſ.77. num.4. & ſeqq. vol.4.* vide in §. *Fiſcus num.6.* Amaya *in d. l. vacantia per tot. fol.90. &c.*

Materiam bonorum vacantium, & decedentium ab inteſtato, vel inteſtabilium ſine hæredibus ab inteſtato venientibus; ſicut etiam indignorum, & incapacium, à quibus bona fiſcus aufert, qui tales dicantur, cùm ferè omnibus quæſtionibus incidentibus, pleniſſimè tractat multis ſingillatim citatis, & præ cæteris videndus Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.3. cap.14. & ſeqq. & cap.29. & ſeq. per tot.* Cancer. *var. reſol. p.1. cap.5. & 6. per tot.*

Quòd fiſcus excluditur à ſocio liberalitatis, ſeu donationis à Principe factæ, reſpectu tamen donationis tantùm, & non aliorum bonorum, ſicut etiam excludatur à patrono in ſucceſſione liberi, probat idem Portugal. *d. lib.3. cap.19. num.59. & 60.*

Multas alias quæſtiones in materia ſucceſſionis, & præcipuè an mortuo Epiſcopo, vel alio Prælato inferiori, & ſimplici Clerico, vel Monaco, ſiue nouitio, pupillo, Rectore hoſpitalis, peregrino, vel aduena, Decurione, Collega, vel alio de vniuerſitate, & huiuſmodi perſonis ſine legitimo hærede intra decimum gradum, ſuccedere debeat Eccleſia, Monaſterium, tutor, hoſpitale, Epiſcopus, Ciuitas, Collegium, Vniuerſitas ad excluſionem fiſci, vel fiſcus prædictis excluſis; quo iure ſuccedat fiſcus in bonis vacantibus, an teneatur ſoluere legata, an ſuccedat in bonis maioratus inſtituti pro conſeruatione certæ familiæ, ſi nullus de ea extet tempore mortis vltimi poſſeſſoris doctè pluribus citatis reſoluit Antunez Portugal. *d. lib.3. cap. 20. & ſeqq.*

De ſucceſſione aduenarum, & peregrinorum, ad quos deferatur dixi in §. *Vagabundus num.5.*

Qualiter fiſcus auferat hæreditatem etiam ab indignis, & tunc in eum tranſeant iura actiua, & paſſiua, ac poſſit ex perſona indignæ experiri petitionem hæreditatis, vel remedium, *l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll.* Menoch. *de adipiſc. remed.4. num.263. & ſeqq.* Peregrin. *d. tract.* Guaz. *de de confiſc. bon. concl.20.* Martha *de ſucceſſ. legal. part.4. quaſt. 16. art.1. num.99. &c.* vide in §. *Fiſcus num.* Vrceol. *tract. de tranſact. quaſt.84. num.46. & ſeqq. per tot.* vbi etiam quid ſi indigni, & incapaces tranſegerint, & an fiſcus teneatur ad legata, debita, & alia onera hæreditaria, & concludit quod ſic ſecus ſi fuerint contracta ab ipſis indignis, ad Guaz. *de confiſc. bon. ampliat.6. concl.13. num.40.* & Maſſin. *eod. tract. quaſt.24. num.27.*

An autem ſucceſſio minoris tutorem habentis, & ſine legitimis hæredibus decedentis ſpectare debeat potiùs ad tutorem, vel ad fiſcum, ſunt opiniones hincindè, & ideò poſſe iudicem vtrumque æqualiter admittere, concludit Montan. *de tut. cap.37. reg.2. num.113. & ſeqq. fol.189.*

De ſucceſſione feudali quomodo, & quibus deferatur vel non, latè Chriſtin. *deciſ.26. cum pluribus ſeqq. vol.6.* & alios citati in §. *feudum num.13. &c.* idem Chriſtin. *ad leg. munic. tit.10. ar.9. et ſeqq.*

Succeſſio ab inteſtato, an fiat in ſtirpes, vel in capita, 10
vbi agitur de hæreditate patrui inter plures filios fratrum diuerſi numeri, vide Theſ. *deciſ.162. per tot.* Fuſar. *de ſubſtit. qu.482.* Giurb. *in Conſuet. Meſſan. cap.8. gloſ.5.* Mart. Medic. *exam.33. num.1. etc. cum Addit. de anno 1665.* vbi plures alios refert, dixi ſupra *num 6.* & in §. *Repræſentatio num.* Tuſch. *litt. S. concl.864. et 865. per tot.* Chriſtin. *deciſ. Belg.194. vol.1.*

Ex teſtamento autem aliquando fit in ſtirpes, aliquando in capita, prout teſtamenti verba ſonant, vel mens teſtatoris ſuadet, & in dubio fit in capita, & quando fiat in ſtirpes, Mart. Medic. *d. Exam.33. et deciſ.56. per tot. cum Addit.* Merlin. *deciſ.570. et 631. et inter recent. part.6.*

de-

deciſ. 180. *et* 278. *per tot.* vide *in* §. *Inſtitutio num.* & §. *Repræſentatio num.*

11 Succeſſio an deferri poſſit per ſaltum de vna linea ad lineam, donec ſupereſt aliquis ſiue maſculis, ſiue fœmina ex lineas illius, qui ſemel fuit admiſſus, Peregrin. *de fideicom. art.* 7. *num.* 13. *&c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 621. *num.* 3. *&c. cap.* 773. *num.* 3. vbi videtur negatiuè concludere.

Quòd non tranſeat ad aliam lineam iam excluſam, donec extant deſcendentes etiam fęminæ primę lineæ iam admiſſæ, Altograd. *conſ.* 92. *nu.* 17. *lib.* 2. vbi etiam latè quando eſt attendenda proximitas vltimi grauati, & non teſtatoris, & dixi in meis *reſol. cap.* 40. *per tot. & in* §. *Proximitas.*

An ſucceſſio deferatur filijs, vel alijs, qui interfecerunt defunctum, Tuſch. *lit. S. concluſ.* 867. Et dixi *in* §. *Homici-*
12 *dium num.* 12. vbi vide.

Succeſſio parentum infanti, vel minori delata licèt non adita ſi decedat, tranſmittitur ad patrem, vel matrem ſuperſtitem, excluſo penitus auo, non tantùm iure ſuitatis, & ſanguinis, ſed etiam ex beneficio reſtitutionis in integrum, quod pariter tranſmittitur, quamuis alias regulariter hæreditas, non adita non tranſmittatur, latè Gratian. *diſcept. cap.* 820. *num.* 15. *& ſeqq.* vbi *num.* 26. ſubdit hoc caſu ex æquitate eſſe admittendum auum æqualiter cum matre, vide *in* §. *Hæreditas num.* & §. *Tranſmiſſio num.*

13 Succeſſoris verbum quando intelligatur de ſucceſſore hęreditatis, & ſic de ſucceſſore vniuerſali, vel ſingulari, iuxta ſubiectam materiam Caualer. *deciſ.* 437. *per tot.*

Quis dicatur propriè ſucceſſor, & quis vniuerſalis, vel particularis, Tuſch. *lit. S. concluſ.* 877. & 878. *per tot.*

Quòd appellatione ſucceſſorum veniant etiam creditores, Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 77. & *deciſ.* 236. in eadem cauſa.

14 Succeſſor locatoris an teneatur ſtare locationi factæ per ſuum prædeceſſorem, Pract. Papp. *libell. ad fiſti præſtat gloſ. ſoluere num.* 6. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 37. *per tot.* Duran. *reg.* 240. vbi ponit regulam negatiuam, quam vndecim modis limitat Soccin. *reg.* 480. Staiban. *de intereſſ. lib.* 2. *tit.* 10. *quæſt. vnic. num.* 49. *& ſeqq. ad* 116. vbi loquitur tam de ſucceſſore vniuerſali, quàm particulari, vel ſingulari, ampliat, limitat, & declarat Mantic. *de tacit. & ambigu. lib.* 5. *tit.* 12 & 13. *per tot.* Gratian. *deciſ.* 99. *num.* 10. *& ſeqq. & diſcept. forenſ. cap.* 606. *per tot.* vbi de ſucceſſione in beneficio, vel Eccleſia, quid ſi fuerit facta locatio nomine Eccleſiæ, vel adſit hypotheca, vel ſimus in colono partiario, vel ſi iam fuerit ſeminatum, & quid è contra an ſucceſſor poſſit cogere conductorem, vel colonum ad perſeuerandum, Sperel. *deciſ.* 74. *nu.* 19. & 32. vide *infr. num.* 15. *in fine, et in* §. *Conductio num.* 12. *et* §. *Emptio num.* 42. Ricc. *Collect.* 4000. *et Collect.* 1007. *et* 2166. vbi plura de ſucceſſore in beneficio quando teneatur ſtare colono, vel non, Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 219. *num.* 10. *etc.* Sanfelic. *deciſ.* 366. *cum Addit.*

An autem huiuſmodi ſucceſſor recipiendo penſionem vnius anni, videatur ratificaſſe locationem pro toto tempore à prædeceſſore facta, Surd. *deciſ.* 33. *per tot.*

De ſucceſſore ſingulari, an, & quando teneatur ſtare locationi factæ per ſuum actorem, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 357 *num.* 17. *et* 44. Caualer. *deciſ.* 612. *per tot.* Mantic. *de tacit. et ambig. lib.* 5. *tit.* 9. *et ſeq. per tot.* Surd. *deciſ.* 225. *per tot. et deciſ.* 264. *et* 265. *per tot.* Franch. *deciſ.* 216. 302. *et* 488. Merlin. *deciſ.* 627. Ricc. *Collect.* 93. 631. 1055. Peregrin. *deciſ.* 136. *per tot.* Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 372. *per tot.* Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 366. vbi refert ad plures caſus particulares Ioſeph. Feliu. *Margar. var. concluſ. verb. ſucceſſor fol.* 98. *et* 99. plenè ad ſaturitatem Scapuccin. *in tract. de ſucceſſ. ſing. per tot.* Pacion. *de locat. cap.* 61. *per tot.* vbi de quolibet ſucceſſore ſingulari, exemplificando in multis, latè Anton. Gob. *Conſul.* 105. Caldas Pereyr. *de empt. et vend. cap.* 26. *per tot. et quæſt. forenſ. cap.* 32. *per tot.* Vela *Differ.* 20 Torre *de Maiorat. et Primogen. part.* 2. *quæſt.* 7. *num.* 1. *et ſeqq.*

Quid ſi conductor ſeminauit, Surd. *deciſ.* 40. *per tot.* Pacion. *d. cap.* 61. *num.* 292. vbi alios allegat.

Quòd ſi ſucceſſor ſingularis ſciebat rem eſſe locatam, vel ſi alienatio ſit facta pendente lite, ne alias detur occaſio fraudis, teneatur ſtare locationi Surd. *deciſ.* 172. vbi loquitur de alienatione facta à patre in filium, vide Pacion. *d. cap.* 61. *num.* 86. *et ſeqq.*

Non tamen intelligitur finita locatio niſi quatenus ipſe velit, Magon. *deciſ. Flor.* 2. *num.* 27. *in fine*, vide *in* §. *Conductio num.* 14. vbi contra, prout etiam contrarium tenet Pacion. *d. tract. cap.* 61. *num.* 296. cùm æqualiter iudicari debeant, & ideò ſicuti permiſſum eſt domino recedere, ita etiam debet eſſe licitum conductori.

Quòd ſucceſſor neceſſarius, ideſt acquirens per adiudicationem iudicialem teneatur ſtare colono, Magon. *deciſ. Flor.* 2. *num.* 28. Franch. *deciſ.* 488. Surd. *deciſ* 40. *num.* 2. 3. *et* 12. *deciſ.* 326. *num* 80. vbi limitat niſi ſit facta in fraudem, Staiban. *de intereſſ. lib.* 2. *tit.* 10. *num.* 83. *et* 84 vbi diſtinguit, vide *in* §. *Creditor nu.* 29. Ioſeph. Feliu. *in Margar. var. reſol. verb. Succeſſor fol.* 98. *limit.* 1. *etc.* Gregor. *deciſ.* 68. Merlin. *deciſ.* 627. vbi quòd non tenetur ſtare locationi quando ſucceſſit per extinctionem, & priuationem iuris auctoris, nec quando locatio fuit facta lite pendente, & concurrente dolo, vel fraude, adde Pacion. *de locat. cap.* 61. *num.* 57. *et ſeqq. et num.* 262. *et ſeqq.*

Succeſſor in Canonicatu, vel Præbenda, non poteſt con- 15
trauenire actui legitimè per anteceſſorem geſto, prout nec quando contractus fuit celebratus nomine Eccleſiæ, imò debita in vtilitatem Eccleſiæ verſa ſoluere tenetur, Altograd. *conſ.* 28. *num.* 76. *et ſeqq. lib.* 1. Tuſch. *lit. S. concluſ.* 879. *per tot.* adde latè Pacion. *d. cap.* 61. *num.* 212. *et ſeqq.* Caldas Pereyr. *quæſt. for. cap.* 32. *per tot.* Vbi ampliat, limitat, & plures caſus diſtinguit.

Quòd ſucceſſor obligetur per prædeceſſoris contractum nomine Eccleſiæ celebratum, intelligendo in Prælato habente adminiſtrationem nomine Eccleſiæ, ſecus autem in ſimplici præbendario, qui non habet ius, ratione ſuæ perſonæ, vel in alio non habente poſſeſſionem, & adminiſtrationem, vel quando ageretur de damnificando ſucceſſorem in iure futuro, puta anticiparè exigendo à conductoribus, quia his caſibus ſucceſſor non obligaretur ex contractu prædeceſſoris, Soccin. *reg.* 481. *per tot.* Tuſch. *lit. S. concluſ.* 875. *in fine*, vbi quòd tria requiruntur nempè quòd ſit validus, realis, & auctoritas ſuperioris, vide eundem *concluſ.* 879. *per tot.* Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 75. *per tot.* Pacion. *d. cap.* 61. *num.* 212. *et ſeqq.*

Et quòd etiam vbi teneretur ſtare locationi, non tamen teneatur ſeruare anticipatas ſolutiones, ſed poſſit denuò penſiones tempore ſuo decurſas exigere, Surd. *deciſ.* 326. *num.* 79. *etc.* vbi etiam quòd nullus ſucceſſor tenetur ſtare locationi quando in fraudem illius fuit facta, facit latè Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 75. *per tot.* vbi quòd ſi prædeceſſor poſt factam locationem conficeret apocam aliquam modificatiuam inſtrumenti ad fauorem conductoris, aſſerendo etiam eſſe correſpectiuam ad primum tractatum ſucceſſor non tenetur dictam apocam ſeruare, imò poteſt inſtrumentum approbare, & illam reijcere, & fuit latiùs confirmatum in eadem cauſa penes Bich. *deciſ.* 452. *per tot.* prout etiam dicta *deciſio* 75. habetur inter impreſſas ipſius Bich. *deciſ.* 437. adde Pacion. *d. cap.* 61. *num.* 261. *et num.* 290. *etc.*

Quando ſucceſſor poſſit reuocare alienationem nulliter à prædeceſſore factam, vel agere contra illius hæredes, latè Sperel. *deciſ.* 154. *num.* 43. *et ſeqq. et nu.* 79. *et ſeqq.* Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 219. *per tot.* vbi de locatione.

Quòd ſucceſſor in beneficio non teneatur ſtare locationi factæ ab anteceſſore, etiam ad modicum tempus, niſi fuerit facta nomine Eccleſiæ, & ad Eccleſiæ vtilitatem, vel niſi iam eſſet annus inceptus, & culturæ impenſa facta, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 606. *num.* 1. *& ſeqq.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 94. *num.* 1. *&c.* Mantic. *de tacit. & ambigu. lib* 5. *tit.* 13. *num.* 12. *&c.* Addit. ad Buratt. *deciſ.* 482. *num.* 17. *&c.* Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 75. *num.* 3. *& ſeqq.* Bich. *deciſ.* 347. & 452. benè Ioſeph Feliu. *in Margar. var. concl. verb. Succeſſor fol.* 98. Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 366. *verſ. an ſucceſſor*, Martha *vot. Piſ.* 214. & 180. vbi quòd tenetur ſtare quando colonus ſeminauit, & citat Caualcan. *deciſ.* 44 *nu.* 23. *& ſeqq. part.* 1. *& alios*, vide latè Pacion. *de locat. cap.* 61. *num.* 212. *& ſeqq. per tot.*

Succeſſor ſingularis Prælati non tenetur ad penſiones, 16
vel alia debita contracta decurſa, & non ſoluta tempore anteceſſoris, niſi in ſubſidium, & factis diligentijs contra prædeceſſorem, vel eius hæredes, Maur. *tract. de ſolut. cap.* 81. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 94. *nu.* 51. *&c.* Franch. *deciſ.* 107. *num.* 15. & 16. vide *in* §. *Hypotheca num.* 39. *verſ.* 4. & *in* §. *Penſio num.* 10. & 11. Tuſch. *lit. S. concluſ.* 875. *per tot.* Seraph. *deciſ.* 1351. Burat. *deciſ.* 617. Rodolphin. *in Prax. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 171. & 173. Merlin. *deciſ.* 580.

Ricc.

Ricc. *Colleċt.* 4001. 1652. 2243. Poſſent. *ſing.* 119. plenè Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 507. vbi quòd tenetur, quia penſio eſt onus reale cohærens beneficio, quando clarè conſtat de diligentijs, & dummodò remaneat congrua, & diligentiæ ſemel factæ non ſuffragantur pro terminis poſtea diuerſis, & alia, plenè Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 231. *per tot.* vbi quòd tenetur tantùm pro rata fructuum, non temporis, factis diligentijs prædictis, quatenus poſſidet, deducta congrua, & alia ad eius excuſationem.

Quòd Camera, quæ ſuccedit in ſpolijs teneatur ſoluere ſalaria debita pro ſeruitijs præſtitis Prælato defuncto, Lanfranch. Zacch. *tract. de Salar. & Merced. quæſt.* 7. *per tot.* Ac etiam ad penſiones pro rata fructuum perceptorum, Coccin. *deciſ.* 327. vide *in* §. *Penſio num.* 13. Ridolphin. *vbi ſupra num.* 174.

Quando ſucceſſio in bonis Clerici ſpectet ad Eccleſiam, vel ad conſanguineos ipſius Clerici defuncti, Tuſch. *lit. S. concluſ.* 869. *per tot.* vide *in* §. *Clericus num.* 40. §. *Fructus num.* 38.

An ſucceſſor teneatur ad ſalarium Vicarij ſui anteceſſoris, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 257. *num.* 13. *cap.* 561. *num.* 16. *cap.* 655. *num.* 52. *&c.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 12. *tit.* 1. *num.* 13. *& ſeqq. fol.* 557. Lanfranch. Zacch. *d. tract. quæſt.* 90. *num.* 8. *& ſeqq.* vbi quòd non, niſi agatur de Vicario neceſſario, quo etiam caſu non teneretur ſi Vicarius tot percepiſſet redditus ex officio, qui eſſent ſufficientes pro illius ſatisfactione, adde Ricc. *Colleċt.* 2243. vbi plura, ad quæ debita prædeceſſoris teneatur, vel non.

Qualiter ſucceſſor in beneficio teneatur ad expenſas funeris ſui prædeceſſoris, vide *in* §. *Expenſa num.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 94. *num.* 20. *&c. ad* 50. vbi etiam quòd poteſt conueniri pro alijs debitis contractis pro neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ, & pro prædeceſſoris neceſſaria ſubſtentatione, Tuſch. *lit. S. concluſ.* 875. *num.* 4. *& ſeqq.* vbi plura, & Viui. *comm. opin.* 838.

Quòd teneatur ad debita contracta pro neceſſitate perſonæ prædeceſſoris, & pro ſubminiſtratis eidem, dum eſſet carceratus, & ad ſalarium Aduocati, qui illum defendit, Rot. *part.* 3. *diuerſ. deciſ.* 13.

Et generaliter quando apparet debitum verſum in vtilitatem Eccleſiæ, vt puta mutuum, teneatur etiam ſucceſſor ſoluere de fructibus, & bonis Eccleſiæ, Menoch. *de arbitr. caſ.* 432. *num.* 18. *&c. per tot.* Tuſch. *lit. S. conſ.* 875. *num.* 1. *&c.* vbi latè ad quæ debita prædeceſſoris teneatur, vel non ſucceſſor in Eccleſia, vel Epiſcopatu, *& concluſ.* 876. vbi quando ſucceſſor in dignitate, vel Regno teneatur ad debita prædeceſſoris, vel non, Dian. *part.* 8. *tract.* 4. *reſol.* 74. *per tot.* vbi qualiter Capitulum ſede vacante teneatur ſoluere debita Epiſcopi defuncti ex fructibus Epiſcopatus, Cabed. *deciſ.* 10. *part.* 2. vbi de ſucceſſore in bonis Regiæ Coronæ, vel Maioratus, quando, & ad quæ debita Prædeceſſoris teneatur, vel non, & an vti poſſit beneficio inuentarij.

De ſucceſſore ſingulari Prælati, an, & quando teneatur ad penſiones non ſolutas à prædeceſſore, & pro qua rata ad penſiones nondum maturatas tempore mortis prædeceſſoris, an pro rata temporis, vel pro rata fructuum, &c. Tondut. *tract. de penſ. cap.* 11. *& cap.* 20. *per tot.* vide *in* §. *Penſio num.* 10. *&* 11. vbi plures allegaui.

17 Succeſſor in beneficio an, & quando teneatur ſtare confeſſioni ſui anteceſſoris, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 674. *num.* 18. *&c.* vide *in* §. *Confeſſio num.*

Quòd non obligetur ex facto anteceſſoris præiudiciali Eccleſiæ, idem Gratian. *cap.* 916. *num.* 4. *&* 33. Magon. *deciſ. Flor.* 69. *num.* 1. *&c.*

Succeſſor in beneficio an teneatur hæredibus anteceſſo- 18
ris reſtituere ſemina deiecta, & an poſſit illa prætendere pro anno ſequenti, ſi anteceſſor deceſſerit fructibus iam recollectis, & nondum ſemine proiecto pro anno futuro, vide §. *Sacerdos num.* 12.

Succeſsor in beneficio non poteſt exigere canones decurſos, & non ſolutos tempore prædeceſsoris, ad cuius 19
hæredes ſpectant, Magon. *deciſ. Flor.* 70. *num.* 22. vide *in* §. *Fructus num.* 38.

Contrarium videtur tenere Theſ. *deciſ.* 143. *per tot.* facit Caualer. *deciſ.* 104. vide *in* §. *Fructus num.* 38. & Poſſent. *ſing.* 174.

An autem poſſit agere ad caducitatem incurſam tempore prædeceſsoris, aliqua hincinde adducit Magon. *d. deciſ.* 70. vbi tandem indeciſum relinquit, facit, quòd dixi *in* §. *Hæres num.*

Succeſsor in Officio an, & quando poſſit expedire cau- 20
ſas ſuo anteceſsori delegatas, ſiue ſub nomine proprio, ſiue ſub nomine officij, & dignitatis, Sperel. *deciſ.* 31. 85. *&* 116. *per tot.* vide *in* §. *Induſtria num.* §. *Iudex num.* *&* §. *Vicarius nu.* Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 115. *num.* 32. *etc.* vbi quòd ſucceſſor in Rota poteſt cauſam ſui prædeceſsoris reaſsumere abſque alia commiſſione, quia Auditorium Rotæ dicitur reſpectu omnium vnum Tribunal, ac eadem omnium iuriſdictio.

Succedens in ius alterius, qualiter ſuccedat cum omni 21
cauſa, vitio, & onere, & quando ſecùs, ac qualiter ſucceſsori ſingulari obſtet exceptio auctoris, Tuſch. *littera S. concl.* 880. *et* 881. *per tot.* vide *in* §. *Ceſſio num.* *et* §. *Exceptio num.*

Succeſsor in Eccleſia, vel beneficio poteſt iuuari poſseſ- 22
ſione ſui prædeceſsoris, & ex ea manuteneri, quia poſseſſio cenſetur eſse penes Eccleſiam, & ideò titularis poteſt nomine Eccleſiæ intentare remedia poſseſsoria, adeò vt etiam ſi titularis habuerit ſe pro ſpoliato, poſſit nihilominus nomine Eccleſiæ petere manutentionem, Seraph. *deciſ.* 1417. Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 246. & alij ibi citati, dixi *in* §. *Manutentio num.* 4. *et* §. *Poſſeſſio num.* 17.

De ſucceſſione, & varijs ſucceſsoribus ac eorum iuribus 23
non pauca tradunt vltra alios citatos Bertachin. *in Repert. verb. Succedat, Succedens, Succeſſio, etc.* Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.* 1. 2. *verb. Succedere, Succeſſio,* Cancer. *var. reſol. part.* 1. *cap.* 5. *per tot.* vbi de ſucceſſione ab inteſtato, Couar. *tractat. de ſucceſſ. poſt ſcripta de teſtam.* Giurb. *ad Conſuet. Meſſan. cap.* 11. & alibi ſæpè Caſtejon. *Alphabet. iurid. verb. Succeſſio, Succeſſor Vniuerſalis, ſingularis,* vbi tangit ferè omnes quæſtiones occurrentes, & indicat Auctores illas pertractantes, Tepat. *var. ſent. tit.* 643. *cum pluribus ſequentis per tot.* vbi plenè, Baitel. *in ſuis deciſ. de vlt. volunt.* Barry *tract. de ſucceſſ.* Botiller. *eod. tract.* Capriol. *eod. tract.* alijque plurimi antiqui, & moderni longa manu relati à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *verb. Succeſſor. fol.* 677. *et ſeqq. ad* 686. vbi vltra ſucceſſiones ordinarias ab inteſtato, ac ex teſtamento, & ſucceſsores vniuerſales, & ſingulares, indicat etiam Auctores agentes de ſucceſſionibus Regnorum, Principatuum, Feudorum, & huiuſmodi Magnatum; de quibus ſucceſſionibus Regnorum, Principatuum, & Feudorum, plura tradit Conſiliar. Io. Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. et Primogen. Ital. part.* 1. *cap.* 35. *et* 36. *per tot. ac alibi ſæpè per totum Tractatum, vt in Indice generali, verb. Succeſſio, etc.*

Finis Libri Decimiſeptimi.

MARCI ANTONII SABELLI I. V. D.

SVMMA DIVERSORVM TRACTATVVM.

LIBER DECIMVS OCTAVVS.

De littera T.

§ TACITVM. I.

1 TAciti, & expreſſi eſt eadem virtus quando prouenit ex eadem cauſa, *l. cum quid ff. ſi cert. pet. & l. de quibus ff. de legibus*, vide Tuſch. *lit. T. concluſ. 7. 8. & 9.* vbi plura Ioſeph. Feliu. *in Margar. var. concluſ. verb. Tacens fol.* 100. vbi limitat nun procedere ſtantibus coniecturis in contrarium, & alijs modis.

Quòd imò minor ſit virtus taciti, quàm expreſſi, *l. nonnumquam ff. de condit. & demonſtrat.* Crauet. *conſ. 34. num.* 3. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 699. num.* 14. *&c.* vide *in §. Conditio num.* Tuſch. *lit. T. concluſ. 9. per tot.*

Quòd tacitum quandoque plus operetur, quam expreſſum, idem Tuſch. *loc. cit. concluſ.* 11. *per tot.* Aluarez de Velaſc. *de ind. perfect. Rub.* 14. *annot. 5. num.* 46.

Quòd ad inualidandum actum non ſit par virtus taciti, & expreſſi *DD. in l. Qui Romæ §. Duo fratres ff. de verb. oblig.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 103. *num.* 22. *&c.*

Plura de virtute taciti, an ſit eadem cum virtute expreſſi, vel non, idem Gratian. *cap.* 415. *num.* 27. *cap.* 306. *num.* 20. *&c. cap.* 831. *nu.* 20. *&c.* latè Barboſ. *de Axiom. iur. Axiom.* 218. *per tot.* & remiſſiuè Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Taciturnitas, Tacitum, & Tacitè.*

Quòd tacitum non operetur quantum expreſſum vbi agitur de inducendo aliquid, quod ſit contra regulas iuris communis, Crauet. *conſ.* 200. *num.* 8. Tuſch. *lit. T. concluſ. 7. num. 39. & 41.* Barboſ. *loc. cit. num.* 5.

Quòd conſenſus tacitus, & præſumptus non ſufficiat, vbi requiritur expreſſus, prout in adimplemento conditionis voluntariæ, vel formæ à teſtatore præſcriptæ, maximè ſi illa non adimpleta ſit facta alia particularis prouiſio, Rot. *part. 14. recent. deciſ.* 275. *& part. 15. deciſ.* 7. vbi etiam plura quando conſenſus requiratur in ipſo actu, vel ſufficiat ſi ſubſequatur poſt actum, & firmat quatuor notabiles concluſiones.

2 Tacens non fatetur, neque negat *cap. qui tacet, & cap. is, qui tacet de reg. iur. in 6. l. qui tacet ff. de reg. iur.* Menoch. *lib. 6. præſumpt. 99. num. 4. &c.* Azot. *Inſtit. moral. part. 1. lib. 1. cap. 4. per tot. fol. mihi* 11. Gibalin. *de ſcient. canon. tom. 3. lib. 8. reg. 44. fol.* 226.

Quòd tacens non dicatur conſentire in præiudicialibus, niſi quando potuit loquendo impedire, & non impediuit, vel niſi fuerit vocatus ad aliquem actum, vt ei conſentiret, vel contradiceret, nam his duobus caſibus dicitur conſentire, dùm tacet, etiam in præiudicialibus, Genu. *de ſcript. priuat. lib. 4. tit. de lib. mercat. quæſt. 3. num. 22. & 23. fol.* 252. vide Tuſch. *lit. T. concluſ. 2. & 3. per tot.* Ricc. *Collect.* 1040. Aluarez de Velaſc. *tract. de ind. perfect. Rub. 14. annot. 5. num. 25. & ſeqq.* Zuff. *de legit. proceſſ. lib. 3. quæſt.* 191. vbi quòd in præiudicialibus ſilentium habetur pro contradictione, & loquitur in terminis confeſſionis in tormentis emanatæ, non ratificatæ, neque reuocatæ, vt reo non præiudicet.

3 Tacens præſumitur conſentire in his, quæ reſpiciunt eius commodum, & vtilitatem iuribus citatis, Bart. *in l. quæ dotis nu. 22. ff. ſolut. matr.* Menoch. *lib. 6. præſumpt. 99. nu. 11. & ſeqq.* vbi exemplis declarat Geou. *de ſcript. priu. d. qu. nu. 21. fol.* 252. Axor. *Inſtit. moral. part. 1. lib. 1. cap. 4. per tot.*

Quòd tacens dicatur conſentire in fauorabilibus, ſecus autem in præiudicialibus, etiamſi vltra tacitum tamen concurreret aliquis actus poſitiuus, niſi eſſemus in iudicialibus, vel fauore Reipublicæ, pupilli, Eccleſiæ, vel aliæ piæ cauſæ, quia tunc etiam in præiudicialibus, & damnoſis tacens ſibi præiudicaret, Barboſ. *de Axiom. iur. Axiom. 217. num. 1. &c.* Tuſch. *lit. T. concluſ. 2. & 3. per tot.* Tiraquel. *de leg. connub. gloſ. 7. num. 37. &c.* Aluarez de Velaſc. *de ind. perfect. rub. 14. annot. 5. num. 26. &c.*

Quòd tacens ſibi non præiudicet, nec dicatur conſentire, quando ius reſiſtit, vel quando etiam contradicendo non potuiſſet impedire, ſecus autem ſi potuiſſet voluiſſet impedire, quia tunc conſentire diceretur, Barboſ. *d. Axiom. 217. num. 6. & 7.*

Taceos in his, quæ contradicendo potuit impedire dicitur conſentire, etiamſi agatur de magno eius damnu, & incommodo, præſertim ſi cum ipſa taciturnitate concurrat aliud adminiculum, vt aliquis actus poſitiuus, calor iudicij, fauor perſonarum, vel locorum, temporis diuturnitas, animus fraudandi, cauſa præcedens, ſanguinis coniunctio, contumacia, debitum officij, & ſimilia, vt latè declarat Menoch. *lib. 6. præſumpt.* 99. 115. *& ſeqq. ad* 50. vbi quòd multò magis iſtud procedit, quando agitur ſolùm de iure quærendo, quod faciliùs remittitur, ſequitur Duran. *deciſ. 309. per tot.* Soccin. *reg. 484. cum quatuor ſeqq.* vbi plura Surd. *deciſ. 302. per tot.* Azor. *Inſtit. moral. part. 1. lib. 1. cap.* 4. vide *in §. Præſentia nu.* *§. Scientia num.* Maſcard. *de probat. vol. 3. concluſ.* 1350. vbi remiſſiuè Gibaliu. *de ſcient. canon. tom. 3. lib. 8. de reg. iur. reg. 43. per tot. fol.* 226. 4

Tacens non dicitur conſentire vbi requiritur conſenſos expreſſus, vel pro forma, nec quando agitur de obliganda perſona, nec vbi ſubeſt aliqua cauſa, propter quam tacens non audet contradicere, licet contradicendo poſſet impedire, nec vbi agitur de præiudicio tertij, nec aliquando qui tacet eſt abſens, vel ſi eſt præſens non intelligit quod agitur, Menoch. *d. præſumpt. 99. num. 50. & ſeqq. per tot.* vbi quòd nec etiam dicitur conſentite quando nullus præcedit actus ex parte vtriuſque, & ſic quando adeſt merum vtriuſque partis ſilentium, vide Rot. *part. 14. recent. deciſ. 275. per tot.* vbi plora quando noo ſufficiat conſenſus tacitus, & præſumptus ſi requiratur expreſſus. 5

Quòd tacens ſibi non præiudicet quando ſciebat ius ſuum durare, Altograd. *conſ. 22. num. 19. lib.* 2.

Quòd tacens regulariter non dicatur conſentire, niſi vltra taciturnitatem concurrat aliquis actus poſitiuos, vel niſi contradicendo potuiſset impedire, vel niſi agatur de modico damno, vel de fauore tacentis, vel ratiune coniunctiunis, affinitatis, vel amicitiæ, vel odio contumacis dolo malo tacentis, vel longa taciturnitate, vel fauore pupilli, ſiue Reipublicæ, vel fideiuſsore tutoris qui patitur nomen ſuum ſcribi, nam his omnibus caſibus tacens ſibi præiudicat, vt ſingillatim probat Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg. tom. 1. deciſ. 181. per tot.* vbi quòd propterea quidam pater, qui ſe præſente permiſerat, filium ſuum, tutorem alterius creari, condemnatus fuit pro mala adminiſtratione ab illo facta, idem Chriſtin. *deciſ. 53. vol.* 5. vide Tuſch. *lit. T. concluſ. 2. 3. & 4. per tot.* Dian. *part. 10. tract. 13. reſol.* 21. vbi de puella præſente, & tacente dùm interrogatur de matrimonio, ſi pater, vel mater pro illa reſpondeat, ſit validum matrimonium, ſecus ſi alius extraneus.

Quando taciturnitas validet actum nullum, vel arguat dolum in tacente, idem Tuſch. *loc. cit. concluſ. 5. & 6. per tot.*

Tacitum non vitiatur, vitiato expreſso, vt videmus in contractibos ſimulatis, in quibus probata ſimulatione vitiatur id, quod fuit expreſsum, & valet id, quod fuit taci- 6

tacitè actum, quia in expreſſo deficit conſenſus, & adeſt in tacito *l. 1. & 2. C. plus valer. quod agit*, *l. immaginaria ff. de reg. iur. & l. nuda ff. de contrahend. empt.*

Quòd tacitum reſultans ex expreſſo ceſſet ceſſante expreſſo, & quando ſecus, Tuſch. *lit. T. concluſ. 12. per tot.*

7 Taciturnitas an, & quando inducat deſertionem cauſæ, vel appellationis, vide *in §. Appellatio num. 13. §. Inſtantia per tot.* Rot. *part. 14. recent. deciſ. 452. num. 8.* vbi quòd tunc demum inducit deſertionem, quando vel ex actis conſtat de claro non iure tacentis, vel ſuper deſertione lata eſt ſententia.

8 Taciturnitas qualiter faciat indicium ad torturam, veluti ſi recipiens litteras, vel aliter monitus de delicto taceat, & non contradicat, vel ſi domeſtici necem domini, vel ſocij non denuncient, vel tardè nimis, maximè alijs concurrentibus adminicolis, Marſil. *in pract. §. diligenter num. 157.* Menoch. *de arbitr. caſ. 21. num. 2. & de præſumpt. lib. 1. quæſt. 89. num. 129.* Farinac. *quæſt. 52. num. 96. & ſeqq.* D. Fului. Maioran. *in Opoprax. crim. lib. 2. cap. 8. num. 126. & ſeqq. fol. 226.* vbi tamen refert Blanch. *de indic. num. 224. & alios contrarium tenentes*, facit quod dixi *in §. Malum num. 7.*

9 De effectibus taciturnitatis, quid operetur tacitum, vel non, multa tradunt Bertachin. *Repert. verb. Tacens*, Ioſeph. Feliu. *Margar. var. concluſ. eod. verb.* Mantic. *tract. de tacit. & ambigu. in pluribus locis, vt in Indice verb. Tacitum*, Euerard. *Topic. leg. loc. 27. ab expreſſo ad tacitum per tot.* Caſtil. *lib. 4. cap. 17. num. 39. & ſeqq. per tot.* ac alibi ſæpè Hermoſil. *ad leg. Partit. tom. 1. tit. 1. gloſ. 5. leg. 2. fol. mihi 35. per tot.* qui omnes late explicant naturam, & vim taciti, & expreſſi, prout faciunt alij plures indicati à Caſtelon. *Alphabet. iurid. verb. Taciturnitas*, & à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part. 5. verb. Tacens*, vbi etiam remiſſiuè an, & quando tacens habeatur pro conſentiente, vel negante, tacens verum committat falſum, de taciturnitate creditoris vſque ad mortem debitoris, vel aliter per longum tempus, quando inducat præſumptionem ſolutionis, vel alterius ſatisfactionis, & huiuſmodi, & allegat plures modernos, de quo dixi ego plenè *in §. Solutio num. 7. & 11.*

10 Quòd tacitum ex tacito non inducatur, ſicut nec præſumptum de præſumpto, quando taciti, & expreſſi ſit eadem virtus, vel non, & alia, Io. Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. in locis indicatis in Repert. general. in fine part. 3. verb. Tacitum.*

§. TAXATIO. II.

1 TAxatio expenſarum an ſit mera interlocutoria, & an admittat appellationem ex capite exceſſus, Magon. *deciſ. Luc. 18. per tot.* Rot. *part. 14. recent. deciſ. 384.* vbi de modo probandi, & taxandi expenſas iudiciales, & extraiudiciales.

1 An poſſit fieri pendente appellatione à deffinitiua, vide *in §. Iudex num.* *in meis reſolut. cap. 41. num. 3.* Duen. *reg. 42. limit. 18.* Lap. *alleg. 82.* Matant. *de appell. num. 167.* Lancellott. *de attent. appell. pend. limit. 11. num. 11.* Aſin. *in Prax. §. 32. cap. 12. num. 2. &c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 698. num. 13. &c.* vbi tenent quòd ſic, maximè ſi fiat incontinenti, & ante inhibitionem, quidquid ſecus ſit poſt inhibitionem, & quoad executionem pro dictis expenſis, quæ non eſt licita pendente appellatione, idem Gratian. *cap. 349. per tot.* alia dixi *in loc. cit. & in §. Expenſæ num. 26.*

2 Taxatio intereſſe admittitur etiam ab initio inter partes vbi agitur de pretio rei fructiferæ, non tamen debet fieri ad rationem centenarij, & anni, ſed ad rationem damnorum, & intereſſe, dixi *in reſolut. cap. 100. num. 17. & 20.* vide *in §. Intereſſe num.* *& §. Fructus num.*

3 Taxatiua dictio excludit omnia, quando ſecus, quid operetur, an ſubintelligatur in diſpoſitione, vel ſermone ſimpliciter prolato, & alia, Tuſch. *lit. T. concluſ. 23. & 24. per tot.* & remiſſiuè Ægid. de Caſtelon. *in Alphabet. iurid. verb. Taxatiua.*

4 Taxa particularis ad rationem viginti pro centenario ſeruari ſolita à pharmacopæis pro rebus medicinalibus præualet taxæ generali aliorum, & debitores non poſſunt condemnari, niſi facta ad illam ratam defalcatione debiti, vt per Rot. *part. 13. recent. deciſ. 369. per tot. & part. 14. deciſ. 252. per tot.* vbi fuit confirmata prima deciſio.

Qualiter credatur libris Aromatariorum, vide *in §. Libri num. 28.*

De taxatione expenſarum, beneficiorum, iniuriæ, ac 5
de taxatiuis dictionibus quid importent, & alia, Bertachin. *in Repert. in verb. Taxatio.* Quoad taxationem beneficiorum, & eius effectum, Galleſ. *tract. de Annat.* Lotter. *de re benef. lib. 1. quæſt. 26. num. 50. & ſeqq.* Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part. 5. verb. Taxa fol. 706.* vbi indicat Auctores tractantes de taxa Cancellariæ, beneficiorum, valoris rerum, expenſarum, intereſſe, de oratione, taxatiua, & huiuſmodi.

§. TEMPVS. III.

TEmpus præſens regulariter non comprehendit futu- 1
rum, tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus, & ideò donatio de omnibus bonis comprehendit tantum præſentia, & legatum factum vxori de omnibus bonis, intelligitur tantum de extantibus tempore teſtamenti, non de poſtea quæſitis, & plures alias illationes, tradit Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 98. num. 15. & per tot.*

Quando vnum tempus poſſit ad aliud trahi, Altograd. *conſ. 95. num. 99. &c. lib. 2.*

Quòd omne tempus ſit aut præſens, aut præteritum, aut futurum, de ſingulis dictis temporibus, & quando vnum contineat aliud, vel non, Tuſch. *lit. T. concluſ. 29. per tot. & lit. V. concluſ. 113. & ſeqq.* benè Argel. *de acquir. poſſeſſ. quæſt. 2. art. 2. num. 2. & ſeqq.* Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ. 338. & deciſ. 371.* vbi quòd verba futuri temporis nullo pacto continent tempus præteritum in ſubſtitutionibus; & de dictis tribus temporibus qualiter inter ſe ſint incompatibilia, & non poſſit vnum ab alio ſuppleri, inferendo ad deciſionem plurimum notabilium, & practicarum quæſtionum, Hermenegild. Roxas *tract. de incompatibil. Regn. & Maiorat. part. 2. cap. 2. per tot.*

Tempus præteritum denotat conſumationem actus, & 2
quando comprehendat etiam futurum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 918. num. 62. &c. cap. 963. num. 8.*

Quòd præteritum trahatur ad futurum ex voluntate proferentis, *l. verbum erit 123. ff. de verb. ſignif.* Rot. *part. 9. recent. deciſ. 33. num. 21.* vbi concordantes allegantur.

Quòd tempus præteritum excludat præſens, *l. ſi quis ff. de iuriſd. omn. iud.* & ideò licèt aliàs de præterito præſumatur ad præſens ad tollendam dubitationem in impetratione beneficij ſolet dici, *cum vacauerit, & vacet*; vel *cum fuerit, & ſit*, & idem in ſimilibus, aliàs poſſet opponi, ſi vacauit olim, ergo hodie non vacat, vel ſi fuit, ergo non eſt, Rebuff. *in Prax. benefic. part. 1. tit. de form. ſignat. verſ. vacauerit, & vacet, & in l. verbum oportet ff. de verb. ſignif.*

Quòd tamen dictiones, *nuper, olim, dudum* contineat tria tempora, ſcilicet præſens, præteritum, & futurum, *gloſ. in l. 1. §. 1. ff. de nou. oper. nunciat.* Rebuff. *Prax. benefic. in declarat. nou. prouiſ. verſ. exhibita num. 4.*

Tempus antiquum dicitur ſpatium ſexaginta annorum, 3
vel potiùs arbitrio iudicis, Menoch. *de arbitr. caſ. 3. per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 969. num. 7. &c.*

Tempus verò immemorabile dicitur centum annorum, Curt. iun. *conſ. 90. num. 2.* Gabriel. *comm. concluſ. tit. de præſcript. concluſ. 1. num. 71. &c.* quos ſequitur Thom. Triuiſ. *deciſ. 55. num. 75. lib. 2.*

Quid operetur antiquitas temporis, cuius initij memoria non extet, Menoch. *lib. 3. præſumpt. 131. num. 38. & ſeqq.* vide *in §. Antiquitas num.* *§. Conſuetudo num.* *& §. Diuturnitas num.* plenè Tuſch. *litt. T. concluſ. 38. 39. & 40. per tot.* Rot. *part. 13. recent. deciſ. 172. num. 4. &c.* vbi quòd facit verum omne poſſibile, & omnia interfuiſſe neceſſaria præſumi.

Modicum autem tempus quale dicatur arbitrio iudicis, Menoch. *de arbitr. caſ. 31. & ſeqq.* Tuſch. *litt. T. concluſ. 37.*

Quòd temporis curſus operetur multa, & quæ, & aſſignatum pluribus ad aliquid faciendum, eo elapſo dicatur omnibus lapſum, & quando ſecus, latè Tuſch. *lit. T. concluſ. 41. & 42.* Donadeus *tract. de renunciat. cap. 7. per tot.* vbi plenè de temporis edacitate, & quas lapſus temporis renunciationes producat.

Tempus deſignatum per annos, vel per menſes non di- 4
citur completum ſi fuerit cœptus vltimus annus, vel vltimus menſis, maximè in fauorabilibus, vel ſaltem requiritur quòd ſit cœpta vltima dies vltimi menſis, Gratian. *diſcept.*

ſcept.

ſcept. forenſ. cap. 607. num. 6. & per tot. Magon. deciſ. Flor. 10. num. 24. &c. Rot. part. 2. diuerſ. deciſ. 75. num. 42. &c. Surd. deciſ. 178. per tot. vide in §. Annus n. 1. & §. Dies n.

Quando diſputatur de tempore, quæ fiunt incontinenti, non dicuntur ineſſe, quia tunc tempus computatur de momento ad momentum, & quod debet fieri in tempore præfixo, non valet extra illud, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 710. num. 16. &c. cap. 725. num. 13. Magon. loc. cit.

5 Tempus debet præciſè, & concludenter probari quando eſt de ſubſtantia actus, & deciſiuum quæſtionis, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 721. num. 33. cap. 874. num. 44. cap. 946. num. 31. cap. 948. num. 25. &c. Magon. d. deciſ. Flor. 10. vbi quid quando eſt adiectum per accuſatiuum, vel genitiuum, & quòd deberet probari de initio natiuitatis, & hora punctualiter, & de hora extrema ad hoc vt poſſit cognoſci an dies nouiſſimus adhuc peruenerit ad eumdem punctum natiuitatis, aliàs dicitur deficere probatio extremorum, vide in §. Probatio num. §. Teſtis num. 74. &c. Menoch. lib. 2. præſumpt. 49. Tuſch. lit. T. concluſ. 35. per tot. Merlin. deciſ. 496. num. 1. vbi quòd quando eſt fundamentum intentionis debet concludenter probari, Peregrin. deciſ. 112. num. 14. Rot. part. 10. recent. deciſ. 76. nu. 2. par. 13. deciſ. 372. nu. 16. Ludouiſ. deciſ. 290. vbi quid ſi teſtes dubitatiuè deponunt, & deciſ. 344. vbi de dictione, in circa.

Quòd vbi requiritur certum tempus ad eſſentiam actus, debeat probari de tempore actus, Tuſch. lit. T. concluſ. 36. Maſcard. de probat. vol. 3. concluſ. 1351. vbi quòd tempus eſt probandum ab eo, qui ſe fundat in tempore per tot.

Quòd quando tempus non eſt de ſubſtantia probent teſtes etiam ſi de illo non deponant, vel diſcordent, & ſemper ſint interpretandi, vt concordent Alex. conſ. 109. num. 9. lib. Roman conſ. 30. nu. 2. Ciauet. conſ. 78. nu. 3. Mantic. deciſ. 6. num. 6. Merlin. deciſ. 381. num. 4. &c.

Quòd tempus certum non ſit probandum ab eo, qui habet præſumptionem iuris pro ſe, cùm tempus ſit qualitas, quæ præſumptioni adhæret, Mattha vot. Piſ. 230. num. 12. & 13. vbi exemplificat in multis.

6 Tempus aſſignatum à lege, vel teſtatore, vel à partibus in contracto ad aliquid faciendum, non currit niſi poſt actum, qui natura ſua debet præcedere, l. talis ff. de iur. dot. Duran. deciſ. 365. num. 22. &c. vbi etiam num. 25. quòd non currit ignoranti, & num. 26. nec impedito, vide in §. Impedimentum num.

Quòd ſi fuerit adiecta dictio, proximè, vel proximos, Surd. deciſ. 189. & 203. per tot. vide in §. Dictio num.

Plura de tempore appoſito per teſtatorem, vel contrahentes ſuæ diſpoſitioni, ſi non appareat de voluntate, ad cuius commodum cedat temporis beneficium, & an ſit debitum in principio, medio, vel fine temporis adiecti, vide magiſtralem doctrinam quam tradit Paç. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 8. num. 65. & ſeqq. ad 93. fol. 153. vbi firmat regulam, quòd tempus in dubio præſumatur poſitum gratia differendæ obligationis, vel ad commodum debitoris, quam tamen limitat, & declarat pluribus modis.

An autem, & quando tempus adiectum legato reddat illud conditionale, vel non, Rot. part. 17. recent. deciſ. 283. num. 18. & ſeqq. & part. 18. deciſ. 534. per tot. in eadem cauſa, vide in §. Legatum num. 110.

7 Tempus præfixum à contrahentibus, ſi non habet certum initium, non incipit currere niſi à die, quo contractus fuit perfectus, quando autem fuit præfixum certum initium, ab illo ſtatim incipit vbi fuit ita expreſsè deſignatum, vt nullo modo poſſit variari; ſi verò poſſit variari, quia non fuerit ita expreſsè deſignatum, tacitè ſubintelligitur currere tantùm poſtquam contractus fuerit perfectus, etiamſi adiecta fuerit dictio, proximè venturum, vt benè per exempla declarat Duran. deciſ. 365. num. 30. & ſeqq. per tot. Surd. deciſ. 189. per tot.

Quòd tempus conceſſum reſpectu certæ cauſæ, vel conditionis non currat niſi cauſa illa, & conditio prius exiſtat, & ſic niſi à die purificatæ conditionis, & cauſæ à contrahentibus expreſſæ, Duran. d. deciſ. 365. num. 19. & 20. vbi multos allegat, & num. 30. & ſeqq. vbi declarat.

8 Tempus quodlibet in dubio præſumitur continuum, & non vtile, Cenc. de Cenſ. quæſt. 64. num. 32. &c. Aſin. in Prax. in Rub. cap. 8. num. 22. &c. maximè in diſpoſitione iuris communis aſſignantis aliquod tempus ad aliquid agendum, ſecus in diſpoſitione iuris prætorij, quia tunc diceretur vtile, & non continuum, gloſ. Inſtit. de perpet. & temp. act. verb. annum, Guaz. deff. 2. cap. 4. num. 7. Iaſ. in §. rurſus nu. 61. &c. Inſtit. de act. Menoch. de arbitr. caſ. 462. num. 7. Surd. deciſ. 189. num. 1. &c. deciſ. 203. vide in §. Inſtantia num. 7. Tuſch. lit. T. concl. 33. vbi quando dicatur vtile, vel continuum, Rot. part. 10. recent. deciſ. 300. num. 18. vbi quòd intelligitur de continuo, Sanfelic. deciſ. 88. Cabal. conſ. deciſ. 40. per tot. lib. 1. vbi in terminis retractus, vt tempus ad illum petendum ſit continuum, & non vtile, ac ideò ſtatim currere incipiat à die contractus, etiam contra ignorantes, & impeditos, & alia ad rem, vide in §. Ius congrui num. 18. infra num. 25. idem Cabal. conſ. 77. lib. 1. vbi de tempore caducitatis incurrendæ, vt ſit continuum, & interpolatum non ſufficiat dixi in §. Mora num. 16. in fine, vide Francis. de Amaya Obſer. lib. 1. cap. 10. per tot. fol. 453. &c. Fontanel. deciſ. 410. per tot.

Tempora minoris ætatis, belli, peſtis, feriarum, luctus, 9
ſedis vacantis, abſentiæ Reipublicæ cauſa, & alia in quibus ius non redditur eſſe deducenda in præſcriptionibus, probat Gratian. diſcept. forenſ. cap. 403. num. 22. &c. cap. 433. num. 86. &c. quem refert Merlin. de legit. lib. 3. tit. 3. quæſt. 10. num. 6. vbi tamen num. 31. ſequitur ſolùm quoad minorem ætatem, non verò quoad ferias; maximè in præſcriptione 30. annorum, quidquid ſit in decenaria, vel vigenaria, citat Laderch. conſ. 75. nu. 8. Honded. conſ. 83. num. 62. lib. 1. & Rot. Luc. per genitorem ſuum deciſ. 70. num. 42.

Quòd pupillaris ætas deducatur ex omni præſcriptione longiſſimi temporis, Montan. de tut. cap. 37. num. 64. vide in §. Præſcriptio nu. Rot. part. 10. recent. deciſ. 193. num. 21. &c.

Quòd Florentiæ de ſtylo deducantur dies feriati, ita vt deductis illis, 30. anni aſcendant ad 35. vel 36. annos, & dies abſentiæ ex cauſa neceſſaria, vel probabili, Magon. deciſ. Flor. 105. num. 1. &c. deciſ. 64. num. 76. verſ. non obſtare in fine.

Quòd tempus præſcriptionis ſit decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, non tamen computato tempore, quo quis fuit abſens ex iuxta cauſa l. præſcriptione C. de quib. non obijc. long. temp. præſcript. Pract. Papp. libell. reſtit. in integr. gloſ. præſcripſiſſe in fine, vide in §. Præſcriptio num.

Quòd tempora præſcriptionum ſemper ſint continua, niſi aliter iure, vel ſtatuto ſit expreſſum l. numquam §. in vſucapionibus ff. de vſucap. Oinot. Inſtit. de vſucap. num. 9. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 475. num. 16. etc.

Tempus anni probationis ad emittendam profeſſionem 10
in Monaſterio, cenſetur inductum pro forma ob publicam vtilitatem in ſubſidium humanæ fragilitatis, fauore tam nouitiorum, quàm monaſterij, debet eſſe continuum, non fractum, aut diſcontinuatum, nec illi poteſt renunciari, & eo non ſeruato profeſſio redditur nulla, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 440. num. 10. etc. cap. 591. num. 22. etc. cap. 850. num. 15. etc. Ciaclin. contr. for. 108. num. 14. et per tot. lib. 1. vbi multa pro nullitate profeſſionis, vide in §. Monaſterium num. 1. latè Rot. part. 10. recent. deciſ. 300. per tot. vbi plenè pro nullitate profeſſionis ratione interruptionis anni nouitiatus, & metus, ac qualis debeat eſſe iſta interruptio ad dictum effectum nullitatis, iuxta doctrinam Lapi alleg. 46. cuius verba refert, declarat, ac ſummoperè commendat, cùm alijs pluribus antiquis, & modernis DD. relatis, & plenè eadem Rot. part. 13. recent. deciſ. 14. per tot. vbi qualiter propter interruptionem dicti anni annolletur profeſſio; et part. 19. deciſ. 361. vbi quid ſi fuerit interruptus ex cauſa infirmitatis, vel alia iuſta cum licentia Superioris, & concludit per paucos dies non interrupi, ſecus verò per menſes, & profeſſionem annullari.

Poſſet tamen huiuſmodi tempus anni reſtringi arbitrio iudicis ad bimeſtre plus, vel minus, concurrente rationabili cauſa, cap. ex publico de conuerſ. coniug. Rot. part. 2. diuerſ. deciſ. 107. num. 10. etc.

Tempus profeſſionis in quacumque religione tam viro- 11
rum, quàm mulierum eſt ſexdecim annorum, ita vt non poſſit fieri profeſſio ante annum decimum ſextum expletum, nec niſi per annum, ingreſſus poſt ſuſceptum habitum, ſteterit in probatione Concil. Trident. ſeſſ. 25. de reg. cap. 15. aliàs profeſſio eſt nulla ad quoſcumque effectus; huiuſmodi tamen decretum Concilij non comprehendit Ieſuitas, nec Fratres Tertij Ordinis, nec Conuerſos, nec Rectores Hoſpitalium, nec Equites Sancti Stephani, nec Hieroſolymitanos, nec Sancti Iacobi Calatrauæ, & Alcantaræ,

tarę; vel ſimiles, qui habent ſuas particulares conſtitutiones claras, quas ſeruare debent, vt declarat Menoch. *de arbitr. caſ. 56. per tot.* vide *in §. Ætas num. 10.*

Tempus commiſſi delicti eſt exprimendum in inquiſitione, vel accuſatione, non tamen dies, niſi per ommiſſionem diei tolleretur reo defenſio, vel niſi delictum diuerſimodè puniatur ſecundum diuerſitatem dierum, vel horarum, quia tunc etiam hora eſſet exprimenda, Pract. Papp. *for. Inquiſ. gloſ. anno præſenti,* vide *in §. Inquiſitio num.*

Quòd tempus facti ſpolij non ſit de neceſſitate exprimendum in libello, niſi arguatur dolus aduerſarij, Pract. Papp. *Cauſ. Spol. poſſ. gloſ. ingreſſus eſt num. 2. & Cauſ. turbat. poſſeſſ. gloſ. de anno &c.*

An tempus commiſſi delicti, vel latæ ſententiæ ſit attendendum ad cognoſcendum, cui veniat applicanda pœna confiſcationis, vel ſimilis, quando interim fuerunt mutati domini iuriſdictionis, puta quia finitum fuerit feudum, vel caſtrum alteri de nouo infeudatum, & quid vbi pœna eſſet impoſita ipſo iure, & alia, Cabal. *reſol. crim. caſ. 267. per tot.* vide *in §. Pœna.*

Quod attendatur tempus delicti commiſſi ad pœnam infligendam, inferendo ad plura notabilia, Ricc. *Collect.* 724.

13 Tempus petendi bonorum poſſeſſionem de iure prætorio in filijs eſt annus vtilis, in alijs verò agnatis eſt centum dierum pariter vtilium, quo tempore elapſo cenſetur hæreditas tacitè repudiata ex beneficio iuris Prętorij, Marant. *in l. is poteſt num. 97. ff. de acquir. hæred.* Menoch. *de arbitr. caſ. 1. num. 3.*

De iure ciuili eſt triginta annorum, quibus elapſis ceſſat ius adeundi, etiam in filiofam. exiſtente ſub patria poteſtate, cui tamen ſuccurritur per reſtitutionem in integrum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 475. per tot.*

14 Tempus deliberandi conceſſum hæredi à lege an velit adire, licèt duret tantùm anno, *l. ſancimus, & l. cum antiquioribus C. de iur. delib.* non tamen facit ceſſare, nec tollit tempus 30. annorum conceſſum ad adeundum, quia annus deliberandi fauore hæredis inductus non debet contra illum retorqueri, priuando eumdem longiori tempore, & huiuſmodi ius deliberandi tranſmittitur ad quoſcumque hæredes, Pract. Papp. *libell. hæredit. ex teſtament. gloſ. 2. num. 4.*

Quòd tempus adeundi hæreditatem de iure ciuili duret 30. annis, *l. licet C. de iur. delib.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 653. num. 39. &c.*

Niſi per iudicem fuerit abbreuiatum ad inſtantiam creditorum, Pract. Papp. *libel. hæredit. ex teſt. gloſ. 2. num. 3.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 732. num. 55.*

Habet locum etiam in ſubſtituto, Pract. Papp. *libel. ex ſubſtit. gloſ. 2. num. 19.* Marant. *in l. is poteſt num. 97. ff. de acquir. hæredit.*

Currit non à die ſcientiæ, ſed delatæ hæreditatis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 475. num. 15. &c.* vide *in §. Præſcriptio num.*

Quòd tempus anni ad deliberandum ab initio ſit vtile, cùm incipiat currere tantùm à die ſcientiæ, poſtquam verò incipit efficiatur continuum, & ideò licèt tranſmittatur ad quoſcumque hæredes, quoad eos erit continuum, & habebunt tantùm reſiduum anni, quod ſupererat defuncto, & illo elapſo, ſiue ſciuerint, ſiue ignorauerint non poſſunt ampliùs adire, Marant. *in l. is poteſt num. 319. ff. de acquir. hæredit.*

Plura de iure deliberandi, quanto tempore duret, & alia, Paul. Chriſtin. *decíſ. 22. per tot. vol. 4.*

15 Tempus quòd datur per iudicem ad deliberandum hæredi ad inſtantiam ſubſtituti, vel creditorum non debet eſſe minus centum dierum, quibus elapſis quando fuit aſſignatum ad inſtantiam ſubſtituti, cenſetur hæreditas repudiata, ſi verò fuit aſſignatum ad inſtantiam creditorum cenſetur adita hæreditas, Marant. *in d. l. is poteſt num. 99.* Menoch. *de arbitr. caſ. 1. num. 8. & ſeqq. per tot.* vbi an iſtud tempus poſſit coarctari, & videtur concludere quòd non, niſi iuſta ſubſit cauſa.

Imolæ vigore Statuti *lib. 2. rub. 3. circa medium,* aſſignantur tantùm tres dies, & viginti ad inchoandum, & perficiendum inuentarium.

16 Tempus conficiendi inuentarium de iure communi eſt trium menſium, ita tamen vt inchoetur in primo menſe, & perficiatur intra alios duos menſes, licèt iſte ordo non ſit de ſubſtantia, Pract. Papp. *libell. hæredit. ex teſtam. gloſ. 2. num. 9.* Rot. *part. 12. recent. decíſ. 118. num. 25. &c.*

Et iuxta conſtitutiones Pontificias, eſt 60. dierum computandorum à die obitus defuncti, Rot. *part. 13. rec. decíſ. 499. n. 5.* vbi etiam quòd deducitur tempus impedimenti.

Si tota hæreditas, vel maior pars ſit extra domicilium hæredis, tempus ad conficiendum inuentarium, de iure eſt vnius anni, & alia vide *in §. Inuentarium num. 1. &c.*

Hano tamen eſſe leuem ſolemnitatem, & ceſſante dolo valere inuentarium, etiam poſtea factum, Rot. *part. 14. recent. decíſ. 272. num. 1. & ſeqq.*

Intellige in hærede, ſecus in alijs, qui tenentur ſtatim conficere inuentarium, vide *in §. Inuentarium num.*

Et in ſupradicto caſu quilibet menſis intelligitur de 30. diebus, & quid in ſimilibus, Menoch. *de arbitr. caſ. 50. num. 5.*

Quòd dictum tempus conficiendi incipiat currere à die aditæ hæreditatis, niſi hæres cum dolo, & in aliorum præiudicium differat adire, quia tunc currit à die ſcientiæ ſibi delatæ hæreditatis, Rom. *conſ. 84.* Addit. ad Pract. Papp. *libel. hæredit. ex teſt. gloſ. 2.* Roland. *conſ. 73. num. 34. lib. 2.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 563. num. 27. &c.*

An curat à die ſcientiæ ſibi delatæ hæreditatis, vel à die aditionis ipſius hæreditatis, valdè controuerſum eſſe inter DD. ſed non eſſe recedendum à firmata concluſione pluribus deciſionibus, ac alijs auctoribus comprobat Paul. Rub. *in Annot. ad decíſ. 192. num. 80. & ſeqq. part. 9. recent.*

Quòd non currat niſi à die adeptæ poſſeſſionis bonorum hæreditariorum, Monticul. *de Inuent. quæſt. 236. num. 96.* Cancer. *var. reſol. part. 3. cap. 2. num. 21. &c.*

Item non currit quandiu durat lis ſuper validitate teſtamenti, vel quæſtione hæreditatis, Paul. Chriſtin. *decíſ. 213. num. 132. vol. 4.*

Nec ſtante aliquo impedimento, veluti infirmitatis, Rot. *part. 13. recent. decíſ. 499. num. 6.*

Tempus petendi tutorem filijs pupillis eſt vnius anni, & 17
ideò ſi moriantur infra dictum annum, non poteſt mater dici in mora, nec ſucceſſione priuari, niſi moriantur in fine anni, quia tunc mater dicitur in culpa, cùm non debuerit ita ſe arctare ad finem anni, *l. ſciant C. de legit. hæred.* Marant. *in l. is poteſt num. 232. ff. de acquir. hæred.* vide *in §. Mater num. 2. &c. §. Tutela num.*

Verùm is annus datus primo in gradu, eo ſuperſtite non currit quoad ſequentes, nec illos excludit, neque ſecundus annus eis datus, alios poſtea ſequentes excludit, Montan. *de tut. cap. 18. num. 8.*

Quòd dictum tempus anni ſit vtile, & non currat niſi à die ſcientiæ, ac ideò excipiens de priuatione contra matrem, debeat probare eueniſſe caſum, quo debuerit peti tutor, & matrem illius notitiam habuiſſe, nec ſufficeret præſumpta ſcientia, Seraph. *decíſ. 916. per tot.* Ricc. *Collect.* 3990.

Tempus petendi legitimam, vel illius ſupplementum, 18
quidquid durare tantum quinquennium dicat Bart. *in l. ſi quis in fine C. de inoff. teſt. & in conſ. 14.* ſecundum veriorem opinionem durat 30. annos, Addit. ad Pract. Papp. *libell. hæredit. ex teſtam. gloſ. ac etiam realiter,* vide Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 3. quæſt. 10. per tot.* & dixi *in §. Legitima.*

Tempus dicendi teſtamentum nullum vitio nullitatis eſt 19
30. annorum, ſi verò vti inofficioſum eſt tantùm quinque annorum, *l. Papinianus in fine ff. de inoff. teſtam. gloſ. ac etiam realiter num. 22.* Ludouiſ. *decíſ. 338. num. 12. & 13.* vide *in §. Querela num. 3.*

Tempus petendi apoſtolos poſt ſententiam eſt 30. dierum 20
continuorum, & non vtilium, *gloſ. in cap. non ſolum verſ. dicendum de appellat. num. 6.* Addit. ad Pract. Papp. *form. appellationis à deffinit. gloſ. vlt.* vide *in §. Appellatio nu.* Fontanel. *decíſ. 408. & 409.*

Sicut etiam decem dies ad appellandum ſunt continui, & currunt de momento ad momentum, admittitur tamen appellatio per totam ipſam decimam diem, Menoch. *lib. 2. præſumpt. 95. num. 6.* latè Scacc. *de appell. 12. num. 48. etc.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 26. num. 584. etc. fol. 577.*

Quòd dies ſententiæ non computetur in termino decem dierum ad appellandum, Rot. *pluribus citatis part. 10. recent. decíſ. 90. num. 1. etc.*

Licet autem dictum tempus decem dierum ad appellandum in progreſſu ſit continuum, ab initio tamen eſt vtile,

quia

quia non currit niſi à die ſcientiæ, ita vt non currat à die intimationis domi factæ, niſi etiam præceſſerit ſimilis citatio domi, vel perſonaliter ad ſententiam, Gratian. *deciſ.* 23. *n.8. deciſ.62.n.4. & deciſ.*111.*per tot.* vide *in* §. *Terminus n.*5.

Quòd tempus ad sppellandum intra decem dies non incipiat niſi à die notitiæ quando fuit proceſſum per contradictas, intelligendo ad effectum vt poſſit appellari non autem attentatorum, quia non ideò attentata ſunt geſta poſt decennium à die latæ ſententiæ, Lancell. *de attent. part.2.cap.* 12. *limit.* 50. *num.* 183. cum alijs per Bich. *deciſ.* 440. *num.* 13. *&* 14. *& deciſ.* 217.

21 Tempus appoſitum in compromiſſo operatur vt laudum illo elapſo latum ſit nullum, quid verò ſi nullum tempos fuerit aſſignatum, Pract. Papp. *libell. ad pen. ex compromiſſ. gloſ. infra duos menſes*, Boer. *deciſ.* 283. Aſin. *in Prax.* §. 1. *cap.* 8. vide *in* §. *Laudum num.*

Poteſt tamen dictum tempus prorogari, & debet prorogatio partibus intimari, licèt intimationi fuerit renunciatum, Genu. *de ſer. prin. lib.3. quæſt.17.nu.4. &c. fol.*137.

Intellige quando data fuit facultas prorogandi.

22 Tempus quadriennij ad petendam reſtitutionem in integrum poſt minorem ætatem, vel poſt abſentiam ex iuſta cauſa à principio eſt vtile, & non currit niſi à die ſcientiæ læſionis, licèt poſtea in progreſſu efficiatur continuum, Roland. *conſ.59.nu.10.lib.4.* vide *in* §. *Reſtitutio n.*

Nec currit impedito, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 798. *num.* 5. *&c.*

Et generaliter de tempore, quòd non currat impeditis, idem Gratian. *cap.* 929. *per tot.* vide *in* §. *Impedimentum num.*

23 Tempos ad redimendum pignus an currat à die factæ deliberationis in incantu, vel tantùm à die captæ poſſeſſionis, Guid. Pap. *deciſ.22. per tot.* vide *in* §. *Terminus nu.*3.

24 Tempus aſſignatum à ſtatuto ad cognoſcendum cauſas non currit propoſita aliqua exceptione, per quam ſint ligatæ manus iudicis ad vlterius procedendum, ſed primùm debet cognoſci exceptio propoſita, Pract. Papp. *reſponſ. Act. hypoth. gloſ. exceptionem n.* 3. vide *in* §. *Inſtantia n.*

25 Tempus competens vicinis, vel conſanguineis ad retrahendum an incipiat currere à die venditionis factæ cum pacto redimendi, an verò tantùm poſt finitam facultatem reſeruatam venditori, qui ex tali pacto præfertur vicinis in retrahendo, diſputat hincindè Tiraquel. *de retractat. conuent.* §.2. *gloſ.*1. *num.*5. *& ſeqq. per tot.* vbi tamen concludit currere à die factæ venditionis, ſequitur Altograd. *conſ.*44. *per tot. lib.* 1. vbi etiam an incipiat à die venditionis, vel conditionis ſequutæ, an ſit continuum, vel vtile, & an currat contra ignorantes, & minores *ſupra num.*8.

26 Tempos adiectum legato, an, & quando importet conditionem, vel diem ſimpliciter, ad effectum tranſmiſſionis, latè Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 534. *&* 677. *per tot.* in eadem cauſa, & dixi *in* §. *Dies num.* 8. *&* 9. *&* §. *Legatum num.* 110.

27 Plura de tempore quid ſit, quomodo computetur, quando currat, vel non, & alia remiſſiuè Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. tempus.*

28 De tempore immemorabili, quid, & quantum operetur, vide *in* §. *Conſuetudo*, *&c.*

29 De tempore quoad diuerſa plura Bertachin. *Repert. verb. Tempus*, Ioſeph. Felin. *Margar. var. concl. verb. Tempus*, Thoro *Comp. deciſ. Neap. part.* 1. *&* 2. *eod. verb.* Antonel. *de temp. legal. per tot.* Bard. *tract. de temp. vtil. & contin.* Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 265. *&* 266. alijque plures indicati à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.*5. *verb. Tempus fol.* 708.

§. TENTANS. IV.

1 TEntans per vim ſine armis cognoſcere carnaliter fœminam, vel maſculum effectu non ſubſequuto, punitur ad triremes pro tempore arbitrio iudicis, effectu verò ſequuto punitur pœna mortis, ſicut etiam ſi per vim cum armis adhibitam tentauerit vt ſupra etiam effectu non ſequuto, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 95. *& caſ.* 211. vbi an requirantur ſaltem actus proximi, vel ſufficiant remoti, & loquitur ſecundum leges municipales ſtatus Florentini, licèt quandoque ex corruptela temporum, & moribus modernorum iudicum tantus rigor non ſeruetur, vide *in* §. *Affectus num.* *&* §. *Vis num.* *& in meam Pract.* §. *Violenza*, vbi plura.

2 Tentans fugere à carceribus, qua pœna ſit puniendus text. *& DD. in l. in eos*, *ff. de cuſt. reor.* Ricc. *Collect.* 543. vbi quòd pœna eſt arbitraria, & refert quoſdam fuiſſe condemnatos ad triremes per decennium, intelligendo quando ſunt confeſſi, vel conuicti, aliàs mitiùs puniuntur, ac idem eſſe in attentante eximere aliquem à carceribus; quod tamen non ſeruatur Florentiæ cum tanto rigore, ſed ſatis mitiùs vtroque caſu puniuntur, vt plurimum pœna confinij, vel ictuum funis, vel pecuniaria (niſi qualitas facti, & perſonarum aliud exigat) vt videri poteſt ex multis deciſionibus Magiſtratus DD. Octo Baliæ Virorum, ad quos ſpectat cognitio in caſibus quotidiè occurrentibus, alios allegaui *in* §. *Carceratus n.* 23. *&c.* & hodiè ad Rotam criminalem.

3 De tentante teſtes ad deponendum falſum, an ſit puniendus non ſequuto effectu, & an credendum teſtibus tentatis, Giurb. *conſil. crim.*64.

4 De tentationibus, quoad animam, multa magiſtraliter tradit Rayner de Piſis *in Sum. Theolog. Verit. tom.* 2. *tract. de tentat. fol. mihi* 1083. *&c.*

§. TERMINVS. V.

1 TErminus præfixus iudici ad inquirendum quoad iudicem incipit currere à die ſcientiæ delicti, Bart. *in l. eum qui*, §. *in popularibus circa finem*, *ff. de iureiur.*

Quòd incipiat à die criminis commiſſi, licèt nondum peruenerit ad aures iudicis, Clar. §. *fin. quæſt.* 51. *verſ. Sed quæro*, vide *in* §. *Præſcriptio num.*

2 Terminus defenſionum debet aſſignari reo etiam ſpontè confeſſo, vel plenè conuicto per teſtes de viſu, & licèt fuerit iam condemnatus in contumaciam, nam facta legitima recognitione perſonæ, non debet ſtatim ſententia executioni demandari, ſed dari debet huiuſmodi terminus defenſionum ad dicendum cauſam, quare ſententia exequi non debeat, ita vt dicto termino neque cum iuramento poſſit renunciari; poſſet tamen aliquando in furibus omitti, ac famoſis latronibus, incendiarijs, raptoribus, & publicè diffamatis, dummodò de huiuſmodi qualitatibus plenè in actis appareat, & iudex interloquatur, non eſſe concedendum, tamquam per calumniam petitum, Clar. §. *fin. quæſt.* 49. Guaz. *def.* 31. *per tot.* vide *in* §. *Defenſio num.* §. *Renunciatio num.*

3 Terminus ad releuandum pignus, aliàs aſſignandum creditori in ſolutum dicitur potiùs de ſtylo, quàm de neceſſitate, & ideò omiſſus non inducit nullitatem, ſed debet appellari, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*353. *num.* 22. *&c. cap.* 375. *per tot.* vide in §. *Creditor num.* §. *Subhaſtatio num.*7. *&* §. *Tempus num.*23.

Quòd imò terminus ad reluendum poſt decretum deliberationis ſit neceſſarium, ad tradita per Saluſt. Tibet. *in prax. lib.*1. *cap.*41. *num.*5. Gregor. *dec.*416. *num.*2. Rot. *poſt tract. Mangil. de ſubhaſt. dec.* 51. *n.* 15. *& par.* 9. *rec. deciſ.* 308. *num.*11.

4 Termini iudiciales, ſiue dilationes quot ſint, an ex cauſa poſſint dilatari, vel arctari, quibus, quomodo, & quoties aſſignari, quid operentur, & qualiter prorogandi, quando non currant, & alia plura, Marant. *de ord. iudic. per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 52. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 8. *per tot. fol.* 148. *&c.* latè Tuſch. *litt. T. concluſ.* 58. *& ſeqq. ad* 82. vbi plura quid operetur termini præfixio, *& concluſ.*73. quinam ſint termini ſubſtantiales iudicij, qui non poſſunt omitti ſecundum ſtylum Romanæ Curiæ, Ridolphin. *in prax. par.* 2. *cap.* 1. *n.*98. *& ſeqq. per tot. & par.*3. *cap.*1. *&* 2. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.*158. *vol.*2. Sanfelic. *in Prax. ſect.*46. *& ſeqq.*

An elapſo termino à ſtatuto aſſignato ad producendum inſtrumenta, & iura, poſſint vlterius produci, vel deferri iuramentum, vel probari per confeſſionem aduerſarij, vel per ſcripturas priuatas, latè Aſin. *in Prax.* §. 22. *cap.*2. *& ſeqq. per tot.* vide in §. *Productio num.*

An autem ſufficiat in termino ſtatuti facere verbalem productionem, & poſtea realem, dic quòd non, ad tradita per Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 156. *num.* 16. *&c.* vbi etiam quò oppoſitio requiſita per ſtatutum in aliquo termino, debet eſſe realis, & probata, nec ſufficit verbalis.

5 Terminus decem dierum ad appellandum currit non à die latæ ſententiæ, ſed tantùm à die ſcientiæ, niſi eſſemus in vero contumace, qui ſcilicet fuerit perſonaliter citatus, quia tunc curreret à die latæ ſententiæ, nam licèt de rigore

goreiuris verus contumax non appellet, tamen de conſuetudine admittitur ad appellandum, dummodò intra decem dies à die latæ ſententiæ, quamuis ſententia eſſet conditionalis, puta, *niſi infra tres &c.* vel *niſi ad primam &c.* computantur enim decem dies ad appellandum à die huiuſmodi decreti, & non à die exiſtentis conditionis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 364. *per tot. cap.* 686. *num.* 16. *&c.* Scacc. *de appell. quæſt.* 12. *num.* 7. *& ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *num.* 563. *& ſeqq. fol.* 575. vide in §. *Tempus num.* 20. Rot. coram Bichio *deciſ.* 2. *num.* 4. *& ſeqq. per tot. & dec.* 217. vbi etiam quòd doloſè latitans ne perſunaliter citetur, habetur pro perſonaliter citato, de latitatione ſtatur relationi nuncij, quando carceratio excuſet, vel non, & alia ad rem.

Quòd ſit neceſſe intimare ſententiam, niſi pars contra quam lata fuit habeat illius notitiam, Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 66.

Quòd terminus prædictus ad appellandum non poſſit etiam de ambarum partium conſenſu protogari, nec poſt decem dies mutuo conſenſu appellatio recipi, Altograd. *conſ.* 23. *num.* 42. *lib.* 2. de quo tamen vide Scacc. *d. quæſt.* 12. *n.* 100. *& ſeqq.* Iordan. *d. tit.* 26. *n.* 601. *fol.* 578.

6 Terminus ad certiorandum principalem, quando dari debeat procuratori, vel non, vide Menoch. *lib.* 2. *præſump.* 37. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 853. *num.* 63. *&c.* vbi diſtinguit Ricc. *Collect.* 1343. Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 70. *num.* 37.

7 Termini ſiue fines agrorum, vel iuriſdictionales non poſſunt ſub diuerſis pœnis arbitrio iudicis infligendis iuxta perſonarum, & locorum qualitates, ab aliquo amoueri, ſiue moueri, & mutari, etiamſi non animo limites obſcurandi id fiat, vt latè, & quid diuerſis legibus fuerit ſancitum contra huiuſmodi terminorum motores explicat Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 6. *Rub.* 14. *per tot. & Rub.* 42. *&* 43. *per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 393. *per tot.* Oinot. *in §. Quædam actiones Inſtit. de act. fol.* 448. *num.* 2. *& ſeqq. per tot.* vbi plura de hac materia finium regundorum, & quale ſit iudicis officium in conſtitutione, vel poſitione terminorum, Card. Tuſch. *litt. C. concluſ.* 693. *& ſeqq.* Coſta *de facti ſcient. & ignorant. diſtinct.* 50. *per tot.* Bonifac. *de furt.* §. 9. *num.* 62. *et ſeqq. ad* 92. Farinac. *de furt. quæſt.* 168. *par.* 5. *per tot.* Sperel. *deciſ.* 178. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *num.* 347. *et ſeqq. fol.* 289. Paul. Chriſtin. *ad leg. Municip. tit.* 14. *art.* 7. *etc.* Viui. *comm. opin.* 870. *per tot.* Pichard. *Pract. Inſtit. part.* 3. *tit. de pœn. omn. delict. num.* 119. *fol.* 106. Vrceol. *tract. de tranſact. quæſt.* 100. *num.* 55. *et ſeqq. per tot.* vbi tamen quòd licitum eſt vicinis propria auctoritate inter ſe cum conſenſu intereſſe habentium tranſigere de terminis, & finibus agrorum ſuorum, illoſque dirigere, & mutare, ac ſibi ipſis lapides finales figere, & refigere abſque vlla pœna, cùm in re ſua quilibet ſit moderator, & arbiter, dummodò ſequatur ſine præiudicio alterius, niſi per ſtatuta locorum eſſet aliter diſpoſitum, vel niſi agatur de iuſtitia adminiſtranda ſuper directione terminorum motorum, quia ſpectat ad Principem, & eius miniſtros prouidere, vt vnicuique conſeruentur, & contrafacientes punire, ne quiſquam aliena inuadere attentet, & quis fuerit primus terminorum inuentor, nempè Numam Pompilium Regem, vel ſecundum alios Cainum; dixi *in Practica* §. *Confini num.* 14. vbi de pœna Statuti Florentini *lib.* 3. *Rub.* 162. & in hoc opere §. *Confines num.* 1. vbi plura.

Quòd terminus adiectus, vel expreſſus non ſit idem cum terminato, ipſumque confine ex ſe importet excluſionem rei confinatæ, *l. cum ſeruo* 63. *ff. de contrah. empt.* Bald. *in l. fines, C. de euict.* cum alijs per Rot. *part.* 17. *rec. deciſ.* 1. *num.* 14. *et* 15.

8 Terminus reſpiciens plura determinabilia omnia æqualiter terminare debet, & quando ſecus, latè Tuſch. *lit. T. concluſ.* 53. vide in §. *Diſpoſitio num.* 31.

9 Terminus quatuor menſium conceditur de iure communi cuicumque condemnato ad ſoluendum miſerationis cauſa, *l. debitores*, vbi Bart. & alij *ff. de re iud.* ſecus autem vigore ſtatutorum, & conſuetudinis, ac in alijs caſibus, de quibus Soccin. *reg.* 6. *verb. Terminus*, Tuſch. *litt. T. concluſ.* 57. latè Ridolph. *in prax. part.* 1. *cap.* 14. *n.* 77. *et ſeqq.* vide in §. *Debitor num.* 7.

Quòd ſuſcipiens terminum ad ſoluendum dicatur agnoſcere debitum, & ſi non ſoluerit, non poſſit executionem aliqua exceptione euitare, *l. ad ſolutionem*, vbi Bald. *num.* 1. *C. de re iud.* Burat. *deciſ.* 888. *num.* 6. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 348. *num.* 8. *&c. part.* 16. *deciſ.* 140. *&* 304.

Quòd terminus ad ſoluendum debeat dari cuicumque debitori, & reo conuento, etiam in Saluiano, vel alia actione reali, & cenſeatur datus eo ipſo, quòd fuit petitus, Rot. *part.* 1. *recent. tom.* 1. *deciſ.* 383. *per tot.*

10 Terminus nimis breuis aſſignatus ad aliquid agendum, vel probandum habetur pro non dato, & executio interim conſumata dicitur attentata: quinimò lex ipſa tali caſu ſupplet, ſtatuendo tempus congruum, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 149. *num.* 16. vbi de termino quinque dierum nimis breue ad liquidandum melioramenta.

11 Terminus legalis, vel à iure conceſſus an poſſit coarctari ex iuſta cauſa affirmat Franch. *deciſ.* 588. quem ſequi videtur Sanfelic. *deciſ.* 268. *num.* 10. licèt contrarium reſoluat ex defectu iuſtæ cauſæ.

12 Terminus præfixus ad aliquid agendum, operatur, vt poſt eius lapſum non ſit amplius audiendus ille, cui fuit aſſignans, niſi facta repoſitione, vel concurrente aliqua iuſta cauſa, *cap. later qui fil. ſint legit.* Ludouiſ. *deciſ.* 537. *per tot.*

13 Terminus ad aliquid faciendum in loco remoto debet eſſe competens habita ratione dietæ legalis, quæ ſolet calculari ad viginti milliaria pro qualibet die, iuxta text. *in l.* 3. *ff. de verb. ſignificat. & l.* 1. *in princ. ff. ſi quis caut.* hæc tamen calculatio non procedit vbi conſtat de conſuetudine Regionis diuerſa à dicta dieta legali, nec ſtante vſu tabellariorum vulgò *Corriers* in contrarium, qui multò plura milliaria agunt ſingulo die, §. *Cum ita ff. de verb. obligat.* Rebuff. & Alciat. *in d. l.* 3. & Alex. *in d. l.* 1. Ludouiſ. *deciſ.* 501. *num.* 3. 4. *&* 5.

Alia de termino remiſſiuè Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Terminus.*

14 De diuerſis terminis, & præcipuè ad comparendum, ad accuſandum, ad inquirendum, ad agendum, ad opponendum, ad ſe defendendum, ad probandum, & reſpondendum, ad appellandum, ad ſoluendum, ad deliberandum, ad eligendum, & huiuſmodi, quomodo intelligantur, quando currant, vel non, & alia, Bertachin. *Repertor. verb. Terminus per tot.* Aliqua Ioſeph Felin. *Margar. var. concluſ. eod. verb.* Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.* 1. *&* 2. *verb. Terminus*, Capucc. *in Prax. tom.* 1. *cap.* 10. *per tot. part.* 1. Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *verb. Terminus fol.* 711. vbi indicat plures Auctores agentes de terminorum agrorum motione, de terminis legalibus, iudicialibus, & huiuſmodi.

§. TERTIVS. VI.

1 Tertius, vel tertia perſona, quæ ſciuit litem inter alios peragi, & ſententiam latam, a qua vel non appellauit, vel appellare non potuit, non poteſt impedire ipſius ſententiæ executionem in re petita poſſeſſa à reo conuento; ſi verò agatur de exequendo in re petita à nemine poſſeſſa, ſed vacanti, poteſt tertius executionem impedire, ſicut quando agitur de exequendo non reperita, ſed in alia, vt quando fuit actum actione perſonali, & poſtea iure pignoris capitur fundus, in quo tertius intereſſe prætendit, ad latè tradita per Menoch. *de arbitr. caſ.* 18. *num.* 56. *& ſeqq. per tot.* vbi etiam alios caſus diſtinguit, & declarat, facit Surd. *deciſ.* 335. *per tot. lib.* 2. vide latè Tuſch. *lit. T. concluſ.* 85. *& ſeqq.* Ludouiſ. *deciſ. Peruſ.* 26. Ridolph. *in Prax. part.* 2. *cap.* 4. *nu.* 117. *& ſeqq. ad* 136. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 297. *per tot. vol.* 1. Sanfelic. *deciſ.* 90. *num.* 10. *& ſeqq. per tot.* Coſta *de facti ſcient. & ignorant. diſtinct.* 57. *per tot. et de re integr. diſtinct.* 95. *per tot.*

Qualiter tertia perſona; quæ numquam fuit in iudicio citata poſſit ſe opponendo executioni ſententię illam impedire, Pract. Papp. *form. execut. ſent. definit. gloſ.* 1. *num.* 16. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 232. *num.* 7. *etc.* vide in §. *Executio num.* 18. latè Ant. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *tit. de Pragmat. ſuper Bulla de cenſibus quæſt.* 2. *per tot. fol.* 269. *et ſeqq.* vbi plura an, & quando tertius poſſit ſe opponere executioni, quæ fieret pro cenſibus vigore dictæ Bullæ, Coſta *d. diſtinct.* 57. *per tot. et diſtinct.* 95.

Dato quòd admittatur, an procedat poſtquam fuit pronunciatum ſuper executione, & conceſſum mandatum de exequendo, vide Magon. *deciſ. Flor.* 104. *num.* 27. vbi dicit ſemper admitti ante conſumatam executionem, vide Ridolphin. *et alios ſupracitatos.*

Quòd

Quòd tertia perſona poſſit impedire executionem ſententiæ docto ſaltem ſemiplenè, vel per iuramentum de ſuo intereſſe poſtea plenè probando lite conteſtata, & præferatur, quatenus habeat meliora iura, maximè quando non fuit actum ad rem particularem, ſed iudicio vniuerſali, vel actione perſonali, & quando per cautionem repellatur, nec poſſit impedire executionem, *iuxta l. is, à quo 57. ff. de re iud.* latè Gratian. *diſcept. for. cap.*430. *per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ.*18. *num.*50. *&c.* vbi nouem caſus diſtinguit, & declarat Surd. *deciſ.*335. *per tot. lib.*2.

Qualiter tertius ſe opponens alicui actui debeat probare de ſuo intereſſe, Tuſch. *lit. T. concluſ.*82. *per tot.* Rot. *part.*18. *recent. deciſ.*504. *per tot.* vbi quòd pro ſola admiſſione ad cauſam intereſſe non requirit probationem omninò certam, & concludentem, ſed ſufficit de eo apparenter docere, etiam non citata parte ad dicendum contra; ſi verò deducatur intereſſe ad effectum retardandi executionem, & ipſe tertius non poſſideat, nil refert an poſſeſſio ſit penes vnum, vel alterum, & non admittitur, niſi velit admitti ſine retardatione proceſſus, *& deciſ.*602. *&* 715. *d. part.*18. vbi quòd admiſſo pro ſuo intereſſe non obſtat tranſactio inter primos litigantes facta.

2 Tertius pendente lite inter alios ſuper aliqua re per actorem petita, & à reo poſſeſſa, ſi eamdem rem petat comparendo in iudicio non poteſt impedire executionem ſententiæ ad fauorem alterius latæ in dicta re petita, ſi ex parte ſua nondum ſit lis finita, & deciſa, ſed ei ſuccurritur per cautionem præſtandam ab actore, qui priùs obtinuit ſententiam de reſtituenda re ipſi tertio petenti, caſu quo illum obtinere contingat, Bart. *in l. à Diuo Pio §. Si ſuper rebus num.*3. & ibi Iaſ. *num.*17. *ff. de re iud.* Myſinger *obſeru.*73. Menoch. *de arbitr. caſ.*18. *n.*61. Franch. *deciſ.*261. *per tot.* Cabal. *conſ. deciſ.*68. *lib.*1.

Quòd tertius veniens ad cauſam poſt latas ſententias non impediat vlteriorem proceſſum, & executionem inter primos collitigantes, ſiue veniat ad vnius partis defenſionem, ſiue ex iure diuerſo, & proprio ſuper re, & bonis à ſe non poſſeſſis, quia primo caſu non habet maius priuilegium, quàm primus collitigans quem defendere intendit; ſecundò, autem nullum ei ſit præiudicium per executionem, Couar. *pract. quæſt. cap.*14. *num.*3. *& ſeqq.* Rot. *part.*6. *recent. deciſ.*357 *numer.*7. *&* 8. cum alijs per Bich. *deciſ.*24. *num.*6. *&* 7. Rot. *part.*16. *recent. deciſ.*53. *num.*5. *& per tot. & part.*16. *deciſ.*109. *num.*7. *& ſeqq.* vbi quòd tertius veniens ad excluſionem vtriuſque collitigantis non facit acta ſua.

3 Tertius poteſt impedire executionem ſententiæ appellando ab illa propter ſuum intereſſe, ſi de illo doceat ſummariè intra tempus ad appellandum conſtitutum, etiam ſi eſſent tres ſententiæ conformes, Menoch. *de arbitr. d. caſ.* 18. *num.*50. *&c.* Magon. *deciſ. Flor.*100. *num.*1. Gratian. *deciſ.*149. Surd. *deciſ.*335. *lib.*2. vide *in §. Appellatio num.* 18. *&c.* Ricc. *Collect.*1354. vbi pluribus modis limitat, Palma *conſ.*99. *num.*1. *& ſeqq.*

An tertius pro ſuo intereſſe poſſit ſequi cauſam appellationis ab alio interpoſitæ, ac alia de tertio appellante, Fontanell. *deciſ.*143. *&* 144. *per tot.*

Et plura de tertio, qui pretextu dominij poteſt impedire executionem ſententiæ, quamuis non ſit poſſeſſor, vel virtute clauſulæ conſtituti, vel reſeruatione vſusfructus, Aluarez Pegaſ. *reſol. for. cap.*5. *&* 6. *per tot.* Cancer. *var. part.* 2. *cap.*16. *per tot.*

De tertio veniente ad cauſam pro ſuo intereſſe admittendo, & quid facere poſſit, vel non, Bertachin. *Repert. verb. Tertius*, Cancer. *vbi ſupra*, Ioſeph. Felin. *Margar. var. concluſ. verb. Tertius*, Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.*1. *&* 2. *eod. verb.* vbi etiam de tertio poſſeſſore, de quo dixi ego *in §. Poſſeſſor*, Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.*5. *verb. Tertius fol.*714. *&c.* vbi indicat plures quæſtiones, & DD. illas tractantes circa tertios oppoſitores, an poſſint ex eorum perſonis declinare forum, & huiuſmodi, ac de tertijs poſſeſſoribus an poſſint executiuè conueniri, &c. prout facit Caſteion. *iam citatus in verb. Tertius*, *&c.*

4 Tertius veniens ad cauſam ex proprio iure, & appellans à ſententia contra alium lata, facit omnia acta ſua, perinde ac ſi ipſo citato facta fuiſſent, & ideò non poteſt dicere de nullitate ſententiæ ex defectu citationis ſui ipſius, licèt ſecus ſit ſi nouam cauſam inſtituat, quia tunc non facit acta ſua, & ſententia illum non afficit; nam ſi iſte tertius proprium intereſſe prætendens non poſſidet, ſed poſſeſſio eſt plena penes alium, ſufficit poſſeſſorem citari, & ius tertij non læditur, cum ſemper venire poſſit ex iure proprio contra poſſeſſorem, & nihil ſua interſit an contra vnum, vel contra alterum agat, ideòque immiſſionem impedire non poteſt contra præſentem poſſeſſorem, plenè Rot. *in Senogallien. bonorum* 30. *Maij* 1644. 15. *Maij* 1645. coram Cerro penes Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. tom.* 2. *deciſ.*85. *&* 86. *per tot. & part.*9. *recent. deciſ.*288. *&* 346. *num.*1. *&c.* vide *in §. Appellatio num.*18. Addit. ad Gregor. *deciſ.*259. *& deciſ.*303. *n.*3. facit Rot. *part.*13. *recent. deciſ.* 303. *num.*4. *&* 5. *& part.*18. *deciſ.*504. *per tot. deciſ.*602. *&* 715. vbi quando faciat acta ſua, & an et præiudicet tranſactio inter primos litigantes inita.

5 Tertius veniens ad cauſam, & iudicium inchoatum inter alios, vt ei pro ſuo intereſſe aſſiſtat, & alterum ex contendentibus adiuuet, debet admitti, ſi ſtatim, & ante omnia doceant ſummariè de ſuo intereſſe, & iudicium ſuſcipiat in terminis, in quibus reperitur careat dolo, & malitia, nec veniat ad protelandum iudicium, vel ſententiam, & ſit habilis, atque idoneus ſtandi per ſe in iudicio, latè Menoch. *de arbitr. caſ.*18. *num.*19. *& ſeqq. ad* 30. vide *in §. Nullitas num.* latè Tuſch. *lit. T. concl* 83. *per tot.* Ridolphin. *in Prax. part.*2. *cap.*4. *num.*91. *& ſeqq. ad* 136. Ludouic. *deciſ. Peruſ.*26. *per tot.* Ricc. *Collect.* 106. 986. 2936. 3583. 3714. Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*441. *num.*4. *&c.* Sanfelic. *deciſ.*90. *num.*10. *& ſeqq.*

An, & quando tertius comparens in iudicio pro ſuo iure, & intereſſe ad effectum impediendi alterum, qui iudicium, & cauſam inchoauit, ne ipſam cauſam agat, vel defendat, & ne rem petitam conſequatur, ſit admittendus, vel non, idem Menoch. *d. caſ.*18. *numer.*2. *& ſeqq. ad* 18. vbi ſex caſus conſtituit, & declarat, vide Ridolphin. *loc. cit.* vbi latè de hac materia an, & quando tertius veniens ad cauſam, ſiue pro ſuo intereſſe, ſiue ad coadiuuandum alterum ex litigantibus, ſit admittendus, & in quibus terminis, & an poſſit executionem impedire, & alia.

Quòd tertius, qui profitetur, velle de nouo venire ex iure ſuo principaliter diuerſo à iure collitigantium, non poſſit impedire proceſſum iam inter alios inchoatum quando ſua non intereſt, & alia ad rem, Ludouiſ. *deciſ.* 396. *per tot.*

6 Tertius non videtur admiſſus ad cauſam quamuis fuerit citatus, ſi ſua putauerit intereſſe, niſi aliundè doceat de intereſſe, quod eſt probandum citata parte, etiam aliter de geſtis notitiam habente, niſi eſſet in actis aliquid productum realiter, ex quo verè conſtaret de intereſſe, quia tunc non eſſet neceſſaria alia citatio, Gratian. *diſcept. for. cap.*1000. *num.*12. *&c.* Menoch. *d. caſ.*18. *num.* 30. *&c.*

De tertio admittendo ad cauſam propter ſuum intereſſe, etiam coram iudice delegato, idem Gratian. *cap.*510. *num.* 30. *&c.*

Admittitur tamen in terminis, & ſtatu quo cauſa reperitur, & videtur ratificaſſe omnia geſta, Gratian. *cap.*850. *num.*13. *cap.*872. *num.*25. Altograd. *conſ.*6. *numer.*97. *lib.*1. Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.*259. *&* 303. Menoch. *d. caſ.* 18. *num.*35. *& ſeqq.* vbi propterea infert non poſſe declinare forum, poſſe tamen allegare iudicem ſuſpectum ex ſua perſona, & ſi ſit Clericus, vel minor etiam declinare forum, vel petere reſtitutionem, non opus habere producere nouum libellum, vel noua inſtrumenta, nec litem conteſtari, nec petendo compromiſſum impedire poſſe executionem, & alia, vt ibi per eum, vide Franch. *deciſ.*261. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.*269. *num.*2. *& ſeqq. vol.* 1. vbi quando poſſit declinare forum, vel non, Ricc. *Collect.*2184. vbi quòd imò non poteſt allegare exceptiones declinatorias, aut dilatorias, etiamſi ſit Clericus, vel miſerabilis perſona, quod probat etiam Sanfelic. *deciſ.*90. *num.*23. *&* 24. Hieron. Cala *tract. de reſtit. in integr. denegan. quæſt.* 26. *num.*1. *& ſeqq. per tot.* vbi benè diſtinguit, & facit ad rem *quæſt.*27. 28. *&* 29. vbi an poſſit recuſare iudicem, vt ſuſpectum, &c.

Quòd non admittatur niſi docto de intereſſe, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*869. *num.*24. *&c. cap.*1000. *num.*10. *&c.* Menoch. *d. caſ.*18. *numer.*27. *&c.* vbi limitat non eſſe neceſſarium doceri de huiuſmodi intereſſe in tribus caſibus, nempè quando iſte tertius fuit à reo conuento nomi-

natus, vel citatus in cauſa, non tamen cum clauſula ſi ſua putet intereſſe, ſed ſimpliciter, vel quando ſumus in cauſa reſpiciente publicam vtilitatem.

7 Tertius poteſt impedire executionem obligationis Cameralis, dummodò doceat de ſuo bono iure, & aperto, nullamque exceptione admittente, vel habeat inſtrumentum cum clauſula conſtituti, & ſic poſſit vti retentione, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*1000. *num.*1. *&c.* vbi loquitur, de vxore veniente ad defenſionem bonorum viri pro ſuis dotibus contra creditores illius, vide *in §. Vxor num.*

Quòd tertius poſſit, vt ſupra veniens ad cauſam impedire executionem intellige quando poſſidet, aliàs ſi non poſſideat non poteſt impedire, quamuis non adeſſet obligatio Cameralis, tantò minus quando illa adeſt, idem Gratian. *d. cap.*1000. *num.*7. *&c.* vide Menoch. *de arbitr. caſ.*18. *n.*64. *& ſeqq.*

Qualiter tertius poſſit impedire reſtitutionem ſpolij, docendo incontinenti de bono, & claro iure ſuo, Rot. *part.*2. *diuerſ. deciſ.*201. *&* 2705. *per tot.*

8 Tertius electus in caſu diſcordiæ aliorum æſtimatorum, etiam ſi ipſe diſcordauerit ab alijs, valet æſtimatio, ſi poſtea primi electi ſimul concordauerit ſpreto tertio, quia per electionem tertij non eſt reuocata facultas primis data, vt benè probat Gabal. *conſ. deciſ.*20. *per tot. lib.*2. vide *in §. Periti num.*8. *& ſeqq.*

Qualiter autem tertius electus in caſu diſcordiæ duorum arbitrorum, non conſtito prius de diſcordia, non poſſit ſuum interponere arbitrium, & ſi laudauerit ſit nullum laodum ex defectu iuriſdictionis, Burat. *deciſ.*29. *num.*9. cum alijs per Rot. *part.*15. *recent. deciſ.*389. *num.*1. *& deciſ.*390. *num.*1. dixi *in §. Laudum num.*19. *& §. Arbiter num.*5.

9 Plura de tertio poſſeſſore, & de tertio oppoſitore remiſſiuè Ægid. de Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Tertius poſſeſſor, & oppoſitor.*

§. TESTAMENTVM. VII.

1 TEſtamentum dicitur teſtatio mentis, & eſt voluntatis noſtræ (id eſt perfecta, ſolemnis, & legitima) ſententia de eo, quòd quis poſt mortem ſuam fieri velit, *l.*1. vbi Bart. & alij, *ff. de teſt.* In genere ſumptum ſubſtantialiter conſiſtit tantum in hæredis inſtitutione, intelligendo de nuncupatiuo iuxta text. *Inſtit. de teſtam. ordin. in princ.* vbi Oinot. & alij *d. l.*1. *ff. eod.* Altograd. *conſ.*79. *num.*23. *lib.*1. Paul. Chriſtin. *deciſ.*5. *num.*1. *&c. volum.*4. *& ad leg. Municip. tit.*17. *in princip. & art.*1. *&c.* vbi plura de teſtamentis, latè explicat, & defendit Vaſquez *tract. de ſucceſſ. part.*1. *in præfat. num.*26. *& ſeqq.* Tuſch. *litt. T. concluſ.*90. vbi etiam quòd eſt fauorabile, Clar. §. *Teſtamentum in princ.* Couar. *in Rub. de teſt.* Fagundez *de inſt. & contract. lib.*6. *cap.*1. & alij, Gibalin. *de vniuerſ. negot. tom.*2. *lib.*5. *cap.*6. *art.*1. *fol.*447. Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de teſtam. cap.*1. *fol.*334.

Quòd non valeat ſine inſtitutione hæredis, & quando ſecus, idem Tuſch. *lit. T. concluſ.*125. *per tot.*

2 Teſtamentum de ſui origine eſt de iure gentium, ſolemnitate verò, & forma dicitur de iure ciuili inuentum, Iaſ. *in l. ex hoc iure num.*46. *ff. de inſt. & iur.* ſed de hac quæſtione plenè Vaſquez *d. tract.* §. 1. *per tot.* vbi refert plures opiniones ad inuicem pugnantes, Martha *de ſucceſſ. part.*4. *quæſt.*1. *art.*1. *per tot.* vbi quatuor caſus diſtinguit, & an Princeps poſſit teſtantium voluntatibus derogare, de quo etiam Vaſquez *loc. cit. num.*10. *& per tot.* Tuſch. *lit. T. concluſ.*91. *&* 92. *per tot.* Paul. Chriſtin. *ad leg. Municip. tit.*17. *num.*1. *&c.*

A quibus, & ex quibus cauſis poſſit teſtamenti factio tolli, ſiue reſtringi, vel non, & qui poſſint aliquem teſtabilem, vel inteſtabilem facere, cùm alias regolariter ſit libera vnicuique teſtamenti factio, Tuſch. *lit. T. concluſ.*93. *&* 94. *per tot. infr. num.*15.

3 Teſtamentum non præſumitor confectum, ſed ab allegante eſt probandum, & oſtendendum, Menoch. *lib.*4. *præſumpt.*1. *per tot.* plenè Maſcard. *de probat. vol.*3. *concluſ.*1352. *per tot.* vbi etiam quomodo probetur Altograd. *conſ.*69. *num.*26. *&c. lib.*1. Tuſch. *lit. T. concluſ.*98. *cum pluribus ſeqq.* vbi qualiter, & quibus modis probetur Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*53.

Probato autem teſtamento, & ſic cauſa teſtati ceſſat cauſa inteſtati, qualiter, & quando ſecus, Tuſch. *lit. T. concl.*95. *per tot.*

Et quòd teſtamentum, ſolemne, ac validum præſumatur, Maſcard. *de probat. volum.*3. *concluſ.*1353. *per tot.*

Teſtamentum (omiſſis ſpeciebus, quæ olim apud anti- 4
quos fuerunt in vſu) aliud eſt militare, quòd fit per milites dum in caſtris, & expeditione degent, & iſtud non requirit ſolemnitates iuris, ſed quocumque modo factum valeat, dummodò conſtet de voluntate, vt latè explicant Cabal. *reſol. crimin. caſ.*294. *num.*348. *& ſeqq.* Oinot. & alij *Inſtit. de milit. teſtament.* Vaſqu. *de ſucceſſ. lib.*3. §. 24. *per tot.* Cabed. *deciſ.*126. *part.*1. & alibi ſæpè Clar. §. *Teſtamentum quæſt.*15. *&* 16. *DD. in ff. & C. de milit. teſtament.* Tuſch. *lit. T. concluſ.*119. *per tot.* Dian. *part.*7. *tract.*6. *reſol.*43. *& ſeqq. per tot.* vbi plura notabilia de teſtamentis militum Capell. Tholoſ. *deciſ.*41. Chriſtin. *deciſ. Belg.*109. *volum.*1. vbi de teſtamento validè iure militari facto à milite exiſtente in præſidio pro defenſione Ciuitatis, vel Caſtri, *& deciſ.*3. *vol.*4. vide *in §. Militia num.*2. *&c.* Chriſtin. *deciſ.*149. *num.*24. *& ſeqq. vol.*5. Merlin. *deciſ.*806. *num.*5. *&c. deciſ.*862. vbi teſtamento facto à ſcriba militum, vel alio inſeruiente, Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*177. *num.*11. *& ſeqq.* vbi contra, plenè Rot. cum pluribus citatis *part.*12. *recent. deciſ.*150. *per tot.*

Aliud Paganicum, quod fit domi extra militiam per quoſcumque, & iſtud ſubdiuiditur in ſolemne vel in ſcriptis, & nuncupatiuum, Oinot. & alij *Inſtit. de teſtam. ordinand.* Vaſquez *de ſucceſſ. lib.*1. §. 2. *num.*1. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.*5. *& ſeqq. vol.*4. Tuſch. *lit. T. concl.*97. *per tot.* vbi etiam an in dubio præſumatur ſolemne, ſiue nuncupatiuum, & quòd nuncupatiuum aliud eſt explicitè, quando publicatur coram teſtibus, aliud implicitè, quando non publicatur, ſed fit ſecretè cum ſubſcriptione teſtium, & traditur Notario cum rogito à tergo, quòd illud eſt teſtamentum talis, nam ex illo rogitu aſſumit vim teſtamenti nuncupatiui conſtito de identitate ſcripturæ *infr. num.*6. *& ſeqq. & num.*36. *& ſeqq.* latè Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*136. *per tot. infra num.*38.

De his duabus ſpeciebus teſtamenti nempè ſolemnis, & nuncupatiuè plura tradit Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.*3. *cap.*16. *per tot.*

De octo ſpeciebus vltimarum voluntatum, nempè in ſcriptis nuncupatiuo, codicillis, inter liberos, militari, ruſticano, donatione cauſa mortis, & per epiſtolam, Guid. Papp. *deciſ.*543.

Teſtamentum ſolemne, ſiue in ſcriptis dicitur quando 5
teſtator ſuam vltimam voluntatem, per ſcripturam exprimit, adhibitis teſtibus, qui huiuſmodi ſcripturæ ſubſcribant, & ſigilla apponant, licèt vt illius tenorem ſciant, non ſit neceſſe; requirit autem plures ſolemnitates; primò, vt teſtator habeat teſtamenti factionem actiuam; ſecundò, vt expreſſis verbis inſtituat hæredem; tertiò, vt voluntatem ſuam redigat in ſcriptis; quartò, adhibeat ſeptem teſtes, vel octo ſi ipſe neſciant ſcribere; quintò, oſtendat illam ſcripturam teſtibus, & dicat in ea ſuam vltimam contineri voluntatem, ſiue eſſe ſuum teſtamentum; ſextò, quòd dicti teſtes ſint ad hoc ſpecialiter rogati, nec caſu aduenerint; ſeptimò, vt dicti teſtes ſint liberi homines, maſculi, & puberes; octauò, vt ſinguli ſe ſubſcribant, faciendo etiam mentionem de alijs; nonò, proprijs annulis, vel ſigillis ſubſignent, ſiue alienis ſi proprios non habeant; decimò, vt ſint omnes in præſentia teſtatoris, & illum videant; vndecimò, debet ipſe etiam teſtator ſubſcribere ſi ſciat litteras, alias autem adhibere, octauum, teſtem, qui pro eo ſcribat, vel ſubſcribat; duodecimò, & hæc omnia (excepta ſcriptura teſtamenti, quæ poteſt diù ante cum deliberatione fieri) expediantur vnico contextu in eodem loco, & tempore, vt colligitur ex *l. hac conſultiſſima*, vbi *gloſ. & DD. C. de teſt.* Oinot. & alij *Inſtit. de teſtam. ordinand.* plenè ad ſaturitatem Vaſquez *de ſucceſſ. lib.*2. *per tot.* vbi enumerat, & declarat vſque ad quadraginta duo requiſita, & *lib.*3. *per tot.* limitat, & declarat illa ceſſare in triginta quatuor caſibus, Card. Tuſch. *litt. T. concluſ.*111. Altograd. *conſ.*58. *per tot. lib.*2. Matt. Medic. *Exam.*58. *per tot. cum Addit. infr. n.*36. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ.*6. *vol.*4. Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de teſtament.* §. 3. *per tot. fol.*336.

Formam dicti teſtamenti ſolemnis, & qualiter mortuo teſta-

teſtatore ſit aperiendum, & publicandum, vide per Oinot. *loc.cit.* Roland. *in ſumm. de teſt. rubr.* 61. Fulgoſ. *conſ.* 65. Rot. *part.* 5. *recent. deciſ.* 96. *num.* 9. *& par.* 9. *deciſ.* 136. *num.* 32. *&c.*

In quibus differant teſtamentum nuncupatiuum, & in ſcriptis, Tuſch. *litt. T. concl.* 121. *per tot.*

6 Teſtamentum nuncopatiuum, & ſine ſcriptis dicitur quando teſtator coram ſeptem teſtibus ſpecialiter ad id rogatis ſuam vltimam voluntatem exponit, & declarat, ac hæredem palam coram omnibus teſtibus audientibus nominat; differt à ſolemni, quia non requirit ſcripturam, nec alias ſolemnitates, ſed tantùm legitimum numerum teſtium, nempè ſeptem regulariter, & habiles, vt ſupra dictum eſt, & poteſt duobus modis fieri, ſcilicet ſine aliqua ſcriptura, vt quando teſtator non adhibito notario ſimpliciter ſuam voluntatem exprimit coram ſeptem teſtibus, qui poſtea quandocumque de illa deponant, & illorum examen coram iudice, & apud acta regiſtretur ad perpetuam memoriam, vel cum ſcriptura adhibito notario, qui roget inſtrumentum de dicta voluntate, vt ſupra coram eo, & teſtibus declarata, ſicuti hodiè frequenter fieri ſolet, Plat. Oinot. & alij in §. *fin. Inſtit. de teſtament. ordin.* Iaſ. & alij *in l. publicati C. de teſtament.* gloſ. Bart. & alij *in l.* 2. *in princ. ff. quemad. teſtam. aper.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 6. *num.* 2. *&c. volum.* 4. *& deciſ.* 39. *numer.* 46. *& ſeqq. vol.* 6. Gabr. Vaſquez, *Opuſc. moral. tract. de teſtam.* §. 4. *per tot. fol.* 338.

Quòd teſtamentum probari poſſit pluribus modis, & qualiter quando requirat ſeptem teſtes, vel ſufficiant duo, & alia, latè Tuſch. *litt. T. concluſ.* 99. *& ſeqq. infr. num.* 21.

Qualiter probetur teſtamentum fuiſſe conditum, Rot. *par.* 9. *recent. deciſ.* 136. *per tot. & part.* 12. *deciſ.* 327. *per tot.* vbi plura de teſtamento ſine ſcriptis, qualiter poſſit probari per teſtes, & quomodo deponere debeant de tenore, & perfectione voluntatis, nec ſufficiat diſpoſitio, & voluntas teſtandi ad actum perfectionis non perducta, & eadem Rot. *par.* 14. *recent. deciſ.* 177. *numer.* 4. *& ſeqq.*

Formam teſtamenti nuncupatiui ponit Oinot. *loc. cit.* Roland. *in ſum. rub.* 62. *de teſtam.*

De materia teſtamenti nuncopatiui, an, & quando poſſit per teſtes probari, qualiter deponere debeant per formalia verba, eſſe omni exceptione maiores, quod teſtamenti ſcriptura copiata, & poſtea non reiecta non probet, & quare, quòd non ſuſtineatur quando teſtator nihil fuit alloquutus coram teſtibus, licèt coram illis, & coram teſtatore fuerit à notario lectum teſtamentum, & de eo factum inſtrumentum, ac alia plura notabilia Matth. Medic. *Exam.* 58. *& deciſ.* 95. 96. *&* 97. *per tot. cum Addit.*

Qualiter omnia teſtamenta debeant publicari, quando dicantur publicata, an probent ante publicationem, & alia, latè Tuſch. *litt. T. concluſ.* 109. *& ſeqq.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 136. *num.* 38. *& ſeqq.* vbi quando non opus ſit publicatione.

7 Teſtamentum nuncupatiuum qualiter poſſit condi in tribus, vel pluribus verbis, & ita abſque vlla ſcriptura probari per teſtes citatis intereſſe habentibus, & poſtea publicari à iudice tales atteſtationes in vim teſtamenti, per quòd remaneat reuocatum etiam aliud præcedens teſtamentum, Altograd. *conſ.* 55. *num.* 35. *& ſeqq. per tot. lib.* 1. vbi etiam an ſint citandi legatarij primi teſtamenti, vel ſufficiat citari hæredes.

Et an ſint citandi ſubſtituti, Matth. Medic. *deciſ.* 95. *nu.* 35. *&c.*

Quòd ſit validum teſtamentum nuncupatiuum implicitè per relationem ad ſchedulam etiam non ſcriptam, neque ſubſcriptam manu teſtatoris, dummodò proferantur verba omninò diſpoſitiua, & non ſimpliciter aſſertiua, tradatur notario proprijs manibus teſtatoris, & alia pro nullitate huiuſmodi teſtamenti, & legati in eo relicti, Rot. *par.* 14. *recent. deciſ.* 467. *per tot. part.* 15. *deciſ.* 72. *in eadem cauſa, & part.* 17. *deciſ.* 148. *&* 149. *per tot.* vbi pro nullitate ex quo non conſtabat de identitate ſcripturæ, & foliorum, niſi per ſolam notarij aſſertionem, quæ non ſufficit in hac materia adeò graui, & periculoſa, *inf. num.* 36. *&c.*

8 Teſtamentum nuncupatiuum factum oretenus coram teſtibus, ſi de illo non ſit factum inſtrumentum, nec alia ſcriptura viribus ſubſiſtens, poteſt, & debet teſtibus probari, quo caſu cùm tota ſubſtantia, & probatio teſtamenti dependat à teſtium depoſitione, debent teſtes citatis citandis examinari, & deponere de auditione nominis hæredis ore proprio à teſtatore inſtituti, & de toto teſtamenti tenore, ac illorum examen ſic in ſcripturam redactum, & per interlocutoriam iudicis approbatum dicitur teſtamentum, ac vim obtinet teſtamenti iuxta *l. publicati C. de teſtam.* vbi latè Bald. & alijs communiter, vt benè declarat Altograd. *d. conſ.* 50. *num.* 2. *& ſeqq. lib.* 1. vbi quòd iſtud propriè dicitur teſtamentum nuncupatiuum, quod ſi ad faciliorem probationem redigatur in publicum inſtrumentum, prout paſſim eſt hodiè conſuetudine receptum, tunc proprijs nititur viribus, ac plenam facit fidem abſque aliquo teſtium examine, & quid vult aſſerere contrarium eius, quod reperitur in eo ſcriptum, non poteſt allegare quòd teſtamentum debeat probari per teſtes, ſed debet recurrere ad materiam reprobationis inſtrumenti, nam vbi de teſtamento fuit confectum inſtrumentum, illud certè probat actum, teſtium præſentiam, ac illorum intelligentiam, quæ præſumptiuè oritur ex præſentia, niſi probetur tale quid, quòd illorum incapacitatem oſtendat, vt benè diſcurrit Altograd. *conſ. cit. n.* 7. *& ſeqq. ad* 50. vbi multis allegat, & obiectis reſpondet, ac ita fuit iudicatum in illa cauſa per Rot. *Roman. in Regien. hæredit. Mercurij* 27. *Februarij* 1636. *& Ven.* 24. *Aprilis* 1637. coram Coccino Decano, quæ duæ deciſiones habentur apud Altograd. *conſil.* 100. *lib.* 1.

Plura de teſtamento nuncupatiuo, quòd in Cathalonia, & alibi ſacramentale appellatur, quale ſit, & alia, latè Fontanel. *deciſ.* 576. *cum pluribus & ſeqq.*

De teſtamento nuncupatiuo per ſchedulam ſecretam Notario coram teſtibus conſignatam, probata illius identitate, & quomodo, Anton. Gob. *Conſult.* 4. *per tot.* Andreol. *contr.* 103. *&* 346. *per tot.*

Quòd ad corroborationem, vel comprobationem teſtamenti nuncopatiui plurimum etiam valeant depoſitiones aliorum teſtium in eo non deſcriptorum, Altograd. *conſ.* 72. *num.* 14. *&c. lib.* 1. Reliqua de teſtamento nuncupatiuo, vide *inf. num.* 36. *& ſeqq.*

Quòd inſtrumentum teſtamenti non reprobetur per dubiam, & æquiuocam probationem, ſed omninò claræ, & concludentes probationes requirantur, idem Altograd. *conſ.* 50. *num.* 65. *& ſeqq. lib.* 1.

Et qualiter teſtes deponere debeant ad reprobationem inſtrumenti, vide in §. *Teſtis num.*

Teſtamentum in ſui facie, & apparentia non vitiatum, 9
non abolitum, neque cancellatum facit eſſe locum ad fauorem hæredis in eo deſcripti ſummariæ immiſſioni in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum ex remedio *l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll.* nec impeditur per nullitatem oppoſitam, niſi incontinenti de illa appareat, Altograd. *conſil.* 74. *num.* 35. *& ſeqq. lib.* 1. vide *in* §. *Heres num.* *& in* §. *Remedium n.* 22. *& ſeqq.* Martha *de ſucceſſ. par.* 4. *q.* 16. *per tot.* pleniſſimè Argel. *tract. de acquir. poſſeſſ. ex remed. d. l. fin. per tot.* Menoch. *tract. de adipiſc. poſſeſſ. remed.* 4. *per tot.* Ridolp. *in prax. par.* 2. *cap.* 7. *per tot.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 8. vbi tamen fuit reuocata immiſſio in partibus conceſſa, ſtante delirio, & phræneſi teſtatoris cum aſſidua mentis alienatione tempore conditi teſtamenti, cùm ex numero teſtium, & adminiculis ſatis viſum fuerit conſtare incontinenti de vitio, & nullitate ipſius teſtamenti.

Ex quibus coniecturis redarguatur falſum, ſiue ſuſpectum de falſo ad effectum ne hæres ex eo mittatur in poſſeſſionem, Rot. *par.* 14. *recent. dec.* 525. *per tot.* & nouiſſimè, ac plenè Franciſc Anton. Tranchedin. *Conſult.* 105. *&* 106. *per tot.* vbi pro falſitate, ſiue ſuſpicione, vt in iudicio ciuili nullam mereatur fidem. Et quòd vbi teſtamentum arguitur doloſè factum, etiam ex coniecturis, & ſic ex vitio non viſibili, executionem non mereatur, Rot. *par.* 18. *recent. deciſ.* 279. *n.* 6.

Teſtamenta duo, vel plura reperta ab eodem teſta- 10
tore confecta, quorum, vel vltimum, cùm fortè eodem die, vel hora ſint confecta, & an inuicem diuerſa, vel contraria ſe inuicem confundant, & neutrum illorum valeat; fauore tamen piæ cauſæ præſumeretur poſterius, & valeret illud, in quo ſit aliquid diſpoſitum pro pia cauſa, Iaſ. *in l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll.* Euerard. *loc. à fiſc. ad Eccleſ. vel piam cauſam num.* 7. Pract. Papp. *libell. hæred. ex teſt. gloſ.* 6. *num.* 3. *&c.* Magon. *deciſ. Luc.* 32. *num.*

3. cum Addit. & num. 31. etc. Menoch. lib. 4. præſumpt. 13. per tot. vbi adducit quinque caſus, quibus dignoſcitur quale teſtamentum ſit habendum pro vltimo, Argel. de legit. contradict. q. 2. art. 1. & in Addit. num. 45. Olea de ceſſ. iur. tit. 8. q. 3. num. 11. &c. Viui. comm. opin. 378. num. 12. & ſeqq. vbi etiam limitat ſi in vno adeſt ademptio, vel reuocatio ad alterum, item fauore venientium ab inteſtato, piæ cauſæ, & poſſeſſoris, quia in pari cauſa melior eſt conditio poſſeſſoris.

12 Teſtamenta duorum viciſſim ſe, ſuoſque filios inſtituentium eodem loco, & tempore, ac in eadem membrana, an dicantur continere voluntatem captatoriam propter ſpem lucri, & per indirectum reſtringere facultatem teſtandi, & ſic nulla, & inualida, & quòd poſſint reuocari ab vno abſque alterius conſenſu pro parte ſua, non obſtante quodlibet pacto, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 908. per tot. vide in §. Coniuges num. 2. &c. Duran. tractat. de condit. & mod. impoſs. part. 3. cap. 5. num. 30. &c. vbi quòd huiuſmodi teſtamenta ſunt valida, vide Paul. Chriſtin. deciſ. 12. num. 1. & ſeqq. vol. 4. & deciſ. 58. volum. 6. Fagundez. de inſtit. & contract. lib. 6. cap. 1. num. 45. & ſeqq. Peregrin. deciſ. 50. numer. 2. & 7. vbi quoad reuocationem refert contrarias opiniones.

Si tamen ſequatur mors ſimul, & eodem tempore m dictorum ſic teſtantium ex aliqua ruina, naufragio, vel peſtilentia, huiuſmodi teſtamenta efficiuntur caduca, & eſt locus ſucceſſioni ab inteſtato, ſi non appareat quis eorum prius deceſſerit, cùm ad hoc vt valeant requiratur ſuperuiuentia vnius, & ſcientia ſucceſſionis ſibi delatæ, vt poſſit illam ad ſuos hæredes tranſmittere, latè Altograd. d. conſ. 69. per tot. lib. 1.

Teſtamentum dicitur continere voluntatem captatoriam, & eſt nullum quando confertur in alterius liberam, & expreſſam voluntatem, quaſi tunc captus, & deceptus remaneat teſtator illo non volente, gloſſ. Bart. Caſtren. & alij communiter in l. captatorias ff. de hæredib. inſtit. vide in §. Inſtitutio num. 21. & §. Legatum num. Paul. Chriſtin. deciſ. 12. num. 9. &c. vol. 4. Surd. conſ. 380. numer. 25. & ſeqq. Rot. part. 12. recent. deciſ. 170. numer. 26. & part. 18. deciſ. 368. per tot. vbi tamen qualiter hæres vigore clauſulæ codicillaris teneatur reſtituere hæreditatem venientibus ab inteſtato, & alia plura ad rem, & deciſ. 465. in eadem cauſa, vbi fuit confirmata prima deciſio, & par. 19. deciſ. 139. vbi quòd valet inſtitutio facta de certo hærede pro perſona ab eo nominanda, non autem de eo, quem Titius nominauerit, cùm tunc dicatur collata in arbitrium tertij, quod fieri non poteſt, & deciſ. 386. in eadem cauſa d. par. 19.

Contrarium tamen nempè dicto modo conditum teſtamentum valere, & eam tantùm dici captatoriam voluntatem, & reſtringentem liberam facultatem teſtandi, quæ fit ſub conditione pendente ex hæredis, vel legatarij teſtamento in futurum, vt ſi dixerit, qua ex parte Titius me hæredem fecerit, ea ex parte hæres meus ſit, latè Duran. tract. de condict. & mod. impoſſ. part. 3. cap. 5. nu. 4. & ſeqq. vide in §. Conditio num. 13. &c.

Quæ dicatur voluntas captatoria, & nulla, Surd. deciſ. 7. deciſ. 53. deciſ. 68. & deciſ. 98. per tot. Seraphin. dec. 359. & 363. per tot. Paul. Chriſtin. deciſ. 12. num. 9. & ſeqq. vol. 4. Ricc. Collect. 593. Vaſq. de ſucceſſ. §. 17. cum 78. & ſeqq. Leoncil. deciſ. 56. latè Peregrin. de fideicomm. art 33. num. 51. & ſeqq. per tot. Gabriel Vaſquez Opuſc. moral. tract. de teſtam. cap. 9. §. 2. dub. 1. & ſeqq. fol. 358. &c. vbi etiam an per legem, vel conſuetudinem poſſit introduci captatoria voluntas in teſtamentis, & latè Carol. Marant. contr. par. 4. reſponſ. 9. per tot.

Quòd teſtamentum, in quo inſtitui te hæredem, ſi tu me inſtituas, licèt ſit captatorium, & nullum, tamen ſi tu inuitatus per meam inſtitutionem hæredem me inſtituas, valet hæc ſecunda inſtitutio, Duran. d. cap. 5. num. 28. & ſeqq. par. 5. cap. 1. num. 20. &c. vbi reprobat Ruin. & alios facientes differentiam, quando captatoria voluntas fit per viam modi, quaſi tunc valeat, quia indiſtinctè non valet, vide Surd. deciſ. 64. per tot. plenè Rot. part. 6. recent. deciſ. 350. num. 4. & ſeqq. & part. 11. deciſ. 23. numer. 12. & ſeqq. vbi quòd tribus modis conſideratur captatoria voluntas, & quando neutrum ex illis obſtet validitati teſtamenti; & aliqua de voluntate captatoria, Fernand. de Eſcanno tract. de teſtam. cap. 20. & ſeqq. Fagundez de inſt. & contract. lib. 6. cap. 13. num. 4. & ſeqq.

Teſtamentum captatorium valet fauore piæ cauſæ iuxtà 13
communem opinionem, à qua in conſulendo, & iudicando non eſſe recedendum, licèt in puncto iuris multa obſtent, teſtatur Duran. d. tract. part. 3. cap. 5. numer. 40. & ſeqq. vbi etiam num. 43. quod poteſt conſuetudine approbari ſecundum communem, licèt dicat ſibi non placere, adde Gabriel. comm. concl. lib. 6. tit. de pia cauſ. concl. 3. per tot. Caluin. de æquit. lib. 1. cap. 8. per tot.

Quòd valeat teſtamentum ad pias cauſas, item & legatum, etiamſi arbitrio alterius committatur, vel in liberam alterius voluntatem conferatur, Dian. par. 5. tract. 3. reſol. 127. & part. 17. tract. 6. reſol. 21.

Plura de teſtamento ad pias cauſas, quando dicatur tale, quæ ſolemnitates in eo ſint remiſſæ, quid ſi inſtitutio non ſit de pia cauſa, ſed tantùm legata, an valeat etiam quoad profana legata; qui poſſint teſtati ad pias cauſas, vel non, quot teſtes requirantur in huiuſmodi teſtamento, quales admittantur, & alia, latè Dian. par. 7. tract. 6. reſolut. 1. & ſeqq. ad 35. per tot.

Quænam autem dicantur relicta ad pias cauſas, ſingillatim enumerat Dian. loc. cit. reſol. 30. & 31. per totum, Rot. part. 12. recent. dec. 150. num. 20. & ſeqq. vbi plura de teſtamento ad pias cauſas, vide in §. Scriptura num. 16. Rot. part. 12. recent. deciſ. 327. n. 12. & ſeqq.

An autem conualidetur per approbationem illius, ad quem data nullitate commodum, aut lucrum ſpectat, diſputat idem Duran. d. cap. 5. num. 44. & ſeqq. vbi n. 48. concludit pro negatiua ex Surd. deciſ. 53. per tot.

Quòd ex eiſdem cauſis, quibus annullatur teſtamentum captatorium, ex eiſdem quoque ademptio ſit nulla, Duran. d. cap. 5. num. 54.

Quando ademptio dicatur in pœnam, captatoria, & nulla, Surd. deciſ. 7. & 101. per tot.

Teſtamentum factum à vulnerato in domum amici ad 14
inſtantiam Prætoris ſequeſtrato, in quo reperiatur inſtitutus ille amicus ſui cuſtos, non valet, nam præſumitur teſtator compulſus, vel paria ſunt quod potuerit compelli, Boſſ. de carcer. num. 22. vide in §. Carceratus num. 10. Sanfelic. deciſ. 404. num. 9. & ſeqq. vbi benè declarat dictam Boſſij doctrinam, pro qua facit Martha vot. Piſ. 89 per tot. vbi quando ſit nullum ob blanditias, & importunas preces, vel factum ad interrogationem alterius, vide in §. Teſtator num. 19.

Quòd valeat teſtamentum conditum à carcerato in carceribus, & in eo ſint teſtes idonei, qui ibi reperiri, & adhiberi potuerunt, Altograd. conſ. 55. num. 56. lib. 1. Tuſc. litt. T. concl. 133. n. 1. & ſeqq.

Quando autem, & qualiter teſtamentum præſumatur metu, vel dolo confectum, & ex hoc capite ſit nullum, Menoch. lib. 4. præſumpt. 11. & 12. per tot. & de arbitr. caſ. 395. num. 36. Franch. deciſ. 180. vbi de teſtamento condito ab vxore in fauorem viri, Viſil. ad Afflict. deciſ. 69. Card. Tuſch. litt. T. concl. 133. num. 1. &c. Vaſq. de ſucceſſ. lib. 2. §. 17. num. 4. &c. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 2. tit. 9. per tot. Guaz. def. 6. cap. 1. num. 15. &c. Farinac. qu. 35. num. 40. & ſeqq. vbi quòd idem eſt in teſtamentis prout in contractibus, vide in §. Teſtator num. Rot. par. 14. recent. deciſ. 164. num. 11. & ſeqq. vbi de teſtamento vxoris ad fauorem viri nullo propter metum ex pluribus reſultantem, Martha vot. Piſ. 198. vbi de teſtamento facto à minore ad fauorem ſui curatoris, quando ſit nullum ob dolum, & metum præſumptum, Rot. part. 17. recent. deciſ. 304. n. 31. & ſeqq. vbi de nullitate teſtamenti ab infirmo conditi ob timorem ne in extremis dereliqueretur, & deciſ. 392. num. 21. & ſeqq. in eadem cauſa, & part. 18. deciſ. 279. numer. 7. et ſeqq. in eadem cauſa, vbi in hoc capite fuerunt præcedentes deciſiones confirmatæ, reſpondendo etiam prætenſæ ratificationi eiuſdem teſtamenti ex compromiſſo ſuper eo facto.

Teſtamentum factum à maſculo maiore 14. annis, 15
vel à fœmina maiore 12. annis, licèt ſit validum, l. qua ætate de teſtam. tamen ſi in illo ſit inſtitutus tutor, vel curator, non valet inſtitutio, vt dixi in §. Inſtitutio num. 17. vide in §. Pubertas num. 4. vbi etiam an impubes poſſit teſtari ad pias cauſas, Paul. Chriſtin. ad l. Municip. tit. 19. art. 24. per tot. Rot. part. 13. recent. deciſ. 92. num. 8. & ſeqq. vbi plura ad ſuſtinendum teſtamentum fauore curatoris, ceſſante fraude, & dolo, & non extaneibus conſanguineis.

Quòd defectus ætatis debeat concludenter probari,

alias

aliàs præſumptio ſtet pro validitate teſtamenti, Rot. part. 14. recent. deciſ. 523. n. 17. &c.

An autem Princeps ſupremus poſſit diſpenſare, vt impubes contrà legum ſanctiones poſſit teſtari, Theſ. deciſ. 87. per tot. vbi quòd ſic, dommodò ſit ſaltem proximus puberţati, ac doli capax, & dummodò per ejus parentes non fuerit illa facta ſubſtitutio pupillaris, quia tunc in præiudicium ſubſtituti non poſſet Princeps diſpenſare, Paul. Chriſtin. d. tit. 19. art. 24. vide in §. Princeps num. 11.

De iis, qui non poſſuot teſtari ſine culpa ſua, vt ſunt impuberes, furioſi, obſides, prodigi, monaci profeſſi, filij familia, & huiuſmodi, ac de ijs qui ex propria cauſa, & culpa prohibentur teſtari, veluti excommunicati, vſurarij manifeſti, damnati ad mortem, & huiuſmodi, latè Toſch. litt. T. concl. 104. & 105. per tot. vbi etiam an, & à quibus poſſint diſpenſari, & quid ſi poſteà fiant teſtabiles, Paul. Chriſtin. deciſ. 4. & ſeqq. volum. 4. vbi quòd regula eſt permiſſoria, & affirmatiua, vt omnes poſſint teſtari, niſi ſint expreſsè prohibiti, & quinam ſint iſti prohibiti, Argel. de acquir. poſſeſ. q. 3. art. 1. per tot. idem Chriſtin. ad leg. Municip. tit. 17. art. 1. &c. Ricc. Collect. 346.

An, & quando, ac de quibus bonis teſtari poſſit filiusfamilias, vel non, latè Io. Dominic. Panſut. contr. forenſ. 6. per tot. dixi in §. Filius num.

16 Teſtameotum ſcriptum per tabellionem, ſine notarium in imbreuiatura, vel ſcheda, non valet ſi teſtator decedat antequam ſit redactum in publicam formam, & lectum teſtibus; valeret tamen fauore militis, & piæ cauſæ, ſi poſſet probari per duos, vel tres teſtes, Euerard. loc. à milit. ad Eccleſ. vel piam cauſam num. 2. Gratian. diſcep. for. cap. 550. per tot. Tuſch. litt. T. concl. 112. vbi plura quando poſſit dici nullum, & imperfectum ob defectum ſolemnitatis, Peregrin. deciſ. 33. per totum, vbi quid inter liberos, dixi in §. Scriptura num. 15. &c.

An teſtamentum repertum ioter rogito notarij per imbreuiaturas poſſit extendi in publicam formam, Peregrin. deciſ. 33. Genu. de ſcriptur. priuat. lib. 6. cap. 1. numer. 201. fol. 16.

An teſtamentum, & quando repertum inter alias matrices notarij habeatur pro matrice, licèt in parte deletum, & cum additiones marginalibus, ita vt ad illud tanquam matricem ſit recurrendum, ſi reperiantur aliæ copiæ diuerſæ, latè Rot. par. 11. recent. deciſ. 285. per tot.

Quòd ſcriptum etiam per notas, & ciffras inuſitatas valeat fauore militis, & piæ cauſæ, Euerard. vbi ſupra num. 2.

An, & quando iure communi, vel ſpeciali, & priuilegiato confectum præſumatur, Menoch. lib. 4. præſumpt. 4. per tot.

17 Teſtamentum dicitur imperfectum ratione voluntatis, & eſt nullum, vbi conſtat teſtatorem voluiſſe adhibere notariom, ſi publicatio, & recitatio teſtamenti per notarium non fuerit facta, niſi appareat, quod teſtator abſque notario habuerit voluntatem ſuam pro perfecta, quia iſto caſu poſſet teſtamentum ſuſtineri, & per teſtes probari, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 550. num. 1. &c. numer. 44. &c. cap. 764. num. 6. &c. cap. 895. num. 22. Marth. Medic. dec. 97. num. 10. & ſeqq. cum Addit. Martha vot. Piſan. 8. Menoch. lib. 4. præſumpt. 5. num. 6. &c. Genu. de ſcript. priu. lib. 6. cap. 1. num. 101. & ſeqq. ad 176. fol. 14. &c. cap. 2. nu. 31. & ſeqq. fol. 26. Cabed. deciſ. 169. part. 1. vbi videtur firmare quòd fauore piæ cauſæ ſuſtineri poſſit, vide Rot. part. 13. recent. dec. 16. per tot. vbi quòd ſtante imperfectione ex defectu voluntatis, nec fauore piæ cauſæ ſuſtinetur, nec remedium, l. fin. C. de edict. D. Adrian. competit, & nouiſſimè Ferdinand. de Eſcanno tract. de teſtament. cap. 3. 4. 5. & ſeqq. vbi plenè de materia iſta, & cap. 13. in ſpecie de voluntate teſtatoris teſtibus manifeſtata, vt non dicatur imperfecta ex vocatione notarij, ſi decedat teſtator antequam veniat notarius, ſed ſuſtineatur iuxtà communem opinionem contrà Oldrad. conſ. 219. & eius ſequaces.

Quando teſtameotum non publicatum dicatur imperfectum ratione voluntatis, ita vt nec fauore piæ cauſæ ſuſtineatur, Surd. deciſ. 292. per tot. Ridolphin. in Prax. par. 2. cap. 11. num. 98. & ſeqq. per tot. Theſ. deciſ. 28. Gam. dec. Luſit. 221. Ricc. Collect. 3635. vbi pro conciliatione opinionum diſtinguit, vt ſupra, & infra, vide Rot. part. 13. recent. deciſ. 16. per tot. & deciſ. 92. vbi quòd non reuocatur primum, adde latè Eſcan. d. tract. cap. 14. per tot. Rot. par. 19. recent. deciſ. 17. per tot. vbi de pluribus minutis factis à teſtatore, vt tanquam imperfectæ ratiooe voluntatis non ſuſtineantur, etiam fauore piæ cauſæ, ſed locus ſit ſucceſſioni ab inteſtato.

Quòd etiamſi teſtator deſtinaſſet confici publicam ſcripturam, nihilominus ſi voluntatem ſuam coram teſtibus declarauit, valeat teſtamentum vti ouncupatiuum, licèt dicta ſcriptura non fuerit confecta, & poſſit per teſtes probari iuxtà veram, & communem ſententiam Altograd. conſ. 55. num. 41. lib. 1. Marth. Medic. deciſ. 97. num. 10. &c. cum Addit. infra numer. 18. verſ. quod dicitur, Ricc. Collect. 3635. Martha vot. Piſ. 8. vbi latè pro validitate teſtamenti, & vide Eſcan. d. tract. cap. 14. per tot. & cap. 16. vbi an teſtes debeant cum verbis formalibus teſtatoris concordare.

Quòd ſcriptum manu priuatæ perſonæ poſſit ad perpetuam memoriam, ne veritas occultetur, citatis venientibus ab inteſtato publicari in vim teſtamenti nuncupatiui, quod ſcripturam non requirit, examinatis teſtibus de illius tenore deponentibus, iuxtà l. publicari vbi DD. C. de teſt. Magon. deciſ. Luc. 32. num. 11. 43. & per tot. vide ſuprà num.

Quòd ſimplex copia non probet ſine originali, & carens ſubſcriptione volita per teſtatorem, etiam ſi eſſet originalis non ſuſtineatur, nec recognitio valeat ſine partis citatione, Rot. par. 14. recent. deciſ. 72.

Plura de teſtamento perfecto ratione voluotatis, & imperfecto ratiooe ſolemnitatis, cœpto, & non completo ob impedimeotum teſtatoris ſuperuentum, latè Ferdinand. de Eſcanoo tract. de teſtam. per tot. Et de requiſitis neceſſarijs ad teſtamenti validitatem, & perfectionem, latè etiam Creſp. de Valdaur. obſer. 52. per tot.

Teſtamentum dicitur imperfectum, & nullum ratione 18
voluntatis, quaodo apparet, quòd teſtator vltrà inſtitutionem hæredis in ipſo actu teſtandi volebat facere legata, vel aliquid aliud addere, ſiue minuere, ſed morte præuentus, vel loquela deſtitutus non potuit perficere, Grat. diſcept. forenſ. cap. 550. num. 9. 31. &c. 49. &c. cap. 764. n. 3. Rot. part. 2. diuerſ. deciſ. 173. num. 7. &c. adde latè Ferdinand. de Eſcanno d. tract. de teſtam. cap. 3. & ſeqq. vbi benè concluſiooem declarat iuxtà text. in l. ſi quis teſtamentum 25. ff. de teſtam. & l. iubemus Cod. eod. vt in cap. 5. & cap. 12. vbi de imperfectione ob deſtinationem legati non adiecti.

Quando teſtamentum dicatur perfectum, vel imperfectum ratione voluntatis, benè declarat Menoch. lib. 4. præſumpt. 5. per tot. vbi adducit plura exempla quotidiana, & familiaria, Card. Tuſch. litt. T. concl. 133. per tot. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 2. tit. 4. num. 6. &c. Rot. par. 13. recent. dec. 16. per tot. Martha vot. Piſ. 8. per tot. de Eſcanno d. tract. cap. 9. per tot.

Quòd dicatur imperfectum, & nullum, vbi teſtator volebat fieri ſcripturam, ſi illa non fuit publicata, Rot. penes Paul. Zacch. Quæſt. Medic. Legal. tom. 2. deciſ. 4. per tot. & ipſe Zacch. d. tom. 2. conſ. 18. vide ſupra num. 17. verſ. Quòd etiam, Rot. par. 13. recent. deciſ. 404. num. 2. & 3. vbi quòd præparatio teſtandi facta coram notario abſque teſtibus, non poteſt ſuſtineri tanquam teſtameotum.

Quòd nullitas proueniens ex imperfectione, ex defectu voluntatis ſit inſanabilis, etiam inter liberos, Altograd. conſ. 78. n. 26. lib. 1. & ad pias cauſas, Rot. part. 13. recent. deciſ. 16. per tot. de vtroque Viui. comm. opin. 880.

Ao autem ſuſtineantur ſaltem legata, vel inſtitutio fauore piæ cauſæ, affirmatiuam opinionem contra Clar. & alios ſuſtinet Menoch. conſ. 224. num. 24. & ſeqq. quem ſequitur Genu. de ſcript. priuat. lib. 6. cap. 2. num. 40. & ſeqq. Layman. Theol. moral. lib. 3. ſect. 5. tract. 5. cap. 2. numer. 6. Dian. par. 5. tract. 3. reſol. 126. & latiùs par. 7. tract. 6. reſol. 20. per tot.

Sed quando defectus prouenit ex imperfectione voluntatis, vt quia teſtator tantùm tractauit, vel ſe præparauit, ac etiam vocato notario teſtari incepit, ſed in aliqua parte noo perfecit, non ſuſtineatur teſtamentum, neque legatum, etiam fauore piæ cauſæ, latè de magis communi opinione, contrarijs reſpondendo, & ità obtinuiſſe teſtator, & probat Ridolphin. in prax. par. 2. cap. 11. num. 98. & ſeq. per tot. vide in §. Scriptura num. 16. ſequitur Rot. par. 12. recent. dec. 372. num. 12. & part. 13. recent. deciſ. 16. per tot. & deciſ. 92. & nouiſſimè pluribus hincinde relatis hanc partem vt veriorem ſequendo, & contrariæ ſatisfaciendo Ferdinand. de Eſcanno tract. de teſtam. cap. 6. per tot.

19 Teſtamentum in dobio habetur pro perfecto, etiamſi io actu teſtandi poſt hæredis inſtitutionem ſuperueniat impedimentum, concurrentibos præcipuè coniecturis perfectionem voluntatis denotantibus, etiam ſi teſtamentum non fuerit per notarium publicatum, cùm huiuſmodi imperfectio reſpiciat ootarium, & non teſtatorem, & dicatur imperfectio ſolemnitatis, quæ non attenditur vbi noo agitur de probando teſtamentum per ſcripturam, ſed per teſtes, vt benè pro perfectione teſtamenti alijs contrarijs reſpondendo decidit Rot. *part.2. diuerſ. deciſ.173. per tot.* Alsograd. *conſ.55. num.37. & ſeqq. lib.1.* Martha *vot. Piſ.8. per tot.* vbi pro validitate teſtamenti nuncupatiui, diſtinguendo doplicem eſſe publicationem teſtamenti, vna, quæ fit à teſtatore coram teſtibus, & notario, alteram à notario, eſſeque duos actus ſeparatos, voluntatem, & publicationem ſcripturæ, ac ideò ſuſpenſionem publicationis notarij non ſuſpendere voluntatem, & eius publicationem à teſtatore coram teſtibus, & notario factam, vt ibidem latè declarat, adde Eſcan. *d. tract. cap.14. per tot.* vbi pluribus alijs additis hanc ſequitor opinioonem cum aliquibus limitationibus, & declarationibus.

In contrarium Surd. *deciſ.292. per tot.* ſed concorda vt ſupra, & vide Ferdinaod. de Eſcanno *tract. de teſtam. cap.9. per tot.* vbi plura quando teſtamentum præſumatur perfectum, vel imperfectum ratione voluntatis, &c. *cap.10.* vbi quòd ſi teſtator volebat nominare tutores, ſubſtitutiones adijcere, & huiuſmodi, ſed impeditus non potuit, &c. *cum pluribus ſeqq.* vbi plenè de materia perfectionis, vel imperfectionis voluntatis, ſiue teſtamenti ex quibus cognoſcatur, *& cap.23.* vbi an probetur ex aſſertione notarij, &c. De numero, & qualitate teſtium ad probandam perfectionem, vel imperfectionem voluntatis, idem Eſcan. *cap. 22. per tot.*

20 Teſtamentum conditum ab infirmo ita in extremis laborante, vt non potuerit ſuam voluotatem perfectè explicare, non præſumitur factum animo deliberato, ſed potiùs ad ſe eximendum à moleſtijs interrogantium, & à notarius non debet de huiuſmodi teſtamento rogari, Gratian. *diſcept. for. cap.550. n.15. &c.* vbi tamen refert in dicto caſu fuiſſe per Rotam iudicatum pro validitate teſtameoti, ex multis rationibus, de quibus ibi per eum, Card. Tuſch. *lit. T. concl.124. per tot.* Caren. *reſol.3.* vide in §. *Legatum num.2.* latè hincinde Rot. *part.18. recent. deciſ.311. 418. 603. 729. &c. infra num.25.* Iacob. Balduc. in Annot. ad Ramon. *conſ.44. per tot.*

Quòd ſanitas mentis præſumitur, etiam in grauiter infirmo, imò, & in conſtituto in articulo mortis ad hoc vt eius valeat teſtamentum, Altograd. *conſ.71. num.44. &c. lib.1. & conſ.50. num.188. & 190. lib.1.* latè Rot. *part.13. recent. deciſ.353.* vbi etiam quod magis creditur teſtibus, licèt paucioribus de ſana mente deponentibus, quàm alijs, licèt pluribus de inſania, *& part.14. deciſ.137. num.6. &c. part.16. deciſ.348. num.10. & ſeqq.* vbi etiam quòd oon ſufficit probare inſaniam antecedeotem, & ſubſequentem, ſed eſt præcisè probanda de temporis actus controuerſi, alias præſumptio ſtat pro validitate, *& part.18. deciſ.167. num. 3. & ſeqq.* vbi quòd præſumptio ſtat pro ſana meote, & creditur notario de illa atteſtanti, ac arguitur ex pluribus alijs coniecturis.

Quòd etiam ſemimortuos poſſit teſtari, & valeat teſtamentum conditum etiam à teſtatore balbutiente, & cum difficultate, ac obſcure voces exprimente, cùm ſufficiat vt poſſit proferre dictionem, *ſic, vel non, reſpondendo di si, ò di nò, l. quoniam indignum vbi gloſ. in verb. Necis C. de teſtam.* Gratian. *diſcept. for. cap.843. num.10. &c.* Altograd. *conſ.50. num.59. & num.189. ad 190. & conſ.72. n.18. lib.1.* facit latè Rot. *part.13. recent. deciſ.353. per tot. & part.14. deciſ.137.* vbi intelligit ſi conſtet de præordinatione teſtandi, & omnis ceſſet ſuſpicio.

An, & quando teſtamentum conditum à laborante in extremis valet, vel non, remittitur arbitrio iudicis ſecundum Menoch. *de arbitr. caſ.97. num.4. &c.* vide latè Tuſch. *lit. T. concl.124. per tot.* Peregrin. *deciſ.80. num.5. &c.* vbi plura hincinde de huiuſmodi teſtamento, Rot. *part.14. recent. deciſ.137.* plenè Ferdinand. de Eſcanno *tract. de teſt. cap.21. per tot.*

Quòd teſtamentum factum ab agonizante, vel morti proximo, ſiue aliàs non ſanæ mentis, vel intellectus, ſit nullum ex defectu ſenſuum, Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. legal. lib.2. tit.1. quæſt.19. num.8. &c.* vbi citat Rot. Rom. *in Senogalben. bonorum 30. Maij 1644. coram Cerro, & in eadem cauſa coram eodem 1645. & alios*, ac admiratur reperiri notarios, qui quandoque huiuſmodi teſtamenta conficiant.

Quòd factum ad ſuggeſtionem alterius ſub exiſtente in articulo mortis. non ſit validum, quia à morbo vexati ſolent ſemper reſpondere *ſic*, vt ſe à moleſtijs eximant. Rot. *d. tract. tom.2. deciſ.9. 85. & 86. per tot. & part.9. recent. deciſ.288.* vbi latè pro nullitate legati etiam fauore piæ cauſæ facti ad interrogationem alterius, quia teſtator reſpooder ſolùm *fate voi*, quæ verba non important diſpoſitionem perfectam, maximè vbi oon conſtat de alia præordinata teſtatoris volontate, & rurſus in eadem cauſa *deciſ. 346. num.13. & ſeqq. d. part.9. recent. & part.14. deciſ.239. per tot.* vbi plura conſiderantur pro onllitate huiuſmodi teſtamenti, & *deciſ.333. in eadem cauſa*, vbi fuit confirmata prima deciſio latè etiam Martha *vot. Piſ.89. per tot.* Caren. *reſol.3.* Rot. *part.18. recent. deciſ.111. per tot.* vbi pro nullitate, *infra num.25.*

Sed quod imò teſtameotum conditum à laborante in extremis, dummodo adhuc ſanæ mentis, valeat etiam ſi ſit factum ad interrogationem alterius non ſuſpecti, & agatur de reuocatione alterius primi teſtamenti, etiam fauore piæ cauſæ conditi; ſecùs tamen vbi concurreret aliqua fraudis ſuſpicio, cùm in teſtamentis non mortis proximitas, ſed meotis ſanitas, & voluntas teſtandi ſit attendenda, quæ quidem mentis ſanitas à lege præſumitur, niſi contrarium probetur, & voluntas teſtandi probatur per teſtes, plenè Rot. *in Bononien. hæreditatis 14. Martij 1651.* coram Bichio apud Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. tom.2. deciſ. 96.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.2. tit.5. & 6.* Gabriel. *comm. concl. tit. de teſtam. concl.* Card. Tuſch. *lit. T. concl.133. num.7. & ſeqq.* vbi refert octo conditiones neceſſarias pro validitate hoiuſmodi teſtamenti, Vaſq. *de ſucceſſ. tom.2. lib.1. §.1. num.94. &c.* dixi io Pract. §. *Teſtamenti num.31.* vide in §. *Infirmitas num.5. infr. num.25.* latè Rot. *p.14. recent. deciſ.137. per tot.* & plenè Ferdinand. de Eſcanno *tract. de teſt. cap.21.*

Quòd teſtamentum tempore delirij, & phrænesis conditum ad interrogationem notarij non ſuſtineatur, quia morbus, qui lædit memoriam, & intellectum, teſtamenti quoque factionem impedit, quomodo dicatur conſtare de huiuſmodi morbo ad effectum impediendi etiam immiſſionem ex remedio *l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollen.* & alia latè Rot. *part.13. recent. deciſ.8. per tot. quæ eſt in Anconitana. fideicommiſſi 24. Ianuarij 1659. coram Cerro*; ſed poſteà re melius perpenſa fuit reuocata, & concluſum pro validitate teſtamenti ex multis deductis *d. part.13. deciſ. 353. per tot. & part.16. deciſ.348.* in eadem cauſa, vbi plura de phrænesi, eius cauſa, & effectibus, quod dilucida interualla recipere poſſit, quo tempore conditum teſtamentum valeat, potiuſque duobus teſtibus de ſana mente deponentibus, quàm mille contrarium aſſerentibus credatur, nec ſufficiat probatio antecedentis, & ſubſequentis inſaniæ, ſed præcisè de tempore actus controuerſi exigatur, & alia pro teſtamenti validitate.

Teſtamentom quot requirat teſtes ſecundum varietatem caſuum, & teſtantium, licèt regulariter debeant eſſe ſeptem, Pract. Pap. *libel. hæredit. ex teſt. gloſ.4. num.2.* Vaſq. *de ſucceſſ. lib.2. §.12. requiſit.1. per tot.* Martha *de ſucceſſ. part.4. quæſt.1. art.8. & 9. per tot.* Clar. §. *Teſtamentum quæſt.56.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.12. tit.16. per tot.* Tuſch. *lit. T. concluſ.122. per tot.* vbi latè quando minor numerus, vel duo ſufficiant, Paul. Chriſtin. *deciſ. 5. num.3. &c. vol.4. & ad leg. Municip. tit.17. art.1.* Rot. *part.6. recent. deciſ.356. et part.14. deciſ.460.* Martha *vot. Piſ.8. num.37. et ſeqq.* Viui. *comm. opin.890. et 891.* vbi etiam qualiter debeant eſſe rogati, de quo dixi in §. *Teſtes n.67.* & latè Maſcard. *de probat. vol.3. concl.1354. per tot.* vbi quando præſumantur rogati. 21

An numerus ſeptem teſtium ſit de forma ſubſtantiali, vel ſolum probatoria teſtamenti, Altograd. *conſ.50. num. 16. etc. lib.1.* vbi multos pro vtraque parte allegat, & quatenùs ſit de forma ſubſtantiali id eſſe impropriè, & accidentaliter oſtendit, vide Marth. & alios ſupracitatos, Magon. *deciſ. Luc.32. num.4. cum Addit.* vbi quòd ſit de forma ſubſtantiali, cui derogari non poteſt, vide Chriſtin. *d. deciſ.5. num.3. etc. vol.4.* Rot. *part.6. recent. deciſ.356. num. 3.* vbi quòd eſt de forma.

Quòd inter liberos ſufficiant duo teſtes, etiam ſi pater

ſit

ſi cęcus, ac etiam non rogati, & fœminæ, ſiue alias inhabiles, ac nulli teſtes requirantur ſi ipſa ſcriptura teſtamenti non negetur, latè Genu. de ſcript. priu. lib.6. cap.1. num. 238. & ſeqq. ad 252. fol. 19. vide in §. Scriptura num.15. & ſeqq. Paul. Chriſtin. deciſ.7. vol.4. Mattha vot. Piſ.8. num. 37. & ſeqq.

Quòd inter liberos, & ad pias cauſas ſufficiant duo teſtes, & quales, Altograd. conſ.65. n.54. & ſeqq. lib.2. Dian. part.7. tract.6. reſol.15. & ſeqq. Paul. Chriſtin. d. deciſ.7. vol.4. Rot. part.10. recent. deciſ.231. num.21. & part.16. deciſ.327. vbi in concernentibus fauorem extraneorum, an, & quando ſuſtineatur teſtamentum, vel non.

Plura de teſtamento inter liberos, vel ad pias cauſas, quam ſolemnitatem requirat, vel non, Tuſch. lit. T. concl. 114. cum pluribus ſeqq. Fagundez de inſt. & contract. lib.6. cap.3. per tot. vide in §. Scriptura num.15. & ſeqq.

Quòd in teſtamento ad pias cauſas ſufficiant duo teſtes cap. relatum 1. vbi Canoniſta de teſtam. Caualer. deciſ.27. num.2. & 3. intelligendo quando extraneus ex cauſa pietatis eſt inſtitutus, ſecùs ſi conſanguineus pauper, quia præualet præſumptio naturalis affectionis, & conſanguinitatis, etiamſi fuerit expreſſa cauſa paupertatis, & ſic non ſuſtineatur ex priuilegio cauſæ piæ, Rot. part.13. deciſ.52. num.12. & ſeqq. vide in §. Legatum num.44. vbi contra.

Qualiter ſufficiant quinque teſtes in teſtamento condito tempore peſtis, & alia de hac materia Rot. part.14. recent. deciſ.460. per tot. & part.6. deciſ.56. in eadem cauſa.

An duo teſtes ſufficiant in teſtamento tempore peſtis condito à peſtiferato, altam quæſtionem appellat Altograd. conſ.71. num.1. &c. lib.1. vbi tandem relatis ſectatoribus vtriuſque partis, oſtendit ex huiuſmodi teſtamentu oriri ſaltem obligationem naturalem, quæ confirmari, & approbari poteſt ab hæredibus venientibus ab inteſtato, vt tale teſtamentum ſaltem valeat in vim pacti, cùm etiam ſecundum multos Theologos, & tutiorem opinionem pro anima venientes ab inteſtato non poſſint in foro conſcientiæ impugnare teſtamentum cui lex non aſſiſtit, ſi illis conſtet de voluntate teſtatoris, licèt alij multi, & grauiſſimi contrarium teneant, vt videri poteſt penes Altograd. loc. cit. infrà num.23. in fine, Dian. reſol. moral. part. 5. tract.3. reſol.123. vbi qualiter moribundus poſſit teſtari tempore peſtis, & latiùs part.7. tract.6. reſol.35. & ſeqq. ad 43. vbi plura de teſtamento tempore peſtis, quot teſtes requirat, quales, & alia notabilia, adde Peregrin. deciſ.80. per tot. Paul. Chriſtin. deciſ.6. num.5. vol.4. Ricc. Collect. 324. 1921. 2475. Rot. part.13. recent. deciſ.331. num.12. vbi an idem ſit in alijs caſibus vrgentis neceſſitatis, & difficultatis inueniendi teſtes, veluti in loco campeſtri ſequuto vulnere, & ibi moribundo exiſtente teſtatore, & videtur negatiuè concludere, exemplumque tempore peſtis procedere tantùm vbi peſtis adeo graſſatur, vt copia teſtium omninò deficiat, aliàs numerum teſtium non debere eſſe minorem quinque, maximè ſi agatur de reuocatione alterius teſtamenti.

Quòd poſſit induci per conſuetudinem, vt minor numerus teſtium, quam ſeptem ſufficiat in teſtamentis, Caualer. deciſ.497. per tot. vide Paul. Chriſtin. deciſ.5. numer.4. vol.4. Gizzarel. & Addent. deciſ.45. vbi de multis locis, in quibus viget dicta conſuetudo.

Et idem poſſe induci per ſtatutum, quo caſu tamen debent eſſe omni exceptione maiores, & iſta qualitas probari, Mart. Medic. deciſ.95. per tot. cum Addit. Rot. part.10. recent. deciſ.231. n.4. & part.7. deciſ.126. n.17. &c. Gizzarel. vbi ſupra, Rot. part.14. recent. deciſ.176. num.3.

Quòd religioſi etiam Mendicantes, & Capuccini poſſint eſſe teſtes in teſtamento, dixi in §. Religio num.2.

Sicut etiam teſtamentum conditum coram Principe illi ſuam voluntatem patefaciendo, vel apud acta, valet ſine alijs teſtibus, cùm tunc ceſſet omnis ſiniſtra ſuſpicio, l. omnium C. de teſtam. vbi Iaſ. Bart. Alex. & alij per Altograd. conſ.96. num.17. &c. lib.2. Paul. Chriſtin. deciſ.7. num.4. vol.4. Rot. in ſelectis per Farinac. part.1. tom.1. deciſ.123. per tot. vbi tamen, quòd non ſufficit productio ſola in actis ſi extra acta factum ſit.

De numero, & qualitate teſtium in teſtamentis requiſitorum iuxta veritatem prædictorum caſuum, latè Ferdinand. de Eſcanno tract. de teſt. cap.55. per tot. cum ſeqq. Fagundez de inſt. & contract. lib.6. cap.2. per tot.

22 Teſtamentum debet confici iuxta ſolemnitates requiſitas in loco, vbi fit, licèt bona eſſet ſita in alio loco, in quo diuerſa vigeret conſuetudo, & in quo teſtator habet originem, & domicilium, & ita vbique deberet executioni demandari, l. fin. C. de teſtam. Pract. Papp. libel. hæred. ex teſt. gloſ.4. num.4. Cabal. conſ. deciſ.104. lib.5. vbi exemplificat in pluribus Geno. de ſcript. priu. lib.7. cap.1. num.579. vbi de quadam priuata teſtamenti cedula Paduæ facta, & recognita iuxtà conſuetudinem Venetam, quæ fuit executioni demandata Piſis, vbi erant ſita bona, & poſtea per appellationem a Rota Florentina approbata, allegat Peregrin. conſ.63. lib.1. vide eumdem deciſ.1. Rot. part.9. recent. deciſ.372. num.30. & ſeqq. Franch. deciſ.552. num.23. & ſeqq. Gayl. lib.2. obſeru.123. per tot. Guid. Pap. deciſ.562. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic.4. vol.2. vbi adducit plura in contrarium, maximè de conſuetudine illarum partium, facit quod dixi in §. Filius n.61. idem Chriſtin. deciſ.166. num.3. &c. vol.2. deciſ.167. n.5. &c. vol.5. & deciſ.5. n.4. vol.4. & ad leg. Municip. tit.17. in princ. num.10. vbi contra prout infra.

De dicta concluſione, vtrum teſtamentum factum ſecundum diſpoſitionem iuris communis, vel conſuetudinem loci, in quo fit, locum habet vbique, plenè hinc inde Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic.51. per tot. vol.1. vbi tamen concludit iuxta prædicta de magis communi opinione, & deciſ.282. per tot. vol.1. vbi quid ſi bona eſſent contrarijs legibus municipalibus affecta, vt quia in loco vbi ſita ſunt non eſſent diſponibilia, & concludit ad illa teſtamentum non extendi, & ita moribus receptum eſſe, quicquid alij de iure ſentiant, quod verum puto, ne ita de facili detur occaſio eludendi iura ſua municipalia conferendo ſe extra patriam ad teſtaodum.

Quòd conſuetudo teſtandi, aliquibus Diœceſanis conceſſa in eorū Eccleſijs pro animabus defunctorum, qui ſine vllo, vel nullo teſtamento deceſſerunt, tamquam iuſta, pia, & valida, ſi fuerit probata ſit manutenenda, Rot. part. 17. recent. deciſ.66.

Teſtamentum conditum in terris Eccleſiæ iuxta cap. cum eſſes de teſtam. coram ſuo Parocho, & tribus, vel duabus alijs perſonis idoneis in extrema voluntate, vel coram quatuor teſtibus ſine Parocho eſt validum, Roland. conſ. 33. num.41. lib.3. Cabal. conſ. deciſ.104. per tot. lib.2. Clar. §. Teſtamentum quæſt.57. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic.351. num.1. &c. vol.1. Cauſler. deciſ.497. numer.3. &c. Sperel. deciſ.81. &c. Leoncil. deciſ. Ferr. 144. per tot. vbi plura Burratt. cum Addit. deciſ.616. Capr. conſ.57. num.4. &c. Magon. deciſ. Luc.35. num.5. & per tot. cum Addit. vbi quòd etiam in terris Imperij poteſt peti publicatio huiuſmodi ſcripturæ, non vt de per ſe fidem faciat, ſed vt ex ore teſtium probetur teſtatoris voluntas, vide Couar. in d. cap. cum eſſes per tot. Guid. Pap. deciſ.543. num.11. vbi quòd duo requirantur, nempè vt teſtatur ſit ægrotans in extrema voluntate, & fiat in præſentia Curati proprij, ſequitur Rot. part.13. recent. deciſ.55. vbi quòd procedit in teſtatore duntaxat ægrotante non autem inſano, & ſufficit etiam Confeſſarius, dummodò ſit ſolitus audire confeſſiones ipſius teſtatoris, ſecùs ſi ex accidenti, Vaſq. de ſucceſſ. §. 21. num.1. &c. §.24. num.19. §.22. num.57. &c. Rot. in Peruſina releuationis teſtamenti 7. Maij 1632. part.6. diuerſ. deciſ.156. per tot. Card. Tuſch. lit. T. concl.113. per tot. vbi num.32. &c. limitat dummodò non præcedat aliud teſtamentum ſolemne, latè Vrceol. Conſult. for. cap.88. per tot. vol.2. vbi quòd eſt validum in vtroque foro, etiamſi teſtator poſtea reconualuerit, vel in ſanitate illud fecerit, licèt adhibiti fuerint ſex, vel plures teſtes, an, & quando publicatio ſit neceſſaria, vel non, & alia plura, Franciſc. de Angelis tract. de confeſſ. lib.2. quæſt.76. num.11. vbi quòd ſi teſtator recouualeſcat, reſoluitur teſtamentum coram Parocho, vel Confeſſario factum, & cùm talis modus teſtandi ſit etiam innixus Confeſſarij, vel Parochi integritati, iſta non concurrente qualitate euaneſcit teſtamentum ad Rot. d. deciſ.52. num.10. & 11. part.3. recent. cùm non omnis ſacerdos præſumatur Sanctus Ioannes Baptiſta; ego tamen puto præſumptionem ſtare pro illo donec contrarium probetur.

23

Quòd dictum teſtamentum coram Parocho, & duobus teſtibus, licèt profanum, & non ad pias cauſas valeat vbique in foro Eccleſiaſtico, in foro verò ſæculari ita demum valeat ſi verſentur in terris Eccleſiæ, nam in terris Imperij in huiuſmodi foro ſæculari non attenditur, ſed tantùm in foro Eccleſiaſtico, Clar. §. Teſtamentum quæſt.57. per tot. latè pro nullitate in terris Imperij, & non ad pias

cauſas in foro ſæculari, Cabal. *conſ.151. per tot. lib.1.* Leoncill. *deciſ. Ferr.144.* vbi *num.4.* videtur firmare, quòd in puncto iuris poſſit etiam ſuſtineri in foro ſæculari in terris Imperij, ex Honded. *conſ.26. num.3. lib.2.* Bald. *conſ.285. lib.3.* Durand. *de art. teſt. tit. de teſt. ordin. caut.2. num.2. verſ. tamen ſtricto iure*, ac ita dicit ſeruari apud Venetos, vide alios ſupracitatos Gizzarel. & Addent. *deciſ.45. & 46. per tot.* Marcian. *diſp. for. cap.26. per tot.* dixi in Pract. §. *Teſtamenti num.24.* Vrceol. *Conſult. for. cap.88. per tot. vol.2.* Rot. *part.11. recent. deciſ.79. per tot.* Martha *vot. Piſ.68.* Ferdinand. de Eſcan. *tract. de teſtam. cap.6. num.61. & ſeqq.* vbi quòd ſuſtinetur tantùm quoad Clericos, & in terris Eccleſiæ, non autem quoad laicos Eccleſiæ in temporalibus non ſubiectos, & quare, Fagundez. *de inſt. & contract. lib.6. cap.2. num.28. & ſeqq.* vbi dubitat etiam quoad clericos commorantes in terris Principum ſæcularium, cùm teneantur ſeruare ſolemnitates loci, quæ non ſunt contra libertatem Eccleſiæ, ac ita ante factum eſſe conſulendum, licèt poſt factum ſuſtineri poſſit, Poſſent. *ſingul.363.* vbi ex Abbat. *in d. cap. cum eſſes*, dicit ſuſtineri vbique, etiam in foro ſæculari, & maximè ſi ſit ad pias cauſas, de quo etiam in *ſingul.364. per tot.*

Quòd huiuſmodi teſtamentum in foro conſcientiæ ſit validum, & ſeruandum vbique terrarum (etiam ſine præſentia Parochi) latè probat videndus Comitol. *reſponſ. moral. lib.7. quæſt.1. per tot.* Valer. *in different. vtriuſque fori verb. Teſtamentum different.1. & ſeqq.* & alij quos refert, & ſequitur Dian. *part.5. tract.3. reſol.119.* Vrceol. *conſult.88. num.26. & ſeqq. vol.2.* Martha *d. vot.68. num.14. & ſeqq.* vbi quòd præſentia Parochi poteſt ſuppleri per duos alios teſtes, & ſi vnus tantùm interfuerit loco ſacerdotis, poteſt alter ſuppleri per iuramentum ſuppletorium deferendum hæredi, vel ſubſtituti, & tale teſtamentum ſufficit ad reuocandum primum antea factum.

De teſtamento facto confeſſori, an, & quando valeat, vt legata ex eo peti poſſint, latè Magon. *deciſ. Flor.58.* Rot. *part.9. recent. deciſ.372. n.23. & ſeqq. inf. n.38.* Franciſc. de Angelis *tract. de confeſ. lib.2. quæſt.76.* vbi quòd hoc totum pendet à grauitate, fama, & probitate ſacerdotis, vide in §. *Sacerdos num.10.*

An hæres teneatur credere confeſſori aſſerenti teſtatorem voluiſſe relinquere legatum alicui, & illud ei ſoluere, pro affirmatiua arguit, ſed negatiuè reſoluit Dian. *part.11. tract.2. reſol.31. per tot.* vide in §. *Sacerdos num.10. verſ. probat.*

An hoc autem, vt prædictum teſtamentum coram Parocho, & teſtibus effectum poſſit ſortiri, debent examinari Parochus, & teſtes coram Iudice ordinario loci, nec valet coram Eccleſiaſtico quando teſtator erat laicus, & hæres, & non debent deponere de tenore teſtamenti, ita vt non ſufficiat ſe referre ad illius ſcripturam, Capr. *conſ.57. n.4. & 7.* Honded. *conſ.26. n.9. &c. lib.2.* Rot. *part.12. recent. deciſ.317. num.32. & part.13. deciſ.275. n.3.* Leoncill. *d. deciſ.144. num.6. &c.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Lucenſ.53. per tot.* Magon. *deciſ. Lucenſ.32. num.13.* vbi tamen *num.50. &c.* videtur tenere quod ſufficiat relatiua diſpoſitio, vide in §. *Relatum num.* Vrceol. *Conſult. for. cap.88. num.16. & ſeqq. vol.2.*

Quòd diſpoſitio *d. cap. cum eſſes*, procedat etiam in codicillis, & qualiter deponere debeant teſtes, Rot. *part.9. recent. deciſ.312. per tot. deciſ.369. & 312. per tot. in ead. cauſa d. part.9.* vbi plura ad intelligentiam dicti textus.

Quòd dicti teſtes debeant eſſe omni exceptione maiores, & iſta qualitas ab inducente probari, Marr. Medic. *deciſ.95. num.6. &c.* vbi etiam videtur ex facto ſupponere, quòd huiuſmodi teſtamenta valeant, & fieri poſſint modo prędicto etiam in terris Imperij, & in foro ſæculari, Vrceol. *conſult. for. cap.88. num.10. & ſeqq. vol.2.* vbi etiam an debeant eſſe rogati, & concludit rogitum præſumi, vel ſuppleri ſtante clauſula codicillari, nec opus eſſe vt ſint omni exceptione maiores, ſed ſufficere illos eſſe habiles, & tales, quibus non ſit interdicta teſtamenti factio, & qui nulla exceptione legitima repelli poſſint, quod etiam comprobat Rot. *part.9. recent. deciſ.369. num.10. & ſeqq.* vbi quòd talis habilitas, & idoneitas teſtium præſumitur, cùm non ſit à lege requiſita in ſuperlatiuo gradu, vide in §. *Teſtes num.26. et num.47.*

Quòd prædicti teſtes debeant eſſe omni exceptione maiores, & quomodocunque vacillet eorum fides, vel Parochi integritas, non ſuſtineatur teſtamentum, cùm diſpoſitio *d. cap. cum eſſet de teſt.* innitatur potiſſimè integritati, & fidei Parochi, atque teſtium, Rot. *part.13. recent. deciſ.404. num.4. et ſeqq. per tot.* vbi etiam qualiter conſtare debeat de identitate ſcripturæ, & *part.16. deciſ.312. num.2. et ſeqq.* vbi etiam quòd debeat concordare non ſolum in ſubſtantia, ſed etiam in formalitate verborum, aliàs non probant, & non admitti fœminas, niſi teſtamentum ſit ad pias cauſas, & *part.17. deciſ.237.* in eadem cauſa, vbi fuit annullatum teſtamentum ex pluribus defectibus, & exceptionibus teſtium.

Quòd ſcriptor non computetur in numero teſtium, niſi agatur de probando teſtamentum per teſtes, & ipſe vt teſtis deponat, ita vt ſi Parochus morte præuentus, examinari non potuit illius ſcriptura ſemiplenam faciat probationem, Altograd. *conſ.72. num.12. et 13. et conſ.73. num.2. lib.1.*

An autem dictum teſtamentum debeat eſſe conditum coram proprio Parocho, vel ſufficiat coram Parocho alieno, ſi quis infirmetur in aliena Parochia, latè Rot. *part.9. recent. deciſ.372.* vbi pro validitate, cùm etiam teſtamentum ſuſtineatur coram Confeſſario, intelligendo de Confeſſario teſtatoris ordinario, & non aduentitio, niſi ſimul ſit Parochus, licèt alienæ Parochiæ, in qua reperitur teſtator, eadem Rot. *part.13. deciſ.52. num.6.*

Prædictus tamen modus teſtandi coram Parocho, & duobus teſtibus tanquam à iure canonico inductus, non procedit, nec ſuſtineri poteſt vbi ſuſtineri adeſt ſtatutum, quò ſeruari debeat ius ciuile, Rot. *in Romana de Stochis 27. May 1588. coram Pamphilio*, Fenzon. *ad Stat. Vrb. cap.42. num.58. &c.* Cabal. *conſ. deciſ.104. num.22. lib.2.* vbi quòd ſi adeſſet ſtatutum, vel conſuetudo maiorem exigens ſolemnitatem in teſtando deberet ſeruari contra *d. cap. cum eſſes*, Card. Tuſch. *litt. T. concl.113. num.26.* vbi de Ciuitate Rauennæ, in qua viget huiuſmodi ſtatutum, Rot. *in Peruſina relevationis teſtamenti 27. May 1632.* coram Pirouano *in noviſſ. part.6. deciſ.126. per tot.* vbi concluditur per ſtatutum Peruſinum non eſſe derogatum diſpoſitioni *d. cap. cum eſſes extr. de teſtam.* cùm non clarè conſtet de voluntate ſtatuentium, nec de poteſtate, quia iuri canonico derogari non poteſt, ſine ſpecifica Sedis Apoſtolicæ auctoritate, Paul. Rub. *in ſuis reſol. pract. cap.33. num.31. & ſeqq.* Vrceol. *conſul. for. cap.88. num.8. &c.* vbi de Statuto Bononiæ, Rot. *part.9. recent. deciſ.312. num.16.* vbi de Statuto Vrbis, cui tamen non ſubiacet Forenſis ibi reſtans, licèt per multum tempus ſteterit ad ſeruitium alicuius Principis, cùm non ob id acquiſierit domicilium, & rurſus in eadem cauſa *deciſ.372. num.57. &c. d. part.9. & part.13. deciſ.210. num.2.* vbi quòd non ſuſtinetur in Vrbe ſtante dicto ſtatuto, & *deciſ.275. num.2.*

Et quòd hæredes teneantur in conſcientia parere voluntati defuncti ſibi cognitæ licet nullæ, Altograd. *conſ.71. per tot.* Couar. *in d. cap. cum eſſes numer.10. &c.* Vaſqu. *de ſucceſſ. lib.1. §. 1. num.18. &c. & 2. num.6. &c.* vbi refert contrarias opiniones, prout etiam Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.2. tit.14.* P. Stephan. de Neap. *de praecip. iur. & iuſt. part. lib.2. cap.18. num.9. &c. ſupra num.21. verſ. an duo teſtes*, Vrceol. *conſult. forenſ.88. num.27. & ſeqq. vol.2.* & dixi in §. *Hæres num.12.* plures alios pro vtraque opinione allegat Dian. *part.1. tract.8. reſol.75.* vbi ſequitur negatiuam, ac idem dicit eſſe in contractibus iure humano nullis in foro exteriori, vt etiam non obligent in foro conſcientiæ; ſed altera opinio mihi tutior videtur, vel poteſt ad libitum vtraque tanquam probabilis, & communis amplecti, idem Dian. *part.5. tract.3. reſol.119. per tot. & part.7. tract.6. reſol.19.* vbi quòd ſi conſtet hæredi teſtatorem aliquid reliquiſſe ad pias cauſas, licèt non poſſit probari, tenetur ſoluere, quia in foro conſcientiæ de eo, quod ſibi conſtat non eſt neceſſaria alia probatio, Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de teſtam. cap.3. dub.1. & 2. per tot. fol.347. & ſeqq.* vbi latè examinat dictas opiniones, an teſtamentum, vel contractus ſine debita ſolemnitate iuris ciuilis vim habeat, & obliget in foro conſcientiæ, & an firmetur iuramento, adeo vt ſi cæteræ deſint ſolemnitates, accedente iuramento obliget in conſcientia.

Teſtamentum factum à furioſo, vel demente, ne va- 24

leat

leat debet plenè probari dementia, ac totalis alienatio mentis, vel intellectus de tempore actus celebrati, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 843. *per tot.* Matt. Medic. *Exam.* 9. *& deciſ.* 17. *per tot.* Bardellon. *conſ.* 154. *per tot. lib.* 2. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 4. *n.* 8. *vol.* 4. vbi quando præſumatur facto tempore furoris, vel dilucidi interualli, vide Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 565. *n.* 4. *& ſeqq. & part.* 13. *deciſ.* 353. vbi pro validitate, & in ſelectis per Farinac. *part.* 1. *deciſ.* 384. *per tot.* Caldas Pereyr. *conſ.* 24. *per tot.*

Et quod prodigus teſtari non poſſit, intelligendo poſtquam ei fuit interdicta bonorum adminiſtratio ſolemniter per iudicem, Cabed. *deciſ.* 171. *part.* 1. vbi allegat Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 32. Capel. Tholoſ. *deciſ.* 362. *& alios*, vide in §. *Prodigus*.

An autem valeat quando teſtatori fuit datus curator tanquam prodigo, vel furioſo, cùm re vera eſſet ſanæ mentis, Rom. *conſ.* 385. *num.* 8. Boer. *quæſt.* 23. *num.* 80. Magon. *deciſ. Flor.* 97. *per tot.* Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 107. *num.* 24. *&c.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 539. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 205. *num.* 17. *& ſeqq.*

Quomodo probetur furor, & alia ad rem vltrà præcitatos, Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 45. *per tot.* Maſcard. *de probat. concl.* 824. Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. legal. lib.* 2. *tit.* 1. *per tot. & tom.* 2. *conſ.* 52. *& deciſ.* 2. 5. 9. *&* 70. *per tot.* vide in §. *Furor num.* 1. *&c.* in Pract. §. *Teſtamenti n.* 21.

Quòd ex qualitate actus prudenter geſti arguatur validitas, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 129. *num.* 15. *&c.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 528. *&* 529. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 353. *num.* 38. vbi de teſtamento, & dixi in §. *Furor num.* 4.

Intelligendo de mentecapto, vel furioſo habente dilucida interualla, plenè Rot. in pluribus cauſis apud Zacch. *Quæſt. Medic. legal. tom.* 2. *deciſ.* 9. 11. 34. 39. 41. 50. 57. 62. *&* 67. *per tot.* vbi ferè ſemper fuit tentum pro validitate ob non benè probatum furorem, & latè *part.* 13. *recent. deciſ.* 353. *per tot.* vbi pro validitate, & latè Caluin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 194. *per tot.* Caren. *reſol.* 171. vbi plura quando teſtamentum poſſit ex capite dementiæ infirmari, vel non.

25 Teſtamentum factum ad interrogationem notarij, vel alterius perſonæ adſtantis non ſuſpectæ valet ſecundum veriorē ſententiam, quando teſtator eſt mentis compos, ac articulatè loquitur, Addit. ad Pract. Papp. *libel. hæredit. ex teſt. gloſ. vallatum verb. aut eſt*, Crauett. *conſ.* 117. *per tot.* Grattan. *diſcept. for. cap.* 550. *num.* 16. *&c. cap.* 659. *num.* 11. *&c. cap.* 843. *num.* 28. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 8. *per tot.* vbi adducit multa ſigna quibus dignoſcitur non fuiſſe de voluntate teſtatoris, & ob id non valere, de quibus etiam Martha *vot. Piſ.* 89. *per tot.* Altograd. *conſ.* 50. *num.* 192. *lib.* 1. *conſ.* 73. *num.* 1. *lib.* 1. Soccin. iun. *conſ.* 189. *num.* 100. *lib.* 2. latè Ludouic. Belli *conſ.* 53. *cum duobus ſeqq.* Caren. *reſol.* 3. Tuſch. *litt. T. concl.* 133. *num.* 7. *& ſeqq.* vbi refert plura requiſita, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 247. *vol.* 1. *& deciſ.* 305. *per tot. d. vol.* 1. *& deciſ.* 11. *num.* 8. *&c. vol.* 4. *& deciſ.* 39. *per tot. vol.* 6. vbi latè an valeat factum ad interrogationem alterius, & dictamen hæredis, vide Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 8. *nu.* 5. *& ſeqq.* vbi quando non valeat, *& deciſ.* 353. *in eadem cauſa*, vbi pro validitate ex multis recedendo à prius deciſis, *& deciſ.* 478. vbi pro validitate teſtamenti maximè ſi conſtet de præordinata voluntate teſtatoris, *part.* 14. *deciſ.* 137. *& part.* 15. *deciſ.* 211. vbi quòd ſecùs eſt in tranſlatione penſionis.

Quòd valeat ad interrogationem alterius, præcipuè ſi conſtet de præordinatione facta à teſtatore, Altograd. *d. conſ.* 73. *num.* 3. *lib.* 1. latè Matt. Medic. *Exam.* 10. *et deciſ.* 18. *per tot.* vbi etiam an nutu, & ſignis factum ſuſtineatur, Tuſch. *litt. T. concl.* 123. *et concl.* 133. *num.* 7. *et ſeqq.* plenè Rot. *in Romana Teſtamenti Ven.* 12. *Iunij* 1676. *coram Rondinino*, poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.* 46. *per tot. et inter recent. part.* 18. *deciſ.* 729. vbi pro validitate ponderando actus antè teſtamentum, in ipſo actu teſtandi, & poſteà ad excluſionem cuiuſcunque doli, & fraudis, (quicquid priùs contrarium fuerit reſolutum in eadem cauſa *part.* 18. *recent. deciſ.* 311. *deciſ.* 418. *et deciſ.* 603.) & rurſus in eadem cauſa *coram eodem* 16. *Iunij* 1677. poſt Vrceol. *d. tract. deciſ.* 97. vbi fuit pro validitate confirmata præcedens deciſio, Ferdinand. de Eſcanno *tract. de teſt. cap.* 20. *per tot.* vbi latè, & benè declarat *in cap.* 21. *per tot.*

Quòd nutu factum valeat ad pias cauſas, Dian. *part.* 7. *tract.* 6. *reſol.* 22. vbi plures allegat, & vide Ferdinand. de Eſcanno *tract. de teſt. cap.* 19. *per tot.* vbi plura an, & quando teſtamentum nutu factum poſſit ſuſtineri, vel non, *& cap.* 20. *num.* 24. *etc.*

Non tamen valeret ſi præceſſerit aliud ſolemne, & validum teſtamentum, de quo reuocando ageretur per aliud ſubſequens ad interrogationem factum ab infirmo, Soccin. iun. *d. conſ.* 189. *num.* 100. *lib.* 2. Genu. *de verb. enunciat. lib.* 2. *quæſt.* 23. *num.* 30. *fol* 55. vide *ſupra numer.* 20. Tuſch. *litt. T. concl.* 133. *num.* 22. *etc.* Chriſtin. *d. deciſ.* 247. *num.* 5. *vol.* 1. vide Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 478. vbi fuit concluſum pro validitate ſecundi teſtamenti ſtante integritate mentis infirmi teſtatoris, ac conſtito de præordinata eius voluntate, etiam, quod interrogatio videretur facta à perſonis intereſſatis, & infirmus eſſet mortuus in domo illarum, *et part.* 14. *deciſ.* 137. *per tot.* ſed in contrarium pro nullitate teſtamenti ex multis circumſtantijs eadem Rot. *d. part.* 14. *recent. deciſ.* 239. *per tot.* Martha *vot. Piſ.* 89. *per tot.*

Pro validitate ſecundi teſtamenti ad interrogationem alterius, quando teſtator eſt mentis compos, diſtinctè, ac articulatè loquitur, & maximè ſi conſtet de præcedenti deliberatione teſtandi non obſtante clauſula derogatoria in primo ad ſequens, ob præſumptam ex curſu temporis obliuionem, latè Bich. *deciſ.* 458. *infr. n.* 44.

26 Teſtamentum conditum inconſultò iræ calore eſt nullum, quando ira fuit adeò grauis vt conſilium certum hominis obnubilauerit, & mens inconſultò iracundiæ motu in ſuo tranquillitate perturbata quid bonum, & æquum eſſet dignoſcere non potuerit, cùm ira adeò conſenſum alteret, vt actus dicatur per errorem geſtus, & non valeat, *l. quidquid calore ff. de reg. iur. l. ſi filiam C. de inoff. teſtam.* Altograd. *conſ.* 55. *per tot. lib.* 1. vbi conſuluit pro nullitate teſtamenti calore iracundiæ conditi, reſpondendo etiam motiuis quòd fuerit per perſeuerantiam reconualidatum, & ita fuiſſe à Rot. *Luc. iudicatum teſtatur in fine*, vide *in* §. *Actus num.* 36.

Quòd geſta à patre ex aliqua indignatione in præiudicium filij citra legitimam valeant, dummodò non ex iracundia adeò graui, quæ mentem alienauerit, maximè accedente perſeuerantia, idem Altograd. *conſ.* 90. *num.* 99. *etc. lib.* 2.

Pro validitate huiuſmodi teſtamenti, vide Bardellon. *conſ.* 87. *et* 88. *per tot. lib.* 1. vbi quid ſi fuerit inſtitutus potentior cauſa parandi duriorem aduerſarium.

27 Teſtamentum nullum ex cauſa præteritionis ſuſtinetur ſtante clauſula codicillari in vim fideicommiſſi, Addit. ad Pract. Papp. *Libel. hæreditatis ex teſt. gloſ. ac etiam realiter, verb. Teſtamentum in fine*, Cabal. *conſ.* 103. *lib.* 1. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 48. *cap.* 448. *cap.* 398. *per tot.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 32. *per tot.* Ger. Spin. *conſ.* 62. *num.* 1. *&c.* Surd. *deciſ.* 293. *num.* 10. *&c.* vbi etiam de clauſula, *omni meliori modo*, vide *in* §. *Clauſula numer.* 7. *&c.* §. *Præteritio num.* 1. *&c.* Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 6. *numer.* 19. *&c.* Tuſch. *litt. T. concluſ.* 131. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 9. *per tot. volum.* 4. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 303. *per tot.* Peregrin. *de fideicom. art.* 2. *num.* 16. *& ſeqq.* Clar. §. *Teſtamentum quæſt.* 52. Gayl. *lib.* 2. *obſeru.* 113. Cæual. *ſpec. opin. quæſt.* 183. Theſ. *deciſ.* 141. Ant. Fabr. *in C. tit. de lib. præterit.* Caualcan. *deciſ.* 28. *num.* 22. *lib.* 4. Griuel. *deciſ.* 28. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 391. *num.* 20. *& ſeqq. et deciſ.* 405. *per tot.* vbi latè limitat, niſi ſit inſtitutus extraneus, vel ſtante ignorantia tam circa perſonas, quàm circa bona, vt quia filius fuerit inſtitutus in bonis, quæ pater putabat ad ſe pertinere, ſed non erant ſua, cùm parta ſint nihil fuiſſe relictum, vel in effectu haberi non poſſe.

An autem annulletur teſtamentum ob præteritionem aſcendentium, vide *in* §. *Præteritio n.* 7.

An, & quando teſtamentum reddatur nullum, vel non ex cauſa præteritionis filiorum, qualiter poſſit reconualeſcere, & alia, Tuſch. *lit. S. concluſ.* 127. *et* 129. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 18. *et ſeqq. vol.* 4. Rot. *in Romana hæreditatis Ven.* 30. *Ianuarij* 1654. coram Beuilaqua poſt Vrceo. *tract. de tranſact. deciſ.* 4. *num.* 11. *& ſeqq.* vbi quòd præteritio dicitur ignoranter facta ex eo, quod pater crediderit filium religioſum profeſſum nunquam ad ſæculum rediturum, & quid ſi aliquid ei fuerit relictum.

Quòd ſit nullum per præteritionem etiam à matre factam, ac etiam ſi filiæ eſſent in monaſterio profeſſæ, Altograd. *conſ.* 78. *num.* 4. *etc. lib.* 1. Tuſch. *d. concluſ.* 127. *num.* 15. *etc.* Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 303. *per tot.* vbi tamen

qua-

qualiter ſuſtineatur, vigore clauſulæ codicillaris, & Cabal. *d. conſ.*103. *lib.*1. Rot. *part.*16. *recent. deciſ.*44. vide *in* §. *Præteritio*.

Quid ſi filiæ eſſent per ſtatutum excluſæ, vide *in* §. *Statutum excludens num.* Tuſch. *d. concluſ.*128. *num.*1. *&c.*

Quòd teſtamentum rumpatur natiuitate poſthumi præteriti; nec poſſit ſuſtineri deficiente clauſula codicillari; quæ non poteſt ſubintelligi vbi teſtamentum eſt ad fauorem extranei, Altograd. *conſ.* 96. *num.* 1. *&c.* Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*391. *num.*16. *& ſeqq. & deciſ.*405. *per tot.*

Qualiter autem poſſit ſuſtineri vigore clauſulæ codicillaris, Bich. *deciſ.*413. *&* 471. *per tot.* vide *in* §. *Clauſula*, *&* §. *Præteritio*. Sicut etiam ſuſtinetur ſi poſthumus præteritus viuo teſtatore decedat, Caluin. *de æquit. lib.*1. *cap.*9.

Quòd licèt rupto teſtamento ex cauſa præteritionis ſcienter factæ ſuſtineantur legata, & fideicommiſſa vigore *Auth. ex cauſa C. de lib. præterit.* tamen ſecùs ſit vbi præteritio fuit ignoranter facta, ita vt ſtante huiuſmodi ignorantia, iura antiqua remaneant incorrecta, & teſtamentum annulletur in totum, etiam quoad legata, & fideicommiſſa, idem Altograd. *conſ.*96. *num.*4. *&c. lib.*2. vide *in* §. *Legatum num.*67. Paul. Chriſtin. *deciſ.*9. *num.*1. *&c. vol.*4. *cum alijs ſupracitatis*, *& deciſ.*200. *per tot. vol.*5. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.*391. *num.*18. *& ſeqq. & deciſ.*405. *per tot.* vbi quòd idem eſt ſi ignorantia verſetur circa bona, vel ſi reſtitutio ſit facienda extraneo.

Quòd ſi inſtituta ſit hæres pia cauſa liberis præteritis, quibus tamen relicta ſit legitima ſaltem titulo legati, non irritetur teſtamentum, ſed ſuſtineatur fauore piæ cauſæ, ſicut etiam ſuſtinentur legata pariter fauore piæ cauſæ, ſi alius ſit inſtitutus liberis præteritis, Dian. *part.*7. *tract.*6. *reſol.*23.

Quòd non rumpatur per præteritionem filij in hoſpitali expoſiti, cùm habeatur pro vulgo quæſito, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*267. *num.*11. vbi tamen in caſu ſuo contrarium firmat.

Non etiam rumpitur per filij naturalis præteritionem, *gloſ. in l.*1. *verſ. Naturales ff. de bon. poſſ. contr. tab.* Franch. *deciſ.*605. *num.*9. Ioſeph. Feliu. *in Margar. var. concl. verb. Teſtamentum fol.*103. *vol.*1. *in fin.*

Quid in filio legitimato dixi *in* §. *Præteritio num.*9.

An autem, & quando teſtamentum dicatur inofficioſum, & tanquam tale poſſit impugnari per querelam inofficioſi, quæ eſt præparatoria petitionis hæreditatis, & reducit cauſam teſtati ad cauſam inteſtati, Paul. Chriſtin. *deciſ.*169. *&* 170. *vol.*2. dixi *in* §. *Querela*, Martha *vot. Piſ.*111. *num.*10. *& ſeqq.* plenè Caldas Pereyr. *in tract. ſiue relect. ad tit. Inſtit. de inoff. teſt. per tot.*

28 Teſtamentum efficitur caducum, & nullum ſi hæres decedat viuente adhuc teſtatore, ſicut etiam per præteritionem ſui hæredis vt ſupra poſſet tamen ſuſtineri vigore clauſulæ codicillaris, ad tradita per Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*48. *num.*1. *&c.* Alex. *conſ.*42. *lib.*2. Pract. Papp. *libell. pro legat. rei ſing. gloſ. valere num.*5. Capr. *conſ.*25. *num.*1. *conſ.*84. *num.*22. Soccin. iun. *conſ.*124. *n.*57. *lib.*1. Franch. *deciſ.*156. *per tot.* Tuſch. *lit. T. concluſ.*126. *&* 131. *per tot.* Vrceol. *Conſul. forenſ. cap.*6. *num.*19. *&c.* Rot. *part.*11. *recent. deciſ.*94. *n.*1. *& ſeqq.* vbi qualiter efficiatur caducum per mortem hæredis ſcripti ante teſtatorem, & quid ſi ei fuerit datus ſubſtitutus vulgaris, vel fideicommiſſarius, vide *in* §. *Frater num.*30.

Quòd ſuſtineatur per obliquum vigore dictæ clauſulæ, Rot. *in Arimin. Iuriſpatronatus* 23. *Martij* 1637. coram Coccino *in Nouiſs. part.*7. *deciſ.*205. *n.*4. *& deciſ.*169. *n.*2. *&c. d. part.*7. Tuſch. *d. concl.*131. *per tot.*

Quid ſi teſtator, & hæres ſimul ex aliquo naufragio, ruina, vel peſtilentia deceſſerint, Altograd. *conſ.*69. *num.* 21. *&c. lib.*1. vbi videtur latè firmare teſtamentum effici caducum, cùm ſit neceſſaria ſuperuiuentia hæredis, ne irritetur teſtamentum, quæ conſiderari non poteſt vbi ſimul deceſſerint facit quod dixi *in* §. *Legatum num.*98. *& num.*109.

29 Teſtamentũ quãdo poſſit vires aſſumere ex ſubſtitutione vulgari tacita contenta in expreſſa pupillari, Pract. Papp. *Libel. ex ſubſtit. gloſ.*2. *num.*9. *&c.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 662. *num.*6. *cap.*979. *num.*38. *&c.* Magon. *deciſ. Flor.*4. *n.*4. 20. *&c.* vide *in* §. *Subſtitutio num.*34.

Quòd poſſit ſuſtineri incipiendo à ſecundo gradu, Rot. *part.*2. *diuerſ. deciſ.*194. *num.*2. *&c.* Gratian. *deciſ.*140. *per tot.*

Quòd poſſit aſſumere vires à ſubſtitutione vulgari non tantum expreſſa, ſed etiam tacita compræhenſa in compendioſa, cum dicatur ſaltem verbis generalibus expreſſa, licèt non eſſet facta per verba directa, ſed communia, latè Altograd. *conſ.*75. *num.*5. *&c. & conſ.*76. *lib.*1. Ger. Spin. *conſ.*4. *per tot. & conſ.*62. *n.*33. *&c.* Surd. *deciſ.*37. *per tot.* Tuſch. *lit. T. concl.*126. *per tot.* vide Rot. *part.*11. *recent. deciſ.*94. *num.*4. *& ſeqq.*

30 Teſtamentum qualiter poſſit à iudice nullum declarari in aliqua parte, & in alijs validum, Afflict. *deciſ.*69. *n.*10. facit Gratian. *diſcept. for. cap.*468. *num.*14.

De teſtamento vſurarij, & quando valeat, vel non, Maur. *de fideiuſſ. part.*1. *ſect.*3. *cap.*26. *alias* 25. *per tot.* vide *in* § *Vſura num.*

31 Teſtamentum nullum ſuſtineri poteſt in vim pacti ex ratificatione, & conſenſu filiorum, dummodò id faciant ex certa ſcientia, & non per errorem, Bald. *conſ.*356. *num.* 3. *lib.*5. Gratian. *diſcept. for. cap.*429. *num.*22. *&c.* vide *in* §. *Ratificatio n.*7. *&c.* Tuſch. *lit. T. concl.*133. *num.*45. *&c.* Mantic. *de coniect. lib.*3. *tit.*20. *num.*10.

Quòd quando teſtamentum fuit recognitum à filijs illud acceptando ad eorum commodum conſequatur vim, & efficaciam etiam in eorum præiudicium, & deſcendentium grauatorum alijs licet extraneis reſtituere, Genu. *de ſcript. priuat. lib.*6. *cap.*1. *num.*47. *&c.*

Sed fortè iſtud debet intelligi iuxta conſuetudinem Venetam teſtandi, de qua ibidem in fine, & allegat Peregrin. *deciſ.*33. *num.*16. *&c.*

Si tamen approbatio ſit iudicialis approbanti non poteſt fieri à muliere, vel minore ſine ſolemnitatibus ſtatutarijs, Soccin. ſen. *conſ.*20. *num.*8. *lib.*3. Gregor. *deciſ.*15. *num.*5. Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*275. *num.*20.

Quòd vbi teſtamentum eſt tale, vt ſaltem ex eo oriatur obligatio naturalis, vbi conſtat de voluntate teſtatoris poſſit per hæredes approbari, & valeat in vim pacti, cùm defectus ſubſtantiales iuris poſitiui, poſſint ex conſenſu hæredum ſanari, data tamen in eis ſcientia huiuſmodi defectuum, quæ præſumitur ſtante clauſula, *ex certa ſcientia*, præcipuè ſi aliàs ſit veriſimilis, & ſtantibus alijs clauſulis vniuerſalibus, latè Altograd. *conſ.*11. *per tot. lib.*1. facit Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*190. *num.*18. vbi quòd ex ſolutione legati facta ab hærede reſultat approbatio teſtamenti, qua ſtante abdicauit à ſe ius illud impugnandi ex notatis per Magon. *deciſ. Flor.*58. *numer.*33. & Giouagn. *reſponſ.*7. *n.*8. *lib.*2. Rot. *part.*14. *recent. deciſ.*213. *per tot.* vbi latè ex quibus deſumatur acceptatio, & approbatio teſtamenti.

Quòd imò teſtamentum nullum non poſſit aliquo modo etiam ex certa ſcientia in vim pacti ſuſtineri, Cabal. *reſol. crim. caſ.*286. *num.*57. *&* 62. vide Magon. *deciſ. Flor.* 58. *num.*33. *&c.* Gratian. *d. cap.*429. *num.*17. vbi potius firmat primam opinionem, facit quod dixi *in* §. *Legatum num.*

32 Teſtamentum nullum vitio teſtatoris propter defectum poteſtatis teſtandi in eo exiſtentem, qualiter reconualeſcat ſuperueniente habilitate de tempore mortis, Gratian. *diſcept. for. cap.*892. *num.*12. *& ſeqq.*

Plura de potentia, & facultate teſtandi, latiſſimè Vaſqu. *de ſucceſſ. lib.*1. §.1. *per tot.*

33 Teſtamentum factum de nocte abſque tribus luminaribus eſt nullum per text. *in l.*1. §. *Tria luminaria ff. de ventr. inſpic.* Honded. *conſ.*47. *num.*9. *lib.*2. Dec. *conſ.*354. Ludouic. *deciſ. Peruſ.*116. *num.*4. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.*2. *tit.*8. *num.*3. Natt. *conſ.*83. *vol.*3. qui dicunt idem eſſe in codicillis, niſi ſit pro exoneratione conſcientiæ, vel pro malè ablatis, Nouar. *in tract. de mal. ablat. priuil.*63. *num.*7. *&c.*

Et non adhibitis dictis tribus luminaribus, nec expreſſa noctis hora, præſumi teſtamentum dolosè factum, Menoch. *lib.*4. *præſumpt.*12. *n.*5. *&* 6. Decian. *reſponſ.*65. *num.*20. *lib.*2. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.*2. *tit.*8. *num.*3. *&c.*

Contrarium tamen verius eſt, quando teſtes potuerunt videre teſtatorem, cùm ex hoc ſit ſatisfactum legi, etiam vno ſolo lumine exiſtente, licèt huiuſmodi teſtamentum non careat omni ſuſpicione, & optimum ſit potius illud condere de die, vel adhibere tria luminaria, Gratian. *diſcept. forenſ.*

forenſ. cap. 199. *num.* 13. *& per tot. cap.* 849. *numer.* 40. *&c.* Mantic. *d. tract. lib.* 2. *tit.* 7. *num.* 8. vbi refert fuiſſe pluries à Rota Romana iudicatum pro validitate huiuſmodi teſtamentorum, Surd. *conſ.* 158. *lib.* 5. Ioſeph. Feliu. *in Margar. var. concluſ. verſ. Teſtamentum fol.* 103. *vol.* 2.

An requiratur locum, & locum loci, Altograd. *conſ.* 58. *num.* 35. *&c. lib.* 2. vbi quòd licèt bonum ſit illum exprimere, tamen omiſſio non vitiat, quando ceſſat timor falſitatis, vel de eo virtualiter, ſiue per teſtes apparere poteſt, vide *in §. Inſtrumentum num.*

34 Teſtamentum non valet quando teſtes non potuerunt videre teſtatorem propter parietem intermedium, vel cortinam lecti clauſam, vel aliud impedimentum, licèt deponerent audiuiſſe vocem, & illum eſſe ſibi notam, ac idem eſſe in codicillis, Gratian. *diſcept. for. cap.* 849. *num.* 33. *&c.* Vaſq. *de ſucceſſ. lib.* 2. §. 14. *num.* 2. *& ſeqq.* Cabed. *deciſ.* 169. *&* 170. *part.* 1.

Qualiter poſſit ſuſtineri vigore clauſulæ codicillaris, Card. Tuſch. *lit. T. concluſ.* 131. *num.* 1. *&c.* Diaz. *reg.* 729. *per tot.* vbi quòd in codicillis, & donationibus cauſa mortis, & quando cortina lecti non eſſet adeò contexta, vel conciſa, vt teſtes licet cum difficultate potuerint videre teſtatorem, ſuſtinetur actus dixi *in §. Teſtes num.* 59.

Quòd tempore peſtis, & quando aliàs ceſſat omnis ſuſpicio fraudis, non ſit neceſſaria iſta ſolemnitas ita perfecta videndi teſtatorem, Altograd. *conſ.* 73. *num.* 4. *& ſeqq. lib.* 1. vide *in §. Teſtis num.*

De teſtamento condito tempore peſtis, plura Vaſqu. *de ſucceſſ.* §. 22. *num.* 35. *&c.* Gabriel. *comm. concluſ. tit. de teſt. concl.* 8. *per tot.* Rot. *Rom. in Praten. ſeu nullius Parochialis* 11. *Martij* 1633. coram Veroſpio. *part.* 6. *diuerſ. deciſ.* 356. *num.* 4. *& ſeqq.*

35 Teſtamentum cæci licèt de iure requirat multas ſolemnitates, de quibus *in l. hac conſultiſſima C. qui teſt. fac. poſſ.* tamen vbi ceſſat omnis falſitatis ſuſpicio, ſuſtinetur etiam illis non adhibitis, & quando ceſſare dicatur, Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 6. *per tot.* Vaſqu. *de ſucceſſ.* §. 9. *num.* 13. *&* §. 21. *num.* 66. Rot. poſt Paul. Zacch. *quæſt. Medic. legal. tom.* 2. *deciſ.* 12. *per tot.* Tuſch. *lit. T. concluſ.* 150. *per tot.* vbi plura de teſtamento cæci, muti, vel ſurdi, quam ſolemnitatem requirat, Michalor. *tract. de cæco, ſurd. & mut. cap.* 5. *&* 6. *per tot.* Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 375. *per tot.* vbi plura pro validitate teſtamenti à cæco conditi in reuocationem alterius præcedentis, *& part.* 17. *deciſ.* 395. in cauſa vbi fuit confirmata prima deciſio, vide *in §. Cæcus num.* 4. *&c.* Gabriel Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de teſtam. cap.* 1. §. 4. *fol.* 239.

36 Teſtamentum quod teſtator voluit facere ſolemniter, & in ſcriptis, ſi non valet eo modo propter defectum alicuius ſolemnitatis, ſuſtineri poteſt tamquam nuncupatiuum, ſi debita illius requiſita concurrant, Gratian. *diſcept. for. cap.* 895. *num.* 26. Mart. Medic. *Exam.* 58. *num.* 14. *& deciſ.* 97. *per tot. cum Addit.* Rot. *in Nouiſſ. part.* 6. *deciſ.* 363. *num.* 11. Magon. *deciſ. Luc.* 32. *num.* 9. *&c.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 2. *per tot.* vbi etiam, an & quando præſumatur teſtator voluiſſe ſolemne, ſiue nuncupatiuum facere teſtamentum, ad latè Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 304. *volum.* 1. *& deciſ.* 6. *num.* 3. *volum.* 4. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 467. *ſup. num.* 7. plenè Ferdinand. de Eſcanno *tract. de teſtam. cap.* 15. *per tot.* vbi benè plures caſus certos diſtinguit, alioſque magis dubitabiles declarat.

Quòd poſſit ſuſtineri tamquam nuncupatiuum vt ſuprà, & ſufficiat nominatio hæredis implicita abſque eo quòd teſtes ſciuerint nomen hæredis ad hunc effectum vt ſuſtineatur tamquam nuncupatiuum, Altograd. *conſ.* 58. *num.* 11. *&c. num.* 49. *&* 50. *lib.* 2. Ferentil. ad Buratt. *deciſ.* 475. *num.* 21. *&c.* vide Vaſquez *de ſucceſſ. lib.* 5. §. 11. *num.* 1. *&c.* §. 14. *num.* 76. Card. Tuſch. *lit. T. concluſ.* 211. *num.* 53. *&c.* Chriſtin. *d. deciſ.* 304. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 136. *per tot.* vbi plura de teſtamento nuncupatiuè condito per relationem ad aliam ſcripturam ſigillatam traditam notario, & quando dicatur conſtare de identitate, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 467. *& part.* 15. *deciſ.* 72. *& part.* 17. *deciſ.* 109. *per tot.* vbi pro validitate huiuſmodi teſtamenti nuncupatione implicita conditi, etiam ab ipſo teſtatore penes ſe retenti, vel hæredi ad cuſtodiendum conſignati, & per ſolam comparationem litterarum à peritis recogniti.

Quòd non valeat vbi poteſt dubitari de identitate ſcripturæ, & qualiter reddatur dubia dicta identitas, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 360. *per tot. & part.* 17. *deciſ.* 148. *&* 149. *per tot.* vbi plura pro nullitate teſtamenti, ex quo non conſtabat de identitate ſcripturæ, & foliorum, quæ non probatur ex ſola aſſertione notarij.

Teſtamentum ſcriptum, vel ſubſcriptum à teſtatore 37
cum die, & anno, ac obſignatione ſeptem teſtium, & illorum ſigillis, non facit fidem, niſi teſtes recognoſcant ſubſcriptiones, & ſigilla, & publicetur per iudicem, licèt eſſemus in teſtamento nuncupatiuo, & ideò pro cautela debet omni caſu adhiberi notarius, qui vel conficiat de teſtamento publicum inſtrumentum cum ſeptem teſtibus, vel à tergo clauſi teſtamenti ſcribat, & atteſtetur ibi contineri teſtamentum, vel iudex, qui autenticet illud clauſum recognitis ſubſcriptionibus, & ſignis viuo adhuc teſtatore, ad tradita per Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 459. *num.* 1. *&c.* Soccin. *reg.* 494. Clar. §. *Teſtamentum quæſt.* 4. *num.* 3. Durand. *deciſ.* 180. Genu. *de ſcript. priuat. lib.* 6. *num.* 267. *& ſeqq. fol.* 21. vbi de modo teſtandi inter Venetos, facit Tuſch. *lit. T. concluſ.* 101. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 136. *per tot. & part.* 10. *deciſ.* 289. *per tot. part.* 11. *deciſ.* 215. *deciſ.* 226. *& deciſ.* 271. *per tot. et part.* 17. *deciſ.* 109. *per tot.*

Quòd quemadmodum creditur notario de rogitu teſtamenti nuncupatiui ſimpliciter, ita etiam ſit illi credendum de rogitu conſignationis ſchedulæ à tergo illius ſcripto, quod pariter teſtamentum nuncupatiuum nuncupatione implicita reputatur, quidquid aliqui contrarium ſenſerint, & alia maximè circa identitatem ſchedulæ, latè Rot. *part.* 11. *recent. in Append. deciſ.* 359. *et* 362. *per tot. et part.* 13. *deciſ.* 360. *per tot.* vbi quomodo reddatur dubia identitas ſcripturæ ex ſola atteſtatione notarij, & non valeat teſtamentum ob poſſibilem ſuppoſitionem alterius folij; ſed rurſus in eadem cauſa plura fuerunt conſiderata pro identitate folij, & validitate teſtamenti *d. part.* 13. *deciſ.* 393. *per tot. et part.* 17. *deciſ.* 109. *et deciſ.* 148. *et* 149. *per tot.* vbi quòd non creditur ſoli notario de identitate ſcripturæ, & foliorum atteſtanti; ex quibus autem arguatur identitas ſcripturæ, & alia pro validitate teſtamenti nuncupatiui, nuncupatione implicita per relationem ad ſcripturam, eadem Rot. *part.* 18. *tom.* 1. *deciſ.* 53. 167. *et* 200. *per tot.* vbi etiam ſi teſtator non ſcripſerit, neque ſubſcripſerit teſtamentum, de quo dixi *ſupra num.* 7.

Quas ſolemnitates requirat teſtamentum ſolemne in ſcriptis, & quomodo conficiendum, Specul. *tit. de inſtr. edit. §. Compendioſè num.* 40. Roland. *conſ.* 36. *per tot. lib.* 1. Bellamer. *conſ.* 1. *per tot.* Altograd. *conſ.* 58. *per tot. lib.* 5. vbi oſtendit multas ex illis eſſe ad cautelam, & non ſimpliciter neceſſarias, & quæ ſint ſimpliciter neceſſariæ, iuxta text. *in l. Hac conſultiſſima C. de teſt.* vide *ſupra num.* 5.

Qualiter valeat legatum à ſcriptore priuato teſtamenti ſibi in eo adſcriptum ceſſante omni fraudis ſuſpicione per ſpecialē, licèt non indiuiduam ſubſcriptionem, & approbationem ab ipſo teſtatore factam, latè Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 190. *per tot.* & dixi *in §. Notarius num.* 5.

Teſtamentum conditum per relationem ad ſcripturam 38
coram teſtibus traditam obſignatam notario, non eſt validum, niſi ita ſeruetur de conſuetudine, & in omnem caſum eſſet probanda identitas huiuſmodi ſcripturæ, ac ideò datur conſilium vt notarius à tergo ipſius ſchedulæ clauſæ apponat tempus, & nomina teſtium cùm rogitu ne poſtea vnquam contingat dubitari de identitate, ac ita ſeruatur Imolæ, & reponitur in capſa exiſtente in Archiuio, & mortuo teſtatore aperitur coram Prætore; aliàs autem ceſſante dicta conſuetudine non valeret, cùm teſtes debeant audire, & ſcire expreſsè nomen hæredis in teſtamentis nuncupatiuis, ad latè tradita per Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 973. *per tot.* Alexand. *conſ.* 176. *lib.* 5. Montan. *de tut. cap.* 10. *num.* 37. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 360. *per tot.* vbi pro nullitate teſtamenti ob dubiam identitatem ſcripturæ, vide *in §. Inſtitutio num.* *ſupra num.* 4. *in fine, et num.* 7.

Plura de modo teſtandi recepto, & approbato per teſtamentum clauſum, & ex quibus identitas ſcripturæ iuſtificetur, & huiuſmodi teſtamentum robur accipiat, an in apertione ſint citandi hæredes venientes ab inteſtato, & alia, pulchrè Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 215. *per tot.* vbi etiam quòd hæredibus inſtitutis in huiuſmodi teſtamento com-

competit remedium *l. fin. C. ndict. D. Adrinn. toll.* & rurſus in alia cauſa *d. part.* 11. *deciſ.* 226. *per tot.* vbi reijciuntur leues conlecturæ contra ideotitatem adductæ, *& deciſ.* 271. *deciſ.* 359. *&* 362. *& part.* 17. *deciſ.* 190. vbi plura pro validitate dicti teſtamenti.

Quòd valeat teſtamentum per relationem ad ſchedulam, quam teſtator dicat ſe depoſuiſſe apud Guardianum Fratrum Minorum, ſi de ea certitudinaliter conſtet quidquid Iaſ. & alij contrarium tenuerint, latè probat Altograd. *conſ.* 65. *num.* 34. *& ſeqq. lib.* 2. vbi refert Mantic. *de coniect. lib.* 1. *tit.* 7. *num.* 7. idem comprobantem, & de receptiori opinione reprobatu, Iaſ. teſtantem, & plenè Ferentil. ad Buratt. *deciſ.* 475. *num.* 20. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 467. *& part.* 15. *deciſ.* 72. Gabriel. *comm. concluſ. tit. de teſt. concluſ.* 11. *per tot.* Dian. *reſol. part.* 13. *reſolut.* 115. vbi qualiter poſſit teſtator inſerere capitulum in teſtamento, quòd relinquit ſchedulam manu propria firmatam apud Confeſſarium, vel alium amicum, iubens illam exequi debere tamquam ſi eſſet in teſtamento inſerta, & qualiter valeat etiam hæredis nominatio, & inſtitutio, & tantò magis legatum, & huiuſmodi declaratio relatiua ad ſchedulam, quem penes aliquem probatum virum ſcriptam relinquere aſſerit teſtator, ac huiuſmodi ſchedulas eſſe tamquam teſtamentum exequendas concludit, vide eundem Dian. *part.* 7. *tract.* 6. *reſolut.* 19. & latè de omnibus prædictis Ferdinand. de Eſcanno *tract. de teſtam. cap.* 18. *per tot.* Caluin. *de nquit. lib.* 2. *cap.* 200. *per tot.*

Septem remedia, ſiue modos condendi teſtamentum nuncupatiuum ſecretè refert Mart. Medic. *Exam.* 58. *cum tribus deciſ. ſeqq. & addit.*

Quòd licet poſſit ſuſtineri teſtamentum per relationem ad aliam ſcripturam, vt ſupra tamen iſtud intelligitur dummodò ſcriptura ad quam fit relatio ſit omninò certa, & nulla adſit ſuſpicio falſitatis, & ſobmiſſionis, ſiue ſuppoſitionis alterius ſcripturæ loco illius, & ideò debeat plenè recognoſci per teſtes quoad ſubſcriptiones, & ſigilla quando publicatur, niſi de ea, & illius conſignatione fuerit confectum publicum inſtrumentum à notario, ſiue cum expreſſione voluntate teſtatoris coram teſtibus, ſiue cum obſignatione clauſæ ſchedulæ à tergo ſibi traditæ coram teſtibus à teſtatore profitente in ea ſuam vltimam contineri voluntatem, quo caſo alia ſolemnis publicatio non eſt neceſſaria, ſed ſufficit ſimplex apertura, quæ mortuo teſtatore poteſt fieri à iudice ſine citatione partium, & ſine alijs recognitionibus teſtium; intelligendo adhuc dummodò nulla adſit ſuſpicio de ideotitate illius ſcripturæ, nam ſi notarius non in ipſo folio teſtamenti, ſed in coopertura exteriori conſignationis notauerit inſtrumentum, adeò vt ſine fractura potuerit aperiri, & vna ſcriptura pro alia ſubrogari, & clàm inſeri, neceſſe erit probare identitatem ſcripturæ cum recognitione teſtium, & ſigillorum, Pariſ. *conſ.* 19. *num.* 26. 43. *&c. lib.* 3. Menoch. *conſ.* 639. *num.* 15. Altograd. *conſ.* 96. *num.* 11. *& ſeqq. lib.* 2. vbi ex quibus conuincatur ſuppoſitio alterius ſcripturæ, *& conſ.* 78. *&* 79. *lib.* 1. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 973. *per tot. cap.* 551. *numer.* 7. *& cap.* 605. *numer.* 35. dixi *in Pract.* §. *Teſtamenti num.* 11. 12. *&* 13. latè Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 136. *per tot.* vbi plura pro ſubſtentatione huiuſmodi teſtamenti per relationem, & aliam ſcripturam ſigillatam, ex quibus dicatur ſatis conſtare de illius identitate, licèt per aliquod tempus fuerit deperdita, vel ſubſtracta ab intereſſe habentibus, & poſtea metu excommunicationis in lucem venerit, etiam ſine vltimo folio, in quo ſolent adeſſe ſigillum, teſtes, & rogitus, *& part.* 13. *deciſ.* 360. vbi pro nullitate teſtamenti ob dubiam ideotitatem ſcripturæ, *& deciſ.* 404. *num.* 10. *& ſeqq. ſupra num.* 37. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 467. *& part.* 15. *deciſ.* 72. *& part.* 17. *deciſ.* 109. vbi remouet plures nullitates obiectas, *& deciſ.* 148. *& deciſ.* 149. vbi pro nullitate, ex quo de identitate ſcripturæ non apparebat aliunde quàm ex ſimplici aſſertione notarij, quæ non ſufficit.

Quò cenſeantur repetitæ omnes qualitates, & conditiones in ſcriptura, ad quam fit relatio contentæ, cùm relatum ſit in referente vnà cum omnibus ſuis qualitatibus, Altograd. *d. conſ.* 96. *n.* 25. *lib.* 2.

39 Teſtamentum factum ab eo, qui cogitabat ingredi Religionem ante ipſum ingreſſum valet, ita vt per ingreſſum ſubſequutum non ſolum non anulletur, ſed potius confirmetur etiam ſi in eo nihil ſit relictum monaſterio, & idē eſt ſi de ingreſſu tempore teſtamenti non cogitabat, Menoch. *de arbitr. caſ.* 436. *n.* 8. vide in §. *Monachus num.* §. *Donatio num.* §. *Renunciatio num.*

Teſtamentum in quo non fuit facta mentio præcedentis donationis, non videtur illam reuocare, ſed potius confirmare, maximè ſi agatur de donatione continente rem diuerſam ab eo, quod hæres capturus eſt ex inſtitutione, *l. cum hic ſtatus* §. 1. *ff. de donat. inter vir. & vx.* Rot. *in Fauentina Dotis* 14. *Martij* 1635. coram Motman. *in Nouiſſ. part.* 7. *deciſ.* 27. *num.* 7. *& ſeqq.* vide in §. *Donatio num.* 36. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 134. *n.* 13. *&c.* vbi qualiter creditum hæredis ex donatione præcedenti compenſetur cum legato, & inſtitutione ſubſequenti. 40

Teſtamentum qualiter poſſit probari ſtante amiſſione protocolli, vide in §. *Inſtitutio num.* 41

Quando dicatur ſufficienter recognitum per teſtes aſſerentes illud ſcriptum, & ſubſcriptum manu talis notarij, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 53. *per tot.*

Qualiter poſſit declarari quando eſt obſcurum, vide in §. *Voluntas num.* 2. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 381. *num.* 10. *& ſeqq.* vbi an, & qualiter vna pars teſtamenti aliam declaret, vel vnum teſtamentum aliud pariter declaret, vel non.

An autem, & quando teſtamentum producens teneatur probare illud eſſe validum, Altograd. *conſ.* 74. *n.* 12. *&c. lib.* 1.

Teſtamentum anullatur ex falſa cauſa, non tamen dicitur falſa cauſa, niſi quæ habet manifeſtam veritatem repugnantem; nec falſa dici poteſt, quæ à principio potuit eſſe vera; tametſi poſtea defecerit, vt benè probat Altograd. *conſ.* 52. *num.* 54. *& ſeqq. lib.* 1. vbi etiam *num.* 64. quod tunc falſa cauſa vitiat quando eſt finalis, ſecùs ſi ſit ſimpliciter impulſiua, vide in §. *Cauſa num.* 16. *& num.* 17. §. *Legatum num.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 102. *num.* 6. *& ſeqq. & deciſ.* 280. *&* 392. *&* 443. *d. part.* 9. *in eadem cauſa*, vbi fuit receſſum à dicta prima deciſione, ex quo falſitas cauſæ non fuit benè probata, & ex ipſo teſtamento conſtabat de alijs cauſis, ex quibus motus fuerat teſtator, & iſte ſunt attendendæ, & non extrinſecus quærendæ, *infra num.* 56. 42

An autem teſtamentum vitietur ex falſa demonſtratione adiecta, vide pulchram diſtinctionem, quam adducit Altograd. *d. conſ.* 52. *num.* 63. *lib.* 1.

Teſtamenti ſcientia, vel ignorantia, an, & quando præſumatur in hærede extraneo, vel ſuo, & domeſticis, quid in teſtamento nuncupatiuo, & quid in ſolemni in ſcriptis condito, Altograd. *conſ.* 53. *num.* 1. *& num.* 44. *& ſeqq. ad* 51. *lib.* 2. 43

Teſtamentum primum ipſo iure reuocatur per ſecundum, etiamſi primum fuerit factum fauore filiorum, vel piæ cauſæ, quæ in iure æquiparantur, intelligendo dummodò ſecundum, & vltimum ſit in ſua ſpecie validum, & ſolemne, nam licet primum eſſet magis ſolemne, & coram maiori teſtium numero celebratum, reuocatur per vltimum, vt dixi in ſua ſpecie perfectum, & ſic licèt duos tantùm, vel tres teſtes haberet, qui ſufficiunt in teſtamento ad pias cauſas, vel inter liberos, ad latè tradita per Altograd. *conſ.* 65. *per tot. lib.* 2. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 8. *num.* 4. *vol.* 4. Clar. §. *Teſtamentum quæſt.* 94. adde *text. et DD. in* §. *Poſteriore quoque Inſtit. quib. mod. teſt. infirm.* Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1282. *per tot.* Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 328. *et part.* 16. *deciſ.* 375. vbi etiam ſi prætenderetur, ſecundum teſtamentum fuiſſe ſuggeſtione, & malis artibus dolosè procuratum, & extortum à perſona cæca, hoc clarè non probato, &c. *part.* 17. *deciſ.* 395. *num.* 17. *et ſeqq. in eadem cauſa*, vbi fuit confirmata prima deciſio. 44

Quòd teſtamentum poſſit regulariter reuocari, & quando ſecus, Tuſch. *lit. T. concl.* 134. *et* 150. *per tot.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 99. *per tot.*

Qualiter primum teſtamentum reuocatur per ſecundum, & quid ſi in primo adeſſet clauſula derogatoria, Clar. §. *Teſtamentum quæſt.* 94. *et ſeqq.* Magon. *deciſ. Luc.* 32. *n.* 31. *etc.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 166. *per tot. et de arbitr. caſ.* 510. *per tot.* Maſcard. *loc. cit. per tot.* Bich. *deciſ.* 458. vbi pro reuocatione non obſtante dicta clauſula, & præſumpta obliuione, Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 22. *num.* 99. *fol.* 444. Ricc. *Collect.* 333. vbi quòd primum reuocatur per ſecundum perfectum, & quinque modis limitat

Paul.

Paul. Rob. *in Annot. ad deciſ.90. part.9. recent. num.*218. *& ſeqq. & num.*374. *& ſeqq.* Thomat. *deciſ.*138. Fagundez *de iuſt. & contract. lib.6. cap.*12. *per tot.* Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*99. *per tot. & deciſ.*180. *in eadem cauſa*, vbi fuit reuocata prima deciſio ex pluribus ſuſpicionibus falſitatis vltimi teſtamenti, nam concluſio reuocationis primi procedit quatenus vltimum ſit legale, & non ſuſpectum, *infra num.*49.

Quid ſi primum teſtamentum eſſet inter liberos, Clar. §. *Teſtamentum quaſt.*98. Franch. *deciſ.*204. *n.*32. *& ſeqq. & deciſ.*399. *per tot.*

Quod primum teſtamentum fauore filij factum cum clauſula derogatoria in futurum non tollatur per ſecundum, non facta mentione dictæ clauſulæ, *l. ſi mihi, & tibi §. in legatis ff. de leg.*1. *& l. ſi quis ff. de leg.*3. Dec. *conſ.* 582. Peregrin. *deciſ.*73. *num.*5. *& deciſ.*116. *per tot.* vbi generaliter de clauſula derogatoria in primo poſita, vt niſi de illa ſit facta mentio in ſecundo, ipſum ſecundum non ſubſiſtat ex defectu voluntatis, ſed ſit ſimplex apparentia ſine ſubſtantia, niſi ſtatuto aliter caueatur vt Paduæ, non tamen requiri indiuiduam mentionem dictæ clauſolæ, & alia, Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*99. *per tot. & deciſ.*180. *ſupr. num.*

Plura de clauſula derogatoria in primo teſtamento appoſita, quod remaneat ſublata per ſecundum, in quo de illa fiat mentio etiam verbis generalibus tantùm, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*48. *num.*19. *&c.* Crauett. *conſ.*152. *num.* 12. Rot. *in Romana ſucceſſionis* 19. *Ianuarij* 1629. coram Durano *num.*7. *&c.* penes Paul. Zacch. *Quaſt. Medic. Legal. tom.*2. *deciſ.*62. Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*99. *& part.* 55. *deciſ.*328. vbi plura ad rem *& part.*16. *deciſ.*319. latè Tuſch. *litt. T. concl.*151. *&* 152. *per tot.* vbi an, & quando primum teſtamentum cum iuramento, ſiue voto de non reuocando, vel alia clauſula ſpeciali derogatoria, his non obſtantibus remaneat reuocatum per ſecundum, & an opus ſit in ſecundo ſpeciali derogatione clauſularum derogatoriarum in primo contentarum, Dian. *part.*15. *tract.* 3. *reſol.*122. vbi an, & quando teſtamentum iuratum poſſit reuocari ſalua conſcientia, *& part.*9. *tract.*7. *reſol.*42. *per tot. & part.*10. *tract.*15. *reſol.*11. *per tot.* & latè Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de teſtam. cap.*2. *per tot. fol.* 243. *&c.* vbi plura de reuocatione teſtamentorum, de clauſula derogatoria in primo appoſita, de iuramento non reuocandi à teſtatore appoſito, & huiuſmodi, Frances *Conſult. Moral.*21. *per tot.* vbi de iuramento non reuocandi teſtamentum.

Quòd nemo ſua propria volontate, vel ex pacto etiam iurato poſſit ſibi auferre liberam teſtandi facultatem, quia iuramentum contra bonos mores non eſt obligatorium, ita vt nec contraueniens efficiatur periurus, benè probat Peregrin. *deciſ.*50. *numer.*3. *& ſeqq.* Fagundez *de iuſtit. & contract. lib.6. cap.*12. *per tot.* vbi quòd licèt teſtamentum poſſit vſque ad vltimum vitæ ſpiritum reuocari, poteſt tamen teſtator de conſenſu Principis ſibi adimere hanc facultatem, & facere teſtamentum irreuocabile, ſecus autem per iuramentum, vel clauſulas derogatorias, vt latè ibidem declarat, quòd reuocando contra iuramentum illicitè agat, efficiatur periurus, & peccet mortaliter, niſi prius relaxationem obtineat, licèt validè reuocet, Vaſq. *Opuſc. moral. tract. de teſtam. cap.*2. *fol.* 343.

45 Teſtamentum primum reuocatur per ſecundum, etiam ſi teſtator illud nominauerit codicillum, & non teſtamentum, ſi tamen ſolemnitas teſtamenti adhibita fuerit, & clauſula, *omni meliori modo*, Caualer. *deciſ.*294. *per tot.* vide in §. *Codicilli num....* Rot. *part.*17. *recent. deciſ.*148. *num.*7. *& ſeqq. per tot.* vbi quòd clauſula codicillaris, *& omni meliori modo* in ſecundo teſtamento appoſita importat tacitam vocationem venientium ab inteſtato, & reuocationem primi, ac ſi teſtator dixiſſet ſe velle ab inteſtato decedere.

Ad effectum reuocandi primum teſtamentum, debet ſecunda diſpoſitio eſſe prorſus incompatibilis cum prima, & nouam hæredis inſtitutionem continere, vel cum declaratione expreſſa quòd velit ab inteſtato decedere, alioquin rerum particularium diſpoſitio præcedentem hæredis inſtitutionem non tollit, Ang. *conſ.*383. quem refert, & ſequitur Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*4. *num.*3. *&c. deciſ.*92. *n.*2. *& ſeqq.*

Caſum notabilem, in quo reuocatur primum teſtamentum cum legatis in eo factis per ſimplicem ſcripturam patris inter liberos, vide per Decian. *conſ.*34. *lib.*1. quem refert Genu. *de ſcript. priuat. lib.6. cap.*1. *n.*205. *fol.*17.

Quòd teſtamentum de ſui natura ſit irreuocabile, nec poſſit aliqua obligatione, vel conuentione effici irreuocabile in tot. ſed benè quoad aliquam particularem diſpoſitionem poſſit effici non reuocabile, Rom. *conſ.*171. Tuſch. *lit. V. concluſ.*249. Maſcard. *de probat. concluſ.*1282. *per tot.* vbi plura de reuocatione teſtamenti, ex quibus inducatur & probetur.

Teſtamentum primum vt remaneat reuocatum oportet, quòd poſterius ſit omninò validum, & ſolemne, ſecus autem ſi eſſet nullum ob prætеritionem filiorum, vel alijs de cauſis, Altograd. *conſ.*78. *num.*2. *& ſeqq. lib.*1. Franch. *deciſ.*552. *per tot.* plenè Tuſch. *litt. T. concluſ.*153. *et* 154. *per tot.* Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*92. *et part.*17. *deciſ.*148. *num.*8. *et ſeqq.* vbi quòd procedit quando ſecundum eſt ab initio intrinſecè nullum, ſecus ſi ſit in ſe validum, licèt ex aliquo accidente extrinſeco annulletur, & alia pro reuocatione primi teſtamenti per ſecundum, quod ex defectu probationum identitatis ſcripturæ non habuit effectum.

Item oportet vt in ſecundo ſit inſtituta perſona capax hereditatis; *l. cum in ſecundo ff. de iniuſt. rup. et irrit. teſt.* cum concordantibus adiutis per Couar. *in Rub. de teſt. part.*2. *n.*21. *verſ. Septima*, Clar. §. *Teſtamentum quaſt.*96. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.*200. *num.*41. *vol.*1. Cephal. *conſ.*73. *num.*15. *et* 16. Bich. *deciſ.*533. *num.* 20.

Quòd ſufficiat ſecundum, vel poſterius eſſe validum de iure ſpeciali ad reuocandum primum validum de iure communi, Altograd. *conſ.*55. *num.*49. *lib.*1. *et conſ.*65. *num.* 71. *etc. lib.*2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*605. *per tot.* vbi quid ſi primum ſit ad pias cauſas, & ſolemne, ſecundum verò validum iure ſpeciali tantùm, vide Tuſch. *loc. cit.* Martha *vot. Piſ.*68. vbi de teſtamento facto penes acta notarij, & coram duobus teſtibus, vel iuxta diſpoſitionem *cap. cum eſſes de teſt.* vt ſit validum, & reuocet primum ſolemniter factum.

Quòd ſecundum licèt perfectum inæqualiter tractans liberos non tollat primum; Magon. *deciſ. Florent.*4. *num.* 12. *etc.* vide in §. *Codicilli num....*

Teſtamentum ſolemne conditum fauore piæ cauſæ, 46
vel inter liberos, non reuocatur ſecundum multos per aliud ſubſequens minus ſolemne, licèt in eo ſit inſtituta alia pia cauſa, cùm ſimplex mutatio voluntatis, & pœnitentia teſtatoris non ſufficiat, niſi noua, & æquè ſolemnis diſpoſitio ſubſequatur, & cùm huiuſmodi teſtamentis ſubintelligatur clauſula derogatoria ad ſubſequentes alias voluntates, & ideò non poſſint reuocari per ſecundum, niſi facta expreſſa mentione primi, & clauſulæ derogatoriæ in eo contentæ: Contrarium tamen nempè primum remanere reuocatum per ſecundum, in quo pariter pia cauſa ſit inſtituta, vel inter liberos, licèt minus ſolemne, dummodò ſit in ſui ſpecie perfectum, & ſic validum ſaltem de iure ſpeciali, & ſecundum priuilegia teſtandi ad pias cauſas, vel inter liberos, præcipuè ſi ſecundum ſit magis vtile piæ cauſæ, vel liberis, latè Altograd. *conſ.*65. *num.*4. *& ſeqq. et num.*65. *et ſeqq. per tot. lib.*2. Tuſch. *litt. T. concluſ.*153. *et* 154. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.*199. *num.*10. *et ſeqq. vol.*5. vbi plura de reuocatione teſtamenti inter liberos, Maſcard. *de probat. vol.*3. *concluſ.*1282. *num.*7. *et ſeqq.* Fontanell. *deciſ.*203. *per tot.* vbi de duobus teſtamentis inter liberos factis, vt præualeat ſecundum etiam minus ſolemne, ſi ſit filijs fauorabilibus, & magis iuris conforme.

Quòd non infringatur primum teſtamentum per ſecundum, quando ſecundum eſt de facto ſuſpectum, & alia ad rem, Rot. *in Romana, ſeu Ianuenſ. teſtamenti, Veneris* 2. *Aprilis* 1683. coram Matthæio apud Io: Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primogen. Ital. part.*3. *deciſ.*47. *per tot.*

Non etiam infirmatur primum teſtamentum per ſecundum, vbi primum fuit reuocatum ex falſa cauſa, & ex eadem falſa cauſa conditum ſecundum, vt per Anton. Gob. *Conſult.*20. *per tot.*

Quòd teſtamentum ex pluribus cauſis conditum, altera exiſtente falſa non annulletur, ſi alia, vel aliæ cauſæ ſint veræ, & idem in ſimilibus, idem Anton. Gob. *Conſult.*21. *per tot*

De teſtamento vltimo condito ad perſuaſiones, & doloſas

ſas ſuggeſtiones hæredis in eo inſtituti, vt non tollat primum, & ex quibus arguantur, latè Andreol. *Controu.* 14. *& ſeqq.*

De teſtamento cœpto, & ob impedimentum non complecto, perfecto tamen ratione voluntatis, qualiter rumpat primum ex omni parte perfectum, & ſolemne, dummodò ſecundum contineat hæredis inſtitutionem, & alia ad rem, Ferdinand. de Eſcanno *tract. de teſt. cap.4. per tot. &c.*

48 Teſtamentum inter liberos, vel ad pias cauſas, licèt in ſe tacitè contineat clauſulam derogatoriam ad ſequentes voluntates, ita vt hæc clauſula ſit tacitè ſubintellecta præſeferat proteſtationem defectus voluntatis in diſpoſitione ſequente, & operetur quòd ſequens teſtamentum non valeat ex defectu voluntatis, nec reuocet primum, niſi facta expreſſa, & ſpecifica mentione illius, & clauſulæ derogatoriæ in eo contentæ, expreſsè, vel tacitè, ad latè tradita per Altograd. *d. conſ.65. num.10. &c. lib.2. cum pluribus ab eo citatis*, Dian. *part.7. tract.6. reſol.28.* Baitel. *de vlt. volunt. deciſ.89. per tot.*

Tamen niſi huiuſmodi clauſula ſit expreſſa non porrigitur ad futura teſtamenta, & tacita tollitur per clauſulam ceſſantem huiuſmodi teſtamentum nominatim, etiam non facta ſpecifica mentione dictæ tacitæ derogatoriæ, vel per clauſulam generalem derogatoriam, prout etiam quando ſequens teſtamentum eſſet pariter inter liberos, vel ad pias cauſas, nam tunc ſicuti primum continet dictam tacitam derogatoriam ad ſubſequens teſtamentum, ita etiam vltimum dicitur continere tacitam derogatoriam ad præcedens, & ad illam derogatoriam tacitam in eo contentam, ita vt alia non requiratur expreſſio, præcipuè ſi aliquę concurrant mutatę voluntatis coniecturæ, vt benè declarat Altograd. *d. conſ 65. num.107. & ſeqq. per tot. lib.2.* vide Dian. *part.7. tract.6. reſol.27.* vbi an teſtamentum non ſolemne ad pias cauſas, reuocet priùs ſolemne etiam ad pias cauſas, & concludit affirmatiuè ſecundum magis communem opinionem, licèt referat etiam alios contrarium tenentes ex regula, quòd priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum, nempè Fachin. *contr. iur. lib.4. cap.6.* Tuſch. *tom.8. concl.116. num.93. & alios.*

Quòd teſtamentum conditum à patre inter liberos contineat clauſulam derogatoriam ad ſequens teſtamentum, nec tollatur per ſecundum niſi in ſpecie de huiuſmodi clauſula derogatoria fiat mentio, *Auth. hoc inter liberos C. de teſt.* vbi Iaſ. & alij, Crauett. *conſ.152. num.12.* de quo tamen vide Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.48. num.18. &c. cap.369. in princip.* vbi quòd continet etiam clauſulam codicillarem licèt non expreſſam, *& cap.605. num.13. &c.* Menoch. *lib.4. præſumpt.166. num.61. &c.* Altograd. *d. conſ. 65. per tot.* Bich. *deciſ.56. num.6. & ſeqq.* vbi tamen quòd ad effectum reuocationis non requiritur indiuidua mentio dicti teſtamenti, ſeu derogatoriæ in eo appoſitæ, ſed ſufficit ſpecialis contenta in verbis generalibus derogatorijs habentibus vim ſpecialis expreſſionis, Rouit. *conſ.93. & deciſ.56. per tot.*

Quòd teſtamentum inter liberos probetur ex aſſertione patris per verba enunciatiua de præterito, & ideò ſi probetur aſſertio patris inter filios, quòd fecerit teſtamentum ſic, & ſic diſponendo, talia verba probant teſtamentum factum inter ipſos filios, licèt de eo aliter non appareat, Card. Tuſch. *litt. T. concluſ.115. num.42.* Genu. *tract. de verb. enunciat. lib.2. quæſt.21. numer.16.* vbi *per tot.* an & quando verba enunciatiua diſponant in teſtamentis, & *d. lib.2. quæſt.23. num.31.* vide in §. *Scriptura num. 15. &c.*

Quòd verba enunciatiua fauore liberorum diſponant, cùm eorum fauore ſufficiant quælibet indicia voluntatis, Genu. *d. tractat. lib.2. quæſt.34. fol.73.* vide in §. *Verba num....*

Quòd tamen teſtamentum conditum ſolo nutu, vel ſignis, & leuibus coniecturis per patrem loqui non valentem ſit nullum etiam inter liberos, Clar. §. *Teſtamentum quæſt.8. num. vlt.* Genu. *de ſcript. priuat. lib.6. cap.1. num. 17. fol.5.* licèt valeat fauore piæ cauſæ, idem Genu. *d. lib.6. cap.2. num.16.*

De teſtamento inter liberos imperfecto ratione voluntatis, vt nullatenus ſuſtineatur etiam illorum fauore, quicquid aliqui id aliqui contrarium tenuerint, ſed tantùm ſuſtineatur quando eſt imperfectum ratione ſolemnitatis, cùm in eo ſint remiſſæ ſolemnitates iuris, data perfectione voluntatis, Fernand. de Eſcanno *tractat. de teſt. cap.7. & ſeqq.* vbi etiam quid ſi non ſeruetur æqualitas, quid ſi liberi non ſint in poteſtate parentum, vel ſint naturales, aut ſpurij, vide in §. *Scriptura num.15. & 16.*

Teſtamentum primum reuocatur per ſecundum, non obſtante clauſula derogatoria in primo contenta, ac de illa non facta mentione, nec aliqua ſpeciali derogatione, ſtante lapſu decennij, quia tunc præſumitur obliuio dictæ clauſulæ derogatoriæ in primo teſtamento contentæ, Rot. *part.19. recent. deciſ.194. in Bononienſ. hæreditatis 24. Martij* 1651. coram Bichio *inter eius impreſſas deciſ.458.* apud Paul. Zacch. *quæſt. Medic. Legal. tom.2. deciſ.96.* Rot. *part.17. recentior. deciſ.296. num.23.* vbi quòd ſecus eſt ſi appareat de memoria primi teſtamenti medio tempore habita, & *part.18. deciſ.186.* vbi fuit confirmata præcedens deciſio pro validitate primi teſtamenti, in quo aderat dicta clauſula derogatoria, & rurſos in eadem cauſa *deciſ.539. d. part.18.* vbi fuerunt confirmatæ præcedentes deciſiones pro validitate primi teſtamenti, non obſtante ſecundo, & *deciſ.787.* pariter confirmatoria in eadem. 49

Quòd primum continens derogatorias ſpeciales reuocetur per ſecundum, licèt de illis non ſit facta indiuidua mentio in ſecundo, ſed tantùm ſpecialis per verba generalia, & prægnantia, Rot. *part.13. recent. deciſ.99. deciſ.180.* in eadem cauſa, vbi fuit reuocata prima deciſio ex pluribus ſuſpicionibus falſitatis ibi relatis, quia conclusio, quòd primum teſtamentum reuocetur per poſterius eatenus procedit, quatenus ſecundum, & vltimum ſit legale, & non ſuſpectum, ita vt non operetur etiam fauore piæ cauſæ, qui non ſufficit ad ſuſtinendum vltimum teſtamentum contra voluntatem teſtatoris, & *part.17. deciſ. 296. per tot.* vbi pro validitate primi teſtamenti habentis ſpecialem derogatoriam ſecundi, nam non facta mentione dictæ derogatoriæ in ſecundo, primum remanet in ſuo robore, & poſterius nullum ex defectu voluntatis præuentiuè adempto, & ad complacendum tantùm conditum, licèt in effectu teſtator à primo recedere non intendat; niſi ex coniecturis, & circumſtantijs appareat de voluntate teſtatoris reuocandi primum, etiam ſine expreſſa reuocatione, quarum multas recenſet, & refellit, cùm debeant eſſe tales, vt rem in claris ponant, & ad id credendum pernéceſſe ducant intellectum, alias ſecus, & opus ſit ſpeciali derogatione, vt ibidem latè declarat, vide ſupra *numer.44.* & Fagoodez *de iuſtit. & contract. lib.6. cap.12. numer.10. & ſeqq. per tot.* Rot. *part.18. deciſ. 186. in eadem cauſa*, vbi fuit confirmata prima deciſio, etiamſi ageretur de muliere, quæ prætendebatur dictarum clauſularum ignara, & non certiorata, cum potuerit conſulere peritos, & alia, *deciſ.359. & 787. per tot. 19. deciſ.211.*

Teſtamentum primum remanet reuocatum per ſecundum, in quo ſit inſtitutus poſthumus, vel venter prægnans vxoris teſtatoris, licèt vxor verè non fuerit prægnans, & nullus naſcatur poſthumus, & ſic licèt hoc idem vltimum teſtamentum remaneat irritum, & caducum, cùm ad effectum tollendi primum teſtamentum ſufficiat ſecundum non eſſe nullum ipſo iure, ſed validum de tempore, quo fuit confectum, prout eſt quando inſtituitor poſthumus, cuius inſtitutio mero iure valeat, licèt vxor nihil in vtero haberet, cùm ſufficiat eam habere potuiſſe, nec fuiſſe omninò per naturam impoſſibile quin eſſet grauida, vnde ſola opinio teſtatoris, & poſſibilitas naturæ facit validam inſtitutionem poſthumi, ita vt primum teſtamentum remaneat reuocatum, nec poſſit reuiuiſcere, & conualeſcere etiam ſi nullus poſthumus poſteà natus fuerit, ſed tunc ſuit locus ſucceſſionis ab inteſtato per *tex. in l. ſi quis poſthumos ff. de lib. & poſthum.* vbi Bald. Caſtr. Iaſ. & alij plures, ac latè probat Altograd. *conſ.52. per tot. lib.1.* vbi reſpondet pluribus obiectis, & hanc opinionem in indiuiduo, probat etiam Ciarlin. *contr. for. cap.3. per tot.* idem Altograd. *in eadem cauſa conſ.53. per tot. lib.1.* 50

Teſtamentum ſecundum cum clauſula codicillari reuocat primum etiam ſi in illo adſit pariter clauſula codicillaris, quia licèt videatur poſſe ſuſtineri tamquam codicillus, & concurrere cum ſecundo teſtamento, tamen contrarium eſt verius. & primum remanet reuocatum vnà cum omnibus in eo contentis, Pract. Papp. *libell. pro legat.* 51

rei ſing. gloſſ. valere debeat num. 15. facit Crauett. conſ. 152. num. 12.

Quòd clauſula, *omni meliori modo*, habeat vim clauſulæ derogatoriæ ad præcedentia teſtamenta, cùm denotat præciſam voluntatem, Peregrin. deciſ. 54. num. 3.

Quòd primum remaneat reuocatum per ſecundum etiam ſi non adſit clauſula, *caſſans, & irritans, &c.* Altograd. conſ. 79. num. 15. lib. 1. Merlin. deciſ. 237. num. 1. &c. vbi tamen quòd non reuocatur per codicilla, & deciſ. 258. in eadem cauſa.

An quis præſumatur potiùs voluiſſe condere teſtamentum, vel codicillos, Menoch. lib. 4. præſumpt. 3. per tot.

Quod ſtante reuocatione primi teſtamenti per ſecundum, dicantur ſublatæ non ſolum inſtitutiones hæredum, ſed etiam omnia legata, fideicommiſſa, donationes, confeſſiones, & alia quæcumque in eo diſpoſita, latè Gratian. diſcept. for. cap. 605. n. 6. & per tot. cap. 751. n. 1. &c. Montan. de tut. cap. 10. n. 16. Surd. deciſ. 38. n. 15. & ſeqq. Altograd. conſ. 52. num. 77. lib. 1.

52 Teſtamentum primum tollitur per ſecundum, quamuis teſtator dixerit ſe velle etiam primum valere, illudque confirmare in partibus non repugnantibus ſecundo, cùm nullus paganus poſſit decedere cum duobus, vel pluribus teſtamentis, huiuſmodi tamen declaratio, & confirmatio operatur, quòd inſtitutus in ſecundo, contentus rebus particularibus ſibi relictis, aut ſuppleta quarta ex lege falcidia, cenſeatur per obliquum grauatus præſtare inſtitutis, & nominatis in primo id omne, in quo erant inſtituti; & ſi primum omninò reuocatur quoad valorem, & efficaciam teſtamenti, & valet ſolùm in vim fideicommiſſi vigore ſecundi ad ſuſtinendam omni meliori modo voluntatem teſtatoris, ad text. in §. *Sed & ſi quis Inſtitut. quib. mod. teſt. infirm.* & latè tradita per Altograd. conſ. 78. num. 11. & ſeqq. lib. 1. conſ. 65. num. 24. & ſeqq. ad 52. lib. 2. & conſ. 96. num. 10. &c. lib. 2. Et ita in dicto caſu fit reductio primi teſtamenti ad codicillum, ac ſuſtinetur tamquam codicillus, idem Altograd. conſ. 79. per tot. lib. 1. vbi reſpondet obiectis illorum, qui tenebant huiuſmodi confirmationem operari, quòd ſcripta in primo haberentur pro expreſsè repetitis in ſecundo, & valerent iure directo cum etiam valeat inſtitutio facta per relationem ad aliam ſcripturam, in qua reperiatur ſcriptum nomen hæredis, vt dixi in §. *Inſtitutio* num. . . . oſtendendo differentiam inter hunc, & illum caſum.

53 Teſtamentum primum reuocatur per ſecundum, etiam factum ad blanditias, & perſuaſionem alterius, niſi interueniat dolus, vel niſi ſit conditum ad interrogationem perſonæ ſuſpectæ, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 659. per tot. Vrſil. ad Afflict. deciſ. 69. Altograd. conſ. 53. num. 16. lib. 1. vide in §. *Teſtator* num. . . .

54 Teſtamentum primum numquam dicitur reuocatum, niſi ſecundum fuerit perfectè celebratum, etiamſi in ſecundo adſit clauſula, *caſſans, &c.* vel clauſula codicillaris cum ſimilibus, Gratian. diſcept. for. cap. 764. num. 5. & cap. 895. num. 28. &c. latè Tuſch. lit. T. concluſ. 153. & 154. per tot. Rot. part. 13. recent. deciſ. 92.

Si tamen ſecundum licèt inualidum, ſit ad fauorem venientium ab inteſtato ſufficit tamquam declaratio ſuæ voluntatis reuocandi ad illorum fauorem, licèt expreſsè non dixerit velle inteſtatum decedere, ad tradita per Peregrin. deciſ. 43. num. 2. infra num. 55.

Quòd teſtamentum primum non remaneat ſublatum quando reuocatur cùm animo, & intentione aliud condendi, de quo poſteà non appareat, & alia, Gratian. diſceptat. for. cap. 558. per tot. cap. 490. num. 41. cap. 763. num. 2. cap. 764. per tot. part. 13. recent. deciſ. 331. per tot. vbi plura qualiter primum teſtamentum non remaneat reuocatum, niſi de alia diſpoſitione valida, & perfecta appareat, & quales debeant eſſe teſtes ad effectum probandi reuocationem primi teſtamenti.

Quando præſumatur reuocatio, vel mutatio voluntatis, Menoch. lib. 4. præſumpt. 165. Rot. part. 13. recent. deciſ. 92. vbi quòd reuocatio probari debet per teſtes idoneos, & omni exceptione maiores.

Quòd ſecundum ex falſa cauſa factum, non rumpat primum, Magon. deciſ. Florent. 4. num. 4. 23. vide ſupra num. . . .

55 Teſtamentum ſolemne, & validum reuocatur per ſimplicem declarationem factam coram ſeptem teſtibus, quando ita declarans dicit velle ab inteſtato decedere, nam tunc videtur inſtitui venientes ab inteſtato, per quorum aditionem confirmatur ademptio, & reuocatio primi teſtamenti, Clar. §. *Teſtamentum* quæſt. 92. Alex. conſ. 30. lib. 2. conſ. 104. lib. 2. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 558. per tot. cap. 763. & 764. per tot. Viui. comm. opin. 879. Oinot. in §. *ex eo autem*, Inſtit. quibus mod. teſt. infirm. plenè Fontanell. deciſ. 49. & ſeqq. Caldas Pereyr. conſ. 3. per tot. & latè cum pluribus hincinde citatis Antunez. Portugal. de donat. Reg. lib. 3. cap. 17. per tot. & nouiſſimè Io: Torre de ſucceſſ. in Maiorat. & Primogenit. Ital. part. 2. quæſt. 39. per tot. & part. 3. deciſ. 37. vbi quòd reuocans teſtamentum cum declaratione decedendi ab inteſtato, cenſetur inſtituiſſe venientes ab inteſtato, qui ideò dicuntur ſuccedere ex prouiſione teſtatoris, & non legis, ac proinde excludunt fœminas, etiam quoad bona ſita extra territorium, cùm non vigore ſtatuti, ſed ex voluntate diſponentis ſuccedant, ſed poſteà re melius perpenſa fuit dictum eſſe indubitatum, quòd ita declarans verè decedat ab inteſtato, & ſic reuocata dicta præcedens deciſio cum ſuis illationibus, & conſequentijs cùm huiuſmodi declaratio non importet nouum actum diſpoſitiuum, ſed ſimplicem reuocationem fauore venientium ab inteſtato, vt conſtat ex alia deciſ. Rot. Romanæ apud eundem Torre d. part. 3. deciſ. 46. per tot. & eſt in Romana, ſeu Ianuenſ. ſucceſſionis Lunæ 11. Ianuarij 1683. coram Matthæio, & iterùm in eadem cauſa, & coram eodem pluries propoſita, Rota variauit ex alijs rationibus, & conſiderationibus ſub die 23. Iunij 1684. vt videre eſt penes Torre d. part. 3. deciſ. 59. per tot. de qua materia plenè etiam Manſ. Conſult. 445. cum pluribus ſeqq. lib. 5. & ſunt deciſiones, & conſultationes in eadem cauſa, de qua Torre vt ſupra, vbi benè hanc concluſionem declarat, Maſcard. de probat. vol. 3. concluſ. 1282. numer. 33. & ſeqq. Guid. Pap. quæſt. 200. Theſ. iun. quæſt. forenſ. lib. 3. quæſt. 45. num. 1. &c. Altograd. conſ. 77. num. 43. &c. lib. 1. Mareſcott. variar. reſolut. lib. 1. cap. 48. Franch. deciſ. 287. per tot. Altograd. conſ. 65. num. 19. & ſeqq. ad 29. lib. 2. Marcian. diſput. forenſ. cap. 61. per tot. Peregrin. deciſ. 431. per tot. Surd. deciſ. 128. vbi quòd teſtes in reuocando teſtamento debent habere qualitates requiſitas in illo condendo, Ludouiſ. deciſ. 446. per tot. vbi quòd non refert an expreſsè ſit dictum velle ab inteſtato decedere, cùm etiam ſufficiat tacitè colligi velle ab inteſtato decedere, maximè ſi in reuocatione adſit clauſula codicillaris, latè videndus Sanfelic. deciſ. 196. vbi de ſimplici proteſtatione coram ſeptem teſtibus facta, nolle teſtamentum valere, & ſic ſola pœnitentia reuocari, & locum legitimis hæredibus fieri.

Quid ſi ademptio eſſet captatoria, vide ſupra num. . . .

Quòd ſtante fauore filiorum, vel piæ cauſæ valeat ſimplex reuocatio, etiam abſque dicta aditione, quòd velit inteſtatus decedere, Caſtr. in auth. hoc inter liberos, n. 3. C. de teſtam. Alex. conſ. 104. n. 4. lib. 2.

Contrarium tamen tenent alij, vt per Gratian. d. cap. 764. numer. 24. &c. plenè Sanfelic. deciſ. 196. vbi plurimos pro hac contraria opinione allegat, quibus, & eorum rationibus reſpondet, & pro reuocatione teſtamenti ad fauorem venientium ab inteſtato deciſum teſtatur, licèt venientes ab inteſtato, non fuerint expreſsè vocati, nec dictum velle inteſtatum decedere, ſed ſimpliciter coram ſeptem teſtibus proteſtatum, nolle ſuum teſtamentum firmum eſſe.

Quando autem, & ex quibus coniecturis, & præſumptionibus arguatur teſtamenti reuocatio, licèt de illa non appareat, Rot. part. 18. recent. deciſ. 302. cum alijs per me citatis in §. *Fideicommiſſum* num. 54.

56 Teſtamentum primum non remanet reuocatum per ſecundum conditum ex falſa, & erronea cauſa, dummodò huiuſmodi cauſa fuerit finalis, & benè probata, quia tunc ſecundum eſt nullum, & ideò non poteſt reuocare primum, & quatenus etiam primum non ſubſiſteret, ſit locus ſucceſſioni ab inteſtato, Rot. in Romana ſucceſſionis 21. Iunij 1642. coram Carillo in recent. part. 9. deciſ. 102. num. 6. & ſeqq. vbi plura de probatione dictæ cauſæ per teſtes, ſupra num. 42.

Poſteà tamen ſub die 9. Maj 1644. in eadem cauſa Rota receſſit à dicta deciſione, vt conſtat in d. part. 9. recent. deciſ. 280. eo quia prætenſa falſitas cauſæ non erat ſufficienter probata, & quia vt teſtamentum corruat ex falſitate cauſæ, debet de illa conſtare ex ipſo teſtamento, non aliunde ſumenda, maximè ſi aliæ cauſæ ſint in teſta-

men-

mento expreſſæ, quia cauſa expreſſa eſt attendenda, & non recurrendum ad tacitam, & immaginariam, & rurſus in eadem cauſa, *deciſ.392.num.11. & ſeqq. per tot. d. part.9. recent. & deciſ.443. num.13. & ſeqq. in Appendice d. part.9.*

57 Teſtamenta omnia, ſiue quæcumque diſpoſitiones per modum vltimæ voluntatis, ſicuti non ſortiuntur effectum, niſi mortuo teſtatore, & ab illo viuente ſemper poſſunt reuocari. Ita etiam quæcumque pacta, & promiſſiones de inſtituendo aliquem ſibi hæredem, vel non ſubſiſtunt de iure, cùm inducant votum captandæ mortis alienæ, & auferant liberam teſtandi facultatem, vel quatenus poſſent ſuſtineri propter conſenſum promittentis, debent intelligi niſi ſequatur reuocatio per inſtitutionem alterius, cùm ſemper poſſint reuocari, etiamſi emanauerint in capitulis matrimonialibus, & ſic fauore certi matrimonij, ac etiam accedente iuramento, vel ſtante conſuetudine, quæ debet intelligi, niſi ſequatur reuocatio, & concludenter probari in illo loco particulari, & in omnem caſum non extenderetur ad bona alibi ſita, vel ſecundum aliquos tamquam contra bonos mores eſſet nulla, prout latè hæc omnia ſingillatim, probat Rut. *in Aueniomenſ. hæreditatis 5. Martij* 1646. coram Roias *part.9. recent. deciſ.390. per tot.* facit quod dixi in §. *Pactum num.3.*

58 Teſtamenta non poſſunt viuo teſtatore aperiri, neque publicari etiam ſi teſtator ſit factus mentecapius, qui alias pro mortuo reputatur, ſed illius mors naturalis eſt expectanda, Sanfelic. *deciſ.197.* & dixi in §. *Notarius num.23.*

59 Teſtamentum inter liberos qualiter valeat abſque ſolemnitatibus à iure requiſitis, ſi de illo appareat ſcriptura patris, etiam ſine teſtibus, & die, ac de intelligentia, *Auth. ſi modo C. famil. erciſ. & Auth. quod ſine C. de teſtam.* latè Cabal. *conſ. deciſ.106. per tot. lib.1.* & dixi in §. *Scriptura num.15. & ſeqq.*

Quòd diſpoſitio *l. hac conſultiſſima §. ex imperfecto C. de teſtam.* procedat etiam in teſtamento matris imperfecto inter liberos, & non obſtante magna inæqualitate inter eos, Mantic: *de coniect. vlt. volunt. lib.6. tit.2.* Clar. §. *Teſtamentum quæſt.14.* Boer. *deciſ.240. numer.8. & ſeqq.* Cabal. *conſ. deciſ.88. per tot. lib.1.*

Aliqua notabilia de teſtamento inter liberos, Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tractat. de teſtam. cap.1. §.6. per tot. fol.* 239.

60 Teſtamentum confidentiale quale dicatur, ex quibus arguatur, ac de eius effectu, Rot. *part.17. recent. deciſ.23. & part.18. deciſ.238. in eadem cauſa*, & dixi in pluribus citatis in §. *Hæres num.11. & §. Teſtator num.24.*

61 Multa de teſtamentis remiſſiuè, tradit Ægid. de Caſtejon. *in Alphab. iurid. verb. Teſtator, & Teſtamentum.*

62 Teſtamentum quid ſit, quale, à quibus fieri poſſit, vel non, quomodo, & quibus modis fiat, quot teſtes requirat, quando & ex quibus dicatur defectiuum, imperfectum, nullum, ruptum, quid ſi ſint plura eodem die confecta, & non conſtet quodnam fuerit primum, vel vltimum, quod ſi ſit vitiatum, vel raſum, quomodo aperiatur, publicetur, probetur, reuocetur, aliaque plurima tradit Bertachin. *in Repertor. verb. Teſtamentum per duodecim paginas*, aliqua Ioſeph. Felic. *Margar. var. concluſ. eod. verb.* plura Thoro *Compend. deciſ. Neapol. part.1. & 2. verb. Teſtamentum*, Ariſmin. Tepat. *variar. ſentent. tit.* 588. *cum pluribus ſeqq.* Vaſquius *tract. de ſucceſſ.* Cancer. *var. reſolut. part.1. cap.4. per tot.* Caſtill. *lib.4. contr. cap.1.* & alibi ſæpè Iul. Capon. *tom.4. diſcept.201.* Emin. de Luca *tract. de teſtam. per tot.* Franciſc. Pinher. *tract. de teſtam. per tot.*

63 Si quis vlterius ſcire cupiat in materia teſtamentorum, vnde teſtandi facultas proueniant, qui poſſint teſtari, vel non, quæ ſolemnitates ſint neceſſariæ, vel non, quando dicantur perfecta, & abſoluta, vel non, quid in dubio præſumendum, qui poſſint eſſe teſtes, vel non, quomodo, & coram quo iudice aperienda, & publicanda, ad quos ſpectet executio, penes quem ſint cuſtodienda, & ſecundum quas leges iudicanda, de conditionibus adiectis, de prohibentibus aliquem teſtari, vel per vim, metum, & dolum inducentibus ad teſtandum, an teſtator præſumatur fuiſſe ſanæ mentis, an poſſit contra leges diſponere, de captatoria voluntate, an ſit credendum aſſertioni teſtatoris, vel ſtandum eius confeſſioni pro ſe, vel contra ſe, ſiue alios, quomodo interpretanda, & exequenda ſit teſtatoris voluntas, quando, & à quo irritentur, rumpantur, vel reuocentur teſtamenta, de querela inofficioſi, de executionibus teſtamentarijs, de illis, quibus data fuit facultas, & mandatum à teſtatore teſtandi, & diſponendi pro eo, an valeant teſtamenta ſi potens ſit inſtitutus ad alterius inuidiam, vel ex errore, & falſa cauſa, & multas alias notabiles, & peregrinas quæſtiones, adeat Auctores latè cumulatos à Caſtejon. *Alphab. iurid. verb. Teſtamentum, Teſtator, &c.* atque à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.5. eod. verb. fol.719. & ſeqq.* ac nouiſſimè etiam de teſtamentis, & teſtatoribus, quid diſponere valeant, vel non, habentur plura per Io: Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primogen. Ital. in locis indicatis in Repertor. general. in fine part.3. verb. Teſtamentum, Teſtator per tot.* Cancer. *var. reſol. part.1. cap.4. per tot.* Andreol. *contr. vt in Indice verb. Teſtamentum, &c.*

Teſtamentum an reuocetur per donationem vniuerſalem poſteà factam hæredi in antecedente teſtamento inſtituto, & an donatione acceptata, ſi illa fuerit nulla, poſſit idem hæres, & donatarius conſequi bona vigore præcedentis teſtamenti, vel potiùs admittantur venientes ab inteſtato, latè hincinde fundamenta adducit nihil reſoluens Andreol. *contr.221.* 64

Teſtamentum factum iure militari, vt valeat neceſſe eſt quòd fiat in bello, vel in acie, & in procinctu, non autem in ſtatione, ex veriori ſententia, & probari debet voluntas militis, & ſi facta ſit ſcriptura debet legitimè recognoſci, nec ſufficit atteſtatio Capitanei, ſed debet fieri formiter, citata parte, Tondut. *quæſt. ciuil.137. per tot. part.2.* 65

Teſtamentum efficitur caducum decedente hærede ante teſtatorem, & ſubſtitutiones ſequentes euaneſcunt, niſi contineat clauſulam codicillarem, quæ habet vim ſubſtinendi ſubſtitutiones, Tondut. *quæſt. ciuil.173. part.2.* & dixi in hoc §. *num.28.* vbi plures allegaui. 66

§. TESTATOR. VIII.

TEſtator confeſſus in teſtamento ſibi deberi tantùm decem à Titio, non nocet hæredi ſi poſſit probare quòd Titius plus debeat, niſi appoſuerit iuramentum, quia tunc videtur voluiſſe quòd dicta confeſſio valeat omni meliori modo, & cætera remittere, Euerard. *loc. à vi. & energ. iurament. num.27.* Gratian. *diſcept. for. cap.116. n.42. &c.* vide in §. *Confeſſio num.19.* 1

Quòd imò per illam dictionem taxatiuam *tantùm*, videantur cætera remiſſa, præcipuè ſtante iuramento, niſi probetur error in teſtatore, latè Genu. *tract. de verb. enunciat. lib.2. quæſt.22. per tot. fol.52.* Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.3. quæſt.22. num.21.*

Teſtator ſimpliciter confeſſus in teſtamento recepiſſe mille, ſiue aliam ſummam pro dote ſuæ vxoris ſecundum aliquos nihil probat, niſi aliunde conſtet de numeratione, vel niſi etiam legauerit; Contrarium tamen quòd imò dicta confeſſio non ſolum probet dotem, ſed etiam ſuſtineatur in vim legati, licèt non expreſſerit teſtator, cùm tacitè ſubintelligatur, & dari volo, remaneret tamen reuocata per reuocationem teſtamenti, niſi dixerit velle valere etiam iure donationis inter viuos, & fuerit acceptata, quia tunc cùm tranſierit in contractum non poteſt amplius reuocari, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.116. num.45. &c. cap.247. num.23. cap.690. num.4. &c. cap.751. n.5. &c.* Surd. *deciſ.250. & 285. per tot.* vide in §. *Confeſſio num.16. &c.* 2

Quòd quando teſtator aliquid legauit, *præter dotem*, vel *vltra dotem*, cenſeatur etiam ipſam dotem legaſſe, licèt aliter non expreſſerit propter illas dictiones incluſiuas, Menoch. *lib.4. præſumpt.145. n.2. &c.* Barboſ. *de d. Dict.428. num.4.* Rot. *part.9. recent. deciſ.44. num.2. &c. deciſ.460. per tot. eâdem part.9.* vbi quando vltra dotem inſtituit vxorem in medietate hæreditatis, vt valeat ipſam medietatem hæreditatis liberam conſequi, & dotem integram à cohærede inſtituto repetere.

Teſtator mandans ſolui ſua debita licita, & honeſta an dicatur legare creditoribus, ita vt poſſint illa petere iure legati, & qualia dicantur debita licita, & honeſta, & quòd ſemper intelligatur de debitis validis, & efficacibus, licèt non expreſſerit, Gratian. *diſcept. for. cap.713. n.57. &c.* latè Rot. *part.11. recent. deciſ.98. num.11. & ſeqq.* 3

Quòd

Quòd teſtator non cenſeatur intellexiſſe de debitis, quæ exceptione elidi poſſunt, ſed tamen intellexiſſe de illis, ad quæ in conſcientia tenetur, vt de naturalibus, Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæſt. 57. num. 3. &c.* Sperel. *dec. 177. n. 33. &c.* Rot. *par. 7. recen. dec. 62. num. 2. dec. 81. num. 1. dec. 119. num. 2. & par. 10. dec. 90. num. 8. & ſeqq.* vbi qualiter ſtante nullitate non obliget conſcientia, *& par. 11. dec. 98. n. 17. & ſeqq.*

Qualiter verba dubia teſtatoris ſint intelligenda, Tuſch. *lit. T. concl. 135. per tot.*

3 Quòd teſtator non poſſit obligare bona ſua, nec alicui oneri ea ſubjicere in præiudicium creditorum, Surd. *conſ. 30. num. 2.* Rot. *par. 13. recent. dec. 116. n. 5.*

4 Teſtator tradens ſimpliciter dum viuit rem legatam non exprimendo ex cauſa legati tradere, facit donationem inter viuos, quam per aliud teſtamentum non poterit reuocare, nec aliter niſi ex cauſis aliàs permiſſis, Afflict. *deciſ. 275. num. 6.* Soccin. inn. *num. 54.* Bolognin. *num. 115. & alij in Rub. & l. 1. ff. de legatis 1.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 251. num. 26. &c. cap. 910. num. 6. &c.* Magon. *deciſ. Luc. 28. num. 10. &c.* Gabr. Vaſquez *Opuſcul. moral. tract. de teſtam. cap. 8. §. 1. dub. 4. fol. 336.* vide in §. *Conditio num.* Card. Tuſch. *lit. L. concl. 134. per tot. & concl. 137.* Bich. *dec. 590. per tot.* Ricc. *Collect. 2943.* vbi benè declarat, & quando poſſit repetere, adde Rot. *par. 9. recent. deciſ. 41. num. 45. &c.* vbi quòd licèt talis traditio habeat vim donationis, non tamen habet vim noui tituli, ſiue duplicationis legati, ſed ſolum executionem præcedentis diſpoſitionis, vel cenſetur additus nouus titulus præcedenti legato, vt legatarius celeriùs, & efficacius illud conſequatur, & iterum comprobat Rot. in eadem cauſa *d. par. 9. deciſ. 309. per tot.* & facit in alia cauſa *par. 12. deciſ. 339 per tot.*

Quòd legatum à teſtatore viuente adimpletum, non poſſit iterum peti contrà hæredem, Gratian. *diſcept. for. cap. 570. num. 37. &c.* Magon. *d. deciſ. Luc. 28. per tot.* vbi plura hincinde, *& deciſ. Flor. 13. num. 24. &c.* vbi quòd idem eſt ſi fuerit adimpletum ab eius hærede, qui licet ex alia cauſa poſſit dici obligatus, videtur potiùs in dictam cauſam ſoluiſſe, vide in §. *Frater num.* §. *Pater n. 14. & §. Legatum num. 112.* Lanfranch. Zacch. *tract. de ſalar. & merced. quæſt. 35. per tot.* vbi concludit legatum factum in recognitionem ſeruitutis non tolli ex eo quod poſtea teſtator ſoluerit mercedem famulis, qui finem fecerint, quia huiuſmodi ſolutio eſt ex cauſa neceſſaria, legatum autem ex cauſa voluntaria, & liberali, ac ideò non confundi.

Quòd legatum non cenſeatur ademptum per ſolutionem illius factam à teſtatore viuente, ſi poſteà teſtator ipſe pluribus annis ſuperuixit, & teſtamentum, quod de facili mutare potuit, non mutauit, an poſſit ademptio probari per teſtes, & quot, & alia pro ſubſtentatione legati, non obſtante dicta ſolutione à teſtatore facta, Rot. *dec. 499. n. 5. &c. par. 2. rec.* cum alijs per Viceol. *Conſult. for. cap. 83. per tot. vol. 2.* Ludouiſ. *dec. 236. per tot.*

Plura autem in contrarium, vt teſtator, qui notabile legatum reliquit, & poſteà emit officia, & loca montium ad fauorem eiuſdem legatarij obtinenda poſt mortem ipſius teſtatoris, non intelligatur feciſſe duo legata, vel aliam particularem donationem, ſed in executionem primi legati aliam diſpoſitionem cedere, vide Rot. *par. 9. rec. deciſ. 41. per tot. & deciſ. 309. per tot. d. par. 9. in eadem cauſa*, vbi fuit confirmata prima deciſio.

Quando teſtator ſciuit, & potuit mutare teſtamentum, ſed non mutauit, qualiter cenſeatur confirmatum, & debeantur legata, ac alia in eo diſpoſita, Tuſch. *lit. T. concl. 132.* Ludouiſ. *dec. 236.*

5 Teſtator legans aliquid vxori ſuæ videtur illi remittere expenſas neceſſarias factas in re dotali, licèt aliàs dotem ipſo iure minuant, vel ſaltem repeti poſſint, Afflict. *dec. 359.*

6 Teſtator dicens in teſtamento dono Titio præſenti, & acceptanti, facit donationem inter viuos, & non legatum, ad tradita per Soccin. inn. *num. 63.* Bologn. *n. 113. & alios in Rub. & l. 1. ff. de legat. 1.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 105. num. 18. & per tot.* vbi quando teſtator vtitur verbis dono, lego, relinquo, an faciat donationem, vel legatum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 282. num. 42. &c.* vbi quòd in huiuſmodi donatione non requiritur inſinuatio, vide in §. *Contractus num.*

Ac idem eſſe licèt legatarius non ſit præſens, ſed hæres promittat teſtatori ſoluere legatario, quia huiuſmodi promiſſio tanquam contractus poterit probari per duos teſtes quaſi teſtator poſſit ſtipulari pro legatario, quicquid aliàs ceſſante dicta promiſſione regulariter legata debeant quinque teſtibus probari, Surd. *deciſ. 149. per tot.*

Quid autem ſi teſtator aliquem præſentem inſtituat hæredem ſub conditione ſi talem in vxorem acciperit, an adimpleta conditione poſſit reuocare teſtamentum, vide Peregrin. *conſ. 69. lib. 1. & deciſ. 50. per tot.* vbi tenet pro libertate teſtandi, & reuocandi, ac obtinuiſſe dicit, licèt in gradu appellationis fuerit reuocata ſententia.

Teſtator legans vni prædia ſua, & alteri eorumdem prædiorum vſumfructum, cenſetur velle, quod proprietarius, & vſuſfructuarius ſimul concurrant pro dimidia fructuum, *l. ſi alij*, vbi Bart. & cæteri, *ff. de vſufr. legat.* Addit. ad Pract. Papp. *libell. ad dot. & vſufruct. gloſ. donec num. 4.* de quo latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 350. per tot.* vbi refert multas coniecturas, ex quibus receditur à dicta concluſione, vide in §. *Hæres num. 9.* §. *Legatum num. 52.* latè Rot. *par. 12. recent. dec. 99. num. 15. & ſeqq.* 7

Quòd legans fundum ad alimenta, vel pro alimentis cenſeatur etiam transferre dominium in legatarium, ità vt tranſeat ad illius hæredes, Pract. Papp. *Libell. pro legat. rei ſing. gloſ. 1. num. 108.* vbi refert etiam alios contrarium tenentes, vide in §. *Legatum num. 38.* Surd. *de aliment. tit. 2. quæſt. 1*

Teſtator poteſt bona hæredum expreſsè obligare, in dubio tamen non intelligitur illa tacitè obligaſſe, Pract. Papp. *Act. hypot. gloſ. Ex memoratis cauſis in fine*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 225. num. 73. &c. cap. 540. num. 56. &c.* Surd. *dec. 315. per tot.* vide in §. *Bona num. 19.* Magon. *deciſ. Flor. 72. num. 5. & ſeqq.* vbi quòd per generalem diſpoſitionem videtur illa comprehendere, licèt ex alio fideicommiſſo deberent peruenire ad hæredes. 8

Quòd teſtator poſſit de bonis hæredis diſponere ſicut de proprijs; illa fideicommiſſo, vel primogenituræ ſupponendo, §. *Poſt autem, Inſtit. de ſing. rub. per fideicom. relict. l. Cum vnum ex Familia 69. Si rem, ff. de leg. 2.* Capyc. *dec. 175. num. 15.* Rot. *par. 5. recent. deciſ. 10. num. 1. & deciſ. 89. num. 2. par. 13. dec. 310. num. 21. & par. 18. tom. 1. deciſ. 27. num. 14.* vbi quòd ſi teſtator diſpoſuit de re hæredis, & teſtamentum fuit acceptatum ſuſtinetur diſpoſitio, ac ſi de proprijs bonis eſſet facta.

Quando teſtator poſſit grauare hæredem ſui hæredis, vel non, Ger. Spin. *conſ 41. per tot.* vide in §. *Hæres n.*

Quòd poſſit obligare bona hæredum potiùs de conſuetudine, quàm de iure, & talis obligatio veniat ſub obligatione Camerali, ſed quia agitur de materia odioſa, non extendatur vltrà primos hæredes, & alijs rationibus, latè Rot. *par. 15. recent. deciſ. 222. per tot.*

Teſtator voluntariè alienans rem legatam, vel mortis cauſa donatam videtur tacitè legatum, vel donationem reuocare, ſecùs autem ſi ex neceſſitate alienaret, Pract. Papp. *libell. pro legat. rei ſing. gloſ. 1. num. 165.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 251. per tot.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 167. per tot.* vide in §. *Legatum n.* 9

Teſtator non poteſt remittere vſuſfructuario cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, *l. 1. C. de vſufr.* Mant. *de fideiuſſ. par. 1. ſect. 3. cap. 19. num. 14. etc. num. 28. etc.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 711. num. 27. etc. num. 45. etc.* vbi quòd nec poſſit remittere confectionem inuentarij, vide in §. *Inuentarium n.* *et §. Vſuſfructus num.* 10

Teſtator legans liberationem omnibus ſuis debitoribus, non intelligitur legaſſe quoad illos, qui res proprias ipſius teſtatoris retinent, cum tales nec verè, nec propriè dicantur debitores, nec ſit dare debitorem, vel creditorem in actione reali, Alex. *in l. 1. num. 50. ff. ſi cert. pet.* Scapuc. de Saluian. *lib. 2. quæſt. 23. num. 6. etc.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 164. num. 12. et ſeqq.* vbi latè quid veniat in legato liberationis, vide in §. *Liberatio num.* §. *Legatum num.* *et §. Tutela num.* 11

Quando legans creditori alterius præſumatur legare contemplatione debitoris, & ſic vt liberationem ipſe conſequatur, Menoch. *d. præſumpt. 164. n. 26.*

Teſtator non poteſt perpetuò diuiſionem inter hæredes prohibere, ſed benè ad tempus, veluti donec efficiantur maiores, & alijs caſibus, ad latè tradita per Michalor. *de fratr. par. 2. cap. 43. per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 280. num. 31. et 40. cap. 488. in princ.* pulchrè *in cap. 905. per tot.* Montan. *de tut. cap. 33. n. 192. etc.* vide in 12

§. Pactum n. 11. Boer. deciſ. 87. Paul. Chriſtin. deciſ. Belg. 179. n. 7. vol. 2.

Quòd in omnem caſum cenſeatur tantùm prohibuiſſe diuiſionem quoad dominium, non autem quoad fructus, & ius vtendi, & fruendi, Gratian. diſcept. for. cap. 917. n. 7. & per tot. vide in §. Diuiſio n. 2.

Quòd ſi teſtator prohibuerit diuiſionem inter ſuos hæredes, vel iuſſerit communionem ſub pœna priuationis hæreditatis, quia voluit hæreditatem ſtare in domo dictorum hæredum, videatur induaiſſe fideicommiſſum reſtrictum tamen ad hæredes nominatos, quibus fuit prohibita diuiſio, & quomodo, Bich. dec. 46. per tot.

13 Teſtator non poteſt in codicillis dare, ſiue relinquere, neque adimere hæreditatem, ita vt nec ademptio poſſit obliquari, & ſic per obliquum ſuſtineri, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 902. per tot. vide in §. Hæreditas num. 20. & §. Subſtitutio num. 7.

Si tamen adeſſet ſtatutum mandans quamlibet teſtatoris voluntatem eſſe ſeruandam, licèt non factam ſecundum leges valeret, cùm poſſit ſtatutum omnem legum obicem tollere, dummodò non ſit contra bonos mores, vt in pluribus exemplificat Altograd. conſ. 87. num. 46. & conſ. 88. num. 29. &c. lib. 2.

14 Teſtator ſi mandauerit celebrari Miſſas ad certum Altare, ad quod conſtat habere deuotionem, non eſt licita mutatio loci, ſiue Altaris, aliàs autem ſecùs ceſſante dicta, vel ſimili deuotionis coniectura, Gratian. diſcept. for. cap. 73. n. 4. &c. vide in §. Legatum num.

15 Teſtator ſi mandauerit aliquid diſtribui cuicumque hæres voluerit, non obſtante illa ſingulari dictione, poterit in plures fieri diſtributio, ſicut etiam ſi iuſſerit dari pauperibus, poterit vni tantùm integrum dari iuxtà veriorem opinionem, cùm ſemper militet eadem ratio pietatis, & adimpleatur voluntas teſtatoris, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 229. num. 26. &c.

16 Teſtator in ea parte, in qua prædilexit aliquem, cenſetur dileaiſſe omnem illius poſteritatem, vt pluribus relatis probat Altograd. conſ. 45. num. 24. lib. 1. maximè autem ſi in poſteritate concurrat qualitas, ob quam motus fuit teſtator ad honorandum, aliàs ſecùs, & poteſt facere indiuiduum id, quod alias de ſui natura erat diuiſibile, & è contra, vt quando mandat integra bona conſeruari, Gratian. diſcept. for. cap. 621. n. 8. &c. num. 22. &c. cap. 866. num. 28. &c.

Ex quibus autem coniecturis arguatur maior affectio teſtatoris erga vnum, quàm erga alterum, Menoch. lib. 4. præſumpt. 16. per tot. Altograd. conſ. 45. num. 12. &c. per tot. lib. 1.

Item ex quibus cognoſcatur contemplatio alicuius perſonæ, ſingularis affectio, & prædilectio, Altograd. conſ. 85. num. 27. & ſeqq. lib. 1. & conſ. 84. num. 56. & ſeqq. lib. 2. vbi quòd magis dilectus præſumitur primogenitus, item primo, & nominatim vocatus, item potiùs nati, & cogniti, quam naſcituri, & ignoti, idem Altograd. conſ. 85. n. 11. & ſeqq. lib. 2.

17 Teſtator quando præſumatur ſe voluiſſe conformare cum diſpoſitione ſtatuti, excludentis fœminas propter maſculos, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 644. per tot. cap. 866. num. 33. &c. cap. 930. num. 25. &c. vide in §. Contractus num. & §. Voluntas, Rot. par. 18. recent. dec. 638. num. 10. &c. vbi intelligit ſi ſtatutum loquatur de caſu ſuo, aliàs autem ſecùs.

Quòd ſemper præſumatur ſe conformaſſe cum diſpoſitione ſtatuti in illis partibus, in quibus non receſſit ab illo, & ſi in alijs receſſerit, latè Altograd. conſ. 95. num. 14. & num. 33. & ſeqq. per tot. lib. 2. Paul Chriſtin. deciſ. 211. num. 2. &c. vol. 4. Rot. par. 13. recent. deciſ. 169. num. 8. vbi quòd cenſetur ſe conformare ſtatuto, & conſuetudini loci, in quo teſtamentum condidit, & ex inde ſumitur eius mentis interpretatio.

Quòd ſemper cenſeatur ſe conformaſſe cum diſpoſitione iuris communis, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 824. num. 5. &c. Menoch. lib. 4. præſumpt. 202. per tot. Rot. p. 12. recent. dec. 194.

Contraria tamen coniectura ab iſta recedi, Magon. deciſ. Flor. 16. num. 26. vide Menoch. loc. cit.

Quòd potiùs præſumatur ſe conformaſſe cum diſpoſitione iuris communis, quàm cùm diſpoſitione ſtatuti, Gratian. diſcept. for. cap. 942. n. 9. &c.

Imò potiùs cum diſpoſitione ſtatuti, quàm cum diſpoſitione iuris communis, Altograd. conſ. 46. num. 28. lib. 2. latiùs conſ. 47. num. 7. & ſeqq. lib. 2. ibidem num. 16. &c. conſ. 95. num. 35. & 36. lib. 2. vbi teſtatur de veriori opinione, latè Tuſch. litt. T. concl. 137. per tot. Mantic. de coniect. vlt. voluntatum lib. 6. tit. 7. Gratian. diſcept. for. 664. num. 11. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 25. num. 53. Caualer. dec. 125. n. 5. Rot. par. 12. recent. dec. 180. n. 6.

Quòd valeat argumentum à verbis ſtatuti ad verba teſtatoris, & è contra, idem Altograd. conſ. 95. num. 58. &c. lib. 2.

18 Teſtator non poteſt facere, nec diſponere, vt leges non habeant locum in ſuo teſtamento, Gratian. diſcept. for. cap. 853. n. 22. &c.

Quòd ideò non poſſit diſponere, vt Ordinarius non habeat iuriſdictionem ſuper Capellano ab ipſo teſtatore deputato, Rot. par. 2. diuerſ. dec. 311. num. 3. vide in §. Patronus n. 21. & §. Iuſpatronatus n. 27.

Nec etiam poteſt impedire ius accreſcendi in inſtitutione, vel ſubſtitutione directa, ſed tantùm in legatis, & fideicommiſſis, Altograd. conſ. 77. num. 53. & ſeqq. per tot. lib. 1.

Nec apponere conditionem, vel qualitatem à matrimonio retrahentem Altograd. d. conſ. 77. num. 11. &c. vide in §. Conditio num.

An poſſit prohibere beneficium inuentarij, vide in §. Inuentarium n. 15.

Quòd prohibens fieri inuentarium non præiudicet creditoribus, quibus ideò hæres non conficiens inuentarium teneretur in ſolidum non obſtante dicta prohibitione, Viui comm. opin. 783. vide in §. Inuentarium n. 15. vbi alios allegaui.

Quòd licèt teſtator poſſit remittere hæredi, vel tutori confectionem inuentarij, tamen poſſit iudex ſi ſibi videatur expedire, tutorem compellere ad illud faciendum, non obſtante teſtatoris remiſſione, Viui. comm. opin. 878. vide in §. Inuentarium num. 16. vbi plura, & Ioſeph. Feliu. in Margar. var. concl. verb. Teſtator fol. 103. et 104. vbi benè declarat.

19 Teſtator licet poſſit blandis verbis induci ad teſtandum, & ſibi, vel alteri relinquendum, tamen non poteſt per ſuggeſtionem eodem modo induci, vt alteri adimat, vel quod volebat relinquere, non relinquat, alias ita faciens tenetur actione de dolo, vel in factum ſubſidiaria, l. 1. ff. de dol. except. Ang. in l. fin. C. ſi quis aliq. teſt. prohib. Cæpol. caut. 36. per tot. Vrſil. ad Afflict. deciſ. 69. vide in §. Blanditia num. Peregrin. de iur. fiſc. lib. 2. tit. 6. n. 9. etc. Card. Tuſch. litt. T. concluſ. 133. num. 3. etc. Lancell. Gall. in conſuet. Alex. præfat. 5. num. 48. et 56. fol. mihi 25. Dian. par. 3. tract. 6. reſol. 33. vbi an, & quando impediens ne alter inſtituatur obligetur ad reſtitutionem, vel non in foro conſcientiæ, Medin. in Inſtruct. Confeſſ. lib. 1. §. 31. fol. mihi 111.

Quòd liceat teſtatorem blanditijs, & delinimentis inducere ad ſibi, vel alteri relinquendum, etſi miſceantur verbera, vel minæ, ſeu tanta importunitas, quæ voluntatem liberam excludat, Bart. in l. fin. ff. ſi quis aliq. teſt. prohib. Duran. tract. de condit. et mod. impoſſ. par. 3. cap. 5. num. 34. etc. Menoch. de arbitr. caſ. 395. num. 41. et ſeqq. Sperel. dec. 150. num. 11. etc. Martha vot. Piſ. 89. num. 10. et ſeqq. quòd preces importunæ factæ per eum, qui habebat teſtatorem in manibus moribundum, & non erat ab inteſtato ſucceſſurus, ſed fuit inſtitutus, vitiant teſtamentum, maximè iunctis alijs, de quibus in dicto voto, vide in §. Teſtamentum n. 14. 20. et 25.

Quòd ceſſante fraude, & dolo, poſſit teſtator induci ad teſtandum verbis iteratis, illecebris, & blanditijs, ac valeant teſtamentum, Altograd. conſ. 50. n. 196. et conſ. 88. n. 6. lib. 1. Rot. p. 19. recent. dec. 19. n. 23. et ſeqq.

Quòd ad effectum annullandi teſtamentum ex hoc capite debeant preces importunæ eſſe adeo aſſiduæ, & frequentes, vt nullam quietem permittant, & mixtæ cum dolo, vel ſaltem metu reuerentiali, aliàs ſuſtineri teſtamentum, Altograd. d. conſ. 50. num. 197. etc. lib. 1. vide in §. Metus num.

Quòd non ſit permiſſum tutori inducere teſtatorem ad relinquendum ſibi id, quod pupillo, cuius tutelam tenet relinqueret, & quid in ſimilibus, Duran. d. tract. de condit. et mod. impoſſ. par. 3. cap. 5. num. 35. Menoch. & Sperel. in loc. ſupra cit.

20 Teſtari aliquem prohibens, vel cogens ad teſtandum ad

ſui,

ſui, vel alterius fauorem punitur criminaliter arbitrio iudicis, & ſi ſit proximior, hæreditas ab eo auffertur, & fiſco applicatur, ſi verò habeat alios æquales in gradu, vel ſi teſtator erat alios inſtituturus, tunc eodem modo defertur fiſco hæreditas, & prohibens, vel cogens tenetur venientibus ab inteſtato ad intereſſe duplicatum, ſicut & illis, qui alias fuiſſent inſtituti, ſi id poſſit probari, ad latè tradita per Menoch. *de arbitr. caſ.* 395. *num.* 1. *& ſeqq. ad* 11. *& num.* 27. *& ſeqq.* Farinac. *de falſit. & ſimulat. q.* 161. *per tot.* Tuſch. *litt. T. concl.* 147. *per tot.* Bonifac. *de furt.* §. 4. *num.* 85. *fol. mihi* 175. plenè Peregrin. *de iur. fiſc. lib.* 2. *tit.* 6. *per tot.* vbi quòd, & quomodo debeat probari, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 31. *per tot. vol.* 4. vbi quòd auffertur ab indignis, an applicetur fiſco, vel non iuxtà varias locorum conſuetudines.

Quòd ſi teſtator fuerit coactus ad aliquem inſtituendum, & non ipſum cogentem, hæreditas auferatur ab illo inſtituto, & fiſco applicetur, quia vbi dolus alterius eſt cauſa immediata acquiſitionis, nocet etiam ipſi acquirenti; ſicut etiam fiſco defertur quando ſucceſſurus ab inteſtato teſtatorem teſtari voluntatem prohibuit, vt ipſe ſuccederet; an autem poſſit præiudicare æqualibus cum eo in gradu, vel alijs ab inteſtato ſucceſſuris, videtur quod non, Menoch. *d. caſ.* 395. *n.* 11. *& ſeqq. & num.* 26. vide Farinac. & alios ſupra citatos.

Quòd ſi teſtator fuerit prohibitus teſtamentum iam factum mutare, & conſtet voluiſſe alium hæredem facere, eſt idem, ac ſi fuiſſet coactus illum primum inſtituere, & ideò ab eo hæreditas auffertur, & fiſco applicatur, hæredi autem inſtituendo ea illa prohibitione læſo datur actio contra prohibentem ſi poſſit probare, quòd teſtator volebat illum inſtituere, Menoch. *d. caſ.* 395. *n.* 17. *& ſeqq. ad* 25. *cum alijs ſupra relatis.*

21 Teſtator vt dicatur prohibitus teſtari ad hoc vt prædictæ pœnæ locum habeant requiritur quod prohibitio, vel coactio, ſiue aliud impedimentum clariſſimis, & apertiſſimis probationibus appareat, item quod teſtator voluerit teſtari, vel iam conditum teſtamentum reuocare eo tempore, quo fuit prohibitus, item quod non leuis, ſed grauis metus fuerit adhibitus, & quod prohibitio fuerit doloſa, Menoch. *de arbitr. caſ.* 395. *num.* 30. *& ſeqq.* vide Peregrin. *de iur. fiſc. lib.* 2. *tit.* 6.

Quòd teſtator dicatur prohibitus teſtari, vel teſtamentum reuocare, ſi fuerint prohibiti teſtes, vel notarij ad illum accedere, vel alia ſolemnitas neceſſaria, vel ſi tantus clamor, & vociferatio penes teſtatorem facta fuerit, vt ipſe indignatus, vel mente alienatus omiſerit teſtari, vel ſi immediatè per metum fuit prohibitus, vel ſi violentis perſuaſionibus, & blanditijs doloris affectus fuerit ad ſtà teſtandum, vel ad non reuocandum, Menoch. *d. caſ.* 395. *num.* 36. *& ſeqq.* Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1355. *per tot.* vide Peregrin. & Farinac. *in loc. ſupracitatis.*

Non tamen dicitur teſtator prohibitus teſtamentum mutare, ſi poſt prohibitionem potuit multoties ad libitum ſuum illud mutare, & teſtari, ſi non mutauit, nec aliter teſtatus fuit, ita vt illi, qui iam prohibuerunt, ſed ex priori teſtamento ſuccedere poſſint, vel ab inteſtato, Soccin. iun. *conſ.* 148. *num.* 40. *lib.* 2. cum alij per Menoch. *d. caſ.* 395. *n.* 25.

22 Teſtator nullus poteſt regulariter decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, *l. ius noſtrum, ff. de reg. iur.* Soccin. *reg.* 495. vbi adducit 22. limitationes, Franch. *deciſ.* 546. *num.* 7. *&c.* latè Tuſch. *litt. T. concluſ.* 96. *per tot.* vbi etiam quando ſecus, & Paul. Chriſtin. *deciſ.* 10. *num.* 3. *vol.* 4.

23 Teſtator dum potuit vnico verbo, vel faciliter aliquid declarare, & non declarauit, præſumitur noluiſſe, iuxtà *text. in l. vn. §. Primum itaque, verſ. ſciendum, C. de rei vxor. act.* Rot. plures allegans *par.* 11. *recentior. deciſ.* 31. *num.* 11.

Huiuſmodi tamen argumentatio eſt æquiuoca, quando vnico verbo, vel faciliter poterat eodem contrarium declarare, & non declarauit, & ideò quod teſtator facere omiſit, alijs coniecturis potiùs eſt declarandum, vt reſpondet Rot. *par.* 9. *recen. dec.* 309. *n.* 72. *& ſeqq.*

Et dictum argumentum eſſe multum fallax, Magon. *dec. Luc.* 82. *num.* 28. *cum Addit.* facit Beltramin. ad Ludouiſ. *dec.* 301. *num.* 17. vide in §. *Voluntas num.* 7. *& num.* 9. Coſt. *de facti ſcient. & ignorant. inſpect.* 71. *per tot.* Rot. *par.* 18. *recen. deciſ.* 638. *num.* 7. *& ſeqq.*

Quòd quando teſtator in aliqua parte teſtamenti pœnam adiecit, ſi omiſit in alia, cenſeatur conſultò omiſiſſe, & noluiſſe illam apponere, *arg. l. vn. C. de cad. toll.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 10. *tit.* 8. *num.* 8. Rot. *part.* 13. *recentior. deciſ.* 321. *num.* 10. *& deciſ.* 342. *num.* 9. vbi idem in ſtatuentibus, qui quando voluerunt, expreſſerunt, & ideò in alijs non expreſſis cenſentur conſultò omiſiſſe, & noluiſſe, & rurſus in eadem cauſa *d. par.* 13. *dec.* 370. *n.* 5. *&c.*

Et idem eſſe in contractibus, Rot. *d. par.* 13. *dec.* 428. *num.* 8.

Teſtator qualiter poſſit mentem ſuam hæredi oretenus exponere, illiuſque vel alterius declarationi ſe remittere, qualiter tunc declaratio ſit facienda cum iuramento, & debeat eſſe conformis teſtamento, quid ſi variatum fuerit in declaratione, & alia, Rot. *par.* 14. *recentior. deciſ.* 294. *per tot.* vide in §. *Declaratio num.* 4. *& §. Voluntas n.* 2. *&c.* Rot. in ſelectis per Farinac. *par.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 263. *per tot.* vbi plura de hærede habente à teſtatore facultatem eligendi, & nominandi poſt eius mortem ſucceſſorem, & ſubſtitutum, & quod electio non poteſt fieri ante tempus in præiudicium alterius, nec valet ſi electus moriatur ante hæredem, & *deciſ.* 323. *in eadem cauſa Fauentina bonorum de Naldis d. par.* 1. *tom.* 1. Frances *var. reſolut. cap.* 46. *per tot.* vbi plura de declaratione voluntatis à teſtatore alteri commiſſa, facit quod de hærede fiduciario dixi in §. *Hæres num.* 11. & plenè licèt remiſſiuè Ægid. de Caſtejon. *in Alphabet. iurid. verb. Teſtator num.* 76. *&* 77. 24

Teſtator qualiter poſſit bona ſua diuidere in plures hæreditates, & plures hæredes diuiſim facere non per quotas, ſed per vniuerſitates, & res diuerſorum locorum, ita vt vnuiſquiſque hæres teneatur tantùm ad debita contracta reſpectu ſuæ hæreditatis, & non aliorum *text. in l. ſi certarum, §. Iulianus, ff. de teſtam. milit.* Oldrad. *conſ.* 249. Bald. *conſ.* 232. *vol.* 3. Franc. Marc. *deciſ.* 346. *num.* 6. Mart. *vot. Piſ.* 242. *per tot.* vbi quòd tunc creditores non habent electionem agendi ſuper omnibus bonis, ſed directo agere debent contrà illum hæredem, qui in talibus bonis eſt inſtitutus, & quamuis dicta lex loquatur in milite procedat etiam in pagano, reſpondendo contrarijs ex *tex. in l. ex facto, ff. de hæred. inſt. ſupra num.* 22. *in §. Creditor num.* §. *Hæres n.* 22. 25

Alia plura de teſtatoribus, eorum poteſtate, & teſtamentis, Ægid. de Caſtejon. *Alphab. iurid. verb. Teſtator, & Teſtamentum.*

De teſtatoribus tradit plura Bertachin. *in Repert. verb. Teſtator*, aliqua Ioſeph. Feliu. *eod. verb.* Thoro *Compend. deciſ. part.* 1. *&* 2. alijque plures citati ſupra in §. *Teſtamentum.*

Teſtatores in foro exteriori poſſunt abſque difficultate expreſsè excludere Monaſteria, & Religioſos à legatis fideicommiſſis, ſiue hæreditatibus, vt dixi pluribus citatis in §. *Conditio* 1. *num.* 31. §. *Legatum num.* 47. §. *Monaſterium num.* 9. *&* §. *Pater num.* 18. & admittit Valer. *de diff. vtriuſque fori, verb. Teſtamentum diff.* 10. *num.* 1. *& ſeqq.* Tondut. *quæſt. benef.* 45. *per tot. lib.* 1. 28

In foro autem conſcientiæ, non poſſint teſtatores apponere conditiones, per quas Religioſi, & Monaſteria, ſaltem durante vita Monachi excludantur à legatis, fideicommiſſis, & hæreditatibus, ita vt non tantùm illi mortaliter peccent, ſed etiam vocati ad bona nequeant tuta conſcientia illa exigere, & retinere, vt mordicus reſpondendo contrarijs defendit Valer. *loc. cit. per tot.* temperat tamen rigorem, & admittit huiuſmodi diſpoſitiones ſine peccato in primogenituris, & maioratibus, ac generaliter dum fiunt ex iuſta cauſa, & intuitu alicuius boni finis, & ſic non in odium, & contemptum Religionis, in quo putarem conſiſtere peccatum, ne magna pars mundi damnetur, vide DD. citatos vbi ſupra.

Et ad tollendos ſcrupolos conſulerem non excludere ſimpliciter Religioſos, ſed illos admittere durante vita naturali, & non vltra ſi ſic expediat, iuxta ea, quæ dixi in §. *Monaſterium num.* 14. *cum Addit.* & hoc modo non retrahentur homines à vita religioſa (in quo conſiderari poteſt aliqua deformitas) ſi poſſint frui hæreditate, vel legato illorum vita durante, vide in §. *Conditio num.* 31. *&* 32. & eundem Valer. *d. tract. verb. Hæreditas diſ.* 12. *num.* 3. *verb. Legatum diſ.* 4. Dian. *reſol. moral. par.* 3. *tract.* 5. *Miſcel. reſol.* 57. *per tot.* Tondut. *d. quæſt.* 45.

§. TESTES. IX.

1 TEſtes omnes regulariter admittuntur ad teſtificandum, niſi à lege reperiantur expreſsè prohibiti; plures autem ſunt, qui vel omninò repelluntur, vel non integri reputantur pro diuerſitate caſuum, rerum, & perſonarum, nempè inimici, vel maleuoli, affines, vel conſanguinei, domeſtici, familiares, famuli, vaſſalli, coloni, inquilini, emphyteutæ, amici, infames, criminoſi, accuſati, carcerati, periuri, iudæi, hæretici, aut infideles, excommunicati, non confeſſi, nec communicati, concubinarij, adulteri, ſiue alij peccatores notorij, & perſeuerantes, banniti, vſurarij, meretrices, lenones, birruarij, ſpurij, blaſphematores, luſores, ebrij, ſiue tabernarij, hiſtriones, mimi, ſaltatores, & ſimiles in publicam ſcenam artis ludicræ cauſa prodeuntes; apoſtatæ, decocti, proditores, fuſtigati, prodigi, calumniatores, litigatores continui, & litium redemptores, pauperes, & viles, infantes, impuberes, & minores, mulieres in criminalibus, intereſſati, qui pluribus modis conſiderantur, velutì ſi agatur de cauſa propria, vel ad quam habeant affectionem, vt accuſatores, iudices, arbitri, aduocati, procuratores, ſolicitatores, adminiſtratores, vel negotiorum geſtorea, curatores, executores teſtamentarij, actores ad lites, legatarij, hæredes, creditores, vel debitores, venditores, cedentes, donantes, fideiuſſores, ſocij, proxenetæ, de vniuerſitate ſi de ſingulorum commodo agatur, abbatis, vel prælati in cauſis ſui monaſterij, vel Eccleſiæ in quibuſdam caſibus: Non ſunt etiam idonei teſtes furioſi, dementes, ac ſimiles integro intellectu carentes, cæci, muti, & ſurdi, clerici contra laicum, laici contra clericum, religioſi, repentini, ideſt qui obiter, & tranſeundo aliquid viderunt, vel audierunt, & ſimiles prout latiſſimè cum ampliationibus, & limitationibus, & illationibus ſingillatim declarat videndus, Farinac. *de teſtam. quaſt.* 53. *& ſeqq. ad* 62. *per tot.* cuius, & aliorum dicta circa ſingula ſupraſcripta ſummatim colligit, Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 13. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 158. *ad* 595. *fol.* 313. *&c. ad* 334. & dixi in §§. *Particularibus ac dictis materijs*, Maſcard. *de probat. volum.* 3. *Concl.* 1356. *cum pluribus ſeqq.* Pract. Papp. *for. iuram. teſt. gloſ. Proteſtante num.* 6. *&c.* Clar. §. *fin. quaſt.* 24. Conciol. *reſol. crim. verb. Teſtis reſol.* 1. *cum pluribus ſeqq.* Gratian. *diſcep. forenſ. cap.* 277. *per tot.* vbi de teſte amico, affine, habente affectionem, paupere, luſore, vel deponente per verba, *in circa, plus, vel minus, forte, vel ferre*, ſiue aliter indeterminatè an probet, latè Caren. *de effic. S. Inquiſit. par.* 3. *tit.* 5. *& ſeqq.*

De dicta regula, quod omnes admittantur, & quinam repellantur, Tuſch. *litt. T. concluſ.* 191. *per tot. cum pluribus ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 27. *num.* 9. *&c. deciſ.* 28. *vol.* 3. vbi alia plura de teſtibus Thom. Triuiſan. *deciſ.* 49. *per tot. lib.* 2. vbi enumerat multos teſtes, qui non admittuntur in criminalibus, & *deciſ.* 53. *per tot. d. lib.* 2. vbi etiam quando tales examinati non probent, vel de falſo puniri poſſint.

Quòd ſocius offenſi tempore illatæ iniuriæ perſonalis non probet Magon. *deciſ. Lucenſ.* 30. *num.* 22. Conciol. *reſol. crim. verb. Teſtis quoad perſonas reſol.* 20. *per tot.* vbi tamen refert Farinac. *quaſt.* 60. *num.* 402. & alios contrarium tenentes, dixi in §. *Societas num.* 55.

Sicut nec conſanguineus, cùm iniuria illata vni dicatur omnibus illata, ex qua reſultat præſumpta inimicitia repellens à teſtimonio, Rot. *par.* 2. *diuerſ. deciſ.* 229. *num.* 2.

Quando conſanguineus, vel affinis admittatur, vel non, & quam probationem faciat, latè Tuſch. *litt. T. concl.* 201. *per tot.* Thom. Triuiſ. *deciſ.* 10. vbi quòd admittuntur in cauſa matrimoniali, vide Ludouiſ. *deciſ.* 351. Viui. *comm. opin.* 953. *cum pluribus ſeqq.* vbi de patre, filio, vxore, marito, venditore, cedente, aduocato, affine, ſocio, domeſtico, & huiuſmodi an, & quando admittantur ad teſtificandum, vel non, Conciol. *reſol. crimin. verb. Teſtis quoad perſonas reſol.* 2. *cum pluribus ſeqq. & reſol.* 18. *&* 19. vbi etiam an, & quando poſſint cogi, vel non.

Nota tamen quod licèt conſanguinei, & affines non poſſint cogi ad deponendum contra ſuos conſanguineos, & affines, volentes tamen admittuntur, & dicuntur non inuiti, ſed volentes, vbi citati, & iuſſi deponere, non allegant eorum priuilegium, & ſic ſi deponat contra eos in caſibus permiſſis præſumuntur dicere veritatem, & magis iſtis, quàm alijs creditur, Baiard. ad Clar. q. 24. *num.* 135. *& num.* 138. Farinac. *conſ.* 29. *num.* 8. *&c.* vbi de filijs, etiam impuberibus, vt probent contra matrem, *& de teſtam. quaſt.* 78. *num.* 101. *& ſeqq.* Cabal. *caſ.* 247. *n.* 8. Guaz. *defenſ.* 14. *cap.* 11. *num.* 17. *& ſeqq.* Conciol. *reſol. crim. verb. Teſtis quoad perſonas reſol.* 19. *num.* 4. 5. *&* 6. *vide infra num.* 14. *&c.* Rot. *par.* 18. *recentior. deciſ.* 815. *num.* 19. *&* 20. vbi quòd fratres, & mater certe non dicerent contra fratrem, & filium niſi eſſet veritas, Poſſeor. *ſingul.* 225. vbi de filia probante contra matrem in cauſa adulterij, in qua veritas aliter haberi non poterat.

Quò vbi veritas aliter haberi non poteſt, poſſunt cogi ad teſtificandum etiam liberi contra parentes, & parentes contra liberos, & tantò magis alij conſanguinei, & affines maximè in atrocibus, & exceptis delictis, Farinac. *quaſt.* 54. *num.* 171. Gomes *var. tom.* 3. *cap.* 12. *de probat. delict. poſt num.* 12. cum alijs relatis à Queſad. Pilo *controuerſ. for. cap.* 30. *num.* 42. *& num.* 55. *& ſeqq.* vbi puer octo annorum, & filius fuit examinatus contra matrem in cauſa infanticidij, & habitus pro teſte idoneo, iunctis alijs indicijs, ad imponendam, & exequendam pœnam furcarum ob immanitatem criminis, poſtulante ſic ordine iuſtitiæ, vt mater per inſtrumenta ſuæ iniquitatis afficeretur, & quæ interemit filium, ex dicto filijs interimeretur.

Quòd non ſufficiat quælibet amicitia ad repellendum teſtem, nec quod illam confeſſus fuerit teſtis in interrogatorijs, debeat probari cum omnibus qualitatibus, & non poſſit conſiſtere ſine virtute, aliaque moralia, Grat. *diſcept. for. cap.* 200. *per tot. cap.* 690. *num.* 29. Barboſ. *de appel. verb. ſignif. appell.* 16. *per tot.* latè Farin. *q.* 55. *Inſpect.* 5. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *n.* 271. *fol.* 318.

Quòd creditor non prohibeatur eſſe teſtis pro debitore extra cauſam pignoris, & quando ſatisfieri poteſt ex alijs bonis debitoris, Farinac. *de teſt. q.* 60. *n.* 316. *& ſeqq.* cum alijs per Bich. *deciſ.* 179. *num.* 5.

Quòd amicus vtrique parti non repellatur, Gratian. *diſcept. for. cap.* 748. *num.* 20. *&c.*

Sic videmus fratrem admitti inter alios fratres, Menoch. *de arbitr. caſ.* 104. *n.* 5. *&c.*

Et inter pariter coniunctos ceſſare ſuſpicionem coniunctionis, Franch. *dec.* 95. *n.* 2. Farinac. *q.* 54. *n.* 45. *&c.* cum alijs per Rot. *p.* 16. *rec. deciſ.* 269. *n.* 3. *&* 4.

An autem credatur nutritori, vel nutrici pro eius alumno, reſidet in iudicis arbitrio iuxtà veriorem opinionem, quam approbat Menoch. *de arbitr. caſ.* 101. *per tot.* ſequitur Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 1120.

An compater pro compatre, vel pro filio ſpirituali, ſiue è contra filij ſpirituales pro patre ſpirituali fidem faciat, eſt in iudicis arbitrio, ad tradita per Menoch. *de arbitr. caſ.* 100. *per tot.* Viui. *comm. opin.* 976.

Quòd parochus non prohibeatur eſſe teſtis pro eo, quem baptizauit, Ludouiſ. *dec.* 351. *n.* 12.

De teſte inimico, vel conuerſante cum vna parte, Gratian. *diſcept. for. cap.* 468. *n.* 16. *&c.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quaſt.* 28. *& lib.* 2. *caſ.* 110. vbi de inimici teſtimonio repellendo, etiam ſi ſit reconciliatus, vide in §. *Inimicitia num.* 4. latè Card. Tuſch. *litt. T. concluſ.* 222. *per tot.* Viui. *comm. opin.* 978. *per tot.* Conciol. *reſol. crim. verb. Teſtis reſol.* 1. *per tot.*

Non tamen quis poteſt iniuria afficere teſtem; ne contra eum ſit idoneus, licet aliqui ex hoc ſumant cautelam repellendi teſtem, idem Menoch. *de arbitr. caſ.* 41. *n.* 24.

Quòd teſtes ſubditi admittantur, licet aliquid eorum fidei detrahatur, & omnis defectus ſuppleatur ex numero, Rot. *par.* 13. *recent. dec.* 53. *num.* 11. *&* 12. *& dec.* 131. *n.* 1. *&c.* vide in §. *Vaſſallus num.* 6.

Teſtes inhabiles qualiter admittantur in caſibus difficilis probationis, nocturnis, vbi veritas per alios haberi non poteſt, in criminibus exceptis, ad defenſam in cauſis matrimonialibus, ſi de fauore matrimonij agatur, in inſtrumentis, vel teſtamentis, vel à partibus rogati, ſiue de partium conſenſu expreſſo, vel tacito per non oppoſitionem, in cauſis ſummarijs, contra producentem; de facto examinati an aliquam faciant probationem, quo tempore attendatur inhabilitas, an illorum fides ſuppleatur ex numero, vel ex magna fide, & qualitate conteſtium, 2

vel

vel ex alijs adminiculis, an exceptio inhabilitatis impediat examen, vel reſeruetur in fine litis; Quando tamen inhabilitas prouenit ex defectu famæ, vel ſtatus debent deponere cum leui tortura ad purgandam maculam, & in omnem caſum ſufficiunt tantùm quoad pœnam extraordinariam imponendam, vel ad torquendum, non autem ad pœnam ordinariam, latè Farinac. q. 62. per tot. Maſcard. de probat. vol. 3. concluſ. 1359. Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 18. num. 1382. & ſeqq. fol. 373. &c. Card. Tuſch. litt. T. concl. 258. & concl. 271. & 272. vbi qualiter ſuppleantur, & adiuuentur ex alijs, de quo latè Ludouiſ. dec. 351.

Quòd vbi patiuntur exceptiones tam in perſonis, quam in dictis, non poſſint ſuppleri ex numero, Merlin. deciſ. 277 num. 11. Rot. par. 12. recent. deciſ. 365. num. 19. vbi allegat Farinac. d. quæſt. 62. num. 317. & 343. &c. Conciol. verb. Teſtium Miſcellanea reſol. 5. vbi quòd teſtes prorſus inhabiles adminiculis, & aliorum numero non iuuantur, quia non entium nullæ ſunt qualitates.

Et quando admittuntur inhabiles in caſibus exceptis, & priuilegiatis, non tamen ſunt omni exceptione maiores, nec plenè probant, ſed tantum aliqualem probationem, vel iudicium faciunt, idem Conciol. loc. cit. reſol. 7. per tot. vbi tamen refert etiam contrarium tenentes, vt plenè probent, & plenè probare Matth. Sanz. contr. 76. n. 26. & ſeq.

Quòd teſtes alias inhabiles admittantur interdum propter immanitatem criminum, & quando aliter veritas haberi non poteſt, in delictis occultis ne remaneant impunita ex defectu probationum, non tamen ad effectum imponendi pœnam ordinariam, ſed extraordinariam, vel ad torquendum pro veritate habenda, ſicut etiam admittuntur ad defenſam, niſi plures patiantur defectus, Clar. §. fin. quæſt. 24. verſ. ſciendum eſt, Magon. deciſ. Luc. 30. num. 53. &c. Guaz. def. 29. cap. 3. per tot. vbi latè quæ probationes admittantur fauore defenſionis, & quando non teſtes inhabiles, Gratian. diſcept. for. cap. 144. num. 38. &c. Farinac. d. quæſt. 65. limit. 1. &c. Thom. Triuiſ. deciſ. 58. lib. 1. vbi qualiter admittantur in cauſa hæreſis fauore fidei, niſi ſint inimici capitales, quod melius declarat idem Triuiſ. deciſ. 30. num. 7. vbi cum tormentis, &c. vide in §. Tortura num. 14. & §. Socius num. 49. in fine.

Qualiter teſtes infames, meretrices, vel alias inhabiles admittantur, & etiam ſingulares in probatione adulterij, maximè ad effectum ſeparationis thori, latè Rot. par. 18. recent. dec. 818. per tot.

Quod etiam frater admittatur ad defenſam fratris in cauſa capitali, dummodò non agatur de aliquo eius intereſſe, ſed de mera defenſione, præcipuè ſi agatur de delicto in domo commiſſo, Menoch. de arbitr. caſ. 104. n. 6. dixi in r ſol. c. 64. n. 56. vide in §. Frater n. Viui. comm. opin. 981. n. 5. etc. Conciol. reſol. crim. verb. Teſtis reſ. 4. n. 6. et ſeqq.

Quòd admittatur frater pro fratre ad teſtificandum in ciuilibus, & quando ſecus, & quid in criminalibus, Dıaz. reg. 382. 383. et 384. Viui. d. reſol 4. per tot. Conciol. d. reſol. 4. per tot. D. Fului. Maioran. in Opoprax. crim. lib. 2. cap. 6. n. 44. & ſeqq. fol. 173.

3 Teſtes domeſtici admittuntur, quando aliter veritas haberi non poteſt, vt quia verſemur in actu, qui veriſimiliter ſciri non poſſit niſi à domeſticis, Gratian. diſcept. for. cap. 374. per tot. vbi de alimentis præſtitis ad eandem menſam, Franch. deciſ. 538. per tot. Duran. dec. 368. n. 42.

Quòd in eis, quæ intra domeſticos lares, & in domeſticis penetralibus peraguntur admittantur etiam teſtes domeſtici, imò famuli, & ancillæ, Altograd. conſ. 53. n. 10. lib. 2. vbi de probanda ſæuitia mariti, & conſ. 24. n. 5. lib. 2. vbi de probando metu intra domeſticos parietes illato, vide in §. Famulus num. 5. Rot. par. 12. recent. deciſ. 101. num. 11. &c. Ludouiſ. dec. 351.

Intellige de famulis, & ſimilibus domeſticis, non autem de filijs, & parentibus, qui nullatenus admittuntur, ad tradita per Franch. dec. 538. vbi quando admittantur domeſtici, vel non, & quam probationem faciant.

Quando, & in quibus caſibus parentes pro filijs, & filij pro parentibus admittantur ad ferendum teſtimonium, & cogi poſſint, vel non, Maſcard. de probation. volum. 3. concl. 1148. per tot. Conciol. reſol. crim. verb. Teſtis reſol. 2. & 3. per tot.

Et de vxore, & marito an, & quando admittantur, cogi poſſint, vel non, idem Conciol. loc. cit. reſol. 6. & 7. per totum.

Quod regulariter teſtes domeſtici non admittantur, & quando ſecus, latè Farinac. de teſt. quæſt. 55. per tot. Diaz. reg. 746. vbi adducit 32. limitationes, in quibus admittuntur Tuſch. litt. T. concl. 202. per tot. Ludouiſ. dec 351. vbi etiam quòd domeſticus perſonæ domeſticæ non repellitur à teſtificando, Conciol. reſol. crim. verb. Teſtis quoad perſonas reſol. 24. per tot. vbi quòd regulariter non admittuntur, niſi quando veritas aliter haberi non poteſt, vel in crimine læſæ maieſtatis diuinæ, & humanæ, vel ad defenſam, & alia de hac materia D. Fului. Maioran. in Opoprax. crim. lib. 2. cap. 6. num. 44. & ſeqq.

Quòd admittantur vbi ſunt perſonæ valdè honeſtæ, & in dignitate poſitæ, Surd. dec. 231. num. 15. facit Ludouiſ. dec 351. num. 36. vbi quòd etiam famuli illuſtriſſimæ perſonæ admittuntur, præſertim ſuper his, quæ domi facta ſunt, de quo Farinac. quæſt. 55. num. 140.

Quando autem veritas aliundè haberi non poſſe dicatur, Gratian. d. cap. 374. & cap. 525. num. 8. &c. Clar. §. fin. quæſt. 24. verſ. ſciendum eſt tamen, Franch. d. deciſ. 538. num. 8. &c. Menoch. de arbitr. caſ. 106. num. 2. Diaz. reg. 759. verſ. Limita.

Teſtes infames, vel alias inhabiles quando aliter veritas haberi non poteſt, admittuntur ad teſtificandum, ſed cum tortura, quæ purget huiuſmodi defectus, niſi eſſent in dignitati poſiti, quia tales etiam varij non torquentur, Clar. §. fin. quæſt. 25. per tot. Guaz. def. 19. cap. 10. 4

Quando non obſtet infamia, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 910. n. 25. Menoch. de arbit. lib. 1. q. 27. per tot. plenè Maſcard. de probat. vol. 3. concl. 1356 per tot.

Quòd admittantur etiam lenones, & meretrices vbi agitur de geſtis in lupanari, vel poſtribulo, idem Menoch. de arbit. caſ. 534 num. 37. Rot. par. 13. recent. deciſ. 318. num. 8. &c. vbi quòd admittuntur teſtes inhabiles quando agitur de re, quæ cum honeſtis, & probis participari non ſolet, & dec. 379. n. 20. d. par. 13.

Quomodo repellantur infames, Gratian dec. 240. n. 14. &c. vide in §. Infamia num. 3. Tuſch. litt. T. concluſ. 208. 209. &c. Viui. comm. opin. 958. vbi etiam de periuris, & opin. 969. & ſeqq. latè Maſcard. de probat. vol. 3. concl. 1356. per tot. vbi deſcendit ad plures ſpecies infamiæ, & plenè D. Fului. Maioran. in Opoprax. crimin. lib. 2. cap. 6. n. 58. & ſeqq.

Quod teſtes infames, criminoſi, à iure reprobati, deportati, viltones, & ſimiles, non admittantur ſine tortura ad purgandam maculam in caſibus, in quibus à iure permittuntur, quæ quidem tortura debet eſſe moderata, veluti per ſpatium vnius Credo, vel plus arbitrio iudicis ex qualitate perſonæ valdè ſuſpectæ, Farinac. quæſt. 79. num. 53. &c. num. 81. et ſeqq. Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 19 num. 157. et ſeqq. ad 169. et num. 201. fol. 387. vide in §. Tortura num. Dian. par. 4. tract. 6. reſol. 11. vbi qualiter admittantur in Tribunali Sanctæ Inquiſitionis etiam ſine tortura arbitrio Inquiſitorum, Conciol. reſol. crim. verb. Teſtes quoad perſonas reſol. 8. et ſeqq. vbi de ſpurijs, vel alijs illegitimis, de ſuſligatis, excommunicatis, accuſatis, inquiſitis, ebrioſis, & huiuſmodi, qui tanquam infames infamia facti regulariter non admittuntur ad teſtificandum, & quando ſecus.

Quòd teſtes, qui non debebant examinari in criminalibus, ſi de facto fuerint examinati probent parte non opponente, niſi eſſent tales, qui omninò à limine iudicij repellantur, nam tunc faciunt ſolum indicium ad inquirendum, non verò ad torquendum, nec minus ad condemnandum, Clar. §. fin. quæſt. 24. verſ. vlt. Diaz. reg. 755. Tuſch. litt. T. concl. 524. vide Farinac. q. 65. n. 261. et ſeqq.

Quid ſi patiantur plures defectus, Tuſch. litt. T. concluſ. 518. per tot. Conciol. reſol. crim. verb. Teſtis quoad perſonas reſol. 25. per tot. vbi quòd patientes plures exceptiones, vel defectus, etiam duo tantùm nullam faciunt probationem, etiam in caſibus difficilis probationis, & vbi veritas aliter haberi non poteſt, nec in delictis exceptis, etiam læſæ maieſtatis, ita vt nec adminiculis coadiuuentur, vide in §. Tortura n. 14. in fine, §. Socius n. 49. et in §. Paupertas n. 3.

Quòd quilibet teſtis in dubio præſumitur idoneus, & legalis, & ideò qualitas idoneitatis non ſit probanda, niſi lex vel ſtatutum requirat idoneitatem in ſuperlatiuo gradu, vt vnico teſti credatur, nam tunc dicta qualitas eſſet probanda, Farinac. de teſt. quæſt. 62. num. 15. etc. cum alijs per Conciol. reſol. crim. verb. Teſtium Miſcellanea reſ. 10.

num. 3. *& 4. & ad Stat. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 64. dixi in §. *Birruarij num.* 1. *in Addit. & §. Officialis n.* 38. *inf. n.*26.

5 Teſtis proxeneta, vel mediator regulariter non probat circa contractum, in quo fuit mediator, Maſcard. *de probat. concl.* 1039. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 514. *num.* 29. *cap.* 573. *num.* 4. *&c.* benè Cabal. *conſ. dec.* 135. *num.* 2. *& ſeqq. lib.* 1. Farinac. *quaeſt.* 60. *illat.* 16. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 4. *tit.* 18. *num.* 580. *fol.* 333. Genn. *de ſcript. priuat. lib.* 2. *tit. de lib. proxenet. num.* 8. *& num.* 9. *fol.* 214. vbi tamen *num.* 10. videtur limitare niſi ſit à publico deputatus, & approbatus, & agatur de pertinentibus ad illius officium, dixi in Pract. §. *Senſali num.* 8. vide Tuſch. *litt. P. concluſ.* 954. *per tot. litt. T. concluſ.* 225. *num.* 1. *& ſeqq.* Triuiſ. *dec.* 40. *lib.* 1. Ricc. *Collect.* 715. vbi octo modis limitat Rot. *par.* 13. *recens. dec.* 174. *num.* 11. vbi quòd mediatori pluſquam ſemiplenè defertur, Conciol. *reſolut. crimin. verb. Teſtis quoad perſonas reſol.* 13. *per tot.* vbi quòd in criminalibus non eſt teſtis integer, etiam in crimine ſimoniæ, concuſſionis, vel baratteriæ, & quod mediator pacis non poteſt compelli ad teſtificandum, & D. Fului. Maioran. *in Opoprax. crim. lib.* 2. *quaeſt.* 6. *num.* 62. *& ſeqq. fol.* 176.

Quòd probet quando producitur pro illa parte, quæ ſtat contra contractum, maximè ſi veritas aliundè haberi non poſſit, Maſcard. *de probat. d. concl.* 1040. *num.* 4. 16. *&* 17. Altograd. *conſ.* 10. *n.* 38. *lib.* 1.

Quòd ſi deponat de facto proprio, & ſit notæ integritatis debeat ei plurimum deferri, & probet Rot. *par.* 10. *rec. dec.* 29. *num.* 19. *dec.* 276. *num.* 15. *&c.* vbi tantò magis ſi ſit ſacerdos, *& dec.* 355. *num.* 7. *&c. d. par.* 10. vbi quòd iunctis adminiculis probat, *& par.* 18. *dec.* 393. *num.* 10. *& deciſ.* 438. *n.* 9. *&c.*

Si tamen ſit lapſum longiſſimum tempus non probat propter præſumptam obliuionem, Rot. *par.* 13. *rec. deciſ.* 428. *n.* 9. 10.

De ſocio, ſiue bonorum, ſiue criminis quando probet pro ſocio, vel contra ſocium, latè Menoch. *de arbitr. caſ.* 474. *per tot.* vide *in* §. *Societas num.* Card. Tuſch. *litt. T. concl.* 317. *per tot.*

6 Teſtes ex conſuetudine blaſphemi tempore depoſitionis ſunt inhabiles ad teſtificandum, licet ſecundum aliquos requiratur, quòd de huiuſmodi crimine ſint damnati, niſi ſit publicum; limita tamen non procedere, quando blaſphemia prouenîſſet ex iracundia oriente ex magna cauſa, & non ex actu illicito, Gratian. *diſcept. for. cap.* 93. *num.* 16. *&c. cap.* 144. *num.* 16. *&c. cap.* 468. *num.* 19. *&c.* perſeuerans enim in peccato, nec Deo, nec hominibus fidelis, vide in §. *Blaſphemia n.* *& §. Peccatum n.* 7. Tuſch. *litt. T. concl.* 210. *& ſeqq.* Viui. *comm. opin.* 971. *per tot.*

7 Teſtes deponens in cauſa, ex qua ſibi commodum reſultet, non probat niſi proteſtetur non intendere ſibi aliquod ius quærere, Ferett. *caut.* 40. Soccin. *reg.* 513. *per tex. in l. nullum, ff. de teſt. l. omnibus, C. eod. tit.* Rot. *par.* 13. *rec. dec.* 118. *n.* 3. *&* 4. Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1357. *per tot.* Zuff. *de legit. proceſſ. lib.* 1. *q.* 34. *per tot.*

Quòd in cauſa propria nullus admittatur, & quando ſecus, Tuſch. *litt. T. concl.* 197. *per tot.*

Quòd ſi deponat pro tertio, & renunciet omni commodo ſibi ob illam cauſam obuenturo, admittatur, & ſit idoneus, probat Menoch. *de arbitr. caſ.* 235. *num.* 25. licèt hanc cautelam videantur reijcere idem Menoch. *caſ.* 473. *n.* 7. *&* 8. vide Zuff. *loc. ſup. cit.*

Quid ſi ſentiat commodum non principaliter, ſed in conſequentiam, vel habeat ſimilem cauſam, Tuſch. *litt. T. concl.* 199. *&* 200. *per tot.*

An cedens probet pro ceſſionario, Menoch. *d. caſ.* 473. *per tot.* vbi quòd non quando poteſt ſentire commodum, quando verò non ſentit commodum remittitur arbitrio iudicis, & contra ceſſionarium benè probat, vide in §. *Ceſſio num.* *& §. Confeſſio n.* 31. *&* 65.

Qualiter teſtis repellatur, propter intereſſe, quod habet in cauſa, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 293. *num.* 6. *&c. cap.* 662. *num.* 11. *&c. cap.* 796. *num.* 36. Magon. *deciſ. Flor.* 12. *num.* 16. *&c.* latè Farinac. *quaeſt.* 60. Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concluſ.* 1357. *per tot.* Pac. Iordan. *vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 540. *&c. fol.* 332. Rot. *par.* 13. *recent. dec.* 122. *num.* 4. vbi quòd repellitur tantùm propter intereſſe proximum, certum, & principale, non autem remotum, & incertum quamuis poſſibile.

Non tamen repellitur ſi apud acta ante depoſitionem, vel tempore depoſitionis renunciet omni ſuo commodo, & intereſſe, licet non ſit omni exceptione maior, benè probat Conciol. *reſol. crim. verb. Furtum reſol.* 13. *per tot.* vbi de teſtibus derobatis, vt probent cum dicta renunciatione, & Zuff. *de legit. proceſ. lib.* 1. *quaeſt.* 34. *per tot.*

An repellatur ſi ſit ſubditus producentis, vide in §. *Vaſſallus num.* Tuſch. *litt. T. concl.* 204.

An ex eo quod ſit clientulus videtur affirmare Magon. *loc. cit. n.* 6. Farinac. *d. quaeſt.* 60. *illat.* 4. *&c.*

Quòd tractans de ſe exonerando nihil probet, Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 998. *n.* 5. *&c.* vide in §. *Portator n.* 1. Viui. *comm. opin.* 967.

An homines de vniuerſitate admittantur ad ferendum teſtimonium pro ipſa vniuerſitate, latè Menoch. *de arbitr. caſ.* 106. *per tot.* Soccin. *reg.* 519. Farinac. *de teſt. quaeſt.* 60. *num.* 1. *& ſeqq.* Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 34. *per tot.* Viui. *comm. opin.* 953. vbi plura Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1414. *per tot.* Caualer. *dec.* 140. vbi quòd non quando agitur de commodo ſingulorum, & latiùs idem Caualer. *dec.* 143. *per tot. dec.* 174. *num.* 5. Rot. *par.* 13. *recen. dec.* 233. *num.* 15. Franch. *deciſ.* 197. *num.* 4. *&c.* Tuſch. *litt. T. concluſ.* 205. *per tot.* Rot. *par.* 11. *recent. deciſ.* 320. *num.* 8. *& ſeqq.* vbi quòd teſtes confratres plenè probant pro confraternitate quando exindè emolumentum aliquod, vel honorem vt ſinguli non reportant, ſed tantùm vt vniuerſi, vide in §. *Vniuerſitas n.* 14.

Quòd multi non admittantur ratione affectionis, & qualiter, Tuſch. *litt. T. concl.* 203. *per tot.* Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1357. *per tot. cum aliquibus ſeqq.* vbi enumerat plures alios, qui ob defectum perſonæ repelluntur à teſtimonio.

Teſtis non habens manus non poteſt validè teſtimonium ferre in iudicio, cùm non poſſit iurare tactis ſcripturis, nam huiuſmodi tactus eſt de forma, & debet fieri manibus, nec ſufficit ſi fiat ore, pede, vel cubitu, Farinac. *quaeſt.* 74. *num.* 20. Guaz. *def.* 14. *cap.* 6. *n.* 5. Theſ. *dec.* 47. *num.* 16. *et per tot.* vide in §. *Iuramentum num.* 9. *etc.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 26. Tuſch. *litt. T. concl.* 166. *per tot. inf. num.* 49. *etc.* 8

Quòd vnò tactus ſcripturarum non ſit de ſubſtantia iuramenti, ſed poſſit etiam ſolo verbo iurari, Surd. *deciſ.* 159. *num.* 21. Buratt. *deciſ.* 148. *num.* 10. *etc.* Merlin. *deciſ.* 486. *num.* 5. *etc.* Ridolphin. *in prax. par.* 1. *cap.* 11. *num.* 93. *et ſeqq.* vbi etiam de modo iurandi per Sacerdotes tacto pectore, & per Equites ſuper cruce ſui habitus, Conciol. *reſol. crim. verb. Teſtis quoad examen reſol.* 2. *in fine*, vbi quòd ideò etiam teſtis non habens manus, poteſt cogi ad ſe examinandum, & iurandum per procuratorem, vel viua voce.

Teſtis ſalariatus, vel familiaris iudicis non eſt idoneus in cauſa, in qua ipſe iudex ſententiauit, Gratian. *diſcept. for. cap* 980. *n.* 11. 9

Habilitas autem, vel inhabilitas teſtium attenditur de tempore depoſitionis, vt probat Conciol. *reſol. crimin. verb. Teſtium Miſcellanea reſol.* 6. *per tot.* dixi in §. *Famulus num.* 5. *et §. Status num.* 1.

Si tamen fuiſſent habiles tempore actus celebrati, vel adhibiti ad ſolemnitatem, vel à partibus rogati vel in inſtrumento deſcripti, vel ſubſcripti, reputantur habiles etiamſi tempore depoſitionis eſſent facti inhabiles, vt benè probat Ioſeph. Feliu. *in Margar. var. concl. verb. Teſtes fol.* 105. *col.* 2.

Teſtis inhabilis communi opinione reputatus habilis fidem facit, Clar. §. *Teſtamentum quaeſt.* 55. *in fine*, Pract. Papp. *for. iuram. teſt. gloſ. proteſtante num.* 36. 10

Quòd teſtis inhabilis ſuſtentetur per alium habilem valdè dignum, & qualificatum, quia integra fides vnius ſupplet defectum alterius, Diaz. *reg.* 752.

Quod teſti veriſimilia deponenti credatur licet alias non ſit idoneus, Rot. *par.* 2. *diuerſ. deciſ.* 155. *num.* 14.

Teſtis deponens de facto proprio, præſertim ſi ſit deputatus ad officium, de cuius concernentibus agitur fidem facit, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 626. *num.* 7. *cap.* 653. *num.* 60. *cap.* 697. *num.* 13. *cap.* 842. *num.* 2. *cap.* 910. *num.* 15. *etc. cap.* 912. *num.* 7. 17. *et* 36. *cap.* 948. *n.* 17. *cap.* 753. *num.* 21. *etc.* Rot. *par.* 2. *diuerſ. deciſ.* 220. *num.* 1. Menoch. *de arbitr. caſ.* 99. *per tot.* Grat. *dec.* 240. *per tot.* vbi quid ſi ſit vnicus, & patiatur plures defectus, Tuſch. *litt. T. concl.* 198. vbi intelligit quando deponit ad fauorem tertij, Ludouiſ. cum Beltramin. *dec.* 439. *n.* 6. *et* 14. vbi quòd Rota ſequitur opi- 11

opinionem teſtem vnicum plenè non probare, etiam in facto proprio fauore tertij, ſed ſolum facere pluſquam ſemiplenam probationem, & iunctis adminiculis etiam plenè probare *inf. n.27.*

12 Teſtes non repelluntur à teſtificando pro obiectionem criminis, niſi contineat ſolemnitates, *l. libellorum, ff. de accuſ.* & ſic locum, & tempus commiſſi criminis, alias repulſa dicitur inepta, Addit. ad Marant. *par. 4. diſtinct. 1. num.38.* Clar. §. *fin. quæſt. 12. verſ. adde quod hæc concluſio, & quæſt.53. verſ. in hoc autem*, Magon. *deciſ. Flor. 17. n.18.* vide in §. *Repulſa num.4.* Guaz. *def. 28. cap. 7. & 8. per tot.* Viui. *comm. opin.925.*

Quòd debeat crimen eſſe notorium, vel per ſententiam, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.468. num.22.* Altograd. *conſ.55. num.64.* vbi etiam quod crimen debet eſſe admodum graue, & teſtis pro criminoſo habitus, vide Maſcard. *de probation. concluſ. 464. per tot.* vbi plura an, & quando teſtis criminoſus ratione criminis repellatur, vel non à teſtificando.

An repellendum teſtes in ciuilibus non ſufficere ſolam imputationem, & carcerationem de crimine, niſi quoque concurrat ſententia condemnatoria, Farinac. *conſ. 50. num.25. lib.1.* Rot. *par.14. recent. dec.44. num.15.*

Quòd debeat obiectio fieri ante publicationem proceſſus, niſi facto iudicis impediatur, vel niſi inhabilitas ſit talis, quæ conſenſu partium tolli non poſſit, vel niſi teſtes fuerint producti abſente parte, vel de nouo oppoſitiones ad notitiam deuenerint; an autem, & quando probationes ſuper obiectis ſint ſtatim recipiendæ, vt teſtes omninò repellantur ab examine, vel reſeruandæ poſt publicationem, & an in cauſa appellationis recipiendæ, Menoch. *de arbitr. caſ.239. per tot.*

Quando ſit admittenda repulſatio teſtium, vel non, latè Menoch. *de arbitr. lib. 2. quæſt. 32. per tot.* vide in §. *Repulſa num.*

Quòd requirantur ſaltem duo teſtes pro ſingulo teſte reprobando, Bald. *conſ. 101. lib. 1. duplicat. conſ. 477. lib. 5.* Tuſch. *litt. T. concl. 283. num. 1.* Et ſi crimina obiecta non probentur, tenetur obijciens actione iniuriarum verſus teſtem, non obſtante proteſtatione citrà animum iniuriandi, quando nihil omninò fuit probatum, ſecus autem ſi aliquis rumor, vel fama ſaltem ſit probata de crimine obiecto.

13 Teſtes vt rectè officio ſuo fungantur debent ſcire factum ſuper quo examinantur ſaltem in ſubſtantiali, non ſe vltrò offerre, iurare, nihil accipere, non ſe à veritate dicenda retrahere tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, niſi ob id graue malum ſibi immineat, viua voce, & non ſcriptis deponere exceptis quibuſdam caſibus, cognoſcere partes, inter quas deponunt, teſtificari de his, quæ aliquo ſenſu corporeo percipiuntur, videlicet viſus, auditus, guſtus, odoratus, & tactus iuxtà materiam ſubiectam, reddere rationem ſui dicti per aliquem, vel plures ex dictis ſenſibus corporeis, non eſſe nimis celeres, nec moroſi, non variare, nec vacillare, aut ſibi contradicere, non de credulitate, ſed de veritate per ſenſum corporeum deponere, & per verba clara non dubitatiua, ſed per neceſſe concludentia, non ſubornati, neque inſtructi ad dicendam falſitatem, vel occultandam veritatem, cùm alias inſtructio ad dicendam veritatem, vel ad reddendam congruam rationem ſui dicti non ſit prohibita, vt latè omnia prædicta, & alia ad rem facientia declarat Farinac. *de teſt. quæſt.65. &c.* & ſummatim Pac. Iordan. *Lucub. vol. 3. lib. 14. tit.18. n.812. &c. ad 1060. fol.346. &c. ad 360.* D. Fulu. Maioran. *in Opeprax. crim. lib.2. cap.6. num. 87. & ſeqq. per tot. inf. n.36. & 59.*

Teſtes præcedente monitione, & citatione, ſi recuſent, cogi poſſunt ad teſtificandum in cauſis ciuilibus per indictionem mulctæ, vel captionem pignorum, & ſi non habeant in quo grauentur, per carcerationem, vel procedendo contra eos vti ſuſpectos, & ſubornatos ad pœnam falſi, vel aliam extraordinariam, ſi pretio corrupto ſe ſubtraxerint à teſtificando, & peccant etiam mortaliter, & ſi agatur de cauſa fori Eccleſiaſtici poſſunt etiam per cenſuras compelli. Qualiter compellantur in ciuilibus, etiam ſi iuraſſent non teſtificari, Sanfelic. *in Prax. ſect.50. n.16.*

In cauſis etiam criminalibus (quicquid multi negent de iure canonico) compellentur eiſdem modis de iure ciuili, & in practica ad ſubeundum examen, imò ſecundum alios etiam de iure canonico, maximè quando veritas aliter haberi non poteſt, vel producitur per inquiſitionem, vel ex iudici officio, prout hodie in omnibus ferè delictis ſeruatur de conſuetudine, vel vbi agitur de delictis enormibus, & etiam ipſi principales offenſi poſſunt compelli ad ſe examinandum, & iudicandum offendentes, niſi in omni caſu graue ex ſua diſpoſitione periculum immineat, vt pluribus citatis probant Clar. §. *fin. quæſt.24. in fine*, Guaz. *def.14. cap. 11.* Farinac. *quæſt. 78. n. 115. & ſeqq.* Conciol. *reſol. crim. verb. Tertium Miſcellanea reſol. 1. per tot.*

Licet autem regula ſit affirmatiua, quod omnes compelli poſſunt ad teſtificandum vt ſupra, ſunt tamen multi in hoc priuilegiati, qui volentes admittuntur, ſed inuiti non coguntur ſaltem ad iudicium accedere, vt ſenes ſeptuagenarij, infirmi, & valetudinarij, milites in expeditione degentes, abſentes ex iuſta cauſa, vel alias legitimè impediti, impuberes, & pupilli, vitricus contra priuignum, & è contra fratres, vel conſobrini, agnati, cognati, affines, & conſanguinei, vxor, nec maritus, libertus, nec patronus, deportati, mulieres prægnantes, Doctores, Clerici, & ſimiles, niſi tamen dicti priuilegiati ſe ſubtraherent ab examine gratia, odio, vel timore, quia tunc poſſent compelli, ſicut etiam alias coguntur ex magna cauſa, vel vbi veritas aliter haberi non poteſt, vel ſi officium teſtificandi iam voluntariè aſſumpſerint, vt hæc omnia, & alia, latè explicat cum ampliationibus, & limitationibus Farinac. *de teſt. quæſt.58. per tot.* & ſummatim de more Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 19. num. 1. & ſeqq. ad 128. fol.378. &c.* ac alij plures per eos citati, Ridolphin. *in Prax. par. 1. cap. 11. num. 137. & ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ.27. num.23. & ſeqq. vol.3.* vbi de teſtibus inuitis cogendis, & an teneantur reuelare ſibi ſub ſecreto commiſſa Franc. Marc. *dec. 282. par. 2.* Nouar. *in Pragm. Reg. Collect.219. num.50.* vbi quòd perſonæ, quæ de iure compelli non poſſunt, deficientibus alijs probationibus compelluntur, vide *ſupra num. 1. verſ. Nota tamen.*

Quòd teſtes poſſint officio iudicis compelli ad teſtificandum in criminalibus, Clar. §. *fin. quæſt. 24. verſ. Succeſſiue*, latè Conciol. *verb. Teſtium Miſcellanea reſol. 1. per tot.* Etiam per torturam ſi veriſimiliter ſint informati, Theſ. *deciſ. 42. per tot.* vbi ampliat etiam in ciuilibus ſi aliter veritas haberi non poſſit; ſed in ciuilibus non practicatur tortura, vide *num. ſeq.*

Quòd indiſtinctè compelli poſſint tam in criminalibus, quàm in ciuilibus, Surd. *deciſ. 190.* Ridolphin. *d. cap. 11. n.137. & 143.* Cartar. *deciſ. crim. 84. per tot.* vbi quòd etiam teſtes laici poſſunt cogi, tam in ciuilibus, quam in criminalibus cauſis coram iudice Eccleſiaſtico ad ferendum teſtimonium ſub pœnis pecuniarijs, & in ſubſidium excommunicationis: ſed hoc caſu peti debet licentia à Principe ſeculari, vt annuit etiam Cartar. *loc. cit. n. 2. & 3.*

An teneantur in foro conſcientiæ detegere, & manifeſtare iudici legitimè interroganti auctores, & complices delicti, contrarias opiniones refert Dian. *par. 2. tract. 15. reſol.63.* vbi quòd vtraque opinio eſt probabilis, facit quod dixi in §. *Negatiua num.18.* vide Aluarez de Velaſc. *de iud. perfect. Rub. 14. annot. 5. num.68. & ſeqq. per tot.* vbi etiam de locijs criminis.

Item an teneantur quando ſciunt nullum alium ſcire illud delictum, & ſic non adeſſe conteſtes ad conuincendum, & an alias iuridicè interrogati reſpondendo nihil ſcire teneantur ad reſtitutionem, idem Dian. *p.3. tract. 5. reſ. 100. & 101.* vbi refert diuerſas opiniones, vide *infra n. 34.*

Quid ſi dubitent verum iudex illos iuridice interroget, an teneantur reſpondere veritatem, idem Dian. *d. par. 3. tract. 5. reſol. 106.*

Quòd ad vitandum graue damnum puta torturam poſſit licitè alterius crimen, licet occultum, & ſibi ſub ſecreto communicatum manifeſtari, Dian. *par.6. tract.6. reſol.60. verſ. Notandum.*

Si tamen aliquod graue periculum imminere poſſit teſtibus, ex ſua depoſitione, non eſſe cogendos, teſtatur Menoch. *de arbitr. caſ. 487. per tot.* vide Pac. Iordan. *Lucub. reſ.3. lib.14. tit.18. n.818. &c. fol. 347.* & latiùs *tit. 19. per tot. fol.378.* Azor. *Inſtit. moral. p.3. lib.13. c. 27. dub. 6. fol. mihi 1115.* Gabr. Vaſq. *Opuſcul. moral. tract. de reſtit. c.9. §. 3. n. 3. fol.160.* dixi in Pract. §. *Teſtimonij n. 12.* vbi quòd eſt verum, niſi poſſit aliter ſuæ indemnitati prouideri, adde Conciol. *verb. Teſtium Miſcellanea reſ.1. n.11. & 12.* vbi etiam quòd nec ſunt cogendi propriam detegere turpitudinem.

Qualiter teſtes legitimè à iudice interrogati teneantur in foro conſcientiæ dicere veritatem, ſicut etiam à priuato requiſiti, imò ex ſe ad euitandum iniquum proximi damnum, in his tamen, quæ pertinent ad condemnandum, non tenentur ferre teſtimonium, niſi quando à Superiore compelluntur ſecundum iuris ordinem, quia licet veritas occultetur, nulli damnum infertur, & ſi accuſatori imminet periculum, ſibi imputet, qui ſponte ſe ingeſſit: non etiam poſſunt reuelare, etiam de præcepto Superioris, quæ habent ſub ſecreto niſi talia ſint, quæ pertineant ad corruptionem multitudinis ſpiritualem, vel corporalem, vel in graue damnum alicuius perſonæ, & huiuſmodi, quæ quis ſtatim propalare tenetur, vel teſtificando, vel denunciando, nam contra hoc debitum, nemo poteſt per commiſſionem ſecreti obligari, vt ex D. Thom. & alijs, latè explicat Thom. Hortad. *reſol. moral. par. 2. tract. 6. cap. 6. & ſeqq. fol. mihi 10. &c.* vbi multa dubia circa prædicta reſoluit, & Gibalin. *de vniuerſ. negotiat. tom. 2. lib. 6. cap. 3. art. 7. fol. 587. &c.* vbi etiam quando poſſint excuſari, Vaſquez, & alij præcitati, Leſſ. *de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 29. dubit. 13.* vbi quòd niſi præcedat infamia perſonæ, vel delicti, non debent teſtes patefacere criminoſos occultos, & patefaciendo ad punitionem peccare, non ad emendationem, nec ad obuiandum malo ſpirituali, vel temporali, nam his caſibus poſſunt reuelare ſuperiori abſque alia infamia, vel fama, & melius idem Leſſ. *lib. 2. cap. 30. dubit. 6.* vbi quando teneantur teſtificare iudice præcipiente, & iuramentum deferente, de quo plenè Cabed. *dec. 70. per tot. par. 1.*

15 Teſtes citati ſe ſubtrahentes à teſtificando redduntur ſuſpecti de falſo, poſſunt inquiri, & puniri pœna contumaciæ, & extraordinariè iudicis arbitrio, imò etiam de falſo quando iam aſſumpſiſſent officium teſtificandi, & iuraſſent, vel ſe ſubtraherent à repetitione, vel hoc facerent pretio corrupti, & tenerentur etiam parti ad damna, & intereſſe. Punitur etiam ſubtrahens teſtes à teſtificando, quandoque pœna extraordinaria arbitrio iudicis, quandoque in amiſſione cauſæ, & quandoque pœna delicti, de quo inquiritur, niſi alias conſtet de ſua innocentia, & idem eſt etiam in ſubtractione inſtrumentorum, Farinac. *de teſt. quæſt. 78. num. 132. & ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucub. volum. 3. lib. 14. tit. 19. num. 128. & ſeqq. fol.* 385. Conciol. *reſolut. crimin. verb. Teſtium Miſcellanea reſol. 1. & reſolut. 2. per tot.* Zuff. *de legitim. proceſ. lib. 2. quæſt.* 89. Conciol. cum addit. Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib. 4. Rub. 48. per tot.*

Quòd examinati pro informatione Curiæ, ſi parte citata ad repetendum vocati nolint comparere, poſſint inquiri, & pœna falſi puniri tanquam veritatis occultatores, ſicut etiam quando accipiunt pecuniam ne aliquid deponant, Cabal. *reſol. crim. cap. 55. per tot. & caſ. 269. n. 19.* ſequitur Zuff. *de legit. proceſ. lib. 3. quæſt.* 103. Conciol. *vbi ſup. d. reſol. 2.* vbi etiam quòd tunc prima depoſitio præſumitur falſa, & poteſt formari inquiſitio ſuper ſubornatione, & magna inquiſiti innocentia reſultat; niſi tamen (vt ſcio ego ſæpiſſimè euenire) ad inſtantiam inquiſitorum ſe ſubtrahant à repetitione; nam ſi hoc poſſet probari, eſſent grauius omnes puniendi, in iſtis autem, vt plurimum non deficit ius, ſed probatio, vide D. Fulu. Maioran. *in Opoprax. crimin. lib. 2. cap. 6. num. 91. fol.* 189. vbi etiam ipſe teſtatur hoc ſæpè ſæpiùs euenire, at quòd tunc habentur teſtes pro receptis, & repetitis ſtantibus dicto impedimento, ad Maſtril. *deciſ. 225. num. 10. & alios ibi citatos,* quibus adde Zuff. *de legit. proceſ. d. q. 89. per tot.*

Quid ſi repetant, ſed contrarium deponant *infra n. 40.*

16 Teſtes qui ſint liberi homines regulariter non torquentur, niſi in crimine læſæ maieſtatis, vel niſi ſint vacillantes, varij, & contrarij circa negotium principale, vel de facto veriſimiliter informati, & recuſent dicere veritatem, vt quia fuerint præſentes, & dicant nihil vidiſſe, vel audiuiſſe, vel ſi negent facto interfuiſſe, & conuincantur de mendacio etiam per vnum ſolum teſtem digniorem, vel ſi probetur illorum extraiudicialis confeſſio, vel ſi ſint domeſtici, & agatur de furto, vel alio delicto domi patrato, vel vicini, de quo dixi in §. *Vicinus num.* vel ſi dicant non recordari de eo, de quo veriſimiliter recordari debent; & hæc procedunt etiam illis non data copia indiciorum, & ſiue agatur de inquiſitione ſpeciali, ſiue generali, intelligendo tamen dummodò prius conſtet de corpore delicti, teſtes ſint tales, qui cogi poſſint ad teſtificandum, non ſint in dignitate poſiti, agatur de cauſa criminali, & aliud non obſtet impedimentum. Quando autem vt ſupra torquentur pro habenda veritate poſſunt in tortura detineri per quartam partem horæ, vel ad ſummum per dimidiam horam iuxta facti, & perſonarum qualitates, & iuxta multorum opinionem debet poſtea ratificare extrà torturam, licèt alij probabiliter contrarium ſentiant ex eo, quod non ſit illis permiſſum ex interuallo ſe corrigere, Farinac. *quæſt. 79. per tot.* Conciol. *reſol. crim. verb. Tortura reſol. 19. num. 12.* vbi an ſit neceſſaria ratificatio, & *reſol.* 20. vbi quando, & ex quibus cauſis torqueri poſſint teſtes, vel non iuxtà prædicta, Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 19. n. 142. & ſeqq. ad 202. fol.* 387. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 33. Sanfelic. *deciſ.* 24. vbi quòd tutior eſt opinio, vt ratificare debeant extrà torturam, ſed contrarium fuiſſe ſeruatum, & re vera etiam Florentiæ practicatur in dies vt non fiat alia ratificatio.

Quòd teſtes de delicto veriſimiliter informati, ſi recuſent dicere veritatem poſſint torqueri, Clar. §. *fin. quæſt.* 25. & quando poſſint torqueri, vel non, latè Guaz. *deſ. 19. per tot. inf. n. 48.*

Quòd teſtes poſſint torqueri denegatis defenſionibus, & non data copia indiciorum, quando reſultant ex actis, vel ex proprio illorum ore, quando verò reſultarent aliunde, debet illis dari copia, & terminus defenſionum, ſicuti concordando opiniones diſtinguit Guaz. *def. 19. cap.* 15. D. Fului. Maioran. *in Opoprax. lib. 1. cap. 5. num. 14. & num. 15. fol.* 16. Zuff *de legit. proceſ. lib. 2. quæſt.* 91. & melius *lib. 3. quæſt. 107. per tot.* Clar. §. *fin. quæſt. 25. verſ. ſolet dubitari,* vbi tamen dicit quòd in practica nunquam vidit ſeruari, ſed iudices ſemper torqueri facere teſtes abſque vlla diſputatione, Farinac. *quæſt. 39. num. 117. & ſeqq.* Scanarol. *de viſit. carcer. lib. 1. §. 5. cap. 1. ſect. 1. num. 20. &c.* Sanfelic. *deciſ. 24. num.* 2. vbi quòd contrà teſtes proceditur ad torturam abſque vlla diſputatione, non data copia indiciorum, & proceſſus, ac ita etiam ſeruatur Florentiæ ſequitur Maſſin. *de confiſc. bon. quæſt. 1. num. 62. & ſeqq.* Scacc. *de iudic. lib. 1. cap. 100. num.* 16. & Conciol. *reſol. crim. verb. Tortura reſol. 5. per tot.* vide Zuff. *d. q. 107. per tot.* Hieron. Cala *tract. de Praem. M. C. V. cap. 41. et 42. per tot.*

Quòd teſtes torti ad tollendas maculas non debeant dictum ſuum ratificare extra tormenta, cùm non poſſint variare, maximè quando fuerunt leuiter torti, nam ſi per aliquod notabile ſpatium, ita vt poſſit dubitari, an depoſitio emanauerit per corpóris cruciatum, debet ratificari extra tormenta, ad tradita per Cabal. *reſol. crim. caſ. 33. num. 1. etc.* Guaz. *def. 19. cap. 14. per tot. et defenſ. 30. cap. 35. num.* 2. Sperel. *de tort. cap. 13. num.* 82. D. Fulu. Maioran. *in Opoprax. crim. lib. 1. cap. 6. fol.* 17.

17 Teſtibus hincinde contrarijs, & contradicentibus quibus magis ſit credendum, dic regulariter magis credendum pluribus numero, magis vnico quam pluribus ſingularibus ſingularitate obſtatiua, magis dignioribus, & honeſtioribus, maſculo potius, quàm fœminæ, magis veriſimilia, quàm inueriſimilia deponentibus, vel concordantibus cum diſpoſitione iuris, magis deponentibus ad fauorem rei, quàm contra illum, melius informatis, in ſpecie deponentibus, reddentibus rationem ſui dicti, Clericis, ſenibus, notarijs, peritis in arte, deponentibus pro cauſa fauorabili, mortuis, diſtinguentibus, affirmantibus, inſtrumentarijs, & ſimilibus, prout latè ampliando, & limitando ſingillatim declarat Farinac. *de teſt. quæſt. 65. par. 3. per tot.* vbi etiam Vulpin. *in ſuco,* Pac. Iordan. *Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 18. n. 1300. & ſeqq. ad 1360. fol.* 375. Card. Tuſch. *litt. T. concl. 240. & 255. cum pluribus ſeqq.* Leoncil. *deciſ. Ferr. 5. per tot.* Rot. *par. 12. recent. dec. 51. num. 15. etc.* vbi quòd ſunt præferendi honeſtiores, veriſimiliora deponentes, ac pro excluſione impudicitiæ, vel delicti, & *par. 13. dec. 54. num.* 17. vbi de magis ſpecificè deponentibus, & alijs coniecturis, fulcitis, vide *infrà num. 32. & 35. in fine.*

Quòd magis credatur teſtibus, licèt paucioribus de ſana mente deponentibus, quam alijs licet pluribus de inſania, cùm primi habeant præſumptionem naturæ, & iuris pro ſe, Rot. *par. 13. recen. dec. 353. num. 31. etc.* vide in §. *Furor num.* 1.

Et generaliter teſtes quamuis numero plures, ſed viles, & inueriſimilia in ſubſtantialibus deponentes non attendi in concurſu pauciorum nullam contradictionem patientium, Rot. *par. 14. recen. dec. 456. n. 2. etc. inf. n. 35. in fine.*

Quòd

Quòd iuſtus iudex poſſit ex cauſa non credere teſtibus etiam plenè probantibus, & ex duabus contrarijs præſumptionibus, vel probationibus liberum habeat arbitrium, quam velit eligendi, cùm omnes probationes ſint iudici arbitrariæ, attentis tamen circumſtantijs, & veriſimilitudine, benè Cabal. *reſol. crim. caſ.* 231. *nu.* 21. *& ſeqq.* vide in §. *Probatio nu.* 8. *&* 9.

18 Teſtes ſuper affirmatiua deponentes ſunt præferendi teſtibus negatiuam aſtruentibus etiam pluribus, quia magis creditur duobus affirmantibus, quam mille negantibus, nam meliùs, & certiùs nouit qui affirmando nouit, quàm qui negando; intelligendo tamen vbi affirmatiua eſt concludenter probata, alias magis creditur duobus negantibus, quam vni tantùm affirmanti, ſicut etiam quando verſamur in actu non inſtantaneo, ſed ſucceſſiuo, & continuato, in quo negatiua ſicut affirmatiua cadit ſub cognitione teſtis non eſt differentia inter affirmatiuam, & negatiuam, nec etiam quando teſtes negantes reddunt concludentem rationem ſcientiæ, vel magis veriſimilia deponunt, vt benè probat Sperel. *decıſ.* 178. *num.* 20. *& ſeqq.* & latiùs ampliando, ac limitando quando teſtes affirmantes præferantur, vel non negantibus, Farinac. *quæſt.* 65. *num.* 200. *& ſeqq.* cum alijs ſummatim, & pulchrè per Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *numer.* 1344. *& ſeqq. fol.* 377. vbi octo modis notabiliter dictam regulam limitat, vide Cabal. *conſ.* 135. *lib.* 1. Card. Tuſch. *litt. T. concl.* 259. *&* 260. *per tot.* Merlin. *decıſ.* 242. *num.* 3. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. decıſ.* 323. *num.* 5. *&c.* vbi quòd magis creditur affirmantibus, quam negantibus de ſæuitia viri in vxorem, quando non coarctatur probatio, *& part.* 12. *dec.* 119. *num.* 20. *& ſeqq.* vbi in terminis probandæ ſeruitutis aquæductus *part.* 13. *decıſ.* 53. *nu.* 18. vbi in terminis confectionis teſtamenti.

Quòd teſtes deponentes ſuper negatiua etiam non interrogati, teneantur reddere rationem ſcientiæ tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 789. *num.* 9. *&c. cap.* 843. *num.* 16. *&c.* Cardin. Tuſch. *litt. T. concl.* 189. Leoncil. *decıſ. Fer.* 41. *numer.* 2. Ludouiſ. *decıſ.* 42. *num.* 3. *&c.* vbi etiam quòd affirmare debent vidiſſe actum, ex quo negatiua reſultat, & ſic illam coarctare, quod aliter eſſe non poſſit quin ipſi ſciuiſſent, vel audiuiſſent, Rot. *part.* 18. *recent. decıſ.* 430. *per tot.*

Quòd licet deponentes ſuper negatiua, vt probent debeant remouere ſenſum ab actu, tamen ſi ſint periti ſuper re, in qua deponunt, non ſint neceſſe, vt remoueant ſenſum ab actu, vel actum à ſenſu, Rot. *part.* 4. *recent. dec.* 2. *num.* 3.

Quòd debeant eſſe omni exceptione maiores, Magon. *decıſ. Flor.* 17. *num.* 14. *in fine*, vbi etiam *num.* 17. quòd tunc non attenditur numerus teſtium, & quod iſta qualitas ſit probanda, Trentacinq. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 9. vide in §. *Negatiua num.* 9. *infr. num.* 26. *&* 47. vbi quòd præſumuntur niſi aliqua exceptione repellantur.

Quòd deponentes ſuper negatiua ſint ſuſpecti, quando non eſt loco, & tempore coarctata, Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 55. *numer.* 7. Rot. *part.* 2. *Diuerſ. decıſ.* 129. *nu.* 14. & ideò poſſint ad inſtantiam fiſci carcerari, Scanarol. *de viſit. carcer. lib.* 2. §. 3. *capit.* 2. *num.* 6. Clar. §. *Falſum num.* 9. Card. Tuſch. *litt. T. concl.* 260. *num.* 13. vbi quòd ſi non ſit coarctata poſſunt arbitrio iudicis puniri pro temeraria depoſitione, vide in §. *Negatiua num.* 9. vbi qualiter poſſint cogi, ac dandum fideiuſſorem de ſe repræſentando.

Quomodo autem negatiua coarctari debeant ad effectum probandi, & qualiter poſſit probari, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 525. *num.* 24. *&c. ad* 37. Guaz. *deff.* 28. *cap.* 1. Barboſ. *de axiom. iur. axiom.* 158. Card. Tuſch. *litt. T. concl.* 189. 259. *&* 260. Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 50. *num.* 8. *&c.* Altograd. *conſ.* 21. *num.* 13. *&c. conſ.* 50. *num.* 107. *&c. conſ.* 84. *num.* 1. *lib.* 1. Pontirol. *in Reſponſ. pro Mambellis num.* 520. *& ſeqq. Caſenæ impreſſo de anno* 1645. *quæſt.* 3. *princ. per tot.* Ludouiſ. *decıſ.* 42. *num.* 4. *& num.* 5.

Quòd quando affirmatiua fuit clarè probata, non credatur teſtibus ſuper negatiuis deponentibus, quia negatiua ſemper magis eſt dubia, ex quo ſemper magis imprimitur ens, quam non ens, & ideò magis credatur duobus affirmantibus, quam mille negantibus, *gloſ. in l. dicum proferre* §. *ſi plures ff. de arbitr.* Rot. *part.* 13. *diuerſ. decıſ.* 285. *num.* 2. *decıſ.* 619. *num.* 9. Altograd. *conſ.* 50. *nu.* 117. *lib.* 1. Magon. *decıſ. Flor.* 17. *num.* 17. Tuſch. *d. concl.* 259. *&* 260. Marcian. *diſput. for. cap.* 72. *nu.* 20. Sperel. *dec.* 178. *nu.* 20. *& ſeqq.*

Limita prædicta in criminalibus, quia magis creditur teſtibus deponentibus ſuper negatiua coarctata ad fauorem rei, & ad excluſionem delicti, quam affirmantibus, Farinac. *quæſt.* 65. *part.* 13. *num.* 152. *& ſeqq. & num.* 200. *&c.* vbi etiam Vulpin. *in ſucco num.* 32. 48. *&c.* Gabriel. *comm. concl. tit. de teſt. concl.* 4. *num.* 10. Thom. Treuiſ. *decıſ.* 62. *num.* 36. *lib.* 2. vbi quòd in criminalibus potiùs creditur negantibus delictum, quàm affirmantibus, Conciol. *reſol. crim. verb. Teſtis, quo ad dicta reſol.* 18. *num.* 4.

Et generaliter quando negatiua eſt benè loco, & tempore coarctata, vel in ſe continet affirmatiuam, ceſſat dicta regula de magis credendo affirmantibus, quàm negantibus, & eſt æqualis probatio, habito tantùm reſpectu numeri, & qualitatis teſtium, *cap. in noſtra* 32. *de teſt.* Farinac. & Vulpin. *loc. cit.* Tuſch. *d. concl.* 259. *&* 260. Maſcard. *de probat. concl.* 70. *& concl.* 656. Hercul. *tract. de negat. proban.* Pacian. *de probat. cap.* 37. 42. *&* 45. Beltramin. ad Ludouiſ. *decıſ.* 325. Marcian. *diſput. for. cap.* 24. *num.* 4. *& ſeqq.* Zuff. *de legit. proceſ. lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 18. *& ſeqq.* Pontirol. *loc. ſup. cit. numer.* 534. vbi alijs modis limitant, & declarant quando probatio negatiua poſſit concurrere cum affirmatiua, vel etiam illis præualere, & dixi in §. *Negatiua num.* 7. *&c.* Rot. *part.* 18. *recent. decıſ.* 695. *num.* 7. vbi quòd teſtes deponentes ſuper negatiua coarctata ſi ſint etiam adminiculati præferuntur teſtibus de affirmatiua conteſtantibus.

Teſtes deponentes de ſuo iudicio, & credulitate non probant, Marant. *part.* 1. *num.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 461. *num.* 22. *&c. & cap.* 474. *num.* 23. *cap.* 736. *num.* 48. *&c. cap.* 848. *num.* 4. *&c.* Ludouiſ. *decıſ.* 517. *num.* 17. *&* 18. vbi licèt dicant pro firmo credere, Afflict. *decıſ.* 381. *num.* 7. Alex. *conſ.* 114. *num.* 15. *lib.* 4. *conſ.* 91. *num.* 5. *&c. conſ.* 109. *lib.* 1. Bart. *conſ.* 111. *lib.* 1. *conſ.* 89. *lib.* 2. latè Tuſch. *litt. T. concl.* 182. *per tot.* facit quod dixi in §. *Periti num.* 12. Viul. *comm. opin.* 963. Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1363. *per tot.* faciunt tamen efficaciſſimum indicium, Altograd. *conſ.* 50. *num.* 104. *lib.* 1. Ludouiſ. *decıſ.* 427. *num.* 5. vbi quod in materia difficilis probationis efficaciſſimum præſtant indicium, vt in probanda origine incendij. 19

Et ſi in eodem examine priùs dixerint ſe ſcire probant, licèt poſteà dicant ſe credere, aut ſibi videri, cùm ſtari debeant primo dicto de ſcientia, & non ſecundo de credulitate, aut opinione, Altograd. *d. conſ.* 50. *nu.* 53. *lib.* 1. *infr. num.* 33. *&* 41.

Item probant ſi illorum depoſitio pendat à ſolo intellectu, Gratian. *diſcept. for. cap.* 710. *num.* 30. Caualer. *decıſ.* 553. *num.* 6. Altograd. *d. concl.* 50. *nu.* 67. *lib.* 1. Merlin. *dec.* 692. *nu.* 48. *&c.* vbi quòd probant ſi deponant de actu in animo latente, vel de materia coniecturali, vel ſaltem coniunguntur cum alijs.

Item probant ad defenſam, maximè ſi reddant cauſam ſui dicti, Guaz. *def.* 29. *cap.* 3. *nu.* 11.

Quando deponentes de credulitate probent, vel non, Soccin. *reg.* 518. *&* 521. *per tot.* Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1363. *per tot.* Tuſch. *litt. T. concl.* 182. *&* 188. *per tot.* Viul. *comm. opin.* 963. vbi plura Conciol. *reſol. crim. verb. Teſtis quoad dicta reſol.* 13. *num.* 4. *& ſeqq. per tot.* vbi quòd regulariter non probant, niſi ad defenſam, vel contra fiſcum producentem, vel niſi bonam reddant rationem, vel in caſibus difficilis probationis.

Quòd in facto antiquo magis probent deponentes dubitatiuè, Gratian. *diſcept. for. c.* 748. *nu.* 21. *&c.*

Quòd in antiquis deponentes de credulitate probent, *c. quoties in fine, de teſt.* Genu. *de verb. enunciat. lib.* 3. *quæſt.* 41. *nu.* 21. *fol.* 94.

Quòd dubitatiuè, vel de ſua credulitate deponentes nunquam poſſint redargui de falſo, cùm poſſint ſemper ſe excuſare aſſerendo quomodocumque veritas ſe habeat ità crediddiſſe, vel ſibi viſum fuiſſe, Conciol. *reſol. crim. verb. falſum, reſol.* 14. An autem ità deponendo probent, idem Conciol. *verb. Teſtis quoad dicta reſol.* 13. *per tot. inf. num.* 74.

Quòd

Quòd teſtes de credulitate non probent, nec propriè dicantur teſtes, Farinac. *quæſt.* 68. *nu.* 62. *&c.* Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 147. *&* 470. vbi quod ideò nec ipſi teneutur ad aliquod intereſſe partis, loquitur tamen de extraiudiciali atteſtatione, quæ reducitur ad mendacium, vt dixi *infra n.* 34. *& in* §. *Mendacium nu.* 6.

20 Teſtes debent interrogari an credant verum eſſe id quòd deponunt, ſi dicunt quod ſic ſunt de credulitate, & non probant, ſi dicunt quod non reuocant quod primo depoſuerunt. Item an poſſibile ſit rem aliter ſe habere, nam ſi affirmant non concludunt pernecesse prout requiritur. Item quam partem vellent vincere, ſi reſpondent illam, quæ iuſtitiam fouet, replicetur, quam partem vellent Iuſtitiam fouere; ſed huiuſmodi interrogationes ſunt calumnioſæ, & non admittendæ, ad tradita per Cæpol. *caut.* 74. *per tot.*

An autem poſſint, & quomodo interrogatoria reſecari, & alia, vide in §. *Interrogatio n.* 7. *&c.*

Quòd non poſſit, nec debeant teſtes interrogari de ſua turpitudine, vel delicto, & quid ſi crimen eſſet notorium, Viui. *com. opin.* 912. *inf. nu.* 88.

Licèt aliàs teſtes nolentes euacuare interrogatoria reddantur ſuſpecti, Seraphin. *deciſ.* 836. *num.* 2. vbi allegat Crauett. *conſ.* 134. *num.* 43. & nihil probent, Rot. *part.* 2. *recent. deciſ.* 700. *num.* 32. *part.* 9. *deciſ.* 349. *numer.* 22. *& part.* 18. *deciſ.* 194. *num.* 14. Martha *vot. Pi*ſ. 45. *num.* 11. *& vot.* 118. *num.* 5. *& ſeqq.* Ludouiſ. *deciſ.* 553. *num.* 10. Altograd. *conſ.* 50. *num.* 68. *lib.* 1. Tuſch. *litt. T. concl.* 169. vbi limitat niſi repetantur, & examinentur ſuper eis etiam poſteà datis, & poſt publicatas atteſtationes *inf. num.* 53. Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 11. *num.* 98. *& ſeqq.*

Et quòd præferatur depoſitio facta ſuper interrogatorijs depoſitioni factæ ſuper capitulis, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 89. *n.* 4. *part.* 14. *deciſ.* 169. *n.* 6. *& part.* 17. *deciſ.* 343 *n.* 4. *& part.* 18. *num.* 4.

Plura de modo, & forma examinandi teſtes, & de interrogatorijs ipſis faciendis, Specul. *tit. de teſtam.* §. 6. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucub vol.* 3. *lib.* 14. *titul.* 18. *num.* 142. *&c. ad* 158. *fol.* 312. vide in §. *Interrogatio num.* 2.

Quòd probent etiam ſine interrogatorijs, quando pars citata ad dandum interrogatoria, illa dare negle*x*it, Gregor. *deciſ.* 351. *num.* 46. Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 223. *num.* 10. vbi etiam idem ſi illis detractis remanent alij formiter examinati in numero ſufficienti duorum in qualibet materia, *& part.* 12. *deciſ.* 86. *num.* 18. vbi quòd probant quando pars neglexit dare interrogatoria, & quid ſi poſtea vellet illa dare.

Quod examen ſine interrogatorijs ſit validum, etiam ſi eſſent in actis producta ſine proteſtatione, ſed teſtes non probare niſi repetantur, Gregor. cum Beltramin. *deciſ.* 331.

Quod teſtis interrogatus de duobus, ſi vnum tantùm affirmet, alterum videatur negare, *l. & ſi ſine* 8. §. *Sed quod ff. de minor.* Pacian. *de probat. c.* 34. *n.* 1. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 76. *nu.* 8.

Qualiter autem teſtes poſſint legitimè interrogari ſuper vnoquoque ex decem prædicamentis, & ſic reddi ſingulares in eorum depoſitionibus, benè docet Rebuff. *tract. var. tract. de reprobat. & ſaluat. teſt. nu.* 513. *& ſeqq.* & alios allegaui *in* §. *Interrogatoria num.* 2.

21 Teſtes debent aſſignare rationem, & cauſam ſui dicti, & ſcientiæ diuerſam ab eodem dicto, nam ſi interrogati de cauſa ſcientiæ reſpondeant quia ſcio, & non aliud, nihil probant, Marant. *part.* 2. *num.* 7. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 461. *num.* 24. *&c. cap.* 755. *nu.* 40. *&c.* Tuſch. *lit. T. concluſ.* 173. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 28. *n.* 4. *&c. vol.* 3. plenè Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concluſ.* 1369. *per tot.* vbi quando, & quomodo teſtes teneantur aſſignare rationem dicti ſui, D. Fulu. Maioran. *in Opoprax. crim. lib.* 2. *c.* 6. *num.* 85. *fol.* 183.

Intellige ſi fuerint interrogati, aliàs non interrogati non tenentur reddere rationem ſcientiæ, niſi eſſemus in criminalibus, & ad offenſam, quia tunc etiam non interrogati debent illam reddere, ſecùs ad deffenſam, Clar. §. *fin. quæſt.* 53. *verſ. vlt.* Guaz. *deff.* 29. *capit.* 3. *num.* 10. Gratian. *diſcept. forenſ. capit.* 843. *numer.* 15. *&c.* latè Soccin. *reg.* 496. *&* 497. *per tot.* Viui. *comm. opin.* 898. Farinac. *quæſt.* 70. *per tot.* vbi plenè, & Conciol. *reſol. crim. verb. Teſtis quoad dicta, reſolut.* 15. *per tot.*

Quòd ratio viſus, vel quia vicinus ſit optima, Magon. *deciſ. Flor.* 17. *num.* 3. *&c.* Farinac. *d. quæſt.* 70. *num.* 164. *& ſeqq.*

An & quando teſtes teneantur reddere rationem ſui dicti, & qualem, latè Farinac. *d. quæſt.* 70. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *nu.* 925. *& ſeqq. ad* 1002. *fol.* 352. *&c.* Card. Tuſch. *lit. T. concluſ.* 171. *&c.* vbi qualiter debeant deponere per ſenſum corporis, & memoriam, alias non probent, & quando ſecùs, Viui. *comm. opin.* 898. Conciol. *verb. Teſtis quoad dicta reſol.* 15. *per tot.* Zuff. *de legat. proceſſ. lib.* 1. *cap.* 32. *per tot.* benè Rebuff. *tract. var. tract. de reprobat. & ſaluat. teſt. num.* 536. *& ſeqq.* vbi de quinque ſenſibus corporis, & quæ ſub vnoquoque cadant, ad effectum vt per eum teſtes ſufficientem cauſam ſcientiæ reddant.

Qualiter poſſint interrogari de ratione ſui dicti, & ſcientiæ ita vt non aduertant, & ſic non reſpondendo nihil probent, Ferret. *caut.* 42. *per tot.*

Quòd teſtes deponentes de his, quæ non aliquo ſenſu corporeo, ſed iudicio intellectus percipiuntur, etiam non interrogati debeant reddere rationem ſui dicti, Farinac. *d. quæſt.* 70. *num.* 93. cum alijs per Michalor. *de fratr. part.* 2. *cap.* 19. *num.* 8. latè Rot. *in Practicabilibus poſt part.* 2. *diuerſ. num.* 120. vbi videtur diſtinguere in his, quæ modico intellectus diſcurſu percipiuntur vt probent, etiamſi non allegent cauſam ſui dicti, Tuſch. *lit. T. concluſ.* 174. *per tot.* vbi etiam quando non interrogati debeant deponere de cauſa ſcientiæ, Viui. *comm. opin.* 898. *&* 899.

Item deponentes ſuper negatiua, debent etiam non interrogati reddere rationem ſcientiæ, vt dixi *ſupra num.* 18. *verſ. Quod teſtes.*

Quòd debeant intelligere id, quod dicunt, aliàs non probent, & quando ſecùs, Tuſch. *lit. T. concluſ.* 172. *per tot.*

Teſtes recepti, & examinati non citata parte ad videndum illos iurare non probant regulariter, *l. ſi quando C. de teſt.* Afflict. *deciſ.* 28. Maſcard. *de probat. volum.* 3. *concluſ.* 1366. *per tot.* Buratt. *deciſ.* 118. *per tot.* vbi multis modis limitat, Farinac. *de teſt. quæſt.* 72. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 694. *num.* 7. *etc. num.* 49. vide *in* §. *Nullitas num.* 21. Conciol. *reſol. crim. verb. Teſtis quoad examen reſol.* 6. *per tot.* Soccin. *reg.* 523. vbi nouem modis limitat, Caualer. *deciſ.* 275. *per tot.* Tuſch. *lit. T. concluſ.* 163. *per tot.* vbi plenè, vide *in* §. *Citatio num.* 26. vbi quid ſeruetur Florentiæ Sanſelic. *in Prax. ſect.* 50. Ludouiſ. *deciſ.* 518. Viui. *comm. opin.* 966. 22

Quòd examinari debeant, vel ſaltem iurare in die, qua cadit citatio, Caualer. *deciſ.* 410. *nu.* 3.

Et ſi iurauerint extra diem cadentis citationis dicuntur nulliter examinari, Cocem. *deciſ.* 216. *num.* 21. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 280. *nu.* 1. vbi etiam qualiter ſit intimanda hora examinis ad effectum conducendi interpretem, qui de ſtylo adhibetur.

Item vt teſtes dicantur validè examinati, debet locus examinis ſpecificari, ſi agatur coram iudice delegato, vel etiam ordinario, quando examinantur extra locum ſolitæ reſidentiæ, an ſufficiat aliunde notitia, & alia, Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 180. *et part.* 11. *deciſ.* 201. *nu.* 13. *deciſ.* 301. *nu.* 14. Bich. *deciſ.* 169. *nu.* 10.

Quòd poſſint de conſenſu partis non citatæ valere atteſtationes, Guid. Papp. *deciſ.* 216. *nu.* 2.

Et ex curſu longi temporis huiuſmodi citationem præſumi, & probare teſtes, ſicut ſententiam, etiamſi non exhibeatur totus proceſſus, Ludouiſ. *deciſ.* 535. *num.* 6. *etc.*

Item poſſunt teſtes examinati præuia partis citatione, illorum dicta declarare abſque alia citatione, vt dixi *in* §. *Citatio num.* 54. Tuſch. *lit. T. concluſ.* 163. *numer.* 71. *et concluſ.* 276. *num.* 4. vbi qualiter poſſint ad hunc effectum repeti.

Item valent atteſtationes abſque citatione, ſi reus ſit contumax, & patiatur in contumaciam condemnari, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 110. *in fine*, Altograd. *conſ.* 98. *num.* 23. *et ſeqq. lib.* 1. Conciol. *verb. Teſtis quoad examen reſol.* 6. *nu.* 16. *et ſeqq. per tot.*

Item ſi teſtes ſint mortui, & non poſſint repeti, vel ſi ſimus in atrociſſimis, & notorijs, vel ſi iudex ſit cer-

tus

rus nullam reo competere defenſionem, vel quia ſit repertus in flagranti, ac alias limitationes, vide per Clar. & Baiard. *in §. fin. quaſt.* 45. *per tot.* Guaz. *deff.* 24. *cap.* 9. *per tot.* Farinac. *d. quaſt.* 72. *cap.* 2. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 1x5. *&c. fol.* 310. & dixi *in §. Repetitio num.* 1. *in fine*, Zuff. *de legit. proceſſ. quaſt.* 115. vbi plura an teſtes mortui habeantur pro repetitis, & probent, concludens aliqualem facere probationem, vel indicium ad torturam, ſaluo iure inquiſito opponendi contra illorum perſonas, & dicta, *& quaſt.* 125. *per tot.* vbi quòd ſi fuerint confrontati, vel declarati probant, licèt ob mortem ſuperuenientem repeti non poſſint ſuper interrogatorijs.

An autem idem ſit in teſtibus, ad defenſam, vt citari debeat procurator fiſcalis, & accuſator ad videndum illos iurare, & dicendum contra articulos, ac ad dandum interrogatoria affirmant Guaz. *deff.* 28. *cap.* 6. Conciol. *verb. Teſtis quoad examen reſol.* 5. & alij ab illis citati.

Poſſunt etiam poſtea citata parte repeti, & ſic examen nullum conualidari, niſi iam eſſet facta concluſio in cauſa, per quam clauditur os partibus, vt nihil amplius probare poſſint, Capyc. *deciſ.* 35. *num.* 7. vide *in §. Nullitas num.* 21. Thom. Triuiſ. *deciſ.* 46. *lib.* 1. vbi qualiter depoſitio teſtis nulla poſſit conualidari per nouam depoſitionem formaliter factam, Zuff. *de legit. proceſs. quaſt.* 112. vbi an poſſint repeti in ſecunda inſtantia, *& quaſt.* 113. vbi an repetitio poſſit præpoſterari, & ſic fieri poſt factas defenſiones.

An autem teſtes nulliter examinati poſſint in repetitione ſe referre ad illud examen nullum, vel explicitè, ac per extenſum debeant deponere, eſt opinio valdè controuerſa, ex traditis per Farinac. *quaſt.* 66. *nu.* 3. *& ſeqq.* & quòd debeant per extenſum deponere abſque relatione ad primum examen nullum tenuit aliàs, Rot. *part.* 2. *recent. deciſ.* 720. *num.* 4. ſed iſtam deciſionem non eſſe attendendam, & ſufficere quòd ſe referant ad primum examen, licèt nullum, magis communis eſt opinio, vt teſtatur Ludouiſ. cum Beltramio. *deciſ.* 331. *num.* 15. *&* x1. dixi *in §. Nullitas num.* 21. idem Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ.* 578. *nu.* 13. *infr. nu.* 61. Zuff. *de legit. proceſſ. lib.* 3. *quaſt.* 104. *per tot.* vbi quòd in criminalibus praxis eſt, vt per iudicem, vel notarium teſti præſenti legatur totum eius examen pro informatione receptum, & teſtis illo audito reſpondeat approbando, ratificando, vel moderando prout ſibi placuerit: præcedente tamen priùs examine ſuper interrogatorijs iuxta ſtylum, aliàs repetitio eſſet nulla, idem Zuff. *loc. cit. quaſt.* 106. *& quaſt.* 131. vbi de formula repetitionis.

Quòd ſuſtineatur examen ſine citatione quando perſona teſtis erat omni exceptione maior, & contra quam non poterat aliquid veriſimiliter opponi, Vant. *de nullit. tit. qualiter ſent. poſſ. à null. deff. num.* 110. *in fine*. Sicut etiam de ſtylo Hiſpaniarum quando præceſſit decretum admiſſionis ad probandum in termino communi, vel ſpeciali, & quare, Bich. *deciſ.* 48. *nu.* 6. *& ſeqq.* Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 1x3. *nu.* 5. vbi quòd teſtes dicuntur validè examinati, quando fuit ſeruatus ſtylus ſolitus, qui probatur ex atteſtatione Curialium.

Quòd in probanda morte alicuius poſſint examinari teſtes parte non citata, vide *in §. Mors num.*

Quòd adhibeatur fides etiam nulliter examinatis ob impedimenta, & tergiuerſationes partis, Seraph. *deciſ.* 1154. *num.* x. *& deciſ.* 1296. *num.* 10. Gregor. *deciſ.* 327. *num.* 10. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 255. *num.* 22. *& part.* 12. *deciſ.* 346. *num.* 18. *&c.* vbi quòd examen factum ſine citatione partis eſt validum, quando pars recuſauit citari, vt quia fecerit Curſorem carcerari.

Qualiter teſtes examinati pro informatione curiæ parte non citata, non probent de iure, niſi citata parte repetantur, vel habeantur expreſsè pro repetitis, vel niſi aliter ſeruetur de conſuetudine, & alia ad hoc propoſitum, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 269. *per tot. caſ.* 110. *num.* 36. *&* 37. Gizzarel. *& Addent. deciſ.* 53. *per tot.* Guaz. *deff.* x4. *cap.* 9. Zuff. *de legit. proceſſ. lib.* 1. *quaſt.* 5x. *per tot. quaſt.* 117. vbi qualiter repetitio poſſit tolli per ſtatutum, ſtylum, vel conſuetudinem, *& quaſt.* 124. vbi an verum ſit quòd de ſtylo non dentur interrogatoria pro repetitione teſtium, Card. Tuſch. *lit. T. concluſ.* 163. *per tot.* Conciol. *reſol. crim. verb. Teſtis quoad examen reſol.* 6. *per tot.* Farinac. *quaſt.* 72. Scanarol. *de viſit. Carcer. lib.* 2. *§.* 6. *cap.* 6. *per tot. §.* 7. *in princip. et in Append. cap.* 33. *verſ. ad Tertium denique*, dixi *in §. Repetitio num.* 1. *et in Pract. in Præfat. num.* 69. *et ſeqq. et in §. Teſtimonij nu.* 3. *etc.* quibus adde Matthæu Sanz. *de re crim. contr.* x5. *n.* 34. *et ſeqq.* vbi quòd in atrociſſimis, & criminibus exceptis probant ſine repetitione, & quòd re benè perpenſa, repetitio eſt ſuperuacanea ſolemnitas, quia fides teſtium ex religione iuramenti, & probitate perſonarum dependet, experientia comprobante, ſi ſummaria fiat per iudicem practicum, & Deum timentem veritas pura ab infectione ſubordinationis, tanmmmodò in ſummaria reperitur *in §. Repetitio num.* 1. *in fine*.

Quòd non ſit concedendum reo petenti, vt teſtes coram eo repetantur, & ab ipſo interrogentur ob periculum ſubornationis, & territionis, quidquid ſecùs ſit in confrontatione, in qua permittitur dicta interrogatio, Zuff. *d. tract. quaſt.* 1x3. *per tot.*

Quod quamuis teſtes fuerint habiti pro repetitis à reo, poſſint non obſtante tali declaratione, re integra, & non data copia proceſſus repeti, Sanfelic. *deciſ.* x59.

Cuius autem expenſis ſint repetendi, an rei, vel fiſci, vide Ambroſin. *cum Addit. proceſſ. infor. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 5. Guaz. *def.* 24. *cap.* 8. *num.* 10. *verſ.* Sed benè &c. *defenſ.* 25. *cap.* x. *num.* 4. Conciol. *reſol. crim. verb. Accuſatio reſol.* 3. & fuit diſputatum de anno 1674. & reſolutum Florentiæ per Magiſtratum DD. Octo Baliæ ſub die 20. Nouembris in cauſa contra Ioannem Antonium de Foſſis quò repetantur expenſis Inquiſiti, prout in Giornali negociorum, & filcia proceſſuum dicti temporis, & penès me in *volum. allegat. crim. conuenit*, Zuff. *de legit. proceſſ. lib.* 3. *quaſt.* 100. *et* 101. vbi tamen quòd debet id fieri cura, & diligentia fiſci; niſi repetitio ſit ſublata per conſuetudinem vt ſupra quo caſu fiſcus tenetur tantùm præſtare brachium, & auctoritatem ad compellendum, & etiam expenſas ſtante carceratorum inopia, Zuff. *quaſt.* 113. *in fine*, & facit quod dixi *in §. Expenſa numer.* 21. idem Zuff. 142. *per tot.*

Quòd vbi quis intra terminum præfixum neglexerit dare interrogatoria, fruſtra de nullitate examinis conqueratur, Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 317. *nu.* x6.

An autem, & quando ſit neceſſaria citatio ipſorum teſtium, ita vt ſi non fuerint citati ad ſe examinandum non probent, Tuſch. *lit. T. concluſ.* 163. *nu.* 51. *et ſeqq. et concluſ.* 165. *per tot.*

Quòd in ſummarijſſimo poſſeſſorio manutentionis admittantur teſtes examinati ſine citatione partis ad perpetuam rei memoriam, vbi non adſunt probationes contrariæ, Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 456.

Teſtes iurati neutra parte præſente, licèt legitimè citata, x3
vel etiam præſente, ſed in actis non apparente nihil probant, Gloſ. *in l. ſi quando verb. Introducit C. de teſt.* Ferrei. *cant.* 12. *nu.* 13. *etc.*

Quòd imò ſufficiat citatio, & præſtito iuramento, neutra pars poſſit eſſe præſens examini, quod ſecretò recipiendum eſt, remotis etiam alijs teſtibus, & ſingillatim vnus poſt alium, ne ſe inuicem inſtruant; ſi tamen aliqua partium fuiſſet præſens examini, non ob id eſſet nullum, ſed eſſet illi præcluſa via ad vlteriorem examinis proſequutionem, eo quia iam didiſcerit teſtificata, Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 120. *et ſeqq. num.* 139. *et ſeqq. fol.* 311. *et num.* 777. *et ſeqq. fol.* 344. vbi de vltimo dicto Farinac. *quaſt.* 74. *num.* 44. *et quaſt.* 80. *num.* 93. Zuff. *de legit. proceſſ. lib.* 3. *quaſt.* 123. *num.* 6. *etc.* vbi quòd licèt teſtes iurare debeant parte præſente, vel citata, non tamen examinari debent parte præſente, ſed ſecretè, ac ideò nec inquiſitus poteſt obtinere, vt illo præſente repetantur, & ab ipſo interrogentur, quidquid ſit in confrontatione, in qua talis facultas interrogandi conceditur, & de ratione dictæ praxis diuerſæ, in vtroque caſu communiter ſeruatæ.

Teſtes in caſu repetitionis, ſunt repetendi, vel confron- 24
tandi cum omnibus qualitatibus requiſitis in primo examine, ideò ſi eſſent ſocij criminis, Infames, vel alio vitio laborantes, ſicut non probant ſine tortura, ità ſunt repetendi cum dicta tortura, Ambroſ. *proceſſ. infor. lib.* 3. *cap.* 2. *nu.* 16. *et lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 1. Clar. *§. fin. quaſt.* 45. *verſ. caterum ſi reus*, Guaz. *def.* 14. *cap.* 4. dixi *in Pract. §. Teſtimonij num.* 4.

Licèt

Licèt quoad torturam non ſeruetur de conſuetudine, vt dixi in §. *Repetitio num.* 1.

De conſuetudine non eſſe neceſſariam repetitionem in pluribus caſibus teſtatur Cabal. *reſol. crimin. caſ.* 269. *per tot.*

Nec quando reus fuit admiſſus ad nouas defenſiones, idem Cabal. *caſ.* 100. *num.* 36. & 37. vide in §. *Repetitio num.* 1.

Multa de repetitione teſtium, & quòd publicatis atteſtationibus, ſicuti non poſſunt de nouo regulariter recipi teſtes, ità nec etiam repeti maximè ad partis inſtantiam, Farinac. *quæſt.* 66. *num.* 264. & *ſeqq. quæſt.* 75. *num.* 407. & *ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *nu.* 1235. & *ſeqq. fol.* 370. vide in §. *Repetitio ſub n.* 1. D. Fului. Maioran. *in Opoprax. crimin. cap.* 3. *nu.* 49. & *ſeqq. fol.* 125. *lib.* 2. & *quæſt.* 6. *nu.* 125. & *ſeqq. fol.* 197. vbi ſi non fuit facta in cauſa principali, an poſſit fieri in cauſa appellationis, & plura hincinde adducit Conciol. *reſol. crimin. verb. Teſtis quoad examen reſol.* 6. *per tot.* Zuff. *de legit. proceſſ. crimin. quæſt.* 168. *per tot.*

25 Teſtes poſt concluſum in cauſa, vel poſt publicationem proceſſus, & dedicita teſtificata, non poſſunt regulariter de nouo recipi, & examinari ſuper iiſdem articulis, & capitulis, vel de directo contrarijs, exceptis aliquibus caſibus, Afflict. *deciſ.* 33. *cum Addit.* & *deciſ.* 216. *per tot.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 34. & 35. *per tot.* Rot. *in Cremonen. penſionis* 4. *Maij* 1635. coram Coccino *in nouiſſ. part.* 7. *deciſ.* 41. *per tot.* Roland. *conſ.* 52. *lib.* 4. & *conſ.* 45. *lib.* 2. Gabriel. *comm. concluſ. tit. de teſt. concluſ.* 21. Viui. *comm. opin.* 896. *per tot.* Magon. *deciſ. Luc.* 74. *num.* 11. &c. Farinac. *quæſt.* 75. *cap.* 4. & *ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *numer.* 698. & *ſeqq. fol.* 340. Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 11. *num.* 117. & *ſeqq. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 27. *num.* 3. &c. *volum.* 3. & *deciſ.* 184. *n.* 23. & *ſeqq. vol.* 5. Peregrin. *deciſ.* 126. *per tot.* Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 583. *per tot.* Tuſch. *lit. T. concluſ.* 294. & 295. Sanfelic. *in Prax. ſect.* 47. *per tot.* & *ſect.* 58. *per tot.* vbi ponit plures limitationes Martha *vot. Piſ.* 245. vbi quòd decreta publicatione, etiam non didicitis atteſtationibus, non poſſunt alij teſtes ſuper iiſdem capitulis examinari, & quare.

Quòd publicatis atteſtationibus in cauſa principali, non poſſint teſtes in cauſa appellationis denuò produci, & examinari, ſuper eiſdem primis capitulis, & quando ſecùs, latè Soccin. *reg.* 498. *per tot.* vbi 52. limitationes adducit, vidè Franch. *deciſ.* 668. *per tot.* Rot. *part.* 6. *recent. deciſ.* 266. & *part.* 9. *deciſ.* 303. *num.* 13. &c. vbi quòd in Curia Romana numquam dicuntur didicita teſtificata, quia non publicatur proceſſus originalis, nec nomina teſtium, ſed tantùm communicatur ſummarium ſine nominibus teſtium, & ideò poſſunt alij teſtes admitti maximè ſuper diuerſis articulis, & *part.* 13. *deciſ.* 393. *num.* 6. & *ſeqq.* & *part.* 14. *deciſ.* 105. *numer.* 8. vbi etiam ſuper eiſdem, vel directo contrarijs, & *part.* 16. *deciſ.* 181. & *deciſ.* 211. vbi etiam quòd non dicuntur didicita teſtificata per viſionem proceſſus à procuratore, niſi deuenerit ad manus partis, quia Rota valdè confidit de procuratoribus, &c. *part.* 17. *deciſ.* 133. *num.* 3. & 4. vbi etiam de ſtylo Rotæ, etiam poſt didicita teſtificata, admittuntur teſtes, quando non fuit habitus proceſſus originalis, ſed ſolùm ſummarium.

Poſſe recipi poſt publicationem quando per iudicem, vel notarium eſaminantem fuit omiſſum examen ſuper aliquibus capitulis, Franch. *deciſ.* 371. *ſupra num.* 20. Sanfelic. *in Prax. ſect.* 47. *num.* 8. *limit.* 6. & *ſect.* 58. *num.* 16. &c. Ludouiſ. *deciſ.* 497. *num.* 6. vbi quòd verum eſt, ſi id proceſſerit ex culpa eſaminantis, ſecùs ſi ex culpa partis, vel eius procuratoris.

Item ſtante clauſula, *ſola facti veritate inſpecta*, poſſe alios teſtes produci, & examinari etiam publicatis atteſtationibus, Barboſ. *de clauſ. clauſ.* 173. *num.* 14.

Item ſi articuli contineant materiam magis ſpecificam, & diſtinctam non in ſolo cortice verborum, ſed circa ſubſtantiam, nouum examen non ſolet denegari, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 359. *num.* 3. & *ſeqq. deciſ.* 361. *num.* 1. & *ſeqq.* & *part.* 16. *deciſ.* 181. & *part.* 17. *deciſ.* 133. *nu.* 5. Sanfelic. *in Prax. ſect.* 58. Bich. *deciſ.* 335. *nu.* 6. & *ſeqq.* vide *in* §. *Remiſſoria nu.* 7.

Quòd ſuper nouis capitulis poſſint teſtes examinari, etiam poſt publicationem, & ex additione loci, vel temporis, aut alterius qualitatis dicantur noua capitula, Cabal. *conſ.* 45. *lib.* 1.

An publicatis atteſtationibus coram Arbitro, & expirato compromiſſo, cauſaque coram iudice introducta, poſſint alij teſtes examinari, vide proindè Capyc. *deciſ.* 47. *per tot.*

An detur ſaltem reſtitutio in integrum ad producendum nouos teſtes poſt publicationem, Cabal. *conſ. deciſ.* 45. *lib.* 1. vbi quòd ſic in minore, & litis conſorte, cuius intereſſe ſit indiuiduum cum minore, Gratian. *deciſ.* 219. *per tot.* Farinac. *de teſt. quæſt.* 75. *cap.* 15. *num.* 431. & *ſeqq.* Bich. *deciſ.* 335. *num.* 7. & *ſeqq.* vbi quòd ſic fauore Eccleſiæ, probata tamen læſione, & idem puto dicendum in ſimilibus priuilegiatis, Bich. *deciſ.* 346. *per tot.* vbi quòd debet conſtare de bono iure, & releuantia probationum, cùm ex ſola omiſſione illarum non reſultet læſio, Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 211. *numer.* 9. vbi quòd mulieri competit reſtitutio in integrum, Hieron. Cala *tract. de reſtitutio in integr. deneg. quæſt.* 33. vbi intelligit ad defenſam, ſecùs autem in accuſatore, Farinac. *vbi ſup. num.* 450.

Quando poſſint recipi teſtes poſt publicationem, latè Surd. *deciſ.* 126. 153. & 296. *per tot.* Ridolphin. *d. cap.* 11. *num.* 125. & *ſeqq.* vbi ponit decem caſus, & alios remiſſiuè ad Tuſch. Gabriel. & Farinac. *in loc. ſupra cit.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 27. *num.* 3. *vol.* 3. vbi decem caſus refert, & alios remiſſiuè Sanfelic. *in Prax. ſect.* 58. vbi ponit decemnouem caſus Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 583.

Quòd in criminalibus poſſint de nouo recipi teſtes etiam poſt publicationem proceſſus pro fiſco, quando proceditur ex officio, nouis ſuperuenientibus indicijs, Guaz. *def.* 24. *cap.* 7. *per tot.* Theſ. *deciſ.* 262. Franch. *deciſ.* 716. *per tot.* vide Farinac. *d. quæſt.* 75. *cap.* 14. *num.* 407. & *ſeqq.* Iord. *loc. ſup. cit. nu.* 711. Conciol. *verb. Teſtis quoad examen reſol.* 1. *per tot.* & fuit deciſum per Magiſtratum DD. Octo Baliæ Virorum, & à Sereniſſimo Magno Duce, me proponente approbatum, contra votum D. Auditoris Militarium Legionum ſub die 1. Aprilis 1672. in cauſa contra Clementem Franchinum, vt in filcia negociorum rub. num. 5009. & iterum in eadem cauſa ſub die 28. Iunij 1672. in filcia proceſſuum num. 254. & negociorum num. 5117. & in alia cauſa ſub die 17. Aprilis 1676. in filcia negociorum num. 1509. ac ita ſeruandum quando proceditur ex officio, vel etiam exiſtente accuſatore, quando iudex eſt certus nullam adeſſe ſubornationem, abſque tamen interuentu, & notitia ipſius accuſatoris, alijs citatis probat Sanfelic. *deciſ.* 22. *per tot.* & *deciſ.* 23. vbi etiamſi eſſent data vota in cauſa, dato tamen nouo termino reo ſuper nouis, &c. D. Fului. Maioran. *in Opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 63. & *ſeqq. fol.* 128. & *c.* 5. *nu.* 6. & *ſeqq. fol.* 162. vbi quòd in delictis, in quibus poteſt ex officio procedi, ſemper admittuntur, etiam ſi adſit accuſator, vel inſtigator ad illum coadiuuandum, & fauore Reipublicæ, ne delicta remaneat impunita; ac ita paſſim ſeruatum vidi, & ſeruaui Florentiæ, ac eius Statu.

Sicut è contra pro reo in qualibet parte iudicij, poſſunt eſaminari teſtes ad ſuam innocentiam probandam, etiam poſt publicationem proceſſus, & poſt didicita teſtificata, ac ſuper iiſdem articulis, vel directè contrarijs, maximè vbi agitur de pœna corporali imponenda, licèt renunciauerit termino probatorio, & defenſionibus, Gomez. *var. reſolut. tom.* 3. *cap.* 13. *num.* 33. Farinac. *quæſt.* 39. *num.* 80. *et quæſt.* 75. *num.* 420. *et ſeqq.* Theſ. *deciſ.* 262. Guaz. *def.* 28. *cap.* 2. cum alijs per Conciol. *reſol. crim. verb. Reus reſolut.* 3. *per tot.* plenè Cartar. *deciſ. crim.* 47. *per tot.* vide *in* §. *Negatiua numer.* 19. *in fine*, eundem Conciol. *verb. Teſtis quoad examen reſolut.* 1. *numer.* 11. *et ſeqq.* D. Fului. Maioran. *loc. citat.* Hieron. Cala *tract. de reſtitut. in integr. de neg. quæſt.* 33. *num.* 48. *etc.*

Quòd quando examen fuit nullum poſſint denuò teſtes examinari ſuper eiſdem atteſtationibus publicatis, & ad illas ſe referre, & non tantùm illi, qui primò fuerunt examinati, ſed etiam alij, Theſ. *deciſ.* 28. *per tot.* Soccin. *reg.* 498. *et* 503. Franch. *deciſ.* 668. *n.* 6. *deciſ.* 716. Viui. *comm. opin.* 911. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 51. *nu.* 16. *et ſeqq. part.* 13. *deciſ.* 393. *n.* 9. *et* 10. *et part.* 16. *deciſ.* 136. *nu.* 5. *et ſeqq.* vbi etiam ſi pars offerret habere illos pro ritè, & rectè examinatis, quando non poteſt ſucceſſoribus præiudicare.

An, &

An, & quando liceat teſti dum repetitur ſe referre primæ depoſitioni, vel eſt in arbitrio iudicis, vt benè declarat Menoch. de arbitr. caſ. 109. per tot.

An ad concomitantiam ſcripturæ priuatæ poſſint teſtes examinari poſt concluſum in cauſa, Vrſil. ad Afflict. deciſ. 271. Franch. deciſ. 631. Peregrin. deciſ. 126. in fine, & deciſ. 146. num. 12. vide in §. Concluſio num. 1. & 2. Quòd ad corroborationem antiquorum capitulorum admittantur teſtes, etiam poſt didicita teſtificata, & in alijs caſibus, Ludouiſ. cum Beltramin. deciſ. 583. Farinac. quæſt. 75. num. 155. Rot. part. 17. recent. deciſ. 133. num. 6. &c.

Quòd in cauſis matrimoonialibus, etiam poſt coocluſum in cauſa, & publicatis atteſtationibus licitum ſit producere oouos teſtes Abbas in cap. ſicut de teſt. numer. 7. & 8. Felin. in Rub. de Sponſal. num. 4. Thom. Triuiſ. deciſ. 28. num. 15. Maſcard. de probat. vol. 2. concluſ. 1027. per tot.

Quòd licèt poſt didicita teſtificata ſint prohibitæ aliæ probationes, numquam tamen cenſeatur prohibita illa, quæ ſit per euidentiam rei, & viſitationem loci, Menoch. de arbitr. caſ. 526. num. 7. Peregrin. deciſ. 126. num. 71. &c. vbi etiam de productione inſtrumentorum permiſſa, depoſitionibus ad effectum reſpondendi, & huiuſmodi.

Et quando poſt publicationem admittantur teſtes ſuper nouis articulis dependentibus à primis, Capyc. deciſ. 81. num. 6. &c. Rot. part. 12. recent. deciſ. 285. & part. 14. deciſ. 359.

Alia de hac materia Ridolphin. in Prax. part. 1. cap. 11. num. 117. et ſeqq. vbi quòd duplex eſt publicatio teſtium, nempè pronunciatiua, & ioſinuatiua, quid ſit vnaquæque, & quid operetur, Peregrin. deciſ. 126. per tot. Nouar. in Pragm. Reg. Neap. Collect. 220. per tot. Thom. Triuiſ. deciſ. 43. per tot. lib. 1. Ludouiſ. deciſ. 497. per tot. vbi quòd poſt didicita teſtium dicta, non poſſunt denuò ſuper eiſdem articulis alijs teſtes examinari, ſed benè ſuper nouis, vel partim nouis, & partim antiquis, dummodò in ſubſtantia, & non io cortice tantùm, vel ſono verborum differant à primis, facit quod dixi in §. Negatiua nu. 19.

Quòd poſſint ex officio interrogari à Iudice, & non ad inſtantiam partis, pro declaratione depoſitionum omni ſubornatioois timore ceſſante, aliàs ſecùs, benè Cooſtantin. Caſar. peregr. qq. ſpecul. quæſt. 47. num. 20. et ſeqq. per tot.

Quòd in cauſis miſerabilium perſonarum poſſint teſtes per iudicem interrogari, & examinari illarum fauore, etiam poſt concluſum in cauſa, l. vbicumque ff. de interrog. act. Ricc. in Addit. ad Franch. deciſ. 371. in fine, Nouar. tract. de priuil. miſer. perſon. priuil. 3.

26 Teſtis vnicus de viſo, licèt non integer facit indicium ad inquiſitionem ſpecialem, ſi verò ſit omni exceptione maior ſufficit etiam ad torturam, & quando non deponeret de viſu, ſed audiuiſſe vocem, & cognouiſſe (licèt hoc ſit multum periculoſum) ſi ſit veriſimile cognoouiſſe facit idem indicium ad torturam, Clar. §. fin. quæſt. 21. verſ. vnus teſtis, Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 89. num. 5. etc. Farinac. de indic. et tort. quæſt. 37. per tot. Vioi. comm. opin. 941. vbi etiam num. 7. quòd cenſetur omni exceptione maior, & idoneus io dubio, niſi repellatur aliqua legitima exceptione probata.

Plures caſus ſingulares, in quibus ſtari poteſt dicto vnius teſtis, refert Card. Tuſch. lit. T. concluſ. 281. per tot. facit infr. n. 79. et ſeqq. Ricc. Collect. 224. Nouar. in Pragm. Reg. Collect. 149. num. 8. et ſeqq. vbi in poſſeſſorio ſummario, ſi teſtificetur contra proprium commodum, ad faciendum indicium ad torturam, contra producentem, ad excuſandum ab expenſis, ſi deponat de facto proprio tamquam mediator, ſi concurrat fama, vel aliud adminiculum, in cauſis breuibus, & modi præiudicij, ac ſtante partium voluntate, idem Nouar. Collect. 219. num. 3. et ſeqq. Et quòd teſtis vnicus, qui fuit mediator ſi ſit adminiculatus plenam fidem faciat, Rot. part. 18. recent. deciſ. 393. num. 10.

An autem teſtis præſumatur idoneus, & omni exceptione maior, diſtingue vt per Farinac. de teſt. quæſt. 62. in prælud. Altograd. conſ. 55. num. 55. lib. 1. licèt in practica præſumatur, niſi aliter appareat, vt dixi in Pract. §. Teſtimonij nu. 7. infr. nu. 47. Conciol. reſol. crim. verb. Teſtium Miſcellanea reſol. 10. per tot.

Quando teſtis dicatur omni exceptione maior, vel non, Toſch. lit. T. concluſ. 233. per tot. Ludouiſ. deciſ. 351. per tot. vbi quòd remittitur arbitrio iudicis, & iſta qualitas, vel præſumitur, vel ſuppletur ex numero teſtium vltra trium, etiamſi omnes patiantur aliquas exceptiones, vel ex alijs adminiculis, & præſumptionibus.

Teſtis vnicus, quamuis valdè qualificatus, & etiam Epiſcopali, vel Præſidiali dignitate refulgens regulariter oon probat, ſed duo teſtes ad minus requiruntur, ac etiam quandoque plures ad plenam probatiooem faciendam, cùm in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum, cap. veniens, et cap. iniurandi de teſt. l. iuriurandi C. eod. Iaſ. in l. ſi quando nu. 11. C. vnde vi, latè ampliando, limitando, & declarando Farinac. quæſt. 63. per tot. Pac. Iordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 18. num. 25. et ſeqq. ad 84. fol. 306. etc. vbi colligunt plures caſos particulares, in quibus duo teſtes non ſufficiunt, ſed plures requiruntur, item plures alios caſus, in quibus vnico teſti creditur, & ſignanter qoòd vnico teſti deponenti ad defenſam rei credatur quando illius depoſitio noo eſt directè contraria teſtibus pro fiſco examinatis, ſed cum eis compatibilis, & in omnem caſum ſufficiat ad euitandam pœnam ordinariam, Farinac. loc. cit. num. 42. etc. Iordan. vbi ſupra num. 71. et 72. Maſcard. de probat. concluſ. 491. num. 17. et 18. concluſ. 904. num. 10. etc. Tuſch. lit. T. concluſ. 280. et ſeqq. vbi quando vnicus teſtis probet, vel non, Ricc. Collect. 224. Vioi. comm. opin. 941. cum pluribus ſeqq. benè Conciol. reſol. crim. verb. Teſtis quoad dicta reſol. 16. per tot.

Quòd in modica quantitate arbitrio iudicis æſtimanda poſſit credi voico teſti, Menoch. de arbitr. caſ. 91. num. 18. Leoncil. deciſ. Fer. 37. n. 16. etc.

Probat etiam vnicos, maximè Inſtrumentarius, vbi non agitur de noua diſpoſitione inducenda, ſed tantùm de declaratione actus dubij, Alex. conſ. 75. num. 14. lib. 5. & alij per Rot. part. 13. recent. deciſ. 174. nu. 14. et ſeqq. et part. 16. deciſ. 128. nu. 5.

Item probat vnicus teſtis quando fuit à partibus approbatus, vel quando deponit de facto proprio, concurrentibus alijs indicijs, Soccin. reg. 507. et 515. limit. 3. Sperel. deciſ. 81. num. 51. etc.

Item probat vnicus teſtis cooſangoioitatem, vel affinitatem ad impediendum matrimonium, vel ad illud permittendum, ſi deponat de morte alterius coniugis, ad tradita per Thom. Triuiſ. deciſ. 47. n. 6. et 7. lib. 1.

Quòd vnicus teſtis concorrentibus alijs adminiculis, ſi deponat de facto proprio, & conſtet de eius legalitate fidem faciat, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 749. nu. 1. etc. cap. 753. num. 21. etc. vbi limitat, Thom. Triuiſ. deciſ. 52. num. 7. et 8. lib. 2. Vioi. comm. opin. 900. Sperel. d. deciſ. 81. nu. 51. etc. Menoch. de arbitr. caſ. 99. per tot. vbi ſex caſus diſtinguit Altograd. conſ. 24. num. 19. conſ. 50. nu. 103. lib. 1. vbi ampliat, etiamſi non eſſet omni exceptione maior, Rot. part. 14. recent. deciſ. 364. num. 5. et ſeqq. vbi quòd iunctis adminiculis pleniſſimè probat ad Seraphin. deciſ. 1163. num. 6. et 7. Buratt. deciſ. 775. num. 6. etc. Rot. d. part. 14. deciſ. 448. num. 4. in eadem cauſa, Lodouiſ. deciſ. 273. vbi qood teſtis vnicus de certa ſcientia, & fama iunctus cum alio de fama plenè probat, et deciſ. 277. in princ. vide ſupra num. 11. Rot. part. 15. recent. deciſ. 368. nu. 4. vbi quòd teſtis vnicus iunctis adminiculis plenè probat, et part. 16. dec. 152. num. 4. etc. dec. 269. vbi etiam reijciuntur exceptiones paupertatis, affinitatis, & contradictionis conteſtis nominati, et part. 17. dec. 188. num. 13. vbi qoòd vnicus cum adminiculis probat, et dec. 378. num. 10. et ſeqq. vbi etiam quòd hoc tantò magis procedit ſi eſſet ſacerdos, cuius dictum æquipollet doobus teſtibus.

Quando teſtis vnicus probet in poſſeſſorio ſummariſſimo, & quid in ordinario, Gratian. diſcept. for. cap. 425. nu. 56. cap. 950. nu. 35. et dec. 192. cum Addit. per tot. Caualer. dec. 223. vbi quòd vnicus probat in iudicio manotentionis, in quo non admittuntur exceptiones contra teſtes, Greg. dec. 160. vbi addit. num. 3. etc. & deciſ. 438. Seraph. deciſ. 392. num. 2. Rot. part. 9. recent. deciſ. 38. num. 26. &c. vbi intelligit qoando in contrarium non adſunt alij teſtes diuerſa diſponentes ad Buratt. deciſ. 591. nu. 4. &c. & prædicta ſimpliciter ſequitur eadem Rot. d. part. 9. deciſ. 356. nu. 3. etc. part. 12. deciſ. 361.

Quòd vnicus teſtis oon ſufficiat, oeque probet etiam in ſummariſſimo manutentionis, quando aliquid rele-

naos in contrarium deducitur, benè Bich. deciſ. 8. num. 2. & ſeqq.

An autem poſſit Princeps, vel Statutum diſponere, vt credatur dicto vnius teſtis, dic quòd non, cùm ſit de jure diuino, vt in ore duorum, vel trium ſit omne verbum, id tameo poſſet eſſe permiſſum in aliquo caſu, & ob publicam vtilitatem, vt declarant Farinac. quaſt. 63. n. 8. & ſeqq. Leotard. de vſur. quaſt. 93. nu. 30. Capyc. Latr. deciſ. 132. n. 7. part. 2. cæterique relati per Cooc iol. reſol. crim. verb. Princeps reſol. 2. num. 7. & ad Stat. Eugub. lib. 4. Rub. 64. num. 1. & 2. & ſequitur Romaguer. ibid. in addit. nu. 5. vbi quòd benè poteſt id fieri de pretium conſenſu ad tradita per Pegas ordinat. Regn. Portugal. tom. 2. cap. 3. §. 39. num. 4. Sed an poſſit per Principem, vel Statutum diſponi, vt credatur dicto vnios teſtis ad effectum condemnandi, ne deſeras videre Rayoald. Syntax. rer. crim. cap. 1. §. 1. ad 7. num. 43. & ſeqq. fol. 66. & num. 156. fol. 95. Anton. Gob. Conſult. 128. num. 28. & ſeqq. vbi io terminis Guardiarum, ſeu denunciantium contrauentiones venationum, & piſcationum prohibitatum vt illis credatur, etiamſi ſint vicini in vim legis ita Mantuæ diſponentis; & idem eſt Florentiæ, ſed cum moderamine, de qua in Banno generali venatiooum, & piſcationum 6. Auguſti 1622. cap. 11.

28 Teſtis etiam vnicos probat contra prodocentem, & habentes cauſam ab eo, Gratian. diſcept. for. cap. 552. num. 9. cap. 967. num. 15. &c. cap. 559. nu. 27. cap. 625. nu. 8. c. 699. num. 21. &c. cap. 765. nu. 58. & 74. cap. 869. nu. 8. Altograd. conſ. 74. nu. 14. lib. 2. Coccin. deciſ. 462. num. 1. Rot. part. 6. recent. deciſ. 87. num. 9. & part. 10. deciſ. 350. num. 5. & 6. vbi intelligit concurrentibus adminiculis, & part. 13. deciſ. 100. num. 2. vbi ſimpliciter quòd ſufficit contra indncentem.

Hanc materiam teſtis vnici pro fiſco examinati, vt probet contra fiſcum, vt eſt in ore omnium de vulgo, doctè reaſſumit modernus Raynald. Syntax. rer. crim. Præm. §. 11. num. 37. & ſeqq. vbi diſtinguit tres caſus, primus ſi teſtis ſit verè, & propriè vnicus in deponendo de facto, vel qualitate eius, de quo agitur, & ſic contradictorem non habeat, & tunc inconcuſſa eſt regula, vt probet contra fiſcum, ſecundns ſi teſtis fauens reo habet alium vnicum teſtem de directo contrarinm aſſerentem pro fiſco, & tunc pariter procedit dicta regula; tertius, ſi vnicus teſtis pro reo habet alios plures teſtes contra ſe, & pro fiſco depooentes, & tunc nullum ius de mundo, nec vlla æquitas ſuadet, qnòd ille vniens proſternat aliorum fidem, ſed probatio fiſci tamquam plenior præfertur, non tamen ad imponendam pœnam ordioariam, vt aduertit Volpel. conſ. 62. num. 91. niſi teſtes eſſent tot, qui conuincerent, oam tunc Intraret etiam pœna ordinaria, vt iudicatum refert Sanfelic. d. deciſ. 163. in fine.

Amplia licèt deponeret taotùm de credulitate, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 468. num. 47. cap. 950. num. 38. vel de ſimplici tantùm opinione, credulitate, vel auditu, Altograd. d. conſ. 74. num. 14. lib. 2. Sperel. deciſ. 69. num. 48. &c. Tuſch. lit. T. concluſ. 287. vbi intelligit quando producens vidit dictum teſtis, ſecùs ante depoſitionem.

Amplia etiam in criminalibus, vt vnicus teſtis probet contra inducentem, Farinac. quaſt. 62. num. 237. vbi vide, & Vulpin. in ſuco limit. 10. per tot. Conciol. reſol. crimin. verb. Teſtis quoad dicta reſol. 16. num. 12. & ſeqq. vbi benè declarat, & quòd oon procedit quando alij teſtes fiſci depoſuerunt contrarium, quia tunc ſtatur maiori parti teſtium.

Amplia vt vnicos probet etiam contra Curiam, & fiſcum, quando fuit ex officio examinatus pro informatione Curiæ, Soccin. iun. conſ 66. nu. 11. lib. 1. Rom. conſ. 140. Burſatt. conſ. 311. nu. 21. lib. 3. Cephal. conſ. 65. nu. 55. conſ. 110. nu. 26. &c. Tob. Non. conſ. 98. nu. 10. & 18. Rimin. iun. conſ. 60. in princ. conſ. 86. nu. 20. lib. 1. Magon. dec. Luc. 30. n. 27. Farinac. quaſt. 62. n. 213. &c. Sanfelic. dec. 163. per tot. vbi tamen quòd ſecùs eſt ſi contra Inqoiſitum extent depoſitiones aliorum plurium teſtium, qnia non creditur vnico teſti producentis, quando alij teſtes eiuſdem contradicunt, nam ſicuti plena probatio non præiudicat pleniori, ita nec ſemiplena plenæ, & ſic iudicatum refert Romæ per Rot. diuerſ. part. 3. lib. 3. dec. 592. Bononiæ per Barz. dec. 156. & Neapoli per ipſum, idem probat Conciol. verb. Teſtis, quoad dicta reſol. 16. nu. 15.

Qnòd receptior ſit ſententia, vt vnicus teſtis noo probet etiam cootra inducentem, cùm per inductionem cenſeatur tantùm approbatus quoad perſooam, non autem quoad dictum, vel depoſitionem, maximè quando emanauit ſuper interrogatorijs partis aduerſæ, & ideò dictam concloſionem, voicum teſtem probare cootra inducentem noo eſſe in iudicando receptam, præcipoè ſtante proteſtatione, vel clauſula, in parte, & partibus, Caualer. dec. 154. in fine, Altograd. conſ. 21. n. 21. &c. lib. 1. Gratian. diſcept. for. c. 677. n. 36. Beltram. ad Ludouiſ. dec. 455. n. 17. Rot. part. 4. recent. tom. 2. dec. 42. n. 5. & 6.

Quòd ex ſtylo, & opinione Rotæ teſtis vnicus non probet cootra inducentem, dixit Caualer. deciſ. 366. & penès Paul. Zacch. quaſt. medic. legal. tom. 2. deciſ. 39. n. 5. Rot. part. 9. recent. deciſ. 344. num. 20. &c. vbi quòd contraria opinio procedit quando etiam examen fuit in iudicio productum, cùm ex ſola inductione teſtis intelligatur tantùm approbata perſona, non verò dictnm, niſi reproducatur examen, vt ſupra, & hanc declaratiooem eſſe communiter receptam, Farinac. de teſt. quaſt. 62. n. 243. Gratian. diſcept. 505. n. 6. Addit. ad Greg. dec. 215. n. 9. Rot. part. 12. recent. dec. 191. n. 11. part. 14. dec. 523. n. 15.

Teſtis ſemel à me productus dicitur quoad perſonam approbatus, ita vt oon poſſint amplius contra illum opponere ſi contra me reproducator, etiam in alia cauſa, Pract. Papp. for. iur. teſt. gloſ. Proteſtante in Addit. Viui. comm. opin. 934. Niſi exceptio de nouo ſuperueniat, Seraph. dec. 265. Farinac. quaſt. 62. num. 215. Pac. Iordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 18. num. 1282. fol. 373. Tuſch. lit. T. concl. 289. vbi plora quando teſtis dicatur approbatus circa perſonam, vel dictum, & quando non, Paul. Chriſtin. ad l. Municip. tit. 1. art. 28. n. 24. & ſeqq. Rot. part. 9. recent. dec. 102. nu. 28. &c. 29

Quòd per inductionem teſtis videatur tantùm approbata illius perſona, non autem depoſitio, niſi reproducatur, Gratian. diſcept. for. cap. 753. n. 3. Paul. Chriſtin. dec. Belgic. 27. nu. 19. vol. 3. vbi quòd procedit ſolùm in illa cauſa, oon autem in alia.

Et ita quamuis teſtis ſit quoad perſonam approbatos, poſſit quoad dicta reprobari, notat etiam Capyc. dec. 62. nu. 6. Farinac. d. quaſt. 62. nu. 241. Iordan. vbi ſupra nu. 1283. &c. vbi limitant niſi productum ſit etiam examen poſt habitam illins cogoitionem, & ſcientiam, nam tunc nec opponi poteſt contra dictum, adde Maſcard. de probat. vol. 3. concl. 1235. vbi an, & quando produceos teſtem præſumatur adeò illius fidem approbaſſe, vt illum ampliùs reprobare non poſſint, & vide in §. Productio.

Teſtes ſemel approbati in inſtrumento noo poſſunt ampliùs reprobari, Iaſ. in l. 1. n. 13. ff. de fer. Grat. diſcept. for. cap. 586. num. 36. Menoch. de arbitr. caſ. 105. nu. 6. Soccin. reg. 506. limit. 4. Iordan. loc. ſupr. cit. nu. 1282. Toſch. lit. T. concluſ. 288. vbi quinam admittaotur, vel non in inſtrumeotis, ac teſtamentis. 30

Hoc tamen non procedit vbi oon apparet de ſcientia partium, vel noua cauſa ſuperueniente, Montan. de tut. cap. 9. n. 72. Mcooch. d. caſ. 105. n. 7.

Quòd adhibiti in inſtrumento cenſeantur approbati, & optimè probent pro inſtrumento, licèt oon probareot contra illud, & licèt inhabilitas ſuperuenerit poſt inſtrumentum, Altograd. conſ. 50. nu. 160. &c. lib. 1.

Quòd etiam adhibiti in teſtamento cenſeantur approbati tamquam idonei, idem Altograd. conſ. 55. n. 56. lib. 1.

Teſtis quoad perſonam ſemel approbatus, ſioe à prodocente, ſiue ab eo contra quem inducitur, non poteſt ampliùs reprobari, & approbare dicitur qui eſt præſens, & oon contradicit, niſi ignoraret defectus, & ideò datur cautela, vt ſemper fiat proteſtatio etiam contra perſonam, aliàs ſolummodò poteſt contra dictum opponi, Pract. Papp. for. iuram. teſt. gloſ. Proteſtante, Marant. part. 6. Act. 13. nu. 10. facit Gratian. diſcept. forenſ. cap. 151. num. 23. &c. Pac. Iordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 18. num. 1273. &c. fol. 373. vide in §. Repulſa num. Conciol. crimin. verb. Reus reſol. 2. per tot. vbi quòd reus interrogatus an habeat aliquem pro viro probo, ſi reſpondeat, quòd ſic, non poteſt ampliùs illius perſonam reprobare, ſed tantùm dictum, & idem ſi dixerit non habere cum eo inimicitiam, nam non poteſt poſtea exceptionem inimicitiæ opponere, ſuadet tamen abſtinendum ab huiuſmodi interrogationibus. 31

An teſtis in vna cauſa prodoctus, & à iudice tamquam inha-

inhabilis reiectus, ſi in alia cauſa contra primum producentem reproducatur, poſſit illius perſonæ opponi cùm fuerit ſemel approbatus per productionem in alia cauſa, Pract. Papp. *d. gloſ. Proteſtante*, vbi quòd non.

32 Teſtibus deponentibus in fauorem illius, contra quem producuntur, & qui contra eorum perſonas proteſtatus eſt, facilè non eſt credendum, Iaſ. *in l. admonendi ff. de iureiurand.* Addit. ad Pract. Papp. *for. iuram. teſt. gloſ. Proteſtante*.

Quòd iudex poſſit credere, vel non credere teſtibus iuxta ſuum arbitrium ex cauſa tamen moderatum, cùm probationes ſint in iudicis arbitrio, Menoch. *de arbitr. caſ. 90. per tot.* Cabal. *reſol. crim. caſ. 231. num. 23. &c.* vide *in §. Probatio*.

Quòd in dubio potiùs credendum ſit teſtibus rei, quàm actoris, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, cùm ſemper pro reo concurrat præſumptio illum non deliquiſſe, nec aliena occupare velle, Menoch. *de arbitr. caſ. 98. per tot.* Conciol. *reſol. crim. verb. Teſtis quoad dicta reſol. 18.* vbi quòd magis creditur deponentibus pro reo, & non delicto, quàm deponentibus pro fiſco, & pro delicto, quia primi atteſtantur de eo, quòd conſentaneum eſt naturæ, quæ præſumit hominem bonum, & non delinquere, niſi alij multum excederent in numero.

Quando fuerunt plures hincinde examinati, quibus magis credere debeat iudex, latè explicat Menoch. *de arbitr. caſ. 526. n. 19. & ſeqq. ad 41.* vide *ſupra num. 17.*

33 Teſtis in aliqua parte falſus nihil probat, cùm iuramentum ſit indiuiſibile, intelligendo quando falſitas eſt circa negocium principale, & qualitates ſubſtantiales, ſecus autem ſi tantùm circa extrinſeca, & accidentalia, Clar. *§. fin. quæſt. 53. verſ. Sed quæro pone*, Gratian. *diſcept. forenſ. c. 468. n. 4. & 24. c. 736. nu. 50. &c.* Menoch. *lib. 5. præſumpt. 22. & 23. per tot. & de arbitr. caſ. 307. & 308. per tot.* Farinac. *qu. 67. §. 4. per tot.* Card. Tuſch. *lit. T. concl. 247. & ſeqq.* Gizzarel. *deciſ. 86. per tot.* vbi quòd falſitas in vno teſte, vel parte proceſſus, illum totum reddit nullum, & falſum, Viui. *comm. opin. 935.* vbi quòd teſtis falſus in vno capitulo redditur falſus quoad alia, & inhabilis ſemper ad deponendum, limitat tamen non procedere in capitulis prorſus diuerſis à falſo.

Quòd depoſitio teſtis non poſſit ſcindi, ſed debeat tota approbari, vel improbari, cùm ſit indiuidua ſicut iuramentum, Conciol. *reſol. crim. verb. Teſtis quoad dicta reſol. 7. per tot.*

Quòd falſitas circa accidentalia excuſet à pœna falſi, ſed tamen vitiet depoſitionem, Menoch. *de arbitr. caſ. 307. nu. 5. & 6.*

Quòd imò teſtis deponens falſum non circa factum principale, nec circa qualitates ſubſtantiales, ſed circa res extraneas, non dicatur in totum falſus, nec vitietur illius depoſitio circa factum principale, Alex. *conſ. 88. n. 19. lib. 5.* Clar. *§. Falſum n. 10. verſ. ſed quid ſi teſtis*, Ger. Spin. *conſ. 28. n. 12. & 13.* Viui. *comm. opin. 936.*

Poſſet tamen puniri pœna ſtellionatus iudici arbitraria, Clar. *loc. cit. in fine*, Cabal. *reſol. crim. caſ. 34. num. 5.* Viui. *loc. cit.* Conciol. *reſol. crim. verb. falſum reſol. 15.* vbi quòd deponens falſum negando ſe conſanguineum, inimicum, pauperem, & ſimilia, licèt non ſubſtantialia, puniri debet extraordinariè de ſtellionatu iudicis arbitrio, *& verb. Teſtis quoad dicta reſol. 8.*

Negans tamen id, quod reſultaret in eius infamiam, vel damnum, non poteſt puniri de periurio, quòd procedit etiam in reo principali, qui negando delictum non per hoc punitur de periurio, Conciol. *verb. Teſtis quoad dicta reſol. 11. per tot.* vide *in §. Negatiua num. 18. infr. num. 88.*

Quòd præſumatur teſtis ſcienter, & non ignoranter falſum dixiſſe, Menoch. *de arbitr. caſ. 308. per tot.*

Quomodo ſaluari poſſint teſtes à falſitate, Rom. *conſ. 301.* Capyc. *deciſ. 37. per tot.* Ludouiſ. *deciſ. 194. n. 4. per tot.* Ger. Spin. *conſ. 28. n. 11. &c.* Ricc. *Collect. 731.* vbi docet nouem excuſationes, quas ego intelligo ad effectum minuendi pœnam, non autem in totum excuſandi, vide *in §. Falſitas nu. 14. &c. ſupra n. 19.*

Quòd teſtium depoſitio ſit indiuidua, nec poſſit ſcindi; ſed debeat acceptari cum qualitate narrata, Grat. *diſcept. for. c. 749. n. 7. &c.* Card. Tuſch. *lit. T. concl. 248. per tot.* facit quod dixi *in §. Confeſſio num.*

Si tamen deponerent vltra capitulata, poſſet ſcindi depoſitio, ad tradita per Surd. *deciſ. 16. per tot.* Gramat. *deciſ. 28. num. 11.* Martha *vot. Piſ. 118. num. 10.* vbi quòd deponentes extra articulum ſunt ſuſpecti, & reijciuntur, *infr. num. 50.*

Quòd deponentes falſum, ſi depoſitio ſit nulla alio vitio, non teneantur pœna falſi ordinaria, ſed extraordinaria mitiori arbitrio iudicis, & idem ſi extra capitulata, vel ſine iuramento depoſuerint, Conciol. *verb. Teſtis quoad dicta reſol. 3. per tot.* vide *in §. Notarius n. 8.*

Teſtis deponens aliquid verum in ſe, ſed ipſi ignotum 34
dicitur deponere falsò, & non falſum, nec ipſe, vel cum inducens tenetur pœna falſi ordinaria, cùm nemini noceat, ſed tamen pœna extraordinaria arbitrio iudicis, tamquam rem mali exempli fecerit, Cabal. *reſol. crim. caſ. 38. per tot.* latè Conciol. *reſol. crim. verb. falſum reſol. 18. per tot.* Farinac. *quæſt. 67. nu. 70.* Guaz. *def. 24. cap. 8.* D. Fului. Maioran. *in epoprax. crim. lib. 2. cap. 6. ſub nu. 90. verſ. Siculi pœna fol. 188.* facit Dian. *plures citans part. 4. tract. 4. reſol. 77.* vbi videtur concludere quòd ſi quis deponat etiam in iudicio, & cum iuramento ſe ſcire pro certo id, quod audiuit à viro optimæ famæ, poſſit excuſari à periurio ſaltem in foro conſcientiæ, quia certificatus à fide digno, & notabili viro dicitur ſcire pro certo, vide *in §. Iuramentum num. 20.* latè Rot. *part. 18. recent. deciſ. 147. & 470. per tot. in eadem cauſa*, vbi plura ad excuſationem teſtis, qui teſtificatus eſt quod ab alio audiuerat, & verum crediderat, ita vt nec dicatur propriè mendax, nec de mendacio teneatur ad aliquam pœnam, nec ad intereſſe partis, vt dixi *in §. Mendacium num. 6.*

Quòd ita puniri debeat teſtis ſcienter tacens veritatem, ſicut quando exprimit falſum, Bart. & Iaſ. *in l. Præſcriptione C. ſi contr. iuſ. vel vtil. pub.* Diaz. *reg. 756.* Card. Tuſch. *lit. T. concluſ. 246.* Farinac. *quæſt. 67. §. 6.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 18. num. 146. fol. 312. & ibidem num. 822. fol. 347.* Rot. *part. 18. recent. deciſ. 194. num. 14.* vbi quòd celando veritatem ſuper interrogatorijs committit falſum, & examen redditur in totum nullum.

Plurima de vi veritatis, quæ in æternum eluceſcit, & fortior res mundi reputatur, (quidquid odium pariat, & pericula contineat) in comparationem vini, & mulierum, quæ etiam potentiſſima reputantur, plenè Paul. Rub. *in diſcurſu ad part. 11. deciſ. Rot. Rom. in princ. per tot.*

Quòd ſcienter tacens veritatem, vel requiſitus recuſans illam deponere peccet mortaliter contra charitatem, & examini ſuppoſitus, ac iuridicè interrogatus à iudice, non manifeſtando veritatem ſibi notam teneatur etiam ad reſtitutionem damni verſus partem, Azor. *Inſtit. moral. part. 3 lib. 4. cap. 16. quæſt. 8. fol. mihi 258.* Ricc. *prax. var. reſol. c. 259. nu. 2.* P. Steph. de Neapol. *de præcip. iur. & iuſt. part. lib. 1. c. 2. nu. 33. & 34.* Aluarez de Velaſch. *tract. de iud. perfect. Rub. 14. annot. 5. nu. 80. &c.* Dian. *part. 5. tract. 13. reſol. 68.* vbi quòd iſta eſt magis communis opinio, licèt alij contra, vide *in §. Monitorium num. 1. infr. num 59. ſupra nu. 14. in fine*, Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de reſtit. c. 1. dub. 4. per tot. fol. mihi 39.*

An teſtes ratione falſi teſtimonij poſſint aliquando excuſari à reſtitutione damnorum, Dian. *part. 3. tract. 5. reſol. 105.* vbi quòd ſic, veluti quando reus erat iam per alios teſtes conuictus, vel ſi falſa depoſitio proceſſit ex ignorantia, vel inaduertentia non damnabili, vel ex obliuione non mortifera, & ſic ceſſante peccato mortali, ceſſat etiam obligatio reſtitutionis, de quo iterùm, *part. 4. tract. 4. reſol. 99.* vbi etiam qualiter teſtis falſus teneatur reuocare dictum ſuum, etiamſi ſibi æquale, vel maius damnum ex reuocatione immineat, vide *in §. Falſitas n. 11.* Gabr. Vaſq. *loc. ſup. cit.* Michael Ferrn Manriq. *Quæſt. Vicar. part. 2. quæſt. 111. per tot.* vbi reprobat Dianam, & alios, oſtendens teſtes falſum deponétes teneri ad reſtitutionem, licèt reus iam eſſet per alios teſtes conuictus, & hoc ratione cooperationis, &c.

De alijs peccatis, & obligationibus teſtium in conſcientia circa deponendum, vel non in iudicio, plenè idem Azor. *d. part. 3. lib. 13. cap. 27. & 28. per tot. fol. mihi 1114. &c.* Dian. *part. 2. tract. 15. reſol. 63. & part. 3. tract. 5. reſol. 100. ant. & 106. ſupra nu. 14.*

Quòd ſi ſuo falſo teſtimonio impediant ſententiam non teneantur ad reſtitutionem pœnarum, & idem in ſimilibus, Dian. *part. 3. tract. 6. reſol. 35. verſ. Septimò, & per tot.* vide *in §. Index nu. 19.*

35 Te-

35 Teſtis falſum deponens in criminalibus ſine ad offenſam qualiter ſit puniendus, & quid ſi ex huiuſmodi falſa depoſitione eſſet ſequuta condemnatio, vel abſolutio, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 165. *per tot.* Farinac. *quaſt.* 67. §. 1. & §. 3. *per tot.* Azor. *Inſtit. moral. part.* 3. *lib.* 13. *cap.* 28. *dub.* 12. *fol. mihi* 1123. Ricc. *Collect.* 2065. Capyc. Latr. *deciſ.* 172. *per tot.* Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Engub. lib.* 4. *Rub.* 47. *per tot.*

An autem teſti falſo, & iniquo poſſit obijci falſum crimen ad infringendum eius dictum, & an hoc ſit peccatum contra iuſtitiam, vel charitatem, latè Dian. *part.* 9. *tract.* 9. *reſol.* 44. *per tot.* vbi refert diuerſas opiniones.

Quòd teſtis, qui ſua falſa depoſitione fuit cauſa, vt quis morti traderetur tanquàm proditor, & aſſaſſinus, non gaudeat immunitate Eccleſiæ, maximè ſi fuit mediante pecunia corruptus, Peregrin. *de immunit. cap.* 7. *nu.* 43. Ital. *eod. tract. lib.* 1. *cap.* 5. §. 4. & 5. *nu.* 145. & *ſeqq.* Dian. *reſol. moral. part.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 19. vbi declarat Farinac. *de immunit. cap.* 9. *num.* 541. idem Dian. *part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 504. vbi quòd idem eſt in iudice, qui pecunia corruptus innocentem ad mortem damnauit; ceſſante autem pecunia eſſet locus immunitati, vel conſulendus Papa, refert tamen Bonac. *in Decal. diſput.* 3. *quaſt.* 7. *punct.* 6. §. 3. tenentem abſolutè vtroque caſu locum eſſe immunitati, cùm teſtis & iudex propriè, & phyſicè, non occidant, & hanc vltimam opinionem alijs etiam citatis iterùm probat idem Dian. *part.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 26. *quaſt.* 11. Sed contra Bonacinam, & ſequaces probat vt ſupra Thom. del Bene *tract. de Immunit. part.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 21. *ſect.* 7. *fol.* 64.

A quo iudice puniri debeat, vel poſſit huiuſmodi teſtis falſarius, vide text. *in l. nullum C. de iudic.* Franch. *deciſ.* 147. *nu.* 6. *deciſ.* 722. *per tot.* Cabal. *reſol. crim. caſ.* 261. *per tot.* Tondut. *de præuent. part.* 2. *cap.* 46. *nu.* 10. & *cap.* 47. *per tot.* Vant. *de nullit. ex defect. iuriſdict. nu.* 49. & 50. Farinac. *quaſt.* 67. §. 2. *per tot.* Conciol. *reſol. crim. verb. falſum reſol.* 20. *per tot.* vbi benè declarat, & *verb. forum reſol.* 5. *per tot.* Ricc. *Prax. var. reſol. cap.* 140. & 144. *per tot.* vide *in* §. *Clericus num.* 52. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 76. *per tot. volum.* 1. & dixi *in* §. *Delinquens num.* 6. & §. *Forum num.* 1. *verſ.* 3. Griuel. *deciſ.* 77. vbi adducit plures diſtinctiones.

Quòd generaliter teſtis, vel alius quoquo modo delinquens coram aliquo iudice, efficiatur de illius foro, Ricc. *Collect.* 4199. & *Collect.* 243. vbi pluribus modis limitat, & latè Sanfelic. *in Prax. ſect.* 25. *num.* 17. & *ſeqq.* & *deciſ.* 336. *cum plena Addit. per tot.* Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 408. Cartar. *deciſ. crim.* 96. & *vltim. per tot.* vbi de teſte laico falſum deponente coram iudice Eccleſiaſtico, vel alio, cui non ſubſit, vt poſſit ab illo puniri, niſi iudex laicus præuenerit; licèt ſecùs ſit in Clerico falſum coram iudice laico deponente, qui à ſuo iudice Eccleſiaſtico tantùm, & non à laico puniri poteſt.

Quòd puniatur à iudice, cuius aures falſum deponendo offendit, licèt alias eſſet cognitor tantùm cauſarum ciuilium, vltra citatos vide Surd. *conſ.* 42. *nu.* 18. Soccin. *reg.* 520. Ricc. *Collect.* 4199. & 243. Sanfelic. *in loc. cit.* vbi limitat pluribus modis, & præcipuè ſi haberet proprium iudicem cum clauſula abdicatiua, vel priuatiua, Menoch. *de arbitr. quaſt.* 91. *per tot.* vbi de iudice ordinario, qui tamen non pœnam ordinariam, ſed extraordinariam imponere poteſt, ſecùs autem in delegato, qui nec extraordinariè punire poteſt, licèt etiam multi non faciant differentiam, Conciol. *reſol. crim. verb. Falſum reſol.* 20. *per tot.* & *verb. Forum reſol.* 5. adde Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *num.* 203. & *ſeqq. fol.* 90. vbi limitat in Clerico, & dixi *in* §. *Clericus num.* 52. Franch. *deciſ.* 147. *num.* 6. vbi teſtatur in magna Curia ſeruari, vt puniatur à iudice criminali tantùm, & non à ciuili, ob iuriſdictiones diſtinctas, vel ſaltem eſſe locum præuentioni, Sanfelic. *dec.* 336. *num.* 32. &c. facit Thom. Triuiſ. *deciſ.* 62. *in fine lib.* 2. vbi quia erat laicus teſtis non fuit punitus in foro Eccleſiaſtico, Mich. Ferro Manriq. *Quaſt. Vicar.* 23. *per tot. part.* 2. *vbi nu.* 7. concludit quòd veritas eſt, vt teſtis falſum deponens coram iudice ciuili ſit remittendus criminali, cùm nihil ſit quòd reus acquieſcat iudici ciuili, ſi ipſe habilitate cognoſcendi eſt deſtitutus, & allegat *l. Diuus Pius* 31. *ff. ad l. Cornel. de falſis*, Ricc. *in Praxi reſol.* 140. *num.* 11. Farinac. *contr. lib.* 9. *cap.* 26. §. *rectè igitur*, & §. *cæterum*.

Qualiter puniantur teſtes falſi, & illorum corruptores, vel inductores in Tribunalibus Sancti Officij, vide Dian. & quos allegat *part.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 16. Ricc. *Collect.* 4162. vbi generaliter, Souſ. *Aphoriſ. Inquiſit. lib.* 2. *c.* 8. *n.* 27. & *ſeqq.*

Multa pro ſaluandis teſtibus à falſitate, Surd. *deciſ.* 282. *per tot.* Ludouiſ. *deciſ.* 230. Farinac. *quaſt.* 65. *part.* 2. & 4. *per tot.* Card. Tuſch. *lit. T. concluſ.* 251. *cum pluribus ſeqq.*

Quòd in conflictu teſtium contraria deponentium non ſit locus contra eos condemnationi de falſo, cùm inuicem confundantur, ſed ſint relaxandi ſub fideiuſſione, & quare, latè Scacc. *de ſent. & re iud. gloſ.* 14. *quaſt.* 7. *num.* 127. & *ſeqq. ad* 146. Conciol. *reſol. crim. verb. Falſum reſol.* 16. *per tot.* & *verb. Teſtis quoad dicta reſol.* 10. *per tot.* vbi quia non conſtat quiſnam ex eis falſum depoſuerit, & nemini eſt credendum, intelligendo quando ſunt numero hinc-inde pares, ſecùs autem ſi vna probatio alteri præponderet, veluti ſi plures vni contradicant, vel plures paucioribus, quia tunc pauciores poſſunt puniri tamquam periuri, & falſi, vel magis ſuſpecti proceſſari, inquiri, & quandoque torqueri, vt declarat Conciol. *d. verb. falſum reſol.* 16. *nu.* 3. Boſſ. *de oppoſit. contra teſtes num.* 12. & *ſeqq.* vide *ſupra num.* 17.

Teſtis corruptus ſi producatur contra corrumpentem probat ad tradita per Iaſ. *in l.* 1. *nu.* 21. *ff. de ſer.* 36

Quando, & ex quibus dicatur corruptus, & non probet, ſed de falſo teneatur, Tuſch. *lit. T. concluſ.* 227. *per tot.*

Et ſi dicat ſe fuiſſe corruptum à tali non probat contra eum ſubornationem, nec corruptionem, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 192. *per tot.* Farinac. *de iudic. & tort. quaſt.* 45. *per tot.* vbi quale indicium faciat teſtis ſubornatus deponendo de ſubornatione contra ſubornatorem, ſiue ipſe ſubornationi conſenſerit, ſiue non, vide Ciarlin. *contr.* 48. *num.* 28. & *ſeqq.* vbi quòd licèt teſtis non conſenſerit, debet ſubornator ſaltem extraordinariè puniri, ſiue ſit pars litigans, ſiue alius tertius non intereſſatus, & tunc ſi ille teſtis ſit vnicus, facit graue indicium contra tentantem, & ſi duo, vel plures poſſunt illum conuincere, ſi alios non patiantur defectus, quia nullum habent intereſſe, & laudandi ſunt in ſua probitate, & reſiſtentia, latè Conciol. *reſol. crim. verb. ſubornatio reſol.* 1. 2. & 3. *per tot.* vbi qualiter puniatur ſubornator, quale indicium faciat ſubornatus contra eum, & ex quibus probetur ſubornatio, latè Carol. Marant. *contr. part.* 5. *reſponſ.* 59. *per tot. vbi num.* 86. & *ſeqq.* quòd teſtis corruptus poſt falſum depoſitum, & periurium ſe detegens non probat contra corrumpentem, niſi adhibita tortura ad purgandam maculam, qui verò conſenſum non præſtitit ſubornationi laude dignus eſt, & concurrentibus adminiculis, ac difficultate probationis facit indicium ad torturam contra corrumpentem, ad Farinac. *d. quaſt.* 45. *num.* 34. *limit.* 3. videnda Rot. apud eumdem Farinac. *poſt* 1. *vol. conſ. deciſ.* 125. *nu.* 5. *cum Addit.*

Qualiter inſtruens teſtes ad deponendum falſum, ſit puniendus, etiam non ſequuto effectu ſi deuenit ad actus proximos, Vulpei. *conſ.* 24. *nu.* 5. & 6. Bardellon. *conſ.* 138. *lib.* 2. Farinac. *quaſt.* 67. §. 7. *per tot.* Conciol. *verb. Subornatio reſol.* 1. *nu.* 6. & *ſeqq.* dixi *in Pract.* §. *Teſtimonij num.* 49. *et* 47. vbi de ſtatuto, & ſtylo Florentino, Martha *vot. Piſ.* 117. *per tot.* vbi quòd teſtis inſtructor aliorum non eſt idoneus, & qualitas inſtructionis probatur per confeſſionem extraiudicialem, an aliquo caſu ſit permiſſa inſtructio teſtium, vel potiùs ſit ſubornatio, & alia ad rem, *infr. n.* 59. *et ſupra num.* 13. *in fine*, Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 394. *num.* 17. *et ſeqq.* vbi quòd licitum eſt inſtruere teſtes ad dicendam veritatem, etiam per ſchedulam illis traditam, vel per oſtenſionem capitulorum, & inſtructio ſemper intelligitur de licita, niſi concludenter probetur ſubornatio ad dicendum falſum.

Teſtes tamen à parte inſtructi nihil probant, & de hoc illis creditur, Farinac. *q.* 67. *nu.* 283. *et ſeqq.* vbi benè declarat quomodo iſtud intelligatur, & ſequitur ſimpliciter Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 326. *n.* 5.

Teſtis aliquid deponens extra iudicium, & ſine iuramento, & poſteà contrarium in iudicio, & cum iuramento probat tantùm quoad ſecundum dictum iudiciale, ac iuratum, licet ei multum diminuatur de fide per primum, & poſſit torqueri; ſi verò etiam primũ dictũ extraiudiciale fuit iura- 37

iuratum, cùm reperiatur inter duo iuramenta contraria, poteſt vti periurus puniri, Clar. §. *fin. quæſt.* 53. *verſ. primus caſus*, Ferret. *caut.* 13. Viui. *comm. opin.* 903. Menoch. *de arbitr. caſ.* 108. *num.* 22. *&c.* Conciol. *verb. Teſtis quoad dicta reſol.* 9. vbi quòd teſtis dicto extrà iudicium non eſt ſtandum, excuſat tamen accuſatorem à calumnia, Farinac. *quæſt.* 66. *num.* 195. *&c.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 1216. latè Tuſch. *litt. T. concl.* 237. *&* 238 *per tot. concl.* 249. vbi quando poſſit torqueri, vel non, Thom. Triuil. *deciſ.* 11. *num.* 13. *&* 14. vbi quòd in cauſa matrimoniali ſtatur primo dicto etiam extraiudiciali, & non iurato fauore matrimonij prolato, & non ſecundo, etiam iudiciali, & iurato contra matrimonium.

Quòd quando vnum dixit extra iudicium, & poſteà contrarium in iudicio, poſſit arbitrio iudicis puniri, Menoch. *de arbitr. caſ.* 312. *per tot.*

Quòd vbi teſtes ſe ſubſcripſerunt teſtamento, vel alteri ſcripturæ, niſi doceant ſe fuiſſe deceptos, non probent poſtea atteſtantes contra illorum primam depoſitionem tanquam allegantes propriam turpitudinem, ſed prima ſubſcriptio, & non ſecunda depoſitio quamuis iurata ſit attendenda, Capyc. *deciſ.* 192. *num.* 4. *&c.* Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 353. *num.* 20. *& ſeqq. & part.* 17. *deciſ.* 109. *num.* 14. *& ſeqq. per tot.*

38 Teſtis deponens in iudicio cum iuramento, & poſteà reuocans ſuum dictum extrà iudicium, probat tantùm quoad primum iudiciale dictum, Clar. §. *fin. quæſt.* 53. *verſ. Secundus eſt caſus*, Altograd. *conſ.* 72. *num.* 21. *lib.* 1. *per tot.* Thom. Triuil. *dec.* 62. *per tot. lib.* 2. vbi plura hincindè, concludendo in criminalibus non probare, ſed tantùm in ciuilibus, de quo tamen latè Farinac. *quæſt.* 66. *num.* 200. *& ſeqq.* vbi ſequitur Clarum, & alios tenentes ſtandum eſſe primo dicto iudiciali, etiam in criminalibus, non attento ſecundo extraiudiciali.

Quòd quando poſt dictum teſtimonium mutat, vel corrigit atteſtationem reddatur ſuſpectus, Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 55. *num.* 8.

Quando primum dictum fuit in forma iudicij eſt attendendum reiecto ſecundo ſine forma iudicij, etiam ſi ſecundum eſſet prolatum in articulo mortis, & ideò non eſt credendum illi, qui moriens dixit ſe falſum teſtimonium perhibuiſſe, prout nec iudici ſe malam ſententiam tuliſſe aſſerenti, licèt multum diminuatur de fide circa primum dictum, Menoch. *de arbitr. caſ.* 108. *num.* 19. *& ſeqq.* Viui. *comm. opin.* 924. Farinac. *quæſt.* 46. *num.* 81. *& quæſt.* 66. *num.* 200. *& ſeqq.* Clar. *d. quæſt.* 53. *verſ. Secundus eſt caſus*, Altograd. *conſ.* 72. *num.* 23. *lib.* 1. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 333. *num.* 8. vbi quòd licet regulariter inſpici debeat depoſitio iudicialis primitus edita, & altera ſperni, tamen limitatur concluſio, quando ſecunda depoſitio pluribus fulcitur adminiculis, nam tunc vel hæc ſecunda depoſitio fidem meretur, vel ſaltem vtraque viribus omninò deſtituitur ſecundum plures, quos ibi allegat Ludouiſ. *deciſ.* 230. vbi quòd licet regulariter ſtandum ſit primæ depoſitioni, tamen ſecus eſt quando ſecunda eſt magis veriſimilis, & adminiculata, nam tunc iſta præualet primæ.

39 Teſtis in vno iudicio deponens contrarium eius, quod depoſuerat in alio, poteſt tanquam falſus puniri; an verò ſit ſtandum primo, vel ſecundo, vel neutri dicto, Clar. §. *fin. quæſt.* 53. *verſ. Tertius eſt caſus*, vide latè Tuſch. *litt. T. concl.* 237. *&* 238. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 184. *num.* 7. *vol.* 1. vbi videtur tenere quod ſtetur primæ depoſitioni, licet alij teneant nullam facere fidem, Sanfelic. *dec.* 248. vbi de teſte deponente contra clericum coram iudice laico, & diuerſum in repetitione coram iudice Eccleſiaſtico, ad quem fuit remiſſus clericus conſtito de clericatu, quid obſeruetur in tortura inferenda ad finem videndi quænam depoſitio ſit vera, an ſcilicet dictæ torturæ debeat interuenire Curia ſæcularis, prout ſeruatum fuit in dicto caſu, vide infra *num.* 91.

Quòd teſtes varij non probent, & illis non ſit credendum, *l. qui falſa, vel varia ff. de teſt.* Gratiàn. *diſcept. for. cap.* 753. *num.* 30. *&c.*

Quòd contraria deponentes non probent, idem Gratian. *cap.* 843. *num.* 17. *&c.*

De deponentibus mendacium, idem Gratian. *cap.* 468. *num.* 24. *&c.*

40 Teſtis in eodem iudicio, & inter eaſdem perſonas contraria deponens, an, & quando probet, Clar. §. *fin. quæſt.* 53. *verſ. quartus eſt caſus*, Menoch. *de arbitr. caſ.* 108. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi quid ſi animo corrigendi id faciat.

An, & quando teſtes admittatur ad corrigendum ſuam depoſitionem incontinenti, vel ex interuallo, & quod admittatur antequam cum parte loquatur allegando iuſtam erroris cauſam, vel ex officio iudicis, ſiue ad inſtantiam ipſius teſtis, non autem partis, minuatur tamen ei de fide, & ſi dicat ſe aliter depoſuiſſe, quàm ſcriptum reperiatur, cui magis ſit credendum, Capyc. *dec.* 61. *per tot.* & de hoc vltimo idem Capyc. *dec.* 94. *per tot.* Tuſch. *litt. T. concl.* 277. *per tot.* Viui. *comm. opin.* 904. vbi quòd poteſt ſtatim ſe corrigere, vel antequam recedat à præſentia examinatoris, vel partibus loquatur, & tunc ſtatur ſecundæ depoſitionis; ſecùs autem ſi velit ex interuallo ſe corrigere, nam tunc tenetur docere de errore, & de eo non docto, deponens contraria, de periurio, & falſo tenetur, & ſtatur primo dicto, idem Viui. *comm. opin.* 905.

De correctione incontinenti, vel ex interuallo antequam alloquatur partem, vel ſi teſtis fuit retentus in carceribus ſecretis, Farinac. *quæſt.* 66. *num.* 227. *et ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 1218. *et ſeqq. fol.* 369. Argel. *de acquir. poſſ. quæſt.* 2. *art.* 13. *per tot.* Card. Tuſch. *litt. T. concluſ.* 277. *per tot.* vbi quod teſtis poteſt incontinenti, ideſt antequam alloquatur partem, dictum ſuum corrigere, & ſtatur vltimo dicto, nec reputatur varius, neque contrarius; imò etiam ex interuallo poteſt teſtis corrigere dictum ſuum quando depoſuit per verbum, credo, vel neſcio, quia poteſt poſtea ſcire, & credere, ac probat, & valet eius dictum, & idem ſi dixerit in primo examine non recordari, &c. conuenit Farinac. *d. quæſt.* 66. *num.* 163. 233. 251. *et* 253. licèt dicat tunc non tantùm adhiberi fidem depoſitioni ex interuallo factæ, & ita quotidie ſeruatum fuit, & ſeruatur in Statibus Etruriæ, vt dixi in *Pract. in præf.* vbi plenè, & reſpondetur contrarijs.

Quòd teſtes, qui plus, vel magis explicitè in ſecundo examine depoſuerunt, quàm in primo, non dicantur contrarij, Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 101. *n.* 22. *et part.* 18. *deciſ.* 82. *n.* 35. vbi quòd poſſunt ſe corrigere, & ſtatur correctioni.

Multa de teſte vario, contrario, & vacillante, quòd regulariter non probet, qualiter poſſit torqueri ad videndum in quo dicto perſiſtat, vel à quo fuerit ſubordinatus, & puniri de falſo, vel extraordinariè de ſtellionatu, latè Farinac. *d. quæſt.* 66. *per tot.* Guaz. *def.* 19. *cap.* 2. Anſald. *conſ.* 128. Pac. Iordan. *d. tit.* 18. *n.* 1159. *et ſeqq. ad* 1235. *fol.* 366. *etc.* Tuſch. *litt. T. concl.* 237. *et* 238. *per tot. cum pluribus ſeqq.* Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 253. *n.* 7. *et* 8. vbi quòd ſtatur depoſitioni in tortura confirmatæ.

Quòd ſtandum ſit primo dicto quando ſecundum emanauit ex interuallo, & in diuerſo examine, maximè ſi teſtis exiuit à conſpectu iudicis, & potuit alloqui cum partibus, Farinac. *d. quæſt.* 66. *num.* 123. *et ſeqq.* cum alijs per Iordan. *d. tit.* 18. *num.* 1214. *fol.* 368. *dixi in Pract. in præfat. num.* 36. vbi quando ſtetur ſecundo dicto, Tuſch. *litt. T. concl.* 277. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 27. *num.* 28. *vol.* 3. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 86. *num.* 26. vbi ſimpliciter ſtando priori dicto, ſpreto ſecundo per text. *in cap. in tua de teſt.* vbi Abb. *num.* 9. Felin. *num.* 4. Rot. *d. part.* 12. *deciſ.* 317. *num.* 6. vbi quòd retractatio prioris examinis vires illius non infringit, vide *in* §. *Confeſſio num.* 43. *in fine*, Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 109. *num.* 15. *et ſeqq.*

Quando teſtes examinati ex officio depoſuerunt ad fauorem fiſci, & poſtea repetiti ad inſtantiam partis deſtruunt primum dictum vel ab eo recedunt ſine concludenti ratione, debent ſecundum aliquos torqueri ad videndum in quo dicto perſiſtant; ſed huiuſmodi praxis non eſt bona pro fiſco, cùm per eam deſtruerentur multi proceſſus, & ideò cùm ex primo dicto ſit quæſitus fiſco, ſolent cauti iudices, & latrunculatores torquere huiuſmodi teſtes, non ad effectum videndi, in quo dicto perſiſtant, ſed tantùm ad effectum ſciendi à quo fuerunt ſubordinati, cùm ex dicta variatione ad inſtantiam partis reſultet magna ſubornationis ſuſpicio, ſicuti pluries reſolui, & ſeruari vidi per Magiſtratum DD. Octo Baliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ, & ſignanter ſub die 12. Auguſti 1666. in cauſa Vici Piſani contra Matthæum Parellum, prout in filcia negociorum num. 728. dixi *in Pract. in Præfat. num.* 36. *et num.* 73 *et ſeqq. et in* §. *Teſtimonij num.* 18. *et* 19. ac ita ſeruandum eſſe de iure alijs citatis probant Caluin. *de aquir. lib.* 2. *cap.* 179. *numer.* 102. *et ſeqq.*

ſeqq. Guaz. *deff.* 19. *cap.* 2. *num.* 15. vbi quòd contrarium facere eſt errare, & proceſſum deſtruere, Conciol. *reſol. crim. verb. Teſtium Miſcellanea reſol.* 3. *per tot.* vbi ſi deponant contrarium in repetitione, tamquam contrarij non probant, quia licèt aliàs ſtetur primo dicto, illud tamen valdè debilitatur ex ſecundo contrario ob periurium, & ſi contrarietas ſit circa ſubſtantialia ſine ratione reuocationis vti de ſubornatione ſuſpecti, poſſunt torqueri ad ſciendum à quò fuerint ſubornati, & ita ſæpè ſeruatum vidi, & etiam de periurio, & falſo inquiri, & aliqua pœna puniri tamquàm poſiti inter duo iuramenta contraria, Locatel. *in Prax. Inſpect.* 5. *num.* 171. Zuff. *de legit. proceſſ. quæſt.* 111. *num.* 4. vbi quòd contrarij nec probant pro reo.

An autem ante dictam torturam ſint illis aſſignandæ defenſiones, diſtinguendo videtur affirmare Zuff. *de legit. proceſſ. quæſt.* 107. *per tot. num.* 16.

Quando verò teſtes in primo examine depoſuerunt contra fiſcum ad excluſionem delicti, & poſtea ex interuallo, etiam ſi exierint à conſpectu iudicis, & potuerint alloqui cum parte, vel alijs deponant pro fiſco, & contra delinquentem, cùm non ita facilis ſit ſubornatio ad deponendum pro fiſco, tunc torqueri debeant, non vt ſciatur, à quo fuerint ſubornati, ſed tamquam varij, ad effectum videndi, in quo dicto perſiſtant, & ad purgandam variationis maculam, & perſiſtendo in vltimo dicto ad fauorem fiſci, probent, vel faciant indicium contra delinquentem; reuertendo autem ad primam depoſitionem contra fiſcum, iterùm torqueri debeant, ad ſciendum à quo, vel quibus fuerint ſubornati, & non probent contra delinquentem fuit reſolutum ab eodem Magiſtratu DD. Octo, me proponente ſub die 6. Auguſti 1676. in cauſa Scarperiæ contra Antonium Cellinum, & approbatum à ſua Celſitudine Sereniſſima, vt in filcia negociorum dicti Magiſtratus ſub num. 1622. & rurſus in eadem cauſa ſub die 24. Nouembris 1676. non obſtante contradictione D. Auditoris Bandatum, vt in filcia Proceſſuum 648. num. 41.

Quòd ſi teſtes deponat in ſecundo examine etiam iurato contrarium eius, quod dixit in primo, ſtetur primo dicto, quia ex eo iurato, & iudiciali eſt ius quæſitum parti, Clar. §. *fin. quæſt.* 53. *verſ. Tertius eſt caſus*, Rot. *part.* 2. *Diuerſ. deciſ.* 206. *num.* 4. Altograd. *conſ.* 72. *num.* 25. & *ſeqq. lib.* 1. Card. Tuſch. *lit. T. concluſ.* 237. & 277. Farinac. *quæſt.* 66. *part.* 4. *per tot.* Rot. *in Anconitana incendij* 30. *Maij* 1588. coram Comitolo *num.* 14. penes Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. tom.* 2. *deciſ.* 8. Ludouiſ. *deciſ.* 230. vbi limitat niſi ſecundum dictum ſit magis veriſimile, & adminiculatum, & quòd quando vna depoſitio aliam non deſtruit, debent ad concordiam reduci, & vltima attendi, nec dicitur teſtis varius quando vtraque teſtificatio concludit intentionem inducentis, & ſi adeſſet diuerſitas, quæ conciliari non poſſet, adhuc poſterior depoſitio eſt attendenda, ſi pro ea adſint maiores coniecturæ, vel ſi in priori fuiſſet obiter, vel perfunctoriè, vel ſimili modo dubitatiuè aliquid dictum, & in poſteriori appenſatè, & deliberatè.

Quòd ſtandum ſit ſecundo dicto, quando teſtis in ſecundo dicto hæreſim, vel delictum detegit, non verò ſi illud neget, cùm tamen in priori dicto delictum manifeſtauerit, quia tunc priori, & non poſteriori dicto creditur, & ſic ſi teſtis priùs depoſuit ad fauorem fiſci, ſtatur priori dicto; ſi verò non depoſuit in primo, ſed in ſecundo pro fiſco ſtatur ſecundo (quòd eſt ſpeciale fauore fidei) per text. *in cap. accuſatus §. licet de hæret. in* 6. Dian. *part.* 4. *tract.* 7. *reſolut.* 22. *in fine*, vbi quòd in cauſis fidei ſtandum eſt dicto, quod fidei fauorem concernit, de quo vide Farinac. *quæſt.* 66. *num.* 157. & *ſeqq.* Triuiſan. *deciſ.* 39. *num.* 12. *lib.* 2. Carol. Marant. *contr. part.* 5. *reſponſ.* 59. *num.* 93. & *ſeqq.* Ludouiſ. *deciſ.* 230. vbi quòd ſtatur ſecundo dicto ſi ſit magis veriſimile, & coniecturis ſulcitum ad Farinac. *loc. cit. num.* 151. *ſupra num.* 38. *in fine*, Franciſc. Pegna *in Prax. Inquiſit. lib.* 2. *cap.* 38. & 39. *cum Annot.* Caren. *de S. Offic.* apud eum Caren. *d. tract. fol. mihi* 457. &c. vbi plura quid agendum ſi teſtis in repetitione dicat aliter quàm in primo examine, cui dicto ſit ſtandum, & alia.

Quid ſi teſtis vnum deponat in tortura, & aliud extra torturam, latè Guaz. *deff.* 19. *cap.* 16. *per tot.*

Quòd ſtandum ſi teſtimonio in tortura prolato, Menoch. *de arbitr. caſ.* 108. *num.* 14. &c. Farinac. *quæſt.* 66. *num.* 165. & *ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *nu.* 1215. *fol.* 368. cum declarationibus per eos adductis.

Quòd attendatur potiùs depoſitio facta ſuper interrogatorijs, quàm ſuper articulis, cùm in articulis præſumatur voluiſſe fauere inducenti, Rot. *part.* 3. *recent. deciſ.* 774. *num.* 3. Bich. *deciſ.* 628. *num.* 17.

Teſtis depoſitio eſt ſupplenda quantum fieri poteſt, ne 41
ſibi contradicat, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 677. *num.* 35. &c. *cap.* 797. *num.* 29. &c. *cap.* 948. *num.* 36. *cap.* 960. *num.* 30. Altograd. *conſ.* 50. *num.* 169. &c. *lib.* 1. *infr. num.* 15. Ludouiſ. *deciſ.* 230. *et* 487. *per tot.* Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 101. *num.* 23. vbi quòd omnis interpretatio eſt capienda pro euitanda contrarietate, etiam ſi verba ſint improprianda, & per ſubauditos intellectus, & ſuppletiuam interpretationem, Bich. *deciſ.* 618. *num.* 6. *et ſeqq.* vbi etiam quòd teſtes non dicuntur contrarij eo quòd plùs in ſecundo, quàm in primo examine depoſuerint, Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 188. *num.* 15. vbi quòd eſt ſumenda omnis poſſibilis interpretatio, vt teſtes ad concordiam reducantur, *et part.* 16. *deciſ.* 269. *num.* 9. *et* 10. & melius *in part.* 18. *deciſ.* 288. *per tot.* vbi plura de dictis teſtium non cauillandis, ſed concordandis per temporum diſtinctionem, *et deciſ.* 438. *in eadem cauſa*.

Quando, & quomodo ſit facienda iſta concordia, vel non, Mart. Medic. *deciſ.* 95. *num.* 31. *etc.* Sperel. *deciſ.* 81. *num.* 54. Tuſch. *lit. T. concluſ.* 250. *per tot.* Ludouiſ. *deciſ.* 298. vbi quòd teſtes non poſſunt ad concordiam reduci, quando ſibi manifeſtè contradicunt, nec quando concordia non eſt probabilis, nec verbis, nec veritati conſonat, & difficiliùs concordatur teſtis ſibi contrarius, quàm ſi contrarietur cum alio teſte, & alia ad euitandam concordiam teſtium, & Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 289.

Quòd quando contrarietas non eſt circa ſubſtantialia, non diminuatur teſti de fide, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 551. *num.* 30. *cap.* 797. *num.* 26. Sperel. *deciſ.* 81. *num.* 52. Ludouiſ. *deciſ.* 547. *num.* 9. *et ſeqq.* Altograd. *conſ.* 50. *num.* 166. *etc. et conſ.* 55. *num.* 57. *et* 61. *lib.* 1. vbi quòd modica contrarietas etiam in facto principali non tollit fidem teſti, Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 57. *num.* 6. *et ſeqq. et deciſ.* 101. *num.* 24. *et part.* 13. *deciſ.* 173. *num.* 8.

Quomodo ſoluetur à contrarietate teſtis, qui depoſuit ſuper aliquo articulo, ſi poſtea iterùm interrogatus dicat nihil ſcire, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 141. *num.* 10. vbi quod ſecundum dictum debet intelligi, & ſuppleri quòd neſcit aliter quàm dixit in primo examine, Vermigliol. *conſ.* 249. *num.* 4. Gregor. *deciſ.* 248. *num.* 14. vbi *Additio num.* 16. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 276. *num.* 14. vbi approbat dictam interpretationem, de qua idem Gregor. vel Ludouiſ. *deciſ.* 487. *num.* 3. *etc. et deciſ.* 547. *num.* 5.

Quòd ſi vnus teſtis deponat neminem fuiſſe præſentem alicui actui, & ex aduerſo probetur contrarium debeat intelligi nullos fuiſſe præſentes, quos ipſe viderit, aut aduerterit, nec teſtes dicuntur contrarij ſi vnus plus alio deponat, Bich. *deciſ.* 20. *num.* 8. *et ſeqq.*

Multa qualiter dicta teſtium ſint interpretanda, tam ad effectum euitandæ contrarietatis, vel falſitatis, quàm inducendæ probationis, ſummatim, & per exempla Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 1060. *et ſeqq. ad* 1159. *fol.* 360. *etc.* Mart. Medic. *deciſ.* 95. *num.* 30. *et ſeqq.* Card. Tuſch. *lit. T. concluſ.* 250. *per tot.* Farinac. *quæſt.* 65. *part.* 2. *et* 4. *per tot.* Ludouiſ. *deciſ.* 547. *per tot. et* 558. *per tot.* Viui. *comm. opin.* 921. vbi ad excludendam falſitatem præſumitur varietas loci, & temporis, videtur tamen concludere quòd concordia teſtium tollat tantùm cauſam periurij, & falſitatis non autem inducat probationem, & ſic tunc nemini eorum credatur.

Quòd dicta teſtium non ſint cauillanda, & qualiter in dubio interpretanda, Tuſch. *lit. T. concluſ.* 267. *et* 268. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 28. *num.* 16. *etc. vol.* 3. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 57. *num.* 6. *et ſeqq.* Ludouiſ. *deciſ.* 487. *per tot.* & alibi, vt ſupra.

Qualiter teſtes deponentes falſum poſſint excuſari vbi depoſuerunt ſuper facto, de quo poteſt præſumi obliuio, Conciol. *reſol. crim. verb. Falſum reſol.* 21. Farinac. *quæſt.* 67. *num.* 85.

De teſte autem ſibi vario, & contrario, quomodo poſſit concordari ad euitandam falſitatem, ac etiam ad effectum probandi plura Farinac. *quæſt.* 66. *num.* 317. *et ſeqq. per tot.* & dixi *in Praxi crim. in præfat. ſub num.* 36. *verſ. E ſe bene o gran controuerſia etc.*

Teſtes

42 Teſtes examinati in vna cauſa, non faciunt fidem in alia, etiam inter eaſdem perſonas, niſi iterum examinentur, Alex. *conſ.212. num.15. &c. lib.6.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.753. num.1. &c. cap.849. num.19. cap.859. num.20.* Franch. *deciſ.345.* vide *in §. Acta num.*

Quòd examinati in alia inſtantia, vel coram Arbitro non probent, *l. vlt. verſ. ſancimus C. de teſt. cap. præſentata eod. tit.* Natt. *conſ.394. num.21. lib.2.* niſi fuerint examinati cum interrogatorijs partis aduerſæ, quia tunc probarent arbitrio iudicis, Caualer. *deciſ. 240. num.4. &c.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.3. lib.14. tit.27. num.23. fol.600.*

An examinati coram Arbitro fidem faciant in iudicio, Caualer. *deciſ. 327. num. 1. &c.* vide *in §. Compromiſſum num.*

Quòd probent inter eaſdem perſonas, & quando ſecus, Iaſ. *in l. is apud quem col. pen. C. de edend.* Diaz. *reg. 760.* vide latè Tuſch. *lit. T. concluſ. 270. per tot.* Ludouiſ. *deciſ. 498. numer. 5. & ſeqq.* vbi quòd ſufficit perſonas non eſſe omninò diuerſas, & ideò examinati in cauſa patris, probat etiam pro filio, qui reputatur eadem perſona cum patre, ſi etiam aduerſarius ſit idem, qui litigauit cum patre, ac etiam vbi eſſent perſonæ diuerſæ, ſi agatur de ſtatu perſonæ probant quoad omnes iuxta *l. ingenuum cum ibi not. ff. de ſtat. hom.* de quo benè Bich. *deciſ.79. num. 2. & ſeqq.*

Quòd quando ſunt mortui, vel aliàs haberi non poſſunt, probent etiam inter alios ſaltem ſemiplenè, Surd. *deciſ. 103. per tot.* Franch. *deciſ. 345.* Ludouiſ. *deciſ. 535.* vbi quòd ſicut ſcripturæ, & inſtrumenta, ita etiam teſtes proſunt ſucceſſori tam vniuerſali, quàm ſingulari, & probant pariter contra ſucceſſorem, non ſolùm vniuerſalem, ſed etiam ſingularem, & tantò magis ſi agatur de ſtatu, & qualitate rei con rouerſæ; vel de ſtatu, & legitimatione perſonarum, quo caſu ſi examen emanauit cum legitimo contradictore probant, quod omnes, & benè declarat Bich. *deciſ. 79. num. 2. & ſeqq.* vide *in §. Sententia num. 41. & 42. §. Acta num. 13.*

An, & quando examinati in vno iudicio probent in alio, Sperel. *deciſ.178. num.79. &c.* Tuſch. *lit. T. concluſ.270. per tot.* Ludouiſ. *deciſ. 357. num. 2. & 6.* vbi quòd examinati in poſſeſſorio non probant in petitorio, imò nec etiam in alio poſſeſſorio, idem Ludouiſ. *deciſ. 535.* vbi quòd plenariè examinati in poſſeſſorio, & ſummario iudicio, probant etiam in petitorio, & plenario; & quid ſi eſſent examinati ſuper exceptione, an probent ſi per viam actionis procedatur *ibidem num. 16. &c.*

Quòd informiter examinati, & parte non citata nihil probent, Durand. *deciſ. 263. num. 5.*

Quòd teſtes formiter examinati in vno iudicio cum legitimo contradictore probent etiam in alio, & inter alias perſonas, Cæphal. *conſ.215. num.54. lib. 2.* Rot. *part.13. recent. deciſ. 293. num. 3.*

43 Teſtes examinati in iudicio criminali non probant in ciuili, niſi repetantur, præſertim ſi non fuerunt data interrogatoria, cùm ſint examinati ſine partis citatione, Caualer. *deciſ. 366. num. 7.* penès Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. tom. 2. deciſ.39.* Rot. *in Romana nullitatis Matrimonij 19. Ianuarij 1646.* coram Arguelles *num. 1. &c.* vbi plenè, & habetur apud Zacch. *loc. cit. deciſ. 87.* Rot. *in Tiburtina hereditatis 22. Iunij 1637.* coram Carillo *numer. 22. &c.* penès Zacch. *vbi ſupra deciſ. 77.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 27. num. 21. fol. 600.* Rot. *part. 12. recent. deciſ. 78. num. 2. & part. 13. deciſ. 241. num. 11.* vbi tamen quòd ſi fuerint in iudicio criminali examinati formiter in contradictorio iudicio, & parte citata, probant etiam in iudicio ciuili, maximè ſuper eadem re, & inter eaſdem perſonas, ſiue illarum ſucceſſores, vide *in §. Act. num. 6.*

44 Teſtes ad æternam rei memoriam ex parte actoris, cùm ſit in eius poteſtate agere, non poſſunt examinari ante litem conteſtatam, niſi adeſſet magna ſuſcipio mortis in ipſis teſtibus examinandis; ex parte autem rei cùm non ſit in eius poteſtate agere, ſemper poſſunt examinari, etiam abſque aliqua mortis ſuſpicione, vtroque tamen caſu debet pars citari, vt poſſit contra illos opponere, Roland. *conſ. 23. lib. 3.* Bart. *in l. lege Aquilia §. ſi delatum ff. ad l. Aquil.* Pract. Papp. *for. capit. quando teſt. produc. ad æter. rei mem.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.890. num. 10. &c.* Soccin. *reg. 502. per tot.* vide *in §. Citatio num.* Tuſch. *litt. T. concluſ. 157. per tot.* Ricc. *Collect. 691.* Viui. *comm.*

opin. 922. &c. Maſcard. *de probat. volum. 3. concluſ. 1367. per tot.*

Plura an, & quando poſſint examinari teſtes ante litem conteſtatam, & quid ſeruandum, Farinac. *de teſt. quæſt. 76.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 6. per tot. fol. 143.* Tuſch. *litt. T. concluſ. 158. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 28. num. 3. 12. &c. vol. 3. & deciſ.185. per tot. vol. 5.* Nouar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect. 219. num. 28.*

Quòd debeant examinari coram iudice illius cauſæ, ſuper qua recipiuntur, niſi neceſſitas aliud ſuadeat, & debeant concurrere omnia requiſita *in cap. quoniam frequenter vt lit. non conteſt. vbi DD.* adeò vt ſuper illis requiratur cognitio ſummaria, & probatio ſemiplena prius iudici facienda, Duran. *deciſ. 363. num. 7. 8. & 9.* Tuſch. *lit. T. concluſ. 155. & 156 per tot.* Rot. *part. 12. recent. deciſ.86. num. 21. & ſeqq.* vbi quòd dicta requiſita ſunt interlocutoria iudicis ne probationes pereant, citatio partis ad videndam illos præuio iuramento examinari, necnon ad dandum interrogatoria, & intimatio completi examinis infra annum, quibus concurrentibus examen ſuſtinetur, & plenam facit probationem.

An autem à dicta interlocutoria, vel à decreto examinis teſtium ad perpetuam rei memoriam detur appellatio, Rot. in ſelectis per Farinac. *part. 1. tom. 1. deciſ. 325.* vbi quod non, nec ob id cauſari, vel committi attentata, quando non fuit inhibitum à ſuperiore.

Quòd reus futurus poſſit petere examinari teſtes ad æternam rei memoriam coram iudice ſuo, & ſic trahere ibidem actorem futurum, Capyc. *deciſ. 18. num. 5.*

Quod debeat actor quando ipſe examinauit, poſtea intra annum actione proponere, debeat præcedere ſummaria cognitio cauſæ, ob quam petitur huiuſmodi examen, & iudicis interlocutoria, Menoch. *lib. 2. præſumpt. 54 per tot.*

Quòd poſſint examinari etiam ex parte actoris ob diuturnam futuram abſentiam teſtium arbitrio iudicis, Menoch. *de arbitr. caſ. 62. per tot.*

Quinam teſtes dicantur valetudinarij ad hoc vt poſſint ad æternam rei memoriam examinari, idem Menoch. *de arbitr. caſ. 60. per tot.*

Quando ad dictum effectum dicantur teſtes in periculo mortis propter longum iter fiendum ſiue in terrâ, ſiue in mari, idem Menoch. *de arbitr. caſ. 61. per tot.*

An autem ſit adhibenda fides teſtimonio illius, qui laborat in extremis, cùm mors proxima ſenſus occupet, & memoriam adimat, reſidet in iudicis arbitrio, ad tradita per Menoch. *de arbitr. caſ. 97. per tot.*

Quamuis in examine teſtium ad æternam rei memoriam, debeat pars citari, vt ſupra, tamen Rota Romana multum illis defert etiam parte non citata, quando fuerunt examinati in tempore non ſuſpecto, vt teſtatur eadem Rot. *in Corneten. ſiſ dimidia portionis 11. February 1628.* coram Durano *num. 11.* penes Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. tom. 2. deciſ 61.* Rot. *part. 12. recent. deciſ. 119. num. 14. etc.* vbi quòd ſi ſint mortui, & non poſſint repeti habeantur pro ritè, & rectè examinatis, & illorum depoſitio, morte remanet confirmata.

Quòd licèt aliquando remittatur citatio, debeat ſaltem actus intra annum parti notificari, Mart. Medic. *deciſ. 95. in fine.*

Quòd examinati ad perpetuam rei memoriam, ſi ſint mortui, & perindè repeti nequeant, non ſolum ſemiplenè probent, ſed concurrentibus adminiculis etiam plenam fidem faciant, Rot. *part. 14. recent. deciſ. 458.*

Qualiter etiam in criminalibus poſſint examinari teſtes ad perpetuam rei memoriam, & quam probationem faciant, vide Buccaron. *tract. de different. inter iud. ciuil. et crim. different. 115.* Zuff. *de legitimat. proceſſ. lib. 1. quæſt. 62. per tot.*

Teſtes producti ſuper recognitione ſcripturæ non pro- 45
bant, niſi dicant ſe fuiſſe præſentes, & vidiſſe dum ſcriberetur, Alex. *conſ.150. lib. 5. conſ. 80. lib. 4.* Addit. ad Pract. Papp. *for. oppon. contr. inſtr. gloſ. vltim. num. 3.* Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ. 124. num. 1.* latè Tuſch. *lit. R. concluſ. 50.* Martha *vot. Piſ. 45. per tot.* Ludouic. *deciſ. Peruſ. 7. per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 235. num. 20. et per tot. cap. 710. num. 10. 30. etc.* vbi tamen quòd aliter ſeruatur de ſtylo, *et cap.895. num.30. et per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ.124.* Magon. *deciſ. Flor. 81. num. 5. etc.* vbi ſequitur pri-

mam opinionem, & quòd ſi deponerent de tenore ſcripturæ per modum ordinarium, & legitimum probarent etiam ſi non eſſent ſubſcripti, vide *in §. Scriptura num.* 27. *&* *num.* 14. vbi de recognitione Cabal. *conſ.* 150. *lib.* 1. vbi quantum poſſit in hoc iudicis arbitrium, iuncta maximè etiam comparatione.

Quòd de rigore iuris teſtes, qui non fuerunt præſentes huiuſmodi ſcripturæ priuatæ non probent, etſi examinati deponant illam iudicio ſuo eſſe ſcripturam talis puta Titij, quia eius manum notam habent, latè pluribus relatis probat Genu. *de ſcript. priuat. lib.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 202. *& ſeqq. ad* 225. *fol.* 93. vbi tamen *num.* 225. *& ſeqq.* teſtatur in praxi ferè vbique locorum tales depoſitiones recipi, & plenè probare, præcipuè in Curia Romana exceptis apochis, Venetijs, Patauij, & alibi; Lucæ tamen, quæ profitetur viuere ſuis legibus fuiſſe iudicatum iuxta prædictam iuris communis diſpoſitionem, Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concluſ.* 987. *per tot.* vbi quòd de ſtylo Curiæ Romanæ, & Rotæ Ianuenſis ex præſcriptis ſibi regulis probant, etiamſi non viderint ſcribere, ſi aliàs notam habeant manum.

Quòd de ſtylo Curiæ Romanæ ſufficiat ſi teſtes dicant habere notam manum eius, de cuius ſcriptura agitur, & vidiſſe aliàs eum ſcribere quando tractatur de recognitione ſcripturæ, in qua teſtes non ſunt neceſſarij, præſertim concurrentibus alijs adminiculis, cùm deponendo vt ſupra probent ſemiplenè, vel paulò minus, quæ ſemiplena probatio perficitur ex adminiculis, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 124. *per tot. & part.* 3. *lib.* 2. *deciſ.* 277. Caualer. *deciſ.* 452. *num.* 4. *deciſ.* 553. *per tot.* Merlin. *deciſ.* 614. Gregor. *deciſ.* 38. *& deciſ.* 389. & alios plurimos refert Addit. ad Sanſelic. *deciſ.* 373. *verſ. Et qualiter*, & benè declarat Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *num.* 406. *&c. fol.* 416. vbi pluribus modis concordat opiniones, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 136. *num.* 29. *&c.* vbi plures concordantes referuntur vt ſufficiat ſi dicant habere notam manum, quando agitur de ſcriptura, quæ fieri ſolet ſine interuentu teſtium, vt in teſtamento ſigillato, & iterùm eadem Rot. *ex profeſſo d. part.* 9. *deciſ.* 159. *per tot.* vbi qualiter poſſit etiam coniunctim fieri per comparationem, Rot. *part.* 11. *deciſ.* 235. *num.* 1. *&c.* vbi qualiter fiat etiam in contumaciam, latè Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 53. vbi quando dicunt habere notam manum, quia pluries viderunt ſcribere.

Quòd in recognitione litterarum ſufficiat teſtes dicere habere notam manum ſcribentis, etiam ſi non dicant fuiſſe præſentes, & vidiſſe ſcribere; in alijs verò ſcripturis neceſſarium eſſe quòd deponant fuiſſe præſentes, & vidiſſe ſcribere, Gratian. *deciſ.* 156. *in Addit.* vbi teſtatur ſæpè ſecundum hanc diſtinctionem fuiſſe iudicatum, & ſeruatum per Rot. *Rom. in locis per eum citatis*, Caualer. *deciſ.* 452. *num.* 4. Merlin. *deciſ.* 321. *num.* 7. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 159. *per tot. & deciſ.* 182. *num.* 8. *& deciſ.* 282. *num.* 5. *&c. part.* 13. *deciſ.* 285. *num.* 7. *& ſeqq. & part.* 19. *deciſ.* 259. vbi quòd recognitio librorum, & ſimilium ſcripturarum, in quibus non adhibentur teſtes; fit ſufficienter per teſtes habentes notam manum ſcribentis, vt ſupra, *& deciſ.* 292. *d. part.* 19.

Quando non probent etiamſi dicant vidiſſe ſcribere, vt quia poſſit dubitare de identitate ſcripturæ, Surd. *d. deciſ.* 137. *num.* 6.

Quòd debeant eſſe ſubſcripti, nec ſufficiat quodlibet aliud ſignum, licèt recognitum, Idem Surd. *d. deciſ.* 137. *per tot.*

Quòd debeant ſeparatim examinari, aliàs non probent, etiam ſi agatur de recognitione ſcripturæ antiquæ, Merlin. *deciſ.* 183.

Item debent eſſe bonæ conditionis, vocis, & famæ, ita vt ad effectum *l. ſcriptura C. qui pot. in pign. hab.* huiuſmodi qualitas ſit allegandа, & probanda, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 391. *num.* 28. *cap.* 537. *per tot.* Genu. *de ſcript. priuat. lib.* 1. *quæſt.* 16. *concluſ.* 3. *num.* 12. *&c. fol.* 67. Franch. *deciſ.* 644. vbi etiam in fine, quod debeant eſſe maſculi, & non ſufficiunt fœminæ.

Quòd non ſufficiat vt debitor agnoſcat debitum, & teſtes recognoſcant ſubſcriptiones, ſed opus ſit etiam, vt attingant, & exprimant tempus, quo apocha fuit à partibus ſubſcripta, ita vt omnem antidatæ, vel colluſionis ſuſpicionem excludant, Bald. *conſ.* 198. *num.* 3. *lib.* 1. Franch. *deciſ.* 95. *num.* 8. Odd. *conſ.* 100. *num.* 65. *&c.* Merlin. *deciſ.* 135. *num.* 3. vbi tamen ex alijs adminiculis in caſu ſuo oſtendit ceſſare dictam ſuſpicionem, vide *in §. Scriptura num.* 26. *& ſeqq.*

Quòd vbi teſtes ſunt in ipſa ſcriptura ſubſcripti, & eorum ſubſcriptiones recognoſcunt, plenè probent manum, & litteras, etiamſi nihil de contentis in ſcriptura deponant, Ioſeph Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 7. *num.* 11. vbi dicit eſſe communem, & ab omnibus approbatam concluſionem per text. *in § Si quis igitur Auth. de inſtr. caut.* Bart. *in l. ſcripturas C. qui pot. in pign. hab. et alios.*

Teſtis ſubſcribens ſe alicui ſcripturę tamquam teſtis non 46
videtur illam approbare, nec ſibi in aliquo præiudicat, Gratian. *diſcept. for. cap.* 769. *num.* 15. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 66. *num.* 17. vide *in §. Confeſſio num.* 42.

Intellige ſi agatur de facto non pertinente ad ipſum teſtem ſubſcribentem, ſecùs ſi ad illum pertinebat, & ſcienter ſubſcripſit, ad tradita per *DD. in cap. ex litteris de tranſact.* Soccin. *reg.* 435. *limit.* 4.

Quòd confeſſio facta ab aliquo tamquàm teſtes noceat eo in alio iudicio, Surd. *deciſ.* 309. Ricc. *Collect.* 3537. vbi tamen refert plures deciſiones Rotæ in contrarium.

Teſtes deponentes in crimine falſi debent eſſe omni ex- 47
ceptione maiores, & huiuſmodi qualitas eſt articulanda, & probanda, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 843. *num.* 23. *etc.*

Item deponentes de attentatis debent eſſe vtique idonei, & nullam pati exceptionem, Duran. *deciſ.* 437. *num.* 2.

Item ad effectum reſcindendi matrimonium; iſta tamen qualitas remittitur arbitrio iudicis, & vel præſumitur, vel ſuppletur ex numero teſtium vltra trium, vel ex alijs præſumptionibus, etiamſi omnes patiantur aliquas exceptiones, latè Ludouiſ. *deciſ.* 351.

Quotieſcumque autem lex, vel ſtatutum requirit teſtes idoneos in aliquo caſu, intelligitur de idoneitate ordinaria, quæ præſumitur in omni teſte, ſi verò loquatur in ſuperlatiuo gradu, & velit eſſe omni exceptione maiores, tunc iſta qualitas in ſuperlatiuo requiſita non præſumitur, ſed eſt probanda, & ſic eſt differentia inter teſtes idoneos, & omni exceptione maiores, vt late aduertit, & probat Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 369. *num.* 10. *etc.* Altograd. *conſ.* 55. *num.* 55. *lib.* 1. vide *in §. Qualitas num.* 21. *ſupra num.* 26.

Quòd imò omnes teſtes cenſeantur omni exceptione maiores, & idonei in dubio, niſi repellantur ex aliqua legitima exceptione probata gloſ. *in cap.* 1. *extr. de conſang. et affinit.* Viui. *comm. opin.* 941. *num.* 7. vbi teſtatur ita pluries in practica obtinuiſſe.

Teſtes pro informatione Curiæ debent ſecrete, & ſepa- 48
ratim examinari per ipſummet iudicem, vt videre poſſit, quo vultu, & colore deponant, & ſi ſint veriſimiliter informati poſſunt detineri in ſeparatis carceribus, ne ſe inuicem inſtruant, etiam vltra quindecim dies, ſi recuſent dicere veritatem, Caualch. *de brach. reg. part.* 2. *num.* 128. Guaz. *def.* 14. *cap.* 1. ac etiam torqueri, Scanarol. *de viſit. Carcer. lib.* 2. *§.* 3. *cap.* 2. *num.* 1. *et ſeqq.* Clar. *§. fin. quæſt.* 24. *et* 25. Guaz. *def.* 19. vbi plenè quando poſſint torqueri, dixi *ſupra num.* 16. *infr. num.* 86.

Qualiter tam in ciuilibus, quàm in criminalibus teſtes debeant examinari, & recipi per iudicem, non autem per notarium, & alia ad rem, Viui. *comm. opin.* 927. *et ſeqq.* vide *in §. Notarius num.* 16. Conciol. cum Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 1. *Rub.* 13.

Licèt autem veriſſimum ſit de iure, quòd teſtes examinari debeant per ipſummet iudicem ratione prædicta, & alijs ſimilibus, tamen veriſſimum eſt etiam de conſuetudine generali præſcripta, vt partibus etiam inuitis, & non conſtito de iudicis impedimento, poſſit examen committi notario vna cum iuramento, & de huiuſmodi commiſſione credatur ipſi notario, ſi de illa teſtetur in actis, Farinac. *quæſt.* 77. *cap.* 4. Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 368. Rot. *in ſelectis* per Farinac. *part.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 393. *nu.* 2. Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 111. *et ſeqq. fol.* 310. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 27. *num.* 6. *etc. vol.* 3. Ricc. *Collect.* 3793. Triſch. *lit. T. concluſ.* 164. *per tot.* Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 11. *num.* 23. *et ſeqq.* vbi tamen quòd dicta commiſſio debet fieri parte citata.

Quòd non poſſit iudex ipſe ſolus abſque fide, & perſona publica, & ſic ſine notario examinare teſtes, Farinac. *quæſt.* 80. *num.* 99. *et ſeqq.* Guaz. *defenſ.* 20. *cap.* 14. latè Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 76. *num.* 68. *et ſeqq.*

ſeqq. vide *in* §. *Acta numer.* 1. *&* §. *Index num.* 50. *in fine*.

Quòd examen teſtium poſſit ſubdelegari, & quando ſecus, Tuſch. *litt. T. concluſ.* 170. *per tot.* facit quòd dixi *in* §. *Confeſſio num.* 51. *in Addit.*

Circa retentionem teſtium in carceribus, quando nolunt deponere, non dicam ſimpliciter veritatem, ſed potiùs quod placet iudicibus ad vexandum quandoque innocentes, vidi magnas afflictiones in gentibus non valentibus ſibi gratiam iudicum per commodationes, & alios modos illicitos comparare, illi enim quandoque retinentur etiam in cauſis leuibus per menſes, & fortè ex obliuione, & poſtea pro honore aſſeruntur ſuſpecti, & dimittuntur cum fideiuſſione, quando etſi vere fuiſſent delinquentes confeſſi, vel conuicti debuiſſent velocem pœnam ſubire, & in carceribus non marceſcere, iuxta text. *in l. fin. & tot. tit. C. de cuſtod. reor.* cuius diſpoſitio vel ignoratur, vel quod deterius foret negligitur, & ideò deberet illis fræni temperies imponi ſecundum text. *in l.* 2. *C. eod.* facit quòd dixi *in* §. *Carcer. num.* §. *Index num.* 44. Sæpius tamen debent ſibi imputare, quia recuſant dicere veritatem, maximè in ſtatu Florentino, vt ego ipſe expertus ſum.

49 Teſtes vt probent, debent prius iurare de veritate dicenda, & tale iuramentum debet expreſsè in actis apparere, qua autem forma ſit præſtandum, & alia, Guaz. *def.* 14. *cap.* 3. *& cap.* 5. Maſcard. *de probat. volum.* 3. *concluſ.* 1361. *per tot.* Farinac. *quæſt.* 74. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 595. *& ſeqq. ad* 676. *fol.* 335. *ſupra num.* 8. latè Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 11. *num.* 81. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 27. *num.* 13. *& ſeqq. vol.* 3. Merlin. *deciſ.* 486. Ricc. *Collect.* 263. Conciol. *reſol. crim. verb. Teſtis quoad examen reſol.* 2. *per tot.* Zuſt. *de legit. proceſſ. lib.* 1. *quæſt.* 37. *&* 38. vbi etiam quòd dictum iuramentum tam ante, quam poſt completum examen incontinenti deferri poteſt, licèt communis, & melior ſit obſeruantia illud in principio deferre.

Quòd in teſtibus iuramentum ſit inductum de iure diuino, & ideo non poſſit ſperni, ſed ſemper ſit neceſſarium, Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 26. *per tot.* vide *in* §. *Iuramentum num.* 43. Tuſch. *lit. T. concluſ.* 166. *per tot.* Chriſtin. *loc. cit.* vbi videtur concludere, poſſe a partibus remitti, idem firmat Conciol. *loc. cit. num.* 13.

Quando autem, & quomodo poſſint teſtes, vel rei à iudice interrogati, vti æquiuocatione in reſpondendo, Sperel. *deciſ.* 163. *in fine cum allegatis per eum*; ſed hodiè huiuſmodi æquiuocatione ſunt prohibitæ, vt dixi *in* §. *Iuramentum num.* 57.

An dictum iuramentum probetur per verba enunciatiua notarij dicentis talis teſtis iuratus &c. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 60. *num.* 11. *&c.* Seraph. *deciſ.* 857. Caualer. *deciſ.* 822. *num.* 4. Iordan. vbi ſupra *num.* 646. *&c.* Ridolphin. *d. cap.* 11. *num.* 89. *& ſeqq.* Merlin. *deciſ.* 199. *num.* 5. *&c. deciſ.* 486. *per tot.* Rot. *part.* 10. *recent.* 186. *num.* 7. vbi quòd non. Probatur tamen per verba diſpoſitiua; videlicèt iurarunt in forma eadem, Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 86. *num.* 25. vide *in* §. *Iuramentum num.* 43.

Quod quando iurarunt de veritate dicenda ſuper tota cauſa, prout facere tenentur poſſint interrogari etiam circa alia, & alios articulos, ſuper quibus non fuerunt inducti, ſi aliquo modo faciant ad cauſam, cum teneantur dicere veritatem pro vtraque parte nedum ſuper articulo, ſuper quo inducuntur, ſed ſuper tota cauſa, niſi fuerint limitate admiſſi ad iurandum ſuper vno articulo tantùm, cùm tunc reſpectu aliorum dicerentur deponere ſine iuramento, ſine quo non probant, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 268. *per tot.* Tuſch. *litt. T. concluſ.* 168. *per tot.* Veſtr. *in prax. lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 10. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 202. *num.* 2. *inf. num. ſeq.*

Quòd teſtes deponentes falſum etiam ſine iuramento puniri debeant pœna falſi ac ſi iuraſſent, vel ſaltem extraordinariè, Farinac. *quæſt.* 67. *num.* 197. Guaz. *def.* 14. *cap.* 8. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 38. *num.* 2. *& caſ.* 69. Conciol. *reſol. crim. verb. Falſum reſol.* 17. *per tot.*

50 Teſtes deponentes extra articulata non probant, quia tunc videntur non iurati, & vltronei, qui niſi ſint legaliſſimi non faciunt aliquam fidem, Alex. *in l.* 1. *num.* 12. Iaſ. *num.* 44. *ff. ſi cert. pet.* Cabal. *reſol. crim. caſ.* 287. *num.* 37. Natt. *conſ.* 96. *num.* 7. Viui. *comm. opin.* 952. Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concluſ.* 1365. *per tot.* Magon. *deciſ. Flor.* 12. *num.* 9. vbi etiam quòd non poſſit ſaluari depoſitio ex eo, quod in maiori ſumma inſit minor, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 753. *num.* 2. Sura. *deciſ.* 16. *num.* 6. *&c.* Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 55. *num.* 2. vbi quòd ſponte ſe offerentes, & vltronei redduntur ſuſpecti, & eorum fides labeſcit, vide Tuſch. *litt. T. concluſ.* 223. *&* 231. *per tot. ſupra num.* 33. *in fine*.

Quòd deponendo de re ad cauſam faciente, & iurati ſuper tota cauſa probent, Magon. *deciſ. Flor.* 33. *num.* 16. Farinac. *quæſt.* 71. *per tot.* Ricc. *deciſ. Neapol.* 47. *part.* 2. Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 151. *fol.* 312. Ric. *part.* 11. *recent. deciſ.* 202. *num.* 2.

Quòd ſatis ſit in minori ſumma concordare, Ruin. *conſ.* 92. *num.* 8. *lib.* 4. Magon. *deciſ. Flor.* 17. *num.* 17. *in fine*, Seraphin. *deciſ.* 111. *num.* 2. *& deciſ.* 1397. *num.* 1.

51 Teſtes producti, & iurati debent de neceſſitate altera parte volente examinari, cum iam iurauerint dicere veritatem pro vtraque parte, prout in omni cauſa ita iurare tenentur, vnde licet ante præſtitum iuramentum poſſit producens teſtes pœnitere, & ſe ab illorum examinatione abſtinere, vel retrahere, non ſic eſt præſtito iuramento, & in omnem caſum poſſet altera pars illos examinari facere per doctrinam Innoc. *in cap. præſentium col.* 2. *de teſt.* quam declarat Aret. *conſ.* 140. Capyc. *deciſ.* 39. *per tot.* Nouar. *Prag. Reg. Collect.* 181. Vetmighol. *conſ.* 482. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 127. *num.* 1. *vol.* 3. Farinac. *de teſt. quæſt.* 78. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 102. *num.* 18. *&c.* vbi etiam quòd tunc non eſt neceſſaria reiteratio citationis, nec aliorum terminorum iudicialium, Poſſent. *ſing. per tot.* vbi quòd teſtes inducti, & iurati per inducentem de neceſſitate ſunt examinandi, & maximè ſi per partem aduerſam expenſæ examinis offerantur, ſed in contrarium extat, Hieron. Laurent. *deciſ. Auenien.* 116. *per tot.* vbi reprobat Innocent. & ſequaces, ex eo, quòd nimis graue ſit examinare ad vtilitatem aduerſarij, & parare arma contra ſe, cui obiecto ſatisfit per ſubminiſtrationem expenſarum vt ſupra.

52 Teſtes (quidquid ſit in ciuilibus poſſunt in criminalibus iurare, examinari, & torqueri etiam in diebus feriatis ad honorem Dei, & in die Dominico, maximè in cauſis grauibus, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 227. *num.* 16. *&* 23. Guaz. *def.* 14. *cap.* 9. Farinac. *quæſt.* 80. *oppoſit.* 36. *&* 37.

Quòd poſſint examinari, etiam diebus feriatis, dummodo iurauerint in die non feriato, Guid. Pap. *quæſt.* 215. *num.* 3. *& quæſt.* 125. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 30. *num.* 15. Fenzon. *ad Stat. Vrb. cap.* 58. *num.* 27. Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 11. *tit.* 1. *num.* 180. *fol.* 502. latè Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 11. *num.* 46. *& ſeqq. ad* 70. vbi etiam qualiter commiſſo examine a iudice notario, cenſetur commiſſa receptio iuramenti, &c. adde Fe[illegible] de Angel. *de confeſ. lib.* 1. *quæſt.* 7. *effect.* 14. *num.* 9. *& ſeqq.*

Quòd non probent iurati in die feriata, Seraphin. *deciſ.* 857. *num.* 9. *& num.* 27. Ridolphin. *loc. cit. num.* 46. *& num.* 114. vbi limitat in teſtibus abſituris, niſi obſtet ſtylus Curiæ, & quæ iuramenta præſtare debeant teſtes abſituri.

Poſſunt etiam examinari extra terminum, dummodò iurauerint in termino, Caualer. *deciſ.* 349. *num.* 5. Ludouiſ. *deciſ.* 327. *num.* 8. *et ſeqq.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 156. *num.* 18. *etc. et cap.* 128. *num.* 20. *etc.* vbi benè diſtinguit Farinac. *quæſt.* 80. *oppoſit.* 37. Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 692. *et ſeqq. et fol.* 339. vbi plura ſummatim, in qua parte iudicij, & termino ſint teſtes recipiendi, & examinandi.

Quòd iurati in termino poſſint examinari poſt terminum, Card. Tuſch. *litt. T. concl.* 167. *per tot.* vide Paul. Chriſtin. *ad leg. Municip. tit.* 1. *art.* 28. *num.* 10. *&c.* vbi limitat non procedere in termino à lege, vel ſtatuto ordinato, nec quando poteſt parti negligentia imputari, & alijs modis remiſſiuè ad Felin. *in cap. licet cauſam de excep. in* 6. Mattha *vot. Piſ.* 141. *num.* 3. *et ſeqq.* vbi limitat etiam ſi terminus ſit datus a lege, vel ſtatuto ad probandum, & probatum habendum per omne genus probationis, nam tunc omnia debent fieri in termino.

Quòd teſtes examinati poſt terminum nullum gradum probationis faciant, etiamſi fuerint examinati cum interrogatorijs partis, quando interrogatoria fuerant data in termino, Bich. *deciſ.* 648. *num.* 17. *et ſeqq.*

53 Teſtes examinati debent expenſis inducentis, ſiue remiſſoriam petentis, etiam quoad interrogatoria partis aduerſæ, ita vt ſi fuerit omiſſum examen ſuper interrogato-

tijs ex eo quod dans interrogatoria noluerit mercedem pro rata ſoluere, dicantur nulliter examinati, ſicut etiam ſi fuerint examinati in alio loco præter deputatum ſine conſenſu partis, Caualer. *deciſ.* 254. *per tot. & deciſ.* 349. vbi quòd ſi iurauerint in loco deputato poſſint extra illum examinari, prout etiam ſi data fuerint interrogatoria non repetita proteſtatione nullitatis, Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 11. *num.* 107. *&c. & cap.* 12. *num.* 142. *& ſeqq.*

De hac materia quomodo teſtes examinari debeant totis expenſis partis inducentis, benè Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 4. *tit.* 18. *num.* 800. *& ſeqq. fol.* 345. facit Tuſch. *litt. T. concl.* 159. vbi quid ſi examinentur extrà territorium, Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 11. *num.* 100. *& ſeqq.* vbi cuius expenſis ſit facienda repetitio ſuper interrogatorijs, & tenet quod ſi examen erat nullum debet fieri expenſis eius, qui vult repetitione iuuari, ſi verò validum expenſis primi inducentis, quando interrogatoria erant in actis producta in termino, Zuff. *de legit. proceſſ. lib.* 3. *quaſt.* 142. *num.* 5. *&c.*

Quòd ſi pro vtriuſque partis vtilitate actus geratur, debeat fieri communibus ſumptibus, Gayl. *lib.* 1. *obſer.* 99. *num.* 10. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 27. *num.* 20. *vol.* 3. vide in §. *Nullitas num.* 21. *ſupra num.* 20. *&* 22.

54 Teſtes non poſſunt examinari in Eccleſia, Cœmeterio, vel alio loco immuni ſine licentia Epiſcopi, poſſet tamen abſque alia licentia illis deferri iuramentum, quia domus Dei, domus orationis, Guaz. *def.* 20. *cap.* 9. *in fine*, vide Sperel. *deciſ.* 51. *per tot. & deciſ.* 104. *num.* 55. Conciol. *reſol. crim. verb. Iudex reſol.* 4. vbi tranſit cum Sperello contra Guaz. *in locis citatis*, dixi in §. *Index num.* 29. *&* 33. De hac materia nouiſſimè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 1. §. 11. *num.* 14. *& ſeqq.* vbi etiam ipſe dicit hodiè inconcuſsè ſeruandam eſſe opinionem Sperelli ſtantibus reſolutionibus Sacræ Congregationis ſuper controuerſijs iuriſdictionalibus, & dixi in *Præfat. Prax. de modo formand. Proceſſ. num.* 12. *& ſeqq.*

55 Teſtis primus examinatus vbi non adeſt accuſator, vel denunciator habetur ipſe pro denunciatore, vel accuſatore, & tanquam talis in facto proprio non probat, Bertazol. *conſ.* 251. *num.* 103. *lib.* 2. Guaz. *def.* 29. *cap.* 2. *num.* 28.

Quia etiam habetur pro inimico accuſator ſecretus, Ludouiſ. *deciſ.* 517. *num.* 11. *&* 12. vide in §. *Accuſatio num.* 16.

56 Teſtes examinati extrà locum iudicij oon probant, ſufficeret tamen iuramentum præſtari in loco iudicij, Gratian. *diſcept. for. cap.* 128. *num.* 33. *cap.* 23. *cap.* 738. *num.* 72. facit Viui. *comm. opin.* 927.

Quòd examinati, & poſiti ad partes habeantur pro non examinatis, & iudicando non ſint attendendi, niſi poſtea fuerint in proceſſu poſiti, vt fiant de actis, Veſtr. *in Prax. lib.* 6. *cap.* 2. *num* 24. Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 371. *&c. fol.* 322. Gratian. *diſcept. for. cap.* 677. *num.* 39. Bich. *deciſ.* 34. *num.* 3.

57 Teſtes examinati coram iudice incompetente nihil probant, ita vt nec poſſit illorum depoſitio conualidari de conſenſu partium, quicquid alias conualideiur quoad cætera nullitates ordinis non ſeruati, Farinac. *de teſt. quaſt.* 80. *num.* 118. *& conſ.* 193. *num.* 5. *lib.* 2. Gratian. *diſcept. for. cap.* 674. *num.* 16. *&c.* Tuſch. *litt. T. concl.* 160. *per tot.* Conciol. *reſol. crimin. verb. Teſtis quoad examen reſol.* 4. *per tot.* vbi quòd ideò examinati per iudicem laicum in cauſa immunitatis, vel poſtea remiſſa, debent repeti a iudice Eccleſiaſtico.

Quid ſi vnum deponant coram iudice incompetente, & poſtea contrarium coram competente, cui dicto ſit ſtandum, Menoch. *de arbitr. caſ.* 108. *num.* 29. *&c.*

58 Teſtis dans alium in conteſtem, qui interrogatus dicat ſe neſcire, & neget nihil probat, Magon. *deciſ. Luc.* 17. *n.* 8. *&c.* vide Farinac. *quaſt.* 67. *n.* 111. *& ſeqq.* Rot. *part.* 17. *deciſ.* 289. *num.* 10. *&c.* Conciol. *reſol. crimin. verb. Teſtis quoad dictam reſol.* 2. *per tot.* Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 269. *num.* 6. *&c.* vbi limitat, niſi conteſtis in aliquo reperiatur mendax, qoia tunc in omnibus talis præſumitur, nec detrahit fidei alterius, qui illum in conteſtem nominauit, vel ſi poſſint ad concordiam reduci, etiam ſi nominans ſit vnicus, ſed adminiculatus, & vide *part.* 17. *deciſ.* 289. vbi dicuntur adminicula.

Et quando dubitatiuè reſpondens habeatur pro ignorante, vel pro negante, idem Magon. *d. deciſ.* 17. *num.* 27. *&c.*

Teſtes non poſſunt licitè præmium, vel pretium aliquod 59
recipere, vt teſtimonium pro veritate dicant, cùm teneantur liberè etiam non requiſiti dicere teſtimonium pro proximo ſuo, & cùm venale teſtimonium non ſit veritatis teſtimonium, imò puniuntur arbitrio iudicis, ſicut, & ſi pecuniam accipiant ne teſtimonium dicant; ceſſaret autem pœna ſi illam accipiant loco mercedis ſuorum laborum, & expenſarum, vel operarum amiſſarum, quod iuſtè facere poſſunt, vel ſi accipiant poſt dictum teſtimonium nulla præcedente promiſſione, Menoch. *de arbitr. caſ.* 310. *per tot.* Tuſch. *litt. T. concl.* 237. *&* 247. *num.* 25. latè Lanfranch. Zacch. *tract. de ſalar. & merced. quaſt.* 86. *per tot.* vbi etiam quòd ſi fuerint in itinere derobati, debet illis damnum reſarciri quando oon ſpontè, ſed coacti ad inſtantiam partis acceſſerunt ad iudicium, dummodò illis nulla poſſit imputari culpa, Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 806. *& ſeqq. num.* 815. *&c. fol.* 346. Farinac. *de teſt quaſt.* 67. §. 7. *num.* 236. *& ſeqq.* Scanarol. *de viſit. Carcer. lib.* 2. §. 3. *cap.* 2. *num.* 12. *etc.* vide in §. *Iudex num.* 21. *verſ. An autem*, *et num.* 25. *in fine*, latè Conciol. *reſol. crimin. verb. falſum reſol.* 29. vbi qualiter poſſint accuſari, & puniri de falſo, ob pecuniam acceptam, etiam non probato, quòd falſum depoſuerit, ſaltem extraordinariè, niſi acceperint pro expenſis, & viaticis vt ſupra.

Quòd teſtes non poſſint compelli ad ſe ſubijciendum examini proprijs expenſis, ideò poſſit illis conſtitui certum ſalarium pro quolibet die pro viatico, & expenſis, nec ob id repellantur, nec eis diminuatur de fide, Duran. *deciſ.* 427. *num.* 5. *etc.* Lanſranc. Zacch. *d. quaſt.* 86. Card. Tuſch. *litt. T. conclu[ſ].* 226. latè Surd. *de aliment. tit.* 1. *quaſt.* 62. *et tit.* 4. *quaſt.* 21. *et quaſt.* 25. Rot. *in Nouiſs. part.* 6. *deciſ.* 239. *num.* 24. vide in §. *Famulus num.* Gayl. *lib.* 1. *obſer.* 9. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 27. *num.* 20. *etc. vol.* 3. vbi quòd debent teſtibus omnes impenſæ ſubminiſtrari, etiam non deducto eo, quod domi impeoſuri fuiſſent, iuxta veriorem opinionem.

Quòd teſtes oon præſumantur falſarij ſi quis illis palam det pecuniam, vt veritatem dicant Menoch. *de arbitr. caſ.* 244. *num.* 6.

Sed quod ſint aliqua pœna digni videtur melius concludere idem Menoch. *de arbitr. d. caſ.* 310. *num.* vide Farinac. *de teſt. quaſt.* 67. §. 7. *per tot. ſupra num.* 34. *et ſeqq.*

Quod teſtes poſſint requiri, vt ſe examini ſubijciant, & pro veritate interrogatis reſpondeant, nec ob id eis minuatur de fide, Farinac. *de teſt. qua.* 67. *num.* 266. Seraphin. *deciſ.* 1147. *num.* 4. *et* 5. Bich. *deciſ.* 179. *num.* 6. *ſupra num.* 36. *et num.* 13. *in fine*.

In criminalibus ſubminiſtrandæ ſunt expenſæ teſtibus pro eundo, & redeundo quando inducuntur à reo ad defenſam, non autem à fiſco, nec ab accuſatorem, cùm reoeantur deponere ad publicam vtilitatem, Poſſent. *ſingul.* 381. & ità ſemper ſeruari vidi.

Teſtium nomina ante illorum examinis publicationem, 60
non ſunt à parte illos producente alteri parti de neceſſitate edenda, ſed ſufficit ſoli iudici illos nominare, & hoc ne ſubornentur, vel ſubducantur ab examine, Specul. *tit. de teſt.* §. *Qualiter num.* 3. Alex. *in l.* 1. §. *Editione col. penult. ff. de edend.* Duen. *reg.* 5. *limit.* 4. Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *num.* 390. *fol* 415. Thom. Triuiſ. *deciſ.* 44. *lib.* 1. vbi quòd iſtud procedit ſtante diſparitate litigantium, & potentia aduerſarij arbitrio iudicis æſtimanda, vide Guaz. *def.* 24. *cap.* 3. *num.* 7. *et ſeqq.* facit Conciol. *reſol. crim. verb. Reus reſol.* 4. vbi an, & quando reo ſint edenda nomina teſtium pro informatione Curiæ examinatorum.

Noo obſtat, quod hoc modo non poſſet quidquam contra illorum perſonas opponi, quia poſt publicationem ſemper remanet ſaluus terminus ad repulſam, & quid ſeruetur in criminalibus, vide in §. *Nomen num.* 1.

Quòd de ſtylo ſint edenda nomina teſtium etiam parti ante examen fuit dictum, & reſolutum per Magiſtratum DD. Octo Baliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ, ſub die 29. Iulij 1666. in Cauſa Vicariatus Lari contra Silnium Niccolai Fracaſſi, prout in filcia Proceſſum dicti Magiſtratus 617. num. 50. & approbatum per S. C. S. ſub die 20. Augusti dicti anni in filcia negociorum num. 720. Contrarium autem fuit ſeruatū Terræ Solis de anoo 1677. in cauſa contra Andream Mannum, & approbatum à Magiſtratu prædicto, non tamen puncto diſcuſſo, vt conſtat in filcia

Pro-

Proceſſuum eiuſdem Magiſtratus de menſe Septembris dicti anni, quæ eſt 650. ſub num. 139.

Quòd in hoc ſtandum ſit ſtylo, & conſuetudini Curiarum ex eodem Specul. refert, & ſequitur Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 18. num. 787. fol.* 345. adde Creſp. de Valdaur. *obſeruat. 90. per tot.* vbi quando poſſint, & debeant nomina teſtium reis celari, etiam extrà cauſas Fidei. Et Florentiæ de menſe Iulij 1682. fuit reſolutum à Rota criminali edenda eſſe nomina teſtium, etiam ante publicationem proceſſus, vt reus poſſet facere interrogatoria teſtibus ad eius inſtantiam repetendis ante publicationem proceſſus, quod etiam ſeruatum fuit in cauſa mihi delegata contra Doctorem Leonardum Baldinum.

61 Teſtes non ſufficit vt dicant, articulum ſiue capitulum, ſuper quo examinantur eſſe verum, ſed debent expreſsè deponere de contentis in illo, niſi ſui dicti ſufficientem rationem reddant, ſcilicet quomodo ſciant articulum eſſe verum, Veral. *deciſ. 7. num. 3. deciſ. 291. part. 3.* Mareſcott. *var. reſol. lib. 2. cap. 100. num.* 11. Spetel. *deciſ. 69. num.* 43. Farinac. *de teſt. quæſt. 80. num. 100. &c.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 18. num. 1027. fol.* 358. Tuſch. *litt. T. concl. 190. per tot.* Viui. *comm. opin.* 907. vbi qualiter omnes teſtes debeant per extenſum examinari, & non relatiuè vnus ad alium, ac ſcribi integras diſpoſitiones iam pro fiſco, quàm contra fiſcum in criminalibus, & *opin. 962. per tot.*

Quòd imò ſufficiat ſi dicant articulum eſſe verum perindè ac ſi per extenſum ſingula in articulo expreſſa deponerent, Bart. *in l. Labeo num. 7. ff. de ſuppel. leg.* Bald. *conſ. 10. num. 6. lib. 5.* cum alijs per Merlin. *deciſ. 36. num. 4.* Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ. 578. num. 3. & 13.* vbi quòd Rotæ pluries tenuit hanc opinionem, quæ tamen non procedit in probatione immemorabili, in qua non ſufficit dicere articulum verum, niſi etiam cauſa reddatur, *ſupra num. 2. verſ. An autem Teſtes.*

62 Teſtes non poſſunt ſuum teſtimonium ferre in ſcriptis, vel per procuratorem, ſed debent viua voce deponere, niſi eſſent muti, & ſurdi, vel factum eſſet adeo intricatum, vt aliter quàm ſcripturam exprimi non valeat; admitterentur tamen ad iurandum per procuratorem habente ſpeciale mandatum, Ambroſin. *Proceſſ. infor. lib. 6. cap. 3.* Guaz. *def. 14. cap. 7.* Viui. *comm. opin. 949. & 951.* Farinac. *quæſt. 80. oppoſit. 35. per tot.* Rot. *part. 13. recent. deciſ. 131. num. 3.* vbi quòd probationes factæ per fides extraiudiciales non attenduntur, ſed debent fieri per examen iudiciale, maximè in materia attentatorum, in quibus requiruntur teſtes vndequaque idonei.

Quòd teſtes non poſſint per ſcripturam teſtificari, Couar. *var. reſol. lib. 2. cap. 13. num. 6.* Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ. 77. num. 2.* Tuſch. *litt. T. concl.* 178. vbi limitat parte non opponente, in relatione peritorum, in arbitris, & arbitratoribus, & quando eſſent legales perſonæ, Paul. Chriſtin. *deciſ. 28. num. 14. &c. vol. 3.*

Quòd non poſſint teſtimonium ferre per litteras, vel quamlibet aliam ſcripturam, ſed præſentialiter, & coram iudice, *cap. teſtes 1. quæſt. 9.* quod procedit tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, niſi aliter de conſuetudine permittatur, vel parte non opponente, vel vbi teſtes eſſent valdè nobiles, & illuſtres, & in alijs caſibus relatis per Farinac. *d. quæſt. 80. oppoſit. 35. per tot.* Card. Tuſch. *litt. T. concl.* 178. Gayl. *obſer. 101. num.* 14. Genu. *de ſcript. priuat. in Addit. quæſt. 36. per tot. fol.* 44. Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 17. num. 189. & ſeqq. fol. 279. & tit. 18. num. 829. & ſeqq. fol.* 347. Seraphin. *deciſ. 415. num. 5. deciſ. 755. num. 3. deciſ. 1296. num.* 10. Buratt. *cum Addit. deciſ. 444. num. 6. & deciſ. 688. num.* 17. Anton. de Ballis *tract. var. lib. 2. quæſt. 11. per tot.*

Quòd fides mercatorum circa illorum folium, & obſeruantiam benè probent, præcipuè ſtante illorum conſuetudine, & vbi proceditur ſummariè, ac ſola facti veritate inſpecta, Altograd. *conſ. 45. num. 63. lib.* 2. Duran. *deciſ. 416. num. 8. deciſ. 368. num.* 12.

Quòd fides non faciat fidem, & depoſitio per ſcripturam non admittatur, cùm patiatur quatuor defectus, nempè citationis partis, iuramenti, præſentiæ, & viuæ vocis; iſtud tamen limitatur coram arbitris, & arbitratoribus, quibus data ſit poteſtas procedendi de iure, & de facto; item ſi teſtes morbo correpti non poſſint aliter deponere, vel ſi alia, adminicula, & præſumptiones concurrant, quæ poſſunt iungi cum dictis fidelibus ad plenam probationem faciendam, Altograd. *conſ. 72. num. 1. & ſeqq. lib.* 1. vide Tuſch. *litt. F. concluſ.* 338.

Quòd fides extraiudiciales ſtantibus alijs adminiculis probent Rot. *part. 12. recent. deciſ. 35. num. 7. &c.* vbi concordantes allegat, & *part. 14. deciſ. 301. num. 16. & 17.* vbi de fide Sacerdotis, Capuccini, & Rectoris Societatis Ieſu magnificienda maximè de actu coram ſe geſto, & ſtante morte, ob quam non poſſit examinari, cùm non præſumatur voluiſſe mori cum periurio.

Qualiter etiam mors probari poſſit per ſimplices fides ſine citatione partis, vide in §. *Mors num.*

Quòd ſimplex fides non faciat fidem maximè obtenta parte non citata, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 870. num.* 22. Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 214. vbi etiam ſi ſit Cardinalis, fides firmata iuramento coram notario, & teſtibus, niſi ſit veriſimilis, & adminiculis fulcita, vel facta ab Officiali de ſpectantibus ad eius officium, Bich. *deciſ. 299. num.* 11. vbi de fide notarij Cameræ, & Secretarij vt probet.

Quid in fide Magnatum, & nobilium virorum, Doctorum, aliarumque perſonarum integrum, optimæ conſcientiæ, & ſanctitatis, idem Gratian. *cap. 677. num. 8. &c.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 17. num. 189. &c. fol. 279. cum alijs ſupra relatis*, Merlin. *deciſ. 614. num. 13. & ſeqq.* vbi quod probant, & idem firmat Rot. *part. 13. recent. deciſ. 421. num.* 12.

Quòd atteſtatio Epiſcopi non probet, cùm non ſit iurata, nec citata parte emanata, præſertim, ſi videatur tendere in eius fauorem, Rot. *part. 9. deciſ. 107. num. 9.*

Atteſtatio tamen Cardinalis, etiam ſolius, & eò magis duorum probet, Rot. *part. 10. recent. deciſ. 92. num. 3. &c.*

Quòd litteræ miſſiuæ tanquam ſcripturæ priuatæ non poſſint habere vim teſtimonij ob defectum citationis, & iuramenti, ac quia teſtes per ſcripturam teſtificari non poſſunt, Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ. 77. num. 1. &c.*

Quòd fides facta à publico officiali de re ſpectante ad eius officium, veluti à Punctatore Capituli, Secretario Senatus Bononiæ, Religionis Hieroſolymitanæ, & huiuſmodi concludentem faciat probationem, Rot. *part. 9. recent. deciſ. 421. num. 5. & ſeqq.* vbi plures DD. & deciſiones concordantes allegat, & *deciſ. 427. num.* 5. vbi de fidibus notariorum, & cauſidicorum ad probandum ſtylum Tribunalis, vt probent, etiam ſi ſint extraiudiciales, & *deciſ. 436. num.* 14. vbi de fide Secretarij Montis *d. part. 9. recent. & part. 10. deciſ. 121. num. 3. & deciſ. 223. num.* 6. Rot. *part. 14. recent. deciſ. 55. num.* 15. vbi quòd fides licet extraiudiciales notariorum actuariorum probant ſtylum Tribunalis, & *part. 14. deciſ. 219. num.* 4. vbi quòd fides Curialium licet extraiudicialis probat ſtylum, & obſeruantiam Curiæ, vide in §. *Iudex num.* 6.

Quòd in poſſeſſorio ſummariſſimo probent fides extraiudiciales, iuncto antecedenti ſtatu, Bich. *deciſ. 427. num. 2. & inter recent. part. 11. deciſ.* 51.

Teſtes debent deponere de his, quæ conſiſtant in facto, 63
nam deponendo de conſiſtentibus in iure nihil probant, Cabal. *reſol. crimin. caſ. 180. num. 6. & per tot.* Ludouiſ. *deciſ. 517. num.* 19. Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ. 240. num. 3. & deciſ. 311. num.* 1. Tuſch. *litt. T. concl. 175. per tot.* Rot. *part. 14. recent. deciſ. 485. num.* 4. vbi quòd in his, quæ iuris ſunt, debet iudex propria peritia decedere, & non teſtium opinionem, vel credulitatem ſequi.

Quòd deponentes de ſolito dicantur deponere de iure, & non probent, cùm ſolitum, ſiue conſuetudo ſit ius, & ipſi vellent iudicare, an ſolitum ſit inductum, Martha *vot. Piſ. 229. num. 5. per tex. in §. Ex non ſcripto Inſt. de iur. nat. gent. & ciuil.* vbi etiam quomodo inducatur ſolitum, vel non.

Sicut etiam confeſſio eorum, quæ pendent à iuris diſpoſitione non attenditur ſi ſit erronea, Crauet. *conſ. 29. num. 2. conſ. 48. num.* 7. Rot. *d. deciſ. 311. num. 1. part. 2. diuerſ.* vide in §. *Confeſſio num.*

Teſtes inſtrumentarij negantes interfuiſſe inſtrumento, 64
vel aliter ei contradicentes, licet tollant fidem, & probationem ipſi inſtrumento, non tamen ſufficiunt ad conuincendum notarium de falſo, ſed ſolum præbent amplam materiam iudici ad inquirendum de falſo contra eum, & contra ipſos teſtes, Cabal. *reſol. crimin. caſ. 183. per tot.* facit Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 192. nu.* 22. latè Menoch. *de arbitr. caſ. 105. per tot.* vide in §. *Inſtrumentum num.*

§. *Notarius num.* 16. Tuſch. *litt. T. concl.* 245. *per tot.* vbi plura an credatur notario, vel teſtibus contradicentibus ſe ita depoſuiſſe prout ipſe ſcripſit, Boer. *conſ.* 40. *num.* 120. *&c.* vide in §. *Aſſertio num.* 14.

Quòd in cauſa ponderoſa poſſint adhiberi teſtes in examine cuiuslibet teſtis, vt poſſit conuinci de falſo, ſi poſtea probetur veritas in contrarium, Boer. *conſ.* 40. *num.* 121. *&c.* vel facere ſubſcribere eundem examinatum, vel examen coram iudice recipere, Sanfelic. *decif.* 231. *num.* 6. Conciol. *verb. Teſtium Miſcellanea reſol.* 11. *per tot.* vbi benè declarat an, & ad quos effectus credatur potius notario, vel teſtibus aſſerentibus non ita depoſuiſſe, vt ſcriptum reperitur, de quo latè etiam Zuff. *de legit. proceſſ. lib.* 3. *quaſt.* 109. *per tot. & quaſt.* 110. vbi an depoſitio teſtis modo prædicto reuocata afficiat reum, & negatiuè concludit.

65 Teſtes deponentes ad reprobandum teſtamentum, vel aliud inſtrumentum, debent non ſolum remouere ſenſum ab actu, ſed actum à ſenſu coarctando negatiuam actus, & dicendo quod aliter fieri non potuiſſet, quin ipſi audiſſent, vel vidiſſent, alias non probatur negatiua actos ſine huiuſmodi clauſula, cùm ad reprobationem inſtrumenti non ſufficiant probationes veriſimiles, & poſſibiles, ſed omninò neceſſariæ, & concludentes requirantur, ad latè tradita per Altograd. *conſ.* 50. *num.* 107. *& ſeqq. ad* 122. *lib.* 1. Spetel. *decif.* 27. *num.* 29. *& ſeqq.* vide *ſupra num.* & *in* §. *Negatiua num.*

Quòd teſtibus inſtrumentarijs non credatur contra inſtrumentum, ſi velint remouere proprium ſenſum, dicendo non audiſſe, vel non intellexiſſe, cùm iſtud aduerſetur iuris præſumptioni, & eorum depoſitioni, quia alias non debuiſſent pati ſe in inſtrumento vti teſtes adhiberi, idem Altograd. *d. conſ.* 50. *num.* 91. *& ſeqq. lib.* 1.

Sicut etiam teſtibus aſſerentibus ſe falſum dixiſſe teſtimonium, non adhibetur fides contra inſtrumentum coram illis publicatum, Altograd. *d. conſ.* 50. *num.* 94. *&c. lib.* 1.

66 Teſtes etiam de directo contradicentes inſtrumento, vel teſtamento illud non reprobant, ſi alij teſtes in maiori numero, vel ſaltem æquali inſtrumentum, vel teſtamentum coadiuuent, & pro illo deponant, licet coadiuuantes non eſſent in numero ſufficiente ad validitatem actus ab initio, vt alias oporteret vbi de actu non extaret publicum inſtrumentum, ſed eſſet probandus tantum per teſtes, ſicuti latè ex multis teſtando de veriori, & magis communi opinione, quicquid alij contradixerint, probat Altograd. *conſ.* 50. *num.* 138. *& ſeqq. ad* 146. *lib.* 1. vbi etiam quòd ſemper eſt amplectenda opinio, quæ ſtat pro validitate inſtrumenti, maximè concurrentibus adminiculis, prout optima fama notarij rogati, locus inſignis celebrati inſtrumenti, verba antecedentia, & ſubſequentia concordantia cum inſtrumento, & ſimilia, adde Paul. Chriſtin. *decif. Belgic.* 25. *num.* 9. *&c. vol.* 3. vbi quòd ſi omnes teſtes aduerſentur inſtrumento, vel maior pars tollunt illius fidem, inæquali verò numero ſtatur inſtrumento, vide Viui. *comm. opin.* 888.

Quòd deponentes pro teſtamento probent, licet non recordentur de omnibus in eo contentis, ſed tantùm de hæredis inſtitutione, quæ eſt caput, & ſubſtantia teſtamenti, Altograd. *d. conſ.* 50. *num.* 181. *& ſeqq. lib.* 1.

Quòd dicentes non recordari de inſtrumento, vel de contentis in eo, non faciant fidem illius vacillare ſed opus ſit quod aſſerant, vel non interfuiſſe, vel aliter fuiſſe ſcriptum, Rot. poſt conſ. Farinac. *decif.* 49. vbi Centul. in Addit. cum alijs per Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 1358. *fol.* 378.

Quòd magis credatur teſtibus inſtrumentarijs deponentibus pro inſtrumento, quam impugnantibus; quid ſi teſtes inſtrumentarij deponerent contra inſtrumentum, notarius verò, & alij teſtes pro inſtrumento, & alia in hac materia, qualiter teſtes deponere debeant ad reprobandum inſtrumentum, Menoch. *de arbitr. caſ.* 105. *per tot.* Maſcard. *de probat. concl.* 919. Farinac. *de falſit. quaſt.* 158. *part.* 2. Iordan. *loc. ſup. cit. num.* 1355. *& ſeqq.*

Quòd teſtes deponentes ſuper reprobatione inſtrumenti debeant eſſe omni exceptione maiores, & quilibet minimus defectus illos repellat; ſi tamen agatur de teſtibus inſtrumentarijs, ex quo videntur iam approbati, attenduntur tantùm exceptiones poſteà ſuperuenientes, ad latè tradita per Altograd. *conſ.* 50. *num.* 122. *& ſeqq. lib.* 1. vbi ponderat allocutiones, & congreſſus cum parte, affectionem verſus illam, nimis animoſam depoſitionem, & huiuſmodi, Spetel. *decif.* 27. *num.* 24. *& ſeqq.*

Quot, & quales requirantur teſtes ad reprobandum inſtrumentum, vel alios teſtes, Tuſch. *litt. T. concl.* 283. *& ſeqq.* vbi quòd requiruntur duo pro ſingulo, & alia.

67 Teſtes adhibiti in teſtamento debent eſſe rogati à teſtatore, & non caſu aduenıſſe, aliàs teſtamentum eſſet nullum, niſi ſit ad pias cauſas, vel inter liberos, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 93. *per tot. cap.* 550. *num.* 7. *& num.* 46. *&c.* Clar. §. *Teſtamentum quaſt.* 58. Viui. *comm. opin.* 891. Leoncil. *decif. Ferr.* 145. *per tot.* Magon. *decif. Luc.* 32. *num.* 6. *cum Addit. & num.* 37. vbi quòd ſecùs in codicillis, in quibus eſt remiſſa omnis ſolemnitas, ſequitur Rot. *in Bononien. hæredit.* 14. *Martij* 1651. coram Bichio *num.* 17. penes Paul. Zacch. *Quaſt. Medic. Legal. tom.* 2. *decif.* 96. latè Boer. *decif.* 34. Tuſch. *litt. T. concl.* 291. *per tot.* Rot. *part.* 13. *recent. decif.* 478. *num.* 7. *&* 8. vbi quòd clauſula codicillaris ſupplet hunc defectum.

Ita vt non præſumantur rogati, ſecundùm Diaz. *reg.* 751.

Sufficere tamen vt rogentur à notario, vel ab alio præſente teſtatore, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 843. *num.* 22. *&c.*

Quòd præſumantur rogati, cùm ſit ſolemnitas, quæ tunc potuit interuenire, Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 9. *num.* 2. Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concluſ.* 1354. *per tot.* Vrceol. *conſult. forenſ. cap.* 88. *num.* 14. *&c. vol.* 2. vbi etiam *num.* 12. *&c.* quòd ſufficit fuiſſe præſentes, & rogitus ſuppletur per clauſulam codicillarem, latè Ferdinand. de Eſcanno *tract. de teſtam. cap.* 25. *per tot.* vide in §. *Teſtamentum num.* 21.

Præſumi etiam rogatum notarium, dum ipſe teſtamentum ſcripſit, & quoad teſtes, vel non eſſe neceſſariam huiuſmodi ſolemnitatem ſecundum aliquos in teſtamento nuncupatiuo, vel ſufficere fuiſſe rogatos, ſiue à notario, ſiue à quacumque alia perſona, & cenſeri rogatos dum reperiuntur deſcripti in teſtamento, Altograd. *conſ.* 50. *num.* 252. *& ſeqq. lib.* 1. *conſ.* 55. *num.* 50. *& ſeqq. lib.* 1. & latè videndus ex profeſſo Farinac. *de teſt. quaſt.* 62. *num.* 132. *& ſeqq. ad* 174. Tuſch. *d. concluſ.* 292. *per tot.*

Quòd teſtes debeant cognoſcere teſtatorem, licèt ſecùs ſit in contractibus, Card. Tuſch. *lit. T. concl.* 292. vbi citat Signorol. *conſ.* 149. *per tot.* vide in §. *Notarius num.* 4.

68 Teſtes teſtamentarij debent audire nomen hæredis ex ore proprio ipſius teſtatoris in teſtamentis nuncupatiuis, ità vt non ſufficiat relatio ad aliam ſcripturam, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 973. *per tot.* vide in §. *Teſtamentum num.*

Quinam autem teſtes ſint idonei in teſtamentis, dic omnes, qui non reperiuntur expreſsè prohibiti, cùm edictum de teſtibus ſit prohibitorium certarum perſonarum tantùm, & in reliquis permiſſorium, vt in §. *Teſtes autem vbi DD. Inſtit. de teſt. ordin.* Altograd. *conſ.* 55. *num.* 55. *&c. lib.* 1.

69 Teſtes teſtamentarij debent videre teſtatorem, aliàs teſtamentum eſt nullum, nam interrogati de cauſa ſcientiæ debent reſpondere, quia viderunt, & non ſufficit dicere, quia audiuerunt, Gratian. *diſcept. for. cap.* 849. *num.* 47. *&c.* vide in §. *Teſtamentum num.* 34. Tuſch. *litt. T. concl.* 176. *nu.* 3. *& concl.* 177. *per tot.* Clar. §. *Teſtamentum quaſt.* 59. Diaz. *reg.* 729. Paol. Chriſtin. *decif.* 7. *num.* 5. *vol.* 4.

Hæc tamen ſolemnitas quod teſtes videant teſtatorem remittitur tempore peſtis, cùm in teſtamento peſtiferati ſufficiat teſtes audiuiſſe teſtatorem, & illius vocem notam habuiſſe, licèt ob interiectum parietem, vel cortinam illorum non viderint, prout etiam cenſetur remiſſa quotieſcumque ceſſat omnis fraudis ſuſpicio, Altograd. *conſ.* 73. *num.* 4. *& ſeqq. lib.* 1. Peregrin. *decif.* 80. & alios pro hac parte allegat Dian. *tract.* 6. *reſol.* 39. vbi tamen ipſe videtur contrarium firmare, cùm tunc magis militet ſuſpicio falſitatis.

70 Teſtes deponentes de his, quæ viderunt, vel audiuerunt per parietem intermedium, vel cortinam, an probent ſi habeant totam vocem, & an requiratur ſaltem quod prius viderint, quod alij non adeſſent, & quando ſunt plures videntes per rimulam, debent dicere quod vnus poſt alium vidit, cùm non detur poſſibilis viſus omnium vnico contextu; niſi rimula eſſet longa, Gratian. *diſc. for. cap.* 849. *num.* 16. *& per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 475. *num.* 16. *&c.* Tuſch. *litt. T. concl.* 176. vbi qualiter deponentes

tes

tes de voce ſibi nota illius, quem non videbat, probent, vel non.

71 Teſtes de auditu proprio, & immediato ſi concurrat etiam viſus plenè probant, ſi verò non viderunt, ſed tantùm audiuerunt per parietem, vel cortinam iotermediam, & agatur de actu inter vioos pariter probant, dummodò notam habeant vocem loquentium, qui non ſint infirmi, & ſi aliquod aliud adminiculum concurrat, ſecus aotem ſi agatur de vltima voluotate, latè Menoch. *de arbitr. caſ.* 475. *num.* 15. *& ſeqq. per tot.* Altograd. *conſ.* 50. *num.* 173. *&c. lib.* 1. vbi de eo, qui habebat impedimeotum vnius auris, quod noo facit quin æquè, & benè audire potuerit prout alij, vide Farinac. *de teſt. quæſt.* 69. *num.* 148. *&c.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 859. *&c. fol.* 349. Card. Tuſch. *litt. T. concl.* 176. *& ſeqq.* Vaſq. *de ſucceſſ. lib.* 2. §. 14. *num.* 8. *&c.* Viui. *comm. opin.* 990. vbi quòd probant etiam matrimonium, & alia vt ſupra cum diſtinctione inter contractus, & vltimas voluntates.

72 Teſtes de auditu auditus, & ſic de aoditu mediato, vel alieno nullam fidem faciunt, ſed ſolùm quandam præſumptionem, ex qua onus probandi traoſfertur in aduerſarium, modò illi, à quibus dicunt audiſſe ſint vita functi, vel abſentes, ita vt examinari oon poſſint; in antiquis tamen plenè probant, ſi non ab vno ſolo, ſed à pluribus, & ab eiſdem omnes de auditu deponentes dicant, & noo à diuerſis, ne efficiantur ſingulares, & ſi nomioent perſonas, à quibus audierunt, & ante litem motam audiuiſſe deponant, Menoch. *de arbitr. caſ.* 475. *num.* 5. *& ſeqq. ad* 15. Gabriel. *comm. concl. tit. de teſt. concl.* 3. Farinac. *quæſt.* 69. *num.* 8. *& ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 881. *& ſeqq. fol.* 350. latè Tuſch. *litt. T. concl.* 180. Conciol. *reſol. crim. verb. Teſtis quoad dicta reſol.* 4. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 28. *num.* 6. *&c. vol.* 3. Thom. Triuiſ. *deciſ.* 11. *per tot.* vbi qualiter probent io cauſa criminali, matrimoniali, & in antiquis etiam ſolum vltra 20. annos ſi ſint mortui illi, à quibus teſtea audiuerunt, & alia de hac materia, Beltram. ad Ludouiſ. *deciſ.* 572. *num.* 5. vbi refert contrarias opiniones circa dictam præſumptionem.

Ad hoc vt teſtes de auditu probent duodecim requiſita concurrere debeot, de quibus Hoſtienſ. & alij *in cap. licet ex quadam de teſt.* Caſtr. *conſ.* 56. *lib.* 1. Surd. *deciſ.* 145. *num.* 2. *&* 11. Martha *vot. Piſ.* 118. *num.* 1. *&c.*

Quòd teſtes de auditu probent in antiquis ſupra 60. annos, nec referat vt dicant à quo, vel quibus audierint, Duran. *deciſ.* 344. *num.* 4. *&* 5. ſequitur Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 20. *num.* 5. *&* 6. *& part.* 13. *deciſ.* 318. *num.* 10. *& ſeqq. & part.* 14. *deciſ.* 276. *num.* 9. *& ſeqq.* vbi quòd probant etiam ſupra 40. annos, & licet oon nomioent auctores, intelligendo tamen de cauſis ciuilibus.

Quòd teſtes de auditu à parte aduerſa illos inducente nihil probent, Altograd. *conſ.* 81. *num.* 18. *lib.* 1. quia non præſtatur fides teſtibus, quorum repelluntur auctores, *cap. Fraternitatis de hæret. cap. nullus* 3. *quæſt.* 4. *cap. licet ex quadam de teſt.* gloſ. & DD. *in auth. ſi quis in aliquo, C. de edend.* Gregor. *deciſ.* 570. *num.* 2. Buratt. *deciſ.* 323. *num.* 18. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 321. *num.* 80.

Quòd teſtes de aoditu alieno non magis probent, quàm probarent illi, à quibus audiuiſſe dicunt, ne plus credatur copiæ, quam originali, & nunquam probent niſi audiuerint à pluribus, Farinac. *quæſt.* 69. *num.* 85. *num.* 79. *etc.* Rot. *in Romana nullitatis matrimonij* 19. *Ianuarij* 1646. coram Arguelles plenè Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. tom.* 2. *deciſ.* 87. *num.* 17. *etc.*

Quòd teſtes de auditu auditus, ſicut exemplum exempli nihil probent, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 363. *num.* 10. *etc. cap.* 859. *num.* 33. *etc.* Conciol. *reſolut. crimin. verb. Teſtis quoad dicta reſolut.* 4. *per tot.* vbi limitat non procedere in delictis occultis, & difficilis probationis, nec ad defenſam, nec contra fiſcum inducentem, nec in crimine aſſaſſinij ſecundum multos, licèt alij contra, nam in iſtis caſibus probant, vel ſaltem faciunt indicium, & præſumptionem, dummodò nominent eos, à quibus audierunt, audierint à pluribus, & illi ſint mortui, ſicut etiam probant io ijs, quæ percipiuntur per ſenſum auditus, veluti ſi dicant audiuiſſe aliquem blaſphemantem, & huiuſmodi.

Item teſtes de auditu nullam facere fidem, idem Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 662. *num.* 10. *cap.* 753. *num.* 13. Ludouiſ. *deciſ.* 517. *num.* 14. *&c.*

Item ſi nomineot auctorem non idoneum nihil probant, idem Gratian. *cap.* 652. *num.* 12. *&c. num.* 33. *&c.*

Teſtes deponentes vidiſſe de nocte Caium vulneraſſe, 73
vel occidiſſe Semptonium, vel quid aliud noctis tempore geſtum noo probant, niſi adant rationem, quia luna lucebat, vel quia erant acceoſa lumina, vel quia cognouerunt ad vocem ipſis benè notam, cùm alias ſit impoſſibile eos vidiſſe, vel cognouiſſe id, de quo atteſtantur, quod tamen remittitur arbitrio iudicis, cùm aliæ cauſæ poſſint dari, quibus teſtes etiam noctis tempore potuerint aliquem de facie cognoſcere, vt vocis, regionis, hominis, & qualitatis loci, vt benè explicat Menoch. *de arbitr. caſ.* 525. *per tot.* Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 1113. *per tot.* Farinac. *quæſt.* 62. *limit.* 2. *per tot.* Card. Tuſch. *litt. T. concl.* 186. *per tot.* Ricc. *deciſ.* 63. *part.* 2. Nouar. *in Pragmat. Reg. Neap. Collect.* 159. *num.* 1. *&* 2. latè Viui. *comm. opin.* 950. *per tot.* vbi plura notabilia obſeruanda io praxi in hac materia tam ab aduocatis, quàm à iudicibus ad veritatem indagandam, Rip. *tract. de noct. temp. cap.* 57. *per tot.* Conciol. *reſol. crimin. verb. Nox. reſol.* 2. *& verb. Teſtis quoad dicta reſol.* 5. *&* 6. vbi benè declarat quando teſtes deponentes vidiſſe de nocte, vel cognouiſſe ad vocem probent, vel non.

Teſtes deponentes per dictionem, *citra*, ſine copula, *&*, 74
vel alia dictione temporis continuationem denotante, veluti *abinde, citra, ſemper, perpetuò*, & ſimilibus noo probant de tempore, quia ſi dicant à decem annis contra ſimpliciter poteſt verificari in vno ſolo actu vna die taotùm facto, & ſic noo probant continuationem; ad hoc itaque vt concludant, neceſſe eſt, quod aſſerant talem poſſediſſe à decem annis, & citra, vel abindè, citra, vel ſemper, & perpetuò, quia hoc modò concludenter probant poſſeſſionem per decennium continuatam, Cardin. Tuſch. *littera T. concl.* 373. Gratian. *diſcept. forenſ.* 681. *num.* 45. *&c.* Barboſ. *de d. dict.* 58. *num.* 4. Rota *part.* 4. *recent. tom.* 1. *deciſ.* 101. *num.* 20. *&c.* Caualer. *deciſ.* 174. *num.* 3. *deciſ.* 213. *num.* 2. *deciſ.* 356. *num.* 3. Sperel. *deciſ.* 69. *num.* 46. *&c.* vide in §. *Tempus num.* 5. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 300. *num.* 12. *deciſ.* 455. *& deciſ.* 347. *num.* 9. *&c. eadem part.* 9. vbi etiam qualiter deponere debeant, & quæ requirantur ad probandam imoiemorabilem, vide in §. *Conſuetudo num.* 15.

An autem ſint neceſſe quod teſtes recordentur, & deponant de tempore præciſo, quando tempus non eſt de eſſentia, ita vt ſi de tempore non conueniant, efficiantur ſingulares, & non probent, Farinac. *quæſt.* 61. *num.* 332. *& ſeqq. quæſt.* 64. *num.* 74. *& ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 105. *& ſeqq. fol.* 309. Ludouiſ. *deciſ.* 290. vbi plura, ſi dubitatiuè deponant.

Quòd teſtes obſcurè, & dubitatiuè deponentes, vel incertè, ſiue æquiuocè in criminalibus non probent, ac idem ſi deponant de credulitate, niſi ad defenſam, vel contra fiſcum producentem, vel niſi bonam reddant rationem, vel in caſibus difficilis probationis, in quibus teſtes de credulitate probant, Conciol. *reſolut. crimin. verb. Teſtis quoad dicta reſolut.* 13. *per tot.* cum pluribus ibi citatis, vide ſupra *num.* 19.

Qualiter deponere debeant in antiquis probandis, Cardin. Tuſch. *littera T. concluſ.* 290. vide in §. *Conſuetudo num.* 15.

Quòd ſuſpecti de obliuione ob lapſum temporis non probent, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 428. *num.* 9. *&* 10.

Teſtes duo, vel plures contrarij deponentes per di- 75
ctionem, *in circa*, poſſunt reduci ad concordiam detrahendo à maiori ſumma virtute illius dictionis, & addendo alteri minori ſummæ, vt ſimul concordentur, & ſic quandoque dicta clauſula ſuſtinet depoſitiones teſtium, ex traditis per Alciat. *in l. hæc adiectio, ff. de verb. ſignif.* Rota penes Farinac. *deciſ.* 334. *num.* 5. *part.* 2. *recent.* Barboſ. *de d. dict.* 154. *num.* 8. vide *ſupra num.* 41. Ludouiſ. *deciſ.* 198. *num.* 4. vbi quòd regula, vt in maiori ſumma inſit minor patitur difficultatem in depoſitione teſtis, & non ſolet admitti in actu, qui poteſt afferre præiudicium.

Quòd deponentes per dictionem, *circa*, non probent, Curt. iun. *conſ.* 144. *num.* 4. Menoch. *de arbitr. caſ.* 46. *num.* 1. *&c.* Barboſ. *dict.* 57. *num.* 11. Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 1032. *fol.* 358. vide io §. *Dictio num.* Viui. *comm. opin.* 963. Ricc. *Collect.* 1520. vbi

de

de deponentibus per dictiones, *circa*, ſeu *plus*, vel *vltra*, an, & quando probent, vel non, Ludouiſ. *deciſ.* 344. *per tot.* vbi quando probent deponentes per dictionem *in circa*.

An autem probent ſi deponant per dictionem, *& plus*, Menoch. *de arbitr. caſ.*47. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*227. *num.*

Quòd deponentes per dictionem, *vltra*, nihil probent, & ideò aſſerentes aliquid factum à 20. annis, & *vltra*, non probant tempus ſupra 20. annos, niſi aliam probabilem ſui dicti rationem reddant, vel niſi agatur de reducendo ad concordiam plures teſtes, & tantò minus probarent ſine copula, Seraph. *deciſ.*1102. *num.*3. Barboſ. *de d. dict.*428. *num.*7.

76 Teſtes nunquam probant quotieſcumque contrarium eius, quod deponunt poteſt ſtare cum veritate cauſæ, in qua ſe fundant, quia probatio debet eſſe neceſſariò concludens, Rot. *part.*2. *diuerſ. deciſ.*77. *num.*8. Magon. *deciſ. Flor.*55. *num.*40. Duran. *deciſ.*337. *num.*38. *deciſ.*402. *num.* 21. Barboſ. *de Axiom. iur. axiom.*123. *num.*14. *& axiom.* 191. *num.*2. *&c.* vide in §. *Probatio num.* Rot. *part.*18. *recent. deciſ.*430.

An ſit neceſſe vt deponant de tempore, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*468. *num.*25. *&c.*

Quòd non probent quoad verba enunciatiua per eos prolata, cùm illorum depoſitiones debeant de neceſſitate concludere, Genu. *de verb. enunciat. lib.*2. *quæſt.*16. *per tot. fol.*42.

77 Teſtes deponentes per eundem præmeditatum ſermonem non probant, *l.*3. §. *tu magis*, *ff. de teſt.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*461. *num.*20. *&c.* vbi etiam qualiter deponere debeant ad probandum valorem alicuius rei, vide in §. *Valor num.* de primo dicto, Menoch. *lib.*2. *præſumpt.*55. *num.*6. Diaz *reg.*761. Tuſch. *litt.T. concluſ.*120. Farinac. *quæſt.*65. *num.*24. *& ſeqq.* Maſcard. *de probat. concl.*1368. Ludouiſ. cum Beltram. *deciſ.*252. vbi quòd dicta ſuſpicio tollitur ex numero teſtium, & remittitur arbitrio iudicis, ſequitur D. Fulu. Maioran. *in Opoprax. crimin. lib.* 2. *cap.*6. *num.*89. vbi etiam quòd ceſſat quando teſtes ſunt bonæ famæ, & opinionis.

Deponentes tamen ſuper forma verborum, vel de verbis formalibus non probant ſi in aliquo varient, & quando ſecus, Tuſch. *litt.T. concl.*269. *per tot.* Farinac. *d. quæſt.*65. *num.*28. Beltramin. ad Ludouiſ. *d. deciſ.*252. *num.*14. Rot. *part.*16. *recent. deciſ.*119. *num.*4.

Quòd teſtes inſtructi à parte non probent, licèt aliàs non ſit prohibitum illos inſtruere ad veritatem dicendam, nec illis oſtendere articulos, vt quod ſentiant pro veritate deponant, Farinac. *de teſt. quæſt.*67. *num.*283. *& ſeqq.* Ludouiſ. cum Beltram. *deciſ.*570.

78 Teſtes non probant quando illorum depoſitio cadit in tempus infamiæ, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*562. *num.*30. *&c.* vide in §. *Pubertas num.*3. §. *Pupillus num.*19.

Quòd imo teſtes in ætate legitima conſtituti poſſint teſtificari de his, quæ viderunt, vel audiuerunt in ætate pubertati proxima, ac etiam in infantia, ſi ſint talia, quæ cadere poſſint in ſenſum, & cognitionem infantis, Rot. *part.*2. *diuerſ. deciſ.*220. *num.*7. *&* 8. vide Tuſch. *littera T. concl.*183. *per tot.* Rot. *part.*10. *recent. deciſ.*75. *num.*9. *&* 10. *part.*13. *deciſ.*293. *num.*7. *& ſeqq.* Viu. *comm. opin.*964.

Niſi tamen obſter præſumpta obliuio ob longiſſimi temporis lapſum, Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*428. *num.* 9. *&* 10.

79 Teſtium vnitas, vel ſingularitas eſt triplex, obſtatiua, diuerſificatiua, & adminiculatiua, qualiter inducatur, & quando poſſint illorum dicta coniungi ad faciendam perfectam probationem, Cabal. *reſol. crim. caſ.*293. *per tot.* Grat. *deciſ.*193. latè Farinac. *quæſt.*64. Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.*14. *tit.*18. *num.*84. *& ſeqq.* Ricc. *Collect.*126. 1084. 3090. Ludouiſ. *deciſ.*390. *per tot.* Rot. *part.*15. *recent. deciſ.*52. benè Souſa *in quæſt. vnic. de teſt. ſingul. poſt Aphoriſm. Inquiſit. fol.*575. *&c.* Rot. *part.*18. *recent. deciſ.*818. *num.*22. *& ſeqq.*

Quod ſingularitas teſtium naſcatur ex diuerſitate loci, vel temporis, imò ex omnibus decem prædicamentis, Farinac. *d. quæſt.*64. *num.*10. *&c.* Rot. *d. deciſ.*52.

Quando teſtes dicantur ſingulares, vel non, Tuſch. *littera T. concluſ.*264. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.*91. *num.*6. *& ſeqq. per tot. volum.*1. Ludouiſ. *deciſ.* 390. *per tot.* benè Rot. *dict. deciſ.*52. *per tot.*

Quibus magis ſit credendum in ſingularitate tam obſtatiua, quàm diuerſificatiua, vel cumulatiua, Farinac. *d. quæſt.*64. *num.*37. *& ſeqq.* Pac. Iord. *d. tit.*18. *num.*1302. *& ſeqq. fol.*375.

Quòd teſtes ſingulares regulariter non probent, limitatur, & declaratur pluribus modis per Farinac. *dict. quæſt.*64. Iordan. *d. tit.*18. *num.*95. *& ſeqq. fol.*309. vbi tamen oſtendit, quòd quando tempus non eſt de ſubſtantia actus, de quo quæritur non reddit teſtes ſingulares, ſi aliqui de eo præcisè non recordentur, adde Conciol. *reſolut. crimin. verb. Teſtis quoad dicta reſolut.*1. *per tot.* Maſcard. *de probat. vol.*3. *concl.*1297. vbi quòd teſtes ſingulares in tempore probant, quando tempus non eſt de ſubſtantia. Probant etiam teſtes ſingulares in loco, & tempore quando agitur de probatione loci generalis, vt quod Titius fuerit in Ciuitate, ſi plures teſtes numero ſufficientes, & qualitate, dicant illum vidiſſe in diuerſis locis Ciuitatis, licèt ſint ſingulares in loco, & tempore, Farinac. *d. quæſt.*64. *num.* 81. Souſa *d. quæſt. vnic. fol.*593. *num.*20.

An teſtes ſingulares probent, & ſufficiant in cauſa hæredis ad condemnandum hæreticum in pœnam ordinariam, contrarias opiniones refert Dian. *part.*4. *tract.*7. *reſol.* 31. vbi negatiuam ſequitur, & probat, vide Paul. Chriſtin. *d. deciſ.*91. *num.*8. *& ſeqq.* Farinac. *d. quæſt.*64. *num.* 201. *& ſeqq.* Souſam *loc. cit.* vbi pro affirmatiua, latè, & nouiſſimè declarantem Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.*1. §.1. *ad* 7. *num.*155. *& ſeqq. fol.*95. vbi an teſtes ſingulares ſufficiant ad probandum corpus delicti in blaſphemia, vel hæreſi, & videtur concludere quod non ſufficiant, niſi ad pœnam extraordinariam imponendam, vel ad torturam irrogandam, in qua ſi ſequatur confeſſio, erit locus etiam pœnæ ordinariæ, cùm confeſſio rei ſuperueniens ſuppleat, & perfectam corporis delicti probationem inducat in huiuſmodi delictis facti tranſeuntis, vel aliter non apparentibus, in quibus vno, & eodem tempore habetur per teſtes cognitio facti, & facientis, & faciunt plura notata in §. *Corpus delicti*, *&* §. *Confeſſio*.

Quòd ſingularitas adminiculatiua non excludat plenam probationem, imò illam conſtituat, quia coniunguntur ad vnum probandum, Matthæu. Sanz. *de re crimin. contron.*76. *num.*51. latè Souſa *d. quæſt. vnic. per tot.* vbi de triplici ſingularitate, nimirum obſtatiua, adminiculatiua, & diuerſificatiua, quas benè exemplis declarat, probans in ſingularitate obſtatiua, teſtes nihil probare, imò tunc minus credi pluribus, quam vni; in adminiculatiua verò non facere plenam probationem, ſed maiorem, vel minorem, & quandoque etiam plenam pro qualitate actuum, magis, vel minus ad delictum tendentium, & in diuerſificatiua nihil probare in particulari, ſed in communi quantum vnus, vt ibi benè explicat, adde Thom. Hurtad. *reſolut. moral. part.*1. *tract.*4. *cap. vnic. Append.*2. *fol.*243. *&c.* vbi qualiter teſtes ſingulares probent in delicto ſollicitationis ad turpia in confeſſione, latè Anſald. *conſ.*128. vbi de crimine blaſphemiæ, &c. Rot. *part.*18. *recent. deciſ.*818. *num.*22. *& ſeqq.* vbi de adulterio, Carol. Marant. *controuerſ. part.*5. *reſponſ.*97. *per tot.* Borgn. Caualc. *tit. de delict. part.*5. *deciſ.*13. *per tot.* vbi de ſodomia, & illum ſequitur Capyc. Latro *deciſ.*163. *num.*62.

Teſtes mille ſingulares tantùm probant quantum 80
vnus, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.*909. *num.*1. *&c.* Viui. *comm. opin.*909. Sperel. *deciſ.*178. *num.*76. *&c.* vbi in quo ſenſu, & quomodo ſit recipienda iſta propoſitio, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.*184. *vol.*1. vbi quòd minus probant quam vnus, Farinac. *de teſt. quæſt* 64. *num.* 41. *& ſeqq.* Gabriel. *conſ.*40. *num.*19. *& ſeqq. lib.*2. Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 390. *num.*11. vbi intelligit de ſingularitate diuerſificatiua, imò etiam de adminiculatiua, ſecundum Gabriel. *dict. conſil.*40. *num.*19. Rota *part.*18. *deciſ.*263.

Quòd tamen teſtibus ſingularibus ſit credendum ſtante illorum qualitate, & legalitate arbitrio iudicis, Menoch. *de arbitr. caſ.*90. *num.*6. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.*749. *num.*4. *&c.*

Item probant teſtes ſingulares, & vnici, ac ſimplices fides ad declarandam voluntatem teſtatoris, non autem ad illam probandam, Bich. *deciſ.*560. *num.*3. *& deciſ.*590. *num.* 10. vide in §. *Voluntas num.*2.

Probant etiam teſtes ſingulares quando cum illorum

di-

dictis concurrit aliqua præſumptio, Menoch. lib. 1. quæſt. 86. Bich. deciſ. 495. num. 4. inter recent. part. 11. deciſ. 223. vbi quòd probant in liquidatione quantitatis fructuum, idem Bich. deciſ. 503. & d. par. 11. deciſ. 539. Rot. part. 18. recent. deciſ. 818. num. 9. & ſeqq. per tot. vbi licèt ſint ſocij criminis in delictis, quæ ſolent occultè committi, vt adulterium.

Quòd concurrentibus adminiculis probent, Rot. part. 2. diuerſ. deciſ. 220. num. 4. &c. Merlin. deciſ. 962. num. 53. &c. Ludouiſ. deciſ. 374. num. 25.

Quòd iudex poſſit illis fidem adhibere ſi ex ſuis depoſitionibus ad credulitatem inducatur, Menoch. de arbitr. caſ. 90. num. 6. &c. Rot. part. 18. recent. deciſ. 818. per tot.

Item in probatione miraculorum adhibetur fides teſtibus ſingularibus, Aloyſ. Ricc. Prax. var. reſol. cap. 492. vbi plura refert exempla.

Item deponentes de actibus ſucceſſiuis, & non momentaneis, ſi tendunt in eundem finem probant non obſtante ſingularitate, Altograd. conſ. 23. num. 9. lib. 2. Scapuc. de Saluian. lib. 1. quæſt. 31. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 144. num. 24. &c. cap. 438. num. 12. cap. 681. num. 2. cap. 738. num. 52. &c. Sperel. deciſ. 69. num. 54. &c. vbi etiam quòd probant quando habent pro ſe iuris aſſiſtentiam, & præſumptionem, vide in §. Hæres num. Thom. Triuiſ. deciſ. 52. num. 4. lib. 2. vbi quod ſingularitas etiam diuerſificatiua non tollit fidem teſtibus quando tendit ad eundem finem, Marſil. conſ. 5. num. 4. & ſeqq. vbi quòd teſtes tendentes ad eundem finem, licèt per diuerſa verba, & in actu reiterabili, non dicuntur ſingulares, ſed admittuntur, & probant, quia ea, quia fiunt ſucceſſiuè, & continuatè dicuntur ſimul fieri, Rot. part. 18. recent. deciſ. 818. per totum.

Item probant teſtes ſingulares quando agitur de probando aliquid in genere, puta furorem, vel dementiam, & huiuſmodi, Viui. comm. opin. 908. Rot. part. 2. diuerſ. deciſ. 107. num. 12. Paul. Chriſtin. deciſ. 184. vol. 1. num. 9. &c. vbi videtur contrarium tanquam tutius tenere Thom. Triuiſ. d. deciſ. 52. num. 5. vbi quòd probant quando agitur de aliquo toto, & vnus probat de parte, alter de alia parte, ex quibus partibus illud totum perficitur, vide Rot. part. 15. recent. deciſ. 55. & part. 18. deciſ. 818. per tot. vbi ad effectum probandi aliquem eſſe adulterum in genere, vt ſit locus ſeparationi thori.

Idem de fœnore in genere probando, Menoch. de arbitr. caſ. 235. num. 23. &c. Viui. d. opin. 908. vbi idem de fama, iuriſdictione, hæreſi, poſſeſſione, & his ſimilibus, de quibus plenè Farinac. quæſt. 64.

Quòd vbi non agitur de probando actus particulares, de quibus teſtes ſingulares deponunt, ſed id, quod ex illis reſultat ſufficiant teſtes ſingulares, Caſtr. conſ. 151. num. 7. lib. 1. Rota in Regienſi Hæreditatis Mercurij 27. Februarij 1636. coram Coccino in fine, penes Altograd. poſt conſ. 100. lib. 1. vide Sperel. deciſ. 139. num. 89. & 90. deciſ. 178. num. 73. & ſeqq. Ioſeph. Feliu. in Margar. var. concl. verb. Teſtes fol. 104. Rot. part. 18. recent. deciſ. 818.

Quod ſingulares probent vbi ſunt adminiculati, vel agitur de probando aliquid in genere, Rot. in Romana nullitatis matrimonij 19. Ianuarij 1646. coram Arguelles num. 26. apud Paul. Zacch. quæſt. Medic. Legal. tom. 2. deciſ. 87. Vrceol. tract. de tranſact. qu. 58. num. 53. & ſeqq. Rot. d. deciſ. 818. part. 18.

Quando teſtes ſingulares probent, vel non, Card. Tuſch. litt. T. concluſ. 265. per tot. Azor. Inſtit. moral. part. 3. lib. 13. cap. 27. dub. 7. fol. mihi 1115. Farinac. quæſt. 64. per tot. Merlin. deciſ. 692. num. 51. & ſeqq. Conciol. reſol. crimin. verb. Teſtis quoad dicta reſol. 1. per tot. D. Fulu. Maioran. in Opoprax. crim. lib. 2. quæſt. 6. num. 86. fol. 184. Rota part. 15. deciſ. 52.

Quod in ijs, quæ ſunt difficillimæ probationis, ac vbi plures concurrunt præſumptiones, & adminicula teſtes ſingulares plenè probent, Martha vot. Piſ. 538. num. 8. vbi in crimine aſſaſſinij, Thom. Triuiſ. deciſ. 52. lib. 2. num. 6. vbi quòd in atrocioribus, & difficilis probtionis ſingularitas diuerſificatiua non minuit fidem teſtium, Matthæu. Sanz. de re crim. contr. 76. num. 31. vbi quòd probant quando erat impoſſibile alios reperiri.

Probant etiam metum, Ludouiſ. deciſ. 374. num. 20. vide §. Metus.

Qualiter diuerſitas loci, & temporis inducat ſingularitatem in teſtibus, & an ſingularitas, vel vnitas ſit, idem Zuff. de legit. proceſ. lib. 1. qu. 35. & 36. per tot.

Teſtes qualiter præſumantur conteſtes de loco, & tempore, & ſufficiat concordare in ſubſtantia cum diuerſitas in cortice verborum potiùs adiuuet tollendo præſumptionem præmeditati ſermonis, & alia ad inducendum, quod ſint conteſtes, quamuis ſe inuicem non nominauerint, Viui. deciſ. 79. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 895. num. 76. cap. 948. num. 21. & ſeqq. Magon. deciſ. Luc. 32. num. 48. Card. Tuſch. litt. T. concl. 263. per tot. Rot. in Nouiſſ. part. 6. deciſ. 87. num. 3. Farinac. quæſt. 64. num. 28. & ſeqq. vbi quòd dicuntur conteſtes quando inſeruut identitatem facti, licèt ſe ipſos in conteſtes non allegent, imò etiamſi vnus teſtis dicat quod nullus alius erat præſens, vel quod non recordatur de præſentia aliorum, ſecundum Gabriel. de teſt. concl. 2. num. 5. & 6. 81

Quòd vt dicantur conteſtes, & conuincant, debeant deponere iurati de eodem facto, loco, perſona, & tempore, illorum dictis nihil obſtare, eſſe omni exceptione maiores, & deponere de re ſenſu corporeo percepta, vel rationem dicti etiam non interrogati reddere, Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 18. num. 3. fol. 304. facit quod dixi in §. Delinquens num. 18. & §. Qualitas num.

Teſtium numerus quando dicatur effrenatus, ita vt ſit à iudice refrenandus, & taxandus, Menoch. de arbitr. caſ. 249. per tot. Paul. Chriſtin. deciſ. 28. num. 1. &c. vol. 3. Maſcard. de probat. vol. 2. concl. 1081. per tot. Farinac. quæſt. 80. oppoſit. 41. Pac. Iordan. Lucub vol. 3. lib. 14. tit. 18. num. 796. &c. fol. 345. Tuſch. litt. T. concluſ. 593. vbi quòd poſtquam fuerunt admiſſi, & iurauerunt non poteſt amplius refrenari. 82

Quòd duo teſtes plenè probent, cùm in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum, & quando ſecus, Card. Tuſch. littera T. concluſ. 278. per tot. Conciol. reſolut. crim. verb. Teſtium Miſcellanea reſol. 9. per tot. vbi quòd etiam in criminalibus ſufficiunt duo teſtes ad condemnandum, quando ſunt omni exceptione maiores, & an tales præſumantur, vel iſta qualitas ſit probanda in reſol. ſeq. dixi ſupra num. 26. & 47.

Quòd effrenatus teſtium numerus ſit cohibendus ſuper eiſdem articulis, ſecus autem ſuper nouis, & diuerſis capitulis, aut magis ſpecificatis, Rot. part. 9. recent. deciſ. 252. num. 10. & 11. vbi quòd ideò ex cauſa datur etiam ſecunda remiſſoria.

In Regno Neapolitano extat Pragmatica diſponens, quod in qualibet cauſa non recipiantur teſtes vltra numerum quadraginta, vel ad ſummum quinquaginta, in quo numero computantur omnes examinati in tota cauſa, ac etiam in primo, & ſecundo beneficio, Nouar. in Pragm. Regn. Neap. Collect. 172.

Quòd pro quolibet articulo poſſint recipi ſeptem teſtes, & non vltra, niſi in materia confinium, & factis antiquis, idem Nouar. Collect. 519. num. 1. &c.

In Cathalonia ſuper vnoquoque articulo non poſſunt examinari vltra decem teſtes, exceptis aliquibus caſibus, Fontanel. deciſ. 361. & 362. per tot.

Teſtes, iudices, & alij omnes cooperantes in cauſis criminalibus, ex quibus mors, vel membri mutilatio ſequatur etiam præmiſſa proteſtatione efficiuntur irregulares, non tamen ea irregularitate, ex qua oritur peccatum mortale, & ſic tam clerici, quàm laici deponentes in dictis cauſis non peccant mortaliter, nec puniri poſſint, nec ob id clerici redduntur inhabiles ad executionem ſuorum ordinum, cùm talis irregularitas ſit ſine culpa, Caietan. in Summa verb. Irregularitas, Summa Armilla eodem verb. §. 14. Tabien. in Summ. eodem verb. il 1. D. Antonin. in Summ. part. 3. tit. 28. cum alijs pluribus, quos refert, & ſequitur Viui. comm. opin. 917. per tot. vbi reſpondet Crauett. tenenti reſultare infamiam in conſ. 21. num. 1. & ſeqq. vide in §. Irregularitas num. 1. &c. vbi tamen quòd grauiter peccant faciendo ſe promouere, vel miniſtrando ſine diſpenſatione, quod puto certiſſimum ex contemptu. 83

Teſtes qualiter teneantur integram veritatem dicere tam pro reo, quàm pro fiſco, & iudices illam recipere, & non mutilatam, nec diuiſam, vide in §. Iudex num. 74. 84

Teſtes examinati pro fiſco, poſſunt etiam examinari per reum ad eius defenſionem ob æqualitatem in iudicijs ſeruandam, & idem in ſocijs criminis, dummodò non in- 85

du-

ducantur ad probandum de directo contra id, quod prius depoſuerunt pro fiſco, Guaz. *def.25. cap. vlt. in fine*, Conciol. *reſol. crimin. verb. Teſtis quoad dictam reſol.14.per tot.* dixi in *Pract. in Præfat. num.72. & ſeqq.* vbi qualiter deſtruendo primam depoſitionem fauore fiſci factam poſſint proceſſari, retineri, ac puniri de falſo, præmiſſa etiam tortura ad effectum ſciendi à quo, vel quibus fuerint ſubornati, de quo vide *ſupra num.40.*

86 Teſtes non debent turmatim, & inſimul examinari, ſed ſeparatim, & ſinguli de ſe, alias eorum examen eſſet nullum, quòd eſt verùm etiam in confrontatione, ac in teſtibus ſuper corpore delicti examinandis, Guaz. *defenſ. 14.cap.2. num.6. & 7.* Farinac. *quæſt.80. num.94. conſil.5. n.59. & ſeqq. lib.1.* Zuff. *de legit. proceſſ. lib.1. quæſt.33.* vbi quòd teſtes turmatim examinati habentur pro vno, Caren. *de offic. Inquiſit. part.3. tit.7. num.62.* Conciol. *reſolut. crimin. verb. Teſtis quoad examen reſol.3. per tot.* vbi limitat niſi contrarium ſeruetur de conſuetudine, prout in Francia, & Sabaudia, vide *ſupra num.48.*

Hæc conſuetudo non extat in partibus Etruriæ, cùm teſtes ſemper examinentur ſeparatim, imò quandoque vnus poſt alium incontinenti, retentis primis, donec omnes fuerint examinati, ne poſſint ſe inuicem inſtruere, & hæc eſt optima praxis, licèt interdum viderim in probatione corporis delicti inſimul recipi, & examinari teſtes, vel obſtetrices, & peritos, per notarios imperitos, ac ſolùm ſuper recognitione cadaueris, & non ſuper vulneribus, prout eſt neceſſe, quia in illis conſiſtit delictum, & non in cadauere, quæ ſunt erronea, improbanda, & corrigenda, & non pro conſuetudine admittenda.

An autem teſtes turmatim, vt ſupra examinati probent, ſi poſtea in repetitione ſeparatim depoſuerint, Zuff. *de legit. proceſſ. lib.3. quæſt.122.* vbi videtur affirmare ſi materia fuerit clara, alias ſecus.

87 Teſtes deponentes ſub ſpe impunitatis non probat, ſed habentur loco denunciatoris, & tanquam corrupti, niſi aliundè eorum diſpoſitione conualidentur, Farinac. *quæſt. 43. num.192.* Guaz. *def.20. cap.24. num.2.* Conciol. *reſol. crim. verb. Teſtium Miſcellanea reſol.4. per tot.* dixi in *§.Socius num.49.*

Si tamen deponant cum tortura ad purgandam maculam, vt fieri ſolet, aliqualem faciunt probationem, ad tradita per Cabal. *reſol. crimin. caſ.29. per tot.* ac ita ſæpè ſeruatum vidi, & ipſe ſeruaui Florentiæ.

88 Teſtes non tenentur reſpondere interrogatorijs continentibus crimen, infamiam, & turpitudinem propriam, quàm nemo in ſe detegere tenetur, ſiue crimen ſit publicum, ſiue occultum; tenentur tamen reſpondere ad ea omnia, quæ illos inhabiles reddunt ad teſtificandum, veluti an ſint pauperes, vel diuites, plebei, vel nobiles, amici, debitores, & huiuſmodi, Farinac. *quæſt.73. num. 53. & ſeqq.* Conciol. *reſol. crimin. verb. Teſtium Miſcellanea reſolut.8. per tot. & verb. Interrogatoria reſolut.3. num.6. ſupra num.33. & num.20. & in §. Interrogatoria num.10.*

89 Teſtes qui depoſuerunt vigore Monitorij Eccleſiaſtici, an aliquam probationem faciant, ſi non fuerint formiter repetiti, dixi in *§.Monitorium num.1.* Et quòd poſſint cogi ad ſe iudicialiter repetendum coram iudice ſæculari, Zuff. *de legitim. proceſſ. lib.3. quæſt.103. num.3.* Giurb. *deciſ.94. num.13. &c.*

90 Teſtes an aliquando poſſint oretenus audiri, & non deponendo pro fiſco dimitti non receptis illorum depoſitionibus, dixi in *§.Iudex num.74.* vbi vide quando ſit admittenda, vel damnanda huiuſmodi praxis.

91 Teſtes examinati coram iudice laico contra aliquem poſtea detectum clericum, & ad ſuum iudicem Eccleſiaſticum remiſſum, ſi coram illo vocati recedant à priori dicto, non poſſunt torqueri ad ſciendum à quo fuerint ſubornati, nec ad videndum in quo dicto perſiſtant, neque aliter puniri, quia prima depoſitio facta coram iudice incompetente tanquam nulla habetur pro non facta, Zuff. *de legitim. proceſſ. lib.2. quæſt.96. num.22.* vbi allegat Clar. *quæſt.88. verſ. Eſt opus in fine*, Menoch. *caſ.108. addit. ad Capie. deciſ.142.* qui nihil ad rem dicunt in codicibus meis, & memini alias in caſu occurrenti fuiſſe proceſſatos, & inquiſitos, ac fortè punitos huiuſmodi teſtes de falſo, & periurio tanquam per acta, & depoſitiones contrarias coram iudice ſæculari reproductas conuictos, quia donec conſtiterit de clericatu iudex laicus erat competens in fabricatione proceſſus, de quo vide ſupra *num.39.* Maſtril. *deciſ.269.* Sanſelic. *deciſ.284.* vbi tortus fuit teſtis ad videndum quænam ex depoſitionibus vera eſſet, per Commiſſarium Apoſtolicum cum aſſiſtentia iudicis ſæcularis, & pro hac parte, facit idem Zuff. *quæſt.176. num.13. & ſeqq.* vbi de validitate proceſſus coram iudice laico quouſque ignorauit inquiſitum eſſe clericum, vt dixi in *§. Proceſſus num.1. & in §. Clericus*, vbi plura de probatione clericatus cum requiſitis neceſſarijs.

Alia plura de teſtibus plenè, etſi remiſſiuè notat Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Teſtes, & Teſtimonia.*

De materia teſtium multas paginas vſque ad 33. implet Bertachin. *Repert. verb. Teſtis*, vbi an teſtes veniant appellatione inſtrumenti, parem, vel maiorem vim habeant quam inſtrumenta, quomodo ſint nominandi, & producendi, citandi, compellendi, quot, & quales requirantur, qui poſſint teſtificari, vel non, qualiter parte citata iurare debeant, an poſſint inſtrui, de quibus interrogari, vel non, quomodo deponere debeant, an, & quando repetendi, quomodo publicari, impugnari, an ante litem conteſtatam poſſint examinari, an poſt publicatum proceſſum produci ſuper eiſdem, vel de directo contrarijs, ex quibus reprobari, falſi quomodo, & à quo iudice puniendi, in vno iudicio, an probent in alio, an in cauſa appellationes produci, de inſtrumentarijs, & huiuſmodi ad ſaturitatem, ſed melius, & plenius de omnibus Farinac. *tract. de Teſtibus*, aliqua Ioſeph. Feliu. *Margar. var. concluſ. verb. Teſtis*, Thoro *Compend. deciſ. Neapol. part.1. & 2. verb. Teſtes*, pleniſſimè viginti Auctores, & vltra, qui varios tractatus de teſtibus ediderunt vnico Tomo recollectos per Ziletum Venetijs 1569. Magdalen. Capifer. *tract. de num. teſtium in teſtam. requiſit.* Caualcan. *tract. de teſt.* Cancer. *var. lib.1. cap.20.* alijque plurimi antiqui, & moderni longa manu relati à Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Teſtes, Teſtimonia*, & à Com. Auguſt. Fontan. *in ſua Bibliotb. legal. part.5. eod. verb. fol.732. & ſeq.* qui tangunt omnes quæſtiones in materia teſtium occurrentes remiſſiuè ad Auctores illas tractantes, inter quas non omittam annotare in ſpecie tanquam quotidianum quod teſtes qui ante examen fecerunt fides de eo ſuper quo examinantur non probant, quia fides ipſe per ſe non faciunt fidem, & dum examinantur videntur omninò ſpontè, & vltroneè deponere, & maximè ſi etiam in aliquo à fidibus factis variauerint, *c. à nobis 2.* vbi Abbas, & Barb. *qui matrim. accuſari, &c.* benè Marthà *vot. Piſ.13.8. num.12. & 13.* vbi addit alias rationes congruentes Oſaſch. *deciſ.128. num.9.* Boer. *deciſ.1. num.38.* cæterique laudati à Carol. Marant. *contr. part.5. reſponſ.78. num.44. & ſeqq.* 92

§. THESAVRVS. X.

THeſaurus nihil aliud eſt, quam vetus quædam depoſitio pecuniæ, cuius non extat memoria, vt iam dominum non habeat, vel eſt pecunia ab ignoti dominis vetuſtiori tempore abſcondita, & cùm in nullius bonis eſſe dicatur ex æquitate iuris gentium inuentori acquiritur, tanquam fortunæ donum, *l. vn. C. de Theſ lib.10. l. non intelligitur, §.Si in locis, ff.de iur.fiſc. §.Theſaurus*, vbi Nicaſ. Porc. Oinot. & alij *Inſtit. de rer. diuiſ.* Dian. *reſol. moral. part.9. tract.5. reſol.1.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 399. num.1. & ſeqq. per tot. vol.1.* Ricc. *Collect.331.* latè Sanfelic. *deciſ.394. cum Addit.* Et ideò ſi quis metus, vel cuſtodiæ cauſa pecuniam abſconderit, propriè non eſt theſaurus, inuentori non acquiritur, ſed prioris domini manet, *l. nunquam, §.1. in fine, ff. eod. l. peregrè, ff.de acquir. poſſ. l. à tutore, ff.de rei vendit.* Oinot. *loc. cit.* vide in *§.Emptio n. 41. & alios infra citatos*, Dian. *part.9. tract.5. reſol.16. per tot.* Paul. Chriſtin. *d. deciſ.399. per tot. vol.1.* Sanſelic. *d. deciſ.394.* vbi dummodò ſciatur dominus certus, & latè Caluin. *de æquit. lib.2. cap.196. per tot.* Amaya *in l. vn. C.de theſaur. lib.10. fol.125. &c.* Thom. Hurtad. *reſol. mor. part. 2. tract.8. reſol.31. fol.93.* Fagundez. *de iuſt. & contract. lib. 2. cap.14. per tot.* Coſta *de facti ſcient. & ignorant. diſtinct.60.* 1

Theſaurus arte magica inuentus etiam in proprio fundo, pertinet ad fiſcum, ex ſorte autem, vel etiam data opera licita, ſiue dicta arte magica ſpectat ad inuentorem in ſuo fundo; in fundo verò alieno ſorte inuentus pro medietate inuentori, & pro alia medietate domino fundi acqui- 2

quiritur, & ſi data opera fuerit inuentus in alieno, ſpectat in totum ad dominum fundi, vel ad fiſcum ſi in loco publico fuerit inuentus, *l.1. C. de theſaur. l.1. C. de maleſ. & mathem. & in §. Theſauros Inſtitut. de rer. diuiſ.* vbi etiam in caſu, quo pro medietate ſpectat inuentori, ſi fiſci partem ſuppreſſerit, totum cum altero tantum reddere tenetur, vt ibi notat *gloſ. in verb. fiſci per tex. in l.3. §. fin. ff. de iur. fiſc.* latè Peregrin. *de iur. fiſc. lib.4. tit.2. per tot.* Oinot. *in §. Theſaurus num.6. Inſtitut. de rer. diuiſ.* Farinac. *quæſt.* 104. vbi etiam quomodo, & quando poſſit puniri quæreotes Theſauros, vel alia metalla, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg. tom.5. dec.16. & 17. per tot. & dec.399. vol.3.* Sanfelic. *dec.* 394. *per tot. cum plena Addit.* Pract. Pap. *act. real. gloſ. iure dominij num.12.* Tuſch. *lit. T. concl.302. per tot.* Dian. *reſol. moral. part.9. tract.5. per tot.* vbi decem, & octo quæſtiones principales de hac materia reſoluit pro foro fori, & foro poli, latè Amaya *in d. l. vn. C. de theſaur. lib.10. fol.* 125. *&c.* Garziam *de expenſ. & melior. cap.22. num.49. & ſeqq.* Fontanel. *deciſ.528. 529. & 530. per tot.* Carpzou. *Pract. crim. qu.86.* Berlich. *concl. leg. part.2. concluſ.66. per tot.* Emineotiſs. de Luca *tractat. de regal. diſcurſ.149.* & alios relatos per Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.4. Rub.70. per tot.* vbi etiam de inuentoribus lapillorum, gemmarum, & rerum naufragio, vel aliter amiſſarum, de quibus etiam Meodo *in Elucidat. Bulla Cruciat. diſp.* 33. *num.2. &c.*

De theſauris aliqua tradunt etiam Bertach. *Repert. verb. Theſaurus*, Cabed. *deciſ.56. part.2.* Antonel. *de loc. legal. lib.2. cap.30.* Maſſin. *de confiſc. qu.23.* Ariſmin. Tepar. *var. ſententi. tit.545.* Caſtil. *de tertijs cap.41. num.104. & ſeqq.* alijque plures citati à Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Theſaurus*, & à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.5. eodem verb. fol.740.* vbi etiam indicat Auctores tractantes de Theſaurarijs Cameræ, & latius de illis Caſteioo. *Alphabet. iurid. verb. Theſaurarius.*

Quòd hodie de conſuetodine totios ferè Orbis (quicquid ſit de iure) theſaurus ad Reges, & ad fiſcum pertineat, Couar. *reg. peccatum part.3. §.2. num.4. de reg. iur. in* 6. Farinac. *d. quæſt.104. num.32.* Paul. Chriſtin. *d. deciſ.16. in fine, & deciſ.17. num.12.* vbi intelligit quandu data opera fuit inuentus, dixi in Pract. §. *Fiſco num.15. & in hoc Opere, §. Fiſcus num.17.* vide Dian. *part.9. tract.5. reſolut. 18. per tot.* vbi latè an poſſit induci per legem ſtatutum, vel conſuetudioem, vt theſaurus ad Priocipem pertineat, & poſt relatas opiniones, ac quid fuerit olim ab Imperatore Nerua reſponſum, videtur cum magis communi affirmatiuè concludere Addit. ad Sanſelic. *deciſ.394.* vbi quòd theſauri ſunt de Regalibus, de qoibus Barones non habent cognitionem, & cùm ſint peconia abſcondita, cuius ignoratur dominus, ſpectaot ad fiſcum tanquam bona vacantia, & non denuociantes indiciati, poſſent vt fures torqueri, & puoiri. Hanc conſuetudinem videtur damnare, vel ſaltem modificare pro ſuſtinendis oneribus Regni, Gabriel. Vaſquez. *Opuſcul. moral. tract. de reſtit. cap.5. §.4. dub.2. num.35. & ſeqq. fol.94.*

3 Theſauros inueoius in re emphyteutica, vel feudali, ſiue empta, ſiue inueoiatur per ipſummet emphyteutam, vel operarios, dummodò non arte magica, & legibus reprobata, ſpectat de iure in totum ad emphyteutam, vaſſallom, vel emptorem, nec quidquam debetur domino directo, ſiue veoditori, ad latè tradita per Gratian. *diſcept. for. cap.453. per tot.* Chriſtin. *d. deciſ.399. vol.1. & deciſ.17. per tot. vol.5.* Dian. *part.8. tract.8. reſol.64. per tot.* vbi dicit hanc opinionem eſſe probabilem, licèt ipſe contrariam, nempè ad domioum directum ſpectare varij probet argumentis. Sed vide eundem Diao. *part.9. tract.5. reſol.5. &c.* Caluin. *de aquiſ. lib.2. cap.196. per tot.* Coſta *de fact. ſcient. & ignorant. diſt. nct.60. per tot.* & alios citatos per Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Theſaurus.*

4 Theſaurus per vnom ex ſocijs inuentus an ſit cum alijs communicandus, Felic. *de ſociet. cap.12. num.52.* vbi inquit de hoc non eſſe quærendum, cùm hodie ex generali conſuetudine theſauri ſpectent ad Principem, & fiſcum, & ideò ceſſare tradita per Menoch. *lib.3. præſumpt.30. num.3. &c.* hoc idem refert, & ſequitur Michalor. *de fratr. part. 2. cap.26. num.7.* vide Azor. *Inſtit. moral. part.3. lib.8. cap. 24. per tot.*

5 Theſaurus inuentus in bonis Eccleſiæ, an ſpectet ad Eccleſiam, vel Principem ſæcularem, ſpectare ad Eccleſiam quoad medietatem, & pro alia medietate ad Principem videtur firmare Montan. *de Regal. verb. Et dimidium theſauri*, A Poote *de poteſt. Proreg. tit. de diuerſis prouiſ. cap. de theſaur. num.10.* quos refert, & ſequitur Addit. de Sanfelic. *deciſ.294. in fine*, vbi in caſu occurrente dicit ita fuiſſe coouentum, & deſtioatos duos, vnum pro parte Nuncij Apoſtolici, & alterum pro parte fiſci Regij, ſed euanuiſſe, vt plurimum euenit, & ego licèt multos proceſſus de hac materia præ manibus habuerim, nuoquam vidi aliquod fuiſſe fiſco quæſitum, præter expenſas; ſcio tamen plures iudicatos fuiſſe tortos, & ſuſtinentes negatiuam abſolutos, oonnullos etiam in contumaciam damnatos in pœnam confinij, & reſtitutionis, quæ tamen quod ſciam oullum habuit effectum.

Theſaurum data opera perquirens in alieno fundo, 6 etiam domino volente, vel ignorante, extra ordinem arbitrio iudicis punitur iuxta *tex. in l.1. C. de theſ. lib 10.* vbi gloſ. Bart. & alij, Farinac. *quæſt.104. num.5.* vbi tamen quòd talis pœna non habet locum ex ſola perquiſitione, niſi etiam inuentus fuerit theſaurus, cuius auctoritate D. Auditor Bandarum de menſe Octobris anni 1676. fuit in voto, ſimplex atteotatum perqoirendi theſaurum, etiam factis multis excauationibus oon eſſe ponibile, ac conſequenter etiam contumaces inquiſitos noo eſſe moleſtandos, & carceratos ſtatim relaxandos: Verùm cùm in dicto caſu oegotium exceſſiſſet terminos ſimplicis attentati ſtantibus dictis excauationibus, & alijs circumſtantijs circa modum perquirendi, animaduertendo etiam quod ſimiles effuſiones, & excauationes oon poſſunt fieri ſine licentia Principis, vt teſtatur Eminentiſs. D. de Luca *in tract. de Regalibus quæſt.* . . . . . & in his ſtatibus ſæpè fuerunt proceſſati, inquiſiti, & aliquando torti, & condemnati, qui fuerunt cootumaces pro dictis excauationibus ad perquirendum theſauros, licèt non conſtiterit de reali iouentione, cùm ſaltem ſint indicia, quæ iunctis alijs ſufficere poſſunt, & cùm vt dixi ſimiles effuſiones etiam ex ſe ſolæ ſint prohibitæ ſine Principis licentia, ne videreotur approbari pro permiſſis, & daretur occaſio delinquendi in hac materia adeò lubrica, & delectabili ex auri ſacra fame, fuit me proponente in dicta cauſa reſolutum per Magiſtratum DD. Octo Baliæ Virorum Ciuitatis Floreotiæ, huiuſmodi excauationes noo fuiſſe, nec eſſe permiſſas ad effectum perquirendi theſauros, vel alia metalla, quæ ſunt de Regalibus; attenta tamen facti, & perſonarum qualitate, cùm oihil inuentum fuiſſe conſtaret, carcere paſſo, & expenſis, non eſſe vlterius moleſtandos, & contumaces citari ſub pœna capturæ, illoſque examini ſubijci, & alio ex eorum depoſitionibus non reſultante circa inuentionem theſauri ſub fideiuſſoribus dimitti, prout fuit executum, & approbatum de more à Sereniſſimo Magno Duce, ſicuti conſtat ex proceſſu contra . . . . in Giornali 647. & negocio in filcia ſub num.

Ad quid autem teneatur in foro conſcientiæ inuentor theſauri, vel aliorum metallorum, & gemmarum, legatur Gabr. Vaſq. *opuſc. moral. tract. de reſtit. cap.5. §.4. dub.2. per tot. fol. mihi 91. &c. cum alijs ab eo citatis*, vbi concludit iuxta ſupradictas diſtinctiones, cùm leges de hac materia loquentes, tanquam diſpoſitiuæ, & non pœnales obligent io foro conſcientiæ, etiam oon expectata iudicis ſententia, ſed vide Dian. *locis ſupracitatis*, Leſſ. *de iuſt. & iur. lib.2. cap.5. dubit.15. & ſeqq.* Antunez. Portugal. *de donat. Reg. part.5. cap.13. num.14. &c.* Bonacin. *tom.2. diſput.1. de reſt. in gen. quæſt.3. punct.6.*

Quòd Theſaurus inueotus ſit donum Dei, vel donom Fortunæ, quaſi non humana induſtria, ſed beneficio Dei, & Fortunæ offeratur, docent Amaya *in l. vnic. num.7. C. de theſ. lib.10.* & alijs citatis, Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.3. cap.13. num.7.* Et quod leges, quæ inuentorem theſauri illo priuant, ſint pœnales, & pœna ante ſententiam non obliget, neque io foro fori, neque in foro conſcientiæ, & ideò inuentor ſecurus ſit, donec à fiſco theſaurus vindicetur, licèt fuerit arte Magica repertus, verius probat Antun. Portugal. *dict. cap.13. num. 86. & ſeqq.* vbi plures rationes, & auctoritates pro ſua opinioοe adducit nempè Caietan. *2. 2. quæſt.66. art.4. 5. pag.426. verſ. Aduertendum*, Guttierez. *lib.4. quæſt.36. num.21. & 22.* & alios, facit D. Gregor. Roſſignol. *in Nouiſſ. ſua Praxi Theol. legal. tom.1. contract.1. §.5. num.2. fol.25.* vbi quòd de iure naturæ, & gentium theſaurus re-

con-

conditus ſit primi inuentoris, quia cùm memoria reconditionis non extet, tanto tempore dominium deſijt eſſe à vero domino, & eius hæredibus, & habetur pro derelicto, ſed quod ſub nullius dominio eſt, & pro derelicto habetur de iure gentium ſit primi occupantis, quod ſi verificatur in cæteris rebus, non videt cur verificari non debeat etiam in theſauro. Quapropter licèt poſtea de iure ciuili communi fiant diſtinctiones relatæ circa dominos fundi, in quo reperitur theſaurus, & modum perquirendi, ob quem ſcilicet malis artibus inuentorum lex priuat, & ſic in pœnam facti damnati (ſaluis iuribus aliorum non culpabilium) quo ad fiſcum dicitur pœna talis priuatio, at omne id, quod reſpicit, vt quis priuetur aliqua re, vel iure, pro pœna adiectum cenſetur, licèt non declaretur adijci nomine pœnæ, & ideò talis lex pœnalis eſt, & pœna ante iudicis ſententiam neminem obligat, neque in foro fori, neque in foro conſcientiæ, vt probat Antun. Portugal. *loc. ſupra cit. num.* 86. *& ſeqq.* vbi etiam quomodo ſit intelligenda conſuetudo de theſauris Principi applicandis, ne iniuſta, & contra æquitatem reputetur.

9 Quòd licèt theſaurus in quocumque loco inuentus de conſuetudine totius Orbis ad Reges, & fiſcum pertineat; tamen in foro animæ poſſit inuentor totum ſibi retinere, donec per iudicem ad eius reſtitutionem compellatur; nam licet de iure communi eſſet diuidendus inter inuentorem, & dominum fundi, quia hoc ius dominorum eſt iam abrogatum per dictam conſuetudinem, non eſt amplius de illo curandum, vt ex Silueſtr. *in verb. Inuentum quæſt.* 3. Medin. *in Summa cap.*14. §.33. Sot. *lib.*5. *de iuſtit. quæſt.*3. *art.*3. & alijs probat Valer. *tract. de different. vtriuſque for. verb. Acquiſitio different.*2. *per tot. fol. mihi* 30. vbi etiam quod ſciens in alterius fundo latere theſaurum, poteſt fundum illum emere, & non tenetur ipſum domino fundi manifeſtare, intelligendo ſemper de vero theſauro antiquo, nam ſi eſſet lucidus, & recens ſpectaret ad dominum.

§. T I M O R. XI.

1 Timor inſidiarum dicitur iuſta cauſa abſentiæ, ita vt inquiſitus excuſetur non comparendo perſonaliter ad locum iudicij ſi probet de inſidijs, & quod inimici ſint valdè potentes, ac manu prompti, quo caſu nec ſub ſaluoconductu tenetur comparere, Clar. §. *fin. quæſt.*34. *verſ. penult.*

2 Timens ab alio offendi, qualiter poſſit petere ſibi cautionem de non offendendo, Pract. Pap. *for. Inquiſit. gloſ. vlt. num.*8. vide in §. *Cautio num.*

De timore, & metu etiam mortis naturalis, quando excuſet, vel annullet actum, ſine non, Bertach. *Repert. verb. Metus, & verb. Timor*, Tuſch *litt. T. concl.* 301. 302. 303. vbi etiam de bono timoris Dei, & alij citati à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.*5. *verb. Timor fol.*741. vide in §. *Metus*.

§. T I T V L V S. XII.

1 Titulus habitus à Principe non retardat immiſſionem ex remedio, *l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* Afflict. *deciſ.*119. *num.*6. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*765. *num.*38.

2 Titulus quando præſumatur ex præſtatione, vel ſolutione venali, & quid in emphyteuſi, cenſu, & ſimilibus, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*208. *per tot.* Menoch. *lib.*3. *præſumpt.*108. *per tot.* vbi qualiter præſumatur titulus ad fauorem emphyteutæ, *& præſumpt.*111. *per tot.* vbi qualiter præſumatur ad fauorem Domini directi, vide in §. *Dominus num.*15. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.*95. *vol.*2. Peregrin. *deciſ.*53. *per tot.* vide in §. *Obligatio num.*36. plenè Maſcard. *de probat. vol.*3. *concl.*1371. vbi an, & quando ex curſu longi temporis præſumatur titulus.

Quòd titulus præambulus inducat præſumptionem actus ſequenti ex præambulo titulo facti, ita vt titulus præcedens faciat præſumere actum ſequentem eo iure factum, vide Tuſch. *litt. T. concl.*313. *&* 314. *per tot.* Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*309. *per tot.* vbi quòd totum id, quod quomodocumque apparet factum poſt aliquam cauſam, vel titulum, puta promiſſum, conceſſum, traditum, ſeu datum ſemper intelligitur factum in executionem præcedentis cauſæ, vel tituli, & ab illo regulatur, vide in §. *Teſtator num.*4. Rot. *part.*12. *deciſ.*339.

Titulus inualidus, fauore præſtantis, vel odio illius, cui ſit præſtatio conualidantur per ſubſequentes præſtationes, cùm quilibet poſſit renunciare proprio fauori, dummodò præſtans, vel recipiens tales ſint, qui poſſint ſibi præiudicari, Menoch. *lib.*3. *præſumpt.*131. *num.*1. *&c.* 3

Titulus inualidus ob defectum ſolemnitatis, quando ſumus in caſu fauorabili conualidatur ex triennali præſtatione, adeò vt etiam inducatur obligatio in futurum, niſi eſſet inualidus ex defectu falſitatis, inhabilitatis, vel voluntatis, ſiue ignorantiæ diſponentis, vel niſi ceſſaret cauſa fauoris, vel niſi eſſemus in vnica tantùm præſtatione facta pro tribus annis, vel niſi agatur de inueriſimili diſpoſitione, vt benè declarat Menoch. *d. præſumpt.*131. *num.*15. *& ſeqq. ad* 20. vbi etiam quòd ſi diuerſimodè factæ fuerint illæ præſtationes, & contra Corn. & Padill. firmat hoc non referre, ſed nihilominus obligationem induci. 4

Titulus inualidus auctoritate iuris publici vbi agitur de inducenda obligatione in caſu non fauorabili, non conualidatur in futurum etiam ex decennali præſtatione, *l. ſi certis annis, C. de pact.* de cuius ratione multa Menoch. *lib.*3. *præſumpt.*131. *num.*21. *& ſeqq. ad* 31. vide in *in* §. *Solutio num.*28. 5

Titulus inualidus de iure publico vbi agitur de inducenda liberatione conualidatur per ſubſequentem præſtationem, vel patientiam, niſi ius reſiſtat, vel titulus procedat ab eo, qui contra ius diſpenſare non poteſt, Menoch. *dict. præſumpt.*131. *num.*32. *& ſeqq. ad* 37. 6

Quòd melius ſit nullum titulum habere, quam inualidum allegare, Tuſch. *litt. T. concl.*312. *per tot.*

Titulus oritur etiam quando agitur de inducenda obligatione futuri temporis ex curſu temporis cuius initij memoria non exiſtat, quod procedit etiam contra Eccleſiam, ita vt iſto caſu non ſit neceſſaria tituli allegatio, niſi lex reſiſtat expreſsè, vel dummodò concurrat aliquis actus poſitiuus, & non ſola aduerſarij patientia, vel niſi de ipſo titulo vitioſo appareat, Menoch. *d. præſumpt.*131. *num.*38. *& ſeqq. ad* 50. vbi etiam *num.*51. *& ſeqq.* quòd idem eſt quando tempus non eſt immemorabile, ſed tamen longiſſimum 30. vel 40. annorum etiam in his, quæ ſunt magni præiudicij, vide in §. *Conſuetudo num.* 7

Titulus ad inducendam obligationem reſpectu futuri temporis, non reſultat ex ſolo curſu decem, vel viginti annorum, vbi verò agitur de inducenda liberatione, illa inducitur ſecundùm naturam actionum, quæ quandoque 10. 20. 30. vel 40. annis tolluntur, niſi lex reſiſtat, Menoch. *d. præſumpt.*132. *num.*54. *& ſeqq.* vide Maſcard. *de probat. vol.*3. *concl.*1371. vbi latè an, & quando ex curſu longi temporis præſumatur titulus, vel non. 8

Titulus præſumitur præceſſiſſe ab initio in præiudicium illius, qui vniformiter aliquid præſtitit per decem annos, ita vt in futurum præſumatur obligatus, quod procedit etiam in Eccleſia, fiſco, ruſtico, & muliere, & quamuis poſtea per aliud decennium ſoluere ceſſauerit, dummodò titulus iſte, & cauſa allegetur, & præſtationes fuerint ob illam cauſam factæ, & niſi contrarium probetur, vel niſi repugnet aliqua legis diſpoſitio, vel præſumptio, vel niſi ſemel tantùm pro omnibus decem annis ſimul factæ fuerint, & ſic vnà tantùm præſtatio pro toto tempore, & dummodò probentur verè, & non præſumptiuè, ac vniformes fuerint, ad latè tradita per Menoch. *d. præſumpt.*131. *num.*59. *& ſeqq. ad* 89. vbi etiam quid in minore, & intelligendo prædicta de præſtationibus realibus, ſecus ſi ageretur de obligando aliquem ad ius perſonale, vt ſubiectionis, & vaſſallagij, quia tunc non præſumitur titulus niſi curſu 30. annorum, prout etiam quando ageretur de præiudicio tertij, Menoch. *loc. cit. num.*90. *& ſeqq. per tot.* vbi plura quando titulus inducatur, vel præſumatur, facit Tuſch. *litt. T. concluſ.*316. *&c.* Maſcard. *de probat. vol.*3. *concl.*1371. *per tot.* Peregrin. *deciſ.*53. *per tot.* vbi benè totam prædictam materiam declarat, & quod huiuſmodi ſolutione prodeſſent ſaltem ad obtinendum in poſſeſſorio. 9

Titulus quid ſit, qualiter neceſſarius in beneficio, quando dicatur coloratus, quæ afferat commoda, an ſolus conferat dignitatem, etiam antequam acquiratur poſſeſſio, in quibus requiratur, ita vt ſine eo non procedat poſſeſſio, neque præſcriptio, qualis eſſe debeat ad inducendam præſcriptionem, & alia, latè Tuſch. *litt. T. concluſ.*306. *cum pluribus ſeqq. ad* 323. Ricc. *Collect. in repertor. verb. Titulus*, vbi plura Maſcard. *de probat. volum.* 10

3. con-

3. *concluſ.*1372. vbi latè an, & quando poſſidens beneficium teneatur probare titulum, vel non, *& concluſ.*1373. vbi an ſucceſſor teneatur probare titulum ſui prædeceſſoris, & quomodo.

Quod titulus poſſit multiplicari pro eadem re, & ſic eadem res eſſe debita ex pluribus cauſis, & titulus, & quando ſecus, latè Tuſch. *loc. cit. concluſ.* 321. Buratt. *deciſ.*686. *num.*6. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 380. *num.* 10. vbi quòd in beneficialibus poteſt dari multiplicatio titulorum, *& deciſ.*414. *num.*14. vbi quòd ſicuti datur multiplicatio titulorum, ita etiam modorum acquirendi poſſeſſionem.

11 Titulus ſi reducatur ad non titulum, res eſt cum fructibus reſtituendam, & quomodo, Felin. *in cap. cum cauſa col.*8. Ricc. *Collect.*2924. vbi in terminis donationis cauſa mortis reuocatæ, vel ex ſuperuenientia filiorum.

12 Titulus inſufficiens, vel inualidus ab initio productus, facit præſumere meliorem, ac ſufficientem non extitiſſe, ita vt non poſſit deinde opponi de titulo meliori, & efficaciori, Seraphin. *deciſ.*1235. Thom. Triuiſ. *deciſ.*65. *num.* 69. *&c. lib.*2. Buratt. *deciſ.*793. *num.*1. cum alijs per Rot. *part.*10. *recent. deciſ.*336. *num.*30. Bich. *deciſ.*50. *num.*11. intellige niſi clarè probetur, vel niſi productio ſit facta à tertio, quia tunc non excluditur poſſibilitas alterius melioris tituli, Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ.*353. *num.*19. vbi etiam quod melius eſt non producere titulum, quàm producere infectum.

13 Titulus errore facti ſuffultus dat cauſam legitimam præſcribendi, qualiter ſufficiat titulus putatiuus, minus iuſtus, & inualidus, vel ad non titulum poſtea redactus, quia non requiritur pro bono iure præſcribentis, ſed pro elicienda bona fide; ſi tamen eſſet cauſatus ex errore iuris, in quo non cadit probabilis ignorantia non ſufficeret, niſi eſſet error iuris valdè dubij, vel habens mixturam facti, ſicut etiam non ſufficeret ſi eſſet à iure reprobatus, vel non proueniret à non habente poteſtatem, niſi probabiliter crederetur illam habere, Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.*289. *per tot.* vbi de priuilegio conceſſo à Papa ſchiſmatico, an, & quando præbeat iuſtum titulum præſcribendi, vide *in §. Error, & §. Præſcriptio.*

14 Titulus coloratus qualiter in beneficialibus inducatur, & probetur ex inductione in poſſeſſionem Superioris auctoritate, vel etiam ex ſimplici electione, vel ex confirmatione electionis licet irritæ, vel oſtenſione tituli obtenti ab habente poteſtatem conferendi, vel ex inſtitutione beneficij patronati, vel ex expectatiua quamuis reuocata, vel ex confeſſione aduerſarij, vel ſpoliantis, vel ex ſola ſupplicatione, aut ſignatura, ex noua prouiſione, & ſimilibus, quid operetur, & alia ad rem, latè explicat Maſcard. *de probat. vol.*3. *concl.*1374. *cum nouem ſeqq. per tot.*

14 Tituli quæſtionem reſecare non poteſt ille, qui ius ſuum agnoſcit ex eodem titulo per textum cum ibi notatis per DD. *in l. conductionis, C. de locat. & conduct.* Seraphin. *deciſ.*750. *num.*1. Buratt. *deciſ.*100. *num.*14. *& ſeqq.* Rot. *par.* 18. *recent. deciſ.*817. *num.*8. *& ſeqq.*

Alia de titulo, & eius effectibus remiſſiuè Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Titulus.*

De titulo quot modis ſumatur, quando habeatur pro non titulo, & alia, latè Bertachin. *Repert. verb. Titulus*, aliqua Ioſeph. Feliu. *Margar. var. concluſ. eod. verb.* Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.*1. *eod. verb.* Lotter. *de re benef. lib.*1. *quæſt.*3. alijque plures indicati à Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Titulus*, & à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.*5. *eod. verb. fol.*741. *&c.* vbi etiam innuit Auctores agentes de titulis vniuerſi iuris, de titulis Dignitatum, & huiuſmodi, &c.

§. TORTVRA. XIII.

1 TOrtura, tormentum, & quæſtio ſunt apud Iuriſconſultos ſynonyma, ac vnum & idem ſignificantia, & dicitur corporis cruciatus ab extrinſeco proueniens, hoc eſt de iudicis mandato ad veritatem à reis, ſiue à teſtibus indagandam, ſiue inquiſitio veritatis per tormenta, & corporis dolorem, *l. item apud Labeonem*, *§. qu.* 15. *ff. de iniur. & fam. libel. l.*1. *§. quæſtionem, ff. ad Syllan.* Azor. *in ſum. de quæſt.* Brun. *de indic. & tort. part.*2. *cap.* 1. *&* 2. vbi etiam plura, quæ veniant appellatione quæſtionis, & torturæ, ac alia, Boſſ. *tit. de tort.* Grilland. *de quæſt. & tort. dubit.*1. *num.*3. Careſ. *in Pract. crim. in princ. num.*171. Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. lib.*6. *tit.*2. *qu.*1. *num.*5. *& ſeqq.* Tuſch. *litt. T. concl.*325. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.*204. *per tot. vol.*4. vbi plura Anton. de Ballis *tract. var. lib.*3. *quæſt.*1. *& ſeqq.* Franciſc. de Magiſtr. *in Silu. Eccl. part.*2. *lib.*2. *cap.*9. *fol.*563. & de tortura plura remiſſiuè Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Tortura.*

Quomodo autem probetur tortura, Maſcard. *de probat. vol.*3. *concl.*1384 *per tot. infra num.*16.

De atrocitate, & grauitate torturæ, ita vt morti æquiparetur, & alia ad rem, D. Fulu. Maioran. *in Opoprax. crimin. lib.*2. *cap.*8. *num.* 166. *& ſeqq. fol.*234. Farinac. *quæſt.*42. *num.*4. *&c.* Scyal. *in Pract. torquen. reos cap.*1.

Tortura, ſiue tormentum funis ligatis manibus poſt terga, & facta eleuatione in altum, licèt hodie vſitatiſſimum apud omnia tribunalia, olim fortè non erat in vſu, maximè cum ſquaſſationibus, vt colligitur ex §. *Quia vero non oportet Aut. vt null. iud. ſeu Nouell.* 134. vbi prohibentur tormenta, quibus articuli diſſoluuntur, cùm vtriuſque manus abſciſſione grauiora reputentur, refert Guid. Pancirol. *theſaur. var. lect. lib.*1. *cap.*14. *litt. C. fol. mihi* 47. 2

Sed imò huiuſmodi tormentum funis à conſuetudine approbatum, eſſe etiam de iure permiſſum ex *l. nulli, C. ad l. Iul. Maieſt.* notat Brun. *de indic. & tort. part.*2. *qu.*2. *ſub num.*6. Anton. de Ballis *tract. var. lib.*2. *qu.*5. vbi refert alia plura diuerſa tormentorum genera.

Antiquis enim temporibus vtebantur iudices, ſiue Tyranni varijs tormentorum generibus, quæ poſtea tanquam ſæuiſſima in deſuetudinem abierunt apud Chriſtianos, nam quidem igne aduſti, verberibuſue cæſi, aut ſtimulis puncti crimina fateri cogebantur, vel crudis neruis ſuper ventrem cædebantur, vel virgis percutiebantur, vel laminis igneis lateribus admotis vtebantur, clauis oſſa comminuebantur, ſiue frangebantur, vngulis, membra, latera, & maxillæ concidebantur, vel flammis accenſis inferioribus corporis partibus vexabantur, vel in equuleo, ideſt ligno in ſummu acuto nudi æquitantium more impoſiti diſtendebantur, vel fidiculis ideſt cordis citharæ ex neruis factæ in membris conſtringebantur, vel plumbatis verberabantur donec omnia oſſa confringerentur, item per rotas, cadios, vngulas, rotabula, catapultas, lebetes, cataſtas, frixoria, digitaria, pugillaria, manus ferreas, ſubulas, ſuccenſoria, ollas æneas, ſartagines, & huiuſmodi affligebantur, prout refert Guid Pancirol. *teſ. var. lect. lib.*1. *cap.*41. *litt. D. & ſeqq. fol.*47. Anton. Gallon. relat. per Paul. Zacch. *d. tract. lib.*6. *tit.*3. *quæſt.*1. *num.*10. *in fine.*

Alia tormentorum genera refert Brun. *de indic. & tort. part.*2. *quæſt.*2. *num.*6. nempè aquæ per nares cum calce obſtructo ore patientis, taxillis in oſſe pedis, vulgariter *detto l'uſſu pazzo*, muſconis in vmbilico cum ciato deſuper ne poſſit egredi, linguæ caprinæ, virgarum inter digitos ſtringendo cum cordula, funis, quod eſt frequentiſſimum, carnis multum ſalitæ denegato potu, lardi porcinis ad pedes verſus ignem, & huiuſmodi, de quibus Bald. *in l.*1. *C. emancip. ter.* Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. lib.*6. *tit.*2. *qu.*1. *num.*22. *& ſeqq.* Anton. de Ballis *tract. var. lib.*2. *qu.* 5 *per tot.*

Hodie autem quatuor tantùm tormenta ſunt in vſu apud Tribunalia ad veritatem indagandam, prout teſtantur omnes recentiores, & verſantibus in foris ſunt notiſſima, cæteris omnibus interdictis.

Primum, & frequentiſſimum eſt tormentum *funis*, ſiue *corda*, ita vt torturæ nomine ſimpliciter prolato, de hoc intelligatur.

Secundum eſt tormentum *Vigilia*, quod alij *Capram*, alij *Caualettum* nuncupant, & eſt quando reus denudatus, & pillis abraſus, brachijs verſus ſpinam retrò contortis alligatur tanquam torquendus, tripes, ſiue ſcamnum eſt in promptu ſexipedalis altitudinis, cuius ſumitas in quadrangulari tabula lignea, in quo ſedens ſiſtitur, adhibitis alijs etiam diligentijs, prout benè norunt periti birruarij, atque latrunculatores.

Tertium tormentum dicitur Taxillorum, quod vulgò nuncupatur *il Dado, ò la Stanghetta*, & fit per compreſſionem validam, ad talos vnius pedis modo, & forma per peritos ſeruari ſolita, & cum inſtrumento deputato.

Quartum tormentum dicitur *ſibillorum*, inter digitos illos valdè comprimens, prout pariter ſciunt periti; quæ ſingula tormenta benè etiam deſcribunt Doctores, & præcipuè

Paul.

tores fallitos, Iaſ. *in l. Imperium numer.* 24. *ff. de iuriſdict. omn. iud.* Addit. ad Pract. Papp. *form. Inquiſ. gloſ.* 1. *verb. omni exceptione*, Guaz. *d. cap.* 3. *nu.* 7. Conciol. *reſol. crim. verb. Tortura reſol.* 11. *nu.* 8. *& ſeqq.* Farinac. *quæſt.* 42. Card. Tuſch. *lit. T. concl.* 330. *per tot.* Ricc. *Collect.* 2268. Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 347. *verſ. De pœna*, vbi contra in crimine vſurarum, quando pro eo eſt impoſita pœna pecuniaria, vel confiſcationis.

Si vigore ſtatuti, vel conſuetudinis pœna corporalis ſit reducta ad pecuniariam (vt hodie in adulterio, & huiuſmodi) an tunc ſit locus torturæ, dic quod ſic de iure, & è contra quia pœnarum diminutio, vel augmentum non immutat naturam, & qualitatem delictorum, ſed attenditur origo pœnarum, Franch. *deciſ.* 162. *num.* 17. *in fine*, *& deciſ.* 271. *num.* 9. cum alijs per Raynald. *Syntax. rer. crim. Proœm.* §. 9. *num.* 26. *& ſeqq.* vbi tamen in praxi ſe remittit ad Cartar. *deciſ.* 94. *circa finem*, Fontanel. *de pact. clauſ.* 4. *gloſ.* 14. *num.* 120. *& ſeqq. fol. mihi* 330. qui concludere videntur eſſe attendendam pœnam, & ita verè ego ſemper ſeruatum vidi Florentiæ, & ſeruaui.

Quæ indicia præcedere debeant, dixi *in* §. *Indicium n.*

Quòd præcedentibus legitimis indicijs poſſit procedi ad torturam, etiam in furtis leuibus, & contra furem non famoſum, ac licèt condemnatio pro furto liquidato, non eſſet peruentura ad pœnam afflictiuam, quia iſta delicta irrogant infamiam, & vnum ſolet aperire viam ad inueniendum alia, ac eadem ratione quando reus eſt confeſſus, vel conuictus de aliquo furto, poteſt, ac debet torqueri ſuper alijs arbitrio iudicis, fuit ſtatutum Florentiæ, & per legem municipalem ſub die 9. Septembris anni 1681. ad tollendas omnes difficultates.

6 Tortura poteſt regulariter inferri cuicumque perſonæ præcedentibus legitimis indicijs, niſi ſit expreſsè priuilegiata, & excepta, prout excipiuntur ſenes, minores quatuordecim annis, mulieres prægnantes, muti, ſurdi, Epiſcopi, & ſimiles in dignitate poſiti, ac alij plures de iure, veluti Doctores, Clerici, Milites, Antiani, & Priores Ciuitatis, licèt in iſtis de generali conſuetudine aliter ſeruetur, ad tradita per Clar. §. *fin. quæſt.* 64. Card. Tuſch. *lit. T. concluſ.* 328. *&* 329 Farinac. *quæſt.* 41. *per tot.* Dian. *part* 4. *tract.* 6. *reſol.* 29. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 204. *vol.* 4. Anton. de Ballis *lib.* 2. *quæſt.* 13. Fulu. Maioran. *in Opeprax. crim. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 24. *& ſeqq.* Cabal. *reſol. crim. caſ.* 294. *num.* 299. *& ſequentibus*, vbi excipit Equites S. Stephani, qui non torquentur in quocumque caſu, niſi conſulto Sereniſſimo Magno Duce illorum Magno Magiſtro, Conciol. *reſol. crim. verb. Tortura reſol.* 1. *per tot.* vbi quòd neque obieſſi à demone poſſunt torqueri, vltra alios prædictos, an priuilegiati poſſint torqueri conſulto Principe, an in delictis exceptis, & affirmatiuè reſoluit, niſi agatur de muliere grauida, vel alijs morbo impeditis.

Quòd Iuriſconſulto egregio, & ei, qui fuit Iudex, & Decurio non inferatur tortura, quod priuilegium prodeſt etiam filijs, Gramat. *vot.* 1. Franch. March. *deciſ.* 18. *part.* 2. Nouar. *in Pragm. Reg. Collect.* 197. *n.* 8. *&* 10. vide *in* §. *Doctor. nu.* 3. Conciol. *loc. cit. nu.* 8. *& ſeqq.* Maioran. *loc. cit. n.* 59. *& ſeqq. fol.* 247.

Quòd tortura non poſſit irrogari ſenibus decrepitis, quando autem ad hunc effectum dicantur tales remittitur arbitrio iudicis, qui debet conſiderare valetudinem, & robuſticitatem, ſiue debilitatem, & in omnem caſum leuiter terrere, & torquere ſine periculo vitæ, Brun. *de iudic. & tort. part.* 4. *num.* 18. Clar. *d. quæſt.* 64. *verſ. Non enim debet*, Guaz. *deſ.* 30. *cap.* 12. *per tot.* Grattian. *diſcept. forenſ. cap.* 805. *num.* 36. *&c.* Farinac. *d. quæſt.* 41. Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. lib.* 6. *tit.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 5. *&* 6. vbi quòd poſt ſexaginta tres annos iudex non debet arbitrari torturam, vel valdè leuem, vide *in* §. *Senectus num.* 9. Sanfelic. *deciſ.* 359. *cum Addit.* vbi quòd in crimine ſodomiæ, & alijs atrociſſimis, & exceptuatis criminibus priuilegia perſonalia, circa torturam non attenduntur, niſi adſit periculum vitæ; Et ſic etiam ſenes poſſe torqueri vſque ad ſeptuaginta annos, ſi aliud impedimentum non obſtet, nam Doctores loquentes de ſene, non ſubijciendo torturæ, procedunt in ætate decrepita vltra annos ſeptuaginta, debet tamen ſemper eum illis mitiùs agi, adde Conciol. *in verb. Tortura reſol.* 1. *num.* 12. *& ſeqq.* Fulu. Maioran. *in Opepraxi crim. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 41. *& ſeqq. fol.* 244. Carol. Marant. *contr. part.* 5. *reſponſ.* 97. *num.* 48. *& ſeqq. per tot.*

Item quòd minores quatuordecim annis (extendendo ſecundum aliquos etiam vſque ad decem octo annos) non poſſunt tormento funis torqueri, ſed tantùm ferula, & ſcutica, cædi, ſiue ſibillis intra digitos vexari, *l. de minore*, vbi *DD. ff. de quæſt.* Brun. *de indic. & tort. part.* 2. *cap.* 4. *nu.* 16. Clar. §. *fin. quæſt.* 64. *num.* 20. Cartar. *de interrog. reis lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 49. Farinac. *quæſt.* 41. *nu.* 16. Guaz. *deſ.* 30. *cap.* 11. *in princ.* Paul. Zacch. *d. quæſt.* 4. *nu.* 2. *& ſeqq.* vide *in* §. *Minor num.* 5. Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 2. *quæſt.* 13. *num.* 8. *& ſeqq.* Conciol. *vbi ſupra num.* 2. *& ſeqq.* latè Fului. Maioran. *in Opepr. crim. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 25. *& ſeqq. fol.* 240. *&c.*

Item nec mulieres prægnantes, vel huiuſmodi impedimenta habentes, vt dixi *in* §. *Mulier num.* 36. Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 355. *in fine*, vbi quòd non poſſunt torqueri durante prægnantia, etiam paucorum dierum, & per quadraginta dies poſt partum, Conciol. *verb. Tortura d. reſol.* 1. *num.* 7. *& ſeqq.* Maioran. *loc. cit. num.* 47. *& ſeqq.*

Quòd de ſtylo Sacræ Congregationis nec etiam moniales torqueantur, Sperel. *deciſ.* 136. *nu.* 37.

Item muti, & ſurdi non poſſunt ad habendam veritatem torqueri, licèt extra torturam poſſint per ſigna deponere, Ambroſin. *proceſſ. informat. lib.* 6. *cap.* 6. *cum Addit.* Guaz. *deſ.* 30. *cap.* 13. P. Manar. *Noct. Malencol. interrog.* 21. *fol.* 49. Paul. Zacch. *quæſt. medic. legal. tom.* 2. *conſ.* 50. *per tot.* vbi etiam quando ſint capaces pœnarum, vide *in* §. *Mutus &c. nu.* 3.

Tortura impeditur etiam ratione morborum, vel conſtitutionis, & habitudinis corporis, reſpectu totius, vel partium, non enim poſſunt torqueri febricitantes etiam tertianarij, vel quartanarij, patientes inſignes capitis dolores, vertigines, apoplexiam, epilepſiam, & ſimiles morbos, nimiam obeſitatem, vel pinguedinem, valetudinem, ac debilitatem inſignem, prout latè explicat videndus Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. lib.* 6. *tit.* 2. *quæſt.* 4. *nu.* 7. *& ſeqq. per tot. & conſ.* 38. *tom.* 2. Ludouic. *deciſ. Luc.* 13. *num.* 52. Farinac. *quæſt.* 41. *num.* 39. Guaz. *defenſ.* 30. *cap.* 16. Conciol. *reſol. crim. verb. Tortura reſol.* 1. *nu.* 19. qui tenent de dictis morbis ſtandum eſſe iudicio medicorum, an ſint tales, vt reus torturam pati nequeat ſine periculo vitæ, & corporis, & confeſſionem extortam à dictis infirmis, & legitimè impeditis eſſe nullam, atque illis non nocere, & alias huiuſmodi morbos ſummatim retuli *in Pract.* §. *Tortura num.* 35. Dian. *part.* 4. *tract.* 6. *reſol.* 29. Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 355. vbi quod debilitatus morbo gallico, quem habuit, non poteſt torqueri, quia numquam conualeſcit, & idem in ruptura; quartanarij verò, ac podagroſi, ſi eſſent robuſti, & dimiſſa febre, & ceſſantibus doloribus ſuis negocijs incumbunt, poſſunt torqueri, ad Giurb. *conſ.* 8. Scialo *de reo torquend. cap.* 13. *num.* 39. Anſald. *conſ.* 129. vbi an podagra excuſet à tortura, concludens ſtandum eſſe peritis in arte, & ad ſaltem ſit locus pœnæ extraordinariæ ſtante impedimento torturæ. 7

Debet tamen diligenter aduerti, ne quandoque morbus ſimuletur ad euitandam torturam, vel aliam pœnam, & quomodo hoc poſſit dignoſci, & detegi, idem Paul. Zacch. *d. tract. lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 1. *&* 2. *per tot. cum ſeqq.* & dixi *in d.* §. *Tortura nu.* 33.

Et quando reus propter dignitatem, ætatem, vel aliud impedimentum torqueri non poteſt, extantibus legitimis indicijs, condemnatur in pœnam extraordinariam pecuniariam, vel confinij iuxta qualitatem delicti, & indiciorum, vt quotidiè practicatur Florentiæ per Magiſtratum DD. Octo, & probant Cabal. *reſol. crim. caſ.* 288. *num.* 19. Farinac. *quæſt.* 41. *in fine*, Guaz. *deſ.* 30. *cap.* 18. *num.* 6. *& cap.* 41. *num.* 3. Conciol. *verb. Tortura reſol.* 8. Scialo *prax. torq. cap.* 13. *in fine*, Anſald. *d. conſ.* 129. *in fine*.

Quidquid contrarium imò tunc reum, vel eſſe abſoluendum, vel ſub fideiuſſione dimittendum, probabiliter nitatur docere Cyriac. *contr.* 106. *nu.* 18.

Tortura non poteſt regulariter inferri in proceſſu informatiuo, ſed prius debet publicari proceſſus, & dari copiam Indiciorum cum termino ad ſe defendendum, vt poſſint elidi, & diſputari cum procuratoribus, & Aduocatis, maximè ſi petatur, Afflict. *deciſ.* 391. latè Guaz. *deſ.* 21. *cap.* 1. 8

vbi de præeminentia quorundam Curiarum, in quibus deuenitur quandoque ad torturam in atrociſſimis, etiam non datis priùs defenſionibus, plenè Laurent. Matthæu. & Sanz. tract. de re crim. contr. 25. per tot. Conciol. reſol. crim. verb. Tortura reſol. 4. per tot. Scialo in prax. torq. reos cap. 6. per tot. Scanarol. de viſit. carcer. lib. 1. §. 8. cap. 1. ſect. 1. & 2. per tot. lib. 2. §. 6. per tot. Farinac. quæſt. 39 Ioſeph. Mele in Addit. ad Gizzarel. deciſ. 78. num. 26. Ricc. Collect. 641. latè Sanfelic. deciſ. 350. cum Addit. Nouar. Collect. 197. num. 29 dixi in Pract. in Præfat. num. 38. 39. & 64 Dian. part. 4. tract. 6. reſol. 28. vbi quid ſeruetur in Tribunalibus Sanctæ Inquiſitionis, Anton. de Ballis tract. var. lib. 2. quæſt. 10. per tot. vbi de origine torquendi ſine defenſionibus in Regno Siciliæ, & an hoc fieri poſſit ſine peccato, & poſt relatos auctores pro negatiua, concludit cum alijs pro affirmatiua ob bonum publicum ad reprimendum delicta, & continuum vſum falſorum teſtium, &c. latè D. Fului. Maioran. in Opopr. crim. lib. 1. cap. 9. nu. 304. & ſeqq. per tot. fol. 258. & latius Hieron. Cala tract. de præeminent. M. C. V. Neapol. & recto vſu in tort. infer. & proceſſ. informat. per tot. Carol. Ror. in Florileg. concluſ. 19.

Hæc tamen facultas torquendi de facto, & ſine defenſione reſidet penès ſolum Principem, idem Anton. de Ballis d. lib. 2. quæſt. 18. & lib. 3. per tot. vbi latè de materia, & caſibus, in quibus poteſt inferri tortura ex abrupto denegatis defenſionibus ſecundum diſpenſationem, & praxim Regni Siciliæ, & quid in Regno Neapolis, Maioran. loc. cit. Cala d. tract. per tot. & præcipuè cap. 3. vbi quæ requirantur ad vſum torturæ ex proceſſu informatiuo, & melius cap. 8. ac per tot. tract.

Et in omnem caſum iſta tortura in proceſſu informatiuo non poteſt repeti, ſed benè poſt defenſiones in caſibus aliàs de iure permiſſis, Clar. §. fin. quæſt. 64. num. 153. Cartar. de interrog. reis lib. 4. cap. 1. nu. 200. & ſeqq. dixi in Pract. §. Tortura num. 13 & 25. D. Fulu. Maioran. loc. cit. num. 117. & ſeqq. etiam vbi plura an, quando, & in quibus caſibus ex præeminentia Curiæ poſſit tortura inferri in proceſſu informatiuo, vel non; & latius quæſtione à fundamentis examinata, Matthæu. Sanz. d. contr. 25. per tot. vbi docet in criminibus grauioribus, poſſe torturam adhiberi, etiam in proceſſu informatiuo, nulla data indiciorum copia, in locis, in quibus talis viget conſuetudo, & ad terminos eiuſdem de iure validè, & refert plures auctores teſtantes illam ſeruari Romæ, in Magna Curia Vicariæ Neapolis, Mediolani, Venetijs, Ferrariæ, in Regnis Siciliæ, Franciæ, Belgi, Germaniæ, Hiſpaniæ, Lucæ, Florentiæ, ac alibi ſub numer. 19. & ſeqq. & dixi in Pract. in præfat. num. 39. adde Zuff. de legit. proceſſ. lib. 1. quæſt. 52. & 53. & plenè Hieron. Cala d. tract. de tortur. reis infer. ex proceſſ. inform. per tot. & cap. 10. vbi quòd dicta tortura ex proceſſu informatiuo non poteſt repeti, vt ſupra.

Quando tortura poſſit repeti, vel continuari, etiam ex proceſſu informatiuo vigore dictæ præeminentiæ Curiarum, nempè quando ob aliquem caſum non fuit ſufficienter illata, nec indicia penitus euacuata, nam tunc ſtante proteſtatione apponi ſolita animo repetendi, & continuandi, poterit repeti, ſiue potiùs continuari ad complendum tempus iuxta indiciorum menſuram, vt tradit Maioran. hic citatus, de qua continuatione vide etiam Carol. Tap. dec. 22. nu. 24.

Ex proceſſu informatiuo, ac denegatis defenſionibus, non poſſe procedi ad torturam, ſed defenſiones eſſe aſſignandas, ac indiciorum copiam dandam firmant communiter DD. Clar. quæſt. 49. nu. 1. Boſſ. in tit. de mandat. ad homicid. num. 30. Burſat. conſ. 201. nu. 97. & ſeqq. lib. 2. Farin. quæſt. 38. nu. 3. & latiùs quæſt. 39. per tot. & optimè in conſ. 103. per tot. Guazzin. reor. defenſ. 21. cap. 1. n. 3. per tot. defenſ. 24. c. 9. n. 7. Lud. Ridolph. de ſuprem. Princip. poteſt. c. 6. n. 85. Conciol. in verb. Tortura reſol. 4. num. 1. Carol. Tap. deciſ. 22. nu. 1. & ſeqq. vbi quòd aliàs confeſſio inde emanata eſt nulla.

A Regulis enim iuris naturalis, ac ciuilis alienum videtur à tortura iudicium inchoare contra text. in l. 1. & in l. Mariſne ff. de quæſt. ad hoc namque deuenire non eſt permiſſum, niſi prius lite conteſtata, citata parte, & legitimè repertis teſtibus fiſci, vel habitis pro repertis, vt probat Bart. in l. ſi quis adulterium in princ. de adult. imò & publicato proceſſu, ac defenſionibus factis, vel ſaltem aſſignatis, idem Bart. in l. vnius, & in l. fin. ff. de quæſt. Afflict. deciſ. 391. num. 1. quod procedit etiam in atrociſſimis delictis, vt in crimine læſæ maieſtatis, & hæreſis, Farinac. d. conſ. 103. vbi ſcribens in crimine parricidij affirmat per Sanctiſſimum Pontificem fuiſſe mandatum, vt datis defenſionibus procederetur.

Et re vera durus eſt huiuſmodi procedendi modus ad torturam denegatis defenſionibus, diciturque terribiliſſimus, nec iure fundatus, vt poſt Maur. Burg. inquit Conciol. in verb. Tortura reſol. 4. num. 9. ad fin. & repugnat iuri naturali, quo perſpicuum eſt, non eſſe tollendas defenſiones, quæ ſunt iuris naturæ, cap. dilecti filij de except. cap. Paſtoralis de re iudic. l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. l. 1. §. cum arietes ff. ſi quadrup. pauper. feciſſe dicat. & reo quocumque tempore defenſiones petierat eſſe concedendas docet text. expreſſus text. in l. vnius §. Cognitarum ff. de quæſt. l. defenſionis facultas C. de iur. fiſc. cap. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Bald. in l. 3. §. is pro quo ff. quod quiſque iur. & alij relati per Farinac. d. quæſt. 39. num. 18. & ſeqq. & d. conſ. 103. num. 7. Gomez. var. reſol. l. 3. cap. 13. rub. de tortur. reor. num. 33. in principio, & à Summo Pontifice fuit annullata ſententia lata per Imperatorem contra Siciliæ Regem cui facultas ſe defendendi fuerat ſublata, vt videre eſt penes Farinac. d. conſ. 103. num. 7. vbi rationem aſſignat Scacc. de iudic. cap. 97. num. 88. verſ. ſimiliter quantum attinet vidend. & faciunt ad rem aurea verba Senec. de ira lib. 2. cap. 29. ibi, De paruula ſumma iudicaturo tibi, res ſine teſte non probarentur: Teſtis ſine iureiurando non valeret vtrique parti dares actionem, dares tempus nec ſemel audires, & cum tormenta ſint morte ipſa amariora, hominem torquere audes, antequam, illi, vel indicia noſſe liceat, vel teſtes, antequam eum audias dilatione conceſſa, vt ſuſpiciones diluat, Bobadill. in Polit. lib. 5. cap. 3. num. 16. lit. A.

Et licèt non ignorem, quòd huiuſmodi facultas procedendi diſpenſatiuo modo, poteſt à ſupremo Principe concedi, attamen aduertendum eſt, quod brachium Regium non cenſetur conceſſum, niſi expreſsè fuerit dictum, nec comprehenſum videtur in quauis ampliſſima facultate, cùm ſit de reſeruatis Principi, Grammat. conſ. 6. num. 9. Vincent. de Franch. deciſ. 275. num. 5. & 8. Marin. ad Grammat. deciſ. 34. num. 21. Molfeſ. in addit. ad eius comment. ſuper conſuet. Neap. part. 1. tit. de perſon. quæſt. 4. nu. 5. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. quæſt. 3. num. 10.

Sed quia huiuſmodi procedendi modus eſt extra iuris ordinem, Carauit. in tit. 259. num. 10. Burg. d. quæſt. 3. num. 10. Ideò nec Legato de latere conceſſus videtur, cùm non poſſit aliquid facere contra formam iuris, Speculat. in tit. de legat. §. Supereſt num. 5. & 7. Abb. conſ. 1. num. 3. lib. 2. Soccin. conſ. 27. num. 9. lib. 3. Honded. conſ. 93. num. 7. lib. 2. Rot. in Forolin. Nullit. oblig. 29. May 1613. coram Card. Sacrato, & tantùm concedi ſolet quando agitur contra famoſos latrones, quando delictum eſt notorium, vel timetur populi tumultus, & celeritas indagationis requiritur, Vaſquez. contron. illuſtr. cap. 31. num. 9. Farin. conſ. 103. num. 5. & quæſt. 39. num. 9. & 24. & 109. Cæſar. Locatell. de quæſt. inſpect. 5. num. 46. Caualcan. de Brach. Reg. part. 2. num. 4. in princip. Guaz. reor. defenſ. 21. cap. 1. num. 6. Matthæu. Sanz. de re crim. contr. 25. num. 23. & num. 28. vtrobique in fine, Ludouic. Rudolf. de ſuprem. Princip. poteſt. cap. 6. num. 92. fol. 26. Conciol. in verb. Tortura reſol. 4. num. 9.

Ad hoc vt ſit locus huiuſmodi practicæ procedendi ex abrupto, & de negatis defenſionibus ad tormenta ex Curiarum præeminentia, vel ex brachio Regio, ſiue cum ſupremi Principis participatione, plura requiruntur cumulatiuè, vt obſeruaui ex lectura ſupracitatorum Auctorum, & aliorum, ac ex praxi, & obſeruantia, quæ eſt optima legum interpres.

Primò, vt agatur de delictis atrociſſimis, pro quibus eſt exaſperanda pœna mortis vltra mortem, vt furcæ cum ſquarttu, ſciſſione, & huiuſmodi.

Secundò, indicia ſint plura, & illa quidem vrgentia, & indubitata, ac in ſuo genere concludenter probata, ita vt poſſint dici clara, & euidentia.

Tertiò, torquendus ſit diffamatus de pluribus criminibus, ita vt poſſit dici delinquens inſignis, & notorius.

Quartò, debet proceſſus eſſe fabricatus per ipſummet iudicem, eo ſcilicet interrogante, & actuario ſcribente,

vel ſaltem eo præſente, vt videat quantam mereatur fidem, & non per ſolum Cancellarium, vel altum Miniſtrum.

Quintò, debet torquendus audiri, ſi petat terminum ad probandum tale quid, quo probato ceſſaret tortura, & ſic ſaltem debent priùs omnia indicia illi conteſtari, vt ſummariè opponat quidquid vult, & poteſt contra illa.

Sextò, debet ſaltem poſt torturam eidem terminus ad ſe defendendum aſſignari, & tortura ex eodem proceſſu informatiuo non repeti, & quatenus eſſet repetenda id agere ſemper, aſſignatis priùs defenſionibus; quæ omnia ſignanter colliguntur ex traditis, & ſingillatim comprobatis per D. Hieron. Calam *in tract. de praeminen. Magn. C. V. Neapoli*, ſiue de recto eius vſu in tortura reis inferenda ex proceſſu informatiuo *per tot.* vbi etiam *cap. 17. num. 9. &c.* addit aliud ſubſtantiale requiſitum leuitatis vitæ torquendi rei.

Ex quorum requiſitorum defectu ego pluries Florentiæ noo inutiliter me oppoſui contra vſum tormentorum, & præcipuè Capræ ex proceſſu informatiuo, quem proponebant Illuſtriſſimi DD. mei Collegæ ex zelo quidem iuſtitiæ, quia ſcilicet aſſignando prius defenſiones in delictis enormibus elidebantur indicia, & maximè per repetitionem teſtium fiſcalium faciendam ad inſtantiam, & cum interrogatorijs inquiſitorum reorum poſt publicationem proceſſus, & habitam ad eis copiam, iuxta nouam praxim, ex qua reſultat multorum proceſſuum deſtructio, cui & fiſci præiudicio videbatur in atrocioribus occurri poſſe cum tortura ex proceſſu informatiuo; ſed ego dicebam non eſſe vni inconuenienti obuiandum per inductionem alterius maioris, imò potiùs omnia reducenda ad tramites iuris, & antiquam praxim, in alijs etiam benè ordinaris ſtatibus, Republicis, Prouincijs, & Regnis ſeruatam, vt plenè notaui *in Addit. ad §. Repetitio ſub nu.* 1.

Neque obſtat ſi dicatur præfata requiſita procedere tantùm iuxta Conſtitutiones Regni Neapolitani, & in Regno ipſo, ac Magna Curia Vicariæ non ſeruari, ſed tantùm grauitatem delicti, & vrgentiam indiciorum attendi, vt teſtatur Vincent. de Franch. *decis.* 143. & illum ſequitur Carol. Tapia *decis.* 22. *nu.* 2. *&* 3. addens tamen attendi etiam qualitatem perſonæ vt ſupra.

Nam quoad primum verum eſt dicta requiſita eſſe deſumpta à Pragmaticis, & Conſtitutionibus Neap. ſed etiam non minus verum eſt, earum exemplo quoad hoc præcipuè vti, & procedere alia Tribunalia, & in ſpecie Ducatus Etruriæ, Reipub. Lucenſis, & Ciuitatis Ferrariæ, quæ ideò non tantùm ex vrgentia indiciorum, & grauitate delicti procedere debent, ſed etiam attentis, & concurrentibus omnibus alijs requiſitis dictarum Conſtitutionum, vt benè comprobat Hieron. Cala *d. tract. cap. 17. num.* 5. *& num.* 15. vbi quòd dicta opinio Franchi non eſt recepta in Etruria, Republica Lucenſi, & Ciuitate Ferrariæ, in quibus locis in praxim deducta ſunt peculiari ſtatuto Capitula Regni Neapolitani circa modum, & formam torquendi ex proceſſu informatiuo, & quoad Magnum Ducatum Etruriæ ego, qui per multos annos aſſiduè verſatus ſum, & ætatem conſumpſi in celeberrimo Magiſtratu DD. Octo Baliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ, vbi eſt caput, & fons totius Status quoad Criminalia cum peritiſſimis Aſſeſſoribus, & doctiſſimis fiſcalibus, numquam niſi concurrentibus prædictis requiſitis, & rariſſimè, ac cum grano ſalis vidi ſeruatum procedere ex dicta præeminentia ad tormenta ex proceſſu informatiuo, ac denegatis defenſionibus, & tantò minus ad atrociſſimum Capræ, & nihilominus, quàm hodiè, iuſtitia ſuum habuit curſum, ac multos fortè plures debitis pœnis, ſeruatis ſeruandis, affecit delinquentes.

Et quoad aſſertionem Franch. *d. decis.* 143. illi plenè ſatisfacit oſtendendo non eſſe veram, nec vſu receptam in Regno, nec alibi, idem Hieron. Cala *videndus d. c. 17. per tot.* & D. Fulu. Maioran. *in Opopra x. lib. 2. c. 9. nu.* 104. *& ſeqq. per tot.*

9 Tortura an poſſit irrogari quando reus fatetur delictum, ſed conditionaliter, nempè ad neceſſariam defenſionem, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 17. Guaz. *def.* 30. *c.* 7. vide *in §. Confeſſio nu.* 60.

Et an in homicidio à pluribus in rixa commiſſo quando ignoratur, quis fuerit homicida ad effectum illum ſciendi, Conciol. *in verb. Tortura reſol. 7. per tot.* & dixi *in §. Homicidium num.* 14.

An autem iudex teneatur acceptare confeſſionem qualificatam à reo in tortura factam, vel proſequi in tormentis pro habenda pura confeſſione, contrariæ ſunt opiniones, quæ conciliari poſſunt remittendo iudicis arbitrio, vt quando qualitas eſt veriſimilis, & coniecturis ex proceſſu roborata, tunc ſit acceptanda, & dimittenda tortura, ſi verò non eſt veriſimili, ſit reſpuenda, & continuanda tortura pro indiciorum menſura, ſicut etiamſi confeſſio contineat diuerſa facta poteſt pro parte acceptare, & pro parte non, ad tradita per Anton. de Ballis *tract. var. lib. 2. quaſt. 21. per tot.* vbi etiam an acceptata confeſſione cum qualitate poſſit reus pœna ordinaria puniri, & relatis contrarijs opinionibus, videtur negatiuè concludere, ſed vide alios per me citatos *in §. Confeſſio nu.* 60.

10 Tortus pro habenda aliqua præciſa reſponſione cum proteſtatione, & non ad aliud finem, ſi ſponte fateatur delictum, de quo aliàs non aderant legitima indicia ad torturam, ſibi præiudicat, & valet huiuſmodi confeſſio, Farinac. & Vulpin. *in ſucce quaſt. 37. num.* 178. *& num.* 24. *&c.* vbi quòd huiuſmodi tortura non debet excedere quartam partem vnius horæ, Conciol. *verb. Tortura reſol. 6. n.* 11. *&* 12.

Quòd poſſit reus ad dictum ſolum effectum torqueri, Bald. *in l. accuſationem num.* 11. *C. qui acc. non poſſ.* Capyc. *decis.* 145. & alij relati per Dian. *part. 4. tract. 6. reſol.* 34. latè Conciol. *reſol. crim. verb. Tortura reſol.* 6. vbi quòd idem eſt in teſte, & benè declarat.

De tortura ſuper intentione danda in cauſa hæreſis, latè Caren. *de off. S. Inquiſit. part. 2. tit. 1. §. 20. per tot.* & ſuper complicibus, idem Caren. *loc. cit. §. 23. per tot.* Torreblanc. *de Magia lib. 3. cap. 17. per tot.* vbi quando ſit locus torturæ in crimine Magiæ, & quolibet alio crimine.

De confeſſione incidenter facta, vt regulariter non ſufficiat ad condemnandum, niſi fuiſſent aſſignatæ defenſiones, vel ageretur de delicto connexo, vel de reo famoſo, & alia, Anton. de Ballis *tract. var. lib. 2. quaſt.* 14. dixi *in §. Confeſſio n. 47. in Addit.*

11 Tortura an purget veras probationes contra reum exiſtentes, diuerſimodè iudicatum refert Addit. ad Ambroſin. *proceſſ. infor. lib. 4. cap. 1. in princip.* vbi propterea ad effugendas difficultates conſulit abſtinendum eſſe à tortura quotieſcumque veritas aliter poteſt haberi, eſt enim adhibenda tantùm in ſubſidium, vt dixi *ſupra nu.* 3. Clar. *§. fin. quaſt. 64. verſ. veritas eſt*, Cabal. *reſolut. crim. caſ. 93. nu. 29. caſ. 278. nu. 25. caſ. 288. num.* 18. Guaz. *def. 30. cap. 9. nu.* 11. *& cap.* 40. Gomez. *var. reſol. tom. 3. cap. 13. num.* 20. vbi quòd non, Fachin. *contr. iur. lib. 9. cap.* 6. Theſ. *quaſt. for. 45. in fine lib.* 1. Tuſch. *lit. T. concluſ. 332. num. 8. &c.* Farinac. *quaſt.* 40. Menoch. *de arbitr. caſ. 273. per tot.* vbi quòd per torturam non cenſentur purgata indicia valdè vrgentia, & indubitata, & minus plenæ probationes, quin reus ſic tortus ſaltem de conſuetudine, poſſit pœna extraordinaria mitiori arbitrio iudicis puniri, ac idem ſeruari teſtatur, & de magis communis Martha *vot. 238. num. 10. &c.* Franch. *decis. 577. per tot. & 538. in fine*, vbi etiamſi reus fuerit bis tortus, quando indicia ſunt grauiſſima, & indubitata, Cartar. *de execut. ſent. capt. bannit. cap. 2. num. 61. &c.* Vulpin. *in ſucco*, Farinac. *quaſt. 40. nu. 6. & 7.* quod & ego teſtari poſſum pluries fuiſſe ſeruatum (quando indicia non erant in totum purgata) in Tribunali DD. Octo Baliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ cum approbatione S. C. S. & dixi *in Pract. §. Tortura num.* 11. adde Laurent. Matthæu. & Sanz. *tract. de re crim. contr.* 26. vbi benè diſtinguit quinque caſus *num. 20. & ſeqq. per tot.* Conciol. *reſol. crim. verb. reus reſol. 5. per tot. & in verb. Tortura reſol.* 14. vide *infr. num. 24. & 27.*

Quòd tortus cum negatiua poſſit adhuc pœna aliqua extraordinaria puniri, vbi indicia erant grauiſſima, & non ſatis purgata, ac ita etiam ſeruari in tribunalibus Sacræ Inquiſitionis, Dian. *part. 4. tract. 6. reſol. 33. infr. nu.* 18. *&* 24. Matthæu. Sanz. *d. contr. 26. vbi num. 37. vſque ad triremes.*

Quòd quando irrogatur tortura reo confeſſo, vel conuicto ad habendos complices, debeat fieri cum proteſtatione citra præiudicium confeſſorum, & conuictorum, aliàs purget indicia, vel probationes, & proſit reo ad minuendam pœnam delicti; non tamen deuenitur ad torturam ad dictum effectum, niſi inquiſitus torquendus prius fuerit quoad ſe plenè confeſſus, vel conuictus, Guaz. *def. 30. cap. 9.*

in fine, dixi *in Pract. §. Sicari nu.* 15. *§. Tortura num.* 12. Tuſch. *lit. T. concluſ.* 334. *per tot.* Dian. *part.* 4. *tract.* 6. *reſol.* 32. *&* 27. de prædictis omnibus vide Farinac. *d. quaſt.* 40. *per tot.* vbi etiam *nu.* 16. *& ſeqq.* quando tortura poſſit dari pro vlteriori veritate habenda, cum proteſtatione citra præiudicium, &c.

Et quando poſſit dari ſuper alijs delictis in genere, idem Farinac. *quaſt.* 37. *num.* 163. *& ſeqq.* vbi poſt plura hincinde de conſuetudine, & de iure, concludit, quòd ſi reus ſit homo diffamatus de alijs delictis, tunc poſſit torqueri, aliàs autem ſecùs, & in omnem caſum torturam debere eſſe moderatam, & non vltra mediam horam, vide *in §. Confeſſio num.* 53. Sanfelic. *deciſ.* 263. vbi intelligit contra fures inſignes, latrones famoſos, ſtratarum graſſatores, & aſſaſſinos, vel bannitos famoſos iuxta diſtinctionem Farinac. *d. quaſt.* 37. *num.* 171. & Scacc. *de iud. ciuil. & crim. lib.* 1. *cap.* 84. *num.* 9. alias iudex peccet mortaliter, vide Guaz. *def.* 30. *cap.* 8. Conciol. *reſol. crim. verb. Reus reſol.* 9. *&* 10. *per tot.* vbi etiam de ſocijs, de quibus dixi *in §. Societas nu.* 47. *& ſeqq. infr. n.* 14. *& n.* 27. *ſupra num.* 5. *in fine*.

12 Tortura quando plures ſunt torquendi, eſt inchoanda à magis ſuſpecto, & timidiori, vt ſi maſculus, & fœmina, à fœmina, ſi pater, & filius, à filio, quia magis affligitur pater ex tortura filij, quam propria, Marant. *part.* 1. *n.* 13. *&c.* Guaz. *def.* 30. *cap.* 19. *per tot.* Card. Tuſch. *lit. T. concl.* 327. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 192. *nu.* 14. Clar. *§. fin. quaſt* 64. *num.* 28. vbi etiam Baiard. *num.* 91. *&c.* Dian. *part.* 4. *tract.* 6. *reſol.* 26. Scialo *in prax. torquend. reos cap.* 9. Conciol. *reſolut. crim. verb. Tortura reſol.* 13. *per tot.* vbi quòd remittitur arbitrio iudicis eum conſideratione à quo veriſimilius, & facilius poſſit eruere veritatem, & ſic à timidiori, debiliori, magis indiciato, ſuſpecto, informato, & huiuſmodi, D. Fulu. Maior. *in Opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 76. *& ſeqq. fol.* 250.

13 Tormentum funis non poteſt excedere ſpatium vnius horæ continuatæ, niſi quandoque in atrociſſimis per quadrantem vltra; & quando reus eſt indiciatus de pluribus delictis, vel pluribus indicijs non poteſt ſeparatim ſuper vnoquoque torqueri, ſed ſuper omnibus ſimul, ac non obſtante qualibet iudicis proteſtatione tortura intelligitur ſuper omnibus ſimul illata, Scanarol. *de viſit. carcer. lib.* 2. *§.* 6. *cap.* 3. Cartar. *de interrog. reis lib.* 4. *cap.* 1. *nu.* 113. Guaz. *def.* 30. *cap.* 12. *num.* 6. *cap.* 25. *nu.* 26. Farin. *quaſt.* 38. *num.* 54. Paul. Zacch. *Quaſt. Medic. Legal. lib.* 6. *tit.* 2. *quaſt.* 3. *n.* 15. Conciol. *reſol. crim. verb. Tortura reſol.* 16. *per tot.*

14 Tortura teſtium debet eſſe leuis, & non excedere ſpatium vnius credo quando infertur ad purgandam maculam, licèt ſecundum alios adeò leuis tortura non ſufficiat etiam ad purgandam maculam, ſed debeat eſſe moderata arbitrio iudicis iuxta qualitatem facti, & perſonarum, Rimin. iun. *conſ.* 360. *num.* 74. *lib.* 4. Guazin. *def.* 19. *cap.* 13. *nu.* 3. *&c.* Farinac. *quaſt.* 79. *nu.* 81. *& ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 19. *numer.* 201. *fol.* 389. vbi quòd quando infertur ad purgandam maculam, vel ſupplendam teſtium inhabilitatem, vel ad faciem rei ſufficit per ſpatium vnius credo, niſi vltra detinendos putauerit iudex ex qualitate perſonarum valdè ſuſpectarum; quando verò infertur pro habenda veritate, poteſt quandoque eſſe pro quarta parte vnius horæ, & quandoque ad ſummum per mediam horam vide *in §. Teſtis num.* 16. vbi etiam quòd iſta tortura teſtium datur abſque diſputatione, & non data copia indiciorum, & proceſſus, nec opus ſit ratificatione.

Quando poſſint torqueri teſtes, vel non, Tuſch. *lit. T. concl.* 333. *per tot.*

Quòd tortura in ſocio criminis ad habendum complices debeat eſſe moderata, & ad plus per ſpatium mediæ horæ, Clar. *§. fin. quaſt.* 64. *verſ. veritas eſt*, Guaz. *def.* 19. *cap.* 13. *num.* 3. *& def.* 21. *cap.* 1. *num.* 4. Cartar. *de execut. ſent. capt. bannit. cap.* 2. *num.* 68. Conciol. *reſol. crim. verb. Tortura reſol.* 16. *num.* 3. *ſupra num.* 11. *& infr. num.* 27.

Quòd tortura non purget plures defectus, ſed vnum tantùm, nec conualidet depoſitionem teſtis inimici, ita vt nec faciat indicium ad torturam, nec ad inquirendum, Boſſ. *tit. de Inquiſit. num.* 52. Card. Tuſch. *lit. T. concluſ.* 332. *num.* 7. Guaz. *def.* 30. *cap.* 40. *num.* 13. *&c.* Gratian. *deciſ.* 240. *num.* 9. Farinac. *quaſt.* 43. *nu.* 178. *& quaſt.* 62. *num.* 382. Conciol. *reſol. crim. verb. Tortura reſol.* 15. *num.* 1. *&c.*

Quos defectus ſanet tortura, vel non, & quid operetur, latè Tuſch. *d. concluſ.* 332. *per tot.* Conciol. *cum pluribus citatis d. reſol.* 15. *per tot.* vbi quòd teſtes patientes plures defectus non probant etiam cum tortura, neque in caſibus difficilis probationis, & tortura non ſupplet defectum periurij, neque inimicitiæ; licèt de conſuetudine (excepta fortè inimicitia) contrarium ſeruetur, etiam quoad teſtes plures defectus patientes, vt teſtatur Baiard. ad Clar. *§. fin. quaſt.* 24. *nu.* 128. *in fine*, Boſſ. *de indic. num.* 156. *in fine*, Farinac. *conſ.* 10. *num.* 10. *lib.* 1. & ita ego quoque teſtari poſſum aliquando vidiſſe ſeruatum Florentiæ, & ipſe ſeruaſſe in caſibus, in quibus aliter veritas haberi non poterat, vide *in §. Socius num.* 49. Hieron. Caia *tract. de Praemin. M. C. V. cap.* 42. *num.* 11. vbi ex Ricc. *deciſ.* 149. *num.* 2. *part.* 3. teſtatur de conſuetudine totius Italiæ, torturam omnes defectus tollere.

Tortura non poteſt regulariter repeti, niſi ſuperuenientibus nouis indicijs grauioribus, vrgentibus, & diuerſis à primis in ſpecie; quando prima vice fuit ſufficienter illata; Poſſet tamen iudex quandoque in atrociſſimis, & perſonis valdè robuſtis diuidere torturam in plures vices, facta ſemper proteſtatione animo continuandi, & repetendi vſque ad menſuram indiciorum, veluti ſi tot extarent indicia, ex quibus poſſet reus torqueri per ſpatium horæ, non prohibetur iudex incipere à leniori tortura, torquendo prima vice per ſpatium vnius credo, ſecunda vice per ſpatium mediæ horæ, & tertia horam complere; hæc tamen practica non eſt paſſim recipienda, cùm cruciatum augeat, & periculo non vacet, & in omnem caſum non eſt inferenda tortura continuata diebus, ſed interpoſito ſpatio ad minus trium, quatuor, ſex, octo, decem, vel quindecim dierum, & plurium arbitrio iudicis, attenta debilitate, vel robuſticitate patientis, Clar. *§. fin. quaſt.* 64. *verſ. vlt.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 272. *per tot.* Guaz. *def.* 30. *cap.* 23. *&* 24. *per tot.* Card. Tuſch. *lit. T. concluſ.* 331. *per tot.* Scanarol. *de viſit carcer. lib.* 2. *§.* 6. *cap.* 3. *num.* 14. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 204. *numer.* 22. *& ſeqq. vol.* 4. Viui. *comm. opin.* 1000. *per tot.* Anton. de Bailis *tract. var. lib.* 2. *quaſt.* 17. vbi etiam in fine, quòd tortura data à iudice incompetente non poteſt repeti, ſed computari debet à competente, Farinac. *quaſt.* 38. *num.* 72. *&c.* Conciol. *reſol. crim. verb. Tortura reſol.* 12. *per tot.* Paul. Zacch. *Quaſt. Medic. Legal. lib.* 6. *tit.* 2. *quaſt.* 3. *num.* 16. *&c.* faciunt plura notata per D. Fulu. Maioran. *in Opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 9. *nu.* 117. *& ſeqq. fol.* 260. dixi *in Pract. §. Tortura nu.* 19. 15

Florentiæ tamen pluries in Tribunali DD. Octo Baliæ Virorum, vidi torturam repeti interpoſito tantum ſpatio 24. horarum, & in ſpecie de anno 1669. contra Ioannem Pettorali de Florentia, facit quod dixi *in §. Confeſſio num.* 58. *&* 59. Conciol. *verb. Tortura d. reſol.* 12. *num.* 16. vbi quòd poteſt tortura, vt ſupra diuidi, & die ſequenti compleri, licèt tempore meo ſemper interpoſuerim, tres, vel plures dies iuxta prædicta.

Quòd tortura in caſibus, in quibus repeti poteſt, numquam vltra trinam vicem ſit repetenda, niſi iudex habeat brachium Regium, nam tunc poſſet vſque ad quartam vicem repeti, ſeparatis tamen diebus vt ſupra, & facta proteſtatione animo repetendi, excepto tormento Vigiliæ, quod repeti non poteſt, Guid. de Suzar. *de indic. & tort. n.* 3. *&* 75. Ambroſin. *proceſſ. infor. lib.* 4. *c.* 4. *num.* 2. *etc.* Tuſch. Guaz. Scanarol. & Farinac. *in loc. cit.* Cartar. *de interrog. reis lib.* 4. *c.* 1. *n.* 160. *& ſeqq. ad* 165. Conciol. *d. reſol.* 12. *vbi in fine*, quòd tormentum Vigiliæ propter eius atrocitatem non poteſt diuidi, nec repeti.

Qualiter vſque ad tres vices incluſiuè, (quando maximè vrgentia erant indicia) poſſit repeti tortura abſque nouis indicijs, ſi reus confeſſus in tormento ductus ad ratificandum negat, ac ita ſecunda, & tertia vice ſe gerit, nam poteſt torqueri vſque ad tertiam vicem, & ſi etiam poſtea nolit ratificare debet abſolui cum clauſula, *rebus ſic ſtantibus*, vel dimitti ſub fideiuſſione, vel etiam poteſt condemnari in pœnam arbitrariam quando per malitiam confiteretur delictum in tortura ad euitandam ipſam torturam, & poſtea nollet ratificare confeſſionem extra torturam, cùm tunc non poſſit dici ſufficienter purgaſſe indicia, Clar. *§. fin. quaſt.* 21. *verſ. vlterius quaro*, Conciol. *reſol. crim. verb. Confeſſio reſol.* 1. *per tot.* D. Fulu. Maioran. *in Opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 9. *num.*

9. *num.* 98. *& ſeqq. fol.* 257. Vulpin. *in ſuco*, Farinac. *quæſt.* 38. *num.* 26. & ipſe Farinac. *d. quæſt.* 38. *num.* 91. *& ſeqq.* dixi *in Pract.* §. *Tortura num.* 21. & in hoc Opere §. *Confeſſio num.* 59. Dian. *part.* 4. *tract.* 6. *reſol.* 23. *&* 24. Zuff. *de legit. proceſſ. lib.* 3. *quæſt.* 190. *num.* 1. *& ſeqq. per tot.* Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 3. *quæſt.* 20. *num.* 57. *&c.* Sanfelic. *deciſ.* 252. vbi quòd ter confeſſus, vt ſupra, & totidem negans, vel ratificare recuſans, poteſt adhuc pœna extraordinaria puniri, cùm indicia, quæ ante dictas torturas vrgebant, non ſolum non fuerint purgata, ſed imò ex torturis cum confeſſionibus orta ſint noua indicia, & ideò in caſu ſuo fuit condemnatus ad exulandom per quinquennium extra Prouinciam, Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 2. *quæſt.* 16. *per tot.* vbi de iure conuenit cum prædictis, ſed in Regno Siciliæ extare prouiſionem, quòd varians, vt ſupra habeatur pro confeſſo, ne tortura reddatur eluſoria; diſputat tamen an huiuſmodi tacita ratificatio ſufficiat ad pœnam ordinariam refert DD. hincinde, & quemdam in Magna Curia fuiſſe vltra decem vices tortum, nec vnquam ratificare voluiſſe, ſed poſtea cum Curia compoſuiſſe.

Quòd etiam tortura teſtium poſſit repeti quando variant, ſed ſuperueniunt noua indicia, & quando repetuntur in faciem rei, cùm huiuſmodi repetitio ſit facienda cum omnibus qualitatibus primi examinis, Guazin. *def.* 19. *cap.* 13. Farinac. *quæſt.* 79. *num.* 81. *& ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 19. *num.* 201. *fol.* 389. vide *in* §. *Teſtes nu.* 24 *&* §. *Repetitio nu.* 1. vbi quòd in repetitione non ſeruatur de conſuetudine.

Quòd non poſſit repeti tortura, quando rei examinantur pro habenda vlteriori veritate aduerſus complices, & ſocios, ſuper alijs delictis, & non debeat excedere ſpatium mediæ horæ, aliàs prodeſſet ad diminutionem pœnæ, Cartar. *de execut. ſent. capt. bannit. cap.* 2. *num.* 90. Guaz. *def.* 30. *cap.* 9.

Et quando ſit locus huiuſmodi torturæ ſuper alijs delictis, vel ſocijs, Clar. §. *fin. quæſt.* 64. *nu.* 8. *&* 44. Card. Tuſch. *lit. T. concluſ.* 334.

Quòd quando non extant indicia particularia, non debeat dicta tortura excedere quartam partem horæ, dixi *in Pract.* §. *Tortura nu.* 24.

Circa quam repetitionem torturæ eſt etiam notandum, quòd ſi repetatur ex eiſdem indicijs non ſufficienter purgatis, non eſt opus aſſignare nouas defenſiones ipſi reo torquendo, nec admittitur quod ipſe vellet deducere, & probare poſt primam torturam, & ante repetitionem, niſi tenderet ad eius innocentiam detegendam, ſecus autem ſi eſſet repetenda ex nouis indicijs, vel ageretur de repetitione torturæ in proceſſu informatiuo illatæ, nam his caſibus opus eſſet aſſignare reis defenſiones ante repetitionem, & ſi elidantur indicia ceſſat repetitio, Cartar. *de interrog. reis lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 165. *& ſeqq. ad* 208. vbi benè quinque caſus diſtinguit Farinac. *quæſt.* 39. *verſus finem*, *& quæſt.* 38. *num.* 100. *& infra nu.* 24. *in fine*.

Quòd tortura regulariter non poſſit repeti, etiamſi in tormentis ipſis, vel ſtatim poſt tormenta tortus ſuam reuocaret confeſſionem, Fab. *in ſuo Cod. tit. de quæſt. deciſ.* 5. Ricc. *Collect.* 574. vbi ponit ſex limitationes; Conciol. *reſol. crim. verb. Tortura reſol.* 12. *per tot.* vbi quòd tortura regulariter non poteſt repeti, niſi noua ſuperueniant indicia, re, & ſubſtantia à primis diuerſa, vel quando reus non fuit ſufficienter tortus, vel confeſſus noluit ratificare, vel niſi tortura fuerit diuiſa, & alia ad declarationem prædictorum, Zuff. *de legit. proceſſ. lib.* 3. *quæſt.* 190. *&* 191. vbi qualiter confeſſus in tormentis ſi nolit ratificare poſſit pœna extraordinaria, etiam corporali, puta triremium puniri ſaltem de conſuetudine, & alia ad rem.

16 Tortura quomodo probetur illata, & an per aſſertionem ipſius torti, vide DD. allegatos per Guaz. *def.* 32. *cap.* 31. *num.* 18. *&c.* Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concluſ.* 1384.

Quòd tortura cum fune ſubtili magis crudelet quàm cum groſſa, item ex modo ligandi, ſquaſſationum, ictuum, qui non poſſunt eſſe vltra tres, & quando torquendus eſſet in vno brachio impeditus, poteſt per alium brachium ſolum torqueri, imò tunc cum minori moleſtia, & periculo dummodò ictus non inferantur, quia hoc modo eſſent valdè periculoſi, ad tradita per Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. lib.* 6. *tit.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 2. *& ſeqq. per tot.*

Tortura mandatarijs illata, ſi in negatiua perſtiterint, prodeſt etiam mandanti, Giurb. *conſ. crim.* 87. *n.* 4. Farin. *conſ.* 130. *n.* 14. *lib.* 2. Conciol. *reſol. crim. verb. Reus reſol.* 5. *nu.* 3. *& verb. Tortura reſol.* 10. *nu.* 4. vide *in* §. *Exculpatio*, *&* §. *Mandatum n.* 27. *in fine*. 17

An autem tortus poſſit interrogari de ſocijs, & mandantibus, Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 2. *quæſt.* 15. vbi quòd non de iure, niſi in caſibus exceptis, ſecùs autem de conſuetudine Italiæ, vt dixi *in* §. *Confeſſio*, *&* §. *Socius*.

Quòd tortura illata principali, qui fuit negatiuus ſuffragetur imputatis de auxilio, vel fauore, nam vbi dicimus non deliquiſſe principalem, dicendum eſt, nec deliquiſſe acceſſorios, Menoch. *de arbitr. caſ.* 351. *nu.* 12. Baiard. ad Clar. *quæſt.* 88. *num.* 6. Guaz. *def.* 19. *cap.* 18. *n.* 1. *in fine*, *& defenſ.* 30. *cap.* 40. *num.* 1. Conciol. *verb. Tortura reſol.* 10. *per tot.* vbi ampliat idem eſſe in ſocio criminis ad Farinac. *quæſt.* 43. *nu.* 10. *& ſeqq. & conſ.* 161. *nu.* 1. *&c. lib.* 2. vbi de ſocio exculpante ſocium in tortura; alias autem debilitat tantùm, ſed non tollit in totum indicia contra ſocium militantia, & ego vidi ſæpè Florentiæ plures ſocios inquiſitos de grauibus delictis, omnes torqueri pro menſura indiciorum contra ſingulos militantium, non obſtante quòd primi torti fuerint negatiui, & ob id illos fuiſſe abſolutos, & alios pro eadem cauſa confeſſos, & ratificantes, ac ſeruatis alijs ſeruandis fuiſſe furca ſuſpenſos, vel ad triremes tranſmiſſos iuxta qualitatem delictorum, facit quod dixi *in* §. *Exculpatio per tot.*

Et pro obſeruantia Florentiæ hoc numero allegata, vide Cyriac. *contr.* 354. *num.* 23. *& ſeqq.* Maſtrill. *deciſ.* 246. Caualcan. *de Brach. Reg. part.* 4. *nu.* 156. & nouiſſimè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap* 7. §. 2. *&* 3. *num* 70. *& ſeqq.* qui reddunt rationem quia tortus non abſoluitur tamquam innocens, & ſic poteſt eſſe quod delictum commiſerit, licet torturam ſuſtinuerit, & ſic negatiua voius non reddit erroneam, neque dubiam confeſſionem aliorum, alias ſufficienter verificatam.

Tortus ſi ſuſtinuerit negatiuam, an ſit deffinitiuè abſoluendus, vel cum clauſula ex hactenus deductis, vel rebus ſic ſtantibus, dic quòd de iure eſſet deffinitiuè abſoluendus, ita vt ampliùs moleſtari non poſſit; de conſuetudine verò Tribunalium abſoluitur cum dictis clauſulis, vel relaxatur ſub fideiuſſione de ſe repræſentando ſine abſolutione, ſed antequam aliquo modo abſoluatur, vel relaxetur debet intimari accuſatori, vel denunciatori, & procuratori fiſcali cum termino ad deducendum, & probandum quidquid volunt, & poſſunt, Guaz. *def.* 30. *cap.* 40. *nu.* 11. *&c. c.* 44. *per tot.* Menoch. *lib.* 1. *quæſt.* 93. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 288. *n.* 30. *& caſ.* 93. *nu.* 23. *&c.* Farinac. *quæſt.* 4. *nu.* 26. *& ſeqq.* Conciol. *reſol. crim. verb. Reus reſol.* 5. *nu.* 11. D. Fulu. Maioran. *in Opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 9. *nu.* 83. *& ſeqq. fol.* 253. vbi etiam ſi confeſſus fuerit, qualiter opus ſit ratificatione, & qua forma facienda, vide *in* §. *Confeſſio num.* 59. Ricc. *Collect.* 1567. vbi quando poſſit pœna arbitraria, etiam triremium condemnari, non obſtante quòd ſuſtinuerit in tortura, vide *ſupra num.* 11. *& infr. num.* 24. latè Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 26. Guaz. *def.* 30. *cap.* 40. *nu.* 1. *& ſeqq.* 18

Dicta tamen intimatio poſt torturam fienda accuſatori, non ſeruatur Florentiæ.

Quòd ſi ſemel ſuſtinuerit negatiuam in tortura, etiamſi poſtea nominaretur à duobus, vel pluribus ſocijs eiuſdem delicti, ſuper quo fuit tortus, non poſſit in pœnam ordinariam condemnari, Franch. *deciſ.* 577 Baldaſſar. de Angel. in Addit. ad Gizzarel. *deciſ.* 78. *num.* 6. & ibidem Didac. Mari. *num.* 8. vide *in* §. *Societas num.* dixi *in Pract.* §. *Tortura num.* 23. quod meam Practicam, hic relatam citat, & ſequitur nouiſſimè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 1. §. 10. *num.* 51. vbi quòd quando quis fuit indebitè, vel exceſſiuè tortus, non poteſt in pœnam delicti ordinariam condemnari, quia tortura indebitè illata debet cedere in diminutionem pœnæ, ad Giurb. *conſ.* 43. *nu.* 32. Burgos *de mod. proced. ex abrupt. quæſt. vlt. n.* 160. *& ſeqq.* Ricc. *de pub. iud. quæſt.* 33. *nu.* 36. *part.* 1.

Quòd ſemel tortus, & negatiuus ſi ſuperueniant noua indicia à primis ſpecie, & ſubſtantia diuerſa poſſit iterùm torqueri, Dian. *part.* 4. *tract.* 6. *reſol.* 16. vbi de praxi Tribunalium Sanctæ Inquiſitionis, *ſupra nu.* 11.

Quòd ſi poſt torturam, in qua reus ſoſtinuit negatiuam ſuperueniat nouæ probationes, poſſit ex illis condemnari, etiam in pœnam ordinariam delicti, nullo tamen habito reſpectu ad probationes torturam præcedentes, & per illam purgatas, ſed ex ſubſequentibus tantùm non purgatis ſi per ſe ſint de iure ſufficientes, Matthæu. Sanz. *d. contr.* 26. *numer.* 24. *& ſeqq.* vbi declarat Franch. *d. deciſ.* 577. *& deciſ.* 570. *num.* 2. & Ricc. *in addit. ad d. deciſ.* 577.

19 Tormentum *Vigiliæ* (ſic dictum quia in ſui origine reus in ſcamno ſedere cogebatur per quadraginta horas, & vltra abſque eo quòd ſe mouere, vel dormire permitteretur) hodiè modo, quo practicatur eſt atrocius tormento funis, & ideò non adhibetur niſi in delictis atrociſſimis, ac ſtantibus indicijs vrgentiſſimis, ferè indubitatis, ac proximis, & non remotis, & in ſuo genere concludenter probatis; non debet excedere decem horas, vel ad ſummum duodecim, quindecim, & ſecundum aliquos vſque ad viginti; eodem die non debet præcedere aliud tormentum; poteſt inferri etiam mulieribus, quæ in hoc, ſicut & in tormento funis minus patiuntur quàm homines, debent tamen ab hoc contra mulieres abſtinere iudices ob honeſtatem, & in omnem caſum priùs conſulere Principem; plura ſunt per iudicem circa huiuſmodi tormentum animaduertenda, & præcipuè ne reus ſtet adeò brachijs eleuatus, vt eodem tempore patiatur tormentum Funis, & Vigiliæ, non repetatur, non diuidatur, non inferatur reo, qui aliàs pro eodem delicto fuerit tortus, torquendus abradatur in omnibus partibus, poſtea ſpeculum ei anteponatur, continuò iudex, notarius, Medicus, vel Chirurgus carcerum aſſiſtant; ex quibus ſignis cognoſcatur deficientia rei in tormento, neque ex colore, ſudore, voce, anhelitu, & reſpirandi difficultate, intumeſcentia gutturis, & colli, liuore vnguium, & cæterarum partium, diſſolutione membrorum, ſpuma oris, languore corporis, & huiuſmodi, & quomodo iudex debeat tunc facere deponere reum à tormento, & remedia opportuna adhibere, alias ipſe teneatur etiam de homicidio, ſi reus ex ſua negligentia in tormento moriatur; quod tormentum Vigiliæ poſſit quandoque adhiberi loco torturæ funis, etiam in delictis ordinarijs, quando reus haberet impedimentum pro fune, quod non militaret in Vigilia iudicio peritorum, quo caſu tamen deberet eſſe ad proportionem funis, & ad ſummum non excedere quinque, vel ſex horas, & ſine abraſione pilorum; quinam ſint morbi peculiares, qui impediunt tormentum Vigiliæ, & alia, vide latè per Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. lib.* 6. *tit.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 19. *& ſeqq.* vbi deſcribit tormentum Vigiliæ, ſiue Capræ, vel Cauallетti, *& quæſt.* 5. *&* 6. *per tot.* Scanarol. *de viſit. Carcer. lib.* 2. §. 6. *cap.* 4. *num.* 11. *& ſeqq. per tot. & in Appendice* §. 3. *cap.* 6. *per tot. fol.* 43. vbi ponit picturam huiuſmodi tormenti, & omnia in eo animaduertenda, *& in dicta Append. cap.* 7. *fol.* 44. *& cap.* 35. *fol.* 74. Guazzin. *def.* 30. *cap.* 21. Farinac. *quæſt.* 38. *num.* 71. *&c.* Conciol. *verb. Tortura reſol.* 16. *nu.* 2. cum alijs per eos citatis, & dixi *in Pract.* §. *Tortura nu.* 28. *& ſeqq.*

20 Tormentum *taxillarum*, vulgò *la Stanghetta, ò il Dade* paruipenditur à iudicibus, & Doctoribus, qui parum in eo confidunt ad eruendam veritatem propter fraudes, quæ in illo inferendo à tormentario adhiberi poſſunt, quamuis his ceſſantibus, intenſiſſimum afferat dolorem propter partis ſenſibilitatem magnam, ita vt à nonnullis inhumanum appelletur, de quo Farinac. *quæſt.* 38. *num.* 67. *&c.* Bernardin. in Schol. ad Ambroſin. *lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 2. *Proceſſ. informat.* Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. lib.* 6. *tit.* 2. *quæſt.* 7. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi etiam de morbis peculiaribus hoc tormentum impedientibus, Cartar. *Pract. interrog. reor. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 9. vbi ponit formulam conſtituendi reos in hoc tormento per quartam partem horæ, Ambroſin. *d. Proceſſ. informat. lib.* 4. *cap.* 11. vbi per ſpacium duorum miſerere, vel trium, ſeu quatuor Pater Noſter vt notat Guaz. *def.* 30. *c.* 21. *nu.* 11. vbi quòd ſolet adhiberi in parte ſiniſtra, ſi non ſit impedita, quamuis Cartar. *vbi ſupra*, loquatur de parte, ſiue pede dextro, ſed hoc parum referre puto, & quoad ſpatium temporis ſeruatur opinio Ambroſini, & Guazzini; ſcio fuiſſe alias reprehenſum quemdam iudicem Piſarum, qui per quartam partem horæ tale tormentum adhibuerat, licèt interpollatum, & poterat excuſari per Cartar. *vbi ſupra*.

21 Tormentum *Sibillorum* eſt omnium leuiſſimum, & minus periculoſum, ſolet adhiberi cum pueris, vel mulieribus, & in caſibus leuibus, niſi obſtet chiragra, prout etiam *Ferula, Virga, & Scutica* ſunt proprium tormentum puerorum, Brun. *de indic. & tort. part.* 2. *quæſt.* 2. *nu.* 6. *&c.* Farinac. *quæſt.* 38. *nu.* 68. *&c.* Paul. Zacch. *d. quæſt.* 7. *num.* 4. *&c.* Quoad tempus ſeruatur idem vt ſupra in tormento taxillorum.

22 Tortus, vel torquendus vtens ſchedula inſcripta verbis ſacris, crucibuſque ſignata ſuperſtitionem ſapientibus, ne cogatur fateri delictum, debet puniri quandoque pœna vltimi ſupplicij, ſi nempè contineat inuocationem Dæmonum expreſſam, vel alia arbitraria mitiori, ſi contineat ſolam ſuperſtitionem, DD. *in l.* 1. *C. nemini liceré nomen Saluatoris, &c.* Sanfelic. *deciſ.* 265. vbi infert tenorem dictæ ſchedulæ ſuperſtitioſæ, quam dicit fuiſſe conſideratam tamquam indicium, quod alijs iunctum grauabat reum in delicto, de quo in Curia ſæculari erat inquiſitus; nam ſi conſideretur tamquam ſortilegium, vel ſuperſtitio ſapiens hæreſim, non poteſt à iudice laico puniri, iuxta ea, quæ dixi *in* §. *Hæreſis n.* 4. *& n.* 11.

Sed quòd potiùs fixæ imaginationi, quam maleficio ſint attribuenda huiuſmodi remedia, notat Poſſent. *ſingul.* 295. *per tot.* vide citatos ſupra *n.* 3. *in fine*.

Quòd qui inuentus eſt vti ſortilegio ad eludendum tormenta poſſit iterum torqueri, Fab. *in Cod. tit. de quæſt. dec.* 3. Nouar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect.* 197. *n.* 25. & cum de anno 1678. mihi eueniſſet caſus ſub die 20. Septembris in cauſa contra Roccum Bettinum, fuit dictum quòd poterat augeri tortura, vel conteſtato hoc nouo delicto ſortilegij, quod citra hæreſim eſt mixti fori ad Cabal. *caſ.* 223. *n.* 67. *& ſeqq.* cum nouo termino defenſionis aliqua pœna arbitraria condemnari, ſicuti condemnatus fuit in libris 200. tam pro dicto bulettino reperto ante eleuationem, quàm pro delicto principali, cuius augebat indicia, vt in filcia Negociorum Magiſtratus DD. Octo 2455. dicti anni 1678. facit Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 60. *per tot.* vbi de ſortilegio libidinis cauſa, vt ſit mixti fori, dummodò hæreſim manifeſtam non ſapiat, &c.

23 Tortura tamquam actus meri imperij non poteſt à iudice alteri delegari, niſi delegatio fiat Collegæ; imò Collega non opus habet commiſſione, vel delegatione, cùm ex pluribus iudicibus vnicuique competat iuriſdictio in ſolidum, vt probat Sanfelic. *deciſ.* 350. *nu.* 9. *& ſeqq.* vide Hieron. Calam *tract. de Præeminent. M. C. V. cap.* 42. *per tot.* vbi plura an tortura poſſit per Commiſſarium teſtibus extra Tribunal irrogari ex proceſſu informatiuo.

An, & quando tortura ſit meri imperij, Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 2. *quæſt.* 6. *per tot.* Cala *loc. cit.*

Florentiæ tamen ad euitandas expenſas conductura Carceratorum, vidi quandoque executionem torturæ, tam pro liquidatione proceſſuum, quàm pro pœna inferendæ, committi Rectoribus iuſtitiæ locorum, in quibus detinebantur carcerati; & Cancellarios ipſos Magiſtratus DD. Octo Baliæ miſſos ad fabricandum proceſſus informatiuos, torturam teſtibus pro habenda veritate inferre, licèt quandoque fuerit dubitatum de facultate, & non ſine ratione ex prædictis.

24 Torti, vel torquendi ſolent quandoque vti varijs remedijs, & bulettinis ne ſentiant dolorem, & ne cogantur fateri veritatem, vt dixi ſupra *num.* 22. & quandoque quibuſdam placentulis ex farina, & rebus alijs confectis, ac etiam ſolent comedere bullettinos, in quibus deſcripta ſunt nonnulla verba, & aliqui dum ligantur proferunt ea voce ſubmiſſa, & ideò nec iudex debet multum eſſe circumſpectus, permittat eos tacitè ſecum loqui, ſed interrogando interrumpere.

Et quoad dictas placentulas, quas pro remedio ſingulari, & tuto contra tormenta arbitrantur ego recordar quòd cũ de anno 1673. menſe Decembris in Tribunali DD. Octo Baliæ Virorum, quidam Anton. Bernardiux de Florentia inquiſitus de pluribus furtis cum fractura apothecarum, fuiſſet poſitus in tormento *Capra* per octo horas decretato, & circa tres horas faſſus fuerit omnia, ſed confeſſionem ratificare noluerit, poſt paucos dies iterùm poſitus in eodẽ tormento *Capra*, illud per dictas octo integras horas (non computatis primis) conſtanter ſuſtinuit abſque vlla lamentatione, vel doloris oſtenſione, quod cùm mihi, & alijs admirationem attuliſſet, venit ad notitiam, fuiſſe eidem medio amicorum ſubminiſtratum ſecretum dictarum placentularum, qui cùm vidit ſe apponendum tormento

præ-

prædicto, petijt commoditatem exonerandi ventrem, & interim deglutijt, vel manducauit dictas placentulas, quæ (vt ferebatur) fuerunt in cauſa ne ſentiret dolorem, & ne fateretur delicta, pro quibus fuiſſet furca ſuſpenſus, ſed nihilominus ea alia cauſa fuit ad triremes tranſmiſſus. Et iterum ſub die 30. Octobris 1676. quidam Iacobus de Badignanis de Valle Morotti Poſteriæ Arcis Sancti Caſſiani Romandiolæ, cui ex cauſis plurium exploſionum archibuſatarum contra diuerſos, & homicidij fuerat decretum tormentum *Capræ* pro duodecim horas, cum prima vice eidem tormento ſuppoſitus omnia faſſus fuerit in termino duarum horarum cum dimidia circiter, & poſtea ratificare noluerit iterùm ſuppoſitus conſtanter negatiuam ſubſtinuerit in eodem tormento per nouem horas cum dimidia, quæ computatis primis implebant totum tempus decretum, quod magis iuridicum fuit reputatum, maximè in tormento tam longo, & atroci, quod ideò iuxta ſuperiùs dicta repeti non poteſt, ſed benè in his caſibus confeſſionum non ratificatarum continuari vſque ad tempus decretatum, & dictus Iacobus fuiſſet abſolutus, niſi ex alijs cauſis eſſet iam ad triremes vita durante damnatus; vel non tam acriter tortus, ſed cùm eſſet homo facinoroſus, & indiciatiſſimus ad triremes arbitrariè damnatus, & tranſmiſſus, quæ fieri poſſe de iure conſtat ex traditis per Ricc. *Collect.* 1567. Laurent. Matthæu. & Sanz. *tract. de re crim. contr.* 26. & alios per me citatos ſupra *num.* 11. *&* 18. quibus addo Poſſent. *ſing.* 234.

Et de maleficio taciturnitatis, alijſque remedijs naturalibus ad occupandum ſenſus, ne ſentiant dolorem vel ad impediendam loquelam, Torreblanc. *tract. de Magia lib.* 2. *cap.* 23. *per tot.*

Et ita ſeruatum fuit cum approbatione Sereniſſimi Magni Ducis, me proponente contra votum D. Auditoris ſubſtituti Bandarum ſub die 23 Februarij 1677. in quodam Laurentio Fini Gamberucci de Caleta, qui cùm eſſet indiciatiſſimus de aſſaſſinio (in quo delicto etiam de iure licitum eſt iura tranſgredi) licèt per ſeptem horas ſuſtinuerit negatiuam in tormento *Capræ*, cum ſolito præambulo octauæ circiter partis horæ funis in fero antecedente, fuit exiſtimatus non purgaſſe ſufficienter indicia, & arbitrariè damnatus, ac ſtatim ferè tranſmiſſus ad triremes per ſeptennium, (ſicut, & eius ſocij ex alijs tamen cauſis, cùm non eſſent adeò indiciati) per Magiſtratum DD. Octo Baliæ Florentiæ Virorum, vt conſtat in Giornali Negociorum 651. fol. 316.

An autem in dicto caſu repetitionis, ſiue continuationis tormentorum opus ſit aſſignare reo nouas defenſiones ante repetitionem, vide Cariar. *de interrog. reis lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 165. *& ſeqq. ad* 208. vbi quinque caſus diſtinguit D. Fulu. Maioran. *in Opoprax. crim. lib.* 2. *c.* 9. *nu.* 100. *&c. fol.* 257. & dixi ſupra *num.* 15. *verſ. circa quam repetitionem.*

Quòd ſi confeſſus in tormentis nolit ratificare, non allegando errorem confeſſionis, nec aliud releuans præter dolorem torturæ, cùm iam habuerit ſolitum terminum defenſionum, poſſit denuò torqueri, vel in pœnam extraordinariam condemnari iuxta ſuperiùs notata abſque alio termino defenſionum, ac ita fuiſſe pluries ſeruatum, recedendo ab opinione Auditoris Franciſci Venturini, & ſequendo veſtigia, rationes, & auctoritates Cartar. *de interrog. reis lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 165. *& ſeqq. ad* 208. ac Farinac. *quæſt.* 38. *n.* 100. me proponente dixit Magiſtratus DD. Octo Baliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ ſub die 5. Februarij 1677. in cauſa contra Petrum Antonium de Pietrantonijs, & alios birruarios, ac ita fuit approbatum à Sereniſſimo Magno Duce, & pro eo ab Illuſtriſſimo D. Æmilio Lucio Auditore fiſcali meritiſſimo, vt conſtat in filcia Negociorum dicti Magiſtratus ſub nu. 2233.

25 Tortura licet non poſſit inferri niſi priùs conſtet de corpore delicti, vt dixi ſupra *num.* 4. tamen fuit quandoque dubitatum an pro inueniendo corpore delicti, ſiue potius rebus furatis poſſit deueniri ad torturam, ſicut fuit deuentum à quodam iudice Anglaris de anno 1677. in cauſa contra Ioannem Antonium Franciſci de Montemerculo, & reſolutum fuit non licuiſſe, ac ob id cauſa auocata à dicto Tribunali ad Magiſtratum DD. Octo Baliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ, vbi confeſſio de delicto emanata ex dicta tortura fuit habita pro nulla, quia licèt non pro inueniendo corpore delicti (vt dicebat præfatus iudex) ſed rebus furatis poſſit quandoque tortura inferri, debet fieri ſeruatis ſeruandis, hoc eſt conſtito priùs aliter de corpore delicti, veluti per relationem ſtatim Curiæ factam, ſubitas conquæſtiones, acclamationes, præexiſtentiam rerum furatarum, fracturam oſtij, capſæ, vel ſcattularum, vt conſtabat in caſu prædicto, præcedentibus legitimis indicijs, & aſſignato ſolito defenſionum termino, ex traditis per Carpzou. *in prax. crim. quæſt.* 108. *nu.* 21. Zuff. *de legitimat. proceſſ. quæſt.* 20. *num.* 6. & non ex abrupto in proceſſu informatiuo, prout fecit dictus iudex Anglaris, cui non habenti aliquam præeminentiam id minimè licebat, ſicut vltra per me citatos ſupra *n.* 8. tradunt Io. Anton. de Nigr. *in cap.* 51. *cum ſcelerati num.* 44. *tit. de offic. Magiſtr. iuſt.* Simanch. *contr. hereſes tit.* 65. *de torment. num.* 64. & Tap. *deciſ.* 22. *per tot.* fuit tamen excuſatus in foro temporali, & monitus tantùm pro alijs vicibus, cùm prius requiſierit conſilium à ſuperioribus, & non obtinuerit, Raynald. *rer. crim. cap.* 1. §. 1. *ad* 7. *num.* 159. *&c. fol.* 97.

Verùm quia agebatur de cauſa graui, & dictus reus nulliter confeſſus, poſtea ſciens, & ſponte pluries dictam ſuam nullam confeſſionem expreſsè ratificauit ſocios nominando, & plures circumſtantias exprimendo, fuiſſent in Magno periculo pœnæ furcarum iuxta notata per me in Compendio iudicis perfecti *num.* 68. niſi fuiſſet in carceribus morte naturali præuentus, & ideò dicta confeſſio, vt ſupra pluries ſponte confirmata fuit habita in magna conſideratione, etiam contra ſocius nominatos, inter quos ipſius confitentis filius, quem non eſt veriſimile voluiſſe contra veritatem aggrauare, & iunctis alijs indicijs, cùm eſſet carceratus fuit non leuiter tortus, & alius, qui fracto carcere auſugit in pœnam furcarum præmiſſis ſolitis citationibus damnatos, iuxta praxim, quàm docet Farinac. *quæſt.* 30. *num.* 43. quidquid ſuperficia iret non penetrando merita cauſæ, nec doctrinas applicabiles, in contrarium D. Auditor ſubſtitutus Bandarum, ſiue forſan eius Cancellarius vocauerit pro relaxatione dicti carcerati cum fideiuſſore, & ſuſpenſione proceſſus quoad alium, qui fracto carcere fugerat, & citatus erat contumax, vt conſtat ex proceſſu, & negocio in dicta cauſa contra Ioannem Antonium Franciſci de Montemerculo, & alios, per me expedita in Magiſtratu DD. Octo de anno 1678. in menſe Iunij, ſiue Iulij.

Et vbi ageretur de homicidio, nec reperiretur cadauer, quod mille modis occultari poteſt, ſi occiſus fuerit cum aliquo viſus, & poſtea per ſpatium temporis non reperiatur, ſtante fama mortis, vel alijs indicijs de morte, poteſt ille ſocius inquiri, interrogari, & torqueri, vt indicet vbi reperiatur N. cum quo fuit viſus, aſſignatis tamen prius defenſionibus; ſecus autem ſi ſimplex aſſociatio eſſet probata abſque fama, vel alijs indicijs de morte, nam tunc eſſet dimittendus cum cautione in forma, ſicuti pluriès vtroque caſu ſeruatum fuiſſe teſtatur Sanfelic. *deciſ.* 28. *per tot.* cum quo conueniunt Carpzou. *quæſt.* 108. *nu.* 21. & Zuff. *de legit. proceſſ. quæſt.* 20. *per tot.* vbi videtur reſpicere indicia indubitata.

Et etiam non probata dicta aſſociatione, ſed ſtante fama inconcuſſa de certo homine occiſo, factiſque diligentijs de illo inueniendo viuo, vel mortuo, & nullo modo reperto, ac alijs indicijs de morte concurrentibus, dici ſufficienter conſtare de corpore delicti ad effectum ſpecialiter inquirendi, & torquendi indiciatos de homicidio negantes, aſſignatis tamen prius ſolitis defenſionibus, fuit reſolutum à Rota criminali Florentiæ Menſe Ianuarij 1683 in cauſa contra Arcangelum de Scalis, & alios, per doctrinam Farinac. *quæſt.* 2. *num.* 9. *& ſeqq.* Carpzou. *d. quæſt.* 108. *n.* 11. *& quæſt.* 16. *n.* 26. Caren. *de off. S. Inquiſit. tit.* 1. §. 4. *n.* 25. *&* 26. & aliorum in motiuis citatorum, vide *Corpus delicti.*

Tortus indebitè, etiamſi fateatur delictum, & ratificet, 26
debet abſolui, ita vt etiam ſecundum aliquos totus proceſſus corruat, licèt verius ſit proceſſum non corruere, nec vitiari, niſi quoad torturam, & confeſſionem, & ideò ſi ex proceſſu legitimè facto ante torturam indicia vrgentia reſultent, poterit tortus ratione illorum pœna extraordinaria puniri, quia non fuerunt purgata per leuem torturam, in qua negatiuus non perſtitit; nam licèt ex eo quòd quis iniuſtè, vel indebitè torqueatur, actus torturæ, & confeſſionis nullius ſint efficaciæ, indicia præcedentia non poſſunt dici purgata, quando reus crimen fatetur,

ſatis enim nullitati tribuitur, ſi tortura, & confeſſio nullum producant effectum abſque eo quod proſint in alio confitenti, vt egregiè probat Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 27. *nu.* 26. *& ſeqq.* vbi allegat Baiard. ad Clar. *quæſt.* 64. *nu.* 3. Guaz. *defenſ.* 4. *cap.* 3. *nu.* 19. *& alios*. vide *in §. Confeſſio nu.* 56. *&c.*

Qualiter confeſſio emanata ex tortura ſine legitimis præcedentibus indicijs, ſit nulla, & non præiudicet, etiam ratificata millies cum iuramento, & licèt poſtea ſuperueniant legitima indicia, ita vt nec etiam alijs nominatis obſit, latè Franciſc. de Angelis *tract. de Confeſ. lib.* 3. *quæſt.* 16. *per tot.* vbi tamen *nu.* 29. quòd ſecùs eſt in ſpontanea confeſſione, de qua dixi *in §. Confeſſio num.* 47. *in fine*, *& in §. Inquiſitio nu.* 11.

27 Tortura quando irrogatur in caſibus exceptis alicui reo confeſſo, vel conuicto de ſe, ad habendos ſocios, & complices, licèt debeat fieri cum proteſtatione, vt dixi ſupra *nu.* 11. *&* 14. tamen non eſt neceſſaria talis proteſtatio, quando datur tortura poſt ſententiam condemnatoriam, prout fieri poſſe, & ſeruari in multis tribunalibus, condemnando ſcilicèt reum confeſſum, vel conuictum in pœnam capitis, vel furcarum, & torturam poſt ſententiam, ad habendos ſocios, & complices inferendam, colligitur ex text. *in l. qui vltimo* 29. *ff. de pœnis*, ibi, *Sæpè ideo ſeruari ſolet poſt damnationem, vt ex his in alios quæſitu habeatur*, Peguer. *deciſ.* 5. *num.* 29. Farinac. *quæſt.* 40. *num.* 28. & alijs, quos refert, & ſequitur Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 26. *num.* 28. *& ſeqq.* Maioran. *in Opoprax. crim. lib.* 1. *num.* 31. *fol.* 105.

Florentiæ tamen numquam vidi hanc praxim torquendi poſt ſententiam ſeruari, ſed tantùm audiui, ſemel ordinatum fuiſſe à D. à Secretis criminalibus anteceſſori meo, quendam condemnatum, denunciata prius illa morte, tamquam cadauer in caput alienum torqueri, & factam fuiſſe difficultatem in exequendo, cùm nimis dura, & rigoroſa, ac deſperationis plena praxis videretur; quid verè ſequutum fuerit ignoro, & cùm ſæpius à Senatore, cui commiſſa erat, fuerim interrogatus, an eſſet iuridica, dixi in parte, & partibus ſuſtineri potuiſſe per text. *allegatum in l. qui vltimo* 29. *ff. de pœn.* & alios præcitatos.

Quando autem tortura infertur ſuper alijs delictis iuxta communem, & generalem conſuetudinem totius Italiæ, & non ſolùm ſimilibus, ſed etiam diſſimilibus, debet confeſſus interrogari in genere, & non in ſpecie, niſi adſint antiqua indicia particularia, licèt læuia, & ſi vellet reuocare propriam confeſſionem, præmiſſa ſolita proteſtatione, non auditur, nec ei prodeſt ad euitandam pœnam ordinariam criminis confeſſi; iſta tamen tortura debet eſſe moderata, & non per tormentum Vigiliæ, nec torqueri tamquam cadauer; non procedit in Clerico, nec contra ſimplicem delinquentem, ſed tantùm contra reos malæ famæ, diffamatos, & huiuſmodi, nec in Statu Eccleſiaſtico, vbi dicta conſuetudo eſt limitata in aliquibus caſibus, vt declarat Guaz. *defenſ.* 30. *cap.* 8. *per tot.* cum alijs citatis ſupra *num.* 11.

Si igitur inquiſitus de pluribus delictis, ſit de aliquibus confeſſus, vel conuictus, & de alijs ſpecialiter, ac valdè indiciatus nihil videtur obſtare quin præmiſſa proteſtatione citra præiudicium confeſſorum, & conuictorum poſſit acriter torqueri, & fortè tamquam cadauer ad menſuram indiciorum pro alijs delictis, de quibus non ſit confeſſus, neque conuictus, licèt pro confeſſis, vel conuictis eſſet in gradu pœnæ ordinariæ mortis, vbi agitur de delictis, quæ interſit Reipublicæ detegi cum ſocijs, & ad conſulendum intereſſe partium offenſarum ad tradita per Canale. *de Brach. Reg. part.* 3. *n.* 140. *& ſeqq.*

Et quandoque etiam cum tormento Vigiliæ, vel Capræ ſi delicta non confeſſa, & indicia ſint talia, pro quibus alias poſſet eſſe locus dicto tormento, vt dicebam, interrogatus Florentiæ, & ſeruatum fuit de anno 1683. menſe Auguſti ab Illuſtriſſimo Domino meo Emilio Lucio Auditore fiſcali Sereniſſimi Magni Ducis in cauſa illi delegata contra Ioannem Baptiſtam Centelijum, & alios plures, in qua pro pluribus latrocinijs qualificatis fuerunt damnati ad pœnam furcarum ſex delinquentes partim confeſſi, & partim conuicti ex dictis plurium ſociorum, & alijs vrgentibus indicijs iuxta rigoroſam opinionem Cabal. *caſ.* 185. de qua dixi *in §. Socius num.* 52. & ſententia quoad omnes fuit exequuta in Platea Magna Ducali ſub die 29. Decembris 1683. cum modico malorum terrore, & bonorum ſubleuamine pro iuſtitia benè acta, iuxta illud *Iuſtitiæ Domini rectæ lætificantes corda*, *&c.*

De tortura nonnulla tradunt Bertachin. *Repertor. verb. Tortura*, Ioſeph. Feliu. *Margar. var. concl. eod. verb.* Thoro *Com. deciſ. Neap. part.* 1. *& 2. verb. Tortura*, alijque plures citati à Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Tortura*, & à Com. Auguſt. Fontan. *Bibliotb. legal. part.* 5. *eod. verb. fol.* 744. qui tangunt plures quæſtiones, & indicant DD. illas tractantes.

§. TRANSACTIO. XIV.

TRanſactio eſt de re dubia, & lite incerta non gratuita pactio, *l.* 1. *vbi gloſ. & DD. ff. de tranſact.* & ſecundùm ſtrictam ſignificationem is tranſigere dicitur, qui actionem ſibi competentem inſtitutam, vel inſtituendam aliquo accepto cauſa concordiæ remittit, ac plura de ſignificatione huius verbi tranſactionis, & concordiæ, an verificetur in quocumque receſſu à lite, etiam per deſertionem cauſæ, latè Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 119. *per tot.* Tuſch. *lit. T. concluſ.* 345. *& ſeqq.* Merlin. *deciſ.* 563. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 248. *num.* 1. *&c.* vbi quod eſt receſſus à lite, & actione mota, & mouenda, & dicitur quaſi tranſitus ab actione, eius requiſita ſunt vt fiat ſuper re dubia, ac incerta, & cum mutua compenſatione, aliquo hincindè dato, vel remiſſo, *& part.* 14. *deciſ.* 325. vbi quæ ſit tranſactionis natura, & ad illam ſuſtinendam quid requiratur, Bich. *deciſ.* 490. vbi propriè ſumpta requirit litem, vel eius timorem, latè verò comprehendit omne genus conuentionis, adde Zamoran. *tract. de compenſ. diſput.* 4. *cap.* 23. 1

Multa de tranſactionis materia, quid, & quotuplex ſit, de quibus poſſit tranſigi, vel non, quomodo perficiatur, de cauſis tranſactionum in genere, & in ſpecie, de obligationibus, & actionibus, atque exceptionibus inde reſultantibus, quibus modis tranſactio diſſoluatur, an inducat nouum titulum, an dominium transferat, aliaque plura dubia ad rem reſoluit D. Gregor. Roſſignol. *in Nouiſſ. ſua Praxi Theolog. legal. contract.* 13. *tit. de tranſact. fol.* 452. *& ſeqq. per tot.* Valeron. *tract. de tranſact. per tot.* & omnium plenius Illuſtriſs. D. meus Ioſeph Vrceol. *eod. tract. in tertia editione Lugdunenſi anni* 1687. *cum Addit. eiuſdem Auctoris*, & D. Io. Vrceol. ipſius meritiſſimi filij, vt alias hic dixi.

De tranſactione notant etiam multa Bertachin. *Repertor. verb. Tranſactio*, Ioſeph. Feliu. *Margar. var. concl. eod. verb.* Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.* 1. *& 2. verb. Tranſactio*, alijque plures citati à Caſteion. *Alphab. iurid.* & à Com. Aug. Fontan. *Bibliotb. legal. part.* 5. *verb. Tranſactio fol.* 748. qui tangunt varias quæſtiones, & indicant DD. illas tractantes.

Plura de quæſtione nominis, & rei, ac de requiſitis tranſactionis, doctiſſimè poſt alios ſcripſit, omninò videndus Illuſtriſſimus Dominus meus Ioſeph Vrceolus, vnus ex Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ Auditoribus in eius vberrimo *tract. de tranſact.* longè poſt hæc ſcripta edito *quæſt.* 1. *cum pluribus ſeqq.* ad quem vti ſemper fontem perennem in hac materia recurras, quia omnia miro ordine, ac ſummo ſtudio per centum quæſtiones principales cum multis alijs incidentibus explanauit; addita inſuper deciſionum Rotæ Romanæ ad rem facientium centuria, ſtudio, & opera D. Ioannis Vrceoli digniſſimi tanti Auctoris filij, primum Rotæ Peruſinæ, nunc Rotæ Senenſis pro Sereniſſimo Magno Duce, & maioris expectationis Auditoris.

Qualiter differat tranſactio à pacto poſſit fieri per ſimplex pactum, & per acceptilationem, vel Aquilianam ſtipulationem, vide text. *gloſ. & DD. in l.* 2. *l.* 4. *& 5. ff. de tranſact.* Vrceol. *d. tract. quæſt.* 9. *&* 10. *per tot.*

Quòd tranſactio ſit contractus innominatus, quia habet nomen generis, vltrò citroque obligatorius longè differens à pacto de non petendo, & liberatorio, & dicatur contractus ſemilucratiuus, & alia ad rem, Viui. *comm. opin.* 1003. Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1387. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi etiam latè qualiter agens ex tranſactione probare debeat ex parte ſua impleuiſſe, quibus adde plenè Vrceol. *d. tract. quæſt.* 5. *& ſeqq.* Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 714. *num.* 12. *& ſeqq.* vbi accipitur in genere, & congruit cuicumque conuentioni, & in ſpecie per quam à lite receditur.

Et an ſit contractus ſtricti iuris, vel bonæ fidei, ac de ſignificatione, & differentia huiuſmodi nominum, latè idem Vrceol. *quæſt.7. per tot.* Rot. *par.18. recent. deciſ.654. num.2. & ſeqq.* vbi quòd eſt ſtricti iuris extenſionem, aut reſtrictionem non patitur, ſed reſtringitur ad expreſſa, *& dec.777. num. 1. & ſeqq.*

Quid ſit tranſigere, qualis contractus, de quibus poſſit tranſigi, vel non, & alia maximè pro foro conſcientiæ, Gibalin. *de vniuerſ. negot. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 7. *per tot.*

Tranſactio æquiparatur ſententiæ, habet vim rei iudicatæ, facta ſuper ſorte extenditur ad fructus, acceſſoria, & pœnas, ac valet etiam ſuper veriſimili dubitatione litis nondum motæ, ſed futuræ in ſpe probabili, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 400. *num.* 25. *&c.* Quòd tranſactio, & ſententia paris ſint auctoritatis, & valeat etiam facta de nocte, *l. non minorem*, *C. de tranſact.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.96. num.4. vol.* 2. vbi quòd præualet ſententiæ latè Rot. *par.9. recen. deciſ.* 352. vbi etiam quòd eſt ad hæredes tranſitoria, & ab illis ſeruanda, ac impedit immiſſionem vigore ſubſtitutionis ex aduerſo prætenſam; facit quod dixi in §. *Diuiſio num.* 10. *in fine*, Ludouiſ. *deciſ.* 354. vbi quòd obſtat agenti, & eius hæredibus, cùm pariat exceptionem litis finitæ.

Qualiter tranſactio impediat immiſſionem, & alia remedia executiua, ſi ſit valida, & opponatur ipſi tranſigenti, vel eius hæredi, niſi aliter ſit cautum de iure municipali, vt in aliquibus locis, plenè Vrceol. *tract. de tranſact. quæſt.70. per tot.*

Quòd habeat executionem paratam, idem Gratian. *cap.665. num.*11. Caualer. *deciſ.23. per tot.* Merlin. *dec.*480. *num.*3. Bich. *deciſ.55. num.* 1. vbi quòd creditum vndequaque clarum reddit ad effectum compenſandi, Vrceol. *tract. de tranſact. quæſt.68. & 69.* vbi plura de viribus, & effectibus tranſactionis, & præcipuè quoad executionem paratam, & huiuſmodi.

Quòd impediat litis ingreſſum, cùm habeat vim litis finitæ, & qui tranſactioni nititur dicatur habere fundatam intentionem, ac qualiter ex ea transferatur dominium, Altograd. *conſ.3. num.19. & ſeqq. 26. &c. lib.2.* Gratian. *cap.867. num.47. &c.* Caualer. *deciſ.* 550. *per tot.* Sanfelic. *deciſ.*88. Vrceol. *d. tract. quæſt.70. n.2. & ſeqq. text. in l. Fratris tui* 10. vbi Alex. & alij, *C. de tranſact.* Merlin. *dec.480. num.4. dec* 854. Rot. *par.* 10. *recent. deciſ.312. n.1. & ſeqq. par.13. dec.119. num.7. &c. par.17. dec.153. n.15. & ſeqq & par.18. dec. 732. num. 1. & ſeqq. & dec. 736. num.* 1. vbi quòd ſeruanda eſt tranſactio ne lites per eam finitæ reſuſcitentur.

Quòd multa operetur tranſactio, & quæ vide Tuſch. *lit. T. concluſ.252. per tot.* Merlin. *d. deciſ.480. & deciſ.* 854. & præcipuè Vrceol. *d. tract. quæſt.68. cum pluribus ſeqq. per tot.* Rot. *par. 17. recentior. deciſ.* 153. *per tot. & par. 18. deciſ.* 210. *per tot.* vbi quòd facit de indebito debitum, & eſt ſeruanda in materia iuriſdictionis, *infr. num.* 39.

3 Tranſactio eſt ſpecies alienationis, & ideò prohibitus alienare, prohibetur etiam tranſigere, vt videmus in Prælato, Tiraquel. *de vtroq. retract. tit.1. §.1. gloſ.14. n.66.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 746. num. 16. &c. cap. 674. per tot. cap. 846. per tot.* plenè Vrceol. *tract. de tranſact. q.* 23. *cum pluribus ſeqq.* vbi an, & quando de rebus, & bonis Eccleſiaſticis poſſit tranſigi, vel non, & cum quibus ſolemnitatibus, & quos afficiant, vel non huiuſmodi tranſactiones, facit *infra num.* 14. 27. *& ſeqq.* Rot. poſt Vrceol. *d. tract. deciſ.* 38. *per tot.* vbi quòd ſtante nullitate tranſactionis, præuia illius declaratione, poteſt iudex Eccleſiam manutenere, aut reintegrare.

Quòd tranſactio de rebus Eccleſiæ facta à Prælato requirat omnes ſolemnitates neceſſarias in alienatione rerum Eccleſiæ, niſi fiat cum beneplacito Apoſtolico, quod ſupplet illarum defectum, Duran. *deciſ.* 459. *num.* 1. *&c.* Altograd. *conſ.* 27. *num.* 24. *&c. lib.* 1. vide in §. *Alienatio num.* §. *Prælatus num.2.* §. *Beneplacitum num.* 4. Tuſch. *litt. T. concluſ.350. per tot.* Merlin. *deciſ.* 480. vbi quòd facta cum debitis requiſitis ligat etiam ſucceſſores, & loquitur de funeralibus. Ex quibus cenſeatur vtilis tranſactio de rebus Eccleſiæ, Merlin. *deciſ.* 790. *per tot.* Vrceol. *loc. cit.* vbi plura.

Item quòd iuri contraria non valeat abſque beneplacito Apoſtolico, nec afficiat ſucceſſores, circa præcedentias, Sperel. *deciſ.179. num.7. 8. & 50.* Rot. *par.12. recent. dec.* 124. *num. 9. & ſeqq.* vbi etiam ſi ſit inter duas Eccleſias, ità vt nedum à ſucceſſore, ſed etiam ab ipſo tranſigente, nomine Eccleſiæ impugnari poſſit, vide Vrceol. *loc. cit.*

Idem etiam eſt in minore, qui non poteſt tranſigere ſine debitis ſolemnitatibus, ad latè tradita per Montan. *de tut. cap.33. num.239. & ſeqq. ad* 315. vbi etiam plura de execratione litium, Menoch. *de arbitr. caſ.* 171. *num.* 40. *&c. num.* 74. Vrceol. *de tranſact. quæſt.* 11. *num.* 8. *& ſeqq.* & latiùs *quæſt.22. per tot.* & Rot. poſt illum *deciſ.* 22. *&* 47. vide *in* §. *Minor num.*31. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 125. *num.17. &c. vol.* 2. vbi an detur reſtitutio in integrum aduerſus tranſactionem iuratam, de qua materia idem Vrceol. *d. tract. quæſt.95. per tot.* Rot. *par.* 18. *recent. dec.* 547. *& 623. per tot. in eadem cauſa*, vbi plura pro nullitate tranſactionis initæ ſine ſolemnitatibus ſtatuti Bononiæ.

Quinam prohibeantur tranſigere, vel non Tuſch. *lit. T. concluſ.349. per tot.* latè Vrceol. *tract. de tranſact. quæſt.11. cum pluribus ſeqq.*

Quòd vigore Conſtitutionis Marchiæ tranſactio debeat inſinuari, & non inſinuata ſit nulla, nec iſta ſolemnitas tollatur à ſtatuto particulari loci requirente alias ſolemnitates, nec ſuppleatur ex præſentia iudicis, vel patris, nec ex taciturnitate, & alia ad rem, Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.260. per tot.* Vrceol. *de tranſact. quæſt.67. num.* 17.

Tranſactio, vel pax ſuper delicto facit indicium ad in- 4
quirendum, & ad torturam quando ſumus in delictis, pro quibus non eſt licitum tranſigere, alias ſecùs, & ideò datur cautela, vt fiat ab aliquo tertio nomine omnium, quorum intereſt, vel gratis, & amore, *l. fin. ff. de prauar. cum ſimilibus*, Gabriel *comm. concl. tit. de crim. concl.* 23. Farinac. *quæſt.5. num.18. & ſeqq.* Guaz. *de pace quæſt.* 27. Conciol. *reſol. crim. verb. Pax reſol.* 17. Clar. §. *fin. quæſt.* 21. *verſ. Pax, ſiue tranſactio*, Vrceol. *tract. de tranſact. quæſt. 57. per tot.* vide *in* §. *Pax num.* 2. D. Fului. Maioran. *in Opoprax. crim. lib. 2. cap.8. n.148. et ſeqq. fol.* 231. Mancin. *de confeſſ. cap. 2. art. 2. num.* 37. Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.2. quæſt.34.* vbi quòd ſi fiat gratis, & liberè nullum facit indicium, ſecùs autem ſi fiat aliquo dato, vel recepto, *et lib.3. quæſt.15. num. 2. et ſeqq.* vbi quòd tranſigens cum fiſco ad ſe eximendum à moleſtijs non fatetur delictum, & alia ad rem, Gibalin. *de vniuerſ. negot. tom.2. lib.4. cap.7. art.1. n.7. & 8. fol.*182. Cabed. *dec.* 113. *per tot. par.* 1.

De quibus autem delictis ſit licita, vel non tranſactio textus eſt, licèt obſcurus *in l. tranſigere*, vbi Salic. Bart. Bald. Caſtr. Alex. & alij repetentes, *C. de tranſact.* Clar. §. *fin. quæſt.* 58. *verſ. ſucceſſiuè videamus, et ſeqq.* Fachin. *contr. iur. lib. 1. cap. 8. et ſeqq.* Valeron. *tract. de tranſact. tit.3. quæſt.5.* & nouiſſimè Vrceol. *eod. tract. quæſt. 56. per tot.* vbi plures allegat, & benè declarat, adde Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.27. per tot. et contr.75.*

De conſuetudine tamen totius Italiæ, licita eſt tranſactio ſuper quocumque crimine, etiam adulterij, & raptus, nec vllam inducit confeſſionem delicti, nec facit indicium, ſed imò prodeſt ad diminutionem pœnæ, ſiue ad obtinendum beneficium pacis à ſtatuto conceſſum, ad tradita per Cabal. *reſol. crim. caſ.74. et caſ.245. per tot.* Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 337. *verſ. an pro crimine;* vbi tamen quòd pro adulterio eſt habenda remiſſio à marito, & non ab vxore; niſi vxor fuerit vim paſſa, nam tunc etiam ab ea eſt remiſſio obtinenda, vt dixi *in* §. *Pax num.* 11. vide Vrceol. *d. quæſt. 56. num. 44. et ſeqq. per tot.* vbi vltra conſuetudinem adducit plures alias limitationes, in quibus licita eſt tranſactio, etiam in crimine adulterij, & ſimilibus, *et quæſt 57. per tot.* vbi quòd de generali conſuetudine Italiæ licita eſt tranſactio in quocumque crimine, etiam de iure non tranſigibili, & ex ea nullum reſultat indicium, maximè ſi ſit gratuita, vel cum ſolita clauſula pro ſe eximendo, vel liberando à moleſtijs Curiæ, & fiſci, ac idem eſſe in cauſis ciuilibus, vt tranſigens non videatur fateri iura aduerſarij, adde D. Fulu. Maioran. *loc. ſup. cit. num.* 149. *et ſeqq.* Matthæu. Sanz. *d. contr.27.* vbi quòd in Aula Suprema Senatus Hiſpani vigore legis Municipalis, facta tranſactione, ſiue pace inter reum, & accuſatorem, ad quem verè ſpectat ius accuſandi, non poteſt reus ad pœnam corporalem condemnari (quando homicidium non habet qualitates aggrauantes, vt latè ibidem declarat), nec conſequenter torqueri, quid operetur tortura inde-

indebitè illata, & alia ad rem, vide in §. *Tortura num.25. & 26.*

Quando per tranſactionem non videatur receſſum ab actione criminali, maximè ſtante proteſtatione, *l. poſt deciſionem, C. de furt.* Sanfelic. *deciſ.42. per tot.* Vrceol. *d. q.56. n.8. & ſeqq. infr. n. 22. & 30.*

Super quibus poſſit fieri tranſactio, vel non, latè Tuſch. *lit. T. concluſ.347. & ſeqq.* Decian. *tract. crim. lib.3.cap.34. num.41.* Marant. *de ord. iud. par. 6. tit. de Inquiſit. num. 50. & ſeqq.* Mynſing. *obſeru. 709. cent. 2. & obſeru. 22. cent. 6.* Gail. *lib. 2. obſeru. 102. num. 13. & ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg. 96. & 97. num. 11. &c. vol. 2.* Ricc. *Collect. 2459. &c.*

An poſſit tranſigi ſuper cauſa ſtatus perſonæ, veluti libertatis, matrimonij, filiationis, nobilitatis, & huiuſmodi, ac quibus præiudicet, vel non talis tranſactio, Vrceol. *de tranſact. quæſt.55. per tot.*

Quòd poſſit tranſigi etiam in materia vſurarum, & ſuper viuris, intelligendo in caſu dubio tantùm, ſecùs autem quando iniuſtitia vſurarum eſſet clara, Leotard. *de vſur. quæſt. penult. num. 19.* Rot. *par. 15. recentior. deciſ. 338. num. 31. & 32. & par.16. dec.401. n. 53. & 54.*

5 Tranſactio ſuper alimentis ex teſtamento, vel codicillis vel donatione cauſa mortis, vel conditionis cauſa implendæ relictis, & debitis, non valet niſi cauſa cognita, & cum Prætoris auctoritate, vel niſi ſit vtilis alimentario, vel firmata iuramento, vel niſi agatur de alimentis præteritis, *l. cum hi, ff. de tranſact. & l. de aliment. C. eod. tit.* Euerard. *loc. à vi iuram. num. 13.* Viui. *comm. opin. 1002.* Seraph. *de iuram. priuil. 101. num.2.* Trentacinq. *var. reſol. lib.1. tit. de aliment. reſolut. 1.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 257. num. 47. cap. 435. num. 43. cap. 969. num. 29. &c.* latè Menoch. *de arbitr. cap. 170. per tot.* vbi admonet iudicem in huiuſmodi tranſactione tria ſpectare debere, nempè quæ ſit cauſa tranſigendi, qui modus, & quæ perſonæ tranſigentium, & ſic cauſa cognita decretum interponere, & non alias prout ibidem declarat, & eſt text. *in d. l. cum hi, §. vult igitur, ff. de tranſact.* vide plenè Surd. *de aliment. tit.8. priuil. 56. per tot. & tit.9. quæſt.24.* vbi an firmetur iuramento, vel clauſula habente vim iuramenti, Salgad. *Labyrint. credit. par. 1. cap. 26. num. 15. &c.* Valeron. *tract. de tranſact. tit. 3. quæſt. 3. per tot.* Vrceol. *eod. tract. quæſt. 49. per tot.* vbi quòd inſuper eſt neceſſaria inſpectio, & cognitio verborum teſtamenti, iuxta notata *num. ſeq.*

Circa verò alimenta debita extra vltimam voluntatem licita eſt tranſactio, etiam ſine Prætoris auctoritate, *d. l. cum hi, §. Plenè de alimentis iunct. gl. ff. de tranſact.* ſicut etiam de alimentis præteritis, *l. de aliment. 8. C. eod.* Surd. *d. priuil. 56. num. 84. & ſeqq.* Ciarlin. *contron. 202. num.35. & ſeqq.* Olea *de ceſſ. iur. tit. 3. quæſt. 8. num. 29.* Valeron. *d. quæſt. 3. num. 23. & ſeqq.* Vrceol. *d. quæſt. 49. num. 24. & ſeqq.*

Quòd ſimplex tranſactio ſuper alimentis non porrigatur ad habitationem, & veſtiarium, niſi ſpecialiter ſit dictum, maximè quando iſta fuerunt ſpecialiter relicta, *l. cum hi, §. Qui tranſigit,* vbi gloſ. & Bald. *ff. de tranſact.* ſequitur Vrceol. *d. tract. quæſt. 49. num. 35. & 36. per tot.* vbi alia plura de hac materia, nempe vt valeat tranſactio etiam ſine Prætore ſuper alimentis futuris, quando eſt iuramento vallata, niſi præceſſerit aliud iuramentum de non tranſigendo, vel ſit cum tertio, vel continet commodum alimentarij, vel non ſuper iure formali, ſed ſuper commoditate alimentorum, vel eſt permiſſa à teſtatore, & huiuſmodi, vt ibi latè per eum, & per Valeron. *eod. tract. tit. 3. quæſt. 3. per tot.*

An autem idem ſit circa ſalarium, & mercedem, vt non poſſit de ea tranſigi ſine Prætoris auctoritate, vide Lanfranch. Zacch. *tract. de ſalar. & merced. quæſt. 37. per tot.* Vrceol. *d. quæſt. 49. num. 30.* vbi diſtinguit an debeatur diuiti, & tunc poſſit tranſigi, ſecus ſi pauperi; quid in penſione, congrua portione debita perſonis Eccleſiaſticis, & huiuſmodi, ibidem *num. 7. & ſeqq.* vide *infra num. 27. & 28.*

An poſſit tranſigi ſuper legitima, tam viuente patre, quàm illo mortuo, & quomodo, latè Vrceol. *tract. de tranſact. q. 18. per tot.* facit quod dixi *in §. Legitima n. 14. §. Filiatio, & §. Renunciatio.*

6 Tranſactio ſuper dependentibus ex vltima voluntate non poteſt fieri niſi veritate reperta per inſpectionem, vel cognitionem ipſius vltimæ voluntatis, & ſic niſi perſpectis, cognitiſque verbis teſtamenti, *l. de his 6. ff. de tranſact. vbi gloſ. & DD.* Merlin. *deciſ. 522. num. 1.* Bartel. *de vltim. volunt. deciſ. 70. per tot.* adeò vt clauſula, *viſis, & perſpectis, &c.* ſit de forma, & ſubſtantia huiuſmodi tranſactionis, & ſine illa nullitatis vitio laboret, ad tradita per Altograd. *conſ. 104. num.61. & 62. lib. 2.* vide *in §. Compromiſſum num.4. §. Renunciatio num.11. & 13.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 84. per tot. volum. 1.* vbi tamen poſt multa concludit ceſſare diſpoſitionem *d. l.* ſtante ſcientia in tranſigentibus, quia ille dicitur inſpicere, qui ſcit, nam ſciens inſpicit oculis intellectus, quod etiam comprobat Merlin. *dec. 226. per tot.* vbi plura de interpretatione *d. l. de his,* Ricc. *Collect. 338.* Rot. *par. 9. recent. deciſ. 2. num. 20. &c. volum. 1. & dec. 352. num. 32. & ſeqq. d. par. 9. volum. 2. & par. 10. deciſ. 123. num. 8. & ſeqq. par. 11. deciſ. 219. n. 26. &c. par. 13. dec. 441. num. 3. & 4.* vbi quòd ſufficit ſcientia teſtamenti, & relatio ad illud.

Sicut etiam ſi eſſet dubia exiſtentia teſtamenti, poſſet ſuper tali dubio tranſigi abſque alia inſpectione, cùm tunc ſit impoſſibilis, Ludouiſ. *deciſ. 149. num. 3.*

Quòd ſuſtineatur tranſactio ex ſola ſcientia teſtamenti, ſiue contentorum in eo, licèt verba inſpecta non fuerint, cùm ſufficiat inſpectio, & cognitio per oculos mentis, & intellectus, vel quando controuerſia eſſet ſuper exiſtentia, vel non exiſtentia teſtamenti, vel tranſactio eſſet inter hæredem, & creditores, vel debitores hæreditarios, vel eſſet promiſſum de euictione, vel renunciatum cum iuramento diſpoſitioni, *d. l. de his,* vel ageretur cum puella renunciante ob ingreſſum monaſterij, quidquid ſit in alijs renunciantibus in ſæculo, & alia plura de hac materia optimè tradit, & declarat Vrceol. *de tranſact. quæſt. 47. per tot.* Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.2. quæſt.33. n.5. et ſeqq.* Bartel. *de vlt. volunt. deciſ. 70.*

Quòd tranſactio facta ſuper teſtamento referatur ad quamlibet ipſius teſtamenti partem, licèt non referatur ad codicillos poſtea repertos, *l. non eſt ferendus 12. vbi gloſ. et DD. ff. de tranſact.*

An poſſit fieri à cæco, vel litterarum ignaro, dixi *in §. Cæcus num.6.*

Plura contra prædicta, vt nec ſtetur aſſertioni partium legiſſe, & intellexiſſe, maximè in fœmina, & puella, cùm ſcire non ſit ſimpliciter verba tenere, ſed eorum vim, & poteſtatem, & non in ſuperficie, nec in folijs, ſed in medulla, radice rationis, & in ſenſu verborum conſiſtat virtus, atque intelligentia, Rot. *par. 13. recent. dec. 491. num. 11. et ſeqq.* & poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ. 3 num. 1. et ſeqq.*

Tranſactio continens plura capitula ſeparata, & non 7
connexa, ſi annulletur quoad vnum capitulum ſuſtinetur in alijs, quia remota pactorum, & capitulorum correſpectiuitate contrauentio in vno alterum non tollit, cum indiuiduis, & ſeparabilibus vtile non vitiatur per inutile, *l. ex falſis vbi DD. C. de tranſact.* Altograd. *conſ. 104. num. 45. et ſeqq. lib. 2.* vbi quòd iſtud multò magis procedit, quando tranſactio iam fuit executioni demandata, & ſuum habuit effectum, quo caſu numquam ab illa recedere licet, etſi ab altera parte non ſeruetur, ſed tantùm actio ad intereſſe datur per text. *in l. cum mota, C. de tranſact.* Mantic. *de tacit. et ambigu. lib. 26. tit. 1. num. 6. et 7.* Surd. *deciſ. 266. num. 12. etc.* facit Vrceol. *de tranſact. quæſt. 47. num. 23. et ſeqq.* & latè *quæſt. 97. per tot.* vbi qualiter tranſactio habens plura capitula diſtincta, & ſeparata, poſſit pro parte reſcindi, & pro parte valere, ſecùs autem ſi capitula ſint connexa, & correſpectiua, quod varijs exemplis declarat.

An autem præſumatur, & ex quibus præſumatur correſpectiuitas, latè Rot. poſt Vrceol. *d. tract. dec. 93. per tot.* vide *in §. Sententia n. 39. et infra n. 22.* Rot. *par. 18. rec. dec. 736. n. 2. et ſeqq. per tot.*

Quòd tranſactio tamquam indiuidua debeat in totum approbari, vel in totum reprobari, *l. 1. ff. de reſcind. vendit. l. litigatores, ff. de arbitr.* Bald. *conſ. 75. num. 2. lib. 1.* Crauett. *conſ. 290. num. 5.* Rot. *par. 13. recent. deciſ. 523. num. 13.* Intellige quando vnicum continet capitulum, vel plura connexa, & correſpectiua in ſubſtantia, & non occaſionaliter, vel accidentaliter tantùm, Rot. *par. 9. rec. tom. 2. dec. 439. num. 30. et 31.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 924. num. 1.* Vrceol. *d. quæſt. 97. num. 18. et ſeqq. per tot.* vbi etiam qualiter, & ex quibus cognoſcatur iſta connexitas,

& cor-

& correſpectiuitas, vel non, Rot. *par.* 18. *recent. dec.* 138.
vbi plura de tranſactione in totum acceptanda, vel repro-
banda, & alia ad rem, *& dec.* 333. vbi quòd tranſactio in par-
te reſciſſa, in totum reſoluitur, & partes remanent in ſuis
primæuis iuribus, ſicut erant ante factam tranſactionem.

8 Tranſactio verbis generalibus, & vniuerſalibus conce-
pta trahitur ad omnia, etiam incogitata, & incognita, ſi
non in vim tranſactionis propter claritatem negotij, ſal-
tem in vim pacti, quando alias verba, ſalua ratione recti
ſermonis ſaluari non poſſunt, ità vt etiam facta à pluribus
ſuper iuribus, & differentijs ſibi in communi, & collecti-
uè competentibus præiudicet omnibus, etiam vti ſingulis,
& pro iure ſeparatim cuilibet eorum competente, tam-
quam ſi ſinguli ſingulas feciſſent tranſactiones, ad tradita
per Surd. *deciſ.* 176. *per tot. deciſ.* 185. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi ta-
men ſuſtinet non extendi ad rem iudicatam, quia non be-
nè fuerat expreſſa intentio compromittendi etiam de re iu-
dicata, vide Rot. *par.* 11. *recent. deciſ.* 219. *num.* 24. *& ſeqq.*
per tot. & deciſ. 282. *num.* 16. *& ſeqq.* Beltramin. ad Ludo-
uiſ. *deciſ.* 158. *num.* 7. *&c. & dec.* 354. *per tot.* Bich. *deciſ.*
488. *num.* 24. *&c.* 549. *per tot. in §. Compromiſſum num.* 3.
§. *Liberatio num.* 1. *&c.* plenè Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.*
99. *per tot. vol.* 2. vbi quando extendatur ad incognita, &
ignorata, vel reſtringatur non obſtante verborum gene-
ralitate ad ſuam cauſam expreſſam, cum exemplis, am-
pliationibus, & limitationibus in vtroque capite, quæ
omnia repetit *in tract. de tranſact. quaſt.* 81. *per tot.* Rot.
par. 16. *recent. deciſ.* 351. vbi pro reſtrictione tranſactionis
ad cauſam tantùm expreſſam, *& par.* 18. *deciſ.* 686. *num.* 5.
& ſeqq. vbi pro extenſione, *& deciſ.* 736. *num.* 10. *& ſeqq.*
vbi quòd aliud eſt extendere tranſactionem ad res, in qui-
bus non erat lis, aliud eam ſuſtinere ex omnibus cauſis in-
ter tranſigentes vertentibus, & ſic cenſetur facta ex om-
ni cauſa, ex qua tenebantur tranſigentes, licèt non ſit ex-
preſſa, ne litis materia ſuperſit inter eos, qui à litibus re-
cedere profeſſi ſunt.

Quòd tranſactio referatur tantùm ad ea, quæ erant con-
trouerſa, & non ad iam deciſa per ſententiam, vel aliam
tranſactionem, cùm noua tranſactio non operetur receſ-
ſum à prima, ſi ſuper ea non ſit controuerſia, ſed ſuper
alijs rebus, & ſit capienda interpretatio, per quam quis
non dicatur renunciare iuri ſuo, Caualer. *deciſ.* 97. *num.* 9.
&c. deciſ. 124. *per tot. dec.* 235. *num.* 4. Ludouiſ. *deciſ.* 158.
Tuſch. *lit. T. concluſ.* 356. *per tot.* vbi plura quando tran-
ſactio per verba generalia reſtringatur, vel non, & egre-
giè Vrceol. *d. cap.* 99. *per tot. & quaſt.* 81. Ricc. *Collect.* 3726.
vbi quòd quantumuis generalis reſtringitur ad cauſam ex-
preſſam, Rot. *par.* 11. *recent. deciſ.* 217. *num.* 18. *& ſeqq. &*
par. 12. *deciſ.* 122. vbi quòd prima tranſactio non nouatur
per ſecundam, niſi expreſsè dicatur, vel ſtante incompa-
tibilitate, & alia, *& deciſ.* 239. *in eadem cauſa d. par.* 12.
& poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.* 27. vbi qualiter reſtringa-
tur ex proœmio, tractatu, lite, cauſa, & computis in tran-
ſactione præinſertis, Rot. *par.* 16. *recent. dec.* 351.

Quòd tranſactio reſtricta ad certa bona non extendatur
ad alia, & etiam generalis non comprehendat ius poſtea
ſuperueniens, Caualer. *deciſ.* 172. *num.* 7. *&c.* Vrceol. *d.*
cap. 99. *num.* 10. *& ſeqq.* Quòd ſpecialis non præiudicet vl-
tra deducta, *l.* 3. *C. de tranſact.* Merlin. *dec.* 17. *num.* 8. Rot.
par. 13. *recent. dec.* 310. *num.* 13.

Quòd tranſactio generalis porrigatur tantùm ad ea, de
quibus actum eſſe per excipientem probatur, non autem
ad ea, de quibus non eſt cogitatum, non ad ius poſtea
ſuperueniens, nec ad ea, quæ dolo partis celantur, *l. qui*
cum tutoribus 9. cum ibi notatis per gloſ. Bart. & alios, *ff. de*
tranſact. l. 4. *C. eod.* vbi quòd dolo inductus agit de dolo,
l. ſub prætextu cum duabus ll. ſeqq. C. eod. de hac materia
quando poſſit extendi, vel reſtringi tranſactio ne deſeras
videre Vrceol. *d. cap.* 99. *per tot. vol.* 2. *& in tract. de tran-*
ſact. quaſt. 81. *per tot.* vbi eleganter, & copiosè omnia de-
clarat Rot. *par.* 23. *recent. dec.* 119. *num.* 9. *&c.* Ludouiſ. *de-*
ciſ. 286. *per tot.* vbi an, & quando reſtringatur ad termi-
nos litis præcedentis, vel omnia comprehendat, etiam in
lite non deducta, *& deciſ.* 354. vbi quòd trahitur etiam ad
connexa, acceſſoria, & dependentia. Et quòd tranſactio
inita ſuper principali cauſa, terminet etiam litem ſuper ar-
ticulo illegitimitatis, afficiat hæredem etiam beneficiatum
quatenùs vires hæreditatis ſuppetunt, non autem præiu-
dicet tertio, & alia, idem Ludouiſ. cum Beltramin. *dec.*
418. *per tot.* adde Rot. *par.* 16. *rec. dec.* 351. vbi quòd facta
ſuper certa re, nullo modo extenditur ad aliam, non ob-
ſtantibus verbis generalibus, & quomodo contraria pro-
cedant, *& par.* 18. *dec.* 662. *n.* 17. *& ſeqq.* vbi quòd non ex-
tenditur ad ius de futuro ſuperueniens, maximè ſi non
erat in lite, *& dec.* 654. *n.* 2. *& ſeqq. & dec.* 777. *n.* 1. *& ſeqq.*
vbi quod eſt ſtricti iuris, & non patitur extenſionem vltra
expreſſa, ſed tantùm comprehendit quantum loquitur, &
non vltra, Fontanel. *dec.* 379. *&* 380. vbi quòd ex clauſu-
lis generalibus, non extenditur vltra expreſſa.

Tranſactio, quæ non poteſt valere in vim tranſactionis, 9
ſi ſit iurata ſuſtinetur ſaltem in vim pacti, & non poteſt re-
ſcindi, vide Oſaſch. *dec.* 91. *n.* 21. Crauett. *conſ.* 152. *n.* 11.
&c. Magon. *deciſ. Flor.* 119. *n.* 7. *&c.* Tuſch. *lit. T. concluſ.*
355. Vrceol. *tract. de tranſact. q.* 43. *n.* 52. *& ſeqq.* vbi intel-
ligit niſi euidens calumnia, vel læſio enormiſſima inter-
ueniat, Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 2. *q.* 33.
n. 16. *&c.* vbi de tranſactione verbis generalibus concepta,
vt ceſſante dolo, & enormiſſima læſione ſubſtineatur in
vim pacti, & liberationis.

Quando propter generalitatem verborum ſuſtineatur in
vim pacti, etiam ſuper re clara, cùm vtens generalibus
verbis videatur omnia cogitaſſe, Surd. *dec.* 176. *num.* 2. *&*
ſeqq. per tot. Rot. *par.* 13. *rec. dec.* 119. *n.* 10.

Niſi tamen procedat ex falſa cauſa, quia tunc nec in
vim pacti ſuſtinetur, Maoen. *conſ.* 149. *n.* 84. Surd. *conſ.* 37.
Bich. *dec.* 260. *n.* 10. *infr. n.* 11.

Tranſactio facta per hæredem grauatum, vel per fidei- 10
commiſſarium grauatum alteri reſtituere eſt ſeruanda ab
omnibus ſequentibus vocatis, intelligendo dummodò re-
tineant, vel recuperent bona, quo caſu ſi fuerit vtilis
tranſactio poterunt ipſi tranſigentes, vel eorum hæredes
recuperare pretium, & expenſas ab huiuſmodi ſucceſſori-
bus vocatis ad fideicommiſſum, & idem eſt in bonis feu-
dalibus, maioratus, vel ſimilibus, latè Gratian. *diſcept.*
forenſ. cap. 476. *per tot. cap.* 846. *num.* 8. *&c. cap.* 867. *n.* 49.
cap. 949. *n.* 2. *&c.* Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 418. Pe-
regrin. *de fideicom. art.* 52. *n.* 81. *&c.* vide *in §. Fideicom-*
miſſum n. 43. *& §. Sententia n.* 43. Merlin. *deciſ.* 767. *n.* 11.
etc. vbi benè declarat, & quòd tunc ceſſet remedium, *l. fin.*
C. de adict. D. Adr. toll. & agendum ſit via ordinaria ad
reſciſſionem tranſactionis, Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 70.
n. 28. *& ſeqq. vol.* 2. Rot. *par.* 13. *rec. dec.* 129. *n.* 8. *& ſeqq. &*
dec. 359. *num.* 3. *&c.* plenè idem Vrceol. *tract. de tranſact.*
quaſt. 50. 51. *&* 52. *per tot.* vbi de tranſactione ſuper bonis
fideicommiſſarijs, feudalibus, emphyteuticis, & huiuſ-
modi, Rot. *par.* 15. *rec. dec.* 86. vbi quòd tranſactio inita
ab hærede grauato, intuitu fideicommiſſi, & non proprio
nomine dicitur facta, & ideò quidquid ea mediante acqui-
ſiuit hæres, non ſibi, ſed fideicommiſſo acquiritur.

Quòd tranſactio facta ab hærede, cum debitore ignoran-
te, præiudicet emptori hæreditatis, & fideicommiſſario
vniuerſali, *l. venditor. vlt.* vbi gloſ. & Bart. *ff. de tranſact.*

Quamuis autem ſuper bonis alienari prohibitis non ſit
licita tranſactio, illa admittendo, iſtud procedit quando
prohibitus alienare poſſidet omnia, at ſecus ſi omnia, vel
maiorem partem non poſſideat, & prætenſiones occupan-
tium reddunt dubium ius hæreditarium, nam hoc caſu ſu-
ſtinetur tranſactio, etiam aliquid dimittendo, & maio-
rem partem pro hæreditate recuperando, quia ſic tranſi-
gens dicitur acquirere, & non alienare, vel ſaltem vti-
le negotium pro hæreditate gerere, & non incurrit pœnam
priuationis in caſu alienationis appoſitam, à qua etiam ex-
cuſatur ob deficientiam doli, & malitiæ, vel alia iuſta cau-
ſa exiſtente, Rot. *par.* 13. *rec. dec.* 158. *per tot. par.* 14. *dec.*
534. *n.* 14. *et ſeqq.* & poſt Vrceol. *de tranſact. dec.* 11.

Quòd tranſactio facta ab hærede grauato non noceat
ſubſtitutis quando non fuit bona fide ſuper re dubia, &
quando bona non remanſerunt penes hæredem grauatum,
ſed in alios fuerunt translata, Altograd. *conſ.* 104. *n.* 68. *et*
ſeqq. lib. 2. Rot. *par.* 11. *rec. dec.* 185. *n.* 6. vbi quòd non no-
cet ſucceſſoribus quoad bona penes alios tranſigendo di-
miſſa, *et par.* 15. *dec.* 165. vbi quòd non nocet quando dete-
gitur læſiua, & in præiudicium vocatorum, *et par.* 16. *dec.*
75. *in eadem cauſa, et par.* 17. *dec.* 4. vbi de tranſactione in-
ter creditores, & hæredem grauatum, *et dec.* 223. *in ea-*
dem cauſa, vbi fuit confirmata prima deciſio.

Quòd non præiudicet ſubſtitutis vocatis poſt mortem
tranſigentis, *l. ſi ſuſpecta, §. fin. ff. de inoff. teſt. l.* 2. *et* 3.
C. res inter alios act. Bald. *conſ.* 215. *lib.* 1. Merlin. *deciſ.* 186.
num. 7. *etc.*

Facta tamen bona fide, etiam alienando non poteſt impugnari à ſubſtitutis *DD. in l. cum hereditas, ff. ad Trebell.* Fulat. *de ſubſtit. quæſt.* 562. *n.* 5. 708. *n.* 10. *&c.* Rot. *par.* 10. *rec. dec.* 123. *n.* 6. vbi tamen alienatio ex cauſa tranſactionis fuit pro ſoluendo legato teſtatoris, & rurſus eadem Rot. *p.* 10. *dec.* 228. *per tot. & p.* 11. *dec.* 67. *per tot.* vbi quòd tranſactio facta per defunctum eſt ſeruanda per hæredem, etiam cum beneficio inuentarij, donec per redditionem rationis docuerit bona hæreditaria non ſufficere; imò ſtante bona fide tranſigentis ſuper fideicommiſſo dubio, obligantur etiam ſucceſſores, licèt non ſint hæredes, Rot. *p.* 13. *dec.* 110. *per tot. dec.* 114. *n.* 9. *dec.* 359. *dec.* 496. *dec.* 523. *num.* 14. *par.* 14. *dec.* 13. *dec.* 531. *n.* 19. *par.* 15. *dec.* 125. *n.* 6. *& par.* 16. *dec.* 128. *& dec.* 261. *in eadem cauſa, par.* 17. *dec.* 286. *& dec.* 341. *n.* 16. *& par.* 18. *dec.* 116. *per tot. dec.* 202. *n.* 26. *&* 27. vbi in emphyteuſi.

Sed ceſſante bona fide, & iuſta cauſa tranſactio facta ab hærede grauato non præiudicat vocatis ex propria perſona, & tranſigentis non hæredibus, nec eorum impedit immiſſionem. Rot. *par.* 11. *recent. dec.* 168. *per tot.* vide in §. *Remedium n.* 24. Rot. *d. par.* 11. *dec.* 379. *num.* 6. *& ſeqq. & par.* 13. *dec.* 110. *n.* 5. *& ſeqq. per tot. & dec.* 114. *n.* 9. *dec.* 129. *n.* 8. *&c. dec.* 310. *num.* 14. *& par.* 14. *dec.* 443. *n.* 8. *&c.* Vrceol. *de tranſact. quæſt.* 27. *num.* 12. *&* 13. & latiùs *quæſt.* 50. 51. *&* 52. *per tot.* Rot. poſt illum *dec.* 11. 59. *&* 62. *per tot. par.* 15. *dec.* 125. *num.* 8. *& p.* 18. *dec.* 145. *&* 196. *per tot.*

An autem, & quando tranſactio facta à legatario cum hærede ſuper contrauentione voluntatis teſtatoris, præiudicet, vel non alijs vocatis in caſu inobſeruantiæ, Altograd. *conſ.* 84. *num.* 80. *& ſeqq. lib.* 1. *vbi num.* 88. *&c.* diſtinguit, quod aut agitur de remittenda pœna poſt moram incurſa, & tunc non præiudicat; aut agitur de remittendo legato, vel dilationem concedendo ante moram, vel contrauentionem incurſam, & ſic ſolum impediendo, ne mora, aut pœna incurratur, & valet, vt ibidem probat vſque ad *num.* 95. quam diſtinctionem ſequitur, & commendat Vrceol. *de tranſact. quæſt.* 48. *n.* 7. *& ſeqq.* vbi alia plura notabilia ad rem.

Quòd facta à Domino, vel Principe cum ſubditis ſit etiam à ſucceſſoribus obſeruanda, & idem eſſe in alijs capitulationibus, & priuilegijs, quæ ſunt manutenenda à ſucceſſoribus, niſi dolus, vel fraus ex parte ſubditorum interuenerit, Nouar. *de grauam. Vaſſal. grauam.* 178. *&* 179. Ricc. *Collect.* 3492. & latè Vrceol. *de tranſact. quæſt.* 53. *per tot.* vbi plures allegat, & benè declarat qualiter etiam Princeps obligetur ex contractu, & afficiat eius ſucceſſores, vel non.

Qualiter poſſit etiam fieri ſtatutum per viam tranſactionis inter Dominum, vel Principem, & ſubditos, nec poſſit reuocari, & extendatur extrà territorium, idem Vrceol. *d. tract. quæſt.* 63. *per tot.*

12 Tranſactio facta ſine cauſa, & ſuper re clara, tanquam turpis, & per calumniam, non valet, cùm ſit de re dubia, & lite incerta non gratuita pactio, ſtat enim præſumptio contra actorem, quod calumnioſè mouerint litem ad vexandum reum, & inducendum tranſactionem metu litis, & pro ſe redimendo à vexatione, quo caſu omne datum repeti poteſt condictione ex turpi cauſa, nec firmatur iuramento, *l.* 1. *ff. de tranſact.* Roman. *conſ.* 517. Craueit. *conſ.* 152. *num.* 10. *&c.* Magon. *deciſ. Flor.* 85. Rot. poſt Vrceol. *d. tract. deciſ.* 55. *& par.* 18. *recent. deciſ.* 650. *per tot.* Altograd. *conſ.* 104. *n.* 35. *lib.* 2. vbi quòd licet ad ſuſtinendam tranſactionem modica occaſio dubitandi ſufficiat, Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 149. tamen ſi articulus fuerit pluries à Rota deciſus non poteſt amplius dubius nuncupari, ſed clarus, & indubitabilis, ita vt tranſactio ſuper illo inita tanquam ſuper re clara, & indubitabili non poſſit ſuſtineri, de quo vide Vrceol. *tract. de tranſact. quæſt.* 44. *per tot.* & Rot poſt illum *deciſ.* 11. *deciſ.* 18. *deciſ.* 55. *deciſ.* 59. *deciſ.* 62. *per tot. & deciſ.* 82. *per tot.* Merlin. *deciſ.* 163. *&* 854. Rot. *par.* 10. *rec. deciſ.* 312. in quibus plura pro ſuſtinenda tranſactione. Et dictam concluſionem principalem ego puto intelligendam, niſi qui de facto, & contra ius litigat ſit in poſſeſſione, nam tunc propter multa commoda poſſeſſionis exiſtimo, quamlibet probabilem dubitationem facilius admittendam ad ſuſtinendam tranſactionem, maximè inter ipſos tranſigentes, ad tradita per Gratian. *diſcept.* 861. *num.* 8. *& ſeqq.* Caſtr. *in l.* 2. *C. de tranſact.* Hodiern. *contr.* 37. *num.* 26. Tapia *deciſ.* 2. *num.* 334. *cum alijs precitatis*, ac audio contra dictam conſultationem Altogradi fuiſſe iudicatum (quod etiam teſtatur Vrceol. *d. cap.* 44. *n.* 15.) tranſactionem obſtare Dominus de Rotis ad fauorem Dominorum de Fuſchinis, pro quibus, & ego plenum conſilium in eadem cauſa reddidi de anno 1669. quod fortè Deo dante alias imprimetur, cùm ſit de materia valdè notabili.

Sed tamen reperi in dicta cauſa Imolen. prędij inter Fuſchinos, & Rotos ſæpiùs propoſita, & diſcuſſa, fuiſſe à Rota reſolutum, dictam tranſactionem non ſubſiſtere tanquam ſuper re clara, & non bona fide initam, ac fideicommiſſarijs non nocere, poſt Vrceol. *deciſ.* 11. 59. *&* 62. *& par.* 15. *rec. dec.* 165. *par.* 16. *dec.* 75. *& par.* 18. *dec.* 145. 196. *&* 277. *in eadem cauſa per tot.*

Quòd tranſactio de re certa, & indubia per dolum, & calumniam extorta, per fictionem litis non ſubſiſtat, cùm lis debeat eſſe vera, & non temerè conficta, Merlin. *dec.* 490. *& dec.* 621. Rot. *par.* 13. *recent. dec.* 72. *per tot. et par.* 14. *dec.* 280. *num.* 14. *et ſeqq.* Vrceol. *de tranſact. quæſt.* 43. vbi non facit differentiam inter actorem, & poſſeſſorem, niſi adſint aliqua probabilis ratio pro tuitione bonorum.

Debet tamen calumnia eſſe euidens, adeò vt non poſſit celari, Rot. *par.* 14. *rec. dec.* 13. *n.* 16. *et ſeqq.*

Quòd tranſactio facta ex falſa cauſa, & ratione ſuppoſiti non veri, tanquam erronea non valeat, adeò vt nec in vim pacti ſuſtineri poſſit, etiam ſi ſit iurata, & obligatione Camerali vallata, quia errans nunquam obligatur per quemcumque actum ab eo factum, Altograd. *d. conſ.* 104. *num.* 54. *et ſeqq. lib.* 2. Bich. *dec.* 260. Rot. *par.* 14. *recen. dec.* 56. *num.* 15. *etc. et deciſ.* 58. *num.* 5. *etc.* Rot. poſt Vrceol. *tract. de tranſact. deciſ.* 6. *num.* 10. *et* 11. *deciſ.* 45. *num.* 2. vbi quòd falſam cauſam allegans fuiſſe in tranſactione expreſſam, tenetur concludenter probare, nec vitiat falſitas cauſæ, quando cauſa non fuit finalis, *et dec.* 93. *per tot.* vbi etiam plura de correſpectiuitate, ex quibus inducatur, vel non, vide in §. *Diuiſio num.* 7. Merlin. *deciſ.* 603. *et deciſ.* 799. *num.* 16. *etc. et deciſ.* 854. vbi quòd vt error vitiet tranſactionem debet eſſe fundatus in præſuppoſito certo partium, quod cauſam dederit tranſactioni, ſecùs autem ceſſante certitudine dicti præſuppoſiti, & alia, plenè Rot. *in Forolivien. Bonorum de Acconcijs* 1. *Februarij* 1641. coram Ghiſilerio *par.* 9. *recent. deciſ.* 1. *vol.* 1. *et par.* 10. *deciſ.* 312. *num.* 4. *et ſeqq.* vbi quòd dicta concluſio intelligitur de cauſa finali, certa, & indubitata, nam ſi cauſa fuerit ſub dubio expreſſa, vel aliæ cauſæ concurrant ſuſtinetur tranſactio, *et par.* 14. *deciſ.* 133. *per tot. et par.* 16. *deciſ.* 512. vbi pro nullitate tranſactionis, & laudi, *par.* 17. *dec.* 331. *n.* 15. *et ſeqq.* vbi pariter pro nullitate tranſactionis ob falſæ cauſæ expreſſionem, & enormiſſimam læſionem, *et par.* 18. *deciſ.* 650. *per tot. et* 714. *num.* 14. *et ſeqq.* vbi de nullitate ob falſam cauſam.

Quod ex ſolo timore, & vociferatione exiſtentiæ teſtamenti, & litis ſuſtineatur tranſactio, de quo tamen timore non ſtetur aſſertioni partium, ſed aliundè probari debeat, Ludouiſ. cum Beltramin. *dec.* 149 *per tot.*

Quòd præſumatur ex iuſta cauſa facta, & valida, idem Altograd. *conſ.* 85. *num.* 3. *lib.* 1. & non reſcindatur tranſactio, licèt non ſit expreſſa cauſa, *l. ſi maiores* 25. *C. de tranſact.*

Quòd fiat tantùm de re dubia, & reſtringatur ad id ſolùm, quod erat inter partes controuerſum, Altograd. *conſ.* 6. *num.* 70. *lib.* 1. latè Tuſch. *litt. T. concluſ.* 346. *per tot.*

Quòd non poſſit recedi à tranſactione per aliam tranſactionem, niſi prima fuerit dubia, & quare, Vrceol. *de tranſact. quæſt.* 88. *num.* 37. *et ſeqq.* facit quod dixi in §. *Sententia n.* 23. Rot. poſt Vrceol. *d. tract. dec.* 4.

Et quod fundata ſuper ſtatuto, quod non poterat habere locum ex defectu poteſtatis non ſubſiſtat, Rot. poſt Vrceol. *d. tract. deciſ.* 30. *et par.* 16. *recent. deciſ.* 412. *per tot.*

Et ideò procurator ad tranſigendum, etiam *cum libera, etc.* vel ſimilibus clauſulis, non poteſt tranſigendo ſuper iure claro, domino præiudicare, Lodouiſ. cum Beltramin. *dec.* 311. vbi etiam quando non obſtet ratificatio, Bich. *dec.* 500. vbi plura quale mandatum requiratur ad tranſigendum, & non obſtet ratificatio.

An autem poſſit ſuſtineri tranſactio ex ſola aſſertione, & confeſſione partium in inſtrumento ſuper lite, & litis timore, Franciſ. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 2. *q.* 53. *per tot.* vbi quod non, ſed aliundè ab allegante tranſactionem

pro-

probanda eſt lis, vel litis timor cum veritate narratiorum in ipſa tranſactione.

12 Tranſactionis iuſta cauſa dicitur receſſus à lite, vel timor litis, etiam de facto, & non de iure, l. cum proponas, C. de tranſact. Mohæd. deciſ. eod. tit. Caualer. dec. 23. n. 2. &c. dec. 448. num. 2. Montan. de tut. cap. 33. num. 239. & ſeqq. Merlin. deciſ. 163. per tot. deciſ. 799. num 20. &c. dec. 809. num. 10. &c. vbi an poſſit fieri noua tranſactio contra aliam tranſactionem, facit Rot. par. 12. recent. dec. 122. & deciſ. 426. vbi plura ad ſuſtinendam tranſactionem iamdiu obſeruatam, & par. 13. deciſ. 110. num. 7. & ſeqq. par. 14. deciſ. 523. per tot. & par. 19. dec. 262. vbi quòd ſufficit modica occaſio dubitandi, imò quælibet prætenſio, etiam non iuridica, & dec. 317.

Plura quando valeat tranſactio, vel non poſt rem iudicatam, vel aliam tranſactionem, Vrceol. de tranſact. quæſt. 45. & 46. per tot. Rot. deciſ. 262. par. 19. recent.

Quòd ſolus timor litis, etiam extraiudicialis reddat validam tranſactionem, & vtilem propter receſſum à lite, quamuis clara, & calumnioſa, ac de facto maximè ſi poſſideat ille, qui ità de facto, & contra ius litigat, latè Gratian. diſcept. forenſ. cap. 861. per tot. Merlin. dec. 854. Rot. par. 10. recent. dec. 197. num. 20. &c. & par. 13. deciſ. 110. num. 8. & ſeqq. & par. 14. deciſ. 523. adde Vrceol. de tranſact. quæſt. 43. num. 34. & ſeqq. vbi quòd dicta opinio Gratiani eſt paruò iuri conſonans, & illa admiſſa omnis ſuſtineretur tranſactio, etiam doloſè affectata per calumnioſam litem, ac ideò remitti prudentiæ, arbitrio, & religioni iudicis æſtimare an tranſactio ſit facta de lite dubia, vel calumnioſa, iuxtà text. in l. præſes 12. & in l. ſi cauſa cognita, C. de tranſact.

Vt futuræ litis timor ſufficiat ad validitatem tranſactionis debet eſſe de lite reuerà probabili, non autem doloſè confictus, aut mandatarijs, vel fictis ſuaſionibus cauſam habens, Merlin. dec. 490. n. 7. &c.

Quas clauſulas debeat continere, vt nunquam poſſit reſcindi quando fit ob receſſum à lite, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 767. num. 68. &c. Cæpol. caut. 220. vbi quando extendatur ad omnia, Merlin. dec. 17. per tot.

Quòd tranſactio ſimulata non valeat, l. cum ea, C. de tranſact. Altograd. d. conſ. 21. num. 2. lib. 2. Rot. coram Penia dec. 1290. Vrceol. de tranſact. quæſt. 100. n. 11. & ſeqq. vbi intelligit ſtante cauſa, vide in §. Simulatio, Rot. p. 18. rec. dec. 545. per tot.

Quando autem res ſuper qua tranſigitur dicatur dubia, & incerta ad effectum ſuſtinendi tranſactionem, vel clara, & liquida ad effectum illam infringendi, cùm de natura, & eſſentia tranſactionis ſit rem ipſam debere eſſe dubiam, & incertam, latè explicat Vrceol. de tranſact. d. quæſt. 43. per tot.

Quòd etiam de articulo iuris dubio poſſit fieri, & ſit valida tranſactio, cùm quæſtio iuris dubij æquaretur quæſtioni facti, & quando ad hunc effectum dicatur articulus iuris dubius, veluti ſi variæ, & contrariæ opiniones adſint inter Doctores, quid ſi fuerit pluries anteà, vel poſteà à Rota deciſus, vel per apertionem librorum decidi poſſit, pulcrè idem Vrceol. d. tract. de tranſact. quæſt. 44. per tot. Rot. poſt illum dec. 82. cum alijs ſupra n. 11.

Quòd in præiudicium ipſorum tranſigentium ſufficiat omnis talis qualis dubietas ad ſuſtinendam tranſactionem, ſecùs autem in præiudicium tertij venientis independenter à tranſigentibus, ſed ex proprio iure, & perſona, quia tunc requiritur vera dubietas bono iure mixta, optimè Eminentiſſ. D. de Luca tract. de Emphyt. diſcorſ. 52. num. 12. & alibi prout refert, & ſequitur Vrceol. d. quæſt. 44. num. 23.

13 Tranſactio facta per maiorem partem Vniuerſitatis præiudicat alijs etiam abſentibus, & ſucceſſoribus, maximè ſi ſit in vtilitatem, & ad dirimendas lites; maiorem autem partem interueniſſe probatur ex aſſertione notarij, ſiue cancellarij in inſtrumento facta, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 721. per tot. cap. 893. num. 53. &c. Rot. par. 15. recent. deciſ. 362. 391. & 392. per tot. Vrceol. de tranſact. quæſt. 32. per tot. vbi intelligit adhibitis ſolemnitatibus, l. fin. C. de accendet. rer. Cinus. lib. 11. nempè vt tranſactio fiat à toto populo, vel maiori conſilio cum auctoritate Superioris, decreto iudicis, ex cauſa neceſſaria, vel vtili, ac iuramento per homines Communitatis vallata, niſi retineantur bona, vel approbetur à Principe, vel fiat cum alijs de vniuerſitate, vel niſi adeſſet alius vſus, ſtylus, conſuetudo, vel obſeruantia, vel niſi agatur de actu potiùs neceſſario, quàm voluntario, nam tunc ceſſarent ſolemnitates, d. l. fin. vt ibi per eum, & Rot. poſt illum dec. 41. per tot. dec. 60. vbi de Collegiata Eccleſiæ.

Quòd valeat tranſactio per adminiſtratorem Ciuitatis facta ſuper re dubia, non autem ſi debiti liquidi remiſſionem contineret, l. Præſes, vbi Bald. Alex. & alij C. de tranſact. Paul. Chriſtin. deciſ. Belg. 97. num. 9. &c. vol. 2. Vrceol. de tranſact. quæſt. 11. num. 22. & latiùs quæſt. 32. per tot. vbi plura, vt ſuprà, & vide in §. Alienatio num. 31. & §. Vniuerſitas n. 11.

Valet etiam tranſactio à maiori parte creditorum facta, & præiudicat minori, quando eſt vtilis pro dirimendis litibus, ſecùs ſi eſſet læſiua, maior autem pars creditorum conſideratur, non reſpectu perſonarum, ſed quantitatis crediti; quomodo ſoleant ad hunc effectum creditores congregari; quid ſi eſſent plures deputati, & alia ad rem, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 721. n. 12. et ſeqq. Thomat. dec. 297. num. 29. et num. 30. cum alijs per Vrceol. d. tract. q. 85. per tot. & Rot. poſt illum dec. 1.

Tranſactio licet fieri poſſit ſuper decimis, tamen facta ſine auctoritate Papæ non egreditur ſuum auctorem, nec præiudicat ſucceſſoribus in Eccleſia, & idem in ſimilibus, Ludouiſ. cum Beltramin. dec. 152. in Nouiſs. par. 6. dec. 30. num. 8. etc. Bich. dec. 563. vide in §. Decima n. 8. & Rot. par. 18. recent. dec. 482. n. 1. etc. 14

Quòd non extendatur ad bona poſteà quæſita in notabili ſumma, Vrceol. Conſult. forenſ. 99. num. 30. vol. 2. dixi in §. Priuilegium num. 20. Rot. par. 13. recent. deciſ. 24. et 122. per tot.

Qualiter poſſit tranſigi ſuper decimis præteritis, abſque vllius Prælati auctoritate, vel licentia, ſuper futuris verò non, niſi cum auctoritate Summi Pontificis vbi agitur inter perſonas Eccleſiaſticas, & laicos; ſi autem agatur inter perſonas Eccleſiaſticas hincinde ſufficiat auctoritas Epiſcopi, vel eius Vicarij, ſeu alterius habentis iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & alia de hac materia, Valeron. tract. de tranſact. tit. 3. quæſt. 6. num. 54. et ſeqq. Rebuff. de Decimis quæſt. 13. num. 33. Barboſ. de Offic. Epiſcop. p. 3. alleg. 121. num. 13. et ſeqq. cum alijs per Vrceol. tract. de tranſact. quæſt. 24. num. 42. et ſeqq. et quæſt. 26. per tot. Rot. par. 19. recent. deciſ. 397. num. 11. vbi quòd tranſactio ſuper decimis non eget beneplacito Apoſtolico, ſed ſola Epiſcopi confirmatione contenta eſt; intelligendo tamen vt ſupra.

Tranſactio facta per adultum cum vno ex ſuis tutoribus qualiter illi præiudicet, quoad alios, Montan. de tut. cap. 39. num. 124. et ſeqq. vide in §. Liberatio num. 10. et 11. et §. Pupillus num. 15

Qualiter tranſactio ſuper adminiſtratione pariat exceptionem litis finitæ, niſi doceatur de errore, vel dolo ex ipſa tranſactione, vel ex alijs claris, & perſpicuis probationibus aliunde quam ex libris, quos non tenetur adminiſtrator amplius exhibere, Ruin. conſ. 71. lib. 4. Rot. par. 1. diuerſ. deciſ. 157. et 158. & apud Seraphin. deciſ. 230. et 234. et in recent. par. 4. tom. 2. dec. 218. num. 8. vide in §. Tutela n. 21. et 31.

Quòd dicta tranſactio cum vno ex tutoribus, vel adminiſtratoribus facta non patrocinetur alijs, text. in l. 1. vbi gloſ. et DD. C. de tranſact. Rot. par. 9. recent. deciſ. 368. num. 32. etc. vbi generaliter de omni tranſactione, vt proſit tantùm tranſigentibus, & non alijs, Vrceol. de tranſact. q. 73. num. 26. et 27. et quæſt. 100. num. 31. et ſeqq. vbi quando proſit alijs.

An autem valeat tranſactio à tutore facta ſuper rebus pupilli, dic quod non regulariter, l. Lucius Titius 46. §. Tutoribus, ff. de admin. et peric. tut. Montan. de tut. cap. 33. num. 239. Menoch. de arbitr. caſ. 171. num. 41. Paul. Chriſtin. deciſ. Belg. 97. n. 8. vol. 2. vide in §. Tutela n. 31. et 32. nouiſſimè Vrceol. tract. de tranſact. quæſt. 20. et 21. per tot. vbi qualiter valeat.

Non tamen tranſigi poteſt ſuper iure tutelæ, vel educationis pupilli inter plures controuerſæ, cùm ſit munus publicum, quod non poteſt pactis priuatorum tolli, vel mutari, Valeron. de tranſact. tit. 3. quæſt. 1. Vrceol. eodem tract. q. 55. n. 71. & ſeqq.

Tranſactio non poteſt impugnari, niſi priùs reſtitutis omnibus vigore illius acceptis, l. ſi aduerſa 14. et l. vbi pactum, et l. ſeqq. 40. et 41. vbi DD. C. de tranſact. 16

Magon.

Magon. *deciſ. Flor.* 119. *num.* 8. Rot. *par.* 15. *recent. deciſ.* 251. *num.* 13. *& ſeqq. & par.* 17. *deciſ.* 341. *num.* 9. Merlin. *deciſ.* 522. *num.* 3. *&* 4. vbi declarat procedere tantùm quando petitur id, quod competeret non facta tranſactione, ſecus autem ſi ſolum agatur, vt nullitas detegatur. Quid ſi impugnans fuerit dolo ad tranſigendum inductus, & alia Ricc. *Collect.* 3131. Rot. *par.* 10. *recent. deciſ.* 182. *num.* 24. *&c.* vbi quando poſſint accepta retineri ab impugnante, Amat. *deciſ. Ferr.* 64. Gregor. *deciſ.* 354. *cum Addit.* Merlin. *dec.* 767. *num.* 4. *&c.* Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 70. *num.* 35. *vol.* 2. *& de tranſact. quæſt.* 89. *per tot.* Ricc. *Collect.* 3757. 1822. 3285. *&* 3131. vbi plura not. Rot. *par* 10. *recent. deciſ.* 202. *num.* 9. 10. *par.* 11. *deciſ.* 173. *num.* 11. *deciſ.* 261. *num.* 9. *par.* 12. *deciſ.* 322. *num.* 11. *p.* 13. *dec.* 268. *num.* 3. vbi quòd non eſt locus reſtitutioni acceptorum, quoties non implementum ex parte dantis prouenit, vide Io: Paul. Melij *obſeruat.* 150. *num.* 5. *&c.* plenè Aluarez Pegas *reſol. forenſ. cap.* 7. *per tot.* Andreol. *contr.* 286. vbi de tranſactione ſuper re clara vt non valeat, quando dicatur res clara, & an ob enormiſſimam læſionem reſcindi poſſit, & plenius de eadem materia in eadem cauſa Aloyſ. Albric. apud Andreol. *contr.* 288. *per tot.* idem Andreol. *controu.* 399. *n.* 60. *& ſeqq.*

De tranſactione inita, vel extorta ſub prætextu falſarum difficultatum, vt non teneat, idem Andreol. *contr.* 294. *n.* 1. *& ſeqq.*

Quòd agi poſſit ad nullitatem tranſactionis priuſquam fiat reſtitutio accepti; ſed poſtquam eſt detecta nullitas, non poſſit agi ad executionem, niſi priùs facta dicta reſtitutione, & Doctores contrarium tenentes eſſe intelligendos cum iſta diſtinctione, Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ.* 271. *num.* 28. & melius *dec.* 354. *n.* 17. vbi ponit ſex limitationes ad dictam regulam, in quibus poteſt tranſactio impugnari non reſtitutis priùs acceptis, vide in §. *Impugnatio num.* 3. §. *Actorum n.* 17. *& §. Nullitas n.* 13. Hier. Cala *tract. de reſtit. in integr. deneg. quæſt.* 9. *per tot.*

Non dicitur impugnare tranſactionem, nec tenetur accepta reſtituere, qui venit ex iure ſibi in ea reſeruato, Rot. *p.* 15. *rec. dec.* 128. *n.* 4. *&c.*

17 Tranſactio propter læſionem vltrà dimidiam non poteſt reſcindi, Addit. ad Pract. Papp. *libell. vt pact. ſeruent. gloſ. vlt. in fine*, Viui. *comm. opin.* 1001. Amat. *deciſ. Ferr.* 65. *num.* 11. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 867. *num.* 48. Montan. *de tut. cap.* 33. *num.* 239. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 288. *num.* 4. *& ſeqq. vol.* 1. vbi poſt relatas opiniones hanc approbat, & ſæpè iudicatum fuiſſe teſtatur, niſi exceſſus vltrà dimidiam eſſet magnus, vel enormiſſimam contineret læſionem, *& deciſ.* 143. *vol.* 2. *& deciſ.* 67. *num.* 3. *vol.* 3. Rot. *par.* 11. *recent. deciſ.* 269. *num.* 25. Rot. *par.* 13. *recent. deciſ.* 144. vbi quòd poteſt reſcindi quando exceſſus eſt magnus vltrà dimidiam, habito etiam reſpectu ad dubium litis euentum, & plures alias deciſiones concordantes refert, & ſequitur latè Vrceol. *tract. de tranſact. q.* 94. *num.* 17. *& ſeqq. per tot.* Rot. *par.* 15. *recent. dec.* 107. *per tot.* vbi plura ad rem *dec.* 213. *in eadem cauſa*, vbi fuit confirmata deciſio, *& dec.* 251. *per tot. & par.* 17. *dec.* 331. *n.* 15. *& ſeqq.*

Quòd non poſſit reſcindi propter inſtrumenta de nouo reperta, quantacumque fuerit læſio (enormiſſima excepta) quia magnum commodum conſequitur, qui à lite recedit, *l. ſub prætexta* 19. vbi *gloſ. & DD. C. de tranſact.* Montan. *d. cap.* 33. *num.* 281. *&* 289. Valeron. *de tranſact. tit.* 6. *quæſt.* 3. *num.* 13. *& ſeqq.* vide in §. *Sententia num.* 31. niſi interuenerit dolus, vt in *d. l.* Peregrin. *de fideicomm. art.* 51. *num.* 99. Rot. *par.* 14. *recent. deciſ.* 13. *num.* 4. plenè Vrceol. *de tranſact. quæſt.* 93. *per tot.* vbi plures alias limitationes adducit, Rot. *par.* 18. *recent. deciſ.* 714. *num.* 8. *& ſeqq.* Hieron. Cala *tract. de reſtit. in integr. denegan. quæſt.* 18. *num.* 16. *& ſeqq.* vbi tamen qualiter facta ſuper hæreditate defuncti reſcindatur per teſtamentum nouiter repertum, ſicuti facta ante apertas tabulas non ſuſtinetur, Carol. Rota *in Florileg. concl.* 35. *per tot.* vbi plura an tranſactio reuocetur per inſtrumenta nouiter reperta, vel per nouos teſtes inuentos.

Quòd imò poſſit reſcindi tranſactio ex remedio *l.* 2. *C. de reſcind. vendit.* probata læſione habito reſpectu ad dubium litis euentum, Merlin. *deciſ.* 55. *n.* 284. Rot. poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 713. *num.* 82. *&c.* Tuſch. *litt. T. concluſ.* 353. vbi ex quibus reſcindatur, vel non, latè Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 97. *vol.* 2. *& deciſ.* 143. *d. vol.* 2. vbi an per reſtitutionem in integrum, Rot. *par.* 13. *recent. deciſ.* 72. *num.* 7. *& ſeqq.* vide in §. *Læſio num.* 13. Coſta *de remed. remed.* 47. *illat.* 1. *per tot.* plenè Vrceol. *de tranſact. quæſt.* 94. vbi refert tres diuerſas opiniones cum ſuis rationibus, & ſequacibus, quas ad concordiam reducit vt ſupra cum aliquibus declarationibus, & limitationibus; & *quæſt.* 95. vbi plenè pariter an contra tranſactionem detur reſtitutio in integrum, adde Carol. Marant. *cont. par.* 4. *reſp.* 77. vbi plura an, & quando tranſactio valeat reſcindi, & pro qua læſione probanda, quid ſi fuerit iurata, an, & à quo ſit concedenda abſolutio, quid illa operetur, & alia ad rem.

Quòd tranſactio etiam iurata reſcindatur ſtante enormiſſima læſione, ſicut etiam ex falſitate cauſæ, vel errore, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 788. *per tot. cap.* 823. *num.* 38. *cap.* 824. *num.* 41. Bich. *deciſ.* 333. *num.* 15. *&* 16. *& dec.* 367. vide in §. *Diuiſio num.* Rot. *par.* 10. *recent. deciſ.* 192. *per tot. & par.* 12. *deciſ.* 326. *par.* 14. *dec.* 58. *num.* 5. *& par.* 17. *deciſ.* 331. *num.* 15. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 50. *num.* 41. *&c. vol.* 1. vbi quod poteſt reſcindi ſtante fallacia, dolo, circumuentione, vi, vel metu, vel læſione enormiſſima, Vrceol. *d. q.* 94. 95. *&* 96. vbi quomodo reſcindatur ob enormiſſimam læſionem, per reſtitutionem in integrum, & ex errore, vel falſa cauſa, & propter metum, Rot. *par.* 18. *recent. deciſ.* 662. *num.* 21. *&* 22. vbi quòd tranſactio enormiſſimam continens læſionem tanquam nulla, & læſiua non ſuſtinetur ad *lex. in l.* 2. *C. de reſcind. vend.* qui procedit etiam in tranſactione, & *dec.* 698. *per tot. d. p.* 18.

Quæ tamen enormiſſima læſio debeat adeſſe habito reſpectu ad dubium litis euentum, & ſententiæ iudicium æquiparatur caſui fortuito, Gratian. *diſcept. for. cap.* 861. *num.* 4. *etc.* Caualer. *dec.* 407. *per tot.* vbi etiam quòd quando fuit obſeruata per longum tempus, præſertim inter coniunctos non eſt de facili reſcindenda, Rot. *par.* 11. *recen. deciſ.* 248. vbi plura ad ſuſtinenda tranſactionem vigore læſionis impugnatam, cùm omnis interpretatio ſit capienda pro illa ſuſtinenda, & *deciſ.* 269. *per tot. d. par.* 11. *et par.* 13. *deciſ.* 441. *per tot.* Vrceol. *d. quæſt.* 94. *et* 95. *per tot.* & Rot. poſt illum *deciſ.* 56. *num.* 10. *et ſeqq. et par.* 18. *rec. dec.* 707. vbi in materia beneficiali.

Quòd vt tranſactio per quam fuit receſſum à litibus, poſſit ex capitale læſionis reſcindi, debeat probari ab agente ad reſciſſionem non ſolum valor bonorum, & remiſſio, ſed etiam dubius litium euentus, iura, probationes, & coloratæ prætenſiones, remiſſiones hincinde, qualitates perſonarum, & cauſarum, quorum omnium valor debet attendi, ad hoc vt tranſactio poſſit dici læſiua, Abbas *conſ.* 64. Crauett. *conſ.* 151. *num.* 26. *etc.* Rot. *par.* 2. *diuerſ. dec.* 235. *per tot. et dec.* 258. Merlin. *deciſ.* 284. *per tot.* Rot. *par.* 10. *recent. deciſ.* 192. *per tot.* vbi pro reſciſſione tranſactionis ex capite enormiſſimæ læſionis, *et par.* 13. *dec.* 72. Vrceol. *d. quæſt.* 94. *num.* 29. *et ſeqq. per tot.* vbi etiam de reſtitutione fructuum vſque ab initio ſtante enormiſſima læſione, de quibus fructibus Rot. poſt illum *deciſ.* 80. *per tot.*

Et in reciproca remiſſione, veluti fideicommiſſi reciproci non conſideratur læſio, *l. de fideicommiſſo* 11. *C. de tranſact.* vbi Bald. & Alex. Vrceol. *d. q.* 94. *n.* 49. *& ſeqq.*

Plures caſus, in quibus poteſt reſcindi tranſactio, vide per Ricc. *Collect.* 1807. Vrceol. *de tranſact. quæſt.* 100. *per tot.* vbi de pluribus, & diuerſis nullitatibus tranſactionum.

Donec autem tranſactio non fuerit reſciſſa per ſententiam habet implicitum ſtatum validitatis, & eſt ſeruanda, Vrceol. *conſult. for. cap.* 48. *num.* 25. *etc.* vide eundem in *tract. de tranſact. quæſt.* 70. *num.* 31. *et ſeqq.* poſt illum *dec.* 63. *et par.* 15. *recent. dec.* 26. *num.* 1. *et ſeqq.* vbi quòd tranſactionis executio, & obſeruantia retardari non poteſt, niſi illa prius per tres conformes fuerit reſciſſa, & de erroneitate conuicta, aliàs donec eſt dubia ſeruari debeat, etiam pendente iudicio reſciſſorio, & alia ad rem, Rot. *par.* 10. *recent. dec.* 312. *num.* 10. *et par.* 13. *dec.* 523. *num.* 4. *etc.* dixi in §. *Renunciatio num.* Rot. *par.* 19. *recent. deciſ.* 350. *num.* 5. *et ſeqq.* vbi diſtinguit inter tranſactionem ipſo iure nullam, & annullandam, vt primo caſu alia iudicis ſententia non requiratur, & non obſtet dicta tranſactio nulla, ſecondo verò caſu debeat declarari nulla per tres conformes vt ſupra.

Et ſublata tranſactione poteſt vtraque pars agere, & vel

pri-

primæuis iuribus, & quando ſecùs, Tuſch. *litt. T. concl.* 357. *per tot.* Rot. *par.* 13. *recent. deciſ.* 523. vbi quòd non poteſt redire ad primæuas actiones, cùm fuerint extinctæ per tranſactionem, niſi per tres conformes fuerint iudicata inualida, ſequitur alijs citatis Vrceol. *d. quæſt.* 70. *num.* 33. *& ſeqq & quæſt.* 73. *per tot.* vbi an, & quando per tranſactionem inducatur nouatio prioris contractus, & obligationis, *infra num.* 24.

Quod ſi in tranſactione adſit pactum reſolutiuum in caſo contrauentionis, vel non implementi, illo purificato, & reprobato, ac facta declaratione ſe velle eo vti, reſoluatur tranſactio, & omnia ad priſtinum ſtatum redeant; attendatur contrauentio primi, & non ſecundi, declaratio poſſit fieri ſine ſolemnitatibus, ea non facta vel petito implemento ſignum eſſe nolle vti pacto reſolutiuo, ac poſſe contractum per ratihabitationem reualidari, quomodo in caſu reſolutionis debeantur fructus; de pacto legis commiſſoriæ, qualiter procedat in tranſactione, ſicut in alijs contractibus, data iuſtitia pretij, alias ſecus, idem Vrceol. *d. tract. quæſt.* 99. *per tot.* vide in §. *Pactum n.* 9. *&* 14.

Quòd tranſactio regulariter ſit ſeruanda, vbi non eſt læſiua vltrà dimidiam, etiam ab infantibus, quoties fuit cum debitis ſolemnitatibus celebrata, & alia plura ad ſuſtinendam tranſactionem, Rot. *par.* 15. *recent. deciſ.* 213. *in eadem cauſa*, vbi fuit confirmata prima deciſio.

18 Tranſactio facta per principalem prodeſt etiam fideiuſſori, licet condemnato, *l. & poſt rem* 7. §. *Si fideiuſſor, ff. de tranſact.* cum ſimilibus Salgad. *Labyrint. credit. par.* 3. *cap.* 1. *num.* 188. Carpzou. *dec.* 251. Valeron. *tract. de tranſact. tit.* 2. *quæſt.* 8. & Vrceol. *eodem tract. quæſt.* 74. *per tot.* vbi reddit plures rationes, & ampliat idem eſſe in iuramento litis deciſiuo, vel etiam ſi poſteà tranſactio ex conſenſu debitoris, & creditoris reſcinderetur, dummodò initio fuerit valida, ſecùs ſi nulla, vel aliquo iuris remedio citrà, debitoris factum, & conceſſum reſciſſa, quia tunc ea de medio ſublata maneret, & reuiuiſceret principalis, & fideiuſſoria obligatio; quid ſi eſſet datus fideiuſſor pro obſeruantia tranſactionis, an illa reſciſſa remaneat ipſe liberatus, & alia ad rem, vide in §. *Fideiuſſor num.*

Quòd in tranſactione poſſit apponi pœna, ac ita ſit conſuitius, & in caſu contrauentionis exigi, *l. pactu conuento, & l. ſeq.* 15. *&* 16. *ff. de tranſact.* vbi *gloſ. & DD. l. cum proponas* 17. *C. eod.* vbi Alex. & alij, *l. promiſſis* 37. *C. eod. l. vbi pactum* 40. *& l. ſeq. C. eod.* vbi in §. *Pœna*.

19 Tranſactio probatur non ſolum per inſtrumentum, vel aliam ſcripturam, ſed etiam per confeſſionem, cùm ſcripturã non requirat, *l. cum te*, §. 3. vbi Salic. & Alex. *C. de tranſact.* Tuſch *litt. T. concl.* 351. vbi quòd poteſt probari etiam per teſtes, & plenè Vrceol. *de tranſact. quæſt.* 58. *cum pluribus ſeqq.* vbi qualiter poſſit probari per teſtes, & quos, per confeſſionem extraiudicialem, vel iudicialem, per ſcripturam, ac denique per omne genus legitimæ probationis, & quando dicatur perfecta, vel tantùm tractata, cùm in tranſactione ſicut in alijs contractibus concluſio, & non tractatus debeat attendi, ex quo ſæpè multa tractantur, quæ non perficiuntur.

20 Tranſactio poteſt fieri ſub conditione, & eſt valida, cùm ſufficiat ad tranſigentem aliquid peruenire poſſe, ac pariter iam exceptionem contra actionem realem, *l. ſi ſuper* 9. *C. de tranſact.* vbi Salic. Alex. & alij, ſequitur Vrceol. *d. tract. q.* 8. *num.* 24. *&* 25. *ac per tot.* vbi plura de modis, & formis, quibus poteſt fieri tranſactio, nempè nudo pacto, acceptilatione etiam Aquiliana, verbis generalibus, & ſpecialibus, purè, & ſub conditione, cum iuramento, & ſine, in iudicio, & extrà, cum ſcriptura, & ſine ſcriptura, de die, & de nocte, die feſto, ac feriato, & huiuſmodi.

Quòd tranſactio facta ſub conditione, quæ non fuit purificata, nihil operetur, & habeatur ac ſi facta non eſſet, cùm defectus implementi conditionis excludat conſenſum, intelligendo quando conditio fuit verè appoſita per modum conditionis, ſecùs ſi per modum obligationis, vel modi, niſi obligatio, vel modus reſpiceret cauſam finalem, quia tunc haberetur pro conditione, Vrceol. *d. tract. q.* 100. *n.* 36. *& ſeqq.* vide in §. *Conditio, &* §. *Modus*.

21 Tranſactio iuſto metu inita reſcinditur ſicut etiam inter dominum, & ſeruum, debet tamen probari metus, *l. interpoſitas*, vbi Salic. Alex. & alji, *& l. tranſactionem, C. de tranſact.* vide in §. *Metus num.*

Item communi partium conſenſu poteſt à tranſactione recedi, *l. ſi diuerſa* 14. *C. eod. l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur.* Bich. *dec.* 660. *num.* 5. *inter recent. par.* 12. *dec.* 130. vbi quòd tunc nec poteſt à Papa conformari ad ſupplicatiónem vnius partis tantùm.

Legitima tamen tranſactio non poteſt reſcripto Principis tolli, *l. cauſas* 16. *C. eod.*

Non etiam poteſt reſcindi ſi fuerit facta ſub ſpe futuræ ſucceſſionis, etiam promiſſæ, licet ſpes deficiat, & cauſa propter quam fuit facta non ſequatur, nec agi poteſt ex promiſſione, quia tanquam contra bonos mores non valuit, *l. cum donationis* 34. *C. de tranſact.* vbi Alex. & alij, vide in §. *Pactum n.* 3. *& ſeqq.*

Reſcinditur autem tranſactio etiam iurata, ſi fuerit facta prætextu falſorum inſtrumentum falſitate detecta, niſi ſuper ea fuerit tranſactum, *l. ſi ex falſis* 42. *C. de tranſact.*

Sed volens reclamare contra tranſactionem debet id facere intra tempus triginta annorum, vel quadraginta, ſi fuerit iurata cum tanto tempore omnes præſcribantur actiones, non tamen intrat præſcriptio ad impediendam executionem tranſactionis à partibus abſolutæ, & acceptatæ propter mala fidem eius, qui vellit opponere, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 994. Cyriac. *contr.* 3. Buratt. *deciſ.* 457. *num.* 1. cum alijs per Vrceol. *tract. de tranſact. qu.* 79. *per tot.* vbi etiam cum huiuſmodi præſcriptio in primogenituris, maioratibus, feudis, & fideicommiſſis præiudicet alijs vocatis, & ſucceſſoribus, quorum dies nondum ceſſaret, & refert diuerſas opiniones.

An impugnare volens tranſactionem iuratam opus habeat abſolutione à iuramento, idem Vrceol. *d. tract. q.* 90. *per tot.* vbi pluries nos citat in hac ſumma §. *Abſolutio*, ibi videas pro reſolutione dubij.

Quòd tranſactio, quæ per quadraginta annos non fuit obſeruata nullius ſit roboris, licèt in aliquibus partibus fuerit effectuata, quia obſeruantia debet eſſet indiuidualis ſuper caſu, de quo agitur, & ab obſeruantia vnius capituli, non benè infertur ab obſeruantiam aliorum, Rot. poſt Vrceol. *dec.* 61. *n.* 6. *&* 7.

Qualiter autem poſſit tranſactio reſcindi per occultam compenſationem, & ſic an dentur aliqui caſus, in quibus non obſtante tranſactione poſſit alter ex tranſigentibus vti aduerſus alterum occulta compenſatione, ſaltem in foro conſcientiæ, Zamoran. *tract. de compenſ. diſput.* 4. *cap.* 23.

22 Tranſactio ſi fuerit ex iuſta cauſa reſciſſa, licet plura contineat capitula, debet obtinens eſſe paratus ab omnibus recedere aduerſario volente, quia non poteſt tranſactio in parte ſibi vtili approbari, & in alijs improbari, *l. ſi ita in fine, ff. de opt. leg. l. plerumque, ff. de ædilit. l. cum emptor, ff. de reſcind. vend.* Paul. Chriſtin. *dec. Belgic.* 288. *num.* 10. *vol.* 1. ſequitur Vrceol. *de tranſact. q.* 97. *n.* 21. *& q.* 100. *num.* 23. Rot. *par.* 16. *recent. dec.* 346. intelligendo vt dixi ſupra *num.* 8. 9. 10. *&* 34. Rot. poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.* 58. *num.* 8. vbi ſimpliciter, quòd non poteſt tranſactio tanquam indiuidua, licet alij contractus in partibus fauorabilibus approbari, & in odioſis, vel contrarijs reprobari.

23 Tranſactio non habet ſubſiſtentiam dum non adimpletur quod in ea fuit promiſſum, maximè ſtante dolo, & quando quis vna manu concedit promiſſa, & alia tentat eripere, nam id non patitur bona fides, & ideò tranſactionis remedium tollitur per exceptionem doli, imò eandem tranſactionem inficit, & extinguit, *l. & eleganter, ff. de dolo*, Mantic. *de tacit. lib.* 26. *tit.* 8. *num.* 11. *& c.* Rot. *par.* 11. *recent. deciſ.* 7. *per tot.* latè videndus Larea *Alleg. fiſc.* 26. *per tot.* Vrceol. *tract. de tranſact. q.* 56. *n.* 8. *& ſeqq. inf. n.* 30.

Quando autem mutuo conſenſu dicatur receſſum à tranſactione, vel concordia, itavt non poſſit ab altera parte impetrari confirmatio, inſcia altera, Rot. *par.* 12. *recent. deciſ.* 127. *deciſ. &* 130. *repetita per tot.* latè Vrceol. *de tranſact. quæſt.* 88. vbi etiam qualiter ob non implementum promiſſorum, quæ reſpiciunt ſubſtantiam, & cauſam finalem tranſactionis poſſit recedi ab ipſa tranſactione per vnam partem tantùm; quicquid ſit quando implementum non reſpiceret cauſam finalem, quo caſu eſſet agendum ad implementum, vel ad damna, & intereſſe, vel ad electionem agentis, cum alijs pluribus declarationibus, quando ob non implementum poſſit agi ad reſciſſionem

con-

contractus, vel adimplementum, & alia plura de reſciſſione tranſactionis. Quòd ſtante pacto reſolutiuo non ſequuto implemento, omnia reponantur in priſtinum, ac ſi contractus factus non fuiſſet, etiamſi defectus eſſet in parte tantùm ſtante correſpectiuitate, Rot. poſt Vrceol. *d. tract. dec.* 33. vide in §. *Exceptio*, *&* §. *Pactum n.*14. facit Rot. *par.*18. *recent. dec.*138. *per tot.*

24 Tranſactio an inducat nouum titulum, & præcipuè quando dimittens rem ex cauſa tranſactionis cedit iura ſua, & actiones, ita vt debeatur gabella, euictio, vel pretij reſtitutio, & huiuſmodi, Olea *de ceſſ. iur. tit.*6. *quæſt.* 7. *per tot.* vbi concludit nouum inducere titulum, ſi tranſigenti expediat, non autem priorem nouari, nec perimi; euictionem atque gabellam deberi, quando traditur res, non autem quando dimittitur; ità vt nec tunc debeatur pretij reſtitutio, niſi tamen aliter expreſsè, vel tacitè conuentum ſit, vel niſi tranſactio non tantùm litem, ſed etiam rem ipſam litigioſam reſpiceret, & actor cederet poſſeſſori omne ius ſibi in illa competens, vt melius ibidem declarat, & videndi Guzman. *de euict. quæſt.* 31. Mangil. *eod. tract. quæſt.*142. Gottierez. *de Gabell. quæſt.* 45. *& alij ab ipſis citati*, & dixi in §. *Euictio num.* 19. adde Vrceol. *de tranſact. quæſt.* 76. *per tot.* vbi diſtinguit tres caſus circa euictionem.

Non tamen habere locum retractum, vel ius congrui in tranſactione, neque in illius diſſolutione, quia non eſt propriè venditio, nec alienatio, ſaltem voluntaria, ſed neceſſaria, & quia retrahere volens non poteſt dare, quod dat tranſigent; contra Tiraquel. & alios, benè probat Vrceol. *d. tract. q.*77. *per tot.* vide in §. *Iuriſcongrui.*

Quòd autem ad gabellam, eam deberi ex tranſactione, quia eſt verè contractus, qui ſolo conſenſu perficitur, ac transfert titulum, & dominium, ac idem in illius voluntaria diſſolutione ex nouo pacto, nouam deberi gabellam, ſecus ſi diſſoluatur ob nullitatem ſine dolo, & fraude contrahentium, quia tunc non debetur, & ſoluta poteſt repeti latè pluribus citatis idem Vrceol. *d. tract. quæſt.* 78. vide in §. *Gabella num.* 16. *in fine*, & latè Gabr. Vazquez *Opuſc. moral. tract. de reſtit. cap.*6. §. 2. *Dub.*7. *per tot. fol.* 106.

Quòd tranſactio priora partium iura extinguat; præcedentem titulum nouet, & perimat, *tex. in cap.* 1. *de tranſact.* Mohæd. *deciſ.* 3. *eod. tit.* Rot. *par.* 2. *recen. deciſ.* 414. *num.* 1. Monach. *deciſ. Bonon.* 40. *punct.* 7. *num.* 70. *& ſeqq.* Merlin. *dec.*17. *num.* 12. Rot. *par.* 14. *recent. deciſ.* 29. *n.*6. Beltramin. ad Ludouiſ. *dec.* 216. *num.* 4. adde latè Vrceol. *tract. de tranſact. quæſt.* 73. *num.* 1. *& ſeqq. per tot.* vbi ampliat etiamſi primæua iura fuerint reſeruata, intelligendo tamen quando contractus ſunt incompatibiles, & apparet de voluntate tranſigentium perimendi, & extinguendi prima iura; ſecùs ſi ſint contractus compatibiles, & conſtet tranſactionem fuiſſe initam non ad extinguendum, & eradicandam primam obligationem, ſed ad nouam priori accumulandam, nam tunc tranſactio nouationem non inducit, vt ibidem benè declarat, & dixi in §. *Nouatio num.* adde Rot. *par.* 16. *recent. deciſ.* 150. *num.* 12. *& ſeqq. & par.* 18. *deciſ.* 654. *num.* 13. vbi quòd tranſactio extinguit omnes titulos, cunctaſque actiones, & obligationes præcedentes, ſaltem ad vitam tranſigentium, *& dec.* 777. *num.* 8. *& ſeqq. in eadem cauſa*, vbi etiam quòd tranſigentes non attendunt aliam legem, quam tranſactionem ipſam, cui ità inhærendum eſt, vt quæcunque lex ab ea diuerſa non ſit attendenda.

25 Tranſactio facta ſuper validitate profeſſionis, & ſtatu religioſo, mediante promiſſione pecuniæ, vel alterius rei corporalis, ſine licentia Superioris ſimoniaca eſt, & non obligat, cùm pro ſpirituali detur temporale, quamuis in conſequentiam agatur etiam de re corporali propter connexionem rei ſpiritualis; tunc autem ſolum poſſet ſuſtineri receſſus à lite ſuper re ſpirituali mediante pecunia, vel alia re temporali, quando qui dat pecuniam pro tali receſſu iuſtè obtinet rem ſpiritualem, & vult ſimpliciter ſe liberare ab iniuſtis vexationibus per collitigantem illatis, alias ſecùs, vt colligitur ex traditis *per DD. in l. fin. C. de tranſact.* & ſignanter Bart. Bald. Caſtr. Salicet. & Iaſ. Nauar. *conſ.*41. *num.*20. *lib.* 5. *de Simon.* Suarez *de Relig. tom.* 1. *lib.*4. *tit. de Simon. cap.* 50. *&* 51. & latè pluribus alijs citatis declarat Rot. *par.*13. *recen. deciſ.*187. *per tot.* & poſteà viſus Vrceol. *de tranſact. quæſt.* 28. *num.* 42. *& ſeqq. per totum.*

Quòd tranſactio ſuper matrimonio carnali iam contracto ad illud ſoluendum, & dirimendum nullatenus valeat, ſed benè pro illo ineundo, & conſeruando ſubſiſtat, & alia plura ad rem circa libertatem matrimonij, ita vt nulla pœna poſſit apponi, latè idem Vrceol. *d. quæſt.* 28. *per tot.* & præcipuè *num.* 36. *&* 52. vide in §. *Matrimonium num.*13.

An autem, & quando poſſit fieri tranſactio de rebus dotalibus, vel extradotalibus, tam inter ipſos coniuges, quam cum alijs extraneis debitoribus, & an à ſolo marito ſine interuentu vxoris, vel à ſola vxore ſine marito, idem Vrceol. *d. tract. q.*29. *per tot.*

Tranſactio cum pacto ſoluendi aliquid pro fructibus pecuniæ promiſſæ in recompenſationem bonorum fructiferorum renunciatorum, non eſt vſuraria, ſed licita, cum in tranſactione regulariter non cadat vſura, ſed reputetur potiùs quædam compenſatio hincinde facta, Rot. *par.*2. *recent. deciſ.*490. *num.* 30. *par.*4. *tom.*2. *deciſ.* 160. *n.* 4. *&* 7. *& par.* 13. *recent. deciſ.* 330. *in eadem cauſa*, vbi fuit confirmata prima deciſio; & rurſus pro excluſione vſuræ, & licita perceptione fructuum conuentorum in tranſactione, plura deducit eadem Rot. *par.*14. *recent. deciſ.*74. *per tot.* & nouiſſimè Vrceol. *tract. de tranſact. quæſt.* 40. *per tot.* vbi plura quomodo ſuſtineatur tranſactio ſuper vſuris, & cambijs præteritis, ac etiam futuris licitis, vel dubijs, data debita compenſatione, & non quæſito colore ad palliandam vſuram; vt optimè etiam diſcurrit Eminentiſs. D. de Luca *tract. de vſur. & intereſſe diſcurſ.* 28. 35. *&c. tract. de Camb. diſcurſ.* 3. 5. *ac in alijs diſcurſ. de dictis materijs.*

Si tamen agatur de tranſactione ſuper quantitate, & non ratione bonorum fructiferorum, non debentur fructus, & intereſſe in tranſactione taxatum, niſi quatenus probetur cum debitis requiſitis, vt latè probat Bich. *dec.* 16. *per tot.* vide in §. *Intereſſe num.* 6. *&* 7. *& alios ſupracitatos*, Rot. *par.* 18. *recent. deciſ.* 676. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi quòd fructus ſoluti durante tempore in tranſactione conuento ad ſoluendam ſortem, tanquam pars contractus non poſſunt de vſura redargui, alias diceretur pro tantò minus tranſactum, loquitur tamen in dote viduæ ſoluenda, concludens ſolutos poſt tempus in tranſactione præfixum ad ſoluendam ſortem eſſe vſurarios, & in ſortem imputandos, Rot. *par.* 19. *recent. deciſ.* 260. *per tot.* vbi latè probat in tranſactione poſſe fructus ſine labe vſuræ in pactum deduci, ob rationem cuiuſdam mutuæ compenſationis, ceſſante mutuo vero, vel palliato, & contrarijs omnibus ſatisfacit.

Tranſactio inita ſuper tranſactione congruæ debitæ ratione actualis curæ animarum eſt irreleuans, & non attendenda ex defectu beneplaciti Apoſtolici, & præcedentis cauſæ cognitionis, ac ob euidentem læſionem, attenta modica quantitate aſſignationis inſufficientis ad ſubſtentatione Curati, & onerum, ita vt cum agatur de præiudicio ordinis Clericalis, & curæ animarum, Rector nec ſibi, nec ſucceſſoribus præiudicare valeat ſuper inſufficienti congrua tranſigendo, & conſentiendo, etiamſi interuenerit auctoritas Epiſcopi, quia ſi eius iudicium detegatur irrationabile, nihil operatur, congrua debeat eſſe talis, vt Rector commodè ſuſtentari poſſit, ac proportionata oneribus in curæ exercitio obeundis, *gloſ. in cap. vn. verb. abſque pecunia de ſtat. regul. in* 6. Rebuff. *de congrua quæſt.* 52. *num.* 91. Seraph. *deciſ.* 173. *num.* 2. *deciſ.* 514. *num.* 6. Mantic. *deciſ.*269. *num.*4. Rot. *par.*13. *recen. deciſ.* 347. *per tot.* vbi congrua fuit taxata in ducatis 50. annuis, non computatis incertis debitis ratione laboris, & ſeruitij, cum iſta non reputentur fructus beneficij, ſed merces, & præmium laboris perſonalis, quæ debentur tantùm inſeruientibus, cùm altari ſeruiens, de eo viuere debeat, nec poteſt imputari Rectori, qui tenue beneficium acceptauit vbi certè conſtat de inſufficientia congruæ, quicquid eſſet in dubio, de quo vide Rot. *d. par.*13. *recent. deciſ.*48. *per tot.* vbi plura quando Vicarius deputatus ad exercendam curam animarum debeat eſſe contentus congrua ſibi aſſignata, & acceptata, nec quærere augmentum, & alia contra prædicta facit quod dixi in §. *Eccleſia num.*7. & rurſus Rot. *d. par.*13. *dec.* 392. *per tot.* 27

Tranſactio inita ſuper reductione penſionis inter titularem, & penſionarium ex cauſa litis præcedentis ſuper inſufficientia fructuum valet, & eſt obſeruanda, etiamſi non interceſſerit beneplacitum Apoſtolicum, quod iſto 28

caſu

caſu non eſt neceſſarium; & licet alias penſionarius teneatur in iudicio petitorio probare valorem, vbi agitur contra ſucceſſorem, quia reſeruationi non conſentit, tamen ſecus eſt ſtante dicta reductione per viam tranſactionis, qua mediante Titularis fatetur beneficium eſſe capax penſionis reductæ, & releuat penſionarium ab onere probandi valorem, illudque in ſe transfert ſi velit tranſactionem impugnare; quicquid ſecus eſſet in reductione voluntaria nulla præexiſtente lite factam, per quam non releuaretur penſionarius ab onere probandi valorem narratum, Rot. *part.13. recent. deciſ.507. per tot.* cum concordantibus ibidem citatis, facit quod dixi in §. *Penſio num.4. 5. & 6.*

30 Tranſactio de rebus Eccleſiæ non confirmata auctoritate Papæ, non excedit vitam tranſigentis, nec afficit ſucceſſores; ſufficit tamen præſumpta confirmatio ex lapſu 30. annorum iuncta obſeruantia ad effectum vt tranſactio cenſeatur realis, & afficiat ſucceſſores, Rot. *part.1. recent. deciſ.*159. Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.*152. facit ſupra *num.*14. & vide in §. *Beneplacitum*.

Tranſactione facta cum fiſco, vel Principe circa exactionem vectigalium, vel huiuſmodi iurium fiſcalium, ſi tranſigens non ſoluerit ſummam promiſſam, poteſt tranſactio reſcindi, lis ſopita denuò inſtaurari, & primæua actione agi, & non ſolùm pro pecunia in tranſactione promiſſa; quia qui non impleuit quod promiſit omni commodo tranſactionis priuandus eſt, habet enim tranſactio tacitam conditionem, ſi quod promiſſum eſt detur, vel eſt contractus correſpectiuus, qui ex defectu cauſæ, vel implementi poteſt reſcindi, prout his, & ſimilibus rationibus, contrarijs reſpondendo, latè concludit Larrea *Alleg. fiſc.26. per tot.* ſequitur Vrceol. *de tranſact. quæſt.56. num.*10. quæ etiam deſeruire poſſunt in alijs tranſactionibus, de quibus Rot. poſt Vrceol. *d. tract. deciſ.*51.

Quòd ex capite non implementi non poſſit à tranſactione recedi, nec primæua actione, quam extinxit tranſactio agi, ſed agendum ſit ad implementum, quod eſt ſpeciale in tranſactione inuenta ad dirimendas lites, intelligendo quando tranſactio fuit inita mediante ſtipulatione, vel iuramento, & non nudo pacto, item ſtante poſſibilitate implendi, alias ſecùs, item quando eſt valida, ſecùs ſi ſit nulla, vt latè esplicat Bich. *deciſ.500. num.16. & ſeqq. per tot.* vbi etiam citat Larream *d. alleg.26. ſupra n.*23.

Qualiter autem agens ex trãſactione probare debeat implementum ex parte ſua, alias repellatur exceptione non implementi, latè Maſcard. *de probat. vol.3. concl.1387. per tot.* vide in §. *Exceptio n.50. & ſeqq.*

31 Tranſactio non poteſt reſcindi ex capite erroris, etiam calculi, *l.1. C. de error. calc. l. vn. in fine C. de plus petit. l. in ſumma 65. ff. de condit. indebit.* Bart. *in l.2. ſub n.10. C. de iur. fiſc.*

Quod eſt intelligendum quando ſuper præcedente errore calculi erat lis mota, vel moueri timebatur, & ex hac cauſa emanauit tranſactio, quia iſto caſu, cùm partes cogitauerint de errore tranſigendo videntur promittere non tanquam debitum, ſed vt recedant à lite; ſecùs autem ſi de tali errore nulla præceſſit dubitatio, nam tunc partes credendo ſummam promiſſam eſſe verè debitam, non poteſt dici tranſactum ſuper errore, qui ſi adſit, retardat executionem inſtrumenti quantumuis executiui, ac etiam tranſactionis, & DD. aſſerentes valere tranſactionem non obſtante errore calculi, debent intelligi ad effectum vt in alijs teneat deducto, & retractato errore per exceptionem doli, cùm error excludat conſenſum, & ſic reſiſtat origini obligationis ex contractu, vel quaſi, Alex. *in l.1. C. de error. calc.* Dec. *conſ.350. num.7.* Ruin. *conſ.71. num.4. & 5. lib.4.* Laurent. *deciſ. Auenion.124. num.9.* Buratt. *deciſ.336. num.9.* & benè declarat Bich. *deciſ.191. per tot. & deciſ.333. num.5. &c.* vbi etiam quòd ſtante dicto errore manifeſto, de quo non præceſſit dubitatio, non poteſt dici de eo tranſactum, etiamſi partes contractum nominauerint tranſactionem, & retardatur executio, vide in §. *Error num.*10. & Vrceol. *de tranſact. quæſt.96. per tot.* vbi quando per errorem, vel falſam cauſam, & metu inita tranſactio reſcindatur, *quæſt.*98. vbi de errore calculi, & conuenit cum prædictis, niſi interceſſerit dolus, vel enormiſſima læſio, quia tunc ſemper poteſt retractari, facit Rot. *part.18. recent. deciſ.732. num.5. & ſeqq.* vbi quando non poſſit reſcindi prætextu erroris, & læſionis, in terminis diſpoſitionis, *l. hac adictali C. de ſecund. nupt.*

Tranſactio facta cum hærede debitoris non nocet creditoribus defuncti, *l. Imperatores in princip. ff. de tranſact.* 32
Crauett. *conſ.435. ſub numer.*18. Bich. *deciſ.*235. vbi quòd ideò hæres debitoris non poteſt in præiudicium creditorum tranſigendo confiteri bona aliqua eſſe fideicommiſſo ſubiecta, ſi verè talia non ſint, præſertim ſi tranſactio colluſiua, & mala fide facta detegatur ad ſupplantandos creditores, quibus ideò nocere non debet, Rot. *part.15. recent. deciſ.*135. & nouiſſimè Vrceol. *de tranſact. quæſt.84. num.28. & ſeqq. per tot.* vbi plura alia de tranſactione facta per hæredem cum aliquo tertio, vel inter plures ſe inuicem hæredes prętendentes, vt non præiudicet legatarijs, neque creditoribus hæreditarijs; & de tranſactione facta ab hærede putatiuo, vt ſi ſit de re hæreditaria, & vtilis hæreditati proſit vero hæredi, ſi autem ſit læſiua, & præiudicialis illi non noceat, vt latè ibidem declarat.

Tranſactio inter duas Eccleſias valet abſque beneplacito 33
Apoſtolico vbi agitur de re modici præiudicij, licita, & honeſta, vel non continet alienationem, ſed dimiſſionem eius, quod antea altera pars habebat, vel verſatur tantùm circa fructus: Non tamen valet ſine dicto beneplacito ſuper iure eligendi Vicarium Capitularem, quòd liberè competit Capitulo Cathedralis Eccleſiæ, cum ſapiat alienationem iuris iuriſdictionalis, vt benè probat Bich. *deciſ.525. n.17. & ſeqq. per tot.* vide in §. *Beneplacitum*.

Quòd tranſactio ſuper iuribus parochialibus facta per Parochum, non præiudicet Parochianis, Rot. *part.18. recent. deciſ.595. n.3. & ſeqq.*

Tranſactio ſuper iurepatronatu, aliquo dato, vel pro- 34
miſſo inter laicos, & perſonas Eccleſiaſticas tanquam ſimoniaca non ſubſiſtit; inter autem ipſos compatronos circa voces, & modum præſentandi eſt valida, *cap. præterea vbi gloſ. & DD. de tranſact. clem.2. de iurepatron.* Ciarlin. *contr.107. num.*83. Bich. *deciſ.382. num.*28. Merlin. *deciſ.*854. & nouiſſimè D. meus Vrceol. *tract. de tranſact. quæſt.*27. vbi etiam an huiuſmodi tranſactio afficiat ſucceſſores, & affirmatiuè concludit in iurepatronatu hæreditario, in gentilitio verò ſecùs, niſi ſit omninò bona fide facta iuxta diſtinctionem, de qua *ſupra num.10. in fine*, facit quod dixi in §. *Simonia, & §. Iuſpatronatus num.10. in fine*.

Tranſactio inter medicum, & infirmum, ac inter Aduo- 35
catum, vel Procuratorem, & Clientem ſine dolo, vel enormi læſione, ſed bona fide inita, ſicut quilibet alius contractus ſubſiſtit, ac iuris firmitatem habet, vt benè probat Vrceol. *d. tract. quæſt.30. per tot.* & dixi in §. *Aduocatus*, §. *Medicus*, & alibi ad rem.

Tranſactio, vel pactum ſuper hæreditate viuentis, an, 36
& quando ſubſiſtat, vel non, dixi latè in §. *Pactum num.3. & ſeqq.*

Tranſactio facta à defuncto non poteſt impugnari ab hæ- 37
rede, etiam ex propria perſona, neque ab hærede hæredis, niſi eſſet hæres cum beneficio inuentarij, vel pro parte tantùm, vel niſi eſſet ipſo iure nulla, vel erronea, vel contineret enormiſſimam læſionem, vel pactum ab ea recedendi, vt latè omnia iſta declarat Vrceol. *in ſuo doctiſſimo tract. de tranſact. quæſt.80. per tot.* & ego dixi pluribus alijs citatis in §. *Hæres*.

Quòd tranſactio acquiſitionis potiùs, quàm alienationis rationem habens non poſſit prohiberi à teſtatore, ne fiat ab hærede, cum id videatur contra bonos mores, & contra rectam rationem, Rot. poſt Vrceol. *d. tract. deciſ.43. num.*17.

Tranſactio ſuper donatione facta, an poſſit ſicut ipſa do- 38
natio ex ſuperuenientia filiorum reuocari, latè declarat Vrceol. *de tranſact. quæſt.92. per tot.* vbi quòd ſic quando fuit fictè, & ſimulatè facta ad tranſmutandum titulum, ſecùs ſi ſit vera tranſactio, quæ euertat naturam donationis, facit quod dixi in §. *Donatio num.28. & ſeqq.*

Reliqua de tranſactionis materia tradunt Valeron. & Vrceol. *in tract. de tranſact.* & nos plura ſparſim notauimus in locis opportunis huius operis, & alia remiſſiuè Ægid. de Caſtejon. *in Alphab. iurid. verb. tranſactio*.

Tranſactio, licet inducat rem iudicatam inter tranſigen- 39
tes, vt dixi ſupra *num.*2. non tamen nocet tertio in ea non comprehenſo, licet ad cauſam pro ſuo intereſſe admiſſo, maximè poſtquam iura ſua deduxit in iudicio, & lite, ſuper qua emanauit dicta tranſactio, Rot. *part.18. recent. deciſ.602. per tot. & deciſ.715. num.2. & ſeqq. in eadem cauſa*.

40 Tranſactio inita inter filios prioris matrimonij, & vitricum ſuper dependentibus à diſpoſitione, *l. hac adictali C. de ſecund. nupt.* qualiter ſuſtineatur non docto de errore, neque de enormiſſima læſione, maximè ſi fuerit in ſpecie renunciatum, *d. l. hac adictali*, Rot. *part.18. recent. deciſ.732. per tot. & de materia d. l.* dixi in §. *Diſpoſitio n.8. & ſeqq.*

Tranſactio tamen, ſiue renunciatio facta à filijs in fauorem matris binubæ non comprehendit lucra ipſis a lege delata in pœnam ſecundarum nuptiarum, niſi contineat ſpecialem renunciationem, *l. hac adictali, & l. fæmina C. de ſecund. nupt.* cùm dicta lucra debeantur tantum poſt mortem matris binubæ, & maximè ſi tranſactio contineat enormiſſimam læſionem, ita vt nec ſit locus pacto reſtituendi accepta, quando tranſactio impugnatur ex iuribus in ea non comprehenſis, Rot. *part.18. recent. deciſ.759. per tot. & deciſ.244. in eadem cauſa d. part.18.*

§. TRANSMISSIO. XV.

1 Tranſmiſſio eſt ius adeundæ hæreditatis quod moriens habebat, & ante aditam hæreditatem transfundit in ſuos hæredes, Bologn. & alij *in Rub. C. quando non pet. part.* dixi in *reſol. cap.80. n.8.*

Quòd ex potentia ſuitatis tranſmittatur hæreditas tanquam adeunda, & non tanquam adita, *l. 1. C. de his qui ant. apert. tab.* Franch. *deciſ.32. n.1. & 2.* Ioſeph. Feliu. *in Margar. var. concl. verb. Tranſmiſſio fol.113.*

Vel eſt quædam prorogatio ſucceſſionis eiuſdem formæ, & naturæ, Bald. *in l.3. col.2. C. de hæred. inſtit.* Card. Tuſch. *litt. T. concl.368.* Martha *de ſucceſſ. legal. part.1. q.24. art. 1. num.1.*

Quæ poſſint tranſmitti, vel non, & ſic quando, & in quibus tranſmiſſio locum habeat, vel non, latè Tuſch. *litt. T. concl.369. & ſeqq. ad 374.*

Nulla tamen tranſmiſſio fieri poteſt, ſi hæres inſtitutus moriatur ante teſtatorem, & ſic inſtitutio efficiatur caduca, quia ius inſtitutionis eſt perſonaliſſimum, & antequam fuerit delatum non poteſt cedi, transferri, nec in alios tranſmitti, Rot. *part.11. recent. deciſ.294. per tot.* Bich. *deciſ.320. num.2.*

2 Tranſmiſſio eſt triplex, nempè ſuitatis, ſanguinis, & iuris deliberandi.

Suitatis eſt illa, per quam ſui hæredes, ideſt liberi obtinentes primum gradum traſmittunt ad quoſcumque hæredes hæreditatem patris non aditam, *l. apud hoſtes C. de ſuis, & legit. vbi gloſ. & DD. l. 3. l. ſi infanti C. de iur. deliber.* Soccin. *reg.217. per tot.* Tuſch. *litt. T. concl.370. num.92. & ſeqq.* Peregrin. *deciſ.87. num.1. &c.* Noual. *de tranſmiſ. caſ. 8. num.16.* & Rot. *part.9. recent. deciſ.301. num.17. &c.* vbi quòd non eſt neceſſe docere de aditione, & *part.13. deciſ. 527. num.21. & ſeqq.* Martha *de ſucceſ. legal. part.1. quæſt. 24. art.1. num.2. &c.* Bich. *deciſ.320. num.7. & ſeqq.* Gratian. *diſcept. for. cap.271. num.16. &c. cap.732. num.53. &c.* vbi plura de ſuitate & eius effectibus, Vaſqu. *de ſucceſ. lib. 3. §.21. num.266.* latiùs *tom.2. lib.1. n.882. §.7. n.1. & ſeqq.* Tuſch. *litt. S. concl.882.* vbi quid ſit ſuitas, quid operetur, & quando ſublata.

Et ſit huiuſmodi tranſmiſſio in extraneos, etiam in præiudicium exiſtentium in pari gradu, Magon. *deciſ. Flor. 148. n.16.* Surd. *deciſ. 1[illegible]8. per tot.* vide Altograd. *conſ.83. num.13. &c. num.92. &c. lib.1.* vbi plures pro vtraque parte allegat Vaſqu. *de ſucceſſ. lib.3. §.21. limit.10. num.268.*

Secunda ſit tranſmiſſio iure ſanguinis, per quam omnes liberi, etiam non obtinentes gradum ſuitatis tranſmittunt hæreditatem aſcendentium non aditam ad ſuos deſcendentes, non autem ad extraneos, *l. un. C. de his qui ante apert. tab. ſiue ſciuerint, ſiue ignorauerint delationem*, Martha *loc. cit. num.5. &c.* Vaſqu. *loc. cit. num.267. &c.* latiùs *tom.2. lib.1. §.7. num.7. & ſeqq.* Tuſch. *litt. T. concl.370. num.113. & ſeqq.* Rot. *part.11. deciſ.78. num.6. & ſeqq.* vbi de tranſmiſſione fideicommiſſi à matre non agniti, Bich. *deciſ.320. num.9. & ſeqq.* vbi quòd neque ſit iſta tranſmiſſio ad aſcendentes, ſed tantum deſcendentes.

Non tamen ſit in inuitum, Surd. *deciſ.140. num.14. &c.* & etiam illa ſuitatis ſit cum beneficio abſtinendi, vt dixi in *reſol. cap.89. num.28. & cap.76. num.10.* Rot. *part.13. recent. deciſ.527. num.30.* vbi etiam *num.21. & ſeqq.* quòd non impeditur tranſmiſſio iure ſuitatis per ſubſtitutionem vulgarem, de quæſtione Fuſar. *de ſubſtit. q.46.* dixi in §. *Subſtitutio num.5. inf. num.13.*

Tertia eſt tranſmiſſio iuris deliberandi, per quam mortuo aliquo adhuc durante anno à lege præſcripto ad deliberandum tranſmittitur reſiduum huiuſmodi temporis deliberandi ad quoſcumque hæredes, ſi defunctus ſciuerit ſibi delatam hæreditatem, ſecùs autem ſi ignorauerit, *l. cum antiquioribus*, vbi *gloſ. & DD. C. de iur. delib.* Iaſon. *in l. emancipata C. qui admitti*, Martha *loc. ſupra cit. num. 7.* & de prædictis tribus ſpeciebus tranſmiſſionis, Rot. *in Nouiſs. part.6. deciſ.22. num.39. & ſeqq.* Altograd. *conſ.69. num.36. lib.1.* Vaſqu. *de ſucceſſ. tom.2. lib.1. §.7. per tot.* Coſta *de remed. ſubſid. remed.111. per tot.* Merlin. *deciſ.505. n. 39. &c.* Bich. *deciſ.320. num.13. & ſeqq.* vbi quòd in iſta tranſmiſſione tria requiruntur, nempè quod tranſmittens ſciat ſibi delatam hæreditatem, decedat intra annum, & prætendens tranſmiſſionem adeat intra reſiduum dicti anni, & ſtante ignorantia ceſſare tranſmiſſionem huius iuris deliberandi, quia deliberatio eſt animi præmeditatio, quæ non cadit in ignorantes, & tranſmitti tantùm beneficium reſtitutionis in integrum, cui nec locum fuiſſe in caſu ſuo probat, & Rot. *part.18. recent. deciſ.93. & ſeqq. deciſ.234. per tot. & deciſ.687.* vbi quòd probari debet non ſolum ſcientia obitus, ſed etiam teſtamenti, quando agitur de hæreditate ex teſtamento delata, dixi in *reſol. cap.76. num.6. & ſeqq.* vbi qualiter dictæ tranſmiſſionis ſpecies faciant ceſſare ius accreſcendi, & *cap.89. num.27. & ſeqq. per tot.* vbi quando hæreditas dicatur delata ad hoc vt poſſit tranſmitti de iure communi, vt ſupra; vel vigore ſtatuti diſponentis quod hæreditas delata, licet non adita tranſmittatur.

De tranſmiſſione hæreditatis non aditæ per ignorantem in hæredem mediante in integrum reſtitutione cum pluribus citatis latè Fontanel. *deciſ.484. & 485. per tot.*

Quod tamen etiam ignorantibus, abſentibus, vel alias legitimè impeditis ſuccuratur per reſtitutionem in integrum, ex æquitate, *l. Patronus ff. de acquir. hæred.* vbi DD. niſi agatur de excluſione perſonæ magis dilectæ, Altograd. *conſ.83. n.61. & ſeqq. lib.1.* latè Bich. *deciſ.320. n.17. & ſeqq.* vbi quòd ignorantia debet eſſe probabilis, iuſta, & probari à prætendente tranſmiſſionem, cùm ſit fundamentum ſuæ intentionis, Rot. *part.16. recent. deciſ.407. num.2. & 3.* vbi quòd æquitas *d. l. Patronus*, non procedit in præiudicium proximiorum, & *part.18. deciſ.93. num.13. &c. deciſ. 234. per tot. deciſ.308. num.9. & deciſ.637. per tot.* vbi pro tranſmiſſione beneficij reſtitutionis in integrum ſtante iuſta ignorantia facti, & iuris in muliere, & *deciſ.687.* vbi pro non tranſmiſſione ſtante perſona magis coniuncta, & dilecta. Plura de dictis tranſmiſſionibus, an, & quomodo procedant, etiam fauore fiſci, Hieron. Cala. *tract. de reſtit. integr. deneg. q.43.*

Multas alias ſpecies tranſmiſſionis, ſiue potiùs caſus, in quibus procedit tranſmiſſio, latè explicat videndus Vaſqu. *de ſucceſſ. tom.2. lib.1. §.7. & ſeqq.* Tuſch. *litt. T. concluſ. 360. per tot.* Noual. *tract. de tranſmiſ. per tot.* & remiſſiuè Ægid. de Caſtejon. *in Alphabet. iurid. verb. Tranſmiſſio.*

Tranſmiſſio locum habet ad fauorem patris, non autem aliorum, quando moritur filius infans ante aditam hæreditatem ſibi delatam, nam illam tranſmittit ad patrem tantùm ex ſpeciali priuilegio, *l. ſi infanti*, vbi gloſ. Bart. Bald. & alij *C. de iur. delib.* Marant. *in l. is poteſt. num.145. ff. de acquir. hæredit.* Vaſqu. *de ſucceſſ. tom 2. lib.1. §.8. per tot.* Theſ. *deciſ.88. per tot.* Gratian. *diſcept. for. cap.401. num. 32.* dixi in *reſol. cap.89. numer.6. 17. & 31.* latè Martha *de ſucceſſ. part.1. quæſt.14. art.4. per tot.* vbi ad quos infans tranſmittat; & an *d. l. ſi infanti* ſit correcta, aliaque plura notabilia Altograd. *conſ.82. num.14. & ſeqq. lib.1.* vbi latè ſuſtinet quòd iſta tranſmiſſio tanquam irregularis non ſit cum iure excludendi fœminas vigore ſtatuti, vide in §. *Statutum excludens n.4.* Card. Tuſch. *litt. T. concl.370. n.110. & ſeqq. infra num.11.* 3

Quòd iſta tranſmiſſio, quæ ſit ab infante in patre de hæreditate matris illi delatæ de vigore *d. l. ſi infanti*, dicatur irregularis, nec procedat in præiudicium exiſtentium in pari gradu, & ideò vigore huiuſmodi tranſmiſſionis ſorores infantis non dicantur excluſæ per patrem ab hæreditate matris propter æquitatem, ex qua hæreditas matris eſt potius debita filiabus, quam viro infante maſculo prædefuncto, latè probat Altograd. *conſil.83. per tot. lib.1.* & ſic *d. l. infanti*, procedit tan-

tantùm vbi non adſunt ſorores, nam quando adſunt illæ ſuccedunt in totum, nec pater facit illis patrem, cùm videatur potiùs agi de hæreditate matris, quam fratris infantis, ad cuius ſucceſſionem concurreret etiam pater cum ſororibus, ſi de illius hæreditate ageretur, eo quia eius nomine fuiſſet per patrem adita matris hæreditas, ſecùs ſi non ſit adita, nam tunc agitur de hæreditate matris, & non filij, ad tradita per Altograd. *conſ.82. numer.44. &c. conſ.83. num.33. &c. lib.1.* vide Martham *d. quæſt.24. art.4. num.26. & per tot.* vbi an, & quando infans traſmittat hæreditatem non aditam, & ad quas perſonas tam de iure communi, quàm ſtatutorum, Vaſqu. *de ſucceſſ. tom. 2. lib.1. §.8. per tot.* Tuſch. *litt. T. concl.370. n.3. & ſeqq. per tot.*

Quòd tranſmiſſio iure ſuitatis non habeat locum fauore matris filios in poteſtate non habentis attento iure antiquo, licet poſtea etiam ad matrem fuerit extenſa dicta tranſmiſſio, & correctus *text. in d. l. ſi infanti*, Rot. *part.14. recent. deciſ.438. num.10. & ſeqq.* Martha *vot. Piſan.121. per tot.* vbi quòd etiam mater ſuccedit infanti in hæreditate ei delata, & donatione excluſo auo paterno, quia *d. l. infanti*, quæ concedebat tranſmiſſionem ſolum ad fauorem patris, eſt correcta per Auth. *defuncto C. ad Tertull.* & ſic hæreditas paterna delata infanti morienti in infantia traſmittitur ad matrem iuxta magis communem opinionem, & quia infans ex potentia ſuitatis tranſmittit hæreditatem non aditam ad quoſcumque hæredes etiam extraneos iuxta ſuperius dicta, & ſic etiam ad matrem, quem refert, & ſequitur Rot. *d. deciſ.438. part.14. recent. & part.17. deciſ. 335. num.14.*

Quòd mater non tranſmittat iure ſuitatis, quia non habet filios in poteſtate, ſed benè tranſmittat iure ſanguinis, Rot. *part.16. recent deciſ.345. num.22.*

4 Tranſmiſſio licet non fiat vt ſupra niſi ratione ſuitatis, & ſanguinis, & iuris deliberandi, vel priuilegio *d. l. infanti*, ita vt alias ſit regula generalis; quòd hæreditas non tranſmittatur, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.78. numer.21. &c.* dixi in *reſol. cap.89. num.1. per tot.* de huiuſmodi regula cum ampliationibus, & limitationibus, & declarationibus, Tuſch. *litt. H. concl.18. & litt. T. concluſ.370. per tot.*

Tamen procedit ſolum in maiore, nam ſi ſit minor ille, cui fuit delata hæreditas, & ea non adita moriatur, ſicut ipſe viuens haberet beneficium reſtitutionis in integrum, ita etiam illud tranſmittit ad hæredes, & hoc modo ipſam hereditatem, vt benè declarat Gratian. *diſcept. forenſ. cap.820. num.20. &c.* Surd. *deciſ.138. num.10. &c.* Altograd. *conſ.83. num.62. lib.1.* vbi tamen *num.64.* limitat niſi talis reſtitutio operaretur excluſionem perſonæ magis directæ defuncto, quam ſit ille, qui vult admitti per in integrum reſtitutionem, nam tunc propter obſtaculum maioris æquitatis non eſſet concedenda, & plures in id allegat, vide Theſ. *deciſ.88. num.5. &c.* dixi in §. *Succeſſio num.12.*

Quòd etiam maior, & quilibet alius capite iuſtæ, & probabilis abſentiæ, vel ignorantiæ traſmittat huiuſmodi ius petendi reſtitutionem in integrum ad ſuos hæredes, imò ad hæredes hæredum, niſi agatur de excludenda perſona magis dilecta, latè Altograd. *conſ.94. per tot. lib.1.* vide in §. *Hæreditas num.13.* Bich. *deciſ.320. num.17. & ſeqq.* vbi quòd hoc ius petendi reſtitutionem in integrum tranſmittitur non ſolùm ad deſcendentes, ſed etiam ad aſcendentes, & ad quoſcumque extraneos, dummodò ignorantia ſit iuſta, & veriſimilis, ac probetur à tranſmiſſario tanquam ſuæ intentionis fundamentum, quicquid alias non probata ſcientia, præſumatur ignorantia.

5 Tranſmiſſio dotis maternæ, ſiue hæreditatis, licèt non aditæ, vigore ſtatuti Florentini *lib.2. Rub.129.* fit in quoſcumque hæredes, etiam extraneos filiorum, & deſcendentium, etiam ſi extarent filij ex alio matrimonio, Magon. *deciſ. Flor.148. in princ.*

Quæ quidem tranſmiſſio ſtatutaria, licèt in dubio dicatur irregularis, dum ſit in tranſuerſales, & extraneos, & non habeat locum in præiudicium exiſtentium in pari gradu propter obſtaculum maioris æquitatis, quæ eſt vt filij ſuperſtites potiùs quàm extranei habeant matris hæreditatem, tamen in caſu prædicto, cùm verba ſtatuti ſint clara dicitur Florentiæ ordinaria, & regularis, ſicut illa, quæ fit ex potentia ſuitatis, & inſtar illius habet locum etiam in præiudicium exiſtentium in pari gradu, ad tradita per Magon. *d. deciſ.148. num.14. & ſeqq.* & dixi in *reſol. cap.89. n.41. &c.* facit Peregrin. *deciſ.87. num.7. &c.*

Sed contrarium vide per Altograd. *conſ.82. num.45. & ſeqq. lib.1.* vbi quòd quando adſunt ſorores, filius infans non tranſmittit in partem, qui dicitur extraneus quoad hæreditatem matris, ſed ipſæ ſorores admittuntur ex maiori æquitate ad illarum fauore exiſtente, & latiùs *conſ.83. per tot.* probat tranſmiſſionem prædictam irregularem eſſe, & non procedere in præiudicium exiſtentium in pari gradu propter maiorem æquitatem pro illis exiſtente reprobando Magon. *loc. cit.* & oſtendendo pluries Rotam Florentinam contra illius deciſionem iudicaſſe, facit pro hac parte Peregrin. *deciſ.87. num.7. &c.*

6 Tranſmiſſio vigore dicti ſtatuti Florentini *lib.2. Rub.129.* fit ab eo, qui defuncti bona poſſedit ſaltem per quindecim dies à die mortis defuncti, cùm abſque alia aditione ſit factus hæres ipſo iure actiuè, & paſſiuè, etiamſi agatur de re minima poſſeſſa, & detenta, ac etiamſi prætenderet non tanquam hæres, ſed ex alia cauſa poſſediſſe, licèt priùs repudiauerit, nam ſi poſt repudiationem poſſideat, vt ſupra efficitur hæres ſimpliciter, ac ideò tranſmittit, Magon. *deciſ. Flor.10. num.20. & ſeqq. per tot.* Surd. *deciſ.138. num.1.* dixi in *reſol. cap.89. num.36. &c.* vbi plura *per tot.* quando hæreditas delata, & non adita tranſmittatur vigore ſtatuti, & quando ad hunc effectum poſſit dici delata, cùm delatio ſit legis operatio, vide in §. *Hæreditas num.* & §. *Statutum generale num.*

Quando, & quid operetur huiuſmodi ſtatutum, vel non, Tuſch. *litt. S. concl.682. per tot.*

7 Tranſmiſſio non habet locum de iure communi in hæreditate filij, ſiue alterius deſcendentis, quæ delata patri, vel alteri aſcendenti, ſi non fuerit adita non tranſmittitur, Crauett. *conſ.37. numer.4.* Ang. *in l. nam is ff. de inoff. teſt.* Ioſeph. de Ruſt. *in l. cum anus lib.1. cap.10. num.16. 17. de condit. & demonſtrat.* Magon. *deciſ. Flor.104. num.6.* Vaſq. *de ſucceſſ. lib.3. §.21. limit.10. n.267. &c.* vbi refert contrarias opiniones Bich. *deciſ.320. num.9. & ſeqq.* vbi reddit rationem differentiæ, quia hæreditas deſcendentium non eſt æquè debita aſcendentibus, prout è conuerſo aſcendentium eſt deſcendentibus debita, & in hac tranſmiſſione ſanguinis duo ſunt neceſſaria nempè quod hæreditas tranſmittenda ſit alicuius aſcendentis, & ille, in quem fit tranſmiſſio ſit de deſcendentibus tranſmittentis.

8 Tranſmiſſio ceſſat quando moriens, cui erat delata hæreditas, erat incapax ſucceſſionis, vel repudiauit, cùm nemo plus iuris in alium transferre poſſit, quam ipſe habeat, & non tranſmittitur id quod ipſe noluit acquirere, *l. nemo plus iuris, & l. nemo plus commodi ff. de reg. iur.* Craſſ. *in §. Tranſmiſſio quæſt.17. n.1.* Altograd. *conſ.82. n.7. &c. lib.1. & conſ.95. num.109. lib.2.* Tuſch. *litt. T. concl.369. num.1. & ſeqq.*

Plura, an, & quando exiſtente aliquo impedimento adeundi in hærede, ceſſet tranſmiſſio, vel non, dixi in *reſol. cap.89. num.3. & ſeqq.*

9 Tranſmiſſio qualiter locum habeat in legitima, vide in Gratian. *diſcept. for. cap.118. n.30. &c.* Bich. *deciſ.320. n.27. & ſeqq. per tot.* vide in §. *Legitima num.35.*

Qualiter in Trebellianica, vide in §. *Trebellianica n.*

Quòd ius in ſpe competens filio ſuper bonis paternis, vel maternis etiam reſpectu legitimæ, viuentibus ipſis parentibus, non poſſit tranſmitti, cedi, vel renunciari, cùm huiuſmodi ſpes non ſit conſiderabilis, nec probabilis à iure, niſi illis conſentientibus, & vſque ad mortem in conſenſu perſeuerantibus, Altograd. *conſ.40. per tot. & conſ.41. num.62. &c. lib.2. & conſ.43. num.44. & ſeqq. lib.2.* vbi declarat quando, & quomodo ius competens ex beneficio legis tranſmitti poſſit etiam priuſquam fuerit delatum, & quid de iure conditionali competente ante purificatam conditionem, Bich. *deciſ.320. num.1. & ſeqq.* vbi quod conditionis effectus eſt impedire acquiſitionem ante illius euentum, & ius quod tranſmittenti deeſt tempore mortis non poteſt tranſmitti, niſi ſimus in caſu, quo reijciatur conditio, prout in legitima.

10 Tranſmiſſio qualiter locum habeat in fideicommiſſis conditionalibus, Rot. *in Bonon. fideicommiſſi 1. Aprilis 1650. coram Veroſpio*, Caualer. *deciſ.434. & 461. per tot.* Altograd. *conſ.65. num.26. &c. lib.1. conſ.85. per tot. lib.2.* Mart. Medic. *Exam.2. cum tribus deciſionibus ſeqq.* Merlin. apud Vrceol. *Conſult. for. cap.12. n.47. & ſeqq.* Martha *de ſucceſſ.*

legal. part.1. quæſt.24. art.5. per tot. vbi latè, an, & quando diſpoſitiones conditionales ſiue teſtamentariæ, ſiue conditionales pendente cõditione ad hæredes tranſmitti poſſint, Tuſch. *litt. T. concluſ.396. num.6. & ſeqq. per tot.* Rot. *part.11. recent. deciſ.377. per tot. in Append.* vbi quando, & ex quibus coniecturis procedat non obſtante morte ſubſtituti ante hæredem, & *part.13. deciſ.111. num.10. deciſ.124. num.10.* poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.28. num.12. & ſeqq.* vbi quòd fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur, niſi adſint coniecturæ, & quales requirantur, vide in §. *Fideicommiſſum num.87.* Rot. *part.17. recent. deciſ.118. num.10. & ſeqq.*

Quòd tranſmiſſio fideicommiſſi conditionalis ſit fauorabilis, facilius admittatur, quam vocatio, & quare, Altograd. *d. conſ.85. num.1. & ſeqq. lib.2.* vbi loquitur tam de deſcendentibus, quàm de tranſuerſalibus, licet in his vrgentiores requirantur coniecturæ, Paul. Chriſtin. *deciſ.17. n.2. vol.4.* vbi quòd ſubſtitutus vulgaris non admittitur, niſi cum prorſus ceſſat ius tranſmiſſionis, atque ideò ipſum ius tranſmiſſionis ſubſtitutioni præferri, vide in §. *Poſitus in condit. num.2.*

Quòd tranſmiſſio non impediatur ob conditionem, quam certum eſt omninò caſuram, vt mortis alicuius, Rot. *in Nouiſs. part.6. deciſ.25. num.47.* vide in §. *Heres num.*

Vt tranſmiſſio locum habeat requiritur quod legatarius ſuperuiuat poſt purificatam conditionem, & ſit delatum, & acquiſitum, licet non apprehenſum, non tamen regulariter impeditur per appoſitionem conditionis, quæ tacitè inſit ex diſpoſitione legis, vel ex natura rei, & quando ſecùs, latè Altograd. *conſ.87. num.16. & ſeqq. per tot. lib.2.* vide in §. *Legatum num.110. & 111.* Sanfelic. *deciſ.279.* vbi quòd decedente ſubſtituto ante grauatum, non tranſmittitur legatum ad hæredes dicti ſubſtituti, Peregrin. *de fideicom. art.31. numer.11. &c.* Fuſar. *de ſubſtit. q.343. & 490.* Bartel. *de vlt. volunt. deciſ.12. per tot.* vbi de legato an, & quando dicatur conditionale, & tranſmittatur, vel non.

31 Tranſmiſſio an, & quando locum habeat in iuribus competentibus vigore ſtatuti excluſiui fœminarum propter maſculos, item an iura competentia filiæ excluſæ, veluti dos, vel ius reintegrationis ob defectum maſculorum tranſmitti poſſint, & alia, latè Martha *de ſucceſſ. part.1. quæſt.24. art.1. 2. & 3. per tot.* latiùs Vaſqu. *de ſucceſſ. tom.2. lib.1. §.7. cum pluribus ſeqq.* vbi de multis ſpeciebus tranſmiſſionis, & generaliter de hac materia facit quod dixi in §. *Statutum excludens num.4. & §. Repræſentatio num.11.*

32 Tranſmiſſio, ſiue ratione ſuitatis, ſiue ſanguinis, ſiue iuris deliberandi, facit ceſſare ius accreſcendi, nam potiùs hæreditas, vel legatum vadit ad hæredes deficientis, quam ad coniunctos, vt dixi in *reſol. cap.76. num.6. &c.* vide in §. *Ius accreſcendi num.*

33 Tranſmiſſio non habet locum quando in certum caſum adeſt expreſſa ſubſtitutio ex voluntate teſtatoris, quia ſubſtitutio excludit tranſmiſſionem, Curt. iun. *conſ.69. num.2.* Peregrin. *de fideicom. art.31. num.16.* & alij per Bich. *deciſ.320. num.3.* vide in §. *Subſtitutio num.5. & ſupra num.2. verſ. Non tamen.*

Et de tranſmiſſione, & eius effectibus nonnulla notant Bertachin. *Repert. verb. Tranſmiſſio*, Ioſeph. Feliu. *eod. verb. Margar. var. concl.* Cancer. *var. reſol. part.3. cap.21. per tot.* Vela *Diſſert.11. per tot.* vbi plenè Ceual. *com. quæſt.296.* Olea *de ceſſ. iur. tit.3. quæſt.8.* Carol. Anton. de Luca *tract. de linea legal.* Ioſeph. Ramon. *conſ.74. cum pluribus ſeqq.* Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.612.* Io. Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. in locis indicatis in Repertor. general. in fine part.3. verb. Tranſmiſſio,* Aloyſ. Mant. *Conſult.262. lib.3. Conſult.315. & 316. lib 4.* cæterique plures allegati à Caſtello. *Alphab. iurid. verb. Tranſmiſſio*, & à Com. Auguſt. Fontan. *Bibliothec. legal. part.5. eod. verb. fol.751.* vbi indicat Auctores tractantes non ſolum de tranſmiſſione hæreditatis, fideicommiſſi, & legati, verum etiam de tranſmiſſione Commiſſariorum, litterarum, actorum, nobilitatis, priuilegiorum, & huiuſmodi.

§. TREBELLIANICA. XVI.

Trebellianica olim dicta Pegaſiana, tanquam ex Senatuconſulto Pegaſiano exemplo falcidiæ inducta, explofo autem Senatu conſulto Pegaſiano ſucceſſit Senatuſconſultum Trebellianicum, à quo Trebellianica nuncupatur, licèt in iure ciuili hoc nomen non ſit expreſſum, ſed à Doctoribus docendi cauſa inuentum; & nil aliud eſt Trebellianica, quam quarta portio, quæ ab hærede grauato de fideicommiſſis vniuerſalibus deducitur, ſicut falcidia de legatis, quæ excedit dodrantem bonorum, & quia hodie fideicommiſſa, & legata ſunt exequata, etiam Trebellianica, & falcidia ſecundum aliquos dicuntur ſynonyma, & vna pro altera accipitur, vel verius Trebellianica habet locum in legatis, & fideicommiſſis vniuerſalibus, falcidia verò in legatis, & fideicommiſſis particularibus; hæres igitur inſtitutus, & rogatus, vel grauatus alteri hæreditatem reſtituere, poteſt retinere huiuſmodi quartam regulariter vigore Senatuſconſulti Trebelliani, §. *Sed quia heres Inſtit. de fideicommiſſ. heredit. l. poſt mortem ff. de fideicommiſſ.* Iaſ. *in Rub. ff. ad Trebell. col.2.* Soccin. iun. *conſ.122. n.5. lib.1. conſ.49. n.16. vol.3.* Rip. *in l. in quartam n.3. &c. ff. ad Falcid.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.7. tit.11. n.1. & ſeqq. per tot.* Card. Tuſch. *litt. T. concl.375. n.1. &c.* vide in §. *Falcidia num.* *infra num.10.* Martha *de ſucceſſ. part.4. quæſt.28. art.1. & ſeqq. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.315. vol.1. & deciſ.51. vol.4. & deciſ.204. vol.5.* remiſſiuè Ægid. de Caſtello. *in Alphab. iurid. verb. Trebellianica*, Caldas Pereyr. *Quæſt. for. cap.28.* 1

Trebellianica hodie de iure Codicis, & Authenticorum prohiberi poteſt à teſtatore, nedum extraneis hæredibus grauatis, ſed etiam filijs primi gradus, & non tantùm expreſsè, ſed etiam tacitè, dummodò tamen verba, & coniecturæ, ex quibus elicitur tacita prohibitio ſint tales, vt ex neceſſitate huiuſmodi prohibitionem inducant, nec in alio poſſint verificari, adeo vt alias verba omninò ſuperflua redderentur, nam ſi aliud quidquam ſignificare, vel operari poſſint, Trebellianicæ prohibitionem non inducunt, Altograd. *conſ.69. num.3. & ſeqq. per tot. lib.2.* Caualer. *deciſ.441. per tot.* Vaſqu. *de ſucceſſ. tom.2. §.26. num.17. & ſeqq.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.7. tit.11. & 12. per tot.* vbi ex quibus verbis, & coniecturis intelligatur prohibita, Maſcard. *de probat. vol.3. concl.1389.* Menoch. *lib.4. præſumpt.198. per tot.* Clar. §. *Teſtamentum quæſt.62. 63. & 73.* Pract. Papp. *libel. pro legat. rei ſing. gloſ.1. num.4.* Gratian. *diſcept. for. cap.245. per tot. cap.609. num.3.* Tuſch. *litt. T. concluſ.385. et ſeqq. per tot.* Merend. *contr. iur. lib.4. cap.15.* Fachin. *lib.12. contr.11.* Mareſcot. *var. reſol. lib.1. cap.100. num.10.* Cabal. *conſ. deciſ.116. lib.3.* Dian. *part.11. tract.7. reſol.46.* Merlin. *deciſ.383. num.13. &c.* Gregor. *deciſ.421. num.11. cum Addit. n.16.* Rot. *part.9. recent. deciſ.147. num.31. etc. vol.1. et deciſ.320. num.8. d. part.9. vol.2. et part.10. deciſ.318. numer.27. part.11. deciſ.185. num.8. et part.19. deciſ.264.* 2

Quòd ideò Trebellianica non debeatur contra teſtatoris voluntatem, ſed de ipſius voluntate, latè Altograd. *d. conſ.69. num.52. et ſeqq.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.7. tit.21. per tot.*

Quando dicatur prohibita, Vrceol. *Conſult. for. cap.38. num.27. & ſeqq.* Altograd. *conſ.105. n.8. lib.2.* Cabal. *conſ. deciſ.116. num.3. & ſeqq. lib.2.* vbi qualiter cenſeatur prohibita per prohibitionem alienationis, Rot. *part.19. recent. deciſ.264.*

Quòd per dictiones taxatiuas excludatur, Gratian. *diſcept. for. cap.821. num.9. &c.*

Item quando teſtator mandat totam, & integram hæreditatem reſtitui, & in ſimilibus caſibus, idem Gratian. *cap.860. num.14. &c. cap.869. num.18. cap.888. per tot. cap.889. num.11. &c.* Duran. *deciſ.354. num.1.* Rot. *part.9. recent. deciſ.147. num.31. &c.*

An per approbationem teſtamenti, in quo fuit prohibita Trebellianica videatur remiſſa, Magon. *deciſ. Flor.35. n.6. &c.* Altograd. *conſ.31. num.35. lib.1.*

Quòd Trebellianica poſſit prohiberi etiam filijs primi gradus tam expreſsè, quàm tacitè, Craner. *conſ.16. num.11.* Merlin. *de legit. lib.2. tit.2. quæſt.32. numer.10. & lib.1. tit.3. quæſt.1. num.25.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.583. num.20.* Rot. *in Romana de Guidis 13. Ianuarij 1631.* coram Verоſpio *in Nouiſs. part.6. deciſ.5. n.5. &c.* Rot. *part.2. diuerſ.*

deciſ.

deciſ.313. per tot. Ricc. Collect.3643. & 2389. Bich. deciſ. 559. num.8. & 9. Duran. deciſ.354. num.2. & 3. Franch. deciſ.612. Vtceol. Conſult. for. cap.6. num.33. &c. Mart. Medic. Exam.4. & deciſ.11. per tot. cum Addit. de annò 1666. Rot. poſt tract. Merlin. de legit. deciſ.1. num.1. deciſ.21. n. 6. deciſ.97. num.7. deciſ.118. n.5. in quibus locis habetur, quòd Rota Romana ſemper ſequuta eſt, & ſequitur hanc opinionem, ac ita teſtatur eadem Rot. part.13.recent.deciſ. 277.num.11. & in ſpecie de cauſis Bononienſibus, reiecta contraria conſuetudine, quam Bononiæ ſeruari teſtatur Giouagn. conſ.1. num.3. & 4. lib.2. Rot. part.15.recent. deciſ.137. vbi quòd de ſtylo Rotæ, & de conſuetudine Bononiæ poteſt prohiberi etiam filijs primi gradus, & part.19. deciſ.264. vbi pariter in cauſa Bonon.

Florentiæ tamen canonizata eſt contraria opinio, quod Trebellianica non poſſit prohiberi filijs primi gradus, nec expreſsè, nec tacitè, ſed pari paſſu ambulet quoad hoc cum legitima, & per approbationem teſtamenti non videatur remiſſa, niſi ſpecialiter ei fuerit renunciatum, vt teſtantur Griuel. deciſ.107.num.3. &c. vbi quòd etiam in Senatu Dolano ſeruatur negatiua opinio. Quid Bononiæ Caſtald. Conſult.183. Magon. deciſ. Flor.35.num.4. & per tot. Rom. in l. Marcellus §. quod autem ff. ad Trebell. Cabal. conſ. deciſ.83. num.8. Mart. Medic. Exam.4. num.10. vbi etiam in multis alijs locis ſic iudicatum refert Viui. comm. opin. 358. & opin.1005. dixi in reſolut. cap.33. num.25. vide in §. Exceptio num.27. in fine, Martha vot. Piſ.113. & de ſucceſſ. part.4. quæſt.28. art.5. per tot. vbi oſtendi hanc opinionem negatiuam eſſe magis communem, & veriorem, atque ſeruari in multis Tribunalibus, in Delphinatu, teſte Guid. Papp. deciſ.52. in Senatu Montisferrati, Roland. conſ.12. num.6. conſ.52. lib.1. Venetijs, Soccin. conſ.28. lib. 1. Mantuæ, Burſatt. conſ.44. num.19. Paduæ, Peregrin. de fideicommiſſ. art.3. num.107. & deciſ.35. num.7. Bergomi, Alban. conſ.1. num.14. & in Addit. ad Bart. in l. Filiusfam. §. Diui num.6. ff. de legat.1. Neapoli, Vrſil. ad Afflict. deciſ.363. num.10. Florentiæ, Magon. & alij præcitati, Veronæ, Soccin. iun. conſ.28. num.2. lib.2. in Senatu Pedemontano, Neniz. conſ.1. Senis, Phanuc. de Inuent. part.7. num. 124. Cagnol. in l. Papinianus §. Meminiſſe, Soccin. iun. conſ.131. num.65. lib.1. qui teſtantur quod iſta negatiua opinio ſit magis recepta per totum Mundum, & veriorem atque æquiorem profitetur, Caluin. de æquit. lib.1. cap.28. Bononiæ, d. conſ.63. numer.31. Mart. Medic. d. Exam.4. num.10. in fine, Eugen. conſ.33. num.15. & ſeqq. vbi reſpondet motiuis Rotæ Romanæ; Sed quia magna eſt auctoritas dictæ Rotæ, non eſt ab eius opinione vllo modo recedendum in Statu Eccleſiaſtico; alibi autem exiſtimarem poſſe iudicari iuxta conſuetudinem Tribunalium, & pro ea opinione, pro qua maiora extarent adminicula, ad tradita per Mart. Medic. d. exam.4. & deciſ.11. per tot. cum Addit. & alios ſupracitatos, vide Tuſch. lit. T. concl.386. per tot. Fachin. lib.4. contr. iur. cap 4. Dian. part.11. tract. 7. reſol.46. Paul. Chriſtin. deciſ. Belg.316. per tot. vol.1. & deciſ.51. num.6. & deciſ.52. per tot. vol.4. & deciſ.204. num. 13. &c. vol.5. vbi refert contrarias opiniones, Ricc. Collect.2389. Guaz. de confiſc. bon. concl.13. ampliat.5. & concl. 27. num.30. & ſeqq. vbi qualiter poſſit confiſcari, & de cautelis ad impediendam illius confiſcationem.

Quòd dicta prohibitio trebellianicæ iuxta priorem ſententiam poſſit fieri etiam in codicillis, Rot. part.17. recent. deciſ.4. num.8.

3 Trebellianica vt cenſeatur pohibita per prohibitionem alienationis, requiritur quod huiuſmodi prohibitio ſit realis, & perpetua cum præcepto de reſtituendo totam, & integram hæreditatem ſine vlla diminutione, & quod reſpiciat non ſolum primum hæredem inſtitutum, ſed etiam eius hæredes, & fideicommiſſarios, nam ſi ſit temporalis, & ad aliquod certum tempus, vel perſonas limitata non inducit Trebellianicæ prohibitionem, Gratian. diſcept. for. cap.888. num.8. &c. Caualer. deciſ.441. num.5. Altograd. conſ.69. num.8. &c. lib.2. Martha vot. Piſ.115. num.1. vbi quòd Trebellianica non cenſetur prohibita ex eo, quia teſtator mandauerit totam hæreditatem, ſiue omnia bona reſtitui.

Et ſi ſit facta dicta prohibitio alienationis non hæredi grauato, ſed ſubſtitutis tantùm, non impeditur hæres ipſe Trebellianicam deducere, Altograd. d. conſ.69. num. 123. lib.2.

Quòd cenſeatur prohibita per prohibitionem cuiuſcumque alienationis, ad hoc vt bona omninò deueniant in vocatos, Caualer. diſ.540. num.6. Rot. part.13. recent. deciſ. 111. num.21.

Trebellianica non cenſetur prohibita ex fideicommiſſo vniuerſali per ſimplicem prohibitionem alienationis, cum tex. in §. ſi quando Auth. vt ſponſal. largit. & in Auth. ſed & in ea C. ad l. falcid. quibus nititur contraria ſententia loquantur de re certa prohibita alienari, de qua certum eſt non detrahi Trebellianicam, cùm ſuperſint alia bona, de quibus commodè poteſt detrahi, ſed quando agitur de fideicommiſſo vniuerſali, ſi per huiuſmodi prohibitionem cenſeretur inter dicta Trebellianica, hæres ſciens nullum commodum conſequuturum nollet adire, & ſic annullaretur teſtamentum, ac teſtator inteſtatus remaneret, quod iura abhorrent, & ideò dictæ leges ad hunc caſum non ſunt extendendæ, ſicuti multorum auctoritates ratiocinatur, Altograd. conſ.69. n.16. & ſeqq. per tot. lib.2. Fachin. contr. iur. lib.5. cap.6. per tot. Gratian. diſcept. for. cap.888. n.3. 5. & 6. & deciſ. Marchiæ 50. num.2. 4

Poteſt tamen hæres compelli ad adeundum, & reſtituendum cui teſtator ordinauit, etiam non retenta Trebellianica, vt dixi in §. Hæres num. & fatetur Altograd. d. conſ.69. num.84.

Trebellianica ex ſimplici prohibitione alienationis (vt dixi) non cenſetur interdicta in fideicommiſſo vniuerſali, quia ad impediendam tacitè illius detractionem requiritur vt verba in alio verificari non poſſint, nec aliquid aliud operari, ſed in fideicommiſſo vniuerſali huiuſmodi prohibitio alienationis plures alios effectus operatur, inducit enim aliud fideicommiſſum in caſu alienationis non expectata morte grauati, operatur, quòd non ſit valida alienatio, etiam facta ab ignorante alteri ignoranti, quod bona non tranſeant ad fiſcum etiam viuente ipſo delinquente, ac ſimiles effectus, ideòque niſi aliter teſtator expreſſerit, non inducit pernecesse prohibitionem Trebellianicæ, præcipuè etiam quando dicta alienationis prohibitio venit conſequutiuè, & acceſſoriè ad præcedens fideicommiſſum, vel ſubſtitutiones, vt quando eſt in eadem oratione appoſita, & ideò reſtringitur ad terminos præcedentis diſpoſitionis, cui accedit, nec trahitur ad Trebellianicam impediendam, ad tradita per Altograd. conſ. 69. num.24. & ſeqq. per tot. lib. 2. Rot. par.13. recent. deciſ.423. nu.7. & ſeqq. vbi quòd ad prohibendam Trebellianicam requiruntur verba, & coniecturæ, quæ pernecesse tacitam prohibitionem inducant, nec ad alium effectum referri poſſint, Rot. par.16. recent. deciſ.142. num. 8. &c. vbi quòd ſi prohibitio non ſit generalis de omnibus bonis, ſed tantùm ſpecialis de immobilibus, vel alienationis voluntariæ, & non neceſſariæ, non impedit Trebellianicæ detractionem. 5

Trebellianica poteſt detrahi, etiam ſi hæres fuerit grauatus reſtituere omnia bona, cùm hoc caſu verbum, omnia, poſſit verificari in vniuerſalitate, ſed non in totalitate, vel cum clauſula, pleno iure, quæ poteſt referri ad ius plenum dominij, vel poſſeſſionis, & ſic pernecesse non infertur ad prohibitionem Trebellianicæ, immò multi tenent poſſe detrahi, etiam ſi teſtator iuſſerit totam ſuam hæreditatem reſtitui, cum poſſit intelligi de tota, dempto onere legali, & tantò magis ſi prohibitio indeffinitè, & ſimpliciter de bonis loquatur nulla facta mentione de tota, vel integra hæreditate ſine aliqua diminutione, Altograd. d. conſ.69. num.65. & ſeqq. ad 72. lib. 2. vide Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.7. tit.12. per tot. Menoch. lib.4. præſumpt. 198. & alios allegatos ſupra num.2. Paul. Chriſtin. deciſ.52. num.1. vol.4. Ricc. Collect.2389. 6

Trebellianica, an, & quando poſſit detrahi à fideicommiſſario, cui fuit reſtituta hæreditas, ſi ipſe etiam ſit grauatus alteri reſtituere, Menoch. lib. 4. præſumpt.198. n.38. &c. Gratian. diſcept. for. cap.821. num. 16. vbi quòd ius detrahendi quartam conſumitur in primo hærede, nec ad vlteriores porrigitur, niſi quando primus non detraxiſſet, & ſic de vna hæreditate non poſſe detrahi duas quartas, ſed vnam tantum, quod certiſſimum dicit Altograd. d. conſ. 105. num.16. lib.2. per text. in l. mulier §. fin. ff. ad Trebell. Petr. de fideicom. quæſt.15. num.202. Odd. de prohibit. alienat. fideicom. quæſt.35. num.16. Fuſar. conſ.106. n.11. idem Altograd. conſ.69. num.110. & ſeqq. lib.2. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.7. tit.11. num. 4. Paul. Chriſtin. deciſ.53. in fine vol.4. Merlin. deciſ.776. num.13. &c. 7

Quòd fideicōmiſſarius non poſſit regulariter aliam quartam deducere, niſi clarè conſtet ita eſſe de mente teſtantis,

vel niſi à primo oon fuerit detracta, eo quia noluerit, vel quia fuerit prohibitus, vel coactus adire, vide Menoch. *loc cit.* Vrceol. *Conſult. for. cap.*38. *num.*4. *&c.*

Prohibitio enim trebellianicæ in vna ſubſtitutione facta non trahitur ad aliam, maximè quando poteſt dari ratio differentiæ, Corn. *conſ.*17. *vol.*4. Soccin. iun. *conſ.*170. *vol.*2. Curt. iun. *conſ.*16. *num.*13. Paul. Chriſtin. *deciſ.*53. *num.*1. *vol.*4.

8 Trebellianica tranſmittitur ad hæredes ſicut legitima; etiamſi non fuerit agnita, & etiam ad hæredes eatraneos, Gratian. *diſcept. for. cap.*743. *num.*1. *&c.* Altograd. *conſ.*31. *num.*34. *lib.*1. *& conſ.*69. *num.*2. *lib.*2. vide in §. *Legitima num.*

Et ideò poteſt etiam alteri cedi, cum id, quod eſt ad extraneos hæredes tranſmiſſibile, ſit etiam ceſſibile, idem Altograd. *conſ.*58. *num.*8. *lib.*1.

9 Trebellianica debetur hæredi, cui io pœnam contrauentionis præcepti teſtatoris aufertur hæreditas, & alteri applicatur, niſi adeſſent verba expreſſa teſtatoris in contrarium, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*860. *num.*12. *&c.* Peregrin. *deciſ.*35. *num.*3. *&c.* Sed contrarium videtur firmare Martha *de ſucceſſ. part.*4. *quæſt.*28. *art.*4. *num.*23.

10 Trebellianica in fideicommiſſo conditionali detrahitur de eo taotùm, quod perſolutis legatis reſtitutionis tempore ſupereſt, oulla legatorum, & fideicommiſſi conditionalis contributione facta, (quicquid ſecùs ſit in fideicommiſſo puro) cùm ſit quarta eius, quod in reſtitutione venit, & ſic reſidui aſſis, qui ſoluris legatis, nullo ad ipſa reſpectu habito, reſtituendos ſupereſt, Bart. *in l. Marcellus* §. *idem Pomponius ff. ad Trebell.* Craoett. *conſ.*16. Peregrin. *de fideicommiſſis art.*4. *num.*40. *& deciſ.*99. *per tot.* Craſſ. *in* §. *Trebellianica quæſt. vlt. in fine*, Pontirol. *in Reſponſ. pro Mambellis num.*415. *& ſeqq. ad* 419. vbi pulchrè Cæſenæ impreſſo de anno 1645. Mart. *de ſucceſſ. part.*4. *cap.*28. *art.*4. *num.*3. *&c.* Card. Tuſch. *lit. T. concl.*376. *&c.*

Quòd ſit quarta illius, quod veoit reſtituendum per fideicommiſſum vniuerſale, & detrahatur de eo, quod ſupereſt, deducto ære alieuo, & legitima, Altograd. *conſ.*31. *n.*41. *&c. lib.*1. latè Tuſch. *d. concl.*376. *per tot.* Peregrin. *deciſ.*99. *per tot.*

Quòd ſit quarta eius, quod reſtituendum venit, & attendatur quaotitas patrimonij de tempore reſtitutionis, non mortis teſtatoris, idem Altograd. *conſ.*105. *n.*27. *& ſeqq. lib.*2. Tuſc. *loc. cit.*

11 Trebellianica non deducitur quotieſcumque legitima propter numerum filiorum ſemiſſem hæreditatis compler, & ſic mediam occupat, oe plus obtineat grauatus, quàm fideicommiſſarius, iuxta opioionem Bald. *conſ.*94. *num.*2. *lib.*2. Couar. *in cap. Raynutius de teſt.* §. 11. *num.*6. Anton. Padill. *in Auth. res quæ C. com. legat. num.*40.

Contrarium tamen tenent alij, oempè quod poſſit detrahi Trebellianica, etiam ſi legitima aſcendat ad ſemiſſem, & ſic ambas iſtas quartas in caſibus alias de iure permiſſis, Molin. *de Primogenit. cap.*17. *num.*7. Craſſ. §. *Trebellianica quæſt.*4. *num.*2. Card. Tuſch. *litt. T. concluſ.*384. *num.*36. *& numer.*37. Cabal. *conſ. deciſ.*28. *per tot. lib.*2. Mart. Medic. *exam.*29. *num.*23. *&* 24. *cum Addit.* vide in §. *Legitima num.*23. Merlin. *de legit. lib.*1. *tit.*3. *quæſt.*1. *num.*21. *&c.* vbi quòd tunc calculatur reſpectu reſidui, & alijs modis declarat.

12 Trebellianica quomodo deducatur voà cum legitima, quando filius fuit ſub conditione grauatus, ita vt vtriuſque detractionis ſit locus, dixi in §. *Legitima n.*24. vide Merlin. *loc. cit. per tot.* Tuſch. *lit. T. concl.*384. *per tot.* Cabal. *conſ. deciſ.*83. *num.*5. *& ſeqq. lib.*1.

13 Trebellianica poteſt detrahi de vna re tantùm, ſecùs ſi falcidia, quæ detrahitur de ſingulis rebus legatis, Pract. Papp. *libell. pro legat. rei ſing. gloſ.*1. *num.*3. Menoch. *de arbitr. caſ.*164. *per tot.* vbi quòd iudicis arbitrio relloquitur ex quibus rebus ſit detrahenda, Gratian. *diſcept. for. cap.*265. vbi quo tempore ſit detrahenda, vide Card. Tuſch. *lit. T. concl.*378. *&* 379. vbi qualiter ſit eligenda.

14 Trebellianica obligat proportionabiliter detrahentem ad debita hæreditaria, diuiſis actionibus inter eum, & fideicommiſſarium, non verò ad legata, & alia onera, §. *Sed quia ſtipulationes Inſtit. de fideicommiſ. hæred.* Pract. Papp. *Libel. ex ſubſtit. gloſ. Ac per fideicommiſſum num.*11. Menoch. *de arbitr. conſ.*164. *num.*6. Surd. *deciſ.*333. *num.*6. *lib.*2.

Quòd imò Trebellianica debet eſſe penes hæredem abſque vllo onere, cum prius deducendum ſit æs alienum; probat Paul. Chriſtin. *deciſ.*53. *n.*5. *vol.*4.

15 Trebellianica poteſt detrahi etiam ſi hæres noo confecerit iouentarium, intelligendo de filio, & ſuo hærede, non autem de eatraneo, Pract. Papp. *cum Addit. in libel. hæredit. ex teſtam. gloſ.*2. *num.*11. de quo tamen vide Cranett. *conſ.*219. *num.*6. *&c.* Menoch. *lib.*3. *præſumpt.*11. *num.*18. Mart. Medic. *deciſ.* 11. *n.*2. *&* 8. *cum Addit. de anno* 1665. diai in §. *Hæres* 34. *&c.* Fachin. *contr. lib.*4. *cap.*38. Ceuall. *comm. contr. comm. quæſt.*16. *& quæſt.*691. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.*317. *per tot. vol.*1. *& deciſ.*22. *num.*11. *vol.*4. Peregrin. *deciſ.*35. *num.*8. vbi ſequitur prædictam diſtinctionem, Caldas Pereyr. *quæſt. for. cap.*28. *per tot.*

Quòd poſſit detrahi etiam non facto iouentario, & etiam per extraneos hæredes, Rot. *part.*5. *recent. deciſ.*399. *num.*5. *&* 6. *& part.*9. *deciſ.*241. *numer.*31. & cum alijs per Pontirol. *in Reſponſ. pro Mambellis Caſenæ impreſſo de anno* 1645. *num.*219. vide in §. *Legitima num.*19. latè Toſch. *lit. T. concl.*389. *per tot.* Caualcan. *deciſ.*8. *numer.*1. *part.*3. Fachin. *d. cap.*38. Paul. Chriſtin. *deciſ.*51. *num.*3. *&* 4. *vol.*4. *& deciſ.*201. *num.*18. *& ſeqq. vol.*5. Peregrin. *deciſ.*35. *num.*8. vbi intelligit ſi ſaltem fuerit facta deſcriptio, latè Martha *vot. Piſ.*112. *per tot.* Ludouiſ. *deciſ.*266. *numer.*5. Cabal. *conſ. deciſ.*116. *n.*6. *&* 7. *lib.*2.

16 Trebellianica detrahitur ſolum de fideicommiſſo vniuerſali, non autem de particulari, niſi eſſet valdè notabile, & abſorbens aliquam maaimam partem hæreditatis, quia tunc æquiparatur vniuerſali, Crauett. *conſ.*19. *n.*15. *conſ.*186. *in princ.* Cabal. *reſol. crim. caſ.*286. *num.*78. *&c.* Rot. *part.*2. *diuerſ. deciſ.*313. *num.*3. Magon. *deciſ. Flor.*35. *num.*1. *& ſeqq.* vide io §. *Fideicommiſſum num.*1. Rot. *part.*10. *recent. deciſ.*12. *num.*40. vbi quòd detrahitur de fideicommiſſo vniuerſali tantùm, non autem de particulari, Bich. *deciſ.*559. *n.*10. Rot. *part.*18. *recent. deciſ.*489. *n.*33.

17 Trebellianica non poteſt detrahi de re particulari prohibita alienari, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*334. *num.*10. Altograd. *conſ.*66. *numer.*18. *&c. lib.*2. vide in §. *Legitima num.* Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*416. *num.*11. vbi quòd non poteſt detrahi de re particulari fideicommiſſo obnoxia, dum alia bona ſiue libera, ſiue fideicommiſſo vniuerſali ſubiecta extant.

18 Trebellianica detrahitur etiam de Primogenitura, & Maioratibus vniuerſalibus, de particularibus verò Falcidia, Gratian. *diſcept. for. cap.*888. *num.*14. vide Merlin. *de Primogenit. lib.*1. *cap.*17. *num.*18. 26. *&c.* Martha *de ſucceſſ. part.*4. *quæſt.*28. *art.*4. *numer.*15. vbi contrarium firmat, ſed debet intelligi de Primogenitura, & Maioratu particulari.

19 Trebellianica non detrahitur quando quis grauatur vel donatarius, & non taoquam hæres, vt quando fideicommiſſum, vel ſubſtitutio ſit in contractibus inter viuos, nec qoando fuit inſtitutus non ſui, ſed fideicommiſſarij contemplatione, licet ſecùs ſit in legitima, & io falcidia, *l. Mulier* §. *vt Trebelliano ff. ad Senat. Conſult. Trebell. vbi DD.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*247. *num.*13. *&c.* Martha *d. art.*4. *num.*20. *&c.* Craſſ. *in* §. *Trebellianica quæſt.*5. *num.*5. Molin. *de Primogenit. lib.*1. *cap.*17. *num.*19. Peregrin. *de fideicommiſ. art.*51. *num.*22. Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.*4. *gloſ.*9. *part.*4. *num.*145. Surd. *deciſ.*144. *num.*23. cum alijs per Rot. *part.*10. *recent. deciſ.*75. *numer.*12. *&* 13. Vrceol. *tract. de tranſact. quæſt.*87. *num.*13. Rot. *part.*18. *recent. deciſ.*743. *num.*14. *& ſeqq.* vbi reddit rationem quia Trebellianica fuit inuenta fauore vltimarum voluntatum, & ne hæredis oomen in vanum aſſumeretur, & ideò ceſſante ratione legis, ceſſat etiam diſpoſitio detrahendi Trebellianicam.

20 Trebellianica non poteſt detrahi de relictis ad pias cauſas, ſiue mediatè, ſiue immediatè, attenditur enim cauſa priuilegiata, ad quam finaliter deuenit commodum, & ideò ſecùs eſſet ſi finaliter commodum non deueniat ad piam cauſam, neque apud illam permaoeat; quando autem reſtitutio non eſt facienda piæ cauſæ incontinenti, poteſt retinere Trebellianica, præſtita caotione de illam reſtituendo quando venerit caſus huiuſmodi reſtitutionis, Gratian. *diſcept. for. cap.*583. *numer.*25. *&c.* Merlin. *deciſ.*248. *num.*11. *& ſeqq.* Ricc. *Collect.*2389. Peregrin. *deciſ.*35. *num.*10. vbi benè declarat tres caſus deſtinguendo, Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*62. *n.*9. *& deciſ.*320. *n.*9. *d. part.*9. *vol.*2. *& part.*10. *deciſ.*12. *n.*41. *& part.*14. *deciſ.*279. *n.*10. *&c.* *part.*15. *deciſ.*258. *num.*14. *& ſeqq.* Vaſq. *de ſucceſſ. tom.*2. §.26.

§. 26. *num.* 21. *&c.* Carena *reſol.* 149. *per tot.* Pontirol. *in ſupracit. Reſponſ. num.* 418. vbi quòd id non debet in fideicommiſſarij onus reflecti, vide in §. *Falcidia num.* 2. *&* 4. Martha *de ſucceſſ. part.* 4. *q.* 28. *art.* 4. *num.* 30. *&c.* Gabriel. *comm. concluſ. tit. ad Trebell. concl.* 11. Tiraquel. *de priuil. pia cauſa cap.* 27. Cabal. *conſ. deciſ.* 100. *num.* 6. *lib.* 2. Peregrin. *de fideicom. art.* 3. *n.* 63. Mangil. *de imput. q.* 119. latè Tuſch. *litt. T. concl.* 381. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 320. *vol.* 1. vbi videtur firmare, quòd non ſemper ceſſet Trebellianica in relictis ad pias cauſas, ſed tantum quando hæres fuit in mora.

An autem ſit detrahenda trebellianica quando agitur inter duo loca pia, vide Tiraquel. *de priuil. pia cauſ. priuil.* 26. Peregrin. *de fideicom. art.* 3. *numer.* 69. *&* 70. vbi referunt contrarias opiniones, & ex quibus redditur quæſtio valdè diſputabilis, prout dixit Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 11. *num.* 12.

21 Trebellianica non poteſt detrahi per inſtitutum in vſufructu, vel alia re certa durante vita ſua, cum inſtitutione aliorum poſt illius mortem, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 821. *num.* 6. *&c.* Altograd. *conſ.* 104. *&* 105. *per tot. lib.* 2. Martha *de ſucceſſ. part.* 4. *quæſt.* 28. *art.* 4. *num.* 17. *&* 18. vbi declarat non procedere, quando nullus alius eſt datus cohæres vniuerſalis, quia tunc inſtitutus in re certa, eſt hæres in tota hæreditate, Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 7. *tit.* 11. *num.* 5. Merlin. *de legit. lib.* 1. *tit.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 13. *& ſeqq. per tot.* Rot. poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.* 11. 59. *&* 62. *in eadem cauſa, quæ eſt Imolen. prædij cum Fuſchinis, & Rotis*, vide *in* §. *Inſtitutio num.* 3. *&* §. *Tranſactio num.* 10. *&* 11. Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 165. *part.* 16. *deciſ.* 75. *per tot. & part.* 18. *deciſ.* 145. *&* 196. *in eadem cauſa*, vbi pro non detractione.

22 Trebellianica an debeatur ex teſtamento, quod ſuſtinetur per fideicommiſſum ex clauſula codicillari, Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 6. *num.* 27. *&c.* Merlin. *d. quæſt.* 1. *num.* 20. *& ſeqq.* Cabal. *conſ. deciſ.* 100. *numer.* 6. *lib.* 2. *& conſ.* 103. *lib.* 1. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 303. *num.* 20. vbi quòd non debetur, quia reſtitutio vigore dictæ clauſulæ non pendet à conditione, ſed eſt pura, & verificatur incontinenti.

Item an debeatur venientibus ab inteſtato in caſibus in quibus vigore dictæ clauſulæ codicillaris cenſentur rogati reſtituere hæreditatem hæredi ſcripto in teſtamento nullo, affirmatiuè concludit Martha *de ſucceſſ. part.* 4. *quæſt.* 28. *art.* 4. *num.* 12. *&c.* vbi quòd ſecùs eſt in poſthumo ignoranter præterito, qui propter dictam clauſulam cenſetur rogatus reſtituere hæredi ſcripto quia legitimam tantùm, non verò trebellianicam detrahit, vide *in* §. *Clauſula num.* 5. §. *Præteritio num.* §. *Teſtamentum num.* 27. *&c.* Merlin. *loc. cit.*

Item non detrahitur Trebellianica quando hæres compellitur à iudice adire hæreditatem, nec de fideicommiſſo fauorabili, vel quod ſuccedit loco pupillaris ſubſtitutionis, nec ſtante prohibitione teſtatoris, nec in alijs caſibus ſupra relatis, de quibus idem Martha *d. art.* 4. *per tot.* Tuſch. *lit. T. concluſ.* 380. *& ſeqq.* vbi multos caſus refert, in quibus non deducitur.

23 Trebellianicæ, ſiue in Trebellianicam, quid veniat imputandum, dic regulariter omnia, quæ capiuntur ab hærede, ſiue iure hæreditario, ſiue iure legati, vel fideicommiſſi, aut conditionis implendæ cauſa, ſiue alio quocumque titulo ex iudicio teſtatoris vniformiter, *l. in quartam ff. ad l. falcid.* Martha *de ſucceſſ. part.* 4. *quæſt.* 28. *art.* 6. *num.* 19. *& ſeqq.* vbi benè declarat, & quid veniat etiam imputandum in falcidiam, Card. Tuſch. *litt. T. concluſ.* 383. *per tot.*

Item fructus percepti ante conditionis euentum, licèt omnes pertineant ad hæredem grauatum, tamen tempore reſtitutionis fideicommiſſi imputantur ei in Trebellianicam proportionabiliter, & ſi illam excedant remanent proprij ipſius hæredis grauati, niſi fuerit in mora reſtituendi fideicommiſſum, nam interim percepti à die moræ eſſent fideicommiſſario reſtituendi, *l. in fideicommiſſariam ff. ad Trebell. l. deducta l. mulier* §. *alia cauſa ff. eod. l. iubemus C. eod.* Martha *d. art.* 6. *num.* 26. *& ſeqq.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 111. *num.* 22. & poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.* 11. 59. *&* 62. *in eadem cauſa de Fuſchinis, & Rotis Imolen. prædij*, vide *in* §. *Fructus num.* 20. *&* §. *Grauatus num.* 2.

24 Trebellianica præſumitur per decennium conſumpta ex fructibus, imò ſecundum aliquos etiam per quinquennium, cùm in eam fructus imputentur iuxta ſuperiùs dicta, *& in* §. *Fructus n.* 20. vide Vrceol. *Conſult. for. cap.* 38. *n.* 1. *& ſeqq. cum Addit. in fine* 2. *vol.* Benedict. Carpzou. *deciſ. Saxon.* 21. *n.* 28. *&c.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 111. *num.* 22. vbi quòd ex perceptione fructuum per quinquaginta annos cenſetur integraliter conſumpta.

Trebellianica an poſſit per hæredem grauatum ante tempus, idest ante diem reſtitutionis, & purificatæ conditionis detrahi ad effugiendam fructuum imputationem, ſemel dubitatum vidi; pro cuius dubij reſolutione ita diſtingui poteſt iuxta magis receptas Doctorum traditiones, nam aut ſumus in filijs hæredibus grauatis, qui habent priuilegium non imputandi fructus in Trebellianicam, & tunc huiuſmodi detractio poteſt ab initio, & quandocumque, etiam ante purificatam, fideicommiſſum fieri, tam illam petendo à bonis hæreditarijs mediante iudicis officio ſeparari, quàm bona alienando, & in alienatis eam eligendo, vel etiam donando, & titulo lucratiuo in alios transferendo, Cyriac. *contr.* 497. *numer.* 25. *& ſeqq. contr.* 589. *num.* 28. Peregrin. *de fideicom. art.* 3. *num.* 24. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 543. *num.* 23. Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 16. *&c.* 52

Aut ſumus in hæredibus extraneis grauatis, & iſti non poſſunt ante diem reſtitutionis trebellianicam deducere, niſi fideicommiſſarij conſentirent, nam ſi iam perceperunt fructus res eſt clara, quia in eis remanet conſumpta trebellianica, ſi verò nondum fructus perceperunt, ſed ad euitandam illorum imputationem, & ad effectum eos lucrandi vellent trebellianicam in corporibus hæreditarijs deducere, directè illam detrahendo per implorationem officij iudicis citatis etiam ipſis fideicommiſſarijs, non poſſunt de rigore iuris huiuſmodi ſeparationem obtinere, cùm eis nondum ſit nata actio ad Trebellianicam petendam, quæ ſolùm à die purificati fideicommiſſi debetur, & ſic intempeſtiuè illam peterent, & conſequenter non obtinerent, Peregrin. *de fideicom. art.* 3. *n.* 25. Cyriac. *contr.* 497. *n.* 28. *& ſeqq.* Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 21. Gratian. *diſcept. for. cap.* 265. *num.* 36.

Poſſent tamen etiam dicti hæredes extranei indirectè per alienationem, ante tempus trebellianicam deducere, ſiue potiùs in bonis alienatis eligere antequam fructus aliquos perceperint, & non poterit emptor, vel alius acquirens pro rata dictæ trebellianicæ moleſtari, etiam ſi poſtea dicti hæredes fructus perceperint, qui trebellianicam abſorbeant, ſed agendum erit per fideicommiſſarium contra hæredes alienantium pro reintegratione fideicommiſſi reſpectu partis alienatæ, iuxta *diſtinct.* Crot. *in l. filiusfam.* §. *diuus ff. de leg.* 2. Caualer. *deciſ.* 20. Gratian. *diſcept.* 265. cum alijs per Vrceol. *Conſult. forenſ. volum.* 2. *in Addit. ad cap.* 20. *primi voluminis ſub num.* 48. *per tot. fol. mihi* 21. & dixi *in* §. *Fructus num.* 20. §. *Exceptio num.* 27. §. *Grauatus num.* 2.

Trebellianica qualiter veniat in confiſcatione bonorum illius, cui eſt debita, Aries de meſa *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 29. *num.* 9. *& ſeqq. per tot.* Roland. *conſ.* 26. *num.* 23. *vol.* 3. Rim. iun. *conſ.* 131. *num.* 18. *& ſeqq. vol.* 2. Guaz. *de confiſc. bon. concluſ.* 13. *ampliat.* 5. *per tot. fol. mihi* 19. *& concluſ.* 27. *num.* 30. *& ſeqq. fol.* 283. vbi docet cautelas quibus ſaluari poſſit à fiſco, & dixi *in* §. *Confiſcatio num.* 16. §. *Legitima num.* 27. *in fine*, vide Merlin. *de legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 32. *&* 33. *per tot.* Conciol. *reſol. crim. verb. Confiſcatio reſol.* 6. *num.* 7. vbi pluribus citatis probat, neque legitimam, neque trebellianicam poſſe confiſcari ex fideicommiſſo ordinato in caſu delicti, præcipuè ſtante prohibitione alienandi, & detractionum, quia hoc eſt onus fauorabile filijs, & ideò non reijcitur etiam de legitima, maximè ſi filij huic oneri non contradixerunt, adde Clar. §. *fin. quæſt.* 78. *num.* 10. Peregrin. *de iure fiſc. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 79. cum alijs per Coſtam *tract. de ratione rata quæſt.* 233. *per tot.* vbi alia ad rem. 26

De Trebellianica multa notant etiam Bertachin. *Repert. verb. Trebellianica*, Ioſeph. Felin. *Margar. var. concl. eod. verb.* Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.* 1. *&* 2. *verb. Trebellianica*, Cancer. *var. reſol. cap.* 2. *part.* 1. Maſſin. *de confiſcat. bon. quæſt.* 30. Andreol. *controu.* 1. *&* 33. Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 640. Martha *de ſucceſſ. part.* 4. *quæſt.* 128. Caſtald. *Conſult.* 126. Gobb. *Conſul.* 80. Caſtil. *de aliment. cap.* 9. *& coner. lib.* 4. *cap.* 1. alijque plures relati à Caſtejon. *Alphab. iurid. verb. Trebellianicam*, & à Com. Auguſt. 27

Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.5. verb. Trebellianica fol.754.*

§. TREGVA. XVII.

1 TRegua propriè dicitur ſecuritas rebus, & perſonis tempore belli ad tempus præſtita, diſcordia nondum finita, quam lex vocat fœdus, vel fiduciam, & differt à pace, quia pax eſt diſcordiæ finis, & propriè non venit vna appellatione alterius, impropriè tamen etiam tregua quandoque pax appellatur, Calderin. *conſ.366. alias 37. de teſt.* Card. Tuſch. *lit. T. concluſ.390.* Hoſtienſ. *in Summa de tregua, & pace in princip.* Boſſ. *de pace num.5.* Gail. *de pace pub. cap 4. num.44.* Cabal. *caſ.101. num.58.* Benintend. *deciſ.65. num.17.* Auguſt. Barboſ. *in Rub. de treg. & pace num.2.* & alios citatos per Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.2. cap. 28. num.5. & 6.*

a Tregua ſemel rupta per vnam ex partibus, non eſt ampliùs ab altera parte ſeruanda, etiam ſi contineat clauſulam, *rato manente pacto*, vel *toties quoties*, &c. nec etiam dicitur rupta quando offenſio ſequitur ex noua cauſa, licèt non iuſta, ſed tantùm colorata, Clar. §. *fin. quæſt.47. verſ. ſed hic incidenter*, latè Cabal. *reſol. crim. caſ.101. num.34. &c.* vbi etiam multos in contrarium allegat.

Quòd noua cauſa non excuſet in tregua, quia dicitur magis efficax, & ſtrictiùs obligat, quàm pax, Gratian. *diſcept. for. cap.840. num.33. &c.*

Primam tamen opinionem, quòd noua cauſa excuſet etiam in tregua crebriorem appellat, Magon. *deciſ. Luc. 500. num.6.* ſequitur Farinac. *quæſt.107. art.32. num.406. & ſeqq.*

Alia vide *in §. Cautio de non offendendo, & §. Pax*, Gutierez *in Prax. quæſt.107. 108. cum pluribus ſeqq.* vbi qualiter iudex teneatur fœdus, & treguam inter rixare volentes ponere, de pœna frangentium treguam, vtrùm noua cauſa excuſet, an rumpatur per adulterium, & alia de quibus latiùs Guaz. *in tract. de pace, & treg. per tot.* & aliqua remiſſiuè Ægid. de Caſtcion. *in Alphab. iurid. verb. Tregua.*

3 De tregua agit etiam Bertachin. *in Repert. verb. Tregua*, Moron. & Vulpel. *tract. de pace, & tregua*, Mantic. *de tacit. & ambigu. conuent. lib.27. per tot.* Cancer. *var. reſol. part.2. cap.11. per tot.* cæterique citati à Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Tregua*, & à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.5. eod. verb. fol.756.*

§. TVRBATIO POSSESSIONIS. XVIII.

1 TVrbatio poſſeſſionis quot, & quibus modis fiat, vide Rebuff. *ad Conſtit. Gall. tom.3. tit. de mat. poſſ. art.1. gloſ.2.* Menoch. *de retin. poſſ. remed.3. num.467. & ſeqq. ad 506.* vbi vltra 28. modos pro diuerſitate caſuum referunt Tuſch. *lit. T. concluſ.397. per tot.* Ioſeph. Feliu. *in Margar. var. concluſ. verb. Turbare fol.114.* vbi de faciente banna, & cedulas pro locatione rei, vel quoquomodo ſe opponendo.

Quòd in iudicio turbatæ poſſeſſionis debeant per actorem duo extrema probari, nempè poſſeſſio ex parte ſua de tempore turbationis, & conteſtationis litis, & turbatio facta ex parte rei conuenti, §. *Retinendæ, & §. Commodum*, vbi Oinot. & alij *Inſtit. de interdict.* Bart. *in l.1. Ait Prætor circa finem ff. vti poſſid.* Pract. Papp. *de turb. poſſ. gloſ. hodie conuent. num.1.* Soccin. iun. *conſ.146. numer.6. lib.1.* Tuſch. *lit. I. concluſ.286. lit. T. concluſ.398. num.7. &c.* Menoch. *de remed.3. num.556. & ſeqq.* vbi etiam de modis probandi, de quibus plenè Maſcard. *de probat. vol.3. concluſ.1390. per tot.*

Quòd in hoc iudicio ad obtinendum ſit neceſſe probare poſſeſſionem de tempore turbationis, & obtinere debeat, qui de præſenti poſſeſſione probat, etiamſi alter antiquiorem, & titulatam poſſeſſionem oſtenderet, Cabal. *conſ. deciſ.101. per tot lib.2.*

Et ſi criminaliter agatur, debet etiam probari dolus, vel ſaltem lata culpa in turbante iuxta diſtinctionem Bart. *in l.1. §. ff. ſi quis teſtam. liber. eſſe iuſ. fuer.* Pract. Papp. *loc. cit. gloſ. & nititur num.2.* Boſſ. *tit. de plur. violent. num. 49.* Bald. *conſ.119. num.3. lib.2.* Tuſch. *lit. T. concluſ.397. num.3.* plenè Menoch. *d. remed.3. num.603. & ſeqq. ad 663.* vbi etiam de indicijs, & præſumptionibus doli, vel latæ culpæ in hac materia, & de cauſis excuſantibus ab huiuſmodi dolo, vel lata culpa, Maſcard. *de probat. vol.3. concluſ. 1191. per tot.* vbi cui incumbat onus probandi turbationem fuiſſe factam dolo, vel culpa turbantis, ac de indicijs, & præſumptionibus doli, vel latæ culpæ.

Quando competat remedium turbatæ poſſeſſionis, & quid ſit probandum, Corn. *conſ.94. lib.3. conſ.345. lib.2. conſ.280. lib.4. conſ.100. & 130. lib.1.* Tuſch. *lit. S. conſ.684. lit. T. concluſ.397. & ſeqq.* latè Menoch. *d. remed.3. per tot.* Maſcard. *d. concluſ.1191. & concluſ.1390. per tot.*

Quòd ſtatutum puniens turbantes poſſeſſionem alienam intelligatur ſtante dolo, vel culpa, Tuſch. *d. concluſ. 684.*

Quòd quælibet cauſa licèt iniuſta excuſet à dolo, & pœna ſaltem ordinaria, maximè in actibus, ſiue delictis de ſui natura non prohibitis, & in quibus pro ſubſtantia requiritur dolus, qui regulariter non præſumitur in dictis caſibus de ſui natura non prohibitis, quidquid ſit in alijs ex ſe, & de ſui natura malis, Farinac. *quæſt.89. Inſpect.4. num.77. & ſeqq. & Inſpect.1. per tot.* Maſcard. *de probat. concluſ.531.* Tuſch. *lit. D. concluſ.573.* Menoch. *de remed.3. num.617. & ſeqq.* Cabal. *conſ. deciſ.92. numer.15. &c. lib.2.*

Turbatus in ſua poſſeſſione, vltra actionem criminalem, habet etiam duo remedia ciuilia nempè interdictum *vti poſſidetis*, ſic dictum à verbis edicti Prætorij, & habet formam iudicij poſſeſſorij ordinarij, competitque poſſeſſori ad propriam poſſeſſionem tuendam, & vt turbans condemnetur ad deſiſtendum, atque cauendum de non ampliùs turbando, & ad ſoluendum damna, & intereſſe pro iam facta turbatione, ad tradita per Oinot. & alios *in §. Retinendæ Inſtit. de interdict.* per Menoch. *de retin. poſſ. in prælud. & remed. 1. 2. & 3. per tot.* Couar. *pract. quæſt. cap.17.* Tuſch. *lit. I. concluſ.283. & ſeqq.* Maſcard. *de probat. vol.3. concluſ.1190. & ſeqq.* Poſth. *de Manutent. obſeru.3.4. & 5.* Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.46. num.1.* 2

Alterum remedium ciuile poſſeſſorium magis vtile, & vſu receptum, eſt ſummariſſimum manutentionis iudicium, in quo proceditur ordine non ſeruato, incipiendo etiam à præceptis de non turbando, quæ tamen comparente, & contradicente reo citato reſoluuntur in ſimplices citationes, & iudex ſummariè cognoſcit de poſſeſſione litigantium, concedendo manutentionem, cui de iure competit, quæ manutentio poteſt etiam principaliter peti citata parte abſque alijs præceptis, vt per Barz. *deciſ. Bonon.47.* Menoch. *de retinend. poſſ. remed. vlt. per tot.* Tuſch. *lit. T. concluſ.398.* Poſth. *de manutent. obſeru.5.* Vrceol. *Conſult. forenſ. d. cap.46. numer.1. &c.* dixi *in reſolut. cap.8. num.1. & ſeqq. per tot. & in Pract. §. Poſſeſſione num.11. &c.* vide in hoc opere *in §. Manutentio per tot.*

Quando autem neutra partium vellet ad iudicem recurrere, ſed propria auctoritate ſe tueri debet iudex ex officio inhibere ipſis partibus acceſſum ad locum controuerſum ſub pœnis ſibi plenè viſis auocando interim ad ſe poſſeſſionem, & poſtea concedendo manutentionem illi quem conſtiterit poſſediſſe tempore litis conteſtatæ, donec cauſa in petitorio fuerit deciſa, Caſtr. *conſ.3. lib.2.* Capyc. *deciſ. 96. & deciſ.209.* Menoch. *d. remed. vlt. num.1. & ſeqq.* vide *in §. Manutentio num.2. & per tot.*

Qualiter iudex debeat ſe gerere quando partes de poſſeſſione certant armis ad tollenda ſcandala, & rixas, auocando ad ſe interim per modum prouiſionis poſſeſſionem ſine præiudicio partium, apponendo ſequeſtrum, & alia, latè Ridolphin. *in prax. part.1. cap.12. num.281. & ſeqq. per tot.* Quòd in huiuſmodi auocatione debeat pars citari, Rot. *part.10. recent. deciſ.11. num.27. &c.*

Alia remedia ciuilia pro manutentione poſſeſſionis, vide per Bald. *conſ.438. lib.1.* Tuſch. *lit. I. concluſ.286. numer.1.* Menoch. *de retin. poſſ. remed. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8.*

Turbans poſſeſſionem alterius animo ius ſuum conſer- 3
uandi, & non alium turbandi, facta de hoc legitima proteſtatione excuſatur à pœna turbationis, licèt ſit condemnandus ad deſiſtendum à moleſtijs in futurum, Pract. Papp. *libel. turbat. poſſ. gloſ. animo, & intentione*, Bald. *conſ. 226. lib.3.* Tuſch. *lit. T. concluſ.400. num.4. &c.* plenè Menoch. *de retinen. poſſ. remed.3. num.626. & ſeqq.* vbi refert

duo-

duodecim cauſas excuſantes, ſi fuerint probatæ, Cabal. *conſ. deciſ.92. num.14. & c. lib.2.* vbi plura qualiter ceſſet accuſatio damni dati, & turbatę poſſeſſionis, quando turbans, vel aliquid faciens in alieno erat ſolitus ita facere de præterito, & agendum ſit ciuiliter negatoria, vel alia actione ciuili poſſeſſoria.

An autem poſſeſſio dicatur turbata per laborantes, & alios operarios miſſos ad laborandum in bonis alterius dixi *in §. Laborator num.1.*

4 Turbatus extra iudicium in ſua poſſeſſione qualiter poſſit de facto reſiſtere, & vim vi repellere, Bart. *in l.1. ff. de vin. act. priuat.* Peregrin. *deciſ.127. num.6.* Tuſch. *lit. V. concluſ.213. per tot.* Cigala *de Act. §.3. numer.36.* Cancer. *var. reſol. lib.5. cap.4. num.79. & ſeqq.* latè Ricc. *Collect.* 4045. vbi infert ad plura, & declarat procedere dummodò priùs poſſeſſionem acquiſierit, faciat incontinenti, & non ex interuallo, cùm moderamine inculpatæ tutelæ, & ſua poſſeſſio fuerit pacifica, & clara, ſecùs autem ſi controuerſa.

5 Turbatæ poſſeſſionis remedium, vel accuſatio, ſiue interdictum, *Vti poſſidetis*, non competit ſimplici ceſſionario agenti nomine proprio, ſi poſſeſſionem non fuit actualiter conſequutus, quia ex ſola ceſſione abſque traditionis, & apprehenſionis actu non transfertur poſſeſſio, ſine qua non datur hoc remedium, & eadem ratione non etiam competit ſimplici conductori, neque colono, nec alteri non poſſidenti tempore turbatæ poſſeſſionis, iſti enim non verè poſſident, ſed pro domino detinent, vt bene probat Cabal. *conſ. deciſ.99. per tot. lib.2.* vide *in §. Poſſeſſio num.17.*

6 De turbata poſſeſſione alterius, item de turbantibus diuina officia, iuriſdictionem, & huiuſmodi, plura Bertachin. *Repert. verb. Turbare aliqua*, Ioſeph. Felin. *Margar. var. concluſ. eod. verb.* Ambroſin. *deciſ.8. per tot.* vbi de poſſeſſione turbata, per laicum operarium Clerici, ad quem iudicem ſpectet cognitio, de quo dixi ego §. *Laborator*, Conc. & Romagn. *ad Stat. Eugub. lib.4. Rub.39. per tot.* & alij indicati à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.5. verb. Turbatio fol.760.* vbi etiam, qui tractent de turbata iuriſdictione, ac de turbationibus ſacrorum.

§. TVTELA. XIX.

1 TVtela nil aliud eſt, quam vis, atque poteſtas in capite libero ad tuendum eum, qui propter ætatem ſe defendere nequit, iure ciuili data, ac permiſſa, §. *Eſt autem*, vbi Oinot. & alij *Inſtit. de tut. lib.1. ff. eod.* vbi DD. Gutier. *de tut. cap.1. num.1.* latè Montan. *de tut. cap.2. cum pluribus ſequentibus* vbi ad ſaturitatem explicat ſingula huius deffinitionis verba, Balthaſſar Thomaſ. *tract. de tut. & curat. tit.1. cap.1. per tot.* Tuſch. *lit. T. concluſ.409.* Paul. Chriſtin. *ad leg. Municip. tit.19. art.3. & ſeqq.* vbi plura de tutelis, tutoribus, & curatoribus, Petr. de Onnate *de Contract. tom.2. tractat.17. diſput.48. ſect.1. & ſeqq. fol. 713. & ſeqq.* Gibalin. *de vniuerſ. negotiat. tom.2. lib.5. cap. 11. art.1. fol.480.* Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Tutela, & Tutor*, vbi plura remiſſiuè de more.

Quàm autem latè pateat iſtud nomen tutelæ, de illius etymologia, & ſignificatione, Montan. *de tut. cap.1. per tot.* Et de origine tutelæ, ac quo iure ſit introducta, idem Montan. *loc. cit. cap.6. per tot.* Onnat. *loc. cit.*

2 Tutela reſpectu pupillorum dicitur fauorabilis, reſpectu verò tutorum dicitur odioſa, & an propterea ſit largè, vel tacitè interpretanda, Caſtr. & Alex. *in l. ſi quis ita §. ſi quis ignoraret ff. de teſt. tut.* Montan. *de tut. cap.12. per tot.*

An dicatur honor, vel onus latè in vtramque partem diſputat idem Montan. *d. tract. cap.6. per tot.* vbi tandem concludit reſpectu tutorum eſſe onus, exceptis quibuſdam caſibus, vt in honorarijs tutoribus, &c. & contrarijs reſpondet, ac ideò tutores honorarios non habere onus adminiſtrationis, nec conueniri poſſe, niſi priùs excuſſis facultatibus aliorum, qui geſſerunt per text. *in l.3. §.1. ff. de adminiſtrat. tut.* idem Montan. *d. cap.26. num.63. & ſeqq. & cap.7. num.11. & ſeqq.* vbi plura de illorum officio, & auctoritate, Gutierez *de tut. part.1. cap.17.* Galgan. *de tut. cap.30* Balthaſ. Thomaſ. *tract. de tut. & curat. tit.2. cap.1. num.6. fol.2.* Card. Tuſch. *lit. T. concluſ.418. numer.5. & concluſ.444.* vbi quinam ſint tutores honorarij, quæ poſſint, & ad quæ obligentur *infra numer.54.* Gibalin. *de vniuerſ. negot. tom.2. lib.5. cap.11. art.1. num.8. & art.3.* vbi generaliter de obligatione tutorum circa bona, & perſonis pupillorum.

Tutela alia eſt teſtamentaria, alia legitima, & alia da- 3
tiua, & exinde etiam tutores ſunt vel teſtamentarij, vel legitimi, datiui; teſtamentaria dicitur quando parentes liberis ſuis impuberibus, quos habent in poteſtate, teſtamẽto tutores conſtituunt; legitima verò, quando tutor à lege datur, nam lex eam defert proximioribus conſanguineis idoneis, non extantibus teſtamentarijs tutoribus, & datiua, quæ à iudice datur veluti quando non extant teſtamentarij, neque legitimi tutores, nam tunc à iudice dandi ſunt tutores impuberibus relictis; ſeruatur itaque ordo inter tutores, vt ſcilicet primò admittantur teſtamentarij, ſi extant, ſecundò legitimi, & tertiò datiui, Oinot. *in §. Permiſſum inſtit. de tut.* Montan. *de tut. cap.7. num.1. & ſeqq.* Gutier. *de tut. part.1. cap.2. num.2. & ſeqq.* Borgn. *de tut. num.1. & c.* Balthaſ. Thomaſ. *tract. de tut. & curat. tit.2. cap.1. per tot. & tit.3. cap.1. per tot. fol. mihi 2. & 3.* vbi latè Tuſch. *lit. T. concluſ.411. per tot. concluſ.418. 421. 424. & 425. per tot.* Caldas Pereyra *de reſt. in integrum verb. ſine curatore per tot.* vbi etiam de tutoribus honorarijs, conſultoribus, notitiæ cauſa, & huiuſmodi, Paul. Chriſtin. *deciſ.146. cum pluribus ſeqq. vol.3. & ad leg. municip. tit.19. per tot. ſupra numer.2. in fine, & infra numer.54.* De prædictis omnibus, Petr. de Onnate *de Contract. tom. 2. tract.17. diſp.48. ſect.2. & ſeqq. fol. mihi 717. & ſeqq.* Gibalin. *de vniuerſ. negotiat. tom.2. lib.5. cap.11. art.1. fol. 480. & c.*

Tutela teſtamentaria, ſiue teſtamentarius tutor ſic dici- 4
tur quia in teſtamento datur, & ideò requirit teſtamentum, vel ſaltem codicillos in teſtamento confirmatos, ſi autem detur in codicillis ab inteſtato, mero iure non tenet, ſed indiget iudicis confirmatione, ſicut etiam ſi teſtamentum viribus non ſubſiſtat, cùm hoc notabili differentia, quòd tutor rectè datus, ſtatim quòd ſcit, ſi ceſſat adminiſtrare, ſuo periculo ceſſat; ſi autem indigeat iudicis confirmatione, antequam ſit confirmatus nullum periculum ſubijt, nec ipſe tenetur confirmationem petere; poteſt dari à parentibus maſculis ſuis filijs, & deſcendentibus impuberibus in poteſtate exiſtentibus, etiam hæredibus non inſtitutis, & poſthumis, item à matre, & auia ſi illos inſtituat hæredes, & confirmetur à iudice, item ab extraneo cum inſtitutione hæredis, & iudicis confirmatione cum inquiſitione.

Poſſunt autem omnes dari tutores in teſtamento, niſi ſint expreſsè prohibiti, prout dari prohibentur, ſerui durante ſeruitute, furioſi durante furore, minores vigintiquinque annis, muti, & ſurdi, ac fœminę, niſi ſint mater, vel auia, quæ volentes admittuntur, ſed cogi non poſſunt; item poſſunt dari ad certum tempus, ex certo tempore, ſub conditione, de quibus, & alijs ad rem facientibus, Oinot. *& alijs in §. Permiſſum Inſtit. de tut. & tot. tit. Qui teſt. tut. dari poſſ.* plenè Montan. *de tut. cap.7. cum pluribus ſeqq.* Gutier. *de tut. part.1. cap.3.* Galganet. *eod. tract. lib.1. tit.2.* Balthaſ. Thomaſ. *tract. de tut. & curat. tit. 4. cap.1. fol. mihi 7. & tit.5. cap.1. per tot. fol.10. & ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ.146. & ſeqq. vol.3.* An autem Clerici, & aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ poſſint eſſe tutores teſtamentarij, vel legitimi, & alia ad rem dixi *in §. Clericus num.8.* cum additione.

Tutor datus à patre filio emancipato debet à iudice confirmari ſine inquiſitione, niſi nota ſit iudici improbitas tutoris, quam pater ignorabat, *l. pen. ff. de confir. tut.* Sicut etiam datus à matre eſt confirmandus, ſed cum inquiſitione, *vt in §. vlt. DD. Inſtit. de tut.* & iſti tutores licèt confirmentur à iudice, non tamen dicuntur datiui, ſed teſtamentarij, quia actus qui non eſt libera voluntate confirmantis (vt quia confirmans non poſſit tollere illum actum, ſed neceſſe habeat eum confirmare) non adſcribitur confirmanti, Bart. *in l. more num.5. ff. de iuriſd. omn. iud.* & ideò tamquam teſtamentarij præferuntur legitimis tutoribus iuxta communem ſententiam in praxi tenendam, de qua Gutierez *tract. de tut. part.1. cap.2. num.25.*

Quòd teſtamentarius tutor præferatur legitimo, & datiuo, ac confirmare debeat à iudice quamuis teſtamentum fuerit imperfectum, *l.3. de confirmat. tut. & curat. & l.2. C. eod.* Rot. *part.13. recent. deciſ.34.* quæ poſtea fuit confirmata in eadem cauſa *d. part.13. deciſ.108.*

5 Tutor non poteſt in teſtamento dari impuberi ab eo, qui non habet eum in poteſtate, & ſic ab eatraoeo, niſi iſte extraoeus dare volens tutorem inſtituat hæredem ipſum pupillum, quo caſu valeret datio, & eſſet alijs præferendus maximè in bonis illi relictis, indiget tamen confirmatione iudicis cum inquiſitione, Gratian. diſcept. for. cap.462. n. 23. cap.680. per tot. Montan. de tut. cap.8. num.37. & ſeqq. vide in §. Mater n.5. Rot. part.9. recent. deciſ.171. num.1. & ſeqq. vbi de auo, cui non eſt permiſſum dare tutorem nepotibus recaſuris in poteſtate patris, vt tamen datio ſuſtineatur reſpectu bonorum io quibus illos hæredes inſtituit cum prohibitione vſusfructus, & adminiſtrationis qooad patrem, & ſaltem in vim adminiſtrationis, ac vti qualibet alius extraneus dare poteſt vt ſupra.

Quòd ſi datio tutoris noo valeat tamquam facta de inhabili, vel à non habente facultatem, reſoluatur in ſimplex gubernium, & adminiſtrationem, nam tutor, curator, defenſor, & adminiſtrator promiſcuè accipiontor vnus pro alio ad ſuſtinendum actum, Gratian. diſcept. forenſ. cap.830. num.12. cap.919. numer.1. &c. Surd. conſ. 428. numer.13. &c. Rot. part.1. recent. deciſ.668. numer.5. Cancer. reſol.7. num.9. dixi in reſol. cap.98. num.2. & ſeqq. vbi tamen quòd auctoritas huiuſmodi adminiſtratoris non extenditur ad alienationem ſtabilium per text. in l. procurator 63. ff. de procurat. vide Rot. d. deciſ.171. part.9. recent.

Quòd tutor accipiatur, etiam procuratore iuxta ſubiectam materiam, Rot. part.2. diuerſ. deciſ.89. num.13. &c. part.17. recent.377. num.51. &c. vbi quòd diſpenſatio Eccleſiaſticis conceſſa pro tutela adminiſtranda, curam etiam comprehendit.

6 Tutor an videatur conſtitutus ille, ſub cuius poteſtate dixit teſtator relinquere filios ſuos, vel ſub gubernio, regimine, & adminiſtratione, vel ſub educatione, vel ſub cuſtodia, vel quando mandauit filios ſuos morari cum matre, vel quando illos alicui ſimpliciter reliquit, & in alijs caſibus dubijs, Montan. de tut. cap.11. per tot. Menoch. lib.3. præſumpt.149. per tot. Franch. deciſ.584. Balthaſ. Thomaſ. de tut. & curat. tit.4. cap.1. per tot. fol.7. vbi etiam in fine qualiter datio iovalida ſuſtineatur in vim adminiſtrationis.

7 Tutor in teſtamento datus, non eſt tutor ante aditam hæreditatem, l. ſi nemo ff. de teſt. tut. ideò neceſſe eſt interim dari pupillo Attilianum tutorem ad adeundam hæreditatem, cuius auctoritas, & officium ceſſat ſtatim facta aditione, & incipit teſtamentarius, Montan. de tut. cap.10. num.44. cap.13. num.10. &c. cap.21. num.2. &c. vide Oinot. & alios Inſtit. de Attil. tut. Caualer. deciſ.207. per tot. vbi quòd tutor Attilianus datur ad hoc vt pupillus validè adeat hæreditatem, & poſtea tutor teſtamentarius adminiſtret, quia teſtamentarius non confirmatur niſi adita hæreditate, ſi autem agatur de lite datur interim curator ad litem, qui poteſt ea omnia facere, quæ poſſet tutor.

8 Tutela legitima, ſiue tutor legitimos ſic dicitur, quia à lege ſola abſque hominis facto, & diſpoſitione dependet, & quibuſdam perſonis ad inſtar ſucceſſionis defertur vbi non adſunt tutores teſtamentarij, alia enim eſt legitima agnatorum tutela, alia patronorum, alia parentum, & fiduciaria, de quibus Oinot. & alij interpretes Inſtit. de legit. agnat. tut. cum quatuor tit. ſeqq. Gutierez de tut. part. 1. cap.12. Galganet. eod. tract. lib.1. tit.4. Balthaſ. Thomaſ. de tut. & curat. tit.12. cap.1. & 2. fol. mihi 63. Montao. de tut. cap.14. 15. & 16. per tot. Paul. Chriſtin. deciſ.147. per tot. vol.3.

Quòd tutela legitima deferatur ad inſtar hæreditatis ab inteſtato, ita vt ſi plures ſint in eodem gradu ſiue agnati, ſiue cognati, ad quos ſpectaret ſucceſſio, eodem modo ad illos ſpectet onus tutelæ, dummodo ſint capaces, ideſt maiores 25. annis, & maſculi (excepta matre, & auia) adeò vt etiam ſtatuto prælatus in ſucceſſione præferatur, & in tutela, intelligendo tamen de tutela iuſſa, & neceſſaria, non autem de permiſſa, & voluntaria, prout in matre, & auia, quæ (inter illas ſeruato proximitatis ordine, & gradu) licèt à ſtatuto excluſæ à ſucceſſione, admittuntur ſi veniunt ad tutelam, ad tradita per Montan. d. cap.15. per tot. vbi quando mater, & auia admittantur, & quando non ob tranſitum ad ſecunda vota cap.18. num.7. &c. cap.26. num.19. Menoch. de arbitr. caſ.150. num.32. &c. vide alios ſupracitatos, Sanfelic. deciſ.367. cum Addit. vbi tamen quòd legitimi tutores, ac etiam mater, & auia excluduntur vbicumque certa ſuſpicio etiam leuis vrget contra eos de dilapidatione bonorum, ita vt etiam pater malis moribus imbutus poſſit priuari adminiſtratione, & tutela filiorum, illiſque tutor dari.

Tutela datiua eſt actus legitimos, per quem (non extantibus teſtamentarijs, neque legitimis tutoribus) datur tutor impuberi à iudice, vel Magiſtratu ad petitionem matris, vel aliorum proximiorum conſanguineorum ipſius pupilli; iſti enim ad quos popilli hæreditas ſpectat tenentur quàmprimum, & infra annum petere à iudice dari idoneos tutores ſub pœna priuatioois hæreditatis; huic tutelæ datiuæ locus eſt ceſſante teſtamentaria, & legitima, & quandoque etiam excluſo legitimo tutore, vt ſi ſpes adſit de teſtamentario; qui autem iudices poſſint dare tutores, qui tutores dari, quibus pupillis, quæ requirantur, de officio tutorum, & alia huiuſmodi, latè Oinot. & alij Inſtit. de Attil. tut. Montan. de tut. cap.17. cum pluribus ſeqq. Balthaſ. Thomaſ. de tut. & curat. tit.6. cap.1. & tit.7. cum pluribus ſeqq. fol. mihi 20. &c. Paul. Chriſtin. deciſ.148. per tot. vol.3. 9

Quòd tutori datiuo non poſſit eſſe locus donec adeſt teſtamentarius, vel legitimus, niſi illis adeſſet aliquod impedimentom temporale, quo ceſſante ceſſat datiuus tutor, quando autem impedimentum eſſet perpetuum aperiatur via proximiori io gradu ſequenti ad inſtar ſucceſſionis, Gratian. diſcept. for. cap.63. per tot. facit Montan. de tut. cap. 13. & 14. per tot. vbi de conſuetudine Galliæ, quæ videtur conformis Florentiæ cap.16. & 21. per tot.

An autem tutor in vno caſu ſubrogatus locum habeat in alia, ſiue ſit locus datiuo, vel legitimo, Surd. deciſ.207. per tot.

A quo iudice dari debeat, vide in §. Index num.36. Balthaſ. Thomaſ. de tut. & curat. tit.7. cap.1. per tot. fol. mihi 22. &c. Toſch. lit. T. concl.431. & 432. per tot.

Quòd tutor debeat peti à matre, vel auia, ac generaliter ab omnibus, qui pupilli legitimam ſperant ſucceſſionem, vel ab inteſtato, vel iure ſubſtitutionis, & intra annom ſub pœna amiſſionis ſucceſſionis, & legitimæ, latè Montan. de tut. cap.18. per tot. vbi etiam adducit multas excuſationes ab huiuſmodi pœna, vide in §. Mater num. §. Tempus num. Balthaſ. Thomaſ. de tut. & curat. tit. 6. cap.1. fol.20. & tit.21. cap.3. per tot. fol.979. Tuſch. lit. T. concluſ.412. 413. & 414. per tot. vbi etiam ad quos deuoluatur hæreditas pupilli in dictis caſibus, infra num.51. in fine.

Quòd in tutela datiua præferendus ſit patronus auo materno, & quid in ſimilibus, Honded. conſ.88. lib.1. Caren. reſol.84. per tot.

Tutore habenti, alius tutor regolariter dari non poteſt, niſi detur in locum alterius excuſati, ſuſpecti, defuncti, vel relegati, vel abſentis, & in ſimilibus caſibus, Montan. de tut. cap.24. per tot. Rot. part.2. diuerſ. deciſ.89. num.6. &c. Tuſch. lit. T. concluſ.423. per tot. Paul. Chriſtin. deciſ.150. per tot. volum.3. Rot. part.13. recent. deciſ. 108. numer.3. &c. part.15. deciſ.107. & 213. vbi qualiter ſtante abſentia tutoris, poſſit ſaltem de conſuetudine, & conſilio conſanguineorum pupilli, dari alius tutor, vel curator ad certum actum, & ſuſtineatur etiam non adimpletis ſolemnibus aliorum tutorum, vt dixi in §. Curator num.23. cum Addit. Sed multa in contrarium Rot. part.16. recent. deciſ.206. num.10. & ſeqq. per tot. vbi pro nullitate dationis particularis tutoris, vel curatoris, & actus ab eo geſti. 10

Quòd poſſit tutor dari quocumque tempore, & die, etiam dominico, vbi non requiritur cognitio cauſæ, Montan. de tut. cap.25. per tot. Balthaſ. Thomaſ. de tut. & curat. tit.11. cap.3. fol.59.

Totor ſiue teſtamentarius, ſiue legitimus, ſiue datiuus quid facere teneatur antequam incipiat adminiſtrare, Pract. Papp. for. reddit. rat. tut. gloſ.2. numer.8. Roman. conſ.415. & 425. Marant. de ord. iud. part.4. diſtinct.16. num.52. &c. Gratian. diſcept. forenſ. cap.28. per tot. cap.855. num.7. cap.907. numer.28. &c. Marcian. diſput. forenſ. cap. 71. num.27. Gizzarel. & Addent. deciſ.12. per tot. Tuſch. lit. T. concluſ.247. &c. Bardelon. conſ.161. in fine lib.2. Paul. Chriſtin. deciſ.151. num.2. & ſeqq. vol.3. & ad leg. Municip. tit.19. art.12. Capyc. deciſ.50. per tot. vbi ponit nouem requiſita, latè Montan. de tut. cap.32 per tot. vbi nouem regulis omnia complectitur, plenè etiam Balthaſ. Thomaſ. 11

de

de tut. & curat. tit. 13. per tot. fol. 73. &c. vbi tamen num. 556. fol. 141. quòd proceſſus factus à tutore exiſtente in poſſeſſione adminiſtrationis validus eſt, licèt tutor ſolemnia non adimpleuerit, & citat Bart. in l. tutor qui repertorium num. 7. de adminiſtrat. tut. Guid. Papa deciſ. 330. Gratian. d. cap. 855. num. 8. & 9. ac alios infra num. 39. dixi in reſolut. cap. 4. num. 7. in Pract. §. Tutoris num. 15. & in hoc opere §. Acta num. 15. vide Ludouiſ. deciſ. 530. per tot. vbi declarat dictam doctrinam Bartoli quando procedat, vel non, & deciſ. 574. vbi quòd valet in fauorem, non autem in odium pupilli, quia iudicium, ſicut contractus claudicat fauore pupilli, Cabal. 176. n. 1. & ſeqq. lib. 1. vbi pro nullitate iudicij agitati contra pupillum, vel minorem cum interuentu tutoris, qui non fecit ea, ſine quibus legitimam perſonam pro pupillo non habet.

Quòd vt tutor validè gerat tutelam debeat confirmari per iudicis decretum, aliàs in damnum, & præiudicium pupilli non validè adminiſtret, ſed quoad ipſum geſta valeant, licèt potuiſſet tanquam ſuſpectus remoueri, Rot. in Romana redditionis rationis 24. Ianuarij 1631. coram Merlino inter impreſſas eiuſdem deciſ. num. 2. 11. &c. Montan. de tut. cap. 32. reg. 1. & reg. 4. num. 12. &c. vbi limitat in matre, & quando à teſtatore fuit data licentia adminiſtrandi propria auctoritate, quia tunc aliud iudicis decretum non requiritur, de quo plenè videndus Balthaſ. Thomaſ. de tut. & curat. tit. 13. num. 1. & ſeqq. vbi multis modis ampliat, & limitat fol. mihi 73. &c. Ludouiſ. deciſ. 31. per tot. vbi quòd tutor etiam ante factum inuentarium poteſt adminiſtrare, & eius geſta tenent, licèt poſſit vti ſuſpectus remoueri, maximè ſi publicè, & palam adminiſtret, & in negotio celeritatem deſiderante, vel moram non patiente &c. quod declarat idem Ludouiſ. deciſ. 530. per tot. & deciſ. 574. vbi qualiter geſta per tutorem ante confectionem inuentarij, non teneant in præiudicium pupilli, ſed benè in præiudicium tertij, Petr. de Onnate de contract. to. 2. tract. 17. diſp. 49. ſect. 3. per tot. fol. 749. vbi an pro adminiſtranda tutela opus ſit decreto iudicis, & affirmatiuè concludit cum rationibus, vide infra n. 27. verſ. Item vendendo, & in §. Mater n. 5.

12 Tutor, vel pro tutore, ſiue curatore ſe gerens tenetur ſatiſdare rem pupilli ſaluam fore finita tutela, & quòd vtilia faciet, & inutilia prætermittet, licèt non petatur huiuſmodi cautio, aliàs tutela eſt nulla, Maur. de fideiuſſ. p. 1. ſect. 3. cap. 11. per tot. Capyc. deciſ. 50. Marant. part. 4. diſt. 16. num. 52. latè Montan. de tut. cap. 32. reg. 7. per tot. Gratian. diſcept. for. cap. 28. per tot. vbi defendit à nullitate, vide Balthaſ. Thomaſ. de tut. & curat. tit. 13. cap. 3. nu. 321. & ſeqq. fol. 125. Tuſch. lit. T. concluſ. 428. per tot. & concl. 438. per tot. vbi qualiter teneatur vtilia facere, & ad quæ ob id obligetur, vel non, Gibalin. de vniuerſ. negot. tom. 2. lib. 5. cap. 11. art. 3. per tot. fol. 483. vbi plura de obligationibus tutorum.

Quòd valeant geſta, licèt ſine dicta cautione potuiſſet tutor vti ſuſpectus remoueri, maximè in his, quæ dilationem non patiuntur, idem Gratian. diſcept. forenſ. cap. 360. num. 33. cap. 542. num. 7. &c. facit Montan. de tut. cap. 39. num. 9. cap. 32. reg. 3. num. 12. Balthaſ. Thomaſ. loc. cit. num. 333. vbi contra, Paul. Chriſtin. deciſ. 152. in fine, & deciſ. 156. vol. 3.

An autem tutor ita dari poſſit, vt non teneatur ſatiſdare, vide Surd. deciſ. 91. per tot.

Quòd tutor teſtamentarius non teneatur dictam cautionem præſtare, cùm cenſeatur à teſtatore approbatus pro legali, fideli, & idoneo, etiamſi fuerit datus à matre, §. 1. Inſtit. de ſatiſdat. tut. vbi Oinot. num. 10. & ſeqq. Maur. loc. ſup. cit. in fine, Montan. de tut. cap. 9. num. 67. cap. 32. reg. 7. n. 76. & ſeqq. ad 97. Paul. Chriſt. deciſ. 156. num. 4. & ſeqq. vol. 3. et ad leg. Municip. tit. 19. art. 10.

Item tutor datus à iudice ſuperiore ſolemniter per inquiſitionem cum decreto, & cauſæ cognitione, non tenetur ſatiſdare, ſecùs autem ſi ſit datus ab inferiore iudice, quia quod dicitur præſumendum pro decreto, & illius iuſtitia, intelligendum eſt quando fuit interpoſitum à ſuperiore Magiſtratu, ſecus ſi à iudice pedaneo, ignaro, & idiota, niſi eſſet Doctor, & expertus, Gratian. diſcept. for. cap. 13. per tot. Bart. in l. tutores ff. de confirmat. tut. Oinot. loc. cit. num. 14. Montan. de tut. cap. 32. reg. 7. num. 97. &c. vbi etiam quòd ſi per errorem ſatiſdederit, qui non tenebatur, non valet ſatiſdactio, vide Balthaſ. Thomaſ. loc. ſup. cit.

Ad quid autem teneatur fideiuſſor tutoris, Paul. Chriſt. deciſ. 168. per tot. vol. 3. dixi in §. Promiſſio n. 36.

13 Tutor quilibet, & alius adminiſtrator, antequam adminiſtrare incipiat, vel quamprimum potuerit arbitrio iudicis tenetur conficere inuentarium legitimum de omnibus bonis, & rebus mouentis, omnia deſcribendo per confinia, latera, & æſtimationem, maximè circa mobilia, & ſe mouentia, quia inuentarium eſt caput rationum reddendarum, aliàs præſumitur in dolo, contra eum poteſt in litem iurari, vti ſuſpectus remoueri, & alijs etiam pœnis criminaliter puniri, l. tutor, qui repertorium, vbi Bart. & alij ff. de admin. Oinot. in §. 1. Inſtit. de legit. agnat. tut. num. 15. & 16. Menoch. de arbitr. caſ. 174. per totum, Montan. de tut. cap. 32. reg. 5. per tot. Capyc. deciſ. 50. nu. 3. Afflict. deciſ. 13. num. 17. deciſ. 44. num. 33. deciſ. 360. Natt. conſ. 663. num. 11. &c. Borgnin. de tut. numer. 23. 58. &c. Guid. Papa deciſ. 330. Boer. deciſ. 35. num. 5. Galganet. de tut. lib. 2. tit. 2. Ricc. Collect. deciſ. 923. Toſch. lit. T. concluſ. 429. & 430. Munoz. de ratiocin. cap. 9. num. 1. etc. Farinac. in fragm. p. 2. num. 1066. Iotrigliol. de feud. quæſt. 45. n. 134. lib. 2. Balthaſ. Thomaſ. de tut. & curat. tit. 13. cap. 2. num. 75. fol. mihi 77. etc. vbi plurima quando ſit locus iuramento in litem ex hac cauſa contra tutorem, & generaliter de huiuſmodi iuramento, vide in §. Inuentarium num. 4. &c. & §. Iuramentum num. 14. &c. Rot. par. 11. recent. deciſ. 233. num. 1. & ſeqq. et par. 13. deciſ. 83. num. 2. vbi quòd excuſatur ob impedimentum ab aduerſario præſtitum. Quòd venditio bonorum pupilli facta à tutore ante confectionem inuentarij ſit nulla, maximè concurrente etiam defectu cognitionis cauſæ, ſubhaſtationis, & alijs plenè in grauiſſima cauſa Ganauer. conſ. 6. per tot. poſt eius deciſiones, contra Merlin. quæſt. for. cap. 73. 74. 75. et 76.

Qualiter teneatur tutor duo inuentaria conficere, vide in §. Inuentarium num.

Ex quibus arguatur tutoris dolus, Maſcard. de probat. vol. 3. concl. 1391. per tot. nempè ex omiſſione inuentarij, libri rationum, pecunia inutiliter expendita, retentione ſcripturarum, & huiuſmodi, ac idem in alijs adminiſtratoribus, facit in §. Dolus.

Quòd tutores teneantur conficere inuentarium, & librum rationum, latè Petr. de Onnate de contract. to. 2. tr. 17. diſp. 49. ſect. 4. et 5. per tot. fol. 751. & ſeqq. & de inuentario ita vt ante illius confectionem omnia per tutorem acta ſint nulla, plenè Ganauer. d. conſ. 9. art. 1. per tot.

14 Tutor, cui per teſtatorem fuit remiſſa neceſſitas conficiendi inuentarium, non tenetur illud conficere, tenetur tamen reddere rationem de omnibus, quæ ad illius manus peruenerunt, Pract. Papp. for reddit. rat. tut. gloſſ. 2. num. 15. cum Addit. Clar. §. Teſtamentum q. 66. Montan. de tut. cap. 32. reg. 5. num. 26. &c. Oinot. loc. ſup. cit. num. 16. per text. in l. fin. §. fin. C. arbitr. tut. vide Tuſch. lit. T. concluſ. 436. num. 3. & ſeqq. Paul. Chriſt. deciſ. 163. num. 7. etc. vol. 3. dixi in §. Inuentarium n. 16.

Quòd tutor debeat tenere librum rationis, quamuis inuentarium fuerit ſibi remiſſum, aliàs contra eum ex hoc capite poſſit in litem iurari, Gratian. diſcept. forenſ. c. 59. num. 12. &c. cap. 86. num. 30. etc. Geou. de ſcript. priu. lib. 4. tit. de lib. tut. & curat. & ſimil. fol. 209. Montan. de tut. cap. 32. reg. 8. per tot. vbi qualiter iſte liber conſcribi debeat, & in eo omnia adnotari cum die, anno, & cauſa, aliàs detur iuramentum in litem, niſi ſit prælegata liberatio, & qualiter probet quoad omnes expenſas, vide in §. Liber n. 20. Paul. Chriſtin. deciſ. 162. num. 2. etc. vol. 3. Merlin. deciſ. 189. per tot.

Quòd teneatur ſaltem ad deſcriptionem bonorum non obſtante remiſſione inuentarij, Rot. part. 10. recent. deciſ. 192. num. 2. etc. Franciſc. de Angelis tract. de confeſſ. lib. 2. q. 15. num. 12. etc. vbi alia plura ad rem.

15 Tutor liberatus à teſtatore ad reddenda ratione tutelæ, non eſt omninò exemptus, ſed tantùm à ſtricta, & ſcrupuloſa quadam redditione, nam nihilominus tenetur reſtituere omnia penes ſe exiſtentia, & quæ dolo deſijt poſſidere, vel conſumpſit, non obſtante etiam legato omnium, quæ ex huiuſmodi redditione tutorem contigerit remanere debitorem, quia tale legatum non extenditur ad dolosè commiſſa, & dolus futurus remitti non poteſt, Pract. Papp. pro legat. rei ſing. gloſ. 1. nu. 149. Alexand. conſ. 62. lib. 4. Borgn. de tut. num. 207. Ludouiſ. deciſ. 187. num. 11. et 12. Viui. comm. opin. 106. Montan. eod. tract. cap. 38. num. 10. & ſeqq. ad 44. cap. 39. num. 47. 51. etc. Creſp. de

Val-

Valdaur. obſeruat. 98. part. 2. fol. 185. Merend. contr. iur. lib. 8. cap. 10. vide in §. Liberatio num. 11. Rot. part. 11. recent. deciſ. 69. num. 5. Menoch. lib. 4. præſumpt. 164. vbi quid contineat legatum liberationis factum tutori filiorum, vel ſuo proprio tutori, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 23. per tot. plenè Balthaſ. Thomaſ. de tut. & curat. tit. 13. num. 175. & ſeqq. fol. 112. &c. tit. 34. num. 46. & ſeqq. fol. 1062. Tuſch. lit. T. concluſ. 457. per tot. Rot. part. 10. recent. deciſ. 192. num. 2. &c. Franciſc. de Angelis d. q. 15. n. 7. & ſeqq. vbi limitat niſi teſtator dixerit quod redditis rationibus quidquid apparebit eſſe debitorem id ei iore iegao ſit relictum, quia tunc eſſet liberatus, etiam ſi quid dolo commiſerit, de quo tamen ego dubito per prædicta.

Quòd ſtante dicta liberatione non poſſit tutor citra dolum cooueoiri, oec condemnari, & ſtandum ſit partitis io ſuo libro ſcriptis, donec contrarium probetur, Rot. part. 2. recent. deciſ. 762. num. 8. par. 3. deciſ. 331. num. 1. &c. par. 4. deciſ. 406. num. 2. & ſeqq. part. 10. deciſ. 323. num. 6. part. 11. 165. num. 17. & par. 14. deciſ. 112. num. 5. & ſeqq. vide in §. Adminiſtrator num. 32.

16 Tutor, qui inuentarium non fecit, & diligenter librum rationis non tenuit licèt patiatur iuramentum in litem iuxta ſuperiùs dicta, & in §. Iuramentum num. 14. tamen debet intelligi præcedente iudicis taxatione, & qualiter ſit facienda per iudidem huiuſmodi taxatio, & poſteà iuramentum confirmari per ſeotentiam Menoch. de arbitr. caſ. 208. num. 5. &c. Beliamer. deciſ. 721. Ricc. Collect. dec. 1349. in fine, Aſin. in Prax. §. 32. cap. 6. num. 3. Farinac. in Fragment. par. 2. num. 11. 21. & ſeqq. Phanuc. de in lit. iur. par. 3. num. 1. & ſeqq. Balthaſ. Thomaſ. plures alios citans tract. de tut. & curat. tit. 13. numer. 317. et ſeqq. fol. mihi 115. & ibidem limitat. 114. per tot. fol. 124. & 125. Paul. Chriſtin. deciſ. 165. num. 3. volum. 3. vbi quod antequam iuretur poteſt, & debet iudex taxare quantitatem, ad quam vſque poſſit iurari ſecundum id, quod ex actis veriſimilius eſſe putabit.

17 Tutor non patitur iuramentum in litem, nec aliàs pœnas ob non confectum inuentariom quando fuit remiſſum à teſtatore, & vt poſſit conuinci debet probari dolus, qoo ceſſante, nulla incurritur pœna, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 711. per tot. Menoch. de arbitr. caſ. 208. num. 24. & ſeqq. vbi num. 22. & 23. quod excuſatur etiam quando propter ſimplicitatem, & ruſticitatem non cooſeciſſet librum rationis arbitrio iudicis, Rot. part. 14. recent. deciſ. 150. num. 2. &c.

Quòd dolus ſit concludenter probandus, & eo ceſſante non ſit iocus iuramento in litem, Rot. part. 11. recent. dec. 165. num. 12. & part. 14. deciſ. 150. vbi quòd excluditur ex ruſticitate tutoris, & maximè ſi agatur de bonis ſtabilibus, de quibus poteſt reddi ratio ſine libris, cùm eorum fructus taxentur à lege ad rationem qninque pro centenario.

Quòd actio de dolo extinguatur biennio, l. fin. C. de dol. mal. Gratian. diſcept. for. cap. 761. n. 26. &c. vbi tamen quòd noo ceſſant alia remedia infra 30. annos.

Plurimos caſus, in quibus ceſſat iuramentum in litem, & quæ concurrere debeant, vt ei locus ſit, latè refert, & explicat Balthaſ. Thomaſ. de tut. & curat. à num. 76. vſque ad 320. fol. mihi 78. vbi refert caſus, in quibus poteſt eſſe locum huiuſmodi iuramento, & à n. 320. fol. 115. ad fol. 125. caſus, in quibus ceſſat idem iuramentum.

18 Tutor poteſt reddere rationem etiam ſine libris, & inuentario, nec patitur iuramentum in litem, ſi probet alia bona pupilli non extitiſſe, præter illa, de quibus paratus ſit reddere rationem, Calcan. conſ. 93. Farinac. conſ. 96. num. 44. & ſeqq. Palma conſ. 110. num. 1. &c. Ludouiſ. deciſion. 199. num. 5. cum Addit. et deciſ. 274. num. 6. vbi Addit. n. 9. Menoch. de arbitr. caſ. 208. num. 21. &c. Montan. de tut. cap. 32. reg. 5. num. 46. reg. 6. n. 16. Parc. Iordan. Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 22. num. 389. fol. 484. Gratian. diſcept. for. cap. 570. num. 19. &c. Rot. par. 11. recent. deciſ. 165. num. 15. & part. 14. deciſ. 150. n. 4. vbi maximè ſi agatur de bonis ſtabilibus, Merlin. deciſ. 569. num. 5. vbi quòd non eſt de neceſſitate conficiendus liber rationum à tutore, ſed ſufficit ſi ex veriſimili, vel ex relatione peritorum, vel alio legitimo modo rationem reddat, Merlin. de legit. lib. 4. tit. 2. q. 7. num. 18. Vrceol. Conſult. forenſ. cap. 55. num. 6. & ſeqq. volum. 2. Caballin. Milleloq. 73. Rot. par. 18. recent. tom. 1. deciſ. 107. numer. 3. Gait. de credit. cap. 2. tit. 4. num. 889. vbi reprobat contrariom teoentes; prout contrarium ſequitur, & veriùs dicit Franciſc. de Angelis tract. de confeſſ. lib. 2. q. 15. num. 16. &c.

Quomodo poſſit probari dicta negatiua vide in §. Negatiua num. 13.

19 Tutor non poteſt executiuè conueoiri pro pecunijs, & rebus deſcriptis in inuentario, ſed prius debet conueniri ad reddendam rationem ſuæ adminiſtrationis, qnia ante redditam rationem noo poteſt verè ſciri an ſit debitor, vel creditor, Gratian. diſcept. for. cap. 129. per tot. cap. 494. n. 3. &c. cap. 665. num. 22. &c. et deciſ. 179. num. 1. &c. vbi loquitur in matre tutrice, quæ etiam è contra non poteſt agere executiuè pro ſuis dotibus, niſi priùs reddita ratione tutelæ, vide in §. Mater num. Vrceol. Conſult. for. cap. 29. num. 13. &c. Tuſch. lit. T. concluſ. 440. num. 10. Rot. part. 11. recent. deciſ. 228. per tot.

Iotellige dictam concluſionem reſpectu pecuniarum, quæ recipiunt functionem in genere ſuo, & in quibus admittitur compeoſatio, ſecus autem reſpectu aliarum rerum, & mobilium in inuentario deſcriptorum, pro quibus poteſt tutor etiam executiuè conueniri ante redditam rationem, quia ſiue remaneat debitor, ſiue creditor reddita ratione non poteſt illa retinere, nec cum illis compenſare, Surd. deciſ. 184. per totum, qoem ſequitur Gratian. loc. cit. vide in §. Adminiſtrator num. & §. Societas num. Rot. part. 11. recent. deciſ. 233. num. 11. part. 17. deciſ. 259. numer. 7. &c. vbi etiam quod illorum valor poteſt liquidari vel per iuramentum in litem, vel ſaltem per electionem peritorum, & part. 18. deciſ. 125. in eadem cauſa.

Qualiter tutor teneatur reddere rationem adminiſtrationis, & reliquarum reſtituere, Merlin. deciſ. 185. & deciſ. 500. vbi etiam ſi de facto adminiſtrauerit, Rot. par. 9. rec. deciſ. 126. per tot. et par. 17. dec. 259.

Non tamen tenetur reddere rationem, niſi de rebus, quas legitimè probetur ad eius manus perueniſſe, Bartol. conſ. 239. Rot. part. 12. recent. deciſ. 197. num. 35. Merlin. deciſ. 348. et deciſ 375. vbi quod ſufficit probare extitiſſe io hæreditate, & deciſ. 496. vbi quòd tenetur de neglectis, Ricc. Collect. 4176. vide in §. Adminiſtrator n. 8.

Quòd ſicuti tenetur tutor reddere rationem, ita etiam teneatur illius hæres, & de neglectis, & ad vſuras pupillares, Rot. par. 11. rec. deciſ. 69. n. 1. &c.

Quòd quantitas in rationibus deſcripta, ſi maior fuiſſe prætendatur debeat ab allegaote probari, cùm tutor non poſſit condemnari de alijs ſummis, quàm de in rationibus à ſe deſcriptis, niſi aliter probetur, Rot. par. 11. recent. dec. 87. & deciſ. 367.

An autem, & quando tutori ſit danda manutentio pro detentione bonorum pupilli poſt finitam tutelam, ratione adhuc non reddita, nec examinatis computis, latè hinc inde pro tutore concludeos Fontanel. dec. 544. & 545.

Quòd tutor non poſſit pulſari pro reſtitutione bonorum in inuentario deſcriptorum, niſi prius diſpunctis rationibus, probat Queſad. Pilo contr. for. cap. 47. n. 10. & ſeqq. inferendo ex inde, & alijs rationibus, redditionem computorum reſpicere vtilitatem pupilli, ac ideò expenſas neceſſarias pro dicta redditione computorum eſſe ex bonis pupilli erogandas.

20 Tutor non poteſt conueniri ad reddendam rationem adminiſtrationis, niſi finita tutela, vel cura, quando validè, & ſeruatis ſeruandis illam gerit, Gratian. diſcept. for. cap. 282. num. 11. &c. latè Montan. de tut. cap. 38. per tot. vbi quinam teneantur reddere rationem, quæ in rationibus exigantur, & an qui ſemel rationes reddidit iterùm reddere teneatur, an, & quomodo poſſint remitti rationes, Menoch. de arbitr. caſ. 209. per tot. Altograd. conſ. 21. num. 6. &c. lib. 1. vbi tamen loquitur in alijs termiois, plenè Balthaſ. Thomaſ. de tut. & curat. decad. 3. tract. 10. tit. 34. per tot. fol. 1053. &c. Paul. Chriſtin. ad leg. Municip. tit. 19. art. 13. vbi qnòd ſecùs eſt de cooſuetudine, & iure canonico, iuxta quod quotannis eſt reddenda ratio per text. in Clem. 2. de relig. dom. Iaſ. in §. Sequens num. 42. Inſtit. de act. vide in §. Adminiſtrator n. 37. Rot. part. 16. recent. deciſ. 208. n. 7. vbi qualiter tutor teneatur ſuo contutori rationem reddere quolibet anno, & dec. 209. vbi quòd vigore ſtatuti Imolæ, & aliorum plurium locorum Italiæ, teneotur tutores ſingulis annis rationem reddere.

Quòd donec reddiderit rationem ſit manutenendus in poſſeſſione booorum pupilli propter ſuum intereſſe, cùm ad eum ſpectet periculum, Dutan. deciſ. 269. & 328.

Et

Et plura de rationibus reddendis finita tutela, Petr. de Onnate *de Contract. tom. 2. tract. 17. diſp. 51. per tot. fol. mihi 776. et ſeqq.*

21 Tutor ſi verè rationem non reddiderit, cunctâ diligenter diſpungendo, & reſtituendo non iuuatur liberatione, vel quietatione, licèt iurata ſibi à minore facta, etiam cum decreto iudicis, & conſenſu conſanguineorum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 563. num. 30. etc. cap. 761. per tot.* Caualer. *deciſ. 225. per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ. 209. num. 37. et ſeqq.* Montan. *de tut. cap. 38. num. 4. et ſeqq. num. 118. et ſeqq. ad 189.* vide *in §. Liberatio numer.* 8. Balthaſ. Thomaſ. *loc. ſup. cit. num. 19. etc. fol.* 1060. Paul. Chriſtin. *deciſ. 161. num. 11. et deciſ. 162. et ſeqq. vol. 3.* latè Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib. 2. quaſt. 15. per tot.* Merlin. *deciſ. 603.* plenè Farinac. *conſ. 96.* vbi quando prætextu doli, in adminiſtratione commiſſi poſſit criminaliter inquiri, & moleſtari, non obſtante liberatione obtenta, quandone, & ex quibus dolus arguatur, & probetur ad hunc effectum.

Quòd teneatur reddere rationem de geſtis etiam finita tutela ſi in adminiſtratione continuauerit, & quomodo non reddendo rationem dicatur in dolo, Montan. *d. cap. 38. num. 87. et 96.*

Quòd licèt tutor ſemel reddiderit rationem poſſit iterùm compelli ad illam reddendam quando conſtat fuiſſe dolosè redditam, vel quando interuenit error calculi, fuiſſe autem doloſam redditionem probatur multis modis, & quod dicitur de errore calculi limitatur pluribus itidem modis, ad latè tradita per Montan. *d. cap. 38. num. 133. et ſeqq.* Farinac. *conſ. 96. per tot.* vbi ex quibus dolus arguatur, & poſſit criminaliter agi, Menoch. *d. caſ. 209. num. 37. etc.* vide Rot. *part. 17. recent. deciſ. 259.* vbi quòd non dicitur ſufficienter reddita ratio, niſi fuerint exhibitæ omnes ſcripturæ, & reſtitutus reliquatus, ac ideò poteſt tutor iterùm reddere compelli, Franciſc. de Angelis *d. quaſt. 15.* vbi allegat meas *reſol. cap. 8. num. 47. et ſeqq.* Rot. *part. 18. recent. deciſ. 111. per tot. et deciſ. 213.*

Ratio tamen ſemel reddita, iterum regulariter non eſt exigenda, maximè contra hæredes tutoris, niſi probetur illam fuiſſe inualidam, cùm ſtet præſumptio pro validitate, & plura ad ſuſtinendam rationem ſemel redditam, ne iterùm ſit reddenda, Rot. cum pluribus citatis *part. 10. recent. deciſ. 128. per tot. &c. part. 11. deciſ. 367. & part. 19. deciſ. 256.* vbi quòd non eſt iterùm reddenda ab hæredibus tutoris poſt multum tempus, & non informatis, maximè ſi fuerint conſignati libri, cùm tunc ſit impoſſibilis noua redditio rationis.

Quæ requirantur vt poſſit dici ratio ſufficienter reddita, vide *in §. Adminiſtrator num.* 32.

Quòd apertus dolus requiratur, & ſit probandus pro noua redditione exigenda, Menoch. *de arbitr. caſ. 209. in fine,* Rot. *part. 14. recent. deciſ. 112. n. 11. & 12.*

Quòd ratio ſemel reddita non ſit ampliùs reddenda, niſi conſtet de errore ex claris probationibus, & quando adeſt res iudicata, vel tranſactio debet vltra errorem conſtare de dolo vero, Munoz. *de ratiocin. cap. 41.* Menoch. *d. caſ. 209.* cum alijs per Beltram. ad Ludouiſ. *deciſ. 336.* vide infra *num. 31. verſ. Quod tutor, vel curator,* & Franciſc. de Angelis *d. quaſt. 15. per tot.* vbi quando de illa conſtat ex ſola confeſſione minoris, etiam cum ſolemnitatibus, eſt iterùm reddenda, quia vbi factum verum requiritur non ſufficit confeſſio.

In quo loco ſit conueniendus tutor ad reddendam rationem, dixi *in §. Adminiſtrator num.* 10.

Plures cautelas, ne tutor, qui ſemel reddidit rationem, vel obtinuit liberationem poſſit amplius moleſtari, docet Cępol. *caut. 221. per tot.* Quæ ſint ſeruanda, vt dicatur legitimè reddita ratio, Vrceol. *Conſult. 55.* Franciſc. de Angelis *d. quaſt. 15.*

Et intra quod tempus retractari poſſint rationes ſemel redditæ, *l. in omnibus 13. §. 1. ff. de diuerſ. temp. præſcript.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg. 166. num. 10. vol. 2.*

Quòd ſi tutor in redditione rationis non fuerit repertus debitor, ſed creditor, non poſſit compelli alia rationem reddere cùm eſſet cauſa, niſi tamen rationes redditæ eſſent doloſæ, erroneæ, ac iniquitatis plenæ, Montan. *de tut. d. cap. 38. num. 180.* de hac materia redditionis rationum tutorum, plenè Balthaſ. Thomaſ. *loc. ſup. cit. per tot. fol. mihi 1053. cum pluribus ſeqq.*

Quando ratio ſemel reddita poſſit iterùm reuideri, ſiue exigi, vel non, Ricc. *Collect. 1915. 3128. & 3976.* Cabal. *conſ. deciſ. 40. lib. 2.* vbi etiam ſi reddita fuerit coram Magiſtratu, Rot. *part. 17. recent. deciſ. 259. & part. 18. deciſ. 111. per tot. & deciſ. 213. num. 11.* vbi quòd malè reddita in parte, iterùm in totum eſt reddenda, cùm ſit quid indiuiduum.

Qualiter teneatur de malè adminiſtratis, & neglectis, & de quibus debeat reddere rationem, vel non, Tuſch. *lit. T. concluſ. 441. & 442. per tot.* Rot. *part. 16. recent. deciſ. 105.*

Quòd ſi tutor ſe obtulerit reddere rationem, & conſtituerit minorem in mora recipiendi, non teneatur ampliùs reddere rationem, vel expenſis minoris facere poſſit, Cephal. *conſ. 8.* Surd. *de alim. tit. 1. quaſt. 47. in fine.*

22 Tutrix tranſiens ad ſecunda vota non reddita ratione tutelæ filiorum primi matrimonij, efficit vt obligentur bona ſecundi viri, in quibus poteſt fieri executio pro tutelari debito, *l. ſi mater C. in quibus caſ. pign. vel hypoth. contrah.* Marant. *part. 6. act. 3. num. 53.* Montan. *de tut. cap. 15. num. 96. &c.* vbi quòd non procedit quando mater non legitimè, ſed tantùm de facto adminiſtrauit, nec quando iam erat finita tutela tempore, quo adminiſtrauit, nec è contra in bonis mulieris pro præcedente adminiſtratione à viro facta, vide *in §. Hypotheca num. 26. §. Mater num.* 11.

23 Tutor non poteſt regulariter petere ſalarium pro adminiſtratione tutelæ, niſi ſibi fuerit à iudice conſtitutum, ſicut ex cauſa conſtitui debet, *l. à tutoribus §. fin. ff. de adminiſtrat. tut.* Cabal. *conſ. deciſ. 13. lib. 1. & conſ. 40. num. 4. lib. 2.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 919. num. 6. &c.* Montan. *de tut. cap. 23. num. 19. &c.* Menoch. *de arbitr. caſ. 512. per tot.* vbi quando debeatur ſalarium, & in qua ſumma Paul. Chriſtin. *deciſ. 153. & 154. vol. 3.* vbi etiam an teneatur compenſare dictum ſalarium cum legato ſibi facto, & poſt relatas contrarias opiniones concludit quòd ſic, ad tradita per Gutierez *de tut. part. 3. cap. 5. facit infra num. 61.* Addit. ad Sanſelic. *deciſ. 367.* vbi quòd licèt tutoribus regulariter non detur ſalarium, tamen ſecùs eſt in ballijs, quibus debetur etiam non promiſſum, nec à principio conſtitutum.

Quòd licèt tutoris officium regulariter debeat eſſe gratuitum, tamen ſecùs ſit ſtante iuſta cauſa contrarium arbitrio iudicis ſuadente, vt quia tutor ſit pauper, vel propter negotia pupilli debeat aliò proficiſci, vel ſtante grauitate negotij, vel ob amplum pupilli patrimonium, nam concurrente aliqua ex iſtis, vel ſimilibus cauſis, poteſt, imò debet iudex in remunerationem laboris aliquod ſalarium, & iuſtam recompenſationem tutori conſtituere, licèt ab initio non fuerit conuentum, & hoc non ſolùm pro tempore futuro, à die petitionis ſalarij, ſed etiam pro tempore præterito maximè æquitate attenta, & vbi tutor ab initio proteſtatus fuerit etiam extraiudicialiter ſe velle petere ſalarium pro adminiſtratione, cùm tunc omninò excludatur præſumptio donationis, Thomat. *deciſ. 14. n. 15. &c.* Cyriac. *contr. 503. n. 43. &c.* Altograd. *conſ. 57. per tot. lib. 2.* Lanfranch. Zacch. *de Salar. & merced. quaſt. 87. per tot.* vbi alia plura ponit de hac materia, & Balthaſ. Thomaſ. *de tut. & curat. tit. 28. per tot. fol. mihi* 1032. *&c.* Tuſch. *lit. T. concluſ. 434.* vbi quòd ſi tutor ſit pauper debet alimentari, vel habere ſalarium, Paul. Chriſtin. *d. deciſ. 153. vol. 3.* & ibidem *deciſ. 154. num. 2.* vbi quid ſi fuerit impeditus per tertium in ſua adminiſtratione, *& ad leg. Municip. tit. 19. art. 11.*

Quòd tutor non ſit alendus de bonis pupilli, ſed teneatur reddere rationem de fructibus pro ſuo victu conſumptis, niſi tamen ſit pauper, & aliter non poſſit muneri incumbere, & alia de alimentis, & ſalario tutoris, Surd. *de aliment. tit. 1. quaſt. 47. & tit. 9. quaſt. 44.* Ludouiſ. *deciſ. 250. num. 5.* vbi quòd tutori aliundè non habenti debentur alimenta de bonis pupilli, & probat etiam Coſta *de remed. ſubſid. remed. 106. illat. 5. per tot.*

Quòd poſſit tutor etiam ſine miniſterio iudicis conſtituere ſalarium contutori adminiſtranti iuxta quantitatem patrimonij, perſonæ qualitatem, & laboris magnitudinem, Aret. *in §. Sed et propter in fine Inſtit. de excuſat. tut.* Borgogn. *de tut. num. 310.* Altograd. *d. conſ. 57. num. 10. et alijs ſupracitatis.*

24 Tutor an retineat totam adminiſtrationem ſtante maiori numero fratrum adhuc exiſtentium in pupillari ætate, licèt aliqui ex eis facti ſuerint puberes, Gratian. *diſcept. for. cap. 914. n. 35. &c.* Montan. *de tut. cap. 37. n. 66. &c.*

Qua-

Qualiter fratres maſculi, & maiores vigintiquinque annis ſint legitimi tutores aliorum ſuorum fratrum minorum, & an in dando tutore ſit neceſſaria citatio, Gratian. *d. cap.*914. *per tot.* Montan. *de tut. cap.*7. *num.*39. *& cap.*15. *num.*15. *&c.*

Quòd imò frater maior, qui habet commune patrimonium cum minore, ſtante periculo ſubtractionis, & occupationis non poſſit eſſe tutor, Franch. *deciſ.*404. *per tot. infr. num.*63.

25 Tutor an teneatur de nominibus debitorum decoctorum, & non exactorum ea negligentia, & culpa ſua, maximè ſi ipſe tutor illa contraxit, & quid ſi fuerint reperta in hæreditate, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*225. *per tot.* Montan. *de tut. cap.*38. *num.*97. *&c. cap.*39. *num.*56. *&* 256. *cap.*32. *reg.*9. *num.*12. *&c.* vide *in* §. *Nomen num.*10. Balthaſ. Thomaſ. *de tut. & curat. tit.*19. *cap.*83. *num.*4519. *fol. mihi* 954. Altograd. *conſ.*67. *num.*21. *& ſeqq. conſ.*68. *numer.*31. *lib.*2. Paul. Chriſtin. *deciſ.*151. *numer.*18. *vol.*3. *deciſ.*161. *num.*7. *&c. vol.*3. Merlin. *deciſ.*240. *num.*1. vbi quòd non tenetur niſi fuerit in dolo, vel lata culpa, Rot. *part.*15. *recent. deciſ.*370. vbi qualiter teneatur ad omnia damna, & intereſſe propter pecuniam pupillarem malè implicatam in emptione cenſus cum debitore, qui de proximo fuit repertus non ſoluendo, licèt plures alij eidem crediderint, ex multis circumſtantijs culpam tutoris indicantibus, *part.*16. *deciſ.*105. *part.*17. *deciſ.*259. *& ſeqq. & part.*18. *deciſ.*125. *num.*2. *& ſeqq.*

26 Tutores, & alij adminiſtratores, licèt poſſent fructus cariùs vendere mittendo illos ad loca vicina, tamen non tenentur, niſi de æſtimatione etiam viliori de tempore, & loco recollectionis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*706. *n.*64. *&c.* Affl. *deciſ.*316. *in fine*, Roman. *conſ.*425. Tuſch. *lit. T. concluſ.*438. *num.*35.

Qualiter teneantur cumulare redditus ſuperextantes ad effectum ſoluendi debita abſque alienatione ſtabilium, intelligendo ſi detractis expenſis neceſſarijs iuxta qualitatem perſonarum, ſuperſint, & alia, latè Rot. *part.*10. *recent. deciſ.*201. *per tot.* vbi etiam qualiter teneantur de ſuperfluis.

27 Tutor, vel curator vendens rem pupilli, ſiue minoris tutorio nomine, non obligatur de euictione ad fauorem emptoris, niſi expreſsè promiſerit, vel niſi vendiderit in caſu non permiſſo, & ſine cauſa, Montan. *de tut. cap.*33. *num.*99. *& ſeqq. num.*481. *cap.*31. *Effect.*5. *numer.*4. 7. *&c.* Gratian. *deciſ.*182. *per tot.* Gutierez *de tut. part.*2. *cap.*13. Theſ. *quæſt. for. cap.*14. *lib.*3. Mangil. *de euict. quæſt.*188. vbi idem de alijs alieno nomine contrahentibus, Balthaſ. Thomaſ. *de tut. & curat. tit.*19. *cap.*8. *per tot. num.*3658. *& ſeqq. fol. mihi* 873. vide *in* §. *Procurator num.*5. pleniùs Thomaſ. *d. tit.*19. *cap.*63. *num.*4369. *& ſeqq. fol.*937. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.*90. *vol.*1. *& deciſ.*146. *num.*4 *vol.*3. *& deciſ.*151. *num.*17. *&c. vol.*3. Olea *de ceſſ. iur. tit.*5. *quæſt.*11. *num.*9. *& ſeqq.* Hieron. Cala *tract. de reſtit. in integr. denegan. quæſt.*15. *per tot.* vbi plura qualiter minor teneatur de euictione ex doloſo tutoris, vel curatoris contractu, ſi fuit doli conſcius, ſicuti tenetur ceſſante dolo, an liberetur cedendo actionem, & alia.

Quòd licèt alienatio rei minoris ſit nulla ob non ſeruatas ſolemnitates, tamen obligatio ipſius tutoris facta de proprio valeat, Menoch. *de arbitr. caſ.*171. *numer.*77. *&c.* Gratian. *d. deciſ.*182.

Qualiter tutor inualidè, & ſine iuſta cauſa alienans bona minorum, teneatur ad reſtitutionem pretij, fructuum, qui ex fundo alienato percipi potuiſſent tamquàm ſi non eſſet alienatus, & omnium damnorum ex indebita alienatione prouenientium, quæ valdè ſunt notanda per tutorea, ne fruſtra canant: *Heu patior telis vulnera facta meis*, latè Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*341. *per tot. & part.*10. *deciſ.*201. *per tot.* Leotard. *de vſur. quæſt.*20. *num.*11. *&c.* vide latè Ganauer. *conſ.*6. *art.*4. *fol. mihi* 201. *& ſeqq.* vbi plura qualiter emptor ſcienter emens rem alienam ſine ſolemnitatibus, non agat de euictione, neque ad prætij reſtitutionem, ſed teneatur rem reſtituere abſque ſpe reintegrationis alicuius, vnà cum fructibus, niſi ſibi ſpecie cauerit de vitio ſcito, & cognito, de quo dixi *in* §. *Euictio num.*23. *&* §. *Emptio num.*17.

Quòd contrahendo nomine pupilli ſibi non præiudicet in proprijs iuribus cùm repræſentet aliam perſonam, Altograd. *conſ.*84. *numer.*169. *lib.*1. latè Rot. *part.*12. *recent. deciſ.*54. *per tot.* vbi benè pro defenſione tutoris ne teneatur de proprio, quando contraxit pro pupillo.

Item vendendo cum decreto iudicis excuſatur, Vrſil. ad Afflict. *deciſ.*340. *num.*4. Bich. *deciſ.*58. *per tot.* vbi plura ad ſuſtinendam venditionem à tutore factam decreto iudicis pro ſolutione æris alieni, pro quo currebant vſuræ vt cenſus ſi conſtet de debito ſub vſuris, quod ſufficit etiamſi creditores non vrgeant, cùm ſatis vrgeant vſuræ, & ideò ſufficit vnum ex iſtis verificari, & quòd non extarent pecuniæ, nec mobilia, ſiue bona minoris momenti ſolutioni idonea, conſtituiſſe iudici, præſumi facit eius decretum, etiam cauſa non expreſſa, ita contrarium aſſerenti incumbat onus probandi, & emptori ſufficiat producere inſtrumentum emptionis cum decreto iudicis. Alia de hac materia, vide *in* §. *Alienatio num.*19. *& ſeqq.* & latè Rot. *part.*18. *recent. deciſ.*253. *per tot.* vbi plura pro ſuſtinenda alienatione à matre tutrice facta pro ſolutione æris alieni pupilli ſub vſuris, etiam ſi creditores aliter non vrgeant, & licèt mater non impleuerit ſolemnia, neque contractui interuenit pupillus. Sed alia plura pro nullitate venditionis factæ à matre tutrice, quæ non adimpleuerat ſolemnia, ex defectu cauſæ, ſubhaſtationis, & alijs, ita vt res ſit reſtituenda vna cum fructibus, denegata etiam emptori euictionis actione, & prætij reſtitutione ob ipſius malam fidem, etiam contra tutorem, niſi ſibi expreſsè de illa cauerit, latè Ganauer. *d. conſ.*6. *per tot.*

Si tamen tutor ſe obliget tamquam tutor, & tamquam patruus pupilli dicitur duobus nominibus obligatus, hoc eſt proprio propter illa verba, *vti patruus*, & tutorio propter illa verba, *vti tutor*, *l. cum poſt mortem* §. 1. *ff. de admin. tut.* vt ſi dicatur in inſtrumento, vel ſcriptura Petrus vti tutor, & patruus talis pupilli, vel ſimpliciter Petrus patruus, & tutor dicti pupilli; etiam quod in corpore ſcripturæ expreſſum fuerit tantùm nomen officij, ſi in ſubſcriptione exprimatur etiam nomen proprium prædicto modo, ſicut etiam remanet obligatus de proprio quando ſtipulatur pro ſe, licèt non obligauerit ſua bona, nec ſuos hæredes, ita vt poſſit executiuè conueniri, ad tradita per Altograd. *conſ.*38. *per tot. lib.*1. facit Caualer. *deciſ.*374. *num.*6. vbi de ceſſione facta ſorori, & hæredi, quæ cenſetur facta ſub qualitate, & onere hæreditario.

Sed contra dictam doctrinam Altogradi, de illo tamen non facta mentione, tam quoad obligationem tutoris in proprio, quam quoad viam executiuam, latè Rot. *part.*12. *recent. deciſ.*54. *per tot.* vbi de matre, quæ tamquam mater, & tutrix impoſuit cenſum ſuper proprio fundo, & pecuniam in ſuam vtilitatem conuertit, concurrentibus etiam alijs coniecturis propriam obligationem indicantibus, & tamen fuit reſolutum non poſſe à creditore cenſus executiuè conueniri, nec in proprio quoad eum teneri per rationes ibidem adductas.

Quando obligatio dicatur proprio, vel alieno nomine contracta, in diuerſis tamen terminis Rot. *part.*10. *recent. deciſ.*40. vbi de ſubſcriptione litterarum cambij, Bich. *deciſ.*574. *num.*1. *&c.* vbi quando tutor dicatur proprio nomine ceſſionem ſibi ſtipulaſſe, & non nomine officij, *& deciſ.*593.

Alios caſus in quibus tutor remanet obligatus de proprio ponunt Mantic. *de tacit. & ambig. lib.*8. *tit.*11. *n.*7. *&c.* Soc. ſen. *conſ.*154. *lib.*2. Gutierez *de tut. part.*2. *cap.*13. *num.*20. *&c.* Mangil. & alij ſupracitati.

Qualiter ratione doli adhibiti in contractu teneatur de proprio, Merlin. *deciſ.*667. *per tot. infr. num.*42. *in fine*, Olea *de ceſſ. iur. tit.*5. *quæſt.*11. *per tot.* vide *in* §. *Pupillus num.*22.

Quòd licèt tutor viuente minore poſſit venire contra alienationem nulliter factam, tamen illo mortuo, ſi ei ipſe tutor ſucceſſerit non poteſt contrauenire, quia eius reſpectu valuit, & repellitur exceptione, *l. illicita ff. de reb. cor.* Montan. *de tut. cap.*33. *num.*480.

Quando tutor proprio, vel pupilli nomine agere præſumatur, Maſcard. *de probat. vol.*3. *concl.*1392. vbi quòd pupilli nomine, quando contrahentes ſciebant illum eſſe tutorem, & agebatur de re ad pupillum ſpectante.

Quòd pecunia à tutore recepta, & malè conſumpta, non teneatur pupillus ad reſtitutionem, ſi non ſit factus locupletior, Rot. *part.*17. *recent. deciſ.*309. *num.*14. *&* 15.

Tutores, & curatores rectè officio ſuo fungentes loco 28
domini habentur, & ideò de rato, aut iudicatum ſolui cauere non tenentur, niſi de illorum auctoritate dubitetur, non poſſunt eſſe teſtes pro pupillo, maximè ſi depoſitio reſultet

ſultet in eorum commodum, vel incommodum, & agant de ſe exonerando, ad latè tradita per Moutan. de tut. cap. 31. effect. 1. per tot. cap. 32. reg. 7. num. 101. &c. reg. 9. n. 29.
21 & ſeqq.

Qualiter non poſſint eſſe teſtes pro ſuis pupillis, vel minoribus, Farinac. quaſt. 60. illat. 8. per tot. Pac. Iordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 18. num. 561. fol. 333. vide in §. Teſtis num. Balthaſ. Thomaſ. de tut. & curat. tit. 19. cap. 28. fol. 901.

Quòd habeant à lege mandatum generale cum libera &c. ſint loco domini, & poſſint expedire omnia, quæ etiam mandatum ſpeciale exigerent, exceptis caſibus, in quibus agatur de alienatione bonorum, cùm tunc aliæ etiam requirantur ſolemnitates, Altograd. conſ. 67. n. 14. & ſeqq. conſ. 68. numer. 24. &c. lib. 2. Galganet. de tut. lib. 1. tit. 1. num. 19. &c. lib. 3. quaſt. 1. num. 34. Balthaſ. Thomaſ. de tut. & curat. tit. 19. cap. 62. num. 4363. & ſeqq. fol. mihi 936. Et generaliter de auctoritate, & poteſtate tutorum pleniſſimè, idem Balthaſ. Thomaſ. d. tit. 19. per tot. fol. 260. à num. 1. & ſeqq. ad num. 4542. vſque ad fol. 967. vbi videas ad ſaturitatem.

An poſſint augere dotem à teſtatore determinatam, Rot. part. 10. recent. deciſ. 192. numer. 19. &c. deciſ. 201. num. 14.

An, & quando poſſint alienare, & quæ requirantur, latè Otnot. in §. fin. Inſtit. de auct. tut. Simoncel. tract. de decret. lib. 1. tit. 1. vide in §. Alienatio numer. 18. &c. plenè Balthaſ. Thomaſ. d. tit. 19. cap. 7. per tot. fol. 273. &c. Tuſch. litt. T. concl. 450. per tot. Paul. Chriſtin. deciſ. 174. cum pluribus ſeqq. vol. 3. Vrceol. Conſult. for. cap. 55. num. 19. &c. vol. 2. Rot. part. 9. recent. deciſ. 341. vide ſupra num. 27. Rot. part. 14. recent. deciſ. 473. per tot. dixi in §. Curator num. 23. latè Ganauer. conſ. 6. per tot.

Quòd ſi ſoluerit poſterioribus creditoribus abſque cautione de reſtituendo ſibi habeat certam ſcientiam de anterioribus, teneatur ipſis anterioribus de proprio ſatisfacere, Rot. part. 10. recent. deciſ. 211. n. 1. & ſeqq. vide in §. Hæres num. 51.

Quòd non poſſint tutores prædia minorum ad longum tempus locare ſine iudicis decreto, Viui. comm. opin. 1007. per tot. vide Pacion. de locat. & conduct. cap. 8. vbi plura an, & quando tutores, vel curatores locare poſſint res minorum.

Quando autem cùm tutore contrahente pro pupillo, debeat etiam interuenire ipſe pupillus pro validitate contractus, dixi in §. Pupillus num. 3.

29 Tutor poteſt facere pacem pro pupillo, quando ei eſt vtilis, & abſque dedecore, Clar. §. fin. quaſt. 58. verſ. quaro an tutor, latè Montan. de tut. cap. 33. numer. 362. & ſeqq. Franch. deciſ. 535. vbi quòd fiat cum decreto iudicis, Farinac. quaſt. 15. per tot. Card. Tuſch. lit. P. concluſ. 174. num. 32. &c. Cabal. reſol. crim. caſ. 58. numer. 8. vide in §. Pax num. & plenè Balthaſ. Thomaſ. de tut. & curat. tit. 19. cap. 24. per tot. num. 3988. & ſeqq. fol. mihi 898. vide in §. Curator num. 27.

Quòd ſemper pax dicatur vtilis pupillo, & ſit ſeruanda ſine ſpe reſtitutionis in integrum, licèt facta ſine decreto, nec poſſit impugnari à matre, quæ non interuenerit, cùm illa non poſſit accuſare, niſi in ſubſidium deficientibus maſculis, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 518. per tot. Balthaſ. Thomaſ. loc. cit. num. 3993. & ſeqq. vbi plures hincinde tenentes allegat.

Quòd tutor poſſit etiam donare ex cauſa remunerationis, & quomodo, Viui. comm. opin. 222. per tot. vide in §. Donatio num. 25. & §. Minor num. 21. & latè Petr. de Onnate de Contract. tom. 2. tract. 17. diſp. 50. ſect. 5. per tot. fol. 766.

30 Tutor non poteſt pecunias pupillares tenere otioſas, ſed debet illas ponere ad honeſtum lucrum in cambijs, vel mercatura, ſi ſit in loco vbi talia exerceantur, & poteſt tacitè, vel expreſsè ſocietatem contrahere pro pupillis, vel debet emere prædia, Borgn. de tut. num. 115. Roland. conſ. 49. num. 35. lib. 1. Felic. de ſociet. cap. 4. num. 31. &c. Montan. de tut. cap. 32. reg. 9. numer. 170. & ſeqq. ad 207. Balthaſ. Thomaſ. de tut. & curat. tit. 18. cap. 15. n. 248. & ſeqq. fol. 183. Tuſch. lit. T. concluſ. 442. numer. 29. & ſeqq. Sperel. deciſ. 90. per tot. vbi quòd tutor non tenetur dare ad cambium pecunias pupillares, ſed tantùm ad honeſtum lucrum, vel in emptionem ſtabilium, vt num. 8. &c. Et dando ad vſuras illicitas tenetur ad reſtitutionem, P. Stephan. de Neap. de pracip. iur. & inſt. part. lib. 2. cap. 34. num. 6.

Quòd poſſit pro pupillis contrahere ſocietatem, & illos validè obligare, etiam ſine ſolemnitatibus, ſi eis ſit vtilis, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 360. per tot. vide in §. Pupillus num.

An autem poſſit tutor pecunias pupillares in ſocietatibus officiorum inueſtire, & eius damno cedant pecuniæ deperditæ, dic regulariter non poſſe, & eius damno cedere; de de quo tamen vide Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ. 67. num. 33. &c. Gutierez de tut. part. 2. cap. 8. num. 14. quibus ſe remittit, Rot. part. 13. recent. deciſ. 462. num. 9.

Non tamen tenetur tutor vt ſupra pecunias pupillares inueſtire, vbi adeſt neceſſitas pupillorum, cui debet ſuccurrere, & in eam pecunias erogare, quia neceſſitas non habet legem, & vna facit alteram ceſſare, atque in omnem caſum deberet probari, quod tempore, quo tenuit pecunias ocioſas adfuerit occaſio proxima, & parata reinueſtiendi, Gratian. diſcept. for. cap. 931. num. 6. &c.

Et ſi tenuerit pecunias pupillares ocioſas obligatur ad intereſſe, etiam nulla facta interpellatione per minorem, ſi aderat occaſio reinueſtiendi, idem Gratian. cap. 67. in princip. & cap. 240. num. 9. &c. Rot. part. 11. recent. deciſ. 360. num. 5. latè Balthaſ. Thomaſ. d. tract. tit. 18. num. 248. & ſeqq. Paul. Chriſtin. deciſ. 166. & 167. vol. 3. vbi etiam qualiter ruſticus poſſit excuſari, & alia. Intellige vt dixi in §. Intereſſe num. 31.

Quòd ſit onus pupilli vel minoris, qui vult tutorem ex hac cauſa de negligentia arguere, probare eo tempore prædia, & redditus venales extitiſſe, qui tanta ſumma comparari potuerint, Bart. in l. tutor §. qui poſt. in fine ff. de administ. tut. Menoch. de arbitr. caſ. 49. num. 6. Gratian. d. cap. 240. num. 9. &c. Altograd. conſ. 84. numer. 25. lib. 1. Sperel. deciſ. 90. num. 13. &c. Gratian. deciſ. 38. in Addit. num. 2. Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 2. Ioſeph. Ludouic. deciſ. 67. Petr. Royz. Maur. deciſ. Lituanic. 5. per tot. Balthaſ. Thomaſ. loc. cit. Paul. Chriſtin. d. deciſ. 166. & 167. vol. 3. vbi plura, Rot. part. 15. recent. deciſ. 389. num. 5. & deciſ. 390. num. 25. Coſta de fact. ſcient. & ignorant. diſtinct. 24. per tot. vbi etiam qualiter ſit probanda ſcientia tutoris de exiſtentia prædiorum venalium &c.

Quòd ſi tutor palam, & bona fide in vſus proprios pecunias pupillares conuerterit, ſeque debitorem in libro rationum deſcripſerit, nullam pœnam mereatur, ſecùs autem ſi id clam, & mala fide fecerit, nam tunc tamquam alienorum vſurpator, & prædo eſſet puniendus, vt probat Sperel. deciſ. 90. n. 22. & 23. infra n. 36.

Tutor, vel curator cum pupillo, vel adulto contrahere 31
prohibentur, niſi contrahant publicè, & palam, quia tunc ſibi ipſis auctorare poſſunt, l. ſi in emptione §. fin. ff. de contrah. empt. Borgnin. de tut. num. 179. Felic. de ſociet. cap. 4. num. 3. &c. cap. 8. num. 5. Gratian. diſcept. for. cap. 360. num. 17. &c. cap. 556. num. 21. &c. latè Moutan. de tut. cap. 30. num. 57. & ſeqq. ad 96. vbi num. 80. ampliat quòd nec poſſint capere ex teſtamento minoris ſui, Duen. reg. 31. per tot. vbi ponit nouem ampliationes, & totidem limitationes, Balthaſ. Thomaſ. de tut. & curat. tit. 19. cap. 75. fol. 952. Viui. comm. opin. 1008. Tuſch. lit. T. concl. 451. infr. num. 45. Ludouiſ. deciſ. 356. num. 6. vbi quòd publicè, & palam contrahendo cum pupillo, illum ſibi validè obligat.

Quando autem palam, & bona fide dicantur contrahere, Menoch. de arbitr. caſ. 459. numer. 9. & ſeqq. & de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 80. per tot.

Quòd tutor, vel curator poſſit cum pupillo, vel adulto tranſigere adhibito (vltra alias ſolemnitates ſtatuti) altero tutore, vel curatore à iudice deputando, & iudicis decreto; ſed ſi doloſè tranſegiſſet, vel ſibi remiſſa eſſet rationum redditio abſque viſione, & diſpunctione nulla eſſet tranſactio; oppoſita tamen impediret exhibitionem librorum, niſi aliunde, quàm ex libris, quorum exhibitio petitur conſtet de errore, vel dolo, ad Seraph. deciſ. 230. & 234. Ridolphin. in prax. part. 2. cap. 3. num. 51. Vrceol. in nouiſſimo tract. de tranſact. quaſt. 21. n. 8. & ſeqq. per tot. & quaſt. 98. num. 41. & ſeqq. vide ſupra num. 21.

De tutore continuante ſocietatem cum pupillo de mandato teſtatoris, Magon. deciſ. Flor. 1. per tot.

Quòd tutor non poſſit auctorizare contractum ad ſui commodum, niſi faciat palam, & bona fide, hoc eſt in præſentia iudicis, & conſanguineorum pupilli, vel in actu neceſſario, vt eſt actus promiſſæ indemnitatis, & ſolemnitas

adhi-

adhibita in actu principali extendatur ad omnia acceſſoria, Merlin. *deciſ.364. per tot.*

Quòd non poſſit ad ſui commodum auctorizare contractum, ſed requiratur alterius tutoris conſenſus vbi plures ſunt tutores, Rot. *part.14. recent. deciſ.58. num.2. &c.* Vrceol. *d. quaſt.21. num.9. & ſeqq.*

Qualiter tutor poſſit bona minoris emere, quando venduntur ſub haſta per iudicem, vel contutorem, ac etiam creditorem pupilli ſua pecunia dimittere, illiuſque nomen acquirere, vt in eius locum ſubingrediatur, non tamen ceſſionem iurium contra pupillum obtinere, quid in alijs adminiſtratoribus, & alia ad rem, Hieron. Cala *tract. de reſtit. in integr. denegan. quaſt.21. per tot.* vide *infra num.64. & in §. Ceſſio num.25.* latè Hermoſil. *ad leg. Partit. tom.2. gloſ.9. 10. 11. & 12. leg.4. tit.5. fol.435. & ſeqq.* vbi plura an, & quando, & quibus ſeruatis poſſit tutor, vel curator emere bona pupilli ſui, vel minoris.

32 Tutor non poteſt remittere creditum pupilli etiam improbabile, quia poſſent in futurum oriri probationes, niſi faceret per tranſactionem aliquo accepto, nec creditum pauperis, quia poſſet deuenire ad pinguiorem fortunam, poſſet tamen cæteris probationibus deficientibus deſerre iuramentum, ſicut poſſet ipſe pupillus cum tutoris auctoritate, quamuis læſus habeat reſtitutionem in integrum, Gratian. *diſcept. for. cap.91. per tot. cap.409. num.25.* Montan. *de tut. cap.33. numer.341. & ſeqq. ad 377. & 392. &c.* vbi an poſſit deſerre iuramentum, Coſta *de ration. rat. quaſt.135. in fine*, Ludouiſ. *deciſ. Peruſ.18. num.54. & ſeqq.* & longè poſt hæc ſcripta D. meus Vrceol. *in tract. de tranſact. quaſt.20. num.29. & ſeqq.*

An, & quando tutor poſſit tranſigere ſuper rebus pupilli, Altograd. *conſ.84. num.110. & ſeqq. lib.1. & conſ.67. n.29. lib.2.* Balthaſ. Thomaſ. *de tut. & curat. tit.19. cap.18. fol.888. & cap.35. fol.906.* latè Vrceol. *de tranſact. quaſt.20. & 21. per tot.* vbi quòd poteſt vtiliter tranſigere, & cum decreto iudicis, ſi agatur de re immobili, vel pretioſa dimittenda, & cum interuentu ipſius pupilli, ſi infantiam excedat, alias ipſe tutor ſolus, quid ſi eſſent plures tutores, & alia plura ad rem, Rot. *part.16. recent. deciſ.206. per tot.* vbi quòd non poteſt prætextu litis particularis inuoluere omnia bona pupillorum per tranſactionem, quæ tantò magis redditur nulla, ſi non fiat hincindè datio, & remiſſio rei dubiæ, & controuerſæ, alias dicitur mera, & voluntaria alienatio, quæ non ſuſtinetur ſine debitis ſolemnitatibus, & iuſta cauſa.

Et licèt non poſſit ſolutionem remittere, tamen remiſſio facta excuſet debitorem à mora, & pœna caducitatis, Altograd. *conſ.85. num.42. lib.1.*

Quòd tutor poſſit interdum etiam remittere creditum pupilli liquidum, vel patrem illius, veluti ſi ita expediat pupillo, vt quia ad eius exactionem maior eſſet impenſa, quàm vtilitas, vel debitor in periculo decoctionis, vel fugæ, vel prætenſio dubia, vel improbabilis ob amiſſionem ſcripturarum, vel ex alio accidenti, vel in executionem voluntatis Patris, vel denique ſi vrgeret cauſa pacis, & concordiæ, vel ad euitandas inimicitias, benè explicat, ac probat Vrceol. *de tranſact. quaſt.20. num.36. & ſeqq.*

33 Tutor an poſſit dilationem debitoribus pupilli concedere, videtur affirmare Montan. *de tut cap.33. num.374.* vbi etiam *num.376.* quòd poteſt remittere commiſſum nondum acceptatum per receptionem canonis.

Quòd imò non poſſit prorogare terminum ad ſoluendum, idem Montan. *cap.32. reg.9. num.130.*

Quòd poſſit tutor prorogare tempus debitoribus pupilli ad ſoluendum ſine nouis ſolemnitatibus, ſi fiat prorogatio ante primum tempus elapſum, periculo tamen ipſius tutoris, nam ſi interim debitores efficerentur non ſoluendo, damnum eſſet tutoris, Altograd. *conſ.67. n.21. &c. conſ.68. num.31. lib.2. ſupra num.25.*

34 Tutor poteſt præiudicare pupillo reſpectu iuris congrui, ita vt ſi tutori, vel eo deficiente agnatis, ſiue affinibus pupilli fuerit intimata venditio, & intra tempus præfixum non retraxerit, ſit excluſus pupillus etiam per viam reſtitutionis in integrum, Gratian. *diſcept. for. cap.957. num.1. &c.*

Non tamen poteſt ſine ſolemnitatibus remittere ius retrahendi conuentionale, niſi tacitè ſinendo labi tempus, Montan. *de tut. cap.33. num.349.* Tiraquel. *de retract. conuent. §. fin. num.19.* quos alijs etiam citatis ſequitur Rota *in Romana fideicommiſſi de Caſſarellis 15. Martij 1675.* coram Bourlemont poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.72. num.14.*

Quòd in iure quærendo poſſit tutor præiudicare pupillo, Altograd. *conſ.84. num.98. lib.1. & conſ.68. num.17. &c. lib.2.* vbi quòd præiudicare poteſt ſine ſolemnitatibus.

An poſſit adire hæreditatem pro pupillo, Merlin. *deciſ.873. num.5. &c. deciſ.888. num.3. &c.* vbi quòd non ſine debitis ſolemnitatibus.

35 Tutorem non poſſe ſine ſolemnitatibus prorogare tempus conceſſum venditori ad redimendum rem venditam, & tantò minus vbi primum tempus iam eſſet elapſum, cùm huiuſmodi prorogatio eſſet noua conceſſio, & ſeparet alienationem, probant Tiraquel. *de retract. conuent. in fine n.17.* Simoncel. *de decret. lib.2. tit.6. num.5.* quos ſequitur Gratian. *diſcept. forenſ. cap.26. num.9. &c.* Balthaſ. Thomaſ. *de tut. & curat. tit.19. cap.3. num.40. &c. fol.263.* Andreol. *controuerſ.374.* vbi impugnat Altograd.

Contrarium tamen in primo caſu, quòd ſcilicet durante tempore iam ab initio ad redimendum conceſſo poſſit per tutorem abſque alijs ſolemnitatibus prorogari, cùm nondum ſit ius irreuocabile quæſitum minori, ſecùs autem eo finito, cùm tunc eſſet noua ceſſio propter ius irreuocabile quæſitum minori, ex temporis lapſu, latè probat Altograd. *conſ.67. & 68. per tot. lib.2.* auctoritate Cagnol. *in l. 2. numer. 272. C. de pact. inter empt. & vendit.* Gutierez *de act. part.2. cap.6. num.14.* Eugen. *conſ.95. num.20. 55. & 59. lib.1.* Foller. *de Cenſ. verb. Inſtrumentum Gratia num.61. verſ. ego autem*, vbi in ſpecie reprobat Tiraquel. *loc. ſup. cit.*

An autem poſſit tutor in emptione facta pro pupillo apponere pactum de retrouendendo, Rot. *part.18. recent. deciſ.301.* & dixi *in §. Pactum num.43.*

36 Tutor, vel alius quilibet adminiſtrator ſi nomine pupilli, vel domini negotiatus fuerit cum illorum pecunijs, omne emolumentum, & lucrum ad eos ſpectat; ſi verò negotiatus fuerit nomine proprio ſibi emolumentum acquirit, ſed tamquam conuertens pecunias alienas in proprios vſus tenetur ad intereſſe, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.240. num.26. &c. cap.935.* Montan. *de tut. cap.32. reg.9. numer.182. &c. num.207. & ſeqq. ad* 218. vbi ad quid teneatur quando conuertit in proprios vſus, Magon. *deciſ. Flor.1. per tot.* & maximè *num.49. & ſeqq.* vbi quòd non tenetur negotiari pro pupillo, vide ſupra *num.30. & in §. Pecunia num.* Straban. *de intereſſ. lib.1. quaſt.6. num.21. & ſeqq.* Balthaſ. Thomaſ. *de tut. & curat. tit.19. num.1. & ſeqq. fol.260. &c. & tit.18. num.260. &c. fol.184.* dixi *in §. Adminiſtrator num.14.*

Quòd tutor acquirens cum bonis pupilli ipſi pupillo, & non ſibi acquirat, licèt proprio nomine contraxerit, *l. Lucius 47. §. Tutorem ff. de admin. tut.* Larrea *deciſ.92. num.9. & ſeqq.* cum alijs per Bich. *deciſ.574. num.3.*

37 Tutor an poſſit præiudicare pupillo quoad inuentarium, vt ſcilicet in eo deſcripta præſumantur vera, & noceant pupillo non docto de errore, Gratian. *diſcept. for. cap.766. num.44. num.56. &c.*

An per ſuam confeſſionem poſſit præiudicare pupillo maximè ſi tendat ad liberandum, vide *in §. Confeſſio, num.*

An, & quando doloſè contrahendo, vide *in §. Dolus num.*

38 Tutores, curatores, executores teſtamentarij, & procuratores fiſci, licèt habeant mandatum generale cum libera, &c. non poſſunt vendere (etiam in caſibus permiſſis) habita fide de pretio, ſed vendere debent præſenti pecunia, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.329. num.33. &c.* Caualer. *deciſ.18. & deciſ.24. per tot.* Pac. Iordan *Lucubr. vol.3. lib.14. tit.11. num.302. fol.183.* vide *in §. Adminiſtrator num.*

39 Tutor poteſt obligare pupillum cum obligatione Camerali, cæteriſque ſolitis clauſulis, etiam ſi nondum impleuerit ſolemnia, licèt poſſet vti ſuſpectus remoueri, maximè circa ea, quæ dilationem non patiuntur, & ſi habeatur pro tutore, & palam, ac publicè vti talis adminiſtraret, & ratio eſt ne contrahentes cum illo decipiantur, quid autem ſi haberet adiunctum, & alia, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.360. num.23. & per tot. cap.385. per tot. cap.505. numer.34. &c. cap.855. num.7. &c.* Rot. *part.2. diuerſ. deciſ.89. num.8.* Montan. *de tut. cap.32. reg.4. num.12. &c.* Cancer. *reſol.8. num.129. &c. tom.2.* dixi *in reſol. cap.98. num.3. & 4.* vide

in §. Pupillus num. Rot. *part.9. recent. deciſ.248. num. 4. &c.*

Quòd imò ante confectum inuentarium non habeat legitimam adminiſtrationem, nec poſſit in aliquo præiudicare pupillo, Ludouiſ. *deciſ.530. & 573. per tot. vide ſupra num.* 11. Rot. *part.18. recent. deciſ.554. num.1. & ſeqq. & deciſ.678. per tot.* vbi quòd tutor qui non impleuit ſolemnia, non poteſt adire hæreditatem, & eo minus ſine conſenſu pupilli maioris infantia, vide *in §. Pupillus num.3.*

40 Tutor, ſicut & curator poteſt conſtituere pupillo, vel minori domicilium in aliquo loco, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.861. num.16. &c.* vide *in §. Domicilium num.* *§. Pupillus num.*21. ſequitur Balthaſ. Thomaſ. *de tut. & curat. tit. 19. num.4541. fol. mihi 967.*

41 Tutor poteſt conſtituere procuratorem ad contrahendum pro pupillo, non tamen ad petendum decretum ſuper alienatione rei immobilis, quia tunc requiritur præſentia, & auctoritas tutoris, cum cauſæ cognitione, nec ad iudicia, niſi ipſi tutor priùs per conteſtationem factus fuerit dominus litis, quo caſu rectè conſtituit procuratorem etiam ad iudicia, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.664. per tot.* Montan. *de tut. cap.31. effect.1. num.22.* vbi *num.27.* quod poteſt etiam ante litem conteſtatam, quando ei in teſtamento fuiſſet conceſſa libera adminiſtratio, *& cap.35. reg.9. num.94. &c.* latè plures allegando, ampliando, & limitando, Balthaſ. Thomaſ. *de tut. & curat. tit.19. cap.40. num.4528. & ſeqq. fol.914.* Tuſch. *litt.T. concluſ.449.* Paul. Chriſtin. *deciſ.170. vol.3.* Ludouiſ. *deciſ.373.* vbi quod tutor non poteſt conſtituere procuratorem abſque iudicis decreto, alias proceſſus cum dicto procuratore factus eſt nullus.

Quòd tutor poſſit conſtituere inſtitores, ſcriptores, & ſimiles perſonas pro gerendis, & gubernandis negotijs pupilli quatenus ſint neceſſarij, illiſque iuſtum conſtituere ſalarium ex bonis pupilli, Cyriac. 503. *num.52.* Altograd. *conſ.57. num.11. lib.2.*

Quòd non poſſit niſi ex aliqua iuſta cauſa actorem conſtituere, nec ipſe dari per Epiſtolam inter abſentes, Genu. *de ſcript. priuat. lib.3. quæſt.16. per tot. fol.136.* vide *§. Curator num.13. & 19.*

Quòd ante confectum inuentarium non poſſit deputare actorem ad lites pupilli, etiamſi mater, nec per ſe, nec per alium in iudicio ſtare, Ludouiſ. *deciſ.530. num.1. & in cadd.* Pic. *ad ſtat. Vrb. cap.151. lib.1. num.168. &c.* Balthaſ. Thomaſ. *loc. ſupra cit.*

Prout nec ante cautionem præſtitam rem pupilli ſaluam fore, niſi ſit teſtamentarius, vel cum inquiſitione datus, alias proceſſus eſſet inualidus, cùm adhuc ei non competat adminiſtratio, Vant. *de nullit. ex defect. inhabilit. ſeu mand. num.128. & 148.* vide Balthaſ. Thomaſ. *loc. ſupra cit.*

Quòd tutor per deputationem actoris, vel adminiſtratoris non remaneat ipſe exemptus à redditione rationis, ſed ſuo periculo id faciat, Merlin. *deciſ.857. num.3. &c. deciſ.873. num.2. &c.* Cabal. *conſ. deciſ.26. num.1. & 2. lib.1.* vbi etiam quòd actor datus bonis minorum adminiſtrandis tenetur de pecunijs indebitè exactis rationem reddere, & minores, in quorum vtilitatem non ſunt verſæ tenentur tantùm actiones cedere contra ipſum actorem pro repetitione indebitè exacti.

42 Tutor falſus ideſt qui verè non eſt tutor, vt quia ſit inutiliter datus, vel in minus ſolemni voluntate, non poteſt in aliquo pupillo, ſiue minori præiudicare, tenetur tamen ipſe ſecum contrahenti, & decepto ad omnia damna, ſicut etiam verſus pupillum læſum, non tamen hæc actio datur poſt annum, nec contra hæredes tutoris, de quo vide Montan. *de tut. cap.34. reg.1. & 2. tot. tit. ff. quod fal. tut.* Ludouiſ. *deciſ.530.* Rot. *part.6. diuerſ. deciſ.3. num.2. 11. & 12.* dixi in *reſol. cap.98. num.5.* Balthaſ. Thomaſ. plures allegando, ampliando, & limitando *tract. de tut. & curat. tit.57. cap.1. per tot. fol. mihi* 1030. Paul. Chriſtin. *dec.158. vol.3.* Merlin. *deciſ.500.* vbi etiam quòd poteſt conueniri ad reddendam rationem, ac ſi ritè, & rectè adminiſtraſſet, ne ſit melioris conditionis, qui de facto, quàm qui legitimè adminiſtrat, Rot. *part.17. recent. deciſ.337. num.54.* vbi quòd qui ſe geſſit pro tutore etiam ſi verè non eſſet, tenetur pupillo de geſtis, & neglectis.

Quòd tutor delinquens in officio ſuo poſſit conueniri ab illis cum quibus contraxit nomine tutorio, & teneatur de proprio ratione doli, etiam poſt finitum officium, & redditam rationem, Merlin. *deciſ.667. per tot. & deciſ.681.*

Tutor, vel ſe pro tutore gerens tenetur de dolo, lata, & leui culpa verſus pupillum, imò etiam de leuiſſima quando promiſit tenere bonum computum, & reddere rationem, vel quando ſe voluntariè obtulit, ac de caſu fortuito ſi culpa caſum præceſſit, & ad lucrum ceſſans, quod autem ſi ei fuerit relicta liberatio à teſtatore, & quid in illius hærede, latè Montan. *de tut. cap.39. num.15. & ſeqq. ad* 57. Galganet. *de tut. lib.2. tit.55.* Gutierez. *eod. tract. part.5. cap.14.* Balthaſ. Thomaſ. plures allegans cum ampliationibus, & limitationibus *tractat. de tut. & curat. tit. 18. cap.12. num.209. & ſeqq. fol. mihi* 180. *&c.* Card. Tuſch. *littera T. concluſ.439. &c.* Scalion. *in Pragmat. Reg. Allegat. deciſ.13. num.17. &c. Allegat.33. num.51. &c.* Marcian. *diſput. forenſ. cap.47. num.5.* P. Ioſeph. de Neapol. *de præcip. & iur. & inſt. part. lib.2. cap.85. num.14.* Tuſch. *litt.T. concluſ.439.* Paul. Chriſtin. *deciſ.155. num. 1. vol.3.* 43

Quod teneatur tantùm de lata culpa, videtur tenere idem Montan. *cap.31. effect.5. num.6. &c.* vide ipſum, & alios ſupracitatos *infra num.46.*

Non tamen tenetur tutor de dolo commiſſo in venditione rei minoris per procuratorem a ſe conſtitutum, quia dolus procuratoris non nocet principali, ſicut nec dolus tutoris afficit pupillum, Ganauet. *conſ.6. art.4. per tot.*

Tutor, vel protutore gerens; & curator, ſi quid in gerenda tutela erogauerint de proprio bona fide illud omne repetunt cum vſuris actione tutelæ contraria, ipſa tutela finita, & vt latè ampliando, & limitando declarat Montan. *de tut. cap.40. per tot.* Manoz. *de ratiocin. cap.55.* Balthaſ. Thomaſ. *de tut. & curat. tit.19. cap.29. num.4054. &c. fol.902.* Cabal. *conſ.40. num.3. lib.2.* Paul. Chriſtin. *deciſ.161. volum.3.* vbi plura de actione tutelæ directa, & contraria, *& deciſ.169. vol.3.* Rot. *part.11. deciſ.158. num. 9. &c.* Surd. *de aliment. tit.5. quæſt.7. per tot. & tit.9. quæſt. 44.* vbi an habeant bona hypothecata, dixi *in §. Hypotheca num.18.* 44

Niſi cauſam euidenter iniuſtam ſine conſilio peritorum fuiſſet proſequutus, Montan. *loc. cit. & cap.31. effect.6. num.5. &c.* quo caſu contra ipſum tutorem eſt facienda executio pro expenſis, Magon. *deciſ. Flor.142. per tot.* Olea *de ceſſ. iur. tit.5. quæſt.11. num.27. & ſeqq.* vide *in §. Sententia num.45. §. Excommunicatio num.10.*

Qualiter tutor teneatur litigare pro pupillo cum conſilio aduocatorum, ne condemnetur in expenſis, Balthaſ. Thomaſ. *d. tract. tit.18. num.55. & ſeqq. fol.168. &c.* Rot. *part. 16. recent. deciſ.28. num.5. & 6.* vbi quòd in dubio præſumitur malam, & iniuſtam cauſam mouiſſe.

An autem finita tutela teneatur cauſas inceptas proſequi, Paul. Chriſtin. *deciſ.159. num.4. &c. vol.3.* vbi quòd ſic ante redditas rationes, & inſtrumenta, ſecus poſtea.

Quas autem expenſas repetat tutor à pupillo, Menoch. *de arbitr. caſ.173.* vbi quòd repetit expenſas, victus, ſalarij præceptorum, & alia remunerationis cauſa factas, quando ſine dedecore non potuit illas omittere, non autem repetat expenſas immodicas litium, vel funeris, nec alias in re turpi, & ad quas non tenebatur factas, vide Monoz. & alios ſupracitatos, Paul. Chriſtin. *deciſ.160. & 161. volum.3.* Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.55. num.11. & ſeqq. volum.2.* Rot. *part. 15. recent. deciſ.370. num.1. & ſeqq.* vbi plura ad rem circa expenſas litium, viatica, donatiua, & huiuſmodi, quæ ſint reficiendæ, vel non, *& part.16. deciſ.28.* vbi quòd non repetit expenſas factas pro ſuſtinenda tutela, in qua fuit allegatus ſuſpectus, Garziam *de expenſ. & melior. cap. 20. per tot.* vbi etiam de expenſis factis ab alijs adminiſtratoribus.

Quòd tutor poſſit de bonis pupilli facere dona ſolemnia, ideſt conſueta, & quæ ſine dedecore non poſſunt omitti, vt tamen ſit vndequaque tutus debet facere cum decreto iudicis, vt videat an expediat pupillo, ſicuti loquendo in muneribus, quæ cauſa nuptiarum fieri ſolent concludit Franch. *deciſ.715. per tot.* Vrceol. *loc. cit.* Larrea *deciſ. Granat.25. num.7. & ſeqq.* Montan. *de tut. cap. 32. num.146. & ſeqq.* Lanfranch Zacch. *tract. de ſalar. & merced. quæſt.3. num.38. &c.* Garzia *de expenſ. cap.20. num. 9. &c.*

Quòd poſſit dare munera conſueta, & eleemoſinas,

Dian. part.5. tract.8. reſol.35. vbi idem de curat. & part. 8. tract.6. reſol.17. vbi qualiter poſſit donare aliquid de bonis pupilli in remunerationem, Vrceol. d. cap.55. num. 15. &c.

45 Tutores, vel curatores non poſſunt pupillum ſuum adoptare, vel arrogare, ad tradita per Montan. de tut. cap.31. effect.7. per tot.

De obligatione autem tutorum, & curatorum circa collocationem, & dotationem pupillarum ſuarum, nihil tamen de ſuo ponendo, nec aliquid ea hac cauſa recipiendo, Fontanel. de pact. nupt. tom.2. clauſ.5. gloſ.7. per tot. fol.78. vbi etiam an, & quando teneantur ad reſtitutionem, & cui faciendam ſi quid receperint, & quòd debent aduertere ne dotem eaceſſiuam conſtituant, quia tenerentur ſupplere de proprio.

Item non poſſunt pupillam ſuam in vxorem ducere, vel filijs ſuis, ſiue nepotibus nuptum dare, vnde dos non conſiſtet, & aliæ pœnæ locum habebunt, niſi fuiſſet à patre deſtinata; ipſi tamen tutores non prohibentur filias ſuas pupillis collocare, & prædicta prohibitio procedit tantùm de iure ciuili, ſecus autem de iure canonico, quòd in hac materia debet attendi, vt benè declarat idem Montan. d. cap.31. effect.8. & vltim. per tot. Menoch. de arbitr. caſ. 194. num.11. & ſeqq. vbi quòd ideò etiam dos conſiſtit, & in ea locum habet ſtatutum de lucro dotis, Roland. de lucro dotis quæſt.101. Borgn. de tut. num.278. &c. Gutierez. de tut. part.2. cap.11. Cabal. reſolut. crimin. caſ.200. num.63. Farinac. quæſt.147. num.6. Galganet. de tut. lib.3. quæſt.51. num. 10. Balthaſ. Thomaſ. de tut. & curat. tit.19. cap.6. num.148. & ſeqq. vbi pluribus modis ampliat, & limitat fol. mihi 271. &c. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 130. per tot. vol.3.

Qualiter puniantur ſi ſtuprauerint pupillam, Clar. §. fin. quæſt 68. num.42. & §. Fornicatio num.23. Tuſch. littera T. concluſ.417. l. 1. C. ſi tutor pupillam, Paul. Chriſtin. deciſ. 217. num.24. &c. vol.5.

46 Tutores tenentur præſtare in rebus pupilli eamdem diligentiam, quam bonus paterfamilias in ſuis rebus ſolet, ac debet facere, alioquin dicuntur eſſe in dolo, vel ſaltem culpa, ac tenentur de ſuo erga minores, & contra eos poteſt in litem iurari, ſicut latè ad plura inferendo declarat Montan. de tut. cap.32. reg.9. per tot. ſupra num.43.

Plura de negligentia tutorum, Balthaſ. Thomaſ. de tut. & curat. tit.18. cap.111. num.134. & ſeqq. fol.174.

Quòd tutor, ſiue curator teneatur adhibere omnem diligentiam, vt actus ab eo geſtus valeat, aliàs ipſe remaneat obligatus de proprio actione tutelæ, vel curæ l. tutor 70. ff. de neg. geſt. cum ſimilibus, Rot. part.16. recent. deciſ.252. num.14. & ſeqq. & part.17. deciſ.377. num.37. & ſeqq. in eadem cauſa, vbi alia plura ad rem.

47 Tutores non poſſunt vendere rem pupilli in eius præiudicium poſt pubertatem, alias pupillo datur actio contra tutores, & contra rem propriam ad effectum illam retinendi, vel vindicandi, Franch. deciſ.580. per tot.

De remedio reintegrandæ competente tutori, vel pupillo ſtante nullitate contractus, Seraph. deciſ.135. Balthaſ. Thomaſ. de tut. & curat. tit.19 cap.59. num.4358. vide in §. Remedium num.

48 Tutor datur inuitus, quia tutela eſt munus publicum, excuſari tamen poteſt in multis caſibus, de quibus latè Montan. de tut. cap.35. per tot. reg.1. latiùs Balthaſ. Thomaſ. de tut. & curat. tit.25. cap.1. per tot. fol. 1007. & ſeqq. vbi multis modis ampliat, limitat, & declarat DD. in tot. tit. inſtit. ff. & C. de excuſat. tut. Tuſch. litt. T. concl.415. per tot. & concl.433. & dixi in §. Excuſatio num.

Quod non poſſit datione tutelæ appellare, ſed tantùm excuſationem ſi quam habet proponere, quæ ſi iniuria reijciatur, ita demum à reiectione appellat Montan. d. cap. 35. reg.2. per tot. Oinot. in §. Qui autem num.4. Inſtit. de excuſat. tut. fol.78. Gratian. deciſ.30. per tot.

Qui poſſint eſſe tutores, ſiue curatores, vel non, Tuſch. litt. T. concl.419. &c.

Quòd volentes, & petentes, ſiue affectantes, non ſint tutores eligendi, ac idem eſſe in alijs officijs (licèt malè ſeruetur) l. ſcire oportet 21. §. eos ff. de tut. & curat. Paul. Rub. in Annot. ad d. deciſ.254. num.40. &c. part.9. recent.

49 Tutor habens legitimam excuſationem, & volens illam proponere, debet id facere intra quinquaginta dies continuos, & intra quatuor menſes negocium ad finem perducere, quibus elapſis videtur tutelam acceptaſſe, nec amplius ſe poterit excuſare; non currit tamen dictum tempus, niſi ex quo ſciuerit ſe tutorem, vel curatorem datum, nec quando aduerſarij mora fuit impeditus, & dicta non procedunt in eo, qui non iure, & inualidè fuit datus, cùm ipſo iure ſine venia ſit liberatus, niſi fuerit confirmatus, vel ſua ſponte cœperit adminiſtrare, Montan. de tut. cap.35. reg.3. per tot. cap.39. num.91. & num.242. &c. Balthaſ. Thomaſ. de tut. & curat. tit.25. num.228. & ſeqq. fol.1018. Altograd. conſ.56. per tot. lib.2. vbi quòd dictum tempus incipit tantùm à die ſcientiæ, & hæreditatis aditæ, vel purificatæ conditionis, maximè ſi per ſtatutum ſit ſublata ſuitas.

Licèt autem tutor fuerit excuſatus ex falſa, vel minus iuſta cauſa non liberatur à periculo tutelæ, ne ex ſua improbitate commodum conſequatur, Montan. d. cap.35. reg.4. per tot. Balthaſ. Thomaſ. loc. cit. num.262. vbi allegat l. fin. cum gloſ. & DD. C. de excuſat. tut. Paul. Chriſtin. deciſ.172. vol.3.

Quòd moniales, ſiue Monaci cuiuſcumque ordinis proſint patri ad excuſationem à tutela, Franch. deciſ.532.

Ex quibus cauſis poſſit tutor, vel curator excuſari à munere tutelæ, vel curæ, & intra quæ tempora, vide text. & DD. Inſtit. de excuſat. tut. vel curat. & C. eod. tit. Paul. Chriſtin. deciſ.171. & 172. vol. 3. & deciſ.50. vol.5. & ad leg. municip. tit.19. art.6. num.5. vbi 17. cauſas enumerat, & dixi in §. Excuſatio num.4. Petr. de Onnate de contract. tom.2. tract.17. diſput.49. ſect.6. per tot. fol.755.

Tutor poſtquam ſciuit ſe tutorem datum, ſi negligat petere confirmationem à iudice, & adminiſtrationem ſuſcipere, vel ſi quam habet excuſationem proponere, dicitur eſſe in culpa, & tenetur indemnem præſtare pupillum, dumque ab adminiſtratione ceſſat, damno ſuo ceſſat, & omne periculum ſuſcipit, Montan. de tut. cap.39. num.3. &c. Rot. in Romana redditionis rationis 24. Ianuarij 1631. coram Merlino inter impreſſas eiuſdem deciſ.500. & in Nouiſſ. part.6. deciſ.3. num.13. &c. idem Montan. cap.32. reg. 4. per tot. Paul. Chriſtin. deciſ.155. num.1. vol.3. & ad leg. Municip. tit.19. art.9. 50

Non tamen currit tempus tutori, niſi à die ſcientiæ, vel denunciationis, & ideò debet requiri ad effectum, vt tutelam acceptet, vel recuſet, Ferret. conſ.323. num.3. Balthaſ. Thomaſ. de tut. & curat. tit.20. num.17. & tit.26. num.228. et 237. Rot. part.13. recent. deciſ.108. num.4. et 5.

Quòd teneatur de omiſſis culpa, & negligentia ſua, Montan. de tut. cap.38. num.95. Menoch. de arbitr. caſ.209. num.32. cum alijs ſupra num.46. in fine.

Item ſi negligat impedire damna pupillorum, & minorum obligatur ad reſtitutionem, Dian. part.11. tract.6. reſol.6. in fine.

Quòd non adminiſtrando dicatur in dolo, cùm contumacia dicatur dolus, & non poſſit opponere exceptionem cedendarum contra pupillum, Franch. deciſ. 662. per tot.

An hæres tutoris teneatur pro culpa ipſius tutoris, Dian. part. 11. tractat.7. reſolut.49. per tot. vide in §. Actio num.18.

Tutor finita tutela tenetur rationem reddere, quamuis per iudicis decretum non fuerit confirmatus, ne ſit melioris conditionis, qui de facto adminiſtrat, quam qui ſeruatis ſeruandis, Rot. in Romana redditionis rationis num. 6. et ſeqq. ſupracitata, apud Merlin. deciſ.500.

Quòd durante tutela non poſſit à pupillo conueniri, nec ipſe pupillum conuenire, & quando ſecus, Tuſch. litt. T. concl.452. per tot.

Nulliter tamen datus, & non confirmatus, ſi non adminiſtrauit ad nihilum tenetur, & licèt per errorem ſe immiſcuiſſet, ſi poſtea abſtineat, & alium dari curet, non tenebitur pro futuro tempore, item non tenetur quando ignorauit ſe fuiſſe datum, nec in pluribus alijs caſibus, quos latè ponit Montan. de tut. cap.39. num. 242. et ſeqq. ad 265. et cap.23. num.33. Rot. part.10. recent. deciſ.297. num.15. et ſeqq. vbi quòd qui non eſt verè tutor non tenetur reddere rationem, niſi quatenus adminiſtraſſe probetur.

Quòd tali caſu teneatur alium dari petere, idem Montan. cap.18. num.25. facit Rot. part.17. recent. deciſ.377.

*num.*43. *& ſeqq.* vbi quòd tutor adueniente pubertate pupilli tenetur illum admonere vt ſibi curatorem petat, aliàs tutela durat vſquequo pupillo fuerit de curatore prouiſum, cùm non deſinat eſſe tutor donec tutelam transferat in curatorem, vel de mandato iudicis in ipſum minorem, & alia plura ad rem *ſupra num.*9. *in fine*.

51 Tutores plures poſſunt omnes adminiſtrare, nec vnus tenetur ab alio recipere ſatiſdationem, & illi adminiſtrationem concedere, ac tenentes omnes inſolidum pupillo, nec habent beneficium excuſſionis, licet vnus ſolus adminiſtrauerit pro maiori parte, quilibet enim tenetur, etiam pro adminiſtratis a contutore durante tutela, ſecus autem ea finita, ad latè tradita per Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 86. *num.* 10. *&c.* facit *in cap.* 194. *per tot.* Montan. *de tut. cap.* 32. *reg.* 7. *num.* 84. *&c. cap.* 39. *num.* 93. *& ſeqq. ad* 203. Ricc. *Collect.* 4176. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 69. *num.* 6. *& ſeqq. per tot.* Oinot. *in* §. *Sed ſi ex teſtamento per tot. Inſtit. de Satiſdat. tut. vel curat. fol.* 72. vide Balthaſ. Thomaſ. *tract. de tut. & curat. tit.* 14. *cap.* 1. *per tot. fol.* 143. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 155. *num.* 3. *& ſeqq. vol.* 3. vbi etiam qualiter poſſit inſolidum agere, *& ad leg. Municip. tit.* 19. *art.* 23.

An per dationem ſecundi tutoris cenſeatur primus reuocatus, Surd. cum alijs ab eo citatis *deciſ.* 38. *num.* 21. *&c.*

Non poſſe ipſos tutores tranſigere ſuper iure tutelæ, & quare dixi *in* §. *Tranſactio num.* 15. *in fine*.

Quòd licet tutores ſint omnes inſolidum obligati, habeant beneficium, vt primo conueniatur ille, qui adminiſtrauit, niſi fecerit de mandatu aliorum tacitu, vel expreſſo, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 86. *num.* 41. *&c.* Montan. *de tut. cap.* 39. *num.* 100. *& num.* 179. *& ſeqq. ad* 203. vide in §. *Pupillus num.* Oinot. *loc. ſupra cit. num.* 12. *&c.* Balthaſ. Thomaſ. *loc. cit. & tit.* 15. *per tot. fol.* 150. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 180. *vol.* 1. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 69. *num.* 6. *& ſeqq.* vbi quod prius conueniendus ſit ille, qui adminiſtrauit, & illius hæredes, verùm eſt ſi alter nihil protius adminiſtrauit, ſufficit enim quod modicum quid geſſerit, vel ad hoc vt beneficio ordinis non gaudeat, & tutelam adminiſtraſſe dicatur, ita vt tunc teneatur non ſolum de modico adminiſtrato, ſed etiam de omnibus alijs à contutore adminiſtratis rationem reddere.

Quòd quando plures ſunt dati tutores, ſi vnus tantùm adminiſtrauit ille primo excutiendus ſit, & ſi ab ipſis tutoribus inter ſe fuerit diuiſa adminiſtratio teneantur omnes inſolidum, cùm huiuſmodi diuiſio quando non fuit facta à iudice, vel à teſtatore non præiudicet pupillo, ille autem qui ad ſolidum conuenitur poſſit beneficio ceſſionis, vel vtilis actionis à contutoribus repetere, vel antequam ſoluat ſi alij adminiſtrauerint, & ſint ſoluendo beneficium diuiſionis opponere, Montan. *de tut. cap.* 39. *num.* 93. *& ſeqq. num.* 137. *& ſeqq. & num.* 203. *&c.* cum alijs per Rot. *in Romana redditionis rationis* 24. *Ianuarij* 1631. coram Merlino *in Nouiſſ. part.* 6. *deciſ.* 3. *num.* 15. *& ſeqq. per tot.* inter impreſſas eiuſdem Merlin. *deciſ.* 500. Oinot. *loc. cit. num.* 12. *&c.* plenè Balthaſ. Thomaſ. *in locis ſupracitatis*, Tuſch. *litt. T. concl.* 437. *num.* 11. *&c.* Chriſtin. *d. deciſ.* 180. *per tot. vol.* 1. *& deciſ.* 164. *per tot. vol.* 3. *& deciſ.* 182. *num.* 7. *&c. vol.* 3. Rota *part.* 13. *recent. deciſ.* 407. *num.* 15. *& ſeqq.*

Quòd vnus tutor poſſit inſtare pro diuiſione tutelæ, etiam alijs inuitis, ne de illorum geſtis teneatur, Magon. *deciſ. Florent.* 74. *per tot.* Oinot. *vbi ſupra num.* 10. de quo vide Balthaſ. Thomaſ. *dict. tractat. tit.* 19. *cap.* 34. *fol.* 905.

Licet autem vt ſupra ſit primo conueniendus qui adminiſtrauit, imò etiam illius fideiuſſores, & Magiſtratus, antequam poſſit conueniri, qui non adminiſtrauit, tamen debet hoc intelligi pro geſtis, nam pro neglectis tenentur æqualiter, ſicut etiam quando tutor non adminiſtrans videbat alium malè adminiſtrare, & non accuſauit de ſuſpecto, vel non exegit ab eo ſatiſdationem, poteſt conueniri antequam conueniatur Magiſtratus, qui tutorem conſtituit, Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 4. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 156. *num.* 9. *vol.* 3. *&c.*

52 Tutores plures tenentur inſolidum etiam quoad vſuras, & eodem modo tenentur illorum fideiuſſores, & maximè quando aliqui non ſunt ſoluendo, etiamſi nulliter fuerint dati, dummodò adminiſtrauerint, aduerſus quos poterunt agere inſolidum etiam hæredes pupilli, Montan. *de tut. cap.* 39. *num.* 114. *& ſeqq.* vide in §. *Promiſſio num.* plenè Balthaſ. Thomaſ. *locis ſupracitatis*, Tuſch. *litt. T. concluſ.* 437. *per tot.* Merlin. *deciſ.* 519. vbi tamen quòd de æquitate habent beneficium diuiſionis.

Si tamen ſint plures tutores diuerſæ ſpeciei, puta vnus ſit datiuus, & alter teſtamentarius, non tenentur de mala adminiſtratione alterius, Montan. *d. cap.* 39. *num.* 111. *&* 121.

Item vnus non tenetur pro adminiſtratis ab altero finita tutela, Montan. *d. cap.* 39. *num.* 122. vide in §. *Promiſſio num.*

Item tutor improprius, prout Præfectus Ciuitatis, vel Magiſtratus non conuenitur, niſi excuſſis veris tutoribus, eorumque hæredibus, & fideiuſſoribus, idem Montan. *d. cap.* 39. *num.* 123. *&c. num.* 265.

Item tutor non tenetur inſolidum pro facto alterius tutoris, cùm quo adultus tranſegit, vel quem liberauit, cum obſtet exceptio cedendarum, de quo tamen vide Montan. *d. cap.* 39. *num.* 124. *& ſeqq.* dixi in §. *Liberatio num.* 10.

Item non tenetur ſi tempore depoſitionis officij omnes erant ſoluendo, & poſtea aliqui ceſſent, Montan. *loc. cit. num.* 130.

Item non tenentur inſolidum, ſed tantùm vnuſquiſque pro parte ſua quando adminiſtratio fuit inter eos diuiſa à iudice, vel teſtatore, niſi vnus omiſerit alterum inſtruere, vel non petierit ſatiſdationem, dum alter efficiebatur non ſoluendo vel niſi per dolum omiſerit alterum ſuſpectum accuſare, vel aliter cum eo colluſerit, Montan. *d. cap.* 39. *num.* 167. *&c.* Magon. *deciſ. Flor.* 74. *num.* 6. Oinot. *cum Addit. in* §. *Sed ſi ex teſtamento num.* 12. *&c. Inſtit. de tut. vel curat.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 164. *vol.* 3. *deciſ.* 182. *num.* 7. *&c. vol.* 3.

Item tutor non tenetur de geſtis à curatore, nec è contra curator de geſtis à tutore, Montan. *d. cap.* 39. *num.* 262. *&c.* vide in §. *Curator num.* & latè Balthaſ. Thomaſ. *de tut. & curat. tit.* 14. *&* 15. *per tot.* vbi de prædictis, & alijs ad rem facientibus.

Tutores honorarij, ideſt dati potiùs ad obſeruandum, 53
& cuſtodiendum actus aliorum, quam ad gerendum, & adminiſtrandum, non poſſunt conueniri niſi priùs excuſſis illis, qui adminiſtrarunt, ſicut idem eſt in alijs quando adminiſtrantes ſunt ſoluendo iuxta ſuperiùs dicta, Montan. *de tut. cap.* 39. *num.* 189. *cap.* 7. *num.* 11. *& ſeqq. & cap.* 26. *num.* 63. *&c.* Tuſch. *littera T. concluſ.* 418. *num.* 5. *& concluſ.* 444 *per tot. ſupra num.* 2. *&* 3. Petr. de Onnate *de contract. tom.* 2. *tract.* 17. *diſput.* 48. *ſect.* 8. *per tot. fol.* 736.

Et quando tutores honorarij fuerunt expreſsè à teſtatore liberati ab adminiſtratione, & redditione rationum, ad nihilum tenentur, cùm totaliter de illorum probitate confiderit teſtator, niſi aliquid doloſè commiſerint, quia dolus futurus remitti non poteſt, vt dixi ſupra *num.* 15.

Tutor conuentus inſolidum poteſt opponere exceptio- 54
nem cedendarum ſibi actionum, cui nunquam cenſetur renunciatum, niſi ſit dictum in ſpecie, etiam ſtante ſtatuto, quod nulla defenſio admittatur aduerſus inſtrumentum; Item etiam abſque ceſſione habet ipſo iure vtilem actionem contra contutores; ita vt ceſſio ſit illi facienda inſolidum quando conuenitur tantùm pro culpa alterius, vel pro illa rata, & partibus, pro quibus ex aliorum facto pulſatur, Montan. *de tut. cap.* 39. *num* 131. *& ſeqq. ad* 149. vbi tamen, quòd hæc exceptio non competit ei, qui ex communi dolo conuenitur, vel ex propria culpa, vide in §. *Pupillus num.* 12. §. *Delinquens num.* 9. §. *Promiſſio num.* 7. latè Olea *de ceſſ. iur. tit.* 5. *quæſt.* 6. *num.* 13. *& ſeqq. & quæſt.* 7. *per tot.* Mart. Medic. *Exam.* 27. *num.* 17. Ludouiſ. *deciſ. Ferr.* 40. *num.* 6. Franch. *deciſ.* 662. vbi quòd ad hunc effectum dicuntur doloſi, & culpoſi, qui non adminiſtrarunt, dixi in *Pract.* §. *Tutori num.* 18. Hieron. Cala *tract. de reſtit. in integr. deneg. quæſt.* 15. *num.* 10. *& ſeqq.* vbi quòd licèt tutor conuentus de communi dolo non poſſit petere ceſſionem, poteſt tamen opponere beneficium diuiſionis, &c.

De beneficijs tutorem, nempè ordinis, ſiue excuſſionis, diuiſionis, cedendarum, & vtilium actionum, latè Balthaſ. Thomaſ. *de tut. & curat. tit.* 15. *per tot. fol.* 150. Card. Tuſch. *litt. T. concl.* 437. *num.* 11. *& ſeqq. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 180. *vol.* 1. *et deciſ.* 164. *vol.* 3.

Quòd tutores, vel curatores inſolidum conuenti pro communi adminiſtratione habeant beneficium diuiſionis, vt ſcilicet actio diuidatur pro portionibus virilibus inter illos, qui ſunt ſoluendo, niſi conuenirentur ex proprio dolo, vel culpa, vel niſi adeſſet iuramentum, Montan. *d. cap.* 39. *num.* 149. *& ſeqq. ad* 167. vide in §. *Obligatio num.* Balthaſ. Thomaſ. *d. tit.* 15. *num.* 41. *& ſeqq. fol.* 153. Merlin. *deciſ.* 519. Boer. *deciſ.* 59. *per tot.* Coſta *de ratione rata quaeſt.* 57. Olea *de ceſſ. iur. tit.* 5. *quaeſt.* 6. *num.* 14. vbi quòd beneficium diuiſionis competit, etiamſi ex communi culpa, vel dolo quis conueniatur, quia eſt mera defenſio; ceſſio autem non poteſt tunc obtineri, cùm agatur de repetitione ſoluti in pœnam ſui delicti, & teſtatur de veriori, ac magis communi opinione, quam ſequitur etiam Cala *loc. ſupra cit.*

Licet autem tutores, & curatores habeant prædicta beneficia, diuiſionis, ordinis, cedendarum, & vtilis actionis, tamen illa amittunt ſi conuenti negent ſe eſſe tutores, vel curatores ad exemplum fideiuſſorum, Montan. *d. cap.* 39. *num.* 202. facit quod dixi *in* §. *Exceptio num.* *&* §. *Fideiuſſor num.*

56 Tutores plures ſiue teſtamentarij, ſiue legitimi, ſiue datiui habent omnes, & ſinguli penes ſe adminiſtrationem, & auctoritatem inſolidum, & ideò ſufficit vnius auctoritas, niſi agatur de diſſoluenda tutela, vel niſi adminiſtratio fuerit diuiſa, quia tunc quilibet pro ſua parte deberet auctoritatem interponere, *l. fin. C. de auct. praeſtan. & l.* 1. *C. ſi ex pluribus*, cum alijs per Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 86. *num.* 10. *&c. cap.* 194. *per tot.* vbi quando vnus tantùm poſſit citari omiſſis alijs, vel agere, & alia, Montan. *de tut. cap.* 39. *num.* 94. *& ſeqq. ad* 203. *& cap.* 32. *reg.* 9. *num.* 29. *&c. num.* 82. *&c. cap.* 7. *num.* 6. *& ſeqq. per tot.* idem Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 812. *num.* 26. *&c.* vbi limitat niſi adſit clauſula, quòd vnus nihil poſſit facere ſine alijs, quia tunc vno deficiente tutela extinguitur in totum, etiam quoad alios, & fit locus tutelæ legitimæ matris; an autem loco deficientium debeant alij ſubrogari, idem Gratian. *cap.* 830. *num.* 26. *&c.* Montan. *de tut. cap.* 16. *num.* 22. *&c.* vide Tuſch. *litt. T. concluſ.* 525. *&* 436. *per tot.* latè Rot. *par.* 9. *recent. deciſ.* 171. *num.* 9. *&c.* vbi quod quilibet ex pluribus tutoribus poteſt ſolus adminiſtrare, cùm cenſeantur inſolidum conſtituti, non obſtantibus dictionibus complexiuis coniunctim ſimul, & huiuſmodi, & quod in caſu diſcordiæ præualeat aliquorum ſententia, niſi ſit expreſsè dictum, quod vnus ſine alio non poſſit adminiſtrare, & qualiter fiat locus matri vt ſupra, & alia ſequendo Gratian. *loc. cit.* Buratt. *deciſ.* 389. & alios rurſus eadem Rot. *part.* 11. *deciſ.* 39. *num.* 12. *&c.* vbi quòd competit vnicuique auctoritas inſolidum, niſi teſtator expreſsè dixerit quod vnus ſine alio non poſſit adminiſtrare.

Quòd non facta alia prouiſione per teſtatorem, vel per iudicem, alter ſine altero non poſſit adminiſtrare, nec tempus ad ſoluendum debitori pupilli prorogare, Franch. *deciſ.* 281.

Quòd vbi plures ſunt tutores deputati non inſolidum, ſed cum verbo, vel clauſula, *ſimul*, non poſſit vnus ſolus ſine alio aliquid concordare, vel tranſigere, maximè ſi agatur etiam de aliquo ſuo commodo, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 58. *num.* 1. *&c.*

57 Tutores plures fuerunt ſimul dati, an vno illorum decedente expiret tutela quoad alios, dic regulariter quod non, ſtante illorum idoneitate, & ſufficientia, cùm vnicuique cenſeatur data auctoritas in ſolidum vbi contrarium non fuit expreſſum, *l. ſi ex pluribus*, vbi Bart. & alij, *ff. de auct. tut. l. ſi plures, & l. decreto*, §. *fin. ff. de admin. tut.* Cyriac. *contr.* 150. *num.* 124. Card. Tuſch. *litt. T. concl.* 435. *num.* 2. cum alijs per Altograd. *conſ.* 100. *num.* 5. *&* 6. *lib.* 2. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 146. *num.* 8. *&c. vol.* 3. Ricc. *Collect.* 3585. vbi an ſit dandus alius in locum deficientis, & an datus in locum abſentis duret illo defuncto, idem Ricc. *Collect.* 3888.

Si tamen teſtator per verba negatiua diſpoſuerit, quod vnus ſine alio nihil facere poſſit, vel etiam per verba affirmatiua æquipollentia negatiuis, & formam adminiſtrandi, vel conditionem præſeferentia, vt ſi dixerit quod concorditer gerere poſſint, vel debeant, vel coniunctim, vel omnes ſimul, tunc vno deficiente, tutela in totum expiraret, nec poſſet ſuſtineri in ſuperſtitibus, licèt alias idoneis, vt latè probat Altograd. *d. conſ.* 100. *per tot. lib.* 2. Card. Tuſch. *d. concl.* 435. *num.* 7. vide Rot. per Buratt. *deciſ.* 348. *num.* 389. *& in recent. part.* 2. *deciſ.* 762. vbi quòd huiuſmodi clauſulæ, vt duo coniunctim adminiſtrare poſſint tanquam facultatiuæ, & non præceptiuæ non adimunt auctoritatem, quam habent inſolidum tutores, & eadem Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 171. *num.* 10. *&c.* quibus conatur reſpondere Altograd. *loc. cit.* oſtendendo quòd verbum, *poſſit*, in quo conſiſtit præcipuum Rotæ fundamentum, inducat neceſſitatem quando eſt poſitum in diſpoſitione certam formam agendi denotante, & ita fuiſſe iudicatum Florentiæ anno 1652.

Quòd quando ſunt dati plures tutores teſtamentarij, etiam ſimpliciter vno deficiente, alias per iudicem eius loco ſit ſubrogandus, niſi ipſe iudex cauſa cognita ex qualitate perſonæ remanentis, & ex quantitate patrimonij conſiderationibus illi ſoli vti habito pro ſufficienti de per ſe adminiſtrationem inſolidum concedat, *l. ſi quis ſub conditione, ff. teſt. tut.* Soccin. ſen. *conſ.* 193. *lib.* 2. Franch. *deciſ.* 214. Cabal. *conſ. deciſ.* 116. *num.* 6. *lib.* 1.

Tutores plures, inter quos adſit vnus clericus, vel inter 58
plures hæredes vnius tutoris debent omnes conueniri coram iudice Eccleſiaſtico ratione Clerici tanquam dignioris, ne continentia cauſæ diuidantur, Gratian. *diſcept. for. cap.* 641. *per tot.*

An Clericus adminiſtrator tutelæ ſuſceptæ à manibus iudicis laici poſſit conueniri coram eodem iudice laico pro redditione computorum, & reliquorum reſtitutione, plenè Rouit. *deciſ.* 20. *per tot.*

An autem clerico pupillo, vel adulto ſit dandus tutor, vel curator à iudice ſæculari, vel ab Eccleſiaſtico, & dato tutore laico à iudice Eccleſiaſtico, an ſit pro redditione rationis conueniendus coram eodem iudice Eccleſiaſtico, vel remittendus ad ſuum iudicem ſæcularem, idem Rouit. *deciſ.* 58. *per tot.* vide in §. *Iudex num.* 36. Cabed. *deciſ.* 80. *&* 81. *per tot.*

Sed contrarium vide in §. *Laicus num.*

An autem Clericus, vel Sacerdos poſſit eſſe tutor, dixi in §. *Clericus num.* *& in Pract.* §. *Tutor num.* 14. Tuſch. *litt. T. concl.* 415.

Et generaliter quod omnes tutores, vel eorum hæredes coram vno eodemque iudice conueniri debeant, Montan. *de tut. cap.* 39. *num.* 216. *&c.*

Quod actio ſit reddenda in loco adminiſtratæ tutelæ, niſi aliter ſit conuentum, Tuſch. *litt. T. concl.* 443. vide in §. *Adminiſtrator num.* 10.

Tutores ſimpliciter dati cenſentur dati quoad omnia bo- 59
na vbique ſita, & futura, niſi quoad aliqua bona ſit prouiſum de alio tutore, quia generi per ſpeciem derogatur, vel niſi ſit declaratum quid vnuſquiſque adminiſtrare debeat, quo caſu is ſolus reſpectu adminiſtrationis ſibi demandatæ agit, & excipit, Montan. *de tut. cap.* 7. *num.* 6. *& ſeqq. num.* 55. *& ſeqq. cap.* 9. *num.* 22. *&c.* Galganet. *de tut. lib.* 1. *tit.* 6. Balthaſ. Thomaſ. *de tut. & curat. tit.* 11. *cap.* 7. *fol.* 59. *& cap.* 8. *ibidem*, vbi quòd tutores debent dari in loco originis pupilli ibi dati habent auctoritatem etiam extra territorium.

Quid autem ſi ab ipſis tutoribus diuiſa fuerit adminiſtratio, idem Montan. *cap.* 39. *num.* 109. *&c.* Balthaſ. Thomaſ. *d. tract. tit.* 19. *cap.* 34. *fol.* 905.

Tutor vni datus an, & quomodo ad alios extendatur, vide in §. *Pater num.*

Tutor ne teneatur ad intereſſe reliquorum debet fini- 60
ta tutela petere, & eam effectum facere, vt minori conſtituatur curator, cui poſſit legitimè ſoluere, & de hoc monere etiam illius propinquos, Munoz. *de ratiocin. cap.* 6. *num.* 29. *cap.* 15. *num.* 38. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 241. *num.* 34. *&c.* Montan. *de tut. cap.* 37. *num.* 82. *& cap.* 18. *num.* 26. *&c.*

Quòd tutor finita tutela non admonuerit minorem ad petendum curatorem, & adminiſtratio in alium transferatur, teneatur ipſe de huiuſmodi adminiſtratione malè geſta, & idem in ſimilibus, *l. tut.* §. *Curator, ff. de admin. tut.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 758. *num.* 6. *&c.* Montan. *de tut. cap.* 37. *num.* 80. *&c. cap.* 39. *num.* 63. *& cap.* 18. *num.* 26.

Tutor excuſando ſe à tutela amittit legatum ſibi factum 61
in teſtamento, in quo fuit datus tutor, cùm in dubio cenſeatur relictum contemplatione tutelæ gerendæ, *l. poſt legatum*, §. *Remittere de his quibus vt indig. l. ſed hoc nimium cum l. praeced. ff. de excuſat. tut.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 248. *num.* 38. *&c.* Montan. *de tut. cap.* 9. *num.* 26. *& ſeqq. cap.* 32. *regul.* 5. *num.* 118. Menoch. *lib.* 4. *praeſumpt.* 124.

per

per tot. Surd. *de aliment. tit.8. priuil.*23. Tiraquel. *tract. ceſſante cauſa verb. Legati num.*126. *& num.*127. Card. Tuſch. *litt. L. concl.*94. *& litt. T. concl.*458. Paul. Chriſtin. *dec.*146. *num.*5. *vol.*3. facit ſupra *num.*23.

Et idem eſt ſi negligenter adminiſtret, Rom. *conſ.*235. *& conſ.*80. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 51. *num.*3. *vol.*3.

Si autem tutela alteri per teſtatorem detur, an cenſeatur ademptum legatum primo tutori factum, & an teſtator dando ſecundo loco alium tutorem filio videatur reuocare primum, & alia, Surd. *deciſ.*38. *per tot.*

Non tamen amitti legatum, ſi ob aliquod impedimentum non poſſit tutelam ſubire, Rot. *part.*14. *recent. dec.*43. *num.*11. vide in §. *Legatum num.*63.

62 Tutor habens litem cum pupillo niſi ſit mater, vel auia, debet remoueri tanquam ſuſpectus ab adminiſtratione, DD. *in Auth. matri, & auia, C. quando mul. tut. off. fung. poſſ.* Afflict. *deciſ.*207. Gratian. *diſcept. for. cap.*28. *num.*28. *cap.*532. *num.*29. *&c.* Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*34. *num.*6. *& deciſ.*108. *in eadem.*

Plura quando, & ex quibus cauſis poſſit tutor vti ſuſpectus remoueri, Montan. *de tut. cap.*36. *per tot.* vbi firmat decem regulas cum ſuis declarationibus DC. *in tot. tit. Inſtit. ff. & C. de ſuſpect. tut. & curat.* Paul. Chriſtin. *dec.*157. *vol.*3. Gutierez. *de tut. part.*2. *cap.*18. Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*34. *&* 108. vbi de inimicitia, lite abſentia, affectatione, & non adimplemento ſolemnitatum, *& deciſ* 83. *d. part.*13. Petr. de Onnate *de contract. tom.*2. *tract.*17. *diſput.*49. *sect.*2. *per tot. fol.*747.

Licèt ex cauſis legitimis poſſit vti ſuſpectus remoueri, interim tamen eſt tutor, Rot. *part.*10. *recent. deciſ.*128. *num.*11.

Quòd ſi tutor ſit creditor, vel debitor pupilli in magna quantitate, niſi ſit mater, vel auia, debeat vti ſuſpectus remoueri, Crauett. *conſ.*182. *num.*15. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*28. *num.*23. *&c.* Montan. *de tut. cap.*9. *num.*56. *&c.* intelligendo prout infra *num. ſeq. in fine.*

Quando debitum dicatur magnum, vel paruum ad dictum effectum remittitur arbitrio iudicis iuxta qualitatem perſonarum, ad tradita per Menoch. *de arbitr. caſ.*196 *per tot.*

Quòd ſi debitum non ſit perpetuum, ſed temporale, fiat interim locus tutori datiuo, & debito perſoluto primus tutor reaſſumat tutelam, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*63. *num.*13. *&c.*

Vt tamen tutor poſſit remoueri ex cauſa litis cum pupillo, intelligitur de lite omnium, vel maioris partis bonorum, & non de lite parui momenti, & ex cauſa debiti, vel crediti, debet intelligi de debito, vel credito præexiſtente ante ſuſceptam tutelam, non autem de eo, quod contraheretur ex cauſa adminiſtrationis, & non niſi perſpecta tota ratione dignoſci poteſt, vt benè explicat Rot. *part.*16. *recent. deciſ.*208.

63 Tutor, vel curator habens communionem bonorum cum pupillo non eſt capax tutelæ, ſed debet remoueri, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*830. *num.*23. *&c.* Montan. *de tut. cap.*9. *num.*60. *&c.* Franc. *deciſ.*404. *per tot. ſupra num.*24. *in fine.*

Hoc tamen non procedit in tutore teſtamentario, vel aliter approbato, qui non obſtante communione erit idoneus tutor, idem Gratian. *cap.*914. *num.*15. *&c.*

Idem eſt in debitore, vel creditore dato in teſtamento, qui non prohibetur eſſe tutor, ſi teſtator ſciebat, ſecus ſi ignorabat, Montan. *de tut. cap.*9. *num.*67. *& ſeqq. & num.*72. vbi ita concordat opiniones.

64 Tutor vel curator ſi poſt ſuſceptam adminiſtrationem efficiatur creditor pupilli debet dari adiunctus, ſicut litis cauſa fieri ſolet, Andreol. *contrau.*419. *per tot.*

Imò ſi iure ceſſionis acquirat actionem fortè donationis, venditionis, ſiue alio titulo eſt ipſo iure nulla, ita vt nec regreſſum habeat aduerſus cedentem, ſed pupillus remanet ab vtroque liberatus, etiamſi huiuſmodi ceſſio facta eſſet finita tutela, ante tamen redditam rationem, *tex. in Auth. minoris, verſ. Sed & ſi actionis, C. qui dar. tut. vel curat. poſſ.* Montan. *de tut. cap.*9. *num.*62. Paul. Chriſtin. *deciſ.*148. *num.*11. *&* 12. *vol.*3. vbi ampliat etiam quoad alios adminiſtratores, & quod ſuſcipiens tutelam tacendo ſe eſſe pupilli creditorem debitum amittat, cùm intelligatur ei renunciare *D. auth. Minores*, Galerat. *de renunciat. lib.*1. *cap* 4. *num.*112. Gutierez. *de tut. part.*1. *cap.*20. Galganet. *de tut. lib.*2. *tit.*20. *num.*12. latè Hieron. Cala *tract.*

*de reſtit. in integr. denegan. quaſt.*21. *num.*27. *& ſeqq.* facit quod dixi ſupra *num.*31.

Quòd nec etiam poſſit acquirere ceſſionem ab ipſo pupillo, idem Montan. *cap.*30. *num.*79. vide in §. *Ceſſio num.*25. vbi melius declaraui.

Tutor ſi ſit creditor pupilli poteſt ſibi ſoluere de illius bo- 65
nis (quæ ſeruando ſeruari non poſſunt) ſine iudicis decreto, vel alia ſolemnitate, imò præſumitur ſibi adminiſtratorio nomine ſoluiſſe, & amplius petere non poteſt, ſi verò velit ſibi ſoluere de immobilibus, debet facere cum ſolemnitatibus, & decreto *gloſ. in l. tutor in fine, ff. de fideicommiſſ. DD. in l. ſingularia, ff. ſi cert. pet.* Duen. *reg.*31. *verb. Adminiſtratores concluſ.*2. *limit.*3. Rot. in ſelectis per Farinac. *part.*1. *tom.*1. *deciſ.*451. *num.*2. Afflict. *deciſ.*13. *num.*14. Montan. *de tut. cap.*30. *num.*83. *cap.*38. *num.*62. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*129. *num.*21. *&c.* Merlin. *de pign. lib.*4. *tit.*5. *quaſt.*178. Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.*29. *num.*14. dixi in *reſolut. cap.*4. *num.*8. *cap.*8. *num.*44. *in Pract.* §. *Tutori num.*16. *& in hoc Opere*, §. *Adminiſtrator*, *&* §. *Mater*, adde Rot. *part.*5. *recent. deciſ.*25. *num.*18. *& part.*18. *deciſ.*620. *num.*32. *& ſeqq.*

Quod poſſit, & debeat creditoribus pupilli ſoluere, ac ſibi ipſi, & quando ſecus, idem Montan. *de tut. cap.*32. *reg.*9. *num.*97. *&c. ad* 111.

Quod ſecundum ſuperiùs dicta non poſſit regulariter 66
creditor eſſe tutor pupilli, & ſi diſſimulauit ſe eſſe pupilli creditorem, amittat ius ſuum, ſi debitorem non poteſt vllo modo liberationem conſequi durante tutela, etiam in actione reali, Montan. *de tut. cap.*9. *num.*57. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ.*194. *vol.*5. vbi excipit matrem, & auiam.

Tutela, vel cura requirit ſcripturam, & non poteſt per 67
teſtes probari, licet ex curſu temporis poſſit præſumi, Surd. *deciſ.*231. ſequitur alios adducens Balthaſ. Thomaſ. *de tut. & curat. tit.*29. *cap.*1. *per tot.* vbi plura de probatione tutelæ cum ampliationibus, & limitationibus.

Tutores, & curatores dantur etiam Regibus, & Principibus, non tamen eandem quam Princeps poteſtatem habent, licèt maiorem habeant auctoritatem, quam alij tutores, vel curatores priuatorum, & poſſint condere leges, dummodò non contra ius diſponant, Caldas *de reſtit. in integr. num.*45. 46. *&* 47. *verb. hunc contractum*, Rimin. iun. *conſ.*5. *num.*189. *&* 193. Natt. *conſ.*631. *num.*28. Burſat. *conſ.*177. *num.*38. Balthaſ. Thomaſ. *de tut. & curat. tit.*10. *cap.*1. *num.*5. *fol. mihi* 56. *tit.*19. *cap.*71. *fol.*951. *& tit.*33. *num.*5. *fol.*1046. Galganet. *de tut. lib.*1. *tit.*11. *num.*16. Sanfelic. *deciſ.*367. *cum Addit. per tot.* vbi plura de Balijs (quos non tutores appellamus) dandi feudatarijs, qui præferantur, vel non, quæ adimplere teneantur, & alia.

Plura an, & quando Regibus, & Principibus dandus ſit tutor, vel curator, quis eſſe debeat, & alia ad rem, Anton. Portugal. *de donat. Reg. lib.*2. *cap.*24. *num.*66. *& ſeqq.* Vela *Differt. iur. contr.* 1. *num* 9. *&* 56.

Imò tutela Regum, & Principum durat vſque ad vigeſimum annum, & illis inuitis datur curator, ſecundum Oldrad. *conſ.*51. Caldas *loc. ſup. cit.* Gutierez. *de tut. part.*1. *cap.*18. vide Montan. *de tut. cap.*37. *num.*68. *& ſeqq.* Intrigliol. *de Feud. cent.*1. *quaſt.*45. *num.*108. *&c.* Balthaſ. Thomaſ. *de tut. & curat. tit.*33. *num.*5. *fol.*2046. *cum alijs per eos citatis*, qui veriùs eſſe videntur concludere poſſe Reges, & Principes completo anno 14. gerere negotia Status cum conſilio, & directione Conſiliariorum Regis, & ſi Regina, ſit de mariti conſilio, vide Cardin. Tuſch. *litt. R. concluſ.*334. *& litt. T. concluſ.*446. Sanfelic. *deciſ.*367. *cum Addit. per tot.* vbi quòd in Regno Neapolitano licèt Balliatus feudatariorum finiretur olim decimoquarto anno completo, tamen hodie per nouam Pragmaticam 2. de minoribus, fuit extenſum tam in maſculo, quàm in fœmina ad annum decimum octauum, quo tempore ſolum expirat; prædictis adde Petr. de Onnate *de contract. tom.*2. *tract.*17. *diſput.*48. *sect.*8. *num.*166. *& ſeqq. fol.*737.

Tutela finitur adueniente pubertate, hoc eſt completo 68
anno 14. in maſculis, & 12. in fœminis, item arrogatione impuberis, item deportatione, capitis diminutione, ſeruitute, morte, exilio perpetuo, remotione propter ſuſpecti crimen, an autem furore, vel captiuitate, tranſitu matris ad ſecunda vota, adueniente conditione, ſub qua quis fuit tutor datus, & alijs modis, de quibus

plenè Montan. *de tut. cap.37. per tot.* vbi etiam *num.* 23. *&c.* reddit rationem cur prius pubeſcat fœmina, quam maſculus, cum alijs pluribus relatis per Balthaſ. Thomaſ. *de tut. & curat. tit.* 33. *per tot. fol. mihi* 1045. Oinot. *Inſtit. quibus modis tut. finit. per tot. fol.*66. *DD. in tit. C. quando tut. vel curat. eſſe deſin.* Toſch. *litt.T. concl.*456. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 170. *vol.*3. *& ad leg. Municip. tit.* 19. *art.*27. *&c.* facit Sanfelic. *deciſ.*367. *cum Addit.* Petr. de Onnate *de Contract. tom.*2. *tract.*17. *diſput.*51. *ſect.*1. *& ſeqq. fol.*776. *& ſeqq.* vbi plura definiendæ tutelæ modis, ac de rationibus reddendis finita tutela *ſupra num.* 20.

Multa de tutoribus in genere, & in ſpecie notat Bertachin. *Repert. verb. Tutela, & Tutor.* vbi de eorum officio, qualiter ſint loco patris, quotuplices ſint, an poſſit emere bona pupillorum, à quibus ſint petendi, à quibus, qualiter, & quibus dandi, qui poſſint eſſe tutores, qui excuſentur, quando ſit locus datiuis tutoribus, qui dicantur legitimi tutoris, qui anomali, qui falſi, qui ſuſpecti, ſi plures ſint quomodo adminiſtreor, qualiter agant, defendant, & accuſent, de quibus teneantur, quomodo contrahant, adminiſtrent, adeant, vel repudient hæreditates, an poſſint ſubſtituere tutorem, vel actorem, an ſuccedere pupillis, quomodo caueant, inuentarium conficiant, auctoritatem ſuam interponant, rationem reddant, quomodo tutela finiatur, & huiuſmodi, de quibus etiam aliqua Ioſeph. Felin. *in Margar. var. concluſ. verb. Tutela*, plura Thoro *Comp. deciſ. Neap. part.* 1. *&* 2. *verb. Tutor*, Cancer. *var. reſol. lib.* 1. *cap.*7. *per tot.* Donell. *lib.*3. *Comm. per tot.* Vigel. *lib.*5. *iur. ciuil. per tot.* Caualcan. Conuerſan. Damhauder. Montan. Galganet. Gualter. Gutierez. Balthaſſar. Thomaſius, Atiſmin. Thepat. *var. ſent. tit.*465. *cum pluribus ſeqq.* alijque multi, qui tractatus particulares de tutelis ediderunt diligenter recollecti à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.*5. *verb. Tutor fol.*761. *& ſeqq.* vbi etiam de tutelis electoralibus, & huiuſmodi, Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Tutela, Tutor*, vbi tangit omnes prædictas, & plures alias quæſtiones de tutelis, & tutoribus indicando Auctores illas tractantes.

Tutores, qui non adminiſtrarunt qualiter habeant bene- 70
ficium ordinis, vt ſcilicet prius excutiantur alij, qui adminiſtrarunt, & qui non ſunt veri tutores, ſed tantùm de facto adminiſtrarunt, tenentur reddere ratione tantùm de exactis, & de eis, quæ ad eius manus peruenerunt, Caſtald. *Conſult.*251. *per tot. lib.*2. Verùm quia hoc modo eſſeor melioris conditionis (quoad vltimum caſum) qui contemptis ſolemnitatibus de facto adminiſtrant, vide deciſiones per eum allegatas, in quibus terminis loquantur, nempè quando ratioоe officij adminiſtrare non tenebantur, aliàs autem tenentur etiam de neglectis, vt dixi in hoc §. *num.* 11. *& ſeqq. per tot.*

Finis Libri Decimi octaui.

MARCI

MARCI ANTONII SABELLI I. V. D.

SVMMA DIVERSORVM TRACTATVVM.

LIBER DECIMVS NONVS.

De littera V.

§. VAGABVNDVS. I.

1 VAgabundus dicitur ille, qui per mundum vagatur, nec habet certam habitationem, licèt in aliquo loco habeat domicilium, vel originem, & poteſt vbique conueniri, ac puniri, quia de huiuſmodi perſonis dici ſolet, vbi te inuenero, ibi te iudicabo, Clar. §. *fin. quæſt.* 39. *verſ. cæterum ſi*, Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Luc.* 16. *num.* 19. Card. Tuſch. *litt. V. concluſ.* 10. Farinac. *quæſt.* 7. *num.* 13. *& ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *num.* 293. *& ſeqq. fol.* 97. vbi quid de bannito, an inter vagabundos reputetur, & videtur affirmandum quando non elegit domicilium, vel habitationem, in aliquo certo loco, vide in §. *Bannitus num.* Paul. Chriſtin. *ad leg. Municip. tit.* 6. *art.* 11. *&* 12. vbi qualiter poſſit vagabundus vbique puniri, Myſinger. *obſer.* 75. *cent.* 2. Nouar. *in Pragm. Regn. Neapol. Collect.* 221. *num.* 4. Peguer. *deciſ.* 3. vbi plura de vagabundis, illorum odio, & pœnis, Gutierez. *in Prax. quæſt.* 142. *per tot. cum tribus ſeqq.* vbi etiam an bannitus dicatur vagabundus, an, & quando vagabundus ſit remittendus, vel non ad locum delicti, vbi, & quomodo citandus, &c. Ægid. de Caſtelion. *in Alphab. iurid verb. Vagabundus*, vbi pauca remiſſiuè, Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 67. *per tot. & lib.* 5. *Rub.* 41. vbi de Circulatoribus, & Ciarlatanis expellendis ob fraudes, quas committunt in extorquendis pecunijs à ciuibus, & quia ſunt perſonæ infames.

2 Vagabundus poteſt citari cum affixione cedulæ ad valuas curiæ ſicuti foreſes, Farinac. *quæſt.* 11. vbi Vulpin. *in ſuo num.* 12. Baiard. ad Clar. §. *fin. quæſt.* 31. *num.* 66. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 89. *num.* 8. *vol.* 2. Gutierez. *in Prax. quæſt.* 144. vbi quòd ſi eſt quæſtio ſuper re immobili, debet fieri citatio ad ipſum locum, legendo ibi, vel affigendo citationem, ſi verò eſt contentio de pecunia, vel alio debito, debet fieri citatio in loco, vel hoſpitio, vbi plus conuerſari conſueuerit, vel per edictum per *text. in l.* 2. *C. vb. de crim. ag. oport.*

Quòd vagabundus delinquens ſit remittendus ad iudicem loci, in cuius territorio deliquit, & tanquam ſuſpectus poſſit ſemper arbitrio iudicis aliqua pœna puniri, videtur concludere Menoch. *de arbitr. caſ.* 531. *per tot.* vide Ricc. *in Praxi var. reſol. cap.* 84. Couar. *pract. quæſt. cap.* 11. *num.* 7. Cattar. *de execut. ſent. capt. bannit. cap.* 1. *num.* 247. *&c.* Scannarol. *de viſit. carcer. lib.* 2. §. 2. *cap.* 12. *&* 13. *per tot.* Farinac. *de inquiſit. quæſt.* 7. *num.* 13. *&c.* Fachin. *contr. lib.* 9. *cap.* 24. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 194. *num.* 19. *vol.* 4. Peguer. *deciſ.* 3. Nouar. *in Pragm. Regn.* vbi *Collect.* 221. quòd poſſunt exulari, & in triremibus ad tempus poni, prout vigore Pragmaticæ in Regno Neapolitano per quinquennium ad remigandum puniuntur.

3 Vagabundi, Birbones, Zingari, Mendicantes ficti, vel fingentes ſe infirmos, ac debiles, ſimileſque homines validi, ſani, vitioſi in animo, & otioſi reprobantur, ac varijs, & grauibus pœnis olim, ſicut hodie, tam de iure communi, quàm vigore legum municipalium, & bannimentorum ſupponuntur, & de ciuitatibus, vel ſtatibus relegantur, ad latè tradita per Menoch. *de arbitr. caſ.* 532. *per tot.* Tuſch. *litt. M. concl.* 192. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 178. *per tot.* Scanarol. *loc. ſupracit.* Boniſac. *de furtis*, §. 2. *num.* 96. Mezent. Carbon. *in ſuo Gubernat. Politic. & Chriſt. lib.* 5. *cap.* 50. *litt. B.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 78. *per tot. vol.* 5. Coſpius *in ſuo Indice criminaliſt. part.* 3. *cap.* 45. *& ſeqq.* vbi de illis, qui cum falſis patentibus, & fidibus mendicant, fingendo ſe quandoque Luteranos, Caluiniſtas, vel Hebræos ad fidem conuerſos, vel magnates, & nobiles fortuna depreſſos, vel medicos, & ſimiles ad effectum extorquendi pecunias, vel alias res præcipuè à perſonis ſimplicibus, & idiotis, & *cap.* 47. de Zingaris, & alijs furibus, atque falſarijs, & fraudatoribus, grauioribus pœnis afficiendis, quam ſimplices fures, ad tradita etiam per Cabal. *reſol. crimin. caſ.* 177. *per tot.* dixi in *Pract.* §. *Vagabundi per tot.* vbi plura de pœnis vigore legum, & bannimentorum Status Florentini contra huiuſmodi perſonas ſtatutis, Gutierez. *in prax. quæſt.* 147. *&* 148. vbi de pœnis huiuſmodi vagabundorum, Gitanorum, & mendicantium, vigore legum Hiſpanarum, &c. Pichard. *Pract. Inſtit. part.* 3. *tit. de pœn. omn. delict. nu.* 120. *fol.* 106. Salzedo *Polit. de Reg. Princ. lib.* 2. *cap.* 4. *Differ.* 22. *per tot. fol.* 136.

Qualiter prædicti ſimulata paupertate recipientes eleemoſynas teneantur ad reſtitutionem, & quibus faciendam, latè Dian. *part.* 5. *tract.* 8. *reſol.* 21. *&* 22. *& part.* 8. *tract.* 6. *reſol.* 109. *per tot.* plenè etiam Gabriel. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de eleemoſ. cap.* 3. *dub. vlt. per tot. fol.* 16. vbi benè declarat.

Nulla tamen pœna digni ſunt, ſed magna eleemoſyna, & pietate illi, qui pro ſua nobilitate clam, & occultè mendicat, vel etiam palam, licèt alias validi ſint, & ſani, atque ad laborandum apti, dummodò nullam fraudem, vel ſimulationem adhibeant, prout etiam perſonæ religioſæ, & alij mendicantes infirmi, ceſſantibus dictis fraudibus, & ſimulationibus, Menoch. *de arbitr. d. caſ.* 532. *num.* 24. *& ſeqq. per tot.* Tiraquel. *de leg. connub. leg.* 2. *num.* 13. Rip. *de remed. præſer. contr. peſt. num.* 178. *& ſeqq.* Petr. Greg. *ſyntagm. iur. lib.* 39. *cap.* 6. *num.* 27.

An autem pauperes peregrini rectè quandoque excludantur, & repellantur a Ciuitatibus, Dian. *reſol. moral. part.* 5. *tract.* 8. *reſol.* 36. vbi quòd ſic ob iuſtas cauſas, de quibus ipſe, & alij per eum citati Vaſquez *d. tract. cap.* 3. *dub.* 1. *per tot. fol.* 14.

Quòd mendicantes ficti infirmi ſint adeò legibus exoſi, vt cuilibet volenti ſit permiſſum inueſtigare an illorum infirmitates ſint veræ, vel ſimulatæ, & detecta malitia ſint tanquam falſarij puniendi, Ripa *de peſte part.* 5. *num.* 173. *&* 176. Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. legal. lib.* 3. *titul.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 2. *& ſeqq.* vbi etiam de illis, qui ſe fingunt dæmoniacos, eſtaticos, ſanctos, & ſimiles, & in *quæſt. ſeqq.* docet plures modos detegendi huiuſmodi falſitates, & mendacia, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 78. *per tot. vol.* 5. vbi plura alia notabilia de mendicantibus validis, & fictis pauperibus, de otio, & remedijs, Peguer. *deciſ.* 4. *per tot.* Nouar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.* 129. vbi quòd expedit potiùs negatis alimentis, iſtos delinquentes inertia, fame perire, quam delicto eorum fauere, & alia contra huiuſmodi poltronos, & birbones.

Qualiter arbitrariè puniendi ſunt mendicantes validi, qui vt maiorem ingerant hominibus miſericordiam, ſeipſos debilitant, aut herbis, & medicamentis, vel ſuppoſitorijs faciunt tibias, vel alia membra apparere defectuoſa, & huiuſmodi, Ant. Perez. *ad lib.* 11. *C. tit. de mendic. valid.* Antun. Portug. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 41. *num.* 12. *& ſeqq.* vbi etiam qui ſint miſeratione digni, & alia ad rem.

Vagabundi, peregrini, & forenſes an teneantur ſeruare leges, & ſtatuta locorum, in quibus reperiuntur, diuerſæ ſunt opiniones, nam aliqui affirmant, alij negant, & alij diſtinguunt, vt per Dian. *part.* 1. *tract.* 10. *reſol.* 15. *&* 16. Layman. *Theol. Moral. tract.* 4. *cap.* 12. Sanchez *de Matrimon. tom.* 1. *lib.* 3. *diſput.* 18. *num.* 8. *&c.* Azor. *part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 11. *quæſt.* 3. Couar. *variar. reſol.* 4

lib.4. cap.26. num.8. vide in §. *Forenſis num.1. &c.*

5 Vagabundi, ſiue peregrini, & forenſes, vel alienigenæ poſſunt de iure teſtari, vel alias diſponere de bonis ſuis in loco, in quo degunt, & ſi decedant teſtati, illorum voluntas eſt ſeruanda, ſi inteſtati veniant proximiores ſibi, & quæ ſecum habent Epiſcopo loci debent conſignari, ſucceſſoribus defuncti ſeruanda, vel in pias cauſas eroganda, & ab hoſpitantibus eos remouenda ſub pœna tripli contra detinentes, iuxta *Auth. omnes peregrini, C. commun. de ſucceſſ.* Paul. Chriſtin. *deciſ.228. per tot. vol.5.* vbi tamen, quòd non ſeruatur in Gallia, ſed huiuſmodi bona ſunt repoſita inter fructus Imperij, & ſpectant ad Regem, vel alium Principem, & Dominum territorij, in quo decedunt inteſtati; imò nec teſtari poſſunt in præiudicium, & fraudem domini, niſi ad fauorem filiorum, & deſcendentium, quos ſecum haberent, vt latè ibidem declarat, quod ius Albinatus appellatur, idem Chriſtin. *ad leg. Municip. tit.1. art.51. & ſeqq.* vbi de bonis peregrinorum, & quorum dominus ignoratur qualiter ad fiſcum pertineant.

Vbi autem debeant ſepeliri, dixi in §. *Forenſis num.6. &* §. *Sepultura num.4.*

6 Vagabundi non ſunt idonei teſtes, nec in ciuilibus, nec in criminalibus, Bald. *in l. mulier 2. C. iur. dot.* Decian. *conſ.83. num.13. vol.3.* ſequitur Maſcard. *de probat. vol.3. concl.1396.* vbi etiam quòd ſemel vagabundus, ſemper talis præſumitur, niſi contrarium probetur.

7 De vagabundis aliqua habentur per Bertachin. *Repertor. verb. Vagabundus*, Carleual. *de iudic. tit.1. diſp.2. num.45. 746. & 816.* Bobadil. *lib.3. Politic. cap.13. num.33. & ſeqq.* Solorzan. *de Iur. Indiar. tom.2. lib.1. cap.4. num.120. &c.* alioſque citatos à Caſteion. *Alphab. Iurid. verb. Vagabundus*, & à Com. Aug. Fontan. *Biblioth. legal. parc.5. eod. verb. fol.771.*

8 Vagorum matrimonijs quis parochus aſſiſtere debeat, & vbi fieri denunciationes, Mendo *tract. de iur. Academ. lib.3. num.375.* vbi quòd quilibet Parochus, ſed facta prius diligenti inquiſitione, & cum licentia Ordinarij iuxta Concil. Trident. *ſeſſ.14. cap.6.* & vide in §. *Matrimonium num.26.*

§. VALOR. II.

1 VAlor rerum immobilium probatur ex illorum qualitate, & quantitate redditunm, & eſt regulariter quantum capiunt, vel aſcendunt redditus viginti annorum ſimul computati, veluti ſi fundus reddat fructus cenſum in anno, iuſtum pretium reputabitur duorum millium, Iaſ. *in l. ſi fundum num.3. ff. de leg.1.* Natta *conſ.341. num.10.* Tiraquel. *de retract. lignag. §.1. gloſ.6. num.19.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.545. num.13. &c. cap.752. num.47. cap.600. num.3. &c.* vbi tamen quòd ex locationibus non probatur verus valor rei, de quo vide in §. *Locatio num.5.* & Ludouiſ. *deciſ.76. num.5. & 6.* Prædictam concluſionem ſequitur Rot. *part.2. diuerſ. deciſ.116. num.1. &c.* Caualer. *deciſ.358. per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.3. lib.14. tit.17. num.584. fol.303.* Rot. *part.2. nouiſ. deciſ.20.* Altograd. *conſ.102. num.73. lib.2.* Vrceol. *conſult. forenſ. cap.3. num.8. num.56. & ſeqq.* vbi quando non procedat, quomodo calculus fieri, & quid in eo computari debeat, Rot. *part.10. recent. deciſ.201. num.1. &c.* vbi quòd fructus prædiorum ruſticorum taxari ſolent ad rationem quinque pro centenario, vide in §. *Fructus num.10.* Rot. *d. part.10. deciſ.291. num.5. &c.* Merlin. *deciſ.646. num.11. deciſ.702. num.56.* Addit. ad Sanfelic. *deciſ.389. verſ. Fructus, &c.* Rot. *part.18. recent. tom.1. deciſ.20.* vbi quod quando valor poteſt haberi ex depoſitionibus teſtium, & inſtrumentis locationum effectum ſortitis, abſurdum eſt deſumere ex præſumptione iuris valutantis fructus ſtabilium ad quinque pro centenario, quia habita reali probatione, illa præualere debet opinioni. An autem, & quando ex locationibus probetur valor, vel non, & an ex ſubhaſtatione ſaltem præſumptiuè, Rota *dict. part.18. deciſ.664. per tot. & part.19. deciſ.41.* vbi quòd quando ſunt plures vltra duo, & vniformes probant valorem.

In æſtimandis autem ædificijs, & domibus ex ſolis redditibus, non cognoſcitur pretium, & non calculatur valor ad dictam rationem quinque pro centenario, Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.553. num.7. &c.* vide Caluin. *de aquit. lib.1. cap.89.* & dixi in §. *Pretium num.2.* Rot. *part.18. recent. deciſ.769.* vbi quòd Romæ admittitur dictus calculus in domibus paruis, non autem in palatijs inſignibus, quæ minus reddant.

Aliqui etiam tenent valorem fundi eſſe cuius fructus in quindecim annis æquiualent æſtimationi, Bald. *in l. ſi quis argentum num.3. & num.4. C. de donat.* Ioſeph. Feliu. *in Margar. var. concl. verb. Valor fol.116. col.2.*

Quid ſit valor, & qualiter probetur latè Tuſch. *litt. F. concluſ.12.* & plura quomodo probetur valor rei, tam mobilis, quàm immobilis ad diuerſos effectus, Maſcard. *de probat. volum.3. concluſ.1396.* Rota *part.18. recent. deciſ.703.*

Quod valor bonorum debeat probari per peritos, Gratian. *diſcept. for. cap.600. num.5. &c. per tot.* Caualer. *deciſ.358. num.1. &c.* Cabal. *conſ.126. lib.1.* vbi etiam de dicta calculatione viginti annorum, quæ non ſemper attenditur, quia ſæpè res eſt magni valoris, & modici redditus, & tunc aliundè valor percipitur ex teſtium, vel peritorum depoſitione aſſerentium tanti valere communiter, vel quòd tanti communiter emeretur, & venderetur, vel quod in regione communiter emitur, & venditur ad rationem tot pro tabula, tornatura, vel ſimili menſura, & tunc probatur valor, etiam nulla habita redditum ratione, ad Corn. *conſ.347. lib.1.* facit Rot. *part.17. recent. deciſ.383.* vbi plura qualiter valor bonorum probetur per teſtes vicinos, & practicos, ſi non de propria, ſed de communi æſtimatione deponant, & non conueniendo omnes in ſumma, attenditur minor, quia plus continet in ſe etiam quod eſt minus, *& part.18. tom.1. deciſ.20. per tot. & deciſ.703. num.5. & ſeqq.*

Qualiter valor bonorum probetur ex inſtrumentis venditionum, etiam contra tertium, ſaltem ad effectum transferendi onus probandi contrarium in partem aduerſam, & maximè in antiquis, in quibus admittuntur præſumptiones, & coniecturæ, Rot. *part.13. recent. deciſ.232. per tot.*

Et ſi ſint diſcordes periti quid ſeruandum, vidi in §. *Peritus num.6.*

Quòd attendatur valor rei de tempore contractus, vel diſtractus ad cognoſcendum an interceſſerit læſio, vel non, Tuſch. *littera V. concluſ.13. per tot.* vide in §. *Læſio num.* Rot. *part.15. recent. deciſ.197.* vbi quòd in æſtimandis rebus debet attendi tempus præſens, & non præteritum.

2 Valor rei diminuitur ex oneribus, & reſponſionibus, quibus reperitur grauata, Gratian. *diſcept. for. cap.723. num.17. &c.* vide in §. *Pactum num.* & §. *Pretium num.* Rot. *part.12. recent. deciſ.128. num.3. & ſeqq. per tot.*

Quòd lites computentur in pretio rei, Rot. *par.2. diuerſ. deciſ.148. num.5.*

Et ideò articulus de valore nihil concludere dicitur, niſi deductis oneribus, & teſtes de illo deponentes etiam non interrogati debent reddere cauſam ſui dicti, Felin. *in cap. cum cauſam de teſt. Praſlocabil.* Rot. Roman. *part.2. diuerſ. num.129. & 130.* Maſcard. *de probat. concluſ.1369. num.11.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum.3. lib.14. tit.17. num.585. fol.303.*

Quòd valor rei augeatur, & diminuatur ex multis, & ex quibus Tuſch. *litt. V. concl.15.*

Quod propter onus emphyteuticum minuatur in ſexta parte, Alexand. *conſ.79. num.6. lib.1.* Merlin. *deciſ.705. num.4.*

3 Valor fructuum probatur ex libris Maſſariorum, ſiue aliorum publicorum officialium, Caualer. *deciſ.361. deciſ.370 num.3.* Pac. Iordan. *loc. ſupra cit. num.590.* vide in §. *Fructus num.6. &c.* Rot. *part.18. recent. deciſ.703. num.18. & ſeqq.*

Qualiter poſſit iudex arbitrium ſuum interponere ſuper valore frumenti, & bladarum, quaſi mediam viam, vel medium tempus eligendo, Merlin. *deciſ.441.*

Quòd valor, & pretium rerum debeat probari ſecundum curſum platearum, & mercatuum pecunia numerata, non autem particularium, & priuatorum, vel ad credentiam, nec ſit dicendum, quod tali die tantùm valebat, & vendebatur, ſed quod antè, & pro tanto pretio communiter vendebatur, Bart. *in l. pretia rerum, ff. ad l. Falcid.* Felin. *in c. cum cauſam de teſt.* Marant. *part.6. de teſt. num.81.* Pac. Iordan. *loc. ſupra cit. num.583.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.42. num.31.* Rot. *in Rauennaten. bon. 12. Iunij 1676. coram Albergato*, poſt Vrceol. *de tranſact.*

decif. 58. num. 18. vide in §. Pretium, Rot. part. 17. recent. decif. 398. num. 23.

Qualiter probetur ex ſubhaſtatione, vel alio genere probationum, Merlin. decif. 705. Ricc. Collect. 916. & 1584. vbi docet plures alios modos probandi valorem, Rot. part. 17. recent. decif. 63. vbi quod non datur magis æqua probatio valoris, quam quæ ex ſubhaſtatione reſultat, & decif. 73. num. 21. d. part. 17.

4 Valor rei vt dicatur probatus non ſufficit teſtes deponere de tempore conuentionis, ſed dicere debent etiam de anteriori, & poſteriori per multos annos, quia non debet conſiſtere in momento temporis, & de oneribus, ac ſeruitutibus ipſum valorem minuentibus, & de conditione venditoris debitis inuoluti, Gratian. diſcept. for. cap. 461. per tot. cap. 510. in princ. cap. 581. num. 20. cap. 789. per tot. vide in §. Teſtes num.

Multa de attendendo tempore anteriori, & poſteriori, Rot. part. 2. diuerſ. decif. 65. num. 5. & ſeqq. & decif. 78. vide in §. Pretium num. Rot. part. 17. recent. decif. 343. num. 8. vbi de probando valore per decennium continuum, ſcilicet per quinque annos ante, & quinque poſt contractum, & quod teſtes de illo deponentes debent eſſe ſaltem ætatis annorum triginta.

Quando, & qualiter valor probetur per teſtes, & quid ſi diſcordent, Tuſch. litt. T. concl. 187. per tot. Rot. part. 10. decif. 223. num. 4. & ſeqq. vbi plura de probatione valoris, & part. 15. decif. 337. per tot. vbi de probatione valoris mercium deprædatarum, & part. 17. decif. 383. vbi plura de valore bonorum probando per teſtes in caſu euictionis, & part. 18. tom. 2. decif. 20. per tot.

5 Valor ex curſu temporis variatur, nec admittitur præſumptio valoris præteriti cum præſenti, Gratian. diſcept. for. cap. 826. num. 17. &c. Ludouiſ. cum Beltramin. decif. 553. num. 3. & ſeqq. Rot. part. 16. recent. decif. 115. num. 4. & ſeqq. per tot. vbi quod præſumitur mutatus, & part. 17. decif. 343. num. 9. & 10. & decif. 390. vbi plura de probatione valoris bonorum fideicommiſſi, in quibus dos exceſſiua fuerat conſtituta.

Quòd valor modernus non probet valorem antiquum, cùm potuerit beneficio temporis augeri, Caualer. decif. 160. num. 2. decif. 358. num. 4. vbi tamen quòd ſi interceſſerit modicum tempus duorum, vel trium annorum, non præſumitur mutatio notabilis, Ricc. Collect. 3147. vbi etiam de decennio, niſi appareat de aliqua cauſa extrinſeca, Ludouiſ. cum Beltramin. d. decif. 553.

Ex curſu tamen decem annorum, vel vltrà præſumitur valor mutatus, Rot. part. 16. recent. decif. 115. num. 5. & ſeqq. & part. 17. decif. 343.

6 Valor an probetur ex libro æſtimi, in quo ſint deſcripta bona cum illorum pretio, dic quod ſic reſpectu Communitatis, & illius, ſub cuius nomine ſunt deſcripta, ſecus autem quoad effectum reſpicientem commodum, vel incommodum priuatorum, Genu. de ſcript. priuat. lib. 5. tit. de lib. æſtim. quæſt. 4. per tot. fol. 280. Rot. part. 18. recent. decif. 703. num. 1. & ſeqq. vbi quòd probatur ſaltem præſumptiuè, niſi doceatur de contrario.

7 Valor verus beneficij impetrandi debet exprimi, vt annata ſoluatur pro bulla, aliàs non valeret impetratio, niſi habeatur pro expreſſo, vel niſi fuerit conceſſum beneficium motu proprio, vel niſi aliter ſeruetur de conſuetudine prout in Francia, Rebuff. prax. benef. part. 1. declarat. noua prouiſ. verſ. eorumque fructuum num. 1. & 2. De quo tempore debeat probari valor beneficij, & alia, Ludouiſ. decif. 113. cum Addit. & decif. 490.

Plura de valore beneficij exprimendo ab impetrante, & quod narrari, & probari debeat per non exceſſum, & ſic negatiuè, putà quòd non excedat centum, non autem affirmatiuè per aſſenſum, putà quòd aſcendat ad centum, quia iſto caſu, cùm in maiori ſumma inſit minor, probatio non concluderet pernecesse, nam quantumcunque excederet, verum eſſent aſcendere ad illam ſummam. Seraphin. decif. 109. Beltram. ad Ludouiſ. decif. 101. num. 6. & decif. 490. num. 10. Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 17. num. 586. & ſeqq. fol. 303. Tuſch. litt. V. concl. 16. & ſeqq. Ricc. Collect. 1669. vbi qualiter probetur attento valore per quinque annos antè, & poſt, vel per decem annos ante gratiam, Rot. part. 10. recent. decif. 62. per tot. & decif. 108. vbi an poſſit variari in expreſſione valoris, & part. 11. decif. 59. num. 5. &c. part. 12. decif. 71. decif. 201. & decif. 282. & 288.

Ex quibus, & qualiter probetur valor beneficij ad effectum penſionis, Ludouiſ. decif. 277. Rot. part. 9. recent. decif. 129. num. 7. & ſeqq. per tot. & decif. 343. ead. part. 9. vbi quòd debet eſſe de tempore decennij, vide part. 10. d. decif. 62. per tot. & decif. 107. num. 11. & ſeqq. ead. part. 10. & decif. 271. num. 11. &c. vbi per teſtes de publica voce, & fama, & part. 11. decif. 331. vbi per teſtes ad perpetuam memoriam examinatos, & part. 17. decif. 6. per tot. vbi plura de valore beneficij probando à penſionario, & non à titulari, maximè in narratiua per aſcenſum facta, & qualiter teſtes debeant eſſe informati ſaltem per quinque annos antè, & quinque poſt reſeruatam penſionem, alias penſio non ſit reducibilis, ſed annulletur in totum, & dec. 41. vbi alia plura ad rem, & dixi in §. Penſio. Rot. d. part. 17. decif. 120. per tot. et decif. 245. in eadem cauſa, vbi in petitorio, in quo non attenditur ſolutio penſionis, niſi fuerit continuata per annos triginta, Franciſc. de Angelis tract. de confeſs. lib. 2. quæſt. 51 vbi qualiter probetur ex aſſertione, & confeſſione beneficiati in impetratione, Rot. part. 18. recent. decif. 680. et 798. per tot. et part. 19. decif. 372. per tot. vbi quando non à penſionario, ſed à titulari ſit probandus valor beneficij, & dixi in §. Penſio num. 5. Rot. d. part. 19. decif. 375. vbi quando à penſionario, alias in totum annulletur penſio.

8 Valor monetæ in reſtitutione dotis debet attendi de tempore contractus, non autem reſtitutionis, Gabriel. de ſolut. concl. 1. Afflict. decif. 194. Benintend. decif. Bonon. 39. Capel. Tholoſ. decif. 199. cum alijs per Ricc. Collect. 1722. Gratian. diſcept. for. cap. 560. Rot. part. 15. recent. decif. 164. num. 8. vbi quod mutatio in valore extrinſeco cedit damno, & commodo creditoris, cui erat facienda ſolutio, vide in §. Moneta num. 1. et §. Mutatio num. 1. et 2.

An, & quando valor maior, vel minor monetarum ſit attendendus in contractibus, & legatis, ſtante diuerſitate valoris monetarum in pluribus loci, vide Doctores, & deciſiones in §. Legatum num. 65.

9 Valor rei qualiter poſſit probari per peritos, qui ſi plures ſint, & diuerſum pretium aſſignent, reducuntur ad concordiam per coaceruationem ſummarum, & illarum diuiſionem in tot partes quot ſunt teſtes, vel periti, & illæ partes ſingulæ erunt iuſtus rei valor iuxta theoricam Salic. in l. hac edictali §. his illud C. de ſecund. nupt. Gratian. dec. 32. num. 6. 12. et ſeqq. Cott. in memorabil. verb. Aeſtimatores, Menoch. de adipiſc. remed. 5. num. 168. cum alijs per Rot. part. 17. recent. decif. 114. num. 7. et 8. vide in §. Periti num. 6. vel attenditur minor ſumma, in qua omnes conuenire dicuntur, quia plus in ſe continet quod eſt minus, Rot. d. part. 17. decif. 383. num. 4. et ſeqq.

10 Valor rei furatæ extantis debet probari per expertos, vel peritos cum iuramento ſaltem de credulitate, ſi verò ſit conſumpta probatur iuramento furtum paſſi, c. fin. de his, quæ vi metuſue, l. ſi quando C. vnde vi, Boſſ. tit. de rapina num. 36. Maſcard. de probat. concl. 471. num. 32. et concl. 934. cum alijs per Hieron. Calam. in Pragm. 11. Regn. Neap. de empt. et vendit. ſiue de furt. part. 3. num. 32. et ſeqq. vbi tamen quòd procedit tantùm in præiudicium principalium contrectatorum, non autem in præiudicium tertij, qui opem illis præſtiterit, etiam res furatas in domo recipiendo, & occultando, vide in §. Damnum num. et §. Furtum num. 12. in fine, vbi de lege municipali Florentiæ, & de ſimili Pragmatica Regni Neapolis, Cala loc. cit. vbi quòd ideò, licèt conſtet de furto, ſi dubitetur de valore, quia dominus nolit iurare, vel ſit mortuus, non eſt locus pœnæ ordinariæ, ſed arbitrariæ minori.

11 De valore rerum ad diuerſos effectus, Bertachin. Repert. verb. Valor, Ioſeph Feliu. Margar. var. concl. eod. verb. Thoro Compend. decif. Neap. part. 1. et 2. eod. verb. Capucc. in Prax. tom. 2. part. 3. cap. 2. art. 3. et ſeqq. Vrſel. concl. 145. latè Hermoſill. ad leg. partit. tom. 2. leg. 56. gloſ. 6. fol. mihi 183. et ſeqq. & alij indicati à Com. Auguſt. Fontan. Biblioth. leg. part. 5. verb. Valor. fol. 772.

12 Valor redditus beneficiorum obtinendorum in Curia Romana qualiter ſit exprimendus ſub pœna nullitatis ob vitium ſubreptionis, Carol. Anton. Theſaur. de pœn. Eccl. part. 2. verb. Valor fol. 353. Valer. de differ. vtriuſque fori, verb. Subreptio differ. 3.

§. VARIATIO. III.

1 VAriario, & mendacium an faciat indicium ad torturam, Clar. §. *fin. quæſt.* 21. *verſ. mendacium*, Dian. *part.* 14. *tract.* 6. *reſol.* 15. Farinac. *quæſt.* 52. *num.* 8. *&c.* Maſcard. *de probat. concl.* 1044. Theſ. *deciſ.* 24. *nu.* 8. Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 89. *num.* 68. D. Fulu. Maioran. *in Opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 119. *& ſeqq. fol.* 225. vbi quòd non regulariter, niſi alia concurrant adminicula, vel ſit circa ſubſtantialia arbitrio iudicis, vide in §. *Mendacium num.* 3.

2 Variatio conſiſtens in tempore delicti facit præſumere veritatem ſe aliter habere, Farinac. *quæſt.* 52. *num.* 36.

Plura de variatione, & vacillatione teſtium, & in alijs etiam quid operetur, Tuſch. *litt. T. concl.* 243. *& litt. V. concl.* 23. *per tot.* Ricc. *Collect.* 569. D. Fulu. Maioran. *loc. cit.* Zuff. *de legit. proceſſ. lib.* 3. *quæſt.* 107. *per tot.* vbi qualiter faciat eſſe locum torturæ contra teſtes, & an priùs ſint aſſignandæ defenſiones, vide in §. *Teſtes*.

3 Variatio admittitur in multis caſibus, & in quibus; denegatur etiam in multis alijs caſibus, & in quibus, & quomodo circa ius ſtatuendum, vel iam ſtatutum, latè Tuſch. *litt. V. concl.* 20. 21. *&* 22. *per tot.* Merlin. *deciſ.* 566. Ricc. *Collect.* 301. *&c.*

An ille, cui data eſt electio poſſit variare, vel non poſt electionem ſemel factam, vide Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 124. *per tot. vol.* 1. vbi pulcrè, & magiſtraliter diſtinguit, vide in §. *Electio num.* 1. *&c.* §. *Perſona num.* 21. Ricc. *Collect.* 2965. Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Variatio*, vbi quòd variatio circa idem non permittitur, & vbi permittitur non niſi ſemel admittitur, nec eſt licita in tertij præiudicium, multoties damnatur, & commendabilis, imò debita in eo, qui errorem commiſit.

4 Variatio circa plura quando fieri poſſit, vel non, Bertachio. *Repert. verb. Variatio*, Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.* 1. *&* 2. *eod. verb.* vbi inter alia an poſſit variari poſt obtentam ſententiam aſſiſtentiæ ſuper certis bonis debitoris, & iterùm petere aliam ſuper alijs bonis, & dicit negatiuè reſolutum ex Capyc. *deciſ.* 33. Franch. *deciſ.* 53. Muſcatel. *in Pract. lib.* 2. *part.* 3. *gloſ. Adiudicatur num.* 79. Ricc. *Collect.* 175. ſed tu diſtingue vt dixi in §. *Executio num.* 24. Ariſmio. Tepat. *var. ſent. tit.* 147. Merlin. Pignatel. *contr. tom.* 2. *contron.* 97. vbi quòd lite conteſtata in iudicio ordinario, non eſt prohibitum variare, & executiuum intentare, maximè vbi procedi poteſt ſummariè, & ſola facti veritate inſpecta, & alij citati à Com. Auguſt. Fontan. *in Bibliothec. leg. part.* 5. *verb. Variatio fol.* 773. vbi etiam de variatione fori, de qua dixi ego in §. *Perſona num.* 8. *& ſeqq. &* §. *Paupertas in Addit.*

§. VASALLVS. IV.

1 VAſallus licet non poſſit feudum alienare ſine conſenſu Domini, tamen poteſt ſubinfeudare, etiam ſi agatur de feudo Eccleſiaſtico non decimali tribus concurrentibus, videlicet primò, quòd ſubinfeudet ſincerè ſine dolo, & fraude, ſecundò, ei qui ſit ſimilis qualitatis, & conditionis, cuius eſt ipſe vaſallus, tertiò, eidem omninò legibus, pactis, & conditionibus, quibus ipſe feudum habebat, imò ſi non agatur de toto feudo ſubinfeudando, ſed de parte, poteſt ſubinfeudario fieri etiam in minorem, & non parem dignitate, dummodò ſit habilis ad præſtanda ſeruitia domino, & talis ſic facta ſubinfeudatio non reſoluitur reſoluto, & finito iure ipſius vaſalli ſubinfeudantis, ſed durat quatenus ipſe ſubinfeudatus velit feudum ab eodem Domino recognoſcere, eique ſeruitia pro eo debita præſtare, quicquid ſit quoad alios agnatos in prima inueſtitura comprehenſos, quorum reſpectu procedit regula, quòd reſoluto iure datoris, reſoluatur ius acceptatoris, ad tradita per Altograd. *conſ.* 5. *per tot. lib.* 2. vide Cabal. *conſ. deciſ.* 142. *per tot. lib.* 2. Clar. §. *Feudum quæſt.* 31. *& ſeqq.* latè Tuſch. *litt. F. concl.* 190. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 18. *per tot. vol.* 6. Peregrin. *deciſ.* 150. *nu.* 44. *&c.* Roſental. *de feud. cap.* 9. pulcrè Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 26. *per tot. quæ eſt in Mantuana Feudi* 7. *Iunij* 1641. *coram Royas*, dixi in §. *Feudum num.* 25.

Quinam autem propriè dicantur Vaſalli, qui Barones, & alia de dignitatibus, latè Cabed. *deciſ.* 106. *cum pluribus antecedentibus, & ſeqq. part.* 2.

Quòd vaſallus poſſit de iure communi ſubinfeudare, ita vt ſubinfeudatus efficiatur vaſallus non domini directi, & mediati, ſed domini vtilis, & immediati à quo ſubinfeudatur, c. 1. §. 1. *qualiter olim. feud. alien. poter.* Curt. iun. *de feud. part.* 4. *num* 83. *& conſ.* 2. *num.* 1. Soccin. iun. *conſ.* 126. *num.* 4. *lib.* 3. Cabal. *conſ. deciſ.* 142. *per tot. lib.* 2. Menoch. *de arbitr. caſ.* 200. *per tot.* Mariu. Frec. *in Comment. feud. lib.* 1. *Rub. de orig. Baron. c. videmus num.* 46. *& ſeqq.* Clar. §. *Feudum d. quæſt.* 31. *& ſeqq.* Rot. *vbi ſupra*, Tuſch. *d. concl.* 190. *& ſeqq.* vbi etiam ad quem deuoluatur feudum ſubinfeudatum, & *litt. V. concl.* 27. vbi an, & quando vaſallus vaſalli, ſit domini vaſallus, vel non, vide §. *Feudum num.* 25.

Quid poſſit vaſallus circa ſubditos feudales, vel non, latè Tuſch. *litt. F. concl.* 122. *per tot.*

Quòd vaſallus ſit vtilis dominus, ad eum ſpectent vtilitates feudi, & quales, vel non, dicatur habere ius potentius quam dominus, quæ ſint reſeruata domino, & alia, Tuſch. *litt. F. concl.* 208. *et ſeqq.* vide in §. *Dominus*, *&* §. *Feudum in fine*.

Quomodo probetur vaſallagium, Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1397. *per tot.*

Vaſalli poſſunt inter ſe diuidere feuda, etiam iuriſdictionalia ſine conſenſu domini, & licet partes non fiant æquales, ſed vni maior pars, aut totum feudum aſſignetur, alteri verò bona allodialia, niſi agatur de feudis maioribus, vt Ducatibus, Marchionatibus, & ſimilibus, quæ non poſſunt diuidi, niſi aliter de conſuetudine obſeruetur; Imò vnus poteſt alteri ſuam partem renunciare abſque alio conſenſu domini, intelligendo inter ipſos agnatos in inueſtitura comprehenſos, præcipuè ſi non ſit conceſſa pro aliquo certo, & determinato ſeruigio, & talis conſenſus ex curſu longiſſimi temporis cum obſeruantia ſubſequuta præſumitur, Altograd. *conſ.* 8. *num.* 3. *et ſeqq. lib.* 2. vide Clar. §. *Feudum quæſt.* 44. Tuſch. *lit. F. concl.* 189. *per tot.*

Valetque huiuſmodi renuntiatio, & præiudicat filijs, ac 2
deſcendentibus, licet non hæredibus renunciantis, quando
in recompenſationem feudi fuerunt tot bona allodialia
renuncianti aſſignata, & in feudalibus ſemper præferuntur
ſucceſſores illius, cui facta fuit renunciatio, donec aliquis
illorum ſupereſt, vt benè probat idem Altograd. *conſ.* 8.
num. 17. *et ſeqq. lib.* 2. vide Tuſch. *litt. F. concl.* 202. vbi
qualiter renuncians feudo ſibi, & ſuis præiudicet, de quo
latè Peregrin. *deciſ.* 150. *per tot.* Sanfelic. *deciſ.* 372. *cum*
Addit.

Vaſallus an in caſibus, in quibus poteſt diſponere de
feudo in præiudicium vocatorum, poſſit illud alienare in 3
remotionem agnatum, non immediatè ſucceſſurum ſine
domini conſenſu, latè Surd. *deciſ.* 343. *per tot. lib.* 2. facit
Sanfelic. *deciſ.* 372. *cum Addit.*

Quòd autem regulariter vaſallus non poſſit diſponere de feudo abſque conſenſu domini, & quando ſecùs, latè Paul. Chriſtin. *deciſ.* 26. *cum pluribus ſeqq. vol.* 6. vbi etiam de retractu feudali, quomodo fieri debeat, vel poſſit, & alia, Nouar. *in Prag. Reg. Collect.* 104. *per tot.*

An, & quando, ac quomodo poſſit feudum alienare, vel non, idem Chriſtin. *deciſ.* 63. *& ſeqq. vol.* 6.

Vaſallus non poteſt alteri conſtituere vſufructum in bo- 4
nis feudalibus, *l. arboribus* §. *vlt. ff. de vſufr.* poſſet tamen
vendere fructus totius temporis, quo feudum penes illum
eſt permanſurum, Scapuc. de Saluian. *lib.* 2. *qu.* 11. *nu.* 4. *etc.*

Vaſallus non poteſt in præiudicium domini, & ſuorum 5
agnatorum imponere cenſum ſuper feudo, ſine ipſius domini licentia, cùm non poſſit illud alienare, nec hypothecare, poſſet tamen quoad ſui præiudicium tantùm, Cenc. *de Cenſ. quæſt.* 21. *per tot.* Clar. §. *Feudum quæſt.* 35. *et ſeqq.* vbi an poſſit hypothecare, dare in dotem, conſtituere ſeruitutem, compromittere, tranſigere, teſtari, & huiuſmodi, Ricc. *Collect.* 2178. *etc.*

Vaſallus an, & quando poſſit teſtificari pro domino ſuo, 6
refert opiniones Afflict. *deciſ.* 304. vide Farinac. *quæſt.* 55. *inſpect.* 3. *per tot.* Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1398. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 244. *et ſeqq. fol.* 317. vbi plura ſummatim de more, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 444. *num.* 8. *et ſeqq.* vbi quòd de veriori probat, vel ſolum aliquid minuitur de fide, non autem repellitur, maximè ſi agatur de facto alijs nullatenus, vel difficilius noto, vel ſi teſtis ſit clericus, qui tanquam exemptus à iuriſdictione laicali benè teſtificari poteſt pro domino ſuo temporali.

Quòd

Quòd licet vaſallus non poſſit ſponte teſtimonium ferre, nec eſſe aduocatus contra dominum, tamen coactus à iudice probet etiam pro domino, latè Gratian. *diſcept. for. cap.* 597. *per tot. cap.* 736. *num.* 47. Gabriel. *comm. concl. tit. de teſt. concl.* 10. *num.* 26. *&c.* Farinac. & Iordan. *loc. cit.* vide in §. *Teſtis num.* 1. *& ſeqq.*

7 Vaſallo defuncto tenentur agnati ſuccedentes in feudo ſuſcipere inueſtituram à domino intra annum, & diem ſub pœna caducitatis, & quando poſſint excuſari, Surd. *deciſ.* 148. *per tot. deciſ.* 342. *per tot. lib.* 2. Ricc. *Collect.* 1553. Ganauer. *deciſ.* 32. *per tot.* vbi quòd de iure Regni Neapolitani eſt pœna duplicati releuij, ſine ſpe reſtitutionis in integrum, etiam in minoribus, *& deciſ.* 33. vbi vnde ſumatur quantitas releuij, nempè à medietate fructuum feudi, quando incipiat dictus annus, & alia ad rem in *deciſ. ſeqq.*

Sicut etiam tenetur vaſallus petere Inueſtituram feudi à nouo domino infra dictum tempus ſub eadem priuationis pœna, ad latè tradita per Tuſch. *litt. F. concluſ.* 124. *per tot.* Ricc. *Collect.* 1553. Io. Paul. Balzaran. *tract. de feud. tit.* 22. *fol.* 103. vbi de tempore petendæ Inueſtituræ.

Qualiter teneatur præſtare iuramentum fidelitatis, & plura de huiuſmodi iuramento, Nouar. *in Pragm. Reg. Collect.* 108. *per tot.* latè Balzaran. *d. tract. tit.* 5. *& ſeqq. fol. mihi* 144. *& ſeqq. ad* 155.

8 Vaſallus non poteſt priuari feudo ab hæredibus domini propter culpam, quam ipſe dominus in vita ſua ad animum non reuocauit, ſed per taciturnitatem remiſit, niſi culpa, vel felonia fuerit talis, per quam remanſerit ipſo iure priuatus, quia tunc non poſſet iuuari taciturnitate, Roland. *conſ.* 81. *num.* 16. *lib.* 3. Marſil. *in Rub. ff. de fideiuſſ. num.* 343. vide in §. *Mors num.* *& §. Pœna num.* Clar. §. *Feudum quæſt.* 64. *per tot.*

9 Vaſallus non tenetur adiuuare Dominum contra Imperatorem, nec ad id poteſt ſe obligare etiam cum iuramento, cùm ſit contra bonos mores, & ſemper perſona Domini ſuperioris cenſetur exceptuata, Pract. Papp. *libell. reuocat. feud. gloſ. Contra debitum.*

Ad quæ teneatur vaſallus verſus dominum, & è contra dominus verſus vaſallum, latè Tuſch. *litt. F. concl.* 115. *&* 116. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 35. *per tot. vol.* 6. Nouar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.* 28. *& ſeqq.* Cabed. *deciſ.* 44. *part.* 2. Io. Paul. Balzaran. *tract. de feud. prout in recent. verb. Dominus, & verb. Vaſallus,* Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Vaſallus,* vbi plura remiſſiuè.

An autem Vaſallus teneatur iuuare dominum pauperem in dotatione filiarum, latè Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 5. *gloſ.* 4. *num.* 13. *& ſeqq. fol.* 47. *&c.*

Item non tenetur adiuuare dominum pugnantem contra propriam Ciuitatem ipſius vaſalli, cùm nec filius patrem, nec pater filium tali caſu adiuuare teneantur, Pract. Papp. *loc. cit. num.* 4.

Item non tenetur præſtare ſeruitia domino bannito, vel excommunicato ab Imperatore, vel Papa, & tali caſu cenſetur abſoluto à iuramento fidelitatis, Pract. Papp. *vbi ſupra num.* 5. Ioſeph Feliu. *in Margar. var. concl. verb. Vaſallus fol.* 117. *col.* 2. *verſ. Declara.*

Item non tenetur ſuis ſumptibus adiuuare dominum, niſi ex pacto, vel conſuetudine, maximè ſi iniuſtam guerram moueret; ad defenſam verò licet ipſe vaſallus ſit certus iniuſtitia belli, & quando eſt dubius omni caſu debet adiuuare dominum, alias cadit à iure feudi, Pract. Papp. *loc. ſupr. cit. num.* 6. *&c.* Ioſeph Feliu. *loc. cit.* vbi quòd tenetur tantùm adiuuare in bello iuſto, vel dubio, ſecùs autem in palam iniuſto.

Quòd teneatur proprijs ſumptibus, quia obligatus ad aliquid faciendum tenetur id facere ſuis ſumptibus, Clar. §. *Feudum quæſt.* 21. *num.* 1. vbi plura, quomodo vaſallus teneatur adiuuare dominum contra omnes, Larrea *Alleg. fiſc.* 62. *& ſeqq.*

Non etiam tenetur vaſallus præſtare alimenta domino vltra fructus feudi, Gratian. *diſcept. for. cap.* 916. *num.* 40. vide Clar. *in §. Feudum quæſt.* 23. *per tot.* vbi refert contrarias opiniones, & declarat, latiùs Surd. *de alim. tit.* 1. *quæſt.* 55. *per tot.*

Quòd vaſallus, ſiue feudatarius, etiam liber ab omni ſeruitio perſonali, poſſit aliquando compelli ad ſeruiendum perſonaliter domino ſuo, vel taxare ſeruitium in pecunia, veluti ex cauſa iuſti belli, & huiuſmodi, atque ad hoc poſſit requiri ſub pœna priuationis feudi, & propterea intereſſe domini habere inuentarium, & librum de omnibus bonis feudalibus, ac eorum redditibus, vt in neceſſitatibus ſcire poſſit quid, & quantum exigere valeat, Marth. *vot. Piſ.* 34. *per tot.*

Vaſallus habens plures dominos inter ſe pugnantes neminem tenetur adiuuare, niſi vnus fuerit primus alijs, vel iuſtè faciat guerram, alij verò iniuſtè, nam tunc deberet primum, vel iuſtè bellantem adiuuare etiam contra patrem, vel filium ipſius vaſalli, Pract. Papp. *libell. reuocat. feud. gloſ. contra debitum,* vide Tuſch. *litt. F. concl.* 129. *per tot.* Caluin. *de aquit. lib.* 2. *cap.* 188. vbi quòd tenetur primo inſeruire perſonaliter, & alijs per ſubſtitutum iuxta vires feudi, Coſta *de re integra diſtinct.* 28. 10

Quomodo autem, & quando quis poſſit eſſe vaſallus plurium dominorum, vel non, Menoch. *de arbitr. caſ.* 584. *num.* 1. *& ſeqq.*

An ſubditus, & vaſallus poſſit irrequiſito domino ſuo, & ſine illius conſenſu ſe ſubijcere alterius Principis, vel domini protectioni, cum quibus pactis, & conditionibus, aliaque plura ad propoſitum, Dian. *part.* 10. *tract.* 7. *per tot.* vbi refert diuerſas opiniones, & ipſe negatiuæ adhæret cum aliquibus, facit Peregrin. *deciſ.* 149. *num.* 8. vbi quòd ſubditus vnius Principis non poteſt ſe ſubijcere iuriſdictioni alterius Principis ſuo inconſulto, vide in §. *Iuriſdictio num.* 7. Sanfelic. *deciſ.* 29. *num.* 4. *&c.* vbi inuito Barone non poteſt alium iudicem eligere, nec Baro inuito vaſallo illum alteri delegare, & *deciſ.* 419. *num.* 67. *& ſeqq.* Carleual. *de iudic. tit.* 1. *diſput.* 2. *num.* 1093. *&* 1119. *& ſeqq.* Cyriac. *contr.* 26. *&* 98. *&c.* remiſſiuè Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Vaſallus num.* 10. modern. Raynald. *ver. crim. Proœm.* §. 11. *num.* 46. *& ſeqq.* vbi an Baro iuta conſcientia poſſit in præiudicium ſui ſubditi remittere cauſam ſuperiori in prima inſtantia, & benè diſtinguit, vt ibi per eum.

An autem vaſallus poſſit inuito domino mutare domicilium, recedendo a loco cum vxore, & familia, & extinguere in ſe iuriſdictionem ſui ſuperioris, Sanfelic. *in praxi ſect.* 8. dixi in §. *Domicilium infra num.* 17.

Quòd vaſalli inuiti non poſſit alienari, vel alteri locari à domino, Martha *vot. Piſ.* 240. *num.* 7. *& ſeqq.*

Vaſallus amittens arma, vel equos in bello, non repetit à domino, qui tamen ſi conuocaret alios amicos non vaſallos teneretur actione mandati ad omnes intereſſe quando bellum fuit iuſtum, ſi verò fuerit iniuſtum, diceretur mandatum rei turpis, quod non parit actionem, Pract. Papp. *libell. ad reuocat. feud. gloſ. contra debitum num.* 9. 11

Vaſallus amittit feudum ſi deſerat dominum viuum, vel mortiferè vulneratum ſi poterat illum adiuuare; Item ſi per violentiam aggrediatur dominum, vel locum vbi moratur; Item committendo parricidium, vel dormiens, ſiue dormire ſentans cum vxore domini, ſiue aliter eam turpiter tangens, vel neptem, ſororem, vel nurum, Pract. Papp. *libell. ad reuocat. feud. gloſ. Nec ſuperſtitibus num.* 17. *&c.* vbi triginta, & plures cauſas amittendi feudum enumerat, Clar. §. *Feudum quæſt.* 48. *cum pluribus antecedentibus, & ſeqq.* 12

Quòd vaſallus, qui vxorem quondam domini conſtuprauit, feudo priuetur, quia vidua cenſetur adhuc viuere in matrimonio, ideò ſicuti priuatur ob adulterium, ſic etiam ob ſtuprum priuari debeat, Menoch. *de arbitr. caſ.* 288. *num.* 23. *& ſeqq.* Clar. *d. quæſt.* 48. *per tot.*

Ex quibus delictis, vel cauſis vaſallus amittat feudum, plenè Franc. Curt. *tract. de feud. part.* 4. *princ. per tot.* Roſental. *de feud. vol.* 2. *cap.* 10. *concl.* 12. *& ſeqq. ad* 38. Ricc. *Collect.* 438. Card. Tuſch. *litt. F. concl.* 197. *& ſeqq.* vbi etiam an, & ex quibus deuoluatur ad dominum, vel ad agnatos, & Paul. Chriſtin. *deciſ.* 298. *vol.* 1. *& deciſ.* 73. *& ſeqq. vol.* 6.

Quòd non poſſit vaſallus feudo priuari ſine iuſta cauſa, & quæ ſit iuſta cauſa, idem Tuſch. *litt. V. concl.* 31. *per tot.*

Et ſpoliatus feudo à ſuo Principe qualiter poſſit contra illum agere ſpolio, & in alijs caſibus etiam ſe defendere, latè Martha *vot. Piſ.* 166. *per tot.*

An autem ita agens teneatur docere de titulo, negatiuè concludit idem Martha *vot.* 185. *per tot.* contra Collegium Patauinum contrarium tenens.

Vaſallus alienans feudum ſine conſenſu domini, illud amittit, ſi verò alienet cum conſenſu domini in extraneos ſibi tantùm præiudicat, non autem agnatis, qui poterunt 13

illo

illo mortuo reuocare huiuſmodi alienationem, Pract. Papp. *libell. ad reuocat. feud. gloſ. nec ſuperſtitibus num.* 24. *&c.* Clar. §. *Feudum quaſt.* 21. *& quaſt.* 41. *per tot.* Card. Tuſch. *litt. F. concl.* 192. *& ſeqq.*

Qualiter poſſit ex cauſa neceſſitatis alienare feudum, requiſito tamen domino, qui tunc non poteſt conſenſum denegare. latè Menoch. *de arbitr. caſ.* 182. *per tot.* Card. Tuſch. *litt. F. concl.* 186. *per tot.* 192. *& ſeqq.*

Quòd etiam vaſalli, & ſubditi non poſſint ſine illorum conſenſu alienari à domino, Tuſch. *litt. F. concluſ.* 125. *& litt. V. concl.* 30. *per tot.*

14 Vaſallus condemnatus pro aliquo delicto, propter qood non poſſit honeſtè ſtare in Curia domini, nec officia, & iura vaſalli implere, amittit feudum, cui verò tunc ſit applicandum, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 182. *per tot.* vide in §. *Feudum num.* 11. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 300. *vol.* 1.

Quòd amittat feudum malè in eo verſando, putà male tractando ſubditos, Menoch. *de arbitr. caſ.* 78. *num.* 4. vbi tenet contra Clar. in §. *Feudum quaſt.* 56.

An poſſit incidere arbores fructiferas, §. *Feudum quaſt.* 47. Tiraquel. *de retract. conuent.* §. 3. *gloſ.* 1. *num.* 25. *&c.*

15 Vaſallus ſi feudum ammittat an illud reuertatur ad dominum directum, vel potiùs tranſeat in agnatos vaſalli, vide Clar. §. *Feudum quaſt.* 66. vbi videtur concludere quod reuertatur ad dominum ſi finiatur propter delictum tendens in perſonam illius, alias ſecus, & plures caſus latè diſtinguit Cabal. *caſ.* 182. vide in §. *Feudum num.* 11. latè Tuſch. *litt. F. concl.* 193. *& ſeqq. & concl.* 197. 198. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 300. *vol.* 1. *& deciſ.* 78. *&c. vol.* 6.

Item ad dominum reuerti, ſi propter finitam lineam finiatur, Magon. *deciſ. Flor.* 54. *num.* 34. & Tuſch. *litt. F. concl.* 196. quid ſi agatur de feudo alteri ſubinfeudato, vide in §. *Feudum num.* 25.

Quòd autem ordine ſeruato vaſallus ſit priuandus feudo ex cauſis permiſſis, an priuetur ipſo iure, vel per ſententiam, ad quos feudum amiſſum deuoluatur, quid de melioramentis, quis ſit iudex competens in cauſis feudalibus, & alia plura Paul. Chriſtin. *deciſ.* 77. *& ſeqq. per tot. vol.* 6.

16 Vaſallus bannitus à Rege, & priuatus bonis, ſi fuerit reſtitutus ad gratiam, & ad bona, non recuperat feudum, quod fuit interim in alium vaſallum tranſlatum, niſi exprimatur, quia in dubio Princeps intelligitur fac ere gratiam ſine præiuditio tertij, cui medio tempore fuit ius quæſitum, Pract. Papp. *libell. ad reuocat. feud. gloſ. contra debitum num.* 10. Clar. §. *fin. queſt.* 51. *verſ.* 5. vide in §. *Reſtitutio num.* 28.

Si tamen fuerit reſtitutus pro habenda pace in Regno, vel ſtatu, recuperat etiam bona alienata, & licèt expreſsè non ſit datum, Capyc. *deciſ.* 69. *num.* 3. *&* 22. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 289. *vol.* 1.

17 Vaſallus tenetur rebellare contra Principem nimirum emungentem, eique ob mala tractamenta reſiſtere, cum etiam dominus tyrannicè viuens, vel in Vaſallum committens poſſit expelli, & proprietate priuari, ad latè tradita per Capyc. *deciſ.* 69. *num.* 34. *& ſeqq.* facit Viui. *comm. opin.* 999. vide in §. *Spolium nu.* & §. *Dominus nu.*

Cauendum tamen ſemper vaſallis ab huiuſmodi reſolutionibus, ne dum diſputatur quid licitum ſit de iure, aliud irremediabile ſibi contingat de facto.

An, & quando vaſallus inuito domino poſſit recedere à loco, vel etiam non recedendo eximi ab eius iuriſdictione propter oppreſſiones, afflictiones, ſæuitias, & mala tractamenta, Nouar. *tract. de grauam. vaſall. pralud.* 5. Sanfelic. *in Praxi ſect.* 8. *&* 9. Nouar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.* 29. Iul. Capon. *tom.* 3. *diſcept.* 199. Cyriac. *cont.* 78. 243. 378. Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Vaſallus nu.* 12.

18 Vaſallus non habet iuriſdictionem in conuaſallum, & quando ſecùs, & alia, Tuſch. *lit V. concl.* 24. *&c.*

19 Quantum expedit domino vaſallorum conſeruatio, & augumentum, ac quomodo fiat, & maior Principis diuitiæ in eorum diuitia conſiſtat, communi tamen, & mediocri, & alia plura remiſſiuè, de vaſallis, eorum iure, & obligatione, Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Vaſallus per tot.*

20 De Vaſallis, eorum iuribus, & obligationibus verſus Dominum, & alia multa tradunt Bertachin. *Repert. verb. Vaſallus*, Thoro *comp. deciſ. Neap. part.* 1. *&* 2. *eod. verb.* Ioſeph Feliu. *Margar. var. concl. eodem verb.* Cabed. *deciſ.* 44. *part.* 2. Capiblanc. *tract. de Baron.* Nouar. *tract. de grauam. Vaſall.* Bobadill. *lib.* 2. *Politic. cap.* 16. Cyriac. *contr.* 26. Balzaran. *de feud. prout in Indice verb. Vaſallus*, cæterique plures relati à Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Vaſallus*, & à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *eod. verb. fol.* 773. & nouiſſimè Ant. de Vilaplana *Illuſtrat. feudal. verſ.* 6. *cum Addit. per tot. fol.* 209. *& ſeqq.* Io. Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. in locis indicatis in Repert. gen. in fine part.* 3. *verb. Vaſallus*, Ant. Gob. *Conſult.* 142. vbi an inuiti poſſint alienari, vel infeudari à ſuo Principe, & alienati, vel inferiori infeudati valeant ſe ipſos redimere, & in manus Domini ſuperioris reponere, &c. vide in §. *Princeps nu.* 30. & Andreol. *contr.* 402. *per tot.*

§. VBERTAS. V.

1 VBertas dicitur quando vltrà conſuetum non modicum, ſed multum percipitur de fructibus arbitrio iudicis, Salyc. *in l. licet C. locat.* Rom. *conſ.* 434. *num.* 2. *&c.* Boſſ. *tract. var. tit. de remiſſ. merced. num.* 25. *&c.* vide in §. *Remiſſio num.*

2 De vbertate vnius anni compenſanda cum ſterilitate alterius anni, *l. ſi vno ff. locat.* Bertachin. *Repertor. verb. Vbertas* Alia indicat Steph. Doyz. *in ſuo Indice*, & alij citati à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *verb. Vbertas fol.* 774.

3 Vbertas annonæ augetur cura, & diligentia Præfectorum, ſicut ex negligentia ſequitur inopia, & alia quomodo vbertati annonæ tempore peſtis fuerit Romæ prouiſum Card. Gaſtal. *tract. de auert. & proflig. peſt. Polit. legal. in pluribus locis indicatis in Repert. verb. Graſcia, & verb. Vbertas.*

§. VECTVRALES. VI.

1 VEcturales non tranſeuntes per ſolitum, & conſuetum iter cauſa fraudandi vectigalia, vel aliter, ſuſtinent omne periculum circa merces in huiuſmodi itinere inſolito, Caſtr. *in l. cum proponamus, C. de naut. fæn.* Lanfranc. Zacch. *tractat. de ſalar. & merced. quaſt.* 88. *num.* 33. *&c.*

Quando tamen via recta eſt valdè lutuoſa, & minus tuta, & ex hac cauſa per obliquam incedunt, excuſantur, Surd. *conſ.* 12. *num* 28. *&c.* Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 159. *num.* 13. *&c.*

Si autem detegatur fraus gabellæ, an ipſi vecturales, vel dominus mercium ſentiant damnum amiſſionis, & pœnas, vide Bald. *conſ.* 417. *lib.* 1. *conſ.* 51. *lib.* 4. Cuman. *conſ.* 21. Card. Tuſch. *litt. V. concl.* 34. *per tot.* dixi in §. *Gabella num.* 25. *&c. in Pract.* §. *Veturali num.* 6. adde Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 114. *vol.* 1. *per tot.* vbi poſt multa concludit, ac fuiſſe deciſum teſtatur, merces alterius ignorantis non cecidiſſe in commiſſum, *& deciſ.* 269. *num.* 25. *&c. vol.* 1. vbi quòd periculum eſt vecturales, ſi ipſe fuit in dolo, vel culpa, ſi verò fuit dominus in dolo, & vecturalis in culpa, imputatur domino, qui non notificauit qualitatem mercium; Vecturalis enim non poteſt ex dolo ſuo facere, vt dominus amittat merces, etiam ſtante ſtatuto id diſponente, ſed tenetur vecturalis releuare dominum ſi ſit ſoluendo, alias dominus reſtitui aduerſus pœnam commiſſam, ac ita fuiſſe iudicatum.

2 Vecturales circa merces vehendas tenentur regulariter de dolo, lata, & leui culpa, non tantùm propria, ſed etiam eorum, quorum opera ipſi vtuntur, & quandoque etiam de leuiſſima, ac ad omne damnum, niſi probent omnem poſſibilem diligentiam adhibuiſſe, & damnum eueniſſe ex mero caſu fortuito, de quo ceſſante culpa non tenentur, *l. ſicut certo*, §. *nunc videndum*, *ff. comod. l. ſi merces*, §. *qui columnam*, *ff. locat.* Cyriac. *contron.* 166. *per tot. lib.* 1. Lanfranc. Zacch. *tractat. de ſalar. & merced. quaſt.* 88. *num.* 26. *& ſeqq.* vide in §. *Locatio num.* 11. §. *Electio num.* 3. §. *Periculum num.* 11. latè Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 26. *per tot.* vbi quòd ceſſante dolo, vel lata, ſiue leui culpa non tenentur de caſu fortuito, & quando teneantur de leuiſſima, vel non, & alia ad propoſitum, facit eadem Rot. *d. part.* 12. *deciſ.* 73. *num.* 8. *& ſeqq. & deciſ.* 159. *per tot.* vbi etiam an, & quando dominus mercium teneatur probare culpam vecturalium, vel potiùs ipſi vecturales adhibuiſſe debitas diligentias, & diſtinguit prout dixi *in* §. *Conductor num.* 29.

Ve-

3 Vecturales an poſſint prætendere ſalarium conuentum ſi merces caſu in itinere perierunt, ita vt ad locum deſtinatum non fuerint tranſlatæ, vide in §. *Salarium num.* 17. Signorol. *conſ.* 195. *num.* 5. *&* 6. Tuſch. *litt. V. concl.* 37.

An habeant hypothecam, & retentionem mercium pro mercede ſibi debita vide in §. *Hypotheca num.* §. *Retentio num.* *&* §. *Salarium num.* *in Pract.* §. *Vetturalis num.*

An probent circa conſignationem mercium ab ipſis factam, vide in §. *Portator num.* 1. *& in Pract.* §. *Vetturali num.* 11.

An habeant actionem ad repetendum pretium equorum, vel mulorum locatorum viatoribus, ſi itinere perierint, Bald. *conſ.* 404. *lib.* 2. *conſ.* 52. *lib.* 3. Alex. *conſ.* 183. *lib.* 7. Tuſch. *litt. V. concluſ.* 36. *litt. C. concluſ.* 481. Catoc. *de locat. & conduct. fol. mihi* 18. *num* 17. *fol.* 173. *per tot.* Magon. *deciſ. Flor.* 56. Gratian. *cap.* 677. *num.* 13. *&c.* vide in §. *Conductor num.* *in Pract.* §. *Vetturalis num.* 10.

4 Vecturales aſſerentes amiſiſſe merces, vel alias res ſibi conſignatas in itinere, debent huiuſmodi amiſſionem probare aliter quam per iuramentum, niſi concurrent coniecturæ id ſuadentes in caſu difficilis probationis, ac etiam admiſſa, & probata huiuſmodi amiſſione; ſi fuerit ex culpa, & negligentia ipſorum, tenentur ad pretium liquidandum iuramento domini, præcedente iudicis taxatione vbi interuenit dolus, alias arbitrio ipſius iudicis ſumptis debitis informationibus, Corn. *conſ.* 314. *lib.* 4. Ludouic. *dec. Peruſ.* 10. *num.* 16. facit Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 135. *num.* 8. *&c. lib.* 6. *præſumpt.* 61. *per tot.* Genu. *de ſcript. priuat. in Addit. quæſt.* 20. *per tot. fol.* 39. Caualer. *deciſ.* 103. *&* 523. *num.* 4. Gratian. *diſcept. for. cap.* 71. 262. *&* 468. Rot. per Farinac. *deciſ.* 238. *&* 239.

5 Vecturales, ſiue Muliones an poſſint cum beſtijs oneratis iter inchoare in diebus feſtis ſine peccato mortali, variæ ſunt opiniones; ſed poſſe iter iam cæptum continuare videntur omnes admittere, imò etiam inchoare audita prius Miſſa, probat Dian. *part.* 5. *tract.* 15. *reſol.* 56. vide in §. *Feria num.* 6.

6 De vectoribus, & vecturalibus Stephan. Daoyz. *in ſuo Indice*, & alij citati à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *verb. Vectores fol.* 776. vbi quòd Vecturales pro mercibus deperditis non poſſunt petere mercedem vecturæ, ex Ioſeph. Ramon. *conſ.* 59.

7 Vectores Graſciarum, & Mercium, quibus cautelis vti deberent, & fuerint admiſſi Romæ tempore peſtis, Card. Gaſtald. *tract. de auert. & profl. Peſt. Polit. legal. in locis indicatis in Repertorio verb. Vectores, & verb. Graſcia.*

8 Vectores quando teneantur, & ad quid pro effuſione Vini, Olei, vel alterius liquoris ab illis ſuſcepti ad vehendum de loco ad locum mercede conuenta, quando dicantur in culpa, vel non, & de qua culpa teneantur, latè Cyriac. *contr.* 166. *per tot.* & dixi plures allegando in §. *Locatio num.* 10. *&* 11. *cum addit.*

§. VENDITIO. VII.

1 VEnditio, vt dicatur perfecta debent concurrere tria requiſita ſubſtantialia, nempè res vendita, conſenſus, & pretium determinatum non collatum in arbitrium alterius ex contrahentibus, licèt poſſit conferri in arbitrium tertij, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 500. *num.* 14. *&c. cap.* 545. *num.* 43. *&c.* Altograd. *conſ.* 10. *num.* 8. *&c. lib.* 1. Card. Tuſch. *lit. V. concluſ.* 44. *&* 45. Marcian. *diſput. forenſ. cap.* 40. *num.* 23. *cap.* 50. *num.* 15. *& ſeqq.* Ricc. *Collect.* 3614. plenè Rot. *in Nouiſſ. part.* 6. *deciſ.* 172. *per tot.* coram Merlino *inter impreſſas eiuſdem deciſ.* 567. *& part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 271. plura de hac materia tradit Caldas Pereyr. *tract. de empt. & vendit. per tot.* & pleniùs Hermoſil. *ad leg. partit. tom.* 2. *per tot. fol.* 391. *&c.* vbi quòd dictis tribus requiſitis concurrentibus eſt perfecta venditio, nec eſt locus pœnitentiæ, etiam re integra, & licèt dictum fuerit, quòd fiat inſtrumentum infra octo dies, vel aliud tempus, & illud factum non fuerit; niſi appareat partes aliter ſe obligare noluiſſe, niſi prius facto inſtrumento, & ſic voluiſſe fieri ſcripturam, vel inſtrumentum non pro ſimplici probatione, ſed pro ſubſtantia contractus, & obligationis, vt dixi *in* §. *Scriptura num.* 21. *& in reſol. cap.* 1. *num.* 19. *&* 50. vbi quòd ſcriptura in dubio dicitur requiſita ad probationem, & non ad ſubſtantiam contractus, vide Altograd. *conſ.* 11. *num.* 16. *&c. lib.* 1. Cabal. *conſ. deciſ.* 120. *per tot. lib.* 2. & alios per me vbi ſupra citatos, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 53. *cum pluribus ſeqq. vol.* 3. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 139. vbi quòd concurrentibus dictis tribus requiſitis, venditio dicitur ſtatim perfecta, & poteſt probari quolibet alio modo legitimo ſine ſcriptura, *& part.* 14. *recent. deciſ.* 184. *num.* 3. *&c.* Bich. *deciſ.* 638. *per tot.* vbi quando non ſit perfecta ante confectionem inſtrumenti, & ex quibus arguatur de ſubſtantia, quid in dubio, & alia, idem Bich. *deciſ.* 664. quæ eſt ſupracitata *part.* 11. *deciſ.* 139. Fagundez *de iuſt. & contract. lib.* 5. *cap.* 2. *per tot.* vbi de dictis requiſitis, vt contractus in vtroque foro ſit obligatorius, Gibalin. *de vniuerſ. negotiat. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *art.* 1. *fol.* 55. *&c.*

Multa quando poſſit venditio conferri in arbitrium vnius ex contrahentibus, Surd. *deciſ.* 82. *&* 114. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 534. *num.* 4. *&c.* Altograd. *conſ.* 11. *per tot. lib.* 1. vbi examinat omnia prædicta tria requiſita ſubſtantialia, an poſſint ſimul, & complexiuè in alterum ex contrahentibus, vel in ambos conferri, & an diſiunctiuè, & vnumquodque de per ſe ſeparatim, & concludit quòd non, licèt aliqua qualitas accidentalis poſſit conferri, vt ibi latè per eum, & ante ſequutam declarationem non valet contractus, ſed eſt locus reſciſſioni, etiam ſi res fuerit tradita, declaratione verò ſequuta incipit valere prout ex nunc, Hermoſil. *loc. cit. gloſ.* 5. *leg.* 9. *fol.* 463. *&c.* vbi plura an valeat venditio pro pretio ab vno ex contrahentibus, vel à tertio declarando.

Quòd poſt factam traditionem ſuſtineatur venditio poſita in alterius voluntatem, ſicut etiam ſuſtinetur de æquitate canonica, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 534. *num.* 14. *&c.* vide *in* §. *Locatio num.* 1. Merlin. *deciſ.* 567. *per tot.* Martha *vot. Piſ.* 151. *per tot. & vot.* 208. vbi quòd ſuſtinetur tamquam contractus innominatus, & agitur præſcriptis verbis,

Intelligendo quando contractus eſt perfectus in ſubſtantialibus, aliàs poteſt ab eo recedi, & res tradita reuocari per conditionem ſine cauſa, & quando traditio fuit perfecta, & libera in omni ſua parte, alias non dicitur facta executio contractus, ſi pro parte tantùm ſit obſeruatus, & non dicitur res tradita ſi non ſit tradita in totum, & immunis ab omni ſeruitute, & obligatione, cùm defectus in minimo obſtet, & faciat eſſe locum reſciſſioni contractus per viam exceptionis, ad tradita per Altograd. *conſ.* 10. *num.* 35. *& ſeqq. lib.* 1.

Quòd venditio facta pro prætio declarando à communibus amicis eligendis ſtatim valeat, & dicatur perfecta, etiam ante æſtimationem, & declarationem DD. *in l. vendentes C. de contrah. empt.* Vrſil. ad Afflict. *deciſ.* 85. *num.* 6. *&c.* Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 19. *num.* 33. *& ſeqq.* Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſ.* 8. *part.* 13. *nu.* 55. Gomez. *var. reſol. tom.* 2. *cap.* 2. *num.* 9. Altograd. *conſ.* 6. *num.* 91. *&* 92. *lib.* 1. Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 91. *num.* 9. *& ſeqq.* Fagundez *de iuſt. & contract. lib.* 5. *cap.* 29. *per tot.*

Si tamen amici electi noluerint, vel non potuerint in tempore illis ſtatuto pretium declarare, reſoluitur venditio tamquam defecta conditione, & vno ex eius ſubſtantialibus requiſitis, *l. fin. C. de contrah. empt. & in* §. *pretium Inſtit. de empt. & vend. vbi DD.* latè Merlin. *deciſ.* 567. *per tot. & deciſ.* 605. vbi fuit comprobata prima deciſio, vt ſupra, nullo diſſentiente, *& deciſ.* 719. vbi quòd idem eſt ſi periti diſcordent in ſtatuendo pretio, & an tunc ſit eligendus tertius, & an iſte tertius teneatur vni adhærere, vel poſſit nouam æſtimationem ex ſe facere, vide *in* §. *Peritus num.* 9. Ricc. *Collect.* 3614. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 38. *num.* 1. vbi quòd venditio facta pro pretio æſtimando, illo non certificato eſt conditionalis, & imperfecta, Rot. *part.* 6. *recent. deciſ.* 172. *& part.* 15. *deciſ.* 32. vbi quid ſequuta traditione, & ſolutione debitorum venditoris.

Et quando pretium eſt incertum poteſt declarari arbitrio iudicis, Menoch. *de arbitr. caſ.* 143. *per tot.* Franch. *deciſ.* 23. *per tot.* Martha *vot. Piſ.* 152. vbi quòd facta venditione pro pretio à peritis declarando, illis mortuis, vel non declarantibus, ſi res fuit tradita, & pars pretij ſoluta, licèt ex venditio agi non poſſit, agatur tamen præſcriptis verbis, etiam executiuè propter ſtipulationem, & iudex debeat arbitrari pretium, ac quanto tempore duret facultas æſtimandi, & alia ad rem, *et vot.* 208. vbi etiam an tunc emptor, cui fuit res tradita, & non ſoluit pretium, quia adhuc erat incertum, teneatur ad fructus recompenſatiuos iuxta æquitatem, *l. curabit C. de act. empt.* & negatiuè con-

concludit, ſtante dolo partis procraſtinantis æſtimationem, ex quo ceſſat dicta æquitas.

Sed non valere emptionem ſi pretium conferatur in perſonam incertam, & innominatam probat Cabal. *conſ.* 130. *num.* 5. *&* 6. *lib.* 1.

Quòd ſit nulla venditio ſi fictè, & imaginariè fiat conuentio de pretio, ſecùs ſi verè, etiam ſi non ſit ſolutum, cùm ſufficiat obligatio illud ſoluendi, & habitam fuiſſe de eo fidem, & ex quibus excludatur ſimulatio, Altograd. *conſ.* 90. *num.* 20. *& ſeqq. lib.* 2.

Sunt tamen multi, qui non poſſunt habere fidem de pretio, vt dixi *in §. Administrator*, *§. Procurator*, *& §. Tutor*.

Quòd venditio, & emptio poſſi probari per epiſtolam vti contractus, qui conſenſu perficitur, Genu. *de ſcript. priuat. lib.* 3. *quæſt.* 6. *per tot. fol.* 129.

Probatur etiam per teſtes, dummodò tamen deponant de certo, & determinato pretio, ſecùs ſi ſimpliciter tantùm de actu venditionis, & quando hoc ſufficiat, benè Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concluſ.* 1401. *per tot.*

Quòd facta venditione pro certo pretio cum pacto ſupplendi, vel reſtituendi quatenùs res magis, vel minus æſtimaretur, nihil ſit ſupplendum, vel reſtituendum, niſi à partibus fuerit probatum plus, vel minus valuiſſe, Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 387.

2 Venditio de ſui natura non requirit ſcripturam, ſed poteſt probari per teſtes, maximè ſi etiam deponant de pretio, Tiraquel. *de retract. conſangu. in fine num.* 86. *etc.* Rom. *conſ.* 81. Magon. *deciſ. Flor.* 135. *num.* 2. *etc. vbi num.* 14. quòd non obſtat ſi fuerit facta mentio de conficiendo inſtrumento, niſi appareat contrahentes non aliter voluiſſe obligari, Theſ. *deciſ.* 197. *per tot.* Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 148. *per tot.* Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 271. *et part.* 3. *deciſ.* 34. Altograd. *conſ.* 11. *num.* 16. *&c.* vide *in §. Contractus num.* *§. Scriptura num.* Tuſch. *lit. V. concluſ.* 65. vbi quòd probatur per teſtes, & qualiter deponere debeant, Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concluſ.* 1401. *per tot.* Caldas Pereyr. *tract. de empt. et vendit. cap.* 19. *per tot.* Hermoſil. *ad leg. partit. tom.* 2. *gloſ.* 1. *leg.* 6. *fol.* 455.

Quomodo probetur per confeſſionem ipſius venditoris etiam in præiudicium alterius, & ſecundi emptoris, Magon. *d. deciſ.* 135. *num.* 9. *& ſeqq.*

3 Venditio inter mercatores dicitur perfecta quando fuit data commiſſio de emendis mercibus, ſequuta emptione, & facto debitore committente in libris pro certo pretio, ita vt etiam ſi poſtea committens efficiatur decoctus iam ſuo merco appoſito, non poſſit alteri pęnitere, & merces velle retinere, ſed ſunt quæſitæ creditoribus, cum quibus debebit ad concurſum venire, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 500. *per tot.* facit quòd dixi *in §. Periculum num.* vide *num. ſeqq.*

4 Vendens rem habita fide de pretio ſine reſeruatione dominij, ſi emptor nondùm ſoluto pretio efficiatur fallitus, nullum priuilegium habet in re vendita, licèt adhuc extet, ſed venit in concurſu cum alijs, ad tradita per Rodriquez *tract. de concurſ. credit. part.* 1. *art.* 7. *num.* 9. *verſ.* 3. Neguſ. *de pign. part.* 5. *membr.* 2. *num.* 18. Gayl. *obſeru.* 15. *per tot. lib.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 25. *num.* 4. *cap.* 900. *num.* 15. *&c. cap.* 911. *num.* 24. Altograd. *conſ.* 9. *num.* 69. *&c. lib.* 1. Viui. *comm. opin.* 1012. *&* 1025. Bich. *deciſ.* 627. *&* 629. Franch. *deciſ.* 506. *num.* 3. *&c.* Merlin. *de pign. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 47. *& lib.* 4. *tit.* 1. *quæſt.* 41. *per tot.* Tondut. *tract. de præuent. part.* 1. *cap.* 31. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 159. *volum.* 1. vbi quòd ſi ex aliqua coniectura poſſit conſtare non fuiſſe habitam fidem de pretio, non tranſit dominium in emptorem, ſed ipſe venditor præfertur; ac tradendo rem venditam in dubio non cenſetur habuiſſe fidem de pretio, ſed id probandum eſt ab allegante, licèt alij contrarium teneant; ſed abſque dubio vera eſt reſolutio quando emptor promiſit ſoluere incontinenti, & non ſoluit, latè Hermoſil. *ad leg. Partit. tom.* 2. *gloſ.* 1. *per tot. leg.* 28. *tit.* 5. *fol.* 548. *&c.* vbi notat, & explicat multos caſus, in quibus venditor non cenſetur habuiſſe fidem de pretio, & alios, in quibus videtur habuiſſe fidem de pretio, docetque cautelas, quibus poſſit ſe tueri, vt omnibus alijs creditoribus emptoris in re ſua vendita præferatur, Griuel. *deciſ.* 56. *per tot.* Tondut. *de præuent. part.* 1. *cap.* 31. *per tot.* Conciol. & Romagner. *ad Statut. Engub. lib.* 2. *Rub.* 53. *per tot.*

Quòd vendens habita fide de pretio licèt in foro exteriori non præferatur in re vendita creditoribus emptoris non ſoluendo exiſtentis, niſi ſibi dominium reſeruauerit, tamen ſecùs ſit in foro conſcientiæ, imò de æquitate in ſupremis tribunalibus, & inter mercatores in vtroque foro ſit omnibus præferendus verius exiſtimat Valer. *de differ. vtriuſque fori verb. Venditio, differ.* 10. *per tot.* de qua materia plenè Manſ. *Conſult.* 10. *per tot. lib.* 1. *& Conſult.* 343. 344. *&* 345. *lib.* 4. ad euerſionem deciſionis Rotæ Florentiæ, Parlador. *rer. quotid. lib.* 1. *cap.* 8. *per tot.* vbi docet plures cautelas, quibus vendens habita fide de pretio, poteſt ſibi conſulere aduerſus cæteros emptores creditores, Vela *Differt.* 30. *per tot. volum.* 1.

Quando autem venditor ſibi reſeruaſſet dominium ſuper re vendita donec ſit de pretio ſatisfactus, prout communiter fieri ſolet, tunc eſſet cæteris omnibus præferendus in re vendita pro pretio ſibi non ſoluto, & poſſet intentare Saluianum contra tertios poſſeſſores, ad quos peruenerit, Scapuc. de Saluian. *lib.* 1. *quæſt.* 16. *per tot.* Altograd. *conſ.* 9. *num.* 69. *& ſeqq.* Caualer. *deciſ.* 429. Paul. Chriſtin. *d. deciſ.* 159. *per tot. vol.* 1. Mangil. *de euict. quæſt.* 40. *cum ſeqq.* Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 5. *num.* 63. *& ſeqq. & num.* 29. Franch. *deciſ.* 506. *per tot.* vbi quòd verum eſt reſpectu ipſius rei venditæ, non autem reſpectu melioramentorum in ea factorum, in quibus, vel illorum pretio ſunt præferendi alij creditores emptoris quatenùs ſint tempore anteriores, vide *in §. Melioramenta num.* Vrceol. *in Append. ad d. cap.* 5. *in fine* 2. *vol. fol.* 9. vbi quòd dicta reſeruatio operatur vt non tranſeat dominium in emptorem, & prælationem quoad omnes, ac etiam quoad eum qui mutuauit emptori pecuniam ad emendum cum ſpeciali reſeruatione hypothecæ, & alia, vide *in §. Reſeruatio num.* 1. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 284. vbi de venditore mercium, cum reſeruatione dominij, & hypothecæ ſuper mercibus tunc in fundaco exiſtentibus, & poſtea ſubrogandis, donec fuerit ſatisfactus, quòd ſit præferendus omnibus, & quibuſcumque creditoribus, etiam anterioribus, & priuilegiatis eiuſdem debitoris, per text. *in l. licet* 7. vbi Bart. & alij *C. qui pot. in pign. hab.* Neguſ. *de pign. part.* 5. *membr.* 2. *num.* 18. Gratian. *diſcept.* 730. *num.* 1. *et alios*. Fontanel. *de pact. nupt.* 2. *clauſ.* 7. *gloſ.* 2. *part.* 9. *fol.* 429. vbi plura an venditor, qui pro pretio ſibi cauit de ſpeciali hypotheca rei venditæ præferatur in ea mulieri anteriori, ac de ſimilibus quæſtionibus Hermoſil. *loc. ſup. cit.* Conciol. & Romaguer. *loc. cit.* & Griuel. *deciſ.* 56. Tondut. *de præuent. part.* 1. *cap.* 31. *per tot.*

Item ſi poſſit colligi ex coniecturis, vel aliter probari, quòd emptor habuerit animum frangendi fidem, & non ſoluendi pretium, licèt venditor habuerit fidem de illo, & ſibi non reſeruauerit dominium, eſſet adhuc præferendus in re vendita cuicumque alteri creditori ipſius emptoris, etiam priuilegiatiſſimo, cùm tunc dominium non cenſeatur translatum, quia dolus emptoris videtur dediſſe cauſam contractui, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 967. *per tot.* vbi adducit multas ex dictis coniecturis, Menoch. *de arbitr. caſ.* 203. *num.* 25. vbi quòd iſto caſu poteſt venditor ſuas merces vindicare, *infr. nu.* 14. Ioſeph. Feliu. *in Margar. var. concluſ. verb. Venditor fol.* 120. *col.* 1. vbi refert DD. tenentes venditorem, qui habuit fidem de pretio præferri in rebus venditis cæteris anterioribus, eo quia ſi non ſoluto pretio res emptori non acquiritur, multò minus alijs, ſed poſtea contrarium firmat, niſi venditor ſibi hypothecam ſpecialem reſeruauerit, vel emptor ſtatim fefellerit iuxta prædicta, ampliando etiam in mutuante, vt non ſit potior in re empta ex pecunia mutuata, niſi quoad habentes actionem perſonalem tantùm, de quo vide *in §. Mutuum num.* 8.

Quando venditor habeat aliquod ius, vel prælationem in ſuis mercibus pro illarum pretio ſibi non ſoluto, plenè Gizzarel. & Addentes *deciſ.* 39. *& deciſ.* 59. *per tot.* Bich. *deciſ.* 627. *&* 629. *per tot.*

Quòd vendens aliquid mobile, ſi illud reperiat in poſſeſſione debitoris, cæteris creditoribus præferatur, etiam ſi fidem habuerit de pretio, Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit.* 7. *art.* 8. *in Addit. verſ. Notandum*, vbi allegat Gayl. *lib.* 2. *Obſeru.* 15. Griuell. *deciſ.* 56. *& alios*.

Quòd venditori rei habita fide de pretio ſit obligata res ipſa, etiam ſi tranſmutata ſit illius forma in aliam rem vbi emptor non eſt ſoluendo, Calum. *de æquit. lib.* 1. *cap.* 91.

Venditor ob pretium ſibi non ſolutum poteſt rem venditam vindicare, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 326. *num.* 2. *&c.* 5

&c. cap. 523. *num.* 28. *&c.* Magon. *deciſ. Flor.* 91. *num.* 7. vbi videtur intelligere quando adeſt reſeruatio dominij, vel non fuit habita fides de pretio.

Poſſet etiam alteri impunè vendere ſtante dicta reſeruatione dominij, idem Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 354. *num.* 55. *&c. cap.* 523. *num.* 18. *&c.* Magon. *deciſ. Luc.* 31. *per tot.*

Quòd ante ſolutionem pretij, vel habitam fidem de illo, numquam de iure tranſeat dominium in emptorem, idem Gratian. *cap.* 730. *num.* 23. vide latè Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 5. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 328. *num.* 6. *&* *num.* 18. Bich. *deciſ.* 136. *num.* 16. vbi quod venditio habet in ventre reſeruationem hypothecæ, donec pretium ſoluatur, cuius vigore pretio nondum ſoluto venditor agere poteſt, facit quod dixi *in §. Emptio num.* 1. *in fine*.

Quòd ob pretium non ſolutum, non ſit locus reſciſſioni contractus, ſed debeat agi ad illud conſequendum, text. *in l. in cauſa C. de rei vindic.* vbi notant Bart. Bald. Caſtr. Salyc. & alij per Altograd. *conſ.* 1. *num.* 4. *lib.* 1. & latiùs *conſ.* 9. *per tot. lib.* 1. vbi plenè, & magiſtraliter, an, & quando liceat venditori pœnitere, & rem venditam vindicare ob pretium non ſolutum, & multos caſus diſtinguit, *infr. num. ſeqq.*

6 Vendens habita fide de pretio, & tradens, non habet amplius regreſſum ad rem venditam, ſed tantùm ad pretium, quia in contractibus bonæ fidei facta executione non eſt ampliùs locum pœnitentiæ, & reſeruatio dominij operatur tantum prælationem aduerſus alios creditores reſpectu pretij non ſoluti, non autem operatur contra eumdem emptorem rei vindicationem ſi non ſoluerit, quia huiuſmodi reſeruatio non facit contractum conditionalem, ſed purum, & pœnitentiæ locum non præſtat, Magon. *deciſ. Luc.* 17. *num.* 11. *& ſequentibus*, vide Tondut. *de præuent. part.* 1. *cap.* 31. *per tot.* & alios ſupracitatos *num.* 5. *verſ. Quod ob pretium*, Mangil. *de euict. quæſt.* 40. *& ſeqq.* vbi plura de hac materia.

Maximè autem ſtante receptione partis pretij, per quam videtur renunciatum reſolutioni contractus, Magon. *loc. cit. num.* 16. *&c.* licèt videatur facere contra, idem Magon. *deciſ. Luc.* 31. *per tot. cum Addit.* vbi tamen loquitur quando fuit interim res locata emptori.

Quòd ſtante reſeruatione dominij, ſiue per pactum, ſiue per ſtatutum competat venditori hypothecaria ſi velit agere ad pretium, ac etiam rei vindicatio ſi eligat reſciſſionem contractus adhuc imperfecti, & ſic eſſe in electione venditoris, vel agere ad pretium per hypothecariam, vel ad reſciſſionem contractus per rei vindicationem contra Magon. & alios concludit Altograd. *conſ.* 9. *num.* 64. *&* 65. *per tot. lib.* 1. vbi etiam *num.* 66. *&c.* oſtendit verius eſſe quòd non competat hypothecaria, ſed ſola rei vindicatio.

Quòd iuxta veriorem opinionem reſeruatio dominij reddat contractum conditionalem, & liceat rem vindicare ob pretium in tempore non ſolutum, latè Altograd. *conſ.* 9. *num.* 15. *& ſeqq. & num.* 48. *lib.* 1.

7 Venditor ſi rem venditam non tradidit, nec pretium recepit, non tenetur frangenti fidem ſeruare, prout ſi ipſe rem tradidit ſub ſpe pretij ſibi ſtatim numerandi, & ſic non habita fide de illo, non transfert dominium in emptorem, & pretio non ſoluto poteſt pœnitere, & rem venditam, ac etiam vt ſupra traditam vindicare, cùm ſit de natura venditionis, vt dominium non transferatur etiam re tradita niſi pretio ſoluto, aut habita fide de illo, vt benè probat Altograd. *conſ.* 9. *num.* 1. *& ſeqq. lib.* 1. ſequitur Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 5. *num.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 75. *num.* 3. *&c. vol.* 3. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 328. *num.* 6. *&* 18.

Intellige dummodò res ſit integra, vt quia aliqua pars pretij non fuerit ſoluta, nam ſi pars pretij ſit ſoluta, venditor ampliùs pœnitere non poteſt, cùm per huiuſmodi receptionem videatur in totum renunciaſſe facultati contractum reſcindendi; vel niſi emptor ſtatim pretium offerat, quia per huiuſmodi oblationem impeditur venditor ne bona vendita poſſit vindicare, ſed tantùm pretium oblatum conſequi, dummodò hæc oblatio fiat re integra, & ante ius alteri quæſitum, Altograd. *d. conſ.* 9. *num.* 11. *& ſeqq.* Vrceol. *Conſult. for. d. cap.* 5. *per tot.*

Quòd ſi venditor rem tradidit habita fide de pretio, prout præſumitur habuiſſe ex ſimplici traditione, niſi contrarium appareat, vel ſi dilationem aliquam conceſſit emptori, cenſeatur dominium in ipſum emptorem transtuliſſe, nec poſſit ampliùs pœnitere, ſed tantùm agere ad pretium ſibi promiſſum, ſiue contractus fuerit purus, ſiue conditionalis, Altograd. *d. conſ.* 9. *num.* 5. *& ſeqq. lib.* 1. Vrceol. *Conſult. forenſ. d. cap.* 5. *num.* Chriſtin. *d. deciſ.* 75. *vol.* 3. Bich. *deciſ.* 552. vbi quando dicatur habita fides de pretio ad effectum translationis dominij.

Quando liceat ab emptione, vel venditione recedere, vel non, vide latè Paul. Chriſtin. *deciſ.* 70. *et* 71. *volum.* 3. Vrceol. *de tranſact. quæſt.* 42. vbi plura quando emptor, re ſibi libera non tradita, poſſit è contractu recedere, vel alijs remedijs à iure paratis vti, & dixi *in §. Emptor*.

Vendens habita fide de pretio, ſed adiecto pacto legis 8
commiſſoriæ, ſcilicet quòd illo in tempore non ſoluto res ſit inempta, vel expreſſè ſibi dominium reſeruando donec pretium fuerit ſolutum, dominium non transfert, niſi ſub conditione, qua non ſequuta poteſt rem vindicare, prout etiam ſi res fuerit locata emptori donec pretium ſoluat, quo caſu interim dicitur locatio perfecta, & propria, non autem venditio, & tamquam re non tradita ex titulo venditionis, ſed tantùm locationis poteſt venditor pretio ſibi non ſoluto pœnitere, & de re ſua ad libitum diſponere alteri vendendo, ad latè tradita per Altograd. *conſ.* 9. *num.* 14. *et ſeqq. lib.* 1. vbi in aliquid recedit à Magon. *deciſ. Luc.* 17. & etiam oſtendit allucinatum, Gratian. *diſcept.* 523. *num.* 17. *et* 22. *et alios*, vide Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 5. *num.* 12. *et ſeqq. et num.* 53. *et ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 86. *num.* 3. *et* 87. *num.* 2. *vol.* 3. vide *in §. Pactum num.* 9. Fagundez *de inſt. et contract. lib.* 5. *cap.* 45. *per tot.* Gibalin. *de vniuerſ. negot. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 5. *art.* 1. *per tot.*

Quòd in prædictis caſibus poſſit venditor ſibi non ſoluto pretio huiuſmodi rei vindicationem exercere contra quoſcumque poſſeſſores, in quos ab emptore fuerit alienata, nulla ipſius emptoris, vel eius bonorum facta excuſſione, nec ipſe venditor ob negligentiam in exigendo pretium ab emptore amittat ſibi ius competens ex reſeruatione dominij, niſi interueniant requiſita ad præſcriptionem neceſſaria, quidquid contrarium tenuerint Barz. *deciſ.* 72. probat Altograd. *d. conſ.* 9. *num.* 100. *& ſeqq. lib.* 1. vide *in §. Reſeruatio num.* Vrceol. *d. cap.* 5. *num.*

Vendens fundum habita fide de pretio cum reſeruatione 9
dominij donec illud ſoluatur transfert nihilominus omne periculum in emptorem, *l. ſicut emptio §. fin. cum l. ſeqq. vbi gloſ. & DD. C. locat.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 354. *num.* 48. *&c. cap.* 523. *num.* 17. *&c. cap.* 206. *num.* 11. *&c. cap.* 772. *num.* 7. Altograd. *conſ.* 9. *num.* 26. *et ſeqq. ad* 33. vbi dicit allucinatum fuiſſe, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 523. *num.* 17. *&c.* dùm arguit à perfectione contractus reſpectu periculi ad perfectionem reſpectu traditionis, & tranſlationis dominij, & ipſe Altograd. oſtendit periculum ſpectare ad emptorem cum diſtinctionibus, de quibus *in §. cum autem Inſtit. de empt. & vendit.* & alij ibi per eum relati *num.* 30. & plenè probat Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 5. *num.* 60. *& ſeqq. per tot.* Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 53. *num.* 16. *& ſeqq.* vide *in §. Damnum num. & §. Periculum num.*

Contrarium tenent alij ea ratione, quia ſemper periculum ſpectat ad dominum rei, at in propoſito caſu dominium eſt apud venditorem ex reſeruatione, non apud emptorem, ergo &c. Dec. *conſ.* 179. Boſſ. *de remiſſ. merced. nu.* 102. Caſtr. *in l.* 2. *C. de pericul. et commod. rei vend.* Cyriac. *contr.* 164. *lib.* 1. *per tot.* facit Magon. *deciſ. Flor.* 91. *nu.* 6. *etc.*

Vendens habita fide de pretio poteſt interim percipere 10
fructus annuatim pecuniæ ſibi debitæ pro dicto pretio, ſi res vendita ſit fructifera, ne emptor fruatur, re, & pretio per text. *in l. curabit C. de act. empt.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 206. *num.* 9. *&c.* vide *in §. Emptio num.* 4. *in reſol. cap.* 84. *num.* 15. *et per tot. cap.* 98. *num.* 36. *in Pract. §. Vendere num.* 49. Dian. *part.* 3. *tract.* 5. *reſol.* 114. vbi quid in foro conſcientiæ, & refert diuerſas opiniones, latè Fagundez *de inſt. et contract. lib.* 5. *cap.* 8. *et* 9. *per tot.* vbi etiam quid ſi pretium ſit in depoſito donec venditor illud inueſtiat, *et cap.* 46. *per tot.*

Quòd maximè procedit quando venditor ſibi reſeruauit dominium paciſcendo vt interim res intelligatur emptori locata pro certa annua penſione ad rationem v. g. ſex pro centenario, Magon. *deciſ. Flor.* 92. *num.* 16. *et ſeqq.* Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 5. *n.* 14. *et num.* 68. *etc.* Staiban. *de intereſſ. lib.* 2. *tit.* 9. *qu.* 1. *per tot.* Leotard. *de vſur. qu.* 24. Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 24. Durand. *dec.* 35. Couar. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 4. Azor. *Inſtit. mor. part.* 3. *lib.* 8. *cap.* 15. cum alijs per eos citatis.

Ven-

11 Venditor ſi ſit in mora tradendi tenetur ad intereſſe poſt moram, non tamen ob id poteſt emptor recedere à contractu, licèt ageretur de rebus conſiſtentibus in pondere, numero, vel menſura, in quibus ante menſurationem non dicitur perfecta venditio quoad periculum, ſed benè quoad indiſſolubilitatem, *Afflict. deciſ.* 280. vide *in §. Emptio num.* 2.

An autem venditor cogatur præcisè emptori rem tradere, vel præſtando intereſſe liberetur, & qua actione ad id cogi poſſit, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 324. *vol.* 1. Tuſch. *litt. V. concluſ.* 55. Fachin. *contr. lib.* 2. *cap.* 30. Idem Chriſtin. *deciſ.* 61. *num.* 2. *vol.* 3. vbi etiam quid ſi datæ fuerint arrhæ, & dixi *in §. Contractus num.* 25.

Quòd teneatur ad intereſſe quanti plurimi ob moram in tradendo, & qualiter probetur, Menoch. *de arbitr. caſ.* 120. *per tot.* Altograd. *conſ.* 45. *num.* 4. *&c. lib.* 2. vide *in §. Æſtimatio num.* Dian. *part.* 3. *tract.* 5. *reſol.* 113. vbi qualiter teneatur ad intereſſe non ſolùm intrinſecum, ſed etiam extrinſecum, tam in foro fori, quàm in foro conſcientiæ.

12 Venditor nedum, ſed etiam vendere promittens tenetur ad fructus recompenſatiuos verſus emptorem pro rata pretij ſibi ſoluti, & recepti, ſi ipſe rem non tradidit, ob illam rationem, ne fruatur re, & pretio iuxta *l. curabit C. de act. empt.* Natt. *conſ.* 384. *num.* 5. Magon. *deciſ. Luc.* 17. *num.* 35. vide *in §. Fructus num.* 29. *& ſeqq.*

13 Venditor licèt faſſus fuerit recepiſſe pretium, ſi perpetuò apud eum non remanſit, ſed fuit reſtitutum emptori, vel alteri, qui mutuauit pro oſtenſione, poteſt agere contra emptorem, vt præcisè ſoluat, & dominium effectualiter transferat, nec liberatur præſtando intereſſe, imò poſſet venditor ex hac cauſa rem traditam vindicare, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 326. *per tot.* vide *in §. Pretium num.* intelligendo vltimum dictum iuxta ſuperiùs tradita.

14 Vendens in re vendita ſibi pro ſolutione pretij obligata præfertur etiam vxori emptoris dotem repetenti, *l. licèt cum ibi not. C. qui pot. in pign. hab.* Caſtr. *in l.* 1. *num.* 3. *ff. de act. empt.* Cepol. *caut.* 124. Neguſ. *de pign. part.* 4. *num.* 33. *quæſt.* 4. *& part.* 5. *membr.* 2. *num.* 17.

In contrarium pro muliere eſt text. *in §. his conſequent Auth. de æqualit. dot.* Bart. *poſt gloſ. in l. interdum ff. qui pot. in pign.* Afflict. *deciſ.* 306. vide *in §. Mercator num.* 3. *ſupra num.* 4.

Mulier tamen tradens in dotem bona æſtimata licèt faciat venditionem, poteſt ex ſpeciali priuilegio ad illa recurſu habere non attenta fictione iuris, quòd effecta fuerint bona mariti, *l. in rebus dotalibus C. de iur. dot.* quem text. benè explicat Altograd. *conſ.* 9. *num.* 74. *lib.* 1. vide *in §. Fundus num.* *& §. Mulier num.*

Quòd vendens merces mercatori præferatur in ſuis mercibus alijs creditoribus ſi emptor aufugiat illis exiſtentibus, Iaſ. *in l. creditor num.* 5. *ff. ſi cert. pet.* Caſtr. *in l.* 1. *num.* 3. *C. de act. empt.* Addit. ad Pract. Papp. *act. hypoth. gloſ.* ſub eodem obligatione *verb. Qui mutauit* vide ſupra *num.* 4.

15 Vendens rem pacto quòd ſit ſpecialiter hypothecata alicui creditori emptoris, facit vt huiuſmodi creditor licèt poſterior omnibus præferatur in dicta re, dummodò pactum apponatur in principio contractus ante traditionem, vel in ipſa traditione antequam ſit ius quæſitum alijs creditoribus emptoris per text. *in l. ſi et C. qui pign. hab.* Neguſ. *de pign. part.* 4. *num.* 33. *& part.* 5. *membr.* 2. *num.* 17. Franch. *dec.* 97. *per tot.* vide *in §. Pactum num.* 23. Tuſch. *lit. H. concluſ.* 128. vbi ampliat etiam quoad melioramenta.

Imò ſufficere huiuſmodi pactum eſſe appoſitum non attento an in principio, medio, vel fine inſtrumenti, cùm in eodem inſtrumento non datur priùs, neque poſteriùs, & ſic reprobato in hoc Neguſ. ſimpliciter dictam concluſionem ſequuntur alij, Surd. *deciſ.* 157. Franch. *deciſ.* 369. Scapuc. de Saluian. *lib.* 2. *quæſt.* 14. *num.* 4. Paciſ. *eod. tract. inſpect.* 3. *cap.* 2. *num.* 510. *&c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 175. Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 1. *quæſt.* 23. *per tot.* Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 40. *num.* 5. *&c.* vide *in §. Creditor num.* *§. Emptio num.* 49. *§. Mutuum num.* *§. Extremum num.* 7.

Sed dictum pactum, etiam in principio contractus appoſitum, non operari prælationem contra Neguſant. probat Gabr. Vaſquez. *Opuſc. moral. tract. de pign. & hypothec. cap.* 5. *§.* 3. *num.* 2. *& ſeqq fol. mihi* 220.

16 Venditio rerum conſiſtentium in pondere, numero, vel menſura, quando fuit facta non ad corpus, ſed ad pondus, numerum, vel menſuram, quoad periculum non perfecta ante ponderationem, numerationem, vel menſurationem, ſed adhuc ſpectat ad venditorem, quo verò ad indiſſolubilitatem contractus dicitur vndique perfecta concurrentibus alijs requiſitis neceſſarijs, de quibus in ea *num.* 1. Afflict. *deciſ.* 280. *num.* 1. *& deciſ.* 399 *per tot* vbi Vrſil. Capyc. *deciſ.* 14. *num.* 6. *& ſeqq.* Hermoſil *ad leg. Partit. tom.* 2. *gloſ.* 1. *&c. leg.* 23. *fol.* 531. *ad* 547. vbi videtur tenere quòd ſi adeſſet conſtitutum, vel interpellatio ad menſurandum, res haberetur pro tradita, & pro menſurata, ſicque contractus remaneret vndique perfectus, vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 549. *num.* 13. *&c.* Tuſch. *litt. V. concluſ.* 49. Azor. *Inſtit. moral. part.* 3. *lib.* 8. *cap.* 26. P. Steph. de Neap. *de præcip. iur. & inſt. part. lib.* 2. *cap.* 42. *num.* 11. *&c.* Leonci. *deciſ. Ferr.* 38. *per tot.* Proſper. Rendel. *tract. de vinea, vindem. et vino fol.* 63. *per tot.* dixi *in §. Vinum num.* 5. *et §. Periculum num.* 3. *etc.* latè Ioſeph. de Roſa *Conſult.* 68. *per tot.* Anſald. *conſ.* 89. *num.* 1. *et ſeqq.* Gibalin. *de vniuerſ. negotiat. lib.* 1. *cap.* 6. *conſect.* 3. *fol.* 180.

Quòd ante factam menſuram ſit conditionalis, non poſſit capi poſſeſſio, nec fructus, ita vt contra ingredientem competat remedium ſpolij, niſi venditor aliter patiatur, Gratian. *deciſ.* 191. *et diſcept. forenſ. cap.* 318. 512. *et* 704. *per tot.* Tuſch. *d. concluſ.* 49. *et alij præcitati.*

An venditio, vel alia conceſſio ſit facta ad corpus, vel ad menſuram multum refert, nam primo caſu omne augmentum, vel diminutio cedit commodo, & incommodo emptoris, ſi aliàs contractus ſit perfectus, ſecundo autem caſu ſpectat ad venditorem, ante menſurationem. Dicitur autem fieri ad corpus quando in primis fit mentio ipſius rei, videlicet terræ modiorum decem, & vnico ſtatuto pretio, & ad menſuram quando initium ſumitur à numero, puta vendo decem modia terræ iuxta tales fines ad rationem centum pro modio, Afflict. *deciſ.* 68. *num.* 3. *deciſ.* 399. Capyc. *deciſ.* 14. *per tot.* Cabal. *conſ. deciſ.* 56. *lib.* 1. *& conſ.* 165. *per tot. d. lib.* 1. vbi quòd ſi minor ſit menſura, debet minui canon, vel pretium, quidquid ſecùs in augmento, & quare, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 256. *num.* 44. *cap.* 566. *num.* 4. *etc.* Viui. *comm. opin.* 1018. *num.* 2. Ioſeph Feliu. *in Margar. var. concluſ. verb. Venditio fol.* 118. *col.* 2. Amat. *deciſ. Ferr.* 40. *per tot.* Surd. *deciſ.* 64. *et deciſ.* 257. *per tot.* Anſald. *conſ.* 89. *num.* 3. *et ſeqq.* Gibalin. *loc. cit.* Pariſ. *conſ.* 64. *lib.* 1. Tuſch. *lit. V. concluſ.* 48. Borgn. *deciſ.* 52. *num.* 10. latè Pacion. *de locat. et conduct. cap.* 24. *per tot.* Fagundez *de iuſt. et contract. lib.* 5. *cap.* 44. *per tot.* Couar. *pract. quæſt. cap.* 3. Gomez. *var. reſol. cap.* 2. *de empt. et vendit. tom.* 2. Fachin. *contr. iur. lib.* 2. *cap.* 27. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 59. *per tot. vol.* 3 Merlin. *deciſ.* 611. *nu.* 10. *etc.* Gregor. *deciſ.* 104. *et* 128. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 135. *in fine part.* 17. *deciſ.* 1. *per tot.* vbi etiam quòd empto prædio cum expreſſione certæ menſuræ, & maiori reperta, non tenetur emptor augere pretium quidquid ſecùs ſit in venditione ob malam espreſſionem ſcienter facta, *et part.* 19. *deciſ.* 46. *per tot.* vbi quid ſtante dictione *in circa*.

Quid operetur expreſſio confinium, Gratian. *cap.* 657. *num.* 26. *etc.* Altograd. *conſ.* 74. *num.* 63. *et lib.* 2. Chriſtin. *d. deciſ.* 59. *num.* 2. *et ſeqq. vol.* 3. Merlin. *deciſ.* 245. Ludouiſ. *deciſ.* 168. vbi quòd cenſetur ad corpus quando venditor noluit ſe reſtringere ad certum numerum, & vſus fuit clauſula, *quamtumcumque ſit*, Cabal. *conſ.* 165. *lib.* 1. vbi quòd conceſſio dicitur ad corpus, quando primò continet rem, ſecundò menſuram, & poſtremò confines, Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 1. *per tot.*

Quòd licèt venditio ſit ad corpus, teneatur nihilominus venditor præſtare menſuram enunciatam, aliàs minuatur pretium pro rata, niſi menſura, quæ in vi veritate reperitur quantumuis minor eſſet talis bonitatis, vt reddatur toti pretio proportionata, Durand. *deciſ.* 395. *num.* 2. Surd. *deciſ.* 64. *&* 257. Benintend. *deciſ. Bonon. deciſ.* 30. *per tot.* Cabal. *conſ.* 165. *per tot. lib.* 1. vbi plura, & cur diuerſum, & non idem in augmento ſtatuatur declarat Ricc. *Collect.* 111. Rot. *part.* 9 *recent. deciſ* 93. vbi intelligit quando defectus eſt in notabili quantitate, vel fuit conuentum de certa menſura, vide *in §. Menſura num.* 1. *in fine*, Rot. *d. part.* 9. *deciſ.* 135 *per tot. in eadem cauſa*, vbi plura notabilia de hac materia, & infra quantum tempus ſit facienda menſura, vel poſſit peti ſupplementum, Bich. *deciſ.* 93. *et* 111. *per tot.* Tuſch. *lit. V. concluſ.* 48. *num.* 2. 3. 13. *&c.* vbi refert contrarias opiniones, ſicuti con-

contrarium videntur tenere, quòd in venditione facta ad corpus non ſit locus augmento, nec diminutioni pretij, Azor. *Inſtit. moral. par. 3. lib. 8. cap. 20.* Couar. *pract. quaſt. cap. 3.* intellige prout dixi *in Pract. §. Vendere num. 34. & §. Læſio num. 9.* vbi adde Sperel. *dec. 119. num. 66. & ſeqq.* Chriſtin. *d. dec. 59. num. 2. &c. vol. 3.* Fagundez *de iuſt. & contract. lib. 5. cap. 44. & per tot.* Gibalin. *loc. ſupra cit. n. 6. fol. 183.*

Cuius loci menſura ſit attendenda, & an menſurandæ ſint viæ, ac foſſata, Paul. Chriſtin. *deciſ. 53. num. 5. & ſeqq. vol. 3.* vide *in §. Menſura num. 1.* Anton. Gob. *tract. de aquis quaſt. 30.* vbi an ſint menſuranda foſſata, & Ludouiſ. *dec. 155.* vbi an ſit menſuranda Berleda, & an veniat in numero tornaturarum venditarum, ac affirmatiuè concludit, & quæ dicatur ripa fluminis, cùm iſta regulariter non ſit menſuranda, & an veniat in venditione, Surd. *conſ. 376.* Ludouiſ. *deciſ. 168.* Viui. *comm. opin. 1018.* vbi plura an, & quando ſint menſuranda foſſata, & fluminis ripa, Gibalin. *de vniuerſ. negotiat. tom. 2. lib. 4. cap. 4. conſect. 4. fol. 72. &c.*

Ad quem ſpectet periculum rei venditæ ante traditionem, an ſcilicet emptori, vel venditori, latè, & magiſtraliter Dian. *par. 11. tract. 7. reſol. 32. per tot.* Dicaſtil. *de iuſt. lib. 2. tract. 9. diſput. 1. dub. 2. per tot.* & alij per eos citati, Amat. *deciſ. Ferr. 63. per tot.* & dixi *in §. Periculum*, latè Ioſeph de Roſa *Conſult. 68. per tot.*

17 Venditio quando dicatur conditionalis, ita vt non impleta conditione reſoluatur, vel per inobſeruantiam, ſiue non implementum, adeò vt ſit arbitrio alterius agere vel ad implementum, vel ad reſciſſionem contractus, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 307. per tot cap. 523. num. 18. &c.* Altograd. *conſ. 9. n. 8. &c. lib. 1.* vide *in §. Contractus n. 4.*

Quando autem, & ex quibus arguatur reſciſſio contractus ex mutuo partium conſenſu, & an talis reſciſſio intelligatur ſub eadem conditione, ſub qua contractus erat initus, & ſic illa retenta, vel liberè, Rot. *in Ferrarien. Tenuta Diamantina 13. Iunij 1676.* coram Albergato poſt Vrceol. *de tranſact. dec. 89. per tot.*

Quòd reſoluta venditione teneatur venditor reſtituere pretium, Corn. *conſ. 147. n. 19. &c. lib. 2.* Merlin. *dec. 268.*

Quod venditio conditionalis ſit valida, & perfecta quoad obligationis ſubſtantiam, & interim non liceat ab ea recedere, ac purificata conditione retrotrahatur ad diem celebrati contractus, & perindè ſit ac ſi fuiſſet purè celebrata, & incipiat eſſe periculum emptoris, ſicuti conditione deficiente reddatur nulla, & alia plura de requiſitis ſubſtantialibus ad illam perficiendam, Altograd. *conſ. 90. n. 14. & ſeqq. ad 43. lib. 2.*

Quòd ante purificatam conditionem periculum ſpectet ad venditorem, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 549. num. 13. &c.* Altograd. *conſ. 9. num. 9.* Quia ante euentum conditionis, re non tradita, dominium non transfertur in emptorem, & ideò periculum totalis interitus ſpectat ad venditorem; periculum verò diminutionis, & deteriorationis, ſine tamen culpa venditoris, ſpectat ad emptorem, prout & commodum augmenti, latè idem Altograd. *conſ. 13. per tot. lib. 1.*

18 Venditio, an potiùs permutatio dicatur quando vna cum pretio datur etiam aliqua ſpecies, dic quòd ſi valor ſpeciei ſuperat pecuniam numeratam erit permutatio, ſi verò pecunia ſuperat ſpeciem erit venditio, & quando pecunia eſt æqualis cum ſpecie erit pro parte venditio, & pro parte permutatio, niſi huiuſmodi ſpecies tradatur æſtimata, quia tunc pretij mentio facit venditionem, Gratian. *diſcept. for. cap. 206. n. 22. cap. 273. n. 50. cap. 885. n. 18. &c.* Magon. *deciſ. Flor. 33. per tot.* vbi hincindè diſputat ad effectum cognoſcendi quanta debeat eſſe gabella, quæ ſi non fuerit ſoluta, contractus redditur nullus, latè Tiraquel. *de retract. lignag. §. 30. gloſ. 1. per tot.* Rot. *par. 13. recent. dec. 384. num. 9. et ſeqq.* vbi quòd attenditur etiam denominatio contrahentium, Fagundez *de iuſt. et contract. lib. 5. cap. 7. per tot.* vbi conuenit cum prædictis, & eſt magni effectus, quia ex permutatione duplex de iure debetur gabella, niſi aliter ſeruetur de conſuetudine.

Quòd vbi interuenit æſtimatio rerum hincinde traditarum ſit venditio, & non permutatio, quia mentio pretij facit venditionem, Dec. *conſ. 160. num. 2. etc.* Rot. *par. 2. diuerſ. deciſ. 127. num. 1.* Altograd. *conſ. 14. num. 2. et ſeqq. lib. 1. et conſ. 9. num. 29. et 30. lib. 2.* Paul. Chriſtin. *dec. 107. num. 2. vol. 3.*

19 Venditio bonorum pupillarium quas ſolemnitates requirat, & qualiter illis non ſeruatis poſſit reuocari, vide *in §. Alienatio num.*

Quòd in dubio venditio iuſtè, & legitimè facta præſumatur, & contrarium aſſerens probare teneatur vnà cum cauſa iniuſtitiæ, Maſcard. *de probat. vol. 3. concluſ. 1400. per tot.*

20 Venditio quando dicatur ſimulata, Pract. Papp. *cum Addit. cauſ. vend. gloſ. 1. num. 3.* Cabal. *conſ. dec. 38. per tot. lib. 1.* vbi in terminis Statuti Mercantiæ Florentiæ *Rub. 11.* quando venditio facta per ceſſantes præſumatur ſimulata in fraudem creditorum, & nulla. Reliqua vide *in §. Simulatio.*

De venditione facta reſeruato conſenſu alicuius, vide *in §. Alienatio num.*

21 Venditio rei ſubiectæ fideicommiſſo facta per hæredem grauatum, cui competat detractiones, antequam fructus perceperit, qualiter ſit valida, & emptor poſſit moleſtari pro rata huiuſmodi detractionum, vide *in §. Exceptio num. et §. Grauatus num.*

In quibus alijs caſibus ſit permiſſa venditio bonorum fideicommiſſariorum, & quomodo, vide *in §. Alienatio num. et §. Bona.*

22 Venditio facta ab executoribus teſtamentarijs non requiſito hærede eſt nulla, nec transfert poſſeſſionem in emptorem, licèt fuerit immiſſus, & licèt illis fuerit data poteſtas à teſtatore liberè, & plenè vendendi, Gratian. *diſcept. for. cap. 329. n. 28. etc.* vide *in §. Executor num.*

De venditione facta ex præcepto teſtatoris, & quòd non poſſit fieri executori teſtamentario, Rot. *par. 10. recent. dec. 179. num. 2. et ſeqq. et num. 16.* vide *in §. Alienatio num. 18.*

23 Venditio nulla dicitur approbata per petitionem pretij, & illius conſecutionem, ita vt non ampliùs detur actio ſpolij, licèt fuerit conditionalis, cùm per huiuſmodi conſenſum videatur tranſlata omnis poſſeſſio, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 704. per tot.* vide *in §. Ratificatio num.*

Si tamen fuerit facta per metum, non videtur approbata per receptionem pretij, ſed vt ſibi magis ſit cautum, *l. ſi per vim*, vbi Bart. & alij, *C. quod met. cauſ.* Euerard. *loc. a vi iuram. num. 75.*

24 Venditio continens læſionem vltra dimidium iuſti pretij non valet, *l. 2. cum ibi notatis, C. de reſcind. vend.* vide *in §. Læſio num. 7. etc. et §. Remedium num. 34. et ſeqq.* latè Paul. Chriſtin. *dec. 66. cum pluribus ſeqq. volum. 3.* Viui. *comm. opin. 1047.* vbi qualiter ſuccurratur venditori, & eius hæredibus, vt vel reſtituto pretio habito, reſtituatur res vendita, vel ſuppleatur pretium, Gibalin. *de vniuerſ. negotiat. tom. 2. lib. 4. cap. 6. art. 3. per tot. fol. 169. etc.*

Valeret tamen ſtante clauſula, *et quod plus eſt donauit*, quid ſtante iudicis decreto vel facta ſubhaſtatione, & ſimilibus, Soccin. *Reg. 531.* vbi duodecim limitationes adducit ad dictam regulam.

De dicta clauſula, an, & quando faciat ceſſare remedium *l. 2. C. de reſcind. vend.* latè Menoch. *de arbitr. caſ. 144. per tot.* vbi quòd ceſſat dictum remedium quando venditor ſciebat iuſtum rei valorem, & fuit de eius conſenſu appoſita dicta clauſula, prout præſumitur, ſecus ſi de ſtylo notarij, vel ſi venditor ignorabat iuſtum rei valorem, ſequitur Barboſ. *de Clauſ. clauſ. 58. num. 5. &c.* vbi etiam quòd huiuſmodi clauſula cenſetur captioſa, & refertur ad modicam importantiam, ac remittitur arbitrio iudicis, quando dicatur de ſtylo, vel conſenſu partium appoſita, vide Theſ. *dec. 168. n. 8.* Viui. *comm. opin. 1022. & 1023.* Tuſch. *lit. C. concluſ. 298.* vbi quid operetur dicta clauſula, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg. 68. n. 4. vol. 3.* Gizzarel. *deciſ. 3. n. 6. & ſeqq.* Rot. *par. 14. rec. dec. 133. in fine*, vbi quòd impedit remedium, *l. 2. C. de reſcind. vend.*

An in huiuſmodi donatione requiratur inſinuatio, Gratian. *diſcept. for. cap. 273. n. 38. &c.*

Quòd vendens nulla neceſſitate, vel dolo adductus rem magni valoris pro modico pretio, cùm optimè iuſtum illius pretium nouerit, præſumatur donare quod plus valet, ita vt nec in foro fori, nec in foro conſcientiæ poſſit dicere ſe læſum, & ceſſet remedium, *l. 2. C. de reſcind. vendit.* Menoch. *de arbitr. caſ. 88. n. 61.* & latiùs *caſ. 144. per tot.* Dian. *par. 5. tract. 14. reſol. 39.*

Et idem eſſe ſi vendens ignoret valorem rei venditæ, puta lapidis pretioſi, & emptor ſciat, & cognoſcat, nam non tenetur manifeſtare, ſed poteſt communi pretio emere,

& idem in ſimilibus (licèt alij, & fortè meliùs iudicio meo contrarium teneant) Dian. *par. 1. tract. 8. reſol. 79.*

An, & quando ſit licitum contrahentibus ſe inuicem decipere circa pretium, tam in foro fori, quàm in foro conſcientiæ, Staiban. *de intereſſ. lib. 2. tit. 9. quæſt. 1. num. 66. & ſeqq.* Michael. Salon. *de iuſt. & iur. tom. 2. quæſt. 77. art. 1. contr. 17. per tot. fol. mihi 65.* Sperel. *deciſ. 119. num. 66. 69. & ſeqq.* dixi *in Pract. §. Vendere num. 34.* Aluarez de Velaſch. *tract. de iud. perfect. Rub. 14. annot. 4. num. 27.* vbi quòd lex ciuilis ſuſtinet deceptionem intra dimidium iuſti pretij, nec reſcindit contractum, eius tamen non demit, nec demere poteſt malitiam, & peccatum, quod lethale per eam contrahitur, ſi in re notabili contingat, & ad reſtitutionem exceſſus iuſti pretij obligat, vide *in §. Læſio num. 9. §. Contractus n. 42.* Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract. 19. diſput. 4. ſect. 5. per tot. fol. mihi 271. &c.* Gibalin. *loc. ſup. cit.*

25 Venditionis nomine, & appellatione continentur etiam aliæ ſpecies alienationis, *l. ſicut, §. venditionis, ff. quibus mod. pign. vel hypoth. ſoluat. l. Statu liberi, ff. de ſtat. liber.* Tuſch. *lit. V. concluſ. 42. per tot.*

Intellige niſi ſit facta mentio pretij, vel niſi ſit tradita diuerſa forma, vel niſi ſimus in materia ſtricta, vel niſi huiuſmodi verbum proferatur à Prætore, vel iudice, Diaz. *reg. 774. inter regulas diuerſ. fol. mihi 625.* vide *in §. Alienatio num. §. Iot congrui num.* Tuſch. *d. concluſ. 41. per tot.* Faguodez *de iuſt. & contract. lib. 5. cap. 1. per tot.*

26 Venditio Gabellæ, ſiue alterius iuris cum clauſula, *à patti vecchi, e modi vſati*: quomodo intelligatur, & an, & quando dicatur vendita, vel locata Gabella, adhoc vt ſit locus remiſſioni propter caſus inſolitos, dixi *in §. Gabella n. 23. & §. Clauſula n. 69.*

27 Vendens, vel cedens nomen debitoris non tenetur illum præſtare locupletem, & ſoluendo, ſed tantùm effectualiter, & verè obligatum, & facta acceptatione per emptorem, vel ceſſionarium remanet liberatus, cùm poſtea omne periculum ſpectet ad acquirentem, Addit. ad Pract. Papp. *cauſ. venditionis gloſ. promittens* vide *in §. Ceſſio num.* Cenc. *de cenſ. quæſt. 72. n. 23. & per tot.* Mangil. *de euict. quæſt. 79. per tot.* Magon. *deciſ. Flor. 39. num. 1. &c.* vbi quòd nulla debet obſtare exceptio, & ſi ex facto cedentis, vel ex eius perſona excludatur, ceſſionarius habet regreſſum contra cedentem, qui tali caſu tenetur etiam debitorem ceſſum præſtare ſoluendo, & alia plura de hac materia Ioſeph. de Roſa *Conſult. 7. per tot.*

Si tamen fuerit delegatus debitor, qui ſtatim decoxerit, tenetur vendens emptorem conſeruare indemnem, quia ob temporis breuitatem præſumitur ſciuiſſe decocturum, Magon. *d. dec. 39. n. 10.*

An autem ante acceptationem factam à ceſſionario abſente, poſſit qui ſibi debitum accollauit reuocare promiſſionem, Magon *d. deciſ. 39. num. 4. & per tot.* vbi hinc inde adducit plura fundamenta, & facit quod dixi *in §. Donatio num.*

An nomina creditorum, vel credita poſſint minori pretio emi ratione periculi in exigendo, vide *in §. Pecunia num. 14.*

28 Venditor quilibet regulariter tenetur de euictione rei venditæ, quæ veniant in huiuſmodi actione, quæ requirantur vt ei locus ſit, alia plura Mangil. *de euict. quæſt. 20. cum pluribus ſeqq.* vide *in §. Emptio num. 7. &c. §. Euictio per tot.* Rot. *par. 15. recent. dec. 393. 394. & 395.* Ioſeph. de Roſa *Conſult 7. per tot.* plenè Hermoſil. *ad leg. Partit. tom. 2. gloſ. 1. leg. 32. &c. fol. 751. &c.*

Et ſi venditor pactus fuerit cum emptore non teneri de euictione, valet pactum, ſed nihilominùs tenetur ad pretij reſtitutionem, niſi expreſsè pactus fuerit, nec etiam de pretio teneri reſpectu certæ perſonæ, vel cauſæ tantùm, quia ſi pactum eſſet generale, non valeret, *l. emptorem, §. pen. & fin. ff. de act. empt. l. non dubitatur, C. de euict.* Bart. *in l. 1. C. de pericul. & commod. rei vend. verſ. ſecundo quæro*, late, & pulchrè Vrceol. *Conſult. forenſ. cap. 2. num. 40 &c.* Franch. *deciſ. 239.* vbi quid ſi pretium nondum ſit ſolutum, vide Caſtr. *in d. l. emptorem*, Chriſtin. *deciſ. Belgic. 123. num. 13. etc. vol. 1.* vbi quòd tale pactum proderit tantùm venditori ne teneatur ad intereſſe, *et dec. ſ. 396. n. 23. etc. vol. 1.* vbi quando nec teneatur ad pretij reſtitutionem.

Quòd pactum, etiam expreſſum non iuuet venditorem, qui in dolo, & calliditate verſatur, vt quia ſcit cauſam, ex qua res poteſt euinci, & tacet, alias ex ſuo dolo, & calliditate commodum conſequeretur, quod non eſt ferendum, Tiraquel. *de retract. lignag. §. fin. num. 43. et 49.* Surd. *deciſ. 166. per tot.*

Quòd venditor obligetur emptori ad multa, & quæ, & quando ſecùs, latè Tuſch. *lit. V. concluſ. 54. et 55. per tot.*

Quando venditor non teneatur de euictione ponit quatuor caſus, Soccin. *Reg. 533.*

Item quando non teneatur ad pretij reſtitutionem alios quatuor caſus ponit idem Soccin. *Reg. 532.* inter quos vnus eſt ſi dictum fuerit vt nullo modo teneatur, *l. ſi dubitetur, C. de euict.* Socc. *loc. cit. limit. 4.* Sed contrarium vide per Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 566. n. 3.*

Quod venditor niſi præſter omnia, quæ in venditione aſſeruit de iure teneatur nedùm ad pretij reſtitutionem emptori, ſed etiam ad omnia damna, & intereſſe, *l. ſtipulatio iſta*, vbi Bart. & alij, *ff. de verb. ſignif.* Magon. *deciſ. Flor. 93. n. 6.* Mangil. *de euict. q. 30. n. 18.* Rot. *par. 13. rec. dec. 385. n. 1. et ſeqq. per tot.*

Venditor promittens de euictione pro ſuo dato, & facto tantùm, tenetur ſolum ſi ipſe, vel ille, cuius eſt hæres vniuerſalis rem alijs vendidiſſet, vel obligaſſet, Pract. Papp. *cauſ. vendit. gloſ. promittens num. 9.* Alex. *conſ. 18. num. 11. lib. 5.* Martha *vot. Piſ. 129.* Nam quando obligatio fuit hoc modo reſtricta ad factum proprium promittentis, non dicitur commiſſa ſtipulatio, ſi ſequatur euictio ex facto alterius, Rot. *in Romana 24. millium 16. Iunij* 1636. coram Panzirolo *num. 6.* Vrceol. *Conſult. forenſ. cap. 2. num. 42.* Sperel. *deciſ. 117. num. 54. etc.* Mangil. *de euict. quæſt. 10. et 11. per tot.* Mart. Medic. *Exam. 26. n. 33. et ſeqq.* 29

Quòd licèt promiſerit de ſuo facto proprio tantùm, non obſtante illa taxatiua, teneatur etiam de facto ſui auctoris, Viui. *comm. opin. 1019.* Altograd. *conſ. 54. n. 5. lib. 2.* Mangil. *d. quæſt. 10. per tot.* vbi quomodo hoc intelligatur, *et quæſt. 11.* vbi an teneatur etiam pro facto hæredis, Martha *vot. Piſ. 129.* & dixi *in §. Euictio n. 9.*

Quòd teneatur ad pretij reſtitutionem, licèt euictio ſequatur ex facto alterius, Boſſ. *de remiſſ. Merced. num. 60.* Alex. *conſ. 188.* Viui. *comm. opin. 1019. num. 2.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 566. num. 3.* Vrceol. *d. cap. 2. num. 65. etc.* Maſtril. *dec. 28 per tot.*

Niſi emptor ſciuerit rem eſſe litigioſam, & ſubiacere periculo euictionis, Rot. *in d. Romana 24. Millium 16. Iunij* 1636. coram Panzirolo *n. 8. etc.* vide Mangil. Mart. Medic. & Vrceol. *in loc. cit.* & dixi *in §. Ceſſio num.*

Quid autem ſi ipſe venditor emerit à minore non ſeruatis ſolemnitatibus, & ex cauſa ſequatur euictio, an teneatur ex eo, quòd videtur ſequi ex ſua culpa, & facto, Tiraquel. *de retract. lignag. §. fin. num. 41. et ſeqq. ad 50.* vbi videtur concludere quòd non, niſi doloſe in ignorantem alienauerit, Mangil. *de euict. quæſt. 11. n. 41. et ſeqq.*

Venditor promittens de euictione, & indemnitate emptoris, tenetur quomodocunque ſequatur euictio, etiam caſu fortuito, Bart. *in l. quæro, ff. locat.* Rom. *conſ. 241.* Addit. ad Pract. Papp. *cauſ. vendit. gloſ. promittens.* 30

In contrarium faciunt Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 205. per tot.* Mangil. *de euict. quæſt. 18. per tot.* vbi quòd ante venditionem perfectam, & traditionem, periculum caſus fortuiti ſpectat ad venditorem, poſtea verò ad emptorem.

Ad quid autem teneatur venditor ratione euictionis, plenè Mart. Medic. *Exam. 26. et deciſ. 43. per tot. cum Addit.* Mangil. *de euict. quæſt. 20. etc.* vide *in §. Emptio num. §. Euictio num.* Rot. *par. 15. recent. deciſ. 393. cum duabus ſeqq.*

Venditor promittens emptorem defendere de iure, & de facto, ac quomodocumque, & qualitercumque ſequatur euictio, non ob id tenetur arma capere ad defenſionem emptoris, ſed de facto exponitur, ideſt aſſiſtendo de facto in iudicio, aduocatos, & procuratores quærendo, Pract. Papp. *cum Addit. in cauſ. vendit. gloſ. & legitima*, Oinot. *Inſt. de inutil. ſtipul. §. Si quis alium num. 10.* Crauett. *conſ. 211. n. 4. etc.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 227. num 7. et 43.* Mangil. *de euict. quæſt. 19. per tot.* facit Cabal. *conſ. dec. 58. et 78. lib. 1. infra num. 36.* latè Ioſeph. de Roſa *Conſult. 7. n. 39. et ſeqq.* vbi plura quid importet clauſula, *etiam de facto*, in promiſſione euictionis, & alia ad rem.

Ven-

32 Venditor comparens in iudicio ad defenſionem emptoris, poteſt tamquam neceſſarius defenſor ea omnia agere, quæ poſſet ipſe emptor, non tamen nouando iudicium vel actionem; an ſi ſit coniunctus litigantis, poſſit ex ſua perſona petere compromiſſum, & alia tradit Vrceol. *Conſult. forenſ. cap. 9. num. 1. & ſeqq.* Mangil. *de euict. quæſt. 7. per tot.*

Si autem ſit Clericus an poſſit declinare forum, idem Vrceol. *Conſult. forenſ. cap. 44. num. 36. &c.* vbi refert contrarias opiniones, & videtur diſtinguere, vt conuentus ad nudam defenſionem præſtandam, ſi velit emptorem defendere non poſſit declinare forum, conuentus verò pro regreſſu, & intereſſe emptoris, ac ad retorquenda contra eum mandata executiua poſſit tunc forum declinare, vide latè Mangil. *de euict. quæſt. 6. per tot.* & dixi *in §. Clericus num.*

33 Venditor dicens non teneri de euictione, eo quia ſibi lis non fuit denunciata, nil aliud conſentaneum allegando contra ius euincentis, non eſt audiendus, quia etiam lite denunciata non potuiſſet euictionem impedire, Boſſ. *tit. de remiſſ. merced. num. 52.* Maur. *de fideiuſſ. par. 2. ſect. 4. cap. 39. num. 30.* Capyc. *deciſ. 106.* Crauet. *conſ. 83. num. 6. conſ. 179. num. 6.* Rot. *par. 2. diuerſ. dec. 69. & par. 25. rec. dec. 395.* vide *in §. Emptio n. 8.*

Contrarium videntur tenere Viui. *comm. opin. 1027.* Marant. *par. 6. membr. 5. de laudat. auct. num. 16.* Alex. *conſ. 68. lib. 3.* vide Cabal. *conſ. dec. 58. lib. 1.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 354. num. 33. cap. 363. n. 1. &c. cap. 175. n. 32. &c.* vbi tenet ſupradictam primam opinionem, pro qua etiam benè facit Rot. *par. 15. rec. dec. 395. n. 6. &c.*

Quando ſit neceſſaria denunciatio, vel non, vide Franch. *dec. 523. per tot.* & plenè Mangil. *de euict. quæſt. 4. & 5. per tot.* vbi firmat denunciationem eſſe neceſſariam cum ſuis ampliationibus, & poſtea *num. 23. & ſeqq.* ponit limitationes, & caſus, in quibus venditor tenetur de euictione, etiam nulla ſibi facta litis denunciatione; quo tempore ſit facienda, & an ſaltem venditor teneatur ad pretij reſtitutionem, & alia, ex quibus poſſunt de facili opiniones concordari, adde Vrceol. *tract. de tranſact. quæſt. 42.* vbi plura eadem Rot. *par. 15. rec. dec. 395.*

An autem venditor pro euictione conuentus ſatisfaciat offerendo emptori eamdem rem non deterioratam cum omni alio intereſſe; dic quòd ſi euictio ſequuta fuit ratione dominij, non ſatisfacit, nec emptorem repellit ab executione ſententiæ, quia iſta euictio habet perpetuam cauſam, & ſemel commiſſa ſtipulatio non reſoluitur, maximè quando res iam fuit emptori ablata; ſi verò ſequuta fuit euictio ratione ſolius hypothecæ, & ſic in nuda poſſeſſione, ſatisfacit venditor dictam oblationem faciens, ac commiſſa ſtipulatio reſoluitur, quia ſoluto debito hypotheca extinguitur, Soccin. *conſ. 199. n. 8. lib. 2.* Franch. *dec. 145.* cum alijs per Cabal. *conſ. dec. 6. per tot. lib. 1.*

34 Venditor non tenetur de euictione, nec ad damna, & intereſſe, quando euictio non ſequitur ex aliquo capite iuris communis, ſed ex iure ſpeciali, & ideò non tenetur ſi fundus euincatur à domino cenſus, vel à vicinis, ſiue propinquis iure congrui, Cenc. *de Cenſ. quæſt. 66. num. 79. &c.* Titaquel. *de retract. lignag. gloſ. 9. §. 1. num. 34. &c.* Maur. *de fideiuſſ. par. 1. ſect. 3. cap. 18. num. 13.* Gratian. *diſcept. cap. 205. per tot. & cap. 433. num. 19.* vbi notabiliter limitare videtur, vide *in §. Emptio num.* & *§. Feudum n. 23.*

Quòd quando promiſit verbis vniuerſalibus quomodocumque, qualitercumque, vel quauis cauſa res euincatur, teneatur etiam in caſu quo euictio ſequitur ex natura rei, Rot. *par. 2. diuerſ. dec. 152. num. 5. &c.* ſecùs ſi ſimpliciter promiſerit de euictione, eadem Rot. *d. par. 2. deciſ. 211. per tot.* vide Mangil. *de euict. q. 21. & ſeqq.* vbi de cautelis, vt quis omni caſu de euictione teneatur.

23 Venditor quando teneatur præſtare fideiuſſionem pro euictione, vel non, dixi *in §. Fideiuſſor num.* & *§. Emptio num.*

Tenetur tamen ipſe ſe obligare pro euictione etiam ſi non fuerit actum ab initio, Tuſch. *lit. O. concluſ. 46. & lit. V. concluſ. 54.*

36 Venditor non tenetur de euictione ſequuta ex culpa emptoris, vel iure publico, Add. ad Pract. Papp. *cauſ. vend. gloſ. promittens*, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 205. num. 20. &c.*

Item non tenetur de euictione facta non ſeruata iuris forma, ſed extraiudicialiter, ſiue per violentiam, & ſibi lite ſolemniter non denunciata, Cabal. *conſ. dec. 58. & 78. lib. 1.* Capyc. *dec. 106.* Rot. *par. 2. diuerſ. deciſ. 69.* vide *in §. Emptio num.* & *§. Euictio num.* Vrceol *tract. de tranſact. quæſt. 42. per tot.* vbi qualiter venditor teneatur de euictione, etiam ſi emptor agnouerit bonam fidem, & tranſegerit cum euincente, & quæ tunc emptor probare debeat.

37 Venditor tradens rem obligatam emptori, non tenetur de euictione, ſed ſolùm ad quantum intereſt emptoris rem non eſſe obligatam, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 361. num. 4. &c.* Magon. *deciſ. Flor. 93. num. 2. &c.* vide *in §. Fideiuſſor n. 75.*

Quòd vendens domum intelligatur eam vendere liberam ab omni ſeruitute, & teneatur eam ſic liberam tradere emptori, aliàs non dicatur impleuiſſe ex parte ſua, Altograd. *conſ. 10. n. 25. & ſeqq. lib. 1.* vbi ideò *per tot.* oſtendit licere emptori à contractu recedere, vide *in §. Emptio num. 16. &c.* Rot. *par. 14. recent. deciſ. 264.*

Quando vendens dicatur vendere tantùm ius, quòd ipſe habet in re vendita, quando ſecùs, & quid importet, latè Tuſch. *lit. V. concluſ. 52. per tot.* Rot. *par. 12. recent. deciſ. 66. per tot.*

Quod vendens iura talia qualia, ad aliud non teneatur, quam ius ſuum transferre, & ſi nullum ius habeat ad nihil poſſit adſtringi, Rot. *par. 9. recent. deciſ. 287. num. 1. &c.* de quo dubito per ea quæ dixi *in §. Ceſſio num. 32. & 34.*

38 Venditor ſciens qualitates, & ſeruitutes rei, non certiorato emptore tenetur ad intereſſe, ſi verò ignorat tenetur ad quanto minoris emptor fuiſſet empturus, & ſic ad defalcationem pretij, *l. quoad ſeruitutes 75. ff. de euict.* Capyc. *deciſ. 187. num. 15. &c.* Tuſch. *lit. V. concluſ. 51. per tot.* Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit. 7. art. 6. per tot.* Rot. *par. 13. recent. deciſ. 364. num. 12.* Surd. *deciſ. 166. per tot.* Rot. *par. 2. diuerſ. deciſ. 281. num. 24. &c. num. 39. &c.* Marcian. *diſput. forenſ. cap. 92. per tot.* P. Steph. de Neapol. *de præcip. iur. & inſt. part. lib. 2. cap 40. num. 17.* Salon. *de iuſt. & iur. tom. 2. quæſt. 77. art. 3. contr. 1. & ſeqq. fol. mihi 76.* Azor. *Inſtit. moral. par. 3. lib. 8. cap. 23.* Coſta *de fact. ſcient. & ignorant. inſpect. 90. per tot.* Ger. Spin. *conſ. 35. num. 15. &c.* Leoncil. *deciſ. Ferr. 43. per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 361. per tot.* vbi quòd è contra poteſt venditor petere augmentum pretij ſi detegatur aliqua ſeruitus debita rei venditæ, quæ augeat æſtimationem, & non fuerit habita in conſideratione, niſi proueniat à caſu, & fortuna, quia tunc cederet ad commodum emptoris, & reſpondet ad id quòd contrahentes teneantur inueſtigare conditionem rerum, & perſonarum cum quibus contrahunt.

Quòd vendens rem ſimpliciter intelligatur eam vendere liberam, & ita liberam tradere teneatur, etiam ſi non aſſeruerit eſſe liberam, aliàs ex parte ſua non dicatur adimpleuiſſe contractum, & ideò vltra dictas actiones ad intereſſe, & quanti minoris, poſſit etiam contractus reſcindi volente emptore, aliquibus concurrentibus, de quibus latè Altograd. *conſ. 12. num. 32. & ſeqq. lib. 1. & conſ. 10. lib. 1.* vide *in §. Emptio num. 16.* Vrceol. *Conſult. forenſ. cap. 53. cap. 65. & cap. 91. per tot. vol. 2.* dixi *in §. Contractus num. 5.* Rot. *par. 14. recent. deciſ. 264.* vbi quòd venditor debet certiorare emptorem, & ſi res vendita vt libera reperiatur aliquo onere grauata, veluti fideicommiſſo obnoxia, tenetur emptori reſtituere pretium loco damnorum, & intereſſe, Bich. *deciſ. 638. num. 21.* vbi quòd emptor poteſt à contractu recedere ſi venditor expreſsè promiſit rem eſſe liberam, & talis non ſit, cùm tunc præſumatur per fraudem inductus ad emendum aliàs non empturus, quidquid ſecùs ſit quando talis promiſſio non eſt expreſſa, Gratian. *diſcept. 75. num. 25. et dec. 13. n. 19. et ſeqq.* Mareſcot. *var. reſol. lib. 1. cap. 90. n. 5. et ſeqq.* adde latè Vrceol. *tract. de tranſact. quæſt. 42. num. 17. et ſeqq.* vbi tenet idem eſſe, etiamſi pactum non ſit expreſſum, ſed tacitum ex iuris præſumptione elicitum, quòd ſubintelligatur res liberè vendita, vt ſit locus reſciſſioni contractus, ſi ita emptori magis videatur expedire, adde Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib. 2. quæſt. 59.* vbi intelligit ſi intererſit emptoris, in terminis venditoris cenſus, qui non tenetur rem ab alio cenſu liberare ſi vtriuſque oneris ſit capax.

De dicto intereſſe quanti minoris, vide Staiban. *de*

intereſſ. lib. 1. quæſt. 21. per tot. & lib. 2. tit. 9. quæſt. 2. per tot.

Quòd vendens rem grauatam aliquo onere, non certiorato emptore teneantur ad defalcationem pretij pro rata dicti oneris, & in culpam illud reticentis breui manu fiat executio contra eum abſque alia dilatione, & proceſſu, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 534. *n.* 21. *cap.* 912. *num.* 16. & 39. Rot. *par. 2. diuerſ. deciſ.* 281. *num.* 24. *&c. num.* 39 *&c.*

Qualiter teneatur etiam pœna ſtellionatus arbitrio iudicis ob dolum, & fraudem adhibitam, & quando ſecùs, Menoch. *de arbitr. caſ.* 381. *num.* 7. *& ſeqq. caſ.* 382. *per tot.* Boſſ. *tit. de extraord. crim. num.* 4. *&c.* Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit. 7. art. 5. & 6. infra num.* 44.

39 Vendens boues, vel alia animalia tenetur certiorare emptore de vitijs, & morbis maximè occultis, aliàs infra ſex menſes locus eſt redhibitoriæ reſtituto pretio, vel infra annum defalcationi, ſiue diminutioni pretij, quamuis venditor ignoraret huiuſmodi vitia, vel dixerit nolle teneri de occultis, ſed vendere cum ſuis ſcabinellis, quia oportet clariùs exprimere vitia; & ſi fuerit appoſitum pactum diſplicentiæ, erit illi locus vſque ad 60. dies, licèt animalia non ſint vitioſa; quod autem dicitur venditorem non teneri de morbis patentibus, procedit quando vterque contrahens ignorauit, nam ſi venditor ſciuit, ipſius dolus præponderat, licèt emptor ſupinè ignorauerit, præcipuè ſi fuerit facta venditio, vt dici ſolet, *da buomo da bene*; & quando agitur de pari bouum, prædicta locum habent quoad vtrumque bouem, licèt vnus tantum eſſet morboſus, propter ſimultaneam venditionem, & coniunctionem, ad latè tradita per Ciarlin. *contr. for. cap.* 113. *per tot. et cap.* 89. *tot. tit. ff. de ædilit. edict. et C. de ædilit. act.* Surd. *deciſ.* 146. *per tot.* vbi quando ceſſet redhibitoria, vel non propter ſignum morbi euidens, & quando morbus dicatur euidens, vel non, adde Fagundez *de iuſt. et contract. lib. 5. cap.* 38. *per tot.* vbi qualiter venditor teneatur emptori vitia, & defectus rei aperire, alias locus ſit redhibitoriæ, & quanti minoris, Hermoſil. *ad leg. Partit. tom. 2. leg. 64. gloſ. 1. etc. fol.* 853. vbi plura de ædilitio edicto, ac de ædilitia actione, *et leg. 65. et 66. per tot.*

Quando propter vitium vnius rei venditæ omnes redhibeantur, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 947. *num.* 26. *etc.* Tuſch. *lit. V. concluſ.* 61. *per tot.*

Quòd redhibitoria ratione morbi debeat proponi intra ſex menſes, ob alias cauſas verò intra 60. dies, Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæſt. 22. n. 12. etc.*

Quòd in ædilitio edicto menſis intelligatur de 30. diebus, & quid in alijs ſimilibus materijs, in quibus fiat mentio de menſibus, idem Menoch. *de arbitr. caſ. 50. n. 2. per tot.*

Si beſtia vendita moriatur intra triduum poſt venditionem, præſumitur fuiſſe morboſa tempore venditionis, ita vt poſſit agi ad recuperationem pretij contra venditorem, Boer. *deciſ.* 323. *num.* 12. Surd. *dec.* 146. *n.* 18. Maſcard. *de probat. concluſ.* 92. Tuſch. *lit. M. concluſ.* 348. *et* 385. Riminald. *conſ.* 360. *num.* 11. *volum.* 2. Bald. *conſ.* 499. *volum.* 5. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 118. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 97. *num.* 11. *vol.* 3. Cabal. *conſ. dec.* 179. *per tot lib.* 1. Hermoſil. *d. leg. 66. gloſ. 1. num. 16. et ſeqq. fol.* 861. vbi etiam de modo probandi an obierit ex morbo antecedente, vel ſuperueniente poſt venditionem, & alia. Intelligendo niſi appareat de alia cauſa, vt dixi *in Pract. §. Bonu n. 5. etc.* vide *in §. Periculum n.* 3.

Qualiter venditor teneatur omninò denunciare, & notificare emptori ſeruitutes, & onera rei venditæ expreſſim, & non in genere, nec ſub inuolucro verborum, cùm liceat emptori ignorare, nec ei incumbat onus perquirendi qualitates rei emptæ, imò licèt teneretur emptor aliqualiter indagare, non ob id venditor releuatur ab iſta notificatione, & ea omiſſa dicitur in dolo, qui præponderat cuicumque culpæ, & negligentiæ emptoris, Altograd. *conſ.* 10. *num.* 29. *et ſeqq. lib.* 1. vbi quòd ideò venditori obſtat exceptio non impleti, *et conſ.* 12. *num. 1. et ſeqq. ad* 25. *lib.* 1. vbi latè reſpondet obiectis de præſumpta ſcientia emptoris, vide Mangil. *de euict. quæſt. 25. et ſeqq.* Ricc. *Collect.* 3252. Mantic. *de tacit. lib. 4. tit. 9. n.* 19. Surd. *dec.* 265. *n. 7. etc.* Rot. *par. 9. rec. dec.* 461. *n.* 18. *etc.* Vrceol. *de tranſact. quæſt.* 42. *num. 1. et ſeqq.* Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract. 19. diſput. 4. ſect. 10. per tot. fol.* 276. vbi benè declarat, an, & quando vendens teneatur manifeſtare vitia rei venditæ &c.

Niſi emptor ſciat ex ſe, quia tunc non poteſt imputari venditori, latè Bich. *deciſ. 607. & 644. per tot.* & habetur inter *recent. part. 12. deciſ. 66. infra n.* 41.

Quid autem ſi venditor ignorauerit dicta opera, an iſta ignorantia venditoris præiudicet emptori, Surd. *dec.* 165. *num. 9. &* 10. Coſta *de facti ſcient. & ignorant. inſpect.* 90. *per tot.* vbi diſtinguit intereſſe intrinſecum ab extrinſeco, nam extrinſecum non præſtatur à venditore ignorante, ſed benè intrinſecum.

Vendentes mancipia, iumenta, vel alia quæcumque ani- 40
malia, tenentur notificare emptoribus quid morbi, aut vitij patiantur, quod ſi non fuerit, poſſint emptores ad libitum quæcumque emerint redhibere, id eſt reſtituere, & pretium ſolutum repetere, intelligendo de vitijs, & morbis occultis, tàm continuis, quàm intermittentibus, ac vſum rei venditæ impedientibus, ad corpus ſolùm, vel ad corpus, & animum ſimul pertinentibus, ſecùs autem in patentibus, vel leuibus, vel animum tantùm reſpicientibus, vt colligitur *ex l. 1. & tot. tit. ff. de ædilit. edict.* vbi DD. & benè explicat Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. lib. 2. tit. 3. q. 1. per tot.* Hermoſil. *leg. Partit. 64. fol.* 853. *& leg. 65. & 66. per tot. fol. 856. &c.* vbi de edicti cauſa, & morbi conditionibus, vt redhibitioni locus ſit, Rot. *in Romana redhibitionis librorum 2. Iunij* 1599. coram Millino, apud eumdem Zacch. *d. tract. tom. 2. deciſ.* 20. inter impreſſas ipſius Millin. *deciſ.* 180. vbi etiam quod tempus ſex menſium ad agendum redhibitoria incipit ſolùm à die ſcientiæ morbi, vel defectus, Card. Tuſch. *lit. M. concluſ. 384. & 385. per tot.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 92. 239. 615. 632. Borgn. *deciſ.* 53. *num. 12. & per tot.* Mangil. *de euict. quæſt. 25. & ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg. 97. per tot. vol.* 3. Ricc. *Collect.* 3252. Cabal. *conſ. deciſ. 64. per tot. lib.* 1. Fagundez *de iuſt. et contract. lib. 5. cap. 38. per tot.*

Ad intelligentiam huiuſmodi edicti, quomodo differat morbus à vitio, quæ ſint vitia animi, & quæ corporis, quæ dicantur grauia, & quæ leuia, de morbo ſontico, de malencolicis, & fatuis, de impetigine, prurigine, & ſcabie, de ſpadonibus, & eunuchis, de lingua abſciſſa, & mutitate, ac cæteris loquelæ vitijs, de vitijs viſus, de oris fœditate, edentulis, gutturoſis, & antiadas habentibus, de varijs, vatijs, claudis, & varicoſis, de prægnantibus, & puerperis, de pariente mortuos, de ſterili, & arcta, de ea, quæ bis in menſe purgatur, de conualeſcentibus, de recidiuantibus, de morbis circuitus habentibus, de hydropicis, clauum habentibus, polypoſis, ſcæuis, mancis, vrinam facientibus, & ſimilibus morbis ad dictum effectum redhibitionis, latè idem Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. legal. lib. 2. tit. 3. per tot.* vbi quindecim quæſtiones de dictis morbis examinat, Bart. Caſtr. Salyc. & alij *ad tit. C. de ædilit. act.* Anton. Fabr. *in ſuo C. eod. tit.* Surd. *deciſ.* 46. Paul. Chriſtin. *deciſ. 97. vol.* 3.

Quòd vt ſi locus redhibitoriæ actioni requiratur adeſſe vitium latens ante factam venditionem, & prouenire ex intrinſeca qualitate rei, in qua dolus venditoris interfuerit, & tamquam requirens altiorem indaginem non retardet paratam executionem obligationis Cameralis, Rot. *par. 14. recent. 456. n. 7. &* 8.

Venditores quamuis iuxta ſuperiùs dicta teneantur 41
aperire omnia vitia occulta rei venditæ ipſis emptoribus, aliàs locus ſit redhibitoriæ per text. *in l. Iulianus* 13. *ff. de act. empt. & l. 1. ff. de ædilit. edict.* Tamen id verum eſt tantùm vbi moribus ita receptum ſit, vel intelligitur quando emptores petunt, & requirunt, vel ad ſummum datur actio ad reſcindendum poſt iudicis ſententiam; nam ſi emptores ipſi de ſuo iudicio confidentes, à venditoribus non illecti, ſed ſua ſponte emere eligant, tunc non tenentur venditores aperire defectus nec intrinſecos, nec extrinſecos, dummodò tamen non vendant ſupra iuſtum pretium, & detrahant de pretio iuxta qualitatem vitij, & poſt venditionem defectum aperiant, ne emptores in aliquod periculum incidant, vel ne alijs reuendant cum damno ſecundi emptoris, ad tradita per D. Thom. 2. 2. *quæſt. 77. art.* 3. Sot. *de iuſt. lib. 6. quæſt. 3. art.* 2. D. Anton. *2. part. tit. 1. cap. 17. §.* 6. & alios quos refert, & ſequitur P. Steph. de Neapol. *de præcip. iur. & iuſt. part. lib. 2. de contract. empt. & vendit. cap. 41. num. 2. fol. mihi* 120. vbi tamen quòd ſi emptor ex ſimplicitate eligeret rem ſibi non idoneam ad effectum, pro quo emit, tenetur ratione charitatis illum admonere, & defectum aperire, & ſi fuerit defectus adeò grauis, vt poſſet damnum graue afferre

emptori

emptori tenetur ex vi iuſtitiæ ſaltem poſt contractum defectum notificare, & dixi *in Pract. §. Vendere num.* 47. vide Michael Salon. *de iuſt. & iur. tom.* 2. *fol. mihi* 76. *& ſeqq.* vbi plenè explicat, & Dian. *reſolut. moral. par.* 1. *tract.* 8. *reſol.* 39. *& ſeqq.* vbi quòd ſi minuatur de pretio quanto minus res valet ob defectum occultum, poteſt vendi ſine illius manifeſtatione, facit Rot. *par.* 12. *recent. deciſ.* 66. *per tot.* vbi quòd quando emptor non poteſt prætendere ignorantiam qualitatis rei venditæ, imò conſtat de ſcientia, etiam per relationem ad aliud, non poteſt conqueri de venditore, quòd eum non certiorauerit, cùm ſatis dicatur certioratus per dictam relationem, & ſciens ampliùs certiorari non debeat, & eſt coram Bichio inter eius impreſſas *deciſ.* 644. adde Vrceol. *de tranſact. quæſt.* 42. *num.* 1. *& ſeqq.* Fagundez *de iuſt. & contract. lib.* 5. *cap.* 38. *per tot.* eundem Hermoſil. *loc. cit. leg.* 66. *fol.* 800.

42 Venditor interrogatus an vicini ſint boni, vel mali tenetur dicere veritatem, interdum enim melius eſt rem dimittere, quàm malos vicinos, vel conſortes habere, aliàs tenetur ad intereſſe, *gloſ. in l. quod ſæpe, §. fin. ff. de contrahen. empt.* Addit. ad Pract. Papp. *cauſ. vend. gloſ. Perticarum in fine*, Ioſeph. Mele ad Gizzarel. *deciſ.* 54. *num.* 15. Franc. March. *deciſ.* 337. *par.* 2. Tiraquel. *de pæn. temper. cauſ.* 23. *num.* 6. *& ſeqq.* Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 389. *ſub verſ. Iſti &c.* Vrceol. *loc. ſup. cit.*

Quàm graue damnum ſit malos habere vicinos, qui tamquam morbus ipſe nocere ſolent, ita vt ex hoc capite detur etiam reſtitutio in integrum minori, Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 83. *num.* 9. *&c.* Petr. Gregor. *Syntagm. iur. par.* 1. *lib.* 4. *cap.* 24. Odd. *de reſtit. in integr. par.* 1. *quæſt.* 4. *num.* 86.

43 Vendens rem alienam proprio nomine ſibi acquirit actionem ad pretium, & non domino rei, cui tamen ipſe tenetur, vide *in §. Nomen n.* 11. Hermoſil. *leg.* 19. *gloſ.* 1. *&c. fol.* 515. *& leg.* 54. *gloſ.* 1. *&c. fol.* 722. vbi etiam de re communi, an & quando poſſit ab vno ex ſocijs, vel conſortibus vendi, &c.

Quod vendens rem alienam ſcienter teneatur de dolo actione ad id, quod mea intereſt, etiam priuſquam res fuerit euicta, *l. ſeruus, §. fin. ff. de act. empt.* Vrſil. ad Afflict. *dec.* 369. *num.* 9.

Quòd vendens rem alienam poſſit cogere emptorem ad ſibi ſoluendum pretium quando poſſeſſionem rei venditæ in eum tranſtulit, non eſt adhuc mota lis à domino, & dolus imputari non poteſt fuit deciſum per Senatum Mantuanum teſte Surd. *dec.* 253. *per tot.* vbi tamen ipſe valdè dubitat, & iure quidem, quòd venditio poſſit reſcindi, non quia res aliena vendi non poſſit in præiudicium vendentis, quia hoc eſt permiſſum, ſed propter dolum vendentis, & alia plura de venditione rei alienæ quando, & quomodo ſuſtineatur, vel reſcindi poſſit vide per eum, & Tuſch. *lit. V. concluſ.* 53. *per tot.* Mangil. *de euict. quæſt.* 29. 30. *et* 31. vbi quando venditio rei alienæ ſubſiſtat, & euictio debeatur, ad quæ venditor in ſpecie teneantur, quando emptor non teneatur ſoluere pretium, & de euictione agat ob rem detectam alienam, quid in re mobili, & an emens ſcienter rem alienam poſſit recuperare pretium, Peregr. *de iur. fiſc. lib.* 2. *tit.* 10. *num.* 12. Boniſac. *de furt. §.* 9. *num.* 108. *etc.* vbi quòd data ſcientia rei alienæ in vtroque contrahente, tenentur ambo de furto, & pretium vel lucrum illicitum quæritur fiſco, vide Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract.* 19. *diſput.* 4. *ſect.* 14. vbi an, & quando venditio rei alienæ ſit valida, vel non, & an venditor poſſit pretium retinere, Fagundez *de iuſtit. et contract. lib.* 5. *cap.* 26. *per tot.* vbi quatenùs res aliena licitè, & validè vendi poſſit cum bona, vel mala fide abſque obligatione reſtitutionis illius, & fructuum, quam materiam per ſex quæſtiones reſoluit.

Quòd vendens aliquid, in quo ipſe nullum ius habet, aſſerens eſſe ſuum, teneatur emptori ad omne intereſſe, *l. Iulianus* 14. *ff. de act. empt. l. ſi plus* 74. *§. qua nomen ff. eod.* Rot. *par.* 9. *recent. deciſ.* 137. *num.* 1. *etc. infra num.* 52. Rot. *par.* 19. *recent. deciſ.* 409. *num.* 10. vbi quòd vendens rem alienam, quam ſuam eſſe putabat, vel ad ſuum debitorem ſpectare tenetur reſtituere pretium, ne locupletetur cum alieno.

44 Vendens eamdem rem duobus per diuerſa inſtrumenta, & diuerſis temporibus incidit in pœnam falſi, vel ſaltem ſtellionatus quæ eſt iudici arbitraria, *l. qui duobus, ff. ad l. Cornel. de falſ.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 381. *n.* 7. *&c.* Tuſch. *lit. V. concluſ.* 63. Coſta *de facti ſcient. & ignorant. diſtinct.* 35. *cent.* 2. Clar. *§. Falſum num.* 29. Cigala *de Act. §.* 3. *num.* 27. *fol. mihi* 33. Altograd. *conſ.* 9. *num.* 93. *lib.* 1. Farinac. *quæſt.* 150. *par.* 9. *per tot.* Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 5. *num.* 6. *& ſeqq. & num.* 42. Cabal. *conſ. deciſ.* 120. *num.* 17. *lib.* 2. Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 50. *num.* 12. *& ſeqq.* vbi limitant etiam ſi ſecunda venditio eſſet nulla, vel conſiſteret tantùm in promiſſione vendendi; quis autem emptorum ſit alteri præferendus, *ibidem num.* 1. *& ſeqq.* & dixi *in §. Emptio num.* 43.

Idem eſt in alijs ſimilibus contractibus, veluti ſi quis obligaret eamdem rem in ſpecie pluribus perſonis, & diuerſis temporibus, non certiorato creditore de præcedente obligatione, ſi pro omnibus non ſufficiat, *l.* 1. *& l. fin. C. de crim. ſtellionat. l.* 3. *ff. eod.* Boniſac. *de furt. §.* 9. *num.* 90. *& ſeqq.* Tuſch. *d. concl.* 63. *per tot.* vide *ſupra n.* 38. *in fine*.

De generali tamen conſuetudine, ne impediantur negotiationes, & comercia, quoad hypothecas etiam ſpeciales eiuſdem rei, non ſeruatur, ad tradita per Pract. Papp. *for. act. hypothec. gloſ. ſub eadem num.* 19. Menoch. *de arbitr. caſ.* 381. Farinac. & Clar. *loc. ſup. cit.* vide *in §. Obligatio num.*

Et quoad venditiones debet intelligi, niſi primus emptor fuerit in mora ſoluendi pretium, nam ſtante iſta mora, poteſt eadem res alteri impunè vendi, ſi non ſit habita fides de pretio, vt latè probant Altograd. *conſ.* 9. *per tot. lib.* 1. Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 5. *per tot.* & alij per eos citati, dixi *in Pract. §. Vendere n.* 8.

Quando autem dicatur habita fides de pretio, & qui poſſint illam habere, Tuſch. *lit. V. concluſ.* 67. *&* 68. Gizzarel. & Addent. *dec.* 39. *&* 59.

45 Vendens rem aliquam Titio, & iurans illam alteri non vendere, ſi poſtea iterum vendat, & tradat, non obſtante iuramento transfert dominium in ſecundum emptorem, cùm iuramentum non reddat actum nullum, ſed tantùm faciat iurantem incidere in periurium, Iaſ. *in l. quoties, C. de rei vindic.* Euerard. *loc. a vi iuram. num.* 32. vide latè Galuan. *conſ.* 30. *per tot.* Sperel. *deciſ.* 171. *num.* 32. *&c.* Hermoſil. *ad leg. Partit. tom.* 2. *gloſ.* 1. *&c. leg.* 50. *fol.* 689. *&c. & leg.* 21. *tit.* 5. *fol.* 527.

Quòd imò ſecunda venditio, vel donatio contra dictum iuramentum ſit nulla, probat Ger. Spin. *conſ.* 14. *num.* 6. *&c.* vide *in §. Iuramentum num.*

Orta autem controuerſia inter primum, & ſecundum emptorem, vel donatarium eiuſdem rei, quis illorum ſit præferendus, dixi *in §. Emptio num.* 43. & vide Iaſ. & alios *in l. quoties, C. de rei vindic.* Soccin. *Reg.* 155. Diaz. *Reg.* 229. Alex. *in l. ſiue autem, §. ſi duobus, ff. de public. in rem act.* Ferret. *caut.* 48. Magon. *deciſ. Luc.* 31. *& Flor.* 135. Tiraquel. *de retract. conu. in §.* 3. *gloſ. vn. n.* 5. *&c.* Tuſch. *lit. V. concluſ.* 64. Couar. *variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 19. Cabal. *conſ. deciſ.* 34. *lib.* 2. *& conſ.* 120. *num.* 14. *& ſeqq. d. lib.* 2. *& conſ.* 52. *lib* 1. Azor. *Inſtit. Moral. par.* 3. *lib.* 8. *cap.* 18. Gabriel. *comm. concl. tit. de empt. & vend. concl.* 2. *per tot.* Viui. *comm. opin.* 1028, Leoncil. *deciſ. Ferr.* 29. *&* 54. *per tot.* Rot. *par.* 2. *diuerſ. deciſ.* 233. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 523. Cenc. *de Cenſ. quæſt.* 68. Altograd. *conſ.* 9. *num.* 94. *lib.* 1. *& conſ.* 39. *num.* 40. *&c. lib.* 2. Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 5. *num.* 50. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg* 54. *num.* 3. *vol.* 3. Coſta *de facti ſcient. & ignorant. diſtinct.* 35. *cent.* 2. Ricc. *Collect.* 439. Rot. *par.* 14. *recent. deciſ.* 132. *num.* 13. *&c.* vbi quòd præfertur ille, cui fuit tradita poſſeſſio, licèt ſit poſterior, niſi agatur de contractu Principis, vel niſi poſſeſſio ſit nulla, adde Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 21. *per tot.* Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract.* 19. *diſput.* 4. *ſect.* 12. *per tot. fol.* 279. Gibalin. *de vniuerſ. negotiat. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *conſect.* 5. *per tot. fol.* 127.

46 Vendentes fraudulenter res falſas, & corruptas pro veris, & bonis, vt faciunt giuntatores euntes per mundum cum rebus venalibus falſis, decipiendo emptores ſimplices, & idiotas in ſubſtantia, & qualitate illarum, debent grauioribus pœnis, quàm ſures ſimplices puniri, Cabal. *reſol. crimin. caſ.* 177. *per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 383. *per tot.* Gratian. *deciſ.* 184. *in Addit. num.* 2. *&c.* vbi citat Cabal. *caſ.* 80. *& alios*, Hermoſil. *ad leg. Partit. tom.* 2. *gloſ.* 1. *&c. leg.* 50. *fol.* 689. *&c. & leg.* 21. *tit.* 5. *fol.* 527.

Quod vendentes annonam corruptam, & generaliter quamlibet aliam rem etiam immobilem, vitio ſuppreſſo, puniantur pœna arbitraria, & in conſcientia teneantur emptori reſarcire omne damnum, exemplificando in multis declarat Menoch. *de arbitr. caſ.* 382. *per tot.* & plenè Michael. Salon. *de iuſt. & iur. tom.* 2. *quæſt.* 77. *art.* 3. *per tot. fol. mihi* 76. *&c.*

An autem ſit permiſſum miſcere res malas, & corruptas, vel vitioſas, cum bonis, & perfectis, vt omnes ſimul ita mistæ efficiantur venales, & vendantur, dic quod private numquam; quandoque verò non penitùs improbatum in horreis, vel magazenis publicis non ad lucrum, ſed ad pauperum ſubleuamen ordinatis, dummodò in modica quantitate, quæ nocere non ſit apta, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 80. *per tot.* Gratian. *deciſ.* 184. *in Addit.* Michael. Salon. *d. quæſt.* 77. *art.* 2. *contr.* 1. *& ſeqq. fol. mihi* 74. *&c.* P. Sthephan. de Neapol. *de præcep. iur. & iuſt. par. lib.* 2. *cap.* 41. *num.* 5. *&* 6. Chriſtin. *deciſ.* 22. *num.* 3. *&c. vol.* 5. Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Engub. lib.* 4. *Rub.* 49. *per tot.* vbi de artificibus artes ſuas falſificantibus per immixtionem rei inutilis, vel aliud pro alio vendentibus qualiter puniantur.

De Macellarijs vendentibus carnes morboſas qualiter puniantur, vendere debeant in locis deſtinatis, & alia idem Romaguer. *vbi ſup. lib.* 5. *Rub.* 10. *per tot.*

De venditoribus Olei cum mixtura, & alia, Romaguer. *d. lib.* 5. *Rub.* 13.

Quòd tamen habens vinum generoſum, triticum optimum, vel quid ſimile poſſit aquam, vel aliud vinum tenue miſcere, vel in tritico blada, & huiuſmodi, reducendo ad eum ſtatum, in quo ſunt res aliorum, & vendere eodem pretio, quo vendunt alij, dummodò non efficiantur deteriores, quàm quæ ab alijs paſſim venduntur, quia hoc modo vendens nullum damnum, vel iniuriam facit ementibus, probat Dian. *par.* 1. *tract.* 8. *reſol.* 51. Bonac. *de contract. diſput.* 3. *quæſt.* 2. *punct.* 6. *num.* 17. Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 21. *dub.* 11. *num.* 82. licèt alij contra, quorum opinionem probabiliorem eſſe, nempè talem commiſtionem in vino, tritico, & huiuſmodi licitam non eſſe, & continere peccatum, ac reſtitutionis nexum, probat Michael. Mantiq. *Quæſt. Vicar. par.* 2. *quæſt.* 92. *per tot. et quæſt.* 93. *per tot.*

47 Vendens vinum, vel quid ſimile, quòd ſciebat certo tempore corrumpi, non certiorato emptore de huiuſmodi vitio, tenetur de periculo, & damno, *l. ſi vina, ff. de peric. et commod. rei vendit.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 232. *num.* 26. *et* 27. Rom. *ſing.* 280. Azor. *Inſtit. moral. par.* 3. *lib.* 8. *cap.* 23. *quæſt.* 4. *verſ. ſeq quid ſentiendum*, vbi quòd poteſt in conſcientia excuſari ſi vendat emptori ſtatim conſumpturo, & non conſeruaturo, nec alijs ad conſeruandum vendituro, vide *in §. Vinum num.* 5. Dian. *par.* 1. *tract.* 8. *reſol.* 8. vbi de vino aqua diluto, & intelligit poſſe vendi modo prædicto, ſi minuatur pretium ad ratam, & non frequentetur talis venditio, ne minuatur commune, & iuſtum pretium quoad alios, *& par.* 5. *tract.* 7. *reſol.* 39. vbi an liceat vendere vinum tabernarijs, ſi venditor ſciat illud poſtea reuendere aqua mixtum.

Item vendens frumentum, vel aliud ſciens illius æſtimationem ſtatim eſſe minuendam poſt venditionem, tenetur ad intereſſe emptoris niſi huiuſmodi vitium latens detexerit, Menoch. *de arbitr. caſ.* 185. *n.* 21. *&c. caſ.* 232. *num.* 27. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 260. *n.* 10. *&c. cap* 361. *num.* 17. *&c.* Fagundez *de iuſt. & contract. lib.* 5. *cap.* 31. *n.* 9. *& ſeqq.* vbi tamen concludit contrarium eſſe verius ſaltem in foro conſcientiæ.

De vendente librum, quem ſcit breui prohibendum, Dian. *par.* 7. *tract.* 10. *reſol.* 25. *per tot.*

Non tenetur tamen in foro conſcientiæ ad aliquam reſtitutionem, cùm vendiderit eo pretio, quo iuſtiſſimè æſtimari poterat communi omnium iudicio, & ideo emptori quoad commutationem nulla ſit iniuria, ſicuti auctoritate D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 77. *art.* 3. probat Menoch. *d. caſ.* 185. *num.* 2. vide plenè Azor. *Inſtit. moral. par.* 3. *lib.* 8. *cap.* 23. *quæſt.* 4. Fagundez *loc. ſup. cit.* Couar. *reg. peccatum part.* 2. *§.* 4. *num.* 5. Silueſtr. *in verb. Emptio quæſt.* 15. Sot. *de iuſt. & iur. lib.* 6. *quæſt.* 3. *art.* 3. Salon. *eod. tract. tom.* 2. *quæſt* 77. *art.* 3. *contr.* 4. *per tot. fol. mihi* 96. *etc.* Dian. *par.* 1. *tract.* 8. *reſol.* 40. *reſolut.* 42. *&* 54. vbi an idem ſit in Senatu Ciuitatis, & Conſiliarijs, & videtur affirmare, niſi differant publicationem eo tantùm fine, vt priùs ipſi res ſuas cariùs vendant; vel niſi vendens de hoc interrogatus ab emptore, doloſè mentiretur, & veritatem taceret, Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 13. *num.* 45. *fol.* 203. vide Dian. *par.* 1. *tract.* 8. *reſol.* 46. vbi tenet contra hanc vltimam limitationem, vt venditor etiam rogatus non teneatur veritatem propalare, ſed poſſit vti iure ſuo, vendendo pretio currenti.

Vendens rem caro pretio indigenti pecunia, vt poſtea 48 ab illo viliori pretio reemat dicitur committere ſtoccum, de quo vide in §. *Contractus num.* 27. Azor. *Inſtit. moral. par.* 3. *lib.* 8. *cap.* 11. *per tot.* Salon. *loc. ſup. cit. quæſt.* 78. *art.* 2. *contr.* 7. *fol.* 243. Dian. *par.* 1. *tract.* 8. *reſol.* 20. Fagundez *de iuſt. & contract. lib.* 5. *cap.* 34. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi tamen dicit in foro conſcientiæ licitum eſſe huiuſmodi contractum, tribus conditionibus ſimul concurrentibus, nempè ſi animo ſincero fiat, ſi vendens nullam obligationem imponat ipſi emptori, vt ſibi reuendat, & ſi intra limites iuſti pretij ſupremi, & infimi ſe contineat, ſecùs ſentiens in foro fori ex legibus Caſtellæ, & de alijs ſimilibus contractibus boum, vel aliorum animalium fieri ſolitis inter diuites, & pauperes.

Quòd vendens cariùs ad tempus, ſi pretium excedat limites iuſti rigoroſi, committat vſuram, quia tunc dilatio temporis continet implicitum quoddam mutuum, ex quo nihil poteſt percipi, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 911. *num.* 16. *&c.* vide Rom. *conſ.* 429. *per tot.* vbi ponit tria requiſita, vt huiuſmodi contractus poſſit dici vſurarius, Couar. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 6. *&c.* plenè Azor. *Inſtit. Moral. par.* 3. *lib.* 8. *cap.* 11. *per tot.* P. Steph. de Neapol. *de præcep. iur. & iuſt. par. lib.* 2. *cap.* 40. *num.* 4. *&* 11. dixi *in Pract.* §. *Vendere num.* 23. *&c.* vide Dian. & quos allegat *par.* 10. *tract.* 12. *reſolut.* 28. *per tot.* Matthæum Sanz. *de re crim. contr.* 40. *n.* 105. *& ſeqq.* Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract.* 19. *diſput.* 4. *ſect.* 6. *per tot. fol.* 272. vbi tamen quòd non committit vſuram, quando pretium non excedit limites iuſti pretij ſummi, & rigoroſi, Leſſ. *de iuſtit. & iure lib.* 2. *cap.* 21. *dub.* 6. *&c.*

Ita vt non poſſit excuſari ratione lucri ceſſantis, cùm compenſetur alio lucro, quo careret, ſi non venderet ad tempus, nempè maioris concurſus emptorum, vt benè implicat Dian. *par.* 1. *tract.* 8. *reſol.* 24. *&* 25. vbi etiam quòd peccant, & obligantur ad reſtitutionem qui vendunt fructus meliores, vel carnem electam plus pretio taxato, deteriores verò pretio taxato, quia pretium cenſetur permiſtim taxatum, & non poteſt fieri huiuſmodi ſelectio, niſi fortè deteriores poſtea venderentur minùs pro rata, Fagundez *de iuſt. & contract. lib.* 5. *cap.* 31. *per tot.* vbi plura an ratione lucri ceſſantis, & damni emergentis poſſit res cariùs vendi, quèm pretio ſupremo currenti valeat, &c.

Quòd vendens cariùs conceſſa dilatione ad ſoluendum, 27 dicatur vſurarius, & ob id cogatur edere libros ſuarum rationum, & licèt ſecundùm multos communi hominum vſu videatur permiſſum mercatoribus vendere carius ad tempus, ratione fortè periculi, vel lucri ceſſantis, ſiue damni emergentis, huiuſmodi conſuetudo excuſare poteſt ſolùm in foro temporali, non autem in foro conſcientiæ, & apud Deum, quando pretium excedit limites rigoroſi vt ſupra, & verè non adeſt dictum periculum, nec lucrum ceſſans, vel damnum emergens cum ſuis debitis requiſitis, de quibus alibi dixi Menoch. *de arbitr. caſ.* 499. *num.* 35. *&c.* Genu. *de ſcript. priuat. lib.* 4. *tit. de lib. vſur. num.* 27. *&* 28. Couar. Azor. P. Steph. *in loc. ſup. cit.* vide *in meis reſolut. cap. vlt. per tot.* Michael. Salon. *de iuſt. & iur. tom.* 2. *quæſt.* 78. *art.* 2. *contr.* 16. *per tot. fol. mihi* 303. *contr.* 18. *fol.* 313. *& contr. ſeqq.* vbi quomodo ſit permiſſum ratione lucri ceſſantis, damni emergentis, officij, periculi, expenſarum, & huiuſmodi, vide *in §. Vſura n.* 8. Dian. *par.* 1. *tract.* 8. *reſol.* 57. vbi an poſſit aliquid exigi vltra iuſtum pretium ratione periculi ſortis, cui ſe exponit vendens ad credentiam, refert contrarias opiniones, & videtur ſequi affirmatiuam, ſi verè adſit periculum, alias ſecùs, vide Caſpenſ. *d. tract.* 19. *diſput.* 4. *ſect.* 6. *per tot.* Fagundez *de iuſt. & contract. lib.* 5. *cap.* 27. *& ſeqq.* vbi plura an ex circumſtantia loci, temporis, & huiuſmodi cauſis poſſit res cariùs vendi alienigenis, &c.

Quando, & ex quibus cauſis poſſit cariùs vendi, vel viliùs emi, idem Salon. *loc. cit. quæſt.* 77. *art.* 1. *fol mihi* 8. *& d. art. contr.* 18. *fol.* 70. Dian. *reſol. moral. par.* 1. *tract.* 8. *reſol.* 22. *& ſeqq. per tot. tract.* Bonac. *de contract. diſput.* 3. *quæſt.* 2. *punct.* 4. *per tot.* vide *in §. Pretium num.* 2.

Fagun-

Fagundez *loc. cit. cap.* 30. *per tot.* Gibalin. *de vniuerſ. negotiat. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *Conſect.* 14. *fol.* 103. Leſſ. *de Iuſt. & Iur. lib.* 2. *cap.* 21. *dub.* 6. *&c.*

Quanta autem ſit latitudo iuſti pretij, & in quo verificetur, & quodnam dicatur iuſtum pretium variæ ſunt opiniones ad tradita per Dian. *reſol. moral. par.* 3. *tract.* 5. *reſol.* 112. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 549. *num.* 23. Azor. *Inſtit. moral. par.* 3. *lib.* 8. *cap.* 21. *&* 22. Couar. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 3. Salon. *d. quæſt.* 77. *art.* 1. *contr.* 3. *per tot. fol. mihi* 14. vide *in §. Pretium num.* 2. *& in Pract. §. Vendere n.* 25. vbi quòd poteſt remitti arbitrio iudicis, attenta qualitate temporum, mercium, atque perſonarum.

Quòd ex dilata, vel anticipata ſolutione non poſſit pretium augeri, vel minui vltra iuſtitiam, Rot. *par.* 12. *rec. dec.* 129. *num.* 90. vide *in §. Conductio n.* 48. Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 40. *num.* 105. *& ſeqq.* Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract.* 19. *diſput.* 4. *ſect.* 6. *&* 7. *per tot. fol.* 273. Fagundez *d. tract. lib.* 5. *cap.* 30. *cum pluribus ſeqq.*

49 Vendens frumentum, vel balda ad credentia, adiecto pacto, quòd ei ſolnatur pretium iuxta valorem futurum menſis Maij, vel alterius temporis, an dicatur adijcere iuſtum pactum, vel potiùs iniuſtum, & vſurarium, vide Natt. *conſ.* 369. Cranett. *conſ.* 146. *num.* 23. Soccin. iun. *con.* 83. *lib.* 2. Philip. Port. *conſ.* 30. *lib.* 1. Tuſch. *lit. V. concluſ.* 337. *num.* 57. *&c. ad* 64. Couar. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 3. P. Sthephan. de Neapol. *de præcip. iur. & inſt. par. lib.* 2. *cap.* 40. *num.* 12. Azor. *Inſtit. Moral. par.* 3. *lib.* 8. *cap.* 9. Salon. *de iuſt. & iur. tom.* 2. *quæſt.* 78. *art.* 2. *contr.* 21. *&* 22. *fol. mihi* 320. *etc.* Dian. *par.* 3. *tract.* 6. *reſol.* 2. dixi *in Pract. §. Vendere num.* 26. *et ſeqq* vbi auctoritate prædictorum firmaui, dictum pactum eſſe licitum, quando venditor non erat venditurus, niſi illo tempore, & rogatus ab emptore anticipatè vendit, nec intendit velle pretium magis rigoroſum, habito etiam reſpectu ad expenſas, & periculum in conſeruando, vel vult ſtare omnino in tuto attendendo tempus contractus, vel pacti prout ſibi vtilius foret, aliàs pactum eſſet omninò vſurarium, & illicitum, & in alijs caſibus, de quibus Tuſch. *lit. V. concluſ.* 345. *et ſeqq.* P. Steph. de Neap. *d. tract. lib.* 2. *cap.* 29. *et ſeqq.* Azor. *loc. ſup. cit. cap.* 10. *per tot.* Salon. *d. tract. quæſt.* 78. *art.* 2. *contr.* 27. *et* 23. vbi reſoluunt plura dubia in hac materia, & etiam circa emptiones factas viliori pretio propter anticipatas ſolutiones, quæ vt plurimum ſunt vſurariæ, Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract.* 19. *dubit.* 3. *ſect.* 6. *fol.* 236. vbi an licitum ſit mutuare triticum, vel aliud cum pacto, vt reſtituatur in eadem menſura, etiam ſi pretium eius ſit auctum, *& diſput.* 4. *ſect.* 6. *&* 7. *fol.* 272. *&c.* vbi an licitum ſit cariùs vendere dilata ſolutione, vel vilius emere anticipata ſolutione.

De emptione facta viliori pretio anticipata ſolutione, quòd poſſit ſuſtineri ſi non ratione ſui, ſaltem ratione circumſtantiarum, veluti propter periculum non recipiendi merces, vel propter lucrum ceſſans, vel damnum emergens, & huiuſmodi, Dian. *par.* 1. *tract.* 8. *reſol.* 22. *&* 23. facit quòd dixi *in §. Pecunia num.* 14. & latè Rot. *par.* 16. *recen. deciſ.* 110. *per tot.* Carol. Marant. *contr. par.* 5. *reſponſ.* 66. *per tot.* vbi plura ad ſuſtinendam emptionem crediti exigendi, pro minori pretio ratione laboris, expenſarum, & periculi.

De venditione fructuum futurorum euentuum in ſpe conſiſtentium quòd poſſit fieri, & ſit valida, Cabal. *conſ. deciſ.* 52. *num.* 3. *et ſeqq. lib.* 1. Pacion. *de locat. et conduct. cap.* 45. *et ſeqq.* vbi plura ad quem ſpectet periculum, ſi fructus non naſcantur, vel pereant in totum, vel in parte, &c.

Quid autem ſeruandum, ſi in tempore conuento diuerſa fiant pretia? dic minus eſſe attendendum, ſecundum Guid. Pap. *deciſ.* 252. Natt. *conſ.* 229. cum alijs per Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 187. *per tot.* vbi tamen refert alios tenentes poſſe eligi medium, quibus ego aſſentior, nec diſſentiunt Azor. & P. Steph. *in loc. cit.* dum volunt attendendum eſſe pretium, quod fuit frequentius in loco, vide in *§. Promittens num.* 38. & latè Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *tit.* 22. de prohibita venditione frumenti ante menſem Iulij *fol.* 257. *& ſeqq.* vbi de venditione frumentorum in herba, & an ſit licitum dare frumenta ad renouandum, & concludit affirmatiuè tribus concurrentibus, primò, ſi dentur in gratiam recipientis, ſecundò, ne periret vetus frumentum, (quod non poſſet vendi, & non propter auaritiam) tertiò, ſi non auferatur libertas recipienti ſe quandocumque exonerandi etiam reſtituendo vetus frumentum; quando debitor frumenti teneatur ad intereſſe quanti plurimi, & alia plura ad rem, adde Caſpen. *Curſ. Theol. tract.* 19. *diſput.* 3. *ſect.* 6. vbi an, & quomodo licitum ſit mutuare frumentum citra vſuram.

50 Venditor, qui iurauit non contrauenire contractui, an poſſit illum impugnare ex defecto pretij, vel minoris ætatis, ſiue ſolemnitatis non ſeruatæ, & quòd in omnem caſum eſſet petenda abſolutio à iuramento, quæ cauſa cognita non ſolet denegari à iudice Eccleſiaſtico, Pract. Papp. *cum Addit. in cauſ. vendit. gloſ.* & ſub eius iuramento, vide *ſupra num.* *& in §. Abſolutio num.*

51 Vendita domo non veniunt ſtatuæ domui non affixæ, cùm inter ſuppellectilia, & ornamenta computentur, *l. quæſitum, §. Papinianus, ff. de fund. inſtruct. l. in vendendo in fine, vbi gloſ. ff. de contrah. empt.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 15. *num.* 17. *&* 18. Viui. *comm. opin.* 202. vbi etiam an, & quando veniat hortus, vel non, apothecæ, & ſimilia.

Imò nec veniunt ſtatuæ affixæ, quæ tendunt ſolùm ad ornamentum, & poſſunt abſque læſione amoueri, etiam ſi eſſent ad perpetuum vſum domus deſtinatæ, *l. Statua affixa* 245. *ff. de verb. ſignif.* Rot. *par.* 3. *diuerſ. deciſ.* 288. Cephal. *conſ.* 92. *per tot.* Surd. cum Hodiern. *deciſ.* 134. *num.* 1. *&c.*

Si tamen domus fuerit vendita cum omnibus ſuis iuribus, & pertinentijs, ac rebus affixis, & ſolitis haberi, & teneri, & in vſu eiuſdem domus eſſe, ex vi huiuſmodi verborum comprehenderentur etiam ſtatuæ, licèt non affixæ, ſi ſint ad perpetuum vſum domus deſtinatæ, prout etiam comprehenduntur quando ſunt parietibus affixæ per ferruminationem, vel applumbationem, adeò vt amoueri non poſſint ſine illarum, vel muri læſione, vel quando vltra ornatum aliud præſtant miniſterium, vt recolligendi aquam ſub fontibus, vel eam ex ore, ſiue alijs membris euacuandi, nam iſtæ ſic deſeruientes licèt non affixæ veniunt tamquam pars domus, ſicut etiam veniunt in venditione, quando ſimul cum domo fuerunt emptori oſtenſæ, cum omnia, quæ tempore contractus emptori oſtenduntur veniant in ipſo contractu, vt benè omnia prædicta comprobat Surd. cum Hodiern. *d. deciſ.* 134. *per tot.* vbi loquitur in ſpecie de vitriatis, & ſimilibus inſtrumentis ad perpetuum vſum domus deſtinatis, & vult comprehendi in venditione, & benè Altograd. *conſ.* 99. *n.* 8. *lib.* 2. Mohæd. *deciſ.* 1. *&* 2. *de empt. & vendit.* vbi de ſtatuis, Ricc. *Collect.* 212. *&* 669.

An, & quando in venditione domus, vel fundi veniant vaſa vinaria, vt ſunt dolia, & tinæ, Altograd. *conſ.* 35. *n.* 3. *& ſeqq. lib.* 2. vide *in §. Fundus num.*

Quid veniat appellatione domus, & pertinentiarum, vide *in §. Appellatiua ſignificatio num.* 38.

Quòd vendens rem cenſeatur vendere ſimul omnia affixa rei, ſecùs autem ſi non ſint affixa, Iaſ. *in l. beneficium, ff. de Conſtit.* Addit. ad Pract. Papp. *cauſ. vendit. gloſ. Fructus.*

Quòd ex quantitate pretij cognoſcatur quid, & quantum venerit in venditione, Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 73. *per tot.* vide *in §. Pretium num.* Bich. *deciſ.* 607. *num.* 17. *&c. infr. num.* 52.

Vendita domo, fundo, equo, vacca, vel ſimilibus rebus, quæ veniant in venditione, vide Bertazzol. *de clauſ. clauſ.* 26. *gloſ.* 13. *per tot.* vbi reperies multa curioſa, & ſcitu digna, ac de quibus contingit quotidiè in praxi dubitari, Hermoſil. *ad leg. Partit. tom.* 2. *gloſ.* 2. *& ſeqq. leg.* 28. *& ſeqq. fol.* 555. *&c.*

An veniant piſces, dixi *in §. Aqua num.* 7.

Quòd vendito equo, veniat ſella, frænum, & alia ornamenta, quæ habebat tempore venditionis, ſecùs autem ſi equus fuit oſtenſus ſine ornamentis, *l. ædiles aiunt* 38. *§. vendendi, ff. de ædilit. edict.* Altograd. *conſ.* 99. *n.* 39. *lib.* 2. Surd. *deciſ.* 134. *num.* 6. *&c.* Barboſ. *de appell. verb. ſignif. appellat.* 90. *num.* vbi etiam quando vendita equa, ſiue vacca, veniat pullus, ſiue vitulus.

Vendito Caſtro, & ſimilibus, qualiter veniant monitiones, inſtrumenta, & alia deſtinata ad vſum perpetuum, maximè ſi ſint affixa, plenè Gizzarel. & Addent. *dec.* 32. *per tot.* Barboſ. *d. appell.* 90. *& appell.* 106 *per tot.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 154. Tiraquel. *de retract. lignag. §.* 1. *gloſ.* 7. *num.* 96. *&c. §.* 36. *gloſ.* 3. *n.* 4. Borgn. *dec.* 44. *n.* 119. *dec.* 52. *n.* 4. *&c. deciſ.* 55. *num.* 15. Card. Tuſch. *lit. V. concluſ.* 62. *per tot. & lit. C. concluſ.* 122. *& ſeqq.*

De omnibus prædictis, & alijs acceſſionibus rei venditæ, & quænam res acceſſoriæ veniant cum re vendita, vel non, Gibalin. *de vniuerſ. negotiat. tom. 2. lib. 4. cap. 3. Conſeq. 6. & 7. per tot. fol. mihi 79. &c.*

Non tamen vendi poſſunt, nec in alium contractum deduci, nec pro executione capi ea, quæ ædibus ſunt affixa, ne inducatur deformitas ædium, & Ciuitatis, Hermoſil. *ad leg. Partit. tom. 2. gloſ. 1. &c. leg. 16. tit. 5. fol.* 509. vbi dat nonnullas limitationes, nempè ſi domus nominetur, ſed ſit ruina, ſi poſſint abſque deformitate amoueri, vel ſi agatur de parua domuncula, & de pœna, Peregrin. *de iur. fiſc. lib. 4. tit. 7. n. 21.*

52 Vendens rem alteri affictuatã, vel locatã nondum maturato affictu, vel peſione, transfert cum re vendita huiuſmodi affictum, & penſionem vti fructuum pendentem in emptorem, Pract. Papp. *cauſ. vendit. gloſ. Fructus n. 2.* vide tamen Gratian. *diſcept. for. c. 20. n. 43. &c.* vbi aliter, & melius diſtinguit, *& cap. 471. n. 12. &c.* Theſ. *dec. 56. n. 6.* Durand. *dec. 448. n. 47.* dixi *in §. Fructus n.* §. *Penſio num.*

Quando vendens cenſeatur vendere rem pleno iure, vel tantum ius, quòd ipſe habet in ea, vide Seraph. *dec. 932. per tot.* facit quod dixi *in §. Donatio num.*

Quòd vendens domum cum alio ſibi communem, cenſeatur vendidiſſe tantùm partem ad ſe ſpectantem, & non totam, maximè ſi ex quantitate pretij, & alijs circumſtantijs, vel narratiuis inſtrumenti appareat de ſua tantum parte ſenſiſſe, & emptorem ſciuiſſe non in totum ſpectare ad venditorem, latè Bich. *deciſ. 607. & 644. per tot.* facit *ſupra num. 43. &c.* Cabal. *conſ. deciſ. 70. num. 1. lib. 1.*

53 Vendens fundum vnum, ad quem non poterat, nec ſolebat iter habere niſi per alterum fundum ipſius venditoris contiguum retentum, non transfert in emptorem ius, vel ſeruitutem itineris, niſi ſpecialiter ita conuentum fuerit, & idem eſt in diuiſione; intelligendo in contractibus, & quoad ſeruitutes diſcontinuas, ſecùs in vltimis voluntatibus, & quoad ſeruitutes continuas, vel quando fuiſſet appoſita clauſula, *cum acceſſibus, & introitibus ſolitis*, Cæpol. *de ſeruit. cap. 38. num. 3.* Capyc. *deciſ. 187. per tot.* Surd. *conſ.* 17. Bertazzol. *de Clauſ. clauſ. 25. gloſ. 1. num. 6.* Mantic. *de tacit. lib. 4. tit. 36. num. 20. &c.* Leoncil. *deciſ. Ferr. 102. num. 9.* Giouagn. *reſponſ. 36. n. 25. &c.* Ciarlin. *contr. 76. per tot. lib. 1.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 144. per tot.* dixi *in reſol. cap. 14. per tot. in Pract. §. Vendere num.* 41. vbi de cauſa propria, in qua ita fuit iudicatum. Si tamen emptor, vel alius vicinus non poſſet alia via ad ſuum fundum ire, tenetur venditor, vel alius vicinus nedum iter præſtare, ſed etiam viam deuaſtatam ſuis ſumptibus reaptare, & manutenere, ad tradita per Poſſent. *ſing. 298. per tot.*

Quod ego intelligo ſoluto iuſto pretio, & determinato loco opportuno per iudicem, vt dixi in citata *reſol* 14. *n. 7.* ex Gratian. *diſcept. 681. n. 44. & in §. Vicinus num. 7.*

Quòd ſeruitutes continuæ veniant in venditione, non autem diſcontinuæ, Magon. *deciſ. Flor. 136. num. 4. &c.* intelligendo de continuis propriè ſumptis, ſecùs in quaſi continuis, ad latè tradita per Altograd. *conſ. 51. num. 34. & ſeqq. & num. 64. &c. lib. 2. conſ. 52. & conſ. 75.* vide in *§. Seruitus num. 11. & ſeqq.* vbi referuntur Doctores dictam diſtinctionem impugnantes.

Quòd vendens domum vnam ex duabus, altera ſibi retenta, poſſit retentam altiùs extollere obſcurando lumina domus venditæ in præiudicium emptoris, imò in totum lumina auferendo de iuris rigore, niſi emptor ſibi expreſsè de hoc cauerit per pactum, latè Altograd. *d. conſ. 51. n. 32. & ſeqq. lib. 2.* vide *in §. Seruitus n. 11. & ſeqq.*

Quòd vendens cum ceſſione iurium transferat in emptorem etiam ſeruitutes perſonales ſibi competentes, Caſtr. *in l. pro parte num. 3. ff. de ſeruit.* ſequitur Surd. *conſ. 17. num. 30.*

Vendens autem prædium vnum, quod alteri prædio retento debebat ſeruitutem viæ; vel ſimilem, cenſetur liberè vendidiſſe ſine onere ſeruitutis, niſi ſibi expreſsè illam reſeruauerit, Caſtr. *in l. binas ædes in fine, ff. de ſeruit.* Natt. *conſ. 642. num. 4.* Surd. *d. conſ. 17. n. 6. &c. lib. 1. & dec. 177. num. 8.*

54 Vendere rem ſuam contra propriam voluntatem regulariter nemo cogi poteſt, *l. nec emere, C. de iur. delib. L. Invitum, C. de contrah. empt.* Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit. 393. per tot.* latè Soccin. *Reg. 530. inter reg. diuerſ. fol. mihi 619.* vbi 58. notabiles limitationes adducit, Menoch. *de arbitr. caſ. 462. n. 12. &c.* Altograd. *conſ. 102. num. 50. & ſeqq. lib. 2.* vbi quòd cogi poteſt a Principe pro bono pacis, & ob publicam vtilitatem ſoluto ſemper iuſto pretio, vide Tuſch. *lit. V, concl. 50.* Couar. *var. reſol. lib. 3. cap. 14.* Ricc. *Collect. 1503. & 1851.* Gizzarel. & Addent. *deciſ. 37. & 87. per tot.* Azor. *Inſtit. moral. par. 3. lib. 8. cap. 27. quæſt. 2. per tot.* P. Stephan. de Neap. *de præcip. iur. & inſt. par. lib. 2. cap. 43. num. 3. etc.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 53. num. 8. & deciſ. 60. n. 1. &c. vol. 3.* vbi limitat in victualibus tempore penuriæ, & huiuſmodi, Surd. *de aliment. tit. 8. priuil. 94.* Rot. *par. 12. recent. in Appendic. deciſ. 413. num. 3. et ſeqq.* Addit. ad Sanfelic. *deciſ. 413. per tot.* vbi plures adducit caſus, in quibus vendere quis cogi poteſt, Nouar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect. 28. n. 16. et ſeqq.* Viui. *comm. opin.* 1026. Pacion. *tract. de locat. et conduct. cap. 20. num. 1. et ſeqq.* vbi quòd idem eſt in locatione præcipuè ad longum tempus, Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib. 5. Rub.* 17. vbi de exponente rem venalem, vt poſſit pœnitere, niſi ſit bottegarius, tenens ſignum expoſitum, vel in caſu neceſſitatis victualium.

Qualiter fauore Eccleſiæ, vel Monaſterij quis cogi poſſit ad vendendum, non quidem iure actionis, ſed implorationis officij iudicis, per *tex. in l. ſi quis ſepulchrum, ff. de relig. et ſump. fun. l. decernimus, C. de Epiſc. et Cler.* Gratian. *diſcept. for. cap. 671. num. 15. etc. cap. 742. num. 20. etc. cap. 896. per tot.* Ricc. *in Prax. var. reſol. cap. 423. num. 2. etc.* Nouar. *d. Collect. 28. num. 19. et ſeqq. et Collect.* 138. Gizzarel. & alij ſupracitati, vide in §. *Eccleſia num.* 17. Ricc. *Collect.* 76. Cyriac. *contr. 231. num. 16. & ſeqq.* Rot. *par. 12. recent. in Append. deciſ. 413. num.* 41. Sanfelic. *dec. 307. num. 9.* vbi etiam fauore libertatis, & ideò poteſt cogi dominus ad vendendum ſeruum ab infidelibus petitum pro redemptione captiui, quia huiuſmodi redemptio eſt pia cauſa, latè Caren. *reſol. 2. per tot.* Donad. *tract. de renunciat. cap. 15. per tot.* Io. Dominic. Panſut. *contr. foren. 25. per tot.* vbi quòd licet pro Eccleſiæ, vel Monaſterij conſtructione, vel ampliatione cogatur vicinus vendere, limitatur procedere tantùm ſtante præciſa neceſſitate Eccleſiæ, ſecùs ſi ad alterius vtilitatem, vel ſi agatur de ſimplici hoſpitio ab Eccleſia remoto, &c. Cabed. *deciſ. 105. per tot. par. 1.* vbi etiam quando quis cogatur vendere ſeruitutem altius non tollendi, & agrum pro ampliando circuitu Monaſterij, & alia notabilia.

Qualiter pro commodo ædificare volentium vigore legis municipalis Status Florentini, dixi in Pract. §. *Ædificare num. 1.*

Et qualiter vigore Conſtitutionis Gregorij XIII. *ſuper ædific. & iure congrui in ordine* 22. Rot. *d. par. 12. recent. dec. 413. per tot.* dixi in §. *Ius congrui n.* 25.

Quòd ad ſedandas diſcordias, & inimicitias poſſit quis ad diuiſionem, & venditionem compelli, ſicut etiam quando res non eſt diuiſibilis quis vendere cogitur, vel ſi agatur de vnicoda iuriſdictione ciuili, & criminali, ac alia de bonitate vnionis, Sanfelic. *deciſ. 322. per tot.* Caren. *reſol. 2. per tot.* vbi plura de regula quòd nemo inuitus vendere cogatur, vt non procedat iuſta ſubſiſtente cauſa, ſiue priuata, & exemplificat in multis, Gibalin. *de vniuerſ. negot. tom. 2. lib. 4. cap. 4. Conſect. 6. per tot. fol. mihi 128. &c.*

De Regula cum ſuis declarationibus, & limitationibus, quod nemo inuitus cogatur vendere, nec emere, plenè Hermoſil. *ad leg. Partit. tom. 2. gloſ. 1. leg. 3. tit. 5. fol. 398. &c. cum pluribus gloſ. ſeqq. ad fol.* 413. Andreol. *contr.* 290. Carol. Tap. *deciſ. 7. per tot.* vbi tamen quòd domus Magnatum antiqua in familia non poteſt inuitis dominis capi pro ampliatione Eccleſiæ, Nouar. *quæſt. forenſ. 32. num. 2. lib. 1.* Tondut. *quæſt. Canon. 146. par. 3.*

Vendens rem ſuam coactus à lege, vel ſtatuto, non te- 55
netur habere fidem de pretio, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 149. num. 25. &c.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. gloſ. 14. num. 44. & melius §. 3. gloſ. 3. num. 1.* dixi in *reſol. cap. 68. num. 71.* Peregrin. *dec. 19. n. 14.*

Vendens rem cum pacto, vt intra aliquod tempus ad- 56
mittatur ad redimendum, ſi ſinat labi tempus, non habeat reſtitutionem in integrum, quæ contra præſcriptionem conuentionalem non datur etiam minori, vel alia iuſta cauſa impedito, Tiraquel. *de retract. conuent. gloſ. 2, §. 1. n. 54.* vbi *num.* 57. dicit contrarium, & *n.* 58. relinquit cogitandum, vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 26. n. 24. etc. cap.* 433.

cap. 433. *num.* 68. *&c. cap.* 957. *num.* 1. *&c.* vbi videtur contrarium firmare Montan. *de tut.cap.* 33. *nu.* 352. Mart. Medic. *deciſ.*34. *&* 35. *per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 217. *num.* 1. *&c.* vbi dicit eſſe receptiſſimam opinionem, quam tamen limitat non procedere ſtante modicitate pretij arbitrio iudicis æſtimanda, quia tunc etiam lapſo termino præſcripto, poterit venditor rem venditam reuocare ſaltem ex æquitate, vide in §. *Reſtitutio num.* 15. Martha *vot. Piſ.* 54. Rot. *part. 9. recent. deciſ.* 63. *num.* 18. *& ſeqq.* vbi quòd regulariter minori datur reſtitutio aduerſus dictum lapſum temporis, limitat tamen non procedere, ſi pactum fuerit initum cum ſuo auctore, & vbi non probatur de læſione.

Quòd vendens rem cum pacto redimendi, minus iuſto pretio, ſit audiendus in perpetuum ſi redimere voluerint non obſtante lapſu temporis, imò ſecundum multos in huiuſmodi contractibus ſuſpectis, eſſet locus imputationi fructuum in ſortem, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*26. *num.*20. *&c.* Menoch. *d. caſ.* 217. *& præſumpt.* 122. *lib.* 3. *per tot.* Surd. *deciſ.* 34. Marcian. *diſput. fur. cap.* 78. Mart. Medic. *deciſ.* 33. *cum Addit. & duabus deciſ. ſeqq.* Martha *vot. Piſ.* 54. *per tot.* Viui. *comm. opin.* 1013. *num.* 3. dixi in Pract. §. *Vendere n.* 11. *& ſeqq.*

Multa quando ex modicitate pretij, & pacto prædicto, aliiſque coniecturis contractus dicatur vſurarius, & quomodo cognoſcatur, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 258. *per tot. cap.* 600. *per tot.* vbi quòd huiuſmodi modicitas debet eſſe vſque ad dimidium, Mart. Medic. *Exam.* 20. *cum tribus deciſ. ſeqq. & Addit. per tot.* vbi plenè, & latè etiam Guttierez. *in Prax. quæſt.* 82. *per tot.* Fagundez. *de iuſt. & contract. lib.* 5. *cap.* 43. *per tot.* Mart. *vot. Piſ.* 54. *per tot.* Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 2. *num.* 3. *& ſeqq.* vbi quòd dicta modicitas pretij debet eſſe vltrà dimidiam iuſti pretij, & in dubio pretium præſumitur iuſtum, & *d. part.* 15. *deciſ.* 94. *per tot. & part.* 16. *deciſ.* 139. *per tot.* vbi plura qualiter dicta modicitas pretij debeat eſſe concludenter probata, alias ſuſtineatur contractus, *& deciſ.* 283. vbi requiruntur aliæ coniecturæ fraudem redolentes, & reijciuntur.

Alia plura ad præſumendum contractum ſimulatum ex modicitate pretij, & locatione facta ipſi venditori, & quando ſolutio dicatur facta pro vſura pecuniæ, vel pro penſione rei, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 116. *per tot.* Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 2. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi quòd venditio cum pacto redimendi, & ſubſequenti locatione pro annua reſponſione ipſi venditori, etiam nondum appræhenſa poſſeſſione per emptorem, eſt de iure permiſſa, *per tex. in l.* 2. *C. de pact. inter emptor. & vendit.* cum concordantibus relatis, niſi conſtet vlterius de modicitate pretij vltrà dimidiam, cùm in dubio præſumatur iuſtum, & tale ſit æſtimandum habito reſpectu ad onera contractus ibi ponderata, & *d. part.* 15. *deciſ.* 94. *per tot. & part.* 16. *deciſ.* 139. *in eadem cauſa*, vbi plura ad ſuſtinendum dictum contractum, non probata concludenter modicitate pretij, & *deciſ.* 283. vbi reijciuntur coniecturæ ad ſubuertendum contractum adductæ, & *part.* 17. *deciſ.* 293. *per tot.* vbi pariter pro ſubſiſtentia contractus, non obſtantibus pluribus in contrarium adductis, & *part.* 18. *deciſ.* 641. vbi pro realitate contractus, reiectis coniecturis pro ſimulatione, & vſura adductis, & *deciſ.* 656. *per tot. &* 737. *per tot. & part.* 19. *deciſ.* 219. *&* 318. *per tot.*

Huiuſmodi præſumptiones ſimulationis, & vſurariæ prauitatis non militare contra mulieres, minores, ruſticos, & milites, ſed tantùm contra expertos, & ſagaces, Gratian. *diſcept. for. cap.* 600. *nu.* 12. *etc.* Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 122. *num.* 40. *etc.* vbi remittit ad arbitrium iudicis; nec contra perſonas nobiles, & non ſolitas fœnerari, Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 737.

Quòd ſtante pacto ſupradicto, modicitate pretij, vltrà dimidiam, & emptor ſit ſolitus contractus vſurarios inire, contractus reputetur vſurarius, latè Cæpol. *tract. de ſimulat. contract. caſ.* 6. *princip.* Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 122. *per tot.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 447. *num.* 1. *et ſeqq.*

Quòd imò ſufficiant prima duo requiſita nempè pactum redimendi, & modicitas pretij vltrà, vel circa dimidiam ad faciendum contractum vſurarium, dicit magis communem opinionem Ferret. *caut.* 17. vbi docet cautelas ad effugiendum huiuſmodi præſumptiones, ſequitur Rot. *in nouiſs. part.* 6. *deciſ.* 17. *num.* 3. *etc.* Mohed. *deciſ.* 3. *de empt. et vendit.* Azor. *Inſtit. Moral. part.* 3. *lib.* 8. *cap.* 12. Couar. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 8. *etc.* P. Steph. de Neap *de princip. iur. et iuſt. part. lib.* 2. *cap.* 39. *per tot.* Borgn. *deciſ.* 1. *de contract. alias deciſ.* 47. *per tot. part.* 2. Caſſador. *deciſ.* 1. *de vſuris*, Maſcard. *de probat. concl.* 447. vbi refert contrarias opiniones, & dicit eſſe in optione cuiuslibet ſequi quam maluerit, Viui. *comm. opin.* 1029. Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 40. *nu.* 107. *& ſeqq.*

Intellige quando pactum eſt limitatum in damnum venditoris, vt ſcilicet non poſſit redimere, niſi lapſo tanto tempore, quia tunc clarè conſtat emptorem velle lucrari fructus illius temporis, nam quando pactum ſtat ad libitum venditoris ſolet minuere pretium, vt dixi in §. *Pactum num.* & ità declarat Rot. *in d. deciſ.* 17. *num.* 5. *et ſeqq.* & in mea Pract. §. *Vendere num.* 11. *etc.* vide in §. *Fructus n.* 8.

Et licèt dictum pactum ſit appoſitum ad fauorem venditoris, non penitùs excludit malam præſumptionem, ſed tantùm minuit pretium ad ratam temporis, intrà quod poteſt venditor redimere, ita vt habeatur tantùm in conſideratione ad conſtituendum pretium, an ſit modicum, vel non arbitrio iudicis, nam ſi pactum ſit perpetuum, & liberum quandocumque, (licèt reſtringatur ad 30. annos) minuit pretium in tertia parte, & ſi ſit limitatum in quarta parte, vel ad rationem triginta pro centenario, vide Rot. *part.* 6. *d. deciſ.* 17. *num.* 4. *& ſeqq. et part.* 15. *deciſ.* 2. *num.* 9. *et deciſ.* 94. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 26. *num.* 4. *cap.* 258. *num.* 32. *cap.* 600. *nu.* 8. *cap.* 616. *nu.* 7. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 97. *nu.* 5. *etc.* Azor. *Inſtit. moral. d. cap.* 12. *quæſt.* 3. P. Steph. *d. cap.* 39. *num.* 2. dixi in *Pract.* §. *Vendere num.* 13. & in hoc Opere §. *Pactum*, adde Fagundez *de iuſt. et contract. lib.* 5. *cap.* 43. *per tot.*

Florentiæ vigore cuiuſdam prouiſionis de die 12. Aprilis 1518. quam legiſſe memini in quodam libro Bannimentorum D. Curtij de Polis à Secretis DD. Octo Balliæ Virorum inſcripto, *Leſa Maeſtà, et altro à* 350. ſtante modicitate pretij vltrà quartam partem, & pacto de retrouendendo, ſi ſimus in ſolito fœnerari; contractus præſumitur in fraudem vſurarum, & ſi modicitas pretij ſit vltra tertiam, præſumitur ſimulatus, vide Maſcard. *de probat. concluſ.* 447. *nu.* 2. *etc.* vbi aſſerit Florentiæ tranſactam eſſe in rem iudicatam, illam opinionem pro ſalute animæ, & conſcientiæ, ſufficere ad inducendum contractum ſimulatum pignoratitium, vel vſurarium duo requiſita de prædictis, & allegat Lup. & Conſtitutiones Sinodales, adde Martham *Vot. Piſ.* 54. *per tot.*

Plura de pacto retrouendendi, quid ſit, quomodo licitum in gratiam venditoris, & in gratiam emptoris, an tranſeat ad hæredes, an poſſit præſcribi, an debeatur noua gabella, cuius ſint fructus medij temporis, & alia ad rem, Gibalin. *de vniuerſ. negot. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 5. *art.* 3. *fol.* 147.

Vendens rem cum pacto redimendi in ipſo contractu 57
appoſito, præfertur in retractu conſanguineis, vel vicinis, quibus ex forma ſtatuti competit ius retrahendi, vt dixi in §. *Inſcongrui num.*

Etſi vigore dicti pacti redimat, recuperat rem liberam ab omni hypotheca, vel alio onere per emptionem appoſito, ſicut idem eſt quando retrahitur à vicinis, vel alijs vigore ſtatuti, vel quando ab ipſo venditore recuperatur per remedium, *l.* 2. *C. de reſcind. vendit.* ad tradita per Tiraquel. *de retract. conuent.* §. 3. *gloſ.* 1. *nu.* 9. *etc.* Neguſ. *de pign. part.* 5. *memb.* 1. *n.* 43. *etc.* vide in §. *Emptor num.*

Non enim dicitur habere rem ex noua cauſa, ſed ex antiqua non recipiente nouas conditiones, Gratian. *diſcept. for. c.* 913. *n.* 27. *etc.*

Tenetur tamen venditor redimens ſtare locationi factæ per emptorem, niſi ex coniecturis appareat fuiſſe factam in fraudem illius, & idem ſeruatur in retractu municipali, latè Tiraquel. *loc. ſup. cit. nu.* 13. *etc.*

Vendens cum pacto redimendi facit venditionem pu- 58
ram, perfectam, conſumatam, & abſolutam, licèt reuocabilem, Gratian. *diſcept. for. cap.* 526. *nu.* 53.

Quòd imò huiuſmodi venditio, non ſit vndequaque perfecta, cùm poſſit dominium reuocari, Altograd. *conſ.* 68. *nu.* 6. *etc. lib.* 2.

An in redemptione teneatur ſoluere idem pretium, quod ipſe recepit, vel iuſtum, ſiue quod ab alijs repetiri poteſt, Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 18. *in princ.*

An te-

An reneatur ſoluere laudemium, & an duo laudemia, vnum ſcilicet pro venditione, & alterum pro illius reſolutione, idem Tiraquel. *de retract. conuent.* §. 6. *gloſ.* 2. *num.* 3. *& ſeqq. ad* 50. vide in §. *Gabella num.* *&* §. *Laudemium num.*

59 Vendens rem cum pacto redimendi, ſi poſtea voluerit redimere tenetur reſtituere emptori gabellam, omneſque expenſas proxenetarum, & mediatorum, ac alias ſimiles neceſſarias, cùm debeat emptorem penitùs ſine damno conſeruare, Tiraquel. *de retract. conuent.* §. 6. *gloſ.* 5. *in princ.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 343. *num.* 11. *& c.* vide in §. *Expenſa num.* 13. Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit.* 11. *art.* 22. facit quod dixi in §. *Contractus num.* 51.

Item tenetur emptori reſtituere omnia melioramenta, & expenſas in re factas, ac idem eſt in vicino retrahente vigore ſtatuti, Tiraquel. *d. tract.* §. 7. *gloſ.* 1. *per tot.* vbi duodecim modis declarat, vide in §. *Melioramenta nu.* 12. Paul. Chriſtin. *loc. cit.*

Contrarium quoad expenſas reparationis, Mareſcott. *var. reſol. lib.* 2. *c.* 109. *nu.* 18. *& ſeqq.* Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 307. *nu.* 14.

60 Vendens rem cum pacto reſtituendi pretium intrà aliquod tempus, emptore etiam promittente reuendere, poteſt ab ipſo emptore conueniri ad reſtitutionem pretij re oblata, Tiraquel. *de retract. conuent.* §. *fin. num.* 102.

Qualiter autem huiuſmodi contractus præſumatur vſurarius, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 258. *per tot.* dixi *ſupra num.* 56.

Quòd regulariter ex promiſſione de retrouendendo facta per emptorem, ipſe tantùm adſtringi poſſit ad retrouendendum à venditore, non autem ipſe venditor obligetur ad reemendum, & reſtituendum pretium, ſi noluerit etiam ſtante clauſula, *ex nunc, prout ex nunc retrouendis*, quia promiſſio de vendendo non eſt venditio, vide Marcian. *diſput. for. c.* 40. *per tot.*

61 Venditor ſi vigore pacti redimere voluerit, tenetur omnia ſimul vendita redimere, & non admittitur ad partem tantùm, vel ad vnam rem tantùm, licèt pretia fuerit diſtincta, quando apparet contrahentes voluiſſe vnam ſolam venditionem facere, & non aliter fuiſſe contracturos, & quomodo iſtud cognoſcatur, Caualer. *deciſ.* 428. *per tot.* vide in §. *Dominus nu.* 18. Merlin. *deciſ.* 195. *per tot.* vbi quando pluralitas pretiorum rerum diuerſarum, licet in vnico contractu arguat pluralitatem venditionum, & poſſit vna redimi, & alia non.

Quando autem venditio cenſeatur vnica, vel plures, Tuich. *litt. V. concl.* 61. *per tot.* Merlin. *d. deciſ.* 195.

Sicut etiam emptor promittens rem à duobus, vel pluribus emptam illis retrouendere, non tenetur vni ex eis tantùm reuendere partem, & ſic contractum diuidere, Viui. *comm. opin.* 1016. *per tot.* vide in §. *Pactum nu.* 39. vbi plura, Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 301. *num.* 1. vbi quòd vnus venditorum cum pacto redimendi, poteſt emptorem cogere ad totum retrouendendum, illum tamen indemnem ab alijs ſeruando.

62 Vendens ex neceſſitate pro minori pretio, & poſteà recipiens rem venditam in affictum ab emptore pro certa annua reſponſione, ſi ſub vniformi ſolutione perſeueret longo tempore in huiuſmodi conductione, & non poſſit illam redimere, nec læſionem probare, poteſt incumbere ſi ſibi expediat in perpetua colonia, quam dicitur præſcripſiſſe ex æquitate, Magon. *deciſ. Flor.* 2. *ſub nu.* 6. *circa medium*, vide in §. *Colonus num.*

An autem talis conductor poſſit ab huiuſmodi conductione recedere etiam durante tempore contractus, latè Caluin. *de æquit. lib.* 3. *cap.* 301. *& vltimo*, vbi quòd ſic, &c.

An huiuſmodi contractus præſumatur ſimulatus, & ſolutio penſionis facta pro vſura pecuniæ habitæ, & non penſione rei, latè Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 116. *per totum.*

Quòd contractus, qui vulgò dicitur, *à godere, e godere*, data æqualitate ſit validus, Dian. *part.* 1. *tract.* 8. *reſol.* 82. vide in §. *Contractus.*

63 Venditor non poteſt eſſe teſtis pro emptore in cauſa rei venditæ, cùm re euicta teneatur de euictione; ceſſante verò huiuſmodi intereſſe, vel ſi agatur de confinibus, vel inter plures emptores ab eodem, vel de conſenſu partium admitteretur, Farinac. *quæſt.* 60. *illat.* 11. *per tot.* Magon. *deciſ. Flor.* 135. *num.* 9. *& c.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *n.* 567. *fol.* 333.

Venditores fumi, ideſt qui ſub prætextu gratiæ, amici- 64
tiæ, familiaritatis, vel ſeruitutis, quam habent, & habere fingunt cum Principibus, Magiſtratibus, vel Iudicibus, promittunt litigantibus bonum cauſarum, vel ſimilium negociorum exitum, extorquendo ab illis pecunias, munera, vel ſimilia, qualiter olim rigoroſè punirentur, & etiam hodie ſint puniendi arbitrio iudicis, licèt de rarò, & fortè nunquam in practica ſeruetur ob maximam noſtrorum temporum corruptelam, cui & ipſi Principes quandoque aſſentire videntur, & malè, Menoch. *de arbitrar. caſ.* 344. *per tot.* Cabal. *reſolut. crim. caſ.* 67. *per tot.* Scanarol. *de viſit. Carcer. lib.* 1. §. 13. *capit.* 6. Sanfelic. *deciſ.* 45. vbi actuarius ſimilis vel ſcriba fuit condemnatus in exilium extrà prouinciam, & priuationem officij.

Venditiones, vel alij contractus in ludo inter luſores 65
facti qualiter ſint nulli, & venditor non obligetur de euictione, Angel. *de Maleſ.* Meridor. *de mali dati*, Farinac. *quæſt.* 109. *part.* 6. *num.* 207. *& c.* Ricc. *in prax. var. reſol. cap.* 119. *num.* 1. vbi de nullitate, vel reuocatione collationis beneficij factæ Clerico luſori, vide in §. *Ludus num.*

Vendens res indifferentes, ſi ſciat emptores abuſuros 66
in damnum alterius innocentis, an peccet, contrarias opiniones refert Dian. *reſol. moral. part.* 1. *tract.* 8. *reſol.* 41. vbi videtur negatiuè concludere ſtante cauſa rationabili, & proportionata, exemplificando in multis, vt ibi per eum, & facit quod dixi in §. *Venenum numer.* 11. idem Dian. *part.* 2. *tractat.* 15. *reſol.* 65. *per tot.* Candid. *Diſquiſit. moral. tom.* 1. *Diſquiſit.* 14. *per tot. fol.* 87. vbi intelligit non peccare, niſi vendat res à Republica prohibitas, vel niſi habeat eamdem prauam intentionem, quam habet emptor, vel præcipiat, vel conſulat, nam his caſibus malo cooperaretur, & peccaret, vide latè Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de Scand. dub.* 5. *per tot. fol. mihi* 31.

Quæ res vendi poſſint, & quæ non, item quæ aſportari, vel non, vide *tot. tit. vbi DD. C. quæ res vendi, & c.* Petr. Gregor. *Syntagm. vniuerſ. iur. lib.* 25. *capit.* 4. *cum pluribus ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 164. *vol.* 3. Fagundez. *de iuſt. & contract. lib.* 5. *cap.* 18. *&* 19. *per totum.*

Venditio plurium rerum ſimul facta vnico pretio, vel 67
etiam diuerſis pretijs, quando dicatur vnica venditio, vel plures venditiones, latè Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 358. *n.* 17. *& ſeqq. per tot.* facit ſupra *nu.* 61.

Alia plura de venditione, & emptione remiſſiuè tra- 68
dit Ægid. de Caſteiou. *in Alphabet. iurid. verb. Emptio per tot.*

Materiam venditionis, & emptionis plenè declarat Her- 69
moſil. *ad leg. Partit. tom.* 2. *per tot.* Caldas Pereyr. *tract. de empt. & vendit.* D. Gregor. Roſſignol. *in Nouiſs. Prax. Theolog. legal. tom.* 1. *contract.* 2. *fol.* 37. *& ſeqq. ad* 145. Bertachin. *Repert. verb. Venditio*, Ioſeph. Feliu. *eod. verb.* Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.* 1. *&* 2. *eod. verb.* vbi plura in ſpecie de venditione feudorum, & huiuſmodi, Com. Auguſt. Fontan. *Bibliothec. legal. part.* 5. *verb. Vendere*, vbi excitat plures notabiles quæſtiones indicando Auctores illas tractantes, &c. Vela *Differ. iur. contr. in pluribus locis, prout in Indice verb. Vendens, etc.* Cancer. *var. reſol. part.* 1. *cap.* 13. *per tot.*

§. VENENVM. VIII.

VEnenum propriè dicitur mixtum quoddam non na- 1
turale, naturæ ità contrarium, vt ab ea edomari non poſſit, ſed è contra ipſam edomare, ac corrumpere aptum ſit, vel ſecundum alios venenum eſt, quod aptum eſt nobis vehementer nocere occulta agendi ratione, etiamſi cauſa eſſet nota, vel quod corrumpit complexionem humanam non contrarietate ſolùm, ſed proprietate, quæ eſt in ipſo, vel ſecundum Legiſtas venenum eſt quodcunque naturam eius, cui adhibitum eſt mutare poteſt, nam non eſt neceſſe vt interimat, ſed ſufficit vt vehementer noceat, ſiue nocere poſſit, ad effectum vt ſit locus pœnæ contra propinantes, vel alio modo adminiſtrantes, iuxta *l. ſi quis aliquid* §. *qui abortionis*, *ff. de pœnis*, Paul. Zacch. *Quæſt. Medic.*

Medic. legal. lib. 2. tit. 1. quaſt. 1. num. 21. & ſeqq. vbi plura ex Galeno, Auicena, Cardano, & alijs de natura veneni, & quòd hoc nomen generale eſt ſignificans venenum bonum, & venenum malum, bonum enim ad ſanandum, malum ad necandum eſt paratum, propriè tamen loquendo cùm venenum nominatur, de malo intelligi debet, *l. qui venenum*, vbi Alciat. *& alij ff. de verb. ſignif. l. 1. §. 2. & l. 3. §. adiectio autem iſta, ff. ad l. Cornel. de ſicar.* Farinac. *quaſt.* 122. *num.* 157. Cabal. *tract. de omn. gen. homicid. num.* 608.

Quod ars venenandi fuerit à fœminis adinuenta, & Romæ per plura ſæcula non excogitata, ſed poſteà patefacta in pluribus matronis contra proprios viros, quarum pars capitali iudicio damnatæ fuerunt centum ſeptuaginta, & poſteà aliàs ſæpiùs repetita, & ſemper in fœminis, ex Tiraquel. *in l. 8. connub. num. 19. & ſeqq.* Valer. Max. *lib. 2. cap.* 1. & alijs refert Laurent. Matthæu. Sanz. *de re crim. contr. 32. num. 1. &c.* vbi propterea infert in mulieribus pœnam huius delicti eſſe exaſperandam, niſi rationem minoris ætatis, vt in caſu ſuo veniat mitiganda.

2 Venena alia ſunt, quæ à tota ſubſtantia, ſiue ab occulta proprietate interimunt, & nullam ſui nocumenti cauſam manifeſtant vt napellus; alia, quæ ſolis manifeſtatis agunt qualitatibus, vt ſuccus lactucæ, ob nimiam ſuam frigiditatem, alia quæ ex vtroque capite noxia ſunt, vt Euphorbium, & Opium.

Item diſtinguntur venena à quatuor primis qualitatibus, nam quædam nimia caliditate, quædam nimia frigiditate, quædam nimia ſiccitate, & quædam nimia humefactione interimere, ſiue nocere poſſunt;

Item à modo operandi, quia quædam occidunt putrefaciendo, vt Lepus Marinus, quædam ſtupefaciendo, & congelando, vt Opium, alia inflammando, & exulcerando, vt arſenicum, ſublimatum, & euphorbium, alia ſtrangulando, vt fungi, vt ſuccus Hyuccæ, & alia alijs modis nocendo;

Item venena quædam ſunt talia à natura ſua, vt aconitum, cicuta, & omnia ex ſe eam naturam habentia, quædam per accidens, vt nuces, & lauri baccæ rancidæ, & huiuſmodi, quædam ab arte, vt ſublimatum, & aqua fortis;

Item venena, alia ſunt in totum, alia in partibus, alia ſemper, alia quandoque tantùm, alia ex mineralibus, alia ex animalibus, alia ex elementis;

Item quædam per os aſſumuntur, quædam ab extrà applicantur, quædam illitu, vel tactu, quædam olfactu, quædam ſimplici viſu, vel auditu ſecundum aliquos;

Item quædam primò cor petunt, quædam primò aliam partem inficiunt, & ad cor tranſeunt;

Item alia ſunt tenuis ſubſtantiæ, alia ſubſtantiæ craſſæ, de quibus, & alijs venenorum diuiſionibus plenè Paul. Zacch. *Quaſt. Medic. legal. lib. 2. tit. 2. quaſt. 2. & per tot.* Ardoin. *de venen. lib.* 1. Cardan. *eod. tract. & alij per ipſum citati*, quibus adde Claud. Bonnet. *in Epitom. Sennerti lib. 6. part. 5. fol. mihi 914. & ſeqq.* vbi de natura, & differentijs venenorum, de ſignis, præſeruatione, curatione, de venenis è mineralibus, & metallis, è plantis, ab animalibus, & huiuſmodi.

3 Venena ſecundum Legiſtas, quibus nos ſcribimus, omiſſis multis ſpectantibus ad medicos, quorum tamen iudicium ſemper eſt requirendum, & attendendum ſaltem ad iudicum inſtructionem, alia ſunt quæ natura quidem mala ſunt, ſed arte, & præparatione bona fiunt, & à Medicis medicamenta venenoſa appellantur, alia, quæ ex natura mala ſunt, & talia ſemper permanent, & venena naturalia appellantur, alia, quæ arte venenoſa fiunt, & venena artificialia dicuntur, vel ſecundum alios venena alia ſunt bona, alia mala, ſiue alia mortifera, alia non mortifera; mortifera ſunt, quæ vel actu interimunt, vel interimendi facultatem habent, & in manifeſto diſcrimine vitæ ponunt; non mortifera dicuntur, quæ inſignem læſionem corporis afferunt, non tamen vitæ obſunt ſaltem ſenſibiliter, licèt inſenſibiliter, & in rei veritate, alias id efficerent; rurſus mortifera alia ſunt, quæ vna vice propinata interficiunt, alia, quæ niſi repetantur effectum non operantur, alia, quæ modico temporis ſpatio, alia quæ non niſi poſt longum tempus interficiunt; non mortifera vt plurimum ſunt amatoria, maniaca, contagioſa, & debilitantia, de quibus omnibus Paul. Zacch. *Quaſt. Medic. Legal. lib. 2. tit. 1. quaſt. 3. per tot. cum ſeqq.* Coſpius *in ſuo Indice Criminaliſta part. 3. capit. 10. cum pluribus ſeqq.* Cabal. *de omn. gen. homicid. num* 619. *& ſeqq.* Bonnet. *in Epitom. Sennerti lib. 6. per tot. fol. mihi* 896. *& ſeqq. & fol.* 936. vbi præcipuè de morbis à faſcino, incantatione, ac veneficijs inductis, illorum ſignis, curatione, & huiuſmodi.

Licèt autem vt dixi in dubio ſtandum ſit iudicio medicorum, tamen ſi contra euidentiam facti deponant, poſſunt proceſſari, inquiri, & puniri de temeraria, & falſa aſſertione, vt fuit reſolutum per Magiſtratum DD. Octo Baliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ ſub die 18. Nouembris 1679. in cauſa Vici Piſani contra Franciſcum Matthæi de Taddeis in filcia negotiorum dicti Magiſtratus ſub num. 5004. licet de ordine Sereniſſimi Magni Ducis fuerit pro nunc ſuſpenſa reſolutio in caſu, de quo agebatur, vide in §. *Corpus delicti*, §. *Medici*, & §. *Periti*.

Et vbi ageretur de venenis, quæ ſigna externa poſt mortem non præbent, cuius naturæ dicunt Medici eſſe omnia corroſiua, *& acquetta di Peruſia*, nec poſſet haberi cadauer ad effectum recognoſcendi ſigna interna, poſſet attentari procedere tanquam in delictis facti tranſeuntis, ſufficienter tamen probata propinatione materiæ veneficæ in quantitate, & qualitate ſufficiente ad occidendum iudicio peritorum, per ea quæ dixi in §. *Corpus delicti num. 4. 8. &c.* facit Conciol. *verb. Tortura reſol. 2. num.* 1.

Venena quandoque ab extrà ſunt ſubminiſtrata, & propinata ad hominis interfectionem, & quandoque naturaliter in ipſo corpore ingenita, quia ex humoribus corruptis poteſt in corpore noſtro generari venenum, non ſolum quoad ſe, ſed alijs etiam contagioſum, & abſque inſigni putredine, Zacch. *loc. cit. quaſt. 5. per tot. & alij ſupra relati*, Claud. Bonnet. *in Epitom. Sennerti lib. 6. part. 2. cap. 2. & ſeqq. fol. mihi* 901. vbi oſtendit magnam eſſe controuerſiam, an venenum in corpore noſtro generetur, quam definire videtur, vt illud non ſit verè, & propriè venenum, ſed potius maligni humores, qui ex corruptione vim acquirunt corpori inimicam, quomodo iſti maligni humores, ex quibus generentur, de illorum cauſis efficientibus, vel materialibus, differentijs, ſignis, curatione, & huiuſmodi. 4

Venenum an ſit aſſumptum, & propinatum, vel ingenitum, & ſic an quis interierit ex veneno propinato, vel ingenito, valdè difficile eſt cognoſcere; tamen periti facilè id aſſequuntur ſi non in genere, & in abſtracto, ſaltem in ſpecie, & in concreto ex ſignis antecedentibus, concomitantibus, & ſubſequentibus, & erunt ſigna propinati veneni, ſi quis copia laudabilium humorum, & regula victus præcedentibus, ex improuiſo obierit, & concurrant alia ſequentia, nempè in aſſumptione odor, calor, ſapor mali, & horribiles, læſio gutturis, adſtrictio iuxta fauces, pruritus, æſtus, inflammatio in partibus oris, ſtridor ſub dentibus dum manditur, difficultas in degluttiendo, nauſea, vomendi voluntas, diſplicentia, & abominatio in actu maſticationis, & deglutionis; & poſt aſſumptionem ſi ſtatim, vel paulò poſt ſequantur ſymptomata indicantia eum veneno fuiſſe potionatum (vel etiam ex interuallo ſi venenum fuiſſet datum ad tempus operaturum, prout hoc etiam modò dari poſſe, ferè omnes admittunt, licèt hoc modo datum difficilius cognoſcatur) veluti perturbatio, nauſea, dolor ſtomaci, & ventriculi, cordis tremor, palpitatio, ſyncope, vomitus veneni, & materiæ prauæ, & corruptæ, ſiue ſanguinis, ructus olidi, tetri odoris, & ſaporis praui, & ingratiſſimi, fœtor oris, ſingultus, fluxus ventris, inquietudo, anxietas, præceps virium lapſus, pulſus defectio, cordis morſus, ſudor frigidus, extremorum frigiditas, vnguium liuiditas, corporis pallor, & tremor, mutatio coloris de pallore in ruborem, algor, flatus, dolores maligni, & vagantes, labiorum, & linguæ nigricatio, & inflatio, ſitis inexhauſta, vocis cum murmure editio, facies liuida, vertigo, oculorum contorſio, prolapſus, & obſcuratio, procliuitas ad ſomnum, lethargus, ſtupor, vrinæ impedimentum, vel mordicatio, carnis laxitas, totius corporis fœtor, eiuſdemque ingens grauitas, & oneris ſenſus, maculæ rubræ, ſiue liuidæ, mentis inconſtantia, & alienatio, & 5

huiuſ-

huiuſmodi ſymptomata, quæ ſecundum qualitatem, & naturam aſſumpti veneni conſiderari poſſunt ante mortem, & non eſt neceſſe vt omnia ſimul concurrant; alia etiam ſigna obſeruari poſſunt poſt mortem circa cadauer veneno interfecti, nempè ſi ſit liuens, aut nigricans, aut varium, aut diffluens, aut putredinem moleſtam olens, vngues nigri, & qui facilè auelluntur, capilli deffluentes, ſpuma in ore, cor flammæ reſiſtens, abominatio auium, & ferarum in deguſtando huiuſmodi carnes, vel ſi ſecto cadauere, prout fieri debet quando haberi poteſt in tempore opportuno, reperiantur exulcerationes gulæ, fundi ventriculi, & inteſtinorum, earumdemque partium ſphacelatio, & viſcerum contaminatio, corruptio, nigredo, liuor, ſanguis circa cor, & in ipſo corde congelatus ſi venenum fuerit frigidum, & ſimilia, quæ tamen ex ingenito etiam veneno procedere poſſunt, niſi concurrant aliqua alia ex ſuperius adductis iudicio peritorum; ſi verò venenatus non obierit, ſed euaſerit, præter relata ſigna antè obitum, quæ huic etiam applicari poſſunt, adferuntur depilatio ſine ſpe, vel admodum tardè renaſcendi, dolor vagus, & ſimiles morbi diuturni, atque difficiles, vt tales, ſtoliditas, epilepſia, & huiuſmodi, licèt etiam veneno ingenito conueniant, de quibus, & alijs ſignis veneni plenè Arduin. *de venen. lib. 1. cap. 3. & 4.* Cardan. *eod. tract.* Dioſcorid. & Mathiol. *in præfat. lib. 6. de mat. med.* Mercurial. *lib. 1. de venen. cap.* 16. Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. legal. lib. 2. tit. 2. quæſt. 6. & 7. per tot.* & præcipuè *num.* 22. *&c.* idem Zacch. *d. tract. tom. 2. conſ.* 12. 13. 14. 15. 16. *&* 17. *per tot.* Coſpius *in ſuo Indice Criminal. part. 3. cap. 10. & ſeqq.* Boſſ. *tit. de delict. num. 6. &c.* Muſcatel. *tract. de cognit. delict. tit. de homicid. ſimpl. in priuil. huius crim. num. 21. & ſeqq.* Decian. *tract. crim. lib. 9. cap. 24. num. 20. &c.* Guibert. *Quæſt. iurid. cap. 16. n. 54.* Cabal. *tract. de omn. gen. homicid. nu. 626. &c.* Farinac. *quæſt. 2. num 34. & quæſt. 122. part. 4. nu. 53. &c.* Guaz. *def. 4. c. 5.* dixi in Pract. §. *Veleni n. 12. &c.* Claud. Bonnet. *in Epitom. Sennerti lib. 6. part. 5. c. 3. per tot. fol. 916.*

De prædictis ſignis veneni, & in ſpecie de eundem venenati flammæ, vel igni reſiſtente, fuit factum experimentum, & repertum verum, cor venenati per horam in igne retentum non comburi, ſed tantùm nigrum, ac durum effici de anno 1679. in cauſa Vici Piſani contra Franciſcum Matthæi de Taddeis, vt in filcia negotiorum Magiſtratus DD. Octo Baliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ num. 5004. ſub die 18. Nouembris dicti anni.

6 Venenum eſſe in corpore genitum, & non aſſumptum, nec propinatum faciliùs cognoſcitur, quam propinatum; arguitur enim ex præcedenti morboſo apparatu, repletione prauorum humorum, cacochymio ante morbi euentum, praua victus ratione, ciborum ingeſtione ſua natura concoctioni rebellium, & malum ſuccum gignentium, aut qui ſubitæ, & inſigni corruptioni, vel quaſi venenoſæ ſunt obnoxij, & febre putrida antecedente, vel concomitante, ex carentia ſitis, ex contagio præſente, ex cita, & facili putrefactione cadaueris, ex intermiſſione morbi, ex experientia materiæ euomitæ ſi comedatur à gallinis, vel canibus (in quibus eſt tutior) ſine noxa, ſi plures comederint de eodem cibo, aut biberint de eodem potu, & tantò magis ſi etiam ipſe prætenſus reus, & non omnes, ſed vnus tantùm infirmatus fuerit cum accidentibus, & ſignis veneni, nam his caſibus venenum fuiſſe ingenitum, & non propinatum eſt credendum, quod tamen non eſt omninò certum innocentiæ ſignum, cùm iuxtà complexiones, & antidota aſſumpta potuerit vni obeſſe, & alijs præmunitis non nocere, vt aduertit hæc, & alia benè declarans Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. legal. lib. 2. tit. 2. quæſt. 8. per tot.* vide Farinac. Cabal. & alios ſupracitatos, dixi in Pract. §. *Veneni num.* 13. Claud. Bonnet. *in Epitome Sennerti lib. 6. part. 2. cap. 4. 5. & 6. per tot. fol. mihi 901. &c.* vbi de cauſis, & ſignis occultorum morborum, & venenatorum ab humorum vitijs ortorum, &c.

7 Venenum an fuerit propinatum, vel ingenitum, & an ex eo fuerit ſequuta mors, ſtatur iudicio medicorum, ita vt non ſufficiat rei confeſſio ad probandum aliquem ex veneno periſſe, ſed irritetur, & annulletur ſi medici deponant veneni quantitatem, vel qualitatem non fuiſſe aptam ad mortem inferendam, ad hoc enim vt quis dicatur ex veneno interemptus debet conſtare ex peritorum atteſtatione tale venenum in tanta quantitate ſumptum aptum fuiſſe ad mortem inferendam, alias reus etiam confeſſus condemnari non poteſt, quia poſſet dari caſus, vt ipſe venenorum inexpertus crediderit dare aliquid venenoſum, quod verè non ſit venenum, vel non in quantitate, & qualitate aptum ad mortem inducendam, & mortem interim fuiſſe ex alia cauſa ſequutam, & ſic delictum non ſuum confiteri, & in pœnam mortis damnari cum magno iuſtitiæ detrimento, Boſſ. *de delict. nu. 7. & 8.* vbi tamen quòd nollet caſum accidere amico ſuo, innuens confeſſionem ſufficere quoad attentatum, vel ſi mors ſtatim, vel intrà breue tempus fuerit ſequuta, & attentis alijs circumſtantijs, ex quibus iudex veniat in cognitionem veritatis, Plaza *Epitom. delict. cap. 20. num. 11. &c.* Cabal. *reſol. crim. caſ. 180. per tot. tract. de omn. gen. hom. nu. 615. & ſeqq.* Alex. *conſ. 115. num. 3. lib. 3.* Maſcard. *de probat. concl. 1034. num. 7.* Guaz. *ad def. lib. 1. cap. 6. num. 12. & ſeqq.* Farinac. *conſ. 184. num. 16. & 46.* Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. legal. lib. 2. tit. 2. quæſt. 1. num. 1. & ſeqq. & quæſt. 4. per tot.* vbi plura de qualitate, & quantitate veneni apta ad mortem inducendam, attenta etiam qualitate patientis, Coſpius *in ſuo Indice Criminal. part. 3. cap. 13.* vbi ſupra 40. venena refert, Thom. Triuiſ. *deciſ. 50. lib. 2.* vbi quòd venenum non ſemper eſt malum, & ideò debet probari quod fuerit datum, & quod fuerit malum, ita vt reus etiam confitendo delictum non poſſit ſe reum delicti conſtituere, niſi delictum ſit de ſui natura tale quia ad eum non ſpectat facere delictum illud, quod non eſt delictum, Matthæu. Sanz. *de re crim. contr. 64. num. 69. & 70.* vbi quòd ſi iam cadauera ſint putrefacta, debent adhiberi periti, qui deponant de quantitate, & qualitate veneni propinati, &c. Gananer. *conſ. 4. num. 32. & ſeqq. poſt eius deciſiones*, vbi quòd Boſſius quatenus dixit confeſſione probari corpus delicti in materia veneni reprobatur ab omnibus.

Qualiter conſtare debeat de corpore delicti ex atteſtatione Medicorum, qui viſo homine venenato, vel eius cadauere cum iuramento deponant fuiſſe illi propinatum venenum; vel ſi corpus non poſſit oculis, & inſpectioni medicorum ſubijci per teſtes deponentes vidiſſe cadauer, & obſeruaſſe ſigna veneni de publica voce, & fama, quod ex veneno propinato obierit, & ſigna ſint talia, quæ iudicio peritorum poſteà examinandorum arguant fuiſſe venenum propinatum, & non ingenitum, vide Muſcatel. *tract. de cognit. delict. tit. de homicid. ſimpl. in priuileg. huius crim. num. 15. & ſeqq.* Follet. *in prax. verb. Capias informationem num. 16. & verb. ſororem venenauit*, dixi in Pract. §. *Veleni num. 5. verſ. Che dona*, vide in §. *Corpus delicti num.* 4. Nouar. *in Pragm. Regn. Neapol. Collect. 197. num.* 30. Caren. *de Offic. S. Inquiſit. part. 3. tit. 1. §. 4. num. 33. & ſeqq.* Cyriac. *contr.* 485. vbi quòd poteſt procedi ad torturam, contra inquiſitum de venenatione, de qua non conſtat, niſi per famam, & alia indicia, ac ſignanter per confeſſionem extraiudicialem, quando non potuit fieri inſpectio cadaueris ob illius corruptionem, ad Muſcatel. *in Praxi tit. de cognit. ſeu probat. delict. in genere in Proœmio num.* 42. adde Conciol. *reſol. crim. verb. Venenum reſol. 1. per tot.* vbi quod in crimine veneni debet conſtare de corpore delicti ex atteſtatione medicorum, & peritorum, qui tamen non tenentur præcisè deponere, ſed de illorum iudicio, & credulitate medio iuramento, debent autem deponere hominem eſſe mortuum ex veneno propinato adducendo illius ſigna, & coniecturas, nec ſufficit deponere ſimpliciter de veneno, quia poſſet verificari in ingenito.

Quòd ſi quis faſſus fuerit dediſſe venenum iam multo tempore, & ex eo fuiſſe hominem interemptum, nec poſſit aliter conſtare de ſignis veneni, ſit quærendum vndè habuerit, quid, quantum, & quale eſſet, quomodo dederit, & poſteà examinandi periti, an modo, & forma narrata potuerit mortem inferre, & alia fieri de quibus Coſpius *in ſuo Indice Criminal. part. 3. cap. 20. & cap.* 32. Carpzou. *Pract. crim. part. 1. quæſt. 11. nu. 26.* Giouagnon. *conſ. 28. n. 22. lib. 1.* Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 6. §. 5. nu. 124. & ſeqq.* vide in §. *Confeſſio num.*

Quòd dicta confeſſio, niſi aliter conſtet de corpore delicti, non ſit ſufficiens ad condemnandum in pœnam ordinariam delicti, ſed benè in pœnam extraordinariam mitiorem arbitrio iudicis, & alia, Plaza *Epit. delict. cap. 20. num. 20. &c.* Farinac. *de inquiſit. quæſt. 2. ver-*

ſus

ſus finem, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 180. *per tot. & de omn. gen. homicid. n.*615. *&c.*

Quòd in delictis veneni vti atrocibus, occultis, atque difficillimæ probationis (ſuppoſito quod legitimè conſtet de corpore delicti eo meliori modo, quo fieri poſſit) poſſint rei ex indicijs, & præſumptionibus condemnari ad pœnas arbitrarias, licet facilius ſoleat ad torturam pro veritate habenda procedi, ſtantibus legitimis indicijs, Bonacoſſ. *com. opin. crim. verb. Torturæ fol.* 176. de quibus Farinac. *quæſt.* 122. *part.* 4. *per tot.* Plaza *d. c.* 20. *nu.* 10. *&c.* Decian. *tract. crim. lib.* 9. *cap.* 24. *nu.* 16. *& ſeqq.* Muſcatel. *loc. ſup. cit. nu.* 46. *& ſeqq.* dixi in Pract. §. *Veleni nu.* 13. Conciol. *reſol. crimin. verb. Venenum reſol.* 2. *per tot.* vbi quòd in delicto veneni vti difficilis probationis ſufficiunt præſumptiones, & coniecturæ nedum ad effectum torquendi, ſed etiam condemnandi in pœnam extraordinariam, etiam corporalem, mitiorem tamen pœna ordinaria, quando reus eſt præſens, nam ſi ſit contumax poteſt condemnari etiam in pœnam ordinariam ex indicijs ſufficientibus ad tranſmittendam inquiſitionem.

Plura pro defenſione inquiſiti de veneno propinato, Franciſc. Anton. Tranchedin. *Conſult.* 97. *per tot.* Caren. *reſol.* 222. vbi qualiter conſtare debeat de corpore delicti, & de indicijs, & quod adamas non eſt venenum, quicquid vulgus putet, Ganauer. *conſ.* 4. *per tot.* vbi ſubtiliter arguit ſubſiſtentiam inquiſitionis ex incertitudine veri delinquentis, & innocentiam inquiſitorum ex febre maligna defunctæ cauſata ex magna apprehenſione ſui detecti adulterij, fractæ pacis coniugalis, & obtruncati deſiderij adulterini, ex adhibitione medicorum, duratione morbi ſine detectione veneni, oſtenſione vomitus non accelerata, ſepultura, relatione medicorum excluſiua veneni, defectu cauſæ, & inimicitiæ, dolore, planctu, ſolemnibus funeralibus, &c.

8 Venenum ſi fuerit conſanguineo, vel affini carcerato propinatum ad euitandam pœnam infamem, & ignominioſam, qualiter propinantes puniantur, & de cautela à quodam Veneto in id exequenda adhibita, Menoch. *de arbitr. caſ.* 285. *numer.* 5. *&c.* Baiard. ad Clar. §. *Homicidium numer.* 28. *& §. fin. quæſt.* 68. *num.* 45. Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 7. §. 11. *num.* 3. *& ſeqq.*

Quòd quando deuentum fuit ad actus proximos venenandi, ſit locus pœnæ ordinariæ ob atrocitatem delicti, etiam non ſequuto effectu, quia quoad propinantem, delictum eſt completum, Farinac. *quæſt.* 122. *part.* 2. *nu.* 14. *& ſeqq. ad* 332. Baiard. ad Clar. *d. quæſt.* 68. *nu.* 130. *&c.* Conciol. *reſol. crim. verb. Venenum reſol.* 2. *nu.* 7. *& ſeqq. per tot.* vbi plures alios adducit pro iſta opinione, licèt videatur concludere contrarium, vt non ſequuto effectu non ſit locus pœnæ ordinariæ mortis, vigore generalis conſuetudinis Italiæ, vt non puniatur affectus non ſequuto effectu, cum Farinac. *loc. cit. num.* 31. & Ginuagnon. *conſ.* 28. *&* 29. *lib.* 1. latè Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 32. *per tot.* vbi videtur concludere pro pœna ordinaria, quando fuit deuentum ad actus proximos, & ſumus in filio, vel ſeruo, ſiue famulo propinantibus venena in necem patris, vel domini, niſi ratione minoris ætatis poſſint à dicta pœna ordinaria excuſari, vt in ſuo caſu, in quo etiam venenum propinatum fuerat in parte à domina ſumptum, vide in §. *Affectus*.

9 Venenum ad tempus operaturum Clerico, vel alio Religioſo, propinans incidit in excommunicationem Canonis, in caſum homicidij reſeruatum, quid ſi mors non ſequatur, & alia plura quando incurratur excommunicatio per offenſionem Clerici, latè Sperel. *deciſ.* 20. *per tot.*

10 Venenum alteri præbens, ſequuto mortis effectu, tanquam homicida proditorius non gaudet immunitate Eccleſiæ, Cabal. *tract. de omn. gen. homicid. nu.* 583. Farinac. *in Appendice de immunit. Eccleſ. cap.* 10. *nu.* 142. Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. legal. lib.* 2. *tit.* 2. *q.* 1. *nu.* 6. Decian. *tract. crim. lib.* 9. *cap.* 22. Farinac. *de homicid. quæſt.* 122. *part.* 1. & fuiſſe declaratum à Sacra Congregatione immunit. ſub die 3. Decemb. 1632. Barboſ. *in Collect. Bullar. verb. Homicidium*, Dian. *reſol. moral. part.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 36. *& part.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 12. Thom. del Beue *de Iuriſd. cap.* 16. *dub.* 2. *ſect.* 2. *nu.* 5. Sperel. *deciſ.* 23. *num.* 35. *in Addit. vlt. impreſſ.* vbi tamen per totam dictam deciſionem, *& deciſ.* 22. intelligit vt dixi morte ſequuta, & quando venenum fuit propinatum amico, vel domeſtico, & ſic ſub colore amicitiæ, ſecùs ſentiens ſi fuerit inimico datum, vel non ſequuto mortis effectu, nam tunc gauderet immunitate, vide in §. *Immunitas nu.* 18. Ac ita eſſe intelligendam declarationem Sacræ Congregationis, alijs citatis latè probat Dian. *d. part.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 12. *verſ. Sed quod, & per tot.* Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 402. *obſer.* 30. vbi quando venenum fuit propinatum ſub colore amicitiæ, vel familiaritatis, quia tunc gaudet immunitate ſtante qualitate proditionis, ſecùs autem ſi aliter fuerit venenum propinatum, adde Conciol. *reſol. crim. verb. Venenum reſol.* 3. *per tot.* & refert P. Graſſet. *tract. de nece prodit.* §. 29. tenentem contra Dian. & Sperel. procedere etiamſi venenum non ſub ſpecie amicitiæ, ſed ab inimico fuerit datum, non tamen habere locum in mandante, qui propriè non eſt occiſor, adde Thom. del Beue *tract. de immunit. part.* 2. *cap.* 16. *Dubit.* 20. *ſect.* 2. *per tot.* vbi probat dictam diſtinctionem, an venenum fuerit propinatum ſub colore amicitiæ, vel familiaritatis, ſiue inimico.

Venenum malum vendens, ex quo alicuius mors ſequatur, ſi ſcienter, & data opera id egerit, punitur pœna legis Corneliæ de ſicarijs; ſi verò illo inſcio id accidat arbitrio iudicis punitur, Menoch. *de arbitr. caſ.* 359. *per tot.* Cabal. *tract. de omn. gener. homicid. num.* 549. *&c.* Card. Tuſch. *litt. V. concluſ.* 69. *per tot.* Caluin. *de æquit. lib.* 3. *c.* 204. *per tot.* Gabriel. de Bellis *tract. de delict. tit. de Sicar. & venef.* §. 3. *&* 4. *fol. mihi* 344. *&c.* Fagundez. *de iuſt. & contract. lib.* 5. *cap.* 24. *nu.* 9. Farinac. *quæſt.* 122. *part.* 3. *per tot.* latè Hermoſil. *ad leg. Partit. tom.* 2. *gloſ.* 1. *leg.* 17. *tit.* 5. *fol.* 510. vbi etiam de ementibus, & eorum pœnis. Vbi de pœnis vendentium, ementium, fabricantium, vel componentium, & retinentium venena ad malos effectus, facit Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 32. *num.* 3. *& ſeqq.* vbi de pœnis propinantium venena. 11

Quòd venena mala vendi non poſſint, *l. quod ſæpè* §. *Venenum ff. de contrah. empt.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 64. *ſub nu.* 4. *vol.* 3. facit Thom. Triuiſ. *deciſ.* 50. *lib.* 2. vbi quòd cum venena ſint multiplicia, debet probari quod ſint de mala ſpecie, alias nihil agitur, Gabriel. de Bellis *loc. cit.* §. 3. *nu.* 11. *&c.* vbi qualiter Pigmentarij, ſeu pharmacopolæ puniantur vltimo ſupplicio, ſi venena minus benè præparata appoſuerint in poculis, ex quibus mors ſit ſequuta, & morte non ſequuta mitiùs extra ordinem, & hoc propter illorum imperitiam, & temeritatem, etiamſi non animo occidendi id fecerint; quod tamen valdè rigoroſum, & non ſimpliciter ſequendum exiſtimo, ſed ità demum ſi doloſè id egerint, quoad pœnam vltimi ſupplicij, cùm ad effectum pœnæ ordinariæ ſemper requiratur dolus.

Quando vendens venena, vel alia indifferentia, de quibus ementes ſæpè ſolent ad malum vti, peccet, vel poſſit excuſari in foro conſcientiæ, Michael. Salon. *tract. de iuſt. & iur. tom.* 2. *quæſt.* 77. *art.* 4. *contr.* 5. *per tot. fol. mihi* 111. Dian. *reſol. moral. part.* 1. *tract.* 8. *reſol.* 41.

Quæ autem venena ſint prohibita vendi de iure communi, & ſub quibus pœnis, vide *l.* 3. §. *alio ff. ad l. Cornel. de ſicar.* Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. legal. lib.* 2. *titul.* 2. *quæſt.* 12. *per tot.* Caluin. *de æquit. lib.* 3. *cap.* 204.

Et quid in hoc ſit prouiſum de iure municipali Florentiæ, dixi in Pract. §. *Veleni nu.* 1.

Veneni ſi adſit ſuſpicio inter virum, & vxorem, debet concedi ſeparatio thori; & crimen veneni eſt adeo enorme, vt nec reus mortis, nec bannitus poſſit veneno interfici, & æqualiter puniatur in nobili, & ignobili pœna furcarum concurrentibus debitis probationibus, Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. legal. lib.* 2. *tit.* 2. *q.* 1. *n.* 7. *& ſeqq.* Plaza *Epitom. delict. cap.* 20. *n.* 4. *&c.* Cabal. *de omn. gen. homicid. nu.* 578. *&* 611. *& ſeqq.* Laurent. Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 32. *n.* 13. *& ſeqq.* vbi quòd dicta pœna furcarum abſque diſtinctione nobilitatis in totis prouincijs Italiæ ſeruatur, & alibi etiam exaſperatur ad caudam iumenti, ſquarti, ignis, & ſimilibus modis propter atrocitatem delicti, & præcipuè in fœminis ob eius frequentiam, cum ipſæ artem venenandi adinuenerint, &c. 12

Quòd venenum propinatum inter coniuges ſit cauſa ſufficiens diuortij, & quomodo probetur, Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 361. *verſ. Venenum*.

Quoad bannitos an poſſint veneno, vel alijs malis artibus

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTOR. EMANUELE

tibus interfici cum præmio à ſtatuto propoſito, vide in §. *Bannitus num.*

Plura alia in materia veneni, quid eius nomine veniat, de varijs diuiſionibus, & effectibus illius, de qualitate, & quantitate veneni apta mortem inferre, an, & quomodo poſſit in corpore generari, quomodo cognoſcatur, an ſit ingenitum, vel propinatum, an vnum venenum alteri veneno reſiſtat, & poſſit dari in medelam alterius, quot modis poſſit dari venenum, & an ad tempus operaturum, quorum venenorum ſit prohibitum comercium, de veneficijs, incantamentis, faſcino, & huiuſmodi, latè Paul. Zacch. *d. tract. lib. 2. tit. 2. per tot.* Corpius *in ſuo Iudice Criminal. part. 3. cap. 10. cum pluribus ſequentibus*, Farinac. *quaſt. 122. per tot.* Muſcatel. *tract. de cognit. delict. tit de homicid. in princ. huius crim.* Cabal. *reſol. crim. caſ. 180. per tot. & de omn. gen. homicid. num. 549. & ſeqq. ad 634.* Plaza *Epit. delict. lib. 1. cap. 20. per tot.* Boſſ. *de delict. nu. 3. & ſeqq.* Decian. *tract. crim. lib. 9. cap. 22. & ſeqq.* Foller. *pract. crim. 2. part. princ. verb. Item quòd ſororem venenauit*, Hieron. Laurent. *deciſ. Auenion. 20. per tot.* vbi plura pro defenſione inquiſitorum de veneno propinato, qui in caſu ſuo fuerunt relaxati cum promiſſione de ſe repræſentando totiès quotiès, & cum expenſis, prout fieri ſolet quando non conſtat de innocentia, & res eſt dubia, an ſint delinquentes, vel non, adde Franciſc. Ant. Tranchedin. *Conſult. 97. per tot.* Ganauer. *conſ. 4. per tot.* Torreblanc. *de Magia lib. 2. c. 50.* vbi plura de maleficio ad bonum finem, & an maleficio liceat maleficium tollere.

14 Venenum an poſſit licitè ſumi ad experiendam virtutem theriacæ, Dian *reſol. moral. part. 5. tract. 4. reſol. 38.* vbi refert contrarias opiniones.

Item an damnatus, vt veneno pereat, poſſit illud ſumere, & haurire, & an Iudex poſſit ad hoc genus mortis aliquem damnare, idem Dian. *d. part. 5. tract. 4. reſol. 39.* vbi pariter refert diuerſas opiniones, Matthæu. Sanz. *de re crim. contr. 64. num. 45.* vbi quòd iudici prohibitum eſt reum ad pœnam mortis condemnatum, veneno necare, & licèt ab aliquibus Imperatoribus ita fuerit ſeruatum, hæc tyrannica fuerunt, quæ abſint a iuſtis iudicibus, & Magiſtratibus, & tantò magis à patre, marito, & ſimilibus exercentibus licentiam ſibi à legibus conceſſam occidendi deprehenſos in adulterio, vel bannitos, qui ferro, & non veneno ſunt perſequendi, vt dixi in §. *Bannitus num. 1. &c.* §. *Maritus*, & §. *Pater*.

15 Venenum ſi fuerit repertum, vel animal venenoſum in ſpeciebus conſecratis, vel ante conſecrationem quid agendum ſit circa ſacrificium, & alia ad rem, latè Fagundez. *de præcept. Eccleſ. lib. 3. cap. 20. per tot. fol. mihi 226. &c.*

De ponente venenum in Calice ad occidendum Sacerdotem, quod ſit puniendus pœna mortis, etiam alio non ſequuto, & poſſit etiam Iudex Eccleſiaſticus procedere etiam contra laicos, Canter. *quæſt. crim. cap. 7. de homicid. num. 24.* Raynald. *rer. crim. cap. 7. §. 11. n. 8, & ſeqq.*

16 Venena, vel aliæ res nociuæ non poſſunt adhiberi ad capiendos piſces ſub pœna peccati mortalis, & alijs pœnis, etiam in foro fori, vt probant Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib. 4. Rub. 68. num. 2. & num. 10.*

17 Venena ementes, & præparantes ad effectum aliquem necandi qualiter ſint puniendi, vide *tex. in l. 1. §. præterea ff. ad l. Cornel. de Sicar.* Farinac. *conſ. 184.* Cabal. *de omn. gen. homicid. nu. 595. & ſeqq.* Tapiam *de iur. Reg. lib. 5. tit. de venenis nu. 6. &c* Giouagnon. *conſ. 28. & 29. vol. 1.* Caren. *de S. Offic. part. 2. tit. 12. §. 35. nu. 283. & ſeqq.* Cyriac. *contron. 485. nu. 18. &c.* alioſque citatos per Raynald. *Syntax. rer. crim. c. 6. §. 2. per tot.*

18 De venenis nonnulla indicant etiam Bertachin. *Repert. verb. Veneratio*, Ioſeph. Feliu. *Margar. var. eod. verb.* Thoro *Comp. deciſ. Neap. part. 1. eod. verb.* Cyriac. *d. contr. 485. per tot.* Caſtcion. *Alphabet. iurid. verb. Venena*, & Com. Anguſt. Fontan. *Bibliotb. legal. part. 5. eod. verb. fol. 782.*

19 De venenis peſtilentibus, & nonnullis eorum remedijs, videndus Card. Gaſtald. *tract. de auert. & proflig. peſt. Polit. Legal. in locis indicatis in Repert. verb. Venefici, & Venena.*

§. VERBA. IX.

Verba ſimpliciter prolata de primo actu, vel implemento intelliguntur, & ſic vnico actu perficiuntur, ac conſumuntur per *tex. in l. bones §. hoc ſermone ff. de verb. ſignif.* latè cum 89. & vltra exemplis, ac 36. limitationibus, ac nonnullis alijs declarationibus explicat Tiraquel. *in repet. d. §. hoc ſermone inter reg. diuerſ. fol. mihi 551. & ſeqq. ad 593.* vide in §. *Actus num.* & §. *Diſpoſitio num.* Tuſch. *litt. D. concl. 499. & litt. V. concl. 146.* Ricc. *Collect. 587.* 1

Verba, quæ poſſunt dupliciter intelligi, ſcilicet de actu naturali, & de actu ciuili, ſunt potiùs intelligenda de naturali, Gratian. *diſcept. for. cap. 834. n. 2.* vbi allegat iura id probantia, Tuſch. *litt. V. concl. 102.* 2

Quòd ſint intelligenda in propria ſignificatione, præcipuè in ſtipulationibus, & contra fundantem ſe in verbis, niſi aliter conſtet de mente contrahentium, quæ probari debet ab eo, qui vult recedere à proprietate verborum, Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ. 223. per tot.* latè Tuſch. *litt. V. concl. 91. per tot.*

Sunt tamen impropriãda, vt quis à delicto excuſetur, Ricc. *Collect. 3923.*

Quòd verba dubia ſint interpretanda iuxta mentem proferentis in materia hæreſis, Thom. Triuiſ. *deciſ. 34. lib. 2.* vide in §. *Hæreſis*.

Decem, & octo caſus, in quibus receditur à propria verborum ſignificatione, vide per Soccin. *reg. 536. inter reg. diuerſ. fol. 623.* Tuſch. *litt. V. concl. 110. 111. & 112. per tot.*

Quòd verba ſint attendenda, & vbi non conueniunt, vel deficiunt ceſſet diſpoſitio, Tuſch. *litt. V. concl. 89. per tot.*

Quando verba ſint intelligenda ſecundum propriam ſignificationem, vel ſecundum vſum communem loquendi, cum effectu, iuxtà ſubiectam materiam, & alia plura ſimilia, Barboſ. *de Axiom. iur. Axiom. 222. per tot.* Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ. 276. num. 1.* vbi quòd debent intelligi iuxta ſubiectam materiam, & naturam actus, cui deſeruiunt, vide in §. *Contractus num.* et §. *Interpretatio num.* plenè Tuſch. *litt. V. concl. 90. cum pluribus ſeqq. ad 113.* Viuì. *comm. opin. 1030.* Ægid. de Caſtcion. *in Alphab. iurid. in verb. Verba*, vbi plura de verborum interpretatione, & intelligentia, Arias de Meſa *var. reſol. lib. 3. cap. 15. et ſeqq.*

Verba ſemper aliquid operari debent, ita vt non detur intellectus, ex quo inducatur ſuperfluitas, Gratian. *diſcept. for. cap. 995. num. 9.* Altograd. *conſ. 100. num. 39. lib. 2.* vbi quòd ſemper ita interpretari debent, vt aliquid operentur, & non ſint ſuperflua, vide in §. *Argumentum num. 6.* 3

Quòd verba, etiam in ſyllaba non debeant eſſe ſine virtute aliquid operandi, & ſic non vacua, arida, & ieiuna ſtare debent, etiam in materia ſtricta, & odioſa, ita vt potiùs correctio iuris ſit permittenda, pulchrè Pontirol. *in Reſponſ. pro Mambellis Caſenæ impreſſo de anno 1645. numer. 434. & ſeqq.* latè Barboſ. *de Axiom. iur. Axiom. 222. num. 11. etc. vbi num. 24.* multis modis limitat.

Regulam quod verba ſemper aliquid operari debeant, ponit Soccin. *inter. reg. diuerſ. reg. 535.* vbi illam decem modis limitat, in quibus non operantur, latè Tuſch. *litt. V. concl. 85. per tot.*

Quòd nec verbum minimum in contractibus cenſeri debeat appoſitum abſque virtute operandi ſi fieri poteſt, Canaler. *deciſ. 147. num. 5.* Altograd. *conſ. 12. num. 14. lib. 2.*

Quòd verba cum effectu ſint intelligenda, & quando ſecùs, Tuſch. *litt. V. concl. 90. per tot.*

Verba vniuerſalia poſita in legato, puta pro omni eo, quod poſſet prætendi, quocumque modo, ratione, vel cauſa, comprehendant omnia, quæ poſſent excogitari, trahuntur ad caſus improprios, & etiam ad ea, quæ ſunt in ſuperlatiuo gradu, cùm vniuerſalia ſemper magis operentur, & habeant vim ſingularis expreſſionis, ſiue affirmatiuè, ſiue negatiuè ſint prolata, etiam in materia pœnali, & odioſa, generalia verò ſecùs, Gratian. *diſcept. for. cap. 844. num. 5. etc. cap. 846. nu. 5. etc.* Magon. *deciſ. Luc. 6. num. 35. cum Addit.* Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ. 298. per tot.* 4

Sutd.

Surd. *deciſ.* 233. *per tot.* Altograd. *conſ.* 34. *num.* 5. *etc. lib.* 1. Barboſ. *de Clauſ. clauſ.* 184. *per tot.* Tuſch. *litt. V. concl.* 120. *& ſeqq.* vbi etiam quænam ſint huiuſmodi verba vniuerſalia, & quando ac ea quibus reſtringantur, vel non.

Quòd verba, *quicumque, ſi quis*, & ſimilia non comprehendant vniuerſitas, vide in §. *Vniuerſitas num.*

Item verba vniuerſalia in medio orationis poſita reſtringuntur, & declarantur ab extremis adiunctis, adeò vt non extendantur ad alios titulos, ſiue modos, qui non ſint de natura, & qualitate expreſſorum, Altograd. *conſ.* 3. *nu.* 40. *lib.* 1. vide in §. *Dictio num.*

Quòd verba quantumuis vniuerſalia reſtringantur ratione adiuncti, Altograd. *conſ.* 13. *nu.* 37. *lib.* 2.

Item verba vniuerſalia, & geminata in diſpoſitione legis non comprehendunt caſus in ſpecie priuilegiatos, quicquid ſit in diſpoſitione hominis, latè idem Altograd. *conſ.* 34. *per tot. lib.* 1. vbi plura de verbis vniuerſalibus, generalibus, & geminatis quando extendantur ad caſus priuilegiatos, vel potiùs reſtringantur iuxta diſpoſitionem iuris communis, & *num.* 22. diſtinguit an ſint prolata ab homine, vel à lege, vt primo caſu non reſtringantur, ſecundo verò ſic, & quare.

Alia de vi verborum vniuerſalium in ſtatutis, idem Altograd. *conſ.* 97. *num.* 50. *& ſeqq. lib.* 1. & in *Addit. ad conſ.* 66. *ſub num.* 18. *in fine libri primi*, Fontanell. *deciſ.* 262. *& ſeqq.* vbi in priuilegijs, &c.

Quando verba generalia ſint generaliter intelligenda, vel non, Rot. *part.* 1. *recent. deciſ.* 352. vbi quòd ſunt generaliter intelligenda, etiam in materia ſtricta, & odioſa, præſertim ſi aliter intellecta nihil operarentur, Barboſ. *de Axiom. iur. Axiom.* 222. *num.* 36. *&c.* Tuſch. *lit. V. concl.* 122. *per tot.* plenè Vrceol. *Conſult. for. cap.* 99. *per tot. vol.* 2. vbi in materia translationis, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 357. *per tot.* vide in §. *Liberatio.*

Quòd generalia verba intelligantur, & reſtringantur iuxtà præcedentem diſpoſitionem, & ad perſonam de qua ſupra actum ſit, Altograd. *conſ.* 85. *nu.* 9. *& ſeqq. lib.* 1. vbi exemplificat in multis, vide Tuſch. *d. concl.* 122. *per tot.* Vrceol. *d. cap.* 99. *per tot.* vbi optimè declarat in materia tranſactionum.

Quòd verba vniuerſalia, & generalia reſtringantur ex pluribus cauſis, & ea quibus latè Tuſch. *litt. V. concl.* 121. *& ſeqq. ad* 146. Vrceol. *d. cap.* 99. *per tot.*

Quòd verba geminata magis operentur, idem Tuſch. *litt. V. concl.* 158. *per tot.* vide in §. *Geminatio*, Ricc. *Collect.* 2495. vbi quòd enixam voluntatem demonſtrant, & ſenſum augent.

Quòd in fauorabilibus ſub generali diſpoſitione comprehendatur etiam perſona loquentis non nominati, quia præſumitur magis de ſe loqui, quam de alijs, ex quo prima charitas incipit à ſe ipſo, ſecùs verò in odioſis, quia in dubio nemo præſumitur velle ſe ipſum ligare, & ſibi obeſſe, Rot. *in Romana aſſecurationis* 26. *Iunij* 1673. *coram Mattheio*, poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.* 52. *n.* 14. vide in §. *Diſpoſitio n.* 34. *& §. Promiſſio nu.* 29.

5 Verba generalia, adulatoria, curialia, vel aulica per modum complementi, ſiue vrbanitatis, ac ad alterius complacentiam prolata, dicuntur nugatoria, & non obligant, vt quando peto, vt dones mihi aliquam rem, & tu reſpondes non tantùm illam, ſed quicquid placebit, vel ſi dicas omnia mea tua ſunt, vel offero me, & omnia bona mea, vel *ſon voſtro ſeruo, e ſchiauo*, vel *la rimetto in tutto, e per tutto in voi*, ſiue *voglio, che ſiate patrone di me, e della mia robba.* & ſimilia, vt latè explicat, Genu. *de Script. priuat. in Addit. tit. de litt. offic. per tot. fol. mihi* 52. vbi *num.* 14. videtur limitare niſi agatur de fauore piæ cauſæ, vide Card. Tuſch. *litt. V. concluſ.* 123. *per tot.* Paul. Rub. *in Annot. ad deciſ.* 282. *part.* 9. *recent. num.* 78. *& ſeqq.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 367. *numer.* 33. *&c.* vbi quòd dicta verba curialia, & humanitatis non præiudicant procuratori, qui ſe remiſit arbitrio domini circa ſalarium, & in ſimile de non moleſtando, Rot. *part.* 11. *deciſ.* 157. *n.* 42. *&c.*

Quòd verba generalia, blanditoria, & excitatoria non inducant obligationem, Iaſ. *in l. ita ſtipulatus ff. de verb. obligat.* Magon. *deciſ. Luc.* 25. *nu.* 68. vide in §. *Littera num.* §. *Promiſſio num.* 48.

Quòd verba adulatoria, & iactatoria probant, & diſponant fauore piæ cauſæ, Genu. *de verb. enunciat. lib.* 2. *q.* 23. *nu.* 8. *fol. mihi* 54.

Item probant fauore libertatis, idem Genu. *de verb. enunciat. lib.* 2. *q.* 30. *nu.* 24. *fol.* 63.

Quòd verba deprecatiua, & rogatoria in vltimis voluntatibus, in fundatione iuriſpatronatus, & quandoque etiam in contractibus obligent ad obſeruantiam, & implementum ordinatorum, *l.* 2. *C. com. de leg.* Rot. *part.* 1. *diuerſ. deciſ.* 640. Buratt. *deciſ.* 21. *nu.* 6. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 68. *nu.* 6. *&c.*

Item verba per modum deſiderij, vel conſilij prolata in vltimis voluntatibus abſolutam neceſſitatem important, ita vt inducant fideicommiſſum, vel legatum, *l. etiam hoc modo* 118. *l. eo modo* 121. *ff. de l.* 1. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 320. *num.* 4. *&c.* vide in §. *Fideicommiſſum num.* 13.

Verba quænam dicantur directa, vel obliqua, ſiue 6
communia in materia ſubſtitutionum, Pract. Papp. *libel. ex ſubſtit. gloſ. Compendioſe in princ. & num.* 31. *&c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 407. *num.* 8. *&c. cap.* 542. *num.* 23. *&c. cap.* 774. *num.* 29. *&c.* Altograd. *conſ.* 75. *nu.* 1. *&c. lib.* 1. *& conſ.* 76. *per tot.* vide in §. *Subſtitutio*, Duran. *deciſ.* 339. *Relinquo, & lego*, quòd ſint obliqua, quando adijciuntur rei certæ, & perſonæ, quæ de neceſſitate non erat reſtituenda, ac alio inſtituto, plenè Tuſch. *litt. V. concl.* 86. 87. *&* 88. *per tot.*

Verba ſtatuti prolata, etiam in tempore præterito, 7
trahuntur ad futurum, maximè vbi eadem viget ratio, & multa quando verba prolata in præterito trahantur ad futurum, vel non, Cenc. *de Cenſ. quæſt.* 47. *num.* 25. *& ſeqq. ad* 70. Gratian. *diſcept. for. cap.* 497. *num.* 12. *&c. num.* 18. *&c.*

Quòd prolata à teſtatore in præſenti porrigantur ad futurum, & alia de trahendis verbis ab vno tempore ad aliud tempus, Soccin. *reg.* 537. *per tot. inter regulas diuerſ. fol. mihi* 624. Altograd. *conſ.* 95. *numer.* 99. *&c. lib.* 2.

Plura quando verba vnius temporis trahantur ad alia tempora in quacumque diſpoſitione, Tuſch. *litt. V. concl.* 113. 114. 115. *&* 116. *per tot.*

Verba lata, prolata in aliquo tractatu non attenduntur, 8
nec faciunt oriri actionem, neque exceptionem, ſed tantùm ea, quæ proferuntur in concluſione negotij; cùm in ea totus conſiſtat contractus, & ab ipſa formam, atque perfectionem recipiat, multa enim tractantur, quæ non excluduntur, Gratian. *diſcept. for. cap.* 115. *n.* 33. *&c. cap.* 842. *n.* 1. *&c.* Surd. *deciſ.* 291. Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 104. *nu.* 3. *&c.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 470. *per tot.* Duran. *deciſ.* 379. *n.* 5. vide in §. *Contractus num.*

Verba dicuntur clara quotieſcunque intellectus non 9
laborat in intelligendo ea, Gratian. *diſcept. for. cap.* 902. *num.* 25. *&c.*

Verba taxatiua non excludunt caſus ſimiles, idem 10
Gratian. *cap.* 154. *num.* 29. *etc.* vide in §. *Dictio num. infra num.* 13.

Verba, quæ aliquid præſupponunt, nihil diſponunt in 11
caſu præſuppoſito, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 675. *num.* 17. *etc.* vide in §. *Diſpoſitio num.* 41. Ricc. *Collect.* 3899. Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 208. vbi limitatur non procedere quando præſuppoſitum venit per neceſſarium antecedens ad id, quod eſt diſpoſitum, quia tunc etiam verba præſuppoſitiua diſponunt.

Quòd verba, quæ præſupponunt, in neceſſarium antecedens diſponant, nam qui fatetur conſequens, videtur fateri omnes neceſſarium antecedens, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 316. *num.* 5. vide Ricc. *Collect.* 2844. *et* 3085.

Verba impersonalia non inducunt obligationem, 12
Gratian. *diſcept. for. cap.* 579. *num.* 26. *etc. cap.* 675. *num.* 19. *etc.*

Quòd impersonalitas vitiet diſpoſitionem in contractibus, quicquid ſecùs ſit in vltimis voluntatibus, in quibus ſemper refertur ad hæredem, idem Gratian. *cap.* 941. *n.* 17. *etc.* facit *in* §. *Notarius num.*

Item limitat in indicijs, in quibus promiſſio videtur facta iudici, Item limita ex parte creditoris, Magon. *deciſ. Flor.* 57. *num.* 10. *&c.* & latiùs *deciſ. Flor.* 145. *nu.* 6. *etc.* vbi quòd ſi deficiat verbum principale, deficit etiam ſubſtantia, & quando ſenſu intellectus ſuppleatur ne vitietur diſpoſitio, Ludouiſ. *deciſ.* 511. *num.* 6. vbi quòd ſtipulatio impersonalis ſemper pro ſtipulante intelligitur concepta, *l. ſi ita ſtipulatus* §. *Chriſogonus ff. de verb. obligat.* Alex. *in*

l. Sti-

l. Stipulatio §. ſi quis ità num. 2. ff. eod. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 28. num. 16. & tit. 29. num. 55. Mella de vſucap. & præſcript. part. 3. Miſcellan. cap. 13. per tot. vbi de ſtipulatione.

13 Verba in dubio potiùs cenſentur demonſtratiuè, quàm taxatiuè appoſita, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 644. num. 24. cap. 657. num. 31. cap. 834. num. 22. cap. 950. numer. 15. cap. 967. nu. 20. Duran. deciſ. 341. n. 4. deciſ. 409. n. 13. Altograd. conſ. 49. n. 18. &c. lib. 1. conſ. 82. num. 19. lib. 2. vide in §. Legatum num. Tuſch. litt. V. concluſ. 147. Merlin. deciſ. 611. nu. 11.

Quando autem ſtent taxatiuè, idem Gratian. cap. 916. num. 3. & per tot. cap. 937. num. 27. cap. 986. num. 20. Tuſch. loc. cit.

14 Verba enunciatiua dicuntur illa, quæ in diſpoſitione poſita ſecundum eorum ſonum diſpoſitionem aliquam non inducunt, & ſunt, vel emiſſa propter ſe, vt quando non terminantur ad aliud, nec reſpiciunt alium finem, quam illuminandi orationem, & factum, de quo agitur, vel emiſſa propter aliud, vt quando proferuntur ad effectum alterius diſpoſitionis, & non ſunt principalia in oratione, de qua agitur, & iſta vel ſunt per modum conditionis, vel per modum modi, vel per modum cauſæ, vel per modum demonſtrationis, ad tradita per Genu. de verb. enunciat. lib. 1. quæſt. 1. & 2. per tot. fol. 1. &c. Altograd. conſ. 28. n. 3. lib. 2.

Quæ dicantur enunciatiua, & quæ diſpoſitiua, latè Tuſch. litt. V. concl. 80. 81. 82. & 83. per tot.

Quòd ſemper præualeant verba diſpoſitiua, verbis enunciatiuis, & narratiuis, cùm ſit attendendum quod fuit diſpoſitum, & non quod fuit narratum, maximè quando verba diſpoſitiua ſunt clara, Rot. part. 13. recent. deciſ. 465. num. 10.

15 Verba enunciatiua generaliter ſumpta, regulariter nihil diſponunt, præcipuè ſi proferentes non poterant diſponere de enunciato, vel ſi tendant in futurum, vel vbi ſumus in odioſis, & pœnalibus, vel agitur de præiudicio alterius, vel vbi ſunt relatiua, vel vbi contrarium producerent effectum ab eo, cuius cauſa ſunt prolata, vel vbi ageretur de adumbranda veritate, vel vbi certam quantitatem, ſpeciem, vel perſonam non exprimerent, vel vbi reuocarentur in dubium, vel vbi non ſunt de antiquo, & emanarunt à perſona ſuſpecta, latè Genu. d. tract. de verb. enunciat. lib. 1. quæſt. 3. n. 1. & ſeqq. ad 17. fol. 4. Tuſch. litt. V. concl. 81. per tot. Thom. Triuiſ. deciſ. 55. nu. 51. & ſeqq. lib. 2. Viui. comm. opin. 1038.

Diſponunt tamen etiam in genere ſumpta quando ſunt iurata, vel geminata cum temporis interuallo, vel quando tendunt in ſolius enunciantis præiudicium, ſicut etiam diſponunt in neceſſario antecedente, quod pendet à voluntate proferentis, vel vbi conſtat de aperta voluntate proferentis, vel vbi inter ipſos contrahentes ſunt prolata in tempore præſenti, vel vbi tendunt ad liberandum, etiam non expreſſa cauſa, vel vbi ſunt prolata circa actum, de quo partes poterant tunc diſponere, & ſic in iis, quæ pendent à voluntate partium, maximè ſi proferens laboret in extremis, vel quando reſpiciunt tempus præteritum, & ſi ipſa enunciata falſa ſint, non nocent aliis verbis diſpoſitiuis, Genua d. tract. lib. 1. quæſt. 3. nu. 17. &c. per tot. vide Tuſch. d. concl. 81. per tot.

Quòd verba enunciatiua quando ſunt prolata ab habente poteſtatem diſponendi, diſponant, & probent, ſicut etiam quando ſunt per modum cauſæ prolata, Bart. in l. gerit. num. 14. ff. de acquir. hæred. Caualer. deciſ. 36. num. 2. Magon. deciſ. Flor. 10. num. 38. &c. deciſ. 57. nu. 9. &c. vbi num. 50. quòd fortè iſtud procederet in materia fauorabili, & vltimis voluntatibus, & quando cauſa illa eſſet finalis, & non impulſiua, aliàs ſecùs, Altograd. conſ. 58. n. 55. &c. lib. 1. vbi loquitur in ſtatuto, & quòd diſponant.

Non tamen probant, neque diſponunt ſuper eo, de quo contrahentes diſponere non poſſunt, Rot. part. 2. diuerſ. deciſ. 327. num. 1.

An, & quando diſponent, & probent in teſtamentis, ac aliis vltimis voluntatibus, latè Genu. d. tract. lib. 2. q. 20. & 21. per tot. fol. 50. infra num.

An vera præſumantur ea, quæ verbis enunciatiuis proferuntur à contrahentibus, Menoch. lib. 3. præſumpt. 133. per tot.

16 Verba enunciatiua regulariter non probant, præcipuè ſi principaliter diſputari contingat de ipſo enunciato etiam inter ipſos contrahentes, niſi alia concurrant adminicula, vel niſi ſint iurata, vel ab inſtructo, & ſciente prolata, & in omnem caſum inducunt aliqualem præſumptionem, cui ſtandum eſt contrario non edocto ſi agatur de negotio pendente à voluntate partium, & de quo diſponere poſſint, vt latè declarat Genua d. tract. de verb. enunciat. lib. 1. quæſt. 4. n. 1. & ſeqq. ad 24. fol. 9. Altograd. conſ. 28. nu. 8. & ſeqq. lib. 2. Pac. Iordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 17. num. 309. &c. fol. 286.

Et quod dicta aliqualis præſumptio tam pro tertio, quàm contra tertium transferat onus probandi in aduerſarium, latè Genua d. quæſt. 4. num. 129. & ſeqq. ad 142.

Quòd verba enunciatiua propter aliud prolata regulariter non probent, Auth. ſi quis in aliqua C. de edend. Pract. Papp. form. ſent. deff. gloſ. Viſaque litis conteſtatione, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 737. num. 19. cap. 739. per tot. Genu. de verb. enunciat. lib. 2. quæſt. 32. per tot. Magon. deciſ. Flor. 9. num. 25. &c. deciſ. 10. num. 37. &c. plenè Tuſch. litt. V. concl. 81. per tot. Ludouiſ. deciſ. 372. num. 2. & ſeqq. vbi vt aliquid operentur, debent eſſe clara, & ſpecifica, nec probant veritatem enunciati quando principaliter de eo diſputatur.

Verba enunciatiua non probant quando ſunt prolata ſuper illis, quibus partes renunciare non poſſunt, vel ſuper facto non conuenienti ipſi enunciationis, vel nimis generaliter, & in confuſo, vel in odioſis, vel contra tertium, vel pro tertio, vel relatiuè, vel vbi plura ſpecialia concurrerent, vel vbi proceſſerunt à parte habente intereſſe, Genu. de verb. enunciat. lib. 1. quæſt. 4. num. 24. & ſeqq. ad 30. fol. 11. 17

Quando verba enunciatiua poſita in aliquo inſtrumento probent, vel non, latè omnia ferè prædicta, & infraſcripta repetendo tractat idem Genu. lib. 2. quæſt. 1. per tot. vbi ponit regulam negatiuam, quàm multis ampliat, reſtringit, modificat, & declarat.

Verba enunciatiua probant quando ſunt geminata, vel iurata, vel agitur de validando actu, in quo ſunt appoſita, ſiue de dependentibus à voluntate proferentis, & facto proprio, vel de ſupplendo defectu cauſæ, vel vbi verſamur in antiquis, etiam in præiudicium tertij, concurrente tamen longa poſſeſſione, vel pluribus inſtrumentis à diuerſis confectis, latè Genu. de verb. enunciat. lib. 1. q. 4. n. 30. & ſeqq. ad 73. fol. 13. & lib. 2. q. 1. per tot. 18

Quale in hac materia dicatur tempus antiquum, videtur communis opinio de centum annis, ſed imò hoc eſſe in iudicis arbitrio, & varia fuiſſe ob id iudicia prolata, idem Genu. d. lib. 2. quæſt. 1. num. 41. & ſeqq. ad 51. Altograd. conſ. 7. num. 7. lib. 2. infra verſ. Quod ad huiuſmodi.

Quòd licet regulariter non probent ad fauorem tertij, tamen quando ſunt geminata, faciant talem probationem, vt transferant in aduerſarium onus probandi contrarium, Duran. deciſ. 416. num. 14. vide in §. Geminatio num.

Quòd prolata cum iuramento probent, Euerard. loc. à vi iuram. n. 28. Capyc. deciſ. 71. n. 2. Gratian. diſcept. for. c. 739. nu. 34. vide in §. Iuramentum num.

Item quod probent in antiquis cum habeant vim famæ, Rot. part. 2. diuerſ. deciſ. 130. nu. 1. Duran. deciſ. 377. num 7. vbi loquitur vltrà centum annos, Gratian. diſcept. for. cap. 554. num. 50. cap. 870. num. 5. cap. 893. num. 3. num. 26. &c. cap. 912. num. 4. cap. 918. ferè per tot. vbi etiam num. 8. de inſcriptionibus, & armis, quæ probant, vide Thom. Triuiſ. deciſ. 55. num. 52. & ſeqq. lib. 2. vbi adducit plures declarationes, in quibus verba enunciatiua non probant etiam in antiquis.

Quòd ad huiuſmodi antiquitatem inducendam ſufficiant 50. vel 60. ſiue ſecundum alios 40. anni, Genu. de verb. enunciat. lib. 2. q. 33. n. 16. &c. fol. 69. vbi loquitur in filiatione, vide ſupra verſ. Quale.

Non tamen ſufficit vnica enunciatio, etiam in antiquis, ſed ſaltem duæ requiruntur, cùm nec fama probetur per vnicum teſtem, Rot. part. 2. diuerſ. deciſ. 288. & quid ſi eſſet enunciatio facta à Principe, an vnica ſufficiat in antiquis, eadem Rot. d. part. 2. deciſ. 289. vbi quòd non, præſertim in his, de quibus Princeps non potuit libere diſponere ſine præiuditio tertij.

Et quod enunciatiua verba ex vnico tantùm inſtrumen-

men-

mente non probent, ſicut nec etiam quando ſunt obſcura, Rot. *d. part. 2. diuerſ. deciſ.* 168. *num.* 8. *&* 9. Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 407. vbi quòd enunciatiua vnica ſiue moderna, ſiue antiqua non probat, qui ſi eſſet adminiculata, & alia ad rem.

An ſtante iuramento admittatur probatio in contrarium ſub prætextu erroris cœpti, latè diſputat Genu. *de verb. enunciat. lib. 2. quæſt.* 51. *per tot. fol.* 81. vbi tandem concludit pro affirmatiua.

19 Verba enunciatiua probant inter ipſas partes contrahentes, & earum hæredes, vel habentes cauſam ab eis, intelligendo quoad illum ſolum actum, in quo ſunt appoſita & non quo ad alios actus diuerſos, ac in iis, in quibus poſſunt ſibi præiudicare, & diſponere, vel niſi eſſent in futurum prolata, vel niſi eſſent ſuper re à iure diſpoſita, vel inter perſonas ſuſpectas, vel ſuper re probibita, vel prolata ab eo, qui veriſimiliter ignorabat enunciatum, ſiue prolata non clarè, & ſpecificè, ſed in genere, & obſcurè, nam his caſibus nec inter ipſos contrahentes probant, ad late tradita per Genu. *de verb. enunciat. lib. 1. quæſt. 4. num.* 73. *& ſeqq. ad* 102. *fol.* 15. *&c. lib. 2. quæſt. 1. per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 869. *num.* 32. *&c. cap.* 737. *num.* 19. vbi quod non probant quando fuerunt emanata ab vna tantum parte in abſentia alterius, Duran. *deciſ.* 409. *num.* 17. vbi quòd probant inter ipſas partes quando ſunt emiſſa principaliter propter ſe.

Quòd probent inter contrahentes, maximè ſi ſuper enunciatis fiat diſpoſitio, Altograd. *conſ.* 5. *num.* 6. *lib.* 1.

20 Verba enunciatiua plenè probant contra enunciantem, & illius hæredes, ac ſingulares ſucceſſores, ſicut etiam quando ſunt prolata cum ratione expreſſa, & finali, vel pluries repetita, vel in his, quæ per conſenſum inducuntur, vel ex titulis conualidantur, vel per modum confeſſionis in ſcriptis redactæ, vel quando alia concurrunt adminicula, vel quando ſunt de eo quod tunc eſſe, & fieri potuit, vel præſente illo, ad quem ſunt directa, vel vbi agitur de modico præiudicio, latè Genu. *de verb. enunciat. lib. 1. quæſt. 4. num.* 102. *& ſeqq. ad* 129. *fol.* 18. *&c.*

Item probant in delictis præcipuè ad docendum de mandato, vel quando ſubſequitur promiſſio, & diſpoſitio iuxtà enunciata, vel vbi agitur de fauore piæ cauſæ, idem Genu. *d. quæſt.* 4. *num.* 142. *&c. per tot.* Card. Tuſch. *litt. V. concl.* 81. *per tot.*

Item probant, & diſponunt fauore libertatis, Genu. *de verb. enunciat. lib. 2. quæſt.* 30. *fol.* 62.

Item diſponunt fauore liberorum, cùm eorum fauore ſufficiant quælibet indicia voluntatis, *l. vnum ex familia §. fin. ff. de leg.* 2. Genu. *d. tract. lib. 2. quæſt.* 34. *fol.* 73. vide in §. *Teſtamentum num.*

Item probant fauore militis, & piæ cauſæ, Euerard. *loc. à milit. ad Eccl. vel piam cauſ. num.* 3. Genu. *de verb. enunciat. lib. 2. quæſt. 1. num.* 100. *fol.* 29. vbi de pia cauſa.

Item probant fauore dotis, & matrimonij, Grat. *diſcept. for. cap.* 653. *num.* 67. *&c. cap.* 49. *num.* 21. late Genu. *de verb. enunciat. lib. 2. quæſt.* 31. *&* 32. *per tot.* Duran. *deciſ.* 409. *n.* 18. *&* 19. Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ.* 316. *n.* 2. vide in §. *Dos n.*

Item probant quando in inſtrumento adeſt clauſula, *pro quorum omnium obſeruantia, &c. vel pro quibus omnibus, &c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 627. *num.* 32. *&* 37. Genu. *de verb. enunciat. lib. 2. quæſt. 1. num.* 96. *&c. fol.* 29. vbi loquitur de iuramento in calce inſtrumenti appoſito.

21 Verba enunciatiua Papæ, vel etiam Principis ſæcularis plenè probant ſi ſint de facto illorum proprio, etiam antè Principatum, & agatur cum ſubditis, ac de modico præiudicio, & de negotio non reſpiciente Principis vtilitatem; non autem probant quando fundarentur ſuper narratiua partis, vel appareret de contrario, vel ageretur de facto alieno, niſi ſuper huiuſmodi facto alieno fundaretur intentio Papæ cum clauſula motus proprij, & ex certa ſcientia, vel niſi verſemur in antiquis, & veritas non appareat in contrarium, vel niſi agatur de facto alieno coram ſe geſto, vel quando non vertitur præiudicium alicuius, vel niſi agatur de facto ſui Progenitoris, latè Genu. *de verb. enunciat. lib. 2. quæſt. 2. per tot.* vbi loquitur de verbis enunciatiuis Papæ, *& quæſt. 4. per tot.* vbi de verbis enunciatiuis Principis ſæcularis, vel Imperatoris, Card. Tuſch. *litt. I. concluſ.* 43. *& lit. P. concluſ.* 62. Capyc. *deciſ.* 86 *n.* 2.

22 Verba enunciatiua legis, vel ſtatuti non inducunt ius, neque diſpoſitionem in eo, quod narratur, vel enunciatur, niſi ſuper illis fundetur legiſlatoris intentio, vel niſi ſint repetita, vel niſi aliter appareat de mente ipſius legiſlatoris, vel agatur de narratiua eius facti, Genu. *d. tract. lib. 2. q. 5. per tot.* Trentacinq. *var. reſol. 1. cap. 2. per tot.*

23 Verba enunciatiua in iudicijs prolata ante litem conteſtatam non probant, cùm ſit locus pœnitentiæ, poſt verò litem conteſtatam probant quoad explicitè enunciata, niſi de contrario appareat, Franch. *deciſ.* 60. *nu.* 17. *&c.* Marteſil. *ſing.* 33. Maſcard. *de probat. concluſ.* 622. *nu.* 49. *&c.* Genu. *de verb. enunciat. lib. 2. q. 6. cum tribus ſeqq.* vbi etiam an ſtetur ſententiæ verbis enunciatiuis prolatæ, vide in §. *Sententia num.*

24 Verba enunciatiua notarij non probant, niſi diſtinctè atteſtetur de actu coram ſe geſto, probant tamen quoad partes præſentes, vel vbi agitur de modico præiudicio, vel quando ea, quæ allegat tunc temporis interuenire potuerunt, Genu. *de verb. enunciat. lib. 2. q.* 11. *per tot. fol.* 40.

25 Verba enunciatiua generaliter ſumpta in contractibus diſpoſitionem non inducunt, niſi quoad liberandum; benè autem probant inter ipſas partes circa id, in quo poſſint ſibi præiudicare, & in his, quæ tempore contractus potuerunt interuenire, & quoad neceſſaria ad illum actum, prout quando ſunt geminata, vel contractus fuit celebratus cum Principe, & verſamur in antiquis, Genu. *de verb. enunciat. lib. 2. q.* 17. *per tot. fol.* 43.

26 Verba enunciatiua de præterito prolata in vltimis voluntatibus diſponunt fauore piæ cauſæ, niſi præceſſerit aliud teſtamentum ſolemniter factum, quod per huiuſmodi verba enunciatiua, & aſſertiua non remanet reuocatum, ſicut etiam diſponunt quando ſunt de præſenti prolata, ſecùs autem ſi reſpiciant futurum, vt quia quis dixerit velle inſtituere Eccleſiam, nam tunc nihil diſponunt, niſi aliter appareat de voluntate perfecta, ſicuti poſt relatas ad inuicem contrarias opiniones benè diſtinguit Genu. *de verb. enunciat. lib. 2. q. 23. num. 16. & ſeqq. fol.* 54.

Quòd verba enunciatiua in vltimis voluntatibus diſpoſitionem inducant per *tex. in l. ex hac ſcriptura 16. ff. de donat.* vbi Bart. & alij Rot. *part. 13. recent. deciſ.* 278. *num.* 12.

Quid autem in codicillis, & in epiſtola an probent, & diſponant, idem Genu. *d. tract. lib. 2. q. 24. &* 25.

An per verba enunciatiua poſſit induci donatio inter viuos, vide in §. *Donatio num.*

27 Verba enunciatiua propter ſe principaliter prolata diſponunt, & probant, cum potius dicantur verè diſpoſitiua, præcipuè in vltimis voluntatibus, vel ſi ſint geminata, vel iurata, etiam inter abſentes, & etiam ſide enũciato principaliter diſputari contingat inter præſentes, ac etiam in factis recentibus, præcipuè inter ipſos contrahentes, etiam in materia pœnali, & odioſa, & licèt ſint in futurum prolata: Non tamen diſponunt, neque probant in præiudicium tertij, nec quando eſſent circa ea, quæ non erant diſponibilia, nec vbi adeſt incertitudo, quæ tamen non obeſſet quoad liberandum, nec vbi ageretur de fauore dotis, vel viæ reficiendæ, vel alimentorum, nec vbi eſſent ironicè, vel adulatoriè prolata, prout latè hæc, & alia declarat Genu. *de verb. enunc. lib. 3. q. 1. per tot. fol.* 85. vbi etiam diſputat ad partes an referat dicta verba ſint directa ad oneratũ, vel ad honoratũ.

Quando verò dicta verba ſunt ſimpliciter propter aliud prolata non diſponunt etiam in vltimis voluntatibus, niſi adſit veriſimilis mens proferentis, vel ſint ſcienter prolata ſuper eo, de quo partes poſſent ſibi præiudicare, vel niſi ſint geminata, vel fauore militis, ſiue piæ cauſæ, vel iurata, vel ſuper his, quę à puro, & mero animo dependent, vel in fauorabilibus, vel per viam rationis prolata, dummodò his omnibus caſibus ſint de præterito, deſignetur res, vel quantitas certa, & ſuper eo, de quo proferentes potuiſſent tunc temporis diſponere, Genu. *de verb. enunc. lib. 3. q. 3. per tot. fol.* 91.

An autem, & quando talia verba ſimpliciter propter aliud prolata probationem inducat, latè idem Genu. *d. tract. lib. 3. q. 4. per tot.*

Quid ſi dicta verba ſint prolata per modum conditionis, vel modi, vel cauſæ, vel demonſtrationis, Genu. *d. lib. 3. quæſt. 5. cum alijs ſeqq.* Tuſch. *litt. V. concluſ.* 82. vbi quòd conditionaliter prolata non diſponunt, & quando ſecùs.

28 Verbum, *volo*, vbi non expectat ad ſui eſſentiam actum alterius voluntatis, nec ipſius loquentis, nec cuiuſque alterius, inducit perfectam diſpoſitionem; quando verò agitur de voluntate determinanda, & efficienda per actum alterius voluntatis in futurum, vt ſi dicam volo relinquere, vel eligere non inducit diſpoſitionem perfectam, quia non indè ſequitur relinquo, vel eligo, ſed

ſolùm enunciatur quod in futurum agere intendo; niſi iungatur alteri verbo denotāti executionem actus iam perfecti, vel niſi conſtet ex coniecturis quod ita loquens voluerit diſponere, prout etiam imperfecta voluntas, & ſolum quoddam deſiderium denotatur, quando dicitur vellem eligere, vellem emere, & ſimilia, Bald. *in Auth. & qui iurat num. 17. C. de bon. auct. iud.poſſid.* Menoch. *de arbitr. caſ. 496. num. 3. & ſeqq. ad* 61. vbi etiam adducit coniecturas, ex quibus poſſit cognoſci an loquens voluerit diſponere, vide Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 464. *per tot.* Zuff. *de legit. proceſ. lib.* 3. *quaſt.* 174 *per tot.* vbi plura ad rem in terminis an velle legitimare proceſſum importet legitimationem ipſius proceſſus.

Quòd verbum, *voluit*, inducat diſpoſitionem in vltimis voluntatibus, in his, quæ dependent à voluntate loquentis, Gratian. *diſcept. for. cap.* 443. *num.* 12. *&c.* vbi etiam de verbo, *retinere*, *& abalienare*, & latè Ferdinand. de Eſcanno *tract. de teſtam. cap.* 17. *per tot.*

Quòd verbum, *voluit*, ſit diſpoſitiuum, & per ſe aptum inducere fideicommiſſum, *l. verbum volo C. de fideicom. l.* 2. *C com. deleg.* Altograd. *conſ.* 80. *num.* 19. *lib.* 2. Barboſ. *de dict. dict.* 436. *num.* 8. *&c. per tot.* vbi latè de huiuſmodi verbi, *volo*, effectu, & ſignificatione, Tuſch. *litt. V. concl.* 152. vbi quando importet liberam voluntatem, vide in §. *Clauſula num.* 83. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 464. *per tot.*

Quòd quando huiuſmodi verba reſpiciunt futuram diſpoſitionem, & voluntatem, non diſponant, etiam fauore piæ cauſæ, ſed tantùm quando ſunt prolata de præterito, vel de præſenti, latè Genu. *de verb. enunciat. lib.* 2. *quaſt.* 23. *num.* 17. *& ſeqq. ad* 33. *fol.* 54. *&c.* facit optimè Rot. *in Senogallien. bonorum* 30. *Maij* 1644. *&* 15. *Maij* 1645. *coram Cerro*, penès Paul. Zacch. *Quaſt. Medic. legal. tom.* 2. *deciſ.* 85. *&* 86.

Quando enim voluntas enunciantis non terminatur, tunc verba enunciatiua in futurum prolata nihil diſponunt, idem Genu. *d. tract. lib.* 1. *quaſt.* 3. *num.* 3. *fol.* 4.

Quòd verbum, *volo*, iunctum verbo infiniti temporis diſpoſitionem non importet, ſed præparationem actus in futurum faciendi, qui nihil operatur, Socin. iun. *conſ.* 179. *num.* 51. *&c. lib.* 1. Gratian. *diſcept. for. cap.* 550. *num.* 14. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 166. *num.* 1. *& deciſ.* 464. vbi quando ſecùs, Bich. *deciſ.* 141. *num.* 11. vbi quòd non diſponit in iis, quæ ſimul alterius conſenſum requirunt, adde plura ad rem per Zuff. *de legit. proceſ. lib.* 3 *quaſt.* 174. *per tot.*

29 Verbum, *nolo*, de ſui natura voluntatem negat, ac renitentiam inducit, & ideò ſi quis ſimpliciter dicat, *nolo*, cenſetur abſolutè negare, non ſolùm de præſenti, ſed etiam in futurum; ſi verò huiuſmodi verbum, *nolo*, iungatur cum infinitiuo, vt nolo eligere, nolo adire, intelligitur de præſenti tantum, & non in futurum, ac ideò non indè infertur repudiatio, niſi quis ita deliberatè reſponderit ad alterius interrogationem, vel in termino aſſignato ad deliberandum, Menoch. *de arbitr. caſ.* 496. *num.* 61. *& ſeqq.* vbi etiam de verbo, *non volo*, an idem ſit cum verbo, *nolo*, & eſſe idem multi affirmant, quod & mihi placet, quicquid alij diſſentiant, vt per Menoch. *loc. cit. & de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 102. *num.* 5. *&c.* quem ſequitur Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 87. *num.* 26 *&c.*

30 Verbum, *poteſt*, in oratione affirmatiua poſitum, non inducit neceſſitatem præciſam, ſed ponit in arbitrium illius, in quem verba diriguntur, Marant. *in l. is poteſt num.* 41. *ff. de acquir. hered.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 755. *num.* 32 *cap.* 146. *num.* 10. *&c* Altograd. *conſ.* 32. *num.* 14. *lib.* 1. Barboſ. *de dict. dict.* 268. Tuſch. *litt. P concl.* 464. *per tot.* Ricc. *Collect.* 2512. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 119. *num.* 11. *&c.*

De verbo, *poteſt*, an, & quando importet neceſſitatem, Caſtil. *contr. tom.* 5. *part.* 2. *cap.* 114. *num.* 30. *& ſeqq. tom.* 6. *cap.* 14 *n.* 14. *& ſeqq.* Barboſ. *Dict.* 268. Cyriac. *controu.* 207. *n.* 19. *& ſeqq. & contr.* 548. *num.* 12. *& ſeqq.* Fontanel. *deciſ.* 467. *num.* 20. *& deciſ.* 526. *num.* 20. Giurb. *ad Conſuet. Meſſan. cap.* 4. *gloſ.* 5. *part.* 1. *num.* 1. Tranchedin. *conſ.* 90. aliique plures indicati à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *verb. Verba fol.* 790.

Quòd verum eſt in legibus, reſcriptis, & contractibus, ſecùs in vltimis voluntatibus, in quibus neceſſitatem importat, ſicut etiam quando eſt poſitum cum grauamine, & in alijs caſibus relatis per Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 630. *num.* 2. *& per tot.* vide Tuſch. *d. concl.* 464. *per tot.*

Quòd poſitum in oratione affirmatiua inducat honeſtatem, & decentiam, idem Gratian. *cap.* 506. *num.* 12. *&c. cap.* 655. *num.* 75. *&c.*

Item verbum, *poteſt*, poſitum in ſtatuto, & relatum ad iudicem interpretatur pro *debet*, Magon. *deciſ.* 14. *Luc.* 3. *num.* 11.

Quòd verbum, *poteſt*, importet neceſſitatem cauſatiuam, Surd. *deciſ.* 268. *num.* 13.

Quòd debet intelligi quatenus de iure quis poſſit, Sperel. *deciſ.* 180. *num.* 40.

Quòd licet verbum, *poteſt*, vel *poſſit*, ſit facultatiuum, tamen importet neceſſitatem, & nullitatem actus in contrarium geſti, etiam nulla præcedente negatiua, quando eſt poſitum in diſpoſitione conditionali, vel certam formam ſeruandam præſeferente, maximè in vltimis voluntatibus, Bart. *in l. Gallus num.* 4. *ff. de lib. & poſth.* Card. Tuſch. *litt. P. concl.* 464. *num.* 7. *& ſeqq.* Altograd. *conſ.* 100. *num.* 14. *& ſeqq. lib.* 2.

Verbum, *poteſt*, licèt affimatiuè prolatum vt ſupra regu- 31
lariter importet facultatem, & liberam voluntatem, tamen negatiuè poſitum inducit neceſſitatem, excludit omnem potentiam, & actum in contrarium geſtum annullat, Marant. *in l. is poteſt num.* 41. *ff. de acquir. hered.* Ricc. *Collect.* 2512. Barboſ. *de dict. dict.* 268. *per tot.* Altograd. *conſ.* 97. *num.* 50. *lib.* 1. *conſ.* 20. *num.* 12. *lib.* 2. *conſ.* 22. *num.* 23. *lib.* 2. vbi quòd illa verba, *non poſſino mai per tempo alcuno*, negans omnem potentiam, & omne tempus comprehendunt.

Quòd præcedente negatiua inducat neceſſitatem, ſine verò negatiua inducat ſolam potentiam, quæ poteſt ad actum reduci, & non reduci, idem Altograd. *conſ.* 50. *num.* 119. *lib.* 1.

Quòd inducat neceſſitatem præciſam, impoſſibilitatem, & nullitatem actus in contrarium geſti ſtante negatiua, idem Altograd. *conſ.* 70. *num.* 21. *lib.* 2. vide latè pro, & contra, Dian. *part.* 10. *tract.* 12. *reſol.* 7. *per tot.* Paul. Chriſtin. *ad leg. Municip. tit.* 16. *art.* 26. *num.* 10. vbi quòd inducit neceſſitatem, & formam, ac actui reſiſtit, Aluarez. de Velaſch. *tract. de Iudice perfect. Rub.* 9. *Annot.* 12. §. 2. *num.* 24. *et ſeqq.* vbi quòd non ſemper potentiam aufert, nec ſemper actum reddit nullum, ſed importat licitè fieri non poſſe, quod multis exemplis comprobat, & declarat.

Verbum, *debet*, plerumque inducit neceſſitatem, & 32
præceptum, etiam ſi ſit à teſtatore prolatum, vel ad iudicem relatum, niſi eſſet directum ad perſonam, cuius fauore profertur, vel niſi repugnaret ſubiecta materia, vt quia importando neceſſitatem reſultaret abſurdum, vel iuris correctio, vel niſi eſſet in lege poſitum cum particula importante vrbanitatem tantùm, vel conſilium, quia his caſibus neceſſitatem non induceret, vt benè probat Barboſ. *de dict. dict.* 77. *per tot.* Ricc. *Collect.* 2826. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 129. *num.* 7. *& ſeqq.*

Quòd verbum, *debet*, ſicut etiam verbum, *teneatur*, importet neceſſitatem, Marant. *in l. is poteſt num.* 41. *ff. de acquir. hered.* Magon. *deciſ. Flor.* 7. *nu.* 10. *&c.* Tuſch. *litt. A. concl.* 24.

Quòd ponatur interdum pro, *poteſt*, & ſic ſine neceſſitate, Marant. *loc. cit.* Tuſch. *d. concl.* 24. *num.* 4.

Verbum, *debitum*, *vel debita*, *ſiue debitor*, adiectum ſubſtantiuo, ità illud qualificat, vt ſemper intelligatur clauſula quatenus de iure, & non aliter, vel reſoluitur in relatiuum, & verbum ſui temporis, & diſpoſitionem reſtringit ad id, quod de iure debetur, vt benè declarat Merlin. *deciſ.* 654. *num.* 26. *etc.* Quòd verbum, *debet*, præſeferat crediti, & debiti reſpectiuè exiſtentiam, Rebuff. *in l. debitor* 108. *ff. de verb. oblig.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 450. *num.* 7.

Verbum, *præſumere*, importat dolum, & temeritatem 33
quando in diſpoſitione legis apponitur, Sperel. *deciſ.* 105. *numer.* 8. Dian. *reſol. moral part.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 187. vbi quòd idem eſt de verbo audere, vide in §. *Ignorantia num.* 10.

Verbum, *deficere*, & ſimilia, an poſſint verificari in 34
eo, quod nunquam fuit, & nunquam incepit pro negatiua, plenè Gen. Spin. *conſ.* 12. *per tot. et conſ.* 80. *num.* 9. *etc.* Amat. *deciſ. Ferr.* 55. *per tot.* Sed pro affirmatiua vide in §. *Linea num.* 3. *et* §. *Subſtitutio num.* 49. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 94. *num.* 21. *etc.* vbi declarat vt deſinere, ſeu deficere poſſit nedum quod incepit, ſed etiã quod incipere

potuit;

potuit; licèt ſecùs ſit, ſecluſa etiam potentia incipiendi, in quibus terminis procedere contraria, *& part. 12. deciſ. 330. num. 1. & ſeqq.*

35 Verbum, *diſponere*, an, & quando intelligatur tantùm de diſpoſitione, quæ ſit per vltimam voluntatem, vel etiam per contractum inter viuos, latè Surd. *deciſ. 272. per tot. deciſ. 279. num. 7.* Franch. *deciſ. 607. per tot.* Ricc. *Collect.* 2859. Viui. *comm. opin.* 1040. vbi quòd ex propria ſignificatione importat vltimam voluntatem, & non diſpoſitionem inter viuos, quod benè probat etiam Rot. *part. 18. recent. deciſ. 580. num. 2. & ſeqq.*

Quòd verbum, *diſponere*, ſit ſatis amplum, & præſupponat dominium, recipiat tamen reſtrictionem ciuilem iuxtà ſubiectam materiam, Crauett. *conſ. 462. num. 15. &c.* Caualer. *deciſ. 147. num. 3.* Rot. *part. 14. recent. deciſ. 59. num. 4.* vbi quòd denotat translationem dominij, niſi facti circumſtantiæ contrarium ſuadeant.

De verbo, *legare*, quod propriè referatur ad vltimas voluntates, & non ad contractus, & quando ſecùs; Rot. *part. 10. recent. deciſ. 10. num. 14. & ſeqq.* facit quod dixi in §. *Teſtator num. 6.*

36 Verbum, *intelligitur*, quando fictionem, ſiue veritatem importet, Sperel. *deciſ. 99. num. 10. & 52.*

37 Verba, *pertinere, & ſpectare*, in ſententia iudicant petitorium, Gratian. *diſcept. for. cap. 731. num. 1.* Rot. *part. 13. recent. deciſ. 315. num. 6.* vbi de verbo, *ſpectare*, quòd inuoluit petitorium, & titulum reſpicit.

De verbo, *pertinere*, quòd ſit latiſſimum, vide Barboſ. *de dict. dict. 257. per tot.*

Quòd verificari poſſint reſpectu iuris hypothecæ, licèt regulariter ſignificent dominium, Duran. *deciſ. 341. num. 3.*

Quòd verba, *ſpectare, & pertinere*, denotent dominium, *l. liber homo ff. de acquir. rer. domin.* cum ſimilibus per Bich. *deciſ. 153. num. 8.*

38 Verba, *plene, & integre*, ſolita poni in ſententijs, Saluiani, non inducunt mixturam, cùm poſſint intelligi ad effectum poſſeſſorij tantùm, Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ. 57. n. 1.*

39 Verba, *reddere, & reſtituere*, quid ſignificent, Gratian. *diſcept. for. cap. 824. num. 8. &c.*

Quod ſignificent pecuniariam ſolutionem, idem Gratian. *deciſ. 147. num. 5.*

Quòd verbum, *reſtituere*, habeat plures ſignificationes iuxta ſubiectam materiam, latè Altograd. *conſ. 30. num. 45. & ſeqq. lib. 2.*

40 Verbum, *retinere*, quid ſignificet, Gratian. *diſcept. for. cap. 963. num. 11.* facit quod dixi in §. *Retentio.*

41 Verba, *ipſo facto, vel ipſo iure*, quid importent, Pract. Papp. *Cauſ. Spol. poſſ. gloſ. ipſo facto cum Addit.* vbi quòd requirunt ſententiam declaratoriam facti ſuper quo ius diſponit.

Niſi factum eſſet notorium ex eiſdem actis, Maur. *de fideiuſſ. part. 1. ſect. 2. cap. 3. num. 99. &c.*

Quòd dicta verba indicent ſententiam eſſe latam, & non requirant aliam declarationem, Gratian. *diſcept. for. cap. 990. num. 8.* intelligendo tamen dummodò conſtet alias de facto, vel ſit appoſita alia clauſula, abſque alia declaratione, ſiue aliter conſtet de enixa legislatoris voluntate, vel inhabilitate ad acquirendum, ſicuti in terminis priuationis fructuum ipſo iure ob non reſidentiam, declarat Thom. de Roſa *tract. de reſid. Epiſc. cap. vlt. num. 5. & ſeqq. fol. 326.*

Verbum, *credit*, prolatum à patre denotat meram veri-
42 tatem, ſecùs verò ſi ſit prolatum à teſte, quia regulariter fictionem ſignificat, Addit. ad Pract. Papp. *for. except. contr. poſit. gloſ. vlt.* Marant. *in l. ſi poteſt num. 51. ff. de acquir. haredit.* Maſcard. *de probat. concl. 458.* vbi plura de verbo, *credo*, an affirmet, vel neget.

Quòd verba fictionem importantia ſi ſint prolata à lege veritatem inducant, maximè geminata, Magon. *deciſ. Flor. 10. num. 33. &c.*

43 Verbum, *concedo*, importat translationem iuris, & dominij, Pract. Papp. *for. act. confeſſ. gloſ. penult. num. 3. cum Addit. lit. B.* vbi plura.

Quòd verba, *concedo, applico, approprio*, & ſimilia inducant translationem dominij, donationem, facultatem alienandi, & liberè diſponendi, verbum autem, *habere*, referat ad dominium, & poſſeſſionem, latè Gratian. *diſcept. for. cap. 838. num. 2. & per tot.* Rot. *part. 14. recent. deciſ. 487.* vbi de verbis, *aſſegno, cedo, e rinoncio*, vt importent translationem dominij, quando ſunt prolata ab ipſo domino, ſecùs autem ſi ab alio non domino.

Item, *tradere, & conſignare*, important translationem dominij, Duran. *deciſ. 327. num. 5.* prout etiam, *dare, & aſſignare*, Altograd. *conſ. 8. num. 13. lib. 1.* Rot. *part. 13. recent. deciſ. 364.* vbi de verbis, *dedit, ceſſit, aſſignauit, &c.* quando importent translationem poſſeſſionis, vel non.

Qualiter verba, *dedit, & aſſignauit*, in inſtrumento à notario appoſita, intelligi poſſint de traditione facta paulò ante ſtipulationem inſtrumenti, Bart. *in l. poſt dotem num. 21. ff. ſolut. matrim.* Natt. *conſ. 560. num. 41.* Rot. *part. 12. recent. deciſ. 44. num. 12. & ſeqq.*

Verba, *toties quoties*, ſecundum aliquos infinitatem de- 44
notant, ita vt ſub his verbis promittens aliquem ſiſtere in iudicio, teneatur infinitis vicibus repræſentare, ſed cùm lex infinitatem, ac perpetuitatem abhorreat, bina præſentatione huiuſmodi promittens liberatur, ad tradita per Maur. *de fideiuſſ. part. 1. ſect. 2. cap. 3. num. 47. &c.* Marſil. *in repert. Rub. de fideiuſſ. num. 100. &c.* vbi duobus modis limitat, *et num. 138. etc.* Barboſ. *de Clauſ. clauſ. 180. per tot.* vide in §. *Clauſula num.*

Verba, *defunctoriè, et perfunctoriè*, quid ſignificent in 45
iure noſtro, Gratian. *diſcept. for. cap. 72. num. 29. etc.*

Verba, *ſemper, et quandocunque*, reſtringuntur ad 30. 46
annos propter infinitatem vitandam, vt in pacto retrouendendi concludit Gratian. *diſcept. for. cap. 2. in princ.* vide in §. *Pactum num.*

Verba, *altè, et baſſè, quantum placebit*, & ſimilia im- 47
portant liberum arbitrium, & voluntatem non regulatam arbitrio boni viri, Gratian. *diſcept. for. cap. 23. per tot.* Cabal. *reſol. crim. caſ. 286. num. 82.* vbi loquitur in compromiſſis.

De verbis, *ad libitum, vel pro libito*, quod importent liberum, & abſolutum arbitrium non iuris regulis limitatum, Barboſ. *de Clauſ. clauſ. 6. per tot.* Rot. *part. 13. recent. dec. 259. num. 2. et num. 19. et ſeqq.* vbi de facultate diſponendi data hæredi, quando ſit libera, vel ad arbitrium boni viri reſtricta.

De verbis, *pro arbitrio ſuo*, quod regulariter reſtringatur ad arbitrium boni viri, & quando ſecùs, idem Barboſ. *clauſ. 11. per tot.* Viui. *comm. opin.* 1034. vbi idem in ſimilibus verbis.

An verba, *ad beneplacitum*, excludant arbitrium boni viri, & importent voluntatem non regulatam, Gratian. *diſcept. for. cap. 755. num. 15. etc. cap. 758. num. 24.* Magon. *deciſ. Flor. 7. num. 5. etc.*

Quòd verba, *liceat liberè prout placebit*, excludant arbitrium boni viri, Gratian. *diſcept. for. cap. 442. per tot. cap. 590. num. 9.*

Ex quibus verbis, & clauſulis cenſeatur iudici datum liberum arbitrium, vel regulatum, & quid in dubio præſumendum, latè Menoch. *de arbitr. lib. 1. quaeſt. 7. 8. et 9. per tot.*

Verba, *pleno iure, et libere, plenariè, iure proprio*, & ſi- 48
milia quid ſignificent ſecundum ſubiectam materiam, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 46. per tot. cap. 266. num. 3. cap. 227. num. 21. cap. 350. num. 26. cap. 657. num. 43. cap. 730. num. 2. etc.*

Quod verba, *pleno iure*, poſita in inſtitutione hæredis, faciant illum participare pro medietate de vſufructu alteri relicto, Ferret. *caut. 32. per tot.*

De verbo, *integre*, & ſimilibus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 823. num. 5. etc.*

De verbo, *liberum*, idem Gratian. *cap. 921. num. 10. etc. num. 20. etc.*

Verbum, *liberè*, importat dominium ab omni onere, 49
ſeruitute, & conditione abſolutum, & omnimodam libertatem, ac diſpoſitionem à quacumque neceſſitatis obſeruantia abſtractam, remouetque omne impedimentum, & omnem contradictionem, Rot. *in nouiſſ. part. 6. deciſ. 19. num. 2. etc.* Altograd. *conſ. 8. num. 14. lib. 1.*

Verba, *ad arbitrium, et voluntatem hæredum*, poſita in 50
legato, & quòd legatariæ debeant ſtare tacitæ, & contentæ, an importent liberum arbitrium, nulli neceſſitati, vel rationi adſtrictum, Magon. *deciſ. Flor. 7. num. 5. etc.* vbi videtur concludere reſtringi ad arbitrium boni viri, facit *in §. Dos num.*

Verba, *ad inſtantiam*, oſtendunt, & probant manda- 51
tum, & iuſſum illius ad cuius inſtantiam actus dicitur geſtus, Alberic. *in diction. verb. Inſtabat.* Altograd. *conſ. 6. num. 21. lib. 1.*

52 Verbum, *hactenus*, ſemel, vel bis repetitum refert actum ad tempus præteritum, §. fin. Inſtit. de grad. Rimin. iun. conſ. 491. num. 23. lib. 5.

53 Verbum *promiſit* poſitum ſiue in ſcriptura publica, ſiue priuata importat ſtipulationem, etiam ſi proferatur ab ignorotis, & materno ſermone, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 64. num. 18. Magon. deciſ. Flor. 57. num. 9. &c. Viui. comm. opin. 1033. & 1036. Menoch. lib. 3. præſumpt. 41. Ludouiſ. deciſ. 328. num. 6. Rot. in Ferrarien. Iuriſpatronatus 30. Aprilis 1635. coram Dunozetto in Nouiſſ. part. 7. deciſ. 37. num. 7. Card. Tuſch. lit. P. concluſ. 910. per tot. Rot. part. 9. recent. deciſ. 93. num. 5. vol. 1. & part. 13. deciſ. 352. num. 5. vbi in ſcriptura priuata, Genu. de ſcript. priuat. in Addit. quæſt. 17. per tot. fol. 35. vbi etiam remiſſiuè, an idem ſit in ſimilibus verbis, *vt ſpondit*, *cauit*, *conuenit*, *placuit*, vide in §. Cautio num. & §. Notarius num. Altograd. conſ. 95. num. 24. & 25. & 108. lib. 1. conſ. 70. num. 23. lib. 2. vbi quòd verba, *promittimus*, & *conuenimus*, præſeferunt pactum etiam ſtipulatione vallatum, idem Altograd. conſ. 6. num. 25. &c. lib. 1. vbi videtur limitare, niſi probetur abſentia partis, quia tunc ſtipulatio non ſubſiſtit; & quòd inter abſentes non importet ſtipulationem, prout nec quando eſt appoſitum in ſcriptura priuata ſcripta à ruſtico, & idiota, Altograd. conſ. 17. num. 26. lib. 1.

Quod tamen præſumatur præſentia partis, Sord. deciſ. 115. Altograd. conſ. 95. num. 26. &c. lib. 1.

54 Verba, *ſoluere*, & *ſatisfacere*, quomodo inter ſe differant, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 92. num. 45. &c. vide in §. Promiſſio num.

Quòd verbum, *ſatisfacere*, comprehendat quemcumque modum, ex quo deſiderium creditoris impleatur, l. 1. ff. qui ſatiſd. cog. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 946. num. 8.

55 Verba, *per infraſcriptos*, *ipſos*, *eoſdem*, *vel meos hæredes*, tamquam limitatiua important in teſtamento reſtrictionem legati quoad ſcriptos hæredes tantùm, ita vt illorum hæredes non cenſeantur grauati, præterquàm in legato alimentorum, quod de ſui natura non obſtantibus prædictis debet ab omnibus præſtari durante vita legatarij, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 804. num. 4. &c. cap. 131. num. 4. &c. vide in §. Legatum num. 18. & num. 97. & ſeqq. Dian. part. 9. tract. 8. reſol. 68. vbi quando per huiuſmodi verba reſtringatur legatum ad hæredes deſignatos tantùm, niſi tamen agatur de fauore piæ cauſæ, vel animæ ipſius teſtatoris, quia tunc etiam hæredes hæredum, vel ſubſtituti cenſeantur grauati.

Quòd verbum, *dictorum*, ſiue *dictos*, ſit perſonaliſſimum, & demonſtratiuum perſonarum priùs nominatarum, atque reſtringat diſpoſitionem ad ſuperiùs ſpecificata, Rot. in nouiſſ. part. 6. deciſ. 144. num. 8. &c. part. 10. deciſ. 7. num. 42. &c. vbi quòd excludit hæredes hæredum, qui alias veniunt in diſpoſitione.

Quòd verbum, *infraſcriptis*, reſtringat, & demonſtret ad oculum, Rot. part. 9. recent. deciſ. 158. num. 10.

Quando autem huiuſmodi verba reſtrictiua cenſeantur appoſita de ſtylo notariorum, vel de voluntate contrahentium, ſiue teſtatoris, Gratian. d. cap. 104. numer. 26. &c.

56 Verbum, ſiue pronomen, *ſuis*, quando, & quomodo ex bona gramatica referatur tantùm ad perſonam loquentis, ſiue ſtipulantis\, Altograd. conſ. 40. num. 12. lib. 1.

Item quando verba, *ſuis*, *eius*, *ipſius*, & ſimilia referantur potiùs ad teſtatorem, quàm ad hæredem, vel confundantur, & vnum pro altero vſurpetur, vel referantur ad perſonam proximè nominatam iuxta bonam gramaticam, idem Altograd. conſ. 48. per tot. lib. 1. Rot. part. 11. recent. deciſ. 326. num. 31. & ſeqq. vbi plura de verbis, *ſuum*, & *meum*, &c.

57 Verbum, *relinquere*, comprehendit non ſolùm diſpoſitionem vltimæ voluntatis, ſed etiam inter viuos, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 124. num. 3. &c.

Quòd verbum, *relinquere*, ſonet poſt mortem, l. prope modum 88. vbi Rebuff. ff. de verb. ſignif. Bart. in l. vnum ex familia ff. de leg. 2. Paul. Chriſtin. ad leg. Municip. Mechlin. tit. 1. art. 11. num. 3. Viui. comm. opin. 1039. vbi quando importet inſtitutionem.

58 Verbum, *ſuccedat*, eſt commune, & adiectum vniuerſitati bonorum facit hæredem, adiectum verò rei certæ, & ſingulari, vel quantitati importat acquiſitionem particularem, Magon. deciſ. Flor. 34. num. 14. &c.

De verbo, *reuertatur*, quòd ſit commune, & importet fideicommiſſariam ſubſtitutionem, Rot. part. 9. recent. deciſ. 289. num. 18. &c.

59 Verbum, *ſufficit*, poſitum in aliqua diſpoſitione facit vt nihil aliud ſit adhibendum, quàm id, quòd fuit expreſſum, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 497. num. 2. &c.

60 Verbum, *hæres*, regulariter ſignificat dominium, nec in alio verificatur, Gratian. diſcept. 540. num. 15. 43. &c.

Quòd in ſtatutis intelligatur de deſcendentibus, prout etiam in renunciationibus, niſi ſit adiecta dictio, *ſemper*, vel alia vniuerſalis reſpiciens hæredes, Rot. part. 2. diuerſ. deciſ. 158. num. 1. &c. deciſ. 142. num. 3. facit in §. Statutum num. §. Subſtitutio num. 50.

Quomodo intelligatur verbum *hæres* in teſtamento, vel alia diſpoſitione, latè Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 127. vol. 1. vide in §. Hæres num. 7. &c. §. Appellatiua num. 18. &c. Rot. part. 13. recent. deciſ. 67. num. 1. & ſeqq.

61 Verbum, *ſponte*, demonſtrat puram, & liberam voluntatem, & quomodò differat à verbo, *voluntariè*, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 544. num. 25. &c. vide in §. Voluntas num.

62 Verbum, *obſeruare*, ſignificat ad vnguem ſeruare, diligenter aduertere, & cuſtodire, Gratian. diſcept. 346. num. 53.

63 Verbum, *præſtare*, ſignificat effectum, & realiter adimplere, Gratian. d. cap. 546. num. 27.

64 Verbum, *exigere*, eſt generale aptum comprehendere tam pecuniariam exactionem, quàm in alia re, vel ſpecie conſiſtentem, Magon. deciſ. Flor. 66. num. 8. &c. vide in §. Salarium num. 14.

65 Verbum, *maritare*, *ò per maritare*, *ò per maritarſi*, conuenit vtrique ſexui, & verificari poteſt non tantùm in muliere virum docente, ſed etiam in viro vxorem accipiente, cùm & vir dum nubit maritari dicatur, ad tradita per Altograd. conſ. 89. num. 47. &c. lib. 2.

66 Verba, *in perpetuum*, & *infinitum*, in emphyteuſi appoſita denotant perpetuitatem abſque temporis præfinitione, & faciunt eſſe locum iuri accreſcendi, vel non decreſcendi, & licèt aliquando reſtringantur ad vitam nominatorum iuxta ſubiectam materiam, vt in vſufructo, & ſocietate, tamen id contingit contra verborum proprietatem, & ideò non fit huiuſmodi reſtrictio niſi ex neceſſitate ſubiectæ materiæ, vt in dictis caſibus, ſecus in emphyteuſi, quæ poteſt extendi, & tantò magis procedit vbi talia verba ſunt geminata, Altograd. conſ. 10. num. 10. & ſeqq. ad 19. lib. 2. vide in §. Dictio num.

Quòd dicta verba, *in perpetuum*, verificentur etiam in conceſſione ad tertiam, vel quartam generationem, Altograd. conſ. 80. num. 32. & 96. conſ. 81. num. 55. &c. lib. 2.

De verbo, *perpetuo*, *vel in perpetuum*, an & quando in infinitum extendatur, vel reſtringatur iuxta ſubiectam materiam, latè Ricc. Collect. 3081. vbi quòd in præſcriptione coarctatur ſpatio 30. vel 40. annorum, & in legato ſpatio centum annorum, vide in §. Pactum num. 37. §. Præſcriptio num. 25. & §. Legatum num. 18.

67 Verba, *plus*, *vel minus*, intelliguntur de eadem ſpecie, quia *plus*, vel *minus*, non mutat ſpeciem, & non tribuunt facultatem tranſeundi de vna ſpecie ad alteram, alias non diceretur plus, vel minus, ſed diuerſum natura, nomine, & ſubſtantia, Menoch. de arbitr. quæſt. 95. per tot.

Quòd extendantur tantùm ad duo, vel ad ſummum tres, ſiue quatuor, Dian. part. 4. tract. 4. reſol. 204. vbi in materia Confeſſionis Sacramentalis.

68 Verba, *modo*, & *ordine ſupra expreſſo*, inducunt repetitionem omnium qualitatum, Gratian. diſcept. for. cap. 621. num. 28.

69 Verba, *tàm*, & *quàm*, actum vnique æqualiter attribuunt, Barboſ. de dict. dict. 390. num. 1. &c. Altograd. conſ. 49. num. 58. lib. 1. vide in §. Dictio num. 19. in fine.

70 Verba, *prout*, *iuxta*, & ſimilia relatiua quando ſtent interpretatiuè, cauſatiuè, ſeu conditionaliter, & limitatiuè, Gratian. diſcep. forenſ. cap. 718. num. 13. &c.

71 Verba, *hoc itaque fecit*, excludunt alium modum, & aliam legem præter expreſſam, Gratian. diſcept. 557. num 37.

72 Verba, *donec*, *quandiu*, *quouſque*, *dum*, & ſimilia ſolita poni in legatis, vel inſtitutionibus vxorum, an importent conditionem, modum, vel tempus, & quid ſignificent, Gratian. diſcept. 563. num. 9. &c. dixi in reſolut. cap. 38. num. 8. 11. 15. &c.

Ver-

73 Verbum, *petere*, petitionem tantùm, non autem retentionem ſignificat, Dec. *conſ.* 257. *ſub num.* 2. niſi aliter conſtet de mente diſponentis, ad tradita per Merlin. *deciſ.* 230. *per tot.*

74 Verbum, *continuare*, initium actus, & progreſſum ſignificat, Lancellot. *de attent. part.* 2. *cap.* 4. *limit.* 1. *num.* 86. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 132. *num.* 31.

75 Verba, *cum interuentu alicuius*, an importent ſimplicem præſentiam etiam cum contradictione, vel conſilium, & votum, vide Sanfelic. *deciſ.* 150. *per tot.* & dixi *in* §. *Electio in fine*.

76 Verbum, *conuenit*, ſiue *conueniens*, ſignificat id, quòd eſt decens, honeſtum, & conſentaneum æquitati, ac rectæ rationi, non verò neceſſarium, & opponitur inconuenienti, vt per *gloſ. in l. minoribus verb. conuenit C. de his, quibus vt indig.* Briſon. *de verb. ſignif. verb. conuenit*, & benè alijs relatis explicat Sanfelic. *deciſ.* 289. *num.* 8.

De verbo *conuenit* appoſitum in inſtrumento, vel iudicio, an importet ſtipulationem, vel nudum pactum, Viui. *comm. opin.* 1035.

77 Verbum datum alicui Principi, vel nobili de alium non offerendo qualiter obliget, qua forma dari ſoleat, an tunc noua cauſa excuſet, & alia, Nouar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.* 185. *per tot.* facit quod dixi *in* §. *Cautio*, §. *Iuramentum num.* 8. *&* §. *Promiſſio num.* 4.

78 Verbum, *habere*, refertur tam ad dominium, quàm ad poſſeſſionem ſecundum ſubiectam materiam, *l. ſtipulatio iſta* §. *habere ff. de verb. oblig.* Decian. *conſ.* 108. *num.* 32. *&* 33. *lib.* 3. Rot. in ſelectis per Farinac. *part.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 369. *num.* 1. *& ſeqq.*

79 Verbum, *pars*, intelligitur in dubio de medietate, quando profertur in abſtracto, niſi ab alijs verbis adiunctis reſtringatur ad minorem partem iuxta ſubiectam materiam arbitrio iudicantis ex coniecturis voluntatis contrahentium efformato, *l. nomen filiarum* 164. §. *Portionis*, vbi Rebuff. & alij *ff. de verb. ſignif.* Schrad. *in Lexicon iur. verb. Pars, & verb. Portio*, Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 682. *num.* 3. *& ſeqq.*

80 De pluribus verbis, & illorum interpretatione in teſtamentis, contractibus, legibus, ſtatutis, iudicijs, reſcriptis, & huiuſmodi, ac de verbis enunciatiuis, Bertachin. *Repertor. verb. Verba*, Ioſeph Feliu. *Margar. var. concl. eod. verb.* Arias de Meſa *reſol. lib.* 3. *cap.* 15. *&* 16. alijque multi indicati à Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Verba*, & à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *eod. verb. fol.* 785. *&c.* Io. Torre *tract. de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. in multis locis, vt in Indice generali in fine part.* 3. *in verb. Verbum per tot.* vbi plura de verbis ambiguis, enunciatiuis, generalibus, relatiuis, de verbis in genere, & in ſpecie ordine alphabetico multa expoſuit.

§. VERSIO. X.

1 VErſio in vtilitatem Eccleſiæ, vel minoris, ſiue Communitatis eſt probanda ab allegante in mutuo, depoſito ipſi Eccleſiæ, vel minori facto, & venditione pro debito; in alijs verò contrahentibus contrahens cum dictis priuilegiatis non debet eſſe ſollicitus de huiuſmodi verſione, niſi aliter fuerit conuentum ex pacto, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 45. *num.* 1. *&c. per tot. cap.* 196. *num.* 6. *& ſeqq.* Maſcard. *de probat. volum.* 3. *concluſ.* 1160. 1161. *&* 1162. *per tot.* Cabal. *conſ.* 141. *lib.* 1. Surd. *deciſ.* 156. *per tot.* Montan. *de tut. cap.* 33. *num.* 127. *& ſeqq.* Bardellon. *conſ.* 141. *num.* 15. *& per tot. lib.* 2. Franciſc. de Angel. *tract. de confeſſ. lib.* 2. *quæſt.* 12. *num.* 24. *& ſeqq.* Sperel. *deciſ.* 154. *num.* 54. *&c. num.* 97. *& ſeqq.* Bicb. *deciſ.* 199. *per tot.* vide *in* §. *Emptio num.* 48. §. *Locupletatio num.* §. *Mutuum num.* 6. §. *Abbas num.* 19. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 75. *num.* 17. *&c. volum.* 1. Ricc. *Collect.* 2336. 3154. 3933. vbi qualiter emptor bonorum à perſonis priuilegiatis poſſit hoc modo ſe reddere tutum, Vrceol. *de tranſact. quæſt.* 100. *nu.* 42. *& ſeqq.* vbi plura an, & quando emptor debeat eſſe ſolicitus de verſione pretij in cauſam expreſſam, vel non, & videtur concludere, quòd ſi onus depoſiti, vel inueſtimenti ſit iniunctum pro forma, & conditione, vel reſpiciat etiam commodum aliorum, vel agatur cum perſonis priuilegiatis, & prohibitis contrahere, vt his caſibus debeat emptor eſſe ſoliciens de verſione.

Intellige quoad venditionem, vt emptor teneatur iuxta prædicta probare verſionem ſi agat ad rem ſibi tradendam, ſecùs autem ſi conueniatur à Prælato, qui velit rem ipſam recuperare, nam tunc Prælatus ipſe probare debet læſionem, Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 55. *num.* 2. *& de arbitr. caſ.* 432. *num.* 15. *&* 16. vbi quando vult ex iuſta cauſa in integrum reſtitui, Surd. *conſ.* 187. *num.* 44. *lib.* 2. Dec. *conſ.* 36. *ſub num.* 8. Cabal. *conſ.* 141. *lib.* 1. *& conſ.* 147. *num.* 45. *& ſeqq.* vbi quòd prædicta opinio indiſtinctè procedit, vt ſcilicet (quidquid ſit in mutuo, & quibuſdam alijs caſibus particularibus) in contractu venditionis emptor agens etiam contra locum priuilegiatum non teneatur probare verſionem, maximè ſi non agat præcisè ad rem, ſed alternatiuè, vel ad rem, vel ad pretij recuperationem, & verſio poſſit etiam coniecturis probari, vide Sperel. *deciſ.* 154. *num.* 97. *& ſeqq.* vbi ponit alias declarationes, vt nempè in venditione ex cauſa neceſſaria pro ſoluendo ære alieno Eccleſiæ, vel minoris ſit probanda verſio ab emptore indiſtinctè; in venditione verò ex cauſa voluntaria propter aliquam vtilitatem factam cum debitis ſolemnitatibus emptor ſoluendo pretium liberetur, nec teneatur probare verſionem, & ſic quando fuerunt ſeruatæ ſolemnitates, & contractus eſt validus, ſed Prælatus, ſiue alius priuilegiatus vult ex iuſta cauſa in integrum reſtitui, ipſe debet probare læſionem, vide Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 139. vbi minore, *& deciſ.* 261. *num.* 10. *& ſeqq.* in eadem cauſa, *et part.* 15. *deciſ.* 104. *per tot.* vbi quòd contrahens cum minore ex cauſa neceſſaria debet eſſe ſolicitus de verſione in cauſam expreſſam, illamque concludenter probare, & quod faciliùs probatur in contractu Eccleſiæ, quàm in contractu minoris, in quo maior cadit ſuſpicio, an ſufficit eligere mercatorem idoneum, & alia ad rem, & Rot. *d. part.* 15. *deciſ.* 293. *num.* 20. vbi quòd verſio in vtilitatem minoris contrahentis ex cauſa neceſſaria, eſt probanda ab emptore, alias contractus eſt nullus, quidquid ſecùs ſit vbi contractus procedit ex cauſa voluntaria.

Quòd quando alienatio rei Eccleſiæ, vel minoris ſit ex cauſa neceſſaria pro ſoluendo ære alieno, emptor debeat curare pecuniam conuerti in ſolutionem illius, propter quod fuit facta venditio; quando verò ſit ex cauſa voluntaria propter vtilitatem Eccleſiæ, vel minoris, tunc emptor non teneatur probare verſionem, intelligendo vbi fuerunt ſeruatæ debitæ ſolemnitates, & ſic ſuppoſita contractus validitate, aliàs etiam hoc poſteriori caſu eſſet probanda verſio ab emptore, ad tradita per Couar. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 3. Molin. *de Hiſpan. Primogen. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 20. *etc.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 45. *num.* 34. *etc.* Seraph. *deciſ.* 336. *num.* 2. *etc.* Duran. *deciſ.* 18. *num.* 29. *etc.* Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 511. *num.* 9. *et ſeqq. et num.* 33. Burat. *deciſ.* 414. *num.* 1. *etc.* Pic. *ad Stat. Vrb. gloſ.* 9. *num.* 4. Sperel. *deciſ.* 154. *num.* 99. *et ſeqq.* Merlin. *deciſ.* 219. *per tot.* Rot. poſt Cenc. *de Cenſ. deciſ.* 187. *per tot.* Ricc. *Collect.* 2336. *et* 3154. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 139. *per tot. et deciſ.* 261. *num.* 8. *et ſeqq.* in eadem cauſa, *et deciſ.* 400. *num.* 19. *et ſeqq. et part.* 14. *deciſ.* 162. *num.* 4. *et ſeqq. et deciſ.* 407. *num.* 5. *etc. part.* 18. *tom.* 1. *deciſ.* 64. *per tot.* vbi quòd ſtante validitate contractus, negatiua verſionis eſt probanda à minore illum impugnante, ſtante verò nullitate, verſio eſt probanda ab emptore, non ſolùm quandò nullitas reſultat ex defectu ſolemnitatum, ſed etiam ſi reſultat ex non implemento formæ in decreto Iudicis appoſitæ, veluti *dummodo omnes pecuniæ erogentur in extinctionem æris alieni, et non aliter, nec alio modo*, quia conditione non ſeruata, decretum non dicitur interpoſitum, & onus eſt emptoris probare verſionem.

A quo ſit probanda verſio, & an pretium ſit reſtituendum reſciſſa venditione per reſtitutionem in integrum, & alia, latè Caldas Pereyr. *tract. de reſtit. in integr. verb. per quod priſtinum ius recuperant fol.* 445. *et ſeqq.* Hermoſil. *ad leg. Partit. tom.* 1. *tit.* 1. *leg.* 3. *gloſ.* 7. *fol.* 48. vbi plenè de verſione probanda in mutuo Eccleſiæ, minori, Ciuitati, vel Regi, ſiue eius officiali facto, vt ab illis repeti poſſit.

Quando verſio ſit probanda à creditore, qui Eccleſiæ, vel eius Prælato, Procuratori, vel alteri adminiſtratori Eccleſiæ nomine recipienti mutuauit, vel non, latè Menoch. *de arbitr. caſ.* 432. *per tot.* vbi nouem caſus diſtinguit, & idem eſſe in mutuante Ciuitati, ait Mantic. *de tacit. et ambigu. lib.* 8. *tit.* 13. Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concluſ.* 1160. *et ſeqq.* Staiban. *de Intereſſ. lib.* 2. *tit.* 11. *quæſt.* 1. *num.* 96. *ad* 111. vbi enumerat plures caſus, in quibus non eſt probanda verſio à mutuante Eccleſiæ, Ciuitati, vel minori, Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 272. vbi plura ad

excluſionem verſionis in vtilitatem Monaſterij, & conſequenter obligationis eiuſdem, vide Bich. *deciſ.* 599. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 42. *& part.* 15. *deciſ.* 42. *& deciſ.* 227. vbi quòd in caſu mutui verſio eſt plenè, concludenter probanda, & non præſumptiuè tantùm, ad hoc vt Eccleſia, vel monaſterium teneatur ad illius reſtitutionem, & dixi *in §. Abbas num.* 19.

Qualiter Prælatus dicatur vertiſſe in vtilitatem Eccleſiæ, & quæ probatio requiritur, Toſch. *litt. P. concluſ.* 567. *per tot.* Ricc. *Collect.* 2337.

Quando ſit probanda verſio in vtilitatem Communitatis ab eo, quia mutuauit Magiſtratibus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 196. *per tot.* Staiban. *loc. cit.* & dixi *in §. Magiſtratus num.*

Quòd probata verſione in vtilitatem Eccleſiæ, pupilli, minoris, vel Ciuitatis, valeat obligatio, etiam ſine ſolemnitatibus; licèt illis interuenientibus in venditione rerum, &c. Ciuitatis non eſſet probanda verſio, *l.* 7. *§. fin. ff. de reb. eor. l.* 1. *C. ſi aduerſ. vendit.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 564. *num.* 33. *&c. cap.* 576. *num.* 32. *&c.* vide *in §. Nullitas num.* 13. *& num.* 23. facit Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 200. *num.* 6. *& ſeqq. & part.* 13. *deciſ.* 60. *num.* 2. *& ſeqq.* vbi quòd ſi agatur de contractu fœneratitio, & cum vſuris, creditor ipſe tenetur probare verſionem, ſi verò de contractu merè gratuito, verſio præſumitur, niſi à muliere, vel minore contrarium probetur, & quòd iſta eſt optima, & veriſſima diſtinctio, ac communiter approbata.

2 Verſio in vtilitatem ſocietatis debet probari à ſocio, qui vult alterum ſocium eſſe obligatum pro mercibus emptis, intelligendo in ſocietate particulari, & inter ipſos ſocios, nam ſecùs eſt in vniuerſali, & reſpectu extranei contrahentis cum vno ex ſocijs communi nomine, quia tunc non eſt probanda verſio, ad tradita per Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 279. *num.* 15. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 55. *per tot.* facit latè Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 73. *per tot.* Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 2. *quæſt.* 73. *per tot.*

Quòd ſit probanda à creditore, qui cum vno tantùm ſocio contraxit proprio nomine, vt poſſit contra alios agere, & qualiter probetur, Gratian. *cap.* 632. *cap.* 904. *num.* 6. *cap.* 964. *num.* 6. *&c.* Rot. *d. deciſ.* 73. vbi plura ex quibus remaneat probata verſio, *et part.* 18. *deciſ.* 146. *per tot.*

3 Verſio cùm ſit difficilis probationis, arguitur ex coniecturis, veluti ſi tempore acceptæ pecuniæ extabat neceſſitas, cui fuit ſuccurſum, prudentia, & probitate recipientis in pertractando ſua negotia, modicitate ſommæ, ſi reperiatur ſtatim fuiſſe ſatisfactum illi cauſæ, ob quam pecunia fuit accepta, & quando liber adminiſtrationis reperitur penès aduerſarium, qui recuſat illum edere, Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 55. *per tot. & de arbitrar. caſ.* 432. *num.* 33. *& ſeqq.* vbi etiam quòd ſufficit ſi conſtet pecuniam fuiſſe ſemel verſam in Eccleſiæ vtilitatem, etſi perpetuò verſa non manſerit, dummodò non fuerit impenſa in cauſam de ſui natura perpetuò duraturam, & quid ſi fortuitò perierit antequam in Eccleſiæ vtilitatem verteretur, & vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 45. *num.* 7. *&c.* Maſchard. *de probat. vol.* 3. *concluſ.* 1161. *per tot.* Sperel. *deciſ.* 154. *num* 97. *& ſeqq. ad* 115. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 162. *num.* 4. *& ſeqq.* vbi plura, ex quibus præſumatur, vel excludatur verſio pecuniarum ad cenſum acceptarum à minore in vtilitatem ſuam, & extinctionem aliorum debitorum, pro quibus illas accepit, &c. Bich. *deciſ.* 310. *num.* 28. *& ſeqq.* vbi de verſione pecuniarum cenſualium in ſolutionem dotis ad ſuſtinendum cenſum ſuper bonis fideicommiſſi impoſitum vigore *Auth. res quæ C. comm. de legat.*

Quòd ex vicinitate temporis, & neceſſitate recipientis præſumatur verſio in cauſam, de qua quæritur Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 505. *num.* 24. *&c.* Seraph. *deciſ.* 1093. Ludouiſ. *deciſ.* 31. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 161. *num.* 11. *& deciſ.* 438. *num.* 10. *& ſeqq. & part.* 14. *deciſ.* 162. *num.* 10. Bich. *deciſ.* 568. *num.* 20. *et ſeqq.* vbi ad effectum ſuſtinendi obligationem filijfamilias, Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 73.

Et generaliter quando verſio præſumatur, vel non, idem Gratian. *cap.* 360. *num.* 32. *cap.* 555. *num.* 7. *cap.* 879. *num.* 12. *&c. cap.* 897. *num.* 10. *cap.* 955. *num.* 1. *&c.* Staiban. *de Intereſſ. lib.* 2. *tit.* 8. *quæſt.* 2. *num.* 5. *et ſeqq.* Tuſch. *lit. V. concluſ.* 375. *per tot.* Maſcard. *de probat. volum.* 3. *concluſ.* 1161. *&* 1162. *per tot.* Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 272. *& part.* 13. *deciſ.* 60. *et deciſ.* 438. *num.* 10. *et ſeqq. part.* 14. *deciſ.* 162. *per tot.* Bich. *d. deciſ.* 568. *& part.* 15. *deciſ.* 73. Franciſc. de Angelis *tract. de Confeſſ. lib.* 2. *quæſt.* 13. *num.* 74. *et ſeqq.*

4 Verſio pretij in vtilitatem Eccleſiæ præſumitur ex diuturnitate temporis, Crauet. *de antiquit. temp. part.* 3. *num.* 25. Addit. ad Magon. *deciſ. Luc.* 14. *lit. C.* Sperel. *deciſ.* 154. *num.* 113. vbi intelligit concurrentibus alijs coniecturis, & ſe remittit ad Surd. *de alim. tit.* 8. *priuil.* 34. *num.* 9. *etc.* Ricc. *Collect.* 2237. Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 709. *num.* 20. vbi quòd verſio in vtilitatem Communitatis probatur ex lapſu temporis, pacifica poſſeſſione emptoris, & non reclamatione creditorum.

Quòd veriſimilis præſumptio ſufficit pro legitima probatione verſionis in vtilitatem Eccleſiæ, Duran. *deciſ.* 256. *num.* 6. *etc.* vide Tuſch. *litt. V. concluſ.* 375. *per tot.* vbi plura quando in vtilitatem Eccleſiæ aliquid verſum eſſe intelligatur, ſiue præſumatur, vel non, & Maſcard. *de probat. concluſ.* 1161. *per tot.*

5 Verſio dicitur probata eo ipſo, quòd apparet minorem recepiſſe pecuniam, *gloſ. in l. prædiorum C. de præd. minor.* intelligendo quando minor validè contraxit, & cum ſolemnitatibus, quo caſu ipſe tenetur probare pretium receptum fuiſſe malè conſumptum, & deperditum, ſecùs autem ſi nulliter contraxit, quia tunc per aduerſarium cum illo contrahentem eſt probanda, & probatur eo ipſo, quòd minor habet pecuniam ſaluam, vel aliquid emptum ex illa, licèt modò non extet, vt pluribus relatis benè declarat Duran. *deciſ.* 18. *num.* 28. *et ſeqq.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 84. *per tot.* Maſcard. *de probat. volum.* 3. *concluſ.* 1162. *per tot.* vide *in §. Læſio num.*

Quòd verſio dicatur probata quando apparet pecunia ſoluta creditori, Altograd. *conſ.* 16. *num.* 26. *lib.* 1. Intellige ſi conſtet de credito aſſerti creditoris aliter quàm ex aſſertione minoris, vel tutorum, & de tota verſione, nam ſi pars tantùm pecuniæ ad cenſum acceptæ appareat verſa in vtilitatem pupilli, cenſus redditur in totum nullus ratione indiuiduitatis decreti à iudice ad hunc effectum interpoſiti, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 162. *num.* 8. *et ſeqq. per tot.*

Non tamen præſumitur verſio, ſed debet probari quando non fuerunt ſeruatæ ſolemnitates, Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 27. *in fine*, Maſcard. *d. concluſ.* 1162. Duran. *deciſ.* 405. *num.* 13. vide Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 60. vbi diſtinguit, vt dixi ſupra *in fine*, *et deciſ.* 139. *et* 261. *d. part.* 13. *et part.* 14. *deciſ.* 162.

6 Verſio in cauſam ſtudiorum, vel legationis, & militiæ præſumitur quando filius abſens cauſa ſtudiorum, legationis, vel militiæ mutuo accipit pecuniam, ita vt mutuans ex huiuſmodi cauſis, etiam patre inuito, poſſit ab illo repetere, cùm patri, & non filio, tunc videatur mutuaſſe, Menoch. *lib* 3. *præſumpt.* 68. *per tot.* vide *in §. Mutuum n.* *§. Senatus Conſultum num.*

7 Verſio in vtilitatem familiæ, ad hoc vt vxor, & filij teneantur pro debito à marito, vel patre contracto probatur ex aſſertione facta in inſtrumento, ſecundùm Cepol. *caut.* 246. licèt huiuſmodi cautelam non eſſe tutam, ſed aliundè probandam eſſe verſionem, niſi eſſemus in tempore penuriæ, quia tunc adeſſet præſumptio quòd verè verſum eſſet in vtilitatem familiæ, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 107. *num.* 18. *etc.* Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 68. *num.* 6. vide *in §. Vxor num.*

Quòd verſio in vtilitatem familiæ dicatur facta, quando alicui venditæ fuerunt merces, ex quarum reuenditione, & lucro aluit familiam, contra quam dabitur actio, Surd. *conſ.* 420. *lib.* 3. Gratian. *d. cap.* 107. *in fine*.

8 Verſio eſt procuranda, & probanda à ſoluente quando agitur de pecunia, quæ non ad recipientem tantùm ſpectabat, ſed etiam ad alios, ne aperiatur via alijs præiudicandi, aliàs ſoluens tenetur de proprio, Bart. *in l. doli mali num.* 7. *ff. de nouat.* Giurb. *deciſ.* 79. *num.* 7. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 65. *num.* 23. *et deciſ.* 325. *num.* 5. *et part.* 15. *deciſ.* 125. *num.* 9. *et* 10. *part.* 16. *deciſ.* 186. *num.* 4. *et ſeqq.* vbi quòd licèt emptor regulariter non debeat eſſe ſolicitus de inueſtimento, maximè in alienatione ex cauſa voluntaria, tamen ſecùs eſt in alienationibus prohibitis de iure, vt in bonis fideicommiſſarijs, & à Principe permiſſis ſub certa forma, modo, vel conditione, quia tunc emptor non eſt ſecurus niſi illis adimpletis, ne aliàs aperiatur via fraudandi alios, & dixi *in §. Emptor num.* 48. Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 36. *num.* 14. *et ſeqq. et deciſ.* 287. *num.* 12. *in eadem cauſa*, *et part.* 18. *deciſ.* 398. vbi an, & quando ſit probanda ab emptore bonorum fideicommiſſi, & quomodo probetur.

Ver-

9 Verſione pro parte tantùm probata, pro eadem ſola portione competit actio, & non tenetur niſi quia factus eſt locupletior, ac cedendo actionem, quam haberet contra alios liberatur, Rot. *part.* 15. *recent.* 365. *num.* 12. *& ſeqq.*

10 Verſio quando ex decreto iudicis, & conuentione partium fuit poſita in conditione, eſt probanda a contrahente cum minore, ſicut etiam quando contractus procedit ex cauſa neceſſaria ſoluendi æris alieni, aliàs contractus eſt nullus in totum, & ratione indiuiduitatis, nec poteſt ſuſtineri pro parte in vtilitatem minoris verſa, & alia ad excluſionem verſionis pro annullatione cenſuum à minore impoſitorum cum decreto iudicis, ſed cum conditione, dummodò omnes pecuniæ erogentur in extinctionem æris alieni, nec aliter, nec alio modo, Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 382. *per tot. & part.* 16. *deciſ.* 394. *num.* 20. *&* 21. vbi quòd verſio non eſt à ſoluente probanda in alienatione, & obligatione voluntaria, & cauſa maioris vtilitatis, quidquid ſecùs ſit in neceſſaria, ſed ſufficit abſque dolo, & lata culpa ſoluiſſe.

11 De verſione probanda ſaltem ex coniecturis, Bertachin. *Repert. verb. Verſum*, Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 521. Mangil. *de euict. quæſt.* 128. Panimol. *deciſ.* 53. *annot* 6. *& deciſ.* 54. *annot.* 2. Maſcard. *de probat. concl.* 728. & alij citati à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *verb. Verſio fol.* 793.

§. VESTES. XI.

1 VEſtes lugubres, & funerales ſunt faciendæ expenſis hæredum mariti pro vidua relicta, licèt de illorum domo recedat, cùm huiuſmodi triſtis habitus ſibi competat ob mortem viri, niſi probetur aliter de conſuetudine ſeruari, Caſtr. *conſ.* 52. *lib.* 3. Capyc. *deciſ.* 26. Fenzon. *ad ſtat. Vrb cap.* 136. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 197. *num.* 1. *vol.* 2. Peregrin. *deciſ. Patauin.* 40. *num.* 1. *&c.* Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 7. *gloſ.* 3. *part.* 5. *num.* 26. Rot. *part.* 19. *recent. deciſ.* 301. *num.* 5.

Imò dictam concluſionem procedere tantùm de conſuetudine, & quadam honeſtate, non autem de iure communi, Capra *conſ.* 135. *num.* 14. Tuſch. *litt. D. concluſ.* 764. *num.* 25. *&* 26. vide Chriſtin. *loc. cit.* qui videtur idem concludere Ricc. *Collect.* 1931. *&* 1994. vbi quòd compenſantur cum legato vſusfructus, ad tradita per Peregrin. *l. cit. Quod debeantur de iure per text. in l. impenſa ff. de relig. & ſumpt. fun.* dicit Rot. *deciſ.* 301. *num.* 5. *d. part.* 9. *recent.* Quod compenſentur cum legato à viro vxori facto, quia ex neceſſitate debentur, Rumaguer. pluribus citatis in Addit. ad Conciol. *Stat. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 48. *num* 33.

Quòd debeantur etiam famulis magnorum dominorum, Gramatic. *deciſ.* 308. *num.* 5. Ricc. *loc. cit.* vide *in §. Vidua num.* 7.

2 Veſtes viles, & ad vſum quotidianum traditæ per maritum, vel ſocerum ſponſæ præſumuntur donatæ, & ab initio tenet donatio, ideòque non veniunt in collationem, Rom. *conſ.* 146. Menoch. *de arbitrar. caſ.* 218. *num.* 2. Michalor. *de fratr. part.* 1. *cap.* 28. *num.* 3. *&c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 738. *num.* 68. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 31. *num.* 13 *&c. vol.* 3. *& deciſ.* 127. *num.* 9. *& ſeqq. vol.* 3.

Quòd veſtes, & ornamenta quotidiana ſoluto matrimonio ſpectent ad vxorem, Afflict. *deciſ.* 315. *num.* 3. vbi Vrſil. Card. Tuſch. *lit. D. concluſ.* 698. *num.* 16. 19. 61. *&* 62. Altograd. *conſ.* 88. *num.* 25. *&c. lib.* 1.

Quòd etiam inter ſocios omnium bonorum tempore diuiſionis non ſint ponenda in communi huiuſmodi ornamenta quotidiana, vide Surd. *deciſ.* 166. *per tot.* Michalor. *de fratrib. part.* 2. *cap.* 30. *num.* 15. dixi *in §. Donatio num.*

Annulus etiam deſponſationis, ſiue ſponſalitij ſpectat ad vxorem, nec repeti poteſt ab ea per hæredes mariti, Rom. *d. conſ.* 146. Surd. *d. deciſ.* 166. Gratian. *deciſ.* 118. *num.* 10. Fenzon. *ad ſtat. Vrb. cap.* 135. *num.* 9. vide *in §. Donatio num.* 9. Tuſch. *litt. A concluſ.* 344. vbi refert contrarium tenentes, & videtur concludere quòd ſtari debeat animo donantis, ſi de illo conſtet, & in dubio conſuetudini, vel diſtingui an ſit magni, vel modici valoris; prout dicitur de veſtibus.

Et hanc diſtinctionem magni, vel modici valoris videtur ſequi Rot. *in Romana Iocalium* 9. *Decembris* 1641. coram Merlino inter impreſſas eiuſdem *deciſ.* 885. *num.* 26. Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 2. *quæſt.* 64. vbi

etiam de donatis à conſanguineis viri, quæ tamen ſi fuerint donata contemplatione vxoris ipſi vxori acquiruntur, imò indiſtinctè, ad tradita per Antonel. *de temp. legal. lib.* 2. *tit. de annis num.* 55. *& ſeqq.* vide *in §. Donatio num.* 10.

Quòd veſtes quotidianæ, & aliæ res non pretioſæ, ſed ad quotidianum vſum deſtinatæ, cenſeantur donatæ irreuocabiliter per ſponſum ſponſæ, & apud illam remanere debeant, nec ſint reſtituendæ, Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 7. *gloſ.* 3. *part.* 6. *num.* 54. *& ſeqq.* Rot. *in Romana Iocalium* 11. *Decembris* 1641. coram Merlino *§. fin. & in Piſaurenſi Iocalium* 22. *Iunij* 1648. coram Arguelles *num.* 27. penès Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. legal. tom.* 2. *deciſ.* 91. *vbi num.* 28. *& ſeqq.* vnus ex dominis ingenioſè tenebat in dicto caſu etiam veſtes quotidianas, & alias res modici valoris eſſe reſtituendas, eo quia appareret de animo non donandi, quo ſtante nec modicum quidem penès ſponſam remanere debet, prout nec quando matrimonium non eſſet conſummatum, quia in omne caſum huiuſmodi donatio intelligitur facta ex cauſa matrimonij, quod non ſufficit eſſe ratum, & ſequutum, ſed etiam debet eſſe conſummatum, & ſequuta cohabitatio, ac indiuidua vitæ conſuetudo, cùm alias non dicatur perfectè ſequuta cauſa, & adimpleta conditio, præcipuè ſi ſteterit per ſponſam non conſummaretur, quia non præſtiterit ſucceſſiuam patientiam, & cohabitationem, prout tenetur præſtare, aliàs nihil lucrari debet, cùm non ſufficiat partem implere, niſi totum perfectè impleatur, & per aliàs rationes, & auctoritates, vt ibidem plene habetur, fuit tamen reſolutum iuxta prędictam communem opinionem, vt in fine dictæ deciſionis habetur, vide *in §. Donatio num.* 8. latè Dian. *part.* 11. *tract.* 4. *reſol.* 29. *&* 30. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 127. *num.* 9. *& ſeqq. vol.* 3. Peregrin. *deciſ.* 140. *per tot.* Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 340. *per tot. quæ eſt in dicta Piſauren. Iocalium*, vbi fuit confirmata dicta prima deciſio, & reſolutum iocalia, aliaque pretioſa non cenſeri donata, & eſſe reſtituenda, etiam ſi ſponſus donare dixiſſet, quia intelligitur ad vſum, & idem eſſe in donatis à conſanguineis ſponſi, vt debeant illius hæredibus reſtitui, licèt eſſent res ad vſum tantùm muliebrem aptatæ, & conuenientes, & magis vbi propter culpam ſponſæ non fuit matrimonium conſummatum, adde Petr. de Onnate *de contract. tom.* 2. *tract.* 10. *diſput.* 35. *ſect.* 3. *&* 4. *per tot. fol. mihi* 304. *&c.* Fagundez *de iuſt. & contract. lib.* 4. *cap.* 13. *per tot.* Ægid. de Caſtejon. *Alphab. iurid. verb. Vir, Vxor num.* 51. & vbi plura ad rem remiſſiuè.

Veſtes, iocalia, aliaque ornamenta pretioſa, & feſtiua 3
tradita per ſocerum, vel maritum ſponſæ, ſiue ante, ſiue poſt conſummatum matrimonium, ſi conſtet de animo donandi, cenſentur irreuocabiliter donata, nec etiam ſoluto matrimonio repeti poſſunt: Si autem conſtet de animo non donandi, ſed tantùm ad vſum concedendi vt ſponſa, ſiue vxor ornatior incedat, ceſſat donatio, & ſoluto matrimonio ſunt reſtituenda marito, vel eius hæredibus: In dubio verò vbi non conſtat de dicto animo donandi, vel non donandi, non cenſentur donata, ſed tantùm ad vſum conceſſa, & ſoluto matrimonio veniunt reſtituenda, Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 1. *Prælud.* 2. *§.* 7. *num.* 92. *& ſeqq.* Andreol. *contr.* 281. *per tot.* latè Rot. *in Ferrarien. lucri dotis* 13. *Martij* 1606. in ſelectis per Farinac. *par.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 113. *per tot.* Fontanel. *de pact. nupt. Clauſ.* 7. *gloſ.* 3. *part.* 6. Gregor. *deciſ.* 474. Rot. *in Romana iocalium* 11. *Decembris* 1641. coram Merlino inter impreſſas eiuſdem *deciſ.* 885. *per tot.* & plenius *in Piſauren. Iocalium* 22. *Iunij* 1648. coram Arguelles, vbi plures aliæ concordantes deciſiones allegantur, & habetur penès Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. tom.* 2. *deciſ.* 91. *num.* 1. *& ſeqq. ad* 27. & penès Dian. *reſol. moral. part.* 9. *tract.* 9. *in fine, fol. mihi* 411. vide ipſum Dianam *part.* 11. *tract.* 4. *reſol.* 29. *&* 30. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 31. *num.* 13. *&c. vol.* 3. *& deciſ.* 127. *num.* 9. *&c. d. vol.* 3. Peregr. *deciſ.* 140. *per tot.* Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 340. *per tot.* & dixi *ſuprà num.* 2.

Quòd dicta ornamenta pretioſa, in dubio non videantur donata, ſed tantùm ad vſum conceſſa, & ideò talia qualia ſint, veniant in collationem, Surd. *deciſ.* 166. *per tot.* vbi Hodiern. *in Addit.* pluribus modis declarat, Rom. *conſ.* 146. Tuſch. *litt. D. concluſ.* 691. *&* 697. Fenzon. *ad ſtat. Vrb. cap.* 135. *num.* 9. *&c.* Cyriac. *contr.* 120. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 189. *num.* 14 Michalor. *de fratr. part.* 1. *cap.* 28. *num.* 4. *et per tot.* vbi ampliat, & limitat.

Sicut etiam inter ſocios omnium bonorum talia qua-

lia debent poni in communi tempore diuiſionis, idem Michalor. *d. tract. part. 2. cap. 30. num. 15.*

Quòd conferantur, & in legitimam imputentur filio vxorato Theſ. *deciſ. 46. num. 8.*

Quid teneantur probare hæredes meriti dùm volunt repetere huiuſmodi res pretioſas, vide Surd. *deciſ. 166. num. 39. &c.*

4 Veſtes, iocalia, & huiuſmodi res pretioſæ non præſumuntur donatæ ſponſæ, ſed tantùm tranſmiſſæ, vt magis ornata incederet, niſi probetur contrarium, ac etiam interdum præſumuntur donatæ attenta qualitate perſonarum nobilium, & quando non ſunt exceſſiui valoris, ſed potiùs exigui reſpectu contrahentium, Addit. ad Afflict. *deciſ. 315.* Seraph. *deciſ. 914. num. 1. &c.* latè videndus Surd. *deciſ. 166. per tot.* vide *in §. Donatio num. 8. &c.* latè Dian. *part. 11. tract. 4. reſol. 29. & 30. per tot.* Paul. Chriſtin. *d. deciſ. 31. num. 15. volum. 3.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 54.* Merlin. *deciſ. 885. per tot.* Peregrin. *deciſ. 140. per tot.*

Quòd ſicuti vera eſt prædicta concluſio quando ſecutum eſt matrimonium poſt ſponſalia, fortius procedat etiam quando non eſt ſecutum matrimonium, ſed diſſoluta ſunt ſponſalia, quo caſu competit etiam condictio ob cauſam, quia huiuſmodi tranſmiſſio, & traditio iocalium habet tacitam conditionem futuri matrimonij, Ludouiſ. *deciſ. 474. per tot.*

Quid verò dicendum, ſi ſecuta fuerint oſcula inter ſponſos, vide *in §. Donatio num. 8. & §. Oſculum num. 9.* Fagundez *de iuſt. & contract. lib. 4. cap. 13. num. 6. & ſeqq.* vbi ſiue ante, ſiue poſt ſponſalia, & quid ſi ſponſa non erat virgo, ſed talis reputata.

Quæ res cenſeantur donatæ, vel non, & quæ dicantur pretioſæ, vel quotidianæ, & viles, Menoch. *de arbitr. caſ. 218. per tot. & de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 24.* Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib. 2. quæſt. 64. num. 7.* vbi remittitur arbitrio iudicis.

Quòd res pretioſæ de iure non cenſeantur donatæ, ſed tantùm ad vſum conceſſæ, & ſoluto matrimonio remanere debeant apud virum, vel eius hæredes, quidquid hodiè attento luſu præſentium temporum, omnia ornamenta dicantur quotidiana, & ideò vxoris, Altograd. *conſ. 35. num. 34 & 38. lib. 2.* Ricc. *Collect. 273.* Peregrin. *deciſ. 140. num. 3. &c.*

Quòd veſtes, & ornamenta etiam pretioſa, & feſtina cùm ſint parata, & deſtinata ad vſum mulieris, ſi fuerint ei tradita cenſeantur donata, & ſoluto matrimonio ſint illius propria, maximè attenta qualitate, & nobilitate coniugum, ſecundum quam nil feſtiuum dicatur, ſed omnia quotidiana, licèt ſint valdè pretioſa, præcipuè iuxta luxum noſtrorum temporum, Surd. *deciſ. 166. num. 8. &c.* Barboſ. *in l. quæ dotis 34. num. 73. &c. ff. ſolut. matrim.* Altograd. *conſ. 88 num. 28. &c. lib. 1. & conſ. 35. num. 39. lib. 2.* Caramuel *Theolog. moral. lib. 2. num. 654.* Dian. *part. 8. tract. 6. reſol. 32. verſ. ſed hic*, Paul. Chriſtin. *d. deciſ. 31. num. 15. vol. 3.* Merlin. *deciſ. 885. num. 17. &c.* vbi quòd neque inter nobiles, & magnates intelliguntur donata, & teſtatur de veriori opinione, referendo plura exempla, & quòd contraria opinio poſſet aliquam tantùm probabilitatem habere ſi coniuges diſparis eſſent conditionis; de hac materia plura remiſſiuè Ægid. de Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Vir, Vxor num. 51. &c.*

5 Veſtes, & ſimilia ornamenta habent hoc priuilegium, quòd ſi fuerint à marito vxori legata, ex illis non detrahitur falcidia, Michalor. *de fratrib. part. 1. cap. 28. num. 20. &c.*

Quòd poſſint vxoribus relinqui veſtes, iocalia, & alia ornamenta pretioſa per virum, Altograd. *conſ. 88. num. 8. lib. 1.*

Veſtibus legatis, quæ veniant in huiuſmodi legato, latè Menoch. *lib. 4. præſumpt. 161. per tot.* vide *in §. Legatum num.*

Ornamentis vxori legatis, quæ veniant, idem Menoch. *d. lib. 4. præſumpt. 163. per tot.*

De veſtibus, iocalibus, & huiuſmodi mobilibus datis viro æſtimatis ad computum dotis, cuius periculo conſumantur, vide *in §. Æſtimatio num. 9. in fine, §. Mobilia num. 5. et §. Periculum num. 8.*

An autem iocalia, & huiuſmodi muliebria præſumantur extare penès vxorem, ita vt imputentur in dotem, dixi *in §. Mobilia num. 8.*

Veſtes, ſiue modus veſtiendi, per quem mulieres ince- 6
dunt nudatis ſpatulis, & pectore, an ſit permiſſus in foro conſcientiæ ſine peccato mortali, ſaltem in locis vbi communiter viget conſuetudo ita veſtiendi, quod quæri poteſt etiam de alijs mulierum ornamentis immoderatis, (& hodie de brachijs denudatis, quæ Florentiæ, & fortè alibi mulieres etiam nobiles, & honeſtæ oſtentant) vide latè Dian. & quos allegat *part. 10. tract. 52. reſol. 30. per tot. et in Addit. dicti tomi in fine fol. mihi 443.* vbi refert contrarias opiniones, & rationes, ac quidquid ipſe alibi benignius de more reſoluendo dixerit, videtur admittere, quòd dictæ mulieres vt plurimum mortaliter peccent, niſi ex generali conſuetudine, leuitate, ſiue paruitate materiæ, & huiuſmodi cauſis poſſint excuſari, & ſemper ſaltem venialiter, & latiùs ibidem declarat, *et part. 11. tract. 4. reſol. 32. verſ. Ex dictis patet etc. per tot.* vbi etiam de pictoribus imagines obſcœnas facientibus, ac de alijs illas retinentibus, qualiter mortaliter peccent, & quando poſſint excuſari, facit quod dixi *in §. Peccatum num. 12. et in §. Mulier num. 53.* adde Barboſ. *vot. 12.* Nouar. *in Manual. cap. 17. num. 18.* Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Veſtis*, vbi alia remiſſiuè de veſtibus, & illarum vſu.

Veſtium appellatione quæ veniant, ac de veſtibus lugu- 7
bribus quibus ſint debitæ, & de alijs veſtibus quando cenſeantur vxori donatæ, vel non, & huiuſmodi Bertachin. *Repertor. verb. Veſtes*, Thoro *Compend. deciſ. Neap. part. 1. et 2. verb. Veſtes*, vbi etiam de abutentibus veſtibus Sacris tempore carnipriuij, vel bacanalium eundo perſonatos, vel maſcheratos, vt pœna ſint puniendi pecuniaria locis pijs applicanda; vide alios in materia veſtium citatos à Caſteion. *Alphabet. iurid. verb. Veſtes*, & nouiſſimè à Com. Auguſt. Foutan. *Biblioth. legal. part. 5. eod. verb. fol. 794.*

Veſtes profanæ, vel pretioſæ, & cum exceſſu in orna- 8
mento, ex ſe ſolùm peccatum veniale inducunt, & quandoque etiam ex circumſtantijs extrinſecis praui finis mortale, tam in maſculis, quàm in fœminis, licèt id frequentiùs accidat in fœminis, D. Antonin. *in Sum. part. 2. tit. 4. cap. 5. et ſeqq.* Nouar. *in Manual. cap. 23. num. 18. et cap. 14. num. 57.* Leſſ. *de iuſt. lib. 4. cap. 4. num. 110. et ſeqq.* alijque plures citati à Mendo *tract. de Iur. Academ. lib. 3. quæſt. 36. num. 402. et ſeqq.* & dixi *in §. Mulier num. 53.*

§. VIA. XII.

Via eſt triplex, ſcilicèt vel publica, vel priuata, vel 1
vicinalis, quænam vnaquæque ex illis dicatur, & alia, vide per Surd. *deciſ. 42. per tot.* Card. Tuſch. *litt. V. concluſ. 176. cum tribus ſeqq.* Arimin. Tepat. *var. ſent. tit. 572. et 573.* Maſcard. *de probat. vol. 3. concluſ. 1404.* vbi quòd ſemper via præſumitur publici iuris, niſi contrarium probetur, Ioſeph. de Roſa *Conſult. 1. per tot.* vbi plura de vijs intra Ciuitatem, & extra Ciuitatem, cuius ſint, & alia ad rem.

Quòd habens regreſſum ab vna via publica, & exitum ad aliam, dicatur publica, vel publicus ſitus, Rimin. iun. *conſ. 38. num. 15.* quem ſequitur Rot. *part. 9. recent. deciſ. 287. num. 6.*

Quæ dicatur publica, & quæ priuata, cuius latitudinis eſſe debeat, per quos ſit reficienda, & manutenenda tam intra Ciuitates, & Vicos, quam extra, & quando eſt debita iure ſeruitutis, quòd illa deuaſtata ſit licitum tranſire per agros vicinos abſque incurſu pœnæ, & alia dixi *in reſol. cap. 16. per tot.* vide Paul. Chriſtin. *deciſ. 51. num. 5. etc. vol. 5. et deciſ. 157. num. 7. etc. d. volum. 5.* Tepat. *loc. ſup. cit.* Caſtr. *in l. ſi locus §. cum via ff. quemad. ſeruit. amit.* Coſta *remed. Subſid. 115. per tot. et de ratione rata quæſt. 15. per tot.* Bonifac. *de furt. §. 5. num. 49. et ſeqq. ad 60.* vbi etiam quòd non poteſt deuaſtari, occupari, nec impediri, cùm inter Regalia Principis numeretur, & quòd vicinalis antiqua habetur pro publica, Card. Tuſch. *litt. V. concluſ. 176. cum tribus ſeqq. per tot.* Leoncil. *deciſ. Fer. 102. num. 6. etc.* Peregrin. *de iure fiſc. lib. 1. tit. num. 16. et ſeqq.* Cæpol. *de ſeruit. tit. de via per tot.* Boſſ. *eod. tit. de via fol. mihi 389.* Rot. *part. 16. recent. deciſ. 402.* vbi quòd via iure ſeruitutis promiſſa debet in porrectum eſſe latitudinis pedum octo, in anfractum verò, vel flexu ſexdecim pedum, prout de iure, quando à contrahentibus non fuit aliter conuentum, & eſt facienda, vel ſternenda

ſum-

ſumptibus prætendentis, & dominus tenens ad aliud non tenetur quàm ad præſtandam patientiam, iuxta text. *in l. vna eſt via, ff. de ſeruitut. ruſtic. præd. cum ſimilibus citatis.*

Qualiter via deſtructa debet conſtitui in fundo vicino, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 177. *num.* 14. *&c. vol.* 2. *& ad leg. municip. tit.* 14. *art.* 50. Franciſc. de Angelis *in Aſtreal. Patrocin. poſt tract. de confeſſ. num.* 5. vbi citat meas *reſolut. cap.* 16. ſoluto tamen pretio fruſtri terræ à Communitate per impoſitionem collectæ.

Quod non poſſit fieri ſcala, nec aliud nocens, vel nocere valens viæ publicæ, etiamſi fieret in proprio muro, Franch. Marc. *deciſ.* 595. Nouar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.* 142. *num.* 3. Palma *conſ.* 59. vbi quænam ſint probanda,
2 vt quis puniri poſſit de occupatione viæ publicæ, & quæ dicatur via publica, Conciol. & Romaguet. *ad Stat. Eugub. lib.* 1. *Rub.* 54. *&* 56. *lib.* 5. *Rub.* 27. *per tot. lib.* 6. *Rub.* 17. Et de omnibus ſub hoc numero contentis, & alijs latè Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 4. *per tot.* Card. de Luca *de retract. Diſcurſ.* 69. *num.* 7. *& de Regal. Diſcurſ.* 136. *num.* 4. *& Diſcurſ.* 137. *num.* 2. Cyriac. *contr.* 667. *num.* 28. Tondut. *quæſt. ciuil.* 133. *num.* 10. *& ſeqq.* Pacichel. *de diſtant. cap.* 6. *membr.* 9. *num.* 2. *& ſeqq.* per quos ad inducendum viam publicam videntur tria copulatiuè requiri, nempè vt incipiat à via publica, deſinat in aliam viam publicam, & ſolum ſit publicum, & publicè ſit iter per illud, iuxta *l. fin. ff. de loc. & itin. pub. leg.* 2. *§. Viam, & ſeqq. ff. ne quid in loc. public.* concludunt tamen, quòd etiam ex eo tantùm quòd via incipiat à publico, ac deſinat in publicum, ſi non probatur concludenter publica, adhuc publica præſumitur taliter, vt in negantes transferatur onus probandi contrarium, ſicuti nouiſſimè animaduertit, & benè Rot. *Ciuil. Florent. ſub die* 23. *Iunij* 1688. *in Piſtorien. Retract. de Galeottis, & Ipolites part.* 1. *verſ. Propterea, &c.* habetur *in lib. Mett.* 133. 346. vide Manſ. *Conſult.* 228. *lib.* 3. Rot. *Lucenſ. in Lucana manutentionis* 17. *Nouembris* 1685. apud modern. Iacob. Balducc. *in Obſeruat. ad Roman. deciſ.* 50. *num.* 31. *& ſeqq.* vbi qualiter teſtes deponere debeant ad probandam viam eſſe publicam, &c.

Quòd etiam Eccleſiaſtici teneantur reparare viam ante domos ſuas, non tamen poſſint compelli per iudices ſæculares, ſed tantùm per Eccleſiaſticos, probat Dian. *reſolut. Moral. part.* 1. *tract.* 2. *reſolut.* 75. vide *in §. Clericus num.* 45.

Via debet eſſe tranſeuntibus ſecura, & ideò deijciens, vel effundens aliquid in ea tenetur pœna dupli, niſi proijciens ter proclamauerit tali voce, vt audiri poterit, & caſus euitari, vel niſi ſit via remota, & per quam regulariter nemo ſoleat commeari, vel tranſire, vel niſi proiectio fiat de nocte præterquam in Ciuitatibus, in quibus, & de nocte iter fieri ſolet, vel ab hoſpite diuertente, pro quo tenetur qui hoſpitium dedit, Duen. *Reg.* 193. *per tot.* Sperel. *deciſ.* 57. *num.* 5. *& ſeqq.* vbi quòd tenetur dominus pro famulis, & pediſſequis in dictam pœnam dupli damni dati per text. *in l.* 1. *in princ.* vbi notat Florian. *ff. de his qui deiecid. vel effend.* Cæpol. *de ſeruit. Vrb. præd. cap.* 68. *num.* 3. *&c.* Franc. Marc. *deciſ.* 398. *num.* 8. *part.* 1. *& eſt text. in §.* 2. *Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi delict. naſcun.* vbi quòd ille, ex cuius domo aliquid proijcitur, quòd alteri noceat ex quaſi maleficio obligatur ad duplum æſtimationis damni, Conciol. & Romaguet. *ad Stat. Eugub. lib.* 5. *Rub.* 28. *per tot.* & Portugal. *d. cap.* 4.

Amplia vt huiuſmodi proijcientes res fœtidas per viam publicam poſſint prohiberi non tantùm ab edilibus, ſed etiam à vicinis, *l.* 3. *§. pen. vbi gloſ. ff. ne quid in loc. publ.* Cæpol. *d. tract. cap.* 48. *num.* 10. Franc. Marc. *loc. cit.* Sperel. *d. deciſ.* 57. *num.* 7. Quòd viæ publicæ purgari debeant ab immunditijs à vicinis, & alia, Conciol. & Romaguet. *ad Stat. Eugub. lib.* 5. *Rub.* 24. *per tot.*

An viæ, & loca publica poſſint alienari per Communitatem, Conciol. & Romaguet. *vbi ſupra Rubr.* 26. *per tot.*

Quòd cùm ſolùm publicum debeat eſſe liberum vſque ad Cœlum, non poſſint per priuatos ſuper vijs publicis fieri pontes, balcones, horticelli, ſtallę, & huiuſmodi, etiam ſi quis eſſet dominus muri ab vtroque parte, idem Conciol. & Romaguet. *d. lib.* 5. *Rub.* 31. *per tot.*

Quòd viæ publicæ, ac etiam vicinales non poſſint ab aliquo claudi, nec occupari, quæ tales dicantur, & in dubio præſumantur publicæ, Conciol. *ad Stat. Eugub. lib.* 6. *Rubr.* 17. *per tot.* Manſ. *Conſult.* 228. *lib.* 3.

Quòd ſicuti in vias, & ſuper vias publicas nihil poteſt immitti, ita nec etiam aqua poſſit in eas deriuari, vel per eas duci, etiam facto ponticello, ſine Principis licentia, ſed foueis arceri poſſit ad munienda prædia viæ adiacentis, idem Conciol. & Romaguet. *d. lib.* 6. *Rub.* 23. *per tot.* & de omnibus latè Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 4. *per tot.*

Amplia etiam ſi quis haberet ſeruitutem proijciendi in fundum vicini, nam adhuc non poteſt vrinam fœtidam, vel ſtercus, vel ſimilia proijcere, *l. pen. §. pen. vbi gloſ. ff. quod vi, aut clam, l. Prætor, §. idem ait ſi odore, ff. ne quid in loc. public.* Cæpol. *d. tract. cap.* 31. *num.* 5. Sperel. *d. deciſ.* 57. *num.* 8.

Amplia, vt nec poſſint teneri vaſa, aliaue mobilia appenſa ad feneſtras, & domos ſuper vijs publicis, aliàs ſi cadendo damnum dederint, tenetur dominus, Borgn. *deciſ.* 26. *num.* 57. *part.* 2.

Imò non ſpectatur, vt noceant, ſed eo ipſo quòd quis ea parte, qua vulgò iter fieri ſoleat aliquid poſitum, vel ſuſpenſum habet, quod poſſit ſi ceciderit alicui nocere, incidit in pœnam decem aureorum, etiamſi ipſe non poſuerit, vt eſt text. *& gloſ. in §. item is Inſtit. de obligat. quæ ex quaſ. delict. naſc.*

Via publica, ſiue vicinalis antiqua, habens originem à 3
publica, & deſinens in aliam publicam, ſicut & flumen diuidens prædia, vel agros, facit ceſſare ius congrui, cùm ſtantibus huiuſmodi intermedijs prædia non dicantur contigua, niſi vniantur mediante ponte, vel alia ſuperficie, *l.* 4. *§. fin. & l. ſeqq. ff. fin. regund.* Afflict. & Vriil. *deciſ.* 62. Cæpol. *tit. de via num.* 34. *&c.* Baiard. *tract. de temp. vtil. & continu. cap.* 16. *num.* 10. Viui. *comm. opin.* 830. vbi plura de via, dixi *in reſol. cap.* 68. *num.* 52. *&c.*

Quod ſola via publica, vel trahens originem à publica, & deſinens in aliam publicam, non autem vicinatus (niſi fortè ſit talis, de qua non extet memoria, vt dixi *in reſol. cap.* 68. *num.* 53. *& cap.* 16. *num.* 2.) rumpat confinia, & faciat ceſſare ius retrahendi ratione viciniratis, & confinij, plenè in terminis ſtatuti Ianuen. Hieron. Marilian. *deciſ.* 64. *per tot.* Carpan. *ad Stat. Mediolan. lib.* 1. *cap.* 417. *num.* 481. Viui. *deciſ.* 488. Card. de Luca *de ſeruit. diſcurſ.* 69. *num.* 2. Cæpol. *de ſeruit. ruſtic. præd. cap.* 3. *num.* 34. Pacichel. *de diſtant. cap.* 6. *membr.* 9. vbi quod via publica inducit ſeparationem inter proximos hincindè agros, & ſic ſublato confinio ceſſat actio iuxta text. *in alleg. leg.* 4. *ſed & loci, §. fin. ff. fin. regund.* & latè Rot. *Ciuil. Florent. in allegata deciſ. & motiuo* 23. *Iulij* 1688. *art.* 1. *per tot.* *vbi in verſ. Quinta, & vltima inſpectio, &c.* redarguit, ſiue potiùs declarat Surd. *deciſ.* 42. Mazzol. & alios contrarium tenentes per text. *in l.* 38. *ff. de acquir. rer. dom.* oſtendens diuerſum eſſe caſum *d. l.* 38. *ab iſto.*

Quod via publica cohærentiam impediat etiam quoad flumina, Ant. Gob. *Conſult.* 103. *num.* 3. *& num.* 21.

In contrarium quòd via publica, & flumen non impediat cohærentias, & confinia videtur deduci ex *l. Martianus* 38. *ff. de acquir. rer. dom.* cum alijs per Surd. *deciſ.* 42. *num.* 12. Boer. *deciſ.* 322. *num.* 1.

Via tutior eſt eligenda maximè in foro conſcientiæ, & 4
ad excludendum peccatum, imo in omni materia, vt in pluribus exemplificat Tuſch. *litt. V. concl.* 181. *per tot.*

Via vna electa in procedendo, an, & quando cenſeatur 5
alteri renunciatum, vel poſſit actor ad aliam redire, vel non, & quomodo, vide Rot. *part.* 11. *recent. in Appendic. deciſ.* 350. *num.* 3. *& ſeqq.* dixi *in §. Creditor num.* 22. adde Ioſeph. Feltu. *Margar. var. concluſ. verb. Vna fol.* 129. vbi quòd vna via electa, altera excluditur niſi competat vigore alterius ſcripturæ, vel fuerit ignorata, vel niſi ſimus in executiuis, quia tunc etiam poteſt variari, ita vt miſſus in poſſeſſionem poſſit etiam facere capere debitorem, vide in locis citatis, *& in §. Executio num.* 24.

Qualiter via executiua remaneat vulnerata per ſententiam contra illam latam, Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 11. *num.* 1. *&c.* Et qualiter via executiua, quæ contra defunctum competebat, competat etiam contra hæredem non beneficiatum, cùm ea mutatione perſonæ non mutetur obligatio, Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 366. *per tot.*

Viæ publicæ ſunt de regalibus, & ideò delicta in eis com- 6
miſſa ſpectant ad cognitionem, & punitionem domini di-

directi, & non feudatarij, vt dixi *in §. Feudum num.26.* facit Ioſeph. de Roſa *Conſult.*1. vbi qualiter viæ publicæ ſint de Regalibus, intelligendó de vijs extra Ciuitatem, & quoad protectionem, non quoad dominium, & alia plura ad rem, Romaguer. *in Addit.* ad Conciol. *ſtat. Eugub. lib. 1. Rub.54. per tot.*

De vijs publicis, & earum iure, an in eis aliquid ædificari poſſit, & alia, Molin. *de iuſt. tract.2. Diſput. 707.* Iul. Capon. *tom.3. diſceptat.*170. cum alijs remiſſiuè Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Via*, Romaguer. *in addit.* ad Conciol. *ſtat. Eugub. lib.1. Rub.54. per tot.*

8 Viæ publicæ intra Ciuitates ſunt reficiendæ à quolibet pro rata ante domum ſuam, & quatenus domus, vel hortus ſe extendit, & confrontat cum via, etiam ſi ſint Clerici, vel aliter priuilegiati, & à locatoribus, non à conductoribus, niſi ſint ad longum tempus, quia tunc tenerentur conductores, ſicut tenentur Emphyteutæ, vſufructuarij, & ſimiles: extra Ciuitates autem ſunt reparandæ ab vniuerſitatibus, niſi culpa alicuius eſſent destructæ, quia tunc ab eo tantùm ſunt reficiendæ, & vicinales expenſis eorum de vicinatu, vel dominorum agrorum participantium de commoditate pro rata, & destructa via publica licitum eſt tranſire per agrum vicinum, prout hæc, & alia ad rem pluribus citatis ſingillatim probat Franciſc. Romaguer. *in Addit.* ad Conciol. *Stat. Eugub. lib.1. Rub.56. per tot.* & vide Brill. *ad Conſuet. Neapol. titul.22. cap. vnic.* Vermigliol. *conſ.*424. Pacichel. *de diſtant. cap.6. membr.9.* Amaiam *in C. tit.25. de immunit. nemini, &c. in l.2.* Pilaia *deciſ.11. tom.2. num.151. & ſeqq.* Oliua *de for. Eccleſ. part.1. cap.39.* Camarel. *de legat. lib.7. num.43.* Balmaſeda *de Collect. quæſt.48.* Pacion. *de locat. & conduct. cap.34. §. 1. num.25. &c.* Vrſel. *concluſ. leg.77.* & plenè de omnibus prædictis, Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.3. cap. 4. per tot.*

9 Multa de vijs, qualiter differant à ſtratis, quia ſtratæ dicuntur quæ ex lapidibus ſtratæ, vel ſilicatæ ſunt, viæ verò ſine lapidibus, itaut ſtatutum de vna non habeat locum in altera, de multiplicitate viarum, à quibus ſint conſeruandæ, & reficiendæ, & huiuſmodi, Bertachin. *in Repert. verb. Via.*

10 Quando vna via electa excludatur altera, vel non, de Via regia, & media eligenda, & alia, Ioſeph. Feliu. *Margar. var. concluſ. verb. Via, & verb. Vna*, & plura remiſſiuè Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.5. verb. Via fol.795.*

11 Vias tam priuatas, quàm publicas in Ciuitatibus ab immunditijs præſeruandas, & expurgandas ad euitandum contagij fomentum, ac ideò porcos teneri prohibitum cum facultate Birruarijs illos occidendi, cortices, & ſiliquas coarceruari vetitum, & huiuſmodi, tradit, & auctoritatibus, ac bannis comprobat Card. Gaſtald. *tract. de auert. & profliq. peſt. Polit. legal. cap.258. num.20. & ſeqq. cap.45.* ac alibi, *vt in Repertor. verb. Via.*

§. VICARIVS. XIII.

1 Vicarius Epiſcopi debet ad minus eſſe ætatis annorum 25. inchoatorum, Pac. Iordan. *Lucubr. volum. 2. lib.10. tit.20. num.54. & ſeqq. fol.391.* vbi plura de ætate requiſita ad obtinenda beneficia, & ſimilia munera, vel officia, in quibus certa ætas deſideratur, vide in *§. Aetas num.*

Alia plura de qualitatibus requiſitis in Vicario Epiſcopi, nempè vt ſit dictæ ætatis, Clericus ſaltem primæ tonſuræ indecens in habitu, non coniugatus, non bigamus, non purus laicus, niſi ex conceſſione Papæ, vel in temporalibus tantùm, vel vti ſimplex Aſſeſſor, Auditor, vel Conſultor) non excommunicatus, ſuſpenſus, vel interdictus, non Religioſus m:ndi ans, an exterus, vel incola, non qui fuit iudex maleficiorum, vel aliàs ſe ingeſſerit in cauſis ſanguinis vndè contraxerit irregularitatem, non illiteratus, non infamis, neque Parochus, vel alius obligatus ad reſidentiam extra locum Vicariatus, vt benè ſingillatim probat idem Pac. Iordan. *Lucubr. volum. 2. lib.12. tit.1. num.94. & ſeqq. fol.563. &c.* vbi etiam plura circa formam, vel modum electionis Vicarij, Ricc. *Collect.* 2485 Franciſc. de Magiſtr. *in Silu. Eccleſ. part.1. lib.2. tit.3. cap.2. & ſeqq. fol.459. & ſeqq.* vbi plura de Vicarijs Epiſcoporum, & eorum requiſitis.

An illegitimus poſſit eſſe Vicarius Epiſcopi dixi *in §. Filiatio num.12 verſ. Poſſunt.* Et quid de Monachis, & Religioſis, latè Dian. *part.10. tract.15. reſol.30. per tot.* Franciſc. de Magiſtr. *loc. cit. cap.4.* vbi quòd Monaci poſſunt eſſe Vicarij, non autem Fratres Minores.

Quòd Vicarius Epiſcopi ſit multiplex, ideſt ad diuerſa, qualiter differat ab officiali, & de alijs Vicarijs, Tuſch. *littera V. concluſ.* 182. & 183. Franciſc. de Magiſtr. *loc. cit.* vbi quòd Vicarij alij ſunt nati, alij nouiter conſtituti, & iſti vel ſunt temporales, vel perpetui, generales, vel particulares, ſcilicet ad ſpiritualia tantùm, vel ſolùm ad temporalia.

Vicarius generalis Epiſcopi dicitur in dignitate conſti- 2
tutus ex perſona ipſius Epiſcopi iure connexionis, & vnionis, vnum & idem tribunal conſtituit, ac ideò (niſi aliter ſecundum aliquos ſeruetur de conſuetudine) tam extra Eccleſiam, quam in Eccleſia præcedit Archidiaconum, Abbates, Archipresbyteros, Decanos, Canonicos, cæteroſque Prælatos Epiſcopo inferiores, licèt aliàs de iure Archidiaconatus dicatur prima dignitas poſt Epiſcopum, quia Vicarius tenet locum Epiſcopi, & vices illius gerit, atque vna, & eadem perſona cum eo cenſetur, & ſicut Epiſcopus eſt honorandus, etiam Epiſcopo præſente. Si tamen Vicarius eſſet Canonicus, & interuenerit diuinis officijs vti Canonicus, tunc illum præcedunt Archidiaconus, & omnes, qui aliàs præcederent ſi non eſſet Vicarius, ſecus autem ſi interueniat in habitu Vicariali, quia tunc præcederet vt ſupra, ſed non lucratur diſtributiones; ſicut nec etiam præcedit Vicarius quando Archidiaconus, vel alia prima dignitas non ſubeſſet eidem Epiſcopo, ſed diuerſo, nec ſi agatur de Vicario Capitulari ſede vacante, ſiue de Foraneo, & alia vide per Pac. Iordan. *Lucubr. vol.2. lib.12. tit.1. num.73. & ſeqq. fol.561. &c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.111. per tot. & alios per eos citatos*, vide *in §. Doctor num.* & *§. Epiſcopus num.17.* Dian. *reſol. moral. part.7. tract.10. per tot.* Franciſc. de Magiſtr. *in Silu. Eccl. part.1. lib.2. tit.3. cap.3. & ſeqq. fol.463.* Poſſeut. *ſing.*181.

Quando tamen Archidiaconus, Archipresbyter, & Canonici conſiderantur non vti ſinguli, ſed vti Collegium in ſynodo, Proceſſionibus, aut ſimilibus actibus Collegialibus, ſi præſens ſit Epiſcopus, Vicarius non præcedit, ſed tantùm quando Epiſcopus eſt abſens, & Vicarius illius vicem tamquam caput gerit, vel in alijs actibus iuriſdictionalibus antecedentibus, & ſubſequentibus, vel in promiſcuis, & indifferentibus, in quibus Vicarius indiſtinctè præfertur ſiue abſente, ſiue præſente Epiſcopo, vt latè probat Gratian. *d. cap.111. per tot.* quidquid alij quoad actus promiſcuos, & indifferentes contra Vicarium ſentiant.

Alia de præcedentijs Vicarijs, idem Iordan. *loc. ſupra cit. num.241. &c. fol.576.* Martha *vot. Piſ.101. per tot.* vbi pro Vicario.

Quòd præcedat Archidiaconum, & omnes, ita vt non valeat conſuetudo contraria, Tuſch. *litt. V. concluſ.184.* vide *in §. Præcedentia*, Poſſeut. *ſing.*181. vbi quòd Vicarius generalis præcedit omnes dignitates, & Canonicos ſacris veſtibus non indutos in diſtributione candelarum, & palmarum, dempto primo de choro, qui illas diſtribuit, & alia ad rem.

Vicarius Epiſcopi non dicitur generalis, niſi exprima- 3
tur, ſed Foraneus, maximè ſi adſit alius Vicarius generalis, ad quem appellatur à ſententijs Foranei, & conſtitutus in vna ex Eccleſijs, vel Epiſcopatibus vnitis cenſetur conſtitutus etiam pro alijs, Caualer. *deciſ.418. per tot.* vide Pac. Iordan. *Lucubr. volum. 2. lib.12. tit. 1. num.24. & ſeqq. fol.557.*

Plura de poteſtate Vicarij foranei, & quando Vicarius Generalis poſſit delegare, & alia, Frances *var. reſolut. cap.42. per tot.*

Vicarius Epiſcopi dicitur habere delegatam, ſiue man- 4
datam iuriſdictionem, ſiue ſit deputatus ad vniuerſitatem cauſarum, ſiue non, & ideò non ipſe, ſed Epiſcopus, cuius nomine exercet iuriſdictionem, dicitur poſſidere, vel quaſi, nec poteſt prætendere manutentionem in cognitione certarum cauſarum, licèt eas alias cognouerit, niſi probetur quòd Epiſcopus fuerit coactus dare huiuſmodi facultatem, vel cum ea voluerit reuocare, fuerit prohibitus,

tus, ac prohibitioni acquieuerit, quia eſt in mera voluntate Epiſcopi tribuere Vicario amplas, vel coarctatas facultates, vel etiam illam creare, & eligere, ad tradita per Rot. *part.2. diuerſ. deciſ.297. per tot.* vide *in §. Epiſcopus num.*43.

Quòd habeat iuriſdictionem delegatam, & non ordinariam quoad Epiſcopum, Garz. *de benef. part.5. cap.8. num.* 36. Sbroz. *de offic. Vic. lib.1. qu.23. num.6. lib.2. cap.62. num.* 27. *&c.* Merlin. *deciſ.*152. *num.7. &c.*

Quòd imò Vicarius dicatur habere ordinariam iuriſdictionem ex perſona Epiſcopi, & quando veniat appellatione Epiſcopi, itaut valeat facere omnia, quæ poteſt Epiſcopus, & quando debeat habere ſpeciale mandatum, & alia, Sperel. *deciſ.97. per tot.* Merlin. *deciſ.*693. Ricc. *Collect.*143. & 1600. Pac. Iordan. *Lucubr. vol.2. lib.12. tit.1. num.42. &c.* vbi intelligit de Vicario generali, ſecus autem in Foraneo, licèt ad vniuerſitatem cauſarum, vel in Ciuitate, ſed restrictè ad partem, & non ad totam Diœceſim, & qualiter differant generalis, & Foraneus, ac ita poſſunt opiniones concordari, adde Franciſc. de Magiſtr. *in Silu. Eccleſ. part.* 1. *lib.2. tit.3. cap.6. fol.496. &c.*

Quòd Vicarius generalis, vel Officialis Epiſcopi poſſit ſubdelegare omnia ſibi commiſſa, niſi ſit ad ſpiritualia tantùm, Tuſch. *litt.V. concluſ.* 185. Thom. Triuiſ. *deciſ.*19. vbi quòd Vicarius Epiſcopi in temporalibus, & in ijs, quæ concernunt iuriſdictionem poteſt ex cauſa tamquam iudex ordinarius delegare.

An à ſententia Vicarij poſſit appellari ad Epiſcopum, vide *in §. Appellatio num.*

Quòd faciat idem Tribunal, & auditorium cum Epiſcopo, & quando ſecus, Tuſch. *litt.V. concl.*186.

An, & quando poſſit alium ſubſtituere vel non, & quid ſi ei data fuerit talis facultas, Ricc. *Collect.*1599. *infra num.*8.

5 Vicarius deputatus à Capitulo ſede Epiſcopali vacante, habetur pro præſente, & lucratur fructus, quia cenſetur eſſe in ſeruitio Eccleſiæ, ſecus autem in Vicario deputato ab ipſo Epiſcopo, Rot. *part.2. diuerſ. deciſ.22. num.6. &c.* Rebuff. *in prax. benef. tit. de Vicar. Epiſcop. num.4. &c.* vide *in §. Epiſcopus num.* Dian. *part.8. tract.4. reſol.67.* vbi etiam an in proceſſionibus debeat habere primum, & honorabiliorem locum.

Multa de poteſtate, & officio Vicarij Capitularis, Pauin. *tract. de hac materia per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum.2. lib.12. tit.2. per tot. fol.*581. *&c.* Dian. *part.7. tract.12. reſol.26. & ſeqq.* Franciſc. de Magiſtr. *in Silu. Eccleſ. part.1. lib.2. tit.3. cap.7. per tot. fol.531. & ſeqq.*

An electo Vicario poſſit Capitulum ſede adhuc vacante aliquam exercere iuriſdictionem, & ſic an iuriſdictio conceſſa Vicario ſit cumulatiuè, vel priuatiuè, Dian. *part.6. tract.7. reſol.*41. vbi poſt relatas diuerſas opiniones videtur concludere quòd ſit cumulatiuè, & non priuatiuè.

Plura de poteſtate Capituli ſede vacante, vide Dian. *part.8. tract.4. per tot.* vbi 74. caſus principaliter reſoluit, Merlin. *deciſ.*85. vbi quòd ſede vacante tota iuriſdictio reſidet penes Capitulum, Ricc. *Collect.*610. 880. 1142. 2487. 2811. *&* 2999.

An Vicarius Capitularis poſſit exequi diſpenſationes, & gratias Ordinario, ſiue eius Vicario à Papa commiſſas, vel alia expedire, quæ competunt Epiſcopo aliquo iure ſpeciali, Sperel. *deciſ.31. per tot.* vbi videtur concludere quòd non, ſed ſpectare ad Epiſcopum, ſiue Vicarium ſucceſſorem, quando cantant ſub nomine dignitatis, & officij, adde Ricc. *Collect.*2589. Dian *part.5. tract.14. reſol.29.* vbi etiam de cauſis delegatis, & huiuſmodi, ac refert contrarias ſententias.

An Vicarius Capituli ſedis vacantis poſſit ad libitum, etiam ſine cauſa reuocari ab eodem Capitulo, contrarias opiniones refert Dian. *part.3. tract.6. reſol.27.* vbi videtur cum affirmatiua tranſire, dummodò Capitulum intra octo dies alium Vicarium conſtituat, aliàs ius deputandi deuoluitur ad Metropolitanum, & ſi fuerit Metropolitana Eccleſia ad antiquiorem Epiſcopum.

Quòd deputatio Vicarij ſede vacante fieri debeat à Capitulo, ad quod eo tempore ſpectant iuriſdictionalia, & nullo modo poſſit talis deputatio fieri à Clero, & alia, Rot. *par. 11. recent. deciſ.105. per tot.* Bich. *deciſ.*525. vbi quòd electio Vicarij ſede Epiſcopali vacante ſpectat ad Capitulum Eccleſiæ Cathedralis ex diſpoſitione iuris Communis, ac Sacri Concilij Tridentini, & priuatiuè quoad Clerum, & Capitulum Collegiatæ, niſi doceat de legitima præſcriptione cum ſcientia, & patientia Capituli Eccleſiæ Cathedralis, & alia ad rem.

Vicarius ſucceſſor non poteſt de iuris rigore expedire 6 cauſas ſuo Anteceſſori à Papa delegatas, etiam ſub nomine officij, cùm Vicarius propriè non dicatur ſucceſſorem habere, quod tamen non ſeruatur de conſuetudine, ſed expedit dictas cauſas Anteceſſori delegatas, maximè quando fuit habitus reſpectus ad tribunal Epiſcopi, Sperel. *deciſ.* 85. *num.1. deciſ.31. num.12. &c. deciſ.166. num.6. &c.* Dian. *part.8. tract.4. reſol.66. per tot.*

An cauſa delegata Vicario, mortuo Epiſcopo expiret delegatio, Seraph. *deciſ.*816.

An delegata Vicario poſſit cognoſci ab Epiſcopo, & alia, Addit. ad Sanfelic. *deciſ.368. verſ. Cauſa.*

Vicarius poteſt creari, & remoueri ab Epiſcopo ſine 7 conſenſu Capituli, & tenetur de ſua electione docere, aliàs non valent geſta per eum, & tenetur ad intereſſe, debet eſſe idoneus ſcientia, & ætate, incedere in habitu Clericali cùm non poſſit eſſe laicus, an autem Monachus, & Religioſus mendicans, & alia, Rebuff. *in prax. tit. de Vicar. Epiſc. per tot. & tit. ſeqq.* vbi plura de Vicarij poteſtate, & auctoritate, ac in quibus mandatum ſpeciale Epiſcopi requiratur.

Qualiter teneatur Vicarius docere de ſua deputatione, vel electione per ſolemnem, & publicam ſcripturam, vel litteras patentes cum ſubſcriptione, & ſigillo Epiſcopi, Pac. Iordan. *Lucubr. vol.2. lib.12. tit.1. num.119. &c. fol.566.* Maſcard. *de probat. volum.3. concluſ.*1405. vbi qualiter, & quando aſſerens ſe Vicarium id probare teneatur, maximè ſi opponatur, Franciſc. de Magiſtr. *in Silu. Eccl. part.1. lib. 2. tit.3. cap.5. num.13. & ſeqq. fol.*488. vbi ponit etiam formulam litterarum patentium.

Vicarius non poteſt alium ſubſtituere, niſi ſit eidem data 8 poteſtas ſubſtituendi, vel adſit conſuetudo, nec poteſt beneficium conferre ipſi Epiſcopo, Rebuff. *prax. benef. tit. de form. Vicar. num.73. &c.* vide Pac. Iordan. *Lucubr. vol.2. lib.12. tit.1. num.202. &c. fol.*573. dixi *in §. Delegatus num.* vbi quòd poteſt aliquas cauſas, vel certam illarum ſpeciem delegare.

Vicarius generalis Epiſcopi poteſt conferre beneficia 9 etiam extra diœceſim exiſtens, niſi eſſet limitata eius poteſtas, vel niſi agatur de beneficijs vacantibus in Curia, quæ ſi per Papam non fuerint collata intra menſem, poſſunt poſt menſem per Ordinarium conferri, dummodò exiſtat in diœceſi, & non extra, Rebuff. *in prax. benefic. de form. Vicariat. num.227. & ſeqq.* vide *in §. Epiſcopus num.*

Qualiter debeat eſſe generaliter deputatus cum expreſſione poteſtatis conferendi beneficia, & alia, Pac. Iordan. *Lucubr. vol.2. lib.12. tit.1. num.131. & ſeqq. fol.*567. aliàs non poſſit beneficia conferre, ibidem *num.156. & ſeqq.* vide Dian. *part.10. tractat.15. reſolut.23. per tot.* vbi refert etiam contarium tenentes, Sanfelic. *deciſ.3. per tot.* vbi propterea quòd Clericus habens inſtitutionem beneficij à Vicario, debet remitti ad iudicem Eccleſiaſticum.

Quæ ſit poteſtas Vicarij ex mandato, ſiue deputatione generali, & in quibus ſpeciale mandatum requiratur, latè idem Iordan. *d. lib.12. tit.1. num.142. & ſeqq. ad 241. fol.569. &c.* ac ſignanter requiri ſpeciale in cauſis criminalibus, ibidem *num.57. & num.*225. Tuſch. *litt.V. concl.187. & ſeq.* Ricc. *Collect.*143. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. part.3. allegat.*54. Addit. ad Sanfelic. *deciſ.405. obſeru.5. &c.* vbi tamen in fine notat non eſſe neceſſe in conceſſione Vicariatus omnes caſus ſpeciale mandatum requirentes exprimere, ſed ſufficere aliquorum mentionem facere, addita clauſula generali, & ad omnia alia etiam mandatum ſpeciale exigentia.

An Vicarius ex generali commiſſione habeat poteſtatem abſoluendi, & diſpenſandi in caſibus Papalibus, in quibus poteſt abſoluere, & diſpenſare Epiſcopus ratione alicuius impedimenti, Dian. *part.9. tract.6. reſolut.56. per tot.* vbi etiam quid in Regularibus, & de priuilegio Cruciatæ.

Vicarius Epiſcopi poteſt ſalarium, etiam non conuen- 10 tum prætendere ab Epiſcopo, vel eius hæredibus, licèt non probauerit quòd ſit ſolitus locare operas ſuas, & Epiſcopus conducere, niſi tamen tot redditus ex officio percepiſſet,

piſſet, qui arbitrio iudicis ſint ſufficientes pro ſua ſatisfactione, Lanfranch. Zacch. tract. de Salar. & merced. quæſt. 90. per tot. Pac. Iordan. Lucubr. volum. 2. lib. 12. tit. 1. num. 13. & ſeqq. fol. 555. Pacion. de locat. & conduct. cap. 35. num. 82. & ſeqq.

An autem contra ſucceſſorem in Epiſcopatu, vide in §. Succeſſio num. 16. Pacion. loc. cit. num. 85. & ſeqq.

11 Vicarius deputatus ab Epiſcopo, an ipſo Epiſcopo reſignante Epiſcopatum poſſit iuriſdictionem exercere poſt reſignationem ante aduentum ſucceſſoris, Felin. in cap. Abbas ſanè de reſcript. vult quòd poſſit conferre beneficia etiam poſt renunciationem ignoratam, Calder. autem in tit. de iudic. vult quòd ſententia poſtea lata ſit nulla, & ideò Rot. nihil reſoluit part. 3. diuerſ. deciſ. 33.

An autem, & quando geſta per Vicarium reuocatum valeant, vel non, ſi ſibi reuocatio non fuerit intimata, vel aliter ad ſuam notitiam non deuenerit, Rebuff. prax. benef. tit. de for. Vicariat. num. 206. & ſeqq. vbi quòd ſi fuit amotus ex culpa ſua, geſta per eum non valent, etiam ante notificationem, aliàs autem valent quouſque ſibi fuerit intimata reuocatio, de quo vide latè Sperel. deciſ. 30. per tot. dixi in §. Error num. 7.

Qualiter Vicarius quilibet poſſit ad libitum conſtituentis reuocari, quid ſi fuiſſet additum iuramentum de non reuocando, an per deputationem alterius cenſeatur reuocatus, & alia, Dian. part. 10. tract. 15. reſol. 24. per tot.

12 Vicarius per mortem Epiſcopi cenſetur reuocatus, ſicut etiam ſuſpenditur eius poteſtas, ſi Epiſcopus ſit excommunicatus, vel interdictus, etiam ſi id ignoretur, vel ſi Epiſcopus renunciet, vel per aduentum noui Prælati ſi fuerit conſtitutus à Capitulo ſede vacante, Rebuff. in prax. benef. tit. de form. Vicar. num. 216. & ſeqq. Pac. Iordan. Lucubr. volum. 2. lib. 12. tit. 1. num. 249. & ſeqq. vbi latè qualiter Vicariatus expiret, & finiatur, Tuſch. litt. V. concluſ. 191. per tot. Franciſc. de Magiſtr. in Sila. Eccleſ. part. 1. lib. 2. tit. 3. cap. 8. per tot. fol. 556. vbi qualiter finiatur morte Epiſcopi, reuocatione, & lapſu temporis in commiſſione præfixi.

An autem valeant acta per Vicarium facta interim dum mors Epiſcopi, vel reuocatio communiter ignorabatur, vel de illa dubitabatur, & ſic an communis error cum titulo putatiuo ſuppleat iuriſdictionem ad declarationem text. in l. Barbarius Philippus, ff. de off. præt. latè videndus Sperel. deciſ. 30. per tot. vbi infert ad plura ſingularia, Pac. Iordan. loc. cit. num. 255. & ſeqq. vide in §. Error num. 7.

13 Vicarius Epiſcopi, ſiue Generalis, ſiue Forancus non tenetur ſtare ſindicatui, & quare; ſed benè tenetur Vicarius Capitularis, & alij Miniſtri ſedis vacantis rationem reddere Capitulo, & nouo Epiſcopo, Pac. Iordan. Lucubr. vol. 2. lib. 12. tit. 1. num. 289. fol. 579. tit. 9. num. 43. & ſeqq. fol. 585. vol. 3. lib. 14. tit. 31. num. 13. &c. fol. 615. vbi citat Bullam Greg. XIII. de anno 1578. & Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 16. de reform.

Quòd Vicarius Capitularis teneatur ſtare ſindicatui, ac rationem reddere nouo Epiſcopo, poſſitque ab illo puniri ſi quid malè egerit, Dian. part. 8. tractat. 4. reſolut. 70. Ricc. part. 4. deciſ. 291. per tot. vt in §. Sindicatus num. 2.

14 Vicarius Epiſcopi abſque ſpeciali mandato non poteſt nec expreſſè, nec tacitè confirmare donationem iuriſpatronatus laico factam, nec tale mandatum ex lapſu temporis præſumitur, niſi concurrat obſeruantia triginta, vel quadraginta annorum, Bich. deciſ. 277. & inter recent. part. 9. deciſ. 430. tom. 2. vide in §. Iuſpatronatus num. 10.

Alia plura de Vicarijs, eorum iure, & poteſtate remiſſiuè Ægid. de Caſteion. in Alphab. iurid. verb. Vicaria, Vicarius, &c.

15 De Vicarijs Eccleſiarum Epiſcopi, & huiuſmodi, qui vices alterius gerunt, & conſtituunt vnum tribunal cum principalibus ſuis, quorum vices gerunt, quam iuriſdictionem habeant, qui poſſint eſſe, vel non, & alia vltra iam citatos Bertachin. Repert. verb. Vicarius, Ioſeph. Feliu. Margar. variar. concluſ. eod. verb. Thoro Compend. deciſ. Neap. part. 1. verb. Vicarius, & Vice Rex, Barboſ. de iur. Eccleſ. lib. 13. cap 6. & cap. 27. de reſcript. & lib. 1. cap. 15. Ricc. Collect. 2485. & 2488. & alibi ſæpè, alijque plures citati à Caſteion. Alphab. iurid. verb. Vicaria, Vicarius, & Vicarius Epiſcopi, vbi tangit omnes quæſtiones in materia Vicariorum remiſſiuè ad Doctores illas tractantes, prout facit nouiſſimè Com. Auguſt. Fontan. Biblioth. leg. part. 5. verb. Vicarius, indicando Auctores de omnibus Vicarijs, & aliorum vices gerentibus agentes. Aliqua de Vicarijs Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, & illorum auctoritate, atque iuriſdictione, tradit Ventrigl. tract. de Iuriſd. Archiepiſc. prout in Indice verb. Vicarius, Tondut. de præuent. part. 2. cap. 1. per tot. vbi de Vicarijs generalibus, & foraneis Epiſcoporum quoad præuentionem cauſarum, & alia.

§. VICINVS. XIV.

Vicinus quis dicitur iuxta ſubiectam materiam arbitrio iudicis, nam ratione domus, & habitationis ille dicitur vicinus, qui à vicino audiri poteſt iuxta communem vocem, vel qui in vna eademque contrata non multum longa habitat, non tamen attenditur pars poſterior domus, ſed anterior; niſi adſit eadem ratio, reſpectu verò prædiorum dicitur quando prædia ſunt confinia, & dicuntur confinia cùm arbor vnius radices in prædio alterius extendere poteſt, vt latè ad plura referendo declarat Menoch. de arbitr. caſ. 222. per tot. Card. Tuſch. litt. V. concluſ. 200. facit quod dixi in §. Via num. 3. 1

Quòd vicinus intelligatur ex ſubiecta materia ſecundum mentem proferentis, & denominetur ad habitatione quando agitur de aliquo iure reſpectu perſonæ, & qualificet verba ſibi adiecta, ita vt ſi relictum fuerit iuſpatronatus ſenioribus, vel antiquioribus vicinis alicuius loci intelligatur de ſenioribus, & antiquioribus non ratione ætatis, ſed ratione temporis, & longioris habitationis, latè Rot. in Cremonen. Capellaniæ 20. February 1641. part. 9. recent. volum. 1. deciſ. 5. per tot. coram Royas, & plura remiſſiuè Caſteion. in Alphab. iurid. verb. Vicini, & Vicinitas per tot.

Vicinus præſumitur ſcire facta vicini in actibus ſucceſſiuis, & quæ veriſimiliter ſcire ſolent per vicinos, ſecus autem in momentaneis, & qui fieri ſolent in occulto, Maraut. in l. is poteſt num. 298. ff. de acquir. hered. vbi plura Card. Tuſch. littera V. concluſ. 201. Gabriel. comm. concluſ. lib. 1. tit. de præſumpt. concluſ. 6. vbi etiam de conſanguineo, Maſcard. de probat. volum. 3. concluſ. 1406. per tot. vbi plura Sperel. deciſ. 24. num. 29. & ſeqq. Pac. Iordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 21. num. 57. & ſeqq. fol. 427. vbi etiam quando præſumatur dediſſe damnum, quod apparet illatum, & neſcitur à quo, citat Menoch. de arbitr. caſ. 472. num. 15. & de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 24. Rot. deciſ. 46. inter crimin. æditas per Farinac. vbi Centul. in Addit. 2

Quòd ideò in primo caſu poſſit torqueri ſi recuſet reuelare dicta, ſiue delicta, & delinquentes in vicinia, Boſſ. de indic. num. 52. vide Guaz. deff. 19. cap. 8. Farinac. quæſt. 79. num. 40. Pac. Iordan. d. lib. 14. tit. 19. num. 170. fol. 387. Cabal. reſol. crim. caſ. 230. num. 48. &c. Scaglion. Pragm. Regn. Allegat. deciſ. 18. num. 4. Didac. Mari ad Gizzarel. deciſ. 51. num. 1. Rot. coram Merlino deciſ. 112. num. 1. Ludouiſ. deciſ. Peruſ. 19. num. 24. deciſ. 103. num. 5. &c. Duen. Reg. 125. per tot. verb. Coniunctus, Menoch. lib. 6. præſumpt. 24. per tot. vbi latè declarat quando vicinus, vel ſanguine coniunctus præſumatur ſcire facta vicini, ſeu coniuncti, vel non, & num. 45. contra Bart. & alios tenet ex hoc ſolo non poſſe torqueri.

Quòd vicinus malæ conditionis, & famæ poſſit torqueri pro furto, vel alio delicto, vide Bonifac. de furt. §. 2. num. 40. Farinac. quæſt. 52. num. 127. &c. Cabal. caſ. 16. num. 22. Menoch. de arbitr. caſ. 222. num. 5. &c. Ioſeph. Mele ad Gizzarel. deciſ. 54. num. 15. deciſ. 89. num. 3. Baiard. ad Clar. quæſt. 25 in fine, vbi quod dum ſuſpicatur quòd teſtis ſciat veritatem poteſt torqueri abſque aliquibus indicijs, vt veritatem dicat ſi illam reuelare noluerit ex Gramat. vot. 31. num. 20.

Vicinus quid facere poſſit in pariete communi inuito vicino, & qualiter teneatur illum reficere, & alia, Pract. Pap. libel. heredit. vel rei ſing. diuid. gloſ. vlt. per tot. cum Addit. Theſ. deciſ. 41. per tot. Sperel. deciſ. 54. & 56. per tot. Cæpol. de ſeruit. vrb. præd. cap. 30. & cap. 62. Franc. Vegg. conſ. 153. lib. 1. Borgn. deciſ. 8. per tot. part. 5. Felic. de Societ. cap. 28. num. 21. &c. Magon. deciſ. Flor. 136. num. 1. &c. Altograd. conſ. 100. per tot. dixi in reſolut. cap. 7. num. 29. &c. cap. 15. per tot. & cap. 79. per tot. Sanfelic. 3

deciſ.

*deciſ.*188. *per tot.* Ioſeph. Ludouic. *dec.Luc.*58. *per tot.* Pacif. *conſ.*63. *lib.*1. *per tot.* Capyc. Latr. *deciſ.*157. *per tot.* vbi quando paries diuiſorius dicatur communis, & poſſit in eo ſuperædificari.

Quòd poſſit illum pingere, licèt non ob id plus æſtimetur, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*437. *num.*25. *&c.* Sperel. *deciſ.*56. *num.*35. *&c.*

Quòd poſſit facere Caminom in muro communi à parte ſua, dummodò ſine damno, & debilitatione notabili ipſius parietis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*572. *num.*62. *&c.* Altograd. *conſ.*100. *num.*43. vide *in* §. *Aedificium num.* §. *Paries num.*

Contrarium videtur decidere Sperel. *deciſ.*55. *num.*54. *&c.* quem ſequitur Rot. *part.*18. *recent. deciſ.*820. *num.*8. *& ſeqq.* vbi benè declarat quando poſſit procedere opinio contraria.

An poſſit facere fornacem, vel forneliom in muro communi, vel proprio, & alia, Cæpol. *de ſeruitut. Vrban. præd. cap.*51. Conciol. & Romaguer. *ad Statut. Eugub. lib.*5. *Rub.*8. An neceſſarium, vel latrinam, & alia, vide *in* §. *Paries.*

Quo poſſit aperire oſtium, vel feneſtram ſi nullum damnum vicino afferat, & ſibi magnum commodum faciat, non quidem iure ſeruitutis, quæ in re communi non datur, ſed iure ſocietatis, & communionis, latè Altogr. *conſ.*100. *num.*41. *& ſeqq. per tot. lib.*1. vbi etiam reſpondet motiuis tenentium contrariam opinionem, ſed *num.*87. quòd ſpectat ad facientem probare abeſſe damnum vicini, vide Soccin. iun. *conſ.*76. *num.*12. *lib.*2. Merend. *contr. iur. lib.*6. *cap.*37. *num.*4. Caroc. *deciſ.*92. *num.*5. *&c.* dixi in §. *Feneſtra.*

An vicinus poſſit in ſuo pariete facere oſtium, vel portam verſus fundum vicini, dic quòd ſic, quando habet ſtillicidium verſus dictum fundum, & ſolum eſt proprium facientis, vt poſſit ad illud ire; quando autem ſolum non eſt ſuum, ſed habet tantùm ſeruitutem ſtillicidij, non poteſt facere huiuſmodi portam verſus fundum vicini, & tantò minus quando nec habet ſtillicidium ſupra, quia ſeruitus aditus, vel itineris eſt diuerſa à ſeruitute ſtillicidij, niſi ſubeſſet aliqua neceſſitas, vel cauſa, vt quia aqua non diſcurreret, vel ſimilis, alias autem non eſt danda occaſio eundi per fundum alienum, quod non eſt permiſſum inuito domino, fas eſt enim ire, ſed non ius, Cæpol. *de ſeruitut. vrb. præd. cap.*42. *de Oſtio, & porta num.*1. *&c.* Surd. *conſ.*387. *num.*4. *&c.* Felic. *de Societ. cap.*28. *num.*55. Thomat. *deciſ.*129. *num.*8. *dixi in reſolut. cap.*7. *num.*19. *&c. cap.*79. *per tot. in Pract.* §. *Vicino num.* 3. *&* 4.

4 Vicinus non poteſt de iure immittere tigna, vel trabes in muro vicini, licèt ſecus ſit de conſuetudine, ſecundum quam id permittitur ſoluta æſtimatione partis muri, Gratian. *diſ cept. for. cap.*541. *num.*6. *&c.* vide in §. *Edificare num.* Sanfelic. *deciſ.*188.

Quòd nihil poſſit regulariter facere in ſolo alieno inuito domino, latè Sperel. *deciſ.*57. *per tot.* vbi pluribus modis declarat, facit Sanfelic. *d. deciſ.*188. Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.*819. *&* 820. vbi quod licèt vicinus poſſit in ſuo facere quod ſibi placet, & prodeſt, etiam ſi alteri noceat, tamen regula procedit ſolùm quando nihil in alienum immittit, nec aliquid de alieno mediatè, vel immediatè attingit, & ideò non poteſt ſtillicidium, vel aliud protendere ſuper ſolum vicini, & huiuſmodi, infra *num.*12.

5 Vicinus quomodo poſſit ædificare ſuper muro communi diuiſorio, ſi ad ædificandum ſit aptus à fundamentis, & in illo conſtruere Caminum, Gratian. *diſcept. for. cap.*572. *num.*47. *&c.* latè Sperel. *deciſ.*54. *&* 56. *per tot.* vide in §. *Aedificare num.*

Quomodo in ſolo proprio cum alterius vicini ſe opponentis detrimento, idem Sperel. *deciſ.*55. *per tot.* vbi non ſolùm de ædificio, ſed quolibet alio opere procedendo per regulam, ampliationes, & limitationes, & quid in re aliena, latè Sperel. *deciſ.*57. *per tot.*

Quando vicinus poſſit cogi participare murum ſuum vicino, quo caſo non poteſt altius tolli in præiudicium communicantis, & non poteſt mutari forma ædificij communis, Grat. *diſcept. for. cap.*896. *num.*1. *&c.*

An autem, & quando vicinus poſſit impediri, ne in altum extollat ædificium in ſolo ſuo, & quid ſi impediatur aſpectus ad mare, vel ad montes, latè Capyc. Latr. *deciſ.*50. *cum addit.* & vide in §. *Aedificium.*

Vicinus nihil facere poteſt in ſolo publico in præiudicium priuatorum, Gratian. *diſcept. for.* 658. *num.*17. *&c.* Sperel. *deciſ.*55. *num.*48. *&* 64. vbi quòd nihil fieri poteſt in præiudicium loci publici. 6

Qualiter vicinus ſciens, & patiens alium ædificare in ſui præiudicium dicatur conſentire, & ſibi præiudicet, Gratian. *diſcept. for. cap.*957. *num.*51. *&c.* Sperel. *deciſ.*56. *num.*18. dixi in *reſol. cap.*15. *num.*23. Franch. Marc. *deciſ.*497. *num.*17. *&* 26. Ricc. *Collect.*3204. vbi quòd ideò non poteſt agere, vt opus factum deſtruatur per *tex. in l. labeo, ff. de aqua plu. arc.*

Vicinus poteſt prohibere vicino ne ingrediatur fundum ipſius prohibentis, nec vtatur iure paſculandi contra ſuam voluntatem, Gratian. *diſcept. for. cap.*80. *in princ.* vide in §. *Dominus num.* 7

Quando autem vicinus teneatur concedere vicino ſeruitutem viæ, vel itineris, ſi non poſſit commodè per aliam viam accedere ad fundum ſuum, ſoluto tamen iuſto pretio, dixi *in* §. *Seruitus num.*12. *in Pract.* §. *vendere num.*41. *&* §. *Vicinus num.*13. Tuſch. *littera V. concluſ.*180. vbi facit regulam negatiuam, quam varijs modis limitat, & declarat ad tradita per Boer. *deciſ.* 322. vide in §. *Venditio num.*53.

Vicinus non poteſt cogi ad tenendum crates ferreas, vel ferratas ſuis feneſtris, nec ad illas renouandas quatenus priùs extarent, niſi probetur contradictio, & acquieſcentia cum tempore ſufficienti ad præſcribendum huiuſmodi ſeruitutem, ita vt non poſſit aliter induci ſtylus contrarius, Cæpol. *de ſeruit. vrb. præd. cap.*55. *de ferratis num.*2. latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*752. *num.*81. *& ſeqq.* 8

Vicinus poteſt fodere puteum, ciſternam, & libellum in proprio ſolo propè fundum vicini etiam nullo relicto ſpatio, iuxta *l. fin. ff. fin. regund.* quæ loquitur in fouea, ſed iſta habent alia ſpecialia nomina, & propriè non ſunt foueæ, quod eſt verum etiam ſi venæ aquæ putei vicini præcidatur, niſi fiat ad æmulationem, vel niſi ſit debita ſeruitus in contrarium, *l. flumin.* §. *pen. de damn. infect.* Cæpol. *de ſeruit. vrb. præd. cap.*45. *nu.*2. vbi quòd iſtud procedit in qualibet alia pœnu ſubterranea, & *cap.*47. *num.*5. *&c.* Menoch. *lib.*6. *præſumpt.*29. *num.*4. *&c.* Gayl. *obſeru.*69. *num.*11. *&* 28. Rot. *in Gerunden. altius non tollendi* 24. *Nouembris* 1636. coram Coccino *num.*23. *&* 24. penes Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. tom.*2. *deciſ.*74. Sperel. *deciſ.* 55. *num.*11. *&c. dixi in Pract.* §. *Vicinus num.* 10. Paul. Chriſtin. *ad leg. Municip. tit.*14. *art.*33. *& ſeqq.* vide in §. *Puteus num.*2. Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 6. *Rub.*21. *per tot.* Qualiter autem vicini teneantur mondare, & manutenere puteos, & fontes quibus vtuntur, quid ſi aliquis renunciare vellet vſui, & alia de puteis, & fontibus, idem Conciol. & Romaguer. *d. lib.*6. *Rub.*25. *per tot.* 9

Vicinus tenetur de incendio domus contiguè ſi ex culpa ſua ortum habuiſſe probetur in ſua domo, alias præſumitur factum ex culpa inhabitantium, intelligendo de leuiſſima, ad quam cum regulariter conductor non teneatur, non tenebitur etiam de huiuſmodi incendio, niſi aliud probetur, Afflict. *deciſ.*67. *cum Addit.* Pract. Pap. *act. real. gloſ. iure dominij num.*12. *in Addit.* Boſſ. *de remiſſ. merced. num.*80. Gayl. *obſer.*22. *lib.*2. Gizzarel. *deciſ.*38. *num.*6. *cum Addent.* Petr. Roiz. *deciſ. Lituanic.*3. *num.*207. Turzan. *com. opin. cap.*185. *per tot.* vide in §. *Damnum num.* *&* §. *Incendium num.* 10

Quòd vicini teneantur contribuere ad reparationem domus dirutæ cauſa incendij truncandi, ne vlterius progrederetur, *l.*1. *&* 2. *ff. ad l. Rhod. de iactu*, Gayl. *d. obſeru.*22. *num.*4. *&c.* Coſta *de ratione rata quæſt.*5. vbi idem in iactu mercium pro exoneratione nauis.

Intellige hoc verum eſſe, niſi probetur quod domus illa diruta fuiſſet alias omninò comburenda, & ſic quando domus fuit deſtructa ad abundantem cautelam, nam ſi appareat quòd etiam illa non deſtructa fuiſſet igne conſumpta, vicini non teneantur, per *text. in l. ſi alij, ff. eſt etiam alia, ff. quod vi, aut clam,* Felin. *in c. tua nos de ſent. excom.* Diaz. *reg.*331. Gratian. *diſcept. for. cap.*354. *num.*38. *&c. ad* 56.

Vicini poſſunt expellere de vicinia mulieres inhoneſtas, & infames, ac meretrices, ne illarum exemplo honeſtæ corrumpantur, niſi fuerint præuenti, eo quia ipſi condu- 11

xe-

xerint domum in vicinia vbi aderant huiuſmodi perſonæ infames, Gratian. *diſcept. for. cap.* 186. *num.* 18. vide *in* §. *Meretrix num.* vbi plura, Sanfelic. *deciſ.* 127.

Magnum enim eſt damnum habere malos vicinos, qui æquè ac morbus nocere ſolent, ita vt ex hoc ſolo detur minori reſtitutio in integrum, Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 83. *num.* 9. *&c.* Ita vt ſi venditor celauerit malum vicinum teneatur ad intereſſe, Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 389. *ſub verſ. Iſti, &c.* dixi *in* §. *Venditio num.* 42.

12 Vicinus non poteſt impedire vicinum ne faciat filatorium in domo ſua, licèt per illud ſibi ſomnum interrumpatur, niſi fiat ad æmulationem, quæ non præſumitur, nemo enim poteſt prohiberi vti arte ſua, licèt ſtrepidioſa, niſi fauore perſonarum priuilegiatarum, Lanfranc. *deciſ.* 625. Sperel. *deciſ.* 55. *num.* 13. *&c.* Sanfelic. *deciſ.* 127. vbi ... m de artibus malum odorem facientibus, vel rumoroſiſſimo vicino infeſtum afferentibus, & ſimilibus prohibendis in Ciuitatibus, ſaltem fauore perſonarum priuilegiatarum, maximè ſi talia exerceri in loco non erat ſolitum, & conuenit Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 819. *&* 820. *in eadem cauſa*, vbi ex prædictis, & alijs ſimilibus fuit prohibitus vſus ſtabuli, vel Rimeſſæ pro Curru, ex quo in egreſſu, & ingreſſu cum temone damnum inferebat parieti vicini, *ſupra num.* 4.

Qualiter vicinus faber, vel alius artifex poſſit expelli è Doctoribus, ne illorum ſtudia interrumpat dixi *in* §. *Doctor num.* 7. vbi vide & Sanfelic. *d. deciſ.* 127. *per tot.*

Quod procedit etiam fauore Religionis, & Monialium, ne impedimentum afferat in ſacris officijs recitandis, *cap. pridem* 18. *quæſt.* 2. Amic *conſ.* 184. Brunor. à Sole *littera F. verb. Faber.* Felin. *in cap. fin. de iudic. verſ. ad Fabrum circa finem*, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 74. *num.* 8. *vol.* 5. Sanfelic. *d. deciſ.* 127. *per tot.* & ita fuit deciſum per Magiſtratum DD. Octo Baliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ ſub die 23. Ianuarij 1677. ab incarnatione ad fauorem Monialium Terræ Anglaris contra Franciſcum Valenſium fabrum Ferrarium, prout in Giornali Partitorum dicti Magiſtratus 621. *fol.* 62.

Item procedit etiam fauore confraternitatum ſæcularium, ne impediatur in recitatione officij, Iaſ. *conſ.* 218. *lib.* 2. quem refert, & ſequitur Tuſch. *littera F. concluſ.* 455. *num.* 4.

13 Vicinus obtinens in cauſa retractus, an poſſit poſtea cogi ad retrahendum vigore huiuſmodi ſententiæ, & ad ſoluendum pretium ſi pœnituerit, Franch. *deciſ.* 346. & dixi *in* §. *Emptio num.* Ioſeph. Felin. *in Margar. var. concluſ. verb. Vicinus fol.* 126. vbi quòd poteſt pœnitere, & fauori ſuo renunciare.

An volens retrahere admittatur ad vnam rem tantùm, vel teneatur omnes res ſimul venditas retrahere, vel relinquere, dixi *in* §. *Dominus num.*

Quòd vicinus, vel proximior volens retrahere non teneatur facere depoſitum donec durat lis ſuper vicinitate, vel proximitate, quia donec diſcutitur qualitas, ex qua competit actio, non intrat obligatio depoſiti, Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 451.

Quòd imò in iudicio retractus ſit neceſſarium depoſitum infra annum iuxta Bullam Gregorianam, de qua *in* §. *Iuſcongrui num.* 25. etiam pendente lite ſuper vicinitate, quando vicinitas eſt deducta per modum exceptionis, & incidentis, & non principaliter, & quare latè in eadem cauſa recedendo à prius deciſis reſolutum fuit apud eundem Ludouiſ. *deciſ.* 470.

14 Vicinus qualiter poſſit cogi ab Eccleſia, vel alio pio loco ad vendendum, vide *in* §. *Eccleſia num.* 17. *&* §. *Venditio num.* 54. Ioſeph. Felin. *in Margar. var. concluſ. verb. Vicinus fol.* 125. latè Io. Dominic. Panſut. *contr. forenſ.* 25. *per tot.*

Quando poſſit cogi ad obturandas feneſtras habentes proſpectum in Religioſos, vel Moniales, vide *in* §. *Aedificare num.*

An poſſit cogi à fiſco ad emendum bona delinquentium confiſcata, vide *in* §. *Fiſcus num.*

15 Vicinitas facit præſumi res eſſe illius, cui magis eſt propinqua, quia vicinitas, & aptitudo ſunt dominij argumenta, *arg. l. adeo*, §. *Inſula, ff. de acquir. rer. dom. &* §. *Inſula, Inſtit. de rer. diuiſ.* Nat. *conſ.* 672. *num.* 17. *&* 18. *vol.* 4. cum alijs per Maſcard. *de prob. vol.* 3. *concl.* 1407. *per tot.* vbi limitat niſi repugnet alia præſumptio, vt ibi per eum *num.* 9. *&* 10. & alibi remiſſiuè.

Quòd verificatis aliquibus confinibus, terræ intermediæ etiam dicantur verificatæ eſſe eorumdem dominorum, quia media præſumuntur eſſe eorum, quorum ſunt extremitates, ſiue præcedentia, & ſequentia, cùm finis trahat ad ſe principium, & principium trahat ad ſe finem, vt probat Hieron. de Mont. *tract. fin. regund. cap.* 93. *per tot. fol. mihi* 69. per quam doctrinam Florentiæ de annis 1687. & 1688. fuerunt verificata, & reperta plura bona decimalia ad fauorem Sereniſſimi Magni Ducis, quorum ignorabantur, vel potiùs negabantur poſſeſſores per vicinos.

Vicinus qualiter poſſit in proprio pariete, vel muro facere nouam feneſtram, etiamſi vicinos proſpiciat, modò 16
id principaliter non intendat, licèt ille paries, vel murus per centum annos nunquam fuerit perforatus, Cæpol. *de ſeruit. vrb. præd. cap.* 62. Pariſ. *conſ.* 63. *num.* 3. *lib.* 1. Ioſeph. Ludouiſ. *deciſ. Luc.* 58. & dixi latius *in* §. *Feneſtra per tot.* vbi videas, *& ſupra num.* 3.

Vicinus domus venditæ qualiter in retractu præferatur 17
vicino horti eiuſdem domus, licèt vicinus horti longiores habeat confines, & vicinus domui habeat ius congrui ad terras, & alia, Afflict. cum Vrſil. *deciſ.* 223. Decian. *reſponſ.* 15. *vol.* 4.

Reliqua vide *in* §. *Ius congrui*.

Vicinus etiam inuito vicino poteſt purgare foueam com- 18
munem, & dimidiam impenſæ ab eo repetere; fouea autem cauſa ſiccandorum agrorum poſita in confinia duorum præſumitur in dubio communis, Cæpol. *de ſeruit. vrb. præd. cap.* 80. *tit. de fouea*, cum alijs per Cabal. *conſ. deciſ.* 21. *lib.* 2. vbi etiam de arbore in confinio exiſtente, & vide *in* §. *Arbor*.

Plura de foſſatis mondandis, & ſcaricandis, & quorum expenſis, Conciol. & Romaguer. *ad Statut. Eugub. lib.* 6. *Rub.* 22. *per tot.*

Vicinus an, & quando domum, aut ſeruitutem altius 19
non tollendi, vel proſpectum non habendi vicino vendere cogatur, vel non, Iul. Capon. *tom.* 5. *diſcept.* 371. Et quid facere poſſit, vel non cum vicini damno, idem Capon. *tom.* 3. *diſcept.* 170.

Vicinus quis dicatur arbitrio iudicis ſecundum ſubie- 20
ctam materiam, ita vt talis dicatur aliquando non tantùm vbi poteſt audiri vox, ſed etiam de diuerſa patria non multum diſtante, etiam ſi diſtet per plures dietas, vel per centum milliaria, quæ poſſint facere vicini, vel non, ad quæ inuicem teneantur, & alia huiuſmodi, tradit Bertachin. *Repert. verb. Vicinus*, Ioſeph. Felin. *Margar. var. concl. eod. verb.* Thoro *Comp. deciſ. Neap. part.* 1. *&* 2. *eod. verb.* aliique plures citati à Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Vicini, Vicinitas*, & à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *eod. verb. fol.* 798.

Vicini qualiter poſſint petere cautionem de damno infe- 21
cto contra exercentes artes periculoſas, vel fœtidas in vicinia, imò officium iudicis ad expellendum implorare, ſicut ad impedienda damna gallinarum, cuniculorum, columbarum, & huiuſmodi animalium damna inferentium, Tondut. *quæſt. ciuil.* 140. *per tot. part.* 2. & dixi *in* §. *Cautio num.* 7. *&* 42. *&* §. *Damnum num.* 21.

§. VIDVA. XV.

VIdua vidualiter viuens dicitur imago mortui viri, il- 1
lius nomen, & familiam retinet, gaudet priuilegijs mariti cum dignitate, honore, & conditione maritali, ita vt etiam includatur ſub ſtatuto loquente de muliere exiſtente in matrimonio, & in ea adhuc duret effectus ciuilitatis, & domicilij viri, licèt aliàs ſit forenſis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 624. *num.* 4. *&c.* Surd. *deciſ.* 330. *num.* 27. *&c. lib.* 2. vbi tamen limitat niſi luxurioſè viuat, vel niſi ſponte diſceſſerit à domicilio viri, & ad patriam ſuam fuerit reuerſa, & videndus Sperel. *deciſ.* 157. *num.* 14. *& ſeqq. per tot.* Cabal. *conſ. deciſ.* 125. *lib.* 2. dixi *in* §. *Vxor num.* 2. *in* §. *Clericus num.* 73. *in fine*, §. *Aequitas num.* 3. Paol. Chriſtin. *deciſ.* 38. *num.* 15. *&c. vol.* 5. Ricc. *Collect.* 2984. Viui. *comm. opin.* 1041.

Quod vidua gaudeat viri priuilegijs, etiam exorbitantibus, intellige de priuilegijs conceſſis viro ratione dignitatis innatæ, ſecus autem in priuilegijs, quæ competebant marito ratione officij alicuius publici, vel ratione neceſſitatis; item intellige de priuilegijs à iure communi introductis contra regulas ipſius iuris communis, ſecus in pri-

priuilegijs ſtatorum contra ipſum Ius commune, Alexand. conſ.207. lib.6. Tiraquel. tract. ceſſante cauſa part.1. num. 107. & de nobilit. cap.18. Obalor. de nobilit. 4.part. cap.8. Barboſ. in l. quia tale, ff. ſolut. matrim. & Cabed. deciſ. 98. part.1. vbi in terminis viduæ Commendatarij, vt non gaudeat priuilegio mortui mariti, quoad exemptionem Gabellæ.

Sed quòd viduæ Equitum militarium gaudeant priuilegijs illorum quondam virorum, & pluribus probat Mendo tract. de ordin. Milit. Diſquiſit.2. num.71. vbi num.77. declarat dummodò non tranſeant ad ſecundas nuptias, & data proportione, & ſic non de priuilegijs perſonalibus, vel perſonaliſſimis, & tract. de iur. Academ. lib.1. num. 329. & 334. vbi de vxoribus, & filijs Doctorum poſt illorum mortem.

1 De priuilegijs viduarum, Tuſch. littera V. concluſ.203. 204. & 205. & alia plura de viduis, illarum protectione, & huiuſmodi, Ægid. de Caſteion. in Alphab. iurid. verb. Vidua per tot.

Quòd vidua dicatur propriè illa, cui mortuus eſt maritus, impropriè verò etiam illa, quæ habet virum inutilem, vel abſentem, Ricc. Collect.3049.

Quòd vidua dicatur, & gaudeat priuilegio viduarum vxor, quæ habet virum bannitum, Ioſeph. Feliu. Cerezo in Margar. var. concl. verb. Vxor fol.138. col.2. infra num.6.

2 Vidua poteſt vigore Statuti Florentini facere tenutam ſuper bonis viri defuncti pro ſuis dotibus, qua mediante lucratur fructus ad rationem quinque pro centenario, & ita quotidie practicari Florentiæ teſtatur Mart. Medic. Exam.54. num.19. vbi quòd idem eſt etiam in alijs creditoribus, vide in §. Creditor num.   & §. Intereſſe num. infra num.14.

Quòd debeat habere alimenta ex fructibus ſuæ dotis ſimpliciter ſine aliquo obſequio, cùm ſit ſoluta à lege mariti, Bald. conſ.176. lib.1. Cardin. Tuſch. littera V. concluſ.205.

3 Vidua an poſſit intra annum luctus prætendere alimenta ab hæredibus mariti, vide in §. Alimenta num.2. & §. Dos num.   Surd deciſ.211. Ludouiſ. deciſ.462. vbi ſi dos conſiſtat in pecunia non tenetur conferre fructus illius poſt annum luctus niſi pro rata alimentorum, & quid intra annum luctus ſi conſiſtat in immobilibus, idem vt ſupra.

An poſt annum luctus poſſit prætendere intereſſe dotis ſibi non reſtitutæ, vide in §. Intereſſe num.20. & ſeqq. vbi etiam quid ſi tranſierit ad ſecundas nuptias, de qua latè Rot. part.18. recent. deciſ.727. per tot.

Quòd non exacta alimenta tranſmittat ad hæredes, Franch. deciſ.388. num.3.

4 Viduæ, & huiuſmodi ſimplices perſonæ poſſunt bona fide ponere pecunias ſuas in banchis ad aliquod honeſtum lucrum conſequendum ex mercimonijs, cap. per veſtras de dot. poſt diuerſ. reſtit. Capyc. deciſ.19. num.8.

Imò etiam mutuare cum pacto certi lucri ſaluo ſemper capitali, & hoc mediante tacita aſſecuratione, & quomodo, dixi in reſolut. cap.17. num.8. &c. vide in §. Contractus num.30. §. Mutuum num. 12. Dian. part.1. tract. 8. reſolut.30. per tot. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 207. in fine vol.2.

Quòd quamuis ſic bona fide contrahentes non committant vſuram in foro interno, tamen ſecus ſit in foro externo, Sperel. deciſ 91. num.92. per tot.

5 Vidua committens ſtuprum, etiam intra annum luctus non amittit dotem ſecundùm benigniorem opinionem, quam ſequitur Clar. §. Stuprum verſ. Sed nunquid, & magis communem appellat Gratian. diſcept. for. cap.5. n.20. &c. Menoch. lib.5. præſumpt.32. num.20. &c. & latiùs de arbitr. caſ.288. n.28. & ſeqq. vbi ex ordine refert 32. Doctores pro contraria opinione, quibus reſpondet, & 34. Doctores pro iſta opinione, quam ſequitur Franch. deciſ.421. num. 16. & deciſ.669. quod dixi in §. Mulier num.31. latè Coſta de fact. ſcient. & ignorant. Diſtinct.12. cent.2. in conſ. ibi impreſſo.

Quòd luxurioſè viuens amittat priuilegia viduis conceſſa, Menoch. de arbitr. caſ.66. num.10.

Quòd licèt per ſtuprum non amittat dotem, amittat tamen omnem legatum ſibi prouenientem à viro defuncto, ſiue illud committat intra annum luctus, ſiue poſt, licèt non fuerit adiecta conditio caſtè viuendi, cùm ſemper intelligatur ex coniecturata mente teſtatoris, cui infertur maxima iniuria propter huiuſmodi turpem vitam, latè Gratian. d. cap.5. per to. Menoch. d. caſ.288. num.46. & num.28. vbi quòd amittit omnia priuilegia viduitatis, latè Sperel. deciſ. 158. num.19. & ſeqq. Surd. de aliment. tit.7. quæſt.23. & ſeq. Gabr. Vaſquez Opuſcul. moral. tract. de teſtament. cap.7. §. 1. Dub.3. fol.312.

An autem vidua luxurioſè viuens, vel fornicata incurrat pœnas ſecundarum nuptiarum, de quibus dixi in §. Diſpoſitio num.1. & ſeqq. latè Paul. Chriſtin. deciſ.131. num. 21. & ſeqq. vol.3. vbi videtur affirmatiuè concludere per doctrinam Bart. in l. his ſolis in fine, C. de reuoc. donat. Sanchez de Matrim. lib.7. diſput.99. num.13. vide in §. Mater num.9. Gabr. Vaſquez loc. cit. vbi dicit quòd non, quia leges non ſunt extendendæ.

Quòd viduæ luxurioſè viuentes non gaudeant priuilegijs viduarum, ſed benè afficiantur pœnis vt ſupra, Viui. comm. opin. 789. Ægid. de Caſteion. in Alphab. iurid. verb. Vidua num.16. vbi quæ amittant, vel non.

Vidua gaudet priuilegio l. vn. C. quomod. Imper. inter pupill. & vid. vt ſcilicet trahat ſecum litigantem ad ſuum forum, & ipſa non trahatur, vt dixi in §. Perſona num.9. & ſeqq. Anton. de Bailis tract. variar. lib.4. quæſt.2. num. 4. & ſeqq. 6

Et dicitur vidua ad iſtum effectum, etiam mulier virum habens, ſed captiuum, vel exulem, vel ad triremes damnatum; luxurioſè tamen viuens amittit hoc, & alia priuilegia viduis conceſſa, ſicut ſi culpa ſua facta ſit vidua, puta virum occidendo, Menoch. de arbitr. caſ.66. num.9. & ſeq. Barboſ. de appellat. verb. ſignif. appell.272. per tot. Sperel. deciſ.156. num.21. & per tot. deciſ.158. num.4. & per tot. Ioſeph. Feliu. in Margar. var. concluſ. verb. Vidua fol.126. vbi quòd luxurioſè viuens amittit dictum priuilegium, & quid ſi poſt illud obtentum iterùm nubat.

Quòd vidua etiam diues, potens, vel Regina dicatur miſerabilis perſona ad dictum effectum electionis fori, Peregrin. deciſ. Pat. 129. num.2. Theſ. deciſ.177. num. 3. Viui. deciſ.321. num.8. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 182. num.3.

Vidua debet habere veſtes viduiles, & lugubres de domo viri, & ab eius hæredibus, niſi aliter ſeruetur de conſuetudine, Capyc. deciſ. 26. per tot. Franch. deciſ.413. Fenzon. ad Stat. Vrb. cap.136. per tot. in Annot. Gratian. diſcept. forenſ. cap.987. num.17. &c. vbi etiam quòd teneatur illas reſtituere ſi deponat habitum vidualem, vide in §. Veſtes num.1. vbi contra, Ricc. Collect.1931. & 1994. Peregrin. deciſ.40. num.1. vbi quod tenetur illas compenſare cum legato vſusfructus, & deciſ.41. num.5. vbi an teneatur illas reſtituere ſi tranſeat ad ſecundas nuptias; & refert diuerſimodè iudicatum, & vidiſſe poſt annum non reſtitui. 7

Prout etiam debet habere alimenta intra annum reſtitutionis dotium, ſi aliundè non poſſit ſe alere, vide in §. Alimenta num.   & §. Dos num.

Quòd à pari procedat datio alimentorum, & veſtium lugubrium, ita vt ſi hæredes viri non teneantur ad alimenta, vt quia vxor receſſerit à viro viuente, & fuerit ei dos reſtituta, nec etiam teneantur ad dictas veſtes, præſertim ſi iam tranſit tempus luctus, quo caſu poſſet vidua tantùm agere ad repetitionem expenſarum in eis factarum, quatenus illas feciſſet, & portaſſet, ac quatenus ei eſſent debita alimenta, aliàs ſecùs vt ſupra, Campeg. de dot. quæſt.56. part.2. Guid. Pap. deciſ.296. Cabal. conſ. deciſ.37. num.5. & ſeqq. lib.2.

Vidua an ſit domina dotis abſolutè, ita vt poſſit de illa diſponere ad ſui libitum, Rip. in Rub. ff. ſolut. matr. num.72. Caſtr. & Bald. in l.1. C. vnde vir. vide in §. Mater num.   §. Statutum de lucro num.22. in reſol. cap.77. num.20. Tuſch. litt. D. concl.791. & 793. & litt. V. concl.389. Sanfelic. deciſ.353. num.34. vbi quòd donec viuit mulier eſt abſoluta domina dotis, ac poteſt in vita facere quicquid vult, & filij ſuccedunt vti hæredes, & ideò omnia geſta approbare tenentur. 8

Quòd excepta legitima filijs debita, poſſit ad libitum diſponere, Burſatt. conſ.164. num.28. Bardellon. conſ.161. num. 7. lib.2. Ludouiſ. deciſ.398.

Quòd ſi ſtatutum prohibebat mulierem diſponere vltra quartam partem dotis, an habeat locum in vidua, cùm ſoluto matrimonio non dicatur amplius dos, & quod procedat etiam in vidua, Caſtr. & Iaſ. in l. maritus, C. vnde vir & vxor. Mart. Medic. Exam.29. num.55. vbi de communi,

muni, Sanfelic. *deciſ.*353. *num.*13. *& ſeqq.* vbi meminit de Statuto Mutinæ, Senenſi, Florentino, & Conſtitutionibus Neapolitanis, facit Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.*398. Viui. *comm. opin.*790. *num.*3. Cabsl. *conſ.*146. *lib.*1. vbi quòd ſtatutum Florentinum *lib.*2. *Rub.*159. *diſponens in fine*, vt nulla mulier poſſit quoquomodo diſponere de dote, vel eius parte in præiudicium viri, vel filiorum, procedit tantùm in muliere coniugata, & ſic durante matrimonio, non autem in vidua, quę poteſt de dote diſponere ſecundùm iuris communis normam, & diſpoſitionem, vide Magon. & quos allegat *deciſ. Flor.*97. *num.*1.

9 Vidua repetens dotem vt tranſeat ad ſecundas nuptias, an teneatur cauere filijs primi matrimonij de conſeruanda portione illis debita vigore ſtatuti, Mart. Medic. cum pluribus ab eo citatis *Exam.*29. *num.*53. *&c.* vbi tenet quòd non de iure, ſed contrarium ſeruati Senis de conſuetudine, quæ ſibi, prout mihi multum rationabilis videtur, quando dos conſiſtit in pecunia, & ſubeſt periculum conſumptionis.

10 Vidua ſe continens in viduitate an teneatur reſeruare filijs, ſibi à coniuge donata ſolo vſufructu pro ſe retento, vel poſſit de illis liberè diſponere, vide quos allegaui in §. *Diſpoſitio num.*7. *in fine*, *&* §. *Mater num.*1. *in fine*.

11 Vidua agens ad repetitionem dotis qualiter teneatur probare illius ſolutionem, aliàs repellatur, & quomodo, vide DD. citatos *in* §. *Confeſſio num.*9. §. *Mulier num.*11. *&* §. *Vxor num.*36. *&c.*

12 Vidua an quod acquirit poſt mortem viri pręſumatur acquiſitum ex illius bonis adminiſtratis ad effugiendam præſumptionem turpis quæſtus, vide in §. *Vxor num.*52. *&c.* Maſcard. *de probat. vol.*3. *concluſ.*1408. vbi quòd ſic.

13 Vidua an, & quando iuuetur Velleiano, vel non, vide Sanfelic. *deciſ.*133. *per tot.* vbi etiam quòd ex ſola viduitate, non probata paupertate, non reſtituitur aduerſus ſententiam, ut dixi in §. *Senatus Conſultum num.*3. *& num.*4.

14 Viduæ qualiter debeantur fructus ſuæ dotis poſt iudicialem interpellationem, quæ eſt de forma, licèt poſſit remitti agnoſcendo bonam fidem, & remiſſa, ſiue facta præſumatur, quando per multum tempus fuerunt ſoluti fructus, Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.*569. vbi quòd debentur ad rationem ſeptem cum dimidio pro centenario vigore ſtatuti Vrbis *lib.*1. *cap.*137. & alibi diuerſimodè, vt dixi ſupra *num.*8. *&* §. *Intereſſe num.*21. *& ſeqq.* Rot. *part.*18. *recent. deciſ.*194. *num.*2. *& ſeqq.*

15 Vidua venit ſub ſtatuto, & diſpoſitione loquente de muliere non maritata, licèt fuerit maritata, quia non eſt amplius, Laderch. *conſ.*89. *num.*8. Cancer. *var. reſol. part.*3. *cap.*20. *num.*142. Theſ. Iun. *quæſt. for. lib.*3. *quæſt.*95. *num.*3. *&* 4. vbi quòd ideò à ſtatuto excluditur, Bich. *deciſ.*80. *num.*15.

16 Viduitatis conditio appoſita legato facto per vxorem marito eſt ſeruanda, ſicuti appoſita relicto facto per maritum vxori, Cábal. *conſ. deciſ.*1. *per tot. lib.*1. & dixi *in* §. *Conditio num.*39. vbi vide.

17 Viduæ relicta alimenta ſimpliciter abſque conditione viduitatis ſeruandæ, debentur etiam ſi tranſierit ad ſecunda vota, & extra domum debitoris, cùm matrimonium ſit iuſta cauſa, vt præſtari debeant extra domum, ſicut & lites, Rot. *part.*15. *recent. deciſ.*256. *per tot.* vide in §. *Alimenta num.*40. *in Addit. & alibi.*

18 Vidua pauper indotata, vel cum modica dote qualiter poſſit prætendere quartam partem bonorum viri diuitis defuncti vigore *Auth. præterea, C. vnde vir, & vxor.* niſi illi renunciauerit, aduerſus quam renunciationem tanquam de iure quærendo, & incerto non dari reſtitutionem in integrum, & alia ad rem cum pluribus citatis, latè Hieron. Cala *tract. de reſtit. in integr. Minor. deneg. quæſt.*15. *per tot.* & dixi in §. *Vxor num.*50. vbi plures alios allegaui.

19 Vidua an peccet delectando ex cogitatione præteritæ copulæ coniugalis, Sanchez *de Matrim. lib.*9. *diſp.*47.

20 De Viduis, earum iuribus, priuilegijs, obligationibus, quæ retineant, & alia, Bertachin. *Repert. verb. Vidua*, Ioſeph. Feliu. *Margar. var. concl. eodem verb.* Thoro *Compend. deciſ. Neapol. part.*1. *&* 2. *verb. Vidua*, Damhouder. *in patrocin. Viduar.* Spadazza *tract. de priuileg. & iur. Viduar.* alijque indicati à Caſtcion. *Alphab. iurid. verb. Vidua*, & à Com Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.*5. *eod. verb. fol.*799. vbi tanguntur plures quæſtiones de Viduis, & præcipuè cautelam pro eo, qui Viduam ducit, de qua Berlich. *part.*1. *concluſ.*62. *num.* 83. *& ſeqq.* quando eis debeantur fructus dotis non reſtitutæ ad Vrceol. *conſult.*59. *num.*56. *& ſeqq. & conſult.*39. *num.*30. *& ſeqq. lib.*1. & huiuſmodi, latè Ant. Gob. *conſult.*127. *per tot.* Andreol. *contr.*17. *per tot.*

Viduæ qualiter poſſint facere tenutam contra bona 21
quondam illarum virorum, an illam alijs cedere, an poſſint præoccupari, & alia, pluribus citatis iuxta Statuta diuerſorum locorum, & præcipuè in Corona Aragoniæ tradit Queſad. Pilo *contr. iur. cap.*33. *&* 34. *per tot.* vide in §. *Vxor num.*32. *cum Addit.*

§. VINVM. XVI.

VInorum varia ſunt nomina, & genera ſumpta quan- 1
doque à loco, ſiue regione vbi naſcitur, à populis, & nationibus, ab Inſulis, à Magiſtratibus, ab arboribus, ab vuis, ab acinis, ab odore, à ſapore, à ſtillatione, ab annis, à vitio, à durabilitate, à pomis, à conditura, à miſtione, à comparatione, & huiuſmodi, vt latè explicat Proſper. Rendell. *tract. de vinea, vindem. & vino tit. de vin. gener. fol. mihi* 41. *& ſeqq.*

Vinum an poſſit emi, & vendi relato pretio ad vinde- 2
miæ tempus, & tunc expectari debeat vltimus dies, Alber. de Roſar. *in l. quæſitum*, §. *prædia*, *ff. de leg.*3. Rendel. *d. tract. qu.*11. *fol.*58. vide in §. *Venditio num.* *in Pract.* §. *Vino num.*7.

Vinum ſi fuerit legatum, & poſtea à teſtatore con- 3
ſumptum, reuiuiſcit, legatum ſi tempore mortis teſtatoris aliud reperiatur ſubrogatum pro quantitate, quæ reperiebatur tempore teſtamenti, ſecus tamen ſi non per modum ſubrogationis fuiſſet aliud poſitum, quia non ſpectaret ad legatarium, ſed remaneret legatum extinctum per rei conſumptionem quando conſtat de ademptione per contrariam voluntatem, & idem eſt in frumento, & ſimilibus, Bart. *in l. quidam hæredem*, *ff. de tritic. vin. ol. leg.* Ales. & Iaſ. *in l. legato generaliter*, *ff. de leg.*1. Franch. *deciſ.*313. Gomeſ. *var. reſolut. tit. de legat. cap.*12. *num.*50. cum alijs per Proſper. Rendell. *d. tract. qu.*35. *fol.*35.

Quid autem veniat in legato vini, latè idem Rendell. *tit. de vino legato per tot. fol.*65. Menoch. *lib.*4. *præſumpt.*152. Barboſ. *de appell. verb. ſignif. appell.*274.

Vinum de iure communi eſt in libero commercio, quic- 4
quid de iure municipali ſit ferè vbique prohibita extractio de loco ad locum, vel permiſſa cum quibuſdam conditionibus, & gabellis, & in hoc erunt ſeruanda cuiuſque loci bannimenta, & leges, ad tradita per Proſper. Rendell. *d. tr. tit. de vini commercio ſub decem prædicamentis fol.*54. *& fol.*67. *& ſeqq.* vbi plura, dixi in Pract. §. *Extractione n.* *&* §. *Vino num.*9.

Prohibita autem extractione vini, an cenſeatur etiam prohibita extractio vuarum, aquatici, ceruiſiæ, & aceti, Rip. *tract. de peſt. tit. de remed. ad conſeru. vbert. num.*60. *& ſeqq.* vbi plura, Menoch. *de arbitr. caſ.*585. *num.*15. *& ſeqq.* Proſper. Rendell. *d. tract. fol.*61. 62. *&* 67. Barboſ. *de appell. verb. ſignif. appell.*274. *per tot.* dixi *in* §. *Statutum num.*

Vinum poteſt duobus modis vendi, nempè, vel ad men- 5
ſuram, vel ad corpus; primo modo, licèt ante factam menſurationem ſit perfecta venditio, & non poſſit ab ea recedi, tamen periculum, tam effuſionis, quàm corruptionis adhuc ſpectat ad venditorem ante factam menſuram, niſi denunciauerit emptori vt tolleret vinum, & ipſe ſit in mora, vel niſi emptor in ſe huiuſmodi periculum ſuſceperit, gloſ. & DD. *in l. ficus, C. de act. empt. & vendit.* Couar. *pract. quæſt. cap.*3. Afflict. *deciſ.*380. latè videndus Proſper. Rendell. *tract. de vinea, vindem. & vino in Annot. ad l. cum conuenit, C. de peric. & comod. rei vendit. fol.*63. *per tot.* vbi plura quid ſi vinum fuerit deguſtatum, ſignatum dolium, traditæ claues cellæ vinariæ emptori, facta ſcriptura cum clauſula conſtituti, qua mediante videtur in emptorem tranſlata poſſeſſio, & dominium, & refert contrarias opiniones, quamuis ſtante dicta clauſula concludat omne periculum ſpectare ad emptorem, vide in §. *Venditio num.*16. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*549. *num.*17. *&c.* vbi quod periculum vini ante menſurationem pertinet ad venditorem.

Secundo modo quando vinum venditur ad corpus, & tam-

tamquàm ſpecies, ſtatim contractus dicitur perfectus, & omne periculum, vel commodum, & incommodum ad emptorem ſpectat, niſi aliter ſit conuentum, vel niſi venditor ſit in mora, vel niſi vinum, cuius bonitatem affirmauit venditor ſit naturaliter corruptum, vel niſi fugientis vitium dolo tacuerit *d. l. cum conuenit C. de pericul. & commod. rei vend. vbi gloſ. & DD.* & latè videndus Proſper. Rendell. *loc. cit. fol. 64. verſ. Videamus modo per tot.* vbi etiam declarat an, & quando venditio vicini dicatur facta ad menſuram, vel ad corpus, quod multum refert iuxta prædicta benè etiam Cabal. *conſ. decis. 18. per tot. vol. 2.* & dixi *in* §. *Venditio numer. 16. & nu. 47.*

Ad quem ſpectet periculum vini, vel alterius rei venditæ, ſiue ad corpus, ſiue ad menſuram, latè Hermoſil. *ad leg. Partit. leg. 24. gloſ. 1. 2. 3. & 4. per tot. fol. mihi 538. & ſeqq.* dixi *in* §. *Periculum nu. 3.*

Alias plures particulares quæſtiones circa vineas, vindemias, & vina, vide per Proſper. Rendell. *d. tract. per tot.*

Quid ſit vinea, & eius appellatione veniat, Tuſch. *litt. V. concl. 211.* Bald. *conſ. 410. lib. 1.*

An autem cum vino generoſo poſſit aqua, vel vinum tenue miſceri, & cum illa mixtione vendi integro pretio à lege taxato, dixi in §. *Venditio nu. 46.*

6 Vinum nouum ſecundum Bart. *in l. iubemus* 10. *C. de erogat. milit. ann. lib.* 12. incipi potari debet primo die Septembris, vel ſaltem primo die Nouembris, cùm vinum vetus ſit nimis ſumptuoſum, & plus valeat illis temporibus, quàm nouum, ac ideò ſupererogatio veteris in alendo familias pupillorum, vel milites impotari debet tutoribus, vel alijs adminiſtratoribus, Roman. *ſing. 377. incip. ſcires tu mihi probare*, Paul. Chriſtin. *decis. 140. nu. 1. &c. vol. 5.*

7 Vinum modicè ſumptum plurimos bonos producit effectus, nam lætificat cor hominum, eſt præſidium ſenectutis, & alia multa commodamentis, & ſanitatis operatur, ſicut è contra immodicè ſumptum hebetat ingenium, eneruat vires, & infinita mala animæ, & corporis gignit, vt latè explicat Paul. Rub. *in Diſcur. ad part. 11. decis.* Rot. Rom. *recent. num. 69. & ſeqq.* vbi multa moralia, & curioſa de vi, & potentia vini tam in bono, quàm in malo, de quibus etiam benè Caſtor. Durantes *in ſuo Theſauro ſanitatis cap. de vino fol. mihi 306. & ſeqq.* Balthaſſar Piſanellus *in tract. de natura cibor. & vini fol. mihi 165. & ſeqq.* & alij quos vide.

Qualiter efficiatur vinum medicatum plura Claud. Bonet. *Epitom. Sennert. lib. 5. part. 3. ſect. 3. cap. 4. per tot. fol. mihi 260.*

8 Alia nonnulla remiſſiuè de vino, & vineis Ægid. de Caſteion. *in Alphab. Iurid. verb. Vinea, & vinum.*

9 De vinea, & vino plura legaliter Bertachin. *Repert. verb. Vinea, Vinum*; An vinum nouum pro vetere, ſeu vetus pro nouo ſolui poſſit, & videtur quod ſic, dummodò ſit æqualis bonitatis, Cald. Pereyr. *de empt. & vend. cap. 2. num. 13.* Ceuallos *comm. controu. comm. quæſt. 621.* Hermoſil. *ad leg. Partit. gloſ. 3. leg. 2. tit. 1. Partit. 5. num. 1. & 2. fol. mihi 33. & gloſ. 4. n. 2. fol. 34.* vbi etiam an poſſit ſolui album pro nigro, & è contra, accidum pro ſuaui, &c. An in venditione vineæ, vel Olineti veniant torcularia, vaſa vinaria, & dolia, idem Hermoſil. *leg. 31. gloſſ. 1. num. 1. & 2. fol. mihi 567.* vbi quod non, niſi illa perpetui vſus cauſa parata ſint, vel ſolo affixa, vel niſi natura rei, vel fundi poſtularet, vt talia venirent vaſa, prout ſi quæſtus pro maiori parte in vino conſiſteret per text. *in l. fundo, & l. in inſtrumento ff. de fund. inſtruct. vel inſtrum. leg.* Theſ. *quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 84. nu. 7. & 8.* Gizzarel. *decis. 32. num. 3.* Alia de vinea, & vino indicat Com. Auguſt. Fontan. *Bibliothec. leg. part. 5. verb. Vinea, Vinum fol. 802.*

10 Vinum varijs modis corrumpi, & corruptum peſtem efficere poſſe ſi poterur, ac ad febres malignas diſponere, & alia tradit Card. Gaſtald. *tract. de auert. & proflig. peſt.* *Polit. legal. cap. 253. n. 16. & ſeqq. cap. 250. nu. 28.* & alibi, *vt in Repertor. verb. Vinum.*

§. VIS, & VIOLENTIA. XVII.

1 VIs, ſiue violentia eſt impetus maioris rei, qui repelli non poteſt, *l. vis ff. quod met. cauſ.* & multipliciter diuiditur, alia enim dicitur grauis, alia leuis, alia reſpectiua, alia intrinſeca, alia extrinſeca, alia expulſiua, alia turbatiua, alia inquietatiua, alia ablatiua, alia compulſiua, alia vſurpatiua. Item quando aliquis recuſat reſtituere quod alieno nomine tenet, vel per vim, & propria auctoritate exigit rem, vel pecuniam ſibi debitam, vel quando cauſarum patroni propria auctoritate vſurpant rem ſibi ob patrocinium promiſſam, prout ſingillatim probat, & declarat cum alijs ab eo citatis, Pac. Iordan. *Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 12. numer. 58. & ſeqq. fol. 193.* Boſſ. *tract. var. tit. de plur. violent.* Card. Tuſch. *litt. V. concluſ. 214.* Oinot. *in* §. *Quadrupli num. 33. Inſtit. de act. in* §. *1. de vi bon. rap. num. 2. in* §. *Retinendæ de interdict. num. 4. & ſeqq. in* §. *Recuperandæ num. 3. &c. d. tit. de interdict.* Maſcard. *de probat. vol. 3. concluſ. 1409. num. 1. & ſeqq.* Cigala *de act.* §. *15. numer. 4.* Cumia *ſuper rit. cap. 40. num. 1. &c. ad 50.* Menoch. *de arbitr. caſ. 394. de recuper. poſſ. in Prælud. numer. 38. &c.* Decian. *tract. crim. lib. 8. cap. 16. & ſeqq.* Baiard. ad Clar. *quæſt. 83. num. 14. & ſeqq.* Paul. Chriſtin. *decis. Belg. 114. volum. 2.* Ant. Pichard. *tract. de Inſtitut. part. 3. tit. de pæn. omn. delict. num. 124. fol. 106.* Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Violentia, & Vis*, vbi plura remiſſiuè.

Quòd vis dicatur propria auctoritate ſibi ius dicere, & ſibi debita eadem auctoritate exigere, exceptis quibuſdam caſibus, nempè contra furem diurnum, vel nocturnum, vel alios malefactores, & generaliter quando cauſa eſt publica; vel contra debitorem cum rebus fugientem, vel contra milites militiam deſerentes, vel ſi adſit pactum capiendi propria auctoritate, vel ſi perpetua obedientia debeatur, ſingillatim probat Oinot. *in* §. *Actio gloſ. verb. in iudicio num. 14. & ſeqq. Inſtit. de act. fol. mihi 354.*

Vis, ſiue violentia magis generaliter diuiditur, vt alia 2
ſit publica, alia priuata, *tot. tit. ff. ad l. Iul. de vi publ. & ff. ad l. Iul. de vi priuat.*

Lex Iulia de vi publica continet 21. capita ſub quibus includuntur omnes violentiæ per eam prohibitæ, vt in *ff. & C. ad l. Iul. de vi publ.* explicat Menoch. *de arbitr. d. caſ. 394. num. 18. & ſeqq.* & ſummatim colligit Pac. Iordan. *Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 12. num. 79. & ſeqq. fol. 194.* Ricc. *Collect. 2099.*

Lex Iulia de vi priuata ſex continet capita, de quibus in *ff. & C. ad l. Iul. de vi priuat.* Menoch. *d. caſ. 394. num. 99. &c.* Iord. *loc. cit. num. 106. et ſeqq.* Ricc. *Collect. 2099.* vbi quando dicatur vis publica, vel priuata, & quomodo puniatur, Theſ. *decis. 35.* Martha *vot. Piſ. 105.*

Quando vim vi repellere liceat, vel non, Tuſch. *litt. V. concluſ. 213. per tot.*

Vis, ſiue violentia reputatur etiam rogatio Principis, 3
ſiue alterius potentis iuxta illud. *Eſt rigore Ducum ſpecies violenta iubenti, et quaſi nudato ſupplicat enſe potens*: cùm preces ſuperioris habentis auctoritatem præcipiendi vim habeant mandati, & in effectu non differant ab eo, & idem eſt in precibus aliorum adeò importunis, vt liberam voluntatem facientis excludant, niſi rogatus poſſit alia ratione, & minori incommodo importunitatem repellere, vel niſi ſubſequatur conſentiens liber, vel niſi agatur de puella precibus importunis ad ſtuprum allecta, nam ita demum dicitur coacta, ſi à Principe, Domino, vel alio à quo non vulgaria beneficia ſperaret, preces proceſſerint. ſecùs ſi ab alijs, quia nulla mulier etiam corrupta veneri conſentire ſolet niſi ſit rogata, & tamen ex eo non poteſt dici illi facta violentia, vt benè probant Ricc. *Collect. 3927.* Maſtrill. *decis. 427.* Nouar. *tract. de grauam. Vaſal. grauam. 16. tit. 1.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 12. num. 113. et ſeqq.* vbi tamen *num. 118. in fine*, quòd ex legibus Solonis acriùs puniebatur qui verbis mulierem compuliſſet, quam ſi cum vi effectiua, quia ſuaſio ad malum peior eſt quam compulſio, & violentia, nam ſuaſio vitiat animum, & generat prauam diſpoſitionem ad malum, vis autem corpus, & poteſt eſſe ſine animi corruptione, vnde Sancta Lucia Tyranno violentam illuſionem minanti, per Spiritum Sanctum, quo erat repleta reſpondit, *Si inuitam me feceris violari, caſtitas mihi duplicabitur ad coronam*, vide in §. *Stuprum num.* et §. *Metus num.* Thom. Triuiſ. *decis. 26. lib. 2.* Dian. *part. 6. tract. 7. reſol. 47.* vbi re-

fert dictum exemplum, & quod non licet ſe ipſum occidere, etiam ad tuendam propriam pudicitiam, quia pudicitia eſt virtus animi habens comitem fortitudinem, & ideò cùm virtus ſit animi, conſiſtit in animi conſenſu, vnde ſi non conſentitur, non amittitur, & debet potiùs quis ex fortitudine omnia mala pati, quam ſe ipſum interimere ad vitanda mala, licèt poſſit quandoque ex ignorantia inuincibili excuſari, vt dixi in §. *Homicidium n.* 18.

4 Violentia, & raptus ex cauſa libidinis quomodo committatur, & puniatur de iure communi, Boniſac. *de furt.* §. 6. *num.* 72. *& ſeqq. ad* 86. Boſſ. *tit. de rapt. mul.* Decian. *tract. crim. lib.* 8. *cap.* 15. *tom.* 2. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 95. *per tot.* Ant. de Ballis *tract. var. lib.* 3. *caſ.* 13. *per tot.* vide in §. *Raptus num.* & §. *Stuprum num.* 5. Matthæu. Sanz. *de re crim. contron.* 49. vbi quòd ſit etiam blandis verbis, & fraude.

Quòd violentia dicatur etiam committi blandis verbis, ſuaſionibus, & donis, licèt tunc mitius puniatur, Boſſ. *loc. cit. num.* 15. Card. Tuſch. *lit. V. concl.* 214. *num.* 8. *&c.* vide in §. *Stuprum num.* 5. Laurent. Matthæu. & Sanz. *tract. de re crimin. contron.* 57. vbi quòd hæc vis impropria non ſufficit ad imponendam pœnam mortis naturali pro ſtupro violento debitam, idem tenet Ant. de Ballis *loc. cit. num.* 19.

Sicut etiamſi violenta fuerit facta meretrici mitiùs punitur arbitrio iudicis, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 179. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 653. *num.* 51. Menoch. *de arbitr. caſ.* 289. *num.* 15. *caſ.* 291. *num.* 2. *caſ.* 535. *num.* 29. Clar. *cum Addit. in* §. *Fornicatio in principio*, & §. *Raptus verſ. quæro nunquid*, dixi in Pract. §. *Violentia num.* 5.

Quòd violentia non præſumatur quando mulier remanſit grauida, & alia, Boer. *deciſ.* 241. *nu.* 7. Baiard. ad Clar. §. *Stuprum nu.* 11. *&c.*

De oſculo luxurioſo per vim illato, qualiter puniatur pœna arbitraria graui iuxta qualitatem facti, & perſonarum, Afflict. *deciſ.* 276. Decian. *tract. crim. lib.* 8. *tit. de ſtupr. violent.* Ricc. *Collect.* 2185. Franch. *deciſ.* 333. *nu.* 5. Ioſeph. Mele ad Gizzarel. *deciſ.* 52. *nu.* 6. *&c.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 287. vide in §. *Oſculum*.

Qualiter etiam aſcendens cum ſcalis ad feneſtram, vel domum mulieris honeſtæ, ex cauſa libidinis, poſſit puniri pœna arbitraria, etiam vſque ad mortem iuxta qualitatem facti, & perſonarum, licèt non fuerit ſequutus effectus, Gramat. *deciſ.* 36. Clar. *quæſt.* 68. Franch. *deciſ.* 333. Peguer. *quæſt.* 26. Farinac. *quæſt.* 18. & 20. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 97. *per tot.* Sperel. *deciſ.* 137. *num.* 36. *&c. per tot.*

Quòd violentia de iure aggrauet quodlibet delictum præcipue carnis, Ioſeph. Mele ad Gizzarel. *deciſ.* 52. *n.* 22. & *nu.* 50. *&c.*

An autem fœmina violenter à viro cognita, ſiue per vim compreſſa peccet, vel non mortaliter, teneatur clamare ſi adſit periculum mortis, vel infamiæ, & alia, Dian. *part.* 3. *tract.* 6. *reſol.* 31. & *in Addit. d. part.* 3. *reſol.* 27.

Et an poſſit pro defenſione pudicitiæ inuaſorem occidere etiam cum adiutorio alterius, vide in §. *Stuprum nu.* 5. §. *Sodomia nu.* 11. & §. *Raptus nu.* 9.

5 Violentia, ex cauſa libidinis, tam cum fœmina, quàm cum maſculo adhibita cum armis, vel ſine armis quomodo puniatur vigore legis municipalis Status Florentini, dixi in Pract. §. *Violenza num.* 3. *&c.* de cuius legis intelligentia, & interpretatione, plura Cabal. *reſol. crim. caſ.* 95. & *caſ.* 211. Card. Tuſch. *lit. V. concl.* 214. *nu.* 2. & 14. *&c.* Iaſ. *in* §. *ex Maleficijs n.* 79. *Inſtit. de act.* vbi etiam Aret. Oinot. & alij, Baiard. ad Clar. *quæſt.* 83. *nu.* 19. & notaui in Pract. *d.* §. *Violenza nu.* 7. & *ſeqq.* ad quem locum ne particularia inutiliter repetam, lectorem delego, & ad Ant. de Ballis *in terminis ſimilis Pragmaticæ Regni Siciliæ tract. var. lib.* 3. *caſ.* 13. *per tot.*

6 Violentia probata per teſtes, res amiſſæ probantur iuramento, *l. ſi quando C. vnde vi*, Ricc. *Collect.* 405. vbi ampliat, & limitat, vide in §. *Dominum nu.* 12.

Qualiter probetur violentia, Maſcard. *de probat. lib.* 3. *concl.* 1409. Boſſ. *tit. de plur. violent.*

An requirantur arma, vt dicatur facta violentia; quod ſufficiat illa habere ad latus, licèt non fuerint ſtricta, nec euaginata, cùm armatus ſit paratus facere vim ſi reſiſtentem inueniat, Decian. *tract. crimin. lib.* 8. *cap.* 3. *n.* 12. *&c.* c. 21. *nu.* 1. cum alijs per Ant. de Ballis *tract. var. lib.* 3. *caſ.* 10. vide in §. *Inſultus nu.* 3.

7 Qualiter autem violentia cum armis puniatur pœna capitali, & quando, etiam alio delicto non conſumato, per *tex. in l. hi qui ædes* 11. *ff. ad l. Iul. de vi pub. Auth. vt nulli iudicum* §. *fin. collat.* 9. Guid. Pap. *deciſ.* 422. Boer. *dec.* 173. Menoch. *de arbitr. caſ.* 299. Farinac. *quæſt.* 167. *nu.* 23. cum alijs per Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 34. *nu.* 14. & *ſeqq.* & extat lex Municipalis Florentiæ de anno 1637. vulgariter nuncupata, *Il Compendio, &c.* de qua dixi in §. *Violenza nu.* 1. & *ſeqq.*

Et quoniam multa facinora ſub vno violentiæ nomine continentur, cum alijs vim inferre certantibus, alijs cum indignatione reſiſtentibus, verbera, cædeſque crebro detegatur admiſſæ, vt inquit *tex. in l. quoniam multa facinora* 6. *C. ad l. Iul. de vi pub. & priu.* auctor ipſæ violentiæ tanquam dans operam rei illicitæ, ex qua huiuſmodi delicta ſequi ſolent, tenetur de homicidio inde ſequuto ad pœnam capitalem, & ſic ordinariam delicti, ſiue occiſus fuerit, ex parte ſua, ſiue ex parte vim paſſi, cùm alterutri parti cauſam malorum præbuerit, quicquid ſecus ſit in focijs, & auxiliatoribus, niſi omnes fuerint æque principales, & auctores violentiæ ex præmeditatione, quia tunc tenerentur omnes eadem pœna, vt colligitur ex *d. l. quoniam multa vbi gloſ. & DD.* Bart. *in l. diuus*, *ff. ad l. Cornel. de Sicar.* vbi benè declarat quid iuris, quando quis delinquit plus, quam cogitauerat, latè Farinac. *quæſt.* 126. *part.* 2. *per tot. à num.* 60. & *ſeqq. ad* 92. vbi qualiter dans operam rei illicitæ teneatur de omni eo, quod præter eius intentionem contingit in terminis *d. l. quoniam multa*, de qua etiam Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 34. *num.* 7 & *ſeqq. per tot. vbi num.* 23. & 24. aſſerit veram reſolutionem eſſe, excuſari ſolum ab homicidio, & illius pœna ordinaria dantem operam rei illicitæ, ſi omnem adhibuerit diligentiam, ne homicidium ſequeretur, & actus illicitus ſit ex illis, qui non tendunt directè ad id, de quo homicidium ſequi ſolet, alias autem ſecus, vt in caſu ſuo, in quo fuerunt omnes condemnati ad pœnam mortis naturalis propter violentiam armata manu factam, ex qua ſequutum fuerat homicidium in perſonam vnius ex aggreſſoribus, cùm violentia ſit actus illicitus, ex quo huiuſmodi delicta ſequi ſolent, & præuideri poſſunt.

In alijs verò caſibus, licèt delinquens dando operam rei illicitæ, nulla videatur excuſatione dignus, hoc procedit reſpectu illius criminis, quod ſcienter committit, non autem alterius ſibi occulti, & multò minus reſpectu pœnæ inde prouenientis, quia ſi id agnouiſſet, fortè tale quid non commiſiſſet, & nunquam punitur id, quod ſequitur ex opere illicito, ſi præter intentionem agentis contingat, Farinac. *de delict. carn. quæſt.* 149. *num.* 187. quem ſequitur Rot. *part.* 16. *diuerſ. deciſ.* 267. *num.* 21. & 22. vbi in materia inceſtus ignoranter commiſſi, facit quod dixi in §. *Culpa nu.* 6. ſola enim culpa, quæ contrahitur dando operam rei illicitæ non ſufficit, niſi cadat in delictum, Farinac. *quæſt.* 126. *num.* 64. & ſit ordinata ad caſum ſubſequutum, proxima, & immediata, vt ibidem *num.* 78. & 79. Ita vt dans operam rei illicitæ, ſi exindè ſequatur homicidium, vel aliud delictum graue, non teneatur pœna ordinaria delicti inde ſequuti; nam conſiderari debent tanquam duo delicta, alterum dolo, alterum culpa commiſſum; dolo dicitur commiſſum delictum in illa re illicita, quæ principaliter, & intentionaliter agebatur, & iſtud debet vtique puniri pœna illius ordinaria; culpa verò dicitur commiſſum aliud delictum, puta homicidium inopinatum inde ſequutum, & iſtud non punitur pœna ordinaria, ſed extraordinaria mitiori, benè Vaſquez *contr. Illuſtr. lib.* 1. *cap.* 17. *nu.* 19. Honded. *conſ.* 104. *per tot. vol.* 1. & dixi in §. *Homicidium num.* 6. vbi plures alios allegaui. Niſi tamen vt ſupra actus illicitus ſit talis, ex quo, vt plurimum ſequi ſoleant alia delicta, quæ potuerint præuideri, vel niſi dans operam rei illicitæ potuerit impedire alia delicta, & non impediuit, ſed potius permiſit dum eſſet auctor in turba, maximè ſi plura ſequantur, quia non corrigendo prima, ſed potius plaudendo, videtur alia mandare, conſentire, & omnia approbare, vel niſi ſequantur ex interuallo, & deliberatè, nam his caſibus non eſſet excuſandus à pœna ordinaria, vt dicebam in cauſa graui Florentiæ agitata de Menſe Nouembris 1681.

8 Inter crimina violentiarum connumerari rectè poſſunt ſeditiones, & tumultus qui fiunt in ciuitatibus, & popu-

populis quandoque ad Indocendas nouitates in præiudicium quietis, & pacifici ſtatus, ſnntque delicta grauiſſima, ex quibus ſequuntur homicidia, & alia mala, & ideò ſequuto homicidio, vel alio delicto graui auctores puniuntur pœna furcarum, ſequaces verò pœna extraordinaria mitiori; oriuntur autem huiuſmodi ſeditiones, & tumultus vt plurimum ex inordinata Superiorum auaritia, & proprij commodi, vel vtilitatis affectata procurationes, vel ex partialitate erga ſubditos, vel ex impunitate delictorum, vel ex cauſa annonæ, & huiuſmodi. Si verò non ſequantur homicidia, vel alia delicta grauia puniuntur arbitrio iudicis, ſeuerius tamen ſemper auctor quam alij, niſi omnes conſultò, ac data opera præmeditatè agant, quia tunc eſſent æqualiter puniendi, quod non præſumitur, habitis tamen alijs conſiderationibus, ac facta diſtinctione perſonarum, & factorum, de qua materia *text. cum notatis per gloſ. & DD. in l. 1. C. de ſeditioſ.* Boer. *tract. de ſeditioſ.* Gargiareus *eod. tract.* Farinac. *quæſt.* 113. *num.* 178. *& ſeqq.* Decian. *tract. crim. lib.* 7. *cap.* 19. Azzeuedo *recopil. lib.* 8. *tit.* 15. *leg. prima per tot.* Abauo *pract. crim. tit. de crim. laeſ. Maieſt. numer.* 149. *&c.* Sanz. *de re crim. contr.* 1. *per tot.* & alij nouiſſimè citati per Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 2. §. 9. *per tot.* vbi benè materiam ſeditionis, & tumultus declarat, & faciunt per me ſcripta in §. *Militia in fine in negotio Italico ſermone ibi impreſſo.*

9 Et de violentia per impoſitionem talearum, & recaptus per concuſſiones, & extorſiones, qualiter puniatur, & alia ad rem, latè idem Raynald. *d. tract. cap.* 12. *per tot.* Et quomodo in Statibus Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ, dixi in Praxi §. *Violenza nu.* 1. *& ſeqq.*

De violentia quotuplex ſit, & alia notat Bertachin. *in Repert. verb. Violentia.*

10 An autem, quando, & quomodo vim vi repellere liceat, etiam præueniendo, & vim inferendo, repellendo, quid in foro coofcientiæ, an ex interuallo, an occidendo offendentem ſecretè in honore, Gomez. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 3. *& 4. per tot.* Ricc. *Collect.* 792. Salgad. *de Protect. part.* 1. *cap.* 2. *Pralud.* 3. *& cap.* 2. *num.* 19. *& part.* 4. *cap.* 6. *num.* 15. *& ſeqq.* Nauar. *in manual. confeſ. cap.* 15. *num.* 2. *& ſeqq.* Guttierez. *lib.* 2. *Pract. quaeſt.* 1. *num.* 19. *& ſeqq.* Guzm. *verit. iurid. verit.* 30. & alij relati per Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Violentia*, vbi plura alia de violentia indicat, & dixi ego in §. *Aggreſſio num.* 4. *& ſeqq.* §. *Homicidium num.* 4.

11 De violentia, & modo cognoſcendi per viam violentiæ per Principes, & iudices ſæculares in cauſis Eccleſiaſticis, vel Eccleſiaſticorum per modum protectionis ſubditorum, quando dicatur facta violentia, vel oppreſſio ab Eccleſiaſticis ad hunc effectum, & alia, Caſtil. *contr. tract. de Tertijs cap.* 41. *numer.* 163. *& ſeqq.* Oliua *de for. Eccleſ. part.* 1. *quaeſt.* 15. *cum pluribus ſeqq.* & alij citati à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 5. *verb. Violentia fol.* 803. & dixi ego latiùs plures alios allegando in §. *Index num.* 30. *cum Addit. &* §. *Princeps num.* 26. *cum Addit.*

§. VNIO. XVIII.

1 VNio eſt beneficiorum, ſioe Eccleſiarum ab Epiſcopo, vel alio Soperiore facta aonexio ad tempus, vel in perpetuum, & ſic omnia beneficia, Epiſcopatus, vniri poſſunt ex iuſta cauſa, & ratione, Rebuff. *in Prax. benef. part.* 1. *tit. de Vnion. num.* 1. *&c.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 31. *num.* 4. *fol.* 436. Tuſch. *litt. V. concluſ.* 229. *per tot. cum pluribus ſeqq.* Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 37. vbi de vnione duorum Capitulorum Ciuitatis Aretinæ, quorum ideò negotia ſimul, & coniunctim tractari debent cum virtute vnionis de duobus factum ſit vnum. Plura de vnione remiſſiuè Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Vnio.*

2 Vnio eſt duplex, ſcilicet perpetua, & temporalis, perpetua quando fit, vt perpetuò duret, temporalis verò quando fit ad tempus, puta ad vitam eius, cui conceditur, & ſic contemplatiooe perſonæ, in dubio tameo præſumitur potiùs facta contemplatione Eccleſiæ, Rebuff. *loc. cit. num.* 7. *&c.*

Quòd vnio in dubio præſumatur perpetua, Caualer. *dec.* 385. *num.* 3.

Quòd vnio ad tempus non poſſit fieri ab Epiſcopo, ſed tantùm à Papa, Pac. Iordan. *loc. ſup. cit. num.* 49. *fol.* 440. facit Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 9. *per tot.*

Vnio fit tribns modis, primò, vt ex duobus beneficijs 3
vnum fiat, & tunc priuilegia vnius competunt, & alteri; ſecundò, vna Eccleſia alteri ſubijciatur, & tunc illa Eccleſia, cui fit vnio erit principalis, & ſuperior, vnita verò inferior, & acceſſoria, habebit tameo priuilegia Eccleſiæ, cui vnitur, & in impetratione erit exprimendum beneficium principale, non acceſſorium, qood tanquam vnitum non dicitur vacare, ſed venit acceſſoriè cum altero; tertiò modo, vt vtraque Eccleſia remaneat in ſuo ſtatu, & tunc dicitur æquè principalis vtraque Eccleſia, ac retinet ſua priuilegia, & ſtatuta, ſed vous tantùm erit Rector, vel Epiſcopus vtriuſque. Cognoſcitur autem volo principaliter facta, vel acceſſoriè ex hoc, nam quando minus dignum eſt digniori annexom, vel cum expreſſione vt vna Eccleſia ſit acceſſoria, dicitur acceſſoriè vnio facta, non tamen ſolet dignius vniri acceſſoriè minus digno, niſi de voluntate Papæ, quando autem non apparet de digniori, tunc dicitur vtrumque beneficium æquè priocipale, & poteſt Rector vbi commodius erit habitare, Rebuff. *in Prax. benef. tit. de vnion. num.* 11. *& ſeqq. ad* 22. Caualer. *deciſ.* 330. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 32. *num.* 7. *& ſeqq.* Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 114. *num.* 4. *&c.* Duran. *deciſ.* 331. *nu.* 6. *& deciſ.* 355. *per tot.* Toſch. *litt. V. concl.* 230. vbi de alijs modis, quibus fit vnio, Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 37. *& deciſ.* 361. *per tot.* vbi de prima ſpecie, ſiue modo vnionis, in terminis duorum Capitulorum Ciuitatis Aretinæ ſimul vnitorum.

Quòd vnio in dubio ſemper præſumatur facta æquè principaliter, Rebuff. *loc. cit. num.* 20. Caualer. *deciſ.* 330. *num.* 2. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 353. *num.* 10. *part.* 13. *deciſ.* 532. vbi quòd ſubiectionis qoalitas non conuenit Eccleſiæ vnitæ, cùm vtraqne dicatur vnicum corpus, & Bich. *deciſ.* 382. *num.* 11. *& ſeqq.* vbi de vnione iuriſpatronatus, an, & quando extinguat iuſpatronatum, vel non, de quo dixi in §. *Iuſpatronatus num.* 22. *in fine.*

Vnio Epiſcopatuum à Papa fieri poteſt, aliarumue Ec- 4
cleſiarum ab Epiſcopis, dummodò non ſint exemptæ, quia tunc pertinet ad Papam, qui poteſt vnire tam Epiſcopatus, quam omnia alia beneficia maiora, & minora: poteſt etiam fieri à Legato de Latere, qui eſt maior Epiſcopo in Prouincia ſibi commiſſa, oon poteſt tamen vnire Epiſcopatus, nec alia beneficia in præiudiciom Epiſcopi illa in totum eximendo ab eius Iuriſdictione, oec ſine conſenſu patronorum laicorum: Archiepiſcopus etiam in ſua diœceſi poteſt vnire, non tamen beneficia ſpectantia ad collationem ſui ſuffraganei, ſicut & ſede Epiſcopali vacante, poteſt Capitulum auctoritatem vnioni præſtare, & Vicarius Epiſcopi, ſi ſibi fuerit commiſſum ab Epiſcopo, ad tradita per Rebuff. *prax. benef. tit. de vnion. num.* 22. *& ſeqq. ad* 38. vbi etiam *num.* 34. qualiter vna Eccleſia poſſit aliam tanquam vnitam per quadraginta annos præſcribere, etiamſi non probetur vnio, & illius cauſa, niſi per famam, cùm ex diuturnitate temporis omnia præſumantur ſolemniter acta, Pac. Iordan. *Lucub vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 32. *num.* 1. *& num.* 28. *& ſeqq. fol.* 438. Cabal. *conſ. deciſ.* 92. *per tot. lib.* 1. vbi de vnione beneficiorum ſimplicium à quo fieri poſſit, & quæ ſint neceſſaria pro eius validitate.

Plura quando Epiſcopus, & alij poſſint vnire beneficia, vel non, & quibus ſeruatis, Tuſch. *litt. V. concluſ.* 232. *& ſeqq. ad* 240. Merlin. *deciſ.* 837. vbi quòd vnio non poteſt fieri ſeminario nondum erecto, & erectum non dicitur niſi pueri ſint introducti, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 433. *per tot. & part.* 13. *deciſ.* 165. *num.* 6. *& ſeqq. & part.* 14. *deciſ.* 317. vbi qualiter vnio fieri poſſit ab Epiſcopo ex cauſa paopertatis vigore Concilij Tridentini *cap.* 5. *de reformat. ſeſſ.* 21. *et cap.* 15. *de reform. ſeſſ.* 24. & non ſubiaceat regulis vnionum reuocatorijs, Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 101. vbi de vnione ad mentem Concilij *ſeſſ.* 23. *cap.* 18. *de reform.* per Epiſcopum facta ſeminario, quando ſubſiſtat, vel non.

Vnio poteſt fieri ex duabus cauſis, nempè propter neceſ- 5
ſitatem, vt ſi duæ Eccleſiæ ſint adeo pauperes, vt ad victum duorum Sacerdotum noo ſufficiant, vel ſi vna ſit per hoſtes deſtructa, & deſolata, vel propter populi diminutionẽ, vel ſi Eccleſiæ ſint vicinæ, & populus ſit ad paucos redactus; ſecundò propter vtilitatem euidentem, vt quando ob

tenuitatem fructuum non inueniuntur idonei ad deſeruiendum illi beneficio, vel Eccleſiæ, & ſtante cauſa tenetur Epiſcopus vnire, alias poteſt ad ſuperiorem recurri, debet tamen fieri cum cognitione cauſæ, & vocatis illis, quorum intereſt, Rebuff. *d. tit. de vnion. num.* 38. *& ſeqq. ad* 48. Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 419. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 91. vbi quòd vnio facta ex cauſa neceſſaria, & pro augmento cultus diuini non comprehenditur ſub regula Cancellariæ vnionum reuocatoria, & plura quando dicatur ex cauſa prædicta, *& deciſ.* 339. *per tot. d. part.* 9. *vol.* 2. *& deciſ.* 337. *per tot. eod. vol. part.* 10. *deciſ.* 174. *part.* 11. *deciſ.* 53. *& part.* 16. *deciſ.* 406. vbi quòd deficientibus requiſitis, non obſtat prouiſo Apoſtolico.

Quæ ſit ſufficiens cauſa vnionis, Caualer. *deciſ.* 449. *per tot. & alibi ſæpè*, Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 32. *num.* 2. *& ſeqq. & num.* 60. *& ſeqq. fol.* 440. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 281. *per tot.* vbi plura pro nullitate vnionis ex defectu cauſæ, & formæ traditæ per Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 15. *de reform.* & rurſus in eadem cauſa *deciſ.* 337. *per tot. d. part.* 9 *vol.* 2. *& part.* 13. *deciſ.* 307. *per tot.* Bich. *deciſ.* 275. Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 110 vbi quòd facta ſine cauſa non ſuſtinetur, & poteſt ab Epiſcopo abſque vllis ſolemnitatibus retractari, *& deciſ.* 226. vbi retractatur vnio facta ſeminario de beneficio parochiali contra formam Concilij Tridentini, adde Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 406. *per tot.* vbi plura ad rem, *& part.* 18. *deciſ.* 817. *per tot.* vbi declarat diſpoſitionem Concilij *ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 13. prohibentis Parochiales Eccleſias vniri Monaſterijs, Abbatijs, Dignitatibus, & beneficijs ſimplicibus, non comprehendere vniones, quæ tendunt ad augmentum cultus diuini, vt erat illa, de qua ibi facta Collegio Societatis Ieſu Cracouiæ in Regno Poloniæ.

Quòd vnio requirat cauſam, & alia, Card. Tuſch. *litt. V. concluſ.* 231. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 222. *per tot.* vbi an in vnione facienda ab Epiſcopo requiratur conſenſus Capituli, & alia, Rot. *part.* 11. *deciſ.* 331. *num.* 3. *& ſeqq. per tot. & part.* 13. *deciſ.* 165. *num.* 6. *& ſeqq. per tot.* Bich. *deciſ.* 140. *per tot.* Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 406.

An ſtetur aſſertioni Ordinarij de inſufficientia redditūum pro validitate vnionis, & alia ad rem, idem Bich. *dec.* 132. *per tot.* Rot. *par.* 16. *recent. deciſ.* 406. *per tot.*

6 Vnio facta ex certa cauſa, ceſſat, illa cauſa ceſſante, propterea etiam eſt diſſoluenda ſi redundet in præiudicium Eccleſiæ, ſi fraudentur eleemoſynæ, ſi tollatur hoſpitalitas, ſi immineat ſcandalum, ſi adſit neceſſitas, vel vtilitas illam diſſoluendi, ſi fuerit facta per ſimoniam etiam ſtante iuſta, & legitima cauſa; Iſta tamen cauſa reuocationis erit allegandа, & probanda ab eis, quorum intereſt reuocari, & reuocatio poteſt fieri ab illis, qui vnire poſſunt, cauſa cognita, & citatis ijs, quorum intereſt; aduertendo quod quælibet Eccleſia ſit per ſe ſufficiens ad ſuſtentandum Sacerdotem, vel alia onera ei impoſita, & facta vnionis reuocatione quælibet Eccleſia reaſſumet ſtatum ſuum antiquum, in quo erat ante vnionem, tum quoad collationem, & præſentationem, tum quoad alia; huiuſmodi tamen diſſolutio non præiudicat Prælato, quia durante vita ſua erit Prælatus, & Curatus vtriuſque Eccleſiæ, cùm non debeat ei tolli titulus, qui eſt perpetuus; res autem iuſtè, & legitimè alienatæ durante vnione, ea diſſoluta reuocari non poſſunt, ad latè tradita per Rebuff. *prax. benef. tit. de Vnion. reuocat. per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 33. *per tot. fol.* 444. Tuſch. *litt. V. concl.* 243. *& ſeqq. ad* 247. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 165. *num.* 6. *& ſeqq. per tot. & deciſ.* 307. *& part.* 16. *deciſ.* 406. vbi plura ad rem.

Qualiter vnio facta ex falſa cauſa, falſitate cauſæ detecta ſit ipſo nulla, vel annullanda, Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1412. *per tot.* Cabal. *conſ.* 108. *lib.* 1. vbi de nullitate vnionis ob non citationem patronorum, & qualiter beneficium vnitum poſſit impetrari ſtante dicta nullitate, & alia, Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 336. *per tot.* vbi tamen quòd conſtare debet de dicta falſitate cauſæ, alias præſumitur pro vnione, &c.

7 Vnionis effectus eſt, vt Epiſcopus, vel Curatus vnius loci, ſit & alterius vniti, habeat iuriſdictionem contra habitantes etiam in loco vnito, poſſit eodem modo viſitare locum vnitum; poſſunt vniti conueniri coram Magiſtratibus Ciuitatis, cui fuerunt vniti, cùm efficiantur de illa Ciuitate, item munera obtinere, tenentur comparere in Synodo Epiſcopi, cuius Epiſcopatui ſunt vniti, & in ſumma tales vniti habent omnia priuilegia, & onera, quæ habent alij, Rebuff. *prax. benef. tit. de vnion. num.* 49. *& ſeqq. per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 32. *num.* 109. *& ſeqq. fol.* 443. Ludouiſ. *deciſ.* 304. vbi quòd omnia iura Eccleſiæ vnitæ cenſentur acquiſita Eccleſiæ, vel Collegio, cui fuit facta vnio, & beneficium vnitum omnia ſua iura perdit, intelligendo de vnione ſuppreſſiua, vel extioctiua, Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 93. vbi quòd facta vnione extinctiua, & per viam incorporationis, Rector Eccleſiæ principalis efficitur verus Rector etiam Eccleſiæ vnitæ, & Vicarius ab eo deputatus eidem Eccleſiæ vnitæ eſt nudus Miniſter ad eius nutum amouibilis.

Quomodo autem Vicarius, cui regulariter congrua tantum portio debetur, poſſit ex conuentione cum beneplacito Apoſtolico effici dominus, ſoluta certa portione conuenta Rectori Eccleſiæ principalis, latè Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 70. 81. 218. *et* 647. *per tot.* omnes in eadem cauſa.

Quòd exemptio à iuriſdictione Ordinarij alicui Monaſterio conceſſa, ſuffragetur etiam Eccleſiæ illi voitæ, licèt ante vnionem fuiſſet ſubiecta, intelligendo de vnione acceſſoriè facta, Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 30. *per tot.* vbi de Patribus Ieſuitis, qui ſunt exempti ab omni Ordinarij iuriſdictione, tam quoad Eccleſias, & bona, quàm quoad perſonas ex Pontificum Conſtitutionibus.

8 Vnio maximè extinctiua dicitur odioſa, & non præſumitur niſi probetur ex conceſſione Papæ, vel Epiſcopi, vel præſcriptione cum titulo, & curſu 40. annorum, ſeu immemorabili, ſtante tamen legitima cauſa tenetur Epiſcopus vnire, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 614. *per tot. et cap.* 992. vbi quando vſus vnius Eccleſiæ poſſit alteri concedr, Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 80. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 32. *per tot. fol.* 436. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 9. *per tot.* vbi qualiter probetur per enunciatiuas vltra centum annos concurrentibus adminiculis, vel ex immemorabili, ſiue quadragenaria cum titulo, cuius loco ſufficit fama, & communis reputatio. Alia plura ad probandam vnionem, licèt de ea non appareat inſtrumentum, Rot. *d. part.* 10. *recent. deciſ.* 48. *nu.* 5. *et ſeqq. per tot. et deciſ.* 152. *per tot. et part.* 11. *deciſ.* 59. *num.* 8. *etc. part.* 18. *deciſ.* 452. vbi quòd probari debet vel per inſtrumentum publicum, vel per immemorabilem, ſiue quadragenariam cum titulo, &c. *part.* 19. *deciſ.* 135. *et* 203.

Quæ requirantur vt vnio poſſit dici præſcripta, & plura de immemorabili, Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 51. *per tot. et deciſ.* 112. vbi quòd vnioni repugnat ſtatus collatiuus beneficij, vacatio, & alia ad eam excludendam.

Quòd ſolemnitas vnionis præſumatur ex curſu decennali, exiſtente in quaſi poſſeſſione ipſius vnionis illo, qui eam allegat, licèt Prælatus neget ipſam vnionem fuiſſe ſolemniter factam, Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 132. *num.* 49 *et* 76. Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 817. *per tot.* vbi tamen loquitur de vnione obſeruata per ſeptuaginta annos, & vltra.

Qualiter vnio præſumatur ſolemnis, vel non, Tuſch. *litt. V. concl.* 240. Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 7. *per tot.* vbi plura quando requiratur conſenſus Capituli, an ſufficiat tacitus, vel debeat eſſe expreſſus, & an requiratur in ipſo actu, vel ſufficiat ſi ſubſequatur.

9 Vnio duarum Eccleſiarum, vel Epiſcopatuum facta non ſubiectiuè, ſed æquè principaliter non mutat ſtatum illarum, ſed vnaquæque remanet in ſua iuriſdictione, & retinet cuncta ſua priuilegia, ac ſi nulla fuiſſet facta vnio, & idem eſt in vnione Caſtrorum, Ciuitatum, Prouinciarum, & ſimilium, Gratian. *diſcept. for. cap.* 892. *per tot. cap.* 893. *num.* 10. *etc. num.* 40. *etc.* vide in §. *Eccleſia n.* 12. *et* §. *Epiſcopus n.* facit Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 108. *et part.* 18. *deciſ.* 809.

An vnio extinguat præeminentias, & iura rei vnitæ, Gratian. *cap.* 845. *num.* 12. *etc.* Caualer. *deciſ.* 330. *per tot.* Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 59. *num.* 20. *et ſeqq. et part.* 18. *deciſ.* 809.

Quòd vnio regulariter præſumatur facta æquè principaliter, Duran. *deciſ.* 355. *per tot. et deciſ.* 331. *num.* 6. *ſupra nu.* 3. *in fine*.

Ex quibus cognoſcatur an ſit facta æquè principaliter, vel

vel ſubiectum, Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ. 114. nu. 4. & c.* Caualer. *deciſ. 330 per tot.* Rot. *part 15. recent. deciſ. 49. per tot. & deciſ. 62. per tot.* vide *ſupra nu. 3.*

Si Eccleſia Parochialis fuerit alicui beneficio vnita, an in illius vacatione requiratur concurſus, vel non, prout de Parochiali, & alia, Rot. *part. 9. recent. deciſ. 326. & 342. per tot. vol. 2. & part. 10. deciſ. 48. per tot.* vbi etiam qualiter probetur vnio, & an ſit permiſſa appellatio, ſi non attenta vnione, Epiſcopus procedat ad concurſum, & collationem in præiudicium Eccleſiæ, cui facta fuit vnio, & affirmatiue reſoluitur, infra *num. 10. in fine*, Rot. *eadem part. 10. deciſ. 104. per tot.*

10 Vnio quando dicatur legitimè probata, & quod ſtante legitima vnione Eccleſia vnita remaneat ſuppreſſa, & efficiatur prædium alterius Eccleſiæ, cui vnitur, ita vt ſit prouidenda de Rectore, & Vicario non per concurſum, ſed ad nominationem Prælati Eccleſiæ maioris cum approbatione Ordinarij, & præuio examine, licèt habeat curam actualem animarum, iuxta Conſtit. B. Pij V. *in ordine 47. §. 4.* Rot. *in Nouiſ. part. 6. deciſ. 16. per tot.* Merlin. *deciſ. 15. per tot. & deciſ. 625. per tot.* Ricc. *Collect. 2649.* Rot. *part. 9. recent. deciſ. 88. per tot.* vbi plura de probatione vnionis, & ea probata ad quem ſpectet prouidere de Rectore, & plenè iuxta prædicta eadem Rot. *d. part. 9. deciſ. 330. per tot. vol. 2. & part. 10. deciſ. 9. per tot. & part. 11. deciſ. 305. per tot. & part. 18. deciſ. 452.* vbi quòd vnio vti repugnans, & diminutiua cultus diuini, concludentiſſimis probationibus eſt iuſtificanda.

Quòd ius præſentandi ſpectet ad Eccleſiam, cui alterius iura fuerunt annexa, ſiue mediante vnione, ſiue diſmembratione, Rot. *part. 11. recent. deciſ. 102. per tot. & deciſ. 305. deciſ. 314. num. 1. & part. 15. deciſ. 49. per tot.* vbi de vnione per viam incorporationis, & acceſſoriè, quo caſu ſolet Eccleſiæ ſuppreſſæ deputari Vicarius ad nutum amouibilis, & non perpetuus, *& d. part. 15. deciſ. 62. per tot. & part. 18. deciſ. 809. per tot.* vbi quòd iuſpatronatus, quod ante ſuppreſſionem, vel vnionem competebat Eccleſiæ ſuppreſſæ, vel vnitæ transfertur ad Eccleſiam, cui facta eſt vnio cum iiſdem prærogatiuis, & priuilegijs Eccleſiæ ſuppreſſæ, vel translatæ.

Quòd vnio ſit probanda ab allegante, & poſſit probari per inſtrumentum, vel per litteras vnionis, per immemorabilem præſcriptionem ſi non conſtet de titulo, vel per quadragenariam cum titulo, per verba enunciatiua plurium inſtrumentorum centum annorum à perſonis non ſuſpectis celebratorum, per confeſſionem partis concurrentibus adminiculis, vel per teſtes, Pac. Iordan. *Lucub. vol. 2. lib. 10. tit. 32. num. 20. & ſeqq. fol. 437.* Maſcard. *de probat. vol. 3. concl. 1411. per tot.* latè Tuſch. *litt. V. concl. 241.* vbi ex quibus probetur licet de ea non conſtet, Merlin. *deciſ. 95. per tot. & deciſ. 625. per tot.* Rot. *part. 9. recent. deciſ. 88. per tot. & part. 10. deciſ. 9. per tot. & deciſ. 152. per tot. deciſ. 351. per tot. & part. 11. deciſ. 224. per tot.*

Quòd quando fuerunt vnita duo beneficia diuerſæ diœceſis acceſſoriè, & non æquè principaliter, vacante beneficio, cui alterum fuit acceſſoriè vnitum, collatio ſpectet ad Epiſcopum beneficij principalis, nec requiratur conſenſus alterius diœceſani beneficij vniti, Rot. *part. 3. diuerſ. deciſ. 40.* vbi quòd licet vnio intelligatur ſine præiudicio diœceſani, tamen eo ipſo quod beneficium vnitum eſt, ſatis dicitur illatum præiudicium quo ad collationem ipſius, & idem firmat eadem Rot. *d. part. 3. lib. 2. deciſ. 15.*

Qualiter Eccleſia vnita mutet naturam, & ſequatur naturam Eccleſiæ, cui fuit vnita, ita vt non dicatur vacare, niſi vacet Eccleſia principalis, & alia, Tuſch. *litt. V. concl. 242. per tot.* Merlin. *deciſ. 37.* Gonzal. *ad reg. 8. gloſ. 7. §. 7. n. 2. & 1.* Garz. *de benef. part. 12. cap. 2. nu. 12. & ſeqq.* idem Merlin. *deciſ. 106.* vbi quòd ideò ſi Eccleſia Parochialis ſit vnita Collegiatæ, non requiritur concurſus, ſed ſufficit nominatio, ſiue electio Capituli cum approbatione Ordinarij, *& deciſ. 187.* & ad materiam Rot. *part. 9. recent. deciſ. 433. per tot. & part. 10. deciſ. 9. per tot. & deciſ. 48. per tot. ſupra num. 9. in fin.* Rot. *d. part. 10. deciſ. 104. & part. 18. deciſ. 773. per tot.* vbi qualiter vnio ſupprimat beneficium, vt amplius beneficium dici non poſſit, nec impetrari, ſed euadat prædium alterius, cui fuit vnitum.

11 Vnio facta non vocatis illis, quorum intereſt non valet tam de iure, quam ex forma Concilij Tridentini *ſeſſ. 7. cap. 6.* Poteſt tamen fieri non citato Rectore Eccleſiæ, quia ei non fit præiudicium, cùm ſortiatur effectum tantum poſt illius mortem, vel quia per vnionem non alteratur ſtatus Eccleſiæ vnitæ, ſed debet in ea mos ſolitus ſeruari, Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ. 133. num. 4. 14. & per tot.* vbi plura de vnione, & quòd facta ſine cauſa, & ſine conſenſu Capituli, vel ſaltem Epiſcopi, qui eam facere poteſt, non valet ſi Capitulum hoc allegat, & alia plura ad materiam vnionis facientia, latè in *Practicabil. d. Rot. poſt p. 2. diuerſ. tit. de Vnion. per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol. 2. lib. 10. tit. 32. num. 82. & ſeqq. per tot. fol. 442.* Ricc. *Collect. 720. 1819. 2116. 2477.* Cabal. *conſ. 108. lib. 1.* vbi de nullitate ob non citationem patronorum, qualiter ſtante dicta nullitate poſſit beneficium vnitum impetrari, an reuocatio vnionis noceat Rectori viuenti, & alia, Rot. *part. 18. recent. deciſ. 817. num. 14.* vbi quòd valet vnio ſine citatione Rectoris Eccleſiæ vnitæ quia eius vita durante nullum illi fit præiudicium.

Quid operetur vnio beneficij facta ſine præiudicio habentis illud, Merlin. *deciſ. 154.*

Quòd vnio non ſubſiſtat in præiudicium tertij, ſed ſit inualida ex defectu intentionis, quando non conſtat de certa ſcientia, & voluntate Papæ, maximè ſi ius tertij proueniat ex iure ſpeciali, & priuilegio, Merlin. *deciſ. 370. per tot.* vide *ſupra nu. 7. in fine.*

Confirmata à Papa nullam aliam ſolemnitatem requirit, & in vno effectuata ſufficit quoad alia, Merlin. *deciſ. 524.* Rot. *part. 18. recent. deciſ. 817. num. 12. & ſeqq.* vbi etiam quòd confirmatio Papæ, & aliæ ſolemnitates præſumuntur ſtante longiſſimi temporis obſeruantia.

12 Vnio facta de beneficijs vacaturis per ceſſum, vel deceſſum ceſſat, ſiue locum non habet quando beneficia reſignantur in manibus Papæ ad fauorem certæ perſonæ, etiam non facta mentione dictæ vnionis, quando Papa voluit illam ſuſpendere, Rot. *in Rauennaten. beneficij 9. Iunij 1636. coram Merline inter impreſſas eiuſdem deciſ. 713.*

13 Vnio reſoluitur, & expirat, ſi Eccleſia, cui fuerat facta vnio ſupprimatur per ſæcularizationem, & tunc Eccleſia vnita antiquam ſuam recuperat libertatem, non ſecus ac extincto vno ex coniugibus ſoluitur matrimonium carnale, & ſuperſtes liber euadit, non quia poſitiuum aliquid in eius perſona acciderit, ſed per priuationem termini relatiui ex matrimonio reſultantis, vt benè explicat Rot. *part. 11. recent. deciſ. 126. n. 3. & per tot.*

14 Vnio beneficiorum, Abbatiarum, & Monaſteriorum an, & ex quibus cauſis fieri poſſit ab Abbatibus, quibus ſeruatis, de diſmembratione, & alia de hac materia Aſcan. Tamburin. *tract. de iur. Abbat. tom. 3. diſput. 15. per tot.*

15 Vnio fieri non poteſt Seminario, vel alteri Collegio erigendo in futurum, ſed debet eſſe actu iam erectum, intelligendo de vnione facta ab Inferiori, non autem à Papa, qui poteſt vnire etiam Collegio nondum erectum, Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ. 258. num. 10.* vbi alios allegat.

16 Vnio qualiter reddatur ſubreptitia, & nulla ob non factam mentionem curæ animarum in Eccleſia vnita, vel Prioratus, ſiue alterius dignitatis, vel iuriſdictionis, quid ſi cura animarum eſſet habitu tantum, & alia ad rem, Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſ. 201. nu. 61. & ſeqq.* Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ. 450. per tot.*

Et quando non dicatur facta vera vnio beneficij, ſi fuerit proceſſum per ſolam diſmembrationem, & applicationem fructuum, quia non inde ſequitur vnio vera tituli, ſed tantùm fructuum, & alia ad rem, Rot. *part. 16. recent. dec. 219. per tot. & deciſ. 310. in eadem cauſa.*

17 De vnione Cappellarum, Eccleſiarum, Beneficiorum, Monaſteriorum, & huiuſmodi per remotionem terminorum, Bertachin. *Repert. verb. Vnio*, Ioſeph. Fellu. *Margar. var. concl. eod. verb.* Thoro *Compend. deciſ. Neap. part. 1. & 2. verb. Vnio*, vbi de vnione Aularum, ſiue Tribunalium in iudicando, ac de vnione feudorum, Balzaran. *de Feud. lib. 2. tit. 40. §. Item ſi num. 19. & 20. fol. mihi 304.* vbi de Eccleſia habente feudum, ſi vniatur alteri, an incorporetur feudum cum alijs bonis, *& tit. 53. eod. lib. 2. §. Conuenticula fol. 346.* vbi de vnione, confœderatione, ſecta, coniun-

coniunctione, conſpiratione, & conuenticula, [illegible] & quomodo prohibitæ inter priuatos, & Ciuitat[illegible], [illegible]bus modis fiant vniones, à quibus fieri poſſint, q[illegible]n jus ſeruandum ſit in vnitis, an eius quod vnitur [illegible]rius cui ſit voto de bono vnionis, & damnis diuiſio[illegible] & huiuſmodi, Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Vnio*, [illegible] ad Iul. Capun. *tom. 4. diſcept.* 272. Guttierez. *lib. 3. pra*[illegible] *quaſt.* 17. *num.* 215. *& ſeqq.* Roxas *de incompatibilit part.* 1, *cap.* 7. *num* 32 *fo. mihi* 94 vbi de vnione Regoorit[illegible], & alios, Com. Auguſtin. Fontan. *Bibliothec. legal. part.* 5. *verb. Vnio fol.* 811. vbi indicat Auctores de diuerſis vnionibus tractantes.

18 Quæ requirantur ad validitatem vnionis, quibus remedijs poſſit impugnari, & alia, Tondut. *quaſt. canonic.* 37. *per tot. lib.* 1. vbi loquitur de iure communi, & iure Gallico, *& quaſt.* 144. *part.* 3. vbi an vnio poſſit fieri ad fauorem monaſterij, vel Seminarij nondum fundati, vel erecti, &c. *quaſt.* 151. *d. part.* 3. vbi varia de vnionibus, *& quaſt.* 156.

§. VNIVERSITAS. XIX.

1 VNiuerſitas, vel Collegium, vt dicatur delinquere, & poſſit puniri de delicto, requiritur quod ad id præceſſerit conſilij publici connocatio, & deliberatio, alias licet omnes de illa Vniuerſitate delinquerint, non poteſt Vniuerſitas puniri, ſed ſunt puniendi ſinguli delinquentes, intelligendo de delictis in faciendo conſiſtentibus, ſecùs in omittendo, ac de delictis momentaneis, ſecùs in habentibus tractuio ſucceſſiuum, & niſi alias conſtet de tacito populi conſenſu, vt quia non capiat, vel non puniat delinquentes, vide Diaz. *inter reg. diuerſ. reg.* 791. Clar. §. *fin. quaſt.* 16. *verſ. vlterius quæro*, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 287. *num.* 53. *& c. ad* 65. Menoch. *de arbitr. caſ.* 598. *per tot.* Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1413. *per tot.* Boniſac. *de Furt.* §. 10. *num.* 268. *& ſeqq.* Card. Tuſch. *litt. V. concl* 273. *&* 274. *per tot.* Boær. *tract. de ſeditioſis* §. 7. *nu.* 9. *& ſeqq.* Farinac. *quaſt.* 24. *num.* 26. *& ſeqq.* Ricc. *Collect.* 1812.

An poſſit excommunicari, vide Dian. *part.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 38. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 303. *per tot.* latè Sanfelic. *deciſ.* 357. *cum Addit.* & dixi in §. *Excommunicatio num.* 27.

Quid ſit Vniuerſitas, & alia plura de Vniuerſitatibus, Tuſch. *litt. V. concl.* 255. *& ſeqq. ad* 277. & plene, licèt remiſſiuè Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Vniuerſitas, Vicus, Villa, Ciuitas, Populus, Plebs, Caſtrum, Reſpublica, Vniuerſitates, Studia, Schola, Scolaſtici.*

2 Vniuerſitas tenetur de iure cuſtodire loca ſua, & reddere ſecura, ac à malis hominibus expurgata, ita vt hæc non faciendo dicatur eſſe in culpa, & conſtito ſimpliciter de ipſo facto, vel delicto ſine nomine malefactoris poſſit conueniri à damnificato, qui tamen pro ſua rata concurrere debet cum alijs de Vniuerſitate, ſi ſit de illa, & qualiter intelligatur Statutum Florentinum *lib.* 2. *Rub.* 15. diſponens Vniuerſitatem teneri reſarcire damnum ex incendio illatum, Magon. *deciſ. Flor.* 24. *per tot. & deciſ.* 123. *per tot.* qualiter teneatur etiam de furto nocturno, & alia ad declarationem dicti ſtatuti, Menoch. *lib.* 5. *præſumpt.* 31. *nu.* 19. *& c.* Card. Tuſch. *litt. D. concl.* 15. *per tot. litt. S. concluſ.* 449. *& c per tot.* Nouar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect.* 71. Ariſin. Tepat. *var. ſent. tit.* 335. dixi in §. *Statutum pœnale n.* 27. & in Pract. §. *Incendi n.* 2. *&* §. *Communita n.* 23. vide in §. *Princeps n.* 39. Ricc. *Collect.* 3520. Peregrin. *deciſ.* 133. *per tot.* vbi plures in terminis Statuti Patauini, Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 51. *illat.* 1. *& de facto ſcient. & ignorant. diſtinct.* 88. *cent.* 2. vbi an, & quando teneatur pro incendio.

An liberetur capto poſtea delinquente, Bald. *conſ.* 203. Boniſac. *de furt.* § 2. *nu.* 75. Ricc. *Collect.* 3520. *limit.* 2. vbi quid ſic vide in § *Negatiua nu.* 20.

An ſtante ſtatuto quod Villa teneatur capere malefactores ſit obligata etiam capere Clericum malefactorem, Menoch. *de arbitr. caſ.* 80. *n.* 25. facit quod dixi in §. *Auxilium n.* 8. & latè Marcel Cala *de mod. articul & prob.* §. 2. *gloſ. vn. n.* [illegible] 45. *& ſeqq.* vbi plura quomodo poſſit probari negligentia Vniuerſitatis, & quando poſſit excuſari.

Stante ſtatuto quod Villa viciolor teneatur ad emendationem damni, debet intelligi de viciniore e[illegible] territorij, & Præturæ, & non de viciniore re[illegible] [illegible]antiæ, ſi ſit alterius territorij, & Præturæ, Surd. *deciſ.* 340. *per t*[illegible] *lib.* 2.

Non tamen contra Vniuerſitatem poteſt in litem iurari, [illegible]catum, quia in ea ceſſat dolus, qui ſolet eſſe cauſa iu[illegible]menti in litem, Menoch. *de arbitr. caſ.* 208. *nu.* 9. *& ſeqq.*

Qu[illegible] non teneatur quando incendium caſu fortuito con[illegible]t, vel quando reſiſtere non potuit, Magon. *d. deciſ.* 24. de qua mat[illegible]a plura Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 51. *illat.* 1. *per tot.*

Nec quando aliquid accidit noctis tempore per malefactores incognitos, & ſtatim fuit factus rumor eos inſequendo, licet non potuerint capi, quia cùm negligentia imputari non poſſit ad nihil tenetur, Rouit. *deciſ. Luſitan.* 3. Ricc. *Collect.* 3520. *limit.* 4. Peregrin. *deciſ.* 133. *num.* 6. *& ſeqq.* Oſaſch. *deciſ.* 88. *&* 138. Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 335.

Vniuerſitas vt poſſit affici, & obligari ex certa ſcientia alicuius rei, vel facti, debet eſſe legitimè conuocata, Gratian. *diſcept. for. cap.* 601. *nu.* 49. Altograd. *conſ.* 97. *nu.* 78. *lib.* 2. Alias enim cùm Vniuerſitas ſit perſona ficta, ſemper reputatur ignorans, & veram ſcientiam non haben[illegible], Caſtr. *conſ.* 220. *circa finem*, Ioſeph. Feltu. *in Margar. var. concl. verb. Vniuerſitas fol.* 130. 3

Scientia tamen officialium, & adminiſtratorum, qui tenentur pro Communitate inuigilare præiudicat ipſi Vniuerſitati, Altograd. cum alijs per eum citatis *conſ.* 97. *num.* 79. *lib.* 2.

Qualiter autem Vniuerſitas, & populus poſſit legitimè citari, Caualer. *deciſ.* 408. *&* 410. *num.* 1. Card. Tuſch. *litt. C. concluſ.* 251. *per tot. & litt. V. concluſ.* 257. Ludouiſ. & Beltramin. *deciſ.* 584. dixi *in* §. *Citatio num.* 27. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 275. *num.* 16. *& ſeqq. & part.* 10. *deciſ.* 303. *nu.* 2. Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 357. *in fine* §. *Monaſterium nu.* 16.

Quæ ſint neceſſaria, vt validè obligetur, latè idem Tuſch. *litt. V. concluſ.* 259. *per tot.* Viccol. *Conſult. for. cap.* 76. *per tot. vol.* 2. *infra num.* 11. *&* 19. Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 358.

An obligetur ex facto Conſulum, & Magiſtratus, idem Tuſch. *litt. V. concl.* 260. *per tot.*

Quòd pro debito Vniuerſitatis, homines ſinguli de Vniuerſitate (neque Cancellarius) non teneantur, neque ſententia contra Vniuerſitatem, & illius homines lata contra illos poſſit executioni mandari, Merlin. *deciſ.* 182. *per tot.* vide *in* §. *Adminiſtratio nu.* 35. vbi contra §. *Magiſtratus num.* 11.

Vniuerſitas vt poſſit ſuas deliberationes validè gerere, quinque principaliter requiruntur; primò, quòd omnes de Vniuerſitate ſint iuxta ſolitum vocati ad illum actum; ſecundò ſint conuocati, & congregati in loco publico ſolito, & conſueto; tertiò ſaltem interueniant duæ partes de tribus; quartò accedant vota maioris partis congregatorum; quintò fiat communiter, & in loco pu[illegible]ico, vide Altograd. *& quos allegat. conſ.* 97. *nu.* 82. *& c. lib.* 2. Conciol. cum plena Addit. Romaguer. *Stat. Eugub. lib.* 1. *Rub.* 21. *per tot. cum ſeqq.* vbi etiam qualiter Conſiliarij ſub mortali teneantur accedere ad Conſilium, & ſi quid illicitum tractetur, vel Reipublicæ damnoſum permittatur, poſſint conueniri ad intereſſe, & alia plura notabilia de Conſilio, & Conſiliarijs Ciuitatis cum *Rub. ſeqq.* vbi etiam quòd ſi nullitas non ſit viſibilis, non attenditur in ſummariſſimo poſſeſſorio, nec poteſt allegari à non habentibus intereſſe. 4

Quòd debeat conuocari in loco ſolito, & conſueto, niſi ex aliqua iuſta cauſa, vel impedim[illegible] alibi congregetur, Ricc. *Collect.* 3558.

Quòd vota Conſiliariorum debeant eſſe diſtincta, & ſecreta, non in confuſo, nec viua voce, ita vt huic ſolemnitati non poſſit renunciari, nec detur ratificatio actus aliter geſti, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 933. *num.* 11. *& c.*

Conſuetudo tamen eſſet ſeruanda in electionibus, & ſe[illegible]rationibus, ad Rom. *conſ.* 332. Bald. *conſ.* 316. *ſub nu.* 1. *lib.* 3. Tuſch. *litt. E. concluſ.* 60. *num.* 10. *&* 11. facit Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 156. *n.* 27. *& ſeqq.* Ricc. *Collect.* 2579. Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 164. *num.* 3. *& ſeqq.* cuius vigore pluries dixi, & ſeruatum fuit, ſuſtineri reſolutiones Magiſtratus D. Octo Balliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ circa expeditiones proceſſuum, & aliorum negotiorum

viua

viua voce, & abſque ſcrutinio ſecreto fabarum, & lupinorum emanatus.

Quòd vota in electionibus debeant eſſe ſecreta, vt ſi vnus tantùm non det votum ſecretum, electio ſit nulla, nec poſſit ratificari, cùm defectus ſit in forma ſubſtantiali, non excuſat ignorantia, nec confirmatio ſuperioris purgat vitium electionis, niſi ſequatur ex certa ſcientia Principis; ſuſtineretur tamen electio ſi quis callidè ad illam infringendam votum ſuum oſtenderet, ne dolus, & fraus ſibi patrocinetur; ſicut etiam ſuſtineretur ſi ſecreto oſtenderet votum amico, vt videat quem eligit, aliàs autem electio etiam vnanimi conſenſu viua voce facta eſt nulla propter defectum formæ, Sperel. *deciſ.* 161. *per tot.* vbi de electione Abbatiſſæ, & *deciſ.* 181. *num.* 12. *& c.* Rot. *part.* 19. *recent. deciſ.* 513. *per tot.* vbi duplex electio Abbatiſſæ declaratur nulla, prima tamquàm facta contra formam Concilij Lateranenſis, cuius plura requiſita notantur, & præcipuè defectum publicationis electionis; ſecunda quia ſtante nullitate primæ, non poterat Epiſcopus iure deuoluto eligere, ſed nouiter erat facienda, vt ibidem latè deducitur.

Qualiter Vniuerſitas habens ius nominandi ad beneficium, debeat dictam nominationem facere legitimè conuocata, & duæ ſaltem ex tribus partibus debeant in nominationem conſentire, nec valeat nominatio facta ab eius Deputatis ad alia negotia ſine hac ſpeciali facultate illis conceſſa, Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 22. *per tot.* vide *in* §. *Patronus nu.* 10.

Item vota conditionalia, alternatiua, vel incerta non ſunt numeranda, ſed habentur pro non adiectis, vt nec aperto ſcrutinio poſſit per votantes conditio appoſita remitti, nec declaratio attendi, Franch. *deciſ.* 438. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 5. *lib.* 10. *tit.* 7. *numer.* 320. *in fine fol.* 253. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 156. *numer.* 8. *& ſeqq.* Dian. *part.* 8. *tract.* 7. *reſolut.* 77. *per tot.* vbi quòd reiectis dictis votis conditionalibus, vel incertis, totum ius electionis remanet in alijs, ita vt quod ab illorum maiori parte geſtum fuerit ſit omninò validum, ac ſi alij prædicti non adfuiſſent, & idem eſſe ſi ex alio capite vota ſint inutilia.

Quid autem ſi fuerint admiſſi ad votandum aliqui, qui non ſunt de Vniuerſitate, nec habeant ius eligendi, an vitietur electio in totum, dixi *in* §. *Electio nu.* 8.

Quòd qui non fuerunt vocati, ſiue citati tamquàm contempti poſſint dicere de nullitate actus, & ipſi ſoli, qui fuerunt contempti, non autem alij, vbi agitur de fauore priuato, & non publico, *c. in Geneſi* 55. *de elect.* vbi Abb. Barboſ. & alij, Franciſc. Martha Pecch. *tract. de aquaduct. lib.* 1. *cap.* 3. *quæſt.* 11. *n.* 42. facit Rot. *part.* 19. *recent. deciſ.* 388. vbi plura de nullitate electionis ob non expectatum reditum Canonici abſentis, qui intereſſe debebat electioni, quinimò abbreuiatum tempus in eius contemptum, ac ideò magis tunc attenditur diſſenſus vnius, quàm conſenſus aliorum.

5 Vniuerſitas niſi ſit congregata ſaltem pro duabus partibus Conſiliariorum non dicitur maiors pars, quæ conſiderari debet habita reſpectu totius Collegij, Conſilij, vel Capituli, & ſic omnium, qui illam Vniuerſitatem conſtituunt, & non poteſt aliud facere, ac geſta ſunt nulla, nec aliquem obligant, Gratian. *diſcept. for. cap.* 933. *num.* 1. *& c.* vbi etiam immò in negotio voluntario non ſufficit maior pars, niſi tendat in euidentem vtilitatem illius, ſed tota vniuerſitas requiritur cum diſtinctionibus, de quibus ibidem remiſſiuè *nu.* 6. Capyc. *deciſ.* 4. *num.* 1. *& ſeqq.* Tuſch. *litt. V. concluſ.* 256. *&* 258. *per tot.* Ricc. *Collect.* 316. 981. facit quod dixi *in* §. *Patronus num.* 10. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 112. *n.* 5. *& ſeqq. part.* 14. *deciſ.* 62. *per tot. & part.* 17. *deciſ.* 164. vbi quando ſufficiat conſilium particulare, vel requiratur generale per capita domorum *infra nu.* 11.

Quando maior pars poſſit alijs præiudicare, ita vt quòd factum eſt à maiori parte ab omnibus factum videatur, pulchrè, & magiſtraliter Franch. *deciſ.* 2. *per tot.* vbi plura addentes Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 69. *nu.* 1. Creſp. de Valdaur. *obſeruat.* 112. *per tot. part.* 2. *fol.* 248. *& c.* vbi pluribus modis limitat.

An ſit exprimenda nomina propria congregatorum, Tuſch. *litt. V. concluſ.* 263.

Quo maior eſt eligentium numerus, magis pro electione præſumitur, niſi minor pars eligentium conſtaret viris prudentibus, & ſapientioribus, cùm minus præſumatur pro toto populo, in quo multi viles ferè iudicio rationis carentes, & corruptibiles, rerumque ignari, & imperiti reperiuntur, quàm pro aliquibus prudentibus de ipſo populo, & quia ſenior pars præfertur maior numero, niſi magnus ſit exceſſus, præſertim ſi cum minor numero concurrat maior ratio, & pietas, Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 85. *per tot.* facit infra *num.* 16.

Quæ autem dicatur maior pars in vniuerſitatibus, collegijs, conſilijs, & alijs congregationibus, latè Creſp. de Valdaur. *obſeruat.* 112. *per tot. part.* 2. *fol.* 248. *& c.*

Quòd vniuerſitas non obligetur ex actibus ſingulorum de vniuerſitate, an autem & quando vniuerſitas poſſit præiudicare ſingularibus, & alia, Tuſch. *litt. V. concl.* 261. *&* 262. *per tot.*

Quòd in prophanis attendatur maior pars eligentium, non autem ſanior, & prudentior, quidquid ſecùs ſit in Eccleſiaſticis, ſi clarè conſtet de ſaniori parte, Rot. *part.* 19. *recent. deciſ.* 171. *per tot.*

Vniuerſitas quando de mandato ſuperioris fuit conuocata non aliquid in genere pertractandum, ſed in ſpecie, & certum quid peragendum, poteſt illud explicare, & expedire, licèt non adſint duæ partes, ex tribus Conſiliariorum, quia mandatum ſuperioris conſtituit abſentes in contumacia, per quam priuantur facultate votandi, ſaltem pro illa vice, & tota auctoritas tunc reſidet in congregatis, de quibus etiam ſi aliqui recedant, facultas itidem remanet in alijs, qui non receſſerunt, ſecundum communem Canoniſtarum opinionem, quicquid diuerſum ſit ſecundum Legiſtas, Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 933. *num.* 7. *& c.* Put. *deciſ.* 283. *lib.* 3. Rot. *in Colonien. Canonicatus S. Vrſulæ* 27. *Ianuarij* 1627. coram Vbaldo *num.* 8. apud Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. tom.* 2. *deciſ.* 60. facit quod dixi in §. *Electio num.* 12. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 112. *nu.* 5. vbi quòd vniuerſitatis ius reſidet in duabus ex tribus partibus intereſſentium, quando præceſſit aliorum intimatio, *& part.* 14. *deciſ.* 62. *numer.* 6. *& ſeqq.* vbi quòd vltra dictam licentiam requiritur legitimus numerus Conſiliariorum, & ex ipſa ſola actus ſuſtineri non valet, cùm non ſuppleat alias ſolemnitates de iure requiſitas, Rot. *part.* 17. *recent deciſ.* 163. *nu.* 6. *& ſeqq.* vbi an, & quatenus ſint expectandi abſentes, vt eorum poteſtas transferatur in præſentes. 6

Quòd vniuerſitas non poſſit congregari ſine licentia ſuperioris, Franch. *deciſ.* 446. *& deciſ.* 609. vbi etiam quando electio dicatur facta nemine diſcrepante, & quando contradictio ſit facienda tempore ſcrutinij, & non poſtea, & an factum à Conſilio particulari electo per Conſilium generale dicatur factum ab ipſo Conſilio generali, Guid. Pap. *deciſ.* 106. *&* 631. Ioſeph. Feliu. *in Margar. var. concl. verb. Vniuerſitas fol.* 130. vbi quòd ſi vellet ſe congregare pro habendo concurſu contra officialem, debet impetrare licentiam ab alio ſuperiore, & quomodo.

Qualiter ſit conuocanda, vel citanda vniuerſitas, Tuſch. *litt. V. concl.* 256. *per tot. &* 257. Bich. *deciſ.* 289. Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 584. vide in §. *Citatio n.* 27.

Et quando vniuerſitas aliquid diſponit contra eius ſtatuta, & ordinamenta, qualiter illa reuocaſſe cenſeatur pro validitate actus, niſi vlterius procedant annullando actum aliter geſtum, vide Sanfelic. *deciſ.* 135. *num.* 10. *& ſeqq.*

Vniuerſitas an, & quando poſſit condere ſtatuta, vt vnus teneatur pro delicto alterius, vel ſimilia ob publicam vtilitatem, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 469. *per tot.* Farinac. *quæſt.* 24. *num.* 7

Quòd poſſit condere ſtatuta reſpicientia adminiſtrationem rerum Collegij, & ſint valida etiam abſque confirmatione, idem Gratian. *cap.* 721. *num.* 22. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 180. *num.* 36. *& c.* vbi etiam in præiudicium aliorum, *& part.* 15. *deciſ.* 112. *per tot.* vbi de confraternitate.

Item poſt condere ſtatuta in concernentibus artem, profeſſionem ſuam, non autem ſuper alijs, nec aliquid ſtatuere quod tendat in alterius præiudicium, vel ſit contra diſpoſitionem iuris, vel ſtatuti Ciuitatis, ac ideò non poteſt ſtatuere, vt certæ perſonæ tantùm, & non alij poſſint illam artem exercere, nec huiuſmodi ſtatuta poſſunt alijs nocere, quam ipſis de vniuerſitate, vel Collegio, & eorum hæredibus, Bart. *in l. fin. n.* 20. *ff. de Collect. illicit.* Salyc. *in l.* 2. *quæſt.*

quæſt. pen. C. de Conſtit. pecun. Natt. conſ. 575. num. 26. lib. 3. Boſſ. tit. de vnion. & coll. nu. 4. Curt. iun. conſ. 349. nu. 19. lib. 3. Rot. part. 2. diuerſ. deciſ. 103. nu. 7. &c. vide Sanfelic. deciſ. 135. n. 10. & ſeqq.

Qualiter poſſit inducere conſuetudinem validam, & obſeruandam, Altograd. conſ. 28. nu. 75. lib. 1.

Quòd huiuſmodi leges, & ſtatuta condita à non habentibus iuriſdictionem merum, & mixtum imperium non habeant vim ligandi, ſed tantùm quandam normam, & regulam operandi, conſtituendi, nec poſſint pœnam adijcere, niſi cum auctoritate ſuperioris, & non obligent, niſi eos, qui conſenſum præſtiterunt, & ſic ex vi pacti tantùm, & non legis, Altograd. conſ. 71. num. 12. & ſeqq. lib. 2. vide in §. Lex num. & §. Statutum circa generalia num.

8 Vniuerſitas nunquam moritur, nec habet hæredem, ſed continuò viuit in ſemetipſa, ac in ea præteritum, præſens, & futurum ſemper eſt idem, licet fuerit mutata forma gubernij, & alij omnes ſucceſſerint, ideòque ſemper tenetur ſtare ſententiæ, compromiſſo, tranſactioni, & ſimilibus geſtis à maiore parte illius habente facultatem, maiorem autem partem interueniſſe probatur; ex aſſertione notarij, ſiue ex relatione congregatorum facta per eundem in inſtrumento, Gratian. diſcept. for. cap. 721. per tot. Card. Tuſch. litt. V. concl. 275. Rot. in Romana Collectæ Ven. 10. Martij 1673. coram Rondinino part. 15. recent. deciſ. 392. & poſt Vrceol. de tranſact. deciſ. 41. num. 10. & ſeqq. vbi benè declarat concluſionem procedere quatenus actio, cuius vigore actum fuit, & ſententia, vel tranſactio inita, erat ab initio apta comprehendere omnes tam præſentes, quàm futuros, ſecùs autem quando actio, ſuper qua actum, vel tranſactum fuit exerceri non poterat contra nouiter admiſſos, cùm initium ſpectari debeat, ac etiam cauſa an fuerit voluntaria, vel neceſſaria, & Rot. part. 18. recent. deciſ. 282. per tot. in eadem cauſa, infra n. 17.

An autem poſſit præſcribere, vt ſaltem incipiat præſcriptio mortuis illis, qui contractum fecerunt, & in mala fide fuerunt, videtur affirmare Capyc. deciſ. 4. num. 14. &c.

9 Vniuerſitas vtitur iure minoris, & habet reſtitutionem in integrum, quam petere debet intra quadriennium, imò poteſt etiam poſt quadriennium illam obtinere quando eſt vehementer læſa, ſicut Eccleſia, cui æquiparatur, ita vt illud procedat etiam contra aliam vniuerſitatem tractantem de lucro captando, Duran. deciſ. 402. n. 8. & ſeqq. ad 20. Martha var. Piſ. 240. n. 4. & ſeqq. vide in §. Reſtitutio num.

10 Vniuerſitas non comprehenditur ſub diſpoſitione ſtatuti loquentis per verba, ſi quis, quicunque, & huiuſmodi, Iaſ. in l. ſi quis maior num. 7. C. de tranſact. Menoch. de arbitr. caſ. 183. num. 16. Barboſ. de appell. verb. ſignif. appell. 198. per tot. vbi exemplificat in pluribus, Tuſch. litt. V. conſ. 270. vbi quòd non venit appellatione perſonæ, vide in §. Perſona.

An teneatur ſoluere gabellam, vel datium pro ſuis rebus, & contractibus, quando alijs ius exigendi locauit, vel aliter ceſſit, dixi in §. Gabella n. 5.

11 Vniuerſitas Ciuitatis, ſiue Caſtri quas ſolemnitates ſeruare teneatur in alienatione rerum ipſius Vniuerſitatis, nec poſſit illis renunciare, aut ſine illis compromittere, l. fin. C. de vend. re Ciuit. lib. 11. Capyc. deciſ. 93. num. 1. & ſeqq. Card. Tuſch. litt. C. concl. 543. & litt. V. concl. 259. vide in §. Alienatio num. 31. Donad. tract. de renunciat. cap. 34. per tot. Vrceol. Conſult. forenſ. cap. 76. per tot. vol. 2. Rot. part. 14. recent. deciſ. 62. per tot. vbi pro nullitate cenſus conſtituti vigore mandati ſine debitis ſolemnitatibus emanati à quibuſdam de Conſilio, & non à toto, vel maiori parte, prout requiritur, & latiùs eadem part. 14. deciſ. 193. & deciſ. 461. vbi qualiter ſolemnitates præſumantur ex lapſu centum annorum, & part. 17. deciſ. 358. vbi pro validitate cenſus ſtante vtilitate, & ſolemnitate, ita vt Vniuerſitas compellatur imponere collectas pro illius ſolutione; non tamen afficiat habentes vſumfructum in bonis communibus, ſi illorum conſenſus non interceſſit.

Quòd alienatio facta de conſenſu duarum ex tribus partibus, deſcriptis ſingulorum nominibus, & præſtito iuramento de vtilitate contractus, necnon cum præſentia Gubernatoris loci, & decreto iudicis, ſit valida, iuxta d. l. fin. Rot. part. 5. recent. deciſ. 292. cum alijs per Bich. deciſ. 261. num. 1. & ſeqq. vbi maximè ſtante confirmatione Apoſtolica, & quod adhibitis ſolemnitatibus, vtilitas præſumitur donec de contrario conſtet, & licèt in actibus voluntarijs à Communitate explendis requiratur conſenſus omnium, ita vt vnius diſſenſus inducat nullitatem, hoc non procedit ſtante vtilitate actus, cùm non ſit in eo dare de irrationabilitate, de qua docendum eſſet ab illis, qui contradicunt, quando maior pars conſenſit, ne detur occaſio impediendi negocia publica vtilia, ex eo quia ferè ſemper aliquis contradicit, ad tradita per Felin. in cap. cum omnes num. 17. & 18. de Conſt. Gratian. diſcept. 721. num. 17. & deciſ. 183. nu. 21. Franch. deciſ. 2. num. 24. &c. ſupra num. 5. Rot. part. 18. recent. deciſ. 709. per tot. vbi plura pro validitate alienationis factæ ſeruatis ſeruandis, non obſtante prætenſo defectu ſolemnitatum, ſtante centum annorum curſu, & atteſtatione notarij, licet in inſtrumento non appareant, alijſque exceptionibus reiectis.

Qualiter poſſit conſtituere procuratorem, & quæ requirantur, Vant. de nullit. ex defect. inhabilit. ſine mandat. nu. 151. Abb. plenè in c. fin. de procurat. Rot. part. 14. recent. deciſ. 62. per tot. Tuſch. litt. V. concl. 260. vbi etiam quando remaneat obligata per Conſules, Gubernatores, Antianos, & Magiſtratus, Cabal. conſ. deciſ. 95. n. 36. & ſeqq. lib. 2. vbi qualiter conſtare debeat de mandato cum ſolemnitatibus à iure requiſitis, nec ſufficiat illius enunciatio, etiam in antiquis ex pluribus rationibus adductis, quicquid ſecùs fortè ſit in alijs, vt dixi in §. Mandatum.

Quòd Vniuerſitas non poſſit remittere debitum ſuis debitoribus etiam conſentiente Conſilio, quia non poteſt donare, niſi ageretur de vſuris, vel de debitoribus in magna neceſſitate conſtitutis, Ricc. Collect. 2994. vbi etiam quòd non poteſt tranſigere, nec aliquam prætenſionem remittere abſque decreto, nec immunitatem à Collectis in totum, vel in parte alicui concedere, niſi incertis caſibus, vt in l. euacuatis C. de Decur. lib. 10. Paul. Staiban. conſ. deciſ. 46. vide in §. Tranſactio num. 13. infrà nu. 17. & 19.

Vniuerſitates Scolarium, Eccleſiæ, vel huiuſmodi, 12
in quibus adſit maior pars Clericorum gaudent priuilegio fori, ſecùs ſi plures ſint laici, vide Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 41. &c. Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 13. tit. 8. num. 34. fol. 76. dixi in §. Confraternitas num.

Vniuerſitas, ſiue populus an habeat ius eligendi, ſiue no- 13
minandi Concionatorem, vide in §. Epiſcopus nu.

Vniuerſitas quælibet ſiue ſecularis, ſiue Eccleſiaſtica, 14
poteſt regulariter probare ſuam intentionem per teſtes de ipſa Vniuerſitate, quando agitur de commodo, vel incommodo propriè ipſam Vniuerſitatem, & non ſingulares tangente, ſecùs ſi ageretur de commodo, vel incommodo ſingulorum; quomodo autem cognoſcatur an negotium principaliter ſpectet ad Vniuerſitatem, vel ſingulos, & alia ad rem facientia, late Farinac. quæſt. 60. illat. 17. per tot. Maſcard. de probat. vol. 3. concl. 1414. per tot. Menoch. de arbitr. caſ. 106. per tot. Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 18. n. 583. &c. fol. 333. Rot. part. 9. recent. deciſ. 320. n. 13. &c. vide in §. Teſtis num. 7. verſ. An homines.

Vniuerſitas, vel Princeps tenetur ſuis Legatis, & Am- 15
baſciatoribus motu proprio, & non ad illorum inſtantiam electis, reſarcire omnia damna in itinere paſſa, vide Bonifac. de furt. §. Furtum n. 53. etc. Lanfranc. Zacch. tract. de Salar. et merced. quæſt. Franch. deciſ. 146. Pac. Iordan. Lucubr. vol. 3. lib. 13. tit. 3. n. 57. etc. fol. 22. Paul. Chriſtin. deciſ. 136. nu. 7. vol. 5.

Vniuerſitas, vel Collegium habens arbitrium eligendi, 16
vel admittendi ad Collegium, non poteſt ſine cauſa reijcere, vel recuſare aliquem habentem qualitates à ſtatuto requiſitas, niſi ſint omnes concordes, quia arbitrium non debet eſſe effrenatum, ſed à iure regulatum, vt latè probat Rota in Bononien. Aggregationis ad Collegium 23 Martij 1640. coram Merlino, & iterùm in eadem cauſa 13. Nouembris 1641. coram eodem inter eius impreſſas deciſ. 832. et deciſ. 882. facit quod dixi in §. Filius num. 10. ſupra num. 5. etc. et in §. Electio num. 15. Rot. part. 15. recent. deciſ. 37. et part. 17. deciſ. 188. nu. 26. et ſeqq. et deciſ. 327. per tot. et part. 18. tom. 1. deciſ. 9. per tot et deciſ. 431. num. 23. et ſeqq. et deciſ. 557. num. 17. et ſeqq. tom. 2. vbi pro neceſſitate eligeo-

eligendi habentes qualitates requiſitas, quando Conſtitutio continet verba imperatiua vt ibi; Sed contrarium, vide *d. par.* 18. *dec.* 695. *n.* 18. *& ſeqq.*

Quòd non habens qualitates requiſitas non ſit admittendus ad beneficium, nec ad Collegium, Rot. *par.* 15. *recent. dec.* 361. cum alijs præcitatis.

Contrarium tamen in eadem cauſa poſtea tenſa quoad primam concluſionem fuit firmatum, nempè reiecto nullam competere appellationem, vel recurſum, ſiue querelam, cùm ſimus in ijs, quæ pendet à voluntate, & arbitrio Collegialium, nam in foro exteriori non eſt quærendum de cauſa iuſta, vel iniuſta, ſed pro Electoribus ſemper eſt præſumendum, vt iuſtis cauſis moueantur, maximè vbi electio fit per ſcrutinium ſecretum, Rot. *par.* 9. *rec. deciſ.* 180. *per tot.* & facit *par.* 13. *deciſ.* 217. *num.* 9. *& ſeqq.* vbi an amotio à beneficio manuali poſſit fieri ſine cauſa, vide in §. *Electio num.* 15. vbi confirmatur prima opinio ex Rot. *par.* 15. *recent. deciſ.* 37. Sed enim ſecunda conuenit eadem Rot. *par.* 16. *dec.* 388. vbi pro libera electione, *& par.* 17. *dec.* 95. *per tot. in eadem cauſa*, vbi fuit confirmata vltima deciſio pro libera electione, licet poſtea eadem Rot. *par.* 17. *dec.* 188. *n.* 26. *& ſeqq.* reuerſa ſit ad primam opinionem ex verbis imperatiuis Conſtitutionis, & ad regulandum arbitrium, & rurſus in eadem *d. par.* 17. *dec.* 327. *per tot. & par.* 18. *tom.* 1. *dec.* 9.

17 Vniuerſitas deficientibus bonis communibus poteſt imponere Collectam, ad quam obligantur ſinguli de illa exiſtentes tempore impoſitionis, non autem ſucceſſores, aut poſtea ad Vniuerſitatem admiſſi, niſi quoad iſtos agatur de Collecta impoſita pro debito neceſſario Vniuerſitatis, & non pro debito merè voluntario, Rot. *par.* 15. *rec. dec.* 363. *per tot.* de qua materia an ſcilicet Vniuerſitas in ſuis obligationibus, & tranſactionibus cum debitis ſolemnitatibus initis obliget ſucceſſores, & nouiter poſtea admiſſos, qui tempore contractus non erant de illa vniuerſitate, rurſus eadem Rot. *d. par.* 15. *deciſ.* 391. *&* 392. vbi quòd non in debito voluntario, ſed ſic benè in debito neceſſario; quale autem dicatur debitum neceſſarium, & quale voluntarium ad dictum effectum, quando vniuerſitas reputetur ſemper eadem, vel non reſpectu nouiter admiſſorum, vt ipſi teneantur, vel non, quid ſi poſſideant bona; quibus infixa ſit obligatio, vel nihil poſſideant, quo caſu videtur iniquum teneri ad debita voluntaria antea contracta, & alia ad rem in terminis vniuerſitatis Calceariorum Vrbis, Rot. *in Romana Collectæ* 23. *Ianuarij* 1668. *par.* 15. *recent. d. dec.* 363. *& dec.* 391. *&* 392. *in eadem cauſa*, quæ vltima eſt plenior, & confirmatoria *ſub die Ven.* 10. *Martij* 1673. *coram Rondinino*, & habetur etiam poſt Vrceol. *tract. de tranſact. dec.* 41. *per tot.* vide in §. *Tranſactio num.* 13. *& ſupra num.* 11. *& num.* 8. Rot. *par.* 17. *dec.* 68. *per tot. in eadem materia, & cauſa*, Franciſc. de Angelis *in foren. immunit. Eccl.* Aloyſ. *poſt tract. de confeſſ. opuſcul.* 3. *in fine*, & rurſus Rot. in eadem cauſa *par.* 18. *recent. deciſ.* 58. 190. *&* 282. *per tot.* vbi cum pluribus diſtinctionibus firmatur vt ſupra, & rurſus *par.* 19. *dec.* 84. *per tot.*

Quòd ſi Vniuerſitas negligat, vel recuſet Collectam imponere, poſſit iudex illam ex officio imponere, & in quibus caſibus, latè Rot. *par.* 13. *recent. deciſ.* 391. *&* 392. *per tot.* quòd iudex poteſt etiam facere carcerare Decuriones, ad quos ſpectat recuſantes, ſiue deferentes collectam imponere, ſecundùm Meli *obſeruat.* 30. *n.* 2. Romaguer. in Addit. ad Conciol. *Stat. Eugub. lib.* 1. *Rub.* 39. *n.* 25. *& per tot.* vbi alia plura de collectarum impoſitione, & ego dixi in §. *Collecta per tot.*

18 Vniuerſitas, ſiue Communitas alicuius Ciuitatis, vel Oppidi qualiter teneatur hoſpitari milites tranſeuntes, ac ob id reſarcire damna particularibus de eius ordine, & mandato illos in domus ſuas recipientibus, benè Cabal. cum alijs ab eo citatis *conſ. deciſ.* 150. *per tot. lib.* 2. vide in §. *Militia num.* 19. Roland. *conſ.* 66. *per tot. lib.* 1. *& conſ.* 69. *lib.* 2.

19 Vniuerſitates, ſiue Communitates ſtatus Eccleſiaſtici mediatè, vel immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubiectæ, non poſſunt ſiue expreſſa licentia Cameræ Apoſtolicæ, vel Sacræ Congregationis ſuper bono Regimine, quamcumque obligationem contrahere abſque vitio nullitatis, niſi inſtaret præciſa, ac adeo celeris neceſſitas, vt non daretur ſpatium illam impetrandi; ita vt nec teneantur de in rem verſo, & ſi poſſent dici locupletatæ ex eo, quod haberent actionem contra alios, liberantur per eius ceſſionem, vt cauetur ex Conſtitutione 42. Sixti V. §. 5. *& ſeqq. Bull. tom.* 2. *renouata in Conſtitut.* 10. Clementis VIII. *Bull. tom.* 3. & tradit Rot. per Buratt. *deciſ.* 751. *num.* 5. *& in recent. par.* 15. *deciſ.* 365. *per tot.* vbi aliæ concordantes referuntur, *& par.* 16. *deciſ.* 87. *num.* 3. *& ſeqq.* vbi pro nullitate cenſus non docto de dicta licentia, ac idem in alijs alienationibus vigore dictæ Conſtitutionis Sixti V. ex defecto aliarum ſolemnitatum iuris, de quibus dixi in §. *Alienatio n.* 31.

Sufficeret tamen licentia Cardinalis Legati, & obſeruantia ſolemnitatum ſolitarum iuxta conſuetudinem loci, quæ eſt attendenda, & derogat ſolemnitatibus iuris communis, etiam ſi non ſit cum debitis requiſitis probata, cùm non agatur quoad deciſoria, ſed tantùm quoad ſolemnitates, circa quas conſuetudo poteſt probari per ſimilia inſtrumenta, Loſeos *de iur. vniuerſ. par.* 3. *cap.* 7. *n.* 6. Simon de Præt. *conſ.* 79. *n.* 34. *& ſeqq.* cum alijs per Rot. *par.* 17. *rec. dec.* 264. vbi plura pro validate cenſus impoſiti à Communitate iuxta conſuetudinem loci.

Quid autem ſeruare debeant dictæ Communitates Status Eccleſiaſtici in locationibus eorum bonorum circa remiſſionem affictus, vt nullatenus ad eam teneantur tamquam ſi conductor iactum retis emiſſet, imò etiam ſi pactum huiuſmodi forſan omiſerint tacitè ſubintelligatur vigore dictæ Conſtitutionis Clem. VIII. ſuper bono regimine §. 17. cuius verba in hoc propoſito refert Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 49. *num.* 113. quæ deſeruire poſſunt pro formula arctiſſimi pacti in alijs locationibus priuatorum ad excludendam dictam remiſſionem affictus.

De vniuerſitatibus plura Bertachin. *Repert. verb. Vniuerſitas*, Ioſeph. Feliu. *Margar. var. concl. eodem verb.* Thoro *Compend. deciſ. Neap. par.* 1. *&* 2. *eod. verb.* plenè Iacob. Choellius *tract. de bon. Regim.* Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 535. *& ſeqq.* cæterique plures indicati à Caſtelon. *Alphab. iurid. verb. Vniuerſitas, &c.* Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. par.* 5. *eod. verb. fol.* 813. 20

§. VOLVNTAS. XX.

Voluntas coacta, licèt ſit voluntas, non tamen poteſt dici ſpontanea, & libera, & multa de verbo *ſponte* appoſito in ſtatutis, quod puram, & liberam voluntatem ſignificet, nulla vrgente, vel impellente cauſa neceſſaria, & nullius imperij coactione præcedente, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 544. *num.* 25. *&* 44. Barboſ. *de Axiom. iur. Axiom.* 230. *n.* 8. vide in §. *Vis n.* 3. 1

An, & quando voluntas coacta dicatur voluntas, vel non, Tuſch. *litt. V. concl.* 280. *&* 281.

Plura de libera voluntate, quando dicatur talis, quando præter ea tacitè perdurare dicatur, & an effectus poſt cauſam voluntariam ſequutus imputetur voluntati, vbi non eſt amplius in poteſtate illius, qui priùs voluit, Azor. *Inſtit. moral. par.* 1. *lib.* 1. *cap.* 2. *& ſeqq.* Tuſch. *litt. V. concluſ.* 279. *& ſeqq.* vbi quid ſit voluntas, non voluntas, & alia, Caſteton. remiſſiuè *in Alphab. iurid. verb. Voluntas.*

An autem voluntas poſſit aliquando vim pati, latè explicat Gab. Vaſquez *in Primam* 2. *S. Thom. tom.* 1. *diſput.* 26. *cap.* 1. *per tot. fol. mihi* 125. *& ſeqq.* vbi etiam an violentia cauſet inuoluntarium, & alia ad rem per totam dictam diſputationem.

Voluntas teſtatoris debet regulariter probari per ſeptem teſtes, vel per quinque vbi adeſt clauſula codicillaris, niſi agatur de ſimplici declaratione, quæ etiam per duos ſolos teſtes poſſet probari, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 637. *n.* 5. *&c.* Magon. *deciſ. Flor.* 146. *num.* 26. Tuſch. *litt. V. concl.* 284. Rot. *par.* 9. *recent. deciſ.* 102. *n.* 13. *&c.* vbi quòd dum agitur de ſimplici declaratione ſufficiunt duo teſtes, etiam ſingulares, imò vnicus, *par.* 10. *dec.* 350. vbi de coniecturis, & vſu loquendi teſtatoris, *& par.* 12. *dec.* 351. *per tot. par.* 13. *dec.* 296. *n.* 11. *&* 12. *& dec.* 430. *n.* 15. vbi de aperienda donatoris voluntate, *& dec.* 478. *n.* 4. vbi ad effectum declarandæ voluntatis admittuntur teſtes, etiam vnici, & ſingulares, *& par.* 14. *dec.* 44. *n.* 14. vide in §. *Teſtes n.* 80. Bich. *dec.* 590. *n.* 10. facit Ferdinand. de Eſcanno *tract. de teſtam. cap.* 16. vbi plura de perfectione, & imperfectione voluntatis teſtibus probanda ad valorem, vel deſtructionem teſtamenti. 2

Quotieſcumque enim declaratio tendit ad certificandam diſpoſitionem obſcuram iam perfectam ſufficiunt duo

teſtes,

teſtes, quando autem reſpiceret diſpoſitionem de iure certam, & claram, debet ſolemniter probari per ſeptem teſtes ab eo, qui prætendit voluntatem teſtatoris fuiſſe aliter, quam reperiatur ſcripta, quia tunc non agitur propriè de declarando, ſed de noua diſpoſitione inducenda, latè idem Gratian. *cap.*650.*n.*13. *&c. cap.*922. *num.*33. Rot. *par.* 2. *diuerſ. dec.* 333. vide in §. *Hæres n.* Rot. *par.* 10. *rec. dec.* 61. *per tot.* vbi ſequitur prædicta, & qualiter huiuſmodi declaratio poſſit etiam fieri per epiſtolam, iuxta *l. Epiſtola* 75. *ff. ad Trebell. & par.* 11. *dec.* 148. *n.* 7. *&c. deciſ.* 211. *n.* 6. *& ſeqq. & par.* 13. *dec.* 32. *n.* 17. *&* 18. *& dec.* 25. *num* 4. *& ſeqq.*

Qualiter dubia teſtatoris voluntas, & diſpoſitio, poſſit per executores teſtamentarios declarari, ita vt debeat eorum declaratio attendi, perindè ac ſi ab ipſo teſtatore prodierit, Bald. *conſ.*259. *n.* 1. *vol.*4. Merlin. *dec.*456. *n.*2. *&* 16. Rot. *par.* 13. *rec. dec.* 156. *n.* 7. *&* 8. vide *in* §. *Teſtator n.* 24.

Item poteſt declarari per epiſtolas ab eodem teſtatore ſcriptas, Rot. *par.* 16. *rec. dec.* 360. *n.* 5. *& ſeqq.*

Quòd voluntatis mutatio, & correctio non præſumatur, inferendo ad plura Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 37. *per tot.* Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1416. *per tot.* Barboſ. *de Axiom. iur. Axiom.* 230. *num.* 7. *etc.* Tuſch. *litt. V. concl.* 286. *per tot.* vbi quòd voluntas præſumitur durare, & in quibus, *et litt. M. concl.* 434.

An, & quando dubia voluntas teſtatoris arguatur ex ſcriptis in teſtamento nullo, imperfecto, vel reuocato, Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 15. *per tot.* Magon. *deciſ. Flor.* 146. *n.* 26. *et ſeqq.* Altograd. *conſ.* 65. *n.* 125. *lib.* 2. vide in §. *Pater num.* Ricc. *Collect.* 2097. Rot. *par.* 13. *rec. dec.* 207. *num.* 7. vbi quòd non poteſt ſummi interpretatio ex teſtamento in partibus ſubſtantialibus reuocato.

Qualiter voluntas teſtatoris declaretur etiam ex non facto, & ex obſeruantia hæredum, Rot. *par.* 18. *rec. deciſ.* 496. *n.* 4. *et* 15.

Quòd ſit conſideranda de tempore teſtamenti, non autem ex eo quod poſtea ſucceſſerit, Altograd. *conſ.* 96. *n.* 53. *etc. lib.* 1. dixi in *reſol. cap.* 67. *num.* 17. Gabriel. *conſ.* 113. *num.* 13. *vol.* 1. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 3. *tit.* 11. *num.* 22. Ricc. *Collect.* 546. Rot. *par.* 10. *recent. deciſ.* 305. *num.* 30. *par.* 11. *deciſ.* 282. *num.* 13. *etc.* vbi quòd non attenduntur ea, quæ ante, vel poſt teſtamentum dicta fuerunt, ſed in actu teſtandi, *et par.* 13. *dec.* 321. *num.* 13. *et ſeqq.* vbi quòd voluntas de die antecedenti præſumitur immutata, ſi in teſtamento expreſſa non legatur.

3 Voluntas teſtatoris ſemper eſt indaganda, cùm totum efficiat, & poſſit in teſtamentis, principalem locum obtineat, tanquam lex ſit ſeruanda, proſternat omnem verborum rigorem, & formam, quæ ideò ad illam ſuſtinendam impropriantur, etiamſi præſumptionibus tantùm, & coniecturis demonſtretur, vt benè probat, & exornat ad inducendum reciprocum fideicommiſſum, Sperel. *dec.* 152. *num.* 33. *et ſeqq. per tot.* & generaliter quomodo ſit perſcrutanda ſine diuinatione, latè Paul. Rob. *in Annot. ad deciſ.* 320. *par.* 9. *rec. vol.* 2. Rot. *par.* 17. *recent. deciſ.* 154. *n.* 12. *et ſeqq.*

Qualiter voluntas teſtatoris ſecundum leges, debeat pro lege ſeruari, niſi ſit contra bonos mores, vel alias inhoneſta, Tuſch. *litt. T. concl.* 89. *per tot. et litt. V. concl.* 287. Ricc. *Collect.* 330. 1691.

Debet tamen voluntas colligi ex verbis, alias tanquam imaginaria non attenditur, & quales debeant eſſe coniecturæ illam demonſtrantes, vide in §. *Subſtitutio num.* plenè Paul. Rub. *in Annot. ad dec.* 320 *per tot. par.* 9. *recen. vol.* 2. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 3. *tit.* 19. *n.* 56. *et lib.* 7. *tit.* 12. Molin. *de Primog. lib.* 1. *cap.* 19. Peregr. *dec.* 102. vbi in terminis prohibitionis vſusfructus, & Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 7. *par.* 3. Caſtil. *de vſufruct. cap.* 3. Merlin. Pignatel. *lib.* 1. *cap.* 29. *etc.*

Quòd voluntas, & mens contrahentium non attendatur, niſi quatenus ex verbis appareat, alias tanquam in mente retenta nihil operatur, Altograd. *conſ.* 13. *num.* 16. *et ſeqq. lib.* 2. Ricc. *Collect.* 3094.

Ex quibus probetur mens tacita alicuius, Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concluſ.* 1046.

Quòd voluntas diſponentis præſumatur conformis iuri, ſtatutis, & conſuetudini, Tuſch. *lit. V. concluſ.* 282. vide *in* §. *Teſtator n.* 17. Maſcard. *de probat. volum.* 3. *concluſ.* 1415. vbi plura, ex quibus poſſit declarari, & probari alicuius voluntas.

Item voluntas teſtatoris debet recipere eam interpretationem, per quam abſurda vitantur, Rot. *par.* 6. *rec. dec.* 215. *n.* 5. Bich. *dec.* 337. *n.* 15.

Voluntas teſtatoris quando, & ex quibus cauſis poſſit commutari, vel diſpenſari à Summo Pontifice, & quandoque etiam ab Epiſcopo, Barboſ. *allegat* 83. Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 9. *tit.* 1. *num.* 541. *et ſeqq. fol.* 197. Coſta *de facti ſcient. et ignorant. diſtinct.* 37. *cent.* 2. latiùs Monet. *per integrum tract. de commut. vlt. volunt.* Toſch. *lit. E. concluſ.* 273. *lit. L. concluſ.* 113. *lit. P. concluſ.* 55. *lit. T. concluſ.* 146. vide *in* §. *Epiſcopus num.* 53. Concil. Trident. *ſeſſ.* 22. *can.* 6. Ricc. *Collect.* 558. 1270. 2747. Faber. *in C. tit.* 2. *lib.* 1. *definit.* 71. Cyriac. *contr.* 364. Tondut. *lib.* 1. *quæſt.* 25. *&* 112. Dian. *tom.* 6. *tract.* 9. *reſol.* 64. *& ſeqq.* Lara *de Anniuerſ. lib.* 15. *cap.* 14. Molin. *de iuſt. tract.* 2. *diſput.* 249. Rot. *par.* 12. *recent. dec.* 408. *per tot.* vbi quòd ſtante diſpenſatione, ceſſat omnis pœna, vel caducitas à teſtatore appoſita, *& par.* 13. *dec.* 185. *in eadem cauſa*; vbi fuit confirmata prima deciſio, *& par.* 17. *deciſ.* 290. vbi pro nullitate commutationis factæ ab Epiſcopo ſua ordinaria auctoritate, quæ ſoli Pontifici reſeruatur, eo magis cùm eſſet facta in opus minus pium, ſine citatione executorum, & piæ cauſæ primò nominatæ, *& par.* 18. *dec.* 744. *per tot.* vbi de commutatione legati pij in aliud opus pium, & quando talis commutatio poſſit fieri etiam ab Epiſcopo cum hæredibus, & executoribus teſtamentarijs, & ſine citatione, *& par.* 19. *dec.* 267. *in eadem cauſa*, Poſſent. *ſing.* 123. vbi quòd ex cauſa neceſſaria, vel vtili poteſt commutari ab Epiſcopo, vel eius Vicario.

An, & quando poſſit mutari per executores, abſque alia diſpenſatione, Caſtr. *conſ.* 303. *n.* 6. *lib.* 1. Tuſch. *lit. E. concluſ.* 537. *& lit. V. concluſ.* 285.

Qualiter ex cauſa poſſit Princeps derogare diſpoſitioni teſtatoris, Dec. *conſ.* 403. *num.* 13. Couar. *var. reſol. cap.* 6. *lib.* 3. Tappia *dec.* 20. Sanfelic. *in Praxi ſect.* 26. *n.* 8. *&c.* Iul. Capon. *tom.* 2. *diſcept.* 103. Caſtill. *lib.* 3. *contr.* 28. vide *in* §. *Princeps n.* 6.

Voluntas captatoria quænam dicatur vt ſit nulla, vide *in* §. *Teſtamentum num.* 12. *&c.* Ricc. *Collect.* 593. Couar. *in cap. cum tibi num.* 1. *de teſtam.* Graſſ. §. *Inſtitutio quæſt.* 18. *num.* 2. Rot. *par.* 6. *recent. dec.* 350. *num.* 4. *& ſeqq. & par.* 11. *dec.* 23. *num.* 12. *& ſeqq. per tot.* Leoncil. *deciſ. Ferr.* 56. latè Peregrin. *de fideicom. art.* 33. *num.* 51. *& ſeqq. per tot.* Seraph. *dec.* 359. *&* 363. Rot. *par.* 18. *rec. dec.* 368. *per tot.* Carol. Marant. *contr. par.* 4. *reſponſ.* 9. *per tot.* 5

Volens aliquem vulnerare, vel occidere, ſi caſu alium tertium vulneret, vel occidat, ſiue ſe defendendo, ſiue alium aggrediendo, quomodo ſit puniendus, vide Cabal. *reſol. crim. caſ.* 31. *per tot.* dixi *in* §. *Homicidium num.* 6

An, & quomodo in delictis ſpectetur, ſiue attendatur voluntas, idest animus delinquendi, Ricc. *Collect.* 662.

Voluntas teſtatoris qualiter arguatur ex diſpoſitione expreſsè facta in vno caſu, & in alio omiſſa, vide *in* §. *Teſtator num.* 23. Coſt. *de facti ſcient. & ignorant. inſpect.* 71. *per tot.* 7

Quòd talis ſemper præſumatur voluntas, & mens teſtatoris, qualis apparet ſcripta in eius teſtamento, illique ſtandum ſit, nec poſſit euerti, aut alterari ab hærede, etiam ſi illi, vel alteri fuerit oretenus commiſſa declaratio, quæ debet eſſe conformis teſtamento, & alia ad intelligentiam dictæ declarationis alteri commiſſæ, quomodo ſit facienda, latè Rot. *par.* 14. *rec. dec.* 294. *per tot. & deciſ.* 404. *in eadem cauſa.*

Voluntas quando dicatur imperfecta, indeterminata, & præparatoria, veluti perficienda per aliam operationem, ſeu potiùs diſpoſitiua, perfecta, & abſoluta, ita vt nullam aliam operationem, pro ſui ſubſtantia requirat, vide Rot. *par.* 14. *recent. dec.* 464. *num.* 6. *& ſeqq.* & alios quos allegaui *in* §. *Verbum num.* 28. *&* §. *Teſtamentum num.* 16. *& ſeqq.* plenè Ferdinand. de Eſcano *tract. de teſtam. per tot.* vbi ex quibus arguatur perfectio, vel imperfectio voluntatis teſtatoris ad ſuſtinendum, vel annullandum teſtamentum. 8

Voluntas teſtatoris, quæ non tranſiuit in diſpoſitionem non eſt attendenda, cùm non ſufficiat ita voluiſſe, niſi etiam diſpoſuerit, *l. quidam cum filium, ff. de hered. inſtit.* Buratt. *dec.* 199. *num.* 5. Rot. *par.* 12. *recent. deciſ.* 377. *& ſeqq. & par.* 16. *dec.* 360. *n.* 9. 9

Cui concluſioni contraria videtur alia, quòd haberi debeat

debeat pro expreſſo, & [illegible] oſitio id, quod ſi t[e]ſtator [illegible]i-taſſet, & expreſſiſſet, Ludouiſ. *dec.*301. vbi Beltramin. *in Addit. n.* 17. facit quod dixi *in* §. *Teſtator n.* 23. Marcard. *de probat. vol.*3. *concluſ.* 136. *per tot.*

10 Voluntas [illegible]iſi adſit te[m]pore, quo actus fit non ſufficit, quòd de[illegible] conſtet Marc. Salon. *de Pace conſ* 6. *num.*6. Ioſeph. Feliu. *in Margar. var. concluſ. verb. Voluntas fol.* 131. *col.* 1. di[xi] *ſupra num.*2. *in fine*.

11 Voluntas teſtatoris an, & quando dicatur alicui fiduciariter commiſſa, & quid importet, dixi *in* §. *Hæres n.* 11. & §. *Teſtator n.*24.

12 De voluntate imperante, & de voluntate teſtatoris quomodo interpretanda, quid operetur, & alia, Bertachin. *Repert. verb. Voluntas*, Ioſeph. Feliu. *Margar. var. eod. verb.* An ex actu nullo, vel reuocato probetur voluntas, Ricc. *Collect.* 2097. Caſtill. *lib.* 5. *controu.* 108. Fontanell. *deciſ.* 27. Gomez. *lib.* 2. *var. cap.* 14. *num.*16. & alij citati à Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Voluntas*, vbi etiam remiſſiuè, an voluntas coacta ſit voluntas, ex actu geminato magis oſtenditur, ad ignorata non extenditur, ex coniecturis deducitur, mutata an præſumatur, an morte finiatur, & alia plura, de quibus etiam Com. Auguſt. Fontan. *Bibl. oth. leg. p.* 5. *verb. Voluntas fol.*817. Io. Torre *de ſucceſſ. in Maioras. & Primog. Ital. in multis locis, vt in Indice gener. in fine, par.*3. *verb. Voluntas*, vbi de voluntate anomala, & innominata, diſpoſitiua, permiſſiua, de vltima voluntate, de teſtatoris voluntate, & alia plura in genere, & in ſpecie.

Voluntas teſtatoris non ſolemnis, ſed per confeſſionem partis, vel per teſtes duos ſaltem probata, qualiter inducat obligationem naturalem, & poſſidenti tribuat retentionem, benè Manſ. *Conſult.* 190. & 191. *per tot. lib.* 2. Gob. *Conſult.* 1. *n.* 63. & *ſeqq.* & dixi *in nouis meis reſolut. additis in fine huius Tomi.*

§. VOTVM. XXI.

1 VOtum captandæ mortis alienæ non attenditur, vbi agitur de vniuerſitate bonorum, ſed ſolùm de certa parte, nec quando ille de cuius mortis captandæ voto agitur conſenſit pacto, nec quando prouenit ex accidenti extrinſeco, ſed tunc demùm quando ex ipſo contractu, & eius natura reſultat, Cenc. *de Cenſ. quæſt.* 10. *num.* 20. & *c.* Michalor. *de Fratr. par.*3. *cap.*12. *num.* 9. & *c. ad* 21. Grat. *diſcept. forenſ. cap.*470. *per tot.* vbi *num.* 5. & 6. videtur tenere contra primum dictum, & multa *in cap.* 692. *per tot. cap.*818. *num.*20. & *c.* Fontanel. *deciſ.* 212. & 213. *per tot.* vbi de prouiſione officiorum ſæcularium, an poſſit fieri in tempus, quo vacabunt, & licèt multa adducat in contrarium conſideranda ante factum, tamen poſtea pro affirmatiua concludit poſt factum, vbi de feudo, emphyteuſi, officio, maioratu, fideicommiſſo, beneficijs, & ſimilibus, de quibus ſi fiat aliqua diſpoſitio viuente poſſeſſore quærit an habeatur in conſideratione huiuſmodi votum mortis alius captandæ, adde Tuſch. *lit. V. concluſ.* 288. vide *in* § *Pactum n.*3. & *c.*

Item non attenditur votum captandæ mortis alienæ in contractu matrimonij eius fauore, Crauet. *conſ.* 256. vide Michalor. *d. cap.*12. *n.*19. & *c.* dixi *in* §. *Pactum n.*3.

Item non attenditur fauore militis, & piæ cauſæ, vt dixi *in* §. *Pactum n.*3. *verſ. quod pactum*.

Item non attenditur quando eſſet incertum, vel de incerta perſona, Tuſch. *lit. V. concluſ.* 288. *n.*5.

Quòd votum captandæ mortis alienæ ſit conſiderabile, etiam in beneficijs, & Commendis, ac ideò non poſſit co[nc]edi expectatiua ad certam Commendam vacaturam, *cap. deteſtanda de conceſſ. prabend. in* 6. Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 19. *de reform.* Conſtit. Pij V. 73. *in Bullar.* §. 6. Merlin. *deciſ.* 845. *num.* 1. *et deciſ.* 855. *num.*4. *etc.* Rot. *p.*9. *recent.*374. *num.*8. *etc. et par.* 12. *dec.* 18. *n.*2. *et ſeqq.* vide *in* §. *Penſio num.*30.

Nec procurator conſtitui ad præſentandum certam perſonam in beneficio vacaturo, licèt quoad incertam valeret, Ric. *Collect.* 1278. vide *in* §. *Patronus n.*5. Rot. *d. par.* 12. *dec.* 18. *n.*2. *et ſeqq.*

2 Votum eſt alicuius rei licitæ faciendæ, vel non faciendæ cum deliberatione animi Deo facta pollicitatio, vel promiſſio, Hoſtienſ. *in ſumm. de voto*, Michalor. *de Fratr. par.* 2. *cap.* 32. *num.* 9. An autem huiuſmodi promiſſio per votum Deo facta, vel religioſa profeſſio ſit verus contractus cum Deo, latè Petr. de Onnate *de contract. tom.* 2. *diſput.*25. *ſect.*[5.] & 6. *per tot. fol.* 48. *etc.*

Quòd ſit multiplex, quando, & quos obliget, vel non, Tuſch. *lit. V. concluſ.* 289. *et ſeqq.* Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* [illegible] *per tot.* D. Raymund. *in Summa lib.* 1. *tit. de vot. fol. mihi* 54. & *c.* Suarez *de Relig. tom.* 2. *tract.* 6. *de voto lib.* 1. *fol* 514. *etc.* vbi plura de voto, & remiſſiuè Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Votum*.

Vt obligent vouentem, tria requiruntur, nempè deliberatio, propoſitum, & promiſſio, Rot. *par.* 2. *diuerſ. deciſ.* 107. *num.* 18. vbi quòd hæc non cadunt in furioſum, & mente captum, qui nec animum, nec cor habet, quod reſpicitur à Deo, plenè Suarez *loc. cit.*

An vota, & iuramen[ta] pupillorum in ætate impuberi emiſſa poſſint per eorum tutores, & curatores irritari poſt pubertatem, Dian. *par.*9. *tract.*8. *reſol.*14. & 15. vbi etiam de votis filiorumfam. ſeruorum, & vxorum, refert contrarias opiniones, & [v]idetur affirmatiuam amplecti, Ricc. *Collect.* 2752. vide Suarez *d. tract. de voto lib.* 3. *cap.* 5. *per tot. fol.*617. & *c.* Hier. Cala *tract. de reſtit. in integr. denegand. quæſt.* 24.

Votum calore iracundiæ emiſſum non obligat, *gloſ.* 3
in cap. dudum de conuerſ. coniug. vide Suarez *d. tract. de voto lib.* 1. *cap.* 6. *et ſeqq. fol.* 528. *etc.* vbi plura an ſit de ratione voti libera voluntas, qualis eſſe debeat, & an vota facta ob grauem metum ſint iure Eccleſiaſtico irrita, &c. Rot. *par.* 18. *rec. dec.*373. vbi de metu.

Quòd dubitans an votum, vel iuramentum emiſerit, ſi præmiſſa debita diligentia nequeat dubium vincere, non obligetur, quia poſſeſſio ſtat pro libertate voluntatis, Sperel. *deciſ.* 175. *num.* 45. vide Suarez *de Relig. tom.* 2. *tract. de voto lib.* 4. *cap.*5. *per tot. fol. mihi* 638. vbi plenè de obligatione voti.

Votum emiſſum ab vno ex ſocijs omnium bonorum ſi- 4
cut eleemoſinæ, cæteraque opera pia, ſi requirat paruam expenſam, & ſit quid ſolitum, debet adimpleri de communi; ſi verò ſit inſolitum, & requirat maximam impenſam non debet ſolui de communi, quia ſocius inſolita faciens non caret culpa, & conſocios etiam omnium bonorum non obligat, circa quod tamen multum verſatur iudicis arbitrium, Michalor. *de Fratr. par.*2. *cap.* 32. *num.* 12. & *c.* vbi refert Petr. de Vbald. diuerſimodè ſentientem, quem dicit ſequi Decian. *reſponſ.*85. *n.*13. *lib.*2. Mantic. *de tacit. lib.*6. *tit.*19. *n.*28.

Votum continentiæ poteſt per Papam commutari in ca- 5
ſtitatem coniugalem, cum huiuſmodi commutatio non mutet Regulæ ſubſtantiam, Sot. *de iuſt. & iur. lib.* 6. *quæſt.* 5. *art.* 30. *col. pen.* ſequitur in militibus de Alcantraua, Rot. *par.*2. *diuerſ. dec* 26. *n.*6.

Pl[ur]a de comm[u]tatione v[o]torum, Dian. *par.*2. *tract.*16. *reſol.* 6. & *ſeqq.* & *par.* 3. *tract.*5. *reſol.* 25. & 26. Candid. *Diſquit. Moral. tom.*2. *Diſquiſit.*25. *per tot. fol.*273. & *ſeqq. ad* 303. vbi plura de votis, illorum diſpenſatione, irritatione, commutatione, & huiuſmodi, & *Diſquiſit.* 26. *fol.*303. & *c.* vbi etiam de diſpenſatione, commutatione, & abſolutione iuramentorum, Suarez *de Relig. tom.* 2. *tract. de vot. lib.*6. *per tot. fol. mihi* 714. & *ſeqq.* vbi plenè de irritatione, diſpenſatione, & commutatione votorum.

De voto aſſumendi ſtatum Religionis quomodo obliget, an dirimat ſponſalia, & impediat matrimonium, vel vſum eius, an, & quomodo poſſit commutari, & alia ad rem, latè Suarez *de Relig. tom.* 3. *lib.* 4. *per tot. fol.*175. & *c.*

Item de voto paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ, quæ comprehendant iſta vota, vel non, & alia, plenè i[de]m Suarez *d. tract. tom.* 3. *lib.*8. *fol. mihi* 385. & *c. lib.* 9. *fol.*484. & *lib.*10. *fol.*612. *per tot.*

Quomodo autem huiuſmodi vota paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ emittantur in Societate Ieſu, quid operentur, & alia plura ad rem, idem Suarez *de relig. tom.*4. *tract.* 10. *lib.* 5. *per. tot. fol.*481. & *ſeqq.*

De alijs votis ſimplicibus, quæ in dicta Societate Ieſu emittuntur, de illorum effectibus, an profeſſio diù differatur, quomodo fiat, & alia, idem Suarez *d. tom.*4. *tract.* 10. *lib.*6. *per tot. fol.*574. & *c.*

De voto tradit nonnulla etiam Bertachin. *Repert. verb. Votum*, Ioſeph. Feliu. *Margar. var. concluſ. eod. verb.* Leſſ. *de iuſt. & iur. lib* 2. *cap.*40. *per tot.* Ceuallos *comm. q[uæ]ſt.* 748. Caſtro Palao *in ſuis Operib.* alijque plures Theologi, & Summiſtæ antiqui, & moderni relati à Caſt[e]ion.

Alpha-

Alphabet. iurid. verb. Votum, & a Com. Auguſt. Fontan. *Bibliotb. leg. par. 5. eodem verb. fol. 81*.

An autem vota emiſſa fauore piæ cauſæ veluti ædificandi Eccleſiam, Altare, Capellam, & huiuſmodi producant actionem in foro exteriori, Anell. Amat. *conſil. 16.* vbi concludit affirmatiuè, prout illum refert, & ſequitur Thoro. *Compend. decif. Neap. par. 1. verb. Votum*, & melius hoc probat Parlador. *rer. quotid. lib. 2. cap. 3. num. 34. fol. mihi 72.* & facit *fol. 297.* Vbi de differentia inter votum, & iuramentum, & quod ea, quæ ex voto fiunt maioris ſunt meriti apud Deum, quàm ea, quæ ſpontè, &c. Valer. *de differ. vtriuſque fori verb. Votum differ. 1.* vbi ad hoc, vt actionem producant in foro externo requirit, quod aliquis pro loco pio acceptauerit, in foro autem conſcientiæ nulla requiritur acceptatio: ſed nec in foro externo iudicio meo, per ea, quæ de donatione abſenti facta dixi in §. *Donatio num.* ac ita etiam poſtea concludit de iure canonico, idem Valer. *loc. cit. verſ. obſerua tamen.*

De votis eligentium, quomodo ſint danda, ac de votis Iudicum in iudicando, quando ſequenda, vel non, quomodo concordanda, & alia ad rem, Thoro *Comp. decif. Neap. par. 1. & 2. verb. Votum*, Altimar *ad Rouit. Rub. 9. quæſt. 51.* Guazin. *deffenſ. 13. cap. 3.* Cabed. *decif. 6. & 7. par. 1.* vbi de votis Senatorum, & ordine in eis ſeruando, de quibus etiam Creſp. de Valdaur. *obſeru. 10.* & alij relati a Com. Auguſt. Fontan. *loc. cit.* vbi indicat alia notabilia de huiuſmodi votis.

10 Vota quæuis ſint Papæ reſeruata, vt non poſſint ab alijs commutari ſub pœna excommunicationis, nempè peregrinationis tranſmarinæ, viſitationis Liminum Sanctorum Apoſtolorum, & Sancti Iacobi in Compoſtella, Caſtitatis, & Religionis, Carol. Ant. Theſaur. *de pœn. Eccleſ. par. 2. verb. Vota fol. 356.* vbi nouem modis limitat, & declarat, facit Valer. *de differ. vtriuſque fori, verb. Votum per tot.* vbi de votorum commutatione, à quo, & ex qua cauſa fieri poſſit, de votis fictè in Religione emiſſis, ac de fictis votis, ad quid, & quos obligent in vtroque foro, & plenè de omnibus prædictis, & alijs, Mendo *in Elucidat. Bullæ Cruciata Diſput. 16. per tot.*

11 De Votis paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ præſtandis à diuerſis Ordinibus Militaribus, vel Equeſtribus, ad quid obligent, vel non, à quibus diſpenſari valeant, & alia, Mendo *tract. de Ordin. Milit. in pluribus locis, prout in Indice verb. Caſtitas, Obedientia, Paupertas, Votum, &c.*

§. VSVRA. XXII.

1 VSura nil aliud eſt, quàm lucrum immediatè ex mutuo proueniens; & pro lucro intelligitur quidquid temporale pretio æſtimabile percipitur, vt pecunia, munus, obſequium, & ſimilia, dicitur *immediate*, quia ſi non immediatè lucrum proueniret ex mutuo, & ex vi pacti expreſſi, vel taciti, ſed ex amicitia, vel gratitudine non eſſet vſura; additur *ex mutuo*, quia ſi ex alio contractu illicito ad mutuum non reducibili non eſſet vſura, ſed iniuſtitia, item quia ſi ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis perciperetur, pariter non eſſet vſura, tunc enim tantùm dicitur lucrum ex vſura prouenire, quando nullam aliam habet rationem, quàm mutui, Abb. *in cap. 1. de vſur.* Nauar. *in Manual. cap. 17. num. 209.* Sot. *de iuſt. & iur. lib. 6. quæſt. 1. art. 1. & 2.* Michael. Salon. *de iuſt. & iur. tom. 2. quæſt. 78. art. 2. fol. mihi 217.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 258. num. 9. &c.* Clar. *in §. Vſura in princip.* Card. Tuſch *lit. V. concl. 336. &c.* Azor *Inſtit. Moral. par. 3. lib. 5. tit. de vſura cap. 1.* Canoniſtæ *in cauſ. 14. quæſt. 3. & 4.* Legiſtæ *in l. ad hæc, & l. eos, C. de vſur.* Couar. *var. reſol. lib. 3. cap. 1.* Laurent. Matthæu. & Sanz. *de re crim. contr. 40. num 4. & ſeqq.* vbi plenè de vſurario paciſcente ſub prætextu intereſſe, P. Steph. de Neapol. *de præſcript. iur. & iuſt. part. lib. 2. cap. 29. per tot.* Dian. *reſol. moral. par. 1. tract. 8. reſol. 59. & ſeqq.* vbi *reſol. 62.* an mutuans poſſit excitare recipientem ad remunerandum beneficium, & affirmatiuè concludit, dummodò non ex vi mutui, nec ex debito iuſtitiæ, ſed tantùm ex gratitudine, & quid ſi nollet mutuare, donec recipiens dicat ſe daturum ex gratitudine, ita vt ex fidelitate, licèt non ex iuſtitia remaneat obligatus, & an ſaltem tunc ſit vſura mentalis: prædictus adde latè Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract. 19. Diſput. 3. per tot. fol. 248. &c.* D. Raymund. *in Summa lib. 2. tit. de vſur. fol. mihi 227. &c.* Carol. Marant. *contr. par. 5. reſponſ. 62. & 63. per tot.* vbi plura de vſuraria prauitate, quòd ex ea non transferatur dominium, & alia.

Quòd vſura propriè, & directè committatur tantùm in mutuo, in alijs verò contractibus impropriè, & indirectè cum in eis ineſt implicitum mutuum, & ſic quando mutuum eſt palliatum ſub velamine alterius contractus, quia vſura non cadit niſi in mutuo vero, vel palliato, *cap. conſuluit de vſur.* Viui *comm. opin. 1051.* Ricc. *Collect. 372. 1548. 2045. & 2678.* Rot. *par. 2. diuerſ. dec. 197. num. 3.* Merlin. *decif. 161.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 258.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 123. per tot.* vbi plura quando, & ex quibus præſumatur vſura, & alij ſupracitati, Leotard. *de vſur. quæſt. 1. & 8.* Straban. *de Intereſſ. lib. 2. tit. 11. quæſt. 1. num. 27. & ſeqq.* Sperel. *decif. 119. num. 66. 69. & ſeqq.* vbi agunt etiam de ratione, quare in alijs contractibus implicitum, & virtuale mutuum non continentibus, non committatur vſura, & ſi magis pernicioſi videantur, & dixi *in Pract. §. Vendere num. 34. & §. Vſura num. 4. & 17.* Rot. *par. 13. recent decif. 58.* vbi quòd in mutuo tantùm verò, vel ficto tradit vſura, non autem in locatione, maximè annexa contractui cambij, nam ſi locatio ſit exceſſiua, agi debet remedio, *l. 2. C. de reſcind. vendit.* non autem ex fœnoris cauſa impugnari, quæ deciſio fuit confirmata eadem *par. 13. decif. 164. & decif. 252.* Caſpenſ. *loc. ſup. cit.* vbi plura de mutuo, & vſura, qualiter committatur, vel non, & Carol. Marant. *d. reſponſ. 62. & 63. per tot.*

Multa de mutuo, & vſuris, alijſque ad hæc ſpectantibus reſoluit D. Gregor. Roſſignol. *in Nouiſs. ſua Praxi Theolog. Legal. tom. 1. Contract. 3. fol. 145. & ſeqq. ad 308.*

An vſura committatur in tranſactione, vide *in §. Tranſactio num. 26.*

Et quoad locationem, vide *in §. Conductio num. 48. & §. Locatio n. 24.*

Plura de vſuris quid ſint, quomodo prohibitæ, vel permiſſæ, & alia, plenè Paul. Chriſtin. *decif. Belgic. 41. cum pluribus ſeqq. volum. 3.* Ricc. *Collect. in Repertor. verb. Vſura*, Petr. Royz. Maur. *decif. Lituan. 5. per tot.* Ioſeph. Feliu. *in Margar. var. concluſ. verb. Vſurarius per tot. fol. 132.* Matthæu. Sanz. *de re crim. contr. 40. per tot.* Ægid. de Caſtejon. *in Alphab. iurid. verb. Vſura per tot.*

Quòd vſura manifeſta dicatur contractus ſtocchi, vide *in §. Contractus num.*

De pluribus vſurariorum fraudibus, & machinationibus ad palliandas vſuras, ex quibus deteguntur, & alia, latè Tuſch. *lit. V. concluſ. 345. & ſeqq.* Merlin. *dec. 161. per tot.* melius Matthæu. Sanz. *d. contr. 40.*

Vſura alia eſt mentalis, vel interna, alia realis, vel externa, mentalis dicitur quando quis mutuat cum intentione lucrum ex mutuo accipiendi, nullo tamen inito pacto expreſſo, nec tacito cum mutuatario: realis autem dicitur quando quis mutuat cum pacto expreſſo, vel tacito, lucrum accipiendi ex mutuo, vt benè explicant Azor. *Inſtit. moral. par. 3. lib. 5. tit. de vſur. cap. 3. per tot. fol. mihi 418.* Salon. *de iuſt. & iur. tom. 2. quæſt. 78. art. 3. contr. 10. fol. mihi 413. &c.* Couar. *in relect. tom. 1. fol. mihi 652. n. 4. 8. etc.* P. Steph. de Neapol. *de præcip. iur. & iuſt. part. lib. 2. cap. 29. num. 6. &c.* vbi etiam docent, an, & quando intret obligatio reſtitutionis.

Plura de vſura mentali, an, & quando inducatur, vel non ex ſpe, & intentione obtinendi lucrum aliquod ex mutuo, Guttierez *in Prax. quæſt. 83. per tot.* vbi plura pro excluſione dictæ vſuræ mentalis ex dicta ſola ſpe, & intentione, cùm vſura in eo ſolo conſiſtat, quòd pro mutuo aliquid quaſi in pretium accipiatur; ſecùs ſi ex mera liberalitate, & gratitudine mutuatarij, etiam à mutuante præuiſa, & intenta, vt inferius etiam ex alijs notatur *n. 6. & 8.* & latè idem Guttierez *loc. cit. quæſt. 84. cum pluribus ſeqq.*

Item vſura realis, alia eſt expreſſa, alia tacita, alia formalis, alia virtualis, item ſecundum Iuriſconſultos, alia dicitur lucratoria, alia punitoria, & alia reſtauratoria, vt docet Azor. *d. cap. 3. per tot.*

Quòd in foro externo vſura non committatur per ſolam taxationem exceſſiuam intereſſe, ſed per exactionem, & poſſit taxatio reduci, vel reijci, remanente firmo contractu quoad alia, Crauett. *conſ. 189. num. 8.* Gayl. *Obſeru. 4. lib. 2.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 589. num. 17. & 18.* vbi allegat Rot. & alios. Et ideò puniri quis non poteſt

niſi

niſi contractus vſurarius fuerit conſumatus per exactionem vſuræ, Farinac. de falſit. quæſt. 163. num. 31. & 32. Ciarlin. contr. cap. 40. num. 59. Caualcan. deciſ. 13. num. 78. par. 2. Bertaz. conſ. 55. num. 9. & ſeqq. Addit. ad Sanfelic. deciſ. 347. verſ. Eſt etiam, Conciol. reſol. crim. verb. vſura reſol. 1. num. 8. & 9. vbi tamen refert plures contrarium tenentes, cum quibus videtur tranſire, vt etiam ſola taxatio, & ſtipulatio ſine exactione tamquam actus temerarius ſit punibilis pœna extraordinaria mitiori, ſecundum Baiard. ad Clar. §. Vſura num. 32. Leotard. de vſur. quæſt. 100. num. 63. & ſeqq. & alios ab ipſis citatos.

Quòd vſura ſit materia odioſa, & habeat plura ſpecialia, Tuſch. lit. V. concluſ. 344. & 358. per tot. Nouar. in Pragm. Regn. Neapol. Collect. 229. & ſeqq. vbi plura de vſuris, & Matthæu. Sanz. de re crim. contr. 40. per tot.

3 Vſura (quidquid olim fuerit de iure ciuili, & de lege veteri ad maius malum vitandum) hodie eſt omni iure prohibita, adeò vt ſi quis aſſereret eſſe permiſſam, vel non eſſe peccatum mortale eſſet cenſendus hæreticus, prout definitum fuit in Concilio Viennenſi, & in Clement. vn. tit. de vſur. §. vlt. cap. conſuluit. de vſur. cauſ. 14. quæſt. 3. & 4. Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 1. D. Thom. 2. 2. quæſt. 78. art. 1. Leſſ. lib. 2. cap. 20. dub. 4. num. 26. &c. Filiuc. tom. 2. tract. 34. cap. 1. num. 11. &c. Azor. Inſtit. moral. par. 3. lib. 5. tit. de vſur. cap. 2. per tot. fol. 414. Salon. de iuſt. & iur. quæſt. 78. art. 1. contr. 1. fol. mihi 191. P. Stephan. de Neap. tract. de præcip. iur. & iuſt. part. lib. 2. cap. 29. num. 2. &c. & ea noſtris Pract. Papp. act. hypoth. gloſ. 2. Menoch. de arbitr. caſ. 398. per tot. vbi plura de pœnis vſurariorum tam ex iure Pontificio, quàm ciuili, & quàm peſſima ſit fœneratorum peſtis, Boniſac. de furt. § 4. num. 40. &c. Card. Tuſch. lit. V. concluſ. 337. per tot. cum pluribus ſeqq. Carol. Marant. contr. par. 5. reſponſ. 62. & 63. per tot. Clar. & Baiard. in §. Vſura per tot. Conciol. reſol. crim. verb. Vſura reſol. 1. per tot. Leotard. de vſur. quæſt. 2. per tot. Stalban. de Intereſſe lib. 1. quæſt. 15. num. 14. &c. Merlin. dec. 409. vbi magiſtraliter per tot. Sperel. deciſ. 116. per tot. Paul. Chriſtin. deciſ. Belg. 154. vol. 1. vbi quòd vſuræ lucratiuæ ſunt omni iure reprobatæ, recompenſatiuæ verò ratione damni, & intereſſe iuncta mora permiſſæ, & latiùs deciſ. 41. cum pluribus ſeqq. vol. 3. plenè Gaſp. Roderic. de ann. redit. lib. 2. quæſt. 4. per tot. Nouar. in Prag. Reg. Neap. Collect. 229. & ſeqq. Laurent. Matthæu & Sanz de re crim. contr. 40. per tot. vbi latè qualiter vſura ſit omni iure prohibita, & detegatur quando ſub prætextu intereſſe fuit in pactum deducta, Rot. par. 16. recent. deciſ. 419. vbi qualiter non poſſit fieri licita ex conuentione partium, & alia plura ad rem, vt non poſſit vendi tempus, prout vendi diceretur data dilatione ad ſoluendum ſub vſuris in ſimplici credito, & par. 17. deciſ. 323. vbi qualiter hodie ſint omni iure prohibitæ vſuræ.

4 Vſura eſt delictum mixti fori, ideòque poteſt puniri per Iudicem ſæcularem inter laicos, & etiam per Eccleſiaſticum ſalua præuentione, Tondut. de præuent. par. 2. cap. 26. per tot. Clar. in §. Vſura num. Paul. Chriſtin. dec. Belg. 31. num. 2. &c. vol. 2. & deciſ. 41. num. 19. vol. 3. Addit. ad Sanfelic. dec. 347. verſ. Quis ſit, Cacheran. dec. 137. Peguer. deciſ. 30. Nouar. in Pragm. Reg. Neap. Collect. 230. num. 6. Conciol. verb. Delictum reſol. 2. num. 12. & ſeqq. & verb. Vſura reſol. 2. per tot. Farinac. quæſt. 8. num. 140. Fachin. contr. iur. lib. 9. cap. 30. Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 13. tit. 8. num. 140. &c. fol. 85. & lib. 14. tit. 16. num. 25. in fine fol. 249. Leotard. de vſur. quæſt. 100. num. 78. Sperel. dec. 40. num. 80. et ſeqq. Fontanel. de pact. nupt. tom. 1. clauſ. 4. gloſſ. 13. par. 2. num. 45. et ſeqq. fol. 292. Tondut. de præuent. par. 2. cap. 26. per tot. vbi qualiter detur præuentio inter Iudicem Eccleſiaſticum, & ſæcularem, an exceptio vſurariæ prauitatis retardet executionem obligationis Cameralis, quando poſſit dici ſolue, & repete, &c. Vela in Prælect. ad c. 1. de off. iud. ordin. vel tract. de Epiſcop. part. 1. num. 71. et ſeqq. ad 80. poſt Differt. fol. mihi 337. vbi videtur tenere quòd ſpectet ad iudicem Eccleſiaſticum priuatiuè, ſed contra magis communem opinionem ad tradita per alios ſupracitatos, & per eundem Sperel. d. deciſ. 40. num. 12. etc. Cabal. reſol. crim. caſ. 188. per tot. vbi plura de contractibus illicitis, & vſurarijs, ac de lege municipali Florentiæ de die 14. Aprilis 1645. Salon. de iuſt. et iur. quæſt. 78. art. 3. contr. vlt. fol. mihi 419. Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 3. num. 1. Tuſch. lit. V. concl. 357. per tot. vbi videtur latè concludere quòd ſpectet ad iudicem Eccleſiaſticum tantùm cum aliquibus tamen declarationibus, & idem tenet Dian. reſol. moral. p. 1. tract. 2. reſol. 77. & par. 3. tract. 1. reſol. 18. vbi quòd iudex Eccleſiaſticus, (maximè ſi præuenerit) poteſt inhibere iudici ſæculari ne procedat ad executionem contractus, donec fuerit deciſum, an ſit vſurarius, vel non, ſed melius idem Dian. par. 9. tract. 9. reſol. 15. per tot. vbi poſt relatas opiniones concludit eſſe mixti fori, quando igitur de quæſtione facti, vel etiam iuris clari, & indubitati, quando autem agitur de quæſtione iuris obſcuri, ſpectare ad ſolum iudicem Eccleſiaſticum, ſicut etiam quando agitur de Clericis, vel de pœnis Eccleſiaſticis, & ſpiritualibus, de quibus iudex laicus non ſe ingerit, vide Anſald. de iuriſdict. par. 2. tit. 9. cap. 12. Mart. de iuriſdict. par. 2. cap. 7. Ciarlin. contr. cap. 29. num. 1. & ſeqq. & cap. 40. num. 14. &c. Matthæu. Sanz. de re crim. contr. 40. num. 39. vbi quòd licèt DD. multum laborauerint in agitanda quæſtione de competentia iudicis in hoc crimine, præualuit ſententia, vt ſit mixti fori, adde Guttierez canon. quæſt. cap. 18. & in Prax. q. 79. per tot.

Quòd ſententia lata à iudice laico ſi contineat vſuram poſſit reuocari à iudice Eccleſiaſtico, illiuſque executio ratione peccati impediri per inhibitionem, latè Sperel. dec. 90. num. 5. & ſeqq. per tot. & deciſ. 91. per tot.

An autem, & quando ſententia ſuper contractibus vſurarijs lata tranſeat in iudicatum, poſſit retractari, vel non, Paul. Chriſtin. deciſ. 214. num. 5. &c. vol. 4.

Et an cauſa vſuraria criminali pendente, ſit ſuperſedendum in cauſa executiua ciuiliter intentata, Michael Ferro Manrique Quæſt. Vicar. 15. per tot. par. 2. vbi relato Gratiano, & alijs tenentibus eſſe priùs terminandam cauſam ciuilem tamquam præiudicialem criminali, oſtendit contrarium eſſe verius, ſcilicet priùs eſſe cognoſcendum de criminali, quæ verè præiudicialis eſt ciuili, & debet facere illam quieſcere, & non è contra, de qua materia plures alios citaui in § Cauſa num. 9. & plura de ſuſpenſione iudicij ciuilis ob criminalitatem, Coſta de re integra diſtinct. 100.

Quòd ſi ex eodem inſtrumento oriatur actio ciuilis, & criminalis, ſi fuerit priùs intentata ciuilis, non poſſit ea pendente intentari criminalis, & ſtante præiudicialitate, ſit inhibendum iudici criminali, Rot. par. 19. rec. dec. 370. vbi vigore reſcripti Apoſtolici.

Vſura poteſt committi etiam in vltimis voluntatibus, 5
veluti quando teſtator legat pecuniam alicui, mandans interim donec ſoluatur legatum, quid annum præſtari ab hærede, nam ſi ſit in facultate legatarij exigere legatum quandocumque, committit vſuram, percipiendo illud annuum, & tenetur in ſortem imputare, Gratian. diſcep. for. cap. 34. num. 34 &c. Viui. com. 872. per tot. Rot. par. 1. recent. deciſ. 446. num. 4. vbi ſecùs ſi agatur de pecunia inueſtienda, Caualer. deciſ. 591. num. 1. &c. Bardellon. conſ. 122. per tot. lib. 2. vbi de alimentis legatis vxori donec dotes ſuas non petierit, vide in §. Legatum num. 91. Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 29. per tot. & tit. 9. quæſt. 18. per tot. Gaſp. Roderic. de ann. redit. lib 3. quæſt. 6. per tot. Rot. par. 10. recent. deciſ. 42. per tot. vbi quòd vera eſt concluſio, quando purè legata eſt quantitas, eamque legatarius ſtatim conſequi poteſt, alias autem ſecus, & plura adducit ad excluſionem vſuræ, & imputationis fructuum, quando conſtat voluiſſe teſtatorem interim legare etiam fructus ex mera liberalitate, & non propter moram hæredis, Rot. par. 14. recent. dec. 74. num. 14. vbi quòd illicita eſt conuentio quando non poteſt capitale peti, & facit par. 18. deciſ. 676. vbi in tranſactione, latè Vrceol. Conſult. for. cap. 39. num. 21. & ſeqq. per tot. vbi plura hinc inde, an committatur vſura in legato dotis facto vxori vna cum fructibus ad rationem &c. donec dos fuerit reſtituta, ſi vidua differat exactionem, & huiuſmodi intereſſe percipiat, & citat pluries meas reſol. cap. 50. licèt videatur diſſentire ab eo, quod ibidem probaui n. 3. Tuſch. lit. V. concl. 337. num. 54. & ſeqq. Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 1. num. 9. dixi in Pract. §. Vſuræ num. 5. facit Rot. par. 18. recent. dec. 676. per tot.

Qualiter vſura committatur etiam in depoſito, Matthæu. Sanz. de re crim. contr. 40. num. 11. &c. dixi in §. Depoſitum n. 16. & §. Intereſſe num.

Quomodo committatur vſura in cambijs, & ſententijs ſuper huiuſmodi materia latis, Rot. par. 2. diuerſ. dec. 315. per tot. par. 11. recent. deciſ. 198. per tot. & deciſ. 290. per tot. Borgn. deciſ. 2. num. 23. &c. vbi benè declarat, quæ dican-

dicantur cambia ſicca, & non realia, & ſic illicita, & quæ realia, & licita, Peguer. *deciſ.* 33. *per tot.* Rot. *par.* 13. *recent. deciſ.* 524. *par.* 14. *deciſ.* 126. *per tot.* Bich. *deciſ.* 74. *per tot. & deciſ.* 130. *per tot. & deciſ.* 191. *per tot.* Azor. *Inſtit. moral. par.* 3. *lib.* 10. *de Camb. per tot. fol.* 793. *&c.* Salon. *de iuſt. & iur. tom.* 2. *tit. de Camb. per tot. fol.* 523. *&c. ad* 640. P. Steph. de Neapol. *de præcip. iur. & iuſt. part. lib.* 2. *cap.* 65. *& ſeqq.* Leotard. *de vſur. quæſt.* 25. *&* 26. *per tot.* Staiban. *de Intereſſe lib.* 2. *tit.* 7. *quæſt.* 1. *&* 2. *per tot.* Sperel. *deciſ.* 91. *per tot.* Tuſch. *litt. V. concl.* 360. *num.* 5. *&c.* Dian. *par.* 1. *tract.* 8. *reſol.* 1. *cum pluribus ſeqq. & par.* 9. *tract.* 8. *reſol.* 67. *per tot.* Merlin. *deciſ.* 636. vbi pro validitate cambij cum facultate cambiandi etiam à ſe ipſo, & alia, Ricc. *Collect.* 3272. Gaſp. Roderic. *de ann. redit. lib.* 3. *quæſt.* 5. *num.* 17. *et ſeqq.* Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract.* 19. *diſput.* 6. *per tot. fol.* 291. *etc.* vbi plenè Rot. *par.* 9. *recent. dec.* 69. *per tot.* vbi plura pro imputatione fructuum, ſiue cambiorum ſolutorum in ſortem, ex quo non fuit doctum à creditore de realitate cambij per litteras, & tranſmiſſionem ad nundinas, ac reditum, ſine quibus cambium dicitur ſiccum, & vſurarium, nec creditur aſſertioni partium, & alia plura notabilia de hac materia, Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 40. *num.* 117. *et ſeqq.* Rot. *d. par.* 9. *deciſ.* 145. *num.* 4. *etc. et par.* 10. *deciſ.* 166. *per tot.* vbi etiam quid ſi aliter aſſumpſerit in ſe onus cambiandi, benè Bich. *deciſ.* 191. Rot. *par.* 16. *recent. deciſ.* 392. vbi pro imputatione cambiorum in ſortem, non obſtante confeſſione, vel ſolidatione inter partes cum expreſſione quod ſpacia fuerint verè ſecuta, licèt poſtea ex lapſu temporis aſſerantur deperdita, niſi aliundè de vera, & reali tranſmiſſione appareat, quia in prohibitis non eſt in poteſtate partium facere licitum, quod aliàs eſt illicitum, *et par.* 17. *deciſ.* 385. *et par.* 18. *dec.* 63. *tom.* 1. Leſſ. *de Iuſt. et Iur. lib.* 2. *cap.* 23. *per tot.*

Qualiter autem poſſit ſtari confeſſioni partium, etiam in materia vſurarum, vbi non eſt ſimplex, ſed valdè aliundè adminiculata, Rot. *d. par.* 17. *dec.* 391. *num.* 2. *et ſeqq. et par.* 18. *dec.* 191. vbi pro imputatione in ſortem iuxta prædicta; à qua tamen fuit poſtea receſſum, quia non erat diſtinctè probata ſolutio cambiorum *d. par.* 18. *deciſ.* 518. *per tot. et deciſ.* 681. *in eadem cauſa.*

Quòd ſi debitor in ſe aſſumpſerit onus cambiandi, teneatur ad ſolutionem cambiorum, etiam ſi verè non cambiauerit, ſi non ratione lucri cambiorum, ſaltem ratione intereſſe creditoris ob non adimpletum onus ſuſceptum cambiandi, niſi probet omnem adhibuiſſe diligentiam, nec inueniſſe volentes ad cambium recipere, vel mandatum ſuſceptum legitimè renunciaſſe, & alia pulchrè Rot. *par.* 10. *recent. deciſ.* 199. *per tot. et deciſ.* 256. *num.* 6. *et ſeqq. per tot.* vbi declarat, & concordat alias deciſiones, quæ iſtis contrariari videntur, & rurſus *d. par.* 10. *deciſ.* 338. *per tot.* vbi quòd ex tali non adimplemento tenetur debitor, & fideiuſſor ad omnia damna, & intereſſe, quæ concludenter probantur per fides mercatorum de occaſionibus cambiandi, *et par.* 11. *dec.* 141. vbi etiam qualiter procurator poſſit à ſe ipſo ad cambium recipere, & alia vt ſupra, Leoncil. *deciſ. Ferr.* 65. *num.* 17. Peguer. *deciſ.* 33. *per tot.* Rot. *par.* 13. *recent. deciſ.* 234. 413. 439. *per tot. et* 524. *per tot. et par.* 14. *deciſ.* 35. Vrceol. *de tranſact. quæſt.* 40. *num.* 15. *et ſeqq. per tot.* Rot. *par.* 19. *recent. deciſ.* 353. *per tot.* prædictis adde Eminentiſs. D. de Luca *tract. de Cambijs diſcurſ.* 3. *et* 5. vbi benè omnia declarat, facit Rot. *par.* 16. *deciſ.* 237. vbi plura de cambiorum vſu, & quòd poſſit ex æquitate reduci ad iuſtum, ſi immoderatum lucrum attulerit, & alia ad rem, *et deciſ.* 281. vbi quòd ſi debitor aſſumpſit in ſe onus cambiandi, & non cambiauit, vel diſpacia non fecit, tenetur ad cambia loco damnorum, vt ſupra, moderanda tamen ad cambia nundinalia iuſta, & non platealia exceſſiua, Rot. *d. par.* 16. *deciſ.* 392. *num.* 1. vbi quòd ſi debitor aſſumpſit onus tranſmittendi ſpacia, & adimpleuit, reſultat realitas cambiorum, ſi verò defecit, ſuccedit obligatio pro damnis, & intereſſe liquidatis in eo, quod cambia in nundinis reddiderunt, *et par.* 17. *dec.* 231. *num.* 13. *et ſeqq.* vbi etiam quòd ſi debitor ſuſcepit onus cambiandi, non debet creditor ampliùs ſe ingerere in negotio, ne videatur facere nouationem ad tradita per D. de Luca *tract. de camb. diſcurſ.* 10. *ſub num.* 3. & Bich. *deciſ.* 121. *num.* 7. Rot. *d. par.* 17. *deciſ.* 385. vbi quod ſi debitor aſſumpſit vt ſupra onus cambiandi pro certo tempore, illo finito, remanet cambium ſiccum non docto de eius realitate, nec debentur damna, & ſoluta imputantur in ſortem, *et par.* 18. *tom.* 1. *deciſ.* 71. vbi quòd idem eſt ſi debitor promiſit cambiare per ſe ipſum, vel per alium, vt teneatur ad damna, & intereſſe, ſi non cambiauit, aut cambiari procurauit, *et deciſ.* 119. *d. par.* 18. *et deciſ.* 229. vbi quòd mandatum cambiandi ſuſceptum à debitore durat vſque ad integram ſatisfactionem, licèt cambium fuerit ad tempus reſtrictum, &c.

Quòd taxatio intereſſe in cambijs non ſuſtineatur, ſed illa reiecta debeantur tamen cambia ad rationem nundinarum, quia tale pactum vitiatur, & non vitiat, Rot. *d. p.* 18. *dec.* 129. *et par.* 19. *dec.* 34. *in eadem cauſa.*

Multa de cambijs, quando ſint vera, & realia, ſiue ſicca, & illicita, & omnes controuerſias indè reſultantes, theologicè, & moraliter reſoluere profitetur videndus D. Gregor. Roſſignol. *in Nouiſſ. ſua Prax. Theolog. moral. Contract. V. tit. de Cambijs à fol.* 1. *vſque ad* 439. Ramon. *conſ.* 40. cum plena Annot. moderni Iacob. Balduc. *per tot.* & Rot. Bonon. ab eodem Balducc. impreſſa *deciſ.* 33. *per tot. in Bonon. Cambij anno* 1686. coram Mazzono, vbi quomodo procedat concluſio, quod debitor cambij, qui onus cambiandi in ſe aſſumpſit teneatur ad damna, & intereſſe, etiam ſi non cambiauit, &c. Rot. *Florent. in Florentina Cambiorum* 18. *Iunij* 1688. coram Illuſtriſſimo D. Sebaſtiano Marino, *impreſſa, vt ſupra* per Balduc. *deciſ.* 49. *per tot.* vbi latè, an modus cambiandi in faſcio, & in confuſo ſine ſumma, & ſine nominibus ſit legitimus, & firmatur pro tali in præteritum ob bonam fidem, & conſuetudinem ſic cambiandi, & tranſmittendi ſpacia, reprobatur autem in futurum ad obuiandum fraudibus, ex rationibus, & doctrinis ibi perpenſis.

6 Vſura an committatur ſi mutuans deducat in pactum ad ſui fauorem obligationem naturalem, & antidoralem, qua mediante recipiens tenetur ex honeſtate benefacere, ita vt vigore huiuſmodi pacti poſſit recipiens mutuum mediante obligatione, & actione ciuili ad obſeruantiam compelli, veluti ſi quis mutuet ea conditione, & pacto, vt recipiens ſe obliget ad remutuandum, mutuatori ſuo in futurum quando indiguerit, vel ad præſens quid aliud diuerſum, vel vt ſit immunis à tributis, vel gabellis, vel vt conſequatur officium, ſiue aliud ius, & in ſimilibus caſibus; videtur dicendum quòd ſi deducatur in pactum ea tantùm obligatio naturalis, quæ ex natura ineſt rei, non ſit vſura; ſi addatur ciuilis obligatio ad remunerandum ex vi mutui, committatur vſura, ad tradita per Couar. *reſol. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 5. Azor. *inſtit. moral. par.* 3. *lib.* 5. *de vſura cap.* 7. vbi plura, Bonac. *de contract. diſput.* 3. *punct.* 3. *num.* 9. *& ſeqq.* Vgolin. *de Vſur. cap.* 30. *num.* 1. *&c.* Leotard. *de vſur. quæſt.* 16. *num.* 37. *& ſeqq.* Staiban. *de Intereſſ. lib.* 2. *tit.* 11. *quæſt.* 1. *num.* 119. *& ſeqq.* Salon. *de iuſt. & iur. tom* 2. *quæſt.* 78. *art.* 2. *contr.* 3. *fol. mihi* 235. Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 11. *num.* 137. *&c. fol.* 332. dixi *in Pract. §. Vſura num.* 18. vbi quòd huiuſmodi contractus reciproci mutui, & officij, cùm in ſe iniuſtitiam, & inæqualitatem non contineat, ſunt omninò permiſſi, maximè in foro exteriori, adde Dian. *reſol. moral. par.* 1. *tract.* 8. *reſol.* 59. vbi plures pro vtraque opinione allegat, *& reſol.* 60. *&* 61. *& par.* 11. *tract.* 7. *reſol.* 23. *per tot.* vbi qualiter poſſit vitari vſura mutuando ſub conditione, quòd mutuatarius det aliquid ex gratitudine, non vt præmium, ſed vt ſit conditio ſibi, ſine qua non mutuaret, infra *num.* 8. *ſupra num.* 1. *&* 2. latè Guttierez *in Prax. quæſt.* 83. 84. *cum pluribus ſeqq.* Gaſp. Roderic. *de ann. redit. lib.* 3. *quæſt.* 5. *num.* 18. *& ſeqq.* Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract.* 19. *diſput.* 3. *per tot. fol.* 248. *&c.* Michael Ferro Manriq. *Quæſt. Vicar. par.* 2. *quæſt.* 95. *& ſeqq.*

7 Vſura regulariter non præſumitur, ſed debet concludenter probari, maximè vt poſſit criminaliter puniri, ita vt tunc non ſufficiant coniecturæ, niſi agatur de contractibus ex ſui natura ſuſpectis ab initio, vel ratione ſubiecti, vel ratione perſonarum, *l. cum precibus*, vbi Bald. & alij, *C. de probat.* Crauett *conſ.* 145. *num.* 6. Rot. *par.* 1. *diuerſ. deciſ.* 340. *num.* 1. *& par.* 2. *dec.* 228. *num.* 2. Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concluſ.* 1417. *per tot.* Ricc. *in Praxi var. reſol. cap.* 52. *per tot.* Card. Tuſch. *litt. V. concluſ.* 341. 346. 347. *&* 361. *per tot.* vide *in §. Contractus num.* *infra num.* 11. *verſ. probatur*, latè Leotard. *de vſur. quæſt.* 9. *per tot.* Rot. 14. *recent. deciſ.* 74. *num.* 22. *&c. par.* 16. *dec.* 401. *num.* 10. *& ſeqq.* Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 40. vbi ex quibus detegatur vſura palliata ſub pacto, & nomine eius, quod intereſt, cùm nihil, vel tanti non interſit, ſed vera ſit

vſura, Carol. Marant. *contr. par.* 5. *reſponſ.* 62. & 63. vbi an probetur per teſtes ſingulares, per confeſſionem extraiudicialem, &c. Vſuram, vel contractum vſurarium in dubio non eſſe iudicandum in foro contentioſo, ſecùs autem in foro animæ, pro qua tutior pars eſt eligenda, Poſſent. *ſing.* 192.

8 Vſura, & Simonia non committitur deducendo in pactum id quod tacitè ineſt de iure, vel debetur ex antidorali obligatione, dummodò tamen in nihilo tale debitum alteretur, nec obligatio ciuilis addatur, cuius vigore poſſit debitor adſtringi ad obſeruantiam obligationis antidoralis, quia addita huiuſmodi ciuili obligatione committeretur vſura, & Simonia reſpectiuè, ſecùs autem vt dixi ſi negocium remaneat in proprijs terminis ſui antidoralis obligationis, hoc eſt vt ſit in mera facultate debitoris illi ſatisfacere, vel non, Couar. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 20. *n.* 4. *in fine*, & *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 5. Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 11. *num.* 171. & *ſeqq. fol.* 332. vide *in* §. *Epiſcopus num.* 12. & *alios citatos ſupra num.* 6. Dian. *reſol. moral. par.* 1. *tract.* 8. *reſol.* 59. & *par.* 2. *tract.* 16. *reſol.* 39. vbi docet modum paciſcendi de aliquo temporali retribuendo citra ſimoniam in obtinendis beneficijs, veluti pro labore, & gratuita remuneratione, & alia plura de ſimonia, idem Dian. *par.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 150. *cum pluribus ſeqq.* vide in §. *Simonia per tot.* Gaſp. Roderic. *de ann. redit. lib.* 3. *q.* 5. vbi plura an aliquo caſu licitum ſit vſurarium reditum exigere.

Item non committitur vſura ſi præter intentionem, & animum, ſine voluntatem lucrum aliquod vltra ſortem non intentum ſecundariò, & acceſſoriè percipiatur, ſecùs autem ſi actum eſt quòd plus reſtituatur, etiam ſine animo fœnerandi, putando erroneè contractum eſſe iuſtum, & legitimum, nam adhuc propter huiuſmodi pactum committitur vſura realis, Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 123. *num.* 9. &c. Salon. *de iuſt.* & *iur. tom.* 2. *quæſt.* 78. *contr.* 1. *per tot.* Card. Tuſch. *lit. V. concluſ.* 337. *num.* 80. & 89. P. Stephan. de Neapol. *de præcip. iur.* & *iuſt. part. lib.* 2. *cap.* 29. & 32.

Si quis tamen bona fide faciat contractum vſurarium, quem ſi cogitaſſet eſſe iniuſtum ab eo abſtinuiſſet, & alium iuſtum celebraſſet, probabilis eſt opinio, vt poſſit retinere lucrum, quod percepiſſet ex contractu iuſto, nam qui bona fide facit contractum vſurarium implicitè intendit iuſtum titulum, & ita talem contractum celebrat, vt ſi ſciret iniuſtum nollet contrahere, ſed alium faceret contractum licitum, Dian. *par.* 1. *tract.* 8. *reſol.* 47.

Probabilior tamen, & tutior eſt contraria opinio, niſi contrahens expreſſerit velle contrahere eo meliori modo, quò poteſt. Sed primam opinionem iterùm probat idem Dian. *par.* 3. *tract.* 5. *reſol.* 92. & *par.* 11. *tract.* 4. *reſol.* 24. *verſ.* & *tandem*.

Item ceſſat vſura ſi aliquid recipiatur non ratione mutui, ſed aſſecurationis periculi, quid autem ſit huiuſmodi aſſecuratio, & quomodo permiſſa Canoniſtæ omnes *in cap. Nauiganti de vſur.* Couar. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 5. Azor. *Inſtit. moral. par.* 3. *lib.* 5. *tit. de vſur. cap.* 6. *per tot.* Grattan. *diſcept. forenſ. cap.* 589. dixi *in* §. *Aſſecuratio*, & *in reſol. cap.* 17. *per tot.* & *cap.* 100. *num.* 4. 3. facit Dian. *par.* 11. *tract.* 7. *reſol.* 24. *per tot.* vbi an, quomodo pro incerto lucro, ſed tamen probabili, poſſit aliqua certa minor ſumma ſolui citra vſuram, Rot. *par.* 14. *recen. dec.* 74. *num.* 18. &c. Rot. poſt Vrceol. *de tranſact. dec.* 53. *per tot.* vbi etiam plura de nautico fœnore, quale ſit, & quando prohibitum, vel permiſſum, tam de iure ciuili, quàm de iure canonico, & alia de aſſecurationibus maritimis, qualiter proſint omnibus intereſſe habentibus, quando ſunt generales, & cum clauſula, *à conto di chi s'aſpetta*, probato caſu promiſſo, & intereſſe &c. ac alia ad rem, Rot. poſt eumdem Vrceol. *dec.* 66. *per tot.*

Item non dicitur vſura ſi quis pro alio fideiubens non ratione ſimpliciter officij, ſed ratione periculi, & moleſtiæ, cui ſe exponit moderatam mercedem recipiat, etſi poſtea damnum aliquod non patiatur, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 285. Maur. *de fideiuſſ. par.* 2. *ſect.* 2. *cap.* 2. Leotard. *de vſur. quæſt.* 23. *n.* 31. Azor. *Inſtit. moral. par.* 3. *lib.* 11. *cap.* 22. *dub.* 5. *fol. mihi* 951. Salon. *de iuſt.* & *iur. tom.* 2. *quæſt.* 78. *art.* 2. *contr.* 4. *fol.* 237. vide *in* §. *Fideiuſſor num.* & *in Pract.* §. *Vſura n.* 14. *in fine*.

Item non eſt vſura aliquid recipere vltra ſortem quando quis mutuat coactè mandato Principis, non valens aliud agere, ita vt etiam Princeps ſæcularis tempore neceſſitatis poſſit mandare licitè, vt per habiles fiant mutua cum intereſſe, Io. Lup. *in repet. l. curabit de act. empt. num.* 111. Maſcard. *concluſ.* 933. *num.* 41. *lib.* 2. cum alijs per Anton. de Balhis *tract. var. lib.* 5. *in prælud. ad Pragm. Regni num.* 58. Hermoſil. *ad leg. Partit. tom.* 1. *tit.* 1. *gloſſ. Rub. num.* 18. *fol.* 18. vbi intelligit ſi abſit hincindè mens deprauata, & recipiatur ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis, & non ratione vſurarum.

Item non committitur à viduis, & ſimilibus perſonis ſimplicibus, & idiotis pecunias ſuas ad honeſtum lucrum in aliqua negociatione ponentibus cum pacto certi lucri, & ſaluo ſemper capitali, Capyc. *dec.* 19. *num.* 8. Altograd. *conſ.* 6. *num.* 86. *lib.* 1. Leoncil. *deciſ. Ferr.* 65. *per tot.* diai *in reſolut. cap.* 17. *num.* 8. vide *in* §. *Mutuum num.* 11. Rot. *par.* 14. *recen. dec.* 74. *num.* 16. & *ſeqq.* facit Conciol. *reſol. crimin. verb. vſura reſol.* 1. *num.* 4. & *ſeqq.* vbi quòd pœna vſurarum non habet locum in muliere, ruſtico, & ſimilibus.

Item non dicitur vſura, ſi aliquid recipiatur vltra ſortem, non ratione mutui, ſed ratione damni emergentis, vel lucri ceſſantis, concurrentibus tamen debitis conditionibus, & requiſitis, de quibus plenè Azor. *Inſtit. moral. par.* 3. *lib.* 5. *de vſura cap.* 4. & 5. *per tot.* Salon. *de iuſt.* & *iur. tom.* 2. *quæſt.* 78. *art.* 2. *contr.* 8. & 9. Gaſp. Roderic. *de ann. redit. lib.* 3. *quæſt.* 5. *per tot.* Cenc. *de Cenſ. quæſt.* 34. *num.* 54. &c. Gutierez *in Praxi quæſt.* 89. & 90. *per tot.* Cardin. Tuſch. *lit. V. concluſ.* 337. *num.* 96. & *num.* 110. &c. & *concluſ.* 360. *per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 119. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 387. *per tot.* & *in Addit. ad cap.* 427. *in fine*, *cap.* 652. 911. & 920. Rot. *par.* 2. *diuerſ. dec.* 315. *num.* 7. &c. cui reſpondet Menoch. *loc. cit. n.* 18. &c. idem Gratian. *cap.* 829. 851. & 987. Rot. per Farinac. *dec.* 775. Altograd. *conſ.* 45. *num.* 40. &c. *lib.* 2. Genu. *de ſcript. priuat. lib.* 3. *tit. de delit. Camb. poſt quæſt.* 6. *in notabil. fol.* 162. Caſtr. *in l.* 3. §. *vlt. ff. de eo quod cert. loco*, Soccin. *reg.* 6. *per tot. verb. Accipere*, vbi ponit regulam negatiuam, quam 37. modis limitat, vide *in* §. *Intereſſe num.* & *in reſolut. cap.* 51. *per tot.* & *cap.* 100. *n.* 11. &c. P. Steph. de Neapol. *de præcip. iur.* & *iuſt. part. lib.* 2. *cap.* 31. *per tot.* Dian. *par.* 11. *tract.* 7. *reſol.* 24. Matthæu. Sanx. *de re crim. contr.* 40. *num.* vbi quæ, & quales conditiones, & probationes requirantur pro iuſtificatione huiuſmodi intereſſe in pactum deducti, Carol. Marant. *contr. part.* 5. *reſponſ.* 62. *per tot.* plenè Hermoſil. *ad leg. Partic. tom.* 1. *tit.* 8. *leg.* 10. *gloſ.* 4. *per tot. fol.* 128. & *ſeqq. ad* 175. Leſſ. *de iuſt.* & *iur. lib.* 2. *cap.* 20. *Dubit.* 5. & *ſeqq.*

Si tamen lucrum ceſſans ex mutuo compenſetur alio lucro, quo careret mutuans ſi non mutuaret, eſſet vſura aliquid vltra recipere, vt explicat Dian. *par.* 1. *tract.* 8. *reſol.* 34. vide *in* §. *Venditio n.* 48.

Atque ex dicta ratione damni emergentis, & certi modici ſalarij pro expenſis miniſtrorum poſſe erigi, ac ſuſtineri montes impræſtiti cum ſolutione certæ mercedis, benè probat Martha *vot. Piſ.* 213. & de omnibus prædictis caſibus, & limitationibus, in quibus non committitur vſura, latè Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract.* 19. *diſput.* 3. 4. 5. & 6. *per tot.*

Plures alij tituli, ſub quibus licitum eſt mutuanti aliquid recipere vltra ſortem ſine vſura, nempè ratione liberalis donationis, vel ratione eius, quod aliàs debitum eſſet, vel ratione oneris mutuandi, vel ratione periculi ſortis, & moleſtiæ in ea recuperanda, vel ratione pecuniæ, & obligationis non repetendi mutuum ante tempus præfixum, vel ratione fideiuſſionis, vel ratione pœnæ conuentionalis, referuntur, & explicantur per Fillinc. *tom.* 2. *tract.* 34. *cap.* 5. Salon. *de iuſt.* & *iur. tom.* 2. *quæſt.* 78. *art.* 2. *contr.* 8. 9. 10. & *ſeqq.* P. Steph. de Neapol. *de præcip. iur.* & *iuſt. part. lib.* 2. *cap.* 32. *per tot.* Gutierez *in Prax. quæſt.* 83. *cum pluribus ſeqq.* Gaſp. Roderic. *de ann. redit. lib.* 3. *quæſt.* 5. *per tot.* Caſpenſ. *loc. cit.* Carol. Marant. *contr. par.* 5. *reſponſ.* 66. *per tot.* vbi de ratione laboris expenſarum, periculi, & emptionis crediti pro minori ſumma, poſt tempus exigendi, vt ſit licita, Leotard. *de vſur. q.* 98. & 99. dixi *in reſol. cap.* 51. *n.* 13. Dian. *par.* 1. *tract.* 8. *reſol.* 37. & 38. vbi quando ratione periculi in recuperanda ſorte, vel pretio licitum ſit aliquid plus recipere, vel carius vendere; An ratione obligationis non repetendi infra certum tempus poſſit aliquid recipi ex mutuo, idem Dian. *d. par.* 1. *tract.* 8. *reſolut.* 48. vbi affirmatiuè concludit, quando dicta obli-

obligatio verſatur circa tempus notabile, & eſt pretio æſtimabilis, alias autem ſecus, & par. 5. tract. 13. reſol. 50. per tot. vbi etiam de alijs titulis prædictis; ſed quòd imò ratione obligationis non repetendi mutuum intra certum tempus præfixum nihil poſſit recipi circa vſuram, alias eſſet nimis lata aperta via fraudibus, & vſuris, ac ideò opinionem affirmatiuam eſſe falſiſſimam, ac illam non approbare locu citatu (licet re vera approbauerit) firmat cum alijs, qui illam cenſurauerunt, idem Dian. par. 8. tract. 7. reſol. 63. & latè Caſpenſ. d. tract. 19. Diſput. 3. ſect. 2. per tot. Mich. Ferro Manriquez quæſt. Vicar. 91. per tot. par. 2. vbi de eo, qui mutuauit centum per duos annos, vt non poſſit citra vſuram aliquid recipere vltra ſortem pro illa priuatione non repetendi per illud tempus, quia ratione temporis nihil percipi poteſt.

Licèt enim aliqui tenuerint, quòd cùm numerata pecunia pretioſior ſit numeranda, & nullus ſit, qui non maioris faciat pecuniam præſentem, quàm futuram, poſſit creditor aliquid vltra ſortem à mutuatario exigere, & eo titulo ab vſura excuſari; Item quòd vſura non ſit dùm vltra ſortem aliquid exigitur, tamquam ex beneuolentia, & gratitudine debitum, ſed ſolùm ſi exigatur, tamquàm ex iuſtitia debitum; tamen iſtæ propoſitiones, prout iacent, ſunt hodie damnatæ, & reprobatæ per decretum Innocentij Papæ XI. Romæ publicatum 4. Martij 1679. ſub num. 41. & 42. vide in §. Pecunia n. 14.

9 Vſuras recipiens peccat, ſed qui illas ſoluit non peccat, quando neceſſitate præſſus ſoluit, vel promittit ei, qui altàs paratus erat dare mutuum ſub vſuris, ſecùs ſi ipſe ſoluens induceret ad ita mutuandum, Frances Conſult. moral. 31. per tot. D. Gregor. Roſſignol. in Nouiſſ. Praxi Theolog. legal. tom. 1. contract. 3. Diſquiſit. 8. §. 4. fol. 307. Iaſ. in l. tranſigere num. 10. C. de tranſact. Salon. d. quæſt. 78. art. 4. Azor. Inſtit. moral. par. 3. lib. 5. de vſur. cap. 17. quæſt. 12. Leotard. de vſur. quæſt. 100 num. 77. Dian. par. 1. tract. 8. reſol. 31. vbi quòd accipiens mutuum ab vſurario ſub vſuris non peccat mortaliter, ſed tantùm venialiter, etiam ſi non ad ſubleuandam neceſſitatem, ſed ad vana, inutilia, & ſuperflua, vel ludos otioſos accipiat, de quo latiùs idem Dian. par. 5. tract. 7. reſolut. 8. per tot. & reſolut. 12.

Quòd recipiens ad vſuram non puniatur aliqua pœna, idem Leotard. d. quæſt. 100. num. 76.

De pœnis vſurariorum quòd ſint iudici arbitrariæ, & poſſint torqueri, Clar. §. Vſura num. 5. latè Guttierez in Praxi quæſt. 80. per tot. Cabal. reſol. crim. caſ. 188. Cardin. Tuſch. lit. V. concluſ. 354. Menoch. de arbitr. caſ. 398. Matthæu. Sanz. de re crim. contr. 40. num. 31. &c. Ciarlin. contr. cap. 29. Martha vot. Piſ. 70. Pichard. Pract. Inſtit. par. 3. tit. de pœn. num. 125. fol. 106. Addit. ad Sanfelic. dec. 347. verſ. de pœna &c. vbi de pœna publicationis bonorum vigore Pragmaticæ Neapolitanæ, vltra quam non poſſint aliter criminaliter puniri, nec torqueri, Nouar. in Pragm. Regni Neapol. Collect. 230. Conciol. reſolut. crimin. verb. Vſura reſolut. 1. per tot. vbi quòd pœna eſt arbitraria, etiam in Iudæis; ceſſat tamen in muliere, ruſtico, ſtante conſuetudine, vel ſola ſtipulatione ſine exactione ſecundum multos, licèt alij contra, ſi adſit diuerſitas opinionum, an contractus ſit vſurarius, ſi agatur de minima ſumma, licèt alij teneant paruitatem materiæ non excuſare, an poſſit procedi ex officio, & P. Steph. de Neapol. de præcip. iur. & iuſt. part. lib. 2. cap. 36. per tot. vbi octo pœnas vſurariorum enumerat, nempè infamiam, irregularitatem, priuationem Sanctiſſimæ Euchariſtiæ, & pœnitentiæ, niſi prius facta reſtitutione pro viribus, non poſſint eorum oblationes recipi, careant Eccleſiaſtica ſepultura, ſint excommunicati facientes ſtatuta in fauorem vſurarum, & vſurarijs, ſi ad vſuram ab alijs receperint, denegatur repetitio, niſi priùs ipſi reſtituant ſexdecim pœnas partim temporales, & partim ſpirituales, ac quando eis locus ſit, vel non, vide per Leotard. de vſur. quæſt. 100. per tot.

De pœnis clerici vſurarij, latè Gutierez in Praxi q. 81.

Quòd vſuræ indebitæ ſolutæ poſſint repeti, etiam ſi fuerint ſponte, & ſcienter ſolutæ, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 911. num. 13. Sperel. deciſ. 91. num. 87. & ſeqq. Merlin. deciſ. 409. num. 26. & ſeqq. Salon. de iuſt. & iur. tom. 2. q. 78. art. 2. & 3. dixi in reſolut. cap. 100. num. 9. &c. Tuſch. lit. V. concluſ. 348. & ſeqq. vbi qua actione reperantur, qualiter vſurarius poſſit compelli reſtituere vſuras, & remittere iuramentum, qualiter, quibus, & quomodo fiat reſtitutio, & alia.

Imò ſoluens vſuras ſemper coactè ſoluiſſe præſumitur, ne compellatur ad ſortis reſtitutionem, Rot. par. 16. recent. dec. 419. num. 8.

Quòd conſuetudo, ſiue potiùs corruptela circa vſuras non excuſet à nullitate, & obligatione reſtituendi, nec in foro conſcientiæ, licèt poſſit excuſare à pœna in foro externo, Sperel. dec. 91. num. 81. & 82. Farinac. quæſt. 95. num. 5. & ſeqq. dixi in reſol. cap. 100. num. 38. Tuſch. lit. V. concluſ. 355. num. 10. &c. Merlin. dec. 409. n. 22. vbi quòd nec excuſat Hebræos, Conciol. reſolut. crim. verb. Vſura reſol. 1. n. 6. & 7.

Sed quòd imò talis conſuetudo non etiam excuſet à pœna temporali in foro externo, cùm ſit corruptela contra ius naturale, & diuinum, benè probat Peguer. deciſ. 34. per tot. vbi inuehit contra Principes diſſimulantes, & iudices non punientes, vt iſti ſint excommunicati, per text. in Clement. 1. de vſur. in fine, ſequitur Nouar. in Pragm. Regn. Neapol. Collect. 230. num. 3. vide in §. Conſuetudo num. 22. Matthæu. Sanz. de re crimin. controu. 40. num. ...

Intellige in vſura manifeſta, & patente, vt per Farinac. & Conciol. in loc. cit.

Qualiter, & quando vſurarij repellantur à iudicio, vel non, & quid in eorum hæredibus, Tuſch. lit. V. concluſ. 353. per tot. & concluſ. 358. n. 1. &c.

Quòd vſuræ indebitæ ſolutæ compenſentur cum ſorte, l. eos 26. §. 1. C. de vſur. Paul. Chriſtin. deciſ. 41. num. 24. vol. 3. et deciſ. 214. num. 2. volum. 4. Rot. par. 16. recent. dec. 419. per tot. vbi plura, etiam ſi bona fide fuerint exactæ, & reſpectiuè ſolutæ, ita vt nec mulier excuſetur à dicta compenſatione, quidquid fortè ſit in pupillo.

Et fœnerator non amittat ſortem, ſed tantùm teneatur in eam imputare vſuras perceptas, Rot. poſt Vrceol. de tranſact. dec. 53. n. 32.

Vſuræ debitæ marito propter dotem non ſolutam incipiunt currere tantùm poſt biennium à die contracti matrimonij, quando dos fuit ab extraneo promiſſa, niſi aliter dies ſolutionis fuerit declarata, vel niſi facta fuerit interpellatio, vel niſi dos fuerit a patre promiſſa, quia tunc ſtatim debentur, Iaſ. in §. Fuerat num. 20. etc. Inſtit. de Act. Magon. dec. Flor. 83. n. 1. etc. vide in §. Intereſſe n. 23. etc. 10

An vſuræ, vſurarum, vel intereſſe alterius intereſſe debeantur, & ſic an in capite anni faciant capitale, Menoch. de arbitrar. caſ. 119. num. 18. et ſeqq. latè Fontanel. deciſ. 204. 205. et 206. vbi etiam an ex die litis motæ, vel ex die liquidationis, vide in §. Intereſſe num. 8. etc. Tuſch. lit. V. concluſ. 355. per tot. Paul. Chriſtin. dec. 43. num. 6. vol. 3. Merlin. dec. 499. per tot. vbi magiſtraliter oſtendit vſuras vſurarum eſſe omni iure prohibitas etiam Hebræis.

Quòd vſuræ, quæ per longum tempus decem annorum non fuerunt petitæ intelligantur remiſſæ, vbi agitur de lucro captando, ſecùs ſi de damno vitando, inferendo ad vſuras dotales, Iaſ. in d. §. Fuerat num. 21. etc. Menoch. lib. 3. præſumpt. 25. per tot. vide in §. Maritus num. Magon. deciſ. Flor. 83. n. 10. etc.

De vſuris pupillaribus vide in §. Debitor num. §. Intereſſe num. et §. Tutela num.

Vſurarius manifeſtus dicitur ille qui manifeſtè, palam, ac publicè vſuras exercet, non enim ſufficit probari ad hunc effectum, quòd ſemel, vel bis ſub vſuris dederit, ſed quòd paratus erat omnibus fœnerari, & ſic actuum frequentia etiam domi exercitata, vel locus, & modus publicè, & omnibus videntibus, & ſcientibus fœnerando tribuunt hanc qualitatem manifeſti, quæ eſt in ſpecie probanda, ita vt non ſufficiat ſimpliciter apparere aliquem eſſe vſurarium, etiam ex propria confeſſione, niſi addatur huiuſmodi qualitas eum manifeſtum reddens, vt poſſit dici vſurarius manifeſtus, & procedant ſtatim ſubijcienda, Menoch. de arbitr. caſ. 235. num. 2. et ſeqq. ad 19. Leotard. de vſur. quæſt. 100. per tot. Card. Tuſch. lit. V. concl. 340. 341. et 342. per tot. vbi plenè Azor. Inſtit. moral. par. 3. lib. 5. de vſur. cap. 18. lit. C. Ioſeph. Ruſtic. in tract. ad l. cum anus de condit. et demonſtrat. lib. 5. c. 12. n. 75. etc. Sanfelic. dec. 347. cum plena Addit. vbi pulchrè de hac materia, an poſſit ex officio procedi, & alia, Nouar. in Pragm. Reg. Neap. Collect. 230. et 231. Viui. comm. opin. 5. 11

Et vt quis poſſit dici vſurarius manifeſtus, requiritur indi-

iudicis pronunciatio, & declaratoria, ac ante huiuſmodi
declarationem talis dici non poteſt, vt ſolitis pœnis afficia-
tur, & vbi poſſit habere aliquam excuſationem debet pro-
cedi contra eum iuris ordine ſeruato, etiam ſi eſſemus in
facto notorio, Menoch. d. caſ.235. num.12. & ſeqq. & n.
32. Maſcard. de probat. concluſ.1425. Card. Tuſch. lit. V.
concluſ.341. & ſeqq. Leotard. de vſur. quaſt.100. num.
Sanfelic. deciſ.347. cum Addit.

Probatur autem quem eſſe vſurarium manifeſtum ex
propria eius confeſſione, quòd ſub vſuris publicè ſæpiùs,
vel domi frequenter dederit, vel per teſtes aſſerentes ſe
pluries vidiſſe hunc mutuantem ſub vſuris, illi tamen qui
mutuo ſuſceperunt non ſunt idonei, niſi deponant pro ter-
tio, & renuncient omni commodo ſibi obuenturo, vel per
famam, & communem opinionem teſtibus probatam,
item per coniecturas, & indicia pariter teſtibus confirma-
ta, item per librum rationum ipſius vſurarij, & ita rece-
ptis probationibus ſi iudici videbuntur ſufficientes pronun-
ciabit illum eſſe vſurarium manifeſtum, ad tradita per Me-
noch. de arbitr. caſ.235. num.20. & ſeqq. Mantic. de tacit.
& ambigu. lib.8. tit.19. Maſcard. de probat. concluſ.1418. per
tot. & alij pracitati, vide ſupra 7. Sanfelic. deciſ.347. cum
Addit. vbi plura an poſſit criminaliter procedi in Regno
Neapolitano, & videtur negatiuè concludere, ex eo quòd
vigore Pragmaticarum Regni ſit tantùm impoſita confi-
ſcatio bonorum, refert tamen alios contrarium tenentes,
cum quibus libentius ego pertranſeo per ea, quæ dixi in §.
Cauſa, & alibi.

Quòd teſtes deponentes vſuras perſoluiſſe non probent
recipientem eſſe vſurarium, cùm agatur de illorum inte-
reſſe ob reſtitutionem illis fiendam, Conciol. reſol. crim.
verb. Teſtis quoad d. reſol.12. & in verb. Vſura reſol.3. per
tot. vbi limitat niſi renuncient omni eorum intereſſe;
Eminentiſs. D. de Luca in Theatr. verit. & iuſt. tom.5. tit.
de vſur. diſcurſ.12. vbi quòd in materia vſurarum non eſt
neceſſaria plena, & perfecta probatio de mente Canoniſta-
rum, & Moralium, aliàs fœneratores numquam de vſura
conuinci poſſent.

12 Vſurarius manifeſtus non poteſt condere teſtamentum,
& factum annullatur, niſi præſtita ſatiſdatione per pigno-
ra, vel fideiuſſores de reſtituendis vſuris, etiam ſi à Papa
licentiam teſtandi obtinuerit, exceptis tamen iudæis, qui
ſine huiuſmodi ſatiſdatione teſtantur, cùm inter illos vi-
deantur vſuræ permiſſæ, vel tolleratæ, cap. quamquam vbi
DD. de vſur. in 6. Menoch. de arbitr. caſ.449. numer.20.
Clar. §. Teſtamentum quaſt.36. Mant. de fideiuſſ. part.1. ſect.
3. cap.26. per tot. vbi ampliat, & limitat pluribus modis,
Ioſeph. Ruſtic. in tract. ad l. cum auus, de condit. & demon-
ſtrat. lib.5. cap.12. num.72. & ſeqq. Gabriel. comm. concluſ.
tit. de teſtam. concluſ.3. per tot. Card. Tuſch. lit. V. concluſ.
342. per tot. Couar. var. reſol. lib.3. cap.3. per tot. Leotard.
de vſur. quaſt.100. Dian. part.11. tract.4 reſol.22. Antunez.
Portugal. de donat. Reg. lib.3. cap.15. numer.70. & ſeqq. vbi
plures alios allegat, vbi an id verum ſit non ſolùm à publico
vſurario ex mutuo, ſed etiam ex venditione, & alia, Paul.
Chriſtin. deciſ. Belgic.41. num.22. &c. vol.3. Viui. commun.
opin.1053.

Quòd quandocumque præſtetur dicta cautio etiam poſt
mortem per procuratorem defuncti, reconualeſcat teſta-
mentum, Gratian. diſcept. forenſ. cap.895. num.13. &c. num.
88. &c. alia de teſtamento vſurarij, qualiter poſſit recon-
ualeſcere, idem Gratian. cap.79. num.18. &c. cap.209. num.
21. & alij ſupracitati.

An vſurarius manifeſtus poſſit ſine prædicta ſatiſdatione
teſtari ſaltem ad pias cauſas, & pro anima, maximè ſi tem-
pore teſtamenti vſuras dimiſerit, ſi poſtea ad eas redierit,
licèt exerceat palliatè, & non verè, Maur. de fideiuſſ. part.
1. ſect.3. cap.26. num.9. & ſeqq. vbi videtur negatiuè con-
cludere, vide Dian. part.7. tract.6. reſol.11. & part.8. tract.
6. reſol.73. in fine, vbi affirmatiuè concludit.

Item an poſſit codicillari, donare cauſa mortis, vel le-
gata relinquere, negat Alex. & Dec. in l. diſcretis C. qui te-
ſtam. fac. poſſ. Clar. §. Donatio quaſt.7. & alij plures, quos
refert, & ſequitur Dian. part.8. tract.6. reſol.73. per tot.
& reſol.74. vbi quid in iudæo, & videtur idem firmare,
cum Couar. var. reſolut. lib.3. cap.3. num.9. licèt plures
alios in contrarium adducat.

Contrarium tamen de vſurario pluribus relatis videtur
tenere, Maur. loc. cit. num.15. &c. motus quia diſpoſitio
d. cap. quamquam, tamquam pœnalis, & odioſa non eſt at-

tendenda, Rip. in l. 2. num.7. &c. ff. de leg.1. & alios pro
hac parte allegat, licèt non ſequatur Dian. loc. cit. in princ.
d. reſol.73.

Quòd ſi vſurarius manifeſtus tempore teſtamenti ſatiſ-
dederit, de reſtituendis vſuris, & poſtea ad illas reuerta-
tur, annulletur teſtamentum, Bal. conſ.164. part.2. Maur.
d. cap.26. num.17.

Si tamen non erat vſurarius manifeſtus tempore teſta-
menti, ſed poſtea factus, teſtari potuit, nec annullatur te-
ſtamentum, ſicut etiam ſuſtinetur, ſi poſt conditum teſta-
mentum ſatiſdederit, vel vſuras depoſuerit ad effectum re-
ſtituendi, vel hæredes eo mortuo reſtituunt, quia tunc re-
uiuiſcit teſtamentum, ſicut etiam quando ſibi eſſent remiſ-
ſæ, vel condonatæ vſuræ; vel quando legauit pro malè abla-
tis, & oſtendit ſigna contritionis, ad tradita per Maur. d.
cap.26. per tot. & alios ſupracitatus.

Vſurarius manifeſtus priuatur Sanctiſſima Commu- 13
nione, pia ſepultura, & religioſa oblatione, cap. quia in
omnibus de vſur. Menoch. d. arbitr. caſ.435. num.1. caſ.
398. vbi latè de pœnis vſurariorum, Leotard. de vſur. quaſt.
100. vbi ſexdecim genera pœnarum inter ſpirituale, &
temporale enumerat Card. Tuſch. lit. V. concluſ. 343.
vbi quòd poteſt exhumari, P. Stephan. de Neapol. de
pracip. iur. & inſtit. partibus lib.2. cap.36. Azor. Inſtitut.
moral. part.3. lib.5. de vſur. cap.18. fol. mihi 450. Salon. de
inſtit. & iur. tom.2. quaſt.78. art.1. contr.1. numer.2. &c.
fol.193.

Vſurarius, publicanus, nauta, caupo, & ſimiles odio 14
ſuarum perſonarum, & exercitij tenentur edere actori
rationes ſuas, & inſtrumenta, ſicut & libros, latè Menoch.
de arbitr. caſ.499. num.21. & ſeqq. ad 37. vbi etiam quòd
idem eſt licèt fœnus exercere deſierint, Genu. de ſcript.
priuat. lib.4. tit. de lib. vſur. numer.10. & ſeqq. fol.260. vbi
etiam num.23. & 24. quod idem eſt in iudæo, vide in §. Li-
ber num.

Debet tamen prius conſtare illum eſſe vſurarium, tracta-
ri de cauſa vſurarum, ac etiam ipſum confeciſſe, & tenuiſ-
ſe libros rationum, quos ſi alleget amiſiſſe non creditur,
niſi probet amiſſionem, Genu. loc. cit. num.29. & ſeqq. vbi
etiam quid ſi neget confeciſſe libros.

Vſurarius ſiue manifeſtus, ſiue occultus, tamquam in- 15
famis, & criminoſus à teſtimonio repellitur, Couar. var.
reſol. lib.3. cap.4. num.2. Clar. §. Vſura num. Farinac.
quaſt.56. art.9. Pac. Iordan. Lucubr. vol.3. lib.14. tit.18. n.
449. & ſeqq. fol.327.

De vſura, & vſurarijs multa Bertachin. Repert. verb. 16
Vſura, & Vſurarius, aliqua Ioſeph. Feliu. Margar. var.
concl. eod. verb. Thoro Compend. deciſ. Neap. part.1. & 2.
eod. verb. Pariador. rer. quotid. lib.2. cap.2. per tot. vbi in
fine, an conſuetudo excuſet à pœna vſuræ, & videtur affir-
mare quoad forum temporale, intelligendo, vt dixi ego in
hoc §. num.9. verſ. Quod conſuetudo. De hac materia mul-
ta notabilia indicat Caſteion. Alphab. verb. iurid. Vſura,
vbi in ſpecie de pœnis, quomodo ſit obuiandum, an ali-
quando poſſint, & ex quibus cauſis excuſari, & alia plura,
de quibus etiam Auctores tractantes adducit Com. Auguſt.
Fontan. Biblioth. legal. part.5. verb. Vſura fol.828. &c.
Multa de vſurariorum pœnis Carol. Anton. Theſaur. de
pœn. Eccleſ. verb. Vſura fol.357. per ſeptem capita, & de
vſuris latè etiam Valer. de differ. vtriuſq. fori verb. Vſura
per tot. & nonnulla in verb. Venditio, Mendo in Elucidat.
Bulla Cruciata diſp.34. num.1. & ſeqq. Tondut. de præuent.
part.2. cap.26. per tot.

§. VSVSFRVCTVS. XXIII.

VSusfructus eſt ius vtendi, fruendique rebus alienis, 1
ſalua illarum ſubſtantia, §.1. vbi gloſ. & DD. Inſtit.
de vſufruct. l.1. ff. eod. & declarat Oinot. in d. §.1. numer.7.
Tuſch. lit. V. concluſ.301. num.1. Paul. Chriſtin. deciſ. Bel-
gic.175. numer.4. volum.2. Gabriel. de Bellis tract. de vſu-
fruct. cap.1. fol. mihi 357. Ægid. de Caſteion. in Alphabet.
iurid. verb. Vſusfructus, vbi de vſufructu, plura remiſ-
ſiuè.

Et eſt duplex, nempè cauſalis, qui eſt cum ipſa proprie-
tate coniunctus, & cuius eſt pars integralis, ſic dictus à
ſua cauſa dominij, cum quo ſtat vnitus, & illius pars repu-
tatur; & formalis, qui eſt à proprietate abſtractus, & ſe-
paratus, habetque certam formam diſtinctam à dominio,
l. rectè dicimus ff. de verb. ſignif. vbi DD. & Oinot. in d. §.1.

Inſtit. de vſufr. num.4.&c. Sperel. *deciſ.*145.*num.*1. Magon. *deciſ. Flor.*124.*n.*7.*& ſeqq.* vbi an, & quando ſit pars dominij, Tuſch. *litt.V. d. concluſ.*301.*num.*2. *&c.* Paul. Chriſtin. *d. deciſ.*175.*n.*4. *vol.*2. Caſtelou. *loc. ſupr. cit.*

Aliam diuiſionem vſusfructus, nempè vt ſit, vel conuentionalis, vel legalis, & qualis vterque ſit, ponit idem de Bellis *loc. cit. cap.*2. *per tot.*

Quòd vſusfructus computetur inter immobilia, *l. corruptionem C. de vſufr.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*756. *num.*19.

In quibus rebus cadat vſusfructus, vel non, Tuſch. *lit. V. concluſ.*300. *per tot.* Paul. Chriſtin. *d. deciſ.*175. *num.*6. *&c. vol.*2. Ricc. *Collect.*2390. vbi quæ veniant in vſusfructu, & alia plura ad materiam.

2 Vſusfructus poteſt conſtitui per contractus inter viuos, in vltimis voluntatibus, per ſententiam iudicis, & præſcriptionem, item poteſt acquiri non ſolùm per noſmetipſos, ſed etiam per alios, qui iuri, ſiue poteſtati noſtræ ſint ſubiecti, ita tamen ne proprietas reddatur perpetuò inutilis, ac ideò ſi fuerit relictus Ciuitati, vel Eccleſiæ durat tantùm centum annis §. *Vſusfructus*, vbi Oinot. & alij *Inſtit. de Vſufr. l.*3. *& l. vſusfructus pluribus, ff. eod.* Tuſch. *litt.V. concl.*302. *per tot.* Ricc. *Collect.*3881. vide *in §. Legatum n.*18. *in fine*, Gabriel de Bellis *tract. de vſufr. cap.*3. vbi de modis, quibus conſtitui poteſt, nempè ea die, ſub conditione, ad diem, vel conditionem, & alia.

Quòd vſusfructus ciuibus, vel Ciuitati relictus, ne proprietas ſemper ſit inutilis extinguatur curſu centum annorum, cùm ciues ipſi, quorum cauſa fuit relictus, vlt plus centum annis viuere poſſe credantur, quidquid populus, & vniuerſitas ſemper in ſemetipſa viuat, *l. an vſusfructus ff. de vſufruct. & l. ſi vſufructus* 2. *ff. de vſufruct. leg.* Menoch. *de arbitr. caſ.*508. *num.*3. *&c.*

3 Vſusfructus eſt duplex, proprius, & improprius; proprius conſiſtit in rebus, quæ vſu non conſumuntur, ſed ſalua remanet earum ſubſtantia, nec tranſeunt in dominium vſufructuarij; improprius verò, vel quaſi vſusfructus conſiſtit in rebus, quæ vſu conſumuntur, vt eſt oleum, frumentum, veſtes, pecunia, & huiuſmodi, & tranſeunt in dominium vſufructuarij, præſtita cautionem alternatiuè, aut de reſtituenda re eiuſdem qualitatis, & bonitatis, cuius erat res fructuaria, quæ vſu conſumitur, aut de reſtituenda illius æſtimatione de tempore vſusfructus cœpti, & iſta cautio ſtat loco proprietatis ſeruandæ, §. *conſtituitur*, vbi Oinot. & alij *Inſtit. de vſufr. l.*3. *ff. eod. l. ſi vini ff. de vſufr. ear. rer. quæ vſu conſum.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.*250. *num.*31. *& ſeqq. vol.*1. *& deciſ.*175. *numer.*6. *& ſeqq. vol.*2. Ricc. *Collect.*3590. Peregrin. *deciſ.*83. *num.*13. Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*315. *num.*5. *& ſeqq. part.*12. *deciſ.*239. *num.*7. *& ſeqq.*

Quòd vſusfructus conſiſtat etiam in rebus, quæ vſu conſumuntur, & in fructibus recollectis tempore mortis teſtatoris quando fuit relictus in mobilibus, & in immobilibus, & quomodo tunc legatarius teneatur cauere, Gratian. *diſcept. for. cap.*130. *num.*22. *&c. cap* 543. *num.*9. *&c. cap.*583. *num.*13. *&c. cap.*696. *num.*18. *&c.* Menoch. *lib.*4. *præſumpt.*142. *num.*14. *&c.*

Item in pecunia, & alijs rebus vſu conſumptibilibus, quæ tranſeunt etiam quoad proprietatem in dominium vſufructuarij, qui tamen petente hærede tenetur cauere de reſtituendo tantumdem in genere poſt finitum vſumfructum, Altograd. *conſ.*90. *num.*4. *& ſeqq. lib.*1. Gratian. *deciſ.*147. *num.*8. *&c.*

Quomodo autem teneatur cauere vſufructuarius pro rebus, quæ vſu conſumuntur, Surd. *deciſ.*67. *per tot.* vbi poſt multa hincinde, concludit quòd ſi agatur de rebus, quæ ſtatim, vel breui vſu conſumuntur, vel minuuntur ſit præſtanda cautio de reſtituenda æſtimatione ſecundum tempus inchoati vſusfructus, ſi verò de rebus, qui nonniſi longiſſimo vſu minuuntur, & conſumuntur de illis reſtituendis in eo ſtatu, in quo reperientur tempore finiti vſusfructus, vide Franch. *deciſ.*641. Tuſch. *lit. V. concluſ.*304. *numer.*34. *& ſeqq. per tot.* Ricc. *Collect.*3590. Rot. *part.*12. *recent. deciſ.*239. *num.*7. *& ſeqq.* Viui. *comm. opin.*1043. *&* 1045. Gabriel de Bellis *tract. de vſufruct. cap.*3. §. 1. *& ſeqq. fol.*275.

Quòd vſufructu legato ſpectent ad vſumfructuarium ius conductionis gabellarum, & vtilia ab eis prouenientia, item lucra protocollorum notarij mortui, item laudemia, condemnationes, confiſcationes, collationes beneficiorum, & quæcumque alia iura, & redditus, Altograd. *conſ.*89. *num.*1. *& ſeqq. lib.*1, Seraph. *deciſ.*222. *&* 240. *per tot.* latè Oinot. *in §. Conſtituitur num.*1. *& n.*5. *& ſeqq.* vbi quos fructus ſibi acquirat vſufructuarius, *Inſtit. de vſufruct.*

Quòd vſufructuarius prædij, in quo adſit nemus cæduum poſſit illud incidere, prout ſolebat teſtator, ligna etiam vendendo, vel ad libitum diſponendo, licèt defunctus non eſſet ſolitus illa vendere, ſed tantùm pro neceſſitate domus, & familiæ vti, intelligendo quando eſt ſilua cædua, ac debito tempore, aliàs autem ſecùs, Cabal. *conſ. deciſ.*30. *lib.*2. *per text. in l. item ſi fundi §. fin. & l. ſeqq. ff. de vſufr. cum ſimilibus.*

Vſufructuarius tenetur ſecundum naturam vſusfructus cauere de vtendo, & fruendo ad arbitrium boni viri, & de reſtituendo rem ſalua illius ſubſtantia proprietario vſufructu finito, licèt ſit ditiſſimus, & non ſuſpectus, ita vt non poſſit huiuſmodi cautio remitti à teſtatore, ſed benè per hæredem tacitè, illam non petendo, quia tunc ſolùm debet præſtari quando petitur, alias ſi petita non præſtetur, non eſt admittendus vſusfructuarios ad vſumfructum, *tot. tit. ff. de vſufruct. & quemad. vſufruct. cau.* Maur. *de fideiuſſ. part.* 1. *ſect.* 3. *cap.* 19. *per tot.* Myuſing. *obſeru.*6. *numer.*2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*901. *num.*10. *&c.* Franch. *deciſ.*497. *per tot.* Altograd. *conſ.*90. *num.*6. *lib.*1. Tuſch. *lit. V. concluſ.*304. *&* 305. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 175. *numer.*7. *& ſeqq. per tot. volum.*2. Ricc. *Collect.*161. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.*13. *num.*1. *& ſeqq.* vbi quòd dicta cautio eſt petenda per viam ordinariam, & non executiuam, & quare. 4

Quòd teneatur conficere inuentarium, & fideiuſſionem vt ſupra præſtare, ita vt non poſſit ab iſto onere, per teſtatorem liberari, ſufficere tamen quamcumque bonorum deſcriptionem, Altograd. *conſ.*104. *num.*16. *& ſeqq. lib.*2. Oinot. *in §. Conſtituitur num.*4. *Inſtit. de vſufr.* Gratian. *diſcept. for. cap.*696. *n.*12. *cap.*711. *n.*45. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.*250. *num.*31. *& ſeqq. vol.*1. *& deciſ.*176. *num.*23. *vol.*2. Rot. *part.*12. *recent. deciſ.*239. *num.*11. *&c. part.*15. *deciſ.*129. *&* 240. vbi quid operetur remiſſio inuentarij, & cautionis à teſtatore facta.

Quòd teneatur cauere non obſtante iuſſu teſtatoris, quòd hæres pro eo fideiubeat, vel fideiuſſionem non exigat, Surd. *deciſ.*109. *per tot. & deciſ.*194. *num.*2. *&c.* vbi quòd poteſt compelli per hæredem impunè, etiam ſi teſtator iuſſerit non exigi ſub pœna priuationis, fuit tamen in eadem deciſione concluſum pro priuatione ex alijs Ricc. *Collect.*3344. Rot. *part.*10. *recent. deciſ.*185. *num.*23. vbi quòd teſtator non poteſt huiuſmodi cautionem remittere vſufructuario mobilium, nec remiſſio, ſiue liberatio eſt attendenda, tamquam contra naturam vſusfructus, ſed quid operetur talis remiſſio, vide Rot. *part.*15. *recent. deciſ.*129. *&* 240. vide *in §. Vxor num.*27.

Si vſusfructuarius ſit in poſſeſſione, & percipiat fructus, illos lucratur, etiam non præſtita dicta cautione, Ceual. *comm. opin. quæſt.*108. *num.*10. Theſ. *deciſ.*80. *num.* 3. Barz. *deciſ.*74. *numer.*50. Rot. *part.*12. *recent. deciſ.*95. *num.*1. *& deciſ.*99. *num.*1. *&c.* Viui. *comm. opin.*1043. *&* 1045. Si verò non poſſideat, nec percipiat fructus non poteſt illos prætendere à proprietario, qui eos percepit; non admittitur tamen ad vſumfructum niſi ſatiſdet, & ſi fuerit admiſſus non petita huiuſmodi ſatiſdatione, quæ poſtea petatur, debet illam dare, aliàs ſua poſſeſſio incipit eſſe vitioſa, & non ſuffragatur ad acquirendum fructus, Rot. *in Auenionen. vſusfructus Ven.* 11. *Decembris* 1637. coram Ghiſilerio *in Nouiſſ. part.*7. *deciſ.*258. *per tot.* Gratian. *deciſ.*3. *in fine, & in Addit. per tot.* Franc. *deciſ.*497. *per tot.* Sperel. *deciſ.*107. *num.*61. Tuſch. *lit. V. concluſ.*306. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.*175. *num.*18. *&c. vol.*2. Merlin. *deciſ.*29. Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.*71. *numer.*28. *volum.*2. Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*87. vbi confirmatur alia ſupra relata deciſio, & declaratur quando hæres dicatur in mora, *& part.*10. *deciſ.*290. *num.*15. *&c. deciſ.*329. *num.* 18. vbi quòd ſufficit dictam cautionem præſtare in actu pacificæ conſequutionis vſufructus, & non antea lite ſuper eo pendente.

Quòd poſt interpellationem, & moram in fideiubendo ſi percipiat fructus, teneatur illos reſtituere, niſi agatur cum muliere, vel ſimili perſona idiota, quæ probabiliter errauerit in iure credendo non teneri propter remiſſio-

nem factam à teſtatore, quia tunc faceret fructus ſuos, Surd. deciſ. 281. per tot. Martha vot. Piſ. 12. num. 17. Merlin. deciſ. 29. vbi quòd debet interpellari, & in mora conſtitui per citationem perſonalem, & præciſam ad cauendum, & moram poteſt purgare, Rot. part. 12. recent. deciſ. 99. n. 3. &c. vbi etiam quando non fecit inuentarium, & quòd proprietarius non tenetur, ſi poſſideat, fructus reſtituere vſufructuario, niſi poſtquàm fuit interpellatus, & præſtita cautio, & quare.

Si autem vſufructuarius propter ſuam paupertatem non inueniat fideiuſſorem, videtur excuſandus, & admittendus cum cautione iuratoria, ad tradita per Gratian. diſcept. forenſ. cap. 822. num. 9. &c. Maur. de fideiuſſ. parte 1. ſect. 3. cap. 19. num. 31. &c. cap. 25. num. 32. Surd. deciſ. 141. per tot. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 175. num. 12. &c. vol. 2. Ricc. 3601. Rot. part. 13. recent. deciſ. 525. num. 10. Gabriel. de Bellis tract. de vſufruct. cap. 3. §. 4. per tot. fol. 382.

Vel potiùs tunc poſſeſſio bonorum eſt relinquenda penès hæredem, & proprietarium, qui ipſe ſatiſdet de correſpondendo vſufructuario de fructibus deductis impenſis, & laboribus, Maur. de fideiuſſ. d. cap. 19 num. 32. Rot. in d. Aueniomen. vſufructus 11. Decembris 1637. numer. 23. coram Ghiſilerio, Paul. Chriſtin. d. deciſ. 175. numer. 14. &c. vbi quòd eſt æquiſſima opinio, & ſecundum eam fuiſſe iudicatum; & quandoque etiam arbitrio iudicis, ſtante defectu proprietarij, fuiſſe commiſſam adminiſtrationem extraneo tamquam ſequeſtro, qui vſufructuario ſub cautione de fructibus reſpondeat, Rot. part. 13. recent. deciſ. 525. nu. 11.

5 Vſusfructuarius acquirit quaſi poſſeſſionem vſufructus per ſimplicem ingreſſum in fundum abſque aliquo vſu, exercitio, vel perceptione fructuum, ſciente tamen, & patiente domino, & eſt manutenendus, Gratian. diſcept. for. cap. 615. per tot. facit Bich. deciſ. 159. vbi quòd vſufructuario immiſſo in poſſeſſionem, competit interdictum retinendæ, & manutentio aduerſus proprietarium occupantem, & turbantem poſſeſſionem naturalem, quia licèt vſusfructuarius non habeat ciuilem, habet tamen quaſi ciuilem poſſeſſionem, nec admittuntur in hoc ſummariſſimo iudicio exceptiones reſpicientes dominium, vel non ius poſſeſſionis.

De vſufructuario manutenendo aduerſus dominum, & hæredem immiſſum vigore l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. Rot. apud Pacif. de Saluian. deciſ. 156. Menoch. de retinend. remed. 3. num. 70. &c. Poſt. de Manutent. obſeru. 16. num. 14. &c.

Quòd etiam hæres vſufructuarij habens aliquam iuſtam cauſam retinendi poſſit manuteneri in poſſeſſione contra proprietarium, Gratian. diſcept. 899. num. 7. &c. Poſt. de manutent. obſeru. 16. num. 42. Vrceol. Conſult. 92. num. 60. vol. 2. dixi in reſolut. cap. 8. num. 41.

Quando poſſit propria auctoritate accipere poſſeſſionem bonorum, vel teneatur vſumfructum capere de manu hæredum, Gratian. diſcept. for. cap. 696. num. 1. &c. cap. 853. num. 5. & 34. cap. 919. num. 13. & 20. &c. Tuſch. lit. V. concluſ. 317. per tot. Vrceol. Conſult. forenſ. cap. 71. num. 1. & ſeqq. vol. 2. & cap. 82. num. 38. &c. d. vol. 2. vbi inſerit deciſionem Rotæ Romanæ.

Quòd vſufructuarius poſſideat naturaliter tantùm, & proprietarius ciuiliter, Tuſch. lit. V. concluſ. 323. Bich. deciſ. 159. vbi quòd vſufructuarius habet etiam quaſi ciuilem poſſeſſionem.

6 Vſusfructuarius non poteſt ſine ceſſione agere contra debitores hæreditarios, ſed actio competit hæredi, qui illam exercere debet, & exacta tradere legatario, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 543. num. 11. &c.

Quòd imò in reſpicientibus vſumfructum videatur à teſtatore conſtitutus procurator in rem ſuam, & poſſit agere ſine ceſſione pro exactione cenſuum, qui veniunt in legato vſusfructus immobilium, licèt reſtitutio, ſiue retrouenditio non ſit facienda in manibus vſufructuarij, ſed proprietarij, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 585. num. 21. &c. cap. 636. num. 17. &c. cap. 985. num. 9. &c. Sperel. deciſ. 177. n. 12. & ſeqq. per tot. vbi quòd reſtitutio cenſus actiui eſt facienda vtrique ſimul, ſcilicèt proprietario, & vſufructuario propter intereſſe commune, quidquid ſecùs ſit in cenſu paſſiuo, qui poteſt extingui à ſolo proprietario, ac etiam à ſolo vſufructuario non ad propriam, ſed ad hæreditatis vtilitatem, cùm quilibet etiam extraneus poſſit ſoluendo liberare debitorem, vt dixi in §. Solutio num. Imò ſi vſufructuarius extinguat cenſum hæreditatis paſſiuum de ſuo vſufructu, & reportet iurium ceſſionem contra hæreditatem (licèt fortè creditor non teneatur cedere) efficitur creditor illius contra hæreditatem, ac poteſt ſeparationem ſui crediti petere, vt latè probat Sperel. d. deciſ. 177. per tot.

Quòd vſufructuarius ſecundum vnam opinionem poſſit retrouendere cenſus hæreditarios, licèt ſecundum aliam veriorem non poſſit ſine conſenſu proprietarij, tamen prima poſſit ſuſtineri in retrouenditione coacta, & neceſſaria, quæ fit à debitore cenſus, ad inſtar hæredis grauati, cui in hoc aſſimilatur vſufructuarius, Rot. part. 9. recent. deciſ. 172. numer. 17. & ſeqq. vide in §. Grauatus num. 1.

Licèt vſufructuarius habeat facultatem exigendi nomina debitorum, & fruendi pecunijs exactis, tamen tenetur finito vſufructu reſtituere tantundem proprietario, & interim de hoc præſtare cautionem, iuxta ſuperiùs dicta Gratian. diſcept. forenſ. cap. 585. num. 27. &c. cap. 696. num. 18. &c.

Vſusfructuarius non tenetur de vſufructu reſpondere creditoribus hæreditarijs, ſed fieri debet alienatio proprietatis pro quantitate debita, & in reliquo ipſe vſumfructum habere, niſi debitum eſſet annuum, Iaſ. in l. 1. n. 16. ff. ad Trebell. Crauett. conſ. 183. n. 1. latè Menoch. lib. 4. præſumpt. 143. per tot. Gratian. diſcept. for. cap. 294. per tot. cap. 585. num. 15. &c. idem Gratian. deciſ. 47. per tot. Sperel. deciſ. 176. num. 70. & 71. & deciſ. 177. num. 19. & ſeqq. vbi qualiter teneatur ad omnia onera realia, collectas, cenſus, legata annua, & ſimilia, niſi aliter conſtet de mente teſtatoris, vel niſi talia onera totum abſorberent vſumfructum, & illum inutilem redderent, vide Tuſch. lit. V. concl. 320. & 321. per tot. Chriſtin. deciſ. Belgic. 250. num. 2. & ſeqq. per tot. vol. 1. Fachin. contr. lib. 4. cap. 19. Vrceol. Conſult. forenſ. cap. 68. per tot. vol. 2. Viui. Comm. opin. 1046. Couar. var. lib. 2. cap. 2. Gabr. Vaſquez Opuſc. moral. tract. de teſtam. cap. 9. §. 3. Dub. 7. & 8. fol. 367. 7

Licèt non teneatur ad æs alienum, tenetur tamen pati quòd deducantur, & ſoluantur, Magon. deciſ. Flor. 59. n. 5. Maſtril. deciſ. 3. n. 4. & ſeqq. part. 1. Menoch. lib. 4. præſumpt. 143. num. 13. Mantic. de coniect. lib. 9. tit. 6. num. 12. Rot. part. 10. recent. deciſ. 329. num. 19. & part. 11. deciſ. 37. num. 7. &c. Niſi repugnet voluntas teſtatoris, quia tunc tenetur hæres aliundè ſoluere, idem Magon. deciſ. Flor. 146. n. 24. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 30. vbi an teneatur alere familiam, & eos, qui erant alendi à defuncto, & concludit quòd ſic.

Poteſt etiam vſusfructuarius poſſidens bona alijs hypothecata conueniri actione reali, & tenetur pati, quòd in eis fiat executio pro debitis defuncti, vt benè probat Rot. part. 9. recent. deciſ. 368. num. 11. & ſeqq.

Quòd creditor volens agere ad bona, in quibus vnus habeat proprietatem, & alter vſumfructum, teneatur non tantùm proprietarium, ſed etiam vſumfructuarium poſſidentem citare ſub pœna nullitatis executionis, Rot. part. 13. recent. deciſ. 89. num. 8. & 9.

Quòd vſusfructuarius teneatur ad legata annua, niſi aliter conſtet de mente teſtatoris, Surd. deciſ. 193. per tot. Cabal. conſ. deciſ. 132. num. 9. lib. 2.

Non teneri ad legatum quantitatis pro vna vice tantùm præſtandum, ſed proprietarium, Caualer. deciſ. 163. num. 2. vbi etiam quòd tunc eſt neceſſe vſumfructuarium citari.

An vſusfructuarius omnium bonorum teneatur ad legata, Franch. deciſ. 483. Ricc. Collect. 320. vbi alia plura, ad quæ teneatur, vel non, Martha vot. Piſ. 176. per tot. vbi quòd vſusfructuarius vniuerſalis tenetur ſoluere legata, & debita, non autem particularis, licèt ſit etiam hæres, & quomodo.

Plura de vſufructuario omnium bonorum, vel vniuerſali, quos fructus conſequatur, quid veniat in vſufructu omnium bonorum mobilium, & immobilium, ſiue mobilium tantùm, & alia, Tuſch. lit. V. concluſ. 308. 309. 310. & 316. per tot. infra num. 16.

Vſusfructuarius tenetur ad onera, & taleas, quæ quotidie rebus imponuntur, Afflict. deciſ. 252. num. 4. Tuſch. lit. V. concluſ. 320. Coſta de ratione rata quæſt. 157. vbi intelligit pro rata fructuum. 8

Item ad collectas, gabellas, cenſus, penſiones, tributa, & ſimu-

& ſimilia, Gratian. *diſcept. for. cap.* 611. *num.* 5. *& c.* Capyc. *deciſ.* 184. *num.* 5. Sperel. *deciſ.* 121. *num.* 24. *& c. deciſ.* 117. *num.* 19. *& ſeqq.* Tuſch. *loc. cit.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 250. *n.* 12. *& c. vol.* 1. *& deciſ.* 176. *num.* 20. *& c. vol.* 2. vbi etiam an teneatur pro tempore præterito.

Quòd teneatur ſoluere canonem rei emphyteuticæ, & illius ceſſatio non præiudicet proprietario, pluribus ſimilibus adductis probat Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 361. *num.* 102. *& ſeqq.*

Poteſt tamen liberari renunciando rei quando onus eſt reale, Gratian. *deciſ.* 87. *in Addit. num.* 4.

Quòd ſi detractis oneribus nihil remaneret vſufructuario, non teneatur ad collectas, ſed integra ſolutio tunc ſpectet ad proprietatem, Lanfranch. Zacch. *tract. de ſalar. & merced. quæſt.* 8. *num.* 16. Tuſch. *d. concl.* 320. *numer.* 12. Chriſtin, *d. deciſ.* 250. *num.* 15. *vol.* 1. *&* 176. *numer.* 21. *volum.* 2.

10 Vſusfructuarius tenetur facere expenſas temporaneas neceſſarias in re, in qua habet vſumfructum, non autem expenſas magnas reſpicientes perpetuam, vel quaſi vtilitatem, & conſeruationem rei, nam iſtæ ſpectant ad proprietarium, latè Garſiam *de expenſis, & melior. cap.* 10. *&* 11. *per tot.* Afflict. *deciſ.* 252. *num.* 2. Rom. *conſ.* 230. Pract. Papp. *libell. vx. ad dot. & vſumfr. gloſ. dedit, & delegauit num.* 7. Cenc. *de cenſ. quæſt.* 25. *in fine*, Felic. *de ſociet. cap.* 27. *num.* 44. *& c.* Oinot. *in §. Conſtituitur num.* 10. *Inſtit. de vſufruct.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 215. *per tot.* vbi quatuor expenſarum genera diſtinguit Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 236. *num.* 20. *& c. cap.* 778. *per tot.* vbi etiam quòd debet ſarta tecta tenere, & quid iſtud ſignificet, vide *in §. Expenſa num.* 8. latè Tuſch. *lit. V. concluſ.* 318. *&* 319. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 176. *num.* 1. *& ſeqq. vol.* 2. *& ad leg. municip. tit.* 15. *per tot.* vbi latè ad quæ teneatur vſufructuarius, Anſald. *conſ.* 55. vbi quòd tenetur ædes reficere, & non reficiendo perdit vſumfructum, non tamen poteſt illi renunciare, vt ſe à refectione liberet, &c.

Vſusfructuarius poteſt cenſum imponere non quidem ſuper proprietate, ſed ſuper illo iure, & commoditate, quam ipſe habet vtendi, & fruendi, non tamen durabit in perpetuum, ſed tantùm durante iure vſusfructuarij, Cenſ. *de cenſ. quæſt.* 25.

Quòd non poſſit ſuper fundo in quo habet vſumfructum, nec ſuper melioramenta, tanquam in re alieна factis, cenſum imponere, cùm non ſit dominus, quidquid ſit in alijs, qui interim eſſent domini, veluti hæres grauatus, feudatarius, & emphyteuta, latè Merlin. *deciſ.* 546. *per tot. & deciſ.* 748. vbi de patre vſufructuario, & legitimo adminiſtratore, vt non poſſit cenſum imponere ſine cauſa neceſſaria, & alijs ſolemnitatibus.

Quòd poſſit etiam rem locare, in qua habet vſumfructum, non tamen illam diuidere, nec eius formam mutare, in præiudicium proprietarij, cuius conditionem nunquam deteriorem reddere poteſt, Gratian. *diſcept. for. cap.* 745. *num.* 58. *& c. cap.* 752. *num.* 14. *& c.*

Quòd non poſſit imponere ſeruitutem rei, in qua habet vſumfructum, impoſita tamen maneat durante vſufructu, Afflict. *deciſ.* 380. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 73. *num.* 1. *vol.* 4.

11 Vſusfructuarius per quamlibet alienationem, & traditionem veram, vel fictam, non poteſt interuertere poſſeſſionem ciuilem proprietarij, ita vt vſufructu finito illi aduerſus quoſcumque etiam tertios poſſeſſores non competat manutentio, & remedium ſpolij, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 779. *num.* 10. *& c.* vide *in §. Manutentio num.* 10.

Quia poſſeſſio naturalis vſufructuarij per eius mortem ipſo iure conſolidatur cum poſſeſſione ciuili proprietarij; ita vt proprietarius nulla indigeat reſtitutione, ſed poſſit illam propria auctoritate apprehendere, etiam ſi eſſet ab hæredibus vſusfructuarij detenta, quia non ſunt legitimi contradictores ad impediendam poſſeſſionem proprietarij, Altograd. *conſ.* 104. *num.* 30. *& c. lib.* 2. niſi tamen hæredes vſufructuarij haberent aliquam iuſtam cauſam retinendi, vt dixi *in reſolut. cap.* 8. *num.* 40. *&* 41. vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 899. *num.* 7. Poſt. *de Manutent. obſeru.* 16. *num* 42. *& c.* Merlin. *deciſ.* 642. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 315. *num.* 1. *& ſeqq.*

Quòd vſusfructus per mortem vſusfructuarij, ſiue naturalem, ſiue ciuilem conſolidetur cum proprietate, ita vt huiuſmodi conſolidatio fiat incontinenti, etiam quoad poſſeſſionem, & proprietarius ſit manutenendus aduerſus quoſcumque, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 662. *num.* 4. *& c. cap.* 779. *per tot.* vbi quæ alia remedia competant proprietario pro auocanda ſibi proprietate, & quòd poſſit illam propria auctoritate capere, *infra num.* 23. latè Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 120. *per tot.* vbi plures deciſiones concordantes allegat, & an matri vſufructuariæ, ſiue eius filijs, vel etiam hæredibus extraneis competat retentio pro credito dotali, & in eadem cauſa *d. part.* 9. *deciſ.* 172. *per tot. & deciſ.* 315.

Vſusfructus cùm ſit quoddam ius perſonale non poteſt cedi, & in extraneum transferri, imò tunc rediret ad proprietarium, niſi illius conſenſus accedat, quo caſu diceretur potiùs nouus vſusfructus conſtitui, §. *fin.* vbi *gloſ. Inſtit. de vſufr.* poſſet tamen commoditas fructuum percipiendorum cedi etiam ſine dicto conſenſu, *gloſ. ibidem*, Neguſ. *de pign. part.* 2. *membr.* 3. *num.* 9. Scapuc. de Saluian. *lib.* 2. *quæſt.* 11. *num.* 4. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 719. *num.* 16. *& c.* vbi quòd accedente conſenſu proprietarij in ceſſione cenſeretur vſusfructus prorogatus ad vitam acquirentis, & ampliùs non attenderetur vita cedentis, & alienantis, vide Tuſch. *lit. V. concluſ.* 328. *per tot.* Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit.* 15. *art.* 6. *&* 7. 12

Quòd vſusfructus legatus poſſit cedi, vendi, alienari, vel donari, & DD. contrarium tenentes ſint intelligendi ad effectum vt ius regoletur a vita vſufructuarij, per cuius obitum finitetur vſusfructus, & non ceſſionarij, Gratian. *diſcept. for. cap.* 775. *num.* 15. Rot. *in Auenionen. vſusfructus* 14 *February* 1637. coram Dunozetto *in Nouiſſ. part.* 7. *deciſ.* 194. *num.* 13. *& c.*

Quòd vſusfructus formalis non poſſit cedi, ſed vt actus ſuſtineatur, & contrahentium voluntas adimpleatur, valet ceſſio quoad commoditatem fructuum, ac ideò poteſt etiam hoc modo in dotem dari, ſed difficultas eſt poſtea circa reſtitutionem dotis, nam quando fructus ipſius vſusfructus in dotem dantur, facienda eſt reſtitutio ipſorum fructuum perceptorum, & imputandum viro ſi ita duxerit vxorem, ſi verò ius percipiendi fructus, illud ius tantùm eſt reſtituendum ſoluto matrimonio, & fructus percepti cedunt lucro mariti, qui ſuſtinuit onera matrimonij, vt latè probat Rota *in Bononien. vſusfructus* 18. *Iunij* 1640. coram Merlino *inter impreſſas eiuſdem deciſ.* 843. adde Coſtam *de ratione rata quæſt.* 131. *per tot.* vbi plura an, & quando vſufructu in dotem dato, ſint deducenda onera matrimonialia, & reliqua pro rata ſint reſtituenda, & alia circa modum reſtituendi dotem conſiſtentem in vſufructu, vel alijs annuis redditibus, Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 393. *num.* 6. *& ſeqq.* vbi fuit approbata prædicta magiſtralis diſtinctio Merlini *d. deciſ.* 843. Rot. *d. part.* 18. *deciſ.* 795. *num.* 8. *& ſeqq.* vbi quòd poteſt cedi quoad commoditatem, & qualiter conſtitutus vxori à primo viro cenſeatur ab illa datos, & conceſſus ſecundo viro vti ſuæ dotis augmentum, &c.

Vſusfructus commoditas tranſit in fiſcum, ſi bona vſufructuarij publicentur, quando eſt propriè vſusfructus, ſecus ſi importet tantùm alimenta, vt quando relinquitur vxori inſtitutis hæredibus filijs, quia tunc conſolidatur ad fauorem filiorum, ſicut etiam conſolidatur, & non tranſit ad fiſcum, quando condemnatus pateretur maximam, vel mediam capitis diminutionem, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 222. *num.* 27. *& c.* vide *in §. Peculium num.* 4. *in fine.* 13

Quòd poſſint filij excipere, & ſaltem in ſubſidium prætendere alimenta de dicto vſufructu, Arias de Meſa *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 37. *num.* 13. Vtccol. *Conſult. forenſ. cap.* 14. *num.* 16. *& ſeqq.*

Quòd vſusfructus non veniat in confiſcatione bonorum adhoc vt mortuo vſufructuario tranſeat ad fiſcum, ſed benè quoad fructuum commoditatem, & perceptionem viuente ipſo delinquente vſufructuario, cuius bona ſint publicata, Farinac. *quæſt.* 25. *num.* 148. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 220. *num.* 52. *& c. vol.* 5. Merlin. *deciſ.* 843. *n.* 8. vide Guaz. *de confiſcat. bon. concluſ.* 13. *limit.* 22. *per tot.*

Vſusfructus vxori relictus an, & quando reſtringatur ad alimenta, & ſolitam præeminentiam in domo, vide *in §. Vxor num.* 26. 14

Quòd ſtantibus liberis reſtringatur ad alimenta, ſiue ſint eiuſdem, ſiue alterius matrimonij, ac etiam ſi non ipſi, ſed alij extranei tranſuerſales ſint inſtituti, nam ſi teſtator extraneos prætulit filijs, multo magis credendum eſt voluiſſe

per-

præferre vxori, licèt hoc vltimo caſu quando filij non ſunt inſtituti, ſed extranei contrarium ſit verius, cùm tunc ceſſet fauor filiorum, quorum contemplatione fuit inducta conſuetudo Bulgari, Gratian. deciſ.210. per tot. cum Addit. vbi etiã quòd idem eſt in matre, vel alijs aſcendentibus inſtitutis, vt vxori debeatur plenos vſusfructus, & non alimenta tantùm, de hac materia plenè Tuſch. lit. V. concluſ.314. & 315. per tot. Maſcard. de probat. vol.3. concl. 1419. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic.251. num.16. &c. vol.1. Theſ. deciſ.137. & 184. Surd. de aliment. tit.2. quæſt.15. per tot. Rot. part.10. recent. deciſ.290. per tot. & part.14. deciſ. 216. vbi quando debeatur pro medietate, licèt plures eſſent filij, & non poſſint prius legitimam detrahere, & deciſ. 502. vbi quando debeatur vſusfructus legatus, etiam ſi tranſierit ad ſecunda vota, nempè quando oon fuit appoſita conditio viduitatis.

15 Vſusfructus relictus cum prohibitione alienandi proprietatem, vel cum facultate intelligitur ad fauorem legatarij comprehendere ipſam proprietatem, niſi adſit aliqua dictio taxatiua, & dummodò in ſecundo caſo fuerit cum effectu ſequuta alienatio, qoid quando aliquis relinquitur dominus, & vſufructuarius, vel ad vſum, & vſumfructum, & alia, Gratian. diſcept. forenſ. cap.216. per tot. cap.443. per tot. Menoch. lib.4. præſumpt.133. & 134. per tot. facit qood dixi in §. Legatum num. Toſch. lit. V. concluſ.303. vbi quando dicatur relictus vſusfructus, vel proprietas, & quando oeutrum, ſed ſimplex obligatio perſonalis.

Quòd imò ex facultate alienandi vſufructuario conceſſa reſultet contraria cooiectura ipſum ſcilicèt eſſe ſimplicem vſufructuarium, & non proprietarium, cùm videatur talis facultas data ei, qui eam oon habebat, quia ſi eſſet proprietarius fuiſſet ſuperflua, cùm iam de ſe huiuſmodi facultatem habuiſſet, & coniecturam procedere tantùm io caſu prohibitionis, cùm illa ſtante præſupponatur iam apud legatarium alienandi facultatem ineſſe, quaſi priuatio præſupponat habitum, Altograd. conſ.104. num.24. & ſeqq. lib.2. ſed vide Caſtill. de vſufruct. cap.30. num.47. & ſeqq. Rot. part.13. recent. deciſ.491. num.6. & ſeqq.

Quòd per prohibitionem alienationis cenſeatur relicta etiam proprietas pluribus hincinde citatis probat Rot. part. 9. recent. deciſ.289. num.24. & ſeqq. & part.13. deciſ.154. num.22. & ſeqq.

Intellige in legato particulari, ſecùs autem in vniuerſali, & quando teſtator alium inſtituit hæredem vniuerſalem in proprietate, vel aliter conſtat de contraria voluntate teſtatoris, iuxta text. in l. Proculus ff. de vſufr. vt declarat Martha vot. Piſ.12. per tot.

Quòd vbi legatum incipit à re, & bonis, proprietas dicatur legata, non obſtante adiectione vſosfroctus, Caſanat. conſ.32. num.4. &c. Caſtil. de vſufr. cap.30. num.4. & ſeqq. Rot. part.13. recent. deciſ.160. num.3. & ſeqq. vbi tamen qoòd ſecùs eſt, ſi ex tempore, modo, vel alijs conſtet in contrariom.

16 Vſusfructus omniom bonorum an, & quando cenſeatur etiam relictus in bonis fideicommiſſi, & emphyteuſis, vel feudalibus, Menoch. lib.4. præſumpt.142. n.4. &c. Rot. in ſelectis per Farinac. part.1. tom.1. deciſ.375. Gratian. diſcept. for. cap.696. num.16. Vrceol. Conſult. forenſ. cap.45. num.8. & 28. vide in §. Feudum num.

Quòd conſequatur laudemia, & alia commoda, Toſch. lit. V. concluſ.316. per tot.

Et generaliter ex quibus rebus, & bonis legatus preſumatur vſusfructus, Menoch. d. præſumpt.142. per tot. & præſumpt.197. num.22. vbi qoòd intelligitur etiam in bonis fideicommiſſi, Maſcard. de probat. vol.3. concl.1419. vbi ex quibus vſusfructus in teſtameoto relictus præſumatur.

Qoaliter vſusfructuarios omnium bonorum differat ab vſufructuario hæreditatis, Tuſch. lit. V. concluſ.308. per tot.

17 Vſusfructus competens teſtatori non poteſt per eum alteri legari, quaſi effectus legati cooferatur in tempus, quo ius legantis erat peritorum; ſi tamen io vita teſtatoris illi ſuperueniat proprietas, conualidatur legatum, Gratian. diſcept. for. cap.237. in princ. & per tot.

18 Vſusfructus ſi ſit æſtimandus, debet æſtimari iuxta diſpoſitionem, l. hæreditatum ff. ad l. falcid. Gratian. diſcept. for. cap.702. num.29. vide in §. Æſtimatio num. Merlin. deciſ.771. vbi quòd procedit etiam ſi vita deindè longior fuerit, & imputatur in legitimam, Rot. part.11. recent. deciſ.185. num.9.

Vſusfructus debitus patri in bonis aduentitijs filiorum venit ſub hypotheca omniom iurium ad faoorem creditorum patris, quibus competit Saluianum probatis extremis ſuper illios commoditate, Pacif. de Saluian. cap.2. num. 627. & 794. Duran. deciſ.461. num.2. dixi in reſol. cap.81. num.1. latè Vrceol. conſult. for. cap.14. numer.10. & ſeqq. per tot. vbi probat poſſe excipere filios de alimentis ſibi debitis in ſubſidium ex huiuſmodi vſufructu, ac idem docet Paul. Chriſtin. deciſ.71. num.6. & deciſ.75. num.3. vol.4. Caluin. de æquit. lib.3. cap.238. vbi qualiter de æquitate ex vſufructu bonorum adoentitiorum ſint in ſubſidium detrahenda alimenta pro filijs, & patre, antequam creditores patris illum conſequatur, Arias de Meſa var. reſol. lib.3. cap.37. 19

Et non poteſt extingui, neqoe renonciari vſusfructus in fraudem, & præiudicium creditorum, lib.3. ff. de his, quæ in fraudem credit. Rot. in ſelectis per Farinac. part.1. tom.1. deciſ.129. num.4.

Quòd ſi ſimplex vſusfructus fuerit filio relictus, patri non acquiratur, cùm ſeruitus ſeruitutis eſſe oon poſſit, prout ſi fuerit relictus intuitu, & ratione clericatos, Altograd. conſ.50. num.234. &c. lib.1.

Quando patri non competat vſusfructus in bonis aduentitijs filiorum, dixi in §. Peculium num.4. vbi retuli 13. caſus, & alios remiſſioẽ, vide Rot. part.14. recent. deciſ.445. per tot. vbi latè probat non deberi, quando pater eſt cohæres, vel collegatarius, vel aliquid ei fuit relictum.

Quòd non debeatur ſtante prohibitione teſtatoris, non tantum expreſſa, ſed etiam tacita, quæ ex multis arguitur Rot. part.18. recent. deciſ.140. per tot. vbi fuit denegatus in bonis à marito filiæ relictis.

Ao autem in caſibus, in quibus patri oon debetur vſusfructus, ſaltem illi debetur commoditas froctuom, Franc. deciſ.10. num.9. &c. deciſ.161. num.8. vbi etiam ao prohibitio quòd patri non quæratur vſusfructus procedat quoad legitimam, vide in §. Peculium num.4. in fine.

Et generaliter qood vſusfructus quoad commoditatem percipiendi fructus rectè poſſit obligari, & veniat in obligatione ad fauorem creditorum, in eoſque transferri, nec executio ſuper eum relaxata expiret durante vita vſusfructuarij, vel tempore vſusfructus, etiam ſi vſusfructuarius ob cautionẽ non preſtitam, colluſiuè, & non citatis ipſis creditoribus, qui execotionem iam obtioverant, fuerit poſtea per ſenteotiam vſosfructu priuatus, vide Rot. part.13. recent. deciſ.41. & 525. per tot.

An autem hypotheca ſoper vſufructu ad debitorem ſpectante impoſita, extinguatur proprietate rei per eundem debitorem acquiſita, diſputat ad partes Salgad. Labyrint. credit. part.4. cap.4. per tot. vbi n.18. & ſeqq. concludit de veriori, & certiori opinioue non perire, nec extiogui dictam hypothecam, & ſucceſſiuè cap.5. per tot. diſputat etiam an dato quod dicta hypotheca duret, acquiſita per debitorem proprietate, ſaltem finiatur morte ipſius debitoris, vel duret vſque ad ſolutionem debiti, & perpenſis pluribus rationibus, & fundamentis pro duratione hypothecæ vſque ad ſolutionem debiti non obſtante morte debitoris vſusfroctuarij n.29. & ſeqq. reſoluit durare tantùm durante vita debitoris, & non vltra, iuxta naturam vſusfructus, & faciunt notata in §. Hypotheca num.47.

Sicut etiam pro debitis filij, ad quem ſpectat proprietas poſſont illius creditores ſubhaſtationem proprietatis adhuc patre vioente obtinere, emptori tamen poſt patris obitum tantùm aſſignandæ, cùm nuda quoque proprietas æſtimationem recipiat per tex. in l. cum in fundo §. ſi vxor. ff. de iur. dot. Rot. part.9. recent. deciſ.83. n.22. & part.13. deciſ.382. n.11. & 12. facit in §. Filius num.58. &c.

Vſusfructos pluribus relictus, vno deficiente accreſcit alijs, gloſ. in §. fin. Inſtit. de vſufr. in fine, Gratian. diſcept. for. cap.807. num.23. &c. facit quod dixi in §. Ius accreſcendi, Gabriel. de Bellis tract. de vſufr. cap.4. §.6. & ſeqq. fol. 397. &c. vbi plura de iore accreſcendi, vel non decreſcendi in vſufroctu. 20

Vſusfroctuarius rei, quam teſtator habebat cum pacto teoendendi, ſi eueniat caſus redemptionis, eſt requirendus pro omni ſuo intereſſe, cùm debeat penes ſe habere pretium illius ad vtendum, & fruendum donec vixerit, Tiraquel. de retract. conuent. §.1. gloſ.6. num.29. 21

22 Vſusfructuarius vniuerſalis an, & quando concurrat in vſufructu rei alteri particulariter legatæ pro dimidia ſaltem, Gratian. *diſcept. for. cap.* 350. *per tot.* dixi in §. *Hæres num.* 9. §. *Legatum n.* 52. & §. *Teſtator n.* 7. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 502. *n.* 2. Mariba *vot. Piſ.* 176. *n.* 10. Cabal. *conſ. deciſ.* 132. *n.* 5. & 6. *lib.* 2.

23 Vſusfructus finitur pluribus modis, nempè morte naturali ipſius vſusfructuarij, ad cuius hæredes non tranſit, niſi teſtator expreſſerit, & tunc etiam tranſit tantùm ad primum, non autem ad vlteriores hæredes, ne proprietas reddatur ſemper inutilis, ac dicitur nouus vſusfructus in perſona hæredis, qui ideò tenebitur de nouo cauere, §. *fin.* vbi Otnot. & alij *Inſtit. de vſufr. tot. tit. ff. quibus mod. vſufr. amitt.* & *l. corruptionem C. eod.* vide *ſupra numer.* 11. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 176. *num.* 8. *vol.* 2. Gabriel de Bellis *tract. de vſufr. cap.* 5. & *vlt. fol.* 411. &c.

Item finitur morte ciuili, maxima ſcilicet, & media capitis diminutione, non autem minima, *l.* 1. *ff. eod.* & *d. l. corruptionem in fine C. eod.* Otnot. *loc. cit. n.* 5. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 176. *num.* 10. *vol.* 2.

An autem finiatur per monacationem vſusfructuarij, videtur dicendum quod non, quia licèt monachus habeatur pro mortuo quoad mundum, tamen ſecùs eſt quoad comedendum, & bibendum, & tunc vſusfructus tranſit ad Monaſterium durante vita naturali profeſſi, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 222. *num.* 24. Gratian. *diſcept. for. cap* 815. *num.* 2. &c. vide Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 176. *num.* 9. *vol.* 2. Ceual. *com. contr. comm. quaſt.* 64. & 65. vbi relatis contrarijs opinionibus videntur concludere non pertinere ad monaſterium, ſed cum proprietate conſolidari, & Viui. *comm. opin.* 600. & 601. vide in §. *Pater num.* 44. *verſ. Item nec.*

Quòd vſufructus competens dari in bonis aduentitijs filiorum amittatur per monacationem ipſius patris, Boet. *deciſ.* 197. *n.* 10. Michalot. *de fratr. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 31. Gratian. *diſcept. for. cap.* 519. *num.* 20. &c. vide in §. *Peculium num.* 4. *verſ.* 6.

Item finitur completo tempore, quando pro aliquo certo tempore fuit conceſſus, quo caſu finitur etiam ſi vſufructuarius moriatur ante illud tempus completum, *l. antiquitas C. de vſufr.* Otnot. *cum Addit.* §. *in fin. n.* 6. *Inſtit. de vſufr.* facit Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgi.* 175. *num.* 19. *vol.* 2. vbi qualiter finiatur vſusfructus relictus ad certum tempus, vel ſub incerto tempore, iuxta *l. ambiguitatem* 12. *C. de vſufr.* &c.

Item amittitur vſusfructus ſi vſufructuarius illo non vtatur per decem annos inter præſentes, & viginti inter abſentes, & conſolidatur cum proprietate, an autem in præſcribente requiratur bona fides, & titulus, & quid ſi eſſemus in vſufructu annuo, §. *fin.* vbi Otnot. *num.* 7. *Inſtit. de vſufr. l. corruptionem C. eod.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 807. *num.* 1. &c.

Item amittitur per conſenſum præſtitum alienatione proprietatis ſine proteſtatione, Durand. *deciſ.* 449. *num.* 5.

An autem requiratur conſenſus vſufructuarij in alienatione proprietatis, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 175. *num.* 17. *vol.* 2.

Item vſusfructuarius perdit ius ſuum doloſè verſando circa vſumfructum, puta deteriorando, vel occultando res aliquas, malè verſando, & non vtendo arbitrio boni viri, vel requiſitus non præſtando cautionem, quo caſu non facit fructus ſuos, Crauett. *conſ.* 302. *num.* 1. &c. Gratian. *diſcept. for. cap.* 778. *num.* 7. &c. *cap.* 832. *num.* 21. Menoch. *de arbitr. caſ.* 78. Matt. Medic. *Exam.* 55. & *deciſ.* 90. *per tot. cum Addit.* vbi etiam an ſi abutatur parte cedat à toto, & an incidendo arbores, vel malè vtendo vinea amittat vſumfructum, vel teneatur tantùm ad damna, & intereſſe, vide in §. *Conductor num.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 250. *num.* 18. & *ſeqq. vol.* 1. & *deciſ.* 176. *num.* 3. & *ſeqq. vol.* 2. Ricc. *Collect.* 3189.

Quòd non poſſit arbores incidere, Cepol. *de ſeruit. vrb. præd. cap.* 81. *num.* 16. vide in §. *Arbor num.* 8. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 129. *vol.* 1. & *deciſ.* 176. *num.* 7. &c. *vol.* 2. Anſald. *conſ.* 55. *num.* 6. & *ſeqq.* vbi qualiter ex hac cauſa vſumfructum amittat.

Item finitur vſusfructus ceſſione, vel renunciatione illius facta ipſi domino proprietatis, §. *fin. Inſtit. de vſufr.* vbi Otnot. *num.* 8. *cum Addit.* vide *ſupra num.* 12. & 19.

Item conſolidatione, quando vſufructuarius acquirit proprietatem rei fructuariæ, §. *fin.* vbi Otnot. *Inſtit. eod. l.* 3. & 4. *ff. vſufr. quemad. cau.*

Item mutatione, & interitu rei totaliter *d.* §. *fin.* vbi Otnot. *num.* 10. & *l. repeti* §. *rei ff. eod.* vide Tuſch. *litt. V. concl.* 325. *per tot. cum pluribus ſeqq. ad* 334. vbi multa qualiter finiatur, vel duret vſusfructus.

An autem finito vſufructu, finiatur locatio facta ab vſufructuario, & è contra, an idem vſusfructuarius teneatur ſtare locationi factæ à proprietario, quando accipit vſumfructum, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 176. *num.* 12. &c. *vol.* 2. vbi in vtroque caſu videtur negatiuè concludere, refuſis tamen expenſis gratia fructuum factis, idem Chriſtin. *ad l. Municip. tit.* 8. *art.* 3. *per tot.* & *tit.* 16. *art.* 27. *num.* 5. Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 366. *verſ. an vſusfructuarius*, vbi plures allegat, & diſtinguit, adde latè Pacion. *de locat. cap.* 61. *num.* 120. & *ſeqq.*

24 Vſusfructuarius tenetur de fructibus recollectis relinquere ſemina pro anno ſequenti, *l. quæſitum* §. 1. *ff. de fund. inſtruct. l. item ſi fundi* §. *Seminarios ff. de vſufr.*

25 Vſusfructuarius quamuis fructus ſeminauerit, & coluerit, ſi decedat illis nondum recollectis, ſed pendentibus, licet maturis, eos non tranſmittit ad hæredes, ſed ſpectant ad proprietarium, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 807. *num.* 7. & videndus in *cap.* 810. *num.* 4. & 10. &c. vbi quòd ſaltem debent omnes expenſæ reſtitui, Card. Tuſch. *litt. V. concl.* 313. vbi quos fructus faciat ſuos, & tranſmittat ad hæredes, vel non, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 176. *num.* 16. &c. *vol.* 2. Peregrin. *deciſ.* 40. & 83. *per tot.*

Nec poteſt fructus immaturos colligere, alias tenetur ad intereſſe, Franch. *deciſ.* 96. *num.* 2. Ioſeph. Felin. *in Margar. var. concl. verb. Vſusfructus fol.* 133. *col.* 1. vbi idem in locationibus, & ſimilibus.

Quòd vſusfructuarius tranſmittat ad hæredes penſionem à colonis promiſſam etiam in pecunia pro fructibus vnius anni integraliter, quamuis decedat ante diem ſolutioni præfixum, poſt tamen fructus recollectos per ipſos colonos, *l. defuncta ff. de vſufr.* Duran. *deciſ.* 448. *num.* 28. &c. facit in §. *Penſio num.* 23. &c. ſequitur Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 176. *num.* 17. *in fine vol.* 2. & latè Peregrin. *deciſ.* 83.

Item vſusfructuarius alicuius annui cenſus tranſmittit ad hæredes ius conſequendi non ſolum cenſus, quorum exigendorum integraliter eo viuente dies venerat, ſed etiam ius conſequendi pro rata temporis illos, quorum exigendorum tempore mortis ſuæ nondum dies aduenerat, nam huiuſmodi fructus pro rata temporis, qui vixit, tranſmittit ad hæredes, Cenc. *de Cenſ. quæſt.* 70. facit quod dixi in §. *Fructus num.* 34. &c. Chriſtin. *deciſ.* 176. *num.* 16. *vol.* 2. Peregrin. *deciſ.* 83. & *deciſ.* 40. vbi idem concludit in afflictibus, & penſionibus, ſecùs autem in alijs honorantijs, & regaglijs prædiorum ruſticorum.

26 Vſusfructuarius finito vſufructu tenetur reſtituere rem non deterioratam, ſed in ſtatu in quo fuit ſibi conſignata, niſi perierit, vel deteriorata fuerit caſu fortuito ſine culpa ipſius vſufructuarij, Caſtr. *conſ.* 426. *lib.* 1. Tuſch. *litt. V. concl.* 331. *per tot.*

27 Vſusfructus alicui relictus cum onere præſtandi alimenta alteri tertio, mortuo vſufructuario, reuertitur ad hæredem, vel ſubſtitutum abſque dicto onere alterum alendi, quando tale onus apparet ſoli vſufructuario iniunctum, quicquid alias alimenta relicta ab hærede, debeantur etiam à ſubſtituto, fauore illorum, vt benè probat Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 94. *per tot.* vide in §. *Alimenta num.* 18.

28 Vſusfructus, licet vt dixi ſupra *num.* 23. finiatur morte vſufructuarij, non tamen ita finitur morte proprietarij, & ideò ſemel patri quæſitus ex iuris diſpoſitione in bonis aduentitijs filiorum cuiuſcunque generis, non amittitur, neque finitur donec ipſe pater vixerit, quamuis turbato mortalitatis ordine filius proprietarius ei prædeceſſerit, quia licet per mortem filij proprietarij reſoluatur abſque ſpe reuerſionis patria poteſtas, & bonorum proprietas ad alios deuoluatur, tamen donec pater ſuperſtes fuerit retinet huiuſmodi vſumfructum, cùm patria poteſtas benè requiratur ad cauſam, & principium acquiſitionis, non autem in proceſſu durationis, & continuationis per *tex. in l.* 3. & *l. fin. C. de vſufr.* & *in l. fin.* §. *ſi vero C. ad Tertull.* cum alijs per Pinel. *in prima part. l. prima C. de bon. mater. num.* 39. & *ſeqq.* Gomez. *in l. Tauri* 6. *numer.* 11. Gratian. *diſcept.*

*diſcep.*820. *num.*12. *& ſeqq.* Paſchal. *de patr. poteſt. part.*1. *cap.*3. *num.*34. Caſtill. *de vſufr. cap.*3. *numer.*44. *& ſeqq. & cap.*63. *per tot.* qui idem firmant in omni caſu, in quo filius eximitur à patria poteſtate, vt pater retineat vſumfructum iam acquiſitum, quicquid ſit in aduentitijs poſtea acquiſitis, intelligendo omnia in vſufructu vero, & formali patri competente vt ſupra, ſecùs autem in ſimplici commoditate percipiendi fructus, quæ amittitur per mortem filij, vt benè declarat Caſtil. *d. cap.*3. *num.*36. *& ſeqq.* Garzia *de expenſ. & melioram. cap.*10. *num.*2. *& cap.*11. *in prin.* vide in §. *Peculium num.*3. *in fine, & ſeqq.*

Quæ quidem concluſio eo magis procedit in morte ciuili ipſius filij, per quam nullum infertur præiudicium patri in vſufructu, nam qui contrahendo præiudicare non poteſt, neque delinquendo præiudicare valet, Pariſ. *conſ.*157. *lib.*4. Carleual. *de iudic. tom.*2. *lib.*1. *tit.*3. *diſput.* 20. *num.*6. Farinac. *quæſt.*24. *numer.*5. *& ſeqq.* Paſchal. *de patr. poteſt. part.*1. *cap.*3. *numer.*35. *& ſeqq.* Maſſin. *de confiſcat. quæſt.*27. *num.*6. *& ſeqq.* Bertazzol. *conſ.*49. Boer. *deciſ.*112. *num.*34. Guaz. *de confiſcat. limit.*28. 13. *concluſ. num.*1. *& ſeqq.* dixi in §. *Peculium num.*10. vbi qualiter nullum peculium poſſit confiſcari, nec quoad vſumfructum, nec quoad proprietatem, exceptis aliquibus caſibus remiſſiuè.

De vſufructu, quid ſit, quomodo intelligatur, conſtituatur, legetur, alienetur, finiatur, & huiuſmodi, item de vſufructuario quis dicatur, quale ius habeat, contra quos agat, ad quid teneatur, quomodo fruatur, quomodo caueat, quomodo poſſideat, an alienet, vendat, & alia latè Bertachin. *Repert. verb. Vſusfructus, & Vſufructuarius*, Ioſeph. Feliu. *Margar. var. concl. eod. verb.* Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.*1. *&* 2. *eodem verb.* pleniſſimè Caſtil. *tract. de vſufruct. per tot.* Garſia *de expenſis, cap.*10. *&* 11. Cyriac. *contr.*319. *&* 456. alijque plures indicati à Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Vſusfructus*, & à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.*5. *eodem verb. fol.*834. *&c.* Io. Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital.* in Indice generali in fine, *part.*3. *verb. Vſusfructus, Vſufructuarius.*

Poſt hæc ſcripta ad manus peruenit plenum de hac materia doctiſſimi Auctores reſponſum, quod honoris ipſius, & publicæ vtilitatis gratia ſubijcere volui ſequentis tenoris.

ARGVMENTVM.

De vſufructu debito patri in bonis filiorum, non amittendo per mortem naturalem, vel ciuilem eorundem, ſed duraturo, durante vita patris, &c.

ADSIT DEVS.

VNà cum ſucceſſione Illuſtriſſimi D. Philippi Strozzi, vti ſubſtituti in bonis Fideicommiſſo ſubiectis à D. Squarcialupo Squarcialupi, acquiſitum pariter tunc fuiſſe Illuſtriſſimo D. Petro patri Ius vſufructus in ijſdem bonis, dubitari non poteſt, cùm patentia, & vulgata nimis, & ſæpiùs repetita ſint Iuris noſtri Documenta, ex quibus ſublata in primis antiqua, nimiſque rigoroſa ſanctione Iuris, ex quo omnium bonorum aduentitiorum proprietas etiam, plenumque dominium patri acquirebatur, diſpoſitum fuit in primis ab Imperatore Conſtantino in *l.*1. *C. de bon. maternis*, vt bonorum ex Matris ſucceſſione ad filios deuolutorum parentes facultatem vtendi, & fruendi in diem vitæ ſuæ tantùm haberent; dominio eorum ad filios pertinente. Quam diſpoſitionem ampliarunt Imperatores Arcadius, & Honorius ad bona, quæ non modo à Matre, ſed ab Auo, Auia, Proauo, vel proAuia Materna etiam nepoti, vel pronepoti, *Teſtamento, Fideicommiſſo, Legato, Donatione*, vel alio quolibet titulo largitionis prouenerint, vt in
29 *l.*2. *titul. præd. C. fuſius continetur.* Quod tandem Conſtantinus, & Arcadius Imperatores in bonis Maternis, & ex linea Materna prouenientibus filiorum fauore ſtatuerant. Id ipſum poſtea Iuſtinianus Imperator in omnibus bonis Fideicommiſſi ordinatione, Legato, Donatione, quæ ex liberalitate fortunæ, vel aliorum quorumcumque ad filium perueniant, extendit adeo, vt in ea (vt inquit in *l.* 6. *C. de bon. quæ liber.*) ſuis parentibus, non in plenum, ſicut ante fuerat ſancitum, *ſed vſque ad vſumfructum acquirantur: Dominium autem filijs familias inhæreat ad exemplum tam Maternarum, quàm ex nuptialibus cauſis filijs familias acquiſitarum rerum.* Si igitur huiuſmodi Iuſtiniani ſanctio tribuit parentibus vſumfructum in bonis vndecunque, & ex cuiusliber perſonæ liberalitate in filios collatis ad exemplum, & iuxta id, quod antea in bonis à matre ſibi deriuatis ordinatum legebatur. Et in his Maternis bonis vſufructus patri competeret, aut ab inteſtato, aut ex teſtamento, ſiue liberè, ſiue cum *fideicommiſſi* vinculo filius in his ſuccederet, vti ſupra relata Lex Imperatoris Arcadij clarius explicat; Proculdubio nimis ab omni ratione, legumque præceptis aberraret, & contra legis expreſſam ſanctionem calcitraret, qui negaret, vſumfructum patri acquiri in bonis, quæ filio non à Matre, nec ex linea materna, ſed ab extraneo fideicommiſſi ſubſtitutioniſque titulo deferrentur.

Et hinc eſt, quod huiuſmodi legum ineuitabili teſtimonio conuicti fateantur vnanimi conſenſu Iuris noſtri profeſſores omnes, quod in bonis maioratui, primo genituræ, vel cuilibet alterius generis fideicommiſſo ſubiectis, & in quibus filius ſubſtituitur, & vocatur conſequi per neceſſe pater debeat vſumfructum, donec naturaliter vixerit æquè, prout in cæteris bonis aduentitijs, niſi à teſtatore prohibeatur, & meliùs in propoſito diſputato articulo in maioratu proueniente filio poſt Matrem, & tamquam deſcendenti à Matre, reſoluit Gomez. *ad legem* 48. *Tauri ex num.*3. *& ſeqq.* & hoc ſemper verius exiſtimaſſe, quod nempè regulariter in iſtis bonis maioratus pater habeat vſumfructum, ſicut in cæteris bonis liberis, profitetur Melchior. à Metis *in tract. maioratus part.*4. *quæſt.*30. *per totum*, & poſt eum latè Molin. *de Primogen. lib.*1. *cap.*19. *num.*18. vbi quòd tota difficultas in contrarium verſari videbatur in eo, quod fideicommiſſarius non verus Dominus, ſed vſufructuarius tantùm haberi deberet, vnde nec vſusfructus, ſicuti nec ſeruitus ſeruitutis dari poſſet, firmato tamen, prout veriſſimum teſtatur, fideicommiſſarium verum eſſe Dominum bonorum maioratus, & in his, prout in alijs bonis, vero dominio, quamuis poſt obitum reuocabili, potiatur, ſequitur, vt ait, pariter idem dicendum eſſe in bonis Maioratus, quod in alijs aduentitijs bonis ſtatutum eſt, & longè poſt eum Knipichild. *de fideicommiſſ. familiar. nobil. cap.*4. *ex n.*12. *vſque ad n.*21. examinato negotio pluribus rationibus pro ſententia noſtra reſoluit, & ea præcipua, & ſolidiſſima mouetur, quia cùm regula ſit Iuris vniuerſalis, quod pater in bonis aduentitijs filijfamilias vſumfructum habeat per textus mox allegatos, à qua regula cùm fideicommiſſa non excipiantur, imò expreſsè includantur ipſi omninò ſtandum eſt; quamuis fortius hæc procedunt, dum potius, vti ſupra aduerti, ipſamet fideicommiſſa expreſsè in ipſamet diſpoſitione legis includuntur.

Neque receptæ concluſioni aduerſus eſt Surd. *conſ.*116. 30
quia potius concluſionem noſtram regulariter firmam eſſe in principio *num.*1. 2. 3. *& infra num.*51. 52. probat, ſed ab ea tantùm recedendum eſſe ait eo caſu, quo teſtator patri huiuſmodi vſumfructum prohibeat, vti per totum conſilium probare ſatagit, ex eo, quia patri primo loco in Fideicommiſſo inſtituto, tam in caſum alienationis, quàm in caſu mortis fuerat ſubſtitutus ei filius; Cùm autem pater contra prohibitionem teſtatoris bona Fideicommiſſi alienaſſet, agebat filius aduerſus patrem pro vindicatione fideicommiſſi, & patri excipienti ſaltem pro retentione vſusfructus, quamuis bona ad filium in hoc caſu ob alienationem ſubſtitutũ deuolui debuiſſent, reſpondebatur per Surdum (vti per totum Conſ. probare ſtuduit) quod eſt demandata à teſtatore in caſu commiſſæ à patre alienationis reſtitutione facienda filio ſubſtituto, videbatur etiam ei tunc prohibitus vſusfructus, quam prohibitionem vel tacitam ſufficere demonſtrat, & hac prohibitione ſtante iam ego quoque præmiſi regulam præfatam deficere, cuius regulæ, & concluſionis ſubſiſtentiam niſi agnouiſſet Surdus, in probanda limitatione prohibitionis, profectò quidem non adeo diligenter elaboraſſet, vt fecit; Vnde fauorabilem propoſitæ à me concluſionem eſſe potius, quam aduerſam Surdi auctoritatem, manifeſtum nimis eſt, & in his vel ſimilibus terminis loquuntur Ripa, Boer. Soccin. & Crauett. quorum authoritatibus vtitur Surdus, & refert. Vnde fateri neceſſe eſt non duas adeſſe in hac re controuerſas DD. ſententias (vti D. de Luca credidit) ſed vna tantùm, quę patri in bonis Fideicõmiſſi vinculo ſubiectis: prout in cęteris

aduentitijs, vſumfructum concedit. Hanc tamen communiter pariter limitari non controuertitur quoties teſtator expreſsè, vel etiam tacitè patri eundem vſumfructum prohibuit; & ſic erroneè dixit Eminentiſs. de Luca *diſcurſu 63. tit. de vſufruct.* Hanc ſecundam filio fauorabilem, quia nulla ſecunda, ſed prima ſolum, & vnica eſt in hoc articulo vnanimis DD. ſententia, in quam iuit etiam Surd. *d. conſ.* 116. Prout etiam corruit propria eiuſdem Eminentiſs. de Luca, ibi ſubſequens ratiocinatio, cùm non vero nititur fundamento, quod nempè Fideicommiſſarius non dominium, ſed vſumfructum tantùm habeat bonorum, & per conſequens pater non Ius vſusfructus, ſed commoditatem tantùm vſusfructus conſequi valeat, quia cum vſusfructus ſit ſeruitus, ſeruitus ſeruitutis dari nequeat contra receptiſſimam DD. ſententiam vti ſupra dicebam. Nam præterquamquod ipſe quoque fatetor ibi *num.* 4. fideicommiſſarium vere eſſe Dominum, agebat ibi contentionem inter patrem, & filium, nos verò inter patrem, & prorſus extraneum, nec ibi ſententia, aliqua confirmatoria illius diſcurſus proceſſit contra eorundem DD. Sententiam, Vnde nullum Iudicio proferendo fomentum tribuere poteſt eiuſdem nulla iuris auctoritate munita ratiocinatio, vrgentibus præſertim in contrarium tot celeberrimorum Iuriſconſultorum auctoritatibus ſupra relatis.

31 Et quamuis non tam expreſsè, quàm etiam tacitè ex conjecturis dedoci poſſit voluntas Teſtatoris fideicommittentis prohibendi patri Ius vſusfructum in bonis; in quibus filium incerto caſu ſubſtituit, huiuſmodi tamen eſſe debent verba, & coniecturæ, ex quibus aſſerta prohibitio elicienda ſit, vt nihil aliud omnino, quam ipſam voluntatem teſtatoris prohibendi vſumfructum Patri innuere, aut inferre valeant vti præ cæteris tradunt Molin. *de Primogen. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 31. 32. Fontanel. *de Pact. Nuptial. clauſ.* 4. *Gloſſ.* 7. *part.* 3. *num.* 23. 24. *& ſeqq.* Paſcal. *de Patr. pot. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 37. 38. & aſſentitur Surd. *d. conſ.* 116. & de Luca *de vſufructu diſcur.* 64. *num.* 2. in Teſtamento verò D. Squarcialupi non modo expreſsè non legitur prohibitum parentibus ad id Fideicommiſſum vocatorum huiuſmodi vſufructu potiri; ſed nulla pariter, quod viderim, ex eo inſurgit valida aut efficax coniectura, quæ huiuſmodi prohibitionem concludat, nam quod per ſolam prohibitam vocatis alienationem quamlibet, non modo bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, ſed etiam fructuum, cenſeatur etiam patri prohibitus vſusfructus, quem non à filio fideicommiſſario conſtituitur, & conceditur, ſed à legis beneficio ipſi Patri impartitum eſt, nemo dicit; & ſi hoc eſſet deſtrueretur firmata concluſio, quod nempè patris in bonis etiam fideicommiſſo, & primogenituræ ſubiectis vſusfructus competat, cùm certum ſit, & experientia doceat, in quolibet fideicommiſſo non modo tacitam legis, ſed plerumque, & præcipuè in maioratibus, & primogenituris expreſſam, & ſtrictiſſimam, prout in fideicommiſſo noſtro, ſolitum eſſe à Teſtatoribus ordinari. Vnde D. Petrus poſt Philippi filij purificatam in eodem Fideicommiſſo ſucceſſionem legitimè, & omni Iure, vti vſufructuarius naturalem poſſeſſionem eorum bonorum accepit, quam in præſens quoque iuſtè retinet.

32 Hoc igitur legitimè conſtituto, firmatoque principio, ſequitur pariter dicendum, condemnationem, mortemque ciuilem eiuſdem filij, eiuſdem vſusfructus proſecutionem impedire D. Petro patri nequaquam poſſe, cum ei aſſiſtat iuris regula, quod vſusfructus, poſtquam eſt acquiſitus, & inceptus, non niſi morte ipſiuſmet vſufructuarij finiatur, & extinguatur, vti ſanciuit Iuſtinianus *in §. finitur Inſtit. de vſufructu*, & habetur ad Gratian. *cap.* 464. *num.* 7. cum pluribus alijs apud Caſtillum *de Vſufructu cap.* 3. *num.* 64. *& alibi*; imò fortiùs per obitum eiuſdem filij proprietarij quamuis reſoluatur abſque ſpe reuerſionis patria poteſtas, & ipſa bonorum proprietas ad alios deuoluatur, nihilominus communem, & receptiſſimam reperio DD. traditionem, quod donec pater ſuperſtes fuerit, vſusfructus ſemel ſuper bonis filij quæſitus, non obſtante eiuſdem filij morte naturali ab eo retineatur, quia proprietarij morte ſemel delatus vſufructuario non aufertur *ex textu in l.* 3. *& in l. fin. C. de vſufructu*, *& in l. fin. §. ſi verò defuncta perſona C. ad Senat. C. Tertul.* vbi Bart. & Bald. *in l. fin. verſ. in omnibus videlicet caſibus C. commun. de ſucceſſ.* vt latè apud Pinel. *in p.* 1. *de bon. mater. num.* 39. 40. & ante eum Gomez. *in l. Tauri* 6. *num.* 11. vbi hac opinione pro veriſſima rationibus, & auctoritatibus confirmata addit inferius, non obſtare, quod per obitum filij ceſſet patria poteſtas, cuius intuitu à lege patri in aduentitijs filij conceditur vſusfructus, quia inquit, ratione deſumpta ex Baldo *in l.* 3. *C. de vſufructu*, *patria poteſtas benè requiritur ad principium, & cauſam acquiſitionis, non tamen requiritur in proceſſu durationis, & continuationis*, 33 & infert deindè pro comprobatione concluſionis ad Clericatum ſuſceptum à filio, vel aſſumptam dignitatem Epiſcopalem poſt acquiſita aduentitia bona, in vtroque quorum caſuum licèt eximatur à patria poteſtate filius nihilominus pater non amittit vſumfructum, quem iam ante Clericatum, vel Epiſcopatum filij acquiſiuerat, & iterum in *l.* 48. *num.* 5. & Gomez. auctoritate, & ratione ſequutus eum alijs pluribus confirmat Gratian. *cap.* 820. *num.* 12. 13. 14. Paſchal. *de patr. poteſt. p. pr. cap.* 3. *num.* 34. Caſtill. *de vſufructu cap.* 3. *numer.* 44 45. *& ſeqq. & cap.* 63. *per tot.* quibus in locis plures de more congerit, & in ſupra relatis à Gomez. caſibus, quando nempè filius Clericus efficitur aut Epiſcopali dignitate decoratur, quidquid in aduentitijs, in quibus poſt clericatum, vel Epiſcopatum ſucceſſiſſet, concluſionem in ſpecie confirmant, & approbant Gomez. *in d. l.* 48. *num.* 7. ipſe Molin. *de Primogen. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 25. 26. 27. *cap.* 464. *per tot.* & decidit Senat. Sabaudiæ apud Fabrum *in ſuo Codice lib.* 6. *tit.* 36. *definit.* 14. Paſchal. *d. cap.* 3. *num.* 34. 35. de Marin. *lib.* 1. *reſol. cap.* 345. *n.* 6. Rot. Rom. *deciſ.* 104. *num.* 2. 3. 4. *part.* 5. *recent.* Virgil. *de legitim. perſon. cap.* 4. *num.* 48. *& ſeqq.* vbi idem dicendum monet in omni caſu, in quo filius à patria eximitur poteſtate, & ideò etiam in caſu monacationis filij idem concludunt Ferrer. *ad conſtit. Catalon. los impuberes Gloſſ.* 4. *n.* 217. Paſchal. *d. cap.* 3. *num.* 34. 35. & latiùs apud Virgil. *cap. præfato* 4. *n.* 45. 46. vbi hoc declarat tenendum eſſe, licet proprietas ad Monaſterium transfeat, & Anton. de Marin. *lib.* 1. *reſolut.* 166. *num.* 4.

Si autem hæc vera ſunt, certiſſimamque fidem apud omnes reperiuntur, morte naturali ſequuta filij, quæ nulla culpa, nulloque facto filij, ſed ſolo diuino ſic volente iudicio accidit, & per eam irreuocabiliter, & abſque vlla ſpe reuerſionis prima origo, & cauſa vſusfructus remanet reſoluta, nihilominus licèt proprietas ad alium deuoluatur, vſusfructus apud patrem remanet; Quis erit adeo mentis inops, qui non agnoſcat, multò magis hanc eſſe amplectendam ſententiam in ficta morte ciuili ob delictum filij ob pœnam rei irrogatam vltimi ſupplicij, confiſcationiſque bonorum ſecuta, vel à lege præſumpta, & quam negari non poteſt, accidiſſe ex voluntario filij facto, & per eam non irreuocabiliter reſolui; verum teſtatoris fideicommittentis quoque voluntate ſuſpendi tantùm in filio dominium ipſum bonorum, donec ad gratiam ex Principis benignitate reſtitutus fuerit, vnde fortiùs, vti dicebam in hoc caſu vſusfructus continuatio in patre permitti debet.

Et quamuis Molina in mox commemorato *cap.* 19. *lib.* 1. *de Primogen. num.* 26. ductus auctoritate Gomez. *in l. Tauri* 48. *num.* 4. & Telli Fernandez *in eadem l. Tauri num.* 8. aduertiſſe dixerit, quod & ſi verus vſusfructus parentis in bonis filijfamilias acquiſitus morte filij non expiret, imò eo mortuo per totum tempus vitæ patris continuare debeat, hoc tamen in vſufructu parentis in bonis maioratus filijfamilias competenti non procedere, quia vt inquit, reſoluto Iure datoris reſoluitur Ius acceptoris, quod idem in bonis feudalibus conſueuiſſe, Bald. *in d. l. cum oportet in principio ſubiungit*. 34

Præterquamquod aliena prorſus eſt huiuſmodi diſputatio à terminis noſtris, cum non verſetur quæſtio præſens in caſu fideicommiſſi purificati ob mortem naturalem filij ſucceſſoris, ſed in fideicommiſſo ob mortem ciuilem, & in caſu delicti ordinato, & valdè inter ſe diſtare vnius, vel alterius articuli rationes, patet ex mox ſuperius indicatis, & infra latiùs explicabitur; Nihilominus etiam in hiſce mortis naturalis terminis non benè percepiſſe, Molinam, Gomez. & Telli, quibus totus innititur, ſenſus manifeſtè patet. Nam vt optimè ſe declarat Telli *in d. l.* 5. *num.* 8. pater in bonis maioratus Hiſpaniæ ex peculiari ipſorum maioratuum lege non habet ius ipſum vſusfructus, ſed commoditatem tantummodò, proprietas verò, & vſusfructus, quatenus eſt ius, in filio ſemper reſidere debet, & ob id tunc mortuo filio extinguatur in eo proprietas,

tas, & vſusfructus non ex vi ſolutionis patriæ poteſtatis, ſed ex defectu cauſæ ſpirat commoditas, quia illud ius vſusfructus filij erat ſub conditione, quod pater, donec viueret filius, commoditatem haberet, & ſic illa commoditas deeſt, tunc in patre, quia propter mortem filij deficit in filio vſusfructus à quo pendet ipſa commoditas, & translatus eſt in alium, qui extraneus eſt patri, & in his quoque terminis locutum fuiſſe Anton. Gomez. declarat idem Tell. *num.*8. & ſic etiam Gomez. *loco præd.* intelligit Pinell. *in l.* 1. *part.* 1. *C. de bon. Mater. num.*41. 42. & ſeipſum quoque ſic explicat idem Gomez. *in d. l.* 48. *Tauri num.*4. *in fine*, vbi ad probandum, quod pauiò ante dixerat, quod nempè in iſtis bonis maioratus vinculatis, & ſubiectis reſtitutioni pater amittat vſumfructum per mortem filij, adducit pro indiuidua, & expreſſa auctoritate, vt inquit *textum in l. ſi filio ff. de donat. cauſa mortis*, in quo vt ipſe refert ſi vſusfructus relinquatur filio contemplatione eiuſdem filij, commoditas ſolum eius quæritur patri, non autem verus vſufructus, quia vſufructum vſusfructus habere non poteſt, vt in *in l. fin. C. de vſufructu*, examinando latè declarat Caſtill. *d. tract. cap.*63. *num.*16. 17. mortuo autem filio expirat ius illud in vtriuſque perſona; vnde patet, nunquam intellexiſſe de ipſo iure vſusfructus, quod è lege conceſſum fuit patri in omnibus bonis aduentitijs, quorum dominium, & proprietas fuit ipſi filio relicta, vt eſt caſus noſter, ſed de iure vſusfructus diſtincto à proprietate ipſi filio legato, & relicto, in quo pater conſequi non poteſt aliud ius vſusfructus, ſed commoditatem tantummodo percipiendi fructus, quia ſeruitus ſeruitutis dari non poteſt, vt eſt *text. in l. fin. C. de vſufructu*, quia, vt ait idem Gomez. *in d. l.* 48. *num.*2. in vſufructu quoque datur proprietas, & dominium ſaltem impropriè, & datur commoditas fructuum, ex *text. l. qui vſufructum in fine ff. ſi vſufructus petatur*, & talis proprietas, & ius vſufructus poteſt eſſe penes vnum, & commoditas penes alium, & eo caſu per mortem filij extinguitur vſusfructus, quia tale ius neceſſario pendet ab ipſo filio vſufructuario, & cui relictus eſt vſusfructus, non verò ab eo, qui percipit commoditatem, vt latè ibi ratiocinatur Gomez. hanc autem commoditatem percipiendi fructus propriè conſiſtere in mera obligatione perſonali ipſius poſſeſſoris, qua ſit adſtrictus fructus bonorum alteri tradere, & ſic ille, in quem commoditas illa transfertur nihil aliud acquirat, niſi actionem perſonalem, nullum autem ius in ipſa re conſtituitur, vt ſuccedit, cùm ius vſusfructus à proprietate ſeparatum, à lege, vel ab homine conceditur, vti declarat Molin. *de Primogen. lib.*1. *cap.*20. *num.*11. 12. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.*40. *num.*117. & vt benè aduertit Caſtill. *de vſufructu cap.*5. *num.*11. *& ſeqq.* tunc illa fructuum perceptio non fit proprio iure reſidente in perſona ipſius percipere debentis, ſed fit iure alieno, hoc eſt ipſius vſufructuarij, vndè non mirum, vt addit Molin. *de Primogen. cap.*20. *lib.*1. *num.*12. *& ſeqq.* ſi mortuo ipſo poſſeſſore, & vſufructuario iſta commoditas extinguatur, quia ſequitur perſonam poſſeſſores, & eo iure vſusfructus, à quo commoditas fructus percipiendi deriuat, extincto, & reſoluto, peruæceſſe quoque eadem commoditas reſolui debet; quòd ſecùs eſt in eo, qui ius vſufructus poſſidet; Is enim ius habere dicitur in rem, & re fructuaria iure ſuo vtitur, & fruitur, vt ait Caſtill. *de Vſufructu cap.*5. *num.* 19. 20. & quod vſusfructus patri à lege conceſſus in bonis aduentitijs filij ſit verus, & formalis vſufructus, & ius omninò ab ipſa proprietate diſtinctum, non autem ſimplex commoditas percipiendi fructus, probat latè Caſtill. *d. tract. cap.*3. *num.*36. 37. 38. 39. & ait Garzia *de expenſis, & melioram. cap.*10. *numer.*2. & latiùs *cap.*11. *in princip.* quòd pater ad differentia aliorum vſufructuariorum dicitur quaſi dominus, & pluribus demonſtrat Caſtill. *d. cap.*3. *num.*36. quòd legalis patris vſufructus eſt cæteris alijs omnibus vſusfructus ſpeciebus fortior, & potentior; Qui Caſtill. ibi etiam benè *num.*44. 45. 46. aduertit hoc eſſe proprium illius vſusfructus formalis, vt morte tantum patris vſufructuarij finiatur, ſecùs autem ſuccedit in commoditate percipiendi fructus, cum enim hæc reſpiciat perſonam illius, qui habet ius ipſum principalem vſusfructus, ideò morte illius, non autem patris commoditatem recipientis extinguitur. Et ideò ſi doctrinam Molinæ iuxta auctoritates ab eo allatas explicare velimus (vti par eſt) intelligenda erit, quod tunc morte filij extinguatur in bonis vinculatis vſusfructus patris, quoniam patri fideicommiſſarij fuit ius ipſum vſusfructus à teſtatore prohibitum, quo caſu patri ſola commoditas remanet pendens omninò iure vſusfructus filio competenti, quo extincto, & reſoluto per obitum filij ipſam quoque neceſſitatem reſolui neceſſe eſt.

Et omni quidem ratione deſtituta mihi videtur contraria ſententia, ſi teſtatoris diſpoſitionem dimetiri cum legis diſpoſitione velimus, ex qua licet poſt obitum filij in bonis ſuis aduentitijs fratres, aut alios proximiores ſuccedere debere determinetur, nihilominus patri vſumfructum, quo viuente filio potiebatur incorruptum remanere ſanciuit, vt in *l. fin. C. ad Senat. C. Tertull. legitur*. Quare ſic etiam legum ordinationi conformem fuiſſe cenſendum eſt voluntatem teſtatoris, qui dum potuit, & ei licuit auferre vſumfructum patri in dicto ſuo fideicommiſſo vocatorum, non ignarus toto tempore ſuæ vitæ apud eum ex legis diſpoſitione remanſurum, dum id non fecit, præſumendum eſt voluiſſe in ſua diſpoſitione ſeruari, quæ leges mandant, & quibus cauetur, vt perindè habeatur, ac ſi filio proprietatem, patri verò vſumfructum reliquiſſet. Nec aliqua videtur diuerſitatis ratio inter ordinationem fideicommiſſariam, & inſtitutionem pure, & abſque reſtitutionis obligatione factam. In qua ſicut dubitari nequaquam poteſt, quin intentio teſtatoris præcipua fuerit, quod bona ſua ad hæredes inſtitutos libere, & integrè deuoluantur, & nihilominus nemo negat huiuſmodi non obſtante diſpoſitione voluntateque teſtatoris, patrem toto vitæ ſuæ tempore, filio etiam hærede inſtituto, proprietario prædefuncto, vſumfructum retinere totius hæreditatis; Non ſecus ita ſeruari debere, dicendum eſt in voluntate Teſtatoris fideicommittentis certos ſibi ſucceſſiuè deligentis in ſua hæreditate ſucceſſores, cùm in vtroque caſu eadem ſit voluntas quod certæ determinatæque perſonæ in propria hæreditate ſuccedant, prout etiam cum lex municipalis ab inteſtato certas perſonas, & ad integram defuncti ſucceſſionem vocauerit, ſi tamen aliquis ex eis ſit filiusfamilias, & ſub patris poteſtate conſtitutus, pati oportet, quod pater iure ſuo vtatur, nec acquiſitio vſufructus à Iure communi ſibi elargita impediri poterit, vti ſunt iura noſtra vulgata, & à nemine controuerſa. Vnde ſi rationum pondere penſandus eſt hic iuris articulus meo, quamuis errandi periculo obnoxio, iudicio concludendum erit, vſumfructum patri ſemel iuris auctoritate in bonis aduentitijs, cuiuſcumque generis ſint acquiſitum apud eum remanere debere donec vixerit, licèt turbato mortalitatis ordine filius proprietarius ei prædeceſſerit.

Verumtamen quidquid de veritate concluſionis prædictæ iudicandum ſit in caſu mortis naturalis filij, & in fideicommiſſo ob mortem ordinato, nihil conducere poteſt ad deciſionem alterius, & omninò diuerſi fideicommiſſi in caſu commiſſi à ſubſtituto delicti, & mortis ciuilis ordinati; Mors enim ciuilis naturali non æquiparatur, niſi in 35
caſibus à iure expreſſis, Cephal. *conſ.*395. *num.*32. Rot. Rom. *deciſ.*543. *ſub num.*1. *part.*2. *recent.* & apud Caualer. *deciſ.*104. *num.*9. inter quos iſte mortis ciuilis cum eo mortis naturalis, vt ſcilicet vtriuſque mortis caſu pater acquiſitum vſumfructum amittat, cùm non reperietur in iure, nec à Doctoribus comprehenſus non poteſt pariter ad eum æquiparatio extendi. Et eo magis, & fortius, quia nunquam mors ciuilis æquiparatur naturali, quoties non operantur vtrique eoſdem vniformes, & ſucceſſiuos effectus, quos naturalis produceret, vti per *DD. in l. Deo nobis C. de Epiſcop. & Cleric.* Bart. & alij *in l. ex ea parte §. inſulam ff. de verb. oblig.* Pariſ. *conſ.*5. *num.*150. *lib.*4. Cephal. *conſ.*395. *num.*32. Surd. *conſ.*90. *num.*27. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.*430. *num.*19. diuerſus autem omninò ex vna, vel ex altera morte ſequitur in terminis noſtris effectus. Morte enim ſecuta naturali filij fideicommiſſarij ſtatim certa, & perpetua contingit reſolutio dominij, & iuris acquiſitæ ſubſtitutionis, quod ex ordinatione teſtatoris ad ſucceſſiuè vocatum irreuocabiliter tranſit, paſſa verò à filio morte ciuili ob patratum delictum, quamuis ab eo ex teſtatoris eiuſdem voluntate fideicommiſſum tollatur, & in ſequentem transfundatur ſubſtitutum, hæc tamen priuatio non eſt perpetua, ſed temporanea, donec ſcilicet à Principe pœnæ indulgentiam conſequatur, qua impetrata ad antiquam fideicommiſſi fruitionem reſtitui ipſemet teſtator expreſsè conſentijt. Vnde ex prædicta in morte naturali firmata concluſione (quatenus vera eſſet, quod non admitto)

mitto) nullo pacto inferri poſſet ad caſum mortis ciuilis ipſius filij, in quo præciſè verſamur, & in quo patris vſumfructum in bonis fideicommiſſarijs, & aduentitijs filio relictis extingui, prout in morte naturali nemo dixit hucuſque.

Et quidem profectò in vno, vel altero ob mortem, vel ob delictum inſtituto fideicommiſſo diuerſa nimis ratio viget. Nam, quando filius naturaliter moritur abſque aliqua ſua culpa, vel facto fideicommiſſi proprietate priuatur, cùm vel inuitus naturę violentia, vel melius diuino Iudicio cędere coactus alienationem neceſſariam, vt ita dicam Fideicommiſſi peragit; cùm verò è contra ob commiſſum delictum ſuorum bonorum confiſcationem patitur, & ideò ex teſtatoris ordinatione fideicommiſſo priuatur, & in ſequentem ſubſtitutum transfertur quemadmodum hæc appellatur ipſius delinquentis voluntaria alienatio, ex latè traditis à Petra *de Fideicommiſſ. alienatione quaſt.8. numer.* 114. 118. Molin. *de Primogen. lib.4. cap.11. num.7.* cum alijs pluribus relatis à Surd. *deciſ.254. num.* 28. 29. Hic pariter ſequitur in hoc caſu, patrem vſufructu priuari non poſſe, quia filius ſuo facto, & præcipuè delinquendo non poteſt ius patris in aliquo diminuere, nec in acquiſito vſufructu aliquod ei præiudicium inferre, vti latè ratiocinando probant Pereyr, *in l. ſi curatorem in verbo laſis ſub numer.* 152. *verſ. quemadmodum autem filius, &c. cum verſ. ſeqq.* & præcipuè *in verſ. nec memonet*, benè Pariſ. *conſ.157. lib.4. num.5.* quia inquit, *ius quaſitum patri non poteſt à patre tolli per delictum filij eſto quod priuetur patria poteſtate*, Iannin. *de eſtat. real. lib.3. cap.11. num.38. & ſeqq.* Alias ſequeretur abſurdum, quod ſicut in eodem teſtamento ſtrictiſſima indicitur vocatis alienatio bonorum, ſubſtitutione quoque addita in caſu alienationis alterius in eodem teſtamento vocati, ita foret in arbitrio filij patrem legali beneficio priuandi, quod nullo pacto firmari poteſt. Et ideò Tell. Fernand. *in dicta l. 5. Tauri num.6.* ait, quod nec ex voluntate expreſſa filij, nec in conſequentiam delicti, propter quod bona publicantur, pater vſumfructum, quem habet in filij bonis amittit, & quia vti tradit Carleual. *de Iudic. tom.2. lib.1. tit.3. diſp.20. num.6.* qui contrahendo alijs præiudicare non poteſt, eidem pariter delinquendo præiudicare non valet, & plures alios referunt Farinac. *quaſt.24. num.5.* vbi de veriori teſtatur, imò
36 *num.7.* addit, hoc procedere etiam ſi pater ipſo confiſcationis momento non adhuc acquiſiuiſſet vſumfructum, ſed ſpem tantùm haberet aliquo caſu illud conſequi poſſe, & Paſchal. *de Patr. poteſt. part.1. cap.3. num.35.* 36. & poſt eos Maſſin. *de confiſcat. quaſt.27. num.6.* 7. Præterquamquod, vti prudenter, & doctè ratiocinando animaduertebat Eminentiſs. de Luca *in tract. de Fideicommiſſ. diſcurſ.* 148. *num.11. &* 150. *n.8.* & iterùm 151. *num.5.6.* Fideicommiſſum reſtitutorium in caſu mortis eſt in odium potius defuncti ordinatum; vnde non mirum, ſi tunc, & eo caſu omnis fiat interpretatio magis fauorabilis ei, in cuius fauorem facta eſt ſubſtitutio, & ordinata reſtitutio; Fideicommiſſum autem in caſu delicti ordinatum è contrà, præcipuè vbi tali caſu ſubſtitutus denuò grauatus ſit illud reſtituere eidem delinquenti, & grauato in gratiam reſtituto, dicitur in fauorem ipſius inductum, vt nempè metu huiuſmodi priuationis à delictis abſtineat, & quaſi tunc ſubſtituto continere ſolum videatur quandam fiduciariam conſeruationem bonorum in fauorem ipſius grauati delinquentis; Cùm ergo, vt vtrobique D. de Luca concludit, ſi iſtud fideicommiſſum grauati potius fauorem, quam grauamen reſpicit, nulla ratione ferendum eſt, vt quæ fauore inducta ſunt, in odium, & præiudicium conuertantur vti contingeret, ſi, vt in caſu mortis naturalis, ſic in fideicommiſſo ob mortem eiuſdem purificato priuaretur Pater eo vſufructu, cum quo proprio filio exilij incommoda, & diſpendia abundantiùs leuare poſſet, prout ad alendum ex tali vſufructu filium teneri, decidit Senat. Sabaud. apud Fab. *in ſuo Cod. lib.6. tit.33. de bon. qua liber. defini.13.* & ne etiam primò vocati, & conſequenter magis delicti commodum poſteriori loco ſubſtituti, & minus delicti beneficio poſtponantur contra omnem Iuris regulam, de qua in *l. publius Manius 36. ff. de condit. & demonſtr.* Gratian. *cap.836. num.2.* Fuſar. *de ſubſtit. quaſt.6. num.15.*

37 Quamobrem cùm certum in Iure ſit, & firmum patrem in cuiuslibet generis filijs bonis aduentitijs, & etiam fideicommiſſo ſubiectis vſumfructum acquirere, & eum non niſi eum morte patris extingui, & in fideicommiſſis etiam nullus dicere tentauerit, quod per mortem ciuilem filij Patris Vſusfructus extinguatur quidquid aliqui ſine ratione ſequuta morte naturali expirare quoque patris vſumfructum dicere præſumpſerint, non eſt à regula recedendum, vbi limitatio non congruit. Eo magis, quia regulam potius vniuerſalem habemus, communiterque receptam, quod per quamlibet capitis diminutionem, ex qua filij delinquentis bona aduentitia confiſcantur, patri nunquam auferatur, ſed ea non obſtante potius illi remanet intactus vſusfructus, donec in humanis ſuperſit, vt eſt pleniſſimum *conſ.* Bertazzoli 49. *per totum*, Boer. *deciſ.112. num.34. vbi quod pater nec per mortem ciuilem filij perdit vſufructum*, & confirmat P. Molin. *tract.2. diſput.9. verſ. idem ſimarcas*, Rota poſt Poſt. *de manut. deciſ.37. num.7.* & ait Cutell. *part.1. Orat.18. num.16. quod vſusfructus a lege patri reſeruatus eius eſt natura, vt neque extinguatur per mortem, neque per capitis diminutionem filij*, Paſchal. *de patr. poteſt. lib.1. cap.3. num.35.* Maſſin. *de confiſcat. quaſt.4. numer.21.* 22. 23. *& ſeqq.* & ante eum Guazzin. *de confiſcat. limit.28. decima tertia concluſ. num.* 1. 2. 3. 4. *& ſeqq.* & benè quoque ait Pater Fragoſ. *in regimine Chriſtiana Reip. tom.3. lib.2. tit. de obligat. parent. diſp.3. ſub num.41. verſ. ratio eſt, quod vſusfructus formalis non extinguitur niſi morte naturali, non autem ciuili*. Et ita &c. Saluo &c.

C. Ego Aloyſius Manſi I.V.D. Aduocatus Patritius Lucenſis.

ARGVMENTVM.

Vſusfructus poteſt patri prohiberi expreſsè, an autem tacitè per coniecturas, & quales diſceptatur, &c.

ADSIT DEVS.

Conueniunt præſtantiſſimi DD. Aduocati in tribus eorum doctiſſimis conſultationibus licet pro Illuſtriſs. Philippo filio ſcribentes conueniunt, inquam, Illuſtriſs. Petro Patri, vbi Iuris Ciuilis diſpoſitio ſeruari debeat, debitum fuiſſe vſumfructum in tribus Fideicommiſſis, in quibus D. Philippus filius ſucceſſit; quorum aſſertioni ego quoque me libentiſſimè ſubſcribo; Subiungunt autem Iuris Communis cenſuram omninò poſthabendam fore, quoties contraria voluntas emergat, & pateat fideicommittentis, quod ſcilicet Pater dicto vſufructu minimè potiatur, & huiuſmodi quoque limitationem impugnare modo non aggredior.

Hiſce verò præmiſſis, in duobus præcipuè ſuadendis totum eorum eruditiſſimæ ratiocinationis adhibuere conatum.

Primò aſſerendo, & quorumdam DD. authoritate confirmando, non oportere, huiuſmodi voluntatem Teſtatoris prohibendi Patri vſumfructum in bonis eius filio relictis, fuiſſe literaliter, & ſpecialiter expreſſam; Verum ſufficiant coniecturę, ex quibus vel tacitus huius mandatæ prohibitionis animus deprehendatur.

Vnde ſecundo loco ſucceſſiuè integras cuiuslibet teſtamenti paginas omni ſtudio, & ſubtiliori inueſtigatione rimantes, ex eis extorquere conati ſunt animaduerſiones, ex quibus, vt aiunt, tacita prædictorum teſtatorum inſurgit voluntas, prohibendi in dictis fideicommiſſis ſubſtituti Patri dicti vſusfructus ex Iure debiti acquiſitionem, licet huiuſmodi prohibitionis neminem eorum vllum verbum feciſſe, non negetur.

Ad haſce igitur duas in Iure, & in facto ſuppoſitas probationes impugnandas modo vocatus ſum: quarum in ſubſiſtentiam ſi facile, vt opinor, demonſtrare continget, in ſuo robore permanens, neque ex Teſtantium voluntate abrogata legis diſpoſitio Illuſtriſs. Patrem in legitima conſequutione vſusfructus, de quo nunc agitur, ex ipſorum DD. meorum pro Illuſtriſs. D. Philippo filio ſcribentium conſenſus ſatis ſuperque defendet.

Primum itaque ex aduerſo præmiſſum, quod non expreſſa ſit neceſſaria, ſed tacita ex coniecturis elicita derogandi legis diſpoſitioni ſufficiat, admitti, ſaltem indiſtinctè, & ſimpliciter non poſſe credidi, quemadmodum enim patens eſt lex ipſa *in l. quacumque 4. & in l. cum oportet 6. C.*

de

de bon. quæ liber. decernentes, quod in bonis omnibus, quæ *teſtamento, fideicommiſſu, aut legatu, ſiue donatione, vel alio quolibet modo ex liberalitate fortuna ad filios proueniunt, Patri*, donec ſuperſtes erit, *Ius vſusfructus acquiratur*. Ita pariter non minus claræ eiuſdem legis authoritas emicat, imò eiuſdem Imperatoris Iuſtiniani promulgata ſanctio relatæ ſummatim ab Irnercio *inter leges Codicis eod. tit. de bon. quæ liber. in Auth. excipitur*, pro limitatione ante dictarum legum *quæcumque, & cum oportet*, & ibi per compendium eum infraſcriptis verbis inſerta; *Excipitur, quod eis* (nempè filijs) *datur, vel relinquitur ab aliquo parentum, conditione hac adiecta, ne ad patrem perueniat vſusfructus*. Vnde percipitur, intantum voluiſſe Iuſtinianum Patres ab hoc eis impartito beneficio vſusfructus excludi, in quantum filijs relictum *hac conditione adiecta* à Teſtatore fuerit, ne ad Patrem vſusfructus perueniat, ex quo modo loquendi ſatis naturaliter capere quiſque poſſe videtur, vt præcisè neceſſaria ſit expreſſa prohibitio vſusfructus, aliàs non dicetur eum *hac conditione* (vti lex inquit) fuiſſe filio datum, aut relictum, & ideò aliter relictum liberè, & abſque huiuſmodi conditione legatum fuiſſe conſtat; Conditio enim, vbi non reperitur expreſsè adiecta, ſuppleri, neque ſubintelligi poteſt, vt ea pluribus tradit Altograd. Sen. *conſ. 63. lib. 1. num. 4.* & etiam *text. in l. omnia 32. ff. de leg. 2.* vt etiam in ambiguis nulla ſumi coniectura queat, vt conditio ſubintelligatur, vt in *l. ſi ita ſtipulatus §. Chriſogonus ff. de verb. obligat.* & alijs pluribus probat Galganett. *de condit. part. 2. quæſt. 17. per totum*. Quod eo magis ſuadetur manifeſtum ex reuolutione originalis illius Autheuticæ, quæ habetur extenſa in *Nouella 112. ſub tit. vt liceat Matri, & Auiæ*, vbi Iuſtinianus moderari volens latas antea leges *quæcumque 4. & cum oportet 6. C. de bonis quæ liberis*, facultatem tribuit parentibus, poſtquam reliquerunt filijs partem, quam adimere nequeunt, quod reliquum eſt, ſuæ ſubſtantiæ donare, aut etiam per vltimam relinquere voluntatem, *ſub hac*, vt inquit, *definitione, neque conditione, ſi voluerit, vt Pater, aut qui omnino eos habent in poteſtate, in his rebus neque vſumfructum, neque quodlibet penitus habeant participium*. Vndè magis hæc verba, *ſub hac definitione, neque conditione*, in legibus inſerta inferre videntur liberalem huiuſmodi prohibitionis expreſſionem; Sed quaſi præuidens Iuſtinianus futuris temporibus aliquam coniecturarum cauillationem potius, quam interpretationem à ſe ſtatutæ legi imponi potuiſſe, clariùs hoc idem iterùm inculcare decreuit in finalibus eiuſdem Authenticæ verbis ita conceptis, *In illis enim caſibus legem, quæ vſum parentibus præbet, volumus cuſtodiri, quibus non ineſt ſpecialiter huiuſmodi conditio*; quod aduerbium *ſpecialiter* potiſſimum expreſſam ſignificare voluntatem, tam Homaniſtæ omnes docent, quàm etiam *Gloſſa in l. ſed an vltro &c. 11. litt. V. ff. de neg. geſt.* & iterùm *in l. fin. in litt. G. Cod. eod.* cum alijs apud Barboſ. *dict. 381.* & poſt eum etiam clariùs docuit Gallin. *de verbor. ſignif. lib. 2. cap. 15. num. 9. 10.* ex doctrina Bartol. *in l. 1. ff. de vulgar. & pupill.* quod id, quod ex legis decreto *ſpecialiter* eſt enuntiandum, non ſufficere, ſi generaliter ſit expreſſum, vel *ex coniecturis colligeretur*; Quamobrem vim manifeſtam fieri mihi ſemper viſum fuit, authoritati, & voluntati legiſlatoris tot cautelis, & efficacibus repetitiſque verbis ab ijs, qui diſſimulato textu præfato, & generali tantùm regulæ confiſi, tacitam ea coniecturis, & generalem cum expreſſa, & ſpeciali prohibitione comparare, & vtrique contra legis præceptum, & in parentum præiudicium eumdem tribuere auſi ſunt effectum, & proinde eos meritò condemnat Alex. *in l. cum filiusfam. n. 24. ff. de leg. 1.* & ibi quoque Lancellott. exiſtimantes, vt aditus fiat conceſſionis legis in dicta Authentica *excipitur* inſertæ, neceſſariam eſſe expreſſam, & ſpecificam vſusfructus ademptionem, & propterea tacitam non operari; Et ego quidem, licet nullius authoritatis, quicquid fortè conſulendo argui poſſet, in iudicando tamen à tam expreſſa, & declarata legis ordinatione nullatenus recederem, ne inferrem voluntati teſtatoris latiorem interpretationem, quam par eſt; cùm enim de alterius agitur præiudicio, voluntas hominis ſtrictiſſimè, & ſuapte tantùm naturali ſignificatione, & interpretatione debet explicari, Menoch. *conſ. 97. n. 11.* & latiùs Decian. *conſ. 16. num. 20. 21. 54. lib. 4.* & ab eo communi iuris axiomate monitus, quod voluntates teſtatorum diuinari non debent, ſed expreſſæ legi, nam ſi extra ſpecialia teſtamenti verba diuagando, ex coniecturis, quæ ex ingenij acumine plerumque produci ſolent, diſpoſitionem teſtatoris tanquam expreſſam Iudices pronuncient, ipſi magis, quam Teſtator, dicerentur teſtari Rub. Alexandrin. *conſ. 4. in fine iuncto nu. 2.* Mantic. *de coniectur. lib. 3. tit. 19. num. 56.* & ex Caſtr. *conſ. 264. n. 2. lib. 2. obſeru.* Redenaſc. *conſ. 20. n. 13. 14.*

Sapientia tamen, & virtus Excellentiſſ. DD. Auditorum, qui ad definitionem præſentis Articuli ſunt electi, nos certos reddit; quod naturam, & vim præfatæ Iuſtinianeæ Sanctionis intentius perpendere non omittent, ſaltem, vt eo difficiliùs admittant coniecturas, quibus in ſecundo gradu eorum Conſultationum Eruditiſſ. Illuſtriſſ. D. Philippi Aduocati, aſſertam tacitam fideicommittentium voluntatem, vt vocatorum, ſubſtitutorumque Patres ab vſusfructus acquiſitione in iiſdem fideicommiſſorum bonis arceantur, totis viribus innituntur; Siquidem in contrarium pro fundamento totius eorum ratiocinationis iacta concluſio, vti dicebam, non ita ſimpliciter eſt accipienda, ut quoquomodo ex coniecturis, & qualeſcunque eæ ſint, vt aiunt, ſufficiant ad effectum, de quo nunc agitur de voluntate prohibendi vſumfructum præfatum, conſtitiſſe intelligendum, & pronunciandum ſit.

Nam coniecturarum ſuppletione loco ſpecialis, & expreſſæ voluntatis, & iam admiſſa, cum grano tamen ſalis prius, antequam in mente retinenda imbibatur, condienda, & cum diſtinctione, quæ communis eſt, & à nemine controuerſa recipienda eſt dicta voluntatis coniecturalis probatio; Quæ enim afferuntur voluntatis coniecturæ, in primis ex ipſomet teſtamenti contextu, non autem extrinſecè deriuare debent.

Item & præſertim, verba, quæ tacitam voluntatem indicare debent, huiuſmodi eſſe oportet, & eius præciſæ qualitatis, vt ad nihil aliud referri, nullumque alium præſeferre valeant ſignificatum, vel inducere diſpoſitionis voluntatem, quam prohibitionem ipſam vſusfructus, adeò ut ea ſignificatione excluſa inania prorſus euaderent, vt eſt in hoc communis Repetentium traditio in *d. l. cum filiofam. 11. ff. de leg. 1.* quam poſtea amplexa eſt vniuerſus DD. cœtus, vt videri poteſt apud Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 12.* vbi diſcuſſa pro vtraque parte quæſtione, an vbi lex requirit voluntatem, expreſsè, & ſpecialiter exprimi ſufficiat, & legi ſatisfactum dicatur, quando ex coniecturis huiuſmodi voluntas comprobetur; Eidem *numer. 10.* ita repugnantes opiniones conciliari poſſe ait, vt formalis quidem prohibitio non ſit neceſſaria, ſed ſatis ſit, *ſi ex neceſſarijs coniecturis*, mens colligatur, quæ quidem ex verbis à Teſtatore pronunciatis concipi poſſit; *veluti cùm alium ſenſum recipere non poſſint*, & ſub *numer. 10.* in fine repetit ibi, *Et ſiquidem verba generalia alium ſenſum recipere non poſſunt, quam prohibitionem, &c.* & iterùm *ſub numer. 11.* ibi, *& ſpecialiter expreſſum dicitur, quando genus non poteſt verificari, niſi in vna ſpecie*, & præter ab eo relatos, vt videantur obiecto Molin. *de primog. lib. 1. cap. 19. ſub num. 31.* vbi concluſionem ex aduerſo allatam his præciſis verbis temperat: *Dummodo verba talia ſint, ex quibus nihil aliud, quàm perceptionis vſusfructus prohibitio deduci poſſit*, & aſſentitur, licèt in contrarium relatus Surd. *in conſil. 216. num. 12.* vbi ait, *quod non inducitur huiuſmodi prohibitio niſi ex actu, qui illam neceſſario inferat*, & Molina ſequendo Peregrin. *deciſ. 102. ſub num. 1. ſapienter*, inquit, *ſentio parciſſimè agendum eſſe, nec fieri extenſionem in Patris præiudicium ad derogationem regulæ, niſi lex, aut teſtator expreſsè dixerit, vel taliter, quod veniat in neceſſariam conſequentiam expreſſorum veluti, quia dictum ſit, quod in relictis filiofam. Pater nullum habeat participium*; Vndè percipitur, verba non modo eſſe debere directa in Patrem, ſed pernecesse eſſe debent talia, quod ſi non ſpecialiter ei prohibeant vſumfructum, ſaltem in ſua generalitate Patri interdicant aliquam in iiſdem bonis participationem, Paſcal. *de patr. poteſt. part. 1. cap. 3. ſub num. 38. verſ. verùm, &c.* & latiùs quoque ratiocinando Fontanell. *de pact. nuptial. clauſul. 4. gloſſ. 7. part. 3. n. 25. 26.* Caſtill. *de vſufruct. cap. 3. n. 57.* & Merlin. Pignatell. *lib. 1. cap. 29. n. 23.* Non modo cum cæteris omnibus aſſentitur, quod ex verbis Teſtatoris nil aliud deduci queat, quam ipſa vſusfructus prohibitio, ſed quod magis ſtringit, addit *num. 24. quod etiam eadem verba eſſent otioſa, niſi dictam prohibitionem importarent*, & ipſemet Eminentiſſ. de Luca in contrarium adductus *in tractatu de ſeruit. diſcurſ. 62. n. 4.* concedit eſſe debere *efficaces, vniuocas*,

cas, & perneceſſe concludentes, & iterùm io obiecto nobis pariter *ſuo diſcurſ.64. ſub num.* 2. aduertit, quod coniecturæ eſſe debent vrgentes, & tales, *quod nonniſi dicta prohibitio ex eis reſultet*. Quam vetitatem concluſionis, neque ipſimet Domini intentionem filij patrocinantes impugnarunt, quamuis cautè agendo; in puris ſimplicibuſque terminis limitationem anteponant, dicendo nempè tantùm, ſi tacita vnluntas ex coniecturis deprehendatur, nihilominus in noſtram conueniſſe ſententiam, demonſtrant allatæ per eos DD. authoritates ad probandum, quod ex coniecturis elicita volnntas ſufficiat, cùm omnes eædem ſint cum ſupra à me nominatis; Vndè, ſi ex vulgato Iuris axiomate dictum conſulentis iuxta authoritates, quibus innititur, explicandum eſt, & intelligi debet, cum ab eis adductæ in huiuſmodi aſſerenda concluſinne DD. authotitates, id tantummodò concedant, cùm ſunt neceſſariæ coniecturæ, & verba, ex quibus coniectura deſumitur, nil aliud iuſerre ſna natura poſſint, aliàs inaniter, & otioſè extarent adiecta, quod non eſt præſumendum, neceſſariò ſequitur, vt dicebam, concludendnm, pro noſtra ipſorum DD. quoqne Iudicium expreſsè ſtare ſententia.

Tota igitur inter nos diſcrepantia conſiſtet in inueſtiganda qualitate coniecturarum ex aduerſo adductarum, an ſcilicet eam vim præſeferant, vt ex aduerſo ſupponitur, vt nil aliud quam prohibitionem dicti vſusfructus Patri inſerre vaieant, an verò adeò eqniuocæ ſunt, duplicíſque ſenſus, vnde magis prohibitionem præfatam, quam aliam omninò diuerſam teſtantium intentionem portendere valeant, quo caſu tanquam oullius ponderis, & à defenſione præſentis qnæſtionis prorſus extraneæ in ſuo robore, & firmitate D. Petri fauore perſiſtet beneficium à lege Patribus elargitum, acquirendi vſumfructum in bonis, vel fideicommiſſi vinculo alligatis, filijſque relictis.

Verùm, vi aduerti, ad vnicam ſolum, & principalem coniecturam reducuntur, & ex vno ſolum capite profluunt adductæ in contrarium huius prohibitionis in tribus DD. Aduocatorum propoſitæ coniecturæ; Et ea depromitur ex qualitate hæreditatis, nempè arctiſſimo fideicommiſſi vinculo ſubiectæ, & eo ampliùs cum ampliſſima prohibitione alienationis à Teſtatoribus fideicommittentibus iniuncta, adeont non modo ipſæmet bonorum proprietates, ſemper in ipſos vocatos conſeruarentnr, verùm etiam ipſorum vſufructu, imò & ipſorum fructuum commodiiate alij nunquam ſucceſſiuè ſubſtituti frui neqnirent, quaſi, vt inde arguunt, incompatibile reddatur, Patrem oon vocatum, neque in dictis fideicommiſſis ſubſtitutum ad fruitionem dictorum bonnrum admittere, & Teſtantium voluntatem ſeruari, quam coniecturæ, inductionem pluribus, & acutiſſimis ſpeculationibus vnuſquiſque eorum in exaratis conſultationibus exornauit.

Et quidem profecto ab ingenio doctiſſimo Præſtantiſſ. Aduocatorum hanc coniecturæ excogitationem penitus emanaſſe conſtat, cùm nullo antiqui, vel nouiſſimi Doctoris iudiciali ſnffragio eam communire licnerit; Qnod enim per ſolam prohibitionem, vel ſtrictiſſimam, & ampliſſimam alienationis non modo bonorum, ſed etiam fructuum in fideicommiſſo ſubſtitutis à Teſtatoribus indictam argumentum neceſſarium deducatur, qnod volnerint Teſtatores ſubſtitntorum quoque parentibus in ijdem fideicommiſſarijs bonis, interdicere acquiſitionem illius vſusfructus, qni non à filio fideicommiſſario volnntariè, & ex ſuo facto conſtituitur, verùm ſola legis cenſura, & mnnificentia ipſi Patri impartitus ipſo Iure, & neceſſariò cum ſucceſſione filij ei comparatur, nemo firmauit eorum, qui fuernnt in ſingulis conſultationibus adſcripti, quos omoes diligenter reuoluere non piguit. Abſurdum enim, vt opinor, hoc dicere putarunt DD. cum ex tali propoſitione deſtrueretur ipſa legis ordinatio in *l.2.C. de bon. matern. & in l.4. C. de bon. quæ liber.* expreſſa, in qua ſpecialiter Patri conceditur vſusfructus etiam filiorum bonorum, quo filio ſub fideicommiſſi onere relinquuntur, cùm clarum vndique ſit in omni fideicommiſſorum genere non modo tacitam legis, ſed plerumque etiam ſtrictiſſimam eiuſdem fideicommiſſi alienationem apponi conſuetnm eſſe, hac etiam adiecta clanſula (quæ pro coniectura vrgenti in contrarium valdè magnificatur) vt nempè eadem bona perpetuo in vocatis conſeruentur, & in eis fruenda tantùm permaneant; Imò ipſe Molin. *de primogen. ſup. lib.1. cap.19. num.31.* allegatus cum cæteris omnibus, qui de fideicommiſſis agunt, ſupponunt ſemper in eis fauore vocatorum prohibitam fuiſſe tam booorum, quàm etiam ipſam vſusfrnctus, aut commoditatem fructuum ex eis percipiendorum alienationem, & ea non obſtante firmant, quod, ad hoc vt Pater huiuſmodi vſufructu, vel fructunm percipiendorum commodo priuetur, neceſſe ſit, quod idem Maioratus Inſtitutor expreſsè diſponat, Parentes ex bonis eiuſdem Maioratus quibus eorundem filij ſucceſſerint, vſumfructum percipere non poſſint, vti ſunt propria Molinæ verba *in d.cap.19. num.* 30. quæ ſanè ſpecialis prohibitio ſuperflua omninò foret, ſi ex ipſa ſola prohibitione facta vocatis alienationis etiam ipſius vſusfructus, & commoditatis fructuum inſurgeret etiam priuatio Patris vſufructu ſibi à legis beneficio conceſſo; Imò ſub num.33. addendo, inquit ibi Molin. *Ideòque qui rectè vſusfructus perceptionem parenti prohibere voluerit, adijcere debet, neque ex eis bonis vſumfructum, nec commoditatem percipiat, aliàs enim nullus effectus prohibitio erit*.

Ex quibns Molinæ verbis aduertendum eſt, quod huiuſmodi probibitio, vt prætenſæ volnntati prohibendi qnoque parentibus vſumfructum coniecturæ fomentum præbeant, ad ipſoſmet Parentes debeat eſſe directa, non autem ad ipſoſmet filios ſubſtitutos, vt eſt prohibitio in teſtamentis noſtris adiecta, vti legitur in Teſtamento D. Alexandri ibi, *& à queſt'effetto perciò prohibì à tutti, e ciaſcheduno di loro* (ideſt inſtitutis, & ſubſtitutis immediatè antea nominatis) *ogni detrazione, &c. e parimente prohibì loro ogni alienatione, &c. Et in caſo di contrafazione ora per allora priuò, e priua quello contrafaciente, & alienante, &c.* Ita quoque ad ſubſtitutos ſermone directo Dom. Squarcialupns in ſuo Teſtamento dixit, *Prohibì à tutti l'Inſtituti, e Soſtituti, che in qualunque modo ſuccederanno, &c. ogni ſorte d'alienatione di tutti li ſuoi beni, &c.* & infra, *Purche ne' caſi d'alienatione, che volontariamente, ò da ſe medeſimo faceſſe il Poſſeſſore, &c.* & clariùs ibi, *E quando li detti ſuoi beni, &c. ò la ſola commodità di pigliare li frutti, &c. per durante la vita del poſſeſſore, &c. ò volontariamente dal Poſſeſſore, o reſpettiuamente per via di qualſiuoglia Giudice, &c. per li debiti, ò altro carico, &c. del medeſimo Poſſeſſore transferiti in altra perſona fuori di quella, &c. che, &c. deue ſuccedere, &c. vuole, &c.* & alibi ſæpè, &c. quod idem in ſubſeqnenti D. Magdalenæ teſtamento, & eijdem ferè verbis diſpoſitum fuiſſe legitur; Vndè etiam, quod Molina, poſtquam agit de primogenitura, in qua extat prohibitio alienationis ipſis vocatis directa, ea non obſtante, dixerit, & firmauerit, opus eſſe, vt prohibitio fiat ipſi Patri; qnod certo vti dicebam, ſuperfluum omiſiſſet, ſi ipſa ſnla prohibitio alienationis facta vocatis in ventre qnoqne ſua natura contineret, & exprimeret voluntatem Teſtatoris prohibendi etiam parentibus vſumfructum à legis ordinatione in eos in hniuſmodi fideicommiſſis filio relictis collocatum, vt in ſimili diſtinxiſſe legitur Socc. ſen. *in d. l. cum filiofam. ſub num. 31. ff. de leg.1.* ibi: *nam verba Teſtatoris nullo modo ad Patrem ſunt relata*. Hæc enim prohibitio alienationis, & vſusfructus vel commoditatis etiam fructunm eorum bonorum, quæ eum vinculo fideicommiſſi apud Inſtitutos, vel ſubſtitutos perpetuo remanere teſtator optauit, eo ſolnm tendit, vt Iuris diſpoſitionem, ſeu permiſſionem tollat, aut eius ambiguitatem explanet, ex quo remota contraria voluntate Teſtantis videtur fideicommiſſario concedi poſſe ſeruitutem vſusfructus in bonis fideicommiſſo ſnbiectis imponere, duraturam, donec ipſe ſnperſtes eodem fideicommiſſo frui debeat; & quamuis dum adeſt expreſſa à Teſtatore demandata alienationis probibitio, facultas fideicommiſſarij imò ponendi in ipſo fideicommiſſo ſeruitutem vſusfructus, etiam eo ſolum viuente controuerſa ſit, quando tamen non Ius vſusfructus formatum, ſed quædam ſolummodò facultas fructuum, ſeu commoditatuum percipiendarum in ipſa primogenitura à ſubſtituto imponitur, quoniam hæc alienationem non continet, non obſtante eiuſdem prohibitione, licere fideicommiſſario eam in alium transferre, tradit articulo diſcuſſo Molin. *de primogen. lib.1. cap.20. ex num. 1. vſque in finem*, & præcipuè *n.11.12. verſ. ſed quamuis hæc*, & poſt eum idem confirmat Peregr. *de fideicom. art.40. ex nu.112. vſque ad n.118.* & pluribus relatis comprobat Fuſar. *de ſubſtit.q.527. n.5. verſ. ſed aduerte, &c.* Et ideò, cùm Teſtatores prædicti, ne eorum mentem legum permiſſionibus obnoxiam relinquerent, præter prohibitionem alienationis bo-

bonorum, & vſusfructus addiderunt etiam ſpecialem prohibitionem ceſſionis, aut translationis in alium commoditatis fruendi redditibus, & fructibus eorumdem bonorum; hoc eo ſolum intuitu feciſſe conſtat, vt ita clarè, & certò priuarent in iiſdem primogenituris ſucceſſores hac facultate ſibi ex Iure competenti, transferendi nempè in extraneos Ius vtendi fructibus prædictis, & propterea cum hæc prohibitio non eſt otioſa, ſed effectum operetur ſuum in ſubſtitutis, dici nullo pacto poteſt, ex ea neceſſario deriuare tacitam Teſtatorum voluntatem prohibendi, etiam Parentibus commoditatem illam fructuum, quæ non ex facto ſubſtituti, ſed ex legis authoritate tribuitur; Vndè patet, æquiuocum eſſe in contrarium nobis obiectum argumentum, quod ſcilicet ex eo, quia Teſtator prohibuerit fideicommiſſarijs, & ſubſtitutis alienationem, vel conſtitutionem vſusfructus ſuper bonis prædictis eorum facto, & voluntate conſtituendi, & permittendi, ex hoc dicendum, & arguendum quoque ſit, tacitè voluiſſe prohibere eorumdem ſubſtitutorum Patribus, ſi quando adeſſent, acquiſitionem illius vſusfructus, qui è contra ex legis diſpoſitione prouenit aduerſus pariter vulgatam in Iure regulam, quod ex diuerſis non ſit illatio.

Ex eo magis, quia ſi benè factum in re præſenti perpendatur, duas cognouere Teſtatores adeſſe iuris regulas, vnam nempè, quæ ſucceſſoribus in fideicommiſſo licet expreſsè alienatione prohibita concedit nihilominus eiuſdem fideicommiſſi fructuum commoditatem in alios, donec viuerent ipſi, transferre. Alteram verò quæ ſubſtitutorum parentibus eorumdem bonorum, quamuis fideicommiſſo ſubiectorum vſufructu potiri elargita fuit. Primæ verò expreſsè derogarunt, ne extranei eorum hæreditate gauderent. Alteram verò impium fortè exiſtimantes denegare, quod ipſimet filij patribus impediri nequeunt, eis in ſuo robore ſeruandam relinquerunt. Vndè patet illud, quod ex duobus prædictis legis beneficijs tollere, & abrogare voluerunt, ſed id expreſſis diſpoſuere verbis, quod autem non abrogare habuerunt in animo, de eo nullam mentionem, aut ferè verbum fecerunt, quæ diſcretiua loquutio difformem in vno ab altero caſu teſtatorum voluntatem ſatis corruunt, Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 76. num. 43. 44.* Soccin. ſen. *conſ. 116. numer. 2. lib. 3.* Gabr. *conſ. 97. num. 58. lib. 1.* Rot. *deciſ. 176. num. 18. coram Priole*, & ſicuti teſtator in vna parte teſtamenti id quod voluit, claris, & expreſſis verbis iniunxit, vtique ſi alteram quoque prohibitionem patribus contra legis ordinationem ſtatuere decreuiſſet, eadem claritatis expreſſione mandaſſet *ad text. in cap. inter incorporalia de translation. l. vnica §. ſin autem ad deficientes C. de caducit. tollen.* & in hoc parentum fauore iuris authoritati cedere voluiſſe potiùs præſumendum ſit, cùm, vbi teſtator aliter non expreſſit diſpoſitioni iuris, ſua voluntas exiſtimari debeat eſſe conformis, vt ait in propoſito Imol. *in d. l. cum filiofam. ff. de leg. 1. & eſt tex. in l. Gallus §. quidam rectè ff. de liber. & poſthum. & l. ſi duo ff. de acquirend.* Bart. & DD. *in l. heredes mei §. cum ita ff. ad Trebell.* Non igitur inuicem repugnant, vt exaduerſo dicebatur, verum ſtant iſta ſimul, quod bona fideicommiſſaria, & eorum fructus ex facto vocatorum nequeant apud alios, quam apud ipſos ſubſtitutos remanere, ex legis autem ordinatione quidem poſſint eis parentes quoque frui, proprietate tamen ſemper in dominio filiorum vocatorum remanente, quod idem etiam ſuadere videtur, diuerſa ratio, qua moti ſunt fideicommittentes ad non prohibendum ſubſtitutorum patribus vſumfructum, ab ea, qua è contra inducti ſunt teſtantes ad huiuſmodi prohibitionem ſubſtitutis faciendam. Hoc enim feciſſe in ſingulis eorum teſtamentis proteſtati ſunt, ne ſcilicet bona ad extraneorum manus tranſirent, vt in teſtamento Domini Squarcialupi declarat, ibi, *Ne che alcuno eſtraneo vi poſſi mai hauer ragione alcuna, &c.* prout in teſtamento Dominæ Magdalenæ in §. *Ancor à detta Signor.a Teſtatrice, &c.* eadem ferè manuſcripta verba leguntur, *Ne che alcuno eſtraneo, &c.* & ita ſubſtituto eorum bonorum annuo redditu, & commodo ſpoliato, in eo familia dignitas, vti vehementer optarunt, ampliùs non ſplendeſceret, ſed potiùs ſordeſceret, quod accidere non poteſt, dum ab eodem patre illius, qui in fideicommiſſo ſucceſſit, fructus eiuſdem fideicommiſſi percipiuntur, cùm quibus filio ipſius vocato iuxta perſonæ conditionem, & dignitatem alimenta ſuppeditare tenetur, vti decidit Sabaudiæ Senatus apud Fabr. *in ſuo C. lib. 6. tit. 33. de bon. quæ liber. definit. 13.* & eo caſu, vt ait *gloſſ. in l. plenum §. quamquam de vſu, & habitat.* filius dicitur vſusfructuarius formalis, pater verò actualis, & cùm remaneat vſusfructus apud filium quoad titulum, concurrit in eo pater, quoad effectum capiendi vſum illius vſusfructus eo viuente, vt magis etiam in ſpecie poſt Bart. tradit Alex. Neque ex hoc ſequitur, quod filius non ſit verè Dominus, nec apud eum remanere, prout voluit teſtator, omnia fideicommiſſi bona, cùm ex traditione Vlpiani *in l. rectè dicimus ff. de verb. ſignif.* cum fundum totum noſtrum eſſe dicimus, etiam cuius vſusfructus alienus eſt, & cum ipſis fructibus à Patre ſibi omnia vitæ commoda, & dignitatis ornamenta contribuuntur, quòd ſecus accideret, ſi iidem fructus in extraneos, & in aliam familiam, quam ipſius ſubſtituti, transferrentur. Vndè hoc caſu extra vocatum non permanere fideicommiſſi fructus dici poſſe videtur, & ſic cum diuerſa vigeat in vtroque caſu ratio, de vno ad alterum fieri non poteſt argumentatio. Cùm enim voluntas teſtatoris commenſurari ſemper debeat cum ratione, qua ad aliquid diſponendum motus eſt, *l. cum pater §. dulciſſimis ff. de leg. 2.* & tradit Bart. *in l. pater filium §. fundum in fin. ff. de leg. 3.* Crauett. *conſ. 557. numer. 7.* Dum ineſt de vno ad alium diſpoſitionis caſum rationis diuerſitas; hæc ſolum operatur, vt omnes caſus ſub generalitate diſpoſitionis minimè dicantur comprehenſi ex Bart. *in l. ſi pluribus ff. de leg. 2.* & alijs relatis ab Alderano, Maſcard. *concl. 4. nu. 54.* & ſic à prohibitione facta ſubſtitutis, ne in extraneos bonorum commoda alienentur, excludi neceſſe eſt prohibitionem vſusfructus patri à lege filio, vel reluctante debitum. Et præcipuè etiam quia patet, D. Magdalenam vxorem de patre ſubſtitutorum cogitaſſe, cùm deficiente linea maſculina Alexandri filij ſubſtituerit D. Eliſabetham filiam, quam ſciebat nuptam tunc eſſe D. Petro Strozzi viuenti, & ei quoque eius filios ſubſtituit, vndè facilè ſcire debuit, quod niſi expreſsè prohibuiſſet eidem D. Petro patri vſumfructum ſibi de iure debitum, effectum ſuum habituram fuiſſe legis prouiſionem, cui propterea cum diſpoſitione contraria non derogauerit, certius deprehenditur, hanc fuiſſe teſtatricis voluntatem, vt D. Petrus D. Philippi pater, & eius dilectiſſimus Gener aliquo modo ipſe quoque eius ſubſtantia cum dicto vſufructu potiretur, vt ait Ferrer. *ad conſtit. Hiſp. Los impuber. gloſſ. 4. num. 219.* in maioratu loquens, inquit, *dum Mater expreſſe Patri non aufert vſumfructum, præſumendum eſt, voluiſſe, quod lex voluit*, & vbi pariter ſubdit *num. 223. quia nempè cogitare potuit de patre tunc viuente dum ea fideicommiſſum ordinauit, &c.*

Quoniam verò ſæpiùs dixi nullum ex Doctoribus in tribus conſultationibus congeſtis ab Excellentiſſ. D. pro D. Philippo ſcribentibus punctum noſtrum attingere, nec aliquem eorum in proprijs terminis diſpoſitionis fideicommiſſariæ dixiſſe, quod prohibita à fideicommittente alienatione bonorum, imò etiam vſusfructus, & commoditatis eiuſdem, vt eadem bona continuo in vocatos, ſubſtitutoſque permaneat, cenſeri quoque perneceſſe debeat, prohibitum ſubſtitutorum parentibus vſumfructum, aut eius commoditatem in iiſdem fideicommiſſi bonis aſſequi, ſed omnes, in quam loqui in caſibus omninò diuerſis, & cum noſtro, nil commune habentibus, & ideò non aduerſari intentioni D. Petri in diſpoſitione legis innixæ, quæ in bonis etiam fideicommiſſo ſubiectis, & filio relictis patri vſumfructum conceſſit, niſi contrarium voluntas teſtamentis expreſſa, aut ſaltem neceſſarijs, & indubitatis coniecturis exegerit. Vt id, quod credidi, & hic aſſerui, facti quoque euidentia tutius comprobarem, vniuerſas tam legum, quàm DD. authoritates ab vnoquoque ex eis in medium expoſitas oculis ſubieci, & integras haud mediocri labore, & ſtudio reuolui, & ita ſingulas expenſas in quatuor caſibus à noſtro omnino diuerſis ſcripſiſſe, aut conſuluiſſe reperi pro coniecturanda in iis voluntate teſtantium prohibendi patri vſumfructum in bonis filio legari. Quorum caſuum ſubſtantia, & ratio ſicut à noſtro, de quo nunc agimus extraneæ omninò ſunt, & ideò nec huiuſmodi præſumptam voluntatem legi derogandi in teſtatoribus noſtris inferre poſſe clarè conuincitur. Quod, vti faciliùs, minorique moleſtia Illuſtriſſ. D. Auditores aſſequantur, iuxta quatuor caſuum diuiſionem in quatuor quoque claſſes adductæ in contrarium authoritates repartiendæ ſunt.

Primus igitur caſus eſt, qui primus definitus fuit in *l. cum filiofam. 11. ff. de leg. 1.* & in his terminis quæſt. agit

Boer.

Boer. præ cæteris in contrarium illatus in *quæſt.* 193. vbi pater grauatus fuit certò adueniente tempore reſtituere hæreditatem filijs, & ſequendo opinionem Pauli de Caſtro in *d. l. cum filiofam.* ait, quod per grauamen iniunctum patri de reſtituendo hæreditatem, vel legatum filio, vſusfructus cenſeatur tunc ei prohibitus, cùm verbum, *reſtituere*, ſignificet plenam reſtitutionem, & in quo caſu etiam loquitur, & conſuluit Surdus tanquam anteſignanus coniecturatæ voluntatis prohibitionis vſusfructus in caſu noſtro ab Excellentiſs. Dominis meis inductus, & eius frequenter inculcata tanquam indiuidualis in re noſtra Doctrina in *conſ.* 116. Quando nempè fuit inſtitutum cum ſtrictiſſima etiã alienationis prohibitione fideicõmiſſum, in quo vocatus fuit primo loco pater, & in caſu alienationis ab eo factæ, vel alia eueniente conditione fuit proprius filius ei ſubſtitutus, veniente autem contrauentione ordinatæ alienationis prohibitioni, quia fortè bona pater alienauerat, & diſſipauerat, vel alia etiam eueniente reſtitutionis caſu aſſeruit; Surdus, filio ſubſtituto non modo licuiſſe alienata à patre vendicare iuxta tradita in *l. cum oportet §. hanc autem Cod. de bon. quæ liber.* Sed inſuper etiam quod in ipſius vendicatis à filio bonis, vel in quibus ſucceſſit vſumfructum retinere non valuerit pater, ex ea ratione, vt ait Surd. & alij cum eo, quia dum grauatus à teſtatore pater fuit, eidem filio fideicommiſſum reſtituere pleno iure, & ſic proprietatem vnà cum vſufructu eiuſdem fideicommiſſi reſtituere tenebatur. Item etiam quia in caſu factæ alienationis in pœnam contrauentionis habitæ voluntati teſtatoris eodem vſufructu ex coniecturata, & veriſimili voluntate eiuſdem teſtatoris eſſe priuandum, tam Surd. *in conſ. præd.* quàm alij infraſcripti per Excellentiſs. D. in eorum Conſultationibus adducti probare ſatagunt, nempè Gabr. *conſ.* 118. *lib.* 1. *num.* 12. Becc. *conſ.* 97. *num.* 16. 17. Gratian. *cap.* 713. *num.* 19. & Cutell. *de donat. diſc.* 3. *part.* 1. *num.* 12. generaliter hoc ſolum firmat, quòd vbi pater ab aliquo inſtitutus grauatur hæreditatem reſtituere filio poſt diem, vel ſub certa conditione, aut purè tunc adueniente die nullo retento vſufructu hæreditatem reſtituere teneatur quem caſum longè à noſtro diſtare, neque verificari poſſe in ſtatu præſenti ſucceſſionis, & vocationis filiorum D. Eliſabeth. euidentiſſimum eſt, quia D. Petrus non fuit à ſocero, aut ſocrui inter ſubſtitutos in dicto fideicommiſſo comprehenſus, ſed eius, & D. Eliſabethæ filij tantummodò vocati ſunt, vnde nec minus in eo ratio reſtituendi pleno iure, & abſque vſusfructus retentione propter in fideicommiſſum præfatum, neque ratio contemptus prohibitionis alienationis in eo contingere potuit, quæ duæ rationes potiſſimum occaſionem dederunt, Surdo, & alijs eum ſequentibus in contrarium citatis arguendi, & deducendi tacitam teſtatoris voluntatem vt pater in bonis per eum alienatis, & poſtea per filium vendicatis, vel eidem filio reſtituendis vſumfructum non conſequeretur.

Alter verò caſus eſt, cùm teſtator in eodemmet teſtamento, in quo fideicommiſſum inſtituit fauore filij, patri inſimul aliquid titulo legati reliquit, ex quo ſpeciali legato patri relicto conijci poſſe, aliqui ſenſerunt ex doctoribus, voluntatem teſtatoris, quod in cæteris hæreditatis ſuæ bonis filio relictis vſumfructum pater non acquireret, quia tunc, vt aiunt, prouiſio hominis ceſſare facit prouiſionem legis, & ſuper hoc facti themate ſcripſerunt, & coniecturam tacitæ voluntatis in mos præcipuè commemorata ratione conſtituere, & in hoc caſu præcipuè ex allegatis in contrarium coniecturam, tacitè prohibitionis eliciunt, Alba *conſ.* 110. *per totum*, vbi ideò firmat euidenter conſtitiſſe de voluntate teſtatoris prohibendi patri vſumfructum in bonis filio relictis, quia hærede inſtituto filio patri annuum legatum ſcutorum ducentorum, dum vixerit, præſtari mandauit ex rationibus ibi fortiſſimis adductis, & cum eo in his terminis loquuntur Rot. Rom. *deciſ.* 549. *num.* 9. *part.* 4. *recent.* & poſtea plures cumulans Andreol. *contr.* 224. *per totam*, & fuſiùs Rot. Rom. *in Romana legati* 22. *Martij* 1666. coram Otalora, *quæ eſt deciſ.* 138. poſt Torre *de pactis futuræ ſucceſ.* in contrarium relata, vbi reprobat Pariſ. *conſ.* 129. *lib.* 1. & Marott. *conſ.* 17. volentium procedere ſolum, quando pater, & filius ſunt in eadem re, vel hæreditate inſtituti, non autem quando legata diſtincta relicta foere patri, & filio, & Cutell. *de donat. diſc.* 3. *part.* 1. *num.* 10. 11. iam excluſum, ait eſſe patrem ab vſufructu in bonis filio donatis, ſi in eadem donatione aliquid etiam patri donetur, & ex eadem ratione Rot. Rom. *in allegata deciſ.* 41. *par.* 16. *recent.* quia teſtator duas primogenituras inſtituerat vnam fauore patris, aliam fauore eius filij, & teſtatoris nepotis, declarauit Rota patrem frui non debere vſufructu in primogenitura filij, quia, vt ait *nn.* 1. 2. viſum eſt inueriſimile, teſtatorem voluiſſe vt pater duplici primogenitura frueretur, altera ex propria, altera ex filij perſona, quem pariter caſum à noſtro longiùs aberrare nemo non fateatur.

Tertius etiam caſus eſt, dum pater, & filius fuiſſent inſimul ad eandem hæreditatem vocati, quia tunc patrem conſequi non poſſe ſentiunt vſumfructum in portione hæreditatis, in qua filius ſucceſſit, ex ea potiſſimum ratione, quia cùm voluntas teſtatoris interpretanda ſit intra limites diſpoſitionis iuris communis, & per illud in ſucceſſione legali, & inteſtata, ad quam ex lege communi, vel particulari Statuto pater, & filius inſimul pro rata vocantur, denegetur patri vſusfructus in ea hæreditatis portione, quæ filio contigit, vt habetur in *Auth. item hæreditates tranſcripta in tit. C. de bon. quæ liber.* Ita etiam ex inſtitutione facta à teſtatore patris vnà cum filio, tacitè ſaltem volunt percipi poſſe, pariter eiuſdem teſtatoris fuiſſe mentem, quod pater ſolam medietatem hæreditatis conſequeretur excluſo ab vſufructu in alia medietate, in qua filius ſucceſſit, & in his terminis eorum lucubrationes prodidere Cald. *in l. ſi Curatorem in verbo legis num.* 149. Gratian. *deciſ.* 76. *num.* 24. *& in cap.* 713. *num.* 31. Paſcal. *de virib. patr. poteſt. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 53. & Rot. Rom. *in deciſ.* 160. coram Dunozett. *alias deciſ.* 356. confirmata *in deciſ.* 372. *part.* 5. *recent.* & cum aliqua diſtinctione confirmat de Luca *de ſeruit. diſc.* 61. *ex num.* 20. *& ſeqq.* in quo legendo aduertendum eſt, quod ipſe voluntatem teſtatoris non prohibendi patri vſumfructum deducit ex alijs, & ex eo etiam, quod in ſuo caſu verificabatur, vt inquit ſub *num.* 21. *ex quadam æquitate, & veriſimili voluntate defuncti ſpectata magis eius ſubſtantia, quam cortice verborum, ſtantibus præſertim particularibus facti circumſtantijs, prudenti ſcilicet, & recta adminiſtratione Patris, & ætate, & non adeo matura prudentia filij dictæ motiue non obſtante probabilis viſa fuit determinatio ad fauorem Patris*, & clariùs etiam plures diſtinctos caſus enumerat in *diſcurſ.* 62. *ſeqq.* qui termini caſus prædicti tantùm abeſt, vt noſtris adaptari queant, vt ijs potiùs manifeſtè repugnent. Nam ibi agebatur de interpretanda voluntate teſtantis, vt cum iuris diſpoſitione conueniret iuxta regulam ſupra firmatam, hic autem ſi voluntas teſtatoris pro excluſione patris ab vſufructu in dictis bonis argueretur, contraria interpretaretur directo iuris communis diſpoſitioni, quæ patri dictum vſumfructum debitum eſſe decreuit.

Quartus quoque datur caſus in *l. ſi vſusfructus* 14. §. 1. *ff. quando dies legati ced. ab Vlpiano*, ibi propoſitus, & definitus, in quo factum erat legatum filiofam. *vt ipſi ſoluatur finge enim*, vt inquit, *hoc nominatim expreſſum, vt filio ſoluatur, ſi Pater petat repellendus eſt*, vbi gloſſ. *in verbo repellendus*, addit hoc caſu, *nec Patri videtur acquiri vſusfructus*, ſed, vt aduertunt DD. & præcipuè *d. text.* explicando in *d. l. cum filiofam. ff. de leg.* 1. hic requirebatur à Teſtatore præcisè factum ipſius filij, & ideò non poterat explicari per alium, vt habetur in *l. qui hæredi* 44. *& ibi gloſſ. ff. de condit. & demonſtrat.* & præ cæteris Crauett. *ſuper d. l. cum filiofam. ff. de leg.* 1. *ſub n.* 57. *verſ. ſed aduerte, &c.* monet aduertendum, quod lex iſta *ſi vſusfructus* loquitur, quando Teſtator mandauit ſolui filio tantùm, aut nominatim, quia non ſolùm *legauit filio*, ſed etiam voluit, quod *ipſi filio ſoluatur*, quo caſu voluntas Teſtatoris eſt clara, quod voluit vſufructum acquiri Patri, ſed nos, vt ipſemet ſubdit, verſamur in caſu contrario, nam licet Teſtator ſubſtituerit in fideicommiſſo filium contemplatione ſui, non tamen prohibuit Patri acquiri; Et verè deſtrueretur ita prima Iuris noſtri ſanctio, ex qua in bonis etiam fideicommiſſi oneri grauatis Patri voluit vſumfructum acquiri, cùm certum, patenſque ſit eoſdem filios ſemper in eodem fideicommiſſo inſtitui, aut ſubſtitui; Vndè benè Menoch. qui in contrarium allegatur in *conſ.* 112. quamuis in legato facto filijs cuiuſdam annui redditus, quem Teſtator non modò filio legauerat, ſed etiam vlterius idem quotannis præſtari mandauerat, in eo Patri vſumfructum non quæri authoritati dictæ legis innixus defenderit; In bonis tamen maioratus, in quibus cum ampliſſima etiam prohibitione alienationis fuit ſubſtitutus filius, imò Teſtator declarauerat hoc feciſſe,

vt

vt in eo ſucceſſores frui poſſent redditus dicti maioratus; Nihilominus commoditatem fructuum ſaltem quæri Patri, latè probatur *ex num.7. verſ. Tertia eſt dubitatio vſque in finem,&c.* & ita quoque Bero. *conſ.*139. *lib.*2. non loquitur in boois maioratus, in quibus filius poſt varios ſubſtitutionum gradus erat vocatus, ſed, vti declarat *num.*17. 18. 19. quando Teſtator certo filiofam. nondum nato quid legando mandauit inſuper, eidem illicò nato res legatas ſolui, & reſtitui vnà cum fructibus, quamuis Patrem haberet, quod clarè conuincebat noluiſſe quod Pater non acquireret fructus, dum etiam fructus collectos, antequam filius naſceretur; Patre licet exiſtente filio cum bonis reſtitui deberet, vltra prohibitam etiam ipſi Patri bonorum legatorum adminiſtrationem, vt ibi *ſub n.*18. *verſ.conſidero,&c.* Et intra hos pariter limites continetur caſus deciſus apud Capyc. Latr. *deciſ.*124. vbi in legato ſcut. tercentum filio facto dixerat expreſsè Teſtatrix vti ſub initio narrat, *quali vuole ſieno dati à detto Luca facendoſi Prete, &c. e di quelli dopoi aſceſo al detto ordine ſia Padrone, e Signore, e poſſa fare, e diſporre à ſuo arbitrio*, & ita non modò legauit, ſed ei ſolui mandauit, & ampliùs etiam ſuo arbitrio de eis diſponere voluit; Vndè non mirum, ſi concluſum fuerit, probibitum in ijs cenſeri vſumfructom Patri per *d. tex. in d.l.ſi vſusfructus*, & eo magis, qui erat incompatibile, quod filius legatum ſuo arbitrio alienare, & expendere poſſet, & Pater, donec viueret, eiuſdem legatæ ſummæ vſumfructum conſequeretur, & tunc verè dici poterat, quod vrgebat coniectura neceſſaria prohibitionis vſusfructus, & eò magis etiam, quia dixerat, quod interim fructus legati expenderentur *in veſtirlo*; Vndè ait quoque Cotell. *de donat. diſc.* 3. *part.*1. *n.*13. quod ſi Teſtator relioquit vſumfroctum filio, vt expendatur in eius vtilitatem, vel cumularetur in eius fauorem ad emendos redditus, ex hac prouiſione cenſetur in neceſſarium antecedens velle, ne eundem vſufructum Pater habeat; Ita pariter Rot. Rom. *in allegata deciſ.* 140. *p.*1. *recent.* non loquitur io caſu noſtro, nempè qoando inſtituta primogenitura ad eam vocaoiur ſucceſſiuè plures alicuius ſtirpis, ſeu deſcendentiæ Teſtatori plerumque incogniti, & quorum aliqui interdum ſuor Patres, interdum verò filijfam. ſed vbi io terminis *d. l.ſi vſusfructus* hæreditas numinatim, vel legatum relictum fuit Margaritæ, qoam ſciebat Teſtator habere Patrem ſuperſtitem, & nihilominus declarauit velle ſuam hæreditatem eamdem Margaritam coofequi *liberè, & abſolutè*, & vltra quod relicta etiam fuerat ei hæreditas nominatim iuxta textum prædictum, ampliùs etiam cum aliud reſtitutioois, aut aliud quodlibet onus præter dicti vſusfructus Patetoi in dicta hæreditate exiſtere non poſſet, ne dicta verba ſtarent otioſè, & inutiliter, neceſſitas fuit ea interpretari de prohibitione vſusfructus Patri, cùm in oulla alia exemptione, vel libertate verificari poſſent, præter quamquod an dicta deciſio reuocata fuerit, vel confirmata, ignoratur, vnde nulla vis in ea in indicando maximè fieri poteſt, cùm ſic motiua potios Iudicis adhuc dubitantis, quam firmi Iudicij, & latæ ſententiæ deciſionis ouncupari debeant, vt me commonebat Emin. Magiſter meus Venerab. memoriæ Card. Thaia.

Poſtremò tandem quintus expendi ſolet à DD. caſos in quo Teſtator Patri prohibuit adminiſtrationem eorum bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, & ad quæ filius vocatus fuit, aut ſubſtitutus, ex qua prohibita adminiſtratione videbatur aliqua contra Patrem reſultare coniectura, quod vſumfructum, etiam in ijſdem bonis acquirere non poſſet; imò quamuis hæc videretur aliquid ponderis habere coniectura, nihilominus quia ad hunc effectum, in quo requiritur, vt ſit talis, qood io aliquo alio verificari non poſſit, plerique huiuſmodi quoque negent eſſe coniecturam ſufficientem, vt derogatio Iuris, & prohibitio vſusfructus inducatur, vti percipitur ex Maſtrill. *deciſ.* 59. *per totam*, Caldas *d. verbo laſis ſub n.*151. *in §. vlt. ceſſat, &c.* Fontan. *d. clauſul.*4. *gloſſ.*7. *par.*3. *num.*24. 25. Cutell. *de donat. tract.* 1. *diſc.*3. *partic.*1. *n.*19. Paſcal. *d. cap.*3. *ſub n.*88. *verſ. & proinde, &c.* Caſtill. *d. tract. d. cap.*3. *num.*59. 60. *& ſeqq.* Rot. Rom. *deciſ.*547. *n.*5. *par.*4. *recent.* licèt præcipuè coniectura prohibitæ Patri adminiſtrationis bonorum filio relictorum, vtitur Bero. in contrariom citatus *conſ.*139. *volum.*2. *ſub n.*18. *verſ. conſidero etiam, &c.*

Alij verò DD. omoes allegati in aduerſarijs conſultarionibus, qui in nullo dictorum caſuom ſcripſeruot, nihil in noſtro concludunt; Surd. enim allegato *conſ.* 259. agit de bonis filio clerico relictis, in quibus Patri non competere vſumfructum probat, & *num.* 16. 17. vbi præcipuè allegatur, eo tendit, vt probet, Patrem remiſiſſe vſumfructum in bonis, quæ filio met vendiderat, quod nihil ad rem noſtram; Ita pariter Gratian. in *deciſ.*239. decidit articulum, an inſtitotus hæres pleno iore concurrat in vſuſructu cum vſufructuario omniom bonorum; Prout Anton. de Marin. ſæpius allegatus in *reſolut.*345. *lib.* 1. definit caſum quo Pater, vel Auus iam acquiſioit in bonis Nepoti relictis vſumfructum; Mortuo verò Nepote, cui excluſo Auo ſucceſſit Mater, quærit, an per mortem Nepotis extinctus ſit Patris vſusfructus; vndè hæredi bona aduentitia oon retento vſufructu reſtituere teneatur; & quamuis non neget ex Iuris communis diſpoſitione, donec Pater ſuperſtes eſt, vſumfructum ſemel ſuper filij bonis ei quæſitum, ob eiuſdem filij mortem non extingui, contrarium tamen reſoluit attenta conſuetudine Neapolitana ita ab aotiquo tempore ſeruata, vti *num.*7. declarat, & attentis verbis ipſius conſuetudinis ibi *num.*8. relatis, per quæ ſtatutum erat, vt bona reſtituereotur filiorum hæredibus, *ſine moleſtia, & contrarietate quacumque, ac omni exceptione remota, &c. ſed teneatur reſtituere, &c. abſque detractione alicuius portionis Iura naturæ forſan debita, ſeu debenda Patri*; Prout Merlin. Pignat. *contr.*29. *lib.*1. loogè diſtat à terminis noſtris; Promiſerat enim ibi Vir in pactis dotalibus in caſu mortis Vxoris, & filiorum ſine deſcendentibus reſtituere Dotes hæredibus Vxoris *pleno iure, integrè abſque ſucceſſione, deductione, ſeu diminutione vlla, etiam Iure legitima, ſeu Trebellianica*, vti narrat in antecedenti controuerſia 28. vnde iure merito fuit iudicatum remiſſum fuiſſe in hoc caſu cenſeri per patrem vſomfructum in bonis dotium maternarum poſt mortem Matris, & viuente filia acqoiſitum; Ita etiam Hodierna *allegatus in l.hac adictali* q.3. *num.* 24. hoc ſolum diſcutit, an prohibito Patri vſufructu, prohibita etiam cenſeator adminiſtratio bonorum filio relictorom, quod nihil ad nos, & Andreol. *controu.*129. de alio extraneo prorſus agit, ita Altograd. *conſ.*50. *vol.*1. *num.*234. *& ſeqq.* agit de legato certæ ſummæ facto filiofam. vt in certum vſum expenderetur, oempè in celebratione tot Miſſarum, quo caſu patens nimis erat incompatibilis Patri in eodem legato vſusfructus, Rimio. iun. *in alleg. conſ.*141. conſoluit in caſu, in quo teſtatrix Franciſcum filium inſtituerat hac conditione, *quod nullo vnquam tempore, vel aliquo modo bona Teſtatricis, vel eorum fructus conuerteret in vtilitatem aliquam D. Euſebij Patris*, vnde *num.*8. concludendo inqoit, *nam prohibitio fructus conuerti in vtilitatem Patris, tacitè videtur prohibuiſſe ne Patri quærantur.* Et hoc eſt exemplum tacitæ prohibitioois, cùm nempè expreſsè non dicitur *prohibeo* Patri vſumfructum, ſed alijs verbis ipſi Patri nominatim interdicitur, aliquam vtilitatem, vel participationem in bonis filio relictis habere, ſed diſpoſitio ſemper, & mens teſtatoris erga patrem ſit expreſsè directa.

In claris pariter erat caſus definitus à Rot. Rom. *in deciſ.* 41. *part.*16. *recent.* non modo quia Pater ab eodem Teſtatore, & io eodem Teſtamento receperat aliud Primogenituræ beneficium ioxta ſopra in ſecuodo caſu relata, ſed verba quoque in ipſa primogenitura inſerta erant talia, ex quibus nil aliud, quam perceptionis vſusfructus prohibitio deduci poſſet, vti declarat *num.*10. 11. ſed potiſſimum quia (vti pariter eadem *deciſ. n.*7. 8. aſſerit) idem Teſtator ſcribendo Epiſtolam Nepoti clarius hanc fuiſſe ſuam voluntatem explicauerat his verbis, *In modo che voſtro Padre di tutti queſti miei haueri non poſſi godere per vn baiocco*, quæ rem claram magis contra patrem reddideroot.

Diſcurſus tandem Eminentiſs. de Luca 63. 64. *ſub tit. de ſeruit.* aduerſus D. Petrum obiectos eios potius intentio ſuffragari mihi viſum fuit; In diſcurſu enim 63. habetur caſus ſupra ſecundo loco in diſtinctione poſitus, quia Teſtator noo modo filiam inſtituerat in maiori parte ſuæ hæreditatis, in qua eius filium primogenitum cum ſucceſſione de primogenito in primogenitum vocauerat, ſed etiam Genero ſuo, & Patri primogeniti filiæ ſubſtituti quoddam Caſtrum iuriſdictionale reliquerat poſſidendum, donec filius ſibi maſculus ex dicta teſtatoris filia naſceretur, & ſic ex natura, & qualitate diſpoſitionis ab vſufructu in bonis filio relictis arcebatur, ex ſupra in ſecundo caſu deductis; Vlterius Iudicio meo manifeſtum nimis æquiuocum in mente Eminentiſs. Conſultoris irrepſit, dum aſſeruit *ibi num.* 2. quod DD. hinc inde ſcinduntur in determinanda quæſtione, an etiam in bonis cum onere fideicommiſſi, vel primogenituræ ad filium obueotis Pater habeat vſumfru-

fructum, quia in hoc potius ſunt omnes concordes, quod Patri etiam in bonis fideicommiſſi, prout in cæteris aduentitijs, liberiſque bonis competat vſusfructus, neque Surd. in *d. conſil.* 116. & ab eo relati contrarium ſentiunt, (vt ait idem de Luca) ſed potius cum alijs in idipſum conueniunt, vnde manifeſtè fallitur in hoc de Luca, prout etiam inaduertenter aſſeruit, quod huius communis ſententiæ ratio innitatur generalitati textus in *l. cum oportet C. de bonis quæ liber.* quia ſpecialitati potius innitatur *l. 4. C. eod.* vbi expreſsè, & ſpecialiter diſpoſitum fuit, quod earum rerum quæ ad filium peruenerunt ex *legato, vel fideicommiſſo vſque in diem vitæ ſuæ Pater, vel Auus vſumfructum habeant*; Et verè quidem nulla diuerſitatis ratio conſiderari valet inter inſtitutionem liberam, vel cum onere fideicommiſſi filij factam; Cùm enim liberè filius inſtituitur, aut aliquid abſque fideicommiſſi onere relinquitur, certum eſt relinquentis intentionem eam fuiſſe præcipuam, quod bona relicta integrè, & liberè ad filium, & eius hæredes deuoluantur, & nihilominus nemo negauerit huiuſmodi non refragante teſtatoris voluntate Patrem toto ſuæ vitæ tempore retinere relicti vſumfructum. Ita quoque pariter ſeruari debet in relicto ſub fideicommiſſi onere filiofam. in quo Teſtator certo ſibi deligit ſucceſſores, cùm in vtroque caſu eadem ſit voluntas, quod certæ, determinatæque perſonæ ſuccedant; Quare ſicut in purè, ſic cum fideicommiſſi grauamine filio relictis cenſeri debet, eadem in relinquente extitiſſe voluntas, vt legum præcepta ſeruentur, ex quibus habetur; vt perinde habeatur, ac ſi filio proprietatem, & Patri vſumfructum Teſtator reliquiſſet; Nec eſt præcipuum fideicommiſſorum inconueniens, (ſi ita dicendum ſit) quod hic, & alibi ab Eminentiſs. de Luca conſideratur; & in conſultationibus quoque contrarijs aliorum authoritate inculcatum fuit, quod nempè ſucceſſio in eodem fideicommiſſo quoad filium remanere poſſet inanis ob eius prædeceſſum Patri.

Nam in primis aduertendum eſt hoc per accidens contingere, & nonniſi turbato mortalitatis ordine, plerumque enim potius, & frequentius contingere videmus iuxta ordinem naturæ longè antea Patrem, quam filios mori, lex autem ſuper ijs, quæ frequentius, & naturaliter accidere ſolent, diſpoſuit *l. nam ad eam 5. & l. ſeqq. ff. de legibus*, ſed vlterius hoc idem contingere poteſt in hæreditatibus, & bonis abſque vllo onere filio relictis, quia intercedente morte filij adhuc Patre viuente, numquam ipſe legato, boniſque aduentitijs fruitus eſſet, vndè omnis diuerſitatis ratio ceſſat omninò; Quamobrem erroneè dixit ibi de Luca *ſub num. 2. ſecundam opinionem eſſe filio fauorabilem*, quia nulla ſecunda, ſed vnica ſolum, & hæc contra filium regularis eſt tam legis, quàm etiam vnanimis DD. ſententia, vt in principio conſultationis oſtendi, & nullus ex præſtantiſſimis DD. Aduocatis pro D. Philippo filio ſcribentibus impugnauit, ſed ingenuè eius veritatem fatentur, quamuis eam poſtea pariter communiter limitari reperiatur, vbi in contrarium ex ipſomet teſtamento voluntas teſtatoris emergat, vndè tota eiuſdem Eminentiſs. de Luca ſequens ratiocinatio in equiuoco conſtituta fundamento corruit; quamuis ex alijs ex eius diſcurſus reuolutione patentibus caſum noſtrum non attingat.

Diſcurſus verò 64. clarè potius pro noſtra ſententia ſtare, patet, percurrendo caſum ab eo in eiuſdem diſcurſus exordio narratum; In quo Teſtator Vxori nonnulla bona reliquerat, in quibus Pater eiuſdem vxoris vſumfructum petierat, & contra Patrem inclinaſſe tradit, quia licet coniecturæ ad arguendam prohibitionem perceptionis vſusfructus (vti fatetur *num. 2.*) debeant eſſe tales, vt non niſi dicta prohibitio ex eis reſultet, huiuſmodi tamen reſultare in eo facto putauit; quia teſtes aderant in magno numero (vti *num. 3.* ſubdit) deponentes de voluntate teſtatoris, quod de bonis per eum vxori relictis, nihil ad vxoris coniunctos ſpectaret, & inſuper etiam conſtabat de inimicitia inter Teſtatorem, & vxoris Patrem, & ex alijs ibi deductis.

Quamobrem de primo ad vltimum, & à ſufficienti partium enumeratione conuincitur; Nullam prorſus legis authoritatem, aut Iuris conſultorum traditionem, vſque adhuc reperiam fuiſſe, quæ approbauerit, aut conſenſerit, coniecturam aliquam deprehendi poſſe voluntatis Teſtatoris prohibendi Patri vſumfructum in bonis filio relictis ſub onere ſtrictiſſimo fideicommiſſi, & cum ea conditione, vt ipſa bona, nec minus eorum vſusfructus, aut commoditas per ipſos vocatus alienentur; Vnde deducenda ſit abrogatio legis, quæ in fideicommiſſis etiam ad quæ filius eſt vocatus, expreſsè Patribus vſumfructum largita fuit; Et prætereà à regula, legumque cenſuræ Patriæ poteſtatis beneficio introducta, & decreta nullo pacto recedendum fore exiſtimo, &c. Saluo tamen, &c.

Ego Aloyſius Manſi I.V.D. Aduocatus Patritiuſque Lucenſis.

§. VSVS. XXIV.

VSus prout eſt ſeruitus perſonalis, dicitur ius vtendi 1 rebus alienis ad quotidianum vſum, ſalua illarum ſubſtantia §. 1. *Inſtit. de vſu, & habit. vbi gloſ. & DD. l. 1. ff. eod. & C. de vſufr. & habit.*

In quibus autem conueniat, & in quibus differat vſus ab vſufructu, & alia, Otnot. & alij in *d. §. 1. Inſtit. de vſu, & habit. DD. in d. l. 1. ff. & C. eod. tit.* Card. Tuſch. *lit. V. concl.* 365. 366. & 367.

Vſus, & ſolitum patriſfamilias, & domini debet atten- 2 dendi pro interpretatione actus dubij ab illo geſti, vt ad plura inferendo, declarat Card. Tuſch. *lit. V. concluſ. 364. per tot.*

Vſus communis loquendi eſt magni effectus, quia præ- 3 ualet proprietati verborum; vt autem talis dicatur requiritur quòd inoleuerit per decem annos ante in loco, in quo fuit celebratus actus, vel verba prolata, & probatur per teſtes aſſerentes ſe ita audiuiſſe à multis ſi factum eſt quotidianum, vel ab aliquibus ſi factum non ſit ita frequens, non eſt tamen neceſſe vt dicant à quibus ita dici audiuerint, dummodò atteſtentur de illo genere hominum, cui conuenit actus ille, vel illa verba, de quibus agitur Bart. in *l. Labeo ff. de ſuppl. leg.* vbi docet praxim articulandi, & probandi huiuſmodi communem vſum loquendi Menoch *de arbitr. caſ. 489. per tot.* Card. Tuſch. *litt. V. concl. 367. per tot.*

Quòd vſus communis loquendi ſit probandus ab allegante, alias in eo non poſſit fieri fundamentum, & quòd vigeret tempore conditi teſtamenti, ac in loco, vbi emanauit diſpoſitio, & per tempus ſaltem decem annorum, Altograd. *conſ. 35. num. 24. & 25. lib. 2.* vbi etiam *num. 26.* quòd non attenditur ſtante generalitate verborum, nec quando fuiſſet aliquid exceptuatum, quòd pariter non veniret ſub communi vſu loquendi, vide in §. *Fructus num.* & §. *Legatum n. 24. infra n. 6. verſ. Item, & verſ. ſeqq.* Rot. *part. 11. recent. deciſ. 21. num.* 18. Ludouiſ. cum Beltramin. *dec.* 257. *n.* 10. & 14. vbi tamen quòd ſi eſſet notorius, & generalis ſufficeret illum allegare.

Quòd ſit difficilis probationis, & inter cætera teſtes de tribus deponere debeant, ſcilicèt primò quòd à decem annis citra, & per ipſum tempus talis communis vſus loquendi fuerit in eadem Ciuitate, ſecundò ſe ita audiuiſſe ab omnibus loquentibus, vel tractantibus de ipſa re circa quam allegatur, tertiò adfuiſſe huiuſmodi vſum tempore factæ diſpoſitionis, & ſic per prius fuiſſe introductum, vt benè probat Sperel. *deciſ. 61. n. 63. & c.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14 tit. 18. num.* 1008. *& ſeqq. fol.* 356. vbi ponit quatuor requiſita, quæ coincidunt cum prædictis, allegat Bartol. & Menoch. *in loc. ſupracit.* & quòd probatus præualet proprietati verborum in quacumque materia.

Qualiter probetur, & probatus debeat attendi etiam contra omnem bonam latinitatem, Card. Tuſch. *litt. V. concluſ. 369. & 370. per tot.* Maſcard. *de probat. concluſ. 329. per tot.* vbi plura de huiuſmodi probatione Rot. *part. 13. recent. deciſ. 233. n. 11. & 12.* vbi quòd præfertur propriæ, ac naturali verborum ſignificationi, omnique regulæ, ac conſtitutioni.

Vſus communi loquendi attenditur in quacumque diſ- 4 poſitione, maximè ſtatutaria, & præualet proprietati verborum ſi extet tam antè, quam poſt conditum ſtatutum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 607. num. 8. & c.* Magon. *deciſ. Luc. 15. num. 5. & c.* Sperel. *deciſ. 23. & 32. & deciſ. 91. num. 10. & c.*

Statuta tamen condita à magnis Iuriſtis debent intelligi propriè prout intelligunt Iuriſtæ, non autem vt idiotæ, & vulgares, Alex. *conſ. 85. num. 15. lib. 4.* Rom. *conſ. 32. vol. 2.* Magon. *d. deciſ. 15. num. 23. & ſeqq.* vbi etiam *num.* 28.

quòd

quòd ſermones vulgariter probari, debent intelligi ſecundum vulgarem vſum loquendi, litteraliter verò, litteraliter interpretari, Sperel. *dec.* 23. *nu.* 35.

Quòd vbi agitur de ſtatutis conditis à viris doctis, & peritis, illorum communis vſus loquendi ſit ſpectandus, & non vulgi, & ſint interpretanda ſecundum artem liberalem, Menoch. *de arbitr. caſ.* 63. *nu.* 7.

Quòd quando verba ſunt in ſcripturam redacta, debeant ciuiliter intelligi, & non ſecundum vulgarem, & communem vſum loquendi, Afflict. *deciſ.* 44. *num.* 23. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 21. *num.* 19. vbi quòd in teſtamentis latino ſermone exaratis non attenditur communis vſus loquendi, ſed iuris interpretatio, *& d. part.* 11. *deciſ.* 218. *nu.* 8.

5 Vſus communis loquendi attenditur etiam in vltimis voluntatibus, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 919. *num.* 18. *&c.* Magon. *deciſ. Lucenſ.* 15. *num.* 7. vbi quòd attenditur etiam in reſcriptis, priuilegijs, & ſacris ſcripturis, quinimmò etiam in correctorijs, & odioſis, quamuis extaret ſtatutum, quòd ſtatuta debeant ad litteram intelligi, & præfertur in qualibet materia propriæ verborum ſignificationi vndequaque proueniat, Genu. *de ſcript. priuat. lib.* 1. *fol mihi* 27. *nu.* 20. *& ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *nu.* 18. *nu.* 1008. *&c.*

Quòd diſpoſitio teſtatoris æquiuoca recipiat interpretationem ab vſu loquendi ipſius teſtatoris, Rot. *part.* 10. *rec. deciſ.* 350. *n.* 8. *&c. part.* 13. *dec.* 95. *nu.* 7. vbi quòd in dubio inſpicitur vſus loquendi teſtatoris.

Non tamen habetur ratio dicti communis vſus loquendi, quando ex alijs partibus teſtamenti conſtat de voluntate teſtatoris in contrarium, cùm etiam ad ſuſtinendum huiuſmodi voluntatem verba improprientur, Altograd. *conſ.* 75. *n.* 25. *&c. lib.* 1.

Quòd vſus communis loquendi ſit ſumendus, & probandus à loco, in quo fuit conditum teſtamentum, Rot. *par.* 13. *recent. deciſ.* 107. *nu.* 5.

6 Vſus communis loquendi non præfertur propriæ verborum ſignificationi, quando ſtatutum diceret quòd verba debeant intelligi ſecundum propriam illorum ſignificationem, vel nihil extrinſecùs addito, ſiue intellecto, nec quando verba ſunt prolata ab homine illiterato, vel ruſtico; quia tunc intelliguntur groſſo modo ſecundum qualitatem perſonæ proferentis, nec quando ex vulgari ſunt tranſlata in latinum ſermonem, quia pura tunc intelliguntur ſecundum iuris interpretationem, nec quando talis communis vſus loquendi eſſet tantùm apud imperitos, & ignaros, & non apud peritos, & doctos, quia ad hoc vt præualeat, debet eſſe æquè apud peritos, & imperitos, cùm non debeat poſſe cauſari, & introduci à ſola inſenſata vulgi aſſertione, & nuncupatione, ad tradita per Euerard. *loc. ab opin. vulg. nu.* 8. *& per tot.* Diaz. *inter regulas Diuerſ. reg.* 797. *fol.* 629. vide Card. Tuſch. *litt. V. concluſ.* 368. *per tot.* vbi plura quando communis vſus loquendi debeat attendi, vel non.

Quòd vbi clarè conſtat ex verbis de mente contrahentium, non ſit recedendum ab illorum proprietate, & denominatione facta à contrahentibus, ſub prætextu communis vſus loquendi, qui tantùm attendendus videtur, quando ſeries facti conuenit potiùs vulgari intelligentiæ, quàm partium denominationi, benè probat Sperel. *deciſ.* 91. *nu.* 66. *&c.*

Item vt releuet communis vſus loquendi debet concludenter probari de tempore conditi ſtatuti, Ferret. *cant.* 52. *per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 489. *n.* 2. *in fine*, Altograd. *conſ.* 29. *n.* 54. *lib.* 2. Sperel. *deciſ.* 23. *nu.* 34.

Quòd debeat articulari, & probari, nec poſſit intempeſtiuè allegari, etiam ſi fuiſſet notorius multis comprobat Magon. *deciſ. Luc.* 15. *nu.* 23. *&c.* ſequitur Genu. *de ſcript. priuat. lib.* 1. *fol.* 27. vide *ſupra nu.* 3.

7 Vſus negatiuus legis, vel ſtatuti, ſiue non vſus ad effectum illius derogationis non probatur per teſtes deponentes ſimpliciter de non vſu, quia non entis nullæ ſunt qualitates, niſi etiam deponant de actu affirmatiuo contrario, Alex. *conſ.* 196. *num.* 15. *lib.* 2. Card. Tuſch. *lit. V. concluſ.* 371. vbi exemplificat, vide *in* §. *Statutum generale nu. &* §. *Lex.*

Plura de vſu praxi, obſeruantia, & ſtylo remiſſiuè Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Vſus.*

8 De vſu quotidiano in cauſis approbando, de vſu communi loquendi, & huiuſmodi, Bertachin. *Repert. verb. Vſus*, Gutierez *lib.* 3. *Pract. quæſt.* 15. *num.* 43. *quæſt.* 16. *num.* 71. *&c.* Carleual. *de iudic. tit.* 1. *diſput.* 2. *num.* 591. Antunez. Portugal. *de donat. Reg. part.* 2. *cap.* 33. Chriſtophor. de Paz. *tract. de tenut.* 2. *cap.* 57. *num.* 162. *& ſeqq. fol. mihi* 269. vbi plura de vſu, & obſeruantia attendenda; Et plura notabilia in materia vſus, praxis, obſeruantiæ, & ſtyli indicat Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Vſus*, cæterique relati à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. verb. Vſus fol.* 821.

De vſu communi loquendi attendendo pro interpretatione voluntatis teſtatoris, ſi fuerit probatus in loco de tempore diſpoſitionis, & alia, Io: Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primogen. Ital. part.* 1. *cap.* 38. *nu.* 360. *& ſeqq.* ac alibi, *vt in Indice verb. Vſus.* 9

§. VTILE. XXV.

VTile per inutile non vitiatur quando ſumus in actibus indiuiduis, & ſeparabilibus, ſecùs autem in actibus indiuiduis, & inſeparabilibus, quia tunc vtile per inutile vitiatur, *cap. vtile*, vbi Dyn. & alij *de reg. in* 6. Cenc. *de Cenſ. quæſt.* 36. *num.* 11. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 162. *num.* 16. *&c.* vbi infert ad plura Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 318. *num.* 3. Altograd. *conſ.* 28. *num.* 22. *& ſeqq. lib.* 1. & ibidem *num.* 56. *&c.* Barboſ. *de Axiom. iur. Axiom.* 231. *per tot.* vbi aliquibus alijs modis declarat ex Caſtr. *conſ.* 431. *num.* 2. *lib.* 1. Rom. *conſ.* 506. *nu.* 13. Card. Tuſch. *lit. V. concluſ.* 373. *per tot.* vbi plura Ricc. *Collect.* 1246. 3241. Ægid. de Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Vtile, inutile.* 1

Quòd contractus de ſui natura diuiduus, & ſeparabilis, poſſit ex conuentione partium per clauſulam *non alias, nec alio modo*, vel ſimiles reddi indiuiduus, ac inſeparabilis, ita vt in tali contractu vtile vitietur per inutile, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 587. *num.* 13. *&c. cap.* 752. *nu.* 68. *&c. cap.* 968. *num.* 24. Altograd. *conſ.* 28. *nu.* 44. *lib.* 1.

Item propter aſſumptam formam iuri contrariam, vtile vitiatur per inutile, cùm forma ſit indiuidua, Sperel. *deciſ.* 181. *nu.* 1. *&c.*

Quòd vtile non vitietur per inutile in contractu emphyteotico, Gratian. *diſcept. for. cap.* 644. *nu.* 32. de quo plura Altograd. *conſ.* 28. *nu.* 22. *& ſeqq. lib.* 1.

Quid in inſtrumento pro parte gabellabili, & parte non gabellabili, ſi producatur in parte non gabellabili, an non ſoluta gabella pro parte gabellabili valeat proceſſus, & ſententia, diuerſimodè fuiſſe iudicatum refert Magon. *deciſ. Flor.* 36. *per tot.*

Quòd in contractibus, & tranſactionibus vtile vitietur per inutile, ex præſumpta mente contrahentium, quòd voluerit agere vnum factum, & non plura, *l. Pedius, ff. de recept. arbitr.* Bart. *in l. græcè* § *illud num.* 4. *ff. de fideiuſſ.* Merlin. *deciſ.* 153. *nu.* 5.

Quòd in vltimis voluntatibus vtile non vitietur per inutile, quia ſuſtineri debent eo modo, quo poſſunt, Rot. *par.* 18. *rec. deciſ.* 616. *n.* 14. *&* 15.

Vtile habens, debet etiam inutile, & onus ſentire, ex regula, qui ſenſit commodum, debet ſentire incommodum, *l. ſecundum naturam ff. de reg. iur.* Card. Tuſch. *lit. O. concluſ.* 144. *& lit. V. concl.* 374. 2

Vtile, ſiue in vtilitatem quando dicatur verſum, Card. Tuſch. *lit. V. concl.* 375. dixi *in* §. *Verſio per tot.* 3

Vtilitas publica præfertur priuatæ, & facit multa permiſſa, quæ alias ſunt prohibita, *l. ſi quis* §. *verum ff. ad Sillen.* Bart. *in l. quemadmodum num.* 4. *C. de agricol. et cenſ. lib.* 11. Iaſ. *in l. cætera* §. *ſi quis nu.* 2. *ff. de leg.* 1. *l. ita vulneratus* § *multa ff. de leg. Aquil.* Gayl. *obſeru.* 56. *lib.* 2. Rot. *part.* 12. *recent. in Append. deciſ.* 413. *nu.* 27. *et ſeqq.* vbi exemplificat in multis. 4

Vtilia facere, & inutilia prætermittere in mandatis eſt clauſula captatoria, & non admittenda, vt dixi *in* §. *Clauſula nu.* 87. §. *Mandatum n.* 10. 5

Vtile per inutile, an, & quando vitietur, vel non, & alia de diuerſis vtilitatibus, quænam ſint præferendæ, & huiuſmodi, Bertachin. *Repertor. verb. Vtile*, Iuſeph. Feliu. *Margar. var. concl. eod. verb.* Mantic. *de tacit. et ambigu. lib.* 3. *tit.* 16. *nu.* 6. *& ſeqq.* cæterique indicati à Com. Auguſt. Fontan. *Bibliothec. Legal. part.* 5. *verb. Vtile fol.* 832. vbi etiam de vtilitate minoris, & Eccleſiæ neceſſaria in alienationibus. 6

vel aliqua illarum fuerint grauiter læſæ; in alijs verò partibus obtuſo ſenſu prædictis vulnera illata non ſunt mortalia, vt ibidem declarat, licèt de hoc ſtari debeat iudicio medicorum, Farinac. *d. quæſt.*127. *par.*4. *per tot.* Barboſ. *de appellat. verb. ſignif. appell.*278. *num.*3. *&c.* vide in §. *Homicidium num.*21. *verſ. & de prædictis*, vbi retuli Clarum tenentem remitti iudicis arbitrio.

4 Vulnera ex ſui natura, & qualitate non mortalia, poſſunt quandoque ex accidenti fieri mortalia pluribus de cauſis, quæ referri poſſunt vel ad medicum, vel ad ipſum vulneratum, vel ad externa; quoad medicum vt ſi non nouerit vulneris qualitatem, vel adhibuerit remedia contraria, vel neſciuerit opportunis vti medicamentis ad prohibendum ſanguinem, ſpaſmum, vel huiuſmodi; quoad vulneratum vt quia medicum non adhibuerit, vel adhibuerit imperitum, vel medicamenta recuſauerit, vel aeri ſe expoſuerit, vel aliter in re admodum notabili inſigniter peccauerit, vel quia habuerit prauam corporis conſtitutionem, ſiue diſpoſitionem, nam in hoc morboſus corporis apparatus plurimum inferr ad mortem; quoad externa, vt qualitate armorum, aeris, regionis, temporis conſtitutionis, & huiuſmodi; An autem his caſibus vulnerans excuſetur ab homicidio, & alia, latè Farinac. *quæſt.*127. *parte*.3. *per tot.* Guaz. *deſ.*4. *cap.*10. *per tot.* Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. lib.*5. *tit.*2. *quæſt.*3. *per tot.* Farinac. *conſ.*100. *num.*20. Card. Tuſch. *lit. V. concl.*376. *&* 377. *per tot.* dixi *in Pract.* §. *Ferite num.*6.

Quòd vulnera capitis etiam leuiſſima non ſint negligenda, cum periculo non vacent, & poſſit caput vulnerari in vna parte, & cranium findi in parte aduerſa, ac ideò quod dicitur de alijs vulneribus poſt 40. dies, vel poſt remiſſionem accidentium vt præſumantur tuta, non procedit in vulneribus capitis, ſicuti nec in vulneribus thoracis, vel articulorum magnorum, quia iſta ſatis longius ſuæ ſanationis tempus habent, ad tradita per Paul. Zacch. *loc. cit. quæſt.*9. *per tot.* Colp. *in ind. crimin. part.*3. *cap.*31. vbi qualiter ſequuta morte debeat iudex eſſe diligens in faciendo aperire caput coram peritis ad obſeruandum ſi adſit aliqua fractura, vel læſio cerebri, & huiuſmodi, quando dubitatur an mors fuerit ſequuta ex leui capitis percuſſione, vel alia de cauſa, & dixi *in Pract.* §. *Ferite num.*25. vide Paul. Zacch. *conſ.*62. *per tot.*

5 Vulnera ſi per relationem medicorum conſtet fuiſſe ab initio verè mortalia, morte ſequuta, tenetur vulnerans de homicidio, non attento alicuius temporis lapſu, nec ipſius vulnerati malo regimine, & ſiue medicus fuerit adhibitus, vel non, ſed ſemper mors attribuitur cauſæ euidenti ipſorum vulnerum de certo mortalium; ſi verò è contra appareat ipſa vulnera non fuiſſe ex ſe mortalia, licèt vulneratus decedat etiam intra paucos dies, non præſumitur ex vulnere deceſſiſſe, ſed ex alia cauſa, veluti culpa medici, vel malo regimine, quamuis id non probauerit; quod ſi verſemur in dubio, an ſcilicet vulnera fuerint mortalia, nec ne, vel etiam ſi fuerint mortalia, ſed non omninò deſperata, & ſic periculoſa, vel indifferentia, tunc ſi poſſit probari non fuiſſe adhibitum medicum, vel imperitum, aut aliàs de culpa, & malo regimine ipſius vulnerati, ſequuta morte, non tenetur vulnerans de homicidio, ſed tantùm de vulneribus, vel alia pœna arbitraria, intelligendo de magna negligentia prædominante qualitati vulnerum ſpecificè probata, cùm non omnis culpa, vel omiſſio vulnerati ſufficiat ad excuſandum vulnerantem ab homicidio, Farinac. *quæſt.*127. *num.*11. *& ſeqq. & conſ.*100. *num.*17. *&c.* Clar. & Batard. §. *Homicidium num.*33. *&c.* Gayl. *obſeru.*111. *num.*21. *&c.* Cabal. *reſol. crim. caſ.*248. *num.*40. *&c.* Guaz. *deff.*4. *cap.*10. *num.*12. *&c.* Card. Tuſch. *lit. V. concl.*376. *&* 377. Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. lib.*5. *tit.*2. *quæſt.*3. *num.*2. *&c.* dixi *in Pract.* §. *Ferite num.*7. *&* 8. & benè hæc omnia declarat Conciol. *reſol. crimin. verb. Vulnus reſol.*1. *per tot.* quibus addi poteſt Gabriel. de Bellis *tract. de delict. tit. de ſicar. & malef.* §.7. *&* 8. *fol.* 352. *&c.*

Quòd quando vulnera non ſunt abſolutè mortalia, ſed tantùm periculoſa etiam in capite, ſi nimis feſtinanter fuerint per Chirurgum ignorantem conſolidata, ſequuta poſtea morte, poſſit vulnerans excuſari ab homicidio, Paul. Zacch. *conſ.*62. *per tot.*

6 Vulneratus ſi decedat præſumitur ex vulnere mortuus, quando mors ſequitur intra modicum tempus arbitrio iudicis æſtimandum, adhibito etiam medicorum iudicio, & conſilio, vel ſi perſeuerauit vomitus, & febris vſque ab initio, ſiue ſtante vulneris magnitudine, & profunditate, vel qualitate armorum quibus illatum eſt vulnus, vel continuo dolore, & neruorum oſtentione, iudicio vt ſupra medicorum; intelligendo quando dubium eſt an vulnus fuerit mortale, vel non, nam ſi certum eſſet fuiſſe mortale, vulnerans teneretur de occiſo, ſicut è contra ſi certum eſſet non fuiſſe mortale, vulneratus non præſumitur ex illo deceſſiſſe, ſed negligentia, aut imperitia medicorum, & vulnerans non de occiſo, ſed de vulnerato tantùm teneretur, vt latè declarat Boer. *deciſ.*323. *num.*4. *& ſeqq. ad* 17. & alijs pluribus relatis ſequitur Menoch. *de arbitr. caſ.*275. *num.*1. *& ſeqq. ad* 9. vide Farinac. & alios ſupracitatos, Conciol *reſol. crim. verb. Vulnus reſol.*1. *per tot.*

Non autem præſumitur vulneratus ex vulnere deceſſiſſe, quando poſt longum tempus ſequuta fuit mors, nec quando vulneris accidentia, puta dolor, & febris ceſſaſſent, nec quando ipſi vulnerato, ſiue cuſtodibus, & medicis poſſet aliqua culpa, & negligentia adſcribi, nec quando medici iudicarent ex illo vulnere non deceſſiſſe, vel ex qualitate loci, in quo illatum eſſet vulnus, licèt hæc omnia à iudicio medicorum pendere debeat, & in dubio iudex pronunciare debet non eſſe mortuum ex vulnere, ad tradita per Boer. *d. deciſ.*323. *num.*17. *& ſeqq. per tot.* Menoch. *d. caſ.*275. *num.*9. *& ſeqq. per tot.*

An ex modicitate, vel longitudine temporis intercedentis à die vulneris ad diem ſequutæ mortis, poſſit deſumi certa coniectura qualitatis vulneris, an ſcilicet fuerit mortale, vel non, adhoc vt vulnerans teneatur de homicidio, vel tantum de vulnere, magna eſt quæſtio inter Doctores Legiſtas, & Medicos, multi enim, & magis communiter videntur tenere vulnera poſt 40. vel ad ſummum 46. dies eſſe ab omni periculo exempta, alij habere terminos aliorum morborum acutorum, nempe ſeptimam, nonam, vel decimamquartam, & quadrageſimam, alij multò longiùs protrahunt ad plures menſes, & annos, alij denique, & melius ex mea ſententia hæc omnia iudicis arbitrio remitti, & terminari adhibito etiam iudicio, & conſilio Medicorum, & Chirurgorum in arte peritorum, maximè cum vnica temporis determinatio non poſſit omnibus vulneribus aſſignari, nec indifferenter in vnoquoque ſubiecto, nec in vna eademque parte, cum ex pluribus cauſis poſſit variari; attendenda eſt igitur in primis qualitas vulnerum, an ab initio fuerint mortalia, vel non, ſiue periculoſa, an vulneratus de malo in peius proceſſerit, vel conualuerit, & huiuſmodi; at ſi qua ex tempore poſſit ſummi coniectura, ſequuta morte intra terminos aliorum morborum acutorum præſumitur vulneratus ex vulnere deceſſiſſe, intelligendo de mortalibus, & periculoſis, tranſactis verò dictis terminis contraria oritur præſumptio, maximè ſi vulneratus conualuerit, vel alia ceſſauerint accidentia, exceptis tamen vulneribus capitis, thoracis, & articulorum magnorum, quæ etiam poſt 40. & plures dies non ſunt tuta iuxta ſuperiùs dicta, & latè declarat Farinac. *qu.*127. *part.*2. *per tot.* Guaz. *deff.*4. *cap.*10. Card. Tuſch. *lit. V. concluſ.*379. *&* 380. Boer. *deciſ.*323. *per tot.* Menoch. *de de arbitr. caſ.*275. *per tot.* Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Leg. lib.*5. *tit.*2. *quæſt.*5. 6. *&* 9. qui omnes adducunt plures alias coniecturas ad cognoſcendum an vulnera ſint mortalia, necne, & dixi *in Pract.* §. *Ferite num.*9. & in hoc opere §. *Homicidium num.*

Aduertendo tamen circa prædicta, quòd ſi de mortalitate conſt. r, & præſumptionibus, & coniecturis tantùm, non poteſt vulnerans condemnari in pœnam ordinariam homicidij, ſed in aliam arbitrariam mitiorem, cum præſumptiones, & indicia etſi indubitata non ſufficiant ad pœnam mortis imponendam, vt ex Farinac. notat Vulpin. *in ſuco quæſt.*127. *part.*2. *in fine*.

Vulnerans ſe ipſum punitur eadem pœna, qua puniendus eſſet ſi alium vulneraſſet ſecundum multos, ſed iuxta aliorum opinionem videtur etiam grauiùs puniendus arbitrio iudicis, & ſtatuta imponentia pœnam occidenti, vel vulneranti aliquem non videntur adaptari quando delictum contra ſe ipſum perpetratur, Menoch. *de arbitr. caſ.* 284. *num.*22. *& ſeqq.* Farinac. *qu.*128. *part.*1. *per tot.* latè pluribus citatis Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.*7. §.14. *per tot.* vbi etiam quid ſi ſe vulneret ad effugiendum pœnam, vel torturam, vel ad defraudandum alios: an licitum ſit ſe ipſum, vel alios caſtrare propter muſicam, etiam Ameſcua *tract. de poteſt. in ſe ipſum lib.*1. *cap.*3. 21. *&* 23. *ac per* 7

totum tractatum, alijque plures citati per Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.3. cap.41. num.1. & ſeqq. per tot.*

Quòd puniatur eadem pœna, & etiam efficiatur excommunicatus ſi ſit Clericus, Peregr. *de iur. fiſc. lib.4. tit.4.* Farinac. *loc. cit.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.2. lib.11. tit.3. num. 41. fol.*518. vbi quòd ſi eſt Clericus vltra peccatum, incurrit in excommunicationem ſi faciat ex odio, vel ira.

Quid ſi ſequatur mors, vide *in §. Homicidium num.*

8 Vulneratus mortiferè ab vno, ſi poſtea ex interuallo iterùm ab alio percuſſus decedat, an primus, qui lethaliter vulnerauit, ſiue ſecundus qui exanimauit, vel vterque teneantur de homicidio, Addit. ad Pract. Pap. *form. Inquiſit. gloſ. pluribus percuſſionibus*, Guaz. *defenſ.4. cap.10. num.14.* Cabal. *reſol. crim. caſ.158. num.20. & in tract. de omn. gen. Homicid. num.169.* Boer. *deciſ.323. num.9.* Menoch. *de arbitr. caſ.362. num.7. & ſeqq.* vbi etiam latè explicat qualiter puniantur plures ſimul aliquem vulnerantes ſi ſequatur mors, & ignoretur à quo verè fuerit cauſata, vide *in §. Homicidium num.*22.

Quod vulnerans infirmum, vel alias valetudinarium, & debilem, etiam ſi vulnera non ſint ex ſe lethalia, ſed mortem inferant ratione prauæ diſpoſitionis ipſius vulnerati, teneatur vulnerans de homicidio, quia qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur, maximè ſi animo deliberato occidendi percuſſerit, infirmitas præcedens non erat ex ſe mortem iam citò allatura, & vulnera fuerunt grauia; ceſſante autem dicto animo occidendi, vel ſi præcedens infirmitas erat ex ſe mortalis, vel ſtante leuitate percuſſionum, videtur mors attribuenda præcedenti infirmitati, ſiue prauæ diſpoſitioni, & vulnerans excuſari ab homicidio, ad tradita per Damboudet. *in Enchir. rer. crim. cap.87. num. 40.* Cabal. *tractat. de omn. gen. homicid. num.330.* Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. lib.5. tit.2. quæſt.2. num.32. quæſt.6. num.16. & conſ.74. num.9. & 20. tom.2.* Bardellon. *conſ.98. per tot. lib.1.*

Quando mors poſſit attribui potiùs peſtis, vel alteri morbo vigenti, quàm vulneribus etiam capitis, vel alias grauibus, & vulnerans excuſari ab homicidio, vide Paul. Zacch. *d. conſ.74. per tot.*

9 Vulnerans hominem mortuum, ſiue cadauer non tenetur pœna ordinaria ſtatuti, ſed alia iudici arbitraria, Cabal. *reſol. crim. caſ.83. num.9. & 12.* Ioſeph. Felin. *Margar. var. concluſ. verb. Vulnus fol.13.* vbi reddit rationem quia mortuus non moritur, nec vulneratur, punitur tamen percutiens extra ordinem ratione iniuriæ, ſæuitiæ, & mali exempli.

Quomodo autem cognoſcatur an vulnera fuerint illata cadaueri, vel homini viuenti, Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. lib.5. tit.2. quæſt.11. per tot.* dixi *in Pract. §. Corpo di delitto num.*22.

10 Vulnerans alium etiam mortaliter, ſtatim captus, non debet ad mortem condemnari, niſi priùs ſequuta fuerit mors ipſius vulnerati, & fortè etiam ſepultura, quidquid malè ſemel fuerit ſeruatum per quemdam Poteſtatem Florentiæ, qui pœnas dediſſet, niſi Dux illum gratioſè liberaſſet, Boer. *deciſ.323. num.6.* Car. *§. fin. quæſt.32. verſ. ſed pone*, Franch. *deciſ.* 324. Card. Tuſch. *litt. V. concl.*383. vbi qualiter debeat expectari exitus vulnerum, & ſi illo non expectato fuerit condemnatus vulnerans, ſequuta poſtea morte ex vulneribus poſſit condemnari de homicidio, vide *in §. Iudex num.* Zuff. *de legit. proceſſ. lib.3. quæſt.* 150. vbi quòd inoleuit praxis rationabilis in omnibus tribunalibus expectandi exitum vulnerum, prout & ego ſemper ſeruatum vidi.

11 Vulnera plura illata ad aliquem occidendum, ſequuto homicidio confunduntur cum eo, & illius pœna tamquam maiore, ita vt vulnerans non puniatur pro vulneribus, ſed pro homicidio tantùm, cùm reputetur vnicum delictum propter continuationem, & vnitatem ſubiecti; ſecùs tamen ſi vulnera eſſent illata ex interuallo, vel contra diuerſas perſonas etiam in eadem rixa, Cabal. *reſol. crimin. caſ.158. num.2. &c.*

12 Vulneratus non facit iudicium ad torturam contra vulnerantem, ſed tantùm ad inquiſitionem, concurrente aliquo alio adminiculo, Addit. ad Pract. Pap. *for. Inquiſ. gloſ. 2. verb. Indicia*, vide *in §. Indicium num.*

Excuſando autem inculpatum debilitat indicia contra eum exiſtentia, Iaſ. *in l. die, ff. qui ſatiſd. cog. & in l.1. num. 10. C. comm. de leg. l.1. num.7. ff. de eo per quem fact. erit*, Natt. *conſ.298. num.14. lib.2.*

Quòd ſi duo rixentur, & vnus remaneat vulneratus, vel occiſus præſumatur factum à corrixante, cùm nemo præſumatur vulneraſſe ſe ipſum, maximè ſi viſus fuerit admenare, licèt non percutere, & hoc eſt indicium indubitatum, ex quo deueniri poteſt non ſolùm ad torturam, ſed etiam ad condemnationem ſaltem extraordinariam, quando vt dixi ſunt duo tantùm rixantes, ſecus ſi plures, quia tunc non magis inſurgit præſumptio contra vnum, quàm contra alterum, Giurb. *conſ.17.* Cabal. *reſol. crim. caſ.289. num.8.* Farinac. *conſ.116. num.12. lib.2. & quæſt. 37. num.50. & ſeqq.* Conciol. *reſol. crim. verb. Vulnus reſolut.3. per tot.* & ſolet dici quòd probata rixa, probantur vulnera.

13 Vulnerans forfice, bidente, vel tridente, ſiue alio inſtrumento dentato, vel forca, ſi vnico ictu plura inferat vulnera, an teneatur ad pœnam pro vnico vulnere tantùm, vel pro pluribus vulneribus iuxta illorum numerum, & qualitatem, Bart. *in l. ſi gemma, ff. arbor. furt. caſ.* Card. Tuſch. *lit. V. concl.382. per tot.* Cabal. *reſol. crimin. caſ.155. per tot.* Scanarol. *de viſit. Carcer. lib.1. §.13. cap.5. num.10.* Farinac. *quæſt.22.* dixi *in §. Statutum pœnale num.*21. Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.10. §.1. & 2 num.41.*

14 Vulnerans opificem, ex quo factus ſit inutilis, tenetur ad expenſas medicorum, & ad æſtimationem operarum, poſſet tamen deducere æſtimationem moleſtiæ, & laboris, quem ſubiturus erat ille opifex in arte ſua exercenda, *cap.1. de iniur. l. liber homo, ff. ad l. Aquil. l. qua actione, ff. eod. & l. vlt. ff. de his qui effud. vel eiec.* Farinac. *quæſt.119. num.115.* Cabal. *reſolut. crim. caſ.248.* Baiard. ad Clar. *§. Homicidium num.70.* Menoch. *de arbitr. caſ.122.* Guaz. *defenſ.34. cap.4. & in tract. de pace part.1. quæſt.38. num. 10.* Molin. *de iuſtit. tract.3. diſput.87. concluſ.1.* Dian. *reſol. moral. part.3. tract.6. reſol.53.* vbi refert Couar. *var. reſolut. lib.2. cap.10. num.7.* Nauarr. *de reſtit. lib.4. cap.1. num. 68.* & alios contrarium tenentes circa deductionem moleſtiæ, & laboris, ſed primam ſequitur opinionem, & huiuſmodi deductio poſſet eſſe circa dimidiam, iuxta regulam, quòd in dubio medietas lucri tribuitur induſtriæ, & alia medietas capitali: plures tractantes de hac materia allegat Addit. ad Sanfelic. *deciſ.346. verſ. ſed obiter*, Conciol. *reſolut. crim. verb. Vulnus reſolut.2. per tot.* vbi de damnis, & expenſis, cuique vulnerato indiſtinctè reficiendis, niſi vulnerans fecerit ad ſui neceſſariam defenſionem, & ſeruato moderamine inculpatæ tutelæ, vide in *§. Abſolutio num.33. in fin.*, latè Zamoran. *tract. de compenſat. diſput.6. cap.7. per tot.* vbi etiam qualiter ex hac cauſa ſit licita occulta compenſatio in foro conſcientiæ ante humanam iudicis ſententiam.

Non autem tenetur vulnerans pro cicatricis, vel membri deformitate, imò ipſius vitæ iactura ad aliquam pecuniæ compenſationem ante iudicis ſententiam, ſicuti nec etiam quando fuit prouocatus, cùm volenti, & conſentienti non fiat iniuria, Leſſ. *lib.2. cap.9. dub.23. & 25.* Nauar. *cap.15. num.22.* Gomez. *var. reſol. lib.3. cap.8. num. 12.* Dian. *d. reſol.53. verſ. Notandum, &c.* vbi tamen refert alios contrarium tenentes, Card. Tuſch. *litt. V. concluſ.384.* Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit.2. art.31.* Ricc. *Collect.* 2398. Farinac. *quæſt.119 Inſpect.4.* Dian. *part.5. tract.4. reſol.53. 54. & ſeqq.* vbi plura de hac materia reſtitutionis ex cauſa vulnerum, vel homicidij, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 178. num.8. &c. vol.2.* vbi quid ſi prouocatus exceſſerit modum in ſe defendendo, & concludit tunc teneri de damno ſecuto, vide *in §. Homicidium num.*10 Conciol. *reſol. crim. verb. Occiſio reſolut.2. per tot. & verb. Vulnus reſolut.2. per tot.* vbi refert contrarias opiniones, adde Gabr. Vaſquez. *Opuſc. moral. tract. de reſtit. cap.2. §.3. dub. 1. 2. 3. 4. 5. & 6. fol. 55. & ſeqq.* vbi latè de omnibus prædictis quoad forum conſcientiæ, & Zamoran. *loc. ſup. cit.* Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.10. §.1. & 2. num.53 & ſeqq.* Merlin. Pignatel. *contr.19. num.29. & ſeqq.* & alios ab ipſis citatos.

15 Vulnera illata cum armis venenatis inferunt mortem, & ſi fuerint ex ſtudio, & doloſè venenata tenetur vulnerans etiam de veneno, quomodo autem, & ex quibus ſignis cognoſcantur vulnera venenata, vide Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. tom.1. lib.5. tit.2. quæſt.7. per tot.* Coſp. *in ſuo Ind. crim. part.3. cap.17. per tot.* dixi in *Pract. §. Ferite num.10.* & in hoc opere *§. Venenum num.* Claud. Bonnet. *in Epitome Sennerti Pract. Medic. lib.5. part.4. cap.20. per tot. fol. mihi* 884. vbi de ſignis diagno-

ſti-

ſticis, & prognoſticis, & quòd omnia vulnera venenata ſunt periculoſa, & quo magis cordi vicina ſunt, eo magis periculoſa; curantur tamen pluribus modis, primò per ſubitam teli extractionem, deindè per extractionem, vel euocationem ipſius veneni ad extra, per varias ſuctiones cucurbitulæ, auium, aut gallinarum ſectarum per medium, & calentium vulneri applicatarum, per profundam ſcarnificationem, ſi pars neruoſa non ſit, per ablutionem vulneris aceto, vel vino, in quo theriaca ſoluta ſit, & alijs remedijs, de quibus ille, & alij in arte periti.

16 Vulnera poſſunt eſſe ad mortem etiam ſine ſanguine, vel alio ſigno externo, veluti mediante flagellatione, ſacellatione, & huiuſmodi læſionibus vaſa, ſiue membra interna dirumpentibus, vt benè explicat videndus Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. lib.5. tit.5. quæſt.10. per tot.* & dixi *in §. Ferite num.11. in Pract.*

17 Vulnera, cicatricem, deturpationem, membrorum debilitatem, vel huiuſmodi impedimentum relinquentia, ſunt grauiùs punienda tam de iure communi, quàm municipali, & talia dicuntur omnia vulnera mortalia, vel multum dubia, & periculoſa, vel quæ craſſos neruos offendunt, vel alicuius membri vſum adimunt, de quibus plenè Paul. Zacch. *d. tract. lib.3. tit.2. quæſt.4. per tot.* Anton. de Ballis *tract. var. lib.3. caſ.2. per tot.* vbi intelligit de cicatrice deturpante, & perpetua, etiamſi ſtatutum ſimpliciter loqueretur.

Plura de hac materia, & qualiter ſint adhibendi periti, licèt Iudex poſſit ab eorum iudicio recedere, Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.10. §.1. & 2. num.9. & ſeqq. per tot.*

Quæ autem propriè dicantur membra in corpore, de illorum mutilatione, impedimento, vel debilitatione, an mutilata poſſint aliquo modo reparari, & alia curioſa tradit idem Zacch. *d. tract. lib.5. tit.3. per tot.* dixi *in Pract. §. Ferite num.12. & 13.* & in hoc opere *§. Membrum num.1.* Maſtril. *deciſ.168.* vbi de ſtatuto puniente abſcindentem membrum, vt non habeat locum in abſcindente digitum, niſi abſciſſio facta fuerit appoſtato modo, vel remaneat etiam debilitata manus, & quoad cicatricem intelligi de deformante, ac perpetuò remanſura, & non de qualibet ſciſſura, item vt ſit facta cum armis, ſecus ſi cum lapide, quia tunc non eſſet locus pœnæ rigoroſæ ſtatuti, ſed alia arbitraria mitior eſſet imponenda.

Sicut etiam cicatrix, quæ remanſit ex imperitia medici, non imputatur vulneranti, Sebaſt. Medic. *de Caſ. fort. part.2. quæſt.2. num.4.* Bart. *tract. de cicatr. verſ. quintodec. conſ.415.*

De pœnis vulnerantium, attenta vulnerum qualitate iuxta diſpoſitionem ſtatutorum Ciuitatis Florentiæ dixi *in Pract. §. Ferite num.26. & ſeqq. per tot.*

18 Vulnera ſanguinem emittentia, ſiue manantia coram occiſore, an, & quale faciat indicium contra prætenſum homicidij reum, plenè Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. lib.5. tit.2. quæſt.8. per tot.* vbi poſt plura de veritate huiuſmodi præſumptionis, & cauſæ, concludit nullum facere indicium, cùm etiam coram innocentibus, & homicidij neſcijs poſſit ſanguis ex cadauere leui ex cauſa emanare, & intereſſe medicorum eſſe hanc partem ſuſtinere, aliàs ipſi pluries rei homicidij ſuorum ægrotantium detegerentur; ſed hoc indicium facilè euitant ſe abſentando ab infirmis poſt illorum deſperatam ſalutem, & eoſdem relinquendo in manibus Patrum Spiritualium, & numquam cadauera inuiſendo, de quo indicio, illius cauſa, & experientia videndi ſunt etiam Scipio Mercur. *in ſua Comar. lib.2. cap.40.* Coſpi. *in ſuo Iudice Crim. par.3. cap.30. num.22. 23. & per tot.* Boer. *deciſ.166.* Menoch. *de arbitr. caſ.270.* Theſ. *deciſ.173.* Farinac. *qu.52. num.154. & ſeqq.* Martin. del Rio *Diſquiſ. Magic. lib.1. cap.3. quæſt.5. verſ. ſexto cadauer*, & alij per eos relati, Caren. *de Offic. S. Inquiſit. part.5. tit.12. §.22. fol.190.*

19 Vulnera, vel alij morbi an ſolo contactu, viſu, voce, afflatu, oſculo, vel nudo lintei applicatione naturaliter ſanari poſſint, & alia mira huiuſmodi perficit, vel an potius ſint remedia ſuperſtitioſa, latè Martin. del Rio *Diſquiſ. mag. lib.2. cap.3. qu.4. per tot. fol. mihi 20. &c.*

20 Vulnera ſclopetorum ſecundum aliquos reputantur venenata, ſecundum alios empyreuma, & combuſtionem habentia; ſed veritas eſt (niſi globi, ſiue pilæ ſint veneno infectæ) nullam qualitatem veneficam, ſiue combuſtiuam continere, ſed eſſe tantùm cum inſigni contuſione, ac ſumma partis offenſæ dilaceratione, & ſic aliam malignitatem ex puluere pyrio, vel globo non habere; de ſignis, particulari curatione, & medicamentis huiuſmodi vulnerum, Claud. Bonnet. *in Epitome Sennerti Pract. Medic. lib.9. part.4. cap.19. per tot. fol. mihi 884.*

Grauius tamen vbique, & præcipuè in ſtatu Florentino puniuntur huiuſmodi vulnera cum ſclopetis, ſiue archibuſijs illata, vt dixi *in Pract. §. Amazzare num.1. §. Homicidio num.50.* & in hoc opere *§. Affectus num.5.* cum ibi citatis, & *in §. Homicidium num.1.*

Plura etiam de vulneribus per fracturam oſſium diuerſorum corporis, ac luxationibus, eorumque curationibus, idem Bonnet. *in d. Epitome Sennerti lib.5. part.5. & 6. per tot. fol.887. & ſeqq.*

Vulnera an euitari poſſit, ſeu ſe inuulnerabilem, vel impenetrabilem reddere per arcana, ſiue ſecreta, quæ circumferuntur inter milites, & vocantur ſigilla, ſiue pentacula varijs figuris, & characteribus inſignita; dic in primis, Chriſtianis hæc eſſe omninò prohibita, cùm ſint contra legem Dei, quæ vetat alienos colere Deos, nam ſi quid operarentur, id profectò ex pacto explicito, vel implicito cum Diabolo procederet, vel ex imaginationis vi, donec caſus euenerit; ſed nullam vim habere, ac deceptiones eſſe, quotidiana docet experientia ad tradita per Claud. Bonnet. *in d. Epitome Sennerti Pract. Medic. lib.5. part.4. cap.23. fol.886.* 21

De vulneribus, & vulnerantibus nonnulla Bertach. *Repert. verb. Vulnus*, Ioſeph. Feliu. *Margar. var. concluſ. eod. verb.* Thoro *Comp. deciſ. Neap. part.1. verb. Vulnerans*, Gomez *lib.3. var. reſol. cap.3. num.28. & ſeqq.* Creſp. de Valdaur. *obſeru.78. per tot.* Farinac. *quæſt.128. per tot.* Cyriac. *contr.394.* & alij citati a Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Vulnus*, & a Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. Legal. part.5. eodem verb. fol.833.* 22

§. VXOR. XXVIII.

VXor propriè dicitur poſt contractum matrimonium per verba de præſenti, nam ſponſa non venit appellatione vxoris in odioſis, & tantò minus ſi ſponſa ſit adhuc impubes, Bald. *conſ.197. in fine lib.5.* Tiraquel. *de leg. connub. gloſ.2. num.1. & num.18. & ſeqq.* Tuſch. *lit. V. concluſ. 385. & lit. M. concluſ.87.* Paul. Chriſtin. *deciſ.124. num. 10. & ſeqq. vol.3.* 1

Qualiter vxor dicatur ſocia viri, quas operas illi præſtare teneatur, & alia plenè idem Tuſch. *lit. M. concl.88. & lit. V. concluſ.386.* Alex. *conſ.133. per tot. lib.4.* Bald. *conſ.299. lib.1.*

Quòd vxoris appellatione, & nomine propriè veniat illa, quæ matrimonium contraxit per verba de præſenti, etiam ſi nondum ſequuta ſit copula, & ideò ſtatutum prohibens legari vxori locum habeat etiam in ſponſa per verba de præſenti, intelligendo in materia fauorabili, vel ſaltem indifferenti, ſecus in materia odioſa, & vbi eſſemus in merè fauorabili venirent etiam ſponſi, vel ſponſæ per verba de futuro, Barboſ. *de appell. verb. ſignif. appell.279. per tot.* vbi etiam quòd ſub nomine vxoris venit quæ eſt de præſenti, & non quæ fuit; licèt adhuc vidua ſit, vide *in §. Vidua num.* Paul. Chriſtin. *d. deciſ.124. num.10. & ſeqq. vol.3.* Ricc. *Collect.538.* Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Vir, Vxor*, vbi multa de materia remiſſiuè.

Vxor dicitur de foro mariti, illius domicilium, & ciuilitatem acquirit, & tam in fauorabilibus, quàm in odioſis comprehenditur in ſtatuto loci viri loquente de ciuibus, vel aliter diſponente, licèt aliàs eſſet forenſis, & hoc virtute matrimonij, per quod efficitur vna caro cum viro licèt non fuerit traducta, & licèt efficiatur vidua donec vidualiter viuit, ad tradita per Grat. *diſcept. forenſ. cap.609. num. 32. cap.623. num.3. & per tot.* Sperel. *deciſ.157. per tot.* Surd. *deciſ.330. per tot.* vbi quòd ideò non poteſt dici forenſis, & ex capax cuiuſcumque acquiſitionis non obſtante ſtatuto prohibente alienari in forenſes, etiam ſi ſit vidua; ita vt retineat hoc priuilegium iam quæſitum, & traductum, etiam ſi tranſierit ad ſecunda vota, Soccin. *conſ.81. num.3. lib.3.* Cabal. *conſ. deciſ.155. num.13. & 14. lib.2.* Rot. *part. 17. recent. deciſ.188. num.7. & ſeqq.* vbi quòd mulier licèt alibi nata virtute matrimonij efficitur de origine, & incolatu mariti, verè, propriè, & non fictè, & habetur ac ſi nata eſſet in loco ipſius mariti, *& part.18. tom.1. deciſ.9. num.2. & deciſ.431. & 557. tom.2.* 2

Qualiter gaudeat priuilegijs viri, vide *in §. Clerici num. 73.*

73. *in fine*, §. *Eques* *num.*3 §. *Vidua num.* 1. latè Franciſc. de Amaya *in l. vlt. C. de Incolis per tot. fol.*339. *&c. lib.* 10. Thom. del Bene *de Immunit. part.*1. *cap.*1. *dubit.*11. *ſect.*4. *per tot. fol. mihi* 30. *& cap.*4. *dubit.*23. *fol.*195.

Quòd ſortiatur forum tantùm in loco domicilij viri, nec conueniri poſſit in loco originis, etiamſi ibi reperiatur, Altograd. *conſ.*97. *num.*37. *& ſeqq & num.*106. *& ſeqq. ad* 112. *lib.*1, vbi latè declarat, & ſequitur prædicta Cabal. *conſ. deciſ.*125. *lib.*2. vbi quòd efficitur de domo viri, eius forum ſortitur, & propriè dicitur ciuis loci mariti, quoad omnia, ac gaudet omnibus illius priuilegijs, etiam effecta vidua, ac ideò licèt ſit oriunda ex loco gabellæ ſubiecto, non tenetur ad illam, ſi maritus ſit de loco à gabella exempto, & alia remiſſiuè Caſtelon. *in Alphab. iurid. verb. Vir*, *& Vxor lib.* 10. *&c.*

Quòd vxor ſequatur forum viri an procedat in foro, quod marito competit ex ſpeciali priuilegio, Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.*2. *cap.*15. *num.*20. *& ſeqq.* Franc. *deciſ.*363. *& deciſ.*416. vbi an retineat priuilegium conueniendi alios in foro ſuæ originis, quod facit pro mulieribus Neapolitanis, & Florentinis nuptis exteris, & videtur quòd non, Crauett. *conſ.*271. latè Donad. *tract. de renunciat. cap.*16. vbi an poſſit tali priuilegio renunciari, Sanfelic. *in Praxi ſect.*7. *num.*18. *& ſeqq.* Franciſ. de Amaya *loc. ſup. cit. num.*12. *& ſeqq.* vbi poſt plura in contrarium adducta concludit vxorem Equitis militaris ordinis, etiam in cauſis criminalibus eſſe conueniendum apud iudices mariti, quia priuilegium mariti quantumuis perſonale ſuffragatur vxori, etiam in cauſis criminalibus, idem concludens in vxoribus Clericorum coniugatorum, familiarium S. Officij, & ſimilibus, de quibus latè etiam Thom. del Bene *loc. ſup. cit.*

Qualiter vxor ſortiatur domicilium, & forum mariti, latè Card. Tuſch. *litt. V. concl.*387. *per tot.* Cabal. *conſ. deciſ.* 125. *per tot. lib.*2. Amaya *loc. cit.*

Licèt ſequatur conditionem, & familiam mariti, retinet ſuam nobilitatem, ſplendorem, & familiam, Gratian. *cap.* 976. *num.*26. *&c.* vide in §. *Fœmina num.* Et ſi ipſa ſit ignobilis, maritus verò nobilis ob contractum matrimonij efficitur nobilis, Menoch. *de arbitr. caſ.*501. *num.*26. Spetel. *deciſ.*157. *num.*10. *&c.* Quid è contra vide in §. *Maritus num.*32. *& §. Nobilitas num.*9.

Quòd vxor nobilioris viri præferenda ſit vxori alterius viri minus nobilis, gloſ. & Bald. *in l. iubemus, C. de aduoc. diuerſ. iud. & in l. Gallus*, §. *quidam rectè de lib. & poſth.* Rot. *part.*15. *recent. deciſ.*210. *num.*4. *& ſeqq.* vbi quòd præcedentia, quæ competit viro, competit etiam vxori aduerſus vxores aliorum quibus vir præcedit, quia vxores illuſtrantur, & corruſcant radijs virorum.

3 Vxor licèt vi ſupta efficiatur ſubiecta ſtatutis viri, tamen retinet etiam domicilium propriæ originis, & ligatur illius ſtatutis in omnibus, quæ eam non abſtrahunt ab obſequio, & ſeruitijs mariti, quia prædicta procedunt tantùm reſpectu fori iudicialis, latè Gratian. *diſcept. for. cap.*886. *per tot.* Spetel. *deciſ.*157. *num.*6. *&* 32. Tuſch. *d. concluſ.* 387. *num.*2. *& ſeqq.* facit quod dixi *in* §. *Ciuis num.*6. Merlin. *deciſ.*828. *num.*14. *& ſeqq.* Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 67. *num.*1. *vol.*2. Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*56. *num.*23. *& ſeqq.* vide in §. *Statutum generale num.*36. *in fine*, *& in* §. *Mulier num.*49. facit Ganauer. *deciſ.*45. *cum pluribus ſeqq.* vbi plura an, & quando quis poſſit propriæ originis renunciare, & ab illa liberari, vel non.

Si tamen nulla bona in Ciuitate originis reliquit ad ſuſtinenda onera deſinit eſſe ſubdita, & habetur pro forenſe, nec poteſt in immobilibus ſuccedere ſtante ſtatuto prohibente alienationem, ſiue ſucceſſionem in forenſes, & non ſubeuntes onera, Caſtr. *conſ.*89. *lib.*2. Menoch. *lib.*5. *præſumpt.*45. *num.*30. Altogr. *conſ.*97 *per tot. lib.*1. vbi de filia alibi nupta, quæ licet videatur retinere ciuilitatem loci originis quoad aliqua, tamen virtute huiuſmodi ſtatuti prohibetur ſuccedere patri, vel matri in ſtabilibus exiſtentibus in loco ſtatuti, *& num.*14. *& ſeqq.* qualiter, & ad quos effectus retineat ciuilitatem originis, vide Merlin. *d. deciſ.*828. *num.*14. *& ſeqq.* facit quod dixi in §. *Priuilegium n.*31.

Quòd mulier alibi nupta, ſtatuto originis amplius non afficiatur, non attento an loquatur in rem, vel in perſonam, verius probat Merlin. *de legit. lib.*3. *tit.*1. *quæſt.*18. *num.*75. *&c.* ſed vide alium Merlin. *d. deciſ.*828. *num.*14. *& ſeqq.* Cabal. *conſ. deciſ.*125. *lib.*2. vbi quòd ideò non tenetur ad gabellam impoſitam à ſtatuto ſuæ originis, ſed gaudet priuilegio exemptionis exiſtentis in loco mariti, quia licet ſit controuerſa opinio, dicitur habere duo domicilia, vnum propriæ originis, alterum habitationis viri, primum retinet ad ſui commodum tantùm, & ſic in fauorabilibus ſibi, non autem in odioſis, & grauaminibus, alterum verò ſequitur quoad omnia, & cum hac diſtinctione, opiniones conciliari.

Vxor qualiter teneatur ſequi maritum in vita, & non in morte, in carcere, in peregrinatione, & huiuſmodi, ſi tempore contracti matrimonij ſciuit illius conditionem, cùm videatur illi conſenſum præſtitiſſe, & ſuos mores approbaſſe, alias ſecus ſi poſt matrimonium efficiatur vagabundus, & peregrinari velit, ſiue ad alium locum diuerſum ſe conferre ad habitandum, Caſtr. *conſ.*65. *lib.*1. Bart. *in l. Mœuia*, §. *Vxore*, *ff. de ann. leg.* Franc. Marc. *deciſ.*738. *&* 740. *lib.*2. Capell. Tholoſ. *deciſ.*81. *cum Addit.* Card. Tuſch. *litt. V. concl.*396. *per tot.* Ricc. *Collect.*1789. vbi plura, *& Collect.*1522. Franciſc. de Magiſtr. *in Solu. Eccleſ. part.*2. *lib.*1. *cap.*5. *fol.*251. vbi qualiter vxor teneatur obedire marito, in ſuperiorem agnoſcere, operas præſtare, fidem ſeruare, &c. plura remiſſiuè Caſtelon. *in Alphab. iurid. verb. Vir*, *& Vxor num.*9. *&c.* 4

Quòd vxor teneatur ſequi maritum, non obſtante pacto in capitulis matrimonialibus inito, & iuramento firmato de non diſcedendo ab aliquo loco, iuſta cauſa recedendi ſuperueniente, veluti propter aeris intemperiem, infirmitatem, inimicitias, & huiuſmodi arbitrio iudicis, Rot. *part.*7. *recent. deciſ.*417. *per tot.* vide in §. *Pactum num.*22. Rot. *part.*11. *recent. deciſ.*35. *num.*8. *&c. part.*13. *deciſ.*300. *per tot.* vbi quòd tenetur ſequi non obſtante pacto, quando viro ſuperuenit noua cauſa, veluti mors patris, & deficientia prouiſionis in Vrbe, ob quam vult redire ad domicilium ſuæ originis.

Quòd quando ſequitur virum in militiam, ſiue bellum euntem gaudeat priuilegijs ipſius viri, vt dum eſt in caſtris non poſſit conueniri per tex. *in l.*1. *&* 2. *C. de vxor. milit.* ſecus autem ſi domi remanſerit, quamuis, & in hoc caſu gaudere debere priuilegijs viri non incongruum videatur per rationem, quam allegat, licèt non ſequatur Capyc. *deciſ.*76. *per tot.*

An vxor infidelis teneatur ſequi virum fidelem effectum, vel nouum ſibi coniugem eligere, & alia ad propoſitum, Sanch. *de matrim. lib.*7. *diſp.*77. *num.*6. Barboſ. *Collect. tom.*4 *part.*2. *Decreti cauſa* 28. *quæſt.*2. *cap.*2. *num.*8. Dian. *par.*3. *tr.*4. *reſol.*263. *&* 264. vide in §. *Iudæus num.*9. §. *Matrimonium num.*24.

Vxor, vel maritus an, & quando poſſint religionem ingredi altero inuito, & diſſentiente, vide in §. *Maritus n.*6. *& §. Matrimonium num.*28. 5

Quòd vxor ſit reſtituenda viro pendente lite ſuper validitate profeſſionis, & qualiter maritus ſit manutenendus in poſſeſſione vxoris, Gratian. *diſcept. for. cap.*850. *num.*5. *& per tot.*

Quòd teneatur vitam maritalem facere cum viro, nec poſſit eo diſſentiente religionem ingredi ſtante matrimonio iam carnali copula conſumato, *c. verum de conuerſ. coniug.* Rot. *part.*2. *diuerſ. deciſ.*95. *num.*1.

An primis duobus menſibus poſſit denegari debitum matrimoniale, ex cauſa ingreſſus religionis, Dian. *par.*4. *tract.* 4. *reſol.*133.

Quòd ſi inuita fuit carnaliter cognita à viro, poſſit nihilominus religionem ingredi, dummodò de hoc conſtet, cùm alias ſponſa de præſenti ſemper præſumatur voluiſſe cognoſci, quia fœminæ ad coitum ſunt procliuiores, quam maſculi, præcipuè in caſu licito, Tiraquel. *de leg. connub. l.* 9. *num.*79. *& ſeqq. ad* 128. Rot. *part.*2. *diuerſ. deciſ.*101. *in princ.* vide in §. *Maritus num.*6.

Vxores plures eodem tempore nemini licitum eſt habere, nec mulieri plures viros, & qua pœna puniantur contrafacientes ex lege antiqua diuina, & euangelica, naturali, ciuili, & Pontificia, latè Menoch. *de arbitrar. caſ.* 420. *per tot. ad num.*130. Cabal. *reſolut. crimin. caſ.*98. *per tot.* 112. *&* 200. vide in §. *Mulier num.*39. Tuſch. *litt. M. concluſ.*144. *per tot.* Farinac. *de delict. carn. quæſt.*140. *part.* 1. *per tot.* Rot. *part.*10. *recent. deciſ.*214. *num.*6. *&c.* vbi tantùm de nullitate matrimonij ſecundi, & Sanchez. *de matrim. lib.*7. *diſput.*80. *per tot.* Viuian. *comm. opin.* 1057. vbi quod ſi delictum fuiſſet pluries iteratum poſſet puniri pœna vltimi ſupplicij, iuxta Gramm. *vot.*17. alias autem pœna ſtupri, vt per Boſſ. *tit. de coit. punib. num.*72. 6

Clar.

Clar. *in §. Fornicatio verſ. Dicitur autem*, Souſa *in Aphor. Inquiſ. lib. 1. cap. 35. per tot.* latè Franciſc. de Magiſtr. *in Sdn. Eccl. part. 2. lib. 2. cap. 16. fol. 630. & ſeqq.* Cartar. *deciſ. criminal. 90. per tot.* vbi quid ſi probauerit primam vxorem vita functam per teſtes falſos.

Plura de polygamia, & eius pœnis, quando quis poſſit excuſari, vel non, ad quem ſpectet cognitio, & alia, Caren. *de S. Offic. part. 2. tit. 5. per tot.* Marc. Ant. Gennen. *Prax. Epiſcop. cap. 68. num. 13.* Farinac. *quaſt. 8. num. 127. quæ. 140. num. 24. & quaſt. 178. num. 71.* Tondut. *de præuent. par. 2. cap. 28. num. 19. & ſeqq.* Thoro *Comp. deciſ. Neap. part. 1. verb. Vxor*, Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap. 1. §. 1. num. 118. & ſeqq.*

Quòd huiuſmodi delicti cognitio ſpectet ad iudicem ſæcularem probat Franch. *deciſ. 36. num. 4.* vbi etiam teſtatur de conſuetudine, de quo vide Amendol. & alios Addentes, ac Viui. *comm. opin. 1057. num. 2. & ſeqq.* vbi videtur contrarium tenere ea eodem Franch. *deciſ. 52.* vbi tamen non loquitur de hoc puncto, ſed de cauſis matrimonialibus quoad ius, & fœdus matrimonij, in quo ſumus concordes, ſecus autem in punitione delicti prædicti.

Contrahentes binas nuptias eodem tempore tanquam de hæreſi ſuſpectos, ratione huiuſmodi ſuſpicionis eſſe iudicandos per Eccleſiaſticum Iudicem, priuatiuè quoad ſæcularem; ceſſante autem dicta ſuſpicione, vt quia conſtet factum potiùs ex concupiſcentia, vel alia paſſione, quàm quòd malè ſentiant de fide, eſſe locum præuentioni inter iudicem Eccleſiaſticum, & ſæcularem, tamquam de delicto mixti fori, Arnal. Albert. *de agnoſ. Catol. Inſtit. quaſt. 23.* Farinac. *quaſt. 8. num. 127. & quaſt. 178. num. 71.* Gennen. *in Prax. Archiep. Neap. cap. 68. num. 12.* Guaz. *deff. 1. cap. 11. num. 26.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 13. tit. 8. nu. 130. fol. 84.* vide Dian. *part. 4. tract. 7. reſol. 4.* vbi pluribus diuerſimodè ſentientibus relatis, videtur concludere cognitionem dicti criminis ſpectare ad Tribunal Sanctæ Inquiſitionis priuatiuè quoad iudices laicos, & ita eſſe declaratum per Summum Pontificem, qualiter huiuſmodi delinquentes abiurare teneantur, torqueantur ad declarandam intentionem, quibus pœnis afficiantur, & alia de hac materia, *& reſol. 5.* vbi de Clericis ſacris ordinibus initiatis, & alijs Religioſis matrimonium ineuntibus, vide in §. *Clericus num. 77.* Souſam *in Aphor. Inquiſit. lib. 2. cap. 35. per tot.* Franciſc. de Magiſtr. *loc. ſup. cit. num. 8. & ſeqq.* vbi quòd licèt ſit communis opinio, hoc delictum Polygamiæ eſſe mixti fori, tamen hodie ad ſolos Inquiſitores ſpectat, vel etiam ad Epiſcopos, qui tamquam ordinarij poſſunt cognoſcere omnes cauſas iure ordinario, quas poſſunt cognoſcere Inquiſitores iure delegato, & quòd Franch. *d. deciſ. 36.* vel decipitur, vel loquitur ſecundum conſuetudinem, ſiue potius abuſum in Regno exiſtentem, & alia ad rem; ego autem cum dicta diſtinctione, quæ tot ſequaces habet tranſeundum putarem, ſaluo ſemper, &c.

7 Vxor propter culpam mariti recedens ab eo, & ſecum litigans, pendente lite eſt alenda, & debet habere ſumptus litis à marito, cuius bona pro dictis alimentis ſunt tantùm hypothecata, Afflict. *deciſ. 10.* Maur. *de fideioſſ. part. 1. ſect. 2. cap. 4. in fine*, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 552. num. 44.* Sperell. *deciſ. 138. per tot.* vbi etiam quid ſi habeat patrem diuitem, vel poſſit viuere ea artificio, adde Merlin. *dec. 7. per tot.* Sanfelic. *in Praxi ſect. 9.* vbi qualiter poſſit repetere dotem, & ſi eius fructus non ſufficiant petere etiam alimenta extra domum.

Quando dicatur malè tractata, & qualiter ſit tractanda à marito iuxta qualitatem perſonarum, Menoch. *de arbitr. caſ. 501. num. 20. &c.* Altograd. *conſ. 23. num. 1. &c. lib. 2.* vide in §. *Maritus num. 2. 3. & num. 29.* Rot. *part. 13. recent. deciſ. 199. & 270.* vbi latè quando ſit locus ſeparationi thori, vel non.

Quòd ſi vxor ex propria culpa à viro recedat, non ſit tunc ab eo alenda, nec poſſit ipſa etiam ex famis neceſſitate dotem alienare, quia illius dominium penes virum reſidet, Bald. *conſ. 53. lib. 5.* Natt. *conſ. 547. num. 19.* Altograd. *conſ. 26. num. 1. &c. lib. 2.* vide Sperel. *deciſ. 138. num. 12. & ſeqq.*

Quando vxor ſit alenda extra domum viri, vel non, latè Card. Tuſch. *litt. V. concl. 397. per tot.* Sanfelic. *in Praxi ſect. 9.* Bich. *deciſ. 11. per tot.* vbi quod ſi de conſenſu viri diſceſſit à domo, vel ſi eam redeuntem vir noluit admittere, tenetur illam extra domum alere, cùm his caſibus videatur obſequia coniugalia remiſiſſe, ob quæ eſſet in domo alenda.

Qualiter vxor ſit alenda à viro, & an è contra ipſa teneatur virum ſuum inopem alere, latè Surd. *de aliment. tit. 1. quaſt. 32. & ſeqq.* Fontanell. *de pact. nupt. to. 2. clauſ. 6. gloſ. 2. par. 5.* vbi etiam qualiter vxor diues teneatur alere virum inopem, etiam bannitum, vel in triremibus ſeruientem.

Vxor malè tractata à viro poteſt petere ab eo cautionem de non offendendo, ad quam per iudicem erit cogendus, attenta facti, & perſonarum qualitatem, quia vbi ſæuitia eſſet magna, ita vt vxor ſine periculo vitæ non poſſit cohabitare cum viro, non eſſet cogenda, etiam præſtita huiuſmodi cautione, ſed deberet ſeparari, & cuſtodiri in loco tuto donec lis decidatur, & interim alenda à viro, quia in arduis nemo compelli poteſt ſe committere fragilitati cautionis, Maur. *de fideiuſſ. part. 1. ſect. 2. cap. 4. num. 179. &c.* Sperel. *deciſ. 139. per tot.* Card. Tuſch. *litt. V. concl. 402. per tot.* Grat. *diſcept. forenſ. cap. 738. num. 47. & ſeqq. ad 75.* vbi etiam quando dos in huiuſmodi caſibus ſit reſtituenda, *& cap. 857. num. 20. &c.* vide in *in* §. *Maritus num. 4. &* §. *Matrimonium num. 19.* late Rot. *part. 13. recent. deciſ. 199. & 270. per tot.* vbi aliæ concordantes deciſiones allegantur, *& part. 14. deciſ. 514. per tot.* Sanfel. *in Praxi ſect. 9.* Thom. Triuiſ. *deciſ. 45. lib. 1.* vbi tamen quòd poteſt moderatè corrigi non obſtante dicta cautione, quæ alias tanquam contra bonos mores eſſet nulla. 8

Ex quibus cauſis poſſit vxor à viro diuertere, & diuortium petere, dixi in §. *Matrimonium num. 19. &* §. *Mulier num. 54.*

Vxor, quæ tempore infirmitatis recepit medicinas, & alimenta in domo patris, tenetur ipſa, & maritus reſtituere, & ſoluere patri repetenti, Pract. Pap. *act. ad dotem, & vſumfr. gloſ. Ac etiam alimentis.* 9

Cogita quia cùm pater non fuerit proteſtatus de repetitione, poteſt præſumi ratione ſanguinis donaſſe per *tex. in l. Neſennius, C. de neg. geſt.* vide in §. *Alimenta n. 3.* 10

Vxor receptans, & alens virum bannitum, vel rebellem non punitur pœna receptatorum, Crauett. *conſ. 309. num. 2. &c.* Tuſch. *litt. V. concl. 396. num. 8.* Cabal. *reſol. crimin. caſ. 278. num. 9.* vide in §. *Bannitus num.* & §. *Statutum pœnale num.* 11

Vxor donans viro ob nimiam reuerentiam, & ſubordinationem, contra propriam voluntatem præſumitur donaſſe, & corruit legatum, Afflict. *deciſ. 69. num. 2.* Gratian. *diſcept. for. cap. 108. num. 14. & 52.* Menoch. *lib. 5. præſumpt. 3. num. 114. & de arbitr. caſ. 291. num. 11.* Franch. *deciſ. 180.* facit latè Altograd. *conſ. 24. per tot. lib. 2.* vide in §. *Legatum num.* & §. *Metus num.* 12

Vxorem occidens remanet ſine ſpe futuri matrimonij abſque diſpenſatione, & grauius punitur à canone, quàm ſi matrem interfeciſſet, *cap. interfectores, & cap. admonere 33. quaſt. 2.* Roland. *de dot. quaſt. 61. num. 17. &c.* Rebuff. *in prax. benef. reg. Cancell. de diſpenſat. in grad. conſanguin. gloſ. 5. num. 33.* vide Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 1. lib. 3. tit. 7. num. 228. &c. fol. 253.* Franceſ. *conſult. moral. 5. per tot.*

Alia crimina impedientia matrimonium refert Dian. *part. 3. tract. 4. reſol. 259.* vbi tamen quòd huiuſmodi impedimenta criminum ſunt per deſuetudinem ſublata, & ſi quis haberet ſcrupulum poſſunt per Epiſcopum tolli, & diſpenſari.

Quid autem ſi homicidium ab adultero, vel adultera fuerit perpetratum animo, & intentione contrahendi matrimonium inter ſe, an ſi ea intentio non ſit exterius nota, inducat impedimentum dirimens, & an promiſſio adulteri ficta, Dian. *part. 9. tract. 7. reſol. 25. & 26. & part. 10. tract. 13. reſol. 51.* vbi quid ſi ignorauerint dictum impedimentum dum commiſerunt adulterium, vel homicidium, & concludit opus eſſe diſpenſatione, vide Ricc. *Collect. 3989.*

Quòd adulterium ſolùm, & ſimplex non obſtet matrimonium poſtea inter adulteros contrahendo, niſi ſit cum machinatione mortis alterius coniugis, vel cum fide data de contrahendo matrimonio poſt coniugis mortem, Sanchez *de matrim. lib. 3. diſput. 78.* Addit. ad Sanfelic. *deciſ. 337. verſ. Quartò, &c.* Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap. 6. §. 1. num. 68. & ſeqq.* vbi tenet cognitionem criminis vxoricidij ea dictis cauſis ſpectare ad iudices Eccleſiaſticos incidenter; Sed hoc deberet intelligi data præuentione, vt in numeris ſeqq. in ſimilibus caſibus, & adhuc dubitari poteſt de huiuſmodi aſſertione per notata *in* §. *Abortus num. 9. &* §. *Meretrix num. 9.*

13 Vxor non poteſt renunciare hypothecæ ſuper bonis viri, niſi ſuperſint alia ſuper quibus ſatisfieri poſſit, aliàs tempore reſtitutionis poteſt habere recurſum ad bona renunciata, Pract. Pap. *Act. real. gloſ. verus, & legitimis num. 44. lit. N. in Addit. & reſponſ. act. hypoth. gloſ. exceptionem num. 29. & in libell. donat. gloſ. 1. num. 14. vbi Addit.* Afflict. *deciſ.* 311. 313. & 336. Rodriquez *de concur. credit. art. 1. num. 30. &c.* Magon. *deciſ. Flor.* 68. *num.* 6. Altograd. *conſ.* 25. *num.* 28. *lib.* 2. vide *in §. Mulier num. 17. &c.*

Si tamen renunciaret ex famis neceſſitate valeret renunciatio, licèt non ſuperſint alia bona, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 108. *num.* 15. Diaz. *reg.* 799. vbi tribus modis dictam principalem concluſionem limitat.

Quod in caſu famis, & extremæ neceſſitatis poſſit totam dotem obligare, & alienare pro alendo ſe, viro, & filijs, probat Vrceol. *Conſult. forenſ. cap. 24. num. 45.* vbi allegat Gatt. *de credit. cap. 7. num. 961.* Merlin. *de pign. lib. 2. quæſt. 18. num. 87.* Cyriac. *controu. 216. num. 22. &c.*

Quòd propter famis neceſſitatem pro alendo ſe, & familia poſſit validè fundum dotalem vendere, & alienare, imò teneatur etiam de bonis paraphrenalibus alere virum in caſu neceſſitatis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 107. num. 10. &c. cap. 952. num. 2. &c.* Altograd. *conſ. 26. num. 4. & per tot. lib. 2.* vbi intelligit, adhibitis ſolemnitatibus à ſtatuto requiſitis, vide *in §. Fundus num.*

An vxor vendens vnà cum viro bona viri, transferat in emptorem iura ſua dotalia, dic quòd ſi ſimpliciter conſenſit pro omni ſuo iure, & intereſſe, cenſetur tantùm remittere hypothecam ſuper bonis venditis, & poteſt dotem conſequi in reliquis bonis viri, & ideo eſt etiam ſi ceſſerit iura ſua emptori, cùm etiam tunc cenſeatur adhibita dumtaxat ad cautelam emptoris; ſi verò vlteriùs promiſerit de euictione cum obligatione Camerali tamquàm principalis, & inſolidum transferat iura in emptorem, vt benè diſtinguit, & declarat Rot. *in Imolen. fructuum cenſus Veneris 4. Martij* 1672. coram Albergato poſt Vrceol. *tract. de tranſact. deciſ. 29.* & habetur *part. 19. recent. deciſ. 352.* vide *in §. Mulier num. 18. recent. deciſ. 291. & part. 19. deciſ. 187. & 239.* in eadem cauſa, vbi quòd quando vxor in venditione facta à viro ſe obligauit nomine proprio, ac vti principalis, & inſolidum, poteſt emptor illius iuribus vti ad cæteros viri creditores expellendos.

14 Vxor, vel filij non poſſunt conueniri pro debito à marito, vel patre contracto, niſi ſit illius hæredes, vel niſi probetur verſum in eorum vtilitatem, & maritum, vel patrem non eſſe nec fuiſſe ſoluendo tempore debiti contracti, quia tunc in eo ceſſabat obligatio alendi vxorem, & filios, vel niſi agatur de penſione domus, ad latè tradita per Grat. *diſcept. for. cap. 107. per tot. cap. 108. num. 6. cap. 723. num. 6. &c.* Merlin. *de pign. lib. 3. tit. 1. quæſt. 5. num. 13.* Rot. *part. 9. recent. deciſ. 212. num. 4. &c.* Coſta *de remed. ſubſid. remed. 12.* pulchrè Vrceol. *Conſult. for. cap. 14. per tot.* vbi refert contrarias opiniones, & verſionem eſſe probandam, vide *in §. Filiatio num. 28.* latè hincindè Pacion. *de locat. & conduct. cap. 35. num. 1. & ſeqq.* Franciſc. de Angel. *tract. de confeſſ. lib. 1. qu. 9. num. 45. & 46.* vbi quòd non ſufficit confeſſio inopiæ facta libello repetitionis.

Contrarium quòd imò nec vxor, nec filij teneantur, etiam ſtante dicta verſione probat, & ſequitur Dian. *part. 6. tract. 7. reſol. 20. per tot.* & alios pro hac parte allegaui *in d. §. Filiatio num. 28.* vide Pacion. *loc. cit.* vbi videtur concludere, vt teneantur tantùm in ſubſidium, & quando commodum receperunt titulo lucratiuo, ad ratam illius, ac alijs modis etiam declarat, & quomodo teneantur poſt mortem viri, vel patris reſpectiuè continuando habitationem, de quo etiam Caluin. *de æquit. lib. 2. cap. 17. per tot.* Coſta *d. remed. 12.*

Quòd vxor, & filij, etiam ſine probatione verſionis in eorum vtilitatem poſſint in ſubſidium conueniri pro pecunia viro, vel patre mutuata tempore penuriæ, quia tunc verſio præſumitur, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 94. num. 13.* facit Cabal. *conſ. deciſ. 2. lib. 1.* vide *in §. Verſio num.* Caluin. *de æquit. lib. 1. cap. 38.* vbi qualiter teneantur ob æquitatem, *l. ſi me & Titium, ff. ſi cert. pet.* dummodò non plus æquo grauentur, & vniuerſis facultatibus non priuentur, ac ob id partes amicabiliter ſæpè compoſuiſſe, & concordaſſe.

Quando vxor teneatur pro marito, & è contra maritus pro vxore, vel non, vide *tot. tit.* cum gloſ. & DD. *C. ne vxor pro marito, &c.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg. 17. vol. 3.* vbi tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit. 518.* Cabal. *conſ. 139. num. 10. & 11. lib. 1.* vbi quòd maritus non tenetur pro vxore, quia nemo tenetur ex alterius contractu, cui non conſenſit, & plura ad rem remiſſiuè Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Vir, vxor num. 23. & ſeqq.*

Vxor licèt aliàs non poſſit pro viro fideiubere, vel ſe 15
obligare, etiam cum ſolemnitatibus ſtatutarijs, & licèt fateretur ad ſe pecuniam perueniſſe, vt dixi *in §. Mulier num. 18.* & latè probat Matt. Medic. *deciſ. 93. per tot. cum Addit.* Card. Tuſch. *lit. V. concluſ. 390.*

Tamen pro redimendo viro captiuo, vel à carceribus, ſiue impediendo ne vadat ad carceres, vel pro alia cauſa pietatem concernente poteſt ſe obligare, & fundum dotalem alienare, imò in caſu neceſſitatis poſſet maritus ex ſe hoc facere, etiam vxore inuita, dummodò non remaneat prorſus indotata, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 108. per tot. cap. 952. per tot.* Surd. *deciſ. 86.* Franch. *deciſ. 578.* vbi etiam quid in matre pro filio, & in filia pro patre, Cabal. *conſ. deciſ. 2. lib. 1.* Sanfelic. *deciſ. 133 per tot.* Rot. *part. 15. recent. deciſ. 301.* vbi idem fauore fratris, & pro impediendo incurſu cenſurarum, vide *in §. Senatus, C. num. 3. & 4. §. Mulier num. 19.* Rot. *part. 18. recent. deciſ. 462. num. 2. & ſeqq.* vbi ſuſtinetur obligatio vxoris pro viro, etiamſi eius creditores non vrgeant, nec immineat carceratio, cùm ſufficiat executione paratam vigore obligationis Cameralis, & in quibus terminis procedant deciſiones, & doctrinæ, *& deciſ. 778.* in eadem cauſa, vbi fuit confirmata prima deciſio, Fontanel. *de pactis nupt. tom. 2. Clauſ. 7. gloſ. 2. part. 7. fol. 413.*

Quòd debeat habere ſaluam ſaltem medietatem ſuæ dotis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 723. num. 10. &c.* vide *in §. Muliere num. 20.* latè Altograd. *conſ. 26. num. 8. & per tot. lib. 2.* vbi pluribus relatis ſequitur omnia prædicta adhibitis tamen ſolemnitatibus à ſtatuto requiſitis, quibus accedentibus vnà cum iuramento videtur aſſerere ſub *num. 22.* quod poſſit etiam tota dos ex dictis cauſis alienari, ſub *num. tamen 19. & 20.* videtur limitare niſi carceratio eſſet ex delicto, procurata, doloſa, & affectata.

De vxore vendente vnà cum viro, an transferat in emptorem iura dotalia, & alia ad rem dixi *in §. Coniuges num. 5. & §. Mulier num. 18.*

Vxor non poteſt diſponere de dote in præiudicium viri, 16
vel agnatorum, ſtante ſtatuto, vel pacto illam deferente pro medietate viro, & pro alia agnatis, vel huiuſmodi, Roland. *de dot. quæſt. 92.* Theſ. *deciſ. 34. & deciſ. 106.* Oſaſc. *deciſ. 20.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 251. num. 36. cap. 556. per tot.* vbi firmat contrarium quando verba non ſunt diſpoſitiua, nec in agnatos directa, *cap. 796. num. 23. &c. cap. 989. num. 24.* vbi quòd non poteſt priuare virum vſufructu illi debito vigore ſtatuti ſuper bonis maternis, vide *§. Extraneus num. 1. &c. § Filius num. §. Forenſis num. §. Statutum de lucro dotis num. 22.* & latè in meis *reſol. cap. 77. per tot.* Ludou. cum Beltram. *deciſ. 398.* Bardellon. *conſ. 181. per tot. lib. 2.* Matt. Medic. *deciſ. 48. num. 10. cum Addit.* Franch. *deciſ. 196. & 491. per tot.* Merlin. *deciſ. 308. n. 9. &c.* vbi plures deciſiones concordantes allegantur, ex quibus vxor non poteſt diſponere de dote in præiudicium lucri vigore ſtatuti marito debiti, & in terminis ſtatuti Vrbis *lib. 1. cap. 131.* deferentis lucrum totius dotis marito extantibus liberis ſaltem quoad vſumfructum, Rot. *part. 17. recent. deciſ. 384. num. 4. & ſeqq.* vbi diſtinguit, vt non poſſit præiudicare ex cauſa voluntaria, ſecus ſentiens ſi æs alienum contraheret ex cauſa neceſſaria, & hoc modo opiniones concordari.

Quòd ex diſpoſitione ſtatuti Florentini habens filios non poſſit diſponere de dote *Rub. 129. lib. 2.* poſſit tamen illis inſtitutis per viam vltimæ voluntatis alijs legata validè relinquere, Magon. *deciſ. Flor. 97. num. 1. &c.* vide Caſtr. *in l. ſi cum dotem, ff. ſolut. Matrim. conſ. 82. vol. 1.* Peregrin. *deciſ. 79. num. 8.*

An autem vidua poſſit diſponere de dote, Alex. *conſ. 55. lib. 1.* dixi *in reſol. d. cap. 77. num. 19. & 20.* vide in *§. Vidua num.*

De pluribus quæſtionibus circa ſtatutum Senenſe, quòd non poſſit diſponere vltra quartam partem, Matt. Medic. *Exam. 29. cum duabus deciſ. ſeqq. & Addit.* vide *§. Statutum generale num. 53. & §. Maritus num. 13.*

Qualiter autem vxor poſſit de alijs bonis ſuis validè teſtari ſine viri licentia, latè Caluin. *de æquit. lib. 3. cap. 272.*

per

per tot. & quando ſecùs plura remiſſiuè Caſteion. *Alphab. iurid. verb. Vir, Vxor. num.* 13. *& ſeqq.*

17 Vxor, vel vidua per tranſitum ad ſecunda vota, non amittit ea, quæ habuit à primo viro, quando ex illo non remanſerunt filij, Afflict. *deciſ.* 61. *num.* 6. Alex. *conſ.* 53. *num.* 12. *lib.* 7. Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 13. *num.* 5. *&c.* vide *in §. Diſpoſitio num.* *& §. Mulier num.*

18 Vxor, vel alius dotem promittens tenetur de euictione, quando dos incepit à promiſſione, ſecùs ſi a traditione, & bona pro huiuſmodi euictione ſunt tacitè obligata, Iaſ. *in §. Fuerat num.* 32. *Inſtit. de act.* vide Neguſ. *de pign. part.* 2. *membr.* 4. *num.* 27. *&c.* dixi *in §. Euictio.*

19 Vxorem habens, ſi accedat ad aliam mulierem ſolutam, de iure canonico dicitur committere adulterium, de iure verò ciuili ſtuprum, nec poteſt pœna adulterij, ſed ſtupri tantùm puniri, Cabal. *reſol. crimin. caſ.* 32. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 35. *num.* 20. *& per tot.* vbi quod nec etiam tenetur pœna ſtupri ſi mulier ſit vilis, & inhoneſta, vide *in §. Adulterium num.* *& §. Stuprum num.*

20 Vxor inops, & ſine dote, vel modica, & maritus è contra, ſuccedit vnà cum liberis communibus, vel etiam alterius matrimonij ſi ſint tres, vel pauciores in vſufructu quartæ partis bonorum mariti, vel vxoris ab inteſtato, ſiue condito teſtamento decedentis, vbi verò liberi eſſent plures ſuccedit cum illis in viriles portiones, & nullis liberis exiſtentibus ponitur huiuſmodi quarta etiam quoad proprietatem, imputat tamen ſibi omne relictum factum à coniuge, & non procedit in ſponſa, etiam per verba de præſenti, nec quando coniux alterum coniugem interfecit, vel non curauit illi prouidere de alimentis, nec vbi matrimonium fuit iniuſtum, & non durauit in bona gratia, ſed fuit factum diuortium, *Auth. præterea vbi DD. C. vnd. vir. & vxor.* Oinot. *Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſtato defer. tit. de ſucc. inter vir. & vx. nu.* 14. *&c.* Viui. *comm. opin.* 1055. Franch. *deciſ.* 318. 410. *&* 621. Ricc. *Collect.* 4. *per tot.* Martha *vot. Piſ.* 22. *per tot.* latè Coſta *de remed. ſubſidiar. remed.* 2. *per tot.* Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 23. Rouit. *deciſ.* 46. *per tot.* vbi latè diſputat, an diſpoſitio *d. Auth. præterea*, procedat ad fauorem viri, & poſt plura contra virum animaduerſa ad eius fauorem concludit iuxta magis communem opinionem, vt in hoc num. & quæ requiratur inopia, ac quomodo probata, ex cuius defectu reſolutio fuit contra virum, & de materia *d. Auth. Præterea*, plenè Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 5. *gloſ.* 8. *part.* 9. 10. 11. *&* 12. *per tot. à fol.* 148. *ad* 186. vbi an iſta quarta præcellat legitimam, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 120. *per tot. cap.* 132. *num.* 37. Tuſch. *litt. V. concluſ.* 401. *per tot.* Anſald. *conſ.* 72. *num.* 54. *& ſeqq.* Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 5. *gloſ.* 8. *part.* 9. Cæſar. Barz. *deciſ.* 126. *cum pluribus ſeqq.* Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 202. *per tot.* vbi quòd non procedit in vxore vili, & ſolita laborare, ſi poteſt eodem modo ſe alere, cùm non dicatur pauper, & alia, Rot. poſt Pacif. de Saluian. *deciſ.* 174. *per tot.* vbi plura Surd. *deciſ.* 61. *per tot.* vide *in §. Succeſſio num.* 8. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 138. *per tot.* vbi quòd tale remedium eſt odioſum, exorbitans, & contra ius, nec conceditur niſi in ſubſidium, & probata omnimoda paupertate, ita vt nonnulli aſſerant ſufficere ſi habeat panem, & aquam, &c. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 197. *vol.* 5. Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæſt.* 29. vbi an poſſit petere ſupplementum dictæ quartæ, quando ei relicta ſunt alimenta, & refert contrarias opiniones, *& d. tit.* 9. *quæſt.* 35. *per tot. & quæſt.* 37. vbi quæ dicatur pauper ad hunc effectum; de prædictis omnibus latè Hieron. Cala *tract. de reſtit. in integr. minor. deneg. quæſt.* 12. *per tot.* vbi etiam quòd non competit reſtitutio in integrum aduerſus renunciationem dictę quartæ, tanquam incertæ, & de iure quærendo, &c.

Quòd retineat dictam quartam etiam ſi ad pinguiorem deuenerit fortunam, & ei ſuperueniant bona, Mangil. *de imput. qu.* 166. *num.* 7. Altograd. *conſ.* 95. *num.* 38. *lib.* 1. Paul. Chriſtin. *d. deciſ.* 197. *n.* 5. *& ſeqq. vol.* 5. Martha *vot. Piſ.* 22.

Quòd in dictam quartam non imputetur donatio inter viuos facta ante contractum matrimonium, Bardellon. *conſ.* 166. *per tot. lib.* 2. vbi etiam alia circa imputationem, & compenſationem cum huiuſmodi quarta, vide *in §. Quarta num.* 3.

An verò filia fœmina, licèt à ſtatuto excluſa concurrat cum maſculis reſpectu dictæ quartæ, negatiuam firmat Surd. *deciſ.* 8. *per tot.* vide *in §. Filia num.*

21 Vxor publicatis bonis viri non ſolùm repetit dotem à fiſco, ſed ſi eſſet indotata, vel modicam dotem haberet, poſſet de iure habere quartam in bonis ſui mariti diuitis iuxta *Auth. præterea C. vnde vir et vx.* Cabal. *reſolut. crim. caſ.* 232. *per tot.* vbi tamen in fine dicit numquam vidiſſe practicari, & quòd ideò difficilè eſſet contra fiſcum obtinere, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 120. *num.* 35. *& per tot.* Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 26. *num.* 12 *& ſeqq.* vbi multis citatis ſuſtinet de iure poſſe vxorem quartam in bonis mariti contra fiſcum obtinere.

Poteſt etiam vxor, ſicut alij creditores ratione ſuæ hypothecæ impedire deuaſtationem domus viri, vel debitoris delinquentis, quando non adſunt alia bona, in quibus poſſint ſatisfieri de eorum creditis, niſi fiſcus ſoluat æſtimationem, Farinac. *quæſt.* 116. *num.* 35. *& ſeqq.* Guaz. *d. confiſc. concl.* 13. *limit.* 35. *nu.* 19. Maſſin. *eod. tract. qu.* 31. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 216. *num.* 75. *& ſeqq.* Merlin. *de pign. lib.* 3. *quæſt.* 75. Conciol. *reſolut. crim. verb. Vxor reſol.* 1. *per tot.*

Vxor quidquid acquirit conſtante matrimonio præſumitur acquiſiuiſſe ex bonis viri ad effugiendam præſumptionem turpis quæſtus, *l. quintus Mutius ff. de donat. inter vir. & vxor. l. etiam C. eod. cap. ſignificauit extr. eod.* Magon. *deciſ. Flor.* 43. *num.* 8. *&* 12. Viui. *comm. opin.* 1058. Card. Tuſch. *litt. V. concluſ.* 394. *per tot.* Mari. Medic. *Exam.* 44. *& deciſ.* 71. *per tot. cum Addit.* Ricc. *Collect.* 190. Mareſcot. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 82. *nu.* 1. *& ſeqq.* Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 188. *num.* 4. *& ſeqq. & part.* 17. *deciſ.* 30. *num.* 2. *& ſeqq.* vbi de acquiſitis intra annum luctus, *& deciſ.* 224. *num.* 16. *& ſeqq. & part.* 18. *dec.* 365. *per tot.* latè Carol. Marant. *controu. part.* 4. *reſponſ.* 84. *per tot.* vbi quòd eſt præſumptio iuris, à qua non poteſt recedi, niſi ex euidenti probatione contraria. 22

Et ideò viro, ac eius hæredibus acquiritur, niſi ſimus in concubina, vel vidua, poſt annum luctus, vel in vxore, quæ probet habuiſſe ab amaſio, vel ab aliquo ſuo conſanguineo, ſiue aliundè ex ſua induſtria, Myſing. *Obſeru.* 92. *per tot. cent.* 2. Rom. *conſ.* 159. Alex. *conſ.* 40. *lib.* 3. *conſ.* 133. *lib.* 4. Oſaſch. *deciſ.* 140. *per tot.* vbi tenet acquiri mulieri, & eius hæredibus, ſed illam vel eos teneri actione perſonali ad ſolutionem pretij, & in ſubſidium rei vindicatione, vide Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 51. *num.* 42. *& per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 696. *num.* 20. *& alios ſupracitatos*, Franciſc. de Angel. *tract. de confeſſ. lib.* 3. *quæſt.* 7. *nu.* 3. *& ſeqq.* vbi etiam an credatur confeſſioni mariti ad fauorem vxoris in præiudicium aliorum.

Quòd præſumptio *d. l. quintus Mutius* non habeat locum in vidua poſt annum luctus, Vegg. *conſ.* 60. *num.* 17. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 342. *num.* 8. de Concubina, vide *in §. Concubina num.* 7.

Quòd acquiratur dominium vxori etiam ſi conſtet emiſſe de pecunijs mariti per *l.* 1. *& l. multum intereſt C. ſi quis alter vel ſibi*, Oſaſch. *d. deciſ.* 140. *num.* 9. Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 219. *num.* 1. vbi etiam quando non teneatur ad reſtitutionem pretij, & vide Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 9. *num.* 13. *& ſeqq.* Tuſch. *lit. M. concluſ.* 92. *per tot.* Merlin. *deciſ.* 103. *per tot.* vbi quòd ideò creditores mariti ſuper bonis per vxorem de illius nempè mariti pecunia emptis tamquam ad maritum non ſpectantibus nihil prætendere poſſunt, facit quòd dixi *in §. Emptio num.* 36. *&c.* Rot. *par.* 9. *recent. deciſ.* 499. *num.* 3. *& ſeqq. & part.* 17. *deciſ.* 30. *num.* 8. vbi quòd ſibi acquirit, quamuis ex aliena pecunia, *& deciſ.* 224. *num.* 22.

Exceptio tamen *d. l. Quintus Mutius*, non admittitur in iudicio poſſeſſorio, ſed illius diſputatio eſt referenda ad petitorium, Menoch. *loc. cit. num.* 44. *&* 45. Rot. *par.* 2. *diuerſ. deciſ.* 219. *num.* 7. Duran. *deciſ.* 197. *num.* 6. *& deciſ.* 393. *num.* 7. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 197. *num.* 16. Vrceol. *d. cap.* 9. *num.* 25. *& in Append. ad d. cap.* 9. *in fine* 2. *vol. fol.* 12. Mart. Medic. *deciſ.* 71. *num.* 15. *& ſeqq.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 499. *num.* 7. *&c.* vbi etiam quòd dicta præſumptio contra vxorem militat tantùm fauore mariti, & illius hæredum, non autem fauore extranei, nec etiam fauore mariti ſtante illius paupertate, propter quam fuit ipſe traductus ad domum vxoris, Franciſc. de Angelis *d. quæſt.* 7. *num.* 3.

Quod vxoris nomen appoſitum in inſtrumento emptionis per eam factæ non attendatur, ſi probetur quòd vir ſoluit pretium, & habuit rem emptam, quæ illi erit acquiſita, & non vxori nudæ miniſtræ, quia tunc dicitur ſimulatio de perſona ad perſonam, quæ ex quibus coniecturis detegatur, & alia, Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 125. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 970. *num.* 16. *etc.* Magon. *deciſ. Flor.* 77. *num.* 1. *etc. per tot.* Rot. *part.* 2. *diuerſ. dec.* 219. *num.*

num. 2. etc. part. 14. recent. deciſ. 188. num. 3. et ſeqq. Vrceol. Conſult. forenſ. cap. 9. num. 13. & ſeqq. per tot. vbi pro vxore, & an dicta exceptio poſſit allegari per creditores mariti, adde Tuſch. litt. V. concluſ. 392. vbi ſi maritus acquirat vxori qualiter præſumatur facere in fraudem, vel non, vide in §. Maritus num. 31.

Quòd exceptio d. l. Quintus Mutius, & illius præſumptio poſſit tantùm allegari per maritum, non autem ab alijs extraneis, & creditoribus illius, Paul. Chriſtin. deciſ. 137. ſub num. 9. volum. 3. Pæn. deciſ. 471. num. 2. Vrceol. loc cit. & in Append. in fine 2. volum. ad cap. 9. fol. 12. Rot. part. 9. recent. deciſ. 499. num. 5. &c. Franciſc. de Angelis d. quæſt. 7. num. 3. vbi quòd competit etiam hæredi mariti, non autem extraneis, Rot. part. 18. recent. deciſ. 365.

23 Vxor docens de actuali ſolutione pretij per eam facta ex publicis inſtrumentis claris coram notario, & teſtibus, facit ceſſare præſumptionem, l. quintus Mutius ff. de donat. inter vir. & vx. ſicut etiam quando maritus confeſſus fuit pecuniam fuiſſe vxoris, quæ cùm oſtendat titulum habitum à defuncto dicitur legitima contradictrix, Menoch. lib. 3. præſumpt. 51. num. 28. Caualer. deciſ. 357. num. 4. &c. Barboſ. in l. 6. & 11. C. de donat. inter vir. & vx. num. 6. &c. Rot. per Merlin. deciſ. 485. num. 4.

Quòd quando inſtrumentum fuit celebratum præſente viro, & conſentiente, ceſſet præſumptio d. l. quintus Mutius, cùm ex hoc colligitur tacita confeſſio mariti quòd pecuniæ proceſſerit ab vxore, & tantò magis ſi pro illa promiſerit ſoluere reſiduum pretij, Rot. part. 2. diuerſ. deciſ. 219. num. 8. Mart. Medic. deciſ. 71. num. 34. &c. cum Addit. Vrceol. Conſult. forenſ. cap. 9. num. 21. Merlin. deciſ. 103. num. 7. &c. Franciſc. de Angelis tract. de confeſſ. lib. 3. quæſt. 7. num. 1. vbi intelligit dummodò confeſſio ſit veriſimilis, aliàs ſecùs, ne hoc modo inducatur donatio inter virum, & vxorem prohibita.

Item data poſſibilitate lucrandi ex propria induſtria, ceſſat præſumptio d. l. quintus Mutius, Menoch. lib. 3. præſumpt. 51. num. 32. &c. Mart. Medic. d. deciſ. 71. num. 26. et ſeqq. cum Addit. Durand. deciſ. 429. per tot. vbi quòd ideò ſufficit probare in genere induſtriã, licèt in ſpecie non concludant teſtes de hoc, vel illo lucro certo, ſed tantùm quòd erat excellens in tali arte, loquitur tamen in filia, in qua militat eadem præſumptio, vt dixi in §. Acquiſita num.

Quòd quando vxor habet bona extradotalia, vel potuit aliundè acquirere ceſſet præſumptio d. l. quintus Mutius, Merlin. deciſ. 485. num. 3. & 4. Rot. part. 11. recent. deciſ. 342. num. 6. part. 12. deciſ. 197. num. 18. part. 14. deciſ. 376. num. 31. & 32. et part. 18. deciſ. 228. num. 8. et 9. vbi quòd ceſſat dicta præſumptio quoties docetur mulierem aliundè acquiſiuiſſe, & deciſ. 365. per tot. latè Carol. Marant. contr. part. 4. reſponſ. 84. per tot.

Quòd ea, quæ acquirit vxor ex operibus artificialibus, ſibi, & non viro acquirat, Franch deciſ. 18. in fine, Sanſelic. deciſ. 147. per tot. vbi reddit rationem, quia vxor tenetur præſtare viro operas ſuas tantùm obſequiales, non autem fabriles, & induſtriales, neque ex illicitis cauſis quæſita.

De hac materia, an, & quando vxor præſumatur acquiſiuiſſe de bonis viri, latè Card. Tuſch. litt. V. concluſ. 394. Gabriel. comm. concluſ. tit. de præſumpt. concluſ. 15. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 51. Mart. Medic. Exam. 44. et deciſ. 71. cum Addit. Vrceol. Conſult. forenſ. cap. 9. Pac. Iordan. Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 21. num. 37. & ſeqq. ad 57. vbi ampliat nouem modis, & quatuordecim limitat, latè Carol. Marant. contr. part. 4. reſponſ. 84. per tot.

Si autem vxor per adulterium acquiſiuerit an teneatur marito tradere, ſicuti ſi aliter laborando acquiſiuiſſet, cùm maritus ſit dominus corporis vxoris ſuæ quoad actus coniugales, multi affirmant occultè tamen, vt propriæ conſulatur famæ, & alia mala vitentur, niſi tamen acceperit ab ijs, qui poteſtatem alienandi non habent; alij verò negant volentes mulieres coniugatas poſſe ſibi retinere lucrum ex adulterio quæſitum, neque obnoxias eſſe alicui reſtitutioni viro, vel alijs dantibus, ad tradita per Dian. part. 2. tract. 17. reſolut. 7. cum alijs ibi per eum citatis, Sanſelic. deciſ. 147. vbi quòd ſibi, & non viro, neque eius creditoribus acquirit, Caldas Pereyr. conſ. 37. per tot. vbi plura an vxor ſibi, vel marito, ſiue patri acquirat.

Quid autem in Ancilla, vel ſeruo, an teneantur huiuſmodi turpem quæſtum dare domino, vel poſſint de eo liberè diſponere, idem Dian. part. 8. tract. 6. reſol. 9. vbi refert contrarias opiniones, facit Sanſelic. deciſ. 147. per tot.

Vxor relicta hæres, vel legataria à marito amittit hæreditatem, vel legatum, ſi ſtuprum committat, licèt non fuerit appoſita conditio caſtè viuendi, quia ſemper ſubintelligitur ex præſumpta mente teſtatoris, & quid ſi nubat intra annum luctus, ac alia plura Gratian. diſcept. forenſ. cap. 5. per tot. vide in §. Conditio num. 38. etc. §. Legatum nu. 29. et 30. 24

Amittit etiam ſi patiatur ſe oſculari luxoriosè, Menoch. lib. 7. præſumpt. 41. num. 38. intellige ſi conſentiat, & vide in §. Oſculum.

Retinet tamen legatum etiam ſi tranſiuerit ad ſecundas nuptias, niſi expreſsè fuerit adiecta conditio viduitatis, quæ non continetur ſub conditione permanendi in domo teſtatoris, vel caſtè, & honeſtè viuendi, vel morandi cum filijs, nam iſtæ ſunt conditiones ſeparatæ, & poſſunt impleri etiam tranſeundo ad ſecundas nuptias, ad latè tradita per Altograd. conſ. 63. per tot. lib. 1. vide in §. Conditio num. 38. et §. Legatum num. 29. et 30. Rot. part. 12. recent. deciſ. 95. per tot. et part. 14. deciſ. 502. Gabr. Vaſquez. Opuſc. mor. tract. de teſtam. cap. 7. §. 1. dub. 7. fol. 311.

Quòd per tranſitum vxoris ad ſecunda vota non contriſtetur anima viri defuncti, & quare dixi in §. Mulier num. 27. in fine.

An autem propter adulterium amittat dotem, latè Viui. comm. opin. 1060. per tot. dixi in §. Mulier num. 31. Ricc. Collect. 2310. vbi etiam an poſſit impunè occidi, & alia plura notabilia de adulterio, de quò latè Sanſelic. deciſ. 337. cum tribus allegationibus, et Addit. vbi etiam quòd ſicuti non poteſt vxor accuſare virum de adulterio, ita multò minus poteſt illum occidere, licèt ipſa adultera, & adulter quandoque poſſit occidi à marito, iuxta notata in §. Maritus num. 7.

Vxor hæres inſtituta, ſi vitam vidualem, vel donec & quouſque duxerit, tenetur præſtare cautionem Mutianam, aliàs non admittitur ad hæreditatem, vt dixi in §. Cautio num 11. etc. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 563. num. 24. etc. cap. 901. num. 9. etc. vbi quòd eſt præſtanda, licèt non petatur, vt faciat fructus ſuos, Michalor. de fratrib. part. 3. cap. 13. num. 11. etc. 25

Et ſi poſtea tranſiuerit ad ſecundas nuptias, tenetur reſtituere fructus, plenè Rot. in Imolen. bonorum 4. Decemb. 1615. coram Cocc. part. 1. recent. deciſ. 693. per tot. facit Gratian. deciſ. 168. in Addit. vide in meis reſolut. cap. 38. num. 6. et ſeqq. per tot. vbi num. 11. etc. diſtinguitur inter hæreditatem, & legatum, rationibus de quibus ibidem, & Ricc. Collect. 3112. Ludouiſ. cum Beltramin. dec. 187. per tot.

Quòd vxor, cui à marito relicta ſunt alimenta, ſi cum filio habitauerit teneatur præſtare cautionem Mutianam dixi in §. Cautio num. 10. et §. Conditio num. 38. etc. Cabal. conſ. deciſ. 137. per tot. lib. 1. vbi quòd etiam non petita eſt præſtanda dicta cautio ſaltem pro tempore futuro, quidquid per taciturnitatem, & non petitionem hæredum videatur illi renunciatum pro tempore præterito.

Huiuſmodi tamen conditio non inducit viduitatem, niſi fuerit expreſſa viduitatis conditio, Altograd. conſ. 63. num. 12. lib. 1. vide in §. Legatum num. 29.

Non etiam tenetur habitare cum filijs poſt litem ſibi motam ab illis, nec cum nepotibus, & nihilominus conſequitur legatum ſibi ſub dicta conditione relictum, Rot. part. 18. recent. deciſ. 664. num. 7. et ſeqq. vide in §. Legatum num. 31.

An autem teneatur ſequi hæredem peregrinantem, vel virum, ad hoc vt dicatur adimplere conditionem, ad quam eſt adſtricta, vide Menoch. de arbitr. caſ. 469. vbi tres caſus diſtinguit.

Quòd magna ſit differentia, an ſit legata habitatio, vel vſusfructus domus, quo caſu eſſet tota domus aſſignanda pro habitatione, ſecus autem ſi ſit ſolummodò iuſſa habitare in domo, vel legata habitatio in domo, quia hoc caſu legatum intelligitur de aliqua parte domus, in qua poſſit commodè arbitrio boni viri, & non de tota domo, Bald. conſ. 137. num. 2. lib. 5. Ruin. conſ. 35. num. 4. etc. lib. 2. Dec. conſ. 355. num. 4. et ſeqq. Cabal. conſ. deciſ. 137. num. 16. lib. 1. vide in §. Legatum num. 37. et num. 53.

Vxor relicta domina, maſſaria, & vſufructuaria, hærede filio inſtituto, habet tantùm alimenta, & ſolitam præeminentiam in domo viri, non autem plenum vſumfructum iuxta conſuetudinem Bulgari communiter approbatam, Pract. Papp. act. ad dotem, et vſufr. gloſ. Donec vitam, Cabal. conſ. deciſ. 119. num. 3. et ſeqq. lib. 2. Roland. conſ. 74. lib. 2. Caſtr. conſ. 71. lib. 2. Cabal. reſol. crimin. caſ. 222. num. 32. Sanſelic. deciſ. 203. vbi ſi ſuperuiuat conſequitur 26

to-

totum, Menoch. *lib. 4. præſumpt. 139. per tot.* Gratian *diſcept. forenſ. cap. 901. num. 6. &c.* vbi etiam quòd mortuo filio reintegratur ad totum vſumfructum *cap. 70. num. 48. &c.* vbi quando debeat habere plenum vſumfructum, *cap. 46. num. 9. 20. &c. cap. 216. num. 31. cap. 563. in princip. cap. 919. num. 13. &c.* vbi quando habeat plenum vſumfructum, & quòd dicta de vxore procedunt etiam in matre teſtatoris, & ſic auia filiorum, ſequitur Duran. *deciſ. 258. num. 5.* vide Card. Tuſch. *litt. V. concluſ. 314. 315. & 403. per tot.* Viui. *comm. opin. 1054.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1419.* Bardellon. *conſ. 155. per tot. lib. 2.* Sperel. *deciſ. 145. num. 33.* Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ. 460.* Marcian. *Diſput. forenſ. cap. 49. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 251. num. 16. & ſeqq. volum. 1. & deciſ. 131. num. 41. vol. 3.* Surd. *de aliment. tit. 2. quæſt. 8. 9.* & plenius *quæſt. 15. per tot.* Ricc. *Collect. 96.* Peregrin. *deciſ. 38. per tot.* Rot. *part. 10. recent. deciſ. 179. num. 7. & ſeqq. & deciſ. 192. num. 26. &c. deciſ. 290. per tot. deciſ. 349. per tot.* vbi quando habeat plenum vſumfructum ex coniecturata mente teſtatoris, *& part. 11. deciſ. 311. num. 34.* vbi quando ex amplitudine, & prægnantia verborum, *& part. 13. deciſ. 89. num. 7.* vbi quòd filij tantùm, & non alij poſſunt de prædictis excipere, & mater ſuperuiuens totum conſequitur, Carol. Matant. *contr. part. 4. reſponſ. 41. num. 54. & ſeqq.*

Quid autem ſi ſint instituti hæredes extranei, vel aſcendentes teſtatoris, latè Menoch. *lib. 4. præſumpt. 140. per tot.* Chriſtin. *d. deciſ. 251. per tot.* Merlin. *deciſ. 505. num. 34. & ſeqq.* vide *in §. Vſusfructus num. 14.*

Quid ſi nulli alij hæredes ſint inſtituti, Menoch. *lib. 4. præſumpt. 141. per tot.* Chriſtin. *loc. cit.* & dixi *in §. Inſtitutio num. 3.*

An mortuo filio duret legatum, & quomodo, Franch. *deciſ. 58. per tot.* Menoch. *conſ. 970. num. 26.* Rot. *part. 8. recent. deciſ. 636. per tot. et part. 10. deciſ. 200. num. 17. et ſeqq.* vbi quòd durat non obſtante conditione cohabitandi cum filio, quia intelligitur donec viuit, & ſic donec conditio adimpleri poteſt, vide Sanfelic. *deciſ. 201. per tot.* latè Cabal. *conſ. deciſ. 119. lib. 2.* vbi quòd mortuis filijs extinguitur, ſi adueniente hoc caſu ſit factum aliud legatum.

Prædicta procedunt ſolùm vbi vxor, vel mater fuit tantùm relicta vſufructuaria, non autem quando vnico contextu, & vnica ratione, ac verborum ſtructura inſtituitur hæres cum filio, niſi concurrant vrgentes coniecturæ, quòd teſtator voluerit ſolùm alimenta relinquere, Duran. *deciſ. 258. num. 6. &c.* vide *in §. Vſusfructus num. 14. & 15.*

Item ſi vxori fuerit relictus vſusfructus, non ſoli, ſed cum filijs, vel filiabus, non reſtringitur ad alimenta, ſed vxor conſequitur plenum vſumfructum dimidiæ, vel alterius partis ſibi relictæ, Gratian. *diſcept. 70. num. 48. & ſeqq.* Rot. *part. 11. recent. deciſ. 311. num. 35. & part. 14. deciſ. 216. per tot.* vbi etiam quando conſequatur integram medietatem vſusfructus, licet plures ſint filij cum ea inſtituti, qui loco vnius habentur, nec poſſint priùs detrahere legitimam, Rot. *d. part. 14. deciſ. 502.* vbi quòd retinet vſumfructum ſibi cum filia relictum, etiam ſi tranſiuerit ad ſecunda vota, quando conditio viduitatis non fuit appoſita, cùm tunc pœnæ ſecundarum nuptiarum cenſeantur remiſſæ.

Quòd habeat plenum vſumfructum quando fuit liberata à redditione rationis de fructibus, vel filij fuerunt inſtituti in omnibus alijs bonis, propter illam dictionem *alijs*, quæ refert ad non expreſſa, & includit diuerſa à ſpecificatis, Cabal. *conſ. deciſ. 132. lib. 2.* Rot. *part. 15. recent. deciſ. 152.* vbi quando ex coniecturata mente teſtatoris habeat vſumfructum formalem, & non alimenta tantùm.

Quòd dicta alimenta debeantur pro integro anno, & in principio anni, & non tantùm vſque ad diem mortis vxoris, ita vt etiam non exacta tranſmittantur ad hæredes pro toto anno, non obſtante conuentione facta circa modum ſoluendi, pulchrè Franch. *deciſ. 155. per tot.*

Quòd ſub legato vniuerſali vſusfructus omnium bonorum vxori relicto non comprehendatur legitima filiorum, ſed prius illa ſit liberè detrahenda, niſi talis vſusfructus fuerit vnà cum filijs vxori relictus, quia tunc pro medietate ſpectat etiam ad filios, latè Vrceol. *Conſult. forenſ. cap. 58. num. 1. & ſeqq. vol. 2.* Rot. *part. 10. recent. deciſ. 290. num. 11. &c.*

27 Vxor vſusfructuaria omnium bonorum tenetur ad onera hæreditatis, niſi abſorberent totum vſumfructum, quia tunc ſolùm debèt de bonis hæreditarijs, & in reliquo ipſa habere vſumfructum Bart. *in l. fin. ff. de vſufr. leg.* Pract. Papp. *act. ad dot. et vſumfr. gloſ. dedit, et legauit num. 5.* vbi quòd videtur communis opinio contra Bart. Iaſ. *in l. 1. ff. ad Trebell.* Crauet. *conſ. 183. num. 1.* Cabal. *conſ. deciſ. 132. num. 9. lib. 2.* vide *in §. Vſusfructus num. 7.*

Et poteſt priùs deducere dotem tamquam æs alienum, cùm poſſit vtrumque conſequi, legatum ſcilicèt, & dotem, nulla facta compenſatione, & quando ſecùs, Gratian. *deciſ. 47. per tot.* Surd. *de aliment. tit. 9. quæſt. 16. per tot.* vbi latè examinat an vxor, cui relicta ſunt alimenta à viro poſſet dotem petere ab hæredibus quando acceptauit legatum, Cabal. *conſ. deciſ. 132. num. 12. lib. 2.* vbi quòd poteſt petere etiam dotem ſibi legatam.

Quòd vxor relicta vſufructuaria teneatur cauere de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, & de reſtituendo tem finito vſufructu, ita vt nec huiuſmodi cautio poſſit ſibi à marito remitti, Pract. Papp. *loc. cit. num. 4.* Surd. *de aliment. tit. 9. quæſt. 26.* Gratian. *deciſ. 3. in addit. num. 5. & 6.* Ciarlin. *contr. 109. num. 28.* Clar. *§. Teſtamentum quæſt. 64.* vide *in §. Vſusfructus num. 4.* Bairel. *de vlt. volunt. deciſ. 93. per tot.* vbi non obſtante liberatione à confectione inuentarij, & cautionis ſub pœna caducitatis impoſita hæredibus eam moleſtantibus fuit condemnata deſcribere bona mobilia, & alia, quæ vſu conſumuntur, ac præſtare cautionem facta eorumdem æſtimatione, & plures allegat.

Item tenetur etiam inuentarium conficere, Gratian. *diſcept. for. cap. 696. num. 12. &c.*

Vxor conſtante matrimonio non poteſt repetere dotem, 28
niſi maritus vergat ad inopiam, ita vt pro huiuſmodi repetitione non ſufficiat inopia, quæ aderat in marito tempore contracti matrimonij, cùm tunc mulier videatur in culpa contrahendo cum viro inope, ſed requiratur inopia ſuperueniens poſt contractum matrimonium, Bart. *in l. ſi conſtante ff. ſolut. matrim.* Pract. Papp. *libel. ad dot. & vſumfruct. gloſ. Vxor quondam num. 7. & num. 15.* Sanfelic. *deciſ. 338. num. 47. & ſeqq. cum Addit.* Petr. de Onnate *de Contract. tom. 2. tract. 11. diſput. 40. ſect. 15. per tot. fol. 516.* Fontanell. *de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 7. gloſ. 2. p. 4. fol. 390. &c.* vbi etiam an id ſit permiſſum ex alijs cauſis, latè Boſſ. *de dote cap. 19. per tot. fol. 701. &c.* Coſta *de remed. ſubſid. 1. per tot.* Rot. *part. 19. recent. deciſ. 239. num. 13. & ſeqq.*

Quomodo autem, & quibus modis probetur vergentia viri ad inopiam, ita vt vxori competat aſſociatio, etiam contra tertium poſſeſſorem, licet bona fuerint alienata cum conſenſu vxoris, & tantò magis ſi conſenſus fuerit nullus ob non ſeruatas ſolemnitates, Rot. *part. 14. recent. deciſ. 474. per tot.* facit Sanfelic. *d. deciſ. 338. cum Addit.* Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib. 1. quæſt. 9. num. 19. & ſeqq. per tot.* vbi quòd in præiudicium viri, & eius hæredum probatur ex ſimplici confeſſione ipſius viri, ſi verò agatur cum creditoribus, vel tertijs poſſeſſoribus eſt aliter plenè probanda, Rot. *part. 19. recent. deciſ. 239. num. 13. & ſeqq.*

Quòd propter inopiam viri poſſit non tantùm dotem, ſed etiam donationem propter nuptias repetere, & tam agendo, quàm excipiendo, ita vt per oblationem fideiuſſionis non repellatur, Gratian. *deciſ. 194. per tot.* vide Sanfelic. *d. deciſ. 338. cum Addit.* vbi plura hincinde.

Et quod tunc à die vergentiæ viri ad inopiam incipiat currere præſcriptio contra vxorem ad fauorem tertij poſſeſſoris, niſi aliud obſtet, putà non pacifica poſſeſſio, vel ſcientia debiti, Fontanel. *de pact. nupt. Clauſ. 6. gloſ. 1. par. 2. num. 57.* Pacific. de Saluian. *Inſpect. 2. cap. 2. num. 275. & ſeqq.* Rot. *part. 9. recent. deciſ. 212. num. 1. &c.*

Vxor repetens dotem propter inopiam mariti etiam per 29
viam Saluiani contra tertios poſſeſſores, debet prius excutere virum, & eius bona, quia non dicitur habere ius formatum, & in eſſe deductum, ſed prius requiritur declaratio quod venerit caſus dotium reſtituendarum, niſi probetur maritum eſſe notoriè inopem, & non ſoluendo, vel publicè decoctum, aut abſentem, Bellon. *conſ. 34.* Afflict. *deciſ. 318.* Scapuc. de Saluian. *lib. 1. quæſt. 10. num. 3. &c.* vbi refert Gratian. *deciſ. 71. num. 17.* contrarium tenentem, vide Merlin. *de pign. lib. 3. tit. 2. quæſt. 73. per tot.* Ciarlin. *cont. 94. per tot.* Magon. *deciſ. Flor. 68. num. 2. &c.* vbi quòd non ſit neceſſaria ſupradicta excuſſio, facit quod dixi in *§. Excuſſio num.* Rot. *part. 14. recent. deciſ. 474. num. 1. et ſeqq.* vbi quòd ſtante obligatione Camerali, & clauſula, conſtituti, non eſt neceſſaria ex-

excuſſio, prædictis adde Franciſ. de Angelis tract. de conf. lib. 1. quæſt. 9. num. 28. & ſeqq. per tot. eumdem Fontanel. loc. cit.

Quòd vergente viro ad inopiam poſſit agere tantùm pro concurrenti quantitate dotis, & non ſuper omnibus bonis, Caualer. deciſ. 62. num. 5. in fin. num. 31. Sanfelic. cum Addit. deciſ. 338. Franciſc. de Angel. d. quæſt. 9. nu. 36. & ſeqq.

Quòd iſtud priuilegium repetitionis dotis propter inopiam ſit perſonaliſſimum mulieris, & non competat filijs, Ancharan. Reg. quæſt. famil. part. 1. quæſt. 12. num. 4. &c. Rot. part. 11. recent. deciſ. 217. num. 26. Franciſc. de Angelis d. quæſt. 9. num. 16. & ſeqq. de omnibus prædictis, & alijs circa repetitionem dotis conſtante matrimonio ob mariti inopiam, latè Boiſ. de dot. cap. 19. per tot. fol. 701. &c.

30 Vxor ſtante inopia viri, an poſſit pro ſuis dotibus nondum probata inopia vti retentione aduerſus creditores exequentes in bonis mariti, opinionem affirmatiuam tenet Negul. de pign. part. 5. memb. 1. num. 29. ſed non eſſe veram, cùm inopia ſit plenè probanda citatis creditoribus, quibus alias non præiudicatur, maximè quoad executionem cœptam, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 872. num. 18. etc. Theſ. deciſ. 207. per tot. vide Ciarlin. contr. 94. Bich. deciſ. 550. Magon. deciſ. Luc. 55. vbi de inopia plenè probanda quando vertitur præiudicium tertij, & quando aſſignatio dicatur fraudoloſa, Bardellon. conſ. 180. num. 5. &c. lib. 2. Sanfelic. deciſ. 131. vbi ſequitur affirmatiuam cum Neguſant. & alijs ſeruari teſtatur in magna Curia; ſed vide eumdem Sanfelic. deciſ. 338. cum Addit. vbi plura in contrarium, & Franciſc. de Angelis tract. de confeſ. lib. 1. quæſt. 9. nu. 35. & ſeqq. per tot. Fontanel. de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 7. gloſ. 2. part. 4. fol. 396. &c. & part. 5. ac per tot. illam gloſ. vbi ad ſaturitatem de oppoſitionibus, quæ fiunt per mulieres aduerſus creditores virorum.

Quòd ſtante inſtrumento dotis cum clauſula conſtituti, poſſint impedire executionem, & vti retentione, etiam nondum probata inopia, Gratian. diſcept. forenſ. cap. vlt. num. 5. Magon. deciſ. Flor. 68. num. 2. &c. vide Rot. part. 10. recent. deciſ. 292. vbi qualiter hoc ius retentionis poſſit ad ſucceſſores tranſmittere, Sanfelic. d. deciſ. 131. nu. 5. &c.

31 Vxor quando fuit præuenta à creditoribus mariti, non poteſt impedire ſubhaſtationem bonorum illius, imò nec etiam ſi illos præuenerit, & ſit anterior, cùm teneatur pati quod bona vendantur per poſteriores, dummodò ſibi ex pretio ſatisfiat de ſuo credito dotali, & reſiduum gradatim applicetur alijs, & ita fuiſſe ſeruatum in ſignatura Sanctiſſimi refert Duran deciſ. 445. in princ. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 941. num. 1. &c. Rot. in nouiſſ. part. 7. deciſ. 180. num. 4. &c. maximè quando vxor non poſſidet iure dominij, ſed tantùm iure pignoris, vt videtur diſtinguere Rot. ibidem Caualer. deciſ. 429. per tot. vide in §. Creditor num. 24. & §. Oblatio num. Vrceol. Conſult. forenſ. cap. 52. num. 18. & ſeqq. vol. 2. & cap. 87. num. 17. vol. 2. Rot. part. 10. recent. deciſ. 182.

An mortuo viro poſſit aliquid ex ſuis bonis occultare pro honeſta vitæ ſuſtentatione, dixi in §. Filiatio num. 28. in fine.

32 Vxor poteſt retinere omnia bona viri donec ſibi dos reſtituatur ſoluto matrimonio, & contraria procedunt in repetitione, quæ fit ob vergentiam viri ad inopiam, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 961. num. 7. & Magon deciſ. Flor. 68. num. 1. Mart. Medic. Exam. 56. num. 25. & ſeqq. & deciſ. 91. & 93. per tot. vide in §. Mulier num. 14. ſupra num. 29. in fine, latè Tuſch. litt. D. concluſ. 744. Paul. Chriſtin. deciſ. 139. num. 7. &c. vol. 3. Vrceol. conſul. for. cap. 52. num. 10. & ſeqq. vol. 2. Franciſc. de Angelis tract. de confeſſ. lib. 1. quæſt. 9. num. 35. & ſeqq. Rot. part. 18. recent. deciſ. 403. num. 2. & ſeqq. plenè Fontanel. de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 7. gloſ. 3. part. 3. per tot. fol. 443. &c. Balducc. in Annot. ad Ramon. conſ. 50. Andreol. contr. 12. vbi qualiter poſſit mutare cauſam poſſeſſionis, & retinere bona omnia, quæ viuente viro poſſidet iure familiaritatis, donec ſit ſatisfacta de ſua dote, & cont. 190. vbi quid ſtante ſtatuto continuante poſſeſſione in hæredes, vbi quòd non poteſt repelli à poſſeſſione bonorum viri, niſi perſoluto integro dotis credito, ſed in ea manuteneri.

Quòd poſſit retineri bona viri etiam fideicommiſſo ſubiecta, & licet fuerit hæres inſtituta, ob non id videatur mariti hæreditatem adiuiſſe, etiam ſtante Statuto Florentino lib. 2. rub. 29. latè Cabal. conſ. deciſ. 114. lib. 1. per totum.

Quo tamen in dote imputentur fructus, quos percepit, latè Vrceol. conſult. forenſ. cap. 29. num. 10. & ſeqq. & cap. 52. num. 23. & ſeqq. vol. 2. vbi etiam quando dicti fructus non imputentur, & quibus cautelis vti poſſit ad euitandam dictam imputationem, Rot. part. 18. recent. deciſ. 493. nu. 10. & ſeqq. vbi quòd fructus bonorum viri ab vxore percepti referendi ſunt in cauſam fructuum dotis, nec ſortem extenuant, &c. Limita Florentiæ quando eſt facta tenuta vigore pacti dotalis, Tuſch. loc. cit. num. 3. dixi in §. Intereſſe num. 6.

Quando poſſit concurrere pro reſtitutione dotis cum creditoribus rationis fundacariæ, quam maritus cum alijs ſocijs exercebat, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 964. per tot. facit in §. Mercator num. 17. infra num. 47.

Vxor ſemel de conſenſu aſſecurata de dote ſuper aliquibus bonis viri, etiam non ſequuta liberatione aliorum non poteſt variare, & ad alia recurſum habere, niſi quatenus bona ſibi aſſignata non eſſent ſufficientia, & dos iſta ſemper poſteà remanet apud vxorem, etiam ſi maritus peruenerit ad pinguiorem fortunam, Capyc. deciſ. 46. per tot. quem ſequitur Rot. part. 1. recent. deciſ. 292. num. 5. Fenzon. ad Stat. Vrb. deciſ. 38. per tot. Afflict. deciſ. 9. Natt. conſ. 81. Magon. deciſ. Flor. 68. num. 11. Gratian. diſcept. for. cap. 974. num. 32. &c. cap. 435. num. 3. &c. vbi facit contra prædicta Tiraquel. tract. Ceſſante cauſa limit. 14. per tot. vbi plura hincinde an ceſſante inopia debeat dos remanere penes vxorem, vel viro, reſtitui, & nonnullis modis diſtinguit. 33

De dicta aſſecuratione dotis quando habeat locum, vel non, latè Sanfelic. deciſ. 338. cum Addit.

Quòd debeat iterùm aſſecurari, ſi bona aſſignata pereant ſine illius culpa, vel euincantur, cùm non ſimus in vera reſtitutione, Gratian. diſcept. for. cap. 974. num. 26. etc.

Vxor prædicto modo aſſecurata verè poſſidet, non tamen ad alienandum, ſed ad ſe ſuoſque liberos alendum, & debent bona æſtimari, quæ ſi à creditoribus prætendantur pluris valere, quam ſit dos, debent contra illum agere, & interim pretium conuentum præſumitur iuſtum, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 723. num. 16. &c. Magon. deciſ. Flor. 125. per tot. vbi propterea infert non poſſe etiam pro debito ipſius vxoris fieri executionem in huiuſmodi bonis, vide in §. Executio num. latè Giurb. deciſ. 16. per tot. Sanfelic. deciſ. 338. cum Addit. 34

Quòd non poſſit venditioni conſentire, quia bona aſſignata debent ſtare pro alimentis ſuis, filiorum, & viri, Rot. part. 9. recent. deciſ. 86. num. 4. &c.

Quòd ſententia aſſecurationis ſit executioni demandanda, non obſtante appellatione, Sanfelic. deciſ. 132.

An per huiuſmodi aſſecutionem acquirat dominium, ita vt augmentum, vel diminutio pretij ex curſu temporis contingens cedat commodo, vel incommodo ipſius vxoris, vel potiùs creditorum viri, Vrceol. conſ. for. cap. 24. num. 10. et num. 20 etc.

Quòd vbi non interuenit æſtimatio, nec actus dationis in ſolutum vxor non acquirat dominium, & ideò per crediti oblationem poſſit dimitti, Peregrin. deciſ. 96. num. 3. vide in §. Oblatio num.

Quòd cum huiuſmodi aſſecuratio non ſit plena reſtitutio, ſi ex fructibus percipiat vltra alimenta, id quod ſupereſt cedat in beneficium viri, & eius creditorum, videtur poſt plura hincinde firmare Franch. deciſ. 617. per tot.

Quòd teneatur ſtare locationi, cùm efficiatur domina pleno iure, Magon. deciſ. Flor. 140. num 7.

Vxor, & eius filij illa mortua, vel agere impedita, poſſunt agere pro aſſecuratione dotium in caſu reſtitutionis, & habent ius defferendi bona dotalia pro ſuo intereſſe, tantò magis vbi verſaremur in fundo dotali, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 974. num. 2. et per tot. vide in §. Fundus num. 35

Vxor nullam habet actionem pro repetitione dotis, niſi probet illius conſignationem, vel bona dotalia non reperiri culpa mariti, & ſi illam aſſignauerit in creditis debet probare illorum exactionem, ad hoc vt maritus, vel hæredes teneantur reſtituere, & quid ſi huiuſmodi credita dederit æſtimata, nec iuuari poteſt confeſſione de recepto facta à viro, etiam ſi præceſſerit promiſſio, quando erat ære alieno grauatus, Menoch. lib. 3. præſumpt. 13. num. 24. cum alijs per Rot. in Auximana cenſus 10. Martij 1636. num. 39. etc. coram Ghiſilerio, Duran. deciſ. 409. in prin. Magon. deciſ. Flor. 68. num. 6. etc. idem Duran. deciſ. 387. num. 1. etc. vide in §. Confeſſio num. 9. et §. Mulier num. 11. etc. 36

&c. & in reſol. *cap.* 29. *num.* 1. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 152. *num.* 2. *& ſeqq.* vbi tamen quòd dicta ſolutio dotis poteſt probari per coniecturas, & *deciſ.* 403. *eadem part.* 9. *& part.* 12. *deciſ.* 126. vbi qualiter ſolutio excludatur per coniecturas, & conſequenter denegetur repetitio, adde Franciſc. de Angelis *tract. de confeſ. lib.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 1.

Quòd licet nitatur ſola confeſſione aduerſus creditores pariter ſola confeſſione nitentes, cùm ſit in pari cauſa præfertur, Magon. *d. deciſ.* 68. *num.* 12.

Quòd mulier non poſſit repetere dotem, niſi probata illius ſolutione, vel culpa viri exigendo, *l. ſi extraneus vbi DD. ff. de iur. dot.* Bart. *in l. ſi Socer.* §. *Lucius num.* 3. *ff. ſolut. matrim.* Rot. *part.* 4. *recent. deciſ.* 124. *num.* 4. Bich. *deciſ.* 454. *num.* 18. vbi in terminis deductionis ex fideicommiſſo, Franciſc. de Angelis *d. quæſt.* 9. & dixi in §. *Mulier num.* 12. Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 393. *num.* 4. *&c.*

37 Vxor ſoluto matrimonio non poteſt agere ad repetitionem dotis contra illos, qui dotem promiſerunt marito, qui non exegit, ſed tantùm contra hæredes ipſius mariti, qui tamen cedendo actionem liberantur, cùm ſtipulatio concepta in perſonam viri non extendatur ad vxorem, quia in contractibus extrinſeca perſona non comprehenditur, *l. pro te pater C. de dot. promiſſ.* Cabal. *conſ. deciſ.* 20. *lib.* 1. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 627. *num.* 8. *& cap.* 49. *num.* 24. *&c.* vbi videtur firmare quòd etiam ſine ceſſione poſſit agere contra promiſſores dotis de æquitate, cùm pro dote competat priuilegium tacitæ ſtipulationis, *l.* 1. §. *Accedit C. de rei vx. act.* Guid. Papp. *deciſ.* 375. *num.* 1. *&c.* vide Mart. Medic. *Exam.* 36. *per tot. cum Addit.* quem tamen reprobat Altograd. *conſ.* 31. *lib.* 1. Franch. *deciſ.* 33. *per tot.* dixi in §. *Mulier num.* 11. *in reſol. cap.* 29. *num.* 2. *&c.* Sanfelic. *deciſ.* 130. vbi quòd magna Curia, & Sacrum Conſilium ſuis temporibus nunquam reſpuit dictam æquitatem, quam etiam admittit Franciſ. de Angelis *tract. de confeſ. lib.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 6. innixus tantum dictæ meæ *reſolutioni* 29. *num.* 3. *&* 4.

Quòd vigore obligationis Cameralis, quæ habet executionem paratam ad fauorem omnium, quorum intereſt, poſſit vxor agere pro dote promiſſa viro, Sperel. *deciſ.* 83. *num.* 33. Gregor. *deciſ.* 97. *num.* 1. 2. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 216. *num.* 12. vbi quòd vxori quoque contra promiſſionem competit actio, ſtante clauſula, *quorum intereſt* in promiſſione appoſita, Franciſ. de Angelis *d. quæſt.* 9. *num.* 4. *& ſeqq.* vbi idem firmat ſtante ſtipulatione notarij ad fauorem vxoris abſentis, quibus caſibus poteſt agere ſine prædicta ceſſione hæredum viri.

Quòd ſtante negligentia viri in exigendo dotem poſſit mulier agere contra illius hæredes pro repetitione dotis non exactæ, cedendo illis actionem, & iura, quæ ipſa haberet aduerſus promiſſores, vel aliter obligatos, *l. ſi extraneus* 34. *ff. de iur. dot.* Rot. penes Zacch. *de oblig. Cameral. deciſ.* 203. *num.* 6. Hodier. *contr. for. cap.* 31. *num.* 45. Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 6. *gloſ.* 1. *part.* 2. *num.* 77. Cyriac. *contr.* 110. *num.* 5. Rot. *part.* 6. *recent. deciſ.* 114. *num.* 16. *& part.* 9. *deciſ.* 152. *num.* 6. *&c.* vbi intelligit quando dos fuit ab extraneo promiſſa, vide in §. *Mulier num.* 12. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 367. *num.* 18. *et ſeqq.* Faber. *in Cod. lib.* 5. *tit.* 7. *definit.* 9. *per tot.* vbi etiam quòd dicti hæredes mariti ſi vellent cedere iura aduerſus promiſſores, & obligatos non ob id liberantur, quia non conueniuntur ea eo quod habeant actionem contra illos, quo caſu liberarentur per iurium ceſſionem, ſed conueniuntur propter negligentiam mariti in exigendo, quæ culpæ annumerantur, & ideò tenentur ipſi ſoluere, & exigere, ſed vide diſtinctionem allatam in §. *Mulier num.* 11. *et* 12. & latè Oleam *de ceſſ. iur. tit.* 5. *quæſt.* 12. *per tot.*

38 Vxor viuente viro poſſidens iure familiaritatis, ob mortem illius ex ſuperuenientia nouæ cauſæ tituli reſtitutionis dotium ſine alia declaratione dicitur ſibi mutaſſe titulum poſſeſſionis, & eſt manutenenda pro ſuo credito in bonis viri, reiectis exceptionibus ad petitorium, Rot. *in Romana hæreditatis* 9. *Decembris* 1622. coram Nauar. penes Poſt. *de Manutent. deciſ.* 169. *per tot.* Merlin. *deciſ.* 861. Bich. *deciſ.* 600. *num.* 6. *etc.* Caualer. *deciſ.* 171. *num.* 4. Gratian. *diſcept. for. cap.* 700. *num.* 24. *etc. cap.* 954. *num.* 1. Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 76. *per tot.* facit latè Mart. Medic. *Exam.* 56. *et deciſ.* 91. *et* 92. *per tot. cum Addit.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 11. *num.* 199. *etc. fol.* 178. Duran. *deciſ.* 328. *num.* 5. vbi loquitur in titulo hæreditatis ſuperueniente, cuius vigore cenſetur mutata poſſeſſio abſque alia declaratione, vide in §. *Poſſeſſio num.* 33. latè Vrceol. *conſult. for. cap.* 52. *per tot. vol.* 2. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 258. *per tot. & deciſ.* 271. *num.* 1. *etc.* Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 7. *gloſ.* 3. *part.* 3. *per tot. fol.* 459. vbi in terminis Conſtitutionis Cathaloniæ.

Et ſi elegerit in aliquibus bonis, cenſetur in eis ſatisfacta, & non poteſt variare, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 421. *num.* 21. *et deciſ.* 490. *num.* 6. *etc.*

Intellige dictam concluſionem, dummodò poſſeſſio fuerit vacans, & ideò non procedere vbi adeſſet ſtatutum de continuanda poſſeſſione defuncti in hæredem illius, Caualer. *deciſ.* 429. *num.* 2. Mart. Medic. *deciſ.* 91. *num.* 14. *etc.* Magon. *deciſ. Flor.* 37. *num.* 13. *etc.* Rot. *in Romana Cenſus* 14. *Iunij* 1636. coram Pirouano *in Nouiſs. part.* 7. *deciſ.* 150. *num.* 6. *etc.* vide Vrceol. *d. cap.* 52. *num.* 32. *et ſeqq.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 700. *num.* 38. Merlin. *de pign. lib.* 3. *quæſt.* 76. *num.* 24. *etc.*

Item intellige niſi filiorum nomine adierit hæreditatem, vt dixi in §. *Mater num.* 18.

Item intellige in domo, & mobilibus, quæ neceſſariò inſeruiunt communi habitationi, & vſui viri, & vxoris, ſecùs autem in prædijs ruſticis, in quibus tenetur vxor probare poſſediſſe cùm viro, cùm de re ad rem huiuſmodi poſſeſſio iure familiaritatis non extendatur, Rot. penes Poſt. *de Manutent. deciſ.* 325. *num.* 2. *et deciſ.* 647. *num.* 57. *et ſeqq. et part.* 16. *recent. deciſ.* 306. *num.* 8. *et ſeqq.*

Vxor habens fundum dotalem non poteſt pro repetitione dotis agere contra alia bona, in quibus nullum ius habet ſtante fundo dotali, & quando haberet ius, eſſet immittenda tantùm pro rata dotis, & non in omnibus bonis, quicquid ſecùs ſit in alijs creditoribus, Gratian. *diſcept. for. cap.* 489. *per tot. cap.* 570. *num.* 40. *ſupra num.* 29. *in fine, et num.* 32. vide in §. *Fundus.* 39

Vxor ſoluto matrimonio per mortem viri non lucratur iocalia, & alia veſtimenta pretioſa, ſed tantùm vilia, quæ illi cenſentur donata, Pract. Papp. *libell. hæredit. vel rei ſing. diuid. gloſ.* 1. *num.* 23. Rom. *conſ.* 146. Card. Tuſch. *lit. V. concl.* 395. vide in §. *Veſtes num.* 40

An autem vxor ſoluto matrimonio teneatur ſtare locationi per virum factæ, magna eſt inter Doctores altercatio, vt refert Addit. ad Santelic. *deciſ.* 366. *verſ. An Vxor,* vbi affirmatiuam probat, & ampliat, idem eſſe è contra in viro.

Vxor ſubtrahens res mariti non tenetur actione furti, ſed rerum amotarum, nec punitur, niſi aufugiat cum rebus, & adultero Menoch. *de arbitr. caſ.* 580. *per tot.* vide in §. *Furtum num.* 6. *verſ. Quod cum vxore.* Tenetur tamen illas imputare in dotem quatenus conſtet de amotione, & quomodo dixi in §. *Mobilia num.* 8. 41

An autem poſſit vxor facere eleemoſynas de bonis viri illo inſcio, vel inuito, & præcipuè vt Deus auertat illum à malo, multi negant, vt per Viui. *comm. opin.* 1059. Alij verò affirmant dummodò moderatè iuxta ſtatum, & conditionem ſuam, Dian. *part.* 2. *tract.* 15. *reſolut.* 33. *et tract.* 16. *reſol.* 25. *part.* 5. *tract.* 8. *reſol.* 34. vbi ponit plures caſus, in quibus vxor poteſt facere eleemoſynas, *et part.* 8. *tract.* 6. *reſol.* 10. *per tot.* vbi ex Caſpenſe, & alijs adducit octo caſus, in quibus vxor non peccat accipiendo aliquid moderatum de bonis mariti ad effectum donandi, & latè declarat P. Zamoran. *tract. de compenſ. diſput.* 4. *cap.* 26. §. 2. *per tot. et* §. 3. vbi etiam an ſi maritus malè adminiſtrando bona vxoris illa diſſipet, vel prodigè expendat, poſſit tunc vxor aliquid ſecretò accipere de bonis mariti iuſtè, & per viam compenſationis, & alia plura ad rem.

Vxor habens filios ex primo matrimonio, non poteſt legare, vel dare ſecundo marito, niſi quantum capit filius, qui minus habet ex primo matrimonio, & quando ſecùs, & ſi contrafecerit quomodo fiat reductio ad æqualitatem, qualiter autem ſi habeat filios ex vtroque matrimonio poſſit plus legare filijs ſecundi, & alia, plenè Card. Tuſch. *lit. V. concl.* 404. *et ſeqq. per tot.* vide in §. *Diſpoſitio num. et* §. *Mulier num.* 42

Vxor vendens fundum dotalem cum marito, etiam ſi ſimul ambo pretium recipiant, totum ad maritum perueniſſe præſumitur, & quando ſecùs, Tuſch. *litt. V. concluſ.* 66. *et concluſ.* 391. dixi in §. *Maritus num.* 30. *et* §. *Mulier num.* 18. Franciſ. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 2. *quæſt.* 22. 43

Vxor domum ſcienter accomodans, vel præbens ad vi- 44

ci

ri necem tenetur eadem pœna vltimi ſupplicij cum interfectore, Saoſelic. *deciſ.* 30. vbi etiam quid ſi de ſimplici ſcientia, & non reuelatione accuſetur, & refert diuerſas opiniones cogitandum relinquens, dixi in §. *Scientia num.* 6.

45 Vxor pro marito, & è contra maritus pro vxore non poteſt teſtificari propter magnam affectionem, quæ inter eos incedit, & idem in concubina, & amaſia, niſi agatur de factis, & delictis difficilis probationis, vel ad defenſam; nec poteſt vxor ad deponendum contra virum compelli ob reuerentiam, niſi quando aliter veritas haberi non poteſt, vel in cauſa hæreſis, in quibus caſibus cogitur ad ſe examinandum contra virum; vir autem cogi poteſt contra vxorem, maximè in ſobſidium, Farinac. *quæſt.* 54. *num.* 210. *& ſeqq.* cum alijs per Conciol. *reſol. crim. verb. Teſtis quo ad perſonas reſol.* 6. *& 7. per tot.* Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1421. *per tot.* vide in §. *Teſtis*, Rebuff. *tract. var. tract. de reprobat. & ſaluat. teſt. num.* 588. *& ſeqq.* vbi tamen quòd ſi vxor eſſet virago, quæ non timeret virum, ſed timebatur de vir, tunc poſſet eſſe teſtis, ſi alias ſit bonæ famæ, & vir poteſt cogi contra vxorem deponere, ſicut & vxor in defectu aliarum probationum.

46 Vxor eximens virum carceratum à manibus Curiæ non punitur pœna ordinaria iuris communis, nec Bullæ Sisti V. ſed extraordinaria mitiori arbitrio iudicis, ratione intenſi amoris, quo virum proſequitur, Conciol. *reſol. crim. verb. Exímitio reſol.* 2. *& verb. Vxor. reſol.* 2. dixi in §. *Eximens*, Caluin. *de æquit. lib.* 1. *cap.* 17.

47 Vxor vnius ex ſocijs non poteſt agere pro ſuis dotibus ad merces inter ſocios communes, licet ſit anterior, niſi prius ſatisfactis creditoribus negotij, cùm ipſa non ſit creditrix negotij, ſed vnius tantùm ex ſocijs, & ideò debet prius diuidi ſocietas, vt appareat quænam ſit portio ſui viri, qui dotem recepit, quod non poteſt apparere, niſi ſolutis debitis, & ſatisfactis creditoribus negotij, Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 9. *part.* 2. *num.* 53. *& ſeqq.* Magon. *deciſ. Luc.* 1. *num.* 13. Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 119. *num.* 12. *& ſeqq.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 964. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi reddit alias rationes, quia ſcilicet non contraxit cum negotio, neque cum viro tanquam aliorum ſocio, ſed tanquam cum perſona priuata, quæ non habebat mandatum ab alijs ad obligandum fundacum, & merces illius pro dote vxoris, facit quod dixi in §. *Creditor num.* 11. *& num.* 64. *& §. Mercator num.* 17.

48 Vxor, quæ propter eius pulchritudinem, iuuentutem, vel nubilitatem fuit à viro ſene, vel ignobili dotata, non ob id excluditur à petitione dotis, vel legitimæ in bonis paternis; quid autem ſi fuerit contemplatione patris, & fratrum dotata, illorumque fauore renunciauerit, & alia ad rem, latè Io. Dominic. Panſut. *contr. for.* 22. *per tot.* & dixi in §. *Donatio num.* 6. vbi alios allegaui.

49 De vxore, quæ talis dicatur, quid facere poſſit in domo, & bonis viri, ad quid erga virum teneatur; adultera quomodo puniatur, an teneatur alere virum bannitum; quomodo contrahat, & cui acquirat; quando, & pro quibus agat contra virum, & alios; qualiter habeat hypothecam, conueniatur rei vendicatione, nec de explicata hæreditate, & quando teneatur de furto; an teneatur pro viro ad debita, & alia; an præſumatur ſe dotaſſe de omnibus bonis ſuis, an dicatur poſſidere; qualiter poſſit ſecundo nubere; an poſſit teſtari; qualiter à viro ſit alenda; relicta hæres, vel legataria, vſufructuaria, domina, & maſſaria, quid conſequatur, & alia huiuſmodi, latè Bertachin. *in repert. verb. Vxor*, Ioſeph Felic *Margar. var. concl. eod. verb.* Thoro *Compend. deciſ. Neap part.* 1. *& 2 eod. verb.*

50 Multa alia curioſa, & vtilia de vxoribus, & earum iuribus, Tiraquel. *tract. de leg. Connub. per tot.* Qualiter vxores ſint ſubditæ viris, diligendæ tamen, & ſufferendæ in rebus licitis, & honeſtis; an propter adulterium poſſint occidi, & quid ſi illæ viros occidant; qualiter viros ſequi, & amare teneantur; an gaudeant nobilitate, & priuilegijs virorum; & è contrà; an amittant originem, Ciuitatem, & familiam propriam illam virorum aſſumendo; non admittendæ in reſpicientibus iuſtitiam, ſed in domeſticis rebus continendæ; an poſſint contrahere, vel diſtrahere ſine virorum licentia, an vouere, teſtari, donare, maioratum inſtituere; quæ in viros transferant; qualiter ſint alendæ; an pro obligationibus, & delictis virorum conueniri poſſint, & è contrà; an actione furti, vel rerum amotarum teneantur; an viros de adulterio accuſare valeant; de communicatione inter eos quæſitorum conſtante matrimonio, ac de illorum diuiſione, quæ inuicem imputanda, & an poſſint illis renunciare; de contractibus ſimul geſtis cum tertio; de teſtamentis ad fauorem virorum factis; an vxores, & viri inuicem ſuccedant, quando, & in quibus: an propter adulterium amittant dotes, & alia; an exceptio adulterij poſſit ab hæredibus virorum pro reſtitutione dotis conuentis opponi; an inuicem poſſint lucrari dotes, vel donationes propter nuptias; qualem hypothecam, & cùm prælatione pro dotibus habeant, quas arrhas, veſtes, & iocalia lucrentur ipſæ, vel earum hæredes; qualiter pro dotibus, & alijs iuribus ſibi competentibus contra bona virorum retentionem habeant; an poſſint paciſci de intereſſe pro retardata dotium reſtitutione, vel alias illis debeatur; an mortuæ expenſis virorum ſint ſepeliendæ, vel de dote; & alia plurima non minus vtilia, quàm iucunda proponit, & ſingillatim DD. probantes allegat Caſtejon. *Alphab. iurid. verb. Vir, Vxor per tot.* prout etiam Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 5. *verb. Vxor fol.* 834. *&c.* aliqua de prædictis habentur etiam apud Valer. *de differ. vtriuſque fori, verb. Vxor Maritus*, & præcipuè an adultera poſſit propria auctoritate in vtroque foro expelli; an idem ob dotem non ſolutam; quam actione habeat circa lucra communia per maritum alienata, vel conſumpta; an moderatè verberari, & corrigi per maritum, &c. Mendo *tract. de Ordin. Milit. in locis indicatis in Repertor. verb. Vxor*, vbi an gaudeant priuilegijs virorum, &c.

Finis Libri Decimi noni, & vltimi, ac totius Operis.

MARCI ANTONII

S'ABELLI

J. C. MUTILIANENSIS

VARIÆ JURIS

RESOLUTIONES,

IN QUIBUS QUAMPLURES QUAESTIONES Forenſes, quotidie occurrentes, perſtrictè, & ſummatim juxta veriores, & approbatas Doctorum opiniones, ac præcipuè Sacræ Rotæ Romanæ, deciduntur.

OPUS OMNIBUS JUDICIBUS, ADVOCATIS, aliiſque in Foro verſantibus apprimè utile & profuturum; dum multa tum ad Theoricam, tum ad Praxim neceſſaria, & quæ paſſim uſui ſunt, habentur.

EDITIO VENETA, ADDITIONIBUS IN CORPORE, & novis Reſolutionibus locupletata.

Cum duplici Indice, altero Argumentorum, altero verò Rerum notabilium.

VENETIIS, M.DC.XCV.

Apud Paulum Balleonium.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

INDEX
ARGVMENTORVM, ET MATERIARVM,
Quæ in hiſce Reſolutionibus continentur.

ARGVMENTVM I.

COnductor non ſoluens penſionem qualiter poſſit expelli, quando dicatur tacitè recon- duxiſſe, vel non, quouſque teneatur ſoluere penſionem. Scriptura quando dicatur de ſubſtantia contractus, aliqua de remiſſione penſionis, & ſuſceptione caſus fortuiti.

ARGVMENTVM II.

Filij tam maſculi quàm fœminæ qualiter ſuccedant matri, & quid in priuigno, & qualiter fratres, & ſorores inter ſe, vel vnà cum patre tam de iure communi, quàm attento Statuto Florentino, & quando Statutum Ciuitatis dominantis ſit ſeruandum, cum alijs notabilibus, ad intelligentiam Statutorum excludentium fœminas propter maſculos.

ARGVMENTVM III.

Saluianum an competat fideicommiſſario, quid operetur inuentarium, quæ requiſita continere debeat, quibus priuilegijs gaudeat hæres beneficiatus, & an, & quando conueniri poſſit intra tempus conficiendi inuentarium.

ARGVMENTVM IV.

An mulier poſſit eſſe Tutrix, & quæ ſeruare debeat, an repetat dotem ante redditionem rationis, an adeundo hæreditatem ſibi, vel filijs poſſeſſionem acquirat, & tranſeundo ad ſecunda vota obligantur bona ſecundi viri pro debito tutelari. Clericus an poſſit eſſe Tutor, quæ requiruntur in alienatione rerum minoris. Remedium ſpolij quibus, contra quos, & quando detur, an admittat appellationem, & qualiter fructus debeantur.

ARGVMENTVM V.

Saluianum an competat donatario abſenti ante ratificationem. Donatio reuocata quoad primum an debeatur ſubſtitutis, non inſinuata in qua ſumma ſuſtineatur, quid ſtante iuramento, & diuturnitate temporis, an poſſit quandocumque inſinuari, inter patrem, & filium quando valeat, omnium bonorum ſuſtinetur quoad præſentia, & quando dicatur ſimulata.

ARGVMENTVM VI.

Litigans vt ſibi paret actionem de euictione, & ſic ſtante iuſta cauſa an patiatur immiſſionem pro expenſis, quid ſtante Statuto, quod victus victori in expenſis condemnetur, & an ſententia nulla tranſeat in iudicatum.

ARGVMENTVM VII.

Seruitus diſcontinua qualiter præſcribatur, quæ requirat præſcriptio ſtatutaria, & an procedat in bonis emphyteuticis Eccleſiæ. Confeſſio qualificata non poteſt ſcindi, & venditoris an noceat emptori. Oſtium, vel feneſtra an, & quando fieri poſſit in proprio pariete verſus fundum vicini.

ARGVMENTVM VIII.

Manutentio ſuſpendit petitorium, an detur ex poſſeſſione ciuili, vel naturali, vel vigore conſtituti, & an vxori. Agens pro iure ceſſo repellitur. Soror, quæ renunciauit fratri, an ſibi, vel ei acquirat legatum, vel donationem poſteà ſibi factam. Vxor an præſumatur acquiſiuiſſe ex bonis viri, an poſſit petere dotem ante redditam rationem tutelæ. Simplex ſcriptura patris qualiter habeat vim teſtamenti inter liberos, & alia plura.

ARGVMENTVM IX.

Rixa ſequuta inter laicos in loco ſacro ad quem ſpectet cognitio, quando poſſit delinquens duplici pœna puniri, & an abſolutus in foro Eccleſiaſtico poſſit moleſtari in foro Sæculari, & quid ſi fuerit condignè punitus.

ARGVMENTVM X.

Vxor an mortuo viro ſit manutenenda pro dotibus, & legato non compenſabili. Habitatio domus intelligitur de tota. Legatum mobilium quæ contineat, & quando ſit perpetuum. Vxor quando non præſumatur acquiſiuiſſe ex bonis viri, & à quo habere debeat veſtes lugubres.

ARGVMENTVM XI.

Liber an probet pro ſcribente præcipuè circa traditionem, & qualiter exceptio rei non traditæ ſemper obſtet agenti.

ARGVMENTVM XII.

Iudices omnes, & periti qualiter, & ex quibus cauſis poſſint allegari ſuſpecti. Quomodo ſe gerere debeat Iudex in electione peritorum, & quæ ipſi ſeruare debeant in relatione.

ARGVMENTVM XIII.

Fructus pendentes tempore mortis emphyteutæ, vaſſalli, emptoris ad vitam, & in ſimilibus an ſpectent ad dominum, vel pro rata temporis diuidantur cum hæredibus defuncti, quid in retractu, in Rectore beneficij, in ſimplici emptore, in vſufructuario, & an ſaltem ſint reſtituendæ expenſæ ſeminis, & culturæ.

ARGVMENTVM XIV.

Vendens fundum vnum ex duobus contiguis, ad quem ſolebat accedere per fundum retentum, an dicatur transferre in emptorem ius itineris, & viæ, & quid in diuiſione. Clauſulæ cæteratæ an extendantur. Præſcriptio qualiter procedat in ſeruitute diſcontinua, & an ſeruitus debita pro vno fundo extendatur ad fundum contiguum.

ARGVMENTVM XV.

Scala an poſſit muro communi apodiari. Feneſtra an, & quando fieri poſſit in proprio pariete, vel communi eleuato non appoſita ſerrata. Murus ex quibus dicatur aptus ad ædificandum, quando proprius, vel communis, & an communis pro diuiſo, vel pro indiuiſo. Appellatio qualiter extinguat iudicatum, & quando iudicium peritorum non ſit attendendum.

ARGVMENTVM XVI.

Via quando dicatur publica, vel priuata, à quibus ſit reficienda tam intra Burgos, & Ciuitates, quàm extra, an præſcribatur, cuius latitudinis eſſe debeat, & qualiter Iudex teneatur victum in expenſis condemnare.

ARGVMENTVM XVII.

Contractus ſocidæ quomodo ſuſtineatur in animalibus æſtimatis, an illis peremptis damnum ſit commune, & quid ſi ſimpliciter fuerint data in cuſtodiam. Iuramentum ſuppletorium quando deferendum. Teſtes deponentes de conſiſtentibus in iure, ſingulares, vel ad ſe exonerandum non probant. Qualiter conſuetudo probetur, & plura alia notabilia.

ARGVMENTVM XVIII.

Creditor miſſus in poſſeſſionem, an poſſit rem vendere, an locare, arbores incidere, an variare. Qualiter teneatur exhibere notulam fructuum, an teneatur de deterioratione rei, & alia notabilia.

ARGVMENTVM XIX.

Emptor ſoluendo pretium creditoribus qualiter eorum iura acquirat, quid ſi ſoluerit venditori per cuius manus ſint ſatisfacti creditores: Anterior an poſſit reuocare pecuniam ſolutam poſteriori, recipiens pecuniam an teneatur cauere de reſtituendo anterioribus, an de euictione, & plura alia notabilia.

ARGVMENTVM XX.

Aggreſſus qualiter ſe poſſit defendere non expectando percuti, & plura in materia defenſionis permiſſæ cum moderamine inculpatæ tutelæ, in quo conſiſtat, & quid ſi fuerit in aliquo exceſſum. Auxiliatores qualiter teneantur, vel excuſentur, & de beneficio pacis, & confeſſionis militibus competente.

ARGVMENTVM XXI.

Agitur de iure offerendi an, & quando, quibus, & contra quos competat, & quid ſi plures ad inuicem offerre velint. Creditor an poſſit occupare omnia bona debitoris, quid in dote, an admittatur ad offerendum ſubhaſta, & æſtimatio rei vendendæ ſit neceſſaria.

ARGVMENTVM XXII.

Subſtitutio permiſſa in donationibus, & an ſtante illius ignorantia poſſit emptor moleſtari. Præſcriptio quæ requitat, an currat contra ignorantes, an contra pupillum, & an contra vocatum ante mortem præcedentis grauati. Fœminæ an veniant appellatione filiorum, vel proximiorum. Additio ex quibus inducatur, & an poſſit vnus vocatus totum petere cæteris non petentibus. Repræſentatio quando non procedat, & an ceſſionarius agens proprio nomine obtineat.

ARGVMENTVM XXIII.

Hypotheca conditionalis an retrotrahatur tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus, quando cenſeatur inducta, & an ea quæ ex ordine ſcripturæ apparet anterior, præferatur.

ARGVMENTVM XXIV.

Donatio ex quibus cognoſcatur an ſit cauſa mortis, vel inter viuos quando vtraque poſſit reuocari, vel cenſeatur reuocata, quid inter patrem, & filium, virum, & vxorem, & quando reſeruata habitatione domus intelligatur de tota.

ARGVMENTVM XXV.

Forma quando dicatur inducta, quid operetur, & an obliget forenſes, Statutum requirens certam ſolemnitatem in contractu filij quando non habeat locum. Donatio quomodo reuocetur ob ſuperuenientiam filiorum, & ex quibus cauſis dicatur ſimulata, & multa de Clerico ordinato ad titulum ficti patrimonij.

ARGVMENTVM XXVI.

Laudum quando ob læſionem, vel falſam cauſam dicatur nullum, quid ſi fuerit emologatum, & quando non tranſeat in iudicatum. Litteræ miſſiuæ an probent, & quid in ſcriptura ſine nomine. Societas an detur inter patrem, & filium, & quomodo diuidatur luctum cum extraneo, & alia multa in materia approbationis laudi nulli.

ARGVMENTVM XXVII.

Statutum excludens fœminas propter maſculos an, & quando dicatur fauorabile, vel odioſum, an comprehendat perſonas Eccleſiaſticas, & an vbi adeſt vna perſona non excluſa, aperiat viam alijs. Repræſentatio an habeat locum ad effectum excluſionis fœminarum, & an filia ſubingrediatur in locum, & ſexum patris ad excluſionem amitæ.

ARGVMENTVM XXVIII.

Fundus in dotem datus an per æſtimationem deſinat eſſe dotalis, an poſſit in ſubſidium vendicari, & an in eo poſſit fieri aliqua executio. Dos an poſſit commutari de re ad pecuniam, & econ-

econtrà, An valeat executio facta in veſtibus, & iocalibus de conſenſu vxoris, & quid probare debeant creditores volentes exequi.

ARGVMENTVM XXIX.

Vxor an poſſit repetere dotem non docto de illius ſolutione, quid ſtante negligentia viri in exigendo, an poſſit defendere bona viri pro ſuis dotibus, & quid ſtante fundo dotali, an repetat facto diuortio, & quando teneatur ad penſionem domus conductæ, vel mutuum.

ARGVMENTVM XXX.

Fideiuſſor an obligetur pro tacita reconductione, an liberetur per dationem aliorum fideiuſſorum, an vltimi repetant à primo omne ſolutum, & an ſoluens vti extraneus poſſit ab alijs confideiuſſoribus totum repetere: An creditor poſſit vnum ex fideiuſſoribus liberare in præiudicium aliorum, & quibus caſibus inducatur nouatio.

ARGVMENTVM XXXI.

Debita ab vno ex ſocijs contracta, an de communi ſolui debeant. Qualis ſocietas præſumatur inter fratres, & an filiæ debeant de communi dotari. Fratres ruſtici qualiter inter ſe diuidere debeant fructus communiter recollectos, quid ſi vnus habeat maiorem familiam, & alia de fratribus.

ARGVMENTVM XXXII.

Statutum excludens fœminas propter maſculos, an extendatur ad bona extra territorium, & quid in mobilibus, & nominibus debitorum, an comprehendat forenſes tam actiuè, quàm paſſiuè, & excludens nuptas extra territorium quomodo procedat, vel non.

ARGVMENTVM XXXIII.

Grauatus hæreditatem reſtituere, an teneatur conficere inuentarium, & ſatiſdare, an reſtituere melioramenta, fructus, prælegata, portiones cohæredum ſuperlucratas, vel emphyteuſim: An poſſit detrahere ſua credita, alienare pro Legitima, & Trebellianica, & an, & quando debeatur Trebellianica.

ARGVMENTVM XXXIV.

Statutum excludens fœminas propter maſculos, an procedat quando ſuccedere volens eſt Clericus, an vbi agitur de hæreditate Clerici, & ſi ſit conditum à laicis, an comprehendat perſonas Eccleſiaſticas.

ARGVMENTVM XXXV.

Coniux tranſiens ad ſecunda vota, quid reſeruare teneatur filijs primi matrimonij, multa circa diſpoſitionem l. fœminæ, C. de ſecund. nupt. qualiter iniuria illata coniugi, & filijs poſſit remitti, & quando cenſeatur remiſſa, & an voluntas teſtatoris colligatur ex teſtamento nullo.

ARGVMENTVM XXXVI.

Dominus cenſus qualiter præferatur in emptione fundi cenſuati, an teneatur reſtituere melioramenta, quando cenſeatur iuri ſuo renunciaſſe, quid ſi plures cenſus ſint ſuper eodem fundo, & vnus præuenerit: An poſſint retrahi aliæ res ſimul venditæ, & quomodo hypotheca reuiuiſcat.

ARGVMENTVM XXXVII.

Caupones, nautæ, & ſtabularij qualiter teneantur de furto in hoſpitio, naui, vel ſtabulo commiſſo, & quomodo quantitas rerum derobatarum probetur: An teneantur omnes viatores recipere, & etiam milites, an poſſint impedire ne aliud vicinum hoſpitium aperiatur, & qualiter excuſentur à receptatione bannitorum.

ARGVMENTVM XXXVIII.

Conditiones qualiter ſint implendæ, quæ ſubintelligantur à iure, & multa de cautione mutiana. Legatum vſusfructus quid contineat, & quæ adimplere debeat vſufructuarius, quid ſi non habeat cohæredem in proprietate. Legatum factum vxori donec in viduitate vixerit, quomodo reſoluatur, & quando ſit perpetuum.

ARGVMENTVM XXXIX.

Iudex quæ conſiderare debeat antequam concedat capturam vigore ſuſpicionis fugæ, & quæ probare teneatur creditor tam ante, quàm poſt capturam. Debitor ex quibus cauſis dicatur ſuſpectus, qualiter per cautionem liberetur, & quando ſit alendus à creditore.

ARGVMENTVM XL.

Maioratus, vel Primogenitura, an mortuo primogenito, vel maiore natu primo vocato vadat ad eius deſcendentes, vel potiùs ad maiorem de familia licèt ex alia linea.

ARGVMENTVM XLI.

Concluſio in cauſa quando dicatur facta, & quid operetur. Citatio ad ſententiam, quando remaneat circumducta, & multa de taxatione expenſarum, à quo ſit facienda, & quę veniant in ea.

ARGVMENTVM XLII.

Alimenta an, & quando ratione conſanguinitatis, & pietatis intelligantur donata, vel compenſentur cum operibus, an eorum fauore ex triennali præſtatione inducatur obligatio, quomodo probetur ſolutio, & qualiter voluntas diſponentis ex actu nullo, & reuocato.

ARGVMENTVM XLIII.

Salarium an debeatur poteſtati pro tempore, quo fuit carceratus, & an eo mortuo hæredibus pro toto tempore, & illi finiant officium, quid in Canonico an lucretur fructus, & diſtributiones quotidianas dum eſt carceratus.

ARGVMENTVM XLIV.

Saluianum quæ requirat, & quomodo probentur eius extrema, fideiuſſor antequam ſoluerit, an poſſit agere. Exceptio de iure tertij, an admittatur, & qualiter reo negante poſſidere actor ſit mittendus in poſſeſſionem.

Index Argumentorum.

ARGVMENTVM XLV.

Repræſentatio quando locum habeat, quid operetur, an procedat ad excluſionem fœminarum, quid in filia, an hoc iure excludat amitam. Dos quæ dicatur congrua, quo tempore debeatur, & quomodo legitima diuidatur.

ARGVMENTVM XLVI.

Legitima an ſit ante omnia deducenda per filios primi matrimonij in dote matris, quomodo fiat diuiſio inter liberos vtriuſque matrimonij, & vitricum, & multa circa ſtatutum de lucro dotis quando derogет, vel non l. hac edictali C. de 2. nupt.

ARGVMENTVM XLVII.

Plures ſpecies curatorum, quando eis ſit locus, & quæ adimplere debeant, an dentur inuiti, an poſſint officium deponere, quomodo intelligatur ſtatutum Florentinum de bonis iacentibus, & quando hæreditas repudiata poſſit adiri.

ARGVMENTVM XLVIII.

Donatio facta abſenti an ius tribuit ante ratificationem in præiudicium tertij, quid in præiudicium fiſci, quando præſumatur ratificata, multa de ſimulatione, & quod vbi apparet per inſtrumentum non arguatur falſa ex coniecturis.

ARGVMENTVM XLIX.

Natus, & baptizatus etiam per tranſitum efficitur Ciuis loci, in quo naſcitur, & qualiter appellatione Ciuitatis, & Ciuium veniant etiam commitatini.

ARGVMENTVM L.

Intereſſe dotis quando debeatur etiam ſoluto matrimonio, & in qua ſumma. Qualiter periti diſcordantes in valore rei reducantur ad concordiam.

ARGVMENTVM LI.

Lucrum ceſſans, & damnum emergens, an poſſit in pactum deduci in mutuo, & qualiter probandum. Mutuum non præſumitur, & quando dicatur initus contractus trium, & plura alia notabilia ad ſuſtinendum contractum, qui dicebatur illicitus, & vſurarius.

ARGVMENTVM LII.

Debitor nulliter captus quando non debeat relaxari, & multa de confeſſione reuocanda ex errore, & falſa cauſa. Suſpectus de fuga ad quorum inſtantiam, quo tempore, & loco poſſit carcerari, quid ſi ſit minor, ſenex, vel mulier, & an alleget incompetentiam Iudicis.

ARGVMENTVM LIII.

Milites, & Doctores an, & quando poſſint carcerati pro debito, an renuntient ſuis priuilegijs, quid ſi ſint ſuſpecti de fuga, & plura de notificatione Bandarum.

ARGVMENTVM LIV.

Ceſſio bonorum quando fieri poſſit, & qua forma, pro quibus debitis ſuffragetur, quid operetur, & an poſſit re integra reuocari.

ARGVMENTVM LV.

Statutum mandans fieri compromiſſum, inter quas perſonas procedat, & in quibus cauſis, quoties ſit faciendum, quanto tempore duret, & multa alia in materia compromiſſi ſtatutarij, & laudi.

ARGVMEMTVM LVI.

Compenſatio qualiter extinguat debitum, an, & quando, & pro quibus debitis locum habeat, per quos opponatur, & plura etiam de retentione.

ARGVMENTVM LVII.

Laudum ſuper bonis Eccleſiaſticis, ſuper futura ſucceſſione, ac ex alijs quando ſit nullum, nec valeat in vim pacti per emologationem. An ſubſcriptio folij albi præiudicet, & an debeant accepta reſtitui.

ARGVMENTVM LVIII.

Emphyteuſis an, & quando ſit tranſitoria ad extraneos hæredes, vel legatarios. Dominus directus quando poſſit pro ſe retinere, vel teneatur proximiores, etiam fœminas, inueſtire.

ARGVMENTVM LIX.

Donatario inter viuos qualiter poſſit reuocari ex conuentione, vel ob pacta non ſeruata, & an hoc ius tranſeat ad hæredes, & quando promiſſio aliquid faciendi habeatur pro ipſo facto.

ARGVMENTVM LX.

Dos ſororis an ſit detrahenda de hæreditate vti æs alienum, vel ex legitima fratri grauato debita, an, & quando ſuccedat loco legitimæ, quo tempore debeatur, an tranſmittatur, & an qui non habeat ius ſuccedendi augeat numerum pro calculanda legitima.

ARGVMENTVM LXI.

Donatio facta filio pro adipiſcendo ſacerdotio, an imputetur in legitimam, & cuius temporis æſtimatio ſit attendenda. Legitima, & ſupplementum an tranſmittatur, & intra quantum tempus peti debeat, & an debeatur in bonis emphyteuticis.

ARGVMENTVM LXII.

Incertitudo an, & quando vitiet donationem, vel alius contractus latè, explicatur.

ARGVMENTVM LXIII.

Pons ſuper via publica per quam ducitur aqua ad molendinum, à quo fieri debeat, & quomodo reſcripta Principis intelligantur.

ARGVMENTVM LXIV.

Mandatum ad delictum ex quibus coniecturis probetur, aliqua de corpore delicti, & an reſtes aliàs

aliàs inhabiles admittantur ad defenſam, cum alijs in materia criminali.

ARGVMENTVM LXV.

Emphyteuta ceſſans in ſolutione canonis, quomodo poſſit expelli, an celeri ſatisfactione moram purgare, & an dominus per receptionem canonis ſibi præiudicet.

ARGVMENTVM LXVI.

Scriptura priuata, quæ requirat, vt poſſit concurrere cum publico inſtrumento, quomodo recognoſcenda, qnid ſtante pacto, vel ſtatuto quod habeat vim publici inſtrumenti. Plura de libtis mercatorum, quando inter creditores priuilegia conquaſſentur, & alia notabilia in materia prælationis.

ARGVMENTVM LXVII.

Legatum qualiter fiat caducum, an vnus ex hæredibus poſſit in ſolidum conueniri pro dote. Grauamen expreſſum in vno caſu, an procedat in alio, & quid ſi teſtator viuens tradat rem legatam.

ARGVMENTVM LXVIII.

Agitur de iure congrui, quibus, quando, & contra quos competat, qualiter excludatur, quis in eo præferatur, quanto tempore præſcribatur, & alia notabilia in hac materia.

ARGVMENTVM LXIX.

Alienatio bonorum Eccleſiæ ex quibus cauſis ſit permiſſa, quas ſolemnitates requirat, qualiter poſſit claudieare, & quando habeatur pro perfecta.

ARGVMENTVM LXX.

Contractus carcerati an, & quando valeat: An eius fideiuſſor obligetur, ſi ſoluerit, an repetat ab eo, quid ſi ſoluerit pro liberando detentum à latronibus, pluta de metu quando reſcindat contractum, an iuramentum operetur, & alia notabilia.

ARGVMENTVM LXXI.

Carceratus pro vno debito an, & quando poſſit recommendari pro alio, & quæ requirantur, quid ſi ſit carceratus pro delicto, an poſſit arreſtari pro debito, vel pro alio delicto, ſiue pro expenſis alimentorum.

ARGVMENTVM LXXII.

Conditio impoſſibilis an, & qnando vitiet contractus, & vltimas voluntates, quotuplex ſit, qualiter differat à modo, & alia notabilia in materia conditionum.

ARGVMENTVM LXXIII.

Creditor habens generalem, & ſpecialem hypothecam an, & quando teneatur à ſpeciali incipere, quid in muliere, quid in cenſu, & an hæc exceptio admittatur in Saluiano.

ARGVMENTVM LXXIV.

Conditiones auertentes à procreandis liberis, vel econtrà innitantes ad prolem an, & quando ſint licitæ. Conditio ſi ſine liberis an ſubintelligatur à iure, quid operetur tam expreſſa, quàm tacita, de quibus liberis intelligatur, & ſubſtitutionibus medijs caducatis an admittantur ſequentes, & alia plura.

ARGVMENTVM LXXV.

Abſolutio à iuramento quando ſit neceſſaria, à quo concedenda, quid operetur, an requirat citationem, & an obtenta lite pendente ſuffragetur.

ARGVMENTVM LXXVI.

Ius accreſcendi an procedat vbi adeſt ſubſtitutus, vel vbi habet locum tranſmiſſio, an in actibus inter viuos, & alia de tranſmiſſione, & iure accreſcendo.

ARGVMENTVM LXXVII.

Mulier an poſſit diſponere de dote vbi vigore Statuti, vel pacti eſt ad alium applicata, quid ſi habeat patrem, & multa de donatione facta viro per vxorem quod ſit nulla.

ARGVMENTVM LXXVIII.

Contumax quis dicatur, an audiatur non refectis expenſis, an poſſit appellare, quid in muliere minore, & ruſtico, multa de citatione ad ſententiam. Poſitiones vt declarentur pro confeſſis, quæ præcedere debeant, & qualiter reuocetur huiuſmodi confeſſio.

ARGVMENTVM LXXIX.

Oſtium an fieri poſſit in proprio pariete verſus fundum vicini. Fouea, puteus, vel penus ſubterraneus an poſſit fieri prope fundum alterius. Armaturam an ſit permiſſa ſupra ſolum alienum, & an liceat abuti ſua ſubſtantia in damnum alterius.

ARGVMENTVM LXXX.

Fideicommiſſum qnaliter efficiatur caducum ante euentnm conditionis, & non tranſmittatur. Subſtitutis pluribus quando non admittatur niſi omnibus defunctis, & aliqua de iure accreſcendi.

ARGVMENTVM LXXXI.

Clericus an poſſit fideiubere, & quando gaudeat priuilegio c. Odoardus de ſolut. & an extendatur ad hæredes, & fideiuſſores. Filiusfamil. quando gaudeat beneficio l. 2. C. quod cum eo, &c. & qualiter vſusfructus bonorum filij veniat in hypotheca ad fauorem creditorum patris.

ARGVMENTVM LXXXII.

Pater, & mater qualiter ſuccedant filijs cum fratribus, vel eorum filijs tam de iure communi, quàm attento Statuto Florentino. Teſtamentum frattis, an reuocetur per fratrem inſtituta turpi perſona, quid ſi fuit datus ſubſtitutus honeſtus, & an conſeruentur legata.

ARGVMENTVM LXXXIII.

Acquiſita per vnum ex filijs an, & quando ſint alijs communicanda, quid in lucro dotali, & ſimilibus.

ARGVMENTVM LXXXIV.

Fideiuſſor euictionis quando præſtari debeat, an creditor teneatur de illa, vel ad pretij reſtitutionem, & an de hoc cauere. Intereſſe dotis an debeatur viduæ, quid ſi tranſeat ad ſecunda vota, & latè quando debeantur fructus recompenſatiui, vel non.

ARGVMENTVM LXXXV.

Emphyteuſis an poſſit alienari in extraneum per vltimum de linea. & dominus teneatur conſenſum præſtare. Pater an poſſit præiudicare filijs in emphyteuſi, vel feudo, & alia.

ARGVMEMTVM LXXXVI.

Sumptus litis quando præſtari debeant pauperi litiganti ab aduerſario, an repetantur in caſu ſuccumbentiæ, vel imputentur in caſu victoriæ. Alimenta an debeantur extra domum, quomodo taxentur, & eorum appellatione quæ veniant.

ARGVMENTVM LXXXVII.

Res quando dicatur litigioſa, & an poſſit alienari. Multa de donatione nulla ob non ſeruatam formam ſtatuti, & qualiter in ea poſſit læſio conſiderari, non obſtante iuramento, & decreto.

ARGVMENTVM LXXXVIII.

Sententia lata poſt peremptam inſtantiam ſtatuti, an, & quando ſit valida, & quando nullitas non attendenda.

ARGVMENTVM LXXXIX.

Statutum quod hæreditas delata licèt non adita tranſmittatur, quando locum habeat: plura de tranſmiſſione, & qualiter hæreditas dicatur delata, & poſſit adiri, quid in bannito, & an poſſit repudiari in præiudicium creditorum.

ARGVMENTVM XC.

Legitima quanta ſit, an debeatur filiabus in bonis maternis ſtante ſtatuto illorum excluſiuo, plura de renunciatione, quando æqualitas dotis ſit ſeruanda inter ſorores, an maſculi ex vno matrimonio excludant fœminas ex alio.

ARGVMENTVM XCI.

Excuſſio qualiter conſideretur, quando dicatur reiecta à ſtatuto, vel non, permiſſa quomodo intelligatur, an admittatur in Saluiano, & quæ precedere debeant antequam tertius poſſeſſor poſſit moleſtari.

ARGVMENTVM XCII.

Executio ante ſententiam an, & quando ſit permiſſa, qualiter probatio debeat eſſe concludens, teſtes an probent non citata parte ad videndum iurare. Iudex appellationis an efficiatur Iudex nouæ cauſæ, quid in manutenrione. Actor an ſemper ſequatur forum rei, & plura de interitu inſtantiæ, & refectione expenſarum.

ARGVMENTVM XCIII.

Cautio de non offendendo quos comprehendat, in quibus caſibus rumpatur, vel non, quomodo extinguatur, an pœna ſoluta poſſit repeti, an de proximo banniendus poſſit impunè offendi, & alia notabilia.

ARGVMENTVM XCIV.

Error calculi in quo conſiſtat, quando, & intra quantum tempus poſſit allegari, vel non, & an appellatio deuoluat totum negotium ad Iudicem appellationis.

ARGVMENTVM XCV.

Sequeſtra an, & quando ſint permiſſa, qualiter iuſtificari debeant, quomodo ſatisdatione tollantur, an inuitus quis cogatur illa acceptare, & an Princeps poſſit dilationem concedere pro debito iurato.

ARGVMENTVM XCVI.

Iuſpatronatus qualiter acquiratur, quando ſit gentilitium, vel hæreditarium, quomodo tranſeat in hæredes, an poſſit cedi, vel donari ſine conſenſu Epiſcopi, an reſignari, & an patronus poſſit ſe ipſum præſentare, cum alijs in hac materia.

ARGVMENTVM XCVII.

Conductor molendini ad quas expenſas teneatur, quando habeat remiſſionem penſionis, an teneatur de caſu fortuito. Molendinum nouum an fieri poſſit in præiudicium alterius, & an quis poſſit cogi ire ad certum molendinum, vel furnum.

RRGVMENTVM XCVIII.

Mulier relicta tutrix gerit vti adminiſtratrix, an poſſit alienare, & quæ requirantur in alienatione. Contractus qualiter debeat in totum approbari, vel reprobari per minorem, plura de verſione, & quando fructus hincindè debeantur ſtante nullitate contractus, & qualiter debeantur melioramenta.

ARGVMENTVM XCIX.

Filius an, & quando præſumatur hæres, ex quibus actibus inducatur aditio, quid in muliere, & minore, & an euicta hæreditate reſoluatur.

ARGVMENTVM C.

Dilatione data ad ſoluendum pretium mercium, vel mobilium qualiter reſultet mutuum implicitum, & an poſſit aliquid recipi citra vſuram, quid ſtante iuramento, multa de lucro ceſſante, & damno emergente, an poſſit carius vendi ad tempus, & plura alia notabilia.

ADSIT

ADSIT PRINCIPIIS VIRGO BEATA MEIS.

ARGVMENTVM.

Conductor non ſoluens penſionem qualiter poſſit expelli, quando dicatur tacitè reconduxiſſe, vel non, quouſque teneatur ſoluere penſionem. Scriptura quando dicatur de ſubſtantia contractus, aliqua de remiſſione penſionis, & ſuſceptione caſus fortuiti.

SVMMARIVM.

1 *Conductor non ſoluens penſionem cadit à commodo contractus, & poteſt expelli.*
2 *Conductor expulſus culpa ſua tenetur ad penſionem pro toto tempore.*
3 *Conductor finito tempore perſeuerans in re conducta dicitur tacitè reconduxiſſe.*
4 *Præcipuè quando non per paucos dies, ſed congruo tempore perſeuerauit.*
5 *Reconductio tacita cenſetur facta cum eadem penſione.*
6 *Conductor, qui finito tempore vult recedere, debet notificare domino.*
7 *Dominus poteſt finito tempore quandocumque conductorem prædij vrbani expellere, ſecus in prædio ruſtico, in quo tenetur præſtare patientiam per alium annum.*
8 *Conductor tenetur ad penſionem, donec reſtituat rem in priſtino ſtatu bonitatis.*
9 *Conductor propter malum vſum rei poteſt expelli.*
10 *Conductor tenetur ad penſionem, donec retinet rem conductam.*
11 *Res non dicitur reſtituta, cùm deteriorata reſtituitur.*
12 *Reconductio tacita requirit ſimultaneum conſenſum vtriuſque partis.*
13 *Reconductio tacita non procedit in vrbanis, ſed tantùm in ruſticis prædijs.*
14 *Molendina an dicantur prædia ruſtica, vel vrbana.*
15 *Reconductio tacita non procedit quando locator eſt abſens.*
16 *Prout non inducitur ſtante promiſſione de reſtituendo rem finito tempore, & ſtante generali renunciatione.*
17 *Reconductio tacita intelligitur pro vno anno tantùm.*
18 *Reconductio tacita non procedit quando locatio fuit contracta in ſcriptis, & quomodo iſtud intelligatur.*
19 *Scriptura quando ſit de ſubſtantia contractus, vel ad ſolam probationem.*
20 *Scriptura in dubio dicitur ad probationem, & non de ſubſtantia.*
21 *Conductor molendini an ſtante deſtructione cluſa habeat remiſſionem penſionis.*
22 *Caſus fortuiti quando veniant in generali promiſſione, & quales veniant.*
23 *Suſcipiens in ſe caſus fortuitos non tenetur de inſolitis.*
24 *Nec de illis qui ex culpa partis, vel facto Principis eueniunt.*
25 *Factum Principis non excuſat quando fuit præuiſum.*

CAPVT I.

Conductor non ſoluens penſionem tempore conuento efficit locationem nullam & inualidam, cadit à com-
modo contractus, ius ſuum amittit, & poteſt ante tempus 1
expelli, ita vt non admittatur purgatio moræ ſtante iura-
mento, Mohed. *deciſ.1. de loc. & conduct.* Magon. *dec. Luc.*
15.num.5. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.19. num.7. & ſeqq. &*
cap.515. per tot. Amat. *deciſ.Ferr.57.num.1.* Cancer. *var.re-*
ſolut. part.1. cap.14. num.7. & 8. Et ſi ex hac cauſa non ſo- 2
lutionis penſionis expellatur, & ſic propter culpam ſuam
tenetur nihilominus ſoluere pro toto tempore conductio-
nis, ſecundùm Paul. de Caſtr. *in l.diem functo in fine ff. de*
off. Aſſeſſ. vbi etiam Iaſ. *num.* 33. *& ſeq.* & Alex. *num.* 11.
quos vide.

Si autem conductor perſeuerauit in re conducta poſt fi-
nitum tempus, prout in caſu noſtro, ex retentione cla-
uium, & aliorum inſtrumentorum molendini, non eſt
dubium quod tenetur ſoluere penſionem, cùm ex huiuſmo-
di perſiſtentia, & retentione reſultet indubitata recondu- 3
ctio tacita, vt in *l. item quæritur §. qui impleto ff. loc. & con-*
duc. vbi gloſ. & DD. Faber. *in ſuo Cod. lib. 4. tit.42.* Rub. *de*
loc. & conduc. def.45. in princ. & def.48.num.1. Barz. *deciſ.60.*
num.7. Ricc. *in prax. for. Eccleſiaſt. deciſ.92. num.2.* Cancer.
d.cap.14.num.57. & ſeq. vbi *num.69.* ait hoc verùm etiam in
retentione rerum mobilium conductarum.

Quod præcipuè procedit, quando conductor non per
modicum tempus, & paucos dies permanſit in re condu- 4
cta poſt finitam conductionem, ſed per congruum tempus
perſiſtit, vt notat poſt alios Cancer. *d.cap.14. num.58. verſ.*
prædicta tamen, Rot. Bonon. *deciſ.20.num.13.part.1.diuerſ.*
vbi *num.* 14. habetur quod tempus congruum dicitur ſpa-
tium trium menſium, ſi enim modico tempore, vt per
tres, vel paulò plures dies ſtetiſſet conductor in re condu-
cta poſt finitum tempus, non cenſeretur facta tacita recon-
ductio, Bald. *in d. §. qui impleto*, & Afflict. *deciſ.365.num.*
14. Et huiuſmodi tacita reconductio cenſetur facta cum 5
eadem penſione conuenta in expreſſa conductione, vt in
d. §. qui impleto, vbi notant omnes, Faber. *d. def.* 45.
num. 1. Barz. *d. deciſ.* 60. *num.* 7. & Cancer. *d. cap.* 14.
num. 65. *&c.* Et pro eodem tempore Rot. Bonon. *d. de-*
ciſ. 20. *num.* 2. & 3. Afflict. *deciſ.* 365. *num.* 10. vbi Vr-
ſill. *num.* 13.

Conductor enim, qui finito tempore conductionis non 6
vult teneri vlterius ad penſionem, debet denunciare domi-
mino ſe velle recedere à domo conducta, aliàs tenetur ſol-
uere donec notificet, præcipuè quando agitur de re, quæ
difficulter locari ſolet, & ſic quando ex tali receſſu domi-
nus eſſet damnum aliquod paſſurus, Iaſ. *in l. ſi ex legati*
cauſa num.14. ff. de verb. obligat. Menoch. *conſ.246.num.31.*
cum alijs per Gratian. *diſcept.* 354. *num.* 20. *& ſeq.* & latè
Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 5. *tit.* 15. *num.* 2. *&*
per tot. Vrſill. ad Afflict. *deciſ.365.num.9.* Quamuis domi-
nus finito tempore poſſit quandocumque illum expellere,
quando ſumus in prædio vrbano, ſecus autem in ruſtico, 7
quia tunc tenetur præſtare patientiam per alium annum,
ex quo ſtante perſeuerantia in prædio ruſtico præſumitur
tacita relocatio vſque ad alium annum propter patientiam
ipſius locatoris, & quia fructus niſi per annum capiuntur
in prædijs ruſticis, in vrbanis verò ſingulis diebus fructus
habitationis percipiuntur, & ideò conductor, prout inha-
bitauit, reconduxiſſe videtur, & non vltrà, *l. item quæri-*
tur §. qui impleto ff. locat. vbi Bart. *in ſum.* Afflict. *deciſ.365.*
n. 12. Pract. Papp. *libel. ad ſicti præſtat. gloſ.1.n.* 8. Gratian.
diſcept. 534. *n.* 13. latè Mantic. *loc. cit.* & plenè, ac pulchrè
more ſuo Mart. Medic. *deciſ. Senenſ. exam.59.n.10.*

Præ-

Prætereà conductor noſter nedum tenetur ad penſiones
decurſas pro tempore, quo retinuit claues, & alia molen-
dini inſtrumenta, & ſic pro tacita reconductione, ſed etiam
8 ad penſiones decurrendas vſquequò molendinum reſtituat,
& reducat ad priſtinum ſtatum bonitatis, ſicuti de iure
conductor tenetur reſtituere rem conductam, *l. cum con-
ductorem* 29. *C. locat.* vbi gloſ. & DD. *l. ſi merces §. condu-
ctor, & l. hac diſtinctio, §. fin. ff. eod.* Morz. *tract. de con-
tract. tit. de locato cap. de natura locationis num.* 10. vbi quod
de natura locationis eſt, vt conductor conſeruet, & reſti-
tuat rem conductam in eſſentia, & ſtatu bonitatis, in quo
illam recepit, Surd. *deciſ.* 131. *num.* 4 Buratt. *deciſ.* 400. *num.*
9 1. *& ſeq.* cùm etiam conductor propter malum vſum con-
cernentem perpetuam ſubſtantiæ rei locatæ deteriorationem
nem poſſit à locatore expelli, Alex. *conſ.* 11. *lib.* 5. Add. ad
Pract. Papp. *libell. ad ficti praſtat. gloſ. Inueſtiuit, verb. malè
verſatur*, Magon. *deciſ. Flor.* 22. *num.* 6. pulchrè Menoch.
10 *de arbitr. caſ.* 78. *per tot.* & Gratian. *diſcept.* 156. *per tot.* Et
abſque dubio conductor tenetur ſoluere penſionem rei lo-
catæ quouſque ipſam rem retinet, & non reſtituit, vt ſunt
text. expreſſi *in d. §. qui impleto, & l. qui ad certum, ff. lo-
11 cati, & in C. legem §.* 1. *C. eod.* Res autem locata non dici-
tur reſtituta, cùm deteriorata reſtituitur, vt latè fuit dictum
per Rot. *in d. deciſ.* 400. coram Buratto, & latè probat Al-
tograd. *conſ.* 21. *num.* 41. *& lib.* 1.

12 Circa tamen prædicta de tacita rei conductione eſt ani-
maduertendum, quod ad eam inducendam requiritur con-
ſenſus ſimultaneus vtriuſque partis, ſine quo nullo modo
dari poteſt, ad tradita per Alciat. *de praſumpt. reg. 2. praſumpt.*
17. *n.* 7. Caroc. *de locat. tit. de renouat. locat. declarat.* 12. *n.* 1.
vbi dicit ad hunc effectum ſufficere animi declarationem fa-
ctam coram amicis, aut coniunctis alterius partis.

Prout etiam dicta traditio procedit tantùm in prædijs ru-
ſticis, in quibus non niſi certis, & determinatis tempori-
13 bus fructus percipiuntur, ſecus autem in vrbanis, in qui-
bus dietim percipiuntur, & propterea in iſtis nequit indu-
ci tacita relocatio pro toto anno, vt contingit in ruſticis,
Bart. *in d. l. item quaritur, §. qui impleto ff. locat.* Ruin. *conſ.*
61. *num.* 9. *lib.* 1. Afflict. *deciſ.* 365. *n.* 12. cum alijs ſupra re-
14 latis, &c. An autem molendinum dicatur prædium ruſti-
cum, vel vrbanum, tradit Gratian. *diſcept.* 564. *num.* 9. *&
ſeq.* vbi quod eſt prædium ruſticum ſi compactis tabulis ſit
confectum, & in flumine poſitum ad effectum tantùm mo-
lendi, & in illo non habitetur, ſecus autem ſi ſit domui
iunctum, vel ædificatum in ſolo, & in eo habitetur, quia
tunc erit prædium vrbanum.

Sicut etiam dicta tacita reconductio non inducitur,
quando dominus, & locator eſt abſens, nec habet noti-
15 tiam, quod conductor retineat rem conductam, quia tunc
deficit conſenſus ſimultaneus ex parte locatoris, Afflict.
deciſ. 365. *num.* 16. Mart. Medic. *deciſ. Senenſ. exam.* 59.
num. 26. prout nec quando fuit promiſſum in inſtrumento
16 de facienda reſtitutione liberæ poſſeſſionis finito tempore
locationis, & ſtante clauſula renuncians omni legum au-
xilio, & fauori, Caroc. *de locat. declarat.* 7. *fol.* 163. Bor-
17 gon. *deciſ.* 44. *num.* 89. *part.* 2. Et in omnem caſum cenſere-
tur facta tacita reconductio ad annum tantùm, præcipuè
quando prima, & expreſſa locatio non erat ad longius tem-
pus contracta, *d. l. item quaritur, §. qui impleto, ff. locat.* So-
cin. iun. *conſ.* 63. *num.* 20. *lib.* 2. Ruin. *conſ.* 61. *num.* 9. *lib.* 1.
Bero. *conſ.* 152. *num.* 17. *lib.* 1. Afflict. *d. deciſ.* 365. *num.* 5.
Surd. *deciſ.* 33. *num.* 11.

Pariter non inducitur tacita relocatio, quando contra-
18 ctus locationis fuit in ſcriptis redactus, Bart. *in d. §. qui im-
pleto num.* 7. Afflict. *d. deciſ.* 365. *num.* 10. intelligendo ta-
men, quando ſcriptura antecedentis expreſſæ locationis fuit
facta pro illius ſubſtantia, & validitate, & quia aliter par-
tes noluiſſent contrahere ſine ſcriptis, ſecus autem ſi ad
effectum probandi tantùm fuerit facta ſcriptura, quia tunc
induceretur tacita relocatio ex perſeuerantia conductoris
in re conducta, & ſcientia locatoris cum patientia poſt fi-
nitum tempus non obſtante ſcriptura in expreſſa locatione
adhibita, cùm non pro ſubſtantia contractus, ſed ad faci-
liorem probationem fuerit confecta iuxta *l. contractus, C. de
fide inſtrument.* Azzo. *in ſum. C. locati*, Afflict. *deciſ.* 365.
num. 10. & latè declarat Cancer. *var. reſolut. part.* 1. *cap.* 14.
num. 60. Et idem eſt in alijs contractibus, qui ſolo conſenſu
perficiuntur, nam licèt redigantur in ſcriptis, & appareat
19 partes velle ſuperindè confici inſtrumentum, dicuntur per-
fecti ante illius celebrationem, niſi appareat noluiſſe partes
aliter contrahere, & habere contractum pro perfecto ante
celebrationem inſtrumenti, quia primo caſu inſtrumen-
tum fieri dicitur ad probationem, ſecundo autem caſu ad
ſubſtantiam ipſius contractus, & ideò nil mirum ſi primo
caſu dicitur perfectus ſine ſcriptura, ſecundo autem caſu
non ita, Magon. *deciſ. Luc.* 95. *per tot. deciſ. Flor.* 135. *num.*
14. Theſaur. *deciſ.* 197. *per tot.* Gratian. *cap.* 842. vbi loqui-
tur in venditione, *& cap.* 899. *num.* 13. vbi loquitur in do-
natione, *& in cap.* 564. *n.* 29. vbi quando ſcriptura ex con-
uentione partium dicatur de ſubſtantia, vt illa nondum
perfecta contractus habeatur pro imperfecto, & ſit locus
pœnitentiæ, & quod niſi dicatur expreſsè, quod fiat inſtru- 20
mentum, aliàs contractus non valeat, & pro non facto ha-
beatur, in dubio dicatur fieri ad meram probationem, & non
ad ſubſtantiam, Barboſ. *in l. contractus num.* 3. *C. de fid. in-
ſtrum.* Cardoſ. *in prax. Iudic. & Aduoc. verb. Contractus
num.* 28. *& verb. Inſtrumentum num.* 10. Gizzarell. *deciſ.* 75.
num. 5. *&* 7.

Poſſet tamen conductor Molendini prætendere remiſſio- 21
nem affictus, & penſionis propter deſtructionem clusæ ob
impetum aquarum, & ſic ſine culpa locatoris, licèt ipſe
conductor eſſet obligatus cluſam de proprio manutenere,
quia non tenetur illam de nouo reficere ſi totaliter fuerit
deſtructa, cùm id eueniat caſu fortuito adeò inſolito, vt
de illo non teneatur, quamuis in ſe ſuſceperit caſus fortui-
tos, & quia huiuſmodi impenſa eſt magna, & reſpicit per-
petuam rei vtilitatem duraturam vltra tempus conductio-
nis, ad quam tenetur locator, & non conductor, Gratian.
diſcept. 557. *num.* 63. *& ſeq.* & Burat. *in Ferrarienſis affictus*
26. *Nouembris* 1616. *impreſſ. penes* Gratian. *loc. cit.* Quia li- 22
cèt conductor in ſe ſuſcipiat omne periculum, & promittat
penſionem omni exceptione remota ſuo riſico, & pericu-
lo, ſi non fecit expreſſam mentionem caſus fortuiti, non te-
netur de illo, ac etiam facta expreſſa mentione caſus fortui-
ti non tenetur de inſolitis, & de quibus non fuit veriſimi-
liter cogitatum, Boſſ. *tit. de remiſſ. merced. num.* 57. *& ſeq.*
Euerard. *loc. à vi, & energ. iuram. num.* 34. Mantic. *de ta-
cit. & ambigu. lib.* 5. *tit.* 8. *per tot.* Petr. Santer. *Luſitan. tra-
ctat. de aſſecurat, & ſponſ. part.* 4. *per tot.* Menoch. *de arbi-
tr. caſ.* 80. *per totum*. Gratian. *diſcept.* 195. *&* 557. *num.* 69.
Magon. *deciſ. Flor.* 67. *per tot.* vbi generaliter de ſuſcipiente 23
in ſe caſus fortuitos, qui non tenetur inſolitis, & veriſimi-
liter non cogitatis non obſtante iuramento, quod aliàs ſo-
let habere vim expreſſionis, ſicut in huiuſmodi ſuſceptione
caſuum fortuitorum numquam veniunt illi, qui ex culpa
partis occurrunt, Gratian. *diſcept.* 806. *num.* 8. nec illi, qui 24
ex facto Principis proueniunt, idem Gratian. *diſcept.* 884.
num. 15. *cap.* 520. *num.* 25. *&* 26. *& cap.* 989. *num.* 8. niſi fa-
ctum Principis futurum fuerit præuiſum, & cogitatum à 25
partibus, quia tunc non excuſaret, idem Gratian. *diſcept.* 465.
num. 2. vide *in cap.* 534. *num.* 31. 52. *&* 57.

ARGVMENTVM.

**Filij tam maſculi quàm fœminæ qualiter ſucce-
dant matri, & quid in priuigno, & qualiter
fratres, & ſorores inter ſe, vel vnà cum pa-
tre tam de iure communi, quàm attento Sta-
tuto Florentino, & quando Statutum Ciuita-
tis dominantis ſit ſeruandum, cum alijs nota-
bilibus, ad intelligentiam Statutorum exclu-
dentium fœminas propter maſculos.**

SVMMARIVM.

1 *Filij tam maſculi, quàm fœmina matri aqualiter ſuc-
cedunt, & num.* 13.
2 *Pater in bonis maternis filiorum habet tantùm vſum-
fructum, & num.* 6.
3 *Succeſſio inter virum, & vxorem regulariter non datur,
& quando ſecus.*
4 *Succeſſio nulla iure affinitatis datur.
Priuignus non ſuccedit Nouerca.*
5 *Frater, vel ſoror vtrimque coniuncta praefertur alteri
fratri conſanguineo tantùm in ſucceſſione fratris pra-
defuncti.*
6 *Pater aqualiter admittitur in ſucceſſione filij cum fra-
tre, vel ſorore vtrimque coniuncta defuncto filio.*
7 *Statutum Ciuitatis dominantis ſeruandum in defectum
ſtatutorum loci particularis.*

8 *Amplia etiam ſi adeſſet ſtatutum iubens recurri ad ius commune.*

Filia ſuccedit matri ſi extent filij maſculi iuxta ſtatutum Florentinum.

9 *Bona materna per additionem deſinunt eſſe talia, & efficiuntur propria adeuntis.*

10 *Statutum de fratre ſorori præferendo an verificetur in fratre conſanguineo tantùm, ita vt ſororem vtrimque coniunctam excludat à ſucceſſione alterius fratris.*

11 *Quod procedit tantum in bonis paternis, ſecus autem in maternis, quæ reſeruantur ſorori vtrimque coniunctæ ſaltem pro medietate, & num. 13.*

12 *Filij maſculi ex primo matrimonio non excludunt fœminas ex ſecundo, nec è contra in bonis maternis.*

14 *Statutum excludens ſororem extante fratre intelligitur de fratre primi gradus, & non verificatur in remotioribus.*

15 *Statutum vocans maſculos ad excluſionem fœminarum non procedit, vbi agitur de hæreditate fœminæ.*

16 *Soror excluſa à ſucceſſione fratris non intelligitur excluſa à ſucceſſione ſororis, ſed contrarium.*

17 *Statutum excludens fœminas exiſtentes in pari gradu an intelligatur excludere ſororem à ſucceſſione fratris per exiſtentiam filij alterius fratris, contrarium num. 18.*

C A P V T II.

DOminus Ioachinus prout proponitur in facto liberis duobus maſculo ſcilicet, & fœmina ex primo matrimonio ſuſceptis ad ſecundas conuolauit nuptias, ex quibus alios duos liberos maſculum pariter, & fœminam ſuſcepit.

Defuncta poſteà vxore ſecundi matrimonij relictis poſt ſe dictis filijs maſculo, & fœmina ex ſuo corpore natis, & priuigno, ac etiam ſuperſtite dicto D. Ioachino eius viro
1 non eſt dubium, quod attenta iuris communis diſpoſitione ipſi filij ſecundi matrimonij ſublata qualibet ſexus differentia, & ſic tam maſculus, quàm fœmina eidem matri ſuæ prædefunctæ ab inteſtato æqualiter ſuccedere debent, vt in *ff. & C. & inſtitut. de Sen. Conſult. Orfic. l. ſi matre, C. de ſuis, & legit. & lib. 2. ff. vndè cognati.*

Neque obſtat exiſtentia D. Ioachini ipſorum filiorum patris, & reſpectiuè viri matris prædefunctæ, quia ille poſſet tantùm durante vita ſua habere vſumfructum in dictis
2 bonis maternis, quæ in totum ſpectant ad filios quoad proprietatem, & in eis poſſunt habere hæredem, *l. cum oportet,* vbi DD. *C. de bon. quæ lib.* Boer. *deciſ.* 61. *num.* 1. cum alijs
3 per Michalor. *de fratr. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 3. Inter virum enim, & vxorem regulariter non datur ſucceſſio, niſi deficientibus omnibus deſcendentibus, aſcendentibus, & collateralibus conſanguineis intra decimum gradum, vt in *tot. tit. ff. & C. vnde vir. & vxor.*

Prout nec pariter obſtat exiſtentia priuigni, & ſic fratris conſanguinei tantùm ipſorum ſuccedentium, quia cùm non ſit filius eiuſdem matris, ſed natus ex alio matrimonio, &
4 ſic cùm ipſe non deſcendat à ſecunda vxore, de cuius ſucceſſione agitur, nec ſecunda vxor ab illo, nec ambo ab vno ſtipite, dicitur ſolùm coniunctus Nouercæ iure affinitatis, & iure affinitatis nulla ſucceſſio datur, *l. vitrico, & l. affinitatis, C. com. de ſucc.*

Defuncto verò poſteà dicto filio maſculo ſecundi matrimonij ſine liberis ab inteſtato ſuperſtite dicta eius ſorore carnali vtrimque coniuncta, & dicto fratre conſanguineo tantùm ex primo matrimonio pariter non eſt dubitandum,
5 quod ſucceſſio illius de iure ſpectat in totum dictæ eius ſorori, quæ duplici vinculo agnationis ſcilicet, mediante patre, & cognationis mediante matre reperitur dicto eius fratri defuncto coniuncta non obſtante altero fratre conſanguineo tantùm, qui licèt ſit in pari gradu, excluditur per dictam ſororem vtrimque coniunctam, cùm duo vincula fortiùs ligent quàm vnum, & duæ rationes vincant vnam, *C. ſi igitur defunctus, Nouell.* 118. *de hæred. ab inteſt. ven. auth. ceſſante, C. de legit. hæred.* Craſſ. *in §. ſucceſſio, quæſt.* 614. Magon. *deciſ. Flor.* 148. *num.* 1. Gratian. *diſcept.* 661.
6 *num.* 16. *& ſeq.* Et ſi adhuc ſupereſſet communis pater, eſſet æqualiter admittendus vnà cum dicta eius filia, & ſorore reſpectiuè vtrinque coniuncta ad hæreditatem dicti filij prædefuncti, ita tamen vt ſtante ſimultanea ſucceſſione non acquirat vſumfructum in portione ipſius filiæ, *Auth. defuncto, C. ad Tertull. iuncta auth. item hæreditas, C. de bon. quæ lib.* Gratian. *diſcept.* 685. *num.* 3. *&* 4. Boer. *deciſ.* 185.

Quæ quidem omnia ſine dubio procedunt inſpecta diſpoſitione iuris communis, nam inſpecto Statuto Florentino *Rub.* 130. *lib.* 2. cum ſua reformatione edita anno 1620. 7
quod tamquam Ciuitatis dominantis ſeruandum venit in defectum ſtatuti loci particularis, ad latè tradita per Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 18. *num.* 70. *& ſeq.* Rot. *in Nouiſſ. part.* 6. *deciſ.* 145. *num.* 28. etiam ſi in loco ſubiecto adeſſet particulare ſtatutum iubens recurri ad ius commune quia ſtatutum loci ſuperioris vicem obtinet iuris communis, Gratian. *diſcept.* 7. *num.* 1. *& diſcept.* 9. *num.* 23. *& ſeq.* licet 8
contrarium in hoc vltimo caſu firmet Magon. *dec. Flor.* 78. *num.* 6. vbi plures refert, & teſtatur ſic aliàs tenuiſſe Rotam Florentinam, videretur aliter dicendum præcipuè in primo caſu ſucceſſionis prædictæ, vbi agitur de ſuccedendo matri, cui non videntur filiæ ab inteſtato ſuccedere poſſe, ſi eidem matri exiſtant filius, vel filij, maſculus, vel maſculi prout in caſu noſtro.

Sed nihilominus admiſſo etiam, quod per dictum filium maſculum ſecundi matrimonij remanſerit excluſa dicta eius ſoror vigore ſupradicti ſtatuti à ſucceſſione matris, & quod 9
bona materna per additionem facta fuerint proprium dicti fratris patrimonium, ita vt ampliùs materna dici non poſſint, ſed fraterna, *l. ſed ſi plures, §. filio, ff. de vulg. & pupill.* Gratian. *diſcept.* 685. *num.* 1.

Sequuta poſteà morte ipſius fratris, ſine filijs ſuperſtite dicta ſorore vtrimque coniuncta, vt ſupra per eum excluſa, ipſa nunc venit ad ſucceſſionem dictorum bonorum reintegranda non obſtante ſtatuto prædicto, quia licèt dum facit mentionem de fratre ſorori præferendo poſſit verificari etiam in fratre conſanguineo tantùm, ita vt ille, qui 10
aliàs de iure communi excludebatur per ſororem vtrimque coniunctam à ſucceſſione alterius ſui fratris prædefuncti, vigore huiuſmodi ſtatuti ipſam ſororem vtrimque coniunctam excludat, Rom. *conſ.* 411. Capr. *conſ.* 8. *& conſ.* 14. cum alijs per Magon. *deciſ. Flor.* 148. *n.* 2. Gratian. *diſcept.* 661. *num.* 13. vbi quod ſi ambo eſſent maſculi ſtante ratione agnationis conſeruandæ conſanguineus tantùm æqualiter ſuccederet cum vtrimque coniuncto.

Tamen iſtud intelligendum eſt excepta dote materna, & ſic ſucceſſione matris, in qua non conſideratur agnatio, ita vt talis dos materna dictæ ſorori ex æquitate reſeruari debeat non obſtante, quod mater prædeceſſerit, & videatur dicta dos effecta patrimonium fratris vltimo loco defuncti; & qui illam tamquam vtrimque coniunctus, & maſculus excludebat, nam in iſto caſu conſideratur duplex
patrimonium, paternum ſcilicet, & maternum, ita vt in 11
bonis paternis procedat diſpoſitio ſtatuti fauore fratris conſanguinei tantùm, & bona materna reſeruentur ſorori vtrimque coniunctæ, *l. ſi emancipatis, C. de legit. hæred.* & benè declarat Magon. *d. deciſ.* 148. *num.* 16. *verſ. Nam inſpecta* vſque ad finem, & Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 14. *per tot.* filij enim maſculi ex primo matrimonio non poſ-
ſunt excludere fœminas ex ſecundo matrimonio, nec è con- 12
tra reſpectu bonorum maternorum, Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 17. *num.* 43. *& ſeq.* licèt aliqui prædicta intelligant pro medietate tantùm dotis maternæ, alia medietate remanente hæredibus fratris prædefuncti, quia hoc modo non receditur à regulis iuris, ſed ſolùm reſtituitur ſorori id quod abſtulerat ſtatutum, & reducitur ſucceſſio ad ius commune, ſecundùm quod dos matris ſpectat æqualiter filio, &
filiæ, vt per Magon. & Michalor. *loc. cit.* & ita puto tenen- 13
dum in conſulendo, & iudicando, vide Peregrin. *deciſ.* 75. *num.* 6. *& deciſ.* 86. *num.* 8.

Et circa prædicta notandum eſt etiam, quod ſtatutum excludens ſororem extante fratre intelligendum eſt de fratre
primi gradus, non autem de fratribus patruelibus, & con- 14
ſobrinis, quia non poteſt extendi de perſona ad perſonam, ſed coarctatur ad perſonas propriè expreſſas, Rom. *conſ.* 411. *num.* 4. cum alijs per Rot. *in Nouiſſ. part.* 6. *deciſ.* 68. *num.* 4.
coram Merlino in Romana ſucceſſionis 4. Iulij 1631. pro- 15
ut etiam ſtatutum vocans maſculos ad excluſionem fœminarum in ſucceſſionibus tranſuerſalibus non procedit, vbi agitur de hæreditate fœminæ, & ſic ſoror excluſa à ſucceſſione fratris per exiſtentiam alterius fratris non intelligeretur excluſa à ſucceſſione ſororis, Surd. *deciſ.* 9. Rot. in Romana ſucceſſionis 14. Iunij 1630. coram Merlino poſt Fenzon. *ad ſtat. Vrb. deciſ.* 120. Michalor. *de fratr. part.* 3. *c.* 11. *n.* 200. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 17. *n.* 16. *& ſeq.*

16 *& ſeq.* Contrarium tamen latè defendit Curt. iun. *conſ.*
150. *per tot.* & Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 449. *per tot.* &
ita ad tollendas lites declarauit noua reformatio ad Statu-
tum Florentinum edita de anno 1620. nempè ſororem, &
illius coniunctos intelligi excluſam à ſucceſſione alterius
ſororis eodem modo, quo excluditur à ſucceſſione
fratrum.

Et ſtatutum excludens fœminas exiſtentes in pari gradu
non intelligitur excludere ſororem à ſucceſſione fratris per
17 exiſtentiam filij alterius fratris, quia tunc fœmina eſt in
ſecundo gradu, maſculus autem in tertio, qui licèt re-
præſentet perſonam ſui patris, & ſic virtute repræſentatio-
nis videatur in pari gradu, tamen intelligitur repræſentare
quoad hoc tantum, vt admittatur vnà cum fœmina, non
autem vt illam excludat, Rot. *in Nouiſſ. part.* 4. *deciſ.* 385.
Sed contrarium videtur dicendum, quia ſi concedimus re-
præſentationem, ille nepos dicitur in pari gradu, ex quo po-
ſteà in neceſſariam conſequentiam venit excluſio fœminæ
attentis verbis ſtatuti, prout aduertit Michalor. *de fratr.
part.* 3. *cap.* 11. *n.* 168. idem videtur ſentire Gratian. *diſcept.*
890. *n.* 28. & Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 17. *n.* 24.

ARGVMENTVM.

Saluianum an competat fideicommiſſario, quid operetur inuentarium, quæ requiſita continere debeat, quibus priuilegijs gaudeat hæres beneficiatus, & an, & quando conueniri poſſit intra tempus conficiendi inuentarium.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum competit fideicommiſſario probatis requiſitis, ſicut & legatario.*
2 *Quæ ſint requiſita probanda per fideicōmiſſarium. & n.* 3.
4 *Bona ſubrogata in locum alienatorum eodem modo ſunt fideicommiſſario reſtituenda.*
5 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*
6 *Quos de euictione tenet actio eoſdem agentes repellit exceptio.*
7 *Hæres non poteſt impugnare factum defuncti.*
8 *Inuentarium non opitulatur in rebus hæreditarijs.*
Hæres licet beneficiatus non poteſt vendicare bona alienata per defunctum, ſi tantum reſeritur in hæreditate quantum valet res alienata.
9 *Hæreditas præſumitur opulenta, etiam ſi in ea non fuerint reperta pecunia.*
10 *Æſtimatio rerum hæreditariarum eſt neceſſaria, vt de illis poſſit reddi ratio.*
11 *Inuentarium debet continere ſingillatim æſtimationem omnium rerum deſcriptarum. Et debet omnia diſtinctè continere per pondus, numerum, menſuram, qualitatem, & quantitatem.*
12 *Hæres tenetur reddere rationem de bonis inuentariatis, aliàs inuentarium non iuuat.*
13 *Inuentarium vt dicatur legitimè factum, debent interuenire* 22. *requiſita, quæ recenſentur, & melius, num.* 19.
14 *Decretum iudicis in inuentario licèt non neceſſarium inducit præſumptionem validitatis.*
15 *Inuentarium de conſuetudine non requirit tot ſolemnitates enumeratas, ſed ſufficit ſeruari ſolitas in loco vbi conficitur.*
16 *Inuentarium probat ceſſante præſumptione fraudis, licèt ſolemnitates non ſint ſeruatæ, & ex quibus dicatur ceſſare dicta præſumptio.*
17 *Conſuetudo prædicta eſſet plenè probanda, aliàs non operatur.*
18 *Inuentarium dicitur res ſcrupuloſa, & eſt conficiendum cum grano ſalis.*
20 *Perſona Eccleſiaſtica continentur ſub generali proclama ad conficiendum inuentarium.*
21 *Inuentarium valet reſpectu citatorum, licèt quo ad non citatos ſit nullum, niſi non citati degerent extra iuriſdictionem.*
22 *Citatio generalis per proclama ſufficit ſtante multitudine creditorum ceſſante fraude.*
23 *Proteſtatio qualibet, & conuocatio creditorum ad inuentarium ſufficit.*
24 *Inuentarium fieri poteſt per procuratorem cum ſpeciali mandato.*
25 *Inuentarium præſumitur omnia continere, & plenè probat contra conficientem, ita vt non admittat probationem in contrarium, & num.* 26.
27 *De inuentario nihil poteſt diminui, vel caſſari niſi citatis intereſſe habentibus.*
28 *Inuentarium factum per hæredem grauatum non prodeſt fideicommiſſario niſi præſumptiuè, & n.* 29.
30 *Hæres poteſt cogi per fideicommiſſarium ad faciendum inuentarium, vel ſaltem deſcriptionem ſimplicem bonorum.*
31 *Hæres tenetur medio iuramento pateſacere res hæreditarias.*
32 *Hæres beneficiatus poteſt offerre de bonis, nec tenetur ſoluere in pecunia.*
33 *Hæres beneficiatus non poteſt actione perſonali conueniri, & quomodo intelligatur.*
34 *Hæres intra tempus conficiendi inuentarium non poteſt moleſtari ab aliquibus creditoribus, vel legatarijs.*
35 *Limita in cauſa alimentorum.*
36 *Limita in actione reali.*
37 *Limita quando manifeſtè conſtat hæreditatem eſſe locupletem.*
38 *Limita ſi hæres alios conueniret, & ab eis reconueniretur.*
39 *Limita in relictis pro anima.*
40 *Hæres non poteſt intra nouem dies à die mortis defuncti moleſtari.*
Debitor moribundus, nec eius domeſtici poſſunt moleſtari.
41 *Hæres beneficiatus poteſt facere ſeparationem bonorum pro ſuo credito.*
42 *Hæres beneficiatus cenſetur ſtatim ſibi ſoluiſſe, & facit fructus ſuos.*
43 *Intellige reſpectu creditorum poſteriorum, nam reſpectu anteriorum non procedit hæc imaginaria ſolutio.*
44 *Hæres promittens ſoluere legata an, & quando cenſeatur renunciaſſe inuentario.*
45 *Soluens partem indebiti ad reliquum cogi non poteſt.*
46 *Hæres beneficiatus an poſſit ſoluere creditori prius venienti ſine cautione.*
47 *Inuentarij beneficium quando poſſit in executione ſententiæ allegari.*

CAPVT III.

DOminus Octauianus, & Carolus fratres de Regu-
lis, tamquam vocati ad quoddam fideicommiſſum D.
olim Octauiani de eiuſdem Regulis mouerunt iudicium
Saluiani aduerſus duo cubicula olim poſſeſſa per Petrum de
Regulis grauatum, qui illa alienauit cum obligatione ero-
gandi pretium in emptionem aliorum ſtabilium ad com-
modum dictorum vocatorum, & nunc poſſeſſa per D. Cæ-
ſarem, & eius nepotem de Arnaldis, in quo iudicio vide-
bantur obtinere poſſe, cùm non ſit dubium, quod proba- 1
tis debitis requiſitis Saluianum competat etiam fideicom-
miſſarijs, Serapli. *deciſ.* 828. *num.* 1. Scapucc. de Saluian.
lib. 1. *quæſt.* 7. Gratian. *diſcept.* 62. *num.* 31. Duran. *deciſ.*
432. *in fine*, ſicut etiam competit legatarijs, idem Duran.
deciſ. 352. *num.* 1.

Sed nihilominus cauſa prædicta coram me agitata cenſui
de iure prædictos de Arnaldis fuiſſe à petitis abſoluendos,
& dictos de Regulis, vti temerè litigantes in expenſis con-
demnandos, & motus fui non ſolum, quia non fuit pro-
batum de poſſeſſione fideicommittentis, vſque ad eius obi- 2
tum, & quod dicta cubicula remanſerint in eius hæredita-
te, prout neceſſe erat adhoc, vt poſſent dici in fideicom-
miſſo comprehenſa, Duran. *deciſ.* 358. *n.* 2. & *deciſ.* 458.
num. 2. neque de identitate bonorum, neque de filiorum 3
legitima deſcendentia ab ipſo fideicommittente, ad tradi-
ta per Rot. in Bonon. *fideicommiſſi de Fernaſarijs Ven.* 1.
Aprilis 1650. *coram Veroſpio in princ.* nec denique bona
pulſata vnquam fuiſſe in bonis ſuppoſiti debitoris, quod
eſt vnum ex principalioribus requiſitis Saluiani, quia cùm
prædictus Petrus teneretur ex propria obligatione bona
emere pro inueſtimento certæ ſummæ ad fauorem vocato-
rum, dicta cubicula per eumdem empta cenſentur ſtatim
ſubrogata ad formam ſuæ obligationis in locum aliorum 4
bonorum alienatorum, illaque veniunt reſtituenda, vti
fideicommiſſo ſubiecta ipſi fideicommiſſario, Pac. ſ. de

Sal-

Saluian. *inſpect.* 3. *cap.* 4. *num.* 215. Igitur firmanda eſt con-
cluſio numquam illa fuiſſe in bonis emptoris, verum
ipſius fideicommittentis, cùm ſubrogata aſſumant natu-
5 ram eorum, in quorum locum ſubrogantur, Rot. *in Nouiſſ.*
part. 5. *deciſ.* 358. *num.* 7. *& deciſ.* 118. *num.* 21. Gratian.
diſcept. 491. *num.* 13. *& cap.* 765. *num.* 26. *& num.* 63. Et re-
tinent naturam ſubrogantis, & habentur, ac ſi reperta fuiſ-
ſent in hæreditate fideicommittentis, Rot. *in Nouiſſ. d. de-*
ciſ. 118. *num.* 21. *part.* 5.

Sed etiam quia cùm dicti de Regulis ſint hæredes patris,
qui dictam partem domus vendidit illis obſtat exceptio,
6 quod quos de euictione tenet actio eoſdem agentes repellit
exceptio, iuxta *l. vendicantem de euict. & l. ex qua perſo-*
na ff. de reg. iur. DD. in l. fin. §. in computatione, C. de iur.
delib. & in l. debitori, C. de pact. Add. ad Buratt. *dec.* 154.
7 Gratian. *diſcept.* 511. *n.* 28. hæredes enim non poſſunt im-
pugnare factum defuncti, *l. cum à matre, C. de rei vendic.*
idem Gratian. *diſcept.* 401. *n.* 27. & latè declarat Rot. *part.* 2.
diuerſ. deciſ. 110. *per tot.*

Neque obſtat ſi dicatur illos eſſe hæredes cum beneficio
legis, & inuentarij, quo caſu videntur poſſe habere bona
fideicommiſſo ſubiecta, non obſtante dicta exceptione,
quia omiſſo, quod dictum inuentarium non fuit produ-
ctum, & non apparet ſi etiam de illo conſtaret vtique tan-
8 tùm operaretur, vt non cogantur ratum habere factum de-
functi vltra vires hæreditatis, non autem quòd non teneao-
tur quatenus eſt in hæreditate, illud enim non opitulatur
in rebus hæreditarijs, & non liberat hæredes, vt præciſè
non teneantur alienationem ratificare, cum ad hoc tenean-
tur quatenus bona hæreditatis æquiualent, Ludouiſ. *deciſ.*
418. *num.* 5. *& 6. vbi Add num.* 15. quod hæres cum be-
neficio non poteſt vendicare bona ab auctore alienata, ſi
deductis oneribus tantùm remaneant in hæreditate quan-
tum capit valor rei alienatæ, & Gratian. *diſcept.* 511. *num.*
26. *& ſeq.* Marzar. *de fideicomm. part.* 2. *quæſt.* 46. *num.*
61. *& 62.*

Et aſſerens bona, quæ remanſerunt in hæreditate non
eſſe æquiualentia tenetur iſtud probare, quia hæreditas
9 in dubio præſumitur opulenta, & ſoluendo, ac lucroſa, &
dicitur titulus lucratiuus, nec probatur in opulenta ex eo
quod in illa non fuerint repertæ pecuniæ, Buratt. *deciſion.*
589. *num.* 23. *in Annot.* Gratian. *d. cap.* 511. *num.* 30. *& ſeq.*
10 *cap.* 729. *num.* 21. & maximè in caſu noſtro, vbi nulla æſti-
matio legitur bonorum repertorum in hæreditate, vt opus
eſſet pro redditione rationis illorum in Rot. *in Nouiſſ. part.*
6. *deciſ.* 2. *num.* 5. Inuentarium enim ſiue ſit factum ab hære-
de, ſiue à tutore non tantùm debet omnia continere, ſed
11 etiam ſingillatim æſtimationem, & valorem cuiuslibet rei,
aliàs eſt nullum, & datur iuramentum in litem, Roland.
conſ. 73. *num.* 50. *& ſeq. lib.* 2. *& in tract. de Inuent. part.* 3.
quæſt. 43. *& 44.* vbi quod debet omnia diſtinctè continere
per pondus, numerum, menſuram, qualitatem, & quan-
titatem, Theſaur. *quæſt.* 10. *num.* 19. *lib.* 1. Mont. *de tut.*
12 *cap.* 32. *reg.* 5. *num.* 77. *& ſeqq. cap.* 9. *num.* 66. cùm quilibet
hæres etiam cum beneficio inuentarij teneatur ad inſtan-
tiam creditorum, legatariorum, ſeu quorumcumque alio-
rum intereſſe habentium reddere rationem de bonis inuen-
tariatis, Gratian. *diſcept.* 981. *num.* 27. *& ſeq.* qua ratione
non reddita intrat præſumptio conſumptionis bonorum, &
non iuuatur inuentario, Rot. *in Romana ſeparationis bo-*
norum 24. *Ianuarij* 1631. coram Pirouano *in Nouiſſ. par.* 6.
deciſ. 2. *num.* 5. *& ſeq.* vbi etiam quando ſufficienter reddi-
ta ratio.

Et circa prædicta ſciendum eſt, quod in confectione in-
uentarij hæredis, vt illi proſit ne teneatur vltra vires hære-
13 ditarias iuxta *l. fin. C. de iur. delib.* viginti duo requiſita
ſunt neceſſaria, de quibus Theſaur. *quæſt.* 10. *lib.* 1. & paſ-
ſim per ſcribentes in varijs locis, nempè quod hæres dubi-
tatiuè adeat hæreditatem cum proteſtatione adeundi cum
beneficio legis, & inuentarij, manu propria ſe ſubſcribat
inuentario, vel ſignum crucis faciat, proteſtetur feciſſe
exactam diligentiam de reperiendis rebus hæreditarijs, &
quod ſi quas in poſterum inuenie, illas incontinenti addet,
& ſi quid errore ſcriptum erit non hæreditarium ſeparabit,
iuret nullum dolum, vel fraudem in eo adhibuiſſe, ſcriba-
tur manu publici Notarij qui ſit perſona cognita, teſtes ad-
hibiti ſint de loco, & cogniti, ac ibidem poſſideant bona
ſtabilia: iurent non eſſe conſcios alicuius fraudis, vnus
ipſorum ex tribus, vel quatuor adhibendis ſit Notarius,
vel officialis loci, ſaltem duo à principio vſque ad finem
interſint, & ille teſtis Notarius ſe ſubſcribat loco hæredis ſi
ipſe ſcribere neſciat, & alij tres interueniant pro abſenti-
bus, quod inuentarium incipiat fieri intra menſem à die
mortis, vel aditæ hæreditatis, & perficiatur intra alios duos
menſes inter præſentes, inter abſentes verò inchoetur in-
tra quatuor menſes, & perficiatur intra annum, fiat in lo-
co vbi eſt maior pars bonorum, adhibeantur periti æſtimato-
res, qui iurati conſiderent qualitatem bonorum, quantitatē,
pondus, & menſuram, res ipſæ omnes oculis teſtium ſubij-
ciantur, deſcribantur tam mobilia, quàm immobilia omnia
in hæreditate reperta etiam depoſitata, comodata, & aliena
cum expreſſione cuius ſint, citentur omnes creditores, le-
gatarij, fideicommiſſarij, & omnes intereſſe habentes,
qui certi ſunt perſonaliter, & incerti per proclama, expri-
matur per Notarium rogatum, in quo loco cœptum, &
actum fuerit, per quem hæredem, coram quibus teſtibus,
fiat dinumeratio foliorum, & ſubſcriptio cum mentione nu-
meri illorum, ac denique res omnes hæreditariæ fideliter,
& ad vnguem deſcribantur, primò mobilia, deinde immo-
bilia, tertiò iura, actiones, credita, & debita, neque ali-
quid malitioſè omittatur, aliàs omiſſis huiuſmodi ſolemni-
tatibus, vel ſimilibus à conſuetudine, vel ſtatuto introdu-
ctis, vel aliqua illarum vitiatur totum inuentarium, licet
ſecundum veriorem opinionem omiſſio leuis ſolemnitatis
non vitiet præſertim ſi Iudicis præſentia interueniat, vnde
bonum eſt adhibere decretum Iudicis, per quod ſupplen- 14
tur aliquæ ſolemnitates, & oritur præſumptio validitatis
inuentarij, Maſcard. *de probat. concluſ.* 940. *lib.* 2. cum alijs
Theſaur. *d. quæſt.* 10. *num.* 3. *& ſeq.* licèt de iure non ſit ne-
ceſſarium, vt per Gratian. *diſcept.* 797. *n.* 12. *& ſeq.*

De conſuetudine tamen inuentarium non requirit ad
ſui validitatem omnes illas ſolemnitates, ſed dicitur legiti-
mè factum, quando fuerunt ſeruatæ ſolemnitates ſolitæ in 15
loco vbi conficitur, quod probatur ex inſpectione ſimilium
inſtrumentorum, Durand. *deciſ.* 387. *num.* 1. *& ſeq.* Gra-
tian. *diſcept.* 59. *num.* 8. Caualer. *deciſ.* 508. inuentarium
enim fuit ſolummodò inuentum ne res hæreditariæ poſſint
occultari, vnde ceſſante præſumptione fraudis valet quam-
uis ſit ſimplex deſcriptio nulla ſeruata forma, & ſolemnita- 16
te iuris, Crauett. *conſ.* 1. *pro Genero, num.* 476. Cancer. *var.*
reſolut. lib. 3. *cap.* 2. *num.* 109. *& ſeqq.* cum alijs per Duran.
d. deciſ. 387. *num.* 18. *& ſeq.* vbi adducit quatuor præſumptio-
nes excludentes aliam præſumptionem doli reſultantem ex
omiſſione alicuius rei, nempè legalitas perſonæ, probabile
dubium an res omiſſa eſſet deſcribenda, quod fuerit quid
immobile, quod celari non potuerit, & quod fuerit addita
priuſquam de omiſſione eſſet oppoſitum.

Sed ne quiſquam in hoc decipiatur ſciendum eſt, quod
talis conſuetudo eſſet plenè probanda, nec diceretur pro-
bata ex oſtenſione multorum inuentariorum ſub tali forma 17
confectorum, cum etiam requiratur quod illis fuerit data
fides in iudicio tamquam legitimè confectis, & quod ad no-
titiam totius populi, vel maioris partis deuenerint, ita vt
dicantur communi omnium, & vnanimi conſenſu ap-
probata, & in ſpecie defectus, de quo ageretur, vt la-
tè per Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 72. *num.* 21. *& ſeq.* Gra-
tian. *diſcept.* 767. *num.* 6. *& ſeq. cap.* 153. *num.* 24. *& cap.*
998. *num.* 19.

Vnde cùm inuentarium hæredis ſit res multum ſcrupulo-
ſa eſt conficiendum cum grano ſalis, & cum omni ſubtili-
tate, aliàs faciliſſimum eſt errare, & melius eſt abundare in 18
cautelis, & ſolemnitatibus, quàm deficere, vt videre eſt
ex congeſtis per Rot. *dict. deciſ.* 72. *per totum part.* 2.
diuerſ. vbi non obſtantibus multis pro ſubſtentatione
inuentarij conſideratis, fuit omninò nullum declara-
tum propter defectum aliquarum ex prædictis ſolemni-
tatibus.

Si tamen inuentarium fuerit factum præuia citatione cre-
ditorum, quoad certos perſonaliter, quoad incertos per
proclama, contineat omnia ſtabilia confinibus, & mobi-
lia, cum æſtimatione, ac adhibitis teſtibus bonæ condi- 19
tionis, & famæ loco creditorum abſentium, ſigno crucis,
additione hæreditatis, & decreto Iudicis, prout habetur
in l. fin. C. de iur. delib. eſſe adeò validum, vt non poſſit ali-
quo modo impugnari, nec de eo dubitari dixit Rot. *in Ro-*
mana ſeparationis bonorum 24. *Ianuarij* 1631. coram Pi-
rouano *in Nouiſſ. part.* 6. *deciſ.* 2. *num.* 1. vbi refert, & ſequi-
tur Rol. *conſ.* 73. *n.* 4. *lib.* 2. & alios, Duran. *d. deciſ.* 387.
num. 1. *& ſeq.*

Et licet talis citatio creditorum, & intereſſe haben-
tium

tium ſit neceſſaria, ita vt ſub generali per proclama com-
20 prehendantur etiam perſonæ Eccleſiaſticæ, Rol. *de Inuent. part. 3. quaſt.* 34. Capye. *deciſ.* 101. cum alijs ſupra allega-
tis, ſi fuerit factum inuentarium præuia citatione alicuius
21 valeret quoad eum indubitatè, quamuis reſpectu aliorum
non citatorum eſſet nullum niſi non citati eſſent abſentes,
& extra locum iuſdicentis, quia tales non ſunt perſonali-
ter, nec nominatim citandi licet ſint certi, Phanucc. *de Inuent. part.* 3. *num.* 17. Gratian. *diſcept.* 798. *num.* 8. *&* 9. im-
mò ceſſante dolo non poſſet dici nullum, inuentarium,
etiam reſpectu non citatorum, quando multi fuerunt citati,
22 cùm lex oon ſit in totum contempta, & vbi adeſſet multi-
tudo creditorum licet certorum non eſſet neceſſaria aliqua
particularis citatio, ſed ſufficeret generalis per proclama,
vel ſaltem eſſet danda reſtitutio in integrum etiam maiori
ex huiuſmodi omiſſione, Caccialup. *in l. cunctos populos, C. de Sacroſ. Eccleſ. col.* 50. Rol. *conſ.* 9. *num.* 10. cum alijs
23 per Gratian. *diſcept.* 797. *num.* 16. *& ſeqq.* Et in omnem ca-
ſum videtur ſufficere quælibet proteſtatio, & conuocatio
etiam extra iudicium facta per hæredem ad videndum con-
fici inuentarium, idem Gratian. *d. cap.* 797. *num.* 2. *& cap.* 720. *num.* 2. *& ſeq.*

Quod quidem inuentarium confici poteſt etiam per pro-
24 curatorem habentem ſpeciale mandatum, Duran. *dec.* 337. *num.* 7. *& num.* 57. *&* 58. & præſumitur omnia continere,
25 ita vt qui dicit contrarium teneatur probare maximè ſtante
proteſtatione de addendo, & minuendo, quæ inducit bo-
nam fidem in hærede, Magon. *deciſ. Luc.* 6. *num.* 44. Du-
ran. *deciſ.* 387. *num.* 24. Gratian. *diſcept.* 720. *num.* 6. Ac ple-
nè probat contra conficientem, quoad deſcripta in illo, ita
26 vt non admittat probationem in contrariuoi, idem Gra-
tian. *diſcept.* 765. *num.* 59. Duran. *deciſ.* 337. *num.* 9. *& ſeq.*
etiam ſtante proteſtatione, quod non habeantur pro ap-
poſitis, quæ noo eſſent apponenda, cùm interim ſtetur in-
uentario in præiudicium conficientis donec doceatur de
27 errore, & nihil poteſt diminui, niſi ſeruatis ſeruandis, &
cauſa cognita per iudicem cum citatione, vel præſentia in-
tereſſe habentium, idem Gratian. *diſcept.* 766. *num.* 48. 49. *&* 62. Duran. *deciſ.* 387. *num.* 21. *& ſeq. & deciſ.* 337. *num.* 62.
28 *&* 63. factum tamen per hæredem grauatum noo prodeſt
fideicommiſſario, cui reſtituta fuit hæreditas ne vltra illius
vires teneatur creditoribus hæreditarijs, niſi ſibi fuerit
29 ceſſum, Pract. Pap. *hæredit. & teſtam. gloſſ.* 2. *in fine*, quod
immò illi proſit ſaltem præſumptiuè, quando fuit legitimè
confectum, ita vt ex illo appareat veritas bonorum hære-
ditariorum, facit pulchrè, Duran. *deciſ.* 487. *num.* 40. *& ſeq.*
Et quod hæres poſſit cogi à fideicommiſſario, ſi non ad
faciendum ſolemne inuentarium, ſaltem ad faciendam de-
30 ſcriptionem bonorum, aliàs adueniente tempore reſtitutio-
nis poſſit contra eum in litem iurari, Gratian. *diſcept.* 215.
31 *per tot.* vel ſaltem cogi mediante iuramento patefacere bo-
na hæreditaria, idem Gratian. *diſcept.* 59. *num.* 14. *& d. cap.* 215. *num.* 42.

Hæres autem cum beneficio inuentarij habet per plura
priuilegia vltra illud, quod non teneatur, niſi quatenus vires
hæreditatis patiuntur, retentionis Falcidiæ, & Trebelliani-
cæ, & ſimilia quæ ſunt vulgaria, & notiſſima.

Et primò habet priuilegium, vt poſſit offerre de bonis ad
iuſtam æſtimationem etiam quod hæreditas eſſet opulenta,
32 & ſic non poteſt cogi ſoluere in pecunia numerata, prout
alij debitores, Rol. *de inuent. part.* 4. *q.* 23. *& q.* 24. Gratian. *diſcept.* 116. *num.* 4. *& num.* 19.

Secundò hæres beneficiatus non poteſt conueniri actione
perſonali, qua defunctus tenebatur, Soc. *conſ.* 120. *num.* 18.
Cenc. *de Cenſ. part.* 2. *cap.* 2. *quaſt.* 5. *art.* 6. *num.* 16. Quod eſt
33 intelligendum, vt non poſſit eius perſona detineri, arreſta-
ri, vel carcerari pro debito defuncti, ſed benè poteſt conue-
niri, vt bona inuentariata tradat, Phanuc. *de inuent. part.* 5. *num.* 129. Cenc. *loc. cit.* & Rot. poſt eum *deciſ.* 231. *num.* 6. *& deciſ.* 232. *num.* 15.

Tertiò hæres non poteſt intra tempus conficiendi inuen-
34 tarium ab aliquo creditore, vel legatario moleſtari quam-
uis contra defunctum iam lata eſſet ſententia, *l. fin. §. donec, & §. & ſic præfatam, C. de iur. delib.* Petr. Pecch. *de iur. fi-*
35 *ſten. & manu iniect. cap.* 4. *nu.* 9. niſi ſimus in cauſa alimen-
torum cùm venter non patiatur dilationem Gratian. *diſcept.*
36 236. *num.* 52. vel niſi agatur in actione reali, Rol. *de inuent. part.* 4. *quaſt.* 9. *DD. in d. §. donec*, & Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 3. *quaſt.* 5. *num.* 1. meliùs *in tract. de pign. & hypoth. lib.*
37 4. *tit.* 5. *quaſt.* 173. *per tot.* Sicut non iuuaretur dicta dila-
tione, quando euidenter conſtaret hæreditatem fore locu-
pletem, ſecundùm Rol. *d. part.* 4. *quaſt.* 13. nec in relictis
pro anima, idem Rol. *d. quaſt.* 9. Nec quando ipſe volunta- 38
riè ageret contra alios, à quibus poſſet reconueniri, vide
Rol. *d. tract. part.* 4. *quaſt.* 10. *& quaſt.* 11. Sicut nec hæres 39
poteſt intra nouem dies à die mortis defuncti moleſtari ab
aliquo creditore, alias omnia acta ſunt nulla etiam parte 40
non opponente ſtante ſcientia iudicis de huiuſmodi tempo-
re luctus, prout nec debitor ipſe moribundus, nec ſui do-
meſtici ſub pœna amiſſionis iurium, & taotumdem reſti-
tuendo, Gratian. *diſcept.* 18. *num.* 53. *& diſcept.* 243. *num.* 6. *& ſeq.* Aſin. *in prax.* §. 31. *ampliat.* 16. *limit.* 4. *fol. mihi* 173.
Menoch. *de arbitr. caſ.* 387. Rodriquez *de concur. cred. part.* 1. *art.* 3. *num.* 8.

Quartò hæres beneficiatus ſi ſit creditor defuncti non ſo-
lùm non ammittit iura ſua per confuſionem, ſed poteſt ci-
tatis creditoribus, & legatarijs, ac præuio iudicis decreto 41
facere ſeparationem bonorum pro quantitate ſui crediti ab
alijs bonis hæreditarijs, Gratian. *diſcept.* 932. *num.* 13. *&c.*
Magon. *deciſ. Flor.* 59. *num.* 10. *&c.* Immò cenſetur ſta-
tim ſibi ſoluiſſe pro ſuo credito primò de mobilibus, &
illis deficientibus de ſtabilibus, ita vt pro quantitate ſui cre- 42
diti faciat fructus ſuos, Surd. *deciſ.* 170. cum alijs per Gra-
tian. *diſcept.* 129. *num.* 25. *&* 26. Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quaſt.* 32. *num.* 25. Magon. *deciſ. Flor.* 59. *num.* 6. Et quod
poſſit ſibi rectè hoc modo ſoluere, idem Gratian. *diſcept.* 214. *num.* 1. *&* 860. *num.* 11. Cenc. *de Cenſ. quaſt.* 20. *in fine*,
Duran. *deciſ.* 348. *num.* 12. Intelligendo tamen, quoad præ- 43
iudicium creditorum poſteriorum, nam in præiudicium
eorum, qui haberent anteriora iura credito hæredis non
procederet hæc imaginaria ſolutio, Rot. *in Romana ſepa-rationis bonorum* 24. *Ianuary* 1631. coram Pirouano, *in Nouiſſ. part.* 6. *deciſ.* 2. *num.* 8. *& ſeq. per tot.* Et licet pro- 44
miſerit ſoluere legata non videtur renunciaſſe beneficio in-
uentarij, niſi addat obligationem ſuorum bonorum, vel
cum clauſula in ſolidum, vel integrè, ſeu per æquipollen-
tia verba, quo caſu diceretur debitum renouatum ex noua
conuentione, & non eſſet locus pœnitentiæ, ſi agatur ex
illa noua conuentione, quæ contineat omnia ad ſui validi-
tatem neceſſaria, Gratian. *diſcept.* 264. 553. 646. *&* 916. *n.*
31. vbi etiam quod ſi ſoluerit, vel promiſerit vnum ex lega- 45
tis inutilibus non videtur obligatus ad alia, quia ſoluens par-
tem indebiti ad reſiduum cogi non poteſt, Magon. *deciſ. Flor.* 143. *num.* 11. *&* 12.

Quintò hæres beneficiatus poteſt ſoluere creditori priùs
venienti, nec debet moleſtari ſi ſoluerit poſteriori etiam
ſine cautione, quando ignorabat alios adeſſe creditores,
ſecùs autem ſi ſciebat, nam tunc tenetur exigere cautionem 46
de reſtituendo anterioribus, Gratian. *diſcept.* 532. *num.* 5. *&* 767. *num.* 62. Plura alia beneficia, & priuilegia reſultan-
tia ex confectione inuentarij habentur paſſim per Doctores,
ad quos ſufficiat remiſſio, cùm propoſiti mei non ſit de illis
tractatum componere, ſicut nec de incommodis ex non
confectione ſurgentibus in damnum hæredum, quæ qui-
dem multa ſunt, vt videre eſt in locis ordinarijs, &c. Et
poteſt beneficium inuentarij, quandocumque allegat etiam
poſt ſententiam in illius executione, niſi de illo fuiſſet
priùs cognitum, & reiectum, Gratian. *diſcept.* 660. *num.* 26. *& ſeq.*

A R G V M E N T V M.

An mulier poſſit eſſe Tutrix, & quæ ſeruare debeat, an repetat dotem ante redditionem rationis, an adeundo hæreditatem ſibi, vel filijs poſſeſſionem acquitat, & tranſeundo ad ſecunda vota obligantur bona ſecundi viri pro debito tutelari. Clericus an poſſit eſſe Tutor, quæ requirantur in alienatione rerum minoris. Remedium ſpolij quibus, contra quos, & quando detur, an admittat appellationem, & qualiter fructus debeantur.

S V M M A R I V M.

1 *Mater, & auia poteſt eſſe tutrix filiorum, & nepotum.*

2 *Mater, & auia præfertur omnibus de alijs in tutela* *præ-*

præterquam teſtamentarijs.

3 *Amplia licet ſit filiafamil. & extet ſtatutum, quod non poſſit obligari ſine patre.*

4 *Limita niſi eſſet minor dummodò alter ſtatuto, vel conſuetudine non diſpenſatur.*

5 *Mater in aſſumptione tutelæ debet renunciare ſecundis nuptijs, & Velleiano.*

6 *Debet etiam ſatiſdare rem pupilli ſaluam fore.*

7 *Debet ſeruare nouem requiſita, quæ recitantur.*

8 *Mater dum eſt tutrix non poteſt petere dotes ſuas, niſi prius reddita ratione.*

9 *Mater adeundo hæreditatem acquirit poſſeſſionem filijs, & an poſſit tunc petere inſiſtentiam pro ſuis dotibus.*

10 *Mater ſi tranſeat ad ſecunda vota non reddita ratione tutelæ obligantur bona ſecundi viri & in eis pro tutelari debito poteſt fieri executio.*

11 *Clerici non poſſunt gerere tutelam teſtamentariam.*

12 *Clerici tenentur petere tutorem pupillis ſuis conſanguineis.*

13 *Alienatio facta per tutores ſtante nullitate tutelæ eſt nulla.*

14 *Alienatio bonorum pupilli non valet niſi extet æs alienum, & creditores inſtent.*

15 *Alienatio immobilium pupilli non valet niſi prius facta diligenti perquiſitione an extent mobilia, fructus, vel pecunia.*

16 *Res minùs damnoſa ſemper debet alienari, Pupillus, vel minor poteſt reintegrari ad poſſeſſionem rei nulliter alienatæ.*

17 *Subhaſtatio eſt neceſſaria in alienatione rerum pupilli per 20. dies. Contra num. 19.*

18 *Alienatio bonorum pupilli vt valeat nouem requiſita recenſentur.*

20 *Remedium ſpolij, & reintegrandæ competit ſtante nullitate alienationis.*

21 *Remedium c. reintegrandæ tranſit hinc inde ad hæredes.*

22 *Datur etiam pro rebus profanis, & in foro ſeculari.*

23 *Admittit appellationem tamquam proditum à iure canonico.*

24 *Remedium c. reintegrandæ durat 30. annis, ſicque dicitur perpetuum.*

25 *Niſi agatur contra tertium titulo, & bona fide poſſidentem, nam tunc præſcribitur decem annis inter præſentes, & 20. inter abſentes.*

26 *Cenſetur intentatum ſtantibus clauſulis ſalutaribus ſi narrata conueniant, & fuerint probata requiſita.*

27 *Remedium prædictum quas probationes requirat Poſſeſſio iunior præſumitur clandeſtina, & vitioſa dolo de anteriori, &c.*

28 *Competit dictum remedium quotieſcunque contractus eſt imperfectus, vel conditionalis.*

29 *Competit etiam pro iuribus incorporalibus.*

30 *Fructus in iudicio ſpolij debentur à die motæ litis, & quando etiam veniant anteà percepti, & quid in ſpolio iudiciali, num. 31.*

32 *Remedium ſpolij ceſſat quando contractus fuit ratificatus.*

33 *An autem ceſſet, quando conſtat de veritate dominij.*

34 *Spoliatus non debet pati fieri probationem concernentis dominium, quod eſt ſuffocatiuum aliorum iurium.*

35 *Remedium ſpolij non datur ei, qui auctoritate Iudicis fuit ſpoliatus.*

36 *Iuſte poſſidet qui auctore Prætore poſſidet, & quando ſecus.*

38 *Remedium ſpolij non datur ei, qui facto proprio cecidit, à poſſeſſione.*

39 *An impediatur per exceptionem melioramentorum remiſſiuè.*

40 *Remedium ſpolij non datur contra titulo, & bona fide poſſidentem, ſed Contrarium num. 41.*

Præcipuè quando poſſidens habet cauſam ab auctore vitiato, num. 42.

43 *Contrahens non ſeruatis ſolemnitatibus dicitur in dolo, & mala fide.*

44 *Quo caſu non admittitur probatio in contrarium, nec contractus ex curſu temporis poteſt dici tacitè ratificatus.*

CAPVT IV.

ALienatio bonorum, de quibus agitur manifeſtò ſubiacet nullitatis vitio, & per iudicium ſpolij intentatum reuocanda venit ex pluribus, & primò, quia D. Franciſca aſſerta tutrix, & R. D. Antonius aſſertus contutor non fuerunt legitimi tutores, nec ſeruarunt de iure ſeruanda ante aſſumptionem tutelæ.

Licet enim hodie mulier poſſit eſſe tutrix dummodò ſit
mater, vel auia, & ſic filiorum ſuorum, vel nepotum
iuxta *auth. matri, & auiæ, C. quando mul. tut. offic.* Montan. 1
de tut. cap. 7 num. 40. & ſeqq. & cap. 9. num. 50. ad 55. itaut
omnibus alijs tutoribus legitimis, & datiuis præferatur non
autem teſtamentarijs, idem Montan. *cap* 15. *numer.* 36. *&*
ſeq. & licèt ſit filiafamil. ac in poteſtate patris conſtituta
poteſt à marito communibus liberis dari tutrix in teſta- 2
mento non obſtante ſtatuto, quod mulier non poſſit obligari 3
ſine præſentia patris cùm agatur de obligatione à lege indu-
cta, idem Montan. *d. cap. 9. num. 7. & ſeqq.* niſi eſſet minor vi- 4
gintiquinque annis, vt per Gratian. *diſcept.* 282. *num.* 23. *&*
ſeqq. & Montan. *d. cap.* 15. *num.* 18. *& ſeqq.* vbi tamen hoc vl-
timum dictum limitant quando ex conſuetudine prout in
Francia, & alijs partibus mulier maritata habeatur pro
maiore, vel quando ſtatutum admitteret matrem etiam
minorem.

Iſtud intelligendum eſt dummodò in aſſumptione
tutelæ renunciauerit ſolemniter cum iuramento ſecundis
nuptijs, & Velleiano ſicuti pro ſubſtantia, & validitate
tutelæ per matrem ſuſceptæ requiritur de iure maximè in 5
legitima, & datiua tutela, Bart. *in d. authent. matri, & auiæ,*
Natt. *conſil.* 147. *num.* 2. cum alijs per Honded. *conſil.* 23.
num. 21. *& ſeqq. lib.* 2. & Gratian. *diſcept.* 668. *num.* 12. Mon-
tan. *de tut. dict. cap.* 15. *num.* 36. *& ſeqq.* Ac dummodò ſatiſde- 6
derit rem pupilli ſaluam fore finita tutela, & quod vti-
lia faciet, & inutilia prætermitteret, Maur. *de fideiuſſ.*
part. 1. *ſect.* 3. *cap.* 11. Montan. *d. tract. cap.* 32. *reg.* 7. *num.* 2.
Capyc. *deciſ.* 50. *per tot.* vbi ponit nouem requiſita neceſ-
ſaria in aſſumptione tutelæ ſine quibus omnia ſunt nul-
la, nempè decretum iudicis, per quod decernatur admi- 7
niſtratio, ſecundò inuentarium, tertiò ſatiſdatio, quar-
tò iuramentum de vtilia faciendo, & inutilia prætermitten-
do, quintò promiſſio defenſionis, ſextò expreſſa hypothe-
ca bonorum, ſeptimò renunciatio Velleiani, octauò renun-
ciatio ſecundarum nuptiarum, nonò renunciatio omni le-
gum auxilio, & fauori, vel ſaltem promiſſio generalis de
faciendo, & obſeruando ea omnia, ad quæ de iure tenetur,
Alex. *conſil.* 80. *num.* 14. Montan. *d. cap.* 15. *num.* 56. Capyc. *d.*
deciſ. 50. *in fine,* & Rot. *in Nouiſs. part.* 7. *deciſ.* 89. *nu.* 14. dum-
modò poſteà ſuis loco, & tempore omnia neceſſaria adim-
pleat.

Et dum eſt tutrix non poteſt petere dotes ſuas, ni-
ſi priùs reddita ratione adminiſtrationis, iuxta latè tra- 8
dita per Gratian. *diſcept.* 129. *numer.* 21. *& ſeqq.* 214. *&*
563. *numer.* 42. Montan. *de tut. cap.* 38. *numer.* 56. *& ſeqq.*
Durand. *deciſ.* 347. *numer.* 19. *& deciſ.* 258. *in fine,* & la-
tè Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 5. *quæſt.* 178. *per tot.* ac adeun-
do hæreditatem acquirit poſſeſſionem ipſis filijs, ita vt 9
non poſſit ampliùs pro ſuis dotibus manutentionem, ſi-
ue inſiſtentiam aliàs ſibi competentem petere, Gra-
tian. *diſcept.* 700. *numer.* 36. Rota *in Nouiſſ. part.* 7. *deciſ.*
150. *numer.* 9. vbi videtur intelligere niſi fecerit eum prote-
ſtatione ſine præiudicio inſiſtentiæ pro ſuis dotibus, &c.
Et ſi tranſiuerit ad ſecundas nuptias non reddita ratio-
ne tutelæ filiorum primi viri, obligantur bona ſecundi ma- 10
riti, in quibus pro tutelari debito poteſt fieri executio, *l.*
ſi mater C. quibus cauſ. pign. vel hypoth. contrah. Neguſ. *de*
pign. part. 2. *memb.* 4. *num.* 156. Aſin. *in praxi* §. 31. *limit.* 43.
numer. 3. Gratian. *diſcept.* 86. *numer.* 54. Montan. *de tut.*
cap. 15. *numer.* 96. *& ſeqq.* Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 37.
per tot.

Alter autem tutor vti Clericus, qui abſtinere debet
ab omnibus negotiationibus, & externarum rerum
moleſtijs non potuit ſuſcipere, nec gerere tutelam maxi- 11
mè teſtamentariam, vt latè per Graſſ. *de effect. Clericor.*
effect. 1. *per tot.* Gratian. *diſcept.* 57. *num.* 32. & 830. *numer.* 15.
& ſeqq. Barboſ. *de iure Eccleſiaſt. tit.* 40. *numer.* 113. Montan.
de tut. cap. 23. *num.* 37. *& cap.* 35. *regul.* 1. *numer.* 190. *& ſeq.* fuit

dictum

dictum in Romana tutelæ Lunæ 18. Maij 1618. coram Man-
zanedo penes Poſt deciſ. 116. num. 7. & nu. 10 quamuis aliàs
12 teneatur Clericus ſicut Laicus ſub pœna amiſſionis hæredi-
tatis petere tutorem pupillis ſuis conſanguineis, quorum
ſucceſſionem ſperat, Montan. d. tract. cap. 18. n. 20.

Stante igitur nullitate tutelæ dicti tutores nullá habebant
legitimam perſonam adminiſtrandi negotia, & bona pupil-
13 lorum, & conſequenter citra vitium nullitatis aliquam alie-
nationem facere non poterant, Rol. conſ. 76. n. 4. & ſeq lib. 1.
Borgn. de tut. nu. 102. Honded. conſ. 23. nu. 35. & ſeq. lib. 2. Ca-
pyc. deciſ. 50. per tot.

Secunda nullitas reducitur ex eo, quia ad effectum, vt
14 venditio bonorum immobilium pupillorum ſuſtineatur, re-
quiritur, quod æs alienum exiſtat, & creditores inſtent, ac
vrgeant pro illorum ſatisfactione, quod non probatur ex aſ-
ſertione partium in inſtrumento, ſed aliundè iuſtificari de-
bet, l. magis puto § non paſſim, & §. æs alienum ff. de rebus eorũ,
vbi Iacob. de Aren. num. 2. Alber Bald. & alij, Hodiern. ad
Surd. deciſ. 277. num. 25. & 26 Simoncel. de decret. lib. 1 tit. 1.
num. 36. & 37. Honded d. conſ. 23. num. 26. & ſeq.

Tertia nullitas deducitur ex omiſſione perquiſitionis, ſeu
perſcrutationis, quam Iudex diligenter facere debet in alie-
natione bonorum pupillorum etiam poſito, quod æs alie-
15 num vrgeret, debet enim Iudex facere diligentem diſcuſſio-
nem bonorum pupilli, & inueſtigare an habeat pecuniam,
mobilia, vel fructus, ex quorum diſtractione poſſit credito-
ribus ſatisfieri abſque eo quod immobilia vendantur, d. l.
magis puto §. non paſſim ff. de rebus eorum, Dec. conſ. 403. n. 12.
Afflict. deciſ. 249. verſ. 2. & 3. Simoncell. de decret. lib. 1. tit. 1.
num. 44. de arbi r. caſ. 171. num. 1. & 10. vbi quod omiſſa
huiuſmodi perquiſitione venditio redditur omnino nulla,
& latè quæ ſint neceſſaria in huiuſmodi alienationibus.

In caſu antem noſtro non ſolùm conſtat de huiuſmodi
perquiſitione, ſed ex Inuentario exhibito apparet multa bo-
na mobilia extitiſſe, ex quorum venditione non modica
æris alieni quantitas exſolui poterat, prout etiam aderat do-
mus, quæ vti res minus fructifera, & ſic minus damnoſa
16 debebat alienari, ex quibus adeò redditur nulla alienatio ſta-
bilium fructiferorum, vt abſque vlla reſtitutione in inte-
grum poſſint pupilli, vel minores ad poſſeſſionem reinte-
grari, petere, & obtinere, Simoncell. loc. cit. num. 46. & Me-
noch. d. caſ. 171. per tot.

Quarta nullitas elicitur ex defectu ſubhaſtationis bono-
17 rum venditorum, quæ de iure communi eſt neceſſaria, l. &
ſi ſine, & ſi in emptione, ff. de minor Afflict. d. deciſ. 249. verſ.
8. Neuiz conſil. 85. num. 1. Iodoch. Damhouder. tractat. de
ſubhaſt. cap. 2. num. 1. & ſeq. Menoch. d. caſ. 171. num. 28. &c.
vbi quòd per viginti dies debent ad publicam haſtam ſtare.

Ad hoc enim, vt valeat alienatio rerum immobilium pu-
pilli, vel minoris, vt paucis omnia complectar, requiri-
tur, primò, quòd exiſtat cauſa vrgens alienandi, ſecun-
18 dò, quòd ex bonis immobilibus non poſſit ſuppleri, tertiò
quòd hoc Iudici liqueat per diſcuſſionem, quartò, quòd
vendatur res minus damnoſa, quintò, quod pro paruo
debito non vendatur res magni valoris, ſextò, vt inter-
ueniat Tutoris, vel Curatoris auctoritas, ſeptimò, vt con-
ſter de legitima ſuſceptione tutelæ, octauò, vt interueniat
Iudicis decretum, nonò, vt fiant ſubhaſtationes per vigin-
ti dies, & poſteà res vendenda plus offerenti concedatur
præſenti pecunia, & non habita fide de pretio, Afflict. d. de-
ciſ. 249 per tot. vbi latè Vrſil. Menoch. d. caſ. 171. per tot. Io-
doch. Damhouder. cap. 33. per tot Montan. de tut. cap. 33. per
tot. vbi latè hæc omnia requiſita declarantur, &c. Quamuis
19 quoad ſubhaſtationem contrarium ſeruari de generali con-
ſuetudine, & de iure canonico latè teſtatur Gratian. di-
ſcept. 564. num. 24. & ſeqq. cap. 479. & cap. 861. numer. 19. &
ſeqq. quem pluribus alijs relatis ſequitur Poſth. tractat. de
ſubhat. inſpect. 2. num. 13. & ſeqq. & inſpect. 4. num. 18. & ſeq.
vbi latè.

Quibus omnibus non ſeruatis non eſt dubitandum
intentatum remedium ſpolij, & reintegrandæ poſſeſſionis
20 competere ex cap reintegrandæ 3. quaſt. prout firmat Rolan.
conſ. 72. num. 10. lib. 4. & conſ. 41. num. 34. & ſeqq. lib. 3. Neuiz.
conſ. 84. num. 13. Add. ad Pract. Pap. in cauſa ſpol. gloſſ. 1. verb.
Decretaliſta, Cranett. conſil. 879. num. 2. & 9. Menoch. con-
ſil. 314. num. 13. & ſeq. cum alijs per Honded. dict. conſ.
23. n. 40. ad 49. lib. 2. Seraphin. deciſ. 135. & Duran. deciſ. 123.
num. 4.

21 Quod quidem remedium tranſit hinc inde ad hære-
des, & ſic datur hæredi, & contra hæredes, Add. ad Pract.
Papp. in loc. citat. Magon. deciſ. Luc. 4. num. 9. & num. 14. Gra-
tian. diſcept. 173. num. 4. cap. 477. num. 22. & cap. 974. num. 19.
Duran. deciſ. 113. num. 3. & quamuis deſcendat a iure cano-
nico datur etiam pro rebus profanis, & laicis in foro ſæ- 22
culari, Marant. part. 4. diſtinct. 7. num. 54. Add. Papp. dict.
gloſſ. 1. num. 10. Theſ. deciſ. 29. num. 1. in fine, quo caſu re-
cipit appellationem, cùm eo vtens debeat illud acceptare 23
cum omnibus ſuis qualitatibus, & tamquam proditum
à iure canonico ſecundum quod in poſſeſſorijs datur appel-
latio, quidquid ſecùs ſit de iure ciuili, Pract. Papp dict. cit.
gloſſ. per veſtram numer. 3. cum Addit. & facit Gratian. di-
ſcept. 103. num. 14. Eſtque perpetuum, & durat triginta 24
annis, Gratian. diſceptat. 2. numer. 7. & 173. per tot. & cap.
904. numer. 15. niſi ageretur contra tertium cum titulo, &
bona fide poſſidentem, quia tunc præſcriberetur decem
annis inter præſentes, & viginti inter abſentes, Theſaur. 25
dict. deciſ. 29. num. 2. Et cenſetur intentatum ita vt ſuper
eo poſſit Iudex ferre ſententiam licèt non fuerit expreſſum
in libello ſi adſiut clauſulæ ſalutares, petens, &c. dedu- 26
cens, &c. omni, & dummodò narrata in aliquo con-
ueniant, & ſint probata requiſita, Scapuc. de Saluian. lib.
1. quaſt. 22. num. 5. & ſeq. &c. Quas autem probationes re-
quirat, & quomodo concludere debeat, vide Gratian.
diſcept. 477. numer. 24. & ſeqq. & diſcept. 494. numer. 21.
Et quod non ſit neceſſe probare ſpoliationem, ſine vio- 27
lentiam, ſed ſufficiat docere de antiquiori poſſeſſione,
quaſi poſteà noua aduerſari præſumatur vitioſa, & clan-
deſtina, idem Gratian. diſcept. 173. numer. 13. & ſeq. vbi
etiam an poſſit cumulari cum remedio adipiſcendæ, & in
cap. 502. num. 1. & ſeq &c. Et competit quotieſcumque con- 28
tractus eſt imperfectus, vel conditionalis ſi ante perfectio-
nem, & implementum conditionis alter ingrediatur poſſeſ-
ſionem, vt latè per Grat. diſcept. 318. per tot. Sicut etiam com-
petit pro iuribus incorporalibus, vt per Magon. deciſ. Luc. 29
4. per tot.

In quo iudicio ſpolij veniunt omnes fructus percepti
à die motæ litis ſicut etiam alij anteà percepti ſi extent,
Theſaur. deciſ. 29. numer. 3. & ſeq. ad finem, Durand. de-
ciſ. 272. numer. 4. vbi quod in ſpolio veniunt fructus de 30
natura iudicij, etiam quod in ſententia nulla mentio fru-
ctuum fuerit facta intelligendo de extantibus, non au-
tem de conſumptis, nec de illis, qui percipi potuerunt, quia
conſumpti debentur tantùm à die motæ litis niſi verſe-
mur in ſpolio violento, ſeu attentato, vel notorio malæ fi-
dei poſſeſſore, & quod in ſpolio iudiciali non fiat con- 31
demnatio fructuum niſi à die motæ litis, Gratian. diſcept.
206. numer. 14. & 181. nu. 14. cum alijs per Duran. deciſ. 454.
num. 6.

Ceſſaret autem remedium ſpolij ſi per petitionem
pretij, vel aliter contractus fuerit legitimè ratificatus, 32
Gratian. diſcept. 704. per tot. Sicut etiam vbi ex conuentio-
ne partium conſtaret de veritate dominij, idem Gratian. di- 33
ſcept. 494. num. 8. & 581. num. 18. licet aliàs non impediatur
per exceptionem dominij, vt per eumdem Gratian. diſcept.
734. num. 15. Circa quod tamen ſpoliatus debet aduertere
ne patiatur admitti, & fieri probationes concernentes do- 34
minium, quia per huiuſmodi probationes abſorberetur poſ-
ſeſſorium quod eſt minoris potentiæ, cùm dominium alio-
rum ſit ſuffocatiuum omnium iurium iuxta tradita per Ma-
gon. dec. Luc. 31. num. 37.

Prout tale remedium ſpolij non datur ei qui iudicia-
li auctoritate, & ſeruato iuris ordine fuit ſpoliatus, Rol. 35
conſ. 6. lib. 3. Neguſ. de pign. part. 3. memb. 2. num. 22. Duran. de-
ciſ. 454. num. 1. Et ſic non datur contra eum, qui reperitur in
poſſeſſione auctore Prætore, nam iuſtè poſſidet, qui aucto- 36
re Prætore poſſidet, l. iuſte ff. de acquir. poſſ. intelligendo ta-
men donec factum Iudicis eſt iuſtum, & dummodò proceſ-
ſerit ſeruatis ſeruandis, aliàs daretur remedium ſpolij, & di-
ceretur commiſſum ſpolium iudiciale, c. ex inſinuatione de
Procur. Rot. part. 3. diuerſ. deciſ. 1165. Scapuc. de Saluian.
lib. 3. quaſt. 12. num. 6. Gratian. diſcept. 502. num. 13. 734. num.
5. 907. num. 12. vbi loquitur de poſſidente auctoritate Prin-
cipis, & cap. 926. per tot. & 974. vbi quod requiritur notoria 37
iniuſtitia, quia ad hoc vt intret ſpolium iudiciale debet con-
ſtare de nullitate, & notoria iniuſtitia ex eiuſdem actis, ita
vt non ſufficiat conſtare ex nouiter deductis, Duran. deciſ.
454. num. 4.

An autem competat ei, qui facto proprio cecidit à poſſeſ- 38
ſione videtur, quod non, etiam ſi ſit mulier, vel minor, de
quo vidend. Gratian. diſcept. 503. num. 27 581. num. 19. 704.
num. 45.

n.45.604.per tot. Magon.*dec.Flor.*33.*n.*1. & Ciarlin.*controu.*
105. *n.7. & n.98.* Et qualiter impediatur per exceptionem
39 melioramentorum, Capyc. *dec.*17.*n.*17. cum alijs per Grat.
*diſc.*494. *n.*12. *&c.* Magon. *dec. Luc.*33.*n.*21.*& ſeq.*

Nec poteſt objici quod rei conuenti poſſideant cum titu-
lo, & bona fide, & propterea non potuerint conueniri in-
40 tentato remedio ſpolij, ſeu reintegrandæ, quod non datur
contra eos, qui poſſident cum titulo, & bona fide iuxta
opinionem Bart. *in l. rem qua n.2. ff. de acqu poſſ.* Alex. *conſ.*
118. *lib.*2. & alij relati per Menoch. *de recuper. poſſ. re-
med.* 15.*n.*89. Grat. *diſcept.*704.*n.*28.*&* 318.*n.*41.

Siquidem reſpondetur quod iuxta magis communem
41 ſcribentium ſententiam dictum remedium datur etiam
contra titulo, & bona fide poſſidentes, Bart. *in l.ſi coloni,C.
de agr.cenſ.lib.*11. Alex. *conſ.*200.*n.*8. *lib.*2. Surd. *conſ.*28.
*num.*58. Honded. *conſ.*17.*num.*83. *lib.*1. Marant. *in prax.
part.*4. *diſt.*7.*num.*58. Rol. *conſ.*6.*num.*40. *lib.*3. Iaſ. *in l. rem
qua, ff. de acqu. poſs.* Add. ad Pract. Papp. *Cauſ.ſpol.poſs.
gloſ.*5. Theſ.*decis.*29.*num.*1. *& ſeq.*

Prout etiam vlterius reſpondetur, quod quando poſſi-
42 dentes habent cauſam, & titulum ab auctoribus vitiatis, &
malę fidei non eſt dubium remedium ſpolij, ſeu reintegran-
dæ competere contra illos, Soc. *in d. l.rem qua num.*12. Surd.
*d.conſ.*28. *num.*60. Honded. *d.conſ.*17. *n.*79. Menoch. *de re-
cuper.poſſ. d. remed.*15. *n.*73.

Quod autem auctores illi, qui vendiderunt, fuerint, &
ſint vitioſi, ac malæ fidei patet, quia emerant ab aſſertis tu-
43 toribus nullis ſeruatis ſolemnitatibus de iure neceſſarijs, &
non facta ſibi fide de legitima ſuſceptione tutelæ, quo caſu
dicuntur in dolo, & mala fide tamquam contra diſpoſitio-
nem iuris contrahentes, & illius ſolemnitates contemnen-
44 tes, Magon. *decis. Luc.*13.*num.*29. *ad* 35. *&* 750. *n.*22. &
facit Duran. *decis.*256. *n.*2. *&* 3. ita vt cum iſta ſit præſum-
ptio iuris, & de iure non admittat probationem in contra-
rium, & non poſſit contractus ex curſu temporis tacitè ra-
tificari, Magon. *loc. cit.* & Gratian. *diſcept.*513. *num.*12. *&
ſeq. ad finem.*

A R G V M E N T V M.

Saluianum an competat donatario abſenti ante ratificationem. Donatio reuocata quoad primum an debeatur ſubſtituris, non inſinuata, in qua ſumma ſuſtineatur, quid ſtante iuramento, & diuturnitate temporis, an poſſit quandocumque inſinuari, inter patrem, & filium quando valeat, omnium bonorum ſuſtinetur quoad præſentia, & quando dicatur ſimulata.

S V M M A R I V M.

1 *Saluianum interdictum competit donatario probatis extremis.*
2 *Donatio facta abſenti nullum ius tribuit ante ratificationem.*
3 *Ratificatio eſt facienda tempore habili, non poſt ius alteri quaſitum.*
4 *Donatio mere lucroſa acquiritur abſenti ex ſtipulatione Notary.*
5 *Maximè ſi ſit facta fauore piæ cauſa.*
6 *Donatio vt poſſit dici ratifitata requiritur illius ſcientia in donatario, Saluianum non datur contra tertium, cui ante ratificationem fuit ius quaſitum.*
7 *Donatio acquiritur etiam abſenti ſi alter condonatarius fuit præſens, & acceptauit etiam pro altero abſente.*
8 *Donatio acquiritur abſenti quando fuit facta filijs naſcituris.*
9 *Donatio facta pluribus gradatim vni poſt alium, reuocata quoad primum, non cenſetur reuocata quoad ſubſtitutum, cui fuit ius quaſitum.*
10 *Legato reuocato quoad primum honoratum, cenſetur reuocatum etiam quoad ſubſtitutum.*
11 *Donatio facta Infanti ſtatim, & irreuocabiliter ius tribuit, & ei datur immiſſio contra tertium, n.12. præcipuè ſi fuerit ratificata poſtquam infans factus fuit maior, num.13.*
14 *Donatio facta abſenti, quando ſtatim ius tribuat ante ratificationem.*
15 *Donatio non inſinuata poteſt reuocari, cum nullum ius interim tribuat, nec aliquam faciat oriri obligationem.*
Sabelli Reſol.
16 *Inſinuatio non poteſt fieri mortuo donatore, ſed tempore habili, aliàs res donata poteſt repeti, nec eſt præſcriptibilis.*
17 *Donatio non inſinuata ſuſtinetur hodie vſque ad 700. aureos.*
18 *Exceſſus dictæ ſummæ debet probari ab allegante.*
19 *Donatio non ſuſtinetur vſque ad dictam ſummam, quando ſumus inter perſonas prohibitas, & ſic vbi adſunt plures defectus, & prohibitiones.*
20 *Inſinuatio quomodo poſſit ſuppleri per iuramentum.*
21 *Iuramentum vnicum non poteſt plures defectus ſupplere, & num.49.*
22 *Inſinnatio an, & quando poſſit ſuppleri ex diuturnitate temporis, & an obſeruantia, & poſſeſſio donatarij ſit neceſſaria, num.23.*
24 *Inſinuatio requiritur etiam ſi actum fuerit, quod tot ſint donationes, quot res donatæ.*
25 *Inſinuatio poteſt ſemper fieri, niſi ſtatutum aliter diſponat, vel niſi eius defectus fuerit oppoſitus à donatore, etiam quid ſi à tertio.*
26 *Inſinuatio validat donationem prout ex nunc, non prout ex tunc.*
27 *Regiſtrum donationis vigore legis Florentiæ, licèt poſſit quandocumque fieri, non retrotrahitur in præiudicium tertij, cui fuit interim ius quaſitum.*
28 *Inſinuatio non eſt neceſſaria in renunciationibus de iure quærendo.*
30 *Donatio inter patrem, & filium regulariter prohibita, an firmetur iuramento, num.33.*
31 *Pater diſponendo de re donata filio cenſetur reuocare, nec morte confirmari poteſt quando res non fuit tradita, & an ſufficiat traditio per conſtitutum.*
32 *Conſtitutum dicitur ſimulatum ſtante ſimulatione contractus principalis, & num.45.*
34 *Donatio inter patrem, & filium eſt minus prohibita quàm inter virum, & vxorem.*
35 *Donatio omnium bonorum non valet, & quando valeat ſaltem in præſentibus, & num.40.*
36 *Reſeruatio pro teſtando debet aſcendere ſaltem ad vigeſimam partem.*
37 *An iſta reſeruatio debeat eſſe certa, & quòd ſufficiat de eo quod donatori placuerit, & ſecundum poſſibilitatem ſuam, vt veriſimiliter poſſit inuenire hæredem, num.38.*
39 *Allegans ſummam reſeruatam eſſe modicam debet probare.*
41 *Simulatio ex quibus coniecturis inducatur.*
42 *Cauſa ſimulationis non eſt neceſſaria, niſi petatur, & ſufficit opinata, num.43.*
44 *Simulatio ex quibus excludatur, & num.47.*
46 *Conſtitutum non operatur in præiudicium tertij.*
47 *Simulatio non operatur in præiudicium tertij, cui fuit iam ius quaſitum.*
48 *Iuramentum in contractu ſimulato nihil operatur.*
50 *Iuramentum adhibitum ad vnum effectum non poteſt alios defectus ſupplere.*
51 *Conſtitutio Ægidiana locum habet in Romandiola Eccleſiaſtica.*

C A P V T V.

IMmiſſionem petitam eſſe concedendam donatario in
caſu de quo agitur, non videtur dubitandum probatis 1
requiſitis in Saluiano intentato neceſſarijs, vt per Rot. *in
Rom. donationis* 31. *Ianuary* 1648. coram Veroſpio §. *im-
miſſionem quoque, &c.* Niſi multa alia, quæ percutiunt inſtru-
mentum donationis, cuius vigore fuit petita immiſſio, ob-
ſtarent ad eam impediendam.

Et primò, quia talis donatio fuit facta abſenti, quæ
licet iurata, & Notario ſtipulante pro donatario ante
ratificationem, & acceptationem ab eo factam nullum
ius tribuit, & non dicitur perfecta irreuocabiliter, ſed
ſtat in ſuſpenſo, ita vt tacitè reuocata cenſeatur ex alie- 2
natione rei donatæ facta per donantem ante huiuſmodi
ratificationem, Gaſpar. Anton. Theſ. in Addit. ad The-
ſaur. *decis.* 70. *verſ. nota, quod*, cum alijs multis per
Rot. *in Faentina dotis* 14. *May* 1635. coram Mottman. Nec
ſit amplius locus ratificationi, quæ erat facienda tempo-
re habili, & re integra non poſt ius alteri quæſitum, 3

Gratian. *diſcept.783. num.14. cap.768. num.9. & cap.710. num.2.*

Et quamuis Rota in dicta Faentina dotis loquatur de
donatione onus admixtum habente, quo caſu non inducitur tacita ratificatio ſtante etiam acceptatione alterius, qui
non habuit poteſtatem, nec facultatem obligandi donatarium ad onus adiectum, vt per Rot. penes Merlin. *de pign.*
deciſ.86. num.2. & 3. quaſi in merè lucroſa ſufficiat iura-
4 mentum, & ſtipulatio Notarij ad perfectè acquirendum
ius abſenti, cùm tunc promiſſio videatur facta Deo, qui
vbique eſt, & pro abſente acceptat non autem illum inuitum obligat, Buratt. *deciſ.149.* cum alijs per Gratian. *diſc.*
5 *297. num.22. & 729. num.19* Tamen vltrà quod multi intelligunt iſtud procedere tantùm fauore piæ cauſæ, vt per
Tiraquell. *tract. de pia cauſ. priuileg.114.* & Magon. *de-*
6 *ciſ. Flor.69. num.9. in fine*, fuiſſet neceſſaria ſcientia in
donatario ad inducendam huiuſmodi ratificationem, iuxtà *deciſ.* Caualer. 12. *per tot.* & Rot. in dicta Faentina dotis *num.1. & num.21.* quæ quidem ſcientia deſideratur, &
potius conſtat de ignorantia; qua ſtante non poteſt præſumi aliqua ratificatio, cùm nemo poſſit ratificare actum,
quem ignorat, &c. Et propterea intentatum Saluianum
non competit contra tertium poſſeſſorem, cui ante huiuſmodi ratificationem fuit ius quæſitum, Honded. *conſ.25.*
num.50. lib.2. cum alijs per Scapuc. de Saluian. *lib.2. quæſt.*
16. num.11.

Prædicta tamen concluſio plures patitur limitationes.
Prima eſt quando donatio fuit facta duobus, quorum alter
fuit præſens, & pro ſe, ac pro abſente acceptauit, tunc
7 enim acceptatio præſentis prodeſt etiam alteri abſenti, & illi perfectè acquirit, Theſ. *deciſ. 70. num.13.* Seraph. *deciſ.*
472. num.11. Paſcal. *de viribus patr. poteſt. part.4. cap.10.*
num.49. & ſeq. Hodier. ad Surd. *deciſ.111. num.13.* Gonzal.
ad reg. Cancel. gloſ.26. num.26. Rot. poſt Merlin. *de pign.*
deciſ.98. num.7. & ſeq.

Secunda limitatio eſt quando fuit facta filijs naſcituris,
8 Penn. *deciſ.563. num.3.* ita vt ſi contineat plures gradus
ſubſtitutionis, & fuerit reuocata quoad primum donatarium non cenſeatur reuocata, & non poſſit reuocari quo-
9 ad ſubſtitutum, cui fuit ius quæſitum, Gratian. *diſcept.*
247. num.5. cap.332. num.14. Rot. *in Nouiſs. par.7. deciſ.*
37. num.6. quidquid ſecus ſit in vltimis voluntatibus, in
quibus quia tertio non eſt ius quæſitum irreuocabiliter reuocato legato quoad primum honoratum, cenſebitur
10 etiam reuocatum quoad ſubſtitutum, Bart. *in l. qui Roma, §. Flauius, ff. de verb. oblig.* Seraph. *deciſ.1409. num.6.*
& 7.

Tertia limitatio eſt quando donatio fuit facta infanti,
11 Notario pro illo ſtipulante, nam tunc ei perfectè, & irreuocabiliter quæritur ius, & actio contra tertium experibilis, Seraph. *d. deciſ.472. num.8.* Penn. *d. deciſ.563. num.3.*
Cancer. *var. reſolut. lib.1. cap.8. num.58.* Ciarlin. *controu.*
12 *137. num.44. & ſeq.* & dandam eſſe immiſſionem infanti
donatario contra tertium, dixit Rot. *in Nouiſs. part.5. deciſ.308. num.6. & ſeq.* quamuis ad cautelam bonum eſſet
ipſum infantem poſtquam ad maiorem ætatem peruenerit
13 donationem ſibi factam ratificare, ad tradita per Theſaur.
d. deciſ.70. num.15. & 16. vbi adducit alias limitationes ad
14 dictam concluſionem, nempè quando conſtat de iuramento promiſſorio, quo mediante donans promiſerit non
reuocare, nec contrauenire, vel quando donatio fuit facta
in iudicio, & cum Iudicis decreto, vel ſi proceſſerit cauſa
oneroſa, quæ præfertur lucratiuæ, præſente parte factæ,
vel vbi fuit facta coniunctæ perſonæ, & dilectæ, vt filio,
vel nepoti, quibus caſibus donatio dicitur perfecta ſtante
ſtipulatione Notarij etiam ante acceptationem, vbi latè
per eum.

Secundò, videtur impediri immiſſio ex defectu inſinuationis, donans enim potuit contrauenire donatio-
15 ni non inſinuatæ, & illam reuocare prout fecit alienando,
cùm ante inſinuationem nullum ius fuerit quæſitum donatario, *iuxtà l. Sancimus, C. de donat.* & ideò nulla
ei competit actio, cùm ad eius fauorem nec naturalis,
nec ciuilis orta fuerit obligatio, Gratian. *diſcept. 483.*
num.9. 16. & 24. & per tot. cap.854. num.36. ad 53. & cap.
783. num.6. vbi etiam quod mortuo donatore non eſt am-
16 plius locus inſinuationi, quæ fieri debet tempore habili,
ita vt ſi res donata fuiſſet tradita poſſet repeti conditione
ſine cauſa, idem Gratian. *diſcept. 887. num.17. & ſeq.*
nec eſſet præſcriptibilis, Magon. *deciſ. Flor.64. num.75.*
& 76.

Nec reſpondeatur donationem ſuſtineri ſaltem vſque
ad ſummam 500. aureorum, vel ſecundùm hodiernum 17
computum, & valorem vſque ad ſummam aureorum
700. Bellon. *conſ.4.* Gratian. *diſcept.51. num.14.* Magon.
deciſ. Flor.64. num.39. Et qui allegat exceſſum, illum pro- 18
bare debeat, Buratt. *deciſ.7. num.5.* Quia iſtud non procedit inter perſonas ſuſpectas, & prohibitas donare, nam vbi
vltra exceſſum meræ legalis, & ſic vltra ſuſpicionem le-
gis concurrunt aliæ prohibitiones, & ſuſpiciones, prout in 19
caſu noſtro ex alijs infra dicendis demonſtrabitur, in totum vitiatur donatio propter defectum inſinuationis, nec
ſuſtinetur vſque ad dictam ſummam 500. vel 700. aureorum quaſi tunc ob duplicem prohibitionem ſit magis neceſſaria inſinuatio, Gratian. *diſcept. forenſ.693. num.6.* Magon. *dict. deciſ.64. verſ. eam tamen*, vbi quod indiſtinctè
non poteſt ſuppleri per iuramentum quando vltra ſuſpicionem legis, aliæ quoque ſuſpiciones concurrunt, *& deciſ.*
71. num.1.

Prout nec obiectum remoueri poteſt ex eo, quod in in-
ſtrumento adſit iuramentum, quaſi per illud ſuppleatur 20
defectus inſinuationis, Seraph *deciſ.1184. num.15.* Ad-
ad Buratt. *deciſ.924. num.18.* Cancer. *var. reſolut. lib.1.*
cap.8. num.5. quia communiſſima, eſt opinio hoc intelligi
dummodò inſinuationi ſpecialiter fuerit renunciatum cum
iuramento, aliàs ſecus, latè Magon. *d. deciſ.64. num.22.*
& 41. ac per tot. Clar. *§. donatio quæſt.18.* Gratian. *diſcept.*
409. num.28. & cap.531. num.34. præſertim quando donatio plures alios patitur defectus, vt in caſu noſtro, cum
iuramentum vnicum non poſſit plures defectus supple- 21
re, ſed vnum tantùm niſi eſſet ampliſſimis verbis conceptum, Seraph. *dict. deciſ.1184. num.15.* Ludouiſ. *deciſ.*
391. num.6. Gratian. *diſcept.27. num.37. & cap.231. num.*
10. Montan. *de tut. cap.33. num.598.* & polchrè Magon.
dict. deciſ.64. num.27. ad 29. Penn. *deciſ.637. num.12.*
Ita vt nec tunc poſſit inſinuatio præſumi ex diuturnitate
temporis, cùm agatur de maximo præiudicio tertij, & de
ſolemnitate requirente ſcripturam, ac inducta ob publi-
cam vtilitatem, vt benè probat Magon. *d. deciſ.64. num.* 22
75. & 76. Quamuis his ceſſantibus, iuxta communem
opinionem inſinuatio ex diuturnitate temporis præſumatur, Caualer. *deciſ.575. num.10.* Buratt. *deciſ.120. num.*
37. Gratian. *diſcept.869. num.4. & 5.* dummodò tamen
concurrat poſſeſſio donatarij, & obſeruantia contractus,
& ſic tota vis non eſt facienda in tempore, ſed in poſſeſ- 23
ſione, & obſeruantia donationis, de qua nullibi apparet
in caſu noſtro, Gabriel. *de præſumpt. concluſ.1. num 64.*
Maſcard. *de probat. concluſ.1317. num.48. & 49.* Surd.
deciſ.231. num.19. cum alijs per Gratian. *diſcept.474. num.*
13. & 14.

Supradicta autem inſinuatio eſt neceſſaria etiam ſi actum
fuerit, quòd tot ſint donationes, quot ſunt res donatæ
ſi ſimul coaceruatæ excedunt ſummam legalem, nam ra- 24
tione eiuſdem actus, loci, & temporis cenſetur vnica donatio, & dictum pactum appoſitum in fraudem legis, Gratian. *diſcept.355. per tot. & 715. num.10.* Magon. *deciſ.*
Flor.129. per tot.

Et licèt poſſit quandocumque fieri etiam poſt tri- 25
ginta annos niſi ſtatutum aliter diſponat, Gratian. *diſcept. 783. num. 33.* Magon. *deciſ. Flor. 94. num.42. &*
ſeq. tamen illi non eſt amplius locus poſtquam eius defectus fuerit ab ipſo donatore oppoſitus, ſi verò fuerit oppoſitus à tertio poteſt lite pendente adhiberi, & ex iu-
re ſuperueniente ex cauſa de præterito conualidabitur do- 26
natio, & iudicium, incipiendo tamen effectum ſuum
operari ſolum prout ex nunc ab inſinuationis tempore,
& non prout ex tunc à tempore factæ donationis, Ang.
conſ.179. Menoch. *conſ.292. num.3. & 4.* cum alijs per
Gratian. *diſcept. 531. per tot.* Magon. *deciſ. Flor. 124.*
num.6. & per tot. vbi loquitur in terminis reformationis
Ciuitatis Florentiæ de regiſtrandis donationibus intra
certa tempora, & videtur concludere quod poſſit dictum
regiſtrum quandocumque fieri licèt non retrotrahatur in 27
præiudicium tertij, cui medio tempore, & ante factum
regiſtrum fuit ius quæſitum, & allegat Natt. *conſ.372.*
num.7.

Non tamen eſſet neceſſaria inſinuatio, ſtante incertitudine futuri euentus, vt quando donatur aliquid annuum,

quod

quod reſpectu ſingulorum annorum non excedit metam
28 legalem, licèt reſpectu plurium annorum eam longè exce-
dat, quia donatarius ante completum primum annum
decedere poſſet, & ſic ſtante huiuſmodi incertitudine do-
natio non dicitur excedere ſummam à lege permiſſam,
l. ſancimus, §. ſi quis autem, C. de donat. Rota *in Signina*
Caſtrorum 19. *Iunij* 1634. coram Panzirolo *in Nouiſſ. part.*
6. *deciſ.*212. *num.*26. & 27. Prout nec eſſet neceſſaria in
29 renunciationibus de iure quærendo, licèt ſpes iuris quæ-
rendi excederet æſtimationem 500. aureorum, Gratian.
*diſcept.*132. *num.*20. & 858. *num.*10. vbi videtur ſibi con-
trarius, ſequitur Rot. *in Signina Caſtrorum* 4. *Februarij*
1631. coram Coccin. *in Nouiſſ. part.*6. *deciſ.*12. *num.*11.
& *ſeq.* & *deciſ.*292. *num.*20. & *deciſ.*320. *num.*8. *eadem par.*
6. *Nouiſſ.*

Tertiò, videbatur deneganda immiſſio ex eo quia age-
30 batur de donatione facta à patre in filium, quæ regulariter
eſt prohibita, *l. donationes, C. de donat. int. vir. & vxor.*
ita vt non poſſit confirmari iuramento iuxta opinionem
quam ſuſtinet Merend. *lib.*1. *controu. iur. cap.*21. nec mor-
te ipſius patris, quando prout in caſu noſtro res donata
non fuit tradita, ſed tantùm ſimpliciter promiſſa, Pract.
Papp. *libell. donat. gloſ.*1. *num.*12. Bellon. *conſ.*4. *num.*10.
31 Imò pater interim diſponendo de re donata cenſetur re-
uocare, adeò vt donatio amplius morte confirmari non
poſſit, ad tradita per Neguſ. *de pign. part.*2. *memb.*1. *num.*
4. Et licèt aliàs ad hunc effectum confirmationis per mor-
tem ſufficiat tacita traditio per conſtitutum, vt per Micha-
lor. *de fratr. part.*1. *cap.*11. *num.*26. Magon. *deciſ. Flor.*
77. *num.*20. tamen cùm nos agamus de donatione ſimula-
ta, ſimulatum quoque cenſeri debet conſtitutum, & ni-
32 hil operatur, Gratian. *diſcept.* 255. *num.*25. & *diſcept.*479.
*num.*63.

Circa tamen prædicta de confirmatione per iuramen-
tum ſciendum eſt, quod quidquid dicat Marend. *loc. cit.*
cuius opinio forſan in via diſputationis ſuſtineri poſſet, ve-
rior, & receptior eſt opinio contra eum nempè huiuſmodi
33 donationes firmari iuramento, vt teſtatur Seraph. *deciſ.*
1184. *num.*7. Penn. *deciſ.*631. *per tot.* & *deciſ.*637. & *in Reg-*
gien. bonorum 25. *Februarij* 1646. coram Corrado *in §. minus*
reſiſtit, &c. & Cancer. *d. cap.*8. *num* 92. & Merend. in ſpe-
cie reprobatur per Michalor. *de fratr. part.*1. *cap.*11. *num.*5.
quamuis aliàs donatio inter patrem, & filium non ſit adeò
34 ſtrictè prohibita prout eſt inter virum, & vxorem ſicuti
animaduertit Rot. apud Seraph. *d. deciſ.*1184. *num.*9. *verſ.*
Addebat etiam vnus.

Quartò non poterat concedi immiſſio quia agebatur de
35 donatione omnium bonorum præſentium, & futurorum,
iurium, & actionum, quæ tamquam auferens liberam
teſtandi facultatem non valuit, Add. ad Pract. Papp. *libell.*
*donat. gloſ.*4. Clar. §. *donatio quaeſt.*19. vbi multos allegat,
& Gratian. *diſcept.*729. *num.*7. & 8. Ita vt ad effectum
conualidandi donationem non ſufficiat quælibet modica
36 reſeruatio pro facultate teſtandi, ſed debeat aſcendere ſal-
tem ad vigeſimam partem omnium bonorum donatorum,
Clar. *d. quaeſt.*19. *verſ. ſecundo principaliter*, & Gratian.
*diſcept.*479. *num.*66. Et debet eſſe quid certum, cùm alias
incertitudo loci, & quotæ vitiet quamcumque diſpoſitio-
37 nem ad tradita per DD. *in l.*3. §. *incertam, ff. de acqu. poſſ.*
Magon. *deciſ. Luc.*20. & *deciſ.*21. *num.*1. niſi poſſit certifi-
cari capiendo tot de bonis donantis arbitrio Iudicis, pro-
ut paſſim ſeruatur, nam ſi erunt dandæ pecuniæ iam
nihil eſt incertum, ſi bona remittitur arbitrio Iudicis, Rot.
*part.*3. *recent. deciſ.*663. *num.*3. Imò ſi quis reſeruaret ſi-
bi facultatem teſtandi de eo quod ei placuerit, vel ſecun-
38 dùm poſſibilitatem ſuam donatio videtur valida, vt per
Fontanel. *deciſ.*392. *num.*3. Sufficit enim reſeruatio tan-
tæ ſummæ, vt donans iuxta perſonarum qualitatem
poſſit ſibi veriſimiliter in ea inuenire hæredem, iuxta tra-
dita per Cagnol. *in l. vlt. num.*205. & *ſeq. C. de pact.* vbi
etiam Purpur. & alij, Couar. *var. reſolut. lib.*3. *cap.*12.
*num.*3. & *ſeq.* Mantic. *de tac. & ambig. lib.*3. *tit.*31. *num.*
1. & *ſeq.* & *tit.*32. *num.*16. &c. Et qui allegat ſummam
39 reſeruatam eſſe modicam debet probare, Caualer. *deciſ.*
98. *num.*8.

Circa quod tamen eſt animaduertendum, quod vale-
ret donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum
ſtante iuramento quoad bona præſentia, quia tunc donans
40 videtur voluiſſe actum valere omni meliori modo, & iu-
ramentum operatur duplicem cenſeri factam donatio-
nem, alteram de bonis præſentibus, alteram de futuris,
ita vt ſi vna corruat nempè de futuris, altera ſuſtineatur
quoad præſentia, Euerard. *locat. à vi, & energ. iuram.*
*num.*27. Ounot. *in §. aliæ autem num.*86. *Inſtitut. de do-*
nat. Buratt. *deciſ.*7. *num.*2. vbi Add. *num.*13. & Rot. *in*
Romana donationis 17. *Decembris* 1640. coram Royas §. *in*
omnem.

Quintò videtur fortiter obſtare ſimulatio, quæ licèt non
præſumatur, & ſic neceſſaria cauſa ſimulandi, tamen
ſatis apertè colligitur in caſu noſtro ex eo, quod donatio
continet clauſulas inſolitas non reuocandi ex quacumque 41
cauſa ingratitudinis promiſſionem legitimæ, ac perpe-
tuæ, & generalis defenſionis, ac euictionis in forma,
pactum de non contraueniendo, obligationem omnium
bonorum, & hæredum, donans ſemper remanſit in poſ-
ſeſſione, donatio fuit ad fauorem filiorum, & de omni-
bus bonis præſentibus, & futuris, prout has omnes
coniecturas, & alias ad probandam ſimulationem ſatis
ſuperque ſufficientes maximè reſpectu tertij poſſeſſoris,
ponderat in puncto Gratian. *diſcept.*255. *per tot.* vbi etiam 42
*num.*14. quod eſt neceſſaria expreſſio cauſæ niſi petatur à
parte, idem firmat in *diſcept.*586. *num.*37. & *diſcept.*479.
*num.*59. *ad finem*, vbi reſpondet ad id, quod poſſet repli-
cari de conſtituto iuramento, & defectu cauſæ, &c. Et
ſufficere cauſam fuiſſe opinatam dixit Rot. *in Vetulana* 43
Molendini 12. *Ianuarij* 1651. *coram Otthobono*, §. *neque hoc*
deeſt, præſertim cùm nullius temporis obſeruantia con-
tractus concurrat, non habuerit fomentum ex aliqua cau- 44
ſa præcedenti, nec alia concurrant, quæ conſiderari poſ-
ſint ad excluſionem ſimulationis, quæ etiam faciliùs præ-
ſumitur, vbi agitur de præiudicio tertij, & ex euentu ſub-
ſequuto alienationis factæ per eumdem donatorem argui-
tur in eo dolus, vel ſaltem quod ſimulare egerit dum do-
nauit, cauſamque præcogitauerit prout accidiſſe creditur in 45
allegata Vetulana Molendini, qua cauſa ſtante tollitur vis
conſtituti pro excluſione ſimulationis conſiderati ex *deciſ.*
Caualer. 14. *num.*4. vt per Penn. *deciſ.*446. *num.*10. & Rot.
*in Nouiſs. part.*7. *deciſ.*11.

Et quod conſtitutum in præiudicium tertij nihil opere- 46
tur, Gratian. *diſcept.*479. *num.*63.

Si enim conſtaret de obſeruantia contractus per plures
annos, excluderetur præſumptio ſimulationis, idem Grat.
*diſcept.*826. *num.*35. & 876. *num.*18. vbi quòd nec pariter
operaretur in præiudicium tertij, cui fuiſſet iam ius quæſi-
tum. Prout nec eſſet attendenda ſi contractus haberet fo- 47
mentum ex veritate cauſæ præcedentis, Corn. *conſ.*241.
*num.*6. *lib.*3. Bart. *in l. ſicut, §. ſuperuacuum, ff. quibus mod.*
pign. hypoth. cum alijs per Rot. poſt Cenſ. *de Cenſ. deciſ.*
553. *num.*6. & ipſe Cenc. *quaeſt.*48. *num.*32.

Cùm itaque ſupradicta donatio tot conſiderabiles pa-
tiatur defectus non eſt aliqua vis facienda in iuramento, 48
non ſolùm quia ſtante ſimulatione illud quoque ſimulatum
præſumitur, & nihil operatur, Bellon. *conſ.*47. *num.*10.
& *conſ.*48. *num.*4. Montan. *de tut. cap.*33. *num.*591. Gra-
tian. *diſcept.*255. *num.*28. & *cap.*479. *num.*72. & *cap.*826.
*num.*31. Sed etiam quia tamquam vnicum, & reſtrictum
non poſſet ſupplere plures defectus; ſed vnum tantùm cæ-
teris remanentibus, Magon. *deciſ. Flor.*64. *num.*27. Penn. 49
*deciſ.*631. *num.*11. cum alijs ſuperiùs allegatis.

Quibus addendum eſt, quod cùm vltra inſinuationem
eſſet neceſſarium iuramentum vigore conſtitutionis Ægi-
dianæ cenſentur præſtitum ſatisfaciendo ſolemnitati eiuſ- 50
dem conſtitutionis, & tamquam ad hunc ſolum effectum
adhibitum non potuit ſupplere alios defectus, Rot. *in Pe-*
ruſina hæreditatis 10. *Decembr.* 1628. coram Virili poſt Gi-
llan. *ad ſtat. dec.*97. *num.*5. & conſuluit Excellentiſſimus
D. meus Franciſcus Borellus in eius elegantiſſimo reſpon-
ſo impreſſo pro Illuſtriſſima D. Alexandra Summaia *num.*
mihi 55.

Quod autem conſtitutio Ægidiana locum habeat in his
partibus Romandiolæ Eccleſiaſticæ pluries fuiſſe à Rota 51
reſolutum, teſtatur eadem Rot. *in Imolen. Pecuniaria* 16.
Iunij 1608. apud Penn. *deciſ.*1371. & penes Poſth. *de ma-*
*nutent. deciſ.*109.

A R G V M E N T V M.

Litigans vt ſibi paret actionem de euictione, & ſic ſtante iuſta cauſa an patiatur immiſſionem pro expenſis, quid ſtante Statuto, quod victus victori in expenſis condemnetur, & an ſententia nulla tranſeat in iudicatum.

S V M M A R I V M.

1 *EMptor litigans vt ſibi paret actione de euictione non eſt in expenſis condemnandus, & quomodo hoc intelligatur, num.6. & 7.*
2 *Emptor tenetur cauſam defendere, aliàs non agit de euictione.*
3 *Emptor tenetur appellare, & quando ſecus.*
4 *Iuſta cauſa litigandi excuſat ab expenſis.*
5 *Statutum quod victus victori in expenſis condemnetur, procedit etiam ſtante iuſta cauſa litigandi, vide diſtinctionem, num.9. & 10.*
6 *Poſſeſſor conuentus Saluiano patitur immiſſionem etiam pro expenſis, num.7.*
9 *Iuſta cauſa excuſat ab expenſis, quando verba ſtatuti diriguntur in Iudicem.*
10 *Non autem excuſat quando verba diriguntur in litigantes, cùm tunc expenſæ debeantur iure actionis.*
11 *Non condemnatus in expenſis habetur pro abſoluto de iure communi.*
12 *Statutum ſufficit aliquid minimum operari.*
13 *Iudex in quem verba ſtatuti diriguntur poteſt ex iuſta cauſa abſoluere ab expenſis.*
14 *Sententia vt non tranſeat in iudicatum non ſufficit quod ſit nulla, ſed requiritur quod ſit notoriè ex eiſdem actis.*

C A P V T VI.

EMptor litigans vt ſibi paret actionem de euictione
non debet in expenſis condemnari, *l. atque natura*
1 20. *§. cum me abſente, ff. de negoc.geſt.* Cabal. *conſil.*39.
*num.*12. *lib.*1. Aſin. *in prax.* §. 32. *cap.*2. *limit.*18. & Mangil.
*tract. de euict. quaſt.*185. *num.*17. Et hoc eſt, quia
2 ipſe tenetur cauſam defendere, aliàs non agit de euictione
ſi condemnetur, etiam ſi litem denunciauerit venditori,
*l.*1. *C. de peric. & comod. rei vend. & l. ſi ideo*, vbi gloſ.
ff. de euict. Mangil. *dict. tract. quaſt.*184. *num.*36. niſi omnino
certum eſſet, quod etiam cauſa defenſa fuiſſet eodem
modo iudicatum contra emptorem, Capyc. *deciſ.*
3 106. *num.*4. quinimò tenetur appellare, & appellationem
proſequi, niſi ſibi fuiſſet remiſſa neceſſitas appellandi,
vel niſi etiam venditor fuerit præſens, vel cauſa
fuerit iniuſta, *l. Herennius*, §. *Caia*, *ff. de euict.* Pract.
Papp. *in Cauſ. vendit. gloſ. Promittens num.*8. vbi Add.
Natt. *conſ.*208. Capyc. *dict. deciſ.* 106. *num.*4. *verſ. Ex
prædictis.*

Quod quidem attenta iuris communis diſpoſitione
videtur procedere ſine dubio, cùm iuſta cauſa litigandi,
4 quam dicitur emptor habere ad effectum prædictum, illum
debeat excuſare ab expenſis, ſicuti alios iuſtè litigantes excuſat,
qui ſolidum, §. *etiam*, *ff. de leg.*2. *DD. in l. properandum*,
§. *ſin autem*, *C. de iudic.* Aſin. *in prax. dict.* §.32.
*limit.*2. *num.*1. Secùs autem ſtante ſtatuto diſponente
non ſolùm victum victori in expenſis condemnandum eſſe,
ſed vlterius vtente dictione ſemper, & volente victum
pro condemnato haberi, niſi expreſsè fuerit abſolu-
5 tus, quo caſu vt aliquid operetur vltra ius commune, &
ne ſit fruſtratorium, debet victus in expenſis condemnari
etiam ſi iuſtam, & legitimam cauſam litigandi habuerit,
Marſil. *ſing.* 207. *& in tit. de fideiuſſ. num.*302. Mandoſ.
*ad regul. Cancel. regul.*29. *quaſt.*11. *num.*4. & de veriori,
ac tutiori opinione teſtatur Gratian. *diſcept.*33. *in princip.*
ac ita ſeruari de ſtylo Rotæ Romanæ, Duran. *deciſ.*382.
num. 1. & 2.

Et in terminis etiam iuris communis, quòd poſſeſſor
conuentus Saluiano ſit condemnandus in expenſis non
attento, quod habuerit iuſtam cauſam litigandi, vt ſibi
6 pararet actionem de euictione, tenet Pacif. de Saluian.
*inſpect.*3. *cap.*1. *num.*65. *& ſeq.* ac pro abſoluto ſupponit
Saluſt. Tiber. *in prax. lib.*2. *cap.*2. *num.*24. Intelligendo
tamen non vt dictas expenſas ſaluat reus, & poſſeſſor
conuentus, niſi eſſet mentitus circa poſſeſſionem, vel non
haberet titulum, qui ei tribuat actionem de euictione,
vel ad damna, & intereſſe, ſed vt de illis actor ſatisfiat 7
ex fructibus fundi, cuius poſſeſſionem nanciſcitur, prout
ſeruat communis praxis, & ſtylus iudiciorum concedendo
immiſſionem actori pro ſuo credito, & pro expenſis
taxandis, & ita in nihilo grauando de proprio
poſſeſſorem conuentum, ſed tantùm concedendo immiſſionem
pro illis in bonis hypothecatis, prout ſemper ſeruari
vidi, & pluries ego ſeruaui, intelligendo hoc modo
concluſionem ſupra poſitam, quòd emptor non debeat
in expenſis condemnari, vt ſcilicet illas de proprio
ſoluat, & actione perſonali ab eo exigantur ſicuti denotat
verbum condemnare, ſed benè vt pro illis tamquam acceſſorijs
concedatur immiſſio in bonis obligatis, eodem
modo quo conceditur pro credito principali, & in his
terminis procedunt tradita per Pacif. & Saluſt. Tiber.
in loc. cit.

Quamuis etiam ſtante dicto ſtatuto, quòd victus victori
in expenſis condemnetur, poſſet de iure defendi, intelligendum
eſſe, niſi victus habuerit iuſtam cauſam litigan- 8
di, licet ſtatutum dicat, quòd victus ſemper debeat in
expenſis condemnari, Crauett. *conſ.*3. *num.*22. Gabriel.
*comm. concluſ. tit. de expenſ. concluſ.*1. Aſin. *in prax. d.* §.32.
*lim.*3. *princ. num.* 5. *& ſeq.* Gratian. *diſcept.*725. *num.*38. vbi
teſtatur de veriori opinione, &c. Menoch. *de arbitr. caſ.*
177. *n.*1. *& ſeq.* vbi etiam quænam ſint iſtæ iuſtæ cauſæ, quæ
ab expenſis excuſent, & Scapuc. de Saluian. *lib.*3. *quaſt.*11.
*num.*10. Pacif. *eodem tract. inſpect.*4. *cap.*1. *num.*104. *&
ſeq. ad* 112.

Quapropter in hac opinionum varietate, cùm tot, &
tanti ponderis hinc inde adducantur Doctores, qui etiam
ſibi ipſis contrarij videntur, prout Gratian. *diſcept.* 33. *in
princ.* vbi firmat primam partem ſupra poſitam, & *diſcept.* 725.
*num.*38. vbi firmat hanc ſecundam contrariam
opinionem, & vtrobique de veriori teſtatur, &c. diſtinctionem
adhibendam eſſe arbitror, nam aut verba ſtatuti 9
ſunt directa in Iudicem, puta Iudex condemnet victum,
vel paſſiuè victus per Iudicem condemnetur in expenſis,
iſto caſu procedat ſecunda opinio, nempè quòd ſtatutum
intelligi debeat ſecundùm ius commune, & iuſta cauſa litigandi
excuſet ab expenſis, Matheſil. *ſing.*80. Couar. *pract.
quaſt.*27. *num.*4. Paul. de Caſtr. *in l.*3. §. *ſi non rem num.*5.
*ff. de leg.*3. cum alijs per Aſin. *in prax. d.* §.32. *limit.*3. *num.*
6. *in fine.*

Aut verba ſtatuti reſpiciunt victum, & victorem, nempè
quòd victus victori teneatur, vel obligatus ſit in expenſis,
& tunc quia expenſæ debentur iure actionis, cùm conſtet
mentem ſtatuti eſſe tribuere actionem victori aduerſus
victum pro expenſis iuſta cauſa litigandi non excuſat,
& ſic procedit prima opinio, quod victus teneatur ad ex- 10
penſas vigore ſtatuti, etiam ſi iuſtam cauſam litigandi habuerit,
*gloſ. in l.*3. §. *ſi rem*, *ff. de leg.*3. *& in l. non ſolum*, *ff. de
rei vend.* Natt. *conſ.*108. *num.*10. *lib.*1. cum alijs per Aſin. *d.*
§.32. *limit.*1. *num.*3.

Quæ opinio vt iuſta cauſa litigandi excuſet ab expenſis,
tantò magis procedit quando ſtatutum diſponit, quod
victus ipſo iure intelligatur condemnatus in expenſis, niſi
fuerit expreſsè abſolutus, quia tunc diſponit vltra ius
commune, ſecundùm quod non condemnatus haberetur 11
pro abſoluto, *l. terminato*, *C. de fruct. & lit. expenſ.* Aſin.
dict. §.32. *limit.*3. *num.*6. & ſic ceſſat potiſſima ratio ſuperfluitatis,
quæ conſideratur pro altera opinione, & hoc
modo ſtatutum aliquid operatur, & in modico receditur à
iure communi, cùm ſemper ſit capienda illa interpretatio
per quam minus læditur ius commune, vt eo tantùm caſu
ſibi locum vendicet ſtatutum quo victus non fuerit expreſſè
abſolutus, & ſic ſtante iuſta cauſa debet abſolui ab expen- 12
ſis, Fulgoſ. *conſil.* 130. *n.*3. Iaſ. *in l. properandum*, §. *ſine autem
num.*6. *C. de iudic.* cum alijs per Aſin. *dict.* §.32. *limit.*3. *n.*6.

Quando enim ex ipſis verbis ſtatuti non ligantur manus
Iudici quin aliquando abſoluere poſſit, prout contingit per
illam aduerſatiuam, ſi non fuerit expreſsè abſolutus, colligitur,
quòd excuſatio, quam ab expenſis tribuit iuſta cauſa
litigandi non dicitur excloſa à ſtatuto, quia ſi Iudex poteſt
aliquando abſoluere, vtique non niſi ex iuſta cauſa id agere
poſſit intelligendum eſt.

Ex

Ex quibus corruit fundamentum, quod ſententia in
qua fuit conceſſa immiſſio etiam pro expenſis ſit nulla, &
inualida, & propterea oon tranſierit io rem iudicatam,
cùm iuxta ſuperiùs dicta etiam contra tertium poſſeſſorem
litigantem, vt ſibi paret actionem de euictione, ſit danda
immiſſin actori pro credito, & expenſis vti acceſſorijs. Et
14 ad hoc, vt ſenteoria non tranſeat in iudicatum non ſufficit,
quod ſit nulla, & iniuſta, ſed requiritur alia qualitas, nempè
notorietas iniuſtitiæ reſultans ex eiſdem actis, Rot. *par.
2. diuerſ. dec.* 311. *num.* 2. Seraph. *dec.* 711. *num.* 1. *& deciſ.*
254. *n.* 10. Rota *in Ferrarien. ſpolij* 25. *Iunij* 1635. *§. verùm
hodie coram Merlino.*

A R G V M E N T V M.

Seruitus diſcontinua qualiter præſcribatur, quæ requirat præſcriptio ſtatutaria, & an procedat in bonis emphyteuticis Eccleſiæ. Confeſſio qualificata non poteſt ſcindi, & venditoris an noceat emptori. Oſtium, vel feneſtra an, & quando fieri poſsit in proprio pariete verſus fundum vicini.

S V M M A R I V M.

1 *Omnis præſumitur libera, etiam ſi quis ſit in quaſi poſſeſſione ſeruitutis, num.* 2.
3 *Seruitus quando dicatur habere cauſam diſcontinuam.*
4 *Seruitus diſcontinua non præſcribitur niſi ex immemorabili tempore.*
5 *Præſcriberetur tamen* 10. *annis inter præſentes, &* 20. *inter abſentes vbi conſtaret de titulo, & vſu ſeruitutis ex titulo allegatu, num.* 6. *&* 7.
8 *Præſcriptiu ſtatuti Florentini ſubductis ferijs, & alijs ſubducendis tranſcendit annos* 36. *& comprehendit omnes actiones, num.* 9.
10 *Præſcriptio ſtatutaria requirit bonam fidem, & alia de iure communi neceſſaria.*
11 *Standum eſt iure canonico in materia præſcriptionis, & mala fides actoris nocet ſucceſſori, aliquas cautelas in contrarium remiſſiuè, num.* 12.
13 *Præſcriptio circa modum agendi executiuè currit non obſtante mala fide.*
14 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica quoad vtile dominium laicorum ſubiacet ſtatutu laicali.*
15 *Præſcriptionem allegans debet probare præſentiam, & domicilium partis per totum tempus.*
16 *Scientia familiarium an præiudicet domino.*
17 *Abſens non dicitur, qui remanſit in fundo per cognationem, & familiam.*
18 *Seruitus in re communi non poteſt conſtitui ab vno ex ſocijs altero inuito.*
19 *Confeſſio venditoris an probet contra emptorem, & num.* 28.
20 *Confeſſio facta ad certum tempus, & certum negotium illo finito amplius non operatur.*
21 *Extraneus non poteſt acquirere ſeruitutem fundo alieno.*
22 *Confeſſio qualificata non poteſt diuidi, ſed in totum acceptari, ſtante maximè vno contextu, & præſumptione iuris pro qualitate adiecta, num.* 23.
24 *Confeſſio ad vnum finem facta non debet contrarium operari.*
25 *Confeſſio conditionalis nihil ponit in eſſe.*
26 *Ius ſeruitutis perſonalis tantùm, & non realis quando dicatur indultum.*
27 *Ius perſonale non tranſit in ſingulares ſucceſſores.*
29 *Vicinus non poteſt facere oſtium in ſuo pariete, ex quo eatur in fundum vicini, num.* 30.
31 *Semiplena probatio transfere onus probandi in aduerſarium, vel facit locum iuramento ſuppletorio, n.* 32.
33 *Feneſtra fieri poteſt in proprio pariete, & quando ſecùs.*

C A P V T VII.

Quatuor propoſitæ ſeruitutes, iudicio meo, actori non debentur, nam quod attinet ad primam viæ, vel tranſitus per atrium vicini, & ad ſecundam aquæ hauriendæ ex
puteo eiuſdem videntur omninò excludi ex generali regula, quòd omnis res præſumitur libera habito reſpectu ad 1
originalem habitum, & naturalem rerum ſtatum, niſi ſeruitutis qualitas ab allegante probetur vulgata, *l. altius, C.
de ſeruit.* Pariſ. *conſ.* 26. *num.* 14. *lib.* 1. Honded. *conſ.* 89.
num. 22. *lib.* 1. Maſcard. *de probat. concl.* 1305. *num.* 1. Gratian. *diſcept.* 572. *num.* 58. Quod adeò verum eſt vt hæc libertatis præſumptio non elidatur ex quaſi poſſeſſione 2
ipſius ſeruitutis, Pract. Papp. *libel. act. confeſſ. gloſ. pleno
iure num.* 3. Natt. *conſ.* 69. *num.* 6. Honded. *d. conſ.* 79. *num.*
23. Maſcard. *d. concluſ.* 1305. *num.* 6. Gratian. *diſcept.* 681.
num. 35.

Et quamuis ſeruitus acquiratur præſcriptione, cùm verſemur in ſeruitutibus cauſam diſcontinuam habentibus, vt
itineris, vel tranſitus, & aquæ hauriendæ, in his enim
exercendis requiritur factum, & miniſterium hominis, 3
qui non poteſt continuò tranſire, nec aquam haurire, &
ſic cùm ſemper in vſu, nec actu, nec potentia eſſe poſſint,
dicuntur diſcontinuam cauſam habere, *l. ſeruitutes cum ibi
not. de ſeruit.* Cæpol. *de ſeruit. vrb. præd. cap.* 19. & ideò in
illis præſcribendis noo ſufficit tempus decem, viginti, nec
triginta annorum vbi titulus non allegatur, ſed immemo- 4
rabile, ſeu centum annorum requiritur, Curt. iun. *conſ.*
174. *nu.* 28. Honded. *d. conſ.* 79. *num.* 6. 33. *&* 65. Natt. *conſ.*
69. *num.* 1. Batz. *deciſ. Bonon.* 140. *num.* 27. Caualer. *deciſ.*
632. *n.* 8. Quando verò titulus allegari, & probari poſſet,
quo iuxta caſu communem omnium ſententiam ſufficeret 5
tempus decem annorum inter præſentes, & viginti inter
abſentes etiam in ſeruitutibus diſcontinuis, vt per Cæpol.
d. cap. 19. *verſ. ſecundus caſus*, Aret. *in §. æquè num.* 14. *Inſtit. de act.* Soc. *reg.* 460. Maſcard. *concluſ.* 1220. *num.* 67.
Honded. *conſ.* 79. *num.* 70. deberet probari vſus ſeruitutis ex 6
titulo allegato cum ſcientia, & patientia aduerſarij ad excludendum precarium, vel ius familiaritatis, Alex. *conſ.*
108. *in fine lib.* 2. Crauett. *conſ.* 226. *num.* 2. Honded. *d. conſ.*
79. *n.* 72. Maſcard. *d. concl.* 1220. *num.* 68. Cabal. *conſ. deciſ.*
92. *num.* 17. *lib.* 2. Gratian. *diſcept.* 560. *num.* 30. *& ſeq. &
diſcept.* 559. *num.* 11. *& ſeq.* vbi quod ſeruitus eſt adeò pro- 7
banda, vt non ſufficiat probare vſum illius, ſed quod vſus
fuerit iure ſeruitutis, & iure proprio cum titulo, bona fide, ac alijs requiſitis neceſſarijs.

Sed attenta diſpoſitione ſtatuti Florentini *lib.* 2. *Rub.* 73.
non ſoffſiceret tam breue tempus decem annorum ad inducendum præſcriptionem, cùm dictum ſtatutum in qualibet
præſcriptione requirat tempus triginta annorum, quod 8
ſublatis ferijs, & ſubductis alijs temporibus ſubducendis
tranſcendit vltra triginta ſex annos, vt teſtatur Magon.
deciſ. Flor. 105. *num.* 1. *& ſeq. & deciſ.* 64. *num.* 76. *& fuit
tentum in Cauſa de Malegonellis* 24. *May* 1603. Et non eſt
dubium huiuſmodi ſtatutum comprehendere has ſeruitutes tum ex generali diſpoſitione in principio, *Omnis actio*, 9
&c. tum ex ſpeciali ibi, *realis*, prout eſt natura dictarum
ſeruitutum, *§. æque Inſtit. de act.* Et quia ſtatutaria præſcriptio loco præſcriptionis iuris communis ſubrogatur, &
eamdem naturam ſapit, ac bonam fidem, & alia requiſi- 10
ta in alijs præſcriptionibus iuris communis neceſſaria exigit, Add. ad Mohed. *deciſ.* 4. *de præſcript.* Gratian. *diſcept.*
403. *num.* 19. *&* 994. *num.* 5. Nulla enim præſcriptio cum 11
mala fide currere poteſt præcipuè de iure canooico, cui in
hoc ſtandum eſt, adeò vt mala fides auctoris noceat ſucceſſori vniuerſali, Magon. *deciſ. Florent.* 95. *num.* 3. Plures tamen cautelas, vt præſcriptio ſtatutaria currere 12
poſſit etiam cum mala fide, & de iure canonico, docet
Ferret. *caut.* 38. *per tot.* & Cæpol. *caut.* 46. Et quod non
obſtante mala fide currat circa modum agendi executiuè, 13
cùm non agatur de tollenda funditus actione, ſed tantùm de modo agendi, ita vt poſt tempus triginta annorum ſit agendum via ordinaria, & non executiua, quæ
anteà competebat pro executione inſtrumenti, pulchrè
idem Magon. *deciſ. Flor.* 121. *num.* 1. *& ſeq.* & Alex. *conſ.*
115. *lib.* 7.

Cui quidem ſtatutariæ diſpoſitioni abſque dubio ſubiacet domus de qua agitur, licèt ſit Emphyteuſis Eccleſiaſtica, quia quoad vtile dominium laicis competens
dicitur eſſe in iuriſdictione laicorum, & venit ſub diſpo- 14
ſitione ſtatuti licèt à laicis conditi, Surd. *deciſ.* 11. *num.*
4. *& deciſ.* 160. *num.* 14. & hanc opinionem pluribus relatis ſequitur Ciarlin. *controu.* 17. *num.* 26. Quinimò cùm
idem ſtatutum velit contra abſentes præſcriptionem non

currere, & dominus præſenti fundi ſeruientis fuerit abſens
per multos annos inanis redditur probatio vſus ſeruitutis
tamquam ſe referens ad tempus dictæ abſentiæ, & non
15 anteà, & fundans ſe in præſcriptione deberet probare præ-
ſentiam, & domicilium vtriuſque per totum tempus, quo
cucurrit præſcriptio, Magon. *deciſ. Flor. 26. num. 35.* Seraph.
dec. 916. num. 7.

Neque dicatur, quòd licèt dominus fuerit abſens extra
Prouinciam, tamen reliquerit in partibus eius fratrem,
& familiam, qui ſciuerunt, & paſſi fuerunt vſum dictarum
ſeruitutum ſine contradictione, quaſi eorum ſcientia, &
16 patientia poſſit illi præiudicare, ad tradita per Gratian. *diſ-
cept. 957.* Tiraquell. *de retract. conſang. §. 1. gloſ. 13. num.*
17 *29.* Magon. *deciſ. Luc. 33. num. 46.* vel quia abſens propriè
non dicitur ille, qui remanſit in fundo per cognationem,
& familiam ſtante animo reuertendi, idem Gratian. *diſcept.
484. num. 16. & 944. num. 31.*

Nam reſpondetur id non obſtare Franciſco domus con-
domino, cùm ſeruitus conſtitui non poſſit ab vno ex ſocijs
18 alio inuito, vel ignorante, etiam ſi de vſu ſeruitutis per
tempus ad præſcribendum neceſſarium conſtaret, *l. ſi vnus
ex ſocijs, ff. de ſeruit. vrb. præd.* Aret. *in Rub. num. 2. &
in §. inter ruſticorum num. 3. Inſtitut. de ſeruit. vrb. præd.
& in §. æquè num. 2. Inſtit. de act.* Cæpol. *de ſeruit. vrb. præd.
cap. 14.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1220. num. 81.* Menoc.
de arbitr. caſ. 442. cum alijs per Duran. *deciſ. 450. num. 13.
& ſeqq.*

Prout non obſtat, quod de conceſſione dictarum ſerui-
19 tutum dicatur apparere ex confeſſione venditoris, quæ ple-
nè probat contra emptorem, ad tradita per Farinac. *de teſt.
tit. de oppoſ. contr. perſ. teſt. quæſt. 66. num. 331.* Si quidem
facilis eſt reſponſio, nam huiuſmodi confeſſio non conti-
net perpetuam ſeruitutis conceſſionem, ſed ad tempus,
ac ſimplicem commoditatem cuidam habitatori etiam non
domino factam pro trahendo ſerico, ex qua facultate nul-
la poteſt dici ſeruitus impoſita, tum quia tamquam facta
20 ad tempus, & ad certum negotium nihil operatur, Cæ-
pol. *de ſeruit. vrb præd. cap. 17. verſ ſextum*, & quia ap-
paret facta iure familiaritatis, quod ſeruitutem non ar-
guit iuxta ſuperiùs dicta, tum etiam, quia talis facultas
21 fuit conceſſa non domino vicinæ domus, ſed extraneo,
qui ob id ſeruitutem acquirere non potuit, *l. 1. in fine, ff.
comm. præd.* Aret. *in rub. de ſeruit. num. 2.* Cæpol. *eod. tract.
cap. 15.* Onot. *in §. ideò autem num. 1. Inſtit. t. de ſeruit. vrb.
præd.* Duran. *deciſ. 450. num. 13. & ſeqq.* Vnde huiuſmodi
22 confeſſio ex pluribus qualificata reſcindi non poteſt, ſed
in totum cum annexis qualitatibus, & circumſtantijs eſt
acceptanda, Amat. *deciſ. March. 82. num. 3.* Surd. *deciſ.
258. num. 4.* præcipuè vbi confeſſio eſt vnico verborum
contextu, & in eadem oratione emanata, & pro quali-
23 tate adlecta, ſtat aliqua præſumptio, vt in caſu noſtro,
cùm omnis res de ſui natura præſumatur libera, Marant.
in prax. part. 6. art. 5. de confeſſ. num. 27. Menoch. *de arbi-
tr. caſ. 93.* & latè Gratian. *diſcept. 339. cap. 505. cap. 586. nu.
47. cap. 780. num. 15. cap. 851. num. 24. cap. 130. num. 16. &
cap. 224. num. 86.* Et facit quia talis confeſſio fuit facta
24 ad oſtendendum de non iure aduerſarij, & ideò non de-
bet contrarium effectum operari, *l. legata inutiliter, ff.
de adimpl. leg.* cum alijs per Thom. Triuiſ. *deciſ. 46. num.*
25 *17. lib. 2.* vbi etiam ſubdit, quod tamquam conditionalis
confeſſio nihil in eſſe ponit per text. *in l. 1. §. ſi quis, ff. de
verb. oblig.*

Et ſuper huiuſmodi confeſſione ceſſat etiam omnis ama-
ritudo ex eo, quia illa præſefert potius conceſſionem per-
ſonalem, quàm realem, dum in ea non exprimitur aliquod
26 ſeruitutis ius, ſed ſimplex factum, imò expreſsè ſeruitute
excluſa, cùm illius verba ſonent in ſimplex factum ex par-
te vtentis, quo caſu induci ſolùm perſonalem obligatio-
nem, notat Cæpol. *de ſeruit. cap. 2. verſ. ſecundo caſu cap.
17.* Qua obligatione perſonali ſtante non datur actio con-
27 tra ſingularem ſucceſſorem, & ſic tale ius perſonale non
tranſit in ſingulares ſucceſſores, vt notat Cæpol. *loc. cit.*
28 non omittendo etiam, quod talis confeſſio venditoris em-
ptori non nocet, Surd. *deciſ. 218. num. 6.* Quidquid ſit
quando tamquam teſtis iuratus iudicialiter deponeret per
prædicta.

Ex quibus ſublata quoque remanet ſeruitus oſtij prætenſi
ſi verſus ſolum vicini, nam ſtante dicto ſtatuto, & abſen-
29 tia non poteſt dici præſcripta, & licèt ſit continua præſcri-
ptionem, vel alium titulum requirit, Cæpol. *de ſeruit.
cap. 19. verſ. his itaque, &c.* aliàs vicino non permittitur in 30
ſuo pariete oſtium facere, ex quo ad ſolum vicini eatur,
præcipuè vbi non habet ſtillicidium, Cæpol. *de ſeruit. vrb.
præd. cap. 40. verſ. aut vicinus, & in cap. 42.* maximè ſtante
depoſitione vnius teſtis deponentis huiuſmodi ſeruitutem
non competere, qui licet ſit vnicus fuit ſemiplenam pro-
bationem, ex qua onus probandi contrarium transfertur 31
in aduerſarium, Maſcard. *de probat. quæſt. 11. num. 9.* vel
ſaltem quod deferri poſſit iuramentum ſuppletorium, Maſ- 32
card. *ibid. num. 4.*

Et quoad ſeruitutem feneſtræ ad fauorem illius, qui
eam fecit reſoluendum eſt non ex eo, quod ſit ſeruitus
continua, quia nec iuſta eſſet præſcripta ex ſuperiùs firma-
tis, ſed ex eo, quod vnicuique in proprio pariete fene-
ſtram conſtruere licet, quamuis per eam inſpiciatur in do-
mum, vel aliam rem vicini, niſi fieret ad æmulationem, 33
vel niſi probaretur ex aduerſo debita ſeruitus, quòd ibi
non poſſit eſſe feneſtra, Cæpol. *de ſeruit. cap. 62. de feneſtr.*
Hippolyt. *ſing. 154.* Boer. *deciſ. 320. num. 6.* Vrſil. ad Afflict.
deciſ. 225. Onot. *in §. prædiorum num. 21. Inſtit. de ſeruit.
vrb. præd.*

A R G V M E N T V M.

Manutentio ſuſpendit petitorium, an detur ex poſ-
ſeſſione ciuili, vel naturali, vel vigore conſti-
tuti, & an vxori. Agens pro iure ceſſo repelli-
tur. Soror, quæ renunciauit fratri, an ſibi, vel
ei acquirat legatum, vel donationem poſteà ſibi
factam. Vxor an præſumatur acquiſiuiſſe ex bo-
nis viri, an poſſit petere dotem ante redditam
rationem tutelæ. Simplex ſcriptura patris qua-
liter habeat vim teſtamenti inter liberos, & alia
plura.

S V M M A R I V M.

1 *Melius eſt eſſe reum, quàm actorem in ciuilibus quoniam Beati poſſidentes.*
2 *Manutentio eſt cognoſcenda ſuſpenſo petitorio.*
3 *Prouocati in iudicio manutentionis ſunt præferendi tamquam rei actoribus.*
4 *Poſſeſsio ciuilis eſt manutenibilis, & quomodo iſtud procedat, num. 5. 6. & 7.*
8 *Poſſeſſio naturalis quando eſt penes alium ſine vitio, ſola ciuilis non ſufficit.*
9 *Poſſeſſio defuncti an, & quando tranſeat ad heredes etiam non apprehenſa.*
10 *Poſſeſſio continuata in heredes ſufficit pro manutentione.*
11 *Vxor viuente viro poſsidet iure familiaritatis.*
12 *Mortuo viro cenſetur ſibi ſtatim mutaſſe cauſam poſſeſsionis, & eſt manutenenda.*
13 *Manutentio competit vſufructuario aduerſus dominum, & heredem.*
14 *Poſſeſsio ciuilis ſolo animo retinetur.*
15 *Non tamen acquiritur ab initio, niſi naturali apprehenſione mediante.*
16 *Conſtitutum transfert poſſeſsionem in conſtitutarium.*
17 *Saluianum an competat ſtante clauſula conſtituti.*
18 *Conſtitutum transfert ciuilem, & naturalem poſſeſsionem ad effectum manutenendi, & quoſcunque alios effectus in conſtitutarium.*
19 *Conſtitutum non operatur, niſi conſtet conſtituentem poſsidere tempore conſtituti facti, ſic tempore contractus.*
20 *Conſtitutum extinguitur morte conſtituentis, & quomodo iſtud intelligatur.*
21 *Conſtitutarius retinet ſaltem ciuilem poſſeſsionem poſt mortem conſtituentis.*
22 *Poſſeſsio ciuilis quomodo per decennium extinguatur, & num. 23.*
24 *Poſſeſsio ciuilis, quando ſolo animo retineatur per decennium.*
25 *Mater dicitur poſsidere pro filijs, quorum eſt tutrix, & num. 26.*
27 *Poſſeſsio capta non citatis primis poſſeſſoribus eſt nulla.*

22 *Poſ-*

28 *Poſſeſſio poſterior præſumitur clandeſtina, & non eſt manutenibiles.*
29 *Hæredes ſunt manutenendi, & de eorum manibus capienda legata, & credita.*
30 *Agens ſine actione poteſt officio Iudicis repelli.*
31 *Cedens poſt ceſſionem factam non amplius agere poteſt pro iure ceſſo.*
32 *Ceſſio in ampla forma cum clauſula,* ponens, &c. *transfert omnes actiones etiam directas, quæ ſaltem remanent inefficaces apud cedentem.*
33 *Soluens cedenti poſt ceſſionem poteſt ſolutum repetere etiam non interuenientibus requiſitis l. 3. de Nouat.*
34 *Debitor, qui certus eſt de ceſſione non oportet, quod ei notificetur.*
35 *Cedens ſi poſteà agat poteſt reſpondere, Amice ad quid veniſti, ſi ius tuum alteri ceſſiſti.*
36 *Iudicium an poſſit conualidari per ſuperuenientem Conſenſum.*
37 *Iudicium an poſſit alterari per ceſſionem in præiudicium partis.*
38 *Filia renuncians fratri bona paterna, & materna, an poſteà ſibi acquirat relictum, vel potius fratri, cui renunciauit, & ceſſit iura.*
39 *Cedens non poteſt plus iuris transferre, quàm ipſe habeat.*
Exceptiones quæ obſtabant cedenti, obſtant etiam ceſſionario.
40 *Manutentio debetur proprietario aduerſus hæredes vſufructuarij.*
41 *Niſi hæredes vſufructuarij haberent iuſtam cauſam retinendi.*
42 *Vxor quicquid acquirit durante matrimonio, præſumitur de bonis viri.*
43 *Vel ſaltem tenetur reſtituere pretium.*
44 *Mater tutrix non habet actionem ad dotem niſi reddita ratione tutelæ.*
45 *Intellige quando conſtat pecunias ad eam perueniſſe, & vbi adeſt expreſſa hypotheca in ſuſceptione tutelæ, aliàs ſecus, num. 46.*
47 *Liberatio obtenta non prodeſt ex ſola confeſſione, ſed requirit factum, & actualem redditionem rationum.*
Ratio vt dicatur bene, & ſufficienter reddita, quæ requirantur, num. 48.
48 *Iuramentum, decretum iudicis, & conſenſus conſanguineorum non ſufficit, niſi rectè fuerint conſiderata omnes partita, & electi periti.*
Ratio vt dicatur bene, & ſufficienter reddita, quæ requirantur, num. 48.
49 *Hæredes minoris poſſunt petere redditionem rationis à tutore.*
50 *Hæredes minoris poſſent ex cauſis permiſſis iurare in litem contra tutorem.*
51 *Iuramentum in litem nec alia pœna locum habent contra hæredes tutoris, niſi lis cum eo fuerit conteſtata.*
52 *Iuramentum tutelare poteſt remitti à teſtatore tacitè, vel expreſſe.*
53 *Remiſſio dicti inuentarij cenſetur facta ne ſecreta domus pandantur, num. 55.*
54 *Liberatio à reddendis rationibus valet.*
56 *Remiſſio inuentarij operatur, vt non detur iuramentum in litem ex eius omiſſione.*
57 *Quod eſt extra proceſſum dicitur extra mundum.*
58 *Verba enunciatiua non probant, quando diſpoſitio non pendet à proferente.*
59 *Verba relatiua non probant, niſi conſtito de relato.*
60 *Liberatio à reddendis rationibus intelligitur de ſcrupuloſa redditione, non autem de rebus, quæ peruenerunt ad manus tutoris, & num. 62.*
61 *Etiam ſi fuerit ligatum omne id, quod contingat tutorem debere.*
Dolus futurus non poteſt remitti.
63 *Tutor tenetur conficere librum rationis, licèt fuerit remiſſum inuentarium.*
64 *Remiſſio inuentarij non liberat ſaltem à deſcriptione bonorum.*
65 *Rationes etiam ſi fuerint remiſſæ, debet tutor exhibere cartas, in quibus ſunt conſcripta.*
66 *Pater non poteſt præiudicare filio in bonis, quæ ex pacto, & prouidentia ſpectant ad eum poſt eius mortem.*
Sabelli Reſol.

67 *Scriptura patris habet vim teſtamenti ſolùm inter liberos, & reſpectu diſpoſitionum eorum, fauorem illorum concernentium.*
68 *Datio tutoris in dicta ſcriptura non valet; ſed indiget confirmatione.*
69 *Liberatio relicta vxori in dicta ſcriptura non valet tamquam reſpiciens fauorem perſonæ extraneæ.*

C A P V T VIII.

ILluſtriſſima D. Laura Bandinella de anno 1603. nupſit D. Capitaneo, & Baiuliuio Anconæ in Illuſtriſſima Religione ſancti Stephani, ſub felicibus auſpicijs Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ Ciro de Pantaleonibus Nob. Imolenſi, cum dote ducatorum Florentinorum 3780. Quo durante matrimonio dictus D. Cirus pro aſſecuratione huiuſmodi dotium aſſignauit eidem D. Lauræ varia bona pro pretio inter eos conuento, quæ etiam multa alia immobilia bona ſuo proprio nomine emit, & acquiſiuit. Soluto poſtmodum matrimonio per mortem d. D. Ciri anno 1629. relictis D. Angelo Maria poſteà in eius locum Bainliuio, & D. Hercule Maria filijs communibus in ætate pupillari, dicta D. Laora eorum mater fuit tutrix, & pro tempore curatrix, & tamquam talis abſqoe vlla Inuentarij confectione eorum nomine paternæ ſe immiſcuit hæreditati, illamqne rexit, & adminiſtrauit. Finita demum tutela ipſis adhuc in minori ætate exiſtentibus obtinuit liberationem ſuæ adminiſtrationis abſque vlla redditione rationum, & cum quibuſdam pactis, & conditionibus ceſſit omnia ſua iura dotalia, & ſupradotalia eiſdem filijs ſuis eorum vita durante, cum quadam correſpectiua promiſſione certæ annuæ ſommæ, & ſpecierum, de quibus in inſtrumento anni 1635.

Annis elapſis D. Hercules Maria fatis ceſſit ſicuti (ita Deo diſponente) anno præſenti D. Baiuliuius Angelus Maria, per quorum obitum ceſſarunt annuæ reſponſiones, & reuiuixerunt iura D. Lauræ, quàm licèt dictus D. Baiulinuis Angelus Maria condito teſtamento, & vniuerſalibus hæredibus inſtitutis D. Iulio, & fratribus filijs D. Equitis Ioanois de Pantaleonibus reliquerit vſufructuariam vnà cum Illuſtriſſima D. Alexandra Summaia illius vxore Nob. Florentina; cui etiam dotes legauit, ipſa tamen D. Laura renuit acceptare huiuſmodi legatum, & ſub die 4. Aprilis 1651. in ampla forma cum clauſula, *ponens, &c.* ac cum ceſſione quarumcumqne actionum vtilium, & directarum inter viuos omnia ſua bona, & iura exceptis quibuſdam pro facultate teſtandi, & facta ſibi promiſſione de annua ſumma ceſſit, & donauit DD. Annæ Mariæ Viduæ, & Heleonoræ eius filiabus de Pantaleonibus, & poſteà nomine proprio, & ad propriam vtilitatem aduerſus dictos hæredes, & vſufructuariam mouit iudicium manutentionis ſuper poſſeſſione bonorum iam ab ea emptorum, & aliorum ſibi aſſignatorum vt ſuprà, in qno iudicio cumulauit etiam executium, & omne aliud remedinm ſibi competens vigore inſtrumentorum obligatione camerali fultorum. Et quoniam maximum eſt commodom poſſeſſionis, & in ciuilibus melius eſt eſſe reum, quàm actorem iuxta prouerbium: Beati poſſidentes, & vt pluribus relatis diſcurrit latè 1
Poſth. *tractat. de manutent. obſeruat. per tot.* ab altera etiam parte fuit inſtitum, & ſemper teplicatum ſibi concedi mandatum de manutenendo, & dictas DD. Donatarias, quæ poſt detectam donationem prædictam acceſſerunt ad iudiciom ſimul cum D. Laura non audiri, niſi refectis expenſis primi iudicij moti ſine vlla actione, cùm à ſe abdicauerit omnes actiones per huiuſmodi donationem.

Dicebam igitur pro nunc ſuſpendendum eſſe iudicium petitoriom, & poſſeſſorium ordinarium, ac cognoſcendum eſſe ſuper manutentione, iuxta text. *in l. ordinarij, C. de rei vendic. l. incerti, C. de interdict. & §. retinendæ Inſtitut. eod.* Rota *diuerſ. deciſ. 99. num. 1. & 2. part. 1.* Tuſch. *in verb. Manutentio concluſ. 79. num. 9.* Giouagn. *conſil. 11. num. 4. lib. 1.* cum alijs latè adductis per Poſth. *dict. tract. de manut. obſeru. 7. per tot.* Illamque ex pluribus competere DD. Iulio, & fratribus hæredibus inſtitutis, ac Illoſtriſſimæ D. Alexandræ Summaiæ relictæque D. Bainliuij Angeli Mariæ, prouocati enim fuerunt ad huiuſmodi iudiciom, & tamquam tales habentur ad inſtar reorum, & ſunt præferendi prouocanti, & actori, *c. dilectus*

de fid. inſtrument. c. ex litteris, de probat. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*402. *num.*6. *&* 7. cum declarationibus de quibus per Poſth. *cit. tract. obſeru.*5. *num.*16. *&* 17.

Nam etſi poſſeſſio ciuilis, quam prætendit penes ſe reti-
4 nuiſſe D. Laura, ſit manutenibilis, Aret. *in §. retinendæ num.* 3. *Inſtitut. de interd.* Menoch. *de retinend. remed.*3. *num.* 22. *&c.* cum pluribus allegatis per Poſth. *d. tract. obſeru.*16. *num.*25. Interdictum enim vti poſſidetis hoc caſu habet naturam mixtam, retinendæ ſcilicet reſpectu ciuilis poſſeſſionis, & recuperandæ reſpectu naturalis, cùm quis non poſſit ſe tueri in ſua ciuili poſſeſſione, niſi ſibi reſtituatur na-
5 turalis ab alio occupata, vt benè per Rot. *in Colimbrien. Preſtimoniorum Mercurij* 10. *Decembris* 1631. coram Dunozetto apud Poſth. *deciſ.*327. *num.*13.

Tamen intelligitur quando naturalis poſſeſſio eſſet va-
6 cans, Rot. *in eadem Colimbrien.* coram eodem *Veneris* 18. *Iunij* 1632. penes Poſth. *deciſ.*330. *num.*13. *&* 14. vel eſſet penes alium cum vitio de recenti occupata, vt clam, vi, ſiue ſpoliatiuè, nam iſtis caſibus, qui non habuit ſe pro ſpoliato, retinuit ciuilem, *l. clam poſſidere, §. qui ad*
7 *nundinas, ff. de acqu. poſſ.* quæ ciuilis retenta trahit ad ſe naturalem, & eſſet tunc manutenenda, Ludouiſ. *deciſ.*203. *num.*3. vbi Beltram. *in annot. num.*6. & latè Poſth. *d. tract. obſeru.*16. *num.*31.

8 Secus igitur in caſu noſtro, vbi naturalis poſſeſſio reperitur legitimè, & abſque vllo vitio apud prædictos hæredes, & D. Alexandram vſufructuariam, Menoch. *de retinen. remed. vlt. num.*16. Seraph. *deciſ.*299. *num.*8. cum alijs per Poſth. *d. obſeruat.*16. *num.*26.

Neque obſtare poteſt, quod poſſeſſio defuncti non tranſeat in hæredes, niſi apprehendatur, maximè vbi non adeſt ſtatutum de continuanda poſſeſſione defuncti in
9 hæredes, quia obiectum procederet, quando defunctus poſſediſſet per ſe animo, & corpore, Tuſch. *in verb. poſſeſſio concluſ.*426. *num.*2. Poſth. *obſeruat.*55. *num.*23. *& num.* 36. ſecus autem, quando prout in caſu noſtro defunctus poſſidebat animo ſuo tantùm, & corpore alieno per colo-
10 nos, & laboratores, qui continuarunt poſſeſſionem nomine hæredum, Alex. *in l. qui vniuerſas, §. quod colonum, ff. de acqu. poſſeſſ.* Afflict. *deciſ.*167. *num.*5. Tuſch. *verb. Poſſeſſio concluſ.*406. *num.*10. *& concluſ.*426. *num.*9. hancque poſſeſſionem ſic continuatam ſufficere pro manutentione, Ioſeph. Ludouiſ. *deciſ. Luc.*20. & ſufficere declarationem colonorum, quod retinuerunt poſſeſſionem nomine hæredum etiam abſque illorum ſcientia, Barz. *deciſ.*46. *num.*13. *&* 14. Poſth. *d. obſeruat.*55. *n.*37. *& ſeqq.*

Quo verò ad D. Alexandram, quòd ei pariter compe-
11 tat manutentio patet, quia illa viuente viro vnà cum eo poſſidebat iure familiaritatis, *l. qui iure, vbi DD. ff. de acquir. poſſeſſ.* eoque mortuo abſque aliqua extrinſeca declaratione pro ſuarum dotium aſſecuratione, & ſic ex noua cauſa, & titulo ſuperueniente cenſetur ſibi ſta-
12 tim mutaſſe cauſam poſſeſſionis, ſaltem accumulatiuè addendo cauſam eidem poſſeſſioni ex titulo hæreditario, ex hacque cauſa, & mutatione ei proculdubio competit manutentio, cum eo ipſo, quod ſuperuenit noua cauſa poſſidendi dicatur continuata poſſeſſio, & numquam fuerit vacans, Rot. *in Romana hæreditatis de Caccinis Veneris* 9. *Decembris* 1622. apud Poſth. *deciſ.*169. *&* 315. *& in Rauennat. bonorum Lunæ* 6. *Februarij* 1612. coram Ludouiſ. *inter impreſſ. eiuſdem deciſ.*546. *cum annot.* Beltram. Gratian. *diſcept.*700. *num.*59. *&* 60. & ſequitur latè Merlin. *poſt hæc ſcripta viſus in tract. de pign. & hypoth. lib.*3. *tit.*2. *quæſt.* 79. *num.*4. *& ſeq.*

Et in terminis vſusfructus, cùm vſusfructuarius dicatur habere naturalem poſſeſſionem, vel quaſi naturalem,
13 & corporalem, quod ei competat manutentio, etiam aduerſus dominum, & hæredem immiſſum vigore *l. fin. C. de edic. D. Adrian. toll.* Menoch. *de retin. remed.*3. *n.*70. *& ſeqq.* Rot. apud Pacif. de Saluian. *deciſ.*156. *n.*1. *& ſeq.* & Poſth. *obſer.*16. *num.*14. *& ſeqq.*

Quod autem facit ceſſare omnem difficultatem eſt, quòd nullibi apparet de poſſeſſione D. Lauræ, vndè actore non probante reus, etſi nihil præſtiterit, abſolui debet, cùm non ſufficiat non conſtare de iuribus rei, ſed opus ſit con-
14 ſtare de iuribus actoris ad obtinendum, quamuis enim poſſeſſio ciuilis ſolo animo retineri poſſit tam in corporalibus, quàm in incorporalibus, *l.* 3. *§. in admittenda, ff. de*
acqu. poſſ. & l. licet C. eod. à principio tamen non poteſt ac- 15
quiri niſi naturali apprehenſione mediante, & ſic animo, & corpore ſimul, Put. *deciſ.*216. *num.*2. *lib.*3. Tuſch. *verb. Poſſeſſio concluſ.*400. *num.*34. Poſth. *obſeruat.*17. *num.* 16. *&* 17.

Et quamuis clauſula conſtituti appoſita in inſtrumentis
ad fauorem D. Lauræ videatur operari tranſlationem poſ- 16
ſeſſionis, quam poteſt ad ſe auuocare creditor per remedium *l. fin. C. de acqu. poſſ.* Pract. Papp. *reſp. act. hypot. gloſſ. exceptionem excuſſionis num.*9. Neguſ. *de pign. part.*6. *memb.*
1. *num.*36. adeò vt nec ſtante huiuſmodi clauſula ſecundùm 17
aliquos poſſit intentari Saluianum, cùm ſit remedium adipiſcendæ poſſeſſionis, quod non datur illi, qui ſemel eam fuit adeptus, vt per Gratian. *diſcept.*38. *num.*10. Scapuc. de Saluian. *lib.*1. *quæſt.*15. vbi tamen ipſe contrarium firmat, quia etſi conſtituens transferat poſſeſſionem in conſtitutarium hoc euenit fictitiè, & non ob id liberatur ab actuali traditione poſſeſſionis propriæ, & naturalis, & ſic non obſtante conſtituto ſemper conſtituario deficit illud ius naturalis traditionis, ratione cuius deficientiæ poteſt agere vel ex remedio *d. l. fin.* vel remedio Saluiani, vt per Carth. *deciſ.*102. Amat. *deciſ.*31. *num.*25. cum alijs per Scapuc. *d. quæſt.*15.

Ita vt conſtitutum operetur tranſlationem non ſolùm
poſſeſſionis ciuilis, ſed etiam naturalis in Conſtitutarium 18
ad effectum manutentionis, & quoſcumque alios effectus, Rot. *in Ciuitatis Caſtelli bonorum Mercurij* 23. *Ianuarij* 1630. coram Motman. penes Poſth. *de manutent. deciſ.*271. *num.*2. vbi de domino directo manutenendo finita emphyteuſi aduerſus hæredes emphyteutæ, & Ludouiſ. *deciſ.*437. *num.*1. *& ſeqq.* vbi Beltram. *in annot.*

Tamen cùm in caſu noſtro non conſtet, quod conſtituentes ad fauorem D. Lauræ poſſederint tempore facti
conſtituti nihil operatur conſtitutum ad fauorem conſtitu- 19
tarij, Alex. *conſ.*70. *num.*3. *lib.*5. Afflict. *deciſ.*335. *num.*4. Bellon. *conſ.*34. *num.*6. Bart. *in l. quædam mulier, ff. de rei vendic.* maximè quando prout nunc D. Laura non agit contra conſtituentes, vel habentes cauſam ab eis, quoad bona per eam empta, ſed contra tertios, prout benè diſcurrit Scapuc. de Saluian. *quæſt.*28. *per tot. lib.*1. Et quia conſtitutum fuit extinctum morte conſtituentium, nec ideò amplius vllum effectum producere poteſt, cùm deuenerit ad tempus inhabile, & quo omnis poſſeſſio remanſit 20
extincta præcipuè non appoſita clauſula, *ex nunc, prout ex tunc*, nec facta mentione hæredum, Neguſ. *de pign. part.* 3. *memb.*2. *num.*2. *&* 3. *& part.*6. *memb.*1. *num.*36. Afflict. *deciſ.*335. *num.*6. & fuit dictum *in Romana hæreditatis de Cincijs Lunæ* 19. *Decembris* 1622. coram Pitouano penes Poſth. *deciſ.*28. *num.*4. *& ſeqq. & deciſ* 89. *num.*7. & ipſe Poſth. *obſeru.*20. *num.*35. *&* 36. vbi tamen, quod iſtud procedit reſpectu conſtituentis, ne videatur illius hæredibus data facultas, & licentia detinendi, ſecus autem reſpectu conſtitutarij, qui adhuc poſſeſſionem acquiſitam mediante conſtituto retinet, vt latius ibi per eum.

Sed dato etiam, quod conſtitutarius retineat ſaltem ci-
uilem poſſeſſionem (ſi ſecundùm prædicta conſtaret de 21
poſſeſſione conſtituentis tempore facti conſtituti) iuxta *conſ.* Crauett. 170. *num.*2. Menoch. *de recuper. remed.*14. *num.*67. Gratian. *diſcept.*172. *num.*17. Rot. penes Poſth. *in d. deciſ.*28. *num.*1. tamen huiuſmodi ciuilis poſſeſſio non
præſumeretur adhuc durare, cùm extinguatur per decen- 22
nium, Bart. *in l. ſiue poſſidetis num.*8. *ff. de probat.* Rota penes Poſth. *deciſ.*86. *num.*4. quia quamuis tempus non ſit
modus amittendæ poſſeſſionis, *l. ſi mulieri* 22. *ff. quibus* 23
mod. vſusfruct. vel vſus, &c. eſt modus inducendi obliuionem, per quam inducitur diſpoſitio animi poſſidendi, quæ eſt modus perdendæ poſſeſſionis, Vrſil. ad Afflict. *deciſ.*394. *num.*2. Gratian. *diſcept.*450. *num.*31. *& diſcept.* 310. *num.*48.

Immò quamuis poſſeſſio ciuilis retineatur ſolo animo per longum tempus, tamen iſtud intelligitur niſi alius interim verè poſſideat percipiendo fructus vſque ad tempus
motæ litis etiam non probata ſcientia alterius partis, Grat. 24
*diſc.*450. *num.*32. *& ſeqq.* Rot. apud Poſth. *deciſ.*123. & ipſe latiùs *obſeru.*58. *n.*11. *&* 12. *per tot.* quę omnia concurrunt in caſu noſtro contra D. Lauram, vt videre eſt ex proceſſu.

Nec etiam dici poteſt D. Lauram, ſaltem poſt mortem D. Baluluij Ciri eius viri fuiſſe in vera, reali, & actuali poſſeſſione prætenſorum bonorum, & ſibi mutaſſe cauſam

poſſeſſionis, ita vt tunc temporis militarent ad eius fauo-
rem omnia ea, quæ ſupra dicta fuerunt de D. Alexandra.
Quia ſumus in diuerſis terminis, namque D. Laura ſu-
ſcepta tutela ſuorum filiorum eorum nomine paternæ ſe
immiſcuit hæreditati, omniaque alia ſemper geſſit tutorio
nomine ſoluendo publica tributa, & relinquendo dicta
25 bona allibrata ad æſtimum, & cataſtrum ſuorum filiorum,
quæ omnia oſtendunt poſſeſſionem pupillorum, & filiorum
non autem matris, *l. qui vniuerſas §. quod per colonum ff. de
acqu. poſſeſſ.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 274. Gratian. *diſcept.*
293. *num.* 17. *&* 18. Bart. & alij *in l. vltim. §. licentia C. de
iur. delib. & l. vlt. C. arbitr. tut.* idem Gratian. *diſcept.* 989.
nu. 13. *& ſeq.* & latè *in diſcept.* 700. *n.* 36. *& ſeqq.* vbi pulchrè
loquitur ad confirmationem prædictorum: Sicuti ipſa D.
Laura in reſponſione ad poſitiones declarauit omnia geſ-
ſiſſe nomine filiorum, quamuis etiam abſque alia declara-
26 tione præſumatur potius voluiſſe eorum nomine, quàm
proprio continuare poſſeſſionem, cùm in eorumdem tute-
lam ſucceſſerit, vt fuit dictum *in Spoletana bonorum 2. Apri-
lis* 1616. coram Buratt. *& in Narnien. ſucceſſionis Mercu-
rij* 8. *Iunij* 1631. coram Veroſpio apud Poſth. *deciſ.* 325.
num. 11. Gratian. *diſcept.* 627. *num.* 26. *& ſeqq.*

Nec pariter dictæ D. Lauræ ſuffragari poteſt in hoc iudi-
cio manutentionis, quod mortuo D. Baiuliuio Angelo
Maria eius filio auctoritate Prætoris cæperit poſſeſſionem
per præcepta facta colonis, & alias declarationes de conti-
nuando poſſeſſionem, illamque immutando quatenus, &c.
quia poſſeſſio capta, non citatis primis poſſeſſoribus, etiam
27 ſi eſſent iniuſti detentores, & occupatores, ſiue prædones,
eſt nulla ita vt Iudex debeat intruſum expellere, & expul-
ſum iterùm in ea ponere, Gratian. *diſcept.* 339. *num.* 26. *&*
28 *ſeqq. & diſcept.* 431. *nu.* 3. *&* 4. Rot. penes Poſth. *deciſ.* 169.
num. 6. *&* 7. vbi quod iſta poſſeſſio tamquam poſterior ha-
betur pro clandeſtina, & turbatiua, nec eſt manutenibilis,
Rot. *diuerſ. par.* 1. *deciſ.* 612. *n.* 4. hæredeſque in poſſeſſione
manutenendos, & de illorum manu capienda legata, &
29 fideicommiſſa, & alia prætenſa credita, *l. reſtituta ff. ad
trebell.* Rol. *conſ.* 78. *num.* 14. *& ſeqq. lib.* Ioſeph. Ludouiſ. *de-
ciſ.* 47. *num.* 15. cum alijs *in d. deciſ.* 169. *num.* 8.

Et quod etiam tollit omnem difficultatem in hoc iudi-
cio, quo ad D. Lauram eſt, quia ipſa egit ſine actione,
quo caſu poterat etiam parte non opponente officio iudi-
30 cis repelli, vt latè diſcurrit Ricc. *in collect.* 3699. *per tot.* Ius
enim, & actiones, quas habere poterat à ſe abdicauit per
donationem cum ampliſſima iurium ceſſione ad fauorem
DD. Annæ Mariæ, & Heleonoræ eius filiarum, vt videre
eſt ex citato inſtrumento de die 4. Aprilis 1651. quo ſtante
non poterat agere ſaltem nomine proprio, & ad propriam
31 vtilitatem prout fecit, Iaſ. *in l. ſi cum emptore num.* 11. *ff. de
pact.* Theſaur. *deciſ.* 201. *num.* 7. Immò ſi prædicti DD. hæ-
32 redes ſoluiſſent ei, quod petebat poſt ceſſionem factam in
tam ampla forma cum clauſula *ponens, &c.* Et alijs, ex
quibus nullæ actiones etiam directæ ſaltem efficaces re-
manſerant penes illam, Crot. *conſ.* 1. *num.* 12. *& conſ.* 83.
num. 12. *&* 14. *lib.* 1. Cenc. *de Cenſ. quæſt.* 67. *num.* 6. Gra-
tian. *diſcept.* 20. *num.* 20. poſſent totum ſolutum repetere
per conditionem indebiti ne eſſent in damno, cùm non po-
33 tuiſſent præiudicare DD. ceſſionarijs, Surd. *conſ.* 22. *nu.* 36.
Mantic. *de tacit. & ambigu. conuent. lib.* 4. *tit.* 13. *num.* 4. Ca-
ball. *conſ. deciſ.* 81. *num.* 15. *lib.* 2. Cenc. *d. quæſt.* 67. *num.* 6.
Maur. *tract. de ſolut. cap.* 5. *num.* 55. *& ſeqq. ad* 68. ita vt
præfati Doctores amplient iſtud procedere, etiam non in-
teruenientibus requiſitis *l.* 3. *C. de nouat.* & tantò magis
cùm in noſtro caſu præfati hæredes, & D. Alexandra non
34 ſolùm habuerint ſimplicem notitiam de dicta ceſſione, &
donatione, ſed plenam ſcientiam, quam allegarunt in
iudicio, vndè ceſſabant dicta requiſita, quæ ad aliud non
tendunt, quam vt ceſſio deducatur ad notitiam debitoris,
qui ſi iam ſciens, & certus ſit, amplius certiorari non opor-
tet, *c. eum qui certus* 31. *de reg. iur. in* 6. *l.* 1. *§. aiunt, & §. ſi
intelligatur de ædilit. edict. & l. ſi tamen, §. ei qui ſeruum eod.
tit.* Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 151. *per tot.*

Rectè igitur dicti DD. hæredes, & D. Alexandra potue-
runt obijcere D. Lauræ illud adagium relatum per Gratian.
35 *diſcept.* 20. *num.* 27. Amice ad quid veniſti, ſi ius tuum al-
teri ceſſiſti, & ideò pro iure ceſſo non potes amplius expe-
riri, quam exceptionem poſſe allegari à parte conuenta,
dixit etiam Rot. Rom. *in nouiſſ. part.* 6. *deciſ.* 323. *num.* 12.
& in part. 5. *deciſ.* 411. *num.* 2. *&* 3.

Quo verò ad prædictas DD. donatarias poſt detectam
donationem coniunctim, & diuiſim venientes ad iudicium
cum D. Laura, omiſſa diſputatione an per illarum ſuperue-
nientem conſenſum potuerit conualidari iudicium nulli-
ter, & ſine actione cepta, iuxta theoricam Bart. *in l. ſi au-* 36
tem plures ff. de aqu. plu. arcen. cum alijs per Gratian. *di-
ſcept.* 818. *num.* 25. & an currere poſſit idem iudicium cum
donatarijs per quarum acceſſum videtur alterari in præiu-
dicium partis, maximè cum dicta ceſſio fuerit facta ante
illud intentatum, Afflict. *deciſ.* 354. Gratian. *diſcept.* 906. 37
num. 15.

Reſeruata etiam in iudicio ordinario illa ſatis ardua
quæſtione, quæ incipit ſaltem reſpectu D. Heleonoræ, quæ
recepta dote ſatis excedente ſummam ei relictam in teſta-
mento D. Capitanei, & Baiuliuij Ciri ſui patris in mani-
bus D. Baiuliuij Angeli Mariæ fratris eam dotantis cum iu-
ramento renunciauit, & ceſſit omnibus bonis paternis, &
maternis ex quacumque cauſa, & quocumque tempore, &
titulo ſibi obuenientibus in ampliori forma, an ſcilicet
ſtante dicta renunciatione, & ceſſione ad fauorem fratris
ſe penitus reddiderit incapacem omni relicto, præcipuè
cùm huiuſmodi ceſſio fuerit acceptata per dictum D. Baiu-
liuium Angelum Mariam fratrem pro ſe, & hæredibus, qui 38
hæredes modò proteſtati fuerunt ex huiuſmodi ceſſione
fuiſſe ſibi ius quæſitum, & illam acceptare, ita vt eius vi-
gore omnia iura donata, & ceſſa per D. Lauram dictæ D.
Heleonoræ modò applicari debeant, & acquiri prædictis
hæredibus, vel potius talis renunciatio, & ceſſio intelliga-
tur ſub tacita conditione matre ſcilicet perſeuerante in ea-
dem voluntate, à qua ſi recedat filiæ donando, vel relin-
quendo, habeatur pro non facta, Afflict. *deciſ.* 350. *num.* 12.
& ſeqq. Caſtr. *in l. tranſactionem C. de pact.* Bart. *in l. ſtipu-
latio hoc modo nu.* 4. *ff. de verb. oblig.* latè Surd. *deciſ.* 14. &
latiùs Theſaur. *quæſt. forenſ.* 95. *per tot. lib.* 1. vbi firmat pro
fratre maſculo, cui fuit facta renunciatio maximè ſi filiæ,
vel ſorori renuntianti fuerit aliquid datum, vel promiſ-
ſum in recompenſationem, & correſpectiuitatem huiuſmo-
di renunciationis, prout in caſu noſtro, de quo etiam vi-
dendus Gratian. *diſcept.* 692. *per tot.*

Viſum fuit pro illarum excluſione in hoc iudicio ſuffice-
re omnia, quæ ſupra allegata fuerunt contra D. Lauram,
ex cuius perſona totum ius ſuum metiuntur, quia illa non
potuit plus iuris in filias ſuas tranſmittere, quàm ipſa ha-
beret, & reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptatoris, 39
omneſque exceptiones, quæ obſtant cedenti, obſtare debent
etiam ceſſionarijs, *l. except. ff. de except.* Bart. *in l. ſi quis
rem, ff. de procur.* Surd. *conſ.* 333. *num.* 15. & 16. *lib.* 3. cum
alijs per Gratian. *diſcept.* 906. *num.* 9. *&* 10. *& diſcept.* 955.
num. 21. *&* 22.

Nec pariter facere videbatur pro manutentione ad fauo-
rem D. Lauræ, quod ipſa de anno 1635. conceſſerit iura ſua
titulo tranſactionis eius filijs cum pacto, quòd illis præ-
morientibus ceſſio haberetur pro non facta, & ad ipſam
redirent eo modo, & ſtatu quo erant tunc temporis, & ſic
quòd cùm fuerit reſolutus huiuſmodi contractus per ad-
uentum dictæ conditionis ad exemplum proprietarij, &
ſimilium, quibus ex eorum ſola ciuili poſſeſſione debetur 40
manutentio finito vſufructu aduerſus hæredes vſufructua-
rij, ita etiam eidem D. Lauræ ſit debita manutentio, Gra-
tian. *diſcept.* 899. *num.* 6. *& ſeqq.* Poſth. *d. tract. obſeruat.*
16. *num.* 42. *& ſeqq.* vbi multas deciſiones adducit, &c.
Quia omiſſo, quod non conſtat D. Lauram tunc tempo-
ris poſſediſſe, imò contrarium ex prædictis, & ex inſtru-
mento conceſſionis his verbis, &c. *a eſſi cede, e rinoncia
tutte le ragioni, che hà, e può hauere in qualſiuoglia modo, &c.*
quæ denotant illam bona non poſſediſſe, ceſſat obiectum ex
iuſta cauſa retinendi, quam habent nunc dicti DD. hæredes,
& D. Alexandra, cùm proprietas, & iura D. Lauræ non ſint
liquida, vt in ſimili de hæredibus manutenendis notat 41
Gratian. *d. diſcept.* 899. *num.* 7. & Poſth. *d. obſeruat.* 16.
num. 42. & de Vaſſallo manutenendo aduerſus dominum
idem Gratian. *diſcept.* 736. *num.* 8.

Iuſta autem cauſa retentionis in præſentiarum dicitur,
quia quouſque D. Laura non docuit aliundè habuiſſe pecu-
nias, & res cum quibus acquiſiuit dicta bona durante ma-
trimonio, præſumuntur ex bonis viri, & ſic illi, & illius
hæredibus acquiſita, iuxta *l. quintus Mutius ff. de donat.
inter vir. & vxor. l. etiam C. eod.* Ludouiſ. *deciſ.* 539. *num.*
17. & benè Myſinger. *Cent.* 2. *obſeruat.* 92. *per tot.* vel ſal-
tem

tem ſi aliorum veſtigia ſequi placet quia tenetur ad ſolutio-
nem pretij hæredibus mariti dato, quod ſibi, & non illis
43 bona acquiſiuerit, *l. 1. & l. multum intereſt C. ſi quis alter. vel ſibi*, Oſaſch. *deciſ.* 140. *per tot.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt.* 51. *num.* 42. *& ſeqq.* Gratian. *diſcept.* 696. *num.* 23. *&* 24.

Quo verò ad prætenſa bona ſibi aſſignata pro aſſecuratione dotium, omiſſo an talis aſſignatio facta conſtante matrimonio, & ſine cauſa importet ſolùm hypothecam, & aſſecurationem dotium, vel tranſlationem dominij, & an ex modicitate pretij conuenti, & alijs coniecturis fuerit ſimulata, vel poſſit ſaltem retractari per remedium *l. 2. C. reſcind. vend.* cùm præſupponatur læſio vltra dimidiam, vel ſit locus nouæ æſtimationi, cum ſimilibus inueſtigationibus, quæ concernunt iuditium petitorium. Pro nunc iuſta cauſa retentionis viſa fuit non redditio rationum adminiſtrationis tutelæ, & donec ſufficienter reddita fuerit,
44 vt in terminis de matre tutrice, quod ei non competat actio, & petitio ſuarum doctium niſi reddita ratione tutelæ adminiſtratæ, præcipuè vbi prout in caſu noſtro, conſtat de ingenti ſumma pecuniarum ad illius manus peruentarum, ex quibus præſumitur ſibi ſoluiſſe prout facere poterat, donec aliud ex ſufficienti ratione appareat, Rot. *in*
45 *Romana adminiſtrationis tutela 2. Aprilis* 1590. coram Penia, & tantò magis ſtante expreſſa hypotheca facta per matrem in ſuſceptione tutelæ, Soc. *conſ.* 180. Montan. *de iure tutel. cap.* 38. *num.* 62. *fol. mihi* 194. Rol. Dec. & alij, quos refert, & ſequitur Gratian. *diſcept.* 129. *num.* 31. *& ſeq.* vbi reſpondet contrarijs, quod ſcilicet ſolutio dotis non ſit retardanda propter non redditam rationem adminiſtratio-
46 nis, maxime ſtante obligatione Camerali, vt procedant quando non extaret hypotheca expreſſa ad fauorem minorum, & hæredum, neque conſtaret ad tutricem perueniſſe pecunias, & bona, ex quibus ſibi potuerit ſatisfacere, Seraph. *in Romana tutela 17. Februarij* 1603. Gratian. *diſcept. cit.* 129. *num.* 40. 41. & prædicta omnia in terminis noſtris latè probat, & ſequitur Merlin. poſt hæc ſcripta viſus *in tract. de pign. lib. 4. tit. 5. quæſt.* 178. *per tot.*

Nec facit prætenſa liberatio per dictam D. Lauram obtenta de adminiſtratis, etenim ad hoc vt talis liberatio prodeſſe poſſet, non ſufficit confeſſio, ſed requiritur factum, exhibendo, & tradendo volumina, cautiones, inſtrumenta, inuentarium, & alia ad tutelam pertinentia
47 offerendo actualiter rationes legendas, percunctandas, & diſpungendas non confuſsè, ſed explicitè, & diſtunctè, & omne reliquum exoluendo, aliàs numquam dici poteſt bona, & perfecta ratio reddita quin iterùm ſit reddenda, Rimin. iun. *conſ.* 338. *num.* 31. *& ſeqq. lib.* 3. Rol. *conſ.* 49. *num.* 37. *& ſeqq. lib.* 1. Munoz. *de ratiocin. adminiſtrat. cap.* 2. *num.* 5. *& cap.* 4. *num.* 6. Rot. *coram Penia Bononien. redditionis rationis 12. Iunij* 1606. quos refert, & ſequitur Gratian. *diſcept.* 563. *num.* 30. *& ſeqq.* & optimè conferunt, quæ latè differit Montan. *de tut. cap.* 38. *num.* 4. *& ſeqq. & num.* 137. *& ſeqq.* Quod ampliat Gratian. *loc. cit.* etiam ſi in dicta liberatione interuenerint iuramentum, & iudicis
48 decretum cum conſenſu conſanguineorum, quia nihil horum ſufficit, ſed debent rectè conſiderari omnes partitæ, & ſuper illis eligi periti, alias tutor non conſequitur liberationem ex aſſertione minoris, ſi enim ita confusè, & ex abrupto eſſent permiſſum reddere rationes tutelæ, pupillis nihil, aut parum remaneret, prout benè diſcurrit cum alijs Gratian. *d. cap.* 563. *num.* 44. *& ſeqq.*

Et quæ dicta ſunt de minore procedunt abſque dubio etiam in illius hæredibus, qui poterunt petere huiuſmodi
49 redditionem rationum, cùm iſtud non ſit aliquod priuilegium perſonale, ſed ius, quod tranſit ad hæredes, *l. à tutoribus §. hæredibus ff. de adminiſtr. tut.* Montan. *de tut. cap.*
50 39. *num.* 118. imò etiam hæredes minoris poſſent eodem modo iurare in litem ex cauſis permiſſis contra tutorem, Caſtr. & Soc. *in l. pen. §. fin. ff. ne quis eum, qui in ius, &c.* quos refert, & ſequitur Montan. *d. tract. reg.* 6. *num.* 15. *fol. mihi* 112. quamuis tale iuramentum in litem, & aliæ
51 pœnæ inductæ contra tutores ob non confeſſionem inuentarij non habeant locum contra hæredes tutorum, niſi quatenus cum illis fuerit lis conteſtata, Gratian. *diſcept.* 711. *num.* 21.

Non obſtat, quod dicta D. Laura prætendat in teſtamento dicti D. Baiuliuij Ciri eius viri ſibi fuiſſe remiſſam neceſſitatem conficiendi inuentarium, & reddendæ rationis, prout aſſerit in inſtrumento ſuſceptionis tutelæ, nam
quoad inuentarium tutelare licèt poſſit remitti à teſtatore 52
etiam tacitè, & per verba æquipollentia, *l. fin. C. arbitr. tut.* Clar. *§. teſtamentum quæſt.* 66. *verſ. quoad tertium*, vbi quod huiuſmodi remiſſio cenſetur facta fauore pupillorum, quo-
rum interdum intereſſe poteſt illud non confici ne ſecreta 53
domus, & patrimonij pandantur, *l. fin. C. de alim. pup. præſt.* Montan. *d. tract. reg.* 5. *num.* 98. & latè Gratian. *diſcept.* 711. *num.* 6. *& ſeqq. per tot.* & idem ſit dicendum de
liberatione à reddendis rationibus, quod valeat cùm vo- 54
luntas teſtatoris ſit ſeruanda pro lege, *c. vltima voluntas 13. quæſt. 2. & §. diſponat in Auth. de nupt.* facit Montan. *loc. cit. n.* 111. *& cap.* 38. *num.* 26. *& ſeqq.*

Tamen quoad inuentarium huiuſmodi non deſunt
etiam, qui contrarium, & fortè melius aſſerunt, maximè 55
quando non fuit expreſsè vetitum, Ripa *in l. nemo poteſt num.* 85. *ff. de leg.* 1. Borgn. *de vſufr. num.* 148. & alij per Montan. *d. tract. reg.* 5. *num.* 26. *& num.* 98. licèt prima opinio ſit verior, vt teſtatur Gratian. *d. cap.* 711. *num.* 24. *& ſeqq.*

Sed quidquid ſit de prædictis, & an huiuſmodi remiſſio ſaltem operetur ne contra D. Lauram detur iuramen-
tum in litem ob non factum inuentarium, & libros ratio- 56
num, vt diſcurrit Montan. *d. tract. reg.* 6. *nu.* 18. & Borgn. *de tut. & curat. num.* 207. quod noueſt præſentis inſpectionis viſum fuit in caſu noſtro ceſſare obiectum ex pluribus.

Primò, quia de dicta voluntate, & diſpoſitione D. Baiu-
liuij Ciri nihil conſtat in proceſſu, & quod eſt extra pro- 57
ceſſum dicitur extra mundum, vt dixit Rot. *in Romana teſtamenti Baldaſarris Ruſcuni Ven. 17. Iunij* 1611. coram Sacrato, & habetur penes Gratian. *diſcept.* 550. *num.* 36. *& ſeqq.* & idem Gratian. *diſcept.* 725. *num.* 33.

Nec quidquam probant verba enunciatiua D. Lauræ,
cùm talis diſpoſitio non poſſit pendere ex illius eſſertione, 58
& aſſenſu, ſed ex voluntate dicti eius viri, *auth. ſi quis in aliquo C. de edend.* Pract. Papp. *fur. ſent. deff. gloſ. vſque litis conteſtatione*, & Genua *tract. de verb. enunciat. per tot.*
& cùm ſe referant ad teſtamentum, nihil probant non con- 59
ſtito de illo vti relato, *l. teſtamento ff. de condit. & demonſtrat.* Gratian. *diſcept.* 502. *num.* 16. *&* 17.

Secundò, quia quatenus conſtaret de dicta liberatione operaretur ſolùm vt cenſeatur remiſſa quædam ſcrupulo-
ſa, & valdè ſubtilis redditio, non autem, quod non tenea- 60
tur reddere rationem de pecunijs, & alijs rebus, quæ ad illam peruenerunt, *l. ſi ſeruus vetitus ff. de leg. 1. l. non ſolum §. vlt. ff. de liber. leg. l. quidam decedens ff. de admin. tut.* Pract. Papp. *de redd. rat. tut. gloſ.* 2. *nu.* 15. Ang. *conſ.* 125. & Montan. *d. cap.* 38. *num.* 26. *& ſeqq.* vbi loquitur in
matre tutrice, & in caſu fortiori, quando non ſolùm fuiſ- 61
ſet relicta liberatio, ſed etiam omne id, in quod contingeret eam remanere debitricem grauando hæredes, vt illud totum ei reſtituant: aliàs enim eſſet remiſſio doli futuri, qui remitti non poteſt ne detur occaſio delinquendi, *l. vnus §. illud ff. de pact. l. conuenire ff. de pact. dotal.* nec ideò per
huiuſmodi legatum impedirentur hæredes petere pecunias 62
ad eam obuentas, *l. vlt. §. inter cætera, & §. Titia ff. de liber. leg. l. ſi ſeruus ff. de leg.* 1. Alex. *conſ.* 62. *per tot. lib.* 4. Montan. *loc. cit.* & Borgn. *eodem tract. num.* 207.

Imò tutor ſemper tenetur conficere librum rationum
quamuis inuentarium fuerit ſibi remiſſum, aliàs ex hoc 63
ſolo defectu contra eum poſſet iurari in litem, Plot. *de in lit. iurand. §.* 5. *num.* 33. quem refert, & ſequitur Gratian.
diſcept. 59. *num.* 13. & remiſſio inuentarij non liberat ſal- 64
tem à deſcriptione bonorum ad faciliorem probationem, & ne permutari poſſint, idem Gratian. *diſcept.* 711. *num.* 51.
Et hoc quia etiam ſi vetitum ſit exigi rationes à tutore, ni- 65
hilominus tenebitur exhibere cartas in quibus rationes ſunt conſcriptæ, *l. fin. §. inter cætera ff. de liber. leg.* Montan. *d. cap.* 38. *num.* 10.

Tertiò, quia dicta liberatio eſſet nulla, cùm patrimonium D. Baiuliuij Ciri conſiſtat pro maiori parte in bonis emphyteuticis, quæ nunc propter finitam lineam ſunt deuoluta ad Illuſtriſſimam Communitatem Imolæ penes quam reſidebat directum dominium, & in bonis ſuppoſitis Commendæ Baiulatus, quod non erat ignotum D. Lauræ, vt
ipſa fatetur, & horum bonorum reſpectu cum per eius mor- 66
tem ius ſuum finiret, & ad filios tranſiret ex pacto, & prouidentia primorum acquirentium non potuit diſponere in præiudicium illorum, quibus ex propria perſona ius

compe-

competebat, Gratian. *conſ.* 23. *num.* 18. *lib.* 1. quem ſequi-
tur Montan. *reg.* 5. *num.* 114. *& ſeqq.* & faciunt quæ in ſimi-
li notantur de feudo antiquo per Soc. iun. *conſ.* 73. *num.* 40.
lib. 1. Clar. §. *feudum quæſt.* 40. *in princ.* cum alijs per Mi-
chalor. *de fratr. part.* 1. *cap.* 38. *num.* 22. *& ſeq.* de emphy-
teuſi per eumdem Clar. §. *emphyt. quæſt.* 16. *per tot.*

Quartò, quia vt à pluribus, & maximè ab intereſſe ha-
bentibus audiui huiuſmodi teſtamentum D. Baiuliuij Ciri
nil aliud eſt, quàm ſimplex quædam ſcriptura eius manu
67 conſcripta, vnde quatenus in illa conſtaret de perfecto con-
ſenſu, poſſet ſolummodo locum habere inter liberos, &
reſpectu diſpoſitionum concernentium illorum fauorem
iuxta *l. hac conſultiſſima §. ex imperfecto C. de teſtam.* &
Clar. §. *teſtameatum quæſt.* 8. *per tot.* Datio autem tutoris
cùm non ſit de vno ex liberis, ſed de vxore, quæ in hac ma-
68 teria pro extraneo reputatur, licèt reſpiciat fauorem ipſo-
rum liberorum, cùm etiam tendat in onus, & præiudi-
cium alterius oon valuit ipſo iure, ſed indigebat confirma-
tione, *DD. in d. §. ex imperfecta*, Alex. *conſ.* 140. *nu.* 2. *lib.* 1.
cum alijs per Clar. *d. §. teſtameatum quæſt.* 10. Et ſic tantò
minus poterit valere dicta liberatio relicta D. Lauræ, cùm
illa non ſit de liberis, & tamquam reſpiciens fauorem, &
69 commodum extranei, non ſuſtinetur, ſed habetur pro non
facta, vt eſt text. *in d. §. ex imperfecto*, & firmant commu-
niter DD. vt per Clar. *loc. cit.* & latè ad ſaturitatem Gra-
tian. *diſcept. forenſ. cap.* 235. *per tot.*

Cùm itaque conſtaret de poſſeſſione dictorum Domino-
rum hæredum, & D. Alexandræ, de illorum prouocatione
ad iudicium, de non poſſeſſione D. Lauræ, de iudicio mo-
to ſine actione, de iuribus ſatis turbidis, & non liquidis ob
non redditam rationem tutelæ, & non docto, vndè D. Laura
habuerit pecunias, ex quibus prætenſa bona comparauit, de
non recta liberatione obtenta, ac de non valida remiſſione
prætenſa ſibi facta à D. Baiuliuio Ciro, fuit iuxta prædi-
cta denegata manuteotio D. Lauræ, & conceſſa DD. Iu-
lio, & fratribus de Pantaleonibus hæredibus inſtitutis, ac
Illuſtriſſimæ D. Alexandræ Sommaiæ vſufructuariæ reli-
ctæ in teſtameoto D. Baiuliuij Angeli Mariæ illius viri, &
huiuſmodi manutentioni tamquam iuſtæ pars acquieuit
proſequendo cauſam in petitorio coram me, & poſteà co-
ram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. A. C. & per ſigna-
turam Sanctiſſimi in Rota introductam, in qua cauſa co-
pioſiſſimum, & doctiſſimum conſiliom edidit Excellen-
tiſſimus D. Franciſcus Borellos Aduocatus Imolenſis typis
impreſſum, & poſt multum tempus fuit eo, & me ſuaden-
te per concordiam terminata.

ARGVMENTVM.

Rixa ſequuta inter laicos in loco ſacro ad quem ſpectet cognitio, quando poſsit delinquens duplici pœna puniri, & an abſolutus in foro Eccleſiaſtico poſsit moleſtari in foro Sæculari, & quid ſi fuerit condignè punitus.

SVMMARIVM.

1 *PRæuentioni locus eſt ob rixam inter laicos in loco Sacro ſequutam, ſed quomodo iſtud intelligatur, à numeris ſeqq.*
2 *Præuentionis natura eſt, vt vnus Iudex alium excludat, & vno procedeate alter ſileat.*
3 *Delicta duo reſultant ex rixa in loco Sacro, vulnera ſcilicet, & ſacrilegium.*
4 *Vulnera ſequuta hinc inde inter laicos in loco Sacro rixantes puniuntur à Iudice Sæculari, priuatiuè quo ad Eccleſiaſticum.*
5 *Sacrilegium eſt mixti fori, & in eo locus eſt præuentioni.*
6 *Delinquens quandoque poteſt duplici pœna puniri, ciuili, & Eccleſiaſtica.*
7 *Abſolutus in foro Eccleſiaſtico pro delicto communis fori poteſt etiam in foro Sæculari puniri, & quæ ſit ratio.*
8 *Abſolutus cum clauſula rebus ſic ſtantibus, vel ex hactenus, &c. poteſt iterùm pro eodem delicto inquiri, & puniri.*
9 *Punitus ſemel pœna condigna non poteſt amplius pro eodem facto puniri.*
10 *Punitus pœna Canonica in foro Eccleſiaſtico poteſt iterùm puniri pœna ciuili in foro Sæculari, quando pœnæ tendunt ad diuerſa.*
11 *Quid fuerit ſeruatum in facti contingentia.*

CAPVT IX.

SEquuta rixa cum aliquibus offenſionibus inter Bartho-
lomæum Cremonenſiū, aliàs Stagninum, & Vergilium
Beligatium de Imola in loco Sacro Eccleſiæ, ſiue Comen-
dę Sancti Ioannis Baptiſtæ dictæ Ciuitatis Imolæ, licèt am-
bo dicti rixantes eſſeot laici prætendebat Reuerendiſſimus
D. meus Hieronymus de Choris Senenſis Vicarius gene-
ralis Eminentiſſimi D. Cardinalis Ghiſij, nunc Sanctiſſi-
mi noſtri, & tunc Epiſcopi dictæ Ciuitatis ratione loci
commiſſi delicti cognitionem cauſæ ad illum ſpectare, ma-
ximè cùm ipſe præuenerit abſoluendo dictum Stagninum,
quaſi tale delictum eſſet mixti fori, & vnuſquiſque Iudex 1
poſſit procedere, & ſit locus præuentioni præcipuè quan-
do prout hic non agitur de pœna ſanguinis, Sperel. *deciſ.* 3.
num. 8. *tom.* 1. *verſ. bene verum eſt, quod in praxi ſemper ſer-
uatum eſt, vt quoties Eccleſiaſticus præuenit, & pro ſacrile-
gio condignam pœnam impoſuit, vel ritè abſoluit, Iudex laicus
non puniat vlterius delinquentem*, *&c.* & idem firmat idem
Sperel. *in deciſ. ſeq.* 4. *n.* 3. *verſ. verum citra vllam hæſita-
tionem*, *&c.* vbi etiam *num.* 4. quod natura præuentionis
eſt, vt vnus alium excludat, & altero procedente alterius 2
forus ſileat, & in Iudice procedente omnis conſolidatur iu-
riſdictio, *& num.* 6. 7. *&* 9. reijcitur opinio contrarium te-
nentium, & quòd huic opinioni acquieuit Fiſcalis Ducalis
Parmenſis, qui inſtabat apud Vicarium Parmenſem refor-
mandam eſſe ſaltem inquiſitionem, & tamen non refor-
manti acquieuit, vnde tantò magis acquieſcendom aſſere-
batur in caſu noſtro, præſertim cùm verſemur in terris
Eccleſiæ, & prædictis addebatur etiam auctoritas Ciarlin.
lib. 1. *contron. iur. cap.* 15. qui in caſu ſimili damnauit ad tri-
remes, iudex autem laicus ſiluit.

Verùm ego animaduertendum dicebam, quod ex facto
controuerſo nempe ex dicta offenſione inter laicos hinc in-
de ſequuta in loco ſacro quatenus id verum eſſet, quod ta-
men non eredebatur, cùm in actis Coriæ noſtræ oulla appa-
reret mentio de Eccleſia, vel loco ſacro, duæ reſultaſſeot
diuerſæ delictorum ſpecies, nempe ipſa vulnera, & ſacrile- 3
gium ratione loci.

Vulnera quidem quæ habentur pro delicto priocipali, ex
quo poſteà reſultat etiam ſacrilegium, cum ſequuta fuerint
inter laicos hinc inde non ſunt mixti fori, vt ſupponitur,
ſed ſolus Iudex laicus pro illis procedere, & inquirere po-
teſt condemnando, vel abſoluendo, prout ex actis appare-
bit, vt benè notat Petr. Cabal. *reſolut. crim. caſ.* 194. *nu.* 2.
& ſeq. vbi citat Clar. Farinac. & alios multos, & prædicta
procedere ſine dubio aſſerit, quando prout in caſu noſtro 4
agitur de delicto merè ſæculari, prout ſunt vulnera, licèt
in loco eſſent illata inter laicos, & ita opiniones concordat
Menoch. *de arbitr. caſ.* 389. *num.* 40. *&* 41.

Sacrilegium autem quod oritur ratione loci ſacri violati
propter dicta vulnera dicitur mixti fori, & eius reſpectu re-
ctè proceſſit dictus Reuerendiſſimus Dominus Vicarius,
quatenus præuenit Curiam ſæcularem in procedendo, &
abſoluendo, ad quam Curiam ſæcularem cumulatiuè etiam
ſpectat cognitio pro ſacrilegio, Petr. Cabal. *d. caſ.* 194. *nu.* 5
5. *& per tot.* vbi quod non eſt inconueniens, vt hoc caſu
tales delinquentes puniantur duplici pœna, vna ſcilicet ci-
uili pro ipſo delicto principali per laicos in loco ſacro com-
miſſo, & iſta priuatiuè quoad Iudicem Eccleſiaſticum im-
ponitur per Iudicem laicum; altera autem Eccleſiaſtica pro
violatione loci ſacri, & ſic pro ſacrilegio, & iſta eſt infligen- 6
da per Iudicem Eccleſiaſticum, quatenus non fuerit præ-
uentus à Iudice ſæculari, qui etiam pro huiuſmodi ſacrile-
gio procedere poteſt, vt declarat ibidem Cabal. *num.* 7. *&
ſeqq.* Menoch. *d. caſ.* 389. *num.* 34. *& ſeqq.*

Imò quod abſolutus in foro Eccleſiaſtico per Iudicem
Eccleſiaſticum pro crimine communis fori, poſſit puniri
etiam à Iudice ſæculari, cùm talis abſolutio noo pariat ex-
ceptionem rei iudicatæ in foro ſæculari, quaſi Iuriſdictio
Eccleſiaſtica, & ſæcularis ſint inuicem ſeparatæ, & diſtin- 7
ctè vna ab altera, & delicto mixti, & communis fori vtra-
que iuriſdictio dicatur offenſa, itaut vterque Iudex Eccle-
ſiaſticus, & ſæcularis poſſit iniuriam propriæ iuriſdictioni
illatam vindicare, Clar. §. *fin. quæſt.* 57. *verſ. ſed hic occur-
rit*, cum alijs multis per Guaz. *ad def. def.* 2. *cap.* 7. *num.* 55.
& def. 26. *cap.* 11. *&c.* facit Afflict. *deciſ.* 219. *num.* 4. vbi
etiam Vrſil. *in add.*

Præcipue quia dictus Stagninus non fuit deffinitiuè ab-
ſolu-

ſolutus, ſed cum clauſula rebus ſic ſtantibus, & ex hacte-
nus deductis prout communiter obſeruatur, quo caſu po-
8 teſt iterùm pro eodem delicto inquiri, & puniri, Guaz. *d. def. 2. cap.* 7. Clar. §. *fin. quaſt.* 57. & latè Petr. Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 93. *per tot. & caſ.* 162. *num.* 26.

Neque obſtant ſupra ex Sperello deducta, quia aut ipſe loquitur, & intelligi debet quoad ſacrilegium, quod vt dixi eſt communis fori, & non quoad delictum principale merè laicum, & ſæculare, pro quo ſacrilegio nos etiam dicimus eſſe locum præuentioni; aut loquitur contra communem opinionem ſi aliter, & quoad delictum principale intelligatur. Declarationem ad Sperel. *per me factam, vide in mea Summa verb. Delinquens num.* 7.

Caſus autem Ciarlini vltra, quod ipſe potuit eodem affectu decipi, non facit ad rem, licèt in ſe veritatem contineat, quia ſi ille fuit delinquens, fuit per eum tranſmiſsus ad triremes, non poterat iterùm tranſmitti per iudicem laicum. cùm non ſit pœna eodem tempore reiterabilis, & quia differt caſus abſolutionis à caſu condemnationis, in caſu enim abſolutionis militant, quæ ſupra dicta fuerunt, ſed in caſu
9 punitionis, quando quis fuit ſemel pœna condigna punitus pro aliquo delicto non poteſt amplius pro eodem facto puniri, ne de eodem delicto ſæpius quæratur, quando Iudices ſunt omnes ſub eodem Dominio, quidquid dici poſſet ſi eſſent ſub diuerſis Præſidibus, Clar. §. *fin. d. quaſt.* 57. *verſ. dictum eſt*, Guaz. *ad def. def.* 35. *cap.* 11. *per tot*. Cabal. *reſolut. crim. caſ.* 162. *num.* 18. *&c.* Imò quando pœnæ non
10 ſunt eædem in vtroque foro, & tendunt ad diuerſas leges, licet eſſemus in delicto mixti fori, punitus pœna canonica in foro Eccleſiaſtico, poteſt iterùm pœna ciuili puniri in foro ſæculari, Marant. *in prax. part.* 4. *diſt.* 1. *num.* 27. vbi Foller. in Add. Afflict. *deciſ.* 219. *num.* 2. *& ſeqq. de quo videad.* Guaz. *d. def.* 35. *cap.* 11. *per tot.* & Clar. *d. quaſt.* 57. *verſ. penult.*

Et ita fuit ſeruatum Imolæ in caſu prædicto, dum ego eſſem Locumtenens criminalis Gubernatoris, & Prætor,
11 nam negotio benè diſcuſſo cum dicto Reuerendiſſimo D. Vicario de Choris, fuit iuxta prædictam diſtinctionem iudicatum, & conſequenter dictus Stagninus vltra abſolutionem habitam à foro Epiſcopali fuit etiam per me abſolutus pro vulneribus in dicto foro ſæculari Gubernatoris ſub die 26. Iulij 1654. prout conſtat in libro querelarum dicti anni exiſtente in Cancellaria criminali dictæ Ciuitatis Imolæ, & dictus Vicarius acquieuit, cùm ita iuris eſset per prædicta, adde Tondut. *de præuent. part.* 2. *cap.* 29. *& ſeqq. ad* 38. *fol.* 194. vbi idem licèt aliquantum ſubobſcurè firmat, & clarè Baltaſs. Thomas *tract.* 7. *tit.* 19. *ampliat.* 339. *fol. mihi* 440. Menoch. *de arbitr. caſ.* 389. *n.* 40. *&* 41.

A R G V M E N T V M.

Vxor an mortuo viro ſit manutenenda pro dotibus, & legato non compenſabili. Habitatio domus intelligitur de tota. Legatum mobilium quæ contineat, & quando ſit perpetuum. Vxor quando non præſumatur acquiſiuiſſe ex bonis viri, & à quo habere debeat veſtes lugubres.

S V M M A R I V M.

1 *VOluntas teſtatoris ſeruanda pro lege.*
2 *Vxor viuente viro poſſidet iure familiaritatis, & eo mortuo mutata ſibi cauſa poſſidendi eſt manutenenda.*
3 *Vidua poteſt fideiuſſores de reſtituendo dotem lapſo anno.*
4 *Legatarius quando poſſit propria auctoritate capere legatum.*
5 *Vxor legataria non dicitur propria auctoritate capere poſſeſſionem, ſed illam quam habebat mutata cauſa continuare.*
6 *Retentio non procedens à principio vitioſe eſt magis priuilegiata quàm immiſſio.*
7 *Dos dicitur debitum voluntarium, quod non compenſatur cum legato, num.* 12.
8 *Niſi extarent coniectura denotantes voluiſſe teſtatorem compenſare.*
9 *Vxor recipit à marito legata, & dotem, & ſic vtrumque, niſi legata fuerint ſpecialiter pro dote relicta.*
10 *Debitum neceſſarium compenſatur cum legato.*
11 *Legi omnino parendum eſt.*
13 *Prœmium donat cauſam finalem.*
14 *Teſtatoris declaratio ob quam cauſam legauerit, debet attendi.*
15 *Compenſatio non intrat in debito neceſſario, quando legatum apparet ex alia cauſa, quàm debiti factum.*
16 *Legatum an debeat compenſari cum debito, vel non pendet à voluntate teſtatoris.*
17 *Verbum,* poſſit, *in oratione affirmatiua quid operetur.*
18 *Domus appellatione venit tota, quam teſtator habitare ſolebat.*
19 *Domo legata non ſolùm tota venit, ſed etiam apotheca ſubtus exiſtens.*
20 *Verbum,* manere, *denotat retinere, & remanere prout antea erat.*
21 *Legatum factum ſine præfinitione temporis, dicitur perpetuum, non obſtante, quod alia legata ſint ad vitam tantùm relicta.*
22 *Habitatio relicta ad vitam non denotat mobilia etiam fuiſſe ad vitam relicta, & quando ſecus.*
23 *Dictio,* item, *eſt repetitiua, & quando ſecus, num.* 24. 25. *&* 26.
27 *Legatum ſuppellectilium dicitur perpetuum, licet habitatio domus, cui deſeruiunt ſit tantum ad vitam, & num.* 28.
29 *Domus quandoque pro patrimonio vſurpatur.*
30 *Qui dicit omne, nihil excludit.*
31 *Pecunia venit in legato mobilium attenta proprietate verborum.*
32 *Legatum mobilium comprehendit omnia, quæ de loco ad locum moueri poſſunt.*
33 *Dictio,* omnia, & cuiuſcumque generis, *facit comprehendi ea, quæ aliàs non comprehenderentur.*
34 *Verba vniuerſalia nullam interpretationem reſtrictiuam patiuntur.*
35 *Legatum mobilium comprehendit omnia, quæ conſueuerunt eſſe in domo, licet tempore mortis non adeſſent.*
36 *Acquiſita per vxorem viuente viro præſumuntur de bonis viri, & num.* 37.
38 *Limita quando de acquiſitis conſtant publica inſtrumenta clara.*
39 *Limita data poſſibilitate lucrandi ex propria induſtria. Exceptio l. Quintus Mutius non admittitur] in poſſeſſorio.*
40 *Legatum liberationis quid operetur, & numeris ſeqq.*
43 *Vidua debet habere veſtes lugubres de domo viri.*

C A P V T X.

PEr obitum D. Equitis Iulij à Platea de Muriliana fuerunt confirmatæ tabulæ teſtamenti ab eodem dum in humanis eſset, conditi, in quo inter cætera iure legati reliquit, & legauit D. Conſtantiæ de Seuerolis nobili Fauentinæ eius dilectiſſimæ Coniugi vnum prędium nuncupatum Galgada liberum ad illius libitum, & velle.

Secundò, quod poſſit dicta D. Conſtantia manere, & habitare in domo dicti D. Teſtatoris quoad vixerit, & donec ei videbitur, & placebit.

Tertiò, legauit omnia mobilia cuiuſcumque generis exiſtentia in domo dicti D. Teſtatoris.

Quartò, reliquit liberationem à quacumque redditione rationis adminiſtrationis per eam factæ de bonis dicti D. Teſtatoris, tam eo viuente, quàm deinceps, &c. prout præcisè cantant verba Teſtamenti.

Quoad primum legatum cùm nulla poſſit cadere difficultas, hæredes teſtamentarij dant manus victas, & liberè
conſenſum præſtiterunt traditioni poſseſſionis, cùm volun- 1
tas teſtatoris ſit ſeruanda pro lege §. *diſponat auth. de nupt.* & quia ſupradicta D. Conſtantia viuente viro vnà cum eo poſſidebat iure familiaritatis, iuxta text. *in l. qui iure* 41. *vbi*
DD. de acqu. poſſ. eoque mortuo abſque aliqua extrinſeca 2
declaratione ex noua cauſa, & titulo legati, ac reſtitutionis dotium ſuperueniente cenſetur ſibi ſtatim mutaſſe cauſam poſſeſſionis, & ratione ſuorum iuriũ eſt manutenenda non tantùm in prædio legato, ſed in alijs quoque bonis donec ſibi dos reſtituatur, Rot. *in Romana hæreditatis de Cuccinis* 9. *Decembris* 1622. Duran. *deciſ.* 328. *num.* 5. Merlin. *de*
pign. lib. 3. *tit.* 2. *quaſt.* 76. *per tot.* vel etiam poſſet petere fi- 3
deiuſſores de reſtituendo dotem finito anno, alias ſtatim

eam

eam conſequi, iuxta tradita per Maur. *tract. de fideiuſſ.*
par.1.ſect.3.cap.20.aliàs 29.num.3.

Et quamuis regulariter legatarius non poſſit propria au-
ctoritate capere rem legatam, ſed de manu hæredum cape-
re debeat, tamen quando ſumus in legato ſpeciei, cuius
4 dominium recta via tranſit de teſtatore in legatarium, &
hæredibus nulla competit detractio, prout in caſu noſtro
poteſt licitè apprehendere poſſeſſionem etiam propria au-
ctoritate, Gratian. *diſcept. cap. 771.num.49.*& captam tue-
ri exceptione dolo facis petendo, quod reſtituturus eris,
eadem Gratian. *cap. 542.num. 32. & ſeqq.*

Quinimò prout addebat Illuſtriſſimus D. Chriſtophorus
Martius Medices Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ Au-
ditor, qui poſt me in eadem cauſa elegantiſſimè, & doctiſ-
ſimè conſuluit ad fauorem dictæ D. Conſtantiæ Florentiæ
non intrat hæc exceptio, quod poſſeſſio ſit capienda de
manu hæredum propter ſtatutum, & propter plures Rotæ
deciſiones, attendenda propter poſſeſſionem iure familia-
ritatis, quam vt ſupra dixi penes ſe habebat dicta D. Con-
ſtantia, quæ ideò non poteſt dici, quod propria auctorita-
5 te acceperit, ſed potius, quod poſſeſſionem ſuam continua-
uerit mutando ſolùm illius cauſam, & ſit manutenenda
etiam ſi aliquæ detractiones fiendæ eſſent, vt in puncto
vxoris legatariæ tradiderunt Alciat. *conſ.* 67. Socin. *conſ.*
131. *lib.* 1. Præt. *deciſ.* 75. *lib.* 7. Becc. *conſ.*60. *num.*5. *lib.*2.
Surd. *conſ.* 253. *num.*21. quos refert, & ſequitur Rot. *in*
*deciſ.*315. *num.6.part.3.recent.* vbi clarè habetur, quod iure
6 merito in vxore ceſſat omnis temeritas, cuius cauſa impro-
batur apprehenſo legatarij, & loco illius intrat priuilegium
retentionis, quæ quandocumque à vitioſo principio non
procedit eſt magis priuilegiata, quàm immiſſio, & in præ-
ciſo hoc puncto etiam tradit Poſth. *in tract. manutent. ob-*
ſeruat. 47. verſ. quemadmodum.

Neque prædicta legata poſſunt dici facta animo compen-
ſandi cum dote ſupradictæ D. Conſtantiæ, quia dos tam-
quam proueniens ex contractu ab initio voluntario dicitur
debitum voluntarium, quod non compenſatur cum lega-
to, Afflict. cum Add. *deciſ.*44. & latè Gratian. *diſcept. fo-*
renſ.cap.134.per tot. & cap.954. num. 29.

Et quamuis ex coniecturis poſſet recedi ab hac regula, ſi
ex illis aliter appareret de mente teſtatoris, vt quando aliàs
fideicommiſſum ab eo factum notabiliter remaneret ex-
7 tinctum, vel legatum conueniat cum credito dotali, ſi ex-
preſſerit aliqua bona, cum quibus nolebat compenſationem
procedere, ſi penes hæredem nihil ferè remaneret, cum
quo dos ſolui poſſet, ſi dixerit nolle vxorem quidquam
aliud prætendere poſſe, etiam ſi poſteà dixerit relinquere
propter obſequia, & benemerita vxoris, & ſimilibus, vt
late per Rot. *in Auenionen. fideicommiſſi* 11. *May* 1637.
coram Panzirolo *in Nouiſſ.part.7.deciſ.* 311. *per tot.* vbi
allegat Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſumpt.* 110. Mantic.
de coniect. vlt. vol. lib. 10. *tit.* 2. *num.* 16. *& ſeqq.* alioſque
multos Doctores, &c. tamen huiuſmodi coniecturæ, &
aliæ ſimiles protſus ceſſant in caſu noſtro, & ideò ſtandum
eſt ſupradictæ regulæ, quæ etiam, vt dicebat idem Illuſtriſ-
ſimus D. meus Chriſtophorus Martius Medices vir in
8 omni ſcientiarum genere, & præcipuè legalium conſuma-
tiſſimus, prout eius doctiſſima ſcripta, & opera demon-
ſtrant probatur per clariſſimum, & apertum textum, qui
cauillari non poteſt in *l.* 1. *§. primum itaque C. de rei vx. act.*
punctualiter caſum decidentem hiſce verbis nullam gloſam
recipientibus, *Itaut vxor, & à marito relicta recipiat, &*
dotem conſequatur, niſi ſpecialiter pro dote eius maritus ea de-
reliquerit, cum manifeſtiſſimum ſit teſtatorem, qui non hoc
addiderit voluiſſe eam verumque conſequi.

Dominus autem Eques Iulius teſtator nullam de dote
mentionem fecit, ſed ſimpliciter D. Conſtantiæ dictæ
9 quatuor legata reliquit, ergo manifeſtiſſimum efficitur,
quod & illa, & dotem habere voluerit, vt per ſcribentes
in *d. §. primum itaque ſuper quo*, Barboſ. *in Collect.* Cyriac.
controu. 261. *num.* 38.

Ex quo textu ſuperuacaneum etiam apparet diſputare
an debitum dotis ſit voluntarium, vel neceſſarium, quan-
10 doquidem ſi etiam neceſſarium eſſet, quo caſu regulariter
compenſaretur, Surd. *deciſ.* 169. *num.* 2. nihilominus re-
11 cedendum eſſet à regula propter priuilegium dotis, vel alio
reſpectu ſtante ſupradicta lege, cui omnino parendum eſt,
l. proſpexit ff. qui & à quibus.

Licèt ritera, & abſque dubio dos reſtituenda non ſit
debitum neceſſarium, ſed voluntarium, cùm dependen-
tiam habet à matrimonio, quod maritus ex mera, 12
& libera voluntare contraxit, Bart. *in l. huiuſmodi §. cum*
pater ff. de leg. 1. Rol. *conſ.* 65. *num.* 18. *lib.* 2. & poſt Cra-
uett. Surd. & alios clarè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 134.
num. 16. *&* 17. *& cap.* 954. *num.* 33. Cyriac. *controu.* 261.
num. 38.

Quinetiam ſi debitum eſſet neceſſarium, & extra do-
tem poſſet ſuſtineri, quod non ſit compenſabile, quia te-
ſtator in principio dictorum legatorum, & in eorum proœ- 13
mio, quod denotat cauſam finalem, *l.* 1. *ff. ad Maced. l.*
fin. vbi Bart. *ff. de hæred. inſtit.* Ludouiſ. *deciſ.* 531. *num.*
5. dixit legata illa relinquere ſuæ dilectiſſimæ vxori pro-
pter maritalem amorem, & beneuolentiam erga illam,
quod replicauit etiam in fine illorum adiungendo eam eſſe
de ſe benemeritam, quare nil vlterius eſt quærendum, 14
cùm habeamus declarationem ipſius teſtatoris legantis,
quod propter hanc cauſam, & non propter debitum dotis
legauerit, vt in puncto Crauet. *conſ.* 149. *num.* 4. & poſt
illum Gratian. *d. cap.* 134. *num.* 2. & ratio eſt, quia quan-
do legatum apparet factum ex alia cauſa, quàm ex cauſa
debitum ſoluendi, numquam intrat compenſatio, quamuis 15
debitum ſit neceſſarium, vt probat Rot. *deciſ.* 245. *num.*
5. *part.* 2. *recent.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 10. *tit.* 2.
num. 10. dependet enim à voluntate diſponentis an legatum
ſit nec ne compenſabile, Mantic. *d. tit.* 2. *& num.* 16. Bu- 16
ratt. *deciſ.*580. *num.*7. quæ omnia abundant, cùm ſatis fuiſ-
ſet allegare ſolùm *d. text. in l.* 1. *§. primum C. de rei vx. act.*

Circa ſecundum legatum, quod poſſit manere, & ha-
bitare in domo teſtatoris donec vixerit, conſiderandum
eſt illud verbum *poſſit*, quod poſitum in oratione affirma- 17
tiua ponit actum ad liberam voluntatem, & arbitrium
eius, in quem verba dirigantur, Marant. *in repet. l. is po-*
teſt. num. 41. *ff. de acqu. hæred.* & appellatione domus cla-
rum eſt, quod etiam nullo addito ſigno vniuerſali venit
tota domus, quam teſtator habitare ſolebat, text. *in l. vxo-*
ri 32. *ff. de leg.* 3. Rebuff. *in loco* 60. *ff de verb. ſignif.* Ga- 18
briel. *conſ.* 94. *num.* 7. *&* 8. *lib.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ.*
cap. 775. *per tot. & cap.* 947. *num.* 3. & vide Soc. *conſ.* 281.
lib. 2. Alex. *conſ.* 72. *num.* 2. *lib.* 5. cum alijs per Magon. *de-*
ciſ. Flor. 84. *num.* 15. adeò vt legata domo non ſolum do- 19
mus tota, ſed etiam apotheca ſubtus domum exiſtens le-
gata intelligatur, vt defendit Mantic. *de coniect. vlt. vol.*
lib. 9. *tit.* 2. *nu.* 37. *&* 38. Bertazol. *de clauſ. clauſ.* 19. *gloſ.*7.
num. 3. Gratian. *d. cap.*947. *num.* 3. ſicut etiam in legato ha-
bitationis domus concludit Gabriel. *d. conſ.* 94. *num.* 7. *&*
ſeqq. & Gratian. *d. cap.* 775. *num.* 2. Vndè in caſu noſtro
conſequens eſt clarum, quod ſupradicta D. Conſtantia
poteſt totam domum pro ſua habitatione retinere, præci-
puè ſtante etiam illo verbo *manere*, quod importat reti- 20
nere, & remanere in eadem habitatione, prout anteà cum
viro ſuo habitabat, & prout ipſe vir habitare conſueuerat,
Bero. *conſil.* 48. *num.* 10. *lib.* 2. Surd. *de aliment. lib.* 1. *tit.*
4. *num.* 7.

Tertium legatum omnium mobilium cuiuſcumque ge-
neris factum eidem D. Conſtantiæ in diuerſa oratione per
ſe perfecta abſque vlla temporis præfinitione eſt purum,
liberum, perpetuum, & ad hæredes tranſitorium, & nul- 21
lam patitur reſtrictionem, nec qualitas adiecta præcedenti
legato habitationis cenſetur repetita in iſto mobilium,
quamuis eſſent deſtinata, & ſolita pro illa habitatione tem-
poraliter relicta, cùm ſimus in acceſſorio diuiſibili, & ſe-
parabili, non obſtante dictione, *item*, *&c.* vel ſimilibus re-
petitiuis, nam cùm teſtator in ſecundo legato habitationis
adiecerit qualitatem temporis, adieciſſet etiam in iſto mo-
bilium ſi noluiſſet eſſe liberum, & perpetuum, vnde ex
huiuſmodi locutione diſcretiua colligitur animus eiuſ-
dem, in quos diſpoſitione voluerit procedere limitationem
temporis, vt plenè probat in puncto Gratian. *diſcept. fo-*
renſ. cap. 937. *per tot.* vbi ſatisfacit omnibus contrarijs, &
teſtatur ita fuiſſe iudicatum per Rot. coram Coccin.
8. *Iunij* 1624. & adde Magon. *deciſ. Flor.* 84. *num.* 8.
per tot.

Nec præſumi poteſt (vt addebat dictus Illuſtriſſimus D.
Chriſtophorus Martius Medices, de quo ſemper libenter
mentionem facio propter ſummam obſeruantiam, qua
debitè illum colo, & vt debitus honor actoribus tribuatur)
quod ſicuti habitatio domus fuit relicta ad vitam legata- 22
riæ, ita etiam mobilia intelligantur relicta durante eius

vita

vita dumtaxat, & non vltra ſtante maximè illa dictione,
item, *&c.* cuius natura eſt repetere omnes qualitates, &
conditiones præcedentes, *l. item ff. de procur. l. item verum
ff. quod cuiuſque vniuerſ.* Rebuff. *in l. habeo verſ. item ff. de
verb. ſignific.* Sud. *conſ.* 455. *num.* 12. *cum ſimilibus*.

Nam procedit hoc, quando inſeritur poſt orationem
23 perfectam in alia oratione defectiua, & imperfecta, vel
quando diuerſæ orationes reguntur ab eodem verbo, vt
aduertit Bertazol. *de clauſ. clauſ.* 20. *gloſ.* 1. *num.* 2. & poſt
alios Barboſ. *in tract. de dict. dict.* 159. *num.* 2.

Sed quando apponitur, prout in caſu noſtro, in capitu-
lo diſtincto, & ſeparato habente orationem perfectam cum
24 ſuo principali verbo, tunc nihil habet commune cum ſupra-
ſcriptis, ſed ſolum attenditur, quod in eadem oratione, &
non in præcedenti diſponitur, Bart. & Clar. *in l.* 1. *de public.*
Maſcard. *de probat. concluſ.* 1165. & alij multi relati à Si-
mon. de Præt. *de interpretat. vltim. volunt. lib.* 1. *interpret.*
1. *dub.* 2. *ſolut.* 4. *num.* 7. Vulpell. *de propoſit. & aduerb. ſi-
gnif. in dictione, item, &c.* Barboſ. *d. dict.* 159. *nu.* 2. Gra-
tian. *diſcept.* 637. *num.* 3. & 4. Buratt. *deciſ.* 479. *num.* 5.

Quod tunc præſertim procedit quando vt hic ponitur in
principio orationis, nam tunc ſolùm continuat vnum cum
altero legato, oſtendendo quod teſtator non ſolùm tradit,
25 ſeu legat ſuperiora, ſed etiam infraſcripta, vt aiunt ſupra-
citati DD. verùm quoad diſpoſita demonſtrat contenta
ſub eadem dictione in principio poſita eſſe penitus diuerſa,
ac diſtincta à ſuperius expreſſis, Gemin. *conſ.* 62. *num.* 1.
Rot. *in d. deciſ.* Buratt. 480. *num.* 5.

Sed auferrur omnis difficultas ex quo poſt hoc legatum
mobilium fecit, & aliud legatum liberationis cum eadem
dictione, *item*, *&c.* quod abſque dubio nihil ex ſupraſcri-
ptis omninò diuerſis repetere poteſt, vnde eò magis datur
26 intelligi, quod huiuſmodi dictio ſit poſita per continuatio-
nem legatorum, & non per aliquam repetitionem, cùm
igitur D. Eques Iulius ſuæ dilectiſſimæ vxori reliquerit
priùs habitationem domus eius vita naturali durante, &
deinceps in alio capitulo ſeparato, & diſtincto reliquerit
omnia mobilia abſque vlla limitatione temporis, datur pro-
fectò intelligi, quòd liberè illa relinquere voluerit, cùm fa-
cillimum ei fuiſſet breuiter abſque vllo verborum apparatu
in vnica periodo dicere relinquo habitationem domus cum
27 omnibus mobilibus in ea exiſtentibus donec ex hac vita
migrabit, ſi abſolutè noluiſſet dominium illorum in eam
transferre, nam purè, & ſimpliciter aliquid relinquendo,
abſque vlla præfinitione temporis, relinquere voluiſſe dici-
tur, vt in fortioribus terminis tradit Surd. *de aliment. tit.* 2.
quæſt. 1. *num.* 2. *& ſeqq.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.*
9. *tit.* 2. *num.* 7. *&* 29. & in puris terminis noſtris, quod
28 legatum ſuppellectilium ſit perpetuum, & legatum ante-
cedens habitationis domus ſit temporale, durante ſcilicet
vita legatarij dumtaxat, latè oſtendit Gratian. *diſcept.* 937.
per tot. vbi inter alia ſub num. 22. probat nihil obſtare,
quod huiuſmodi ſuppellectilia deſeruirent pro domo reli-
cta, vel habitatione ſolummodo ad vitam, quia nihilomi-
nus ex quo ſunt à domo ſeparabilia, intelliguntur liberè le-
gata.

Quod quidem legatum mobilium omnium domus, ſi
domum pro patrimonio accipiamus, prout quandoque
29 apud bonos auctores vſurpatur, reſte Afflict. *deciſ.* 106. *nu.*
2. *in fine*, quem ſequitur Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 922.
num. 15. comprehendit omne id quod in patrimonio dicti
30 D. Teſtatoris reperitur aptum moueri de loco ad locum,
nam qui dicit omne, nihil excludit, Mantic. *de coniect. vltim.
volunt. lib.* 9. *tit.* 3. *num.* 1. *&* Merlin. *de pign. lib.* 2. *tit.* 1.
31 *quæſt.* 49. vide latiſſimè Altograd. *conſ.* 70. *per tot. lib.* 1. &
attenta proprietate verborum, veniunt etiam pecuniæ iux-
ta text. *in l. ſi chorus* 77. §. 1. *ff. de leg.* Dec. *conſ.* 381. *&*
conſ. 472. quem ſequuta eſt Rot. *diuerſ. part.* 3. *deciſ.* 1169.
per tot. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 138. *per tot.* & Gratian.
diſcept. 811. *per tot.* vbi etiam quando veniant fructus pen-
dentes. Item vaſa argentea, catenæ aureæ, iocalia, tor-
32 ques, annuli, monilia, pecunia, frumentum, veſtes, ſu-
pellectilia, penſiones domorum, omnes fructus, & om-
nia, quæ ad modum mobilium deſtinata ſunt, & quæ poſ-
ſunt moueri de loco ad locum comprehenduntur in huiuſ-
modi legato, Natt. *conſ.* 117. *num.* 5. *lib.* 1. Rot. coram Se-
raph. *in Romana legatorum Ven.* 10. *February* 1585. Merlin.
d. quæſt. 49. *num.* 9. Gratian. *diſcept.* 585. *num.* 14. etiam ma-
ximè propter illa duo ſigna vniuerſalia, ſcilicèt omnia, &
cuiuſcumque generis, quæ faciunt ſine dubio comprehen-
di omnia prædicta, & ſimilia alia mobilia, vel ſemouen- 33
tia, quæ aliàs non includerentur, idem Natt. *conſ.* 160. *nu.*
29. cum alijs per Gracum *tract. de dict. dict.* 147. & Barboſ.
eod. tract. dict. 241. *per tot.* talia enim ſigna vniuerſalia latio-
rem voluntatem oſtendunt, & nullam interpretationem 34
reſtrictiuam patiuntur, Afflict. *d. deciſ.* 106. *num.* 6. *&* 7.
vbi etiam Vrſil. *num.* 11. *&* 12. & tale legatum intelligitur
de omnibus illis mobilibus, quæ conſueuerunt eſſe in do- 35
mo, licèt tempore mortis teſtatoris non adeſſent, nam quę
cauſaliter abſunt, non videntur abeſse, text. *in l. quæſitum*
76. §. *fin. ff. de leg.* 3.

Quartum, & vltimum legatum iudicio meo tendit ad
tollendam diſpoſitionem *l. Quintus Mutius* 52. *ff. de donat.
inter vir. & vx. & l. etiam* 6. *C. eod.* ſecundùm quæ iura 36
omnia acquiſita per dictam D. Conſtantiam durante ma-
trimonio præſumerentur quæſita ex bonis viri, & ad eum,
vel hæredes illius ſpectarent ad effugiendam præſumptio-
nem turpis quæſtus, non docto vnde pecunias habuerit,
Myſing. *cent.* 2. *obſeru.* 92. Ludouiſ. *deciſ.* 539. *num.* 17.
vel ſaltem ſi ſibi vellt acquirere, teneretur dictis hæredibus 37
pretium reſtituere, *l.* 1. *& l. multum intereſt* 6. *C. ſi quis
alteri vel ſibi*, Oſaſch. *deciſ.* 140. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.*
51. *num.* 42. Buratt. *deciſ.* 141. *num.* 7.

Quæ tamen præſumptio adhuc ceſſaret, & veritati cede-
ret, cùm in caſu noſtro de acquiſitionibus factis per dictam
D. Conſtantiam extent publica inſtrumenta clara, & iura- 38
ta coram Notario, & teſtibus, Caualer. *deciſ.* 357. *num.* 4. Et
quod data poſſibilitate lucrandi ex propria induſtria ceſſet
præſumptio *d. l. Quintus Mutius*, tradit pulchrè Duran. *de-* 39
ciſ. 429. *per tot.* & illius exceptio non admittatur in iudicio
poſſeſſorio, ſed remittatur ad petitorium, idem Duran. *de-
ciſ.* 393. *nu.* 7. *& aliàs limitationes ad d. l. Quintus Mutius*,
vide per Buratt. *deciſ.* 141. *per tot.* Menoch. *d. præſumpt.* 51.
per tot. Rot. per Merlin. *deciſ.* 485. *num.* 4. Gratian. *diſcept.*
696. *num.* 20. *&c.* & Barboſ. *in l.* 6. *&* 11. *C. de donat. inter
vir. & vx. num.* 6. *& ſeqq.*

Sed ad dirimendas lites voluit D. Eques Iulius teſtator
legare liberationem dictæ D. Conſtantiæ, vt abſqoe dobio
ad ipſam liberè, & abſolutè ſpectarent omnia acquiſita, & 40
etiam ea de qoibus non apparent publica documenta per
tex. *in l.* 1. *ff. de liber. leg.* quod quidem legatum liberationis
ſicuti validiſſimum eſt, ita etiam parit exceptionem ad 41
omnia, quæ ab ipſa tali de cauſa peterentur, *l.* 3. §. *nunc de
effectu ff. de liber. leg.* & vlteriùs præſtat actionem ad pe-
tendam acceptilationem, vt in *d.* §. *nunc de effectu*, *& in l.
quod mihi ff. eod. & in l. ſi creditoris C. de fideicomm.* adeò
vt tale legatum comprehenderet etiam debita ex quacum-
que cauſa licet fortuita, *l. non ſolum* §. *& ei ff. eod.* & nul- 42
latenus poſſit huiuſmodi reſpecto D. Conſtantia vexari.

Quinimò ipſa D. Conſtantia vltra ſupradicta legata
debet etiam habere veſtes lugubres, & viduales iuxta ſta-
tum, & conditionem ſuæ perſonæ, & viri, cùm huiuſmo- 43
di triſtis habitus procedat ex domo illius, maximè ſtante in
hoc conſuetudine regionis, Capyc. *deciſ.* 26. & Fenzon. *ad
ſtat. vrb. cap.* 136. *per tot.* Rot. Flor. *in mot.* 12. *Auguſti* 1530.

A R G V M E N T V M.

Liber an probet pro ſcribente præcipuè circa tra-
ditionem, & qualiter exceptio rei non traditæ
ſemper obſtet agenti.

S V M M A R I V M.

1 *ABſurdum eſt credere ſcriptura, quæ annotatio-
ne propria quis ſibi debitorem conſtituet.*
2 *Liber non probat pro ſcribente niſi adſit ſtatutum, vel
conſuetudo.*
3 *Liber non probat traditionem mercium, ſed ſolùm quan-
titatem, & pretium.*
4 *Exceptio rei non traditæ numquam cenſetur reiecta, &
ſemper poteſt opponi.*
5 *Durum eſt, vt quis cogatur ad ſoluendum, non oſtenſa re
pro qua conuenitur.*
6 *Liber non debet eſſe diuerſa manu ſcriptus, neque men-
doſus.*
Liber in vna parte falſus in totum vitiatur.
7 *Caupones, & tabernarij habent omnem malam præſum-
ptionem contra ſe.*

8 *Te-*

8 *Teſtes nolentes reſpondere interrogatorijs redduntur ſuſpecti.*
9 *Teſtes non probant niſi citata parte ad videndum illos iurare.*

CAPVT XI.

REctè iudicauit D. Capitaneus Iuſtitiæ Marradij Iu-
dex, à quo dum abſoluit Marcum Antonium de Gat-
toletis à petitis per Ioannem Mariam de Pennis vigore
partitarum cuiuſdam libri, qui potius ſcartafacij meretur
nomen, prout ex illius inſpectione dignoſcitur; caret enim
principalioribus requiſitis, quibus debent eſſe muniti hu-
iuſmodi libri, vt ex eis aliqua oriatur præſumptio in fauo-
1 rem ſcribentis, cùm abſurdum, & perniciosum eſſet, vt ei
ſcripturæ credatur, quia vnuſquiſque annotatione propria
ſibi debitorem conſtitui iudicauerit, *Imperator in l. exemplo
C. de probat.*

Cùm igitur habeamus regulam negatiuam de iure com-
muni pro non probatione libri, quam firmant communiter
2 DD. teſte Genua *tract. de ſcript. priuat. tit. de lib. mercat.
fol. mihi* 241. *num.* 2. dato quod huiuſmodi liber nomen libri
mereretur eſſet docendum ex aduerſo illius fidem prouení-
re vel ex iure municipali, vel ex conſuetudine, quæ con-
cludenter, & rectè articulanda, & probanda eſſet cum de-
bitis requiſitis, vt per eumdem Genu. *loc. cit. n.* 46. ac etiam
ſi foret probatum huiuſmodi ſtatutum, vel conſuetudo,
multa alia deficiunt in caſu noſtro, quæ latè cumulat idem
Genu. *d. c. n.* 48. *& ſeqq. ad* 101. & grauiora ſunt infraſcripta.

Primò, non conſtat de traditione frumenti, & blada-
rum, quarum pretium ex aduerſo prætenditur, & erat pro-
3 banda, aliàs parte opponente agens repellitur exceptione rei
non traditæ, cùm liber non probet traditionem, ſed ſolùm
quantitatem, & pretium ſic in terminis relato Maſcardo,
& alijs tradit idem Genu. *loc. ſup. cit. num.* 82. Nam exce-
ptio rei non traditæ eſt adeò priuilegiata, vt non cenſeatur
4 reiecta per ſtatutum reijciens omnes exceptiones, nec ve-
niat in generali renunciatione, poſſitque ſemper, & quan-
documque opponi etiam in executione ſententiæ, & con-
tra publicum inſtrumentum iuratum, & obligatione Ca-
merali vallatum non obſtante confeſſione de recepto, &
clauſula, dedit, conſignauit, & tradidit, &c. quæ non im-
portant realem traditionem, ſed mentalem, vndè prius eſt
probanda traditio rei antequam agatur ad pretium, ita vt ſi
ſententia non obſtante hac exceptione rei non traditæ, fue-
rit executioni demandata, poſſit condemnatus agere ad rei
traditionem, cùm autem nondum ſententia ſit lata in caſu
noſtro, tantò magis fuit rectè, & opportunè oppoſita huiuſ-
modi exceptio ſicuti multis relatis omnia prædicta in ſpecie
frumenti non traditi comprobat Gratian. *diſcept. forenſ.
cap.* 471. *per tot.* & facit latè, & pulchrè Magon. *deciſ. Luc.*
11. *per tot.* quæ multò magis in propoſito caſu obtinere
debent vbi tot vincula, renunciationes, & clauſulæ non
concurrunt, ſed agitur de ſimplici ſcartafaccio nullam fi-
5 dem merente, durum enim eſſe exiſtimant Doctores,
etiam ſtante publico inſtrumento, vt quis cogi poſſit ad
ſoluendum pretium non oſtenta, aut conſignata re, pro
qua conuenitur, Natt. *conſ.* 360. *num.* 9. quem ſequitur
Gratian. *diſcept.* 411. *num.* 7.

Secundò, neceſſe foret, quod huiuſmodi liber non eſſet
deſcriptus diuerſa manu, & atramento, prout eſt, nec in
aliqua parte mendoſus, Genu. *d. c. de lib. mercat. n.* 84. quia
6 falſi ſuſpicio in aliqua parte totum librum vitiat, ſed prout
ex illius reuolutione apparet in multis locis eſt mendoſus,
cancellatus, ſuſpectus, & diuerſis manibus conſcriptus,
ita vt poſſet eſſe locum iuramento in litem contra domi-
num libri, idem Genu. *loc. cit. num.* 87.

Tertiò, huiuſmodi prætenſus liber nullam habet inſcri-
ptionem, ſeu intitulationem ſaltem iuridicam, nec aliqua
auctoritate publica munitam, prout requiritur, & non eſt
ritè compaginatus cum nomine producentis, quinimò
fuit confectus, & intitulatus a quodam Caupone, ſeu Ta-
7 bernario Florentiæ comorante, qui habet omnem malam
præſumptionem iuris contra ſe, vt videre eſt ex congeſtis
per Magon. *deciſ. Flor.* 25. *num.* 14. 15. *&* 16. igitur potius
ſcartafaccium, quàm liber appellari poteſt, Genu. *loc. cit.
num.* 96. *& ſeqq.*

Cùm autem omnia requiſita ex parte libri deficiant, &
prætenſus debitor negauerit ſe vnquam habuiſſe aliquid
agere cum aduerſario, & ſibi numquam fuiſſe traditum
aliquod frumentum, vel blada, ceſſante etiam in hoc veri-
ſimilitudine, cùm ſit per ſe diues, & non egeat alieno fru- 8
mento, nec bladis, ſequitur in nihilo adhibendum eſſe fi-
dem huiuſmodi ſcartafaccio per prædicta.

Teſtes etiam ex aduerſo examinati patiuntur plures de-
fectus, ſunt enim pauperes, & viles, coloni, & debitores
producentis, ex quo noluerunt reſpondere omnibus inter-
rogatorijs, & illa benè euacuare redduntur valdè ſuſpecti,
& non probant, Seraph. *deciſ.* 836. *num.* 2. Nec etiam pro-
bant, quia pars non fuit citata ad videndum illis deferri iu-
ramentum, *l. ſi quando C. de teſt.* vnde nec pro legalitate 9
ſcribentis poteſt in eis fieri aliquod fundamentum.

Ex quibus exiſtimo partes Excellentiſſimi D. mei Iudi-
cis, ad quem fuit, & eſſe in confirmando ſententiam pri-
mi Iudicis cum condemnatione partis aduerſæ in omnibus
expenſis, &c. Saluo, &c.

ARGVMENTVM.

Iudices omnes, & periti qualiter, & ex quibus
cauſis poſſint allegari ſuſpecti. Quomodo ſe
gerere debeat Iudex in electione peritorum,
& quæ ipſi ſeruare debeant in relatione.

SVMMARIVM.

1 *IVdices omnes poſſunt recuſari ſuſpecti, & quomodo.*
2 *Ius ciuile ſeruandum, vbi agitur de materia indifferenti.*
3 *Peritorum iudicium fallax, & periculoſum, & ei non ſtandum ex cauſa.*
4 *Periti debent eligi ab ambabus partibus, & non ab vna tantùm.*
5 *Iudex non eligit peritos, niſi poſt moram partium, & illis diſcordantibus.*
6 *Citatio partis eſt neceſſaria ad videndum eligi peritos.*
7 *Citatio partis eſt neceſſaria in relatione, cùm habeat vim ſententiæ.*
8 *Periti debent eorum relationes facere cum iuramento, aliàs ei non creditur.*
9 *Iuramentum debet præſtari coram Iudice, vel Notario ſpecialiter deputato, & quando tale iuramentum non ſit neceſſarium.*
10 *Periti electi ad petitionem vnius partis tantùm poſſunt vti ſuſpecti recuſari.*
11 *Item commenſales, & qui iudicium ſuum propalauerunt.*
12 *Item inſtigatores, & electionem affectantes.*
13 *Item quando punctus difficultatis conſiſtit in iure.*
14 *Alia cauſa ſuſpicionis, quæ ſint remiſſiuè.*
15 *Periti vt plurimum viles, ignari, & modico pretio corruptibiles.*

CAPVT XII.

IOannes Rondinettus, & Alexander Alexandrinus tam-
quam periti licèt ignari electi, & deputati à Dominis Ca-
pitaneis Partis Ciuitatis Florentiæ ad ſolam petitionem, &
nominationem vnius partis ſuper prætenſa lite, & diffe-
rentia cuiuſdam parietis altera parte non citata, nec audi-
ta, ſunt nulliter electi, ac vt valdè ſuſpecti omninò remo-
uendi, & reijciendi, nec in aliquo eſt adhibenda fides eo-
rum ſolicitæ relationi non iuratæ, cùm ſtatim habita noti-
tia de illorum affectata electione fuerunt allegati, & iura-
ti ſuſpecti ex cauſis infra dicendis, inter quas cùm multæ
per ſe ſingulæ ſufficiant, iunctæ cum alijs magis iuuabunt,
quod fieri potuiſſe non eſt dubitandum.

Sicut enim omnes alij Iudices tam ordinarij, quàm de-
legati, qui regulariter ſolent eſſe viri probatiſſimi, & inte-
gerrimi poſſunt vti ſuſpecti recuſari, tam ante litem con-
teſtatam, quàm poſteà quandocumque de nouo cauſa ſu-
ſpicionis ſuperueniat, vel detegatur, ita vt dicatur legiti-
mè facta recuſatio, & omnia acta poſteà facta ſint omninò 1
nulla ſi iurentur ſuſpecti, ac iuſtè ſuſpicionis cauſæ dedu-
cantur licèt non probentur, cùm earum probatio non ſit
neceſſaria de iure ciuili, ſed iuramentum habeatur pro cau-
ſa legitima, & plena probatione, quidquid aliàs de iure ca-
nonico ad annullandum proceſſum per huiuſmodi ſuſpi-
cionem ſit neceſſaria etiam appellatio ab vlteriori proceſ-
ſu, &

ſu, & probatio cauſarum allegatarum, Gratian. *diſcept. fo-
renſ. cap.* 100. *num.* 4. *& ſeqq.* Rot. *in Nouiſſ. part.* 6. *deciſ.*
20. *num.* 26. *& deciſ.* 165. *per tot. & in part.* 7. *deciſ.* 7. *num.* 5.
Ius autem ciuile, & non canonicum præualere, & ſeruari
debet in hoc feliciſſimo ſtatu Sereniſſimi Magni Ducis no-
ſtri Etruriæ, cùm agatur de materia indifferenti, & ſæculari
2 non concernente peccatum, ad tradita per gloſ. *in cap.* 2. *de
reg. iur. in* 6. & per Leoncil. *deciſ. Ferr.* 144.

Tantò magis igitur poſſunt recuſari tamquam ſuſpecti
dicti electi, & deputati, qui ſunt quaſi Iudices, & non
propriè teſtes, cùm eorum ſententiæ, & relationi ſtari de-
beat, vnde cùm ſint homines ignari, viles, & mercenarij,
eorum imperitia ſemper poteſt corrigi ſicut imperitia veri
Iudicis, maximè quia licèt eſſent periti (quod nomen ſu-
pradictis non competit) eorum iudicium eſt valdè fallax,
3 & periculoſum, ac propterea Iudex multum debet elabora-
re pro habenda maiori certitudine, quando allegatur aliqua
iuſta cauſa, etiam ſi fuiſſent electi de conſenſu partium, &
cum tertio perito in caſu diſcordiæ inter primos, vnde hoc
magis eſt dicendum, quando Iudicium imperitorum fuiſ-
ſet aſſumptum à Iudice inuitis litigantibus, vel iuxta no-
minationem vnius partis tantùm prout in caſu noſtro, tunc
enim abſque dubio eorum relationes nullum faciunt præ-
iudicium, ſed ſemper poſſunt retractari, ad latè tradita per
Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 263. *num.* 15. *& ſeqq. ad finem
cum multis alijs ab eo allegatis, &c.* Et quod electio perito-
rum ſit facienda ab ambabus partibus, vel à Iudice ipſis di-
4 ſcordantibus, & non ab vna parte tantùm, probatur ex do-
ctrina Bart. *in l.* 2. *num.* 5. *C. de iur. fiſc. lib.* 10. Ruin. *conſ.*
71. *num.* 3. *lib.* 4.

Iudex enim debet in hac parte ſe gerere non vti elector
5 peritorum, ſed ſolùm vti compulſor ad compellendum liti-
gantes eligere, & circa perſonas concordare, cùm ad eum
non deuoluatur huiuſmodi facultas eligendi niſi poſt mo-
ram partium, & ipſis diſcordantibus, tex. *in l. hac edictali
§. his illud, ibi, quos vtraque pars elegerit, &c.* vbi Bald. *num.*
2. *C. de* 2. *nupt.* Alex. *in l. inter pares nu.* 7. *ff. de re iud.* Dec.
in cap. tum ſpeciali col. 2. *in fine num.* 7. *de appellat.* Cagnol.
in l. 1. *num.* 259. *C. de reſcind. vend.* tantò minus igitur
ſpectabat electio ad vnam partem tantùm, prout ſeruatum
fuit in caſu noſtro, & hæc omnia refert, & ſequitur Gra-
tian. *diſcept.* 228. *num.* 6. *&* 7. *& num.* 17. *& ſeqq. ad* 22. vbi
quod hoc maximè procedit de conſuetudine, ſecundùm
quam partes eligunt peritos, & non Iudex, quæ conſue-
tudo eſt conformis iuri communi iuxta prædicta.

Sicuti etiam erat neceſſaria citatio partis ad videndum
6 eligi peritos, Ludouiſ. *deciſ.* 545. cum Annot. Beltram. &
erat neceſſaria citatio in relatione etiam per illos facta, licèt
enim relatio fieri poſſit partibus abſentibus intelligitur,
quando prius fuerant citatæ ad intereſſendum electioni pe-
ritorum, & examinationi totius negotij, quia quando ille
cuius declarationi ſtandum eſt iudicat iuxta ſenſum ſuum,
7 partis præſentia, vel citatio requiritur, cùm talis declaratio
habeat vim ſententiæ, Bart. *in l. alio verſ. quaſo an hæres ff.
de alim. & cib. leg.* cum alijs per Gratian. *diſcept.* 874. *num.*
37. *& ſeqq.*

Adeſt etiam alia nullitas ob defectum iuramenti in eo-
rum relatione neceſſarij, quia licèt aliàs credatur relationi
peritorum intelligendum eſt, dummodò referant cum iu-
8 ramento, adeò vt tale iuramentum ſit ſubſtantia ipſius rela-
tionis, & non ſolemnitas, & ſit cauſa vt credatur eis, qui-
bus aliàs non creditur ſine illo, Euerad. *top. leg. loc. à vi &
energ. iuram. num.* 59. Gratian. *diſcept.* 572. *num.* 48. & Rot.
poſt Merlin. *de legit. deciſ.* 1. *num.* 8.

Quod iuramentum debet præſtari coram Iudice, vel
9 coram Notario habente ſpecialem Iudicis commiſſionem
de illo recipiendo, & ſi præſtetur coram alio Notario nihil
operatur, Alex. *conſ.* 71. *num.* 10. *in fine lib.* 3. cum alijs per
Gratian. *diſcept.* 697. *num.* 18. Quidquid aliàs hoc iura-
mentum non ſit neceſſarium in relatione quando periti
fuiſſent concorditer electi, & approbati à partibus, iuxta
tradita per eumdem Gratian. *diſcept.* 929. *num.* 17. *& diſcept.*
722. *num.* 8. *& diſcept.* 581. *num.* 31. vbi tamen quod remiſ-
ſio iuramenti debet eſſe expreſſa, nec ſufficit non oppoſitio,
& nullitas non poteſt ſanari per Principem, ac multò mi-
nus per Iudicem habentem quodlibet liberum arbitrium
procedendi, &c. & quidquid dici poſſit de peritis, qui ab
initio ſuſcepti officij iuraſſent de benè, & fideliter illud
exercendo.

Iuſtæ autem ſuſpicionis cauſæ, vt ad illas tamdem de-
ueniamus ſunt multæ, & prima quia fuerunt electi, & de-
putati ad nominationem, & petionem vnius partis tantùm, 10
altera parte non citata, nec audita, vnde ex hoc ſolo capite
poſſunt tamquam ſuſpecti recuſari, & debent omninò re-
moueri, Marant. *in prax. part.* 6. *de appellat. num.* 53. Gra-
tian. *diſcept.* 100. *num.* 45.

Secunda, quia nimis animosè, & apertè fauent dictæ
parti, quæ eos elegit, & nominauit, & cuius ſunt quoti-
diè commenſales in tabernis, & pluries anteà de hoc con- 11
ſului eorum votum, & iudicium in eius fauorem publicè
propalauerunt, Marant. *loc. cit. n.* 52. Grat. *diſcept.* 701. *n.* 16.

Tertia, quia dicti electi fuerunt inſtigatores, & ſolici-
tatores, ac motores totius differentiæ, & poſteà ſuam ele- 12
ctionem procurauerunt, & affectauerunt, Marant. *loco
citato num.* 60.

Quarta, quia non ſunt periti in negotio, de quo agitur,
ſed ignari, & groſſi, punctus enim difficultatis potius con-
ſiſtit in iure, & ideò non erat committendus talibus perſo- 13
nis, quæ nec ſcientiam, nec practicam, vel peritiam, quid
in ſimilibus prætenſis caſibus conſueuerit obſeruari, ha-
bent, Iaſ. *in l. apertiſſimi C. de iud.* cum alijs per Marant.
de appell. num. 67.

Quinta, quia pars contra quam deponunt iuſtis de cau-
ſis noluit vni eorum domum ſuam locare, nec frumentum
ad credentiam dare, & lites iuſtas aduerſus ambos etiam
criminaliter ſuſtinuit, propter quod valdè indignati fece-
runt conſilium inter ſe, & cogitauerunt omne malum ad-
uerſus eam, vndè tamquam verè ſuſpecti ſunt omninò re- 14
pellendi, prout has, & alias iuſtas ſuſpicionis cauſas caſui
noſtro applicabiles recenſet Marant. *loc. ſup. cit.* Fenzon. *ad
ſtat. Vrb. cap.* 12. & Guaz. *ad def.* 1. *cap.* 19. 20. *&* 21. vbi
quinquaginta tres cauſas ſuſpicionis cumulat, quæ licèt lo-
quantur in Iudice, magis procedere debent in peritis, qui
etiam ſunt tamquam Iudices, & non adeò integerrimi, ſed
viles, & corruptibiles modico quid promiſſo, vel accepto,
vt notiſſimum eſt.

A R G V M E N T V M.

Fructus pendentes tempore mortis emphyteutæ vaſſalli, emptoris ad vitam, & in ſimilibus an ſpectent ad dominum, vel pro rata temporis diuidantur cum hæredibus defuncti, quid in retractu, in Rectore beneficij, in ſimplici emptore, in vſufructuario, & an ſaltem ſint reſtituendæ expenſæ ſeminis, & culturæ.

S V M M A R I V M.

1 *FRuctus pendentes mortuo Vaſſallo qualiter diuidantur inter eius hæredes, & dominum, vel ad quem ſpectent, num.* 30.

2 *Fructus pendentes mortuo emphyteuta diuiduntur pro rata temporis inter eius hæredes, & dominum directum, contra num.* 7. *& ſeqq. & num.* 12.

3 *Diuiſio rata, & temporis quomodo reducatur ad praxim.*

4 *Fructus pendentes tempore retractus diuiduntur inter retrahentem, & venditorem.*

5 *Fructus pendentes tempore obitus Rectoris diuidendi inter eius hæredes, & modernum rectorem, contra num.* 19.

6 *Idem ſeruatur in emptore ad vitam, & ſimilibus caſibus.*

7 *Dominium vtile conſolidatur cum directo, ſtante deuolutione emphyteuſis.*

8 *Duo domini eiuſdem rei eodem tempore in ſolidum dari non poſſunt.*

9 *Fructus rei ſequuntur dominum.*

10 *Fructus pendentes dicuntur pars fundi.*

11 *Sata cedunt ſolo ſicut ædificium, & planta.*

13 *Fructus pendentes in re vendita ſpectant ad emptorem.*

14 *Excepta parte colonica, niſi venditor ſua manu coluerit fundum.*

15 *Vel niſi venditor ſe iam paraſſet ad recollectionem emptore ſciente.*

16 *Vſufructuarius non facit fructus ſuos, niſi fuerint à ſolo ſeparati.*

17 *Vſufructuarius, & emphyteuta quoad fructus æquiparantur.*

18 *Em-*

18 *Emphyteuta circa quæ dicatur habere maius ius quàm vſufructuarius.*
20 *Clericus in vita æquiparatur vſufructuario.*
21 *Succeſſor in beneficio non tenetur reſtituere hæredibus prædeceſſoribus ſemen directum.*
22 *Succedens in beneficio an poſſit prætendere ſemina pro anno ſequenti ab hæredibus prædeceſſoris, qui recollectis fructibus ſtatim deceſſit.*
23 *Argumentum de feudo ad emphyteuſim quando procedat, vel non, & de pluribus differentijs, num. ſeqq.*
28 *Vaſſallus ad quid teneatur erga dominum remiſſiuè.*
29 *Aequitas non ſcripta non attenditur, nec eſt deſumenda a caſu diuerſo.*
31 *Expenſa facta cauſa fructuum an ſint reſtituenda hæredibus emphyteutæ, & vſufructuarij.*
32 *Expenſa ſeminis, & cultura an ſint reſtituenda hæredibus feudatarij.*
33 *Quid fuerit ſeruatum in facti contingentia.*

C A P V T XIII.

DEuoluta emphyteuſi duorum prædiorum ad Illuſtriſſimam Communitatem Imolæ dominam directam per
mortem Illuſtriſſimi D. Baiuliuij Angeli Mariæ de Pantaleonibus ſine filijs, & ſic ob finitam eius lineam, prætendebant hæredes extranei eiuſdem Magni Equitis ratam fru-
1 ctuum pendentium tempore mortis illius per text. *in cap. 1. §. his conſequenter verſ. hic finit. lex in vſibus feudorum*, vbi
habetur, quod mortuo Vaſſallo ante Kalendas Martij omnes fructus illius anni ex feudo prouenientes ad dominum pertinent, poſt verò Kalendas Martij vſque ad Auguſtum ad hæredes Vaſſalli, & poſt Auguſtum ad ipſum
dominum, intelligendo in hoc vltimo caſu de fructibus anni ſequentis, non autem anni quo defunctus eſt Vaſſallus,
& inchoando annum à menſe Septembris, & finiendo in eodem menſe Septembris ſequentis, vt notat Fachin.
contrmisc. iur. lib. 7 cap. 95. ad medium verſ. quod ego ſic declaro, & Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 810. *numer.* 11. *& ſeqq. ad finem.*

Præſertim cùm ſimus in emphyteuſi finita abſque culpa, & delicto emphyteutæ, quo caſu fructu vltimi anni ſunt
diuidendi pro rata temporis inter hæredes eiuſdem emphy-
2 teutæ, & dominum directum, quia emphyteuta coluit,
& curauit fundum toto illo anno proprijs expenſis, & laboribus, & fructus dicuntur percipi non ſolùm tempore
recollectionis, ſed toto tempore anni quo curantur, aluntur, & creſcunt, vnde cùm nihil poſſit ei imputari, debet
conueniens reputari, vt huiuſmodi fructus ſuorum laborum, curæ, & vigilantiæ adhibitæ, ſaltem pro rata
temporis, & æſtimationis in ſuos hæredes tranſmittat, vt in his terminis concludit Socin. *in d. l. diuortio num.* 8.
ff. ſolut. matrimon. Tiraquell. *de retract. conuent. §. 5. gloſſ. 4. num.* 2. ad medium cum alijs quos refert, & ſequitur Gratian. *d. cap.* 810. *num. 1. & ſeq.* vbi quod qui ſectantur contrariam opinionem ſunt intelligendi, quando emphyteuſis eſſet finita propter canonem non ſolutum, ſiue alienationem,
ſine conſenſu domini, vel aliter propter delictum, & culpam emphyteutæ.

3 Quomodo autem ſit facienda huiuſmodi diuiſio ratæ,
& temporis inſpecta natura fructuum, qui quandoque
minore, quandoque maiore temporis ſpatio, quàm anni colliguntur, tradit pulchrè ad praxim reducendo Caualc.
tract. de vſufr. mul. relict. num. 245. Roſental. *de feud. cap.* 10. *concl. 42. n. 62.* Rol. *conſ. 86. num. 39. lib. 5.* & multa ad rem facientia remiſſiuè notat idem Gratian. *diſcept. cit.* 810. *nu.* 20. *& ſeqq.*

Et ſupradicta confirmantur etiam ex eo, quod in ſimili videmus fructus pendentes tempore retractus, non cedere
lucro retrahentis in totum, ſed pro rata temporis eſſe
4 diuidendos inter illum, & venditorem iuxta *l. diuortio ff. ſolut. matrimon.* Theſaur. *deciſ. 56. per tot.* Tiraquell. *de retract. conuent. §. 5. gloſſ. 4. num. 9. & ſeqq.* Sicut etiam circum-
5 ſcripta conſuetudine fructus pendentes tempore obitus Rectoris alicuius beneficij de iure eſſent diuidendi pro rata
temporis inter hæredes defuncti, & modernum Rectorem per *d. l. diuortio ff. ſolut. matrimon.* vt multis relatis notat Du-
6 ran. *deciſ. 448. n. 22.* Et in emptore ad vitam ſi decedat fructibus pendentibus idem ſeruatur, vt fiat eorum diuiſio pro rata temporis inter hęredes, & venditorem, cui deuoluitur res
ad vitam vendita, & in ſimilibus caſibus, vt benè probat Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 471. per tot.* Ludouiſ. *deciſ. 347. num. 6.*

Coſt. *de port. rat. q. 114. per tot. & q. 87.* Vinc. de Franch. *dec. 572. per tot.* & latè Tiraq. *d. gloſ. 4. per tot.*

Verùm dato etiam, quod prædicta ſint vera in feudo, & alijs ſimilibus adductis, tamen in caſu noſtro, vbi agitur de fructibus rei emphyteuticæ ad dominum deuolutæ,
cum eſſem Aduocatus dictæ Illuſtriſſimæ Communitatis dicebam veritati inhærendo verinrem, & melioribus rationibus, & fundamentis eſſe contrariam opinionem
fulcitam, nempè fructus omnes pendentes à die mortis D. Baiuliuij Mariæ pertinere ad dictam Communitatem,
nec aliquam eſſe faciendam diuiſionem pro rata tempo- 7
ris, quia per deuolutionem emphyteuſis dominium
vtile conſolidatur cum directo, & quod duplex erat vnum efficitur, quod dicitur plenum §. *fin. Inſtitut. de vſufruct.* Corbul. *de emphyt. tit. 12. de cauſ. priuat. ob lin. fin. num. 1. DD. in l. rectè dicimus ff. de verb. ſignific.* Gionagn. *conſil. 2. nu 8. lib. 1.* facta autem conſolidatione dominium
vtile, quod erat penes emphyteutam, cùm translatum fuerit in dominum directum neceſſariò fatendum eſt de
eo nihil perueniſſe ad hæredes emphyteutæ, quia duo domini eiuſdem rei, & eodem tempore inſolidum dari non poſſunt, *l. Pomponius §. ſed & his ff. de procur.* Signorol. de Homod. *conſ. 75. num. 9.* quod procedit ſignanter etiam in dominio vtili, Bald. *conſ. 116. ſub num. 4. prope fin. lib. 1.* Alex. *conſ. 3. ſub n. 5. lib. 5.*

Si igitur dominium vtile reuerſum eſt ad dominium directum dicendum eſt fructus pendentes in re emphyteutica
tempore talis conſolidationis, & cæteros deinceps ſpectare
ad dominum directum, cùm certum ſit in iure fructus rei 9
ſequi illius dominum, *l. & ex diuerſo §. vbi autem ff. de rei vendic.* Rot. *recent. deciſ. 310. num. 26. part. 5. & deciſ. 47. numer. 26. part. 6.* Vnde ſi illuſtriſſima Communitas habebat 10
dominium fundi, ita pariter erat domina fructuum pendentium, qui ſunt pars ipſius fundi. *l. fructus ff. de rei vendic.* Et quia ſata cedunt ſolo, ſicut cedit ædificium & plan- 11
ta, §. *qua ratione Inſtit. de rer. diuiſ. l. qua ratione, & l. adeò ff. de acquir. dom.* cùm turpis ſit pars, quæ ſuo non congruit
vniuerſo.

Et in ſpecie, de qua agimus ſcilicet de fructibus rei emphyteuticæ, vt ſequuta morte emphyteutæ, & per eam
facta deuolutione, & conſolidatione dominij vtilis cum directo fructus pendentes ſpectent ad dominum directum, fir- 12
mant Munoz. *de ratiocinat. Compat. 20. numer.* 18. ex pluribus, quos ibi allegat, & ante eum Baldus *in cap. 1. §. his conſequenter ſub num. 1. verſ. Item ſi dixiſſet tit. hic finit. lex in vſib. feud.* Ludouic. Molin. *de Maiorat. & tribut. tractat. 2. diſp. 635.* Cardas *de renouat. emphyt. q. 10. num. 1.* & alter Molin. *de primog. lib. 3. cap. 11. n. 7.* facit Tuſch. *tom. 4. concluſ. 495.*

Pro quo facit etiam id quod videmus in ſimili, nempè fructus pendentes rei venditæ ſpectare ad emptorem, ſtatim
enim atque, quod per traditionem transfertur dominium omnes fructus pendentes tamquam pars rei venditæ effi-
ciuntur ipſius emptoris quamuis de illis nihil dictum fuerit, 13
Rot. *in l. fin. ff. de iur. fiſc.* Alex. *conſ. 184. in princip. lib. 6.* Tuſch. *tom. 4. concl. 495.* & Theſ. *deciſ. 55. per tot.* vbi tamen limitat quoad partem colonicam, quæ ipſi colono cenſetur re-
ſeruata niſi venditor ſua manu, & expenſis coluerit fun- 14
dum, quia tunc etiam pars colonica ad emptorem ſpectaret, niſi ſit excepta, & reſeruata ipſi venditori allegat *gloſ. in l. Iulianus §. ſi fructus ff. de act. empt.* Iaſ. *in l. cum filiof. n. 180. ff. de leg. 1.* Rom. *conſil. 309. & alios, &c.* & limitat etiam niſi
tempore venditionis fructus eſſent plenè, & omninò maturi, ac ſtatim recolligendi, ita vt iam venditor ſe paraſſet ad
recollectionem, & manum appoſuiſſe emptore ſciente 15
dummodò emptor pluris non emiſſet ratione inſtantium fructuum, & ſic rem hanc pretio dignoſcendum, tradit idem
Theſaur. *d. deciſ 55. num. 6.*

Et ſicuti vſufructuarius non facit fructus ſuos, nec
illos tranſmittit ad hæredes niſi fuerint à ſolo ſeparati 16
per ſe, vel per alium, §. *Is vero Inſtitut. de rer. diuiſ. l. defuncta ff. de vſufruct. l. ſi vſufructuarius ff. de quibus mod. vſusfruct. amitt. & l. ſingulis ff. de ann. leg. &c.* Ita
etiam Emphyteuta finita emphyteuſi non poteſt fructus pendentes ad ſuos hæredes tranſmittere, ſed ad dominum vnà cum ipſa re deuoluuntur nulla facta diuiſione
ratæ, cùm in hoc detur paritas inter vſufructuarium, & emphyteutam, §. *adeo Inſtitut. de locat.* Conrad. *de contract. quæſt. 12.* Socin. *conſil. 167. num. 12. lib. 2. gloſ. in l. 2. Cod. de iur. emphyt.* Tuſch. *lit. E. concluſ. 218.* Caldas *de reno-*

uat. Emphyt. quæſt. 10. Iaſon *in l. 2. numer.* 18. *Cod. de iur. em-
phyt.*

Neque obſtat, quod feudatarius, & emphyteuta plus iu-
ris habeant quàm vſufructuarius, quia iſtud eorum maius
ius non procedit quoad perceptionem, & tranſmiſſionem
18 fructuum pendentium, ſed verificatur in alio, nempè, quod
poſſunt transferre, & donare ius ſuum de licentia domi-
ni, ac non finitur per mortem, ſed tranſit in deſcendentes,
vſusfructus verò finitur morte, & non poteſt alienari,
& ideò propter has cauſas videntur habere plus iuris, ſed
quoad fructus pendentes aſſimilantur vſufructuario, vt di-
ctum eſt.

Et idem eſt in Clerico beneficiato, qui quidem
ad ſuos hæredes tranſmittit fructus ante obitum recol-
lectos, pendentes verò, ſiue etiam à ſolo ſeparati, &
19 recollecti, non tamen exacti nec adhuc in horreo re-
poſiti ſpectant ad ſucceſſorem in beneficio, niſi probe-
tur conſuetudo de illis teſtandi, Durand. *deciſ.* 304. *per
20 tot.* & ratio eſt, quia Clericus in vita æquiparatur vſu-
fructuario, ſecundùm Zabarell. Imol. & Barbat. *de pe-
cul. Cleric.* & alios eruditè congreſſos per Barboſ. *de po-
teſtat. Epiſcopal. tom.* 3. *allegat.* 117. *numer.* 6. Ita vt ta-
lis ſucceſſor in beneficio non teneatur hæredibus ante-
21 ceſſoris reſtituere ſemina proiecta, cùm ſemen in fun-
dum deiectum illius pars efficiatur, Michalorium *tra-
ctat. de fratr. part.* 2. *cap.* 35. *numer.* 7. An autem poſſit
prætendere ſemina pro anno ſequenti à Camera, vel hæ-
22 redibus defuncti, ſi Camera ob compoſitionem non
ſuccedat, quando Anteceſſor deceſſit fructibus recollectis
pro affirmatiua opinione videtur text. *in cap. final. §. porro
de uffic. ordin. in 6. & l. item ſi fundi §. ſeminarios ff. de vſu-
fruct.* & ita obtinuiſſe teſtatur Michalor. *loc. citat. num.* 8. *&
vbi num.* 13. quod interpoſita appellatione, & productis mul-
tis fidibus Commiſſatiorum Spoliorum atteſtantium num-
quam fuiſſe ſolitos ſemina reſeruare per compoſitionem
fuit in parte confirmata, & in parte reuocata dicta ſenten-
tia.

Sed vt ad propoſitum caſum reuertamur non obſtat Soc.
alijque ſupra pro contraria opinione allegati, dum volunt
diuiſionem fructuum pendentium emphyteuſis deuolutæ
ob lineam finitam eſſe faciendam eo modo quo fit inter hæ-
redes feudatarij, & dominiũ feudi ipſo feudo deuoluto, quia
23 etſi aliquando ſumi poſſit argumentum de feudo ad emphy-
teuſim, tamen in materia iſta diuidendorum fructuum non
poteſt ſumi, ſed potius vt dictum fuit, deſumendum eſt ab
vſufructu, Munoz. *de ratioc. Comput.* 20. *n.* 18. vbi reprobat
Socin. & alios contrarium tenentes.

Non enim indiſtinctè, nec ſemper procedit ſimilitu-
do feudi, & emphyteuſis ſed ſecundùm quid, & non
24 ſimpliciter, Bald. *in cap.* 1. *num.* 17. *in fine*, *An. Agn. vel Fi-
lij defunct. in vſib. Feud.* Euerard. *in loc. à Feud. ad emph. n.* 47

Hinc ſequitur non obſtare, quod dicitur argumentum
25 à feudo ad emphyteuſim, valere, & ſic de fructibus rei
emphyteuticæ ad dominum deuolutæ idem dicendum eſſe,
quod de fructibus ad dominum deuoluti vt diuidi debeant
iuxta diſtinctionem de qua *in d. cap.* 1. *§. his conſequenter
tit. hic finit. lex in vſibus Feud.* nam id non procedit,
quando ſtatuta in feudo ſunt contra regulas iuris com-
munis Alexand. *conſil.* 106. *num.* 7. *lib.* 4. Eſt autem con-
tra regulas iuris communis ſtatuere, vt fructus non ſe-
quantur dominum, quoniam id vult ius commune, &
26 Rot. ſæpè præconizauit hoc axioma, quod fructus ſe-
quantur dominum ſicuti ſuperius probauimus, ideo in
hac materia fructuum emphyteuſis deuolutæ non eſt at-
tendendum quid fuerit ſtatutum in feudis, nec de feu-
do ad emphyteoſim hoc caſu trahendum eſt argumentum,
27 quod quidem argumentum nec etiam procedit, quando
in vtroque non militat eadem ratio, Euerard. *in loc. ab
emphyt. ad feud. numer.* 9. *& in loc. à feud. ad emphyt. ſub
numer.* 44. *verſ. limitat. tamen*. At ſine dubio diuerſa
ratio viget in caſu propoſito, nam emphyteuta ad nulla
onera, nec ad vlla ſeruitia erga dominum teneatur, ſed
exiguum ſolummodo canonem ſoluit in recognitionem
directi dominij, qui canon nullo modo correſpondet
vtilitati, quam percipit ex emphyteuſi, feudatarius au-
28 tem è contra onera grauia ſuſtinet, & perſonæ, &
bonorum ob pericula, & incommoda, ac ſumptus qui-
bus eſt obnoxius in præſtandis domino ſeruitijs feu-
do annexis, de quibus *in cap.* 1. *in princip. quibus modis
feud. amitt.* & ibi DD. Baldus *in dict. §. hic conſequenter
ſub num.* 1. Mart. de Laud. *de feud. lib.* 3. *tit.* 1. *numer.* 13. *&*
14. Iacob de S. Georgio *eodem tractat. verb. Et promiſe-
runt eidem Domino per tot.* & propterea magis faue-
tur Domino aduerſus hæredes emphyteutæ, quia ab eo
nulla ſeruitia recipit, & nullam vtilitatem, quàm ad-
uerſus hæredes vaſalli, & feudatarij, qui pro Domino
tot, & talia onera, atque incommoda ſuſtinere obno-
xius eſt.

Nec releuat, quod prædicta ſtricto iure procedat non
verò de æquitate, quaſi æquum ſit etiam hæredes emphy-
teutæ pro rata temporis admittere ad portionem fructuum
pendentium; quia reſpondetur, quod imò attenta ſupra-
dicta differentia quoad onera inter emphyteutam, & feu-
datarium ceſſat talis æquitas, vel etiam quia non eſt ſcripta 29
in hoc caſu, & ideò non attendenda, vt enim æquitas præ-
feratur rigori ſcripto debet eſſe ſcripta in illo caſu, & non
deſumpta ex caſu diuerſo, Bart. *in l. fideiuſſor §. quædam ff.
mand.* Iaſ. *in l. placuit C. de iud.* Tuſch. *concluſ.* 486. *n.* 40. Gra-
tian. *diſcept. forenſ. cap.* 639. *n.* 25.

Præterea illa diſtinctio ſupra relata de tempore mortis
feudatarij, ſcilicet ante Calendas Martij, vel poſt Ca- 30
lendas Martij vſque ad Calendas Auguſti, etiam in feudo
intelligitur quando non deuoluitur feudum ad dominum
directum, ſed continuat in alios inueſtitos, vt declarat Tu-
ſch. *litt. F. concluſ.* 494. de quo tamen articulo videndum
Fachin. *contron. iur. lib.* 7. *cap.* 97. Caualcan. *de vſufr. num.*
224. Scrader. *de feud.* & alijs relatis per Gratian. *diſcept.* 830.
num. 20.

An autem ſaltem teneatur dominus directus reſti-
tuere hæredibus emphyteutæ expenſas factas cauſa recol-
ligendorum fructuum, quæ videntur etiam reficiendæ 31
hæredibus ipſius vſufructuarij licèt vſusfructus per il-
lius mortem fuerit finitus, & cum proprietate conſoli-
datus, pro affirmatiua facit textus *in l. fundus, qui ff. fa-
mil. erciſc. l. ſi aperto §. final. de petit. hæredit.* Caſtill. *de vſu-
fruct. cap.* 77. *num.* 5. *&* 6. Caualcan. *eodem tit. numer.* 246.
Garz. *de expenſ. & melioram. cap.* 1. *num.* 11. Barboſ. *in l.
fructus num.* 8. *ff. ſolut. matr.* ſicuti feudo deuoluto ſi domi-
nus, vel agnati velint gaudere emolumento fructuum an te- 32
neantur ſoluere impenſas ſeminis, & culturæ hæredibus
feudatarij, tradit Iſern. *in cap.* 1. *§. his conſequenter num.*
20. *ad finem, tit. hic finit lex*, Roſental. *de feud. concluſ.* 42.
cap. 10. *n.* 66. *&c.* Tiraquell. *de retract. conuent. §.* 5. *gloſ.* 4. *nu-
mer.* 7.

Et quamuis prædicta eſſent ſatis clara ad fauorem il- 33
luſtriſſimæ Communitatis Imolæ, & magis de iure ve-
ra per ſupradictas rationes, & fundamenta, nihilo-
minus, quia negotia Communitatum, vt plurimum
paruipenduntur, & nemo eſt qui audacter illa defen-
dat prout propria, cùm cauſa ageretur coram Illuſtriſ-
ſimo, & Reuerendiſſimo Domino meo Benedicto de
Cittadinis Nobili Mediolanenſi Gubernatore Imolæ an-
nus 1652. viro integerrimo, & magnæ expectationis pro-
pter ſingularia, & ſumma illius merita, illis magis pla-
cuit opinio contraria Gratiani, & aliorum ſupra rela-
torum, & ſententiam tulit ad fauorem Illuſtriſſimæ Do-
minæ Alexandræ Summaiæ vſufructuariæ relictæ quondam
Illuſtriſſimi Baiuliuij Angeli Mariæ de Pantaleonibus pro
illa patrocinante Excellentiſſimo D. meo Franciſco Bo-
rello, à qua quidem ſententia cùm fuerit interpoſita ap-
pellatio, propter difficultates hinc inde conſideratas fuit
deuentum ad amicabilem compoſitionem, me, & dicto
Domino meo Franciſco Borello ab vtraque parte ſuaden-
tibus.

ARGVMENTVM.

Vendens fundum vnum ex duobus contiguis, ad quem ſolebat accedere per fundum retentum, an dicatur transferre in emptorem ius itineris, & viæ, & quid in diuiſione. Clauſulæ cæteratæ an extendantur. Præſcriptio qualiter procedat in ſeruitute diſcontinua, & an ſeruitus debita pro vno fundo extendatur ad fundum contiguum.

SVMMARIVM.

1 *Res tranſit cum onere reali ad quoſcumque poſſeſſores. Clauſula cæterata extendenda iuxta conſuetudinem, & quid operentur, num. ſeq.*

5 *Præ-*

4 *Prædium omne liberum præſumitur non obſtante vſu ſeruitutis.*
5 *Facta diuiſione fundi non poteſt vnus per partem alterius tranſire.*
6 *Idem eſt in venditione, & quando ſecus in vtroque.*
7 *Vicinus poteſt compelli dare ſeruitutem itineris, quando aliundè haberi non poteſt.*
8 *Inſpectio loci omni probatione præſtantior.*
9 *Quando poteſt aliunde haberi tranſitus non debet fieri cum damno vicini.*
10 *Quod tibi non prodeſt, & alteri nocet non eſt permittendum.*
11 *Veriſimilitudo eſt amica naturæ, & dirimit lites.*
12 *Res propria nemini ſeruire poteſt, ne detur actio, & paſſio in eodem ſubiecto.*
13 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*
14 *Subſtantia prius apparere debet antequam de accidentibus cognoſcatur.*
15 *Ius perſonale ad ſingulares ſucceſſores non transfertur.*
16 *Clauſulæ cæteratæ quid complectantur.*
17 *Non operantur quando non fuit expreſſa intentio partium.*
18 *Clauſulæ quantumuis geminatæ, & iuratæ deficiente conſenſu nihil operantur.*
19 *Interpretatio fit contra ſtipulatorem, & omiſſum habetur promiſſe.*
20 *Clauſulæ cæteratæ reſtringuntur ad naturam contractus, & non inducunt nouam ſeruitutem per prædium à venditorem retentum, & num. 21.*
22 *Seruitus diſcontinua non præſcribitur niſi immemorabili tempore.*
23 *Præſcriptio non procedit ſine quaſi poſseſſione in ſeruitutibus.*
24 *Quaſi poſſeſſio qualiter acquiratur in ſeruitutibus affirmatiuis, qualiter in negatiuis, & continuis, & quomodo ſcientia partis requiratur, num. 25.*
26 *Seruitus eſt reſtringenda ad tempus neceſſitatis, & debita pro vno fundo non poteſt extendi ad fundum contiguum, & quando ſecus, num. 27.*
27 *Seruitus poteſt fieri leuior, ſed non durior.*

C A P V T XIV.

DOminus Ioannes Andreas Signanus de Mutiliana, cum poſſideret plures tornaturas Vinearum vendidit vnam ex illis Domino Camillo de Boſij in eodem loco aliàs Vineas contiguas habenti, & poſtea reſiduum dictarum Vinearum Domino Ambroſio de Sachinis, contra quas Vineas D. Ambroſio venditas prætendunt hæredes dicti D. Camilli ſibi competere ſeruitutem ingreſſus, & egreſſus ſiue itineris pro eundo, & redeundo ad dictam tornaturam ab eorum parte acquiſitam eo ſub prætextu, quod dum omnes dictæ
Vineæ tenebantur à d. Signano ipſe eſſet ſolitus, vti huiuſ-
1 modi prætenſo itinere, & ſic cum illius onere, quod prædunt reale tranſiuiſſe ad quoſcumque poſſeſſores, Barboſ. *de Axiom. iur. Axiom.* 199. *num.* 4. & 5. Rot. *part.* 1. *recent. deciſ.* 199. maximè propter clauſulas, *cum omnibus, &c. & cum omni iure, &c.* & quas hoc modo cæteratas præſupponunt adeſſe in Inſtrumento emptionis, & fore extendendas iuxta ſtylum, conſuetudinem, & Formularium Florentinum, ex adductis per Merlin. *de pign. & hypoth. lib.* 2. *tit.* 4.
2 *quæſt.* 103. *num.* 3. *&c.* ac operari quod omnes ſeruitutes competentes venditoris competant etiam emptori, Barboſ. *de clauſ. clauſ.* 34

Cæterùm prædictis minimè obſtantibus exiſtimo Dominos de Boſijs malum ius facere, tum quia in facto non apparet, nec concludenter doceri poteſt D. Ioannem Andream Signanium, dum omnes illas Vineas poſſidebat vſum fuiſſe prætenſo itinere, quia re vera, vt benè norunt ſeniores habebat aliam portellam diſtinctam pro accedendo ad vineas in planitie poſitas, cuius adhuc extant veſtigia in via publica ſubtus columbarium, vbi etiam modò pertranſeunt poſseſsores alterius partis dictarum vinearum, quod certè ponit falcem ad radices, ac oſtendit
4 ſubtilitatem prætendentium in contrarium, certum eſt autem in iure quod quodlibet prædium ſiue ruſticum, ſiue vrbanum ab omni ſeruitute liberum præſumitur, *l. altius C. de ſeruit.* Sperell. *deciſ.* 55. *num.* 3. *lib.* 1. Cyriac. *controu. forenſ. cap.* 28. *numer.* 5. & 6. cum ab origine, & de iure naturali qualibet res libera exiſtat, & nulli ſeruituti obnoxia, niſi probetur per pactum expreſſum, vel ab alijs legitimis modis, quamuis eſsent in quaſi poſseſſione ſeruitutis, Rol. *conſ.* 82. *num.* 6. *lib.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 681. *num.* 35.

Quod non ſufficiat probare vſum itineris, niſi quoque probetur, quod talis vſus fuerit iure ſeruitutis ad quod probandum debet conſtare de bona fide, vel titulo, cum reſiſtat iuris præſumptio maximè quando adeſt alia via, quæ recta ducit ad fundum Aduerſarij, quia non eſt permittendum, quod quis per duas vias ingredi velit agrum ſuum in præiudicium alterius, & poteſt fieri reſiſtentia etiam contra Clericum citrà excommunicationem, benè probat videndus Gratian. *diſcept.* 559. *num.* 11. & *ſeqq.* Rot. *p.* 14. *recent. deciſ.* 389. *per tot.*

Et ad hoc competat ſeruitus itineris vide octo requiſita neceſſaria, per Menoch. *de retin. poſſeſſ. remed.* 5. *num.* 18. & *ſeqq. ad* 32. vide Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 398. *per tot.*

Tum etiam, quia ſicuti quando inter plures diuiditur
fundus, ſeu domus non videtur actum, quod vnus habeat
aditum per partem alterius, niſi expreſsè reſeruetur quam-
uis anteà vna pars alteri ſeruiret, ac quamuis aliundè tran- 5
ſitus haberi non poſset, *l. via conſtitus §. quæcumque ff. de ſeruit. rus. præd.* Cepol. *eod. tit. cap.* 38. *nu.* 2. Bertazol. *de clauſ. clauſ.* 23. *gloſſ.* 1. *num.* 4. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 9. Ciarlin. *contrau. forenſ. cap.* 76. *num.* 4. & *ſeqq. ad* 10. *lib.* 1. Tuſch. *lit. S. concluſ.* 230. *n.* 8.

Ita etiam vendens fundum vnum ex duobus aliquem
non poterat, nec ſolebat iter habere, niſi per alterum ſuum 6
fundum contiguum retentum non videtur in emptorem tranſtuliſſe ius itineris, nec viæ, niſi ita ſpecialiter, & expreſsè conuentum ſit, cùm ſimus in contractu, & agatur de ſeruitute diſcontinua quidquid contrarium ſtatuatur in ſeruitutibus cauſam continuam, & permanentem habentibus, & quando eſsemus in vltima voluntate, in qua fit latior interpretatio, vel quando fuiſset expreſſa clauſula cum acceſſibus, & introitibus, *l. in vendendo §.* 1. *ff. de contrah. empt. l. in tradendis, §. interpoſitis ff. comm. præd.* Cepol. *d. cap.* 38. *num.* 3. Capyc. *deciſ.* 187. Surd. *conſ.* 17. *num.* 6. & 23. Bertazol. *clauſ.* 25. *gloſſ.* 1. *num.* 6. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 5. *tit.* 16. *num.* 20. *ad* 25. Saluſt. Tiber. *de form. inſtr. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 3. *in fin.* Rot. Ferr. per Leoncil. *deciſ.* 101. *numer.* 9. & 10. Rota Bonon. penes Giuagn. *reſponſ.* 36. *num.* 25. Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 144. *num.* 9. Ciarlin. *d. contrau.* 76. *num.* 4. & *ſeq.* Altograd. *conſ.* 58. *num.* 7. & *ſeqq. lib.* 1. & *num.* 20. &c. *ibidem.*

Nec facit ſi dicatur quomodo ergo eſset conſultum emptori, vt poſſit ad rem emptam accedere. Quia vbi adeſset neceſſitas poſset venditor, vel alius vicinus compelli dare ſeruitutem itineris ſoluto ſibi iuſto pretio, & determinato loco opportuno per Iudicem, cùm minori illius incommoditate, *l. ſi quis ſepulchrum ff. de relig. & ſumpt. fun.* Gratian. *diſcept.* 681. *n.* 44.

Sed nos non verſamur in huiuſmodi caſu priuilegiato,
non offertur pretium, nec vlla adeſt neceſſitas, imò ex in-
ſpectione loci, quæ eſt omni alia probatione præſtantior, 8
Magon. *deciſ. Flor.* 55. *num.* 43. *in fine*, patet ad ſenſum D.
Camillũ emiſse prædictum petium Vineæ ſibi contiguæ, &
incorporatæ cum alijs ſuis Vineis ad illas augendas, & non
pro conſtituendo fundo ſeparato, & ſemper tamquam ad
vnicum fundum ex ſua deſtinatione habuiſse acceſsum, &
iter per propriam antiquam illius portellam, quæ licèt etiam
non adeſſet poſset cum magna facilitate abſq; damno, & in-
iuria vicinorum per viam publicam fieri ad dictum petium
emptum à D Signanio, vnde cùm hæredes D. Camilli poſ- 9
ſint aliundè etiam commodius tranſire illis obſtat ratio tex
in l. præſes C. de ſeruit. & aqu. quam in his terminis ponde-
rauit Rot. Ferr. per Leoncil. *deciſ.* 102. *n.* 7. & probauit Rot-
Roman. *in Maceratenſ. Fabric.* 26. *May* 1633. penes Dua
ran. *deciſ.* 550. *n.* 3. Ciarlin. *contrau.* 13. *num.* 10. *lib.* 1. Et re-
gula quod tibi non prodeſt, & alijs nocere poteſt videri po- 10
tiùs ad æmulationem, quam ad vtilitatem, & non eſse
permittendum, vt notant DD. & præcipuè Faber. *inſt. de
leg. Fuſ. Can. tol.* ob quam ratione veriſimile etiam redditur
quondam D. Camillum virum diſcretiſſimum non procu-
raſſe ſibi conſtitui huiuſmodi ſeruitutem inutilem, veri-
ſimilitudo autem eſt multum amica naturæ, & ex ea 11
tamquam lege omnes lites dirimuntur, Tiraquell. *in l. ſi vn-
quam in præfat. n.* 38. *Cod. de reuoc. donat.* Montan. *de tut. cap.*
30. *num.* 26.

Neque dicti hæredes D. Camilli iuuari poſſunt ex eo,
quod Dominus Signanius vſus fuerit quandoque huiuſ-
modi itinere per Vineam, & portellam, de qua agitur
quando erat omnium vinearum dominus, & poſſeſſor, tum
quia vt dixi id non extitit probatum, tum etiam quia dato, &
non conceſſo id verum eſſe, propter confuſionem non po-
terat dici iure ſeruitutis fieri, ex quo res ſua nemini ſeruire
12 poteſt, ne detur actio, & paſſio in eodem ſubiecto, Bart. *in
l. quæ duas areas ff. de ſeruitut. vrb. præd.* Surd. *conſil.* 17. *nu.* 4.
& num. 20. Barboſ. *de Axiom. iur. Axiom.* 199 *num.* 10. Rota
in recent. part. 1. *deciſ.* 199. *num.* 12. *circa medium, & num.*
15. *& in nouiſſ. part.* 6. *deciſ.* 67. *num.* 12. vbi quod iſtud vulga-
ribus regulis repugnat, ideò ſeruitus, quæ non erat non po-
teſt dici in dictos hęredes translata cum non entis nullæ ſint
13 qualitates, *l.* 3. *ff. de vſufr. & l. eius qui in prouincia ff. ſi cert.
pet.* priùs enim apparere debet de ſubſtantia rei antequam
cognoſcatur de illius accidentibus, Baldus *in l.* 2. *ff. de bon.
poſſ. ſecund. tab.* Dec. *conſ.* 508. *num.* 5. Atque in omnem ca-
14 ſum fuiſſet exercitium, & factum quoddam perſonale ad ſin-
gulares ſucceſſores non tranſitorium, ex traditis per Cepol.
15 *de ſeruit. cap.* 2. *num.* 5. cum alijs per Rota *recent. d. deciſ.* 199.
per tot.

Clauſulæ autem cæteratæ quas præſupponunt dicti hære-
des extare in inſtrumento venditionis licèt videantur poſſe
extendi tamen complectuntur ſolùm verba deficientia ad
perficiendam orationem iam ceptam non autem comple-
16 ctuntur clauſulas ſubſtantiales non inceptas, prout eſt clau-
ſula cum acceſſibus, & introitibus, Gratian. *diſcept. forenſ.
cap.* 447. *num.* 12. *&* 13. & latè explicat Barboſ. *de clauſ. clauſ.*
14 *per tot.* ſequitur latè Altograd. *conſil.* 75. *num.* 14. *& ſeqq.
lib.* 2.

Nec aliquid operantur quando in inſtrumento non fuit
17 ad plenum expreſſa intentio partium, Crau. *conſ.* 34. *in fine*,
quem ſequitur Gratian. *d. cap.* 447. *num.* 13. cum alijs per Sa-
luſt. Tiber. *loc. ſup. cit. cap.* 37. *in fine*, deficiente enim conſen-
ſu clauſulæ quantumuis geminatæ, ampliſſimæ, & iuratæ
18 nullam vim habent, idem Gratian. *diſcept.* 763. *num.* 13 cum
in ſtipulationibus omiſſum habeatur pro omiſſo, *l. quidquid
19 adſtringendæ ff. de verb. obligat.* & eſt facienda interpretatio
contra emptorem, & ſtipulatorem, qui poterat apertius le-
gem pacti ſibi dicere, *l. veteribus ff. de pact.* Altograd. *conſil.*
52. *n.* 22. *lib.* 2.

Magis autem ad caſum noſtrum in terminis huiuſmo-
di clauſularum, quod reſtringantur ad ea, quæ ſunt de
20 natura contractus, & operentur ſolum tranſlationem ſer-
uitutum realium competentium venditori per alienum
prædium, non verò inducant nouam ſeruitutem per aliud
prædium venditoris retentum, Bertazol. *de clauſ. clauſ.* 26.
gloſſ. 8. *num.* 2. Coſt. *de clauſ. conuent. clauſ.* 49. cum alijs
per eum adductis, & ſequitur Barboſ. *eod. tract. clauſ.* 34.
num. 3. Et quod dictæ clauſulæ operentur ſolum, vt veniant
illæ ſeruitutes, ſine quibus res empta inutilis eſſet apud
emptorem, quæ alias non expreſsè non venirent, & em-
ptor patienter ferre deberet, & ſibi imputare; vide per Al-
tograd. *conſil.* 52. *num.* 26. *poſt medium*, *& num.* 28. *lib.* 2.
Cùm igitur repugnet regulis noſtris dicere, quod extaret
aliqua ſeruitus tempore venditionis propter confuſionem,
& alias rationes ſupra adductas manifeſtè apparet non po-
tuiſſe D. Camillum transferre prætenſum ius eundi per
Vineas vltimo loco venditas D. Ambroſius de Sachinis,
etiam dato, & non conceſſo, quod D. Signanius vteretur
dicto prætenſo itinere, dum omnes Vineas poſſidebat,
&c. ſed ſat erit dicere, quod operentur quoad ſeruitutes
in eſſe deductas tempore venditionis, abſque eo quod com-
21 præhendant clauſulas ſeparatas nouam ſeruitutem inducen-
tes contra regulas iuris, & conſenſum contrahentium
etiam per locum ſolitum tempore venditionis, & ante,
prout vltrà ſupracitatos DD. in ſimili notat Gratian. *di-
ſcept.* 227. *& num.* 44. & Altograd. optimè *conſil.* 75. *num.* 17.
& ſeqq. lib. 2. Maximè quia adeſt fundus intermedius, qui
impedit ſeruitutem realem conſtitui, Bart. *in l. Si prius ff.
de aqu. plu. arcen.* Cæpol. *de ſeruit. cap.* 18. Bertazol. *clauſ.* 23.
gloſſ. 2.

Nec replicari poſſe videtur ius ſeruitutis eſſe præſcri-
ptum, quia cùm agatur de ſeruitute diſcontinua (circum-
ſcriptis etiam teſtium depoſitionibus an concludant iux-
ta formam præſcriptam, & de tempore cum dictione,
22 *& citra, &c.* & non, *à*, ſecundum Natt. *conſil.* 69. *numer.* 1.
& 2. *lib.* 1.) non ſufficit tempus longum, ſed immemo-
rabile requiritur, Caualer. *deciſ.* 632. *num.* 8. prout etiam
requiritur quaſi poſſeſſio, ſine qua nulla procedit præſcri-
ptio, *cap. ſine poſſeſſione de reg. iur. in* 6. & iſta quaſi poſ- 23
ſeſſio in ſeruitutibus affirmatiuis, quatum vſus poteſt eſſe
per modum facultatis naturalis, vt ire per fundum alienum,
quod eſt licitum de iure naturali donec prohibeatur à do-
mino, non acquiritur per vnum, & ſimplicem actum,
ſed continuatus actus, & vſus eundi ſaltem per triginta 24
dies continuos requiritur, *l.* 1. §. *hoc interdicto*, vbi Bart.
& alij *ff. de itin. actque priuat.* quidquid ſit in alijs actibus,
qui non ita conſiſtunt in mera facultate, ſed potius per mo-
dum debiti, & præſumptione ſeruitutis exerceri ſolent, vt 25
immittere tignum in alienum; vel in ſeruitutibus negati-
uis, vt altius non tollendi, in quibus acquiritur quaſi poſ-
ſeſſio per vnicum actum cum patientia aduerſarij, cuius
ſcientia etiam requiritur aliàs vi clam, ſiue precario atten-
tatum non nocet, prout hæc, & alia ad materiam facien-
tia, latè explicat Omot. *inſtitut. de ſeruit.* §. *fin. num.* 6.
& ſeq. ad 19.

Atque in omnem caſum, quod prædicti Domini de Boſijs
aliquod ius prætendere poſſent, quod ex prædictis non eſt
dicendum non poſſent illud dilatare ſingulis horis, & die-
bus indiſcriminatim tranſeundo per dictas Vineas, & illas
calcando cum notabili damno, & reddendo illud duriſſi-
mum extendendo, etiam pro vſu aliarum ſuarum Vinea-
rum adiacentium, ſed eſſet limitandum arbitrio boni viri,
& reſtringendum ad tempus neceſſitatis pro cultura, & re-
collectione fructuum dictæ tornaturæ dumtaxat à D. Signa- 26
nio acquiſitæ, & non vltra, cùm ſeruitus debita pro vno
prædio non poſſit ad aliud prædium contiguum extendi,
Surd. *conſ.* 27. *n.* 7. *verſ. neque obſtat*, idem Surd. *conſ.* 41. *num.*
1. 2. 6. *&* 7. & Theſaur. *quæſt. forenſ.* 81. *per tot. lib.* 1. vbi vi-
detur firmare, quod ſeruitus debita pro vno fundo poſſit 27
extendi ad alium contiguum, quia iſti loquuntur quando
propter talem extenſionem ſeruitus durior non efficeretur,
ſecus autem in caſu noſtro, cùm non duriorem, ſed leuio-
rem ille, cui debetur facere poſſit, ex traditis per Carpan.
ad ſtat. Mediol. cap. 331. *num.* 12. *vol.* 2. *& cap.* 338. *num.* 2.
eod. vol. 2.

A R G V M E N T V M.

Scala an poſsit muro communi apodiari. Feneſtra an, & quando fieri poſſit in proprio pariete, vel communi eleuato non appoſita ferrata. Murus ex quibus dicatur ad ædificandum, quando proprius, vel communis, & an communis pro diuiſo, vel pro indiuiſo. Appellatio qualiter extinguat iudicatum, & quando iudicium peritorum non ſit attendendum.

S V M M A R I V M.

1 *SEruitus non debetur, niſi probetur.*
2 *Æmulatio non præſumitur, ſed ab allegante probari debet.*
3 *Scala quando poſſit apodiari muro communi, n.* 22.
4 *Murus communis poteſt cooperiri.*
5 *Damnum modicum vicini non attenditur ſtante vtilitate ædificantis.*
6 *Ædificium factum partim vt proſit, & partim vt noceat ſuſtinetur.*
7 *Feneſtra quando poſſit fieri in proprio pariete, & quando in communi, n.* 8.
9 *Feneſtram facere reſpicientem in fundum vicini non eſt ei imponere ſeruitutem.*
10 *Feneſtris quoad regulariter non ſint apponenda ferrata, & quando ſecus.*
11 *Stilus contra ius commune non poteſt induci à Iudicibus.*
12 *Feneſtra omnes ſi eſſent claudenda tota ciuitas commoueretur.*
13 *Iudices tenentur litibus obuiare.*
14 *Feneſtra non poteſt fieri pro habendo proſpectu in conuentibus, & ſeminarijs; flatus ventorum, & aeris non poteſt religioſis impediri per eleuationem ædificij.*
15 *Præſcriptio qualiter procedat in ſeruitutibus, & quod ſit refugium miſerorum, num.* 16.
17 *Ædificari poteſt in proprio ſolo etiam cum damno, & incommoditate vicini.*

Ædi-

18 *Aedificari poteſt prope murum communem nullo relicto ſpacio.*
19 *Aedificari quando poſſit in muro communi diuiſorio, num.21.*
20 *Murus ex quibus ſignis dicatur deſtinatus ad ædificandum.*
22 *Aedificari quando poſſit in re communi inuito ſocio.*
23 *Aedificans ſciente, & patiente vicino non poteſt cogi ad demoliendum.*
24 *Aedificari quomodo poſſit apodiando ſuper muro diuiſorio ſiue ſit communis, ſiue non.*
25 *Aedificium factum ſuper pariete alieno, quando non demoliendum.*
26 *Regula quod mihi prodeſt, & tibi non nocet, procedit etiam in ædificando.*
27 *Murus ex quibus ſignis dicatur proprius, vel communis remiſſiue.*
28 *Murus communis in dubio dicitur communis pro diuiſo, non autem pro indiuiſo, & quid importet.*
29 *Appellatio non ſolùm ſuſpendit, ſed extinguit iudicatum.*
30 *Iudex appellationis in dubio debet reuocare ſententiam primi, quare, & quando ſecus 31.*
32 *Iudicium peritorum valdè fallax, & periculoſum.*
33 *Iudicium peritorum debet omitti, quando aliundè conſtat de veritate, etiam ſi ſtatutum iuberet illos adhiberi.*

C A P V T XV.

DOminus Guidus Sabellus de Mutiliana ſciens pro-
priam eius domum, & Curtem nullam debere ſerui-
tutem altius non tollendi, vel ſimilem alteri domui ſibi con-
tiguæ, & in hoc habere fundatam intentionem de iure com-
muni, quo diſponitur ſeruitutem non deberi niſi probetur
1 per pactum clarum, & expreſſum, vel præſcriptionem, *l.al-
tius C.ſeruit.cum concordantibus*, Gratian. *diſcept.forenſ.cap.
572.num.58.* ad propriam ipſius vtilitatem, vel potiùs ne-
ceſſitatem ingrediendi ſecundum appartamentum domus
2 ſuæ, & non ad alicuius æmulationem, prout præſumitur,
& contrarium ab allegante probari deberet, Magon. *deciſ.
Luc.29.num.13. & ſeqq.* Roman. per Duran. *deciſ.450. num.
8. & 9.* erexit ſcalam lapideam in ſuo cortili prope murum
contiguum Franciſco Ragazzino, vbi antea habebat ſtabu-
lum dicto muro apodiatum eiuſdem altitudinis cum ipſo
muro, quod fieri potuiſſe non eſſet dubitandum, tum quia
ab antiquo habuit ſemper abſque vlla contradictione in di-
cto muro apodium tignorum, & tecti dicti ſtabuli, tum
etiam quia dicta ſcala nullam affert læſionem, non impedit
3 muri refectionem quatenus opus eſſet, nec aliquod aliud
opus in eo faciendum, & per ſe ſubſiſtere poſſet, ac propte-
reà potuiſſent etiam lapides, & ſcalini dictæ ſcalæ immitti in
dicto muro, licèt communis eſſet, cùm ſit multum groſſus,
ſufficiens, & idoneus ad talia, & maiora onera ſuſtinenda
abſque vlla debilitatione, nec idem aliquid vicini intereſſet
de huiuſmodi modica immiſſione, & admodum leui ponde-
re, Cæpol. *de ſeruit.vrb.præd.cap.54.* de ſcalis, vbi teſtatur, ita
vidiſſe iudicari, Magon. *deciſ. Florent. 46. num. 10
& 11.*

In cuius quidem ſcalæ, ac muri ſumitate tecto ſupraposi-
4 to (rectè enim potuit tectum fieri, & etiam cooperari paries
communis, cùm ex hoc nullum damnum, ſed potiùs com-
modum reſultet vicino, Cæpol. *de ſeruitut. vrb.præd.cap.40.
num.22.*) dictus D.Guidus reliquit aperturam reſpicientem
ſupra dictum murum non verſus domum dicti Franciſci,
ſed verſus Tramontanam, & quoddam angulum extremi-
tatis ſui cortilis, quæ apertura, vel feneſtra eſt valdè minor
quàm anteà eſſet vbi murus erat in totum apertus, & diſco-
opertus, ac vltra ſalubritatem aeris affert lumen dictæ ſca-
læ, quæ aliundè illud recipere non poteſt, & vni Cameræ
mediante oſtio directè contrapoſito abſque vllo prorſus
damno dicti vicini nec actu, nec potentia, cùm non reſpi-
ciat ſuam domum, nec illam in aliqua parte obſcuret, reman-
5 ſit enim ex omni latere ſol, & aer liber prout antea erat, licèt
ſtante vtilitate ædificantis, & ſic ceſſante æmulatione modi-
cum damnum vicini non eſſet attendendum, Caſtr. *in d.l.al-
6 tius C.de ſeruit.* Gratian. *diſcept.forenſ.cap.752.num.92.* Im-
mò ſi factum fuiſſet ædificium mixta ratione, vt ſcilicet vi-
cino noceret, & ædificanti prodeſſet, deberet ſuſtineri ex
cauſa, quæ prodeſt, quia iudicandum eſt ex effectu non ex

affectu, cùm non lædatur ex conſilio, qui non oſtenditur re
ipſa, Bald. *in c. cum Eccleſia Vulterana 31.n.5.col.pen.de elect.*
Iaſ. *in l.quamuis n.34.col.5.verſ.quintò principaliter*, vbi Ripa
n.29.de flum. Surd. *conſ.153.n.14.lib.2.*

Quibus ſtantibus nullum eſt dubium potuiſſe relinqui
huiuſmodi aperturam, per quam potiùs reperitur facta
melior conditio vicini, quàm anteà eſſet quando murus erat
totus apertus cum porta, & feneſtris ſecundi appartamenti
domus dicti D. Guidi deſuper reſpicientibus dictum mu-
rum, & cortile vicini, cùm certi iuris ſit poſſe fieri feneſtram
nouam non ſolùm in proprio pariete, vbi anteà numquam 7
fuit, licet per eam poſſent videri ſecreta vicini, & haberi
proſpectus in eius horto, quando non probatur debita
ſeruitus, vt non poſſit fieri feneſtra, nec fit ad æmula-
tionem, quæ vt iam dictum eſt numquam præſumuntur,
ſed ab allegante probari debent, Cæpol. *de ſeruitut. vrb.
præd. cap.62.* Vrſil. ad Afflict. *deciſ. 225. per tot.* Oinot. *in
§. prædiorum vrbanorum numer. 21. Inſtitut. de ſeruitut.
præd.* verùm etiam in muro eleuato, & altiùs proprijs ex-
penſis ædificato ſupra murum communem ad propriam 8
ædificantis vtilitatem, præcipuè quando, prout in caſu no-
ſtro, nullum affert feneſtra nocumentum vicino, non
mutat faciem loci, nec in aliquo debilitat parietem com-
munem, Caſtr. *in l. eos pen. de ſeruitut. vrb. præd.* & Cæ-
pol. *d. cap.62. de feneſtra numer. 4.* ſequitur latè Altograd.
conſil. 100. num.41. & ſeqq. lib. 1. vbi dicit ſe ſemper in fa-
cto, & de conſuetudine ita vidiſſe obſeruari, vt indiſtin-
ctè permittantur dictæ feneſtræ in muro communi ab
vno ex ſocijs eleuato, ac poſſe eleuari pro indubitato ſup-
ponit, ſicuti nos etiam paulò infrà alijs auctoritatibus de-
monſtrabimus, facere enim feneſtram reſpicientem in 9
fundum vicini non eſt imponere ſeruitutem vllam vici-
no, vt vulgus putat, ſed vti propria libertate, quæ om-
nibus naturaliter competit ad recipiendum aerem non tan-
tùm hominibus, ſed cæteris quoque animantibus iure
naturali communem iuxta text. *in §. & quidem inſtitut. de
de rer. diuiſ.* Imò autem imponeretur ſeruitus ædificanti
contra regulas iuris ſi impediretur vti dicta liberta-
te, & facere feneſtram ad ſui libitum, vt eſt de mente ſu-
pracitatorum Doctorum, dum volunt poſſe fieri huiuſmodi
feneſtras, niſi probetur debita ſeruitus in contrarium, quæ
præſumitur, nec niſi voluntate dominis ex pacto, vel
præſcriptione imponi, vel acquiri poteſt ex vulgatis iuri-
bus.

Adeò vt faciens de nouo huiuſmodi feneſtras non poſſit
de iure cogi ad apponendum eis crates ferreas, vel ſerratas,
nec ad illas renouandas quatenus priùs extarent in feneſtris 10
antiquis, & eſſent vetuſtate conſumptæ, niſi ſit debita ta-
lis ſeruitus, vel probetur contradictio, quando quis voluit
eas tollere, & acquieſcentia prohibiti cum tempore habili
ad præſcribendum, vel niſi quis vellet eas tollere ad deſpe-
ctum vicini principaliter, vt ſibi ſua ſponte faciliorem para-
raret aditum in eius domum, Cæpol. *de ſeruit. vrb. præd. cap.
55. de ferratis*, ſequitur latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.752.
n.81. ad 92. vbi n.83. & ſeqq.* quo prætenſus ſtylus contrarius
Tribunalis Magiſtrorum viarum tamquàm deciſorius, &
contra ius commune eſſet formiter, & plenè probandus, &
probatus nihil releuaret, quia cùm ſit contra ius, non po- 11
tuit introduci à Iudicibus deputatis ad ius reddendum, qui
non habent poteſtatem condendi, & inducendi leges con-
trarias, & correctorias iuris, ſed eſſet neceſſaria lex Princi-
pis vel conſuetudo inducta per tot, & tales actus, qui deue-
nerit ad notitiam maioris partis populi, adeò vt poſſet dici
conſtare de tacito conſenſu, per quem ſit iuri derogatum, vt
benè ratiocinatur Gratian. *loc. cit.*

Ac in ſumma, vt inquit idem Gratian. *dict. cap.752. nu.91.
& 92.* ſi omnes feneſtræ, & ambulacra, vulgò *le loggie*, reſpi- 12
cientia in viridaria, & hortus vicinorum eſſent reducenda
ad ſolum lumen, tota Ciuitas, & ſtatus commoueretur, cùm
nullibi adſit viridarium, in quo vicini non habeant proſpe-
ctum, & tamen omnes acquieſcunt, prout facere debent bo-
ni vicini, nec iurgia, & lites quærere, quibus etiam tenentur 13
Iudices obuiare, *l. æquiſſimum in princ. ff. de vſufruct.* ac ita
fuiſſe deciſum teſtatur.

Contraria autem, quæ poſſent circa huiuſmodi proſpe-
ctum allegari, procedunt in caſibus particularibus, & pri-
uilegiatis propter honeſtatem tuendam, vt ſcilicet non poſ-
ſit fieri feneſtra, vel ædificari pro habendo proſpectu in Se-
minarijs iuuenum Conuentibus monialium, vel etiam re-
gularium maſculorum, & ſimilibus, quibus etiam fauore

religionis per eleuationem ædificij non poteſt à vicinis impediri flatus ventorum, & aeris ſalubritas, vt plenè per Rot. Rom. coram Buratt. *in Romana altius non tollendi* 30. *May* 1622. *& coram Pironano Romana Tramontana* 17. *Iulij* 1623. cum alijs per Fenzon. *ad ſtatut. vrb. cap.* 104. *per tot.*

Neque dictus aduerſarius prætendere poteſt aliquam præſcriptionem ex eo, quod numquam ibidem fuerit feneſtra, cùm vt dictum eſt, imò per antea maior eſſet feneſtra ſi totus murus erat apertus, & liber cum terracino deſoper totum murum occupante, ex quo eodem, ac ampliori modo inſpiciebatur in cortile dicti vicini, nec probet quaſi poſſeſſionem alicuius ſeruitutis, ſine qua in incor-
15 poralibus non procedit præſcriptio, quæ quaſi poſſeſſio, cùm eſſemus in ſeruitutibus negatiuis non eſſet acquiſita, niſi per actum prohibitionis cum acquieſcentia prohibiti, Oinot. *in §. fin. num.* 7. *&* 8. *Inſt. de ſeruitut. præd.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 89. *num.* 18. *&* 19. ac deficiunt omnia alia requiſita neceſſaria, quæ tot, & talia ſunt, vt præſcriptio dicatur
16 refugium miſerorum, & eam allegans efficiatur ſimilis piſcatori anguillarum, quæ ſæpè manus piſcatorum effugiunt, dum illas tenere credunt, Plot. *conſ.* 59. *num.* 3.

Certum eſt autem ſecluſa ſeruitute, & æmulatione poſſe
17 quemlibet non ſolùm in proprio ſolo ædificare, & altius tollere vſque ad cœlum, etiam cum damno, & incommoditate vicini, *d. l. altius C. de ſeruitut.* Duen. *reg.* 33. *fol. mihi*
18 44. Magon. *deciſ. Luc.* 29. *num.* 7. ſed etiam propè murum communem nullo relicto ſpatio iuxta formam *l. fin. ff. fin. regund.* Theſ. *deciſ.* 115. *num.* 2. *&* 3. Merend. *controu. iur. lib.* 7. *cap.* 37. *per tot.* & in ipſo muro communi etiam diui-
19 ſorio, quando ob eius groſſitatem, & fortitudinem eſt ad id aptus à fundamentis, cùm non ſit incompatibile, vt murus ſit diuiſorius, & poſſit etiam ſeruire pro ædificio ſtante illius aptitudine, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 542. *num.* 47. *&* 55. & latè, ac magiſtraliter Theſaur. *deciſ.* 41. *per tot.* & Merend. *d. controu.* 37.

In caſu autem noſtro ſatis ſuperque ex inſpectione conſtat dictum murum eſſe aptum ad recipiendum quodlibet ædificium, imò ad id præcipuè deſtinatum ex eo quod per continuationem eſt inſeparabiliter coniunctus, & vnitus alteri muro, qui à centro vſque ad ſummitatem domos
20 ipſas ab intra ſuſtinet, & diuidit, benè cæmentatus, & vnà cum eo eodem tempore conſtructus cum eiſdem fundamentis, & eiuſdem groſſitatis, planus deſuper, non coopertus, nec cum merlis, vel corona, nec vt vulgò dicitur *à ſchiena d'aſino*, ex quibus ſignis Pedemontanus Senatus teſte Theſ. *d. deciſ.* 41. *num.* 24. ad finem iudicauit murum eſſe deſtinatum ad ædificandum, & altius tollendum, ac potuiſſe altius tolli, & eleuari.

Ad euitandum igitur nouam, & maiorem impenſam conſtruendi alterum murum vnitum propè dictum murum antiquum, prout fieri potuiſſe nullo ſpatio relicto dictum eſt ex Theſaur. & Merend. *loc. ſup. cit.* ſicut iam antea abſque vlla contradictione ſemper fuit ſtabulum, ex quo nouo pariete, & ædificio reſultaſſet idem, ac maior effe-
21 ctus, & proſpectus in cortile vicini, potuit d. D. Guidus dictam ſcalam apodiare huiuſmodi muro antiquo ſatis groſſo, prout erat ſtabulum appodiatum, imò proprijs expenſis potuiſſet ſuper illo ædificare, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 572. *num.* 53. *&* 54.

Tria enim ſunt quæ permittunt in re communi inuito
22 ſocio ædificare, pactum ſcilicet, patientia, & natura rei, Magon. *deciſ. Flor.* 46. *num.* 10. *&* 11. vbi in terminis, quod eſt licitum muro communi ſcalas appodiare, & ſimilia facere, quæ non nocent vicino, prout factum eſt in caſu noſtro iuxta naturam, & aptitudinem ſitus dicti muri, circa quod nec deficit ſcientia, & patientia dicti aduerſarij de
23 tempore facti ædificij, cùm quotidie videret, & taceret, quo caſu ædificans redditur tutus, & non poteſt compelli ad demoliendum, quaſi vicinus tacendo, & non nunciando nouum opus videatur concedere facultatem ædificandi quatenus non competijſſet, licèt ex prædictis in caſu noſtro non potuiſſet controuerti, aliàs ex malo animo, & vitio non nunciantis, & tacentis ſequeretur damnum ædificantis ſi poſt ſumptus factos cogi poſſet deſtruere, quod non eſt ferendum, Caſtr. *in l. ſi precario* 18. *poſt medium verſ. mihi videtur, &c. ff. com. præd.* Io: de Amic. *conſ.* 76. *num.* 2. Honded. *conſ.* 84. *num.* 55. *lib.* 2. Surd. *conſ.* 233. *num.* 19. *lib.* 2. ſequitur Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 957. *num.* 51. *& ſeqq.*

Et quod poſſit vicinus ædificare, & altius tollere domum
propriam apodiando ſuper muro communi diuiſorio, vel 24
quatenus communis non eſſet ſoluendo pretium partis illius, etiam quod per huiuſmodi ædificium clauderentur, & in totum obſcurarentur feneſtræ domus alterius vicini, dummodò non ſit debita ſeruitus altius non tollendi, & non fiat ad æmulationem, Felic. *de ſocietat. cap.* 28. *n.* 21. *& ſeqq.* ac ita fuiſſe in Rot. Romana deciſum, latè teſtatur, & multis fundamentis comprobat Duran. *deciſ.* 450. *per tot.* quæ pro alijs dicendis ſufficiat.

Quinimò licèt ædificium fuiſſet factum ſuper pariete alterius vicini tantùm, & non communi, Surd. *deciſ.* 168.
num. 5. *& ſeqq.* affirmat Senatum iuſſiſſe non demoliri ſo- 25
luta per ædificatorem muri parte ſtante illius vtilitate, & modico præiudicio domini parietis, *per l.* 2. *§. item varus vbi DD. ff. de aqu. pluu. arcend.* ſequitur Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 541. *num.* 7.

In ædificando enim locum habet regula, quod mihi prodeſt, & alteri non nocet eſſe permittendum, & ideò ædi-
ficari poteſt nedum in communi, ſed etiam in alieno quan- 26
do ædificanti prodeſt, & domino non nocet, *d. §. item varus*, cum alijs per Gratian. *d. cap.* 541. *num.* 8. *&* 9. Quæ tamen dicta ſint ex abundanti, cùm nos verſemur non ſolùm in muro communi, prout prætenditur ab aduerſario, ſed potius proprio dicti D. Guidi ſicuti conſtat ex ſtructura dicti ſtabuli, & terracini, quod ſemper fuit dicto muro apodiatum, ac ex alijs multis ſignis, & præſumptionibus, quæ
aliàs adducentur vbi opus erit, interim ſufficiat remiſſio, 27
ad notata per Cæpol. *de ſeruit. vrb. præd. cap.* 40. *num.* 14. *& ſeqq.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 73. *per tot.* Magon. *deciſ. Flor.* 55. *num.* 38. *& ſeqq.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 263. *per tot.* Altograd. *conſ.* 100. *num.* 13. *& ſeqq. lib.* 1.

Stante autem communione muri dato, quod non eſſet aptus, & deſtinatus ad ædificandum, prout eſſe ad id aptum, & deſtinatum ex multis eius qualitatibus, & ſignis ſupra demonſtratum fuit, in dubio præſumeretur communis pro
diuiſo, non autem pro indiuiſo, quo caſu, & ſic quando 28
eſt communis pro diuiſo, quilibet poteſt pro ſua parte altius tollere inuito ſocio, cùm dicatur in re propria ædificare, præſertim, quando eſt in quaſi poſſeſſione parietis, ac agitur de pariete multum groſſo, & huiuſmodi diuiſionem commodiſſimè patiente, Ang. *in l. hoc quod dictum §. ſi ex tribus ff. de ſeruit. vrb. præd.* Corn. *conſ.* 90. *num.* 14. *& ſeqq. lib.* 2. *& conſ.* 184. *num.* 2. *lib.* 1. cum alijs multis, quos refert, & ſequitur Menoch. *d. præſumpt.* 73. *num.* 23. *& ſeqq. ad finem*, & eſt diſtinctio communis ab omnibus approbata Boer. *conſ....* Cæpol. *de ſeruit. vrb. præd. cap....*

Neque obſtat contraria relatio facta per quemdam peritum ignarum, quia appellatio interpoſita non ſolùm eius
iudicium ſuſpendit, ſed omnem præſumptionem ex eo re- 29
ſultantem omninò elidit, & extinguit, iuxta *l.* 1. *ff. ad Turpil.* Oſaſch. *deciſ.* 13. *num.* 4. Magon. *deciſ. Flor.* 132. *n.* 11. Ita vt Iudex appellationis ad curandam conformitatem,
ac vt cauſæ melius ventilentur, & damno partis conſula- 30
tur debeat in dubio potius reuocare ſententiam primi, quam illam confirmare, Cabal. *conſ.* 85. *num.* 8. *& conſ.* 118. *num.* 6. *lib.* 1.

Præcipuè, quando prout in caſu noſtro, opus eſt corrigere iniquitatem, & iniuſtitiam primi referentis, quid-
quid ſecus ſit, quando eſſemus in ſententia rectè lata, quæ 31
in peius non deberet reformari, Gratian. *diſcept.* 965. *num.* 35. *&c.* Iudicium enim etiam peritiorum, eſt valdè fallax, & periculoſum, & propterea quotieſcumque iudici datur
maior certitudo, & allegatur iuſta cauſa, ex qua appareat 32
de imperitia, & iniuſtitia debet illam corrigere, etiam ſi plures periti fuiſſent de conſenſu partium electi, & cum tertio perito in caſu diſcordiæ inter primos, Gratian. *diſcept.* 263. *per tot.* vbi etiam habetur plena reſponſio ad rationem, in qua dubitatur feciſſe fundamentum ineptum
peritum omninò legum ignarum, & quod vbi conſtat de 33
veritate dominij parietis, prout in caſu noſtro, ex depoſitionibus teſtium examinatorum debet omitti iudicium peritorum tamquam fallaciſſimum, etiam ſi ſtatutum mandaret illos adhiberi.

ARGVMENTVM.

Via quando dicatur publica, vel priuata, à quibus ſit reficienda tam intra Burgos, & Ciuitates, quàm extrà, an præſcribatur, cuius latitudinis eſſe debeat, & qualiter Iudex teneatur victum in expenſis condemnare.

SVMMARIVM.

1 *Via publica à nemine occupari poteſt, num. 4.*
2 *Via quando dicatur publica, vel priuata, & nu. 3.*
5 *Via, & iuri eundi non præſcribitur.*
6 *Via iure ſeruitutis debita quanto tempore præſcribatur.*
7 *Via publica intra Ciuitatem, & Burgos eſt reficienda per vicinos quatenus latitudo eorum bonorum ſe extendit, & quid extra Ciuitatem, num. 12.*
8 *Via publica extra Ciuitatem debet refici per impoſitionem collectæ.*
9 *Via priuata prout eſt ſeruitus debet refici ab eo qui habet eam, cum dominus ſoli teneatur tantùm pati.*
10 *In ſeruitute oneris ferendi, qui eam debet non ſolùm pati, ſed etiam facere tenetur.*
11 *Via priuata ab ipſis priuatis eſt reficienda.*
13 *Via eſt reficienda ab eo, qui eam deuaſtauit, & occupauit.*
14 *Probatio, quæ fit ex inſpectione loci dicitur omni alia præſtantior.*
15 *Via deuaſtata caſu fortuito debet Iudex præcipere aliam viam fieri in fundo contiguo.*
16 *Via deuaſtata poteſt tranſiri per fundum vicinum, & animalia duci.*
17 *Via cuius latitudinis eſſe debeat, num. 18.*
19 *Pes dicitur conſtare quindecim digitis.*
20 *Victus debet in expenſis condemnari maximè ſtante ſtatuto.*
21 *Appellari poteſt ab omiſſa condemnatione expenſarum.*
22 *Iudex omittens condemnare in expenſis ſine legitima cauſa tenetur de proprio illas reficere.*

CAPVT XVI.

ANtonius Lombardus de Villa Cultæ Comitatus Duadulæ non ſolùm pro ſuo intereſſe vti vicinus, ſed etiam tamquam vnus de populo egit aduerſus Matthæum, & Caſſianum fratres de eadem Villa officium Iudicis implorando, vt quatenus eorum bona ſe extendunt, reſtituant
1 in priſtinum ſtatum quandam viam ab ipſis arando deſtructam, & occupatam incipientem à via regali Caſtricarij verſus Florentiam, & tranſeuntem per dictam villam prope bona, & in bonis dictorum reorum, & exitum habentem in aliam viam regalem verſus Mutilianam, ac omninò obtinere debet, iuxta petita per tex. *in l. 2. §. prætor ait ff. ne quid in lo. publ.*

Nam licet dicta via appellari poſſit aliquo reſpectu vicinalis, & priuata, ex eo ſcilicet, quod principaliter vicinis, & hominibus dictæ Villæ deſeruiat, & conſiſtat in agris priuatorum, tamen in effectu vim publicæ viæ obtinet,
2 tum quia non ducit ad certum fundum, vel domum alicuius tantùm, prout eſt de natura viæ priuatæ, & vicinalis, ſed generaliter omnibus patet cauſa eundi ad dictam Villam, Mutilianam, Caſtrumcarum, & alibi, nec extat memoria initij illius, quo caſu quamuis ex agris priuatorum collatione facta fuerit publica, & non priuata dici debet, *l. fin. ff. de loc. & itin. publ. gloſſ. in l. 2. §. vicinales ff. ne quid in loc. publ.* cum alijs per Cæpol. *de ſeruitut. ruſt. præd. cap. 3. num. 17. 18. & 28.* Vrſill. ad Afflict. *dec. 62. num. 1. & 3.* Tum etiam quia dicta via incipit, vt dictum eſt
3 ab vno capite viæ regalis, & exitum habet in aliam viam regalem, quo caſu priuata dici non poteſt, ſed publica, cùm tunc priuata dicatur, quando conſiſtit in agro alicuius tantùm, & non habet exitum ad aliam partem, Gratian. *di-*
4 *ſcept. forenſ. cap. 559. num. 5.* Quapropter tamquam publica nullo modo potuit ab aliquo priuato occupari, deſtrui, vel claudi, etiam ſi nemini hoc eſſet nociuum, cùm ſit in vſu publico, & publicè omnibus pateat, *l. 2. ff. ne quid in loc. publ.* cum concordantibus per Cæpol. *d. cap. 3. num. 26. 27.* & 28.

Nec ideò iuri eundi per dictam viam potuit per dictos aduerſarios præſcribi prætenſo lapſu temporis, quo cœperunt illam occupare, & in proprios, ac priuatos vſus arando conuertere aduerſus dictum Antonium actorem, nec alius, quia etiamſi per centum annos itum fuerit non 5
præſcribitur iuri eundi fauore publicæ vtilitatis, *l. viam publicam, vbi gloſſ. ff. de via publ.* Cæpol. *d. cap. 3. num. 20.* quidquid altàs concurrentibus alijs requiſitis neceſſarijs poſſet ſufficere tempus decem annorum inter præſentes, & vi- 6
ginti inter abſentes ad præſcribendam libertatem fauore ipſius libertatis, & in odium negligentis, vti iure ſuo, vel tempus duplicatum, quoad præſentes in ſeruitutibus cauſam diſcontinuam habentibus, ſi ageretur de via iure ſeruitutis dicto Antonio tantùm debita, Oinot. *inſt. de ſeruit. §. fin. nu. 26. & ſeqq.* cum declarationibus ibidem per eum adductis, ſed vt iam oſtendimus nos verſamur extra hunc caſum ſeruitutis, & agimus de via publica, fauore publico conſeruanda.

Quinimò tenentur dicti Matthæus, & Caſſianus dictam viam proprijs expenſis manutenere, munire, & reficere, quia ſicuti de iure regulariter via publica eſt reficienda intra Ciuitatem, vel burgos à quolibet vicinorum iuxta domum ſuam quatenus ſe protendit latitudo domus, vel cuiuslibet fundi exiſtentis in Ciuitate, vel oppido, ſiue ſit domus, ſtabulum, ſiue hortus, vel fundus ruſticus, qui poteſt
eſſe etiam in Ciuitate, cùm non locus, ſed materia faciant 7
fundum ruſticum, vel vrbanum, etiamſi eſſet via publica, & regalis, quæ tranſiret per medium Ciuitatis, vel per burgos, ita vt nullum genus perſonarum ab hoc onere reficiendi viam iuxta fundum ſuum ſit exemptum, *l. ædiles vbi gloſſ. in verb. Ciuitate ff. de via publ.* Extra verò Ciuitatem, vel bur-
gos, via publica eſt reficienda expenſis communibus per im- 8
poſitionem collectæ pro rata patrimonij cuiuslibet, Bart. *in l.*
Bythiniam C. de imm. ne conced. lib. 10. & via priuata prout 9
eſt ſeruitus eſt reficienda ab eo, qui illam habet, cùm Dominus ſoli, qui eam debet, teneatur tantùm pati, *l. refectionis ff. comm. præd. & l. quoties §. ſeruitutum, ff. de ſeruitut.* quidquid ſpeciale ſit in ſeruitute oneris ferendi, vt qui eam debet
teneatur non ſolùm pati, ſed facere, *l. eum debere ff. de ſer-* 10
uit. vrb. præd. Cæpol. *eod. tit. cap. 37. num. 3.* Oinot. *in §. prædiorum vrbanorum num. 4. inſtitut. de ſeruit. ruſt. & vrb. præd.*
Et prout via priuata eſt facta collatione priuatorum 11
ad ipſos priuatos ſpectat refectio, *l. 2. §. viarum ff. ne quid in loc. public* latè Cæpol. *de ſeruitut. ruſt. præd. dict. cap. 3. num. 47. ad 59.* Ita etiam cùm de conſuetudine in partibus noſtris non imponantur collectæ, niſi pro reaptandis, & reficiendis vijs regalibus, & communalibus, cæteræ autem viæ reficiantur à vicinis quatenus eorum bona ſe protendunt, quod conuenit ſupradictæ iuris diſpoſitioni cir-
ca vias publicas exiſtentes intra Ciuitatem, vel burgos, 12
idem omninò dicendum erit de alijs vijs publicis extra Ciuitatem, pro quibus non conſueuit collecta imponi, vt ſint reficienda à quolibet vicinorum quatenus latitudo bonorum cuiuslibet ſe extendit per rationem text. *in d. l. ædiles ff. de via publ.* & Bart. *in d. l. Bithyniam*, ac ita diſponit ſtatutum Duadulæ *lib. 5. Rub. 5. de vijs, &c.*

Quod caret omni difficultate quoad dictos aduerſarios in caſu noſtro vigore dicti ſtatuti, & quia via prædicta, de qua eſt quæſtio non fuit deſtructa ex antiquitate, vel caſu fortuito, & inopinato, qui non potuerit præuideri, & impe-
diri, ſed ex facto illorum, & negligentia in auertendo aquas 13
à dicta via, & opere manufacto, cùm arauerint illam magnis ſulcis, & ligone foderint, vbi boues arare non potuerunt, & ſic viam hoc modo deſtruxerunt, quo caſu ipſi tamen quatenus ſunt ſoluendo tenentur abſque dubio huiuſmodi viam reaptare, explanare, & ad priſtinum ſtatum reducere proprijs expenſis, *l. ſi in agrum in fine ff. de via publ.* Cæpol. *d. cap. 3. num. 57.*

Ac quamuis etiam fuiſſet caſu fortuito deſtructa, quod non eſt in caſu noſtro, vt conſtat ex inſpectione loci, quæ dicitur maior probatio, quæ fieri poſſit, & cunctis alijs præſtantior, Magon. *deciſ. Flor. 55. numer. 43. in fine*, de-
beret Iudex præcipere nouam viam per illorum fun- 15
dum contiguum, Guid. Papp. *deciſ. 444. num. 4.* Oinot. *inſtitut. de ſeruitut. §. fin. numer. 24.* aliàs licitum erit non ſolùm dicto actori, ſed alijs quoque tranſeuntibus ire,
& tranſire per agros dictorum aduerſariorum, & etiam 16
pecudes, ac alia animalia ducere, nec poterunt accuſari de damno dato, ſi quantum in ſe erit ciuiliter agant, & à damno animalia abſtinere procurent, Cæpol. *d. cap. 3. n. 38.*

Ad euitanda igitur ſcandala, quæ ex hoc oriri poſſent, debet prudens, ac ſapiens Iudex in ſententia condemnatoria breuem terminum præfigere dictis aduerſarijs cum comi-

natione, &c. ad explanandum dictam viam, quam araue-
runt, & foderunt, ac ad reducendam eam in priſtinum ſta-
17 tum, & practicabilem, vbi indiget refectione in illo riuo la-
titudinis vbique octo pedum in porrectum, in anfractum
verò vbi via flexum habet in angulis ſexdecim pedum, *l. via
latitudo ff. de ſeruit. ruſt. præd.* ad ſimilitudinem viæ iure
ſeruitutis debitæ, quæ à lege duodecim tabularum hoc mo-
18 do determinatur ceſſante pacto, quo mediante latior, & an-
guſtior eſſe poteſt, dummodò ſit talis latitudinis, vt per eam
vehiculum ire poſſit, aliàs non eſſet via, ſed iter, Oinot.
19 *inſt. de ſeruit. ruſt. præd. in Rub. & princ. ibi. nu.* 22. *fol. mihi* 106.
vbi etiam, quod pes conſtat quindecim digitis ſecundùm
gloſ. not. in cap. 17. *quæſt.* 4. vel iuxta conſuetudinem, & ſtatu-
ta loci, vt per Cæpol. *d. cap.* 3. *nu.* 6. prout in caſu noſtro pre-
dictum ſtatutum diſponit latitudinis trium brachiorum flo-
rentinorum.

Ac ijdem aduerſarij tamquam temerè litigantes debent
in omnibus expenſis condemnari, cùm debuiſſent primo
præcepto obtemperare, & nullam cauſam iuſtam litigandi
habuerint, quinimò ſtante conſuetudine, vel ſtatuto
quod victus victori in expenſis condemnetur ne ſit fruſtra-
torium, vt aliquid operetur vltra ius commune, etiamſi ali-
20 quam cauſam litigandi habuerint, quod ex prædictis nega-
tur huiuſmodi condemnationem in expenſis adhuc euadere
non poſſent, Marſil. *in repet. rub. ff. de fideiuſſ. num.* 302. Gra-
tian. *diſcept. forenſ. cap.* 33. *in princip.* ac ita ſeruari de ſtylo
teſtatur Durand. *deciſ.* 382. *num.* 1. & 2. adeò vt ſi Iudex ex-
penſas petitas non audacter, & abſque legitima cauſa in ex-
21 penſis condemnari omittat, non ſolùm ſit licita appellatio
ab huiuſmodi omiſſione, præcipuè ſi victus non appellauit
ab ipſa ſententia, Add. Pract. Papp. *for. act. real. gloſſ. & expen-
22 ſis lit. P. in fine*, ſed ipſe Iudex facit litem ſuam, & illas de
proprio reſarcire tenetur, Aſin. *in prax.* §. 32. *cap.* 2. *ampliat.*
39. *n.* 5. & 6. vbi etiam an poſteà ſaltem à parte victa illas re-
petere poſſit,

ARGVMENTVM.

Contractus ſocidæ quomodo ſuſtineatur in anima-
libus æſtimatis, an illis peremptis damnum ſit
commune, & quid ſi ſimpliciter fuerint data in
cuſtodiam. Iuramentum ſuppletorium quando
deferendum. Teſtes deponentes de conſiſtenti-
bus in iure, ſingulares, vel ad ſe exonerandum
non probant. Qualiter conſuetudo probetur, &
& plura alia notabilia.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis vnicus probat contra producentem de credu-
litate tamen deponens.*
2 *Societas, an locatio dicatur, quando dantur boues ad col-
laticum, num. 3.*
4 *Conſuetudo facit preſumere titulum ad iuſtitiam, & va-
liditatem contractus.*
5 *Capitale poteſt aſſecurari in ſocietatibus remiſſa parte
lucri pro aſſecurationis pretio.*
6 *Aſſecuratio poteſt fieri cum ſocio, cum extraneo, implici-
tè, vel explicitè, ſtatim vel per interualla.*
7 *Bulla Sixti V. prohibens aſſecurationem capitalis, vel
certi lucri, quomodo intelligatur.*
8 *Voluntas implicita contrahendi eo modo quo de iure licet
ſufficit.*
9 *Contractus viduarum mutuantium cum pacto certi lucri
ſaluo capitali quomodo ſuſtineatur.*
10 *Iuſtitia pretij aſſecurationis quomodo adſit in ſocida bo-
uum. Contractus multi fiunt liciti per tacitam aſſecu-
rationem.*
11 *Damnum contingens ſine culpa alicuius in ſocida ani-
malium commune eſſe debet.*
12 *Aeſtimatio animalium datorum in ſocidam facit em-
ptionem, & venditionem, num. 36.*
13 *Periculum caſus fortuiti ſpectat ad vnumquemque pro
rata ſui dominij, num. 37.*
14 *Vſuræ pretij non ſoluti debentur ratione fructuum perce-
ptorum etiam in mobilibus.*
15 *Aequitas legis curabit C. de act. empt. procedit etiam in
pretio rerum mobilium fructiferarum.*
*Procliniores eſſe debemus ad approbandum, quàm ad re-
probandum contractum.*
16 *Probatio à communiter accidentibus, & ſeruari ſolitis
ſufficit.*
17 *Iuramentum ſuppletorium quando ſit deferendum.*
18 *Societas poteſt contrahi, vt vnus ponat capitale alter in-
duſtriam, quo caſu amiſſo capitali caſu fortuito, dam-
num commune eſſe debet, num. 41.*
19 *Socius, qui eſt in mora, vel culpa totum damnum ſubire
debet.*
20 *Aeſtimatio animalium attenditur de tempore mortis
ſtante mora ſocij, & probatur per iuramentum in li-
tem.*
21 *Teſtis deponens de his, quæ conſiſtunt in iure nihil pro-
bat.*
22 *Poſitioni conſiſtenti in iure non eſt reſpondendum cùm ius
ſemper ſit certum.*
23 *Teſtis deponens ad ſe exonerandum nihil probat.*
24 *Conſuetudo quomodo probetur, & quæ requirat.*
25 *Conſuetudo quando incipiat preſcribi.*
26 *Teſtes ſingulares etiamſi eſſent mille non probant.*
27 *Iudex per imperitiam malè iudicans tenetur ad damna,
& expenſas partis.*
28 *Imperiti, & illiterati non poſſunt obtinere munus iudi-
candi.*
29 *Princeps poteſt etiam indignum eligere, & de hoc eſſet ſa-
crilegium diſputare.*
30 *Ignorare non eſt vitium, ſed natura.*
31 *Animalia ſimpliciter data ad cuſtodiam alterius, cuius
damno pereant, numeris ſeqq.*
35 *Dicta de animalibus groſſis procedunt etiam in minutis,
num. 40.*
36 *Aeſtimatio in ſocidis facit emptionem, & venditionem,
& quomodo, num. 39.*
38 *Pactum, quod pecora mortua reſarciantur de fœtibus com-
munibus, licitum eſt.*
42 *Pactum, quod ſocius pro medietate lucri concurrat ad con-
ſeruationem capitalis, valet.*
43 *Pactum quod fœtus omnes gregis ſpectent ad eum, qui
dat animalia in ſocidam, donec fuerit de toto capitali
reintegratus, & poſteà grex ſit communis valet, & quo-
modo non dicatur grex immortalis, num. 44.*
44 *Grex ſi interim pereat in totum nihil poteſt dominus con-
ſequi à ſocio.*
45 *Vſura non poteſt dari ſine mutuo implicito, vel expli-
cito.*
46 *Clauſula ſe referens ad Bullam non aliter, nec alio modo
præſeruat contrahentes à pœna.*
47 *Intentio præciſa contrahentium arguitur ex dicta clau-
ſula.*

CAPVT XVII.

Hilarius quondam Sebaſtiani de Liueranis de anno
1655. dedit in ſocidam cuidam Antonio de Raſpolis
pro colendo prædio ab ipſo conducto, & pro alijs laborerijs
vnum par bouum aratoriorum æſtimatorum pro pretio
ſcutorum quadraginta duorum ad medietatem lucri, &
damni circa pretium, & cum pacto ſextariorum quinque
frumenti pro collatico, & lucro operarum dictorum bouum
iuxta generalem conſuetudinem regionis, de qua nedum
plenè conſtat ex depoſitionibus teſtium pro eo examinato-
rum, ſed etiam ex reſponſionibus factis ad interrogatoria
per teſtes exaduerſo examinatos, quo caſu etiam vnicus 1
probat contra producentem, licet deponeret tantùm de cre-
dulitate, Rom. *conſ.* 104. cum alijs per Gratian. *diſcept. forenſ.
c.* 468. *n.* 47. & *c.* 950. *n.* 38.

Quibus bobus poſteà ſub die 20. Auguſti 1656. ſagitta
de Cœlo emiſſa peremptis, quæſitum fuit cuius damno pe-
rierint, & omiſſis ſuperfluis, quamuis aliqui minus iuridicè
tenuerint huiuſmodi contractum eſſe locationis, prout de-
monſtrare videbatur illa certa quantitatis frumenti lo- 2
co mercedis (vt aiunt) promiſſa, ac contra naturam loca-
tionis eſſe, vt conductor teneatur de periculo rei conductæ,
vel etiam dato quod eſſet contractus ſocietatis capitale, vi-
deretur eſſe in tuto, quod nulla ratione fieri poſſe exiſti-
mant Pet. de Vbald. *tract. de duobus fratr. part.* 5. *quæſt.* 26. &
alij relati per Borgn. *deciſ.* 3. *part.* 2.

Alij tamen communiter, & Summiſtæ ferè omnes au-
dacter, & melioribus fundamentis tenent huiuſmodi con-
tractum dici potiùs ſocietatis, & iuxta illius regulas non 3
verò locationis iudicādum eſſe, ſicuti concludenter denotat
illa communicatio lucri, & damni in pactum deducta, facit

Diana

Diana *part.1. tract.8. reſolut.* 89. Syluester *in verb. Socie-
tas num.*6. Graff. *lib.*2. Suar. *deciſ. part.*1. *cap.*120. Sot. *de
iuſt. & iur. lib.*6. *quæſt.*6. *art.*5. *&* 2. cum alijs quos refert,
& ſequitur in puncto videndus Michalor. *tract. de fratr.
part.*3. *cap.*59. *num.*40. *& ſeqq.* & cùm paſſim ab omnibus
fiant tales contractus recepto etiam collatico cum pacto, vt
tam lucrum, quàm damnum circa pretium ſit commune,
4 dicuntur approbari à conſuetudine, quæ facit præſumi titu-
lum requiſitum ad illorum iuſtitiam, & validitatem, *cap.
ſuper quibuſdam de verb. ſignif.* Nauar. *in Manual. cap.*17.
*num.*255. *& ſeqq.* Crauett. *conſ.*145. *num.*12. Magon. *deciſ.
Flor.*1. *n.*31. & Michalor. *loc. cit.* vbi reſpondet ad obiectum
certæ quantitatis frumenti illius taxationem ſuſtineri per
tacitam aſſecurationem, quotieſcumque enim negotium
regulariter ſolet reddere duodecim v.g. pro centenario, poſ-
ſunt partes ad tollenda computa, & difficultates liquidandi
lucrum paciſci ab initio de aliqua certa portione puta de
5 octo, reliqua quatuor remittendo ſocio pro pretio aſſecura-
tionis, & tantam eſſe in caſu noſtro remiſſionem lucri, (ſicu-
ti infra clarius demonſtrabitur) vt etiam capitale poſſet aſſe-
curari, quod licitum eſſe docet Molin. *de iuſt. diſp.*417.
*num.*8. Rot. *deciſ.*34. *num.*7. *tom.*1. apud Farinac. & coram
Coccin. *in vna Romana ſocietatis* 3. *Iunij* 1602. Dian. *part.*5.
*tract.*8. *reſolut.*2. Eſcobar. *in Theol. moral. exam.*13. *cap.*2.
*num.*77. Trulench. *in Decal. lib.*7. *cap.*13. *dub.*44. Card. de
Lugo *de iuſt. diſp.*31. *ſect.*4. Hanc rationem licèt in alijs ter-
minis ſequitur Altograd. *conſ.*16. *num.*86. *lib.*1. & alij paſ-
6 ſim, ſiue iſte contractus aſſecurationis fiat cum ipſo ſocio
ſiue cum extraneo, vnico contextu, ſiue per interualla,
implicitè, vel explicitè prout loquuntur ſupra relati DD.
qui etiam reſpondent ab Bullam Siſti Quinti prohibentem
fieri aſſecurationem capitalis, vel certi lucri in ſocietati-
bus animalium, illam loqui in ſimplici ſocietate ſeiuncta
à contractu aſſecurationis, ſecùs autem concurrente aſſecu-
ratione, & pro ea ſoluto iuſto pretio mediante remiſſione
7 partis lucri iudicio prudentum, & prohibere illos dumtaxat
contractus, qui à iure communi ſunt reprobati, non verò
contractus trinum qualis eſt noſter, nempè ſocietatis, & du-
plicis aſſecurationis, partis ſcilicet capitalis, & certi lu-
cri, quibus addo Leotard. in terminis noſtris idem tenen-
tem *in tract. de vſur. quæſt.*31. *num.*13. cum multis alijs ab
eo allegatis.

Sufficit enim implicita voluntas contrahendi eo modo,
quo permiſſum eſt de iure, vt monent ſupradicti DD. qui
8 propterea tamquam bonos, & licitos admittunt contractus
viduarum, & huiuſmodi perſonarum, quæ bona fide
pecunias ſuas mercatoribus tradunt cum pacto certi lucri
ſaluo ſemper capitali, quaſi taciti, & expreſſi ſit idem iu-
9 dicium, Mol. *in empor. iur. part.*5. *tit.*8. *quæſt.*24. Vgol.
*de off. Epiſcop. part.*5. *cap.*7. *num.*14. Leo *in Theſ. for. Eccl.
part.*3. *cap.*7. *num.*6. Sanchez *de Matrim. lib.*1. *diſp.*65. *&
lib.*4. *diſp.*6. *num.*36. vide Altograd. *conſ.*6. *num.*86. *lib.*1.
Capyc. *deciſ.*19. *num.*8.

Neque dubitari poteſt in caſu noſtro adeſſe talem remiſ-
ſionem lucri, quæ ſufficere poſſit pro pretio aſſecurationis,
cùm ex teſtibus examinatis conſtet veriſimiliter poſſe ruſti-
cum cum vno pari bouum iunctis ſuis operibus recolligere
quinquaginta corbes frumenti, & alias ſegetes, quarum
omnium medietas ſpectat ad dominum ſoli, altera verò
medietas deberet iterùm diuidi, & pro rata ſuis operibus,
& laboribus, pro alia verò rata, & ſic pro quarta parte to-
tius recollectus ei, qui dedit boues ad arandum, quorum
opera abſque dubio, & vt notorium eſt æquiualet, & ſupe-
rat operas ruſtici, qui nulla ferè impenſa cum herbis, &
paleis itidem communiter recollectis huiuſmodi boues alit,
& ſic hac euidenti ratione, quam approbant teſtes periti pa-
tet, quod qui dat boues ad arandum in ſocidam conſeque-
retur vltra duodecim corbes frumenti, quæ ſunt pluſquam
quadraginta octo ſextaria, & alias ſegetes, ſi igitur eſt con-
tentus prout in caſu noſtro quinque ſextarijs frumenti pro
collatico, & parte ſui lucri ex labore, alia ad ſe ſpectan-
tia remittendo pro pretio aſſecurationis, potuit vtique
non ſolùm taxari, & aſſecurari ab initio dicta modica
quantitas lucri, ſed etiam capitale ſtante iuſtitia dicti pre-
tij iudicio prudentis cuiuslibet viri, etiam ſi dicere-
mus, eum qui dat boues in ſocidam attento dicto calcu-
lo teneri pro rata ſemini concurrere, & aliquid etiam tri-
buere pro alimentis bouum vltra id quod ex eorum labori-
10 bus in prædio recolligitur, vt habetur ex ſupra relatis Theo-
logis, & DD. quibus addendus eſt Couar. *lib.*3. *var. reſo-
lut. cap.*2. vbi tradit de pluribus contractibus, qui prima
facie videntur illiciti, & damnati, ſed per huiuſmodi taci-
tas aſſecurationes fiunt liciti, & permiſſi, ac optimè etiam
ratiocinatur Michalor. *d. part.*3. *d. cap.*59. *per tot.*

Stante igitur ex prædictis iuſtitia, & validitate talis con-
tractus virtute triplicis, vel etiam ſi eſſemus in ſimplici ſo-
cietate nullum eſt dubium, quod etiam ceſſante dolo, lata,
vel leui culpa ſocidæ, & dato non tamen conceſſo, quod
verè caſu fortuito abſque mora dicti boues perijſſent, cùm
pro communi lucro, & damno in ſocietate præcedente æſti- 11
matione poſiti fuerint huiuſmodi damnum commune eſſe
deberet, iuxta text. *in lege cum duobus §. damnum ff. pro ſo-
cio*, vbi quod ſi aliqua culpa poſſet imputari ſocidæ, qui
æſtimatos boues accepit proprium eius detrimentum eſſe
deberet, Rot. Flor. per Magon. *deciſ.*111. *num.*42. *in fine*,
Rot. Rom. *in Anagnina vſurarum* 4. *Martij* 1607. coram
Manzanedo penes Michalor. *d. cap.*59. *verſ. quia prœcodimus*,
&c. Trombett. *in tract. de Societ. cap* 9. *num* 94. Ioſeph. Lu-
douiſ. *deciſ. Peruſ.*10. *part.*1. Bertach. *in ſuo repertor. verb.
Animal. part.*1. Ioſeph. Felin. & Cerezo *in eius Margarita
verb. Animal fol.*13. Leotard. *de vſur. d. quæſt.*31. *num.*8. *&
ſeqq.* & patet pro tyronibus, & Notarijs ex lectura For-
mulariu Senenſis, ac etiam Florentini in Inſtrumento
ſocidæ animalibus, idem latè comprobat Gratian. *deciſ.*
30. *per tot.*

Cuius deciſionis manifeſta redditur ratio tum ex natura
ſocietatis, tum etiam ex pretio prædicto, quia ſtante æſti- 12
matione cenſetur facta emptio, & venditio, ac transla-
tum dominium pro parte, cùm concurrant omnia eius re-
quiſita, nempè conſenſus, res, & pretium, *arg. text. in l.
æſtimata ff. ſolut. matrim. & l. plerumque §. ſi ante matrimonium
ff. de iur. dot.* Natt. *conſ.*650. *num.*2. *lib.*4. Ang. de Perigl.
*tract. de ſociet. part.*2. *num.*19. Bald. *in l. paſcenda*, vbi Caſtr.
Alex. & alij *C. de pactis*, Leotard. *d. quæſt.*31. *num.*8.

Qui enim ponit in ſocietate boues æſtimatos cenſetur
medietatem illorum ſocidæ vendere, & de pretio illius
medietatis fidem habere, donec durat ſocietas, quo caſu do-
minium pro medietate vendita transfertur in ſocidam, 13
& ſic vterque periculum caſus fortuiti ratione cui dominij
pro medietate ſubire debet per *reg. text. in l. pignus* 9. *C. de
pign. act.* & benè declarant DD. *in d. l. cum duobus §. damna*,
Iaſ. & alij ſupra relati *in d. l. paſcenda*, Michalor. *d. cap.*59.
verſ. quibus ſtantibus, & Rot. *in d. Anagnina vſurarum verſ.
quia prœcodimus.*

Neque obſtat, quod hac ratione attenta, qui dat bo-
ues in ſocidam non potuit conſequi illam portionem fru-
ctuum, quam ſupra eidem attribuimus, cum non dicatur
habere in ſocietate niſi vnum bouem, & ſic non remittere
ſocio tantam partem lucri, quæ ſufficiat pro pretio aſſecu-
rationis. Quia reſpondetur quod non ſolùm debetur lu-
crum ratione bouis, cuius dominium retinet, ſed etiam
pro pretio alterius bouis, de quo fidem habuit, cùm ſtante
æſtimatione ſit contracta emptio, & venditio, & non
ſit æquum ſocidam vti re, & pretio, vndè certum eſt vſu-
ras dicti pretij deberi ratione fructuum, iuxta text. *in l. cu-
rabit C. de act. empt.* cuius æquitas, & diſpoſitio procedit 14
etiam in pretio rerum mobilium fructiferarum, Sigmund.
Scacc. *de commerc. §.*1. *quæſt.*7. *part.*2. *ampliat.*8. *num.*173.
cum alijs per Leotard. *de vſur. d. quæſt.*31. *num.*9. vbi pro-
pterea infert, quod cùm procliuiores eſſe debeamus ad com- 15
probandum contractum, quàm ad reprobandum, vt ait
text. *in l. cum hic ſtatus* 32. *§.*4. *ff. de donat. inter vir. & vxor.*
ſuſtineri genus illud lucrum, quod dominus animalium
ſtipulatur vltrà eorum æſtimationem non excedit rationem
fructuum.

De qua quidem æſtimatione in caſu noſtro dubitari non
poſſet, cùm teſtes ad illam probandam inducti de ea depo-
nant, & præcipuè vnus qui fuit præſens contractui, & ac-
cordio inter partes ſequuto pro dicto pretio ſcutorum 42. ac
etiam alij teſtes ex aduerſo inducti id probant à communi-
ter accidentibus, & ſeruari ſolitis in huiuſmodi contracti-
bus, quæ probatio ſufficit, ad tradita per Euerard. *in* 16
topic. Legal. loc. a communiter accid. per tot. Rot. poſt
Cenc. *de Cenſ. deciſ.* 35. *num.* 4. cum alijs per Duran.
*deciſ.*401. *num.*7.

Et quatenus omnia incumbentia actoris non viderentur
religioni Iudicis plenè probata, quod non creditur ſi atten-
tè perpendantur poſitiones hinc inde factæ ac teſtium dicta
ſuper eis examinatorum, tamen cùm abſque dubio fuerint
pluſquam ſemiplenè probata, & agatur de cauſa ciuili mo-

dici

dici ponderis debet ipſi actori, per Iudicem deferri iura-
17 mentum ſuppletorium, quod dicitur neceſſarium tum ex
ex parte Iudicis, qui concurrentibus requiſitis prout in
caſu noſtro, tenetur illud actori imponere, tum etiam ex
parte ipſius actoris qui tenetur iurare, nec poſſet referre,
l. in bonæ fidei C. de reb. cred. l. admonendi 31. ff. de iur. iur.
plenè Afflict. *decif.36. per tot.* Oinot. *in §. item ſi quis num.
39. & ſeqq. Inſtitut. de act.* Menoch. *de præſumpt. lib.1. quæſt.
82. & quæſt.83. per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.144. n.41.
& cap.537. num.8.*

Quinimò licet boues, vel alia animalia non darentur
æſtimata, & ſic quamuis ceſſaret ratio translationis domi-
nij pro medietate in ſocidam, ſed eſſemus in illa ſpecie
18 ſocietatis, in qua vnus ponit capitale, & alter induſtriam,
adhuc dicendum eſſet, quod perempto, vel amiſſo capitali
aliquo caſu fortuito damnum commune eſſe deberet, ſicu-
ti multis auctoritatibus, & rationibus relatis reprobando
contrarium tenentes, & eorum argumentis reſpondendo
latè probat Michalor. qui pro omnibus ſufficiat *d. tract. de
fratr. part.3. cap.59. num.13. & ſeqq. per tot.* & Criuel. *de-
ciſ.38. per tot.*

Quæ omnia procedunt ceſſante mora, & culpa ipſius
ſocidæ, ſed cùm in caſu noſtro, vt omnes teſtes deponunt
teneretur dictus Antonius iuxta generalem conſuetudi-
nem reſtituere boues ſub die decima quinta Auguſti, &
fuerit in mora reſtituendi, omnis caſus fortuitus poſteà ſuc-
cedens ad ipſum ſocidam moroſum in totum ſpectare de-
bet, ſi enim tempore debito boues reſtituiſſet, certè non
19 perijſſent in eius ſtabulo, & ſic negari non poteſt quin fue-
rit in culpa, & totum damnum ſubire debeat iuxta text. *in
d. l. cum duobus §. damna ff. pro ſocio*, cum alijs quos ſa-
pientiſſimo Iudici indicare vanum reputatur, &c. ita vt cùm
poſt moram commiſſam perierint eorum tunc temporis va-
lor, & æſtimatio probari debeat per iuramentum in litem
20 deferendum dicto Hilario actori per Iudicem, *l. in actioni-
bus §. planè de in lit. iurand.* Oinot. *in d. §. item ſi quis n.35.
de act.* Menoch. *de arbitr. caſ.208. in prin.*

Nec quidquam faciunt teſtes exaduerſo inducti ad pro-
bandam quod ſocida non teneatur ad caſus fortuitos, tum
quia fatentur ſtante mora, & culpa prout in caſu noſtro te-
neri in totum, tum etiam quia in eorum dictis nullum po-
teſt fieri fundamentum, cùm deponant de his, quæ conſi-
21 ſtunt in puncto iuris, & non in facto, non enim eſt in eorum
facultate huiuſmodi lites per ſuas idiotas depoſitiones prout
prætendunt decidere, ad tradita per Cabal. *reſol. crim. caſ.
180. num.6. & ſeqq. per tot.* exemplo etiam poſitionum
conſiſtentium in iure, quæ non ſunt admittendæ, nec illis
22 eſt reſpondendum cùm ſemper ius ſit certum, Pract. Papp.
for. except. contron. poſit. gloſ. potius in iure.

Prætereà quatenus dicunt ſibi eueniſſe caſum, & non
fuiſſe coactos aliquod damnum ſubire nondum lapſum
eſt tempus contra illos agendi, quod eſt triginta annorum,
& ſi aliqui voluiſſent ſuum iactare non poſſunt alijs præiu-
dicare, ac repelluntur propter intereſſe, quod habent in
cauſa cùm teſtificentur, & tractent de ſe exonerando à de-
23 bito, ad quod per prædicta etiam ipſi tenentur, *l. omnibus
C. de teſt.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.998. num.5. & 7.* Pract.
Papp. *for. appoſ. contr. teſt. gloſ. in facto proprio num.7.* quod
eſt indubitatum, cùm ex hac cauſa poſſit illis commodum
ſaltem per exemplum reſultare, per quod alij deterreantur
iura ſua proponere.

Et ideò ex illorum depoſitionibus non poteſt dici probata
aliqua prætenſa conſuetudo contra diſpoſitionem legum,
cùm vltrà prædictos defectus neſciant etiam interrogati de
illa aliquam reddere rationem, nec appareat illam eſſe legi-
timè præſcriptam, nec tacito conſenſu populi inuetera-
tam, nec actuum vniformitate frequentatam, nec alia re-
24 quiſita neceſſaria concurrant, de quibus Menoch. *de præ-
ſumpt. lib.2. præſumpt.8. per tot.* vbi quod eſt valdè difficile
probare conſuetudinem, & tradit Oinot. *inſtitut. de iur. nat.
gen. & ciuil. §. ex non ſcripto per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ.
cap.79. num.4. & ſeq.* vbi etiam quod actuum frequentia
debet eſſe vniformis, aliàs vnicus actus interueniens con-
tra prætenſam conſuetudinem interrumpit illius præſcri-
ptionem, & quod requirit ſpecialem probationem in indi-
uiduo, de quo agitur.

Ac vlterius debuiſſet probari, quòd alij in dicto caſu alle-
gauerint huiuſmodi prætenſam conſuetudinem, & fuerit
ipſis contradictum, ac poſteà contradicentes acquieuerint,
25 aliàs numquam incipit conſuetudo præſcribi, nec dicitur
probata etiam ſi teſtes eſſent habiles, prout omninò repel-
lendos eſſe ſupra demonſtraui, idem Gratian. *diſcept. fo-
renſ. cap.740. num.23.* Et patet etiam ex eo quod nulli ſunt
conteſtes, ſed ſingulares omnes ſingularitate diuerſificati-
ua, qui nihil probant latè Cabal. *reſolut. crim. caſ.293.*
etiam ſi forent mille, cùm mille teſtes ſingulares tantùm 26
probent quantum vnus, & reputentur pro vno ſolo, qui
nihil probat, Gratian. *diſcept forenſ. cap.909. num.6.*

Prædictis tamen non obſtantibus, cùm cauſa ageretur
coram Iudice neceſſitatis, & ſic ſine lege, idiota, & impe-
rito, cuius proprium eſſe ſolet peritorum conſilia ſpernere,
& cum opinionibus vulgi tamquam cum habentibus
ſymbolum facilius tranſire licèt nulla ratione ſulcitis,
contrarium fuit iudicatum abſque conſilio alicuius ſa-
pientis, quem conſulere tenebatur ſi ipſe iudicare neſcie-
bat, prout poſt latam ſententiam habito conſilio à viris do-
ctis ipſe inuitus falſus fuit, & cognouit malè iudicaſſe, &
cùm ego conſuluiſſem remedium appellationis, & fuerit
interpoſita, quia agebatur inter pauperes ne conſumeren-
tur in expenſis cauſa fuit per concordiam terminata, non
ob id tamen talis Iudex excuſari poteſt quin teneatur parti 27
læſæ omnia damna, & expenſas reficere, cùm minus viri-
bus ſuis impar aggredi non debuerit, & ideò imperitia
culpæ annumeratur, vt latè tradit Menoch. *de arbitr. iud.
caſ.339. per tot.* & quod imperitus, & illiteratus non poſſit 28
obtinere munus iudicandi eſt text. *in Auth. de iudicibus in
prin. verſ. non enim exiſtimauimus*, vbi gloſ. *in verb. habere
intelligit tam in ordinario, quàm in delegato.*

Verùm quia in dubium reuocare an is dignus ſit, quem
Princeps elegerit ad inſtar ſacrilegij reputatur, *l. ſacrilegij
inſtar.5. C. de diuerſ. reſcript. & l.2. C. de crim. ſacril.* vlte-
rius non progredior, ſed vnà cum Bald. *conſ.42. & 44. lib.2.* 29
in ſubſcriptione me ignorantiæ inimicum profiteor, & pro-
priæ ſemper paratum corrigi, quia ignorare non eſt vitium, 30
ſed natura, *l. Stichum ff. de leg.3.*

Quæ autem dicta ſunt de animalibus datis in ſocidam
æſtimatis ſunt intelligenda in ſuis terminis, quando qui
illa recipit participat de eorum fructibus, & lucro iuxta
ſuperiùs dicta, nam ſi dentur ſimpliciter ad cuſtodiam, &
qui recipit nihil participet de fructibus, & lucro, ſed cuſto-
diæ ſuæ tantùm mercedem recipiat reſeruatis omnibus fru-
ctibus, & lucro domino, vt contingit quando quis condu-
cit famulum pro cuſtodiendo grege, vel armento, vel ani-
malia alteri cuſtodienda ſoluta cuſtodiæ mercede tradit,
abſque eo quod recipiens poſſit illis vti, tunc ſi pereant ali-
quo caſu fortuito, ſic diſtingui ſolet, aut pereunt caſu for-
tuito, qui regulariter ſine culpa cuſtodis euenire non ſolet, 31
vt furtum, incendium, & ſimilia, & pereunt periculo cu-
ſtodis niſi probet carere culpa, Maſcard. *de probat. concluſ.
467. num.5.* Menoch. *de præſumpt. lib.5. præſumpt.3. num.128.
& lib.6. præſumpt.61. num.34.*

Aut pereunt caſu, qui regulariter ſine culpa cuſtodis con-
tingere ſolet, vt incurſus hoſtium, impetus aquarum, & 32
ſimiles, & periculum ſpectat ad dominum, niſi probet cul-
pam cuſtodis, Menoch. & Maſcard. *in loc. cit.*

Aut pereunt caſu, in quo lex nihil præſumit, & qui ſolet
euenire cum culpa, & ſine culpa, vt eſt mors, & tunc de-
bet probari caſus, & genus mortis, ex quo conſtabit an
culpa præceſſerit, vel abfuerit, quidquid ſit in argentarijs,
& cuſtodibus carcerum, qui ratione publici officij tenentur 33
præſtare cuſtodiam, & docere ſe caruiſſe culpa, prout omnia
prædicta, & alia congerit Michalor. *de fratr. part.2. cap.47.
per tot.* Caſus enim fortuitus debet probari ab allegante, 34
ſicut è contra aſſerenti culpam præceſiſſe incumbet onus
probandi, niſi verſemur vt ſupra in caſibus, qui euenire
non ſolent ſine culpa, quia tunc præſumeretur culpa, ſed
leuiſſima, Bart. *in l. ſi quis §. an vero, ff. de edend.* Menoch.
loc. ſup. cit. cum alijs latè per eundem Michalor. *d. tract. de
fratr. part.2. cap.46. num.13. & d. cap.47. per tot.* Et ideò in
prædictis caſibus erit animaduertendum an cuſtos teneatur
culpa leuiſſima, de qua regulariter non tenetur, ſed illa præ-
ſumptio operatur, vt in eum transferatur onus probandi.

Et quoniam ſupradicta omnia de bobus, & animalibus
groſſis, tam ratione iuſtitiæ contractus, quàm ratione peri-
culi ſubeundi procedunt etiam in pecudibus, & alijs ani- 35
malibus minutis, prout loquitur Rot. in d. Anagnina vſu-
rarum placuit deciſionem tanquam pulchram, & notabilem
in hac materia ſubijcere.

Ana-

Anagnina vſurarum 4. Martij 1607. coram R. P. D. Manzanedo.

De anno 1591. fuit ad quinquennium inita ſocietas inter
Iulium de Proſpetis ex vna, & Io: Compagnonum,
& Fabritium Ferrarium ex alia, in qua Iulius quoddam
præcodium ouium appoſuit concorditer æſtimatum ad
ſcuta 1020. tali pacto, quod fructus ex præcodio proue-
nientes pro dimidia, quolibet anno diuiderentur, &
capitale integrum Iulius haberet, item cum pacto quod
quolibet anno pecora præcodij mortua deberent ex fœtibus
illios anni reſarciri.

Ex quo vltimo pacto oritur dubium an huiuſmodi con-
tractus fuerit illicitus, & prohibitus, & an ſententia de
partibus illum tanquam illicitum damnans veniant confir-
manda, vel infirmanda, & cauſa in Rota per me propoſita
Iulio tantùm informante Domini conſuluerunt illum con-
tractum non vſurarium, ſed licitum eſſe, & per conſequens
prædictam ſententiam eſſe reuocandam.

Quia præcodium fuit Io: & Fabritio traditum æſtima-
36 tum, quo caſu cenſetur emptio, & venditio, *arg. l. æſtima-
ta, ff. ſolut. matrim. l. plerumq. §. ſi ante matrimonium ff. de iur.
dot.* & in terminis cauſus noſtri tradit Ang. de Perigl. *tract.
de ſociet. part. 2. num. 19.* & Bald. *in l. paſcenda C. de pact.* vbi
Corn. Paul. de Caſtr. & Dec. *num. 18.* & Alex. *in fine*, tra-
dit Ambroſ. de Vignate *tract. de vſur. in c. ſalubriter ante
num. 189.* quo caſu iſti DD. conſiderant, quod qui tradit pe-
cora æſtimata cenſetur medietatem animalium paſtori ven-
37 dere, & de pretio illius medietatis illi fidem facere, & tunc
dominium pro medietate vendita transfertur in paſtorem,
& periculum vterque pro medietate ſubit per *reg. text. in l.
pignus 9. C. de pig.* & in terminis noſtris eſt *tex. in l. cum duo-
bus §. damna ff. pro ſoc. vbi DD.* & tradunt Bald. & Paul. de
Caſtr. *in d. l. ſi paſcenda*, vbi Iaſ. *num. 2.* & Dec. *num. 16.*
Corn. *n. 4. & 5.* Vignat. vbi ſupra.

Vnde infertur, quod cùm dominium medietatis huius
præcodij ſpectaret ad Io:, & Fabritium fuit licitum paci-
38 ſci, quod pecora mortua reſarcirentur de fœtibus commu-
nibus, æquum eſt enim quòd cum damnum reſarciendum
eſſet ex communi deberet itidem ex fœtibus communi-
bus reſarciri.

Quibus non obſtat quod in eodem contractu dicitur
nempe, quod ſi totum præcodium vendi contigiſſet cum
lucro æqualiter lucrum diuideretur, & Iulius haberet ſuum
capitale: Quia non ex eo ſequitur medietatem præcodij ex
39 æſtimatione à principio Io: & Fabritio venditam non
fuiſſe, nam cùm de pretio illius medietatis fuiſſet habita
fides à Iulio voluerunt partes, quòd caſu quo præcodium
venderetur cum lucro, quod lucrum diuideretur, & quod
Iulius haberet totius præcodij æſtimationem, medietatem
pro ſuo capitali, & medietatem pro pretio, quo medietas
præcodij Io: & Fabritio æſtimata, & ſic vendita fuerat.

Nec etiam obſtat quod aliqui ex ſupradictis Doctoribus
velint, quæ dicuntur de pecoribus æſtimatis datis intelligi
40 de animalibus groſſis, vt ſunt boues, quia ex identitate
rationis idem eſt dicendum de animalibus minutis, vt benè
notant Ang. de Perigl. *vbi ſupra n. 14. in fine*.

Vlterius quia etſi prædicta æſtimatio non præceſſiſſet, &
dominium totius præcodij penes Iulium remanſiſſet, & ſu-
pradicti Io: & Fabritius tantummodo in iſta ſocietate
eorum induſtriam poſuiſſent, prout iſto modo ſocietas coi-
41 ti valet, iuxta *tex. in l. 1. & in l. ſocietas ff. pro ſocio §.
de illa inſtit. eod.* Corrad. *de contract. quaſt. 88. concluſ. 6.
verſ. Et quod ſi ſocietas*, & Sot. *de iuſt. & iur. lib. 6. quaſt. 6.
art. 1.* etiam iſto caſu prædictum pactum fuiſſet licitum
cùm oues perituræ non venirent reintegrandæ ex bonis
ipſius Io:, & Fabritij, ſed ex fœtibus ipſis, & Iulio
competentibus, potuit namque in pactum deduci, vt
Io: & Fabritius pro dimidio lucri concurrerent ad con-
42 ſeruationem capitalis Iulij, iuxta doctrinam Corrad. *vbi
ſupra quaſt. 97. in 4. caſ.* vbi diſtinguit, quod aut Io: &
Fabritius tenentur ex pacto oues perituras ex fœtibus
tantùm in eorum parte illis contingentibus reintegrare,
& tunc pactum eſſet illicitum, aut verò ad prædictam
reintegrationem tenentur de fœtibus tam ipſis, quàm Iu-
lio communibus, & tunc pactum erit licitum, quia
in illo neuter grauat alterum plus iuſto, cùm non Io: &
Fabritius tantùm, ſed etiam Iulius ad iſtam reintegratio-
nem contribuant.

Et in fortioribus terminis facit, quod notat Laurent. de
Rodulf. *tract. de vſur. cap. 2. quaſt. 22.* & D. Anton. *eod. tract. §.
39 num. 61.* quos refert, & ſequitur Lup. *eod. tract. coment 3.
§. 1. num. 14.* nempè valere contractum ſocietatis quo quis 43
alteri dat pecora cum pacto quod fœtus omnes ipſorum in-
tegrè ad ipſum ſpectent vſquequò ſit reintegratus de toto
ſuo capitali, & poſtea pecora ſint communia, quem con-
tractum dicunt ſuprarelati DD. non eſſe vſurarium, & red-
dunt rationem, quia ex iſto pacto quamuis capitale reinte-
gretur de fœtibus gregis, non tamen de ſpectantibus ad pa-
ſtorem conferentem in ſocietate ſuam induſtriam, ſed omni-
nò de ſpectantibus ex conuentione ad illum, qui contulit
gregem in ſocietate taliter, quod ſi pereat ad totum grex
antequam de fœtibus ſit ſatisfactus nihil dominus gregis
vult habere à ſocio, & ſic non dicitur illi tradidiſſe gregem 44
immortalem, neque per modum mutui cum vſuris, vt de-
clarat Corrad. *vbi ſupra d. caſ. 4.*

Ex quibus infertur, quod ſi ſumus in caſu, quo medie-
tas præcodij non obſtante æſtimatione non fuerit vendita
Io:, & Fabritio, nec illius dominium in ipſos tranſlatum,
ſed totum remanſerit penes Iulium, quod etiam iſto caſu
cùm Io: & Fabritius ex pacto non teneantur ad reintegra-
tionem ouium, quæ periſſent ex proprio, ſed ex fœtibus
communibus, nec in caſu quo omnes oues periſſent, ita
quod ſi non eſſent fœtus, ex quibus reintegrari poſſent non
periſſent periculo Io: & Fabritij, nec illi ad aliquid tene-
rentur ex ſupradictis ſequitur pactum eſſe licitum, nec ali- 45
qualiter poſſe reduci ad mutuum, ſine quo non poteſt dari
vſura, ex *tex. in c. conſuluit de vſur.* Archid. *in c. 1. 14. quaſt.
7.* Abb. *in c. nauiganti num. 6. eod. tit.* Et ex eadem ratione
colligitur ex iſto pacto non poſſe dici capitale ſaluum con-
ſeruari, cùm ſi in totum periſſet, periculo tantum Iulij pe-
riſſet ex ſupradictis.

Et vtcumque ſit, Iulius excuſatur à pœna Conſtitutionis
felicis recordationis Sixti V. ſuper contractibus ad caput ſal-
uum ex clauſula in fine contractus appoſita, in qua partes
ſe referunt, & remittunt ad illam Conſtitutionem, & quod
iſta ſocietas iuxta illam intelligatur facta, & non aliter, nec 46
alio modo, prout de ſimili clauſula expreſſa in conſtitutio-
ne cenſus, tenuit Rot. *in vna Foroliuien. cenſus 13. Nouemb.
1589. coram Orano*, & fuit dictum in alia Beneuentana
cenſus 29. Martij 1593. coram Pamphilio, quæ fuit con-
firmata die 23. Decembris 1595. coram Mantica, & ad id
faciunt tradita à Bart. *in l. non ſolum § morte num. 24.* & ibi
Alex. *num. 13. &c. ff. de non. oper. nunc.* & à Gabriel. *conſ. 47.* 47
num. 8. lib. 2. Ex iſta namque clauſula arguitur præciſa con-
trahentium intentio non contraueniendi dictæ Conſtitu-
tioni, ſed iuxta illam contrahendi, *arg. text. in l. non ali-
ter ff. de leg. 3.*

A R G V M E N T V M.

Creditor miſſus in poſſeſſionem, an poſſit rem vendere, an locare, arbores incidere, an variate. Qualiter teneatur exhibere notulam fructuum, an teneatur de deterioratione rei, & alia notabilia.

S V M M A R I V M.

1 *Creditor miſſus in poſſeſſionem pro credito, an & quando poſſit ipſam rem vendere.*

2 *Debitori competit remedium c. reintegranda pro recuperanda poſſeſſione occupata per creditorem, & quid probare debeat.*

3 *Creditor qualiter teneatur exhibere notulam fructuum ſingulo anno, vel conficere librum in quo deſcribantur.*

4 *Creditor immiſſus tenetur ſtare locationi facta per debitorem.*

5 *Creditor immiſſus tenetur locare bona, & fructus percipere, alias ſibi imputantur fructus quos locando percipere potuiſſet.*

6 *Culpa lata dicitur non arare, nec percipere fructus ex re fructifera.*

7 *Creditor debet in locando carere culpa, aliàs ei imputatur ſumma, pro qua debuiſſent bona locari.*

8 *Creditori imputatur deterioratio bonorum ſequuta ex eius culpa, & num. 10.*

9 *Creditor non poteſt arbores incidere, niſi agatur de ſylnis ceduis.*

Immiſ-

11 *Immiſſus in poſſeſſionem pro fructibus cenſus decurſis habet retentionem etiam pro decurrendis.*
12 *Retentio datur quando de nouo eſſet concedenda immiſſio.*
13 *Immiſſus pro certa ſumma non excluditur ab alijs ſummis ſibi debitis.*
14 *Immiſſus in poſſeſſionem fundi, & pertinentiarum quæ poſſit occupare, appellatione pertinentiarum quid veniat.*
15 *Creditor vna via electa quando, & quomodo poſſit ad aliam redire, donec fuerit ſatisfactus.*
16 *Electio ſpectat ad creditorem in alternatiuis remediorum.*
Promittens ſoluere, vel repræſentare debitorem poteſt præcisè compelli ad ſolutionem prout placebit creditori, cuius eſt electio.
17 *Promittens ſoluere, vel dare pignora poteſt præcisè cogi ad ſoluendum, nec auditur volens dare pignora.*

C A P V T XVIII.

CLarum eſt, quod creditor miſſus in poſſeſſionem ex
remedio Saluiani non poteſt rem vendere, ſed tan-
1 tum retinere donec ex fructibus fuerit ſatisfactus, prout
ſeruat communis vſus, & praxis iudiciorum, & ſibi debet
imputare creditor, qui hanc viam priuilegiatam elegit,
cùm potuiſſet actionem hypothecariam intentare, qua
mediante ſi poſſeſſionem adeptus fuerit poſſet præcedente
intimatione facta debitori ad reluendum pignus, & rem
obligatam, illam ſeruatis ſeruandis vendere, quod non
eſt permiſſum in Saluiano, niſi poſt adeptam poſſeſſionem
iterùm agatur in iudicio petitorio, quod prius fuerat ſu-
ſpenſum, & illo mediante res ad publicam haſtam diſtraha-
tur, quæ ſi de facto abſque alio iudicio alienetur ſtatim de-
2 bito perſoluto ex fructibus, vel alio modo poteſt per debi-
torem recuperari remedio *cap. reintegrandæ probatis extremis*, nempè ſua antiqua, & anteriori poſſeſſione, & mo-
derna ipſius creditoris, vel alterius rem per eum alienatam
poſſidentis vnà cum ſatisfactione, & ſolutione ipſius debi-
ti, pro quo fuerat conceſſa immiſſio, aliàs autem donec
iſtud fuerit probatum datur manutentio ipſi immiſſo, vt
latè omnia prædicta probat Scapuc. de Saluian. *lib. 3. quæſt.* 10.
11. *&* 12. *per tot.*

At quoniam difficile eſſet ipſi debitori liquidare per iudi-
cium ordinarium quantitatem fructuum perceptorum per
creditorem poſſidentem, tenetur ipſe creditor poſſidens ex
Saluiano ad effectum ſibi de fructibus ſatisfaciendi inſtante
3 debitore, vel alio, qui poſſeſſione fuerit ſpoliatus ſingulo
quoquo anno exhibere notulam fructuum iuratam, & con-
ficere librum, in quo omnes fructus recollecti ſcribantur,
aliàs poſſet contra eum in litem iurari, & æſtimari debet
ſecundùm valorem loci, in quo recolliguntur, & de tem-
pore recollectionis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 706. *num.*
62. *&c.* Scapuc. de Saluian. *lib.* 3. *quæſt.* 13. *per tot.* vbi inſe-
rit vnam deciſionem, quæ hanc concluſionem declarat in
in terminis vnius creditoris cenſus immiſſi tam pro decur-
ſis, quàm pro decurrendis.

Et cùm talis creditor non acquirat plenum ius, ſed tan-
tùm poſſeſſionem ad effectum conſequendi fructus, tenetur
4 ſtare locationi factæ per ipſum debitorem, maximè quando
erat facta ante litem motam pro ſolita penſione abſque ali-
qua fraude, quia Iudex ſemper intelligitur reſeruare ius
tertij, & ſic conductori nolle præiudicare, Duen. *reg.* 240.
limit. 6. Gratian *diſcept. forenſ. cap.* 38. *num.* 4. *& ſeqq.* Ma-
gon. *deciſ. Luc.* 97. *num.* 8. *& deciſ. Flor.* 140. *num.* 7. & latè
Pacif. de Saluian. *inſpect.* 3. *cap.* 1. *num.* 5. *& ſeqq.*

Si tamen bona in quibus creditor fuit immiſſus non repe-
rirentur locata, tenetur ipſe donec poſſidet illa locare, de
5 illis curam habere, & fructus percipere ad effectum
ſibi ſatisfaciendi, aliàs cùm poſſit locare, & non locat, nec
fructus percipit, dicitur eſſe in dolo, vel ſaltem lata cul-
pa, & tenetur computare in ſortem fructus, quos locan-
do percipere potuiſſet, & non percipit, *l. in venditione §.*
1. *ff. de bon. auct. iud. poſſid.* vbi gloſ. Bart. & Neguſ. *de pign.*
part. 5. *memb.* 5. *num.* 6. Rot. *in Arimin. ſpolij Veneris* 9. *Fe-*
bruarij 1629. coram Merlino penes Poſth. *de manutent. de-*
ciſ. 255. *num.* 7.

6 Eſt enim ſatis lata culpa non arare, nec ſerere fundum,
& non percipere fructus ex re fructifera, qui per diligentes
homines percipi conſueuerunt, Natt. *conſ.* 494. *num.* 6.

In qua quidem locatione debet omnino ſine fraude ſe ge-
rere, & non pro minori pretio in fraudem debitoris, vel
aliorum creditorum locare, ex qua locatione pro inſolita,
& minima mercede in longiùs protrahatur ſua poſſeſſio, 7
aliàs tenetur in ſuum creditum imputare non ſolùm fru-
ctus perceptos, ſed etiam eos, qui veriſimiliter percipi po-
tuiſſent, ſi fraus non eſſet adhibita, & ſic pro illa ſumma,
pro qua debuiſſent bona locari, *l.* 2. *C. de pign. act.* Neguſ. *d.*
part. 5. *memb.* 5. *num.* 5. facit Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 37.
num. 5.

Sicut etiam ſi dolo, vel culpa ſua bona fuerint deteriora- 8
ta, æſtimatio deteriorationis cedere debet in extinctionem
debiti *d. l.* 2. vbi gloſ. Salic. & Neguſ. *loc. cit. num.* 2. De-
bet enim in huiuſmodi bonis creditor immiſſus ſe gerere
vti bonus paterfam. & non illa deteriorare, vel deuaſtare,
vnde non poterit arbores incidere, cùm ex tali inciſione 9
fundi ſubſtantia notabiliter minuatur, niſi ageretur de ſil-
uis cæduis, cùm tunc inciſio pertineat ad fructuum recol-
lectionem, ſecus autem ſi non eſſent cæduæ, & ſic ante
debitum tempus inciderentur, Duran. *deciſ.* 345. *num.* 5. *&*
ſeqq. Si tamen ipſe creditor non inciderit, nec de illius man-
dato fuerint inciſæ, ſed ab extraneis illo ignorante, & pro-
hibere non valente, ac poſteà non ratificante, & ſic ceſ- 10
ſante omni prorſus ſuſpicione doli, & culpæ, deberet excu-
ſari, vt per Duran. *d. deciſ.* 345. *num.* 8. quamuis non
excuſetur pro malè geſtis per ſuum officialem, vel de eius
mandato, Natt. *conſ.* 477. *num.* 7. cum alijs per Duran. *loc.*
cit. num. 4. 7. *&* 8.

Immiſſus autem in poſſeſſione pro fructibus cenſus de-
curſis habet retentionem etiam pro decurrendis, quam-
uis de illis nulla fuerit facta mentio in ſententia, Pacif. de 11
Saluian. *inſpect.* 4. *cap.* 1. *num.* 222. Neguſ. de pign. *part.* 5.
memb. 4. *num.* 2. *& ſeqq.* quia cùm apertè conſtat de credito
datur retentio etiam nulliter in poſſeſſionem immiſſo, do-
nec totum conſequatur, & ideò non reuocatur tenuta, 12
quæ de nouo eſſet concedenda propter bonum ius poſſeſ-
ſionis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 914. *num.* 15. *& cap.* 706.
num. 11. vbi etiam *num.* 13. quod agens ad nullitatem tene-
tur debitum offerre.

Nec ſibi præiudicat, qui pro certa ſumma petit immiſ-
ſionem in iudicio abſque aliqua conditione taxatiua, quin 13
poſſit reliqua ſibi de iure debita petere, cùm ob id non
intelligatur fateri ſibi plus non deberi, Rot. *in Bonon. ſucceſ-*
ſionis 11. *Maij* 1635. coram Motman. *in nouiſſ. part.* 7. *deciſ.*
45. *num.* 22. Duran. *deciſ.* 419. *num.* 8. Altograd. *conſ.* 24.
num. 43. *lib.* 1.

Et quando creditor fuit immiſſus in poſſeſſionem fundi,
& pertinentiarum poteſt etiam occupare, & capere in
cauſam iudicati boues aratorios, pecora, & ſues ibidem 14
cauſa culturæ exiſtentes, non quidem ad effectum venden-
di, ſed ad effectum percipiendi fructus illorum in ſatisfa-
ctionem crediti, cùm huiuſmodi animalia, & ſimilia ve-
niant appellatione pertinentiarum, non tamen licitum
eſſet occupare fructus iam à ſolo ſeparatos, cùm illi rema-
neant in dominio debitoris, & poſſint ad eius libitum ex-
trahi, & aſportari pro illo, vt probat Duran. *deciſ.* 345.
num. 2. *&* 3.

Et circa prædicta eſt etiam animaduertendum, quod cre-
ditor, qui petijt ſe mitti in poſſeſſionem bonorum debito-
ris, & fuit immiſſus, non prohibetur propterea hac via
electa ad aliam redire, & perſonam illius vrgere, ac carce- 15
rare facere, cùm talia remedia cumulatiuè tendant ad
eumdem finem ſatisfaciendi creditori, & per electionem
vnius alterum non tollatur, intelligendo tamen quando
verſamur in cauſis executiuis, quia tunc executione facta
realiter, vel perſonaliter non prohibetur creditor ad aliam
viam redire, ſed poteſt variare etiam de principali ad fide-
iuſſorem, de vna re ad aliam, de perſona ad rem, & de
re ad perſonam donec ſit ſatisfactus, Natt. *conſ.* 496.
num. 18. *lib.* 3. Dec. *conſ.* 460. Pett. Pecch. *de iure ſiſten. &*
manu iniect. cap. 4. *num.* 15. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 118.
num. 40. *cap.* 164. *num.* 18. *& cap.* 593. *num.* 7. ſequitur Mer-
lin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 4. *quæſt.* 125. *num.* 10. Rot. *in Nouiſſ.*
part. 6. *deciſ.* 161. & videndus Scapuc. de Saluian. *lib.* 2. *quæſt.*
15. *per tot.*

Quando enim ſumus in alternatiuis remediorum, & 16
actionum non autem rerum, & ſic quando creditori com-
petunt plura remedia alternatiua tendentia ad eumdem
finem electio ſpectat ad creditorem, & quamuis ſemel
vnam viam elegerit poteſt ad aliam redire, donec remaneat
ſatisfactus, vt videmus in promittente ſoluere creditori,

vel

vel repræſentare debitorem ad carceres, qui poteſt præcisè ad electionem creditoris compelli ad ſoluendum, nec auditur volens præſentare debitorem ad carceres, vt latè per Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 338. *per tot.* ſequitur Magon. *deciſ. Luc.* 16. *num.* 3.

Sicut etiam promittens ſoluere infra aliquod tempus, vel
17 dare pignora poteſt præcisè compelli ad ſoluendum, nec au-
ditur volens dare pignora, cùm electio ſit creditoris, ad cu-
ius maiorem cautelam intelligitur appoſita huiuſmodi alter-
natiua, Marant. *in l. ſi actor num.* 34. *ff. de procur.* vbi ponit
alias nouem electiones creditori competentes, Gratian. *di-
ſcept. forenſ. cap.* 164. *num.* 16. *& ſeqq.* quem ſequitur latè
Merlin. *de pign. d. quæſt.* 125. vbi teſtatur de magis commu-
ni opinione, licèt dicat contrarium eſſe fortè de iure verius,
& ſibi magis placere, & aliqua in contrarium adducit idem
Gratian. *diſcept.* 544. *in princ.* Et quando electio ſit debito-
ris, tradit Magon. *deciſ. Luc.* 16. *per tot.*

A R G V M E N T V M.

Emptor ſoluendo pretium creditoribus qualiter eorum iura acquirat, quid ſi ſoluerit venditori per cuius manus ſint ſatisfacti creditores: Anterior an poſſit reuocare pecuniam ſolutam poſteriori, recipiens pecuniam an teneatur cauere de reſtituendo anterioribus, an de euictione, & plura alia notabilia.

S V M M A R I V M.

1 *EMptor quando acquirat iura creditorum anteriorum ad effectum excipiendi, & agendi.*
2 *Emptor ſoluens creditori anteriori habet ius excipiendi aduerſus poſteriores, etiam non reportata ceſſione.*
3 *Emptor ſi ſoluerit poſterioribus poteſt conueniri ab anterioribus licèt emerit ad publicam haſtam.*
4 *Emptor debet procurare fideiuſſorem euictionis.*
5 *Fideiuſſor euictionis non debet præſtari niſi ab initio fuerit actum de illo, vel niſi in limine contractus immineat euictio.*
6 *Emptor debet deponere pretium cum conditione, vt gradatim ſoluatur anterioribus, & ab illis exigatur cautio, quo caſu quomodo dicatur ſecurus.*
7 *Pecunia ſoluta cum dicta cautione habetur pro extanti.*
8 *Creditor anterior an poſſit reuocare pecuniam ſolutam poſteriori.*
9 *Pecunia quomodo veniat in tacita, & expreſſa hypotheca, num.* 10. *&* 11.
12 *Hypotheca ſuper pecunia quomodo extinguatur per illius conſumptionem, vel commixtionem, num.* 13. *&* 14.
15 *Creditores in actione tributoria, & concurſu tenentur præſtare cautionem de reſtituendo pecuniam eis ſolutam quatenus.*
16 *Emptor ſoluens partim anterioribus creditoribus, & partim poſterioribus, an & quando poſſit conueniri pro rata ſoluta poſterioribus, num.* 17.
18 *Creditores vendentes bona debitoris, an & quomodo teneantur de euictione.*
19 *Creditores non comparentes factis gridis videntur ius ſuum remittere.*
20 *Iudex poteſt aſſignare terminum ad agendum, & elapſo illo pronunciare non amplius audiendos creditores, & non audiuntur.*
21 *Creditores interuenientes venditioni pignoris ſibi præiudicant.*
22 *Creditoris qui factis gridis tempore confiſcationis non comparuerunt amplius non audiuntur nec contra fiſcum, nec contra debitorem reſtitutum etiam ad bona.*
23 *Emptor ſoluendo de pretio rei empta non videtur ſibi aliquod ius quærere.*
24 *Retentio datur ſolum quando ex titulo dationis in ſolutum, vel pignorationis res peruenit ad emptorem, quomodo iſtud intelligatur, num.* 26.
25 *Sed contrarium verius de æquitate, etiam ſine ceſſione, & pacto.*
27 *Emptor ſoluens non creditoribus, ſed ipſi venditori eorum iura non acquirit licèt eius pecunia per manus venditori ad eos peruenerit, niſi interueniat pactum, vel ceſſio, vide num.* 29. *&* 30.
28 *Debitor ſoluendo proprium debitum non poteſt reportare aliquam ceſſionem, & quando ad hunc effectum dicatur debitum proprium.*
29 *Emptum ex pecunia pia cauſa, pupilli, vel dotali, an efficiatur ementis, vel eorum, quorum eſt pecunia, & quid in alijs.*

C A P V T XIX.

VOlens emere bona pluries obligata, & intricata cum
diuerſis creditoribus, & cupiens cautè ſe gerere,
vt aliquo modo ſit ſecurus à moleſtijs debet paciſci cum
venditore de ſoluendo pretium creditoribus anterioribus,
& ab illis iurium ceſſionem reportando, quo caſu præce- 1
dente dicto pacto, & illo ad effectum perducto per ceſſio-
nem ſibi factam in actu ſolutionis acquirit iura, & hypo-
thecas primorum creditorum non ſolùm ad effectum exci-
piendi, & ſe tuendi, ſed etiam ad effectum agendi, *l. ariſta
ff. quæ res pign. oblig. poſſ. & l. qui à debitore ff. qui pot. in pign.
hab.* Scapuc. de Saluian. *lib.* 2. *quæſt.* 6. Gratian. *diſcept. forenſ.
cap.* 269. *num.* 2. *& ſeqq. & cap* 670. *num.* 10. *& cap.* 772. *num.* 3.
adde latè Vrceol. *conſult.* 4. 24. *&* 49.

Imò etiam ſi nullo præcedente pacto, nec reportata ali-
qua iurium ceſſione emptor huiuſmodi bonorom ſoluerit
pretium anterioribus creditoribus acquirit ius excipien-
di, & retinendi aduerſus poſteriores creditores ex æqui- 2
tate, cùm ad effectum excipiendi ſufficiat pecuniam empto-
ris perueniſſe per eius manus ad anteriores creditores, &
non poterit conueniri per poſteriores, niſi iure offerendi,
Rot. coram Mantic. *deciſ.* 69. *per tot.* Gratian. *d. cap.* 269.
num. 8. *& ſeqq. & cap.* 670. *num.* 10. *& cap.* 772. *num.* 3. Ma-
gon. *deciſ. Flor.* 59. *num.* 3. *&c.* cum alijs per Merlin. *de pign.
lib.* 4. *quæſt.* 44. *per tot.*

Debet autem in hoc multum aduertere, & curare
emptor, vt pecunia deueniat ad creditores anteriores, aliàs
ſibi deberet imputare ſi ſoluerit aliquibus creditoribus po-
ſterioribus, & poſteà ab alijs moleſtetur quamuis median-
te ſubhaſtatione, & deliberatione ſibi facta per Iudicem ad
publicam haſtam inſtantibus creditoribus emerit, quia ni- 3
hilominus poterit conueniri hypothecaria, vel Saluiano ab
alijs anterioribus, qui ſubhaſtationi non interfuerunt, eo-
rum enim ius, & hypotheca non remanet extincta per ſo-
lutionem factam illis quibus de iure non erat facienda, &
ſic poſterioribus, *l. cum notiſſimi* §. 1. *C. de præſcript.* 30. *ann.*
Rot. per Seraph. *deciſ.* 1597. *ſeu in Romana ſubhaſtationis
20. Iunij* 1597. & Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 37. *num.* 37. *&
ſeqq.*

Ad hoc itaque vt emptor ſit aliquo modo ſecurus debet
procurare, vt ſibi præſtetur fideiuſſor euictionis, Magon. 4
deciſ. Flor. 30. *num.* 10. & de hoc agere à principio, quia
niſi inter partes de præſtando fideiuſſore euictionis ab ini-
tio actum fuerit, & conuentum, vel niſi in limine contra-
ctus immineat euictio non cogitur venditor illum præſtare, 5
ſed tantùm ſe ipſum obligare, Maur. *tract. de fideiuſſ. part.* 1.
ſect. 3. *cap.* 18. *num.* 19. *& ſeqq.* Vel deponere pretium cum
conditione vt ſoluatur gradatim anterioribus creditoribus,
qui etiam ſatiſdent, vel ſaltem ipſi ſe obligent de reſtituen-
do prioribus, & anterioribus ſi in poſterum detegantur, per 6
quam ſatiſdationem, vel promiſſionem conſulitur non ſo-
lùm creditoribus, ſed etiam ipſi emptori, cuius intereſt
pretium conuerti in ſatisfactionem creditorum anterio-
rum, ratione cuius intereſſe ſi ipſe moleſtetur poteſt age-
re via executiua contra poſteriores creditores, vel eorum
fideiuſſores, vt reſtituant pecuniam anterioribus, qui
etiam habent electionem agendi, vel contra poſſeſſorem,
& emptorem bonorum, vel contra poſteriores, qui pe-
cuniam receperunt cum dicta promiſſione, vt latè probat
Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 37. *num.* 37. *& ſeqq. ad finem*, &
Rot. in allegata *deciſ.* coram Seraph. quaſi tunc pecunia 7
habeatur pro extanti, & poſſit executiuè auocari,
Franch. *deciſ.* 75. *num.* 9. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 701.
num. 1. quando autem detur appellatio in dicta cauſa
auocationis, vel non tradit, idem Gratian. *diſcept.* 772.
num. 6.

Quamuis aliàs ceſſante dicta promiſſione creditor pri-
mus, & anterior non poſſit per hypothecariam reuocare
pecuniam ſolutam ſecundo, & poſteriori creditori quan- 8
do fuit bona fide conſumpta, & commixta, niſi primus cre-
ditor vltrà anterioritatem haberet etiam cauſam priuilegia-
tam,

tam, vel niſi ex cauſa lucratiua pecunia deueniſſet ad ſecun-
dum creditorem, ſiue pecunia adhuc extaret, vel dolo fue-
rit conſumpta, Afflict. *deciſ.*190. *per tot.* vbi etiam latè
Vrſil. in Add. Capyc. *deciſ.*78. Brun. *de ceſſ. bon. quaſt* 24.
prin. per tot. Seraph. *deciſ.*1074. *num.*3. Thomat. *deciſ.*51.
*num.*65. Maur. *tract. de ſolut. cap.*68. *per tot.* Pacif. de Sal-
uian. *inſpect.*3. *cap.*2. *num.*229. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*
304. *per tot. cap.*943. *num.*7. *& cap.*964. *num.*12. *&c.* facit
Neguſ. *de pign. membr.*1. *part.*5. *num.*48. & latiſſimè latè
Merlin. *de pign. lib.*4. *tit.*1. *quaſt.*28. *per tot.* in quibus locis
plenè habetur quando primus creditor poſſit auocare pecu-
niam à ſecundo, qui præuenit in exigendo, & cui debitor
voluit ſoluendo gratificare, &c. Quod procedit etiam ſi pri-
mus creditor habeat hypothecam, quia licèt pecunia veniat
9 in generali obligatione bonorum, intelligendo de aliundè
quæſita quàm ab ipſo creditore, ne debitor impediatur illa
10 vti, Neguſ. *de pign. part.*2. *membr.*2. *num.*11. *&c.* ita
vt veniat etiam in tacita hypotheca inducta à lege in caſi-
bus expreſſis præterquam in illa, quæ competit ſuper in-
11 uectis, & illatis in re conducta, idem Neguſ. *d. part.*2.
*memb.*4. *num.*166. & ſuper huiuſmodi pecunia competat
etiam remedium Saluiani, iuxta latè tradita per Gratian.
12 *diſcept. forenſ. cap.*943. *per tot.* Tamen intelligitur niſi ſit
bona fide conſumpta, vel commixta, cùm requiratur
quod extet, vel dolo fuerit conſumpta, Scapuc. de
Saluian. *lib.*2. *quaſt.*13. *per tot.* Rot. *part.* 3. *diuerſ. de-
ciſ.*542. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 304. *num.*1. *& cap.*
13 649 *num.*7. cum alijs ſupra relatis, quia per immixtionem
cum proprijs pecunijs extinguitur hypotheca, idem
Gratian. *cap.*797. *num.* 1. *&c.* Sicut etiam per conſum-
ptionem extinguitur dominium, & hypotheca, & effi-
14 citur recipientis, & conſumentis quamuis eſſet aliena,
niſi recipiens fuerit in mala fide, idem Gratian. *diſcept.*
649. *num.*7.

Quamquidem cautionem ſupra tactam de reſtituendo
15 pecuniam potioribus, & anterioribus creditoribus ſi in
futurum detegantur tenentur præſtare creditores, quibus
ſoluitur pretium quando ſumus in actione tributoria, &
concurſu creditorum, Duran. *deciſ.*421. *num.*10. *& ſeqq.*
Rot. poſt Pacif. de Saluian. *deciſ.*15. facit Rot. *part.*2. *diuerſ.
deciſ.*281. *num.* 36. ac indiſtinctè eſſe præſtandam tenet idem
Pacif. *d. tract. inſpect.*5. *cap.*1. *num.*49. licèt eius opinionem
non eſſe nimis tutam dicat Merlin. *de pign. lib.*4. *tit.*1. *quaſt.*
34. *per tot.* vbi illam aliquibus modis declarat. Sed non
ob id recedendum puto à ſupra firmata concluſione, ita
vt Iudex in dictis caſibus debeat etiam ex officio ad conſu-
lendum creditoribus abſentibus, ac ipſi emptori in eius
ſententia graduatoria decernere, & mandare, quod in
actu receptionis pecuniarum præſtetur dicta cautio, ſicuti
pluries ego practicaui cum conſilio Clariſſimorum noſtri
temporis iuriſperitorum DD. Io: Pauli, & Franciſci fra-
trum de Borellis Aduocatorum Imolenſium, dum ibidem
Iudex eſſe nonnullarum cauſarum mihi delegatarum ab
Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo D. Cardinali legato
Prouinciæ Romandiolæ, & ab Illuſtriſſimo, & Reueren-
diſſimo D. A. C. & omnes acquieuerunt, ac idoneas fide-
iuſſiones, vt ſupra præſtiterunt cùm ita iuris eſſet per præ-
dicta, & continet magnam æquitatem, de qua cautione
Franc. *deciſ.*75. *num.*9. Gratian. *diſcept.*950. *num.*16.

Quòd ſi emptor ſoluerit pretium partim anterioribus
creditoribus, & partim poſterioribus poteſt conueniri pro
16 rata ſoluta poſterioribus, & tenetur ſoluere, aut pati auo-
cationem rei ratione hypothecæ aliorum creditorum ante-
riorum reſpectu huiuſmodi ratæ ſolutæ poſterioribus, Ca-
ualer. *deciſ.*653. *num.*4. *&* 5. intelligendo quando poſſidet
vti ſimplex emptor, nam ſi vti creditor hypothecarius
acquiſiuerit rem, & pro confirmatione ſuæ hypothecæ ſol-
17 uerit partem pretij alicui anteriori, non poteſt conueniri
pro alia rata niſi iure offerendi, vt declarat Rot. *in Firma-
na Saluiani* 24. *Maij* 1633. *per tot.* coram Pirouano *in No-
uiſſ. part.*6. *deciſ.*135.

Et ſi creditores volunt vendere iure creditorum rem illis
obligatam quamuis regulariter non teneatur de euictione,
tamen ſi volunt emptorem reperire coguntur promittere
de euictione, & tamquam domini non iure creditorum
tantùm vendere, & ſic cauſatiuè tenentur de euictione,
de qua etiam tenentur quando non docuerunt de illorum
18 credito, & hypotheca, ac ſe eſſe omnibus alijs anteriores,
& potiores, quia tunc ſi alius anterior euincat ab emptore,
poſteriores, qui vendiderunt tenentur de euictione, ſicut
etiam ſi ſcirent rem venditam non eſſe debitoris, vel ſibi
non licuiſſe illam vendere, Neguſ. *de pign. part.*6. *memb.*1.
*n.*42. Merlin. *de pign. lib.*4. *tit.*3. *quaſt* 101. & Poſth. *tract.
de ſubhaſt. inſpect.*63. *&* 64. *per tot.* & Rot. poſt illum *deciſ.*
4. *num.*3. *& per tot.* adde Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.*281. *num.*
33. *& ſeqq.*

Solet etiam adhiberi alia cautela pro emptore, vt ſcilicet
Iudex mittat proclamata per Ciuitatem, quod quicumque
velit contradicere venditioni talis rei, vel ſuper ea aliquod
ius prætendere, debeat infra certum tempus comparere,
& de iuribus ſuis docere alias amplius non audietur, quo 19
termino elapſo ſi nullus comparuerit videntur creditores
non comparentes conſentire, & ius ſuum remittere, iuxta
text. *in l. ſi eo tempore C. de remiſſ. pign.* cum ibi traditis per
Bart. & alios circa formam huiuſmodi proclamatum, Alex.
*conſ.*106. *lib.*5. & Neguſ. *de pign. part.*6. *membr.*3 *num.*25.

Quando enim Iudex aſſignauit terminum ad agendum,
& eo elapſo pronunciauit non eſſe amplius audiendos alios 20
creditores, amplius non audiuntur, Cepol. *caut.*167. Paul.
de Caſtr. *conſ.*243. *col. fin. lib.*1. Petr. Cabal. *reſolut. crim.
caſ.*233. *num.*32.

Ac creditores conſentientes ſimpliciter, vel interuenien-
tes venditioni pignoris factæ per debitorem non minus ſibi
præiudicant, quam ſi ipſimet venderent, *l. creditor* 118. 21
ff. de reg. iur. cum alijs per Duran. *deciſ.*445. *num.*57. *& de-
ciſ.*449. *num.*4. *& ſeqq.* declarando tamen iuxta latè tradi-
ta per Neguſ. *d. part.*6. *memb.*3. *num.*12. *& ſeqq. per tot.*
Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*38. *num.*19. *& cap.*730. *num.*10.
*& num.*40.

Pro quo facit ſimile quod tenent Doctores de debitore,
cuius bona fuerunt publicata factis edictis, vt omnes præ-
tendentes in certo termino comparere debeant ad docen-
dum de illorum iuribus, aliàs amplius non audiantur, qui
ſi non comparuerint in dicto termino cridarum, & iura
ſua proponere neglexerint licèt eſſent veri, & legitimi cre- 22
ditores amplius non audiuntur, nec contra fiſcum, nec
contra ipſum debitorem ſi fuerit reſtitutus ad bona, quæ in
eorum tranſeunt, & redeunt libera ſtantibus dictis procla-
matibus, & cridis, ac negligentia creditorum in deducen-
do iura ſua, quæ ideò per taciturnitatem videntur extin-
cta, & remiſſa, nec amplius reuiuiſcere poſſunt, Angui-
ſol. *conſ.*10. *num.*17. *&c. lib.*3. Odd. *de reſtitut. in integr. part.*2.
*quaſt.*97. *art.*3. *num.*15. *& ſeqq.* cum alijs per Cabal. *reſolut.
crim. d. caſ.*233. *per tot.*

Et quatenus dictum eſt ſupra emptorem poſſe à credito-
ribus venditoris reportare iurium ceſſionem ad effectum
agendi, & excipiendi, ac etiam ſine huiuſmodi ceſſione
habere ius retinendi, non obſtat quod emptor ſoluendo de
pretio rei emptæ dicatur ſoluere de pecunijs debitoris, qui
vendidit, & non poſſit ſibi aliqua iura quærere non con- 23
tra bona, quorum ipſe eſt dominus, nec contra perſonam
venditoris cùm de illius pecunijs ſoluat, & ſic ceſſio ſibi
non ſuffragetur ſi ab alijs etiam poſterioribus moleſtetur,
maximè non præcedente pacto cum venditore ſuccedendi
in locum creditorum, prout viſa eſt ſentire, Rot. penes Pa-
cif. de Saluian. *deciſ.*164. & poſt Cenc. *de Cenſ. deciſ.*559.
Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*963. *num.*19. *&* 20. Neguſ. *de
pign. part.*5. *membr.*3. *num.*45. quaſi retentio detur tantùm
in duobus caſibus, nempè quando titulo dationis in ſolu- 24
tum, vel pignorationis res peruenit ad eum qui vult reti-
nere, ſecùs autem quando ſumus in extraneos emptore,
Caſtr. *in l. petenti* 27. *num.*3. *ff. de pign. act.* cum alijs per
Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*269. *n.*33.

Quia reſpondetur, quod huiuſmodi obiectio non atten-
ditur de æquitate, & procederet ſolùm ad effectum agen- 25
di, ſecus autem quoad effectum excipiendi, & retinendi,
quod competit emptori, qui ſoluit anterioribus creditori-
bus, etiam abſque alia ceſſione, & conuentione, vt per
Mantic. *d. deciſ.*69. & penes Gratian. *d. cap.*269. *in fine*, &
idem Gratian. *cap.*734. *num.*18. *& cap.*772. *num.*3. Benin-
tend. *deciſ. Bonon.*50. *per tot.* cum alijs latè deductis per
Merlin. *de pign. lib.*4. *quaſt.*44. nec diſſentit Rot. *in alle-
gat. deciſ.*559. poſt Cenc. *de Cenſ.* & poſt Pacif. de Saluian.
164. ſi benè perpendantur, &c. Caſtr. autem, & Gra-
tian. dum videntur firmare, quod ſolùm detur retentio,
vbi quis poſſidet vti creditor, aut loquuntur contra
communem opinionem, aut in diuerſis terminis, nem- 26
pè in tertio poſſeſſore creditore non hypothecario, &
quando nulliter poſſidet, vt patet ex traditis per Neguſ.
*de pign. part.*5. *membr.*4. *num.*4. *verſ. intellige tamen*, vbi

citat

citat Caſtr. *in d.l. petenti*, & ambo citantur à Gratiano, qui
propterea ſecundum eorum dicta debet intelligi, ſicuti
etiam dum Iudex eſſem Foroliuij per me de hoc conſultus
reſpondit idem D. Mercur. Merlin. cui tamquam in hac
materia verſatiſſimo credendum exiſtimo.

Benè verum eſt, quod ſi emptor ipſe non ſolueret, nec
exburſaret pecuniam creditoribus venditoris, ſed ipſi ven-
ditori, qui licèt poſteà ſolueret de per ſe, & ſatisfaceret ſuis
27 creditoribus etiam cum pecunia ipſius emptoris nullum ius
excipiendi, vel retinendi haberet, cùm tale ius competat
ſolummodò quando ipſe emptor ſoluit creditoribus, & non
venditori, quo caſu ſibi deberet imputare ſi non reportauit
iurium ceſſionem, vel ſaltem fecit pactum de ſuccedendo
in locum primorum creditorum, nam aliàs venditor ſol-
uens de pecunijs ſuis præſumitur ſoluiſſe animo adimplen-
di id, ad quod tenebatur, & non animo acquirendi iura
pro emptore, Fulgoſ. *in l. 1. ff. quibus mod. pign. vel hypoth.
ſolu. in prin.* Magon. *deciſ. Flor. 59. num. 14. ad finem verſ.
& allegata*, Gratian. *diſcept. forenſ. d. cap. 269. num. 34. &
28 ſeqq.* licèt videatur ſibi contrarius ſub *num. 8. & ſeqq.* & ſol-
uendo debitum proprium non poteſt reportare aliquam iu-
rium ceſſionem, Duran. *deciſ. 253. num. 2.* niſi verè ſpecta-
ret ad alium, quia licèt diceretur proprium reſpectu credi-
toris, tamen reſpectu veri debitoris, & eius pro quo ſolue-
retur, diceretur alienum, & poſſet reportari ceſſio contra
illum, cuius vigore compereret prælatio quoad alios poſte-
riores, Duran. *d. deciſ. 253. per tot.*

Si tamen eſſemus in pecunia Eccleſiæ, piæ cauſæ, vel pu-
pilli, ſiue etiam dotali fortè poſſet attentare, quod ſicuti
res empta ex illorum pecunijs eorum fauore non efficitur
ementis, ſed ipſorum, quorum eſt pecunia, ita vt eis com-
29 petat rei vendicatio, & prælatio aduerſus quoſcumque
alios creditores, quidquid ſecus ſit in emptis ex pecunia
aliorum priuatorum non priuilegiatorum, non præceden-
te pacto, & reſeruatione, quod res ſit illis ſpecialiter obli-
gata, *l. ſi ex pecunia C. de rei vendic.* Euerard. *loc. à milit.
ad Eccl. vel piam cauſ. num. 7. & loc. à dot. ad piam cauſ.
num. 6.* Neguſ. *de pign. part. 2. membr. 4. num. 163. & part. 5.
memb. 2. num. 19.* Rodriquez *de concurr. cred. part. 1. art. 7.
num. 9. verſ. tertio*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 955. num. 8.
& cap. 489. num. 25. & 26.* Pacif. de Salutan. *inſpect. 3. cap. 4.
num. 678.* Montan. *de tut. cap. 21. effect. 4. num. 7. & 8.* ac latè
Merlin. *de pign. lib. 3. tit. 1. quæſt. 25. & ſeqq.* Sic pari modo,
& eodem fauore huiuſmodi perſonis acquiratur ius exci-
piendi, & retinendi etiam in dicto caſu ſolutionis factæ
ipſi venditori poſteà de illorum pecunijs ſoluenti creditori-
bus ſuis, præcipuè quando de illorum voluntate, & com-
miſſione ſic fuiſſet ei ſolutum, vel aliter expreſsè, ſiue tacitè
conſtaret de animo ſuccedendi in locum creditorum, qui-
bus ſoluitur pecunia, & acquirendi, vel emendi eorum
iura exemplo prædictorum in alijs emptionibus.

A R G V M E N T V M.

Aggreſſus qualiter ſe poſſit defendere non expe-
ctando percuti, & plura in materia defenſionis
permiſſæ cum moderamine inculpatæ tutelæ,
in quo conſiſtat, & quid ſi fuerit in aliquo
exceſſum. Auxiliatores qualiter teneantur, vel
excuſentur, & de beneficio pacis, & confeſſio-
nis militibus competente.

S V M M A R I V M.

1 *AGgreſſus non tenetur expectare ſe percuti, ſed po-
teſt præuenire.*

2 *Vis præparata quando poſſit repulſari ante aggreſſio-
nem.*

3 *Aggreſſorem eſſe, & non inſultatum ex quibus cauſis co-
gnoſcatur.*

4 *Inſultatus etiam ſine armis quomodo poſſit inſultantem,
vel ſolum minantem offendere.*

5 *Excommunicatio non incurritur quando offenſio Clerici
eſt ex cauſa defenſionis.*

6 *Abſolutio debet impetrari ad cautelam.*

7 *Inſultatus an præſumatur ſe defendere cum moderami-
ne, & in quibus conſiſtat, num. 8.*

9 *Moderamen quando fuit exceſſum quomodo excedens
puniatur.*

10 *Exceſſus in armis non eſt conſiderabilis niſi ſit ex pro-
poſito.*

11 *Defenſio eſt permiſſa non ſolum corporis, ſed rerum, pro-
pinquorum, amicorum, & ſociorum, & quomodo.*

12 *Banna prohibentia vſum armorum non procedunt quando
ſit ad defenſam.*

13 *Arma capiens de domo, apotheca, vel latere alterius
pro ſe defendendo non incidit in pœnam, cùm ſit de-
latio momentanea.*

14 *Delatio armorum ad perſecutionem bannitorum eſt
permiſſa.*

15 *Aggreſſus poteſt pro ſui defenſione etiam exonerare ſclo-
pum ſine pœna.*

16 *Banna punientia exonerationem ſclopi cum offenſione
intelliguntur de offenſione per tactum corporis, & quid
in ſtatu Florentino, num. 18.*

17 *Banna imponentia grauiores pœnas quàm ius commune
dicuntur ad terrorem.*

19 *Auxiliatores in delictis quomodo puniantur, ſiue an-
te, ſiue poſt, ſiue in ipſo delicto auxilium præſtite-
rint, num. 21.*

20 *Auxiliatores non tenentur quando principalis fuit ab-
ſolutus, nec in alijs caſibus, & præſumuntur caſu
adfuiſſe.*

22 *Milites gaudent beneficio confeſſionis pro quarta parte,
etiam ſi confeſſio videatur qualificata, cùm habeatur
pro pura non probata qualitate.*

23 *Beneficium pacis quomodo deducatur de reſiduo pœna de-
ducto beneficio confeſſionis, Legitima, & Trebellia-
nica quomodo deducantur de hereditate.*

24 *Beneficium pacis prodeſt tantùm comparentibus, & illam
producentibus, non contumacibus.*

25 *Beneficia pacis, & confeſſionis procedunt tantùm in pœ-
nis quantitatiuis, ſecus in pœnis corporalibus, vel con-
ſiſtentibus in ſpecie inalterabili.*

C A P V T XX.

ANtonius primus inquiſitus pro vulneribus in rixa
illatis Chriſtophoro eſt abſque dubio in caſu abſolu-
tionis, conſtat etenim dictum Chriſtophorum prius ince-
piſſe verba contumelioſa proferre, & arma denudare con-
tra dictum Antonium, qui propterea tamquam aggreſſus,
& inſultatus præſumitur ſe crediddiſſe conſtitutum in peri-
culo vitæ, & potuit, ac debuit ſe, & honorem ſuum tue- 1
ri, abſque eo quod teneretur expectare ſe percuti, ſed li-
citè potuit ipſe incipere, & præuenire, quia dicitur defen-
ſio, etiam antequam ab aduerſario offenderetur, vt iniuria
propulſetur, & offenſa repellatur, *l. ſi quis percuſſorem C. ad
l. Cornel. de ſicar.* Clar. *in §. homicidium verſ. ſed quomodo,
&c.* Ang. *de maleſ. verſ. Et dicto Titio ſe defendente num. 13.*
& Petr. Cabal. *reſolut. crim. caſ. 88. num. 4. & in tract. de omn.
gen. homicid. num. 31.* & Garz. *ad def. defenſ. 29. cap. 4. num.
20. & ſeqq.*

Imò non ſolùm vim inſtantem reprimere licitum eſt,
ſed etiam ſolummodò præparatam, dum enim inimicus fa-
cit apparatum gentis armatæ, vel ponit inſidias non eſt ne-
ceſſe expectare actum aggreſſuræ, ſed poteſt præueniri cu- 2
rando repellere iniuriam imminentem, & obuiando à prin-
cipio offenſioni, ne fiat prorumpendo etiam ad offenden-
dum ipſum præparantem, antequam aggrediatur, præcipuè
quando aliter periculum euitari non poſſet ſine dedecore,
Bald. *l. in lege 32. ff. locat.* Iaſ. *in l. vt vim num. 9. ff. de iuſt.
& iur.* cum alijs per Clar. *d. §. homicidium verſ. ſed quomodo
in fine*, Pet. Caball. *d. caſ 88. num. 5.*

De qua quidem aggreſſione nedum plenè conſtat ex præ-
dicto actu denudationis armorum, ſed etiam præſumitur 3
ex eo quod dictus Chriſtophorus armis munitus acceſſit ad
locum ſequutæ rixæ, ac ex eo quod ipſe ſe fortiorem, & va-
lidiorem iactare ſolebat, & quia ſui natura eſt ſolitus rixa-
ri, & demum quia remanſit vulneratus, ac quia ſicuti aliàs
fama eſt occidiſſe fratrem dicti Antonij inquiſiti cenſetur,
etiam denuò ipſum offendere voluiſſe ad extorquendam
pacem, ex quibus cauſis quis præſumitur aggreſſor, &
non inſultatus, Gramat. *vot. 24.* cum alijs per Me-
noch. *de arbitr. caſ. 363. per tot.* vbi etiam adducit alias
præſumptiones, quibus dignoſcitur quem fuiſſe alterius
aggreſſorem, & Petr. Cabal. *reſolut. crim. caſ. 231. num.
6. & ſeqq.*

Adeò vt etiam inſultatus, & prouocatus ſine armis ab
aduerſario volente ei alapam manu vacua præbere poſſit

eum

eum licitè offendere ſi ſibi dedecus eſſet per aliam viam
euadere, quinimò etiam ſolùm minantem offendere ſi ſit
4 homo ſolitus, & potens minas exequi, quia tunc minatus
non tenetur expectare, vt minæ ad effectum deducantur,
ſicut etiam poteſt inſultatus percutere inſultantem, & vul-
nerare cauſa honoris ſui tuendi ſi contra eum proferantur
iniuriæ tangentes honorem, nec tenetur aufugere, Guaz.
d.def.29.cap.4.num.25.&c. Gratian. *diſcept.forenſ.cap.*837.
5 *num.5.& ſeqq.* vbi etiam quod non incurritur excommuni-
catio quamuis offenſus, vel vulneratos ex cauſa defenſio-
nis eſſet Clericus, cum naturalis defenſio peccatum non
habeat *DD. in l. vt cum ff. de iuſt.& iur.* Caball. *de omn.gen.*
6 *homicid.num.68.* ad cautelam tamen, & pro ſecuritate
animæ pro qua ſemper tutior pars eſt eligenda deberet im-
petrari abſolutio, vt aduertit Gratian. *loc.cit.*

Eſtque iuris præſumptio, quod inſultatus ſe defenderit
ſeruato moderamine inculpatæ tutelæ ſtante dicta aggreſ-
7 ſione, paritate armorum, & defenſione ſequuta in eodem
inſtanti, Cabal. *reſolut.crim. caſ.88. num.4.* Guaz. *d.def.29.*
cap.4. cum huiuſmodi moderamen inculpatæ tutelæ conſi-
8 ſtat in tribus, nempè circa modum, vt fiat eodem genere
armorum, circa tempus, vt fiat incontinenti, & circa cau-
ſam, vt fiat ad defenſam, & non ad vindictam, quo ſerua-
to omnis offenſa inde ſequuta eſt omninò impunibilis, *l.1.*
C. vnde vi, Cabal. *de omn. gen. homicid. num.67. & num.92.*
cum ſeqq. Et ſi fuerit exceſſum in aliquo excedens punitur
dumtaxat pro exceſſu arbitrio Iudicis, niſi tamen exceſſus
9 conſiſteret tantùm in vno ex prædictis requiſitis, quia tunc
excedens diceretur ſolummodò in leuiſſima culpa, ac in
nihilo puniretur, ſicut etiam ſi calore iracundiæ fiat exceſ-
ſus, cum primi motus non ſint in noſtra poteſtate ſi ita ta-
men iudicis arbitrio videbitur, & qoia ſe defendens non
poteſt menſurare ictus, nec habere ſtateram (vt aiunt) præ
manibus cum metus inſtantis periculi tollat rectum iudi-
cium, & intellectum, latè Cabal. *de omn.gen. homicid.n.98.*
& ſeqq. & Guaz *d.def.29. c.5. per tot.*

Et quod dicitur de paritate armorum non reperitur ali-
quo iure cautum, nec exceſſus in armis eſt aliquo modo
10 conſiderabilis niſi ſit ex propoſito, & deliberatione, cùm
aliàs licitum ſit inſultato ſe defendere cum armis, quæ ha-
bet ad manum, licèt inæqualibus, & longè melioribus, vt
ente, pugione, ſclopo, vel alio inſtrumento contra aduer-
ſarium habentem ſolummodò bacculum, ſaxum, vel etiam
pugno, & manu vacua tantùm offendere volentem, quan-
do præcipuè aliter iniuria cum honore euadi non poteſt,
etiam ſi mors inſultantis, ſequatur Bart. *in l.1. num.7. C.*
vnde vi, Cabal. *reſolut. crim. caſ.248. num.31. & ſeqq.* Gra-
ſian. *diſcept. forenſ. cap.837. num.4.* cum alijs per Guazin.
d. def. 19. cap.4. num.28.

Atque eſt adeò permiſſa defenſio vt ſeruato moderamine
prædicto licitum ſit inſultantem offendere non ſolùm pro
defenſione proprij corporis, & honoris, qui vitæ æquipa-
11 ratur, ſed etiam pro defenſione rerum, quæ dicuntur ſe-
cundus ſanguis, & pro defenſione propinquorum, ſeu ami-
corum extraneorum, vel ſociorum interficiendo, etiam
mediatores rixæ ſi aliter fieri non poſſit, quod procedit non
ſolùm in foro fori, ſed etiam in foro conſcientiæ, ſeu poli,
vt alij dicunt, ita vt nec irregularitas, vel excommunica-
tio incurratur, quamuis inſultatus poſſet fugiendo ſe ſalua-
re ſine periculo, cùm non teneatur fugere, maximè quan-
do ſumus inter æquales, vel inter milites, quibus fuga
eſt ignominioſa, Clar. *in §. homicidium verſ. euacuatur au-*
tem, cum pluribus ſeqq. Petr. Cabal. *reſolut.crim. caſ.294.*
num.441. Farinac. *quæſt.* 125. & Guaz. *d. def. 29. cap.4.*
num.13.& ſeqq.

Et banna prohibentia armorum delationem, & vſum
non habent locum, quando quis vtitur armis ad ſui, vel al-
terius defenſionem in caſibus à iure permiſſis, quia per-
12 miſſa defenſione videtur permiſſum omne id, ſine quo illa
fieri non poteſt, & ideò ſi aliquis etiam non habens faculta-
tem armorum ad effectum prædictum, aſſumat arma de
domo, vel apotheca, ſeu de latere alterius non incidit in
pœnam delationis, vel vſus armorum, vt latè probat Ca-
bal. *reſolut. crim. caſ.62. per tot.& caſ.88. in fine num.8.* quia
delatio armorum momentanea non punitur, nec compre-
13 henditur in ſtatuto prohibente delationem armorum,
etiam quod fieret ad offendendom aliquem ſuum aduerſa-
rium, offenſione tamen non ſubſequuta, Farinac. *quæſt.*
14 108. *num* 43. Guaz. *d. def.29. cap.2. num.17.* ſicut nec pu-
nitur ſi fiat ad perſecutionem bannitorum, niſi hoc ſimu-
laretur ad aliud malum finem, vt per Cabal. *reſol. crim.*
caſ.45. per tot.

Cùm etiam banna punientia pœna mortis exonerantem
ſclopum contra aliquem animo offendendi non habeant lo- 15
cum quando aliquis fuit aggreſſus, & exonerauit ſclopum
pro ſui defenſione, quia talia banna non intelliguntur, nec
poſſunt tollere naturalem defenſionem, ſed illam potius
ſemper reſeruare, Alexand. *conſ.* 113. *num.* 8. *lib.* 5.
Marſil. *ſingul.* 59. cum alijs per Cabal. *d. caſ.88. num.1.*
& ſeqq.

Et quando banna imponunt pœnam vltimi ſupplicij, &
confiſcationis bonorum contra exonerantem ſclopum cum
offenſione alterius, quamuis non fiat ad defenſam, debet 16
intelligi de offenſione facta per tactum corporis, nec ſuffi-
cit offenſio facta in veſtibus, ad tradita per Guaz. *d.def.29.*
cap.2. num.12. ac in tract. de pace, & treg. part.1. quæſt.52.
num.4. quia banna imponentia grauiorem pœnam, quam
faciat ius commune dicuntur edita potius ad terrorem, 17
quam ad comminatæ pœnæ executionem, & ideò non
ſunt extendenda, ſed ſtrictè interpretanda, & Index po-
teſt ex aliqua iuſta cauſa ab illorum rigore in iudicando re-
cedere, Bertach. *in repert. verb. bannum num.35.* cum
alijs per Guaz. *d. def. 29. cap.2. num.23.* vbi propterea di-
cit non eſſe inhærendum opinioni illorum, qui autumant
ad vnguem eſſe ſeruanda cum ſummum ius, ſumma iniu-
ria reputetur quamuis non ignorem ex legibus municipali-
bus in ſtatu Florentino, ac etiam alibi ad reprimendam de-
linquentium audaciam pro maleficio attentato, & conatu
cum archibuſijs, etiam nulla ſequuta offenſione, ſed ex ſolo 18
conatu, & attentatione exonerandi archibuſium contra
aliquem licèt verè exoneratus non fuerit, nec pila emiſſa
impoſitam eſſe pœnam furcarum, & confiſcationis bono-
rum, & tantò magis ſi ſequuta fuerit exoneratio licèt non
offenderit perſonam, nec veſtes tetigerit, vt teſtatur Petr.
Cabal. *reſolut.crim.caſ.152.num.1.*

Cùm itaque ex prædictis appareat eſſe abſoluendum An-
tonium principalem prætenſum delinquentem, eo magis
erunt abſoluendi etiam Paulus, & Carolus prætenſi auxi-
liatores in ipſo actu rixandi, quia quamuis auxillatores,
& opem præſtantes ad delinquendum ſiue ante delictum, 19
vt commodando arma, equos vel aliter delinquentem in-
ſtruendo, ſiue in ipſo delicto aſſiſtendo, & admenando,
vel delinquentem audaciorem reddendo eadem pœna pu-
niantur, qua punitur ipſe delinquens principalis, Boer.
quæſt.167. Maril. *in prax §. conſtante num.56.* & quamplu-
res alij relati per Menoch. *de arbitr. caſ.349. num.3.& ſeqq.*
Clar *§. fin. quæſt 90. per tot.* & Farinac. *quæſt.130.* tamen
cum vt dictum eſt ſit abſoluendus principalis, & ſit immu-
nis a pœna, tantò magis debent eſſe immunes, qui præ-
tenduntur auxiliatores, & præcipuè quando ignoranter,
prout præſumitur auxilium præſtiterunt, & quando non
conſtat plenè, & verè de delicto principalis, ita vt non 20
ſufficiat principalem fuiſſe in contumaciam condemnatum,
nec eius confeſſio, vel ſententia contra eum lata niſi pro-
ceſſus agitetur, & probetur pariter contra ipſos auxiliato-
res, qui nec puniri poſſunt ſi doceant ſe in actu delicti ni-
hil egiſſe, ſed ipſum principalem potuiſſe per ſe delictum
committere, cùm præſumatur à iure aliquem adfuiſſe de-
licto caſu, & fortuito non autem ſcienter, & doloſè, niſi
probetur aliquis actus in contrarium, Marſil. *conſil.24.*
num.23. Pariſ. *conſ.164. num.14. lib.4.* Iaſ. *conſ.157. lib.1.*
cum alijs latè adductis per Menoch. *de arbitr. caſ.349. num.*
6.& ſeqq. per tot. & caſ.350. in fine, ac plures modos, &
cautelas defendendi huiuſmodi auxiliatores, tradit Guaz.
def.33. cap.10. per tot.

Vbi verò auxilium præſtatur poſt delictum ad euaden-
dum, & occultandum delinquentem tenentur auxiliato- 21
res pœna, *l.1.& l. fin. C. de his qui latir.* quæ eſt extraor-
dinaria Iudicis arbitrio, niſi præceſſiſſet aliquis tractatus
de auxilio poſt delictum præſtando, quia tunc eadem pœ-
na, qua principalis tenerentur, Menoch. *d.caſ.349.num.21.*
& ſeqq. & Clar. *§. fin. quæſt. 90. verſ. aut vero.*

Qoatenus autem prædictus Antonius poſſet aliqua pœ-
na pecuniaria puniri, cùm ſit deſcriptus in militia Sereniſ-
ſimi Magni Ducis noſtri, & ſpontè faſſus fuerit delictum
licèt cum illa qualitate ad ſui defenſionem, qoam etiam
poſtea probauit deberet vigore priuilegiorum bandarum
S.C.S. editorum de anno 1646. *cap.13.num.2.* gaudere
beneficio confeſſionis pro quarta parte, cum dicta confeſ-
ſio quamuis qualificata habeatur pro pura, & ſimplici con-
feſſio-

feſſione, nec in aliquo grauet fiſcum onere probandi, ſed ex illa ſequi potuiſſet condemnatio, niſi qualitas adiecta fuiſſet probata, Cabal. *reſolut. crim. caſ.* 56. *num.* 29. *& ſeqq.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 109. *num.* 44.

Ac de reſiduo pœnæ detracta illa quarta parte vigore confeſſionis, cùm etiam habuerit pacem ab offenſo deberet remitti alia medietas pro beneficio pacis, quæ medietas eſt deducenda non quidem habito reſpectu ad integram
23 ſummam pœnæ, ſed ad id quod remanet deducta quarta parte vigore confeſſionis iuxta veriorem opinionem, & in iudicijs frequentata exemplo legitimæ, & trebellianicæ, quæ deducuntur à filio ſub conditione grauato deducendo primo legitimam habito reſpectu ad totam hæreditatem, & poſteà trebellianicam de eo tantum quod ſupereſt in hæreditate deducta legitima, Ang. *de maleſ. verb. deducta quarta num.* 7. Cabal. *reſolut. crim. d. caſ.* 56. *num.* 144. vbi latè de modo calculandi diminutionem, vel augumentum pœnarum quando ex aliqua cauſa minuitur, vel augetur pœna delicti.

Iſtud tamen beneficium pacis circa diminutionem pœnæ prodeſt ſolummodò comparentibus in iudicio, ac illam
24 producentibus implorando beneficium legis, vel ſtatuti, non autem contumacibus illam non producentibus, quamuis eſſet producta ab alijs ſocijs criminis, Vulpell. *tract. de pace quæſt.* 65. & Cabal. *reſol. crim. caſ.* 75. *per tot.*

Ac etiam dicta beneficia procedunt tantum vbi agitur de pœnis quantitatiuis diminutionem, vel augumentum re-
25 cipientibus, vt ſunt pœnæ pecuniariæ, non verò vbi ageretur de pœnis corporalibus, vel conſiſtentibus in aliqua ſpecie inalterabili, Cabal. *reſolut. crim. caſ.* 56. *num.* 113. *& ſeqq. ad* 125. vbi pulchrè hanc materiam declarat.

A R G V M E N T V M.

Agitur de iure offerendi, an & quando, quibus, & contra quos competat, & quid ſi plures adinuicem offerre velint. Creditor an poſſit occupare omnia bona debitoris, quid in dote, an admittatur ad offerendum ſubhaſta, & æſtimatio rei vendendæ ſit neceſſaria.

S V M M A R I V M.

1 *Creditores poſteriores quomodo habeant ius offerendi aduerſus anteriores.*
2 *Ius offerendi ceſſat quando res fuit vendita cuidam extraneo per creditorem anteriorem iure creditoris vendentem, ſecus ſi non iure creditoris, ſed iure venditoris vendiderit, num.* 3.
4 *Ius offerendi competit quando res fuit vendita non extraneo, ſed alteri creditori cui poteſt offerri non ſolum poſteriores, ſed per ipſummet debitorem.*
5 *Venditio quando dicatur facta iure creditoris, vt ceſſet ius offerendi.*
6 *Creditor anterior, an poſſit cogi per poſteriores ad vendendum, & ſibi, ac illis ſatisfaciendum de pretio.*
7 *Creditor poteſt occupare omnia bona debitoris donec ſibi ſoluatur.*
8 *Mulier pro ſua dote, an poſſit occupare omnia bona viri donec ſibi dos reſtituatur, vel teneatur vnum tamen fundum eligere pro concurrenti quantitate.*
9 *Ius offerendi ceſſat quando ab initio fuit conuentum, quod res poſſit vendi, vel in ſolutum accipi.*
10 *Stante obligatione Camerali, vel quarantigia pignus cenſetur ſubmiſſum cuilibet compulſioni ad libitum creditoris, & ceſſat ius offerendi.*
11 *Obligatus in forma Cameræ, vel per quarantigiam habetur pro condemnato, & poſt executiuè conuenitur.*
12 *Ius offerendi ceſſat quando creditori vti extraneo oblatori fuit res vendita.*
13 *Creditor admittitur ad licitandum ſicut quilibet extraneus.*
14 *Creditor cognatus debitoris cæteris paribus eſt præferendus in licitatione.*
15 *Æſtimatio eſt neceſſaria quando res adiudicatur creditori, num.* 16.
17 *Adiudicatio fit creditori in ſubſidium tantum.*
18 *Res non debet viliori pretio vendi, ſed pro iuſto creditori etiam inuito adiudicari.*
19 *Æſtimatio non eſt neceſſaria vbi agitur de debito priuato, ſed tantum vbi agitur de debito fiſcali, vel exa-*
Sabelli Reſol.
ctione publicarum functionum, num. 20.
21 *Deliberatio bonorum ſub haſta non poteſt fieri niſi præſente pecunia.*
22 *Ius offerendi competit etiam primo creditori poſſidenti aduerſus ſecundum offerentem, ſicuti cuilibet poſſeſſori extraneo, num.* 23.
24 *Ius offerendi competit cuilibet extraneo, num.* 25.
25 *Quilibet extraneus ſoluere poteſt pro debitore, & eum liberare etiam creditore inuito, non tamen reportat iurium ceſſionem.*
26 *Poſſeſſor poteſt deponere ſi creditor recuſet pecuniam oblatam recipere, & ceſſio habetur pro facta.*
27 *Volens vti iure offerendi an, & quando teneatur omne debitum, & expenſas offerre, & quando detur retentio pro melioramentis, & num.* 28.
28 *Poſſidens pro ſuo credito non tenetur offerre, niſi creditum, quod eſt anterius ſuo.*
29 *Ius offerendi an, & quando locum habeat in dote, num.* 30.
31 *In iure offerendi melior eſt conditio poſſidentis ſi primus, & ſecundus creditor ſibi inuicem, & viciſſim offerant, & contendant.*
32 *Si nec primus, nec ſecundus creditor poſſideant, ſed quidam tertius, & omnes vti velint iure offerendi primus præfertur ſecundo, & tertius poſſidens ambos excludere poteſt, num.* 33.
34 *Ius offerendi competit quandocumque etiam poſt ſententiam, num.* 35.
36 *Ius offerendi debitori non competit poſt adiudicationem factam creditori, & quando ſecus, num.* 37. *&* 38.
39 *Oblatio debet eſſe realis, nec ſola verbalis ſufficit.*

C A P V T XXI.

NOn eſt dubium, quod creditores ſecundi, & poſteriores habentes hypothecam poſſunt offerre primis creditoribus anterioribus licet hypothecarijs illorum credita, & liberare bona hypothecata pro confirmatione ſuarum hypothecarum poſteriorum intentando contra dicta bona Saluianum, vel hypothecariam actionem ad effectum reportandi iura primorum, & in eorum locum ſuccedendi, 1
quando nulla præcedente conuentione fuerunt data in ſolutum, vel vendita per ipſummet debitorem ipſis primis creditoribus, vel etiam extraneis, qui illis ſoluerent pretium pro eorum ſatisfactione, quamuis dicti primi creditores alteri extraneo poſteà vendidiſſent, cùm non vendiderint iure creditorum, ſed vigore acceptationis in ſolutum eis factæ, vel emptionis, & ſic cum tranſmiſerint dominium affectum dicto onere iuris offerendi, iuxta *deciſ. tex. in l.* 1. *in* 2. *reſponſo C. ſi antiqu. cred.* Afflict. *deciſ.* 16. *num.* 2. *& per tot.* vbi Vrſil. *nu.* 1. & idem Afflict. *deciſ.* 259. latè Neguſ. *de pign. part.* 5. *memb.* 3. *nu.* 1. *& ſeqq.* & Poſth. *tract. de ſubhaſt. inſpect.* 66. Capyc. 202. *num.* 5. Gratian. *diſc. forenſ. cap.* 269. *n.* 30. *&c.* & pulchrè Duran. *deciſ.* 445. *nu.* 1. *& ſeqq.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 121. *n.* 1.

Sed quando primum creditor hypothecarius iure creditoris auctoritate legis, vel pacti vendit rem ſui debitoris cuidam extraneo facit illum ſecurum, vt non poſſit conueniri iure offerendi à ſecundo, & poſteriore creditore, quia iſto caſu primus creditor vendens iure crediti ſui transfert 2
in emptorem dominium non affectum, cùm tempore contractæ hypothecæ habuerit à debitore licentiam alienandi, & illa vtendo reſoluitur ius ſecundi creditoris, ac ſi illi huiuſmodi res numquam fuerit obligata, cùm talis facultas vendendi præceſſerit eius obligationem *d. l.* 1. *C. ſi antiqu. cred.* Afflict. *d. deciſ.* 16. *num.* 2. Neguſ. *d. p.* 5. *memb.* 3. *num.* 4. Menoch. *d. præſumpt.* 121. *num.* 5. *lib.* 3. cum alijs ſupra relatis.

Si tamen non iure creditoris, ſed iure venditoris primus creditor vendat, vt quando prius ipſe emit, vel in ſolutum accepit, & deinde alteri vendit remanet ſaluum ius 3
offerendi ſecundo creditori iuxta ſuperiùs dicta Duran. *deciſ.* 445. *num.* 21. *& ſeqq.* Sicut etiam competeret ius offerendi ſi primus creditor vendidiſſet etiam iure creditoris non extraneo, ſed alteri creditori, vel fideiuſſori eiuſdem debitoris, quaſi tunc ſecundus creditor, vel fideiuſſor emens à primo eiuſdem debitoris creditore non tam 4
acquirendi dominij cauſa, quam ſeruandi ſui pignoris

præſumatur emiſſe, & ideò per alios creditores poſteriores,
ac etiam per ipſummet debitorem poteſt ei offerri, *l. 2. ff. de*
diſtract. pign. l. cum ſecundus §. fin. & l. ſeq. ff. eod. Neguſ.
d. memb. 3. part. 5. num. 5. Duran. *d. deciſ. 445. num. 6. &*
7. latè Menoch. *d. præſumpt.* 122. *num. 6. & ſeqq. ad finem*,
vbi tamen quod iſta præſumptio admittit probationem in
contrarium, ita vt ſi conſtaret vti extraneum emiſſe ceſſa-
ret ius offerendi.

Quando autem primus creditor adiuit Iudicem, & ab eo
obtinuit mediante ſubhaſtatione vendi bona ſibi obligata
pro ſatisfactione ſui crediti, dicitur proculdubio facta ven-
5 ditio iure creditoris, & non eſt locus iuri offerendi, ſicuti
multis relatis latiſſimè probat Duran. *d. deciſ. 445. num. 5.*
& ſeqq. ad 93. Imò ſi ita non feciſſet primus creditor po-
tuiſſet per poſteriores creditores in executione iudicati
compelli, vel vt conſentiret venditioni pignoris, & rei
hypothecatæ, vel ipſe venderet ad hoc, vt ex pretio primo
6 eidem anteriori ſatisfiat, & ex reſiduo ſequentibus, & po-
ſterioribus, quidquid alias videatur anteriorem credito-
rem cogi non poſſe rem obligatam vendere, ſed poſſe eam
retinere loco pignoris donec ſibi ſoluatur, *l. quamuis ff. de*
pign. act. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 941. num. 3.* ac pro in-
dubitato videtur admittere Duran. *d. deciſ. 445. in prin.*
Rot. *in nouiſſ. part. 7. deciſ. 180. num. 4. & 5.* cùm poſſit
7 creditor hypothecarius occupare omnia bona ſui debitoris
donec ſibi ſoluatur, *l. creditores ff. de diſtract. pign. l. quam-*
diu C. eod. Neguſ. *de pign. part. 5. memb. 1. num. 33.* quod
procedit etiam in vxore ipſius debitoris, quæ ſoluto matri-
monio ob mortem viri poteſt pro ſua dote retinere omnia
8 illius bona donec ſibi dos reſtituatur non attenta menſura
debiti, niſi eſſemus in caſu reſtitutionis propter inopiam,
quia tunc non poſſet omnia occupare, ſed tantum eligere
vnum fundum de melioribus, & ſibi benè viſum pro con-
currenti æſtimatione ſuæ dotis, ne ſit in eius poteſtate, dum
videt virum facultatibus labentem illudere alios credito-
res, Neguſ. *d. memb. 1. part. 5. num. 33.* Alex. *conſ. 4. num.*
8. lib. 2. Maſtrill. *deciſ.* 142. cum alijs per Gratian. *diſcept.*
forenſ. cap. 961. num. 7. & 8. vbi hoc modo diſtinguit Ma-
gon. *deciſ. Flor. 68. num. 1.* Et ita etiam ad obuiandum
fraudibus anterior poteſt compelli per poſteriores vendere
rem hypothecatam ab eo poſſeſſam, vel venditioni con-
ſentire, cùm ſua non interſit dummodò ſibi primo ſatisfiat
de pretio.

Præterea creditor poſterior excluditur à iure offerendi
quando ab initio in conſtitutione pignoris fuit conuentum
9 inter debitorem, & primum creditorem vt ei liceat poſt
moram accipere rem hypothecam in ſolutum, ſi deindè
mora commiſſa primus creditor vigore dicti pacti accipit
in ſolutum à debitore, quia tale pactum præceſſit hypothe-
cam poſterioris creditoris, quæ ideò illo ad effectum per-
ducto remanet extincta, & ſublata, & ſine illa ius offeren-
di non competit, Theſ. *deciſ. 157. num. 2.* cum alijs per
Duran. *d. deciſ. 445. num. 32. & ſeqq.*

Et ſtante obligatione Camerali, ſiue quarantigia loco il-
lius in aliquibus partibus, vt in Tuſcia vſitata cenſetur pi-
gnus ſubmiſſum cui compulſioni ad libitum creditoris, &
10 data omnis facultas ab initio, vt poſſit ſibi de illo ſatisfacere
per ſubhaſtationem, & conſequenter ceſſat ius offerendi,
vt pulchrè declarat idem Duran. *d. deciſ. 445. num. 82. ad*
85. quia obligatio Cameralis, vel quarantigia facit ius cer-
11 tum; & indubitatum, ac inducit confeſſionem iudicialem,
& taliter obligatus habetur pro condemnato, ac vti ex re
iudicata poteſt executiuè conueniri, idem Duran. *deciſ. 383.*
num. 2. & 3.

12 Itaut creditor poſterior non habeat ius offerendi etiam
quando primo creditori, non tamen vti creditori, ſed tam-
quam penitus extraneo oblatori fuit res à Iudice mediante
ſubhaſtatione deliberata, Felician. *de cenſ. lib. 2. cap. 2. nu.*
13. & ſeqq. cum alijs per Duran. *d. deciſ. 445. num. 86.* niſi
conſtaret emiſſe potius ſui iuris conſeruandi gratia, quàm
13 acquirendi dominium, &c. Poteſt enim creditor in vendi-
tione rei ſibi hypothecatæ admitti ad offerendum, & lici-
tandum ſicuti quilibet alius extraneus, *l. 2. C. ſi in cauſ. iud.*
Rot. *in Imolen. pecuniaria Luna 16. Ianij 1608. num. 9. co-*
ram Penia, habetur penes Poſth. *de manuten. deciſ.* 109.
14 & inter impreſſas eiuſdem Peniæ *deciſ.* 1371. Imò in licita-
tione bonorum creditor cognatus debitoris data paritate
oblationis eſt alijs præferendus, *l. 1. ff. de priuileg. cred.* Gra-
tian. *diſcept. forenſ. cap. 978. num. 13.*

In omnem tamen caſum, quoad iudicatio fiat ipſi credi-
tori ad euitandas fraudes debet præcedere æſtimatio de
iuſto pretio, & valore bonorum adiudicandorum, alias 15
deliberatio eſſet nulla, Caſtr. *in l. ſi quos 16. C. de reſcind.*
vend. & Gratian. *diſcept. forenſ. 686. num. 3.* ſiue agatur de
debito priuato, ſiue de exactione publicarum functionum,
vel de debito fiſcali quando ob non exiſtentiam aliorum li- 16
citatorum, vel oblatorum fit adiudicatio ipſi creditori, idem
Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 7. num. 19. & 20.* nam adiudi-
catio creditori eſt facienda tantùm in ſubſidium conſtito, 17
quod in ſubhaſtatione non fuerunt reperti alij emptores
pro iuſto pretio, aliàs eſſet nulla maximè non præcedente
dicta æſtimatione, Duran. *deciſ. 37. num. 11. 12. & 13.* Se-
raph. *deciſ. 984. num. 1.* Ludouiſ. *deciſ. 12. cum annot.*

Si enim non reperiatur emptor pro iuſto pretio conſide-
rando ab expertis, attentis omnibus qualitatibus intrinſe-
cis, & extrinſecis ipſorum bonorum, non debent viliori 18
pretio vendi, ſed iuſto pretio adiudicari ipſi creditori etiam
inuito, cùm paria ſint emptorem non reperiri, vel iuſtum
pretium non offerri, *l. 1. C. ſi in cauſ. iudic.* Afflict. *deciſ.*
358. num. 5. Rot. penes Poſth. *tract. de ſubhaſt. deciſ. 1.*
per tot.

Quod autem dictum eſt de æſtimatione intelligendum
eſt quando proceditur per viam dationis in ſolutum, ſecus 19
autem quando proceditur per viam oblationis in concurſu
aliorum licitatorum, & oblatorum, quaſi tunc poſſint bo-
na conſignari etiam ipſi creditori plus offerenti ſine alia
æſtimatione, præcipuè vbi agitur de debito priuato, Penia
in d. Imolen. Pecuniaria de Pantaleonibus deciſ. 1371. num.
8. & 9. cùm etiam regulariter dicta æſtimatio non ſit ne-
ceſſaria de iure communi iuxta veriorem opinionem ante 20
ſubhaſtationem, & adiudicationem vbi agitur de debito
priuato, ſed tantùm quando agitur de debito fiſcali, vel
de exactione publicarum functionum, vt latè probat vi-
dendus Poſth. *tract. de ſubhaſtat. inſpect. 47. per tot.* & teſta-
tur idem Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 545. num. 24. & cap.*
706. num. 7.

Illud etiam ſciendum eſt in hac materia, quod delibera-
tio bonorum, quæ ſub haſta venduntur non poteſt fieri,
niſi præſente pecunia, aliàs eſſet nulla, niſi aliter probetur
de conſuetudine ſeruari in ſpecie, vel niſi conſentiret cre- 21
ditor, qui tamen conſenſus debet eſſe talis, vt debitor re-
maneat liberatus, & in ipſo actu interuenire non poteſt, ſi-
cut etiam eſſet neceſſarius conſenſus ipſius debitoris ſi ei-
dem aliquod reſiduum pretij deberet reſtitui, Vrſil. ad
Afflict. *deciſ. 358. num. 4.* Ludouiſ. *deciſ. 25. per tot.* vbi Bel-
tram. *in annot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 7. num. 6. cap.*
321. num. 5. & cap. 326. num. 5. & num. 14. vbi plura, &
quod tamen non referat an ſatisfactio, & ſolutio fiat in pe-
cunia, vel alia re, ſed nullatenus ſufficere promiſſionem de
accollando tot debita, cùm talis promiſſio non ſit accolla-
tio, nec liberet debitorem prout requiritur.

Et quoniam dictum eſt ſecundo creditori competere ius
offerendi aduerſus primum, non eſt omittendum, quod ſi
primus creditor reperiatur in poſſeſſione bonorum ſibi
obligatorum, & conueniatur à ſecundo creditore hypothe-
cario iure offerendi, quamuis non cogatur illi ſoluere, nec 22
offerre, tamen ſi velit poteſt etiam ipſe primus creditor è
conuerſo, dum poſſidet offerre ſecundo creditori, quod ei
debetur, & rem poſſeſſam retinere ſi ſua interſit, ſicut po-
teſt offerre quilibet extraneus poſſeſſor, *gloſ. in l. potior §.*
fin. ff. qui pot. in pign. hab. l. mulier ff. eod. gloſ. in l. 1. C. eod.
Neguſ. *de pign. part. 5. memb. 3. num. 17.* quod procedit 23
etiam poſt oblationem, depoſitionem, & obſignationem
factam à ſecundo, nam prius adhuc poſſidens poteſt offer-
re, & illum repellere, Neguſ. *loc. cit. num. 20.* Oblatio enim
pecuniæ debitæ poteſt fieri à quocumque tertio poſſeſsore
conuento hypothecaria, vel Saluiano, quamuis nullum 24
aliud ius in re haberet, & imò à quocumque penitus extra-
neo, cùm non interſit creditoris an ab vno, vel ab alio re-
cipiat ſolutionem, Rol. *conſ. 14. num. 9. lib. 1.* Afflict. *deciſ.*
259 num. 3. Scapuc. de Saluian. *lib. 2. quæſt. 3. per tot.* Du-
ran. *deciſ. 421. num. 1.*

De iure enim quilibet etiam non poſſidens habet ius of-
ferendi, & ſoluendi etiam inuito creditore ad effectum ex- 25
tinguendi obligationem debitoris, & eum liberandi ſimul
cum re hypothecata, non autem ad effectum reportandi
iurium ceſſionem, *l. ſoluendo ff. de neg. geſt. & l. nulla C.*
de ſolut. Neguſ. *loc. ſup. cit. num. 26. verſus finem*, Gratian.
diſcept. forenſ. cap. 793. num. 18. & cap. 686. num. 8. Capyc.
deciſ. 202. num. 5.

Et ſi

Et ſi creditor recuſet recipere ſuum creditum ei obla-
tum eſt locus depoſito, per quod liberatur poſſeſſor, cui
etiam eſt facienda quietantia cum ceſſione iurium adeò vt
eo recuſante habeatur ipſo iure pro facta, & confirmet hy-
pothecam poſſeſſoris, volens tamen vt iure offerendi, tene-
26 tur non ſolùm offerre totum debitum, & vtrumque debi-
tum quando creditor agit ex pluribus creditis, ſed etiam
expenſas, Duran. *d. deciſ.* 421. *num.* 2. *& ſeqq.* Niſi poſſeſ-
ſor feciſſet melioramenta in re poſſeſſa, nam tunc ſufficit,
quod offerat pretium rei, illis detractis, licèt creditor non
27 conſequatur totum creditum ſuum, quidquid aliàs, vt dixi
teneatur totum offerre, Petr. Cabal. *conſ. deciſ.* 14. *lib.* 1.
Cyriac. *contr. iur. cap.* 194. Magon. *deciſ. Flor.* 51. *per tot.*
Neguſ. *de pign. part.* 5. *memb.* 4. *num.* 21. *& ſeqq.* Et plura
alia qualiter pro melioramentis detur retentio, vel actio,
tradit Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 193. *per tot. cap.* 494. *nu.* 12.
& cap. 926. *num.* 17. idem Magon. *deciſ. Flor.* 49. *num.* 23.

Intelligendo tamen id, quod dicitur de toto debito offe-
rendo quando ſumus in ipſo debitore, vel in ſimplici poſ-
ſeſſore non habente aliquod ius crediti in bonis poſſeſſis,
28 ſecus autem quando ſumus in ſecundo creditore offerenti,
qui non tenetur offerre niſi creditum, quod eſt anterius
ſuo, ſi primus creditor, cui offertur habeat plura credita
partim anteriora, & partim poſteriora, *l. querebatur ff.
qui pot. in pign. hab.* Neguſ. *de pign. d. part.* 5. *memb.* 3. *num.*
31. *&* 32.

Ita vt prædicta de iure offerendi procedent etiam in do-
te, quam tertius poſſeſſor conuentus, vel alij creditores
mariti pro redimenda re hypothecata poſſunt offerre vxo-
ri eam ſoluto matrimonio repetenti ad effectum reportan-
di ceſſionem iurium dotalium, quod tamen non eſſet per-
29 miſſum vbi vxor dotem repeteret propter inopiam viri, vel
alterius ad eam obligati, quia tunc in caſu inopiæ poſſet in-
ſiſtere in bonis, & per oblationem dotis non poſſet repelli,
ſicut contingit ſoluto matrimonio, vt communiter diſtin-
guunt Doctores, Giouagn. *reſponſ.* 73. *num.* 119. *lib.* 1. Ne-
guſ. *d. part.* 5. *memb.* 1. *num.* 31. Gail. *obſeruat.* 92. *lib.* 2.
Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 2. *quæſt.* 67. Ciarlin. *contr. iur. cap.*
94. *num.* 23. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 38. *num.* 36. *cap.* 489.
num. 21. *cap.* 660. *num.* 13. *& cap.* 700. *num.* 47. Et hæc diſtin-
ctio videtur procedere poſſe, etiam quando mulier agit in
30 ſubſidium contra rem æſtimatam ſibi in dotem traditam ea
æſtimatione, quæ facit emptionem, & venditionem vigo-
re *l. in rebus C. de iur. dot.* Socin. *conſ.* 224. *lib.* 2. Gratian.
d. cap. 38. *num.* 36. *& ſeqq.* quamuis multa in contrarium
adducat Neguſ. *d. part.* 5. *memb.* 3. *num.* 28.

Si verò primus creditor non poſſidet rem hypotheca-
tam, ſed agit contra ſecundum creditorem illam poſſiden-
tem, qui ſecundus offerat primo, vt ſibi hypothecam, &
31 poſſeſſionem confirmet, non poteſt primus creditor repli-
cando offerre ſecundo, & rem hypothecatam obtinere, quia
in pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis, & in dubio
iudicandum eſt pro reo, Salic. *in l. cum notiſſimi §. eodem C.
de præſcript.* 30 *annor.* cum alijs per Neguſ. *d. part.* 5. *memb.*
3. *num.* 18.

Si tamen nec primus, nec ſecundus poſſideret rem hy-
32 pothecam, ſed quidam tertius, & ambo aliqua ratione,
vel affectione contenderent, & cuperent obtinere rem
obligatam offerendo alteri, primus deberet præferri ſe-
cundo per text. *in l.* 3. *§.* 1. *ff. qui pot. in pign. hab.* & tradit
Neguſ. *loc. cit. num.* 19. Niſi iſte tertius poſſeſſor vellet ipſe
33 illis offerre, quia volens poſſet ambos illos excludere, cùm
in iſto iure offerendi plus conſideretur poſſeſſio, quàm ius
crediti, & reſpectus poſſeſſionis præualet hypothecæ, &
credito illorum quoad ius offerendi, gloſ. & Salic. *in d. l.
cum notiſſimi §. eodem*. Et ſi obtulit primo, & in eius locum
ſucceſſit, & illius creditum abſorbeat totum pretium rei,
puto quod non teneatur offerre ſecundo, ſed per anteriori-
tatem poſſit illum excludere, niſi iſte ſecundus vellet of-
ferre pecuniam primo ſolutam, quo caſu poſſidens iura
primi poſſet pariter offerendo illum excludere, & rem pro
ſe retinere ſi ſua putet intereſſe iuxta ſuperiùs dicta.

Quæ quidem oblatio in caſibus ſupradictis fieri poteſt
perpetuò, ideſt per modum agendi vſque ad 30. annos, per
34 modum verò excipiendi quandocumque, & ſemper, cùm
annua ad agendum ſint perpetua ad excipiendum, *l. pu-
rè in fine ff. de except.* Neguſ. *par.* 5. *memb.* 3. *num.* 52. Sca-
puc. de Saluian. *lib.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 6. Ac fieri poteſt etiam
35 poſt latam ſententiam, & in iudicatum tranſactam cùm
illam non improbet, ſed potius confirmet, Neguſ. *d. memb.*
3. *num.* 51. Scapuc. *d. quæſt.* 3. *num.* 4. Magon. *deciſ. Flor.*
132. *num.* 12. Afflict. *deciſ.* 16. *num.* 5. vbi Vrſil. *num* 4.
in fine.

Non tamen dicta oblatio eſſet permiſſa quoad debitorem
poſt adiudicationem factam creditori, & dominio in eum
irreuocabiliter tranſlato, etiam ſi offerretur duplicatum 36
pretium, quia facta adiudicatione nullo modo debitor au-
ditur, Capyc. *deciſ.* 202. Neguſ. *d. memb.* 3. *num.* 8. vbi dicit
ſecus eſſe quoad ſecundum creditorem, cui remanet ſaluũ
ius offerendi, & alijs modis declarat, vt ibi per eum, quem
ſequitur Magon. *d. deciſ. Flor.* 132. *num.* 1. *& ſeq.* Niſi fuiſſet 37
appellatio interpoſita, quia appellatio reſeruaret ius offeren-
di, etiam ipſi debitori, de quo tradit ex profeſſo Capyc. *d. de-
ciſ.* 202. *per tot.* vel niſi adiudicatio fuiſſet nulla ob non ſer- 38
uatam formam ſtatuti, quaſi tunc improba alienatio non
auferat ius proprietatis, *l. ſi reſiduum C. de diſtract. pign.*
Magon. *d. deciſ.* 132. *num.* 8. *& ſeqq.*

Et huiuſmodi oblatio debet eſſe realis, cùm verbalis non
ſufficiat, niſi quando creditor reſpondit ſe nolle recipere,
Magon. *d. deciſ.* 132. *num.* 17. *& deciſ.* 118. *n.* 5. quam mate-
riam latè proſequitur Neguſ. *de pign. d. part.* 5. *memb.* 3. *per
tot.* vbi quibus competat ius offerendi, qualiter oblatio fieri
debeat, & de effectibus reſultantibus ex ipſa oblatione, de
qua nos ſatis ad rem noſtram dicimus.

A R G V M E N T V M.

Subſtitutio permiſſa in donationibus, & an ſtante illius ignorantia poſſit emptor moleſtari. Præſcriptio quæ requirat, an currat contra ignorantes, an contra pupillum, & an contra vocatum ante mortem præcedentis grauati. Fœminæ an veniant appellatione filiorum, vel proximiorum. Additio ex quibus inducatur, & an poſſit vnus vocatus totum petere cæteris non petentibus. Repræſentatio quando non procedat, & an ceſſionarius agens proprio nomine obtineat.

S V M M A R I V M.

1 *Subſtitutio poteſt fieri, etiam in contractibus, & reuocata donatione quoad primum an cenſeatur reuocata quoad ſubſtitutum.*

2 *Actio perſonalis tantùm competit ſubſtituto abſenti in donatione.*

3 *Actio perſonalis non datur contra tertium poſſeſſorem.*

4 *Emptor bonorum fideicommiſſariorum an, & quando conueniri poſſit à vocatis ſtante ignorantia fideicommiſſi in alienante, & in ipſo acquirente.*

5 *Emptor rei ſubiecta fideicommiſſo in contractu, niſi fuerit particeps fraudis non poteſt conueniri.*

6 *Ignorantia præſumitur non docto de ſcientia. Agens ad rem ſubiectam fideicommiſſo alienatam tenetur probare ſcientiam alienantis.*

7 *Præſcriptionis requiſita.*

8 *Quæ ſint detrahenda de tempore præſcriptionis.*

9 *Præſcriptio trigenaria deductis deducendis aſcendit ad 35. vel 36. annos.*

10 *Præſcriptio longiſſimi temporis currit contra ignorantes, & num.* 11.

12 *Præſcriptio cœpta cum defuncto currit etiam contra pupillum.*

13 *Præſcriptio non currit vocato ad fideicommiſſum ante mortem præcedentis grauati, quia non valenti agere non currit, num.* 14.

15 *Quæ regula procedit tam in impedimento facti, quàm iuris.*

16 *Quem de euictione tenet actio, eumdem agentem repellit exceptio.*

17 *Fœmina an veniat appellatione ſuprauiuentium filiorum, & deſcendentium.*

18 *Hæres hæredis dicitur primi teſtatoris hæres.*

19 *Additio hæreditatis ex quibus actibus inducatur, num.* 20. *& ſeqq.*

21 *Filius poſſidendo bona patris in dubio præſumitur hæres.*

22 *Vocatus ad rem aliquam cum alijs poteſt totam rem petere cæteris non petentibus ſuas partes præſtita cautione, &c. quando omnes ſunt in eodem gradu.*

23 *Proximus non admittitur ad ſuccedendum donec proximior adeſt, etiam ſi ſatiſdare vellet, quia non habet intereſſe.*
24 *Vocatus non poteſt petere niſi portionem ſibi tangentem alijs vocatis adeuntibus.*
25 *Proximior quis præſumitur donec contrarium probetur probata conſanguinitate.*
26 *Quis præſumitur ſine filijs deceſſiſſe, dum contrarium non probatur.*
27 *Repræſentatio non habet locum, quando fuerunt vocati ſupraniuentes proximiores.*
28 *Item non habet locum ſtante clauſula æqualiter.*
28 *Sicut non habet locum quando deficit qualitas, quæ requirebatur in patre.*
30 *Ceſſionarius debet agere ceſſionario nomine, & non proprio, num. 32.*
31 *Ceſſio quando dicatur ſimulata, & calumnioſa.*
33 *Fœmina quando veniat appellatione liberorum, & proximiorum.*
34 *Quando veniat ſub nomine agnationis.*

C A P V T XXII.

SVbſtitutio fideicommiſſaria poteſt fieri etiam in contra-
ctibus, & donationibus inter viuos, prout facta fuit in
caſu, de quo agitur, & dabitur actio ex fideicommiſſo, &
licèt poſteà fuerit reuocata donatio quoad primum donata-
rium non cenſebitur reuocata quoad ſubſtitutum, cui per
ſtipolationem donantis, vel donatarij fuit quæſita actio, &
ſecundum multos ipſo iure dominium adueniente caſu
1 ſubſtitutionis, ita vt tunc competat rei vendicatio, Magon.
deciſ. Flor. 71. *num.* 6. *& ſeqq.* latè Gratian. *diſcept.* 247. *nu.*
1. *& ſeqq. cap.* 381. *num.* 12. *cap.* 405. *num.* 20. *& cap.* 575.
num. 8. *& ſeqq.* Rot. *in nouiſſ. part.* 7. *deciſ.* 37. *num.* 6. Ex
huiuſmodi tamen ſtipulatione donantis, vel donatarij licèt
valida tamquam ſuper re ſtipulatoris interpoſita oritur
tantum actio perſonalis ad fauorem ſubſtituti abſentis ante
2 illius ratificationem, præcipuè quando primo donatario res
non fuit tradita iuxta veriorem opinionem per text. *in l.*
Quoties, *C. de donat. ſub modo*, Caualer. *deciſ.* 15. Guid.
Pap. *deciſ.* 515. *verſ. Nec obſtat*, Magon. *deciſ. Flor.* 71.
num. 8. *& deciſ.* 102. *per tot.* cum alijs per Gratian. *diſcept.*
332. *num.* 1. *& ſeqq. per tot.*

Quæ quidem actio tamquam perſonalis non datur con-
tra tertios poſſeſſores, ſed tantùm contra hæredes primi do-
natarij ad tradendum, & expediendum ſibi res donatas,
3 præſertim quia licet verſemur in ſubſtitutione ex diſpoſi-
tione donatoris, qui voluit bona donata ſemper deuenire
ad ſuos deſcendentes ſuperuiuentes, tamen ſtante ignoran-
tia dictæ ſubſtitutionis in emptore bonorum non poteſt
ipſe moleſtari, ſed ſolùm tenentur hæredes alienantis ad
reſtitutionem pretij, iuxta diſpoſitionem *l. fin. §. fin. ff. de*
leg. 1. Et quamuis ſecundum magis communem opinio-
nem ad hoc, vt iſtud procedat ſit etiam neceſſaria ignoran-
4 tia ſubſtitutionis in ipſo vendente, & alienante, & obti-
neat tantùm in fideicommiſſo conditionali cum alijs decla-
rationibus latè adductis per Gratian. *diſcept.* 656. *num.* 14.
& ſeqq. Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 49. *per tot.* Fuſar. *de ſub-*
ſtitut. & fideicomm. cap. 586. *num.* 1. *& ſeqq.* Fontanel. *de*
pact. nupt. clauſ. 4. *gloſ.* 9. *part.* 5. Intelligendum eſt de
ſubſtitutione facta in vltima voluntate tamquam magis fa-
5 uorabili, ſecus autem in ſubſtitutione facta in contractu
inter viuos, quæ non eſt adeò fauorabilis, & ideò iſto caſu
non poteſt emptor moleſtari etiam in ſubſidium niſi fuerit
doli participes, ſed tantum dabitur actio ad pretium contra
alienantem, vel eius hæredes, præcipuè quando emptor
poſſidet ex cauſa oneroſa, quidquid ſecus eſſet ſi poſſideret
ex cauſa lucratiua, vel ſtante eius dolo, & participatione
fraudis, vel vbi eſſemus in fideicommiſſo inducto in vlti-
ma voluntate, vt benè declarat Magon. *deciſ. Flor.* 102. *nu.*
15. *& ſeqq. per tot.* quem pluribus alijs relatis ſequitur Gra-
tian. *diſcept.* 332. *num.* 9.

Et non docto de ſcientia alienantis præſumitur ignoran-
tia, nam qui vult agere ad rem alienatam per hæredem
vti ſubiectam fideicommiſſo debet probare ſcientiam alie-
6 nantis, & tantò magis acquirentis, in quo faciliùs præſu-
mitur ignorantia, Alex. *conſ.* 184. *num.* 6. *lib.* 2. *conſ.* 3. *nu.*
3. *lib.* 3. *& conſ.* 186. *num.* 5. *lib.* 5. cum alijs per Seraph. *deciſ.*
916. *num.* 8.

Præterea actrici videtur etiam obſtare præſcriptio lon-
7 giſſimi temporis cum in poſſeſſore concurrant omnia re-
quiſita neceſſaria, nempè bona fides, iuſtus titulus, res,
non vitioſa traditio, & poſſeſſio continuata ad tradita per
DD. & præcipuè Oinot. *Inſtit. de vſucap. & long. temp.*
præſcrip. §. 1. *num.* 13. *& ſeqq.* ita vt etiam detractis detra-
hendis nempè tempore minoris ætatis, belli, peſtis, fe-
riarum luctus, ſedis vacantis, abſentiæ Reipublicæ cauſa,
& ſimilibus temporibus quibus ius non redditur, prout hæc
eſſe detrahenda in præſcriptionibus probat Gratian. *diſcept.*
403. *num.* 22. *& ſeqq. & cap.* 433. *num.* 86. quem refert Mer-
lin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 3. *quæſt.* 10. *num.* 6. vbi tamen *num.* 31.
ſequitur ſolùm quoad minorem ætatem, non verò quoad 8
ferias maximè in præſcriptione triginta annorum, quid-
quid ſit in decenaria, vel vigenaria, refert Laderch. *conſ.* 75.
num. 8. Honded. *conſ.* 83. *num.* 61. *lib.* 1. & Rot. Luc. per
Genit. ſuum *deciſ.* 70. *num.* 42. Et quod pupillaris ætas de-
ducatur ex omni præſcriptione, etiam longiſſimi temporis,
Montan. *de tut. cap.* 37. *num.* 64. Imò Florentiæ de ſtilo de- 9
ducuntur omnes dies feriati, ita vt illis deductis triginta
anni aſcendant ad 35. vel 36. annos, ſicuti dies abſentiæ ex
cauſa neceſſaria, vel probabili, vt teſtatur Magon. *deciſ.*
Flor. 105. *num.* 1. *& ſeqq. & deciſ.* 64. *num.* 76. Poſſit nihi- 10
lominus dici completa præſcriptio longiſſimo tempore, quæ
currit etiam contra ignorantes, vt firmat Gratian. *diſcept.*
433. *num.* 67. *& num.* 92. *& cap.* 475. *num.* 20. quamuis iſta
ignorantia poſſet eſſe iuſta cauſa reſtitutionis in integrum,
Duran. *deciſ.* 426. *nu.* 12. Et in omnem caſum deberet cauſa 11
ignorantiæ probari, & non ſuffragatur eis, in quibus cade-
ret præſumpta ſcientia, Scapuc. de Saluian. *lib.* 2. *quæſt.* 51.
num. 4. Gratian. *diſcept.* 118. Magon. *deciſ. Flor.* 56. *num.*
12. *& ſeqq. & deciſ. Luc.* 31. *num.* 23. *vbi Add.* Et quod
præſcriptio cœpta cum defuncto maiore currat etiam contra 12
pupillum, ex Caſtr. *conſ.* 529. *lib.* 2. firmat Card. Tuſch.
verb. Præſcriptio concluſ. 548. *num.* 7. facit Magon. *d. deciſ.*
Luc. 31. *nu.* 51. vbi quod in conuentionalibus currat etiam
minori ſine ſpe reſtitutionis, &c. Intelligendo hoc de omni
præſcriptione fauorabili, excepta præſcriptione triginta an-
norum, quæ tamquam odioſa non currit pupillis, ſed dor-
mit durante pupillari ætate etiam ſi cœpta fuerit cum de-
functo maiore, Goid. Pap. *quæſt.* 31. *num.* 3. cum alijs per
Gratian. *diſcept.* 78. *num.* 45. *cap.* 403. *num.* 53. *& cap.*
475. *num.* 54. Duran. *deciſ.* 476. *num.* 11. vbi quod du-
rante pubertate nulla incipit præſcriptio longiſſimi tem-
poris.

Verùm quia multoties inanis redditur exceptio præſcri-
ptionis, quæ refugium miſerorum appellatur, & vt pluri-
mum ad inſtar anguillarum fugit à manibus eorum, qui in
ea ſe fundant, prout in caſu noſtro euenit ex eo quod cum
actrix veniat iure proprio tamquam vocata in inſtrumen-
to donationis antequam venerit caſus ſuæ vocationis, non 13
poterat agere, & ideò contra eam nullà poterat currere
præſcriptio ex regula quod non valenti agere non currit
præſcriptio, & in terminis quod vocato, ante mortem 14
præcedentis grauati nulla currat præſcriptio, tenuit Rot. *in*
Romana fructuum cenſus 22. *Iunij* 1646. coram Cerro, &
coram Duran. inter impreſſ. eiuſdem *deciſ.* 426. *nu.* 7. Quæ
quidem regula procedit tam in impedimento iuris, qua-
le erat iſtud, quàm in impedimento facti, quale erat igno- 15
rantia huiuſmodi iuris ei competentis, Fontanell. *de pact.*
nupt. clauſ. 4. *gloſ.* 12. *num.* 64. *& ſeqq.* & Duran. *d. deciſ.*
426. *num.* 6.

Propterea actrici fortiùs obſtare viſa fuit regula, quod
quem de euictione tenet actio eumdum agentem repellit 16
exceptio, iuxta *l. vendicantem C. de euict.* Ipſa enim licet
potuiſſet venire ex propria perſona tamquam vocata in
donatione, niſi obſtaſſet dubium an vti fœmina venire
poſſet appellatione ſupraviuentium filiorum, & deſcen-
dentium, quod certè non caret ſuis difficultatibus, ma- 17
ximè ſtantibus ſtatutis excluſiuis fœminarum, cùm qui-
bus donator præſumendus eſt ſe voluiſſe conformare,
& pro negatiua, & ſic pro eius excluſione cum in con-
tractibus maſculinum non concipiat fœmininum, vi-
detur communis opinio ex traditis per Magon. *deciſ.*
Luc. 7. *num.* 4. *& num.* 26. *& ſeqq. ad* 32. Theſ. *deciſ.* 37.
per tot. Gratian. *diſcept.* 664. *num.* 11. *& ſeqq. cap.* 832.
num. 6. *&* 866. *per tot.* Rot. *diuerſ. deciſ.* 135. *part.* 2. *per*
totam, cum alijs per Gabriel. *comm. concluſ. tit. de verb. ſi-*
gnif. concluſ. 6.

Egit vti hæres ſui patris, qui fuit hæres Syluestri alienan-
tis, vnde cùm hæres hæredis dicatur primi teſtatoris hæ- 18
res, *l. hæredis appellatione* 160. *& l. ſciendum* 70. *ff. de verb.*
ſignif.

ſignif. optimè applicatur regula ſupradicta, l. vendicantem
C. de euict. Neque dubitari poteſt quod eius pater fuerit
hæres dicti Syluestri alienantis, tum quia id plenè, & clarè
19 confeſſa fuit in poſitionibus, tum etiam quia colligitur ex
ſolutione plurimum debitorum per eum facta diuerſis cre-
ditoribus dicti Syluestri, ad tradita per Magon. deciſ. Flor.
44. num. 5. Gratian. diſcept. 150. nu. 22. idem Magon. deciſ.
Flor. 148. num. 7. ac ex retentione bonorum eiuſdem, filius
enim poſſidendo bona patris in dubio non docto de alia
20 cauſa præſumitur titulo hereditario poſſidere, idem Magon.
deciſ. Flor. 64. nu. 34. Et plura alia quando tam verbis, quàm
21 factis inducatur additio hæreditatis, latè tradit Menoch. de
præſumpt. lib. 4 præſumpt. 100. & 101. per tot. Marant. in repet.
l. ſi poteſt ff. de acqu. hered. num. 42. & ſeqq. vſque ad 90.

Ad id autem quod dicitur poſſe actricem totam domum
petere cæteris vocatis non petentibus ſuas portiones pro-
pter ius accreſcendi, maximè præſtita cautione de reſti-
22 tuendo illis quando voluerint iuxta deciſ. Merlin. in Imolen.
Saluiani 17. Nouembris 1634. num. 17. & 18. inter impreſſ.
eiuſdem deciſ. 652. Gratian. diſcept. 330. num. 8. & 12. Re-
ſpondetur verùm eſſe ſi omnes vocati reperirentur in eo-
dem gradu, ſecus autem vbi adſunt proximiores, nam
proximus non admittitur ad ſucceſſionem donec proxi-
mior adeſt, licet vellet vt ſupra ſatiſdare, ſuſſicit enim exi-
ſtentia proximioris, licet non adeuntis niſi expreſsè repu-
diet cum habeat triginta annos ad adeundum, & interim
non poteſt alius admitti, quia exiſtente proximiore non ha-
bet intereſſe, Gratian. diſcept. 653. num. 35. ad 43. cap. 330.
num. 8. cap. 694. num. 23. Duran. deciſ. 448. num. 10. & 11.
23 Imò ſecundum aliorum opinionem quando proximus ad-
mittitur propter æqualitatem gradus cum alijs, & ſic etiam
ſtante gradus paritate non poteſt petere maiorem partem,
24 quàm habiturus eſſet cæteris adeuntibus, licèt non adeant,
Theſ. deciſ. 4. num. 8. & per tot. quem videtur ſequi Duran.
d. deciſ. 448. num. 4. & 5. Gratian. d. cap. 653. num. 37. Pro-
bata tamen conſanguinitate quis præſumitur proximior
25 donec probetur contrarium Duran. d. deciſ. 448. num. 8. &
deciſ. 443. num. 2. Et quando quis fuit vocatus ſub condi-
tione ſi alter deceſſerit ſine filijs præſumitur ſine illis deceſ-
26 ſiſſe dum contrarium non probatur Alex. in l. ſi poteſt num.
15. vbi etiam Iaſ. num. 58. ff. de acqu. hered. Fuſar. de ſub-
ſtitut. quæſt. 436. num. 3. cum alijs per Duran. deciſ. 301. nu.
5. & deciſ. 438. num. 4.

Neque Lucia actrix poteſt dici in eodem gradu repetiri
cum Franciſco eius patruo per repræſentationem perſonæ
27 ſui patris, qui ſi viueret eſſe in eodem gradu cum illo, quia
cùm fuerint vocati ſuprauiuentes proximiores ceſſat effe-
ctus repræſentationis, Magon. deciſ. Flor. 37. num. 39.
Theſ. deciſ. 65. Gratian. diſcept. 419. num. 6. Sicut etiam
28 ceſſat repræſentatio ſtante illa clauſula, quod vocati æquali-
ter admittantur, idem Gratian. diſcept. 774. num. 51. Et
quia in dicta Lucia deficit qualitas maſculinitatis à donato-
29 re conſiderata in ſubſtitutione facta, idem Gratian. diſcept.
695. num. 12. & non venit appellatione filiorum iuxta ſu-
periùs dicta.

Nec pariter iuuari poteſt ex aſſerto inſtrumento renun-
ciationis, & ceſſionis ad eius fauorem factæ per dictum
Franciſcum eius patruum, tum quia numquam egit vti
ceſſionaria, prout neceſſe fuiſſet, ſed vti principalis, quo
30 caſu ceſſio non ſuffragatur cum ceſſionarius videatur illa
vti non voluiſſe, Penn. deciſ. 1371. num. 5. Poſth. de manu-
tent. obſeru. 82. num. 1. Gratian. diſcept. 699. num. 28. & 29.
Tum etiam quia talis ceſſio videtur ſimulata tamquam fa-
cta nulla cauſa præexiſtente, & calumnioſa ad vexandum
31 poſſeſſorem conuentum cum ſine dubio aptior fuiſſet liti-
bus Franciſcus eius patruus qui ceſſionem fecit, ſed illam
fraudulenter ſubmiſit tamquam minorem magis priuile-
giatam, & nihil poſſidentem in quo executio iudicati fieri
poſſet in caſu ſuccumbentiæ, quapropter videtur intrare
diſpoſitio l. per diuerſa C. mand. & latè Gratian. diſcept.
286. num. 9. cap. 459. num. 17. & cap. 826. per tot. Magon. de-
ciſ. Flor. 64 num. 60.

Quatenus autem dictum eſt neceſſarium agere ceſſio-
nario nomine forſan non procederet vbi vigore ſtatuto-
32 rum agitur ſola facti veritate inſpecta, & in libello adſunt
ſolitæ clauſulæ ſalutares deducens, &c. Non ſe, &c. Et
eius, & iuſtitiam, &c. Quia tunc non ſuper petitis tan-
tum, ſed ſuper probatis ſententia ferri debet, iuxta tradi-
ta per Pacif. de Saluian. inſpect. 1. cap. 3. num. 40. & ſeqq.
Rot. part. 4. recent. deciſ. 669. in prin. vel ſaltem poteſt in
qualibet parte iudicij produci ceſſio, & reputatio al-
terius, Fuſar. de ſubſtitut. & fideicomm. quæſt. 609. num.
8. & 9.

Et quod dictum eſt fœminas non venire appellatione fi-
liorum ſupraiuuentium, & proximiorum intelligendum
eſt in contractibus, prout in caſu prædicto, vel niſi conſtet
de contraria mente diſponentis, nam in vltimis voluntati-
bus, in quibus fit latior, & benignior interpretatio, niſi
conſtet teſtatorem habuiſſe reſpectum ad agnationem con-
ſeruandam appellatione liberorum, & proximiorum ve-
niunt tam maſculi, quàm fœminæ de proprietate ſermo-
nis, iuxta tex. in l. 1. §. ſi proximus ff. vnd. cognati, Tira- 33
quel. de retr. lignag. §. 1. gloſ. 9. nu. 203. & ſeqq. Salic. inter
conſ. Anchar. 95. num. 5. Menoch. in terminis quando pro-
ximior fuit vocatus conſ. 522. & conſ. 833. Peregr. de fid.
art. 21. num. 33. Quinimò & agnationis nomine inclu-
duntur fœminæ, cum fœminæ de familia ſint agnatæ, l. pro- 34
nunciatio §. familiæ ff. de verb. ſignif. & in §. item vetuſtas,
inſtitut. de hered. quam ab inteſ. defer. l. voluntas, vbi Bald.
C. de fideicomm. Pariſ. conſ. 35. lib. 3. vbi quod fœminæ
agnatæ ex teſtatoris ſtirpe ſub cippi domus vocatione pro-
priè continentur, & in terminis ſubſtitutionis proximio-
rum de domo fœminas cenſeri vocatas, latè probat Rot.
part. 2. recent. deciſ. 282. & penes Ludouiſ. deciſ. 164. per
tot. Gratian. diſcept. 930. num. 29. Præcipuè verò vbi mens
teſtatoris nullam reſtrictionem ad maſculos ſuadet, vt ſi
aliàs fœminas inſtituit, nec agnationis aut contentiuæ, aut
effectiuæ aliquam rationem habuit, nec illius conſeruandæ
votum, aut verbis expreſſum, aut mente contemplatum,
oſtendit Curt. ſen. conſ. 44. num. 23. &c. Cephal. conſ. 45.
lib. 1. Gabriel. conſ. 88. num. 9. lib. 2. Seraph. deciſ. 1216.
num. 10. &c. vbi loquitur etiam ſi filiæ propriæ eſſent ex-
cluſæ à teſtatore. Et nouiſſimè comprobat acutiſſimus
Pontirol. in Reſponſ. pro Mambellis num. 135. & ſeqq.
ad 144.

A R G V M E N T V M.

Hypotheca conditionalis an retrotrahatur tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus, quando cenſeatur inducta, & an ea quæ ex ordine ſcripturæ apparet anterior, præferatur.

S V M M A R I V M.

1 HYpotheca conditionalis ex contractu an retrotrahatur adueniente conditione ad tempus initij, & facta obligationis.

2 Quid in conditione poteſtatiua.

3 Hypotheca competens pro legato conditionali, an retrotrahatur ad tempus mortis teſtatoris, & num. 4.

5 Quid ſi legatum non conſiſtat in quantitate, ſed in bonis.

6 Hypotheca tacita pro legatis competit in bonis teſtatoris, & quando ſecus, num. 7.

8 Hypotheca competens pro legatis habet naturam diuerſam ab alijs.

9 Non datur in bonis heredis, niſi fuerint expreſsè obligata, num. 10.

11 Hypotheca cenſetur inducta quando aliquid promittitur ſuper bonis.

12 Secus autem ſi promittatur de bonis, vel ex bonis, niſi agatur cum pia cauſa.

13 Hypotheca inducitur ex licentia capiendi, vel alienandi pro ſuo credito.

14 Hypotheca, quæ ex ordine ſcripturæ apparet anterior in contractibus præfertur, ſecus in vltimis voluntatibus, & quomodo etiam iſtud intelligatur in contractibus, num. 15. & 16.

15 Legatarij in vltimis codicillis æqualiter concurrunt cum primis.

17 Fructus rei legatæ non debeatur quando ſumus in legato quantitatis, ſecus in legato ſpeciei, num. 18.

C A P V T XXIII.

QVamuis hypotheca tam expreſſa, quàm tacita com-
petens ex contractu conditionali adueniente condi-
tione retrotrahatur ad initium, & tempus contractæ obli-
gationis quando ſumus in conditione caſuali, vel mixta 1
non dependente à poteſtate debitoris, quia videtur ab initio

conſtitutam, vndè licet pendente conditione non ſit nata
actio, tamen purificata poſteà conditione ſub qua erat
contracta hypotheca, illa conditio trahitur retrò ad diem
conſtitutæ hypothecæ tam pro ſorte principali, quàm pro
fructibus, & vſuris tamquam acceſſorijs, Bart. & alij *in l.
filius, ff. de verb. oblig.* Neguſ. *de pign. 5. memb. 1. num.* 12.
& ſeqq. Gratian. *diſcept.* 804. *num.* 8. Merlin. *de pign. lib.
4. tit. 1. quæſt.* 22. Rot. *in Romana Saluiani de Caffarellis*
13. *Martij* 1637. coram Buccabella *in Nouiſſ. part. 7. deciſ.*
204. *num.* 10.

Quando verò ageretur de debito contracto ſub condi-
tione poteſtatiua, & ſic dependente à voluntate, & pote-
ſtate ipſius debitoris non retrotraheretur hypotheca ad
2 tempus contractæ obligationis in præiudicium illius, cui
interim, & medio tempore fuiſſet ius quæſitum, ſed iſta
retrotractio in hoc caſu conditionis poteſtatiuæ procederet
tantum re integra, & ſic quando alteri non ſit ius quæſi-
tum, Magon. *deciſ. Luc.* 21 *num.* 14. *&* 15. Neguſ. *de pign.
part. 5. memb. 2. num.* 10. *verſ. Sextodecimo*, & videndus
Gratian. *diſcept.* 964. *num.* 13. *&* 14. vbi videtur extendere
huiuſmodi retrotractionem, etiam reſpectu conditionis
poteſtatiuæ concurrente cauſa priuilegiata dotis.

Tamen ſecus eſt in vltimis voluntatibus, in quibus hy-
potheca ſiue tacita, ſiue expreſſa competens à die mortis
teſtatoris pro legato conditionali ex quo non oritur actio,
niſi demum purificata conditione non retrotrahitur ad
3 tempus mortis, ſed attenditur tempus exiſtentis condi-
tionis, & ex illo tempore tantùm incipit hypotheca habere
effectum ſuum in præiudicium tertij, tam pro legato,
quàm p[illegible] vſuris quando ſumus in caſu, quo illę debeantur,
vnde ſi bona reperiantur penes hæredem alteri non obliga-
ta, res non patitur difficultatem, ſed ſi fuerint alienata, vel
alteri hypothecata pendente conditione legati eſſet præfe-
rendus emptor, vel creditor, cui fuerunt obligata pen-
dente conditione, cùm reperiatur prior in tempore, Neguſ.
*de pign. part. 5. memb. 1. num. 19. & ſeqq. & ead. part. 5.
memb. 2. num. 10. verſ. Sed licet ita ſit, &c.* Scapuc. de Sal-
uian. *lib. 1. quæſt. 13. num.* 3. etiam Gratian. *diſcept.* 53.
num. 1. & cap. 62. & pulchrè omninò *in cap. 856. per tot.* &
latè Merlin. *de pign. lib. 4. tit. 1. quæſt. 12. per tot.*

Sed ne ſit in facultate hæredis eludere legatarios ſub con-
ditione contrahendo interim debita, vel alienando, prout
ſequeretur attenta dicta communi traditione de non retro-
trahendo conditionem ad tempus mortis teſtatoris, & vt
voluntates defunctorum omnibus modis, prout decet im-
4 pleantur, articulo latè in Rota Romana diſcuſſo, fuit con-
trarium firmatum, quod imò hypotheca conditionalis
competens pro legatis incipiat non à die exiſtentis condi-
tionis, ſed à die mortis teſtatoris, etiam in præiudicium
creditorum, quibus interim ante euentum conditionis
fuerit ius quæſitum, vt in *Romana de Ghezzis* 17. *Martij*
1634. coram Paozirolo *in Nouiſſ. part. 6. dec. 269. per tot.* &
latius in eadem cauſa *coram eodem ſub die 9. Februarij* 1635.
in Nouiſſ. part. 7. deciſ. 17. per tot. Et certè iſta opinio vi-
detur magis tuta, & per eam obuiatur fraudibus, quæ com-
mitti poſſent per hæredes in ſolutione legatorum, vt patet
ad ſenſum, cùm etiam nulla concludens ratio diuerſitatis
inter contractus, & vltimas voluntates aſſignari poſſit per
Doctores, licèt in id multum elaborauerint, vnde Rota
quæ eſt ſummoperè cultrix æquitatis, & aliena à iuris ri-
goribus, præcipuè vbi agitur de obuiando fraudibus, &
malitiæ hominum, quæ hodiè creuit ad ſummum iure
merito amplexa eſt hanc opinionem, quam etiam olim in-
ter antiquos Scriptores fuiſſe multum controuerſam, &
hanc tenuiſſe plures Aduocatos Florentinos patet ex tradi-
tis per Bald. Nouel. *tract. de dot. part.* 10. *in fine*, Soc. *conſ.
41. lib.* 4. cum alijs per Neguſ. *de pign. d. part. 5. memb.* 1.
num. 12. & ſequ.

Ex quibus in quadam cauſa coram me agitata iudicaui
ad fauorem legatarij ſub conditione concedendo ei gra-
dum, & locum in concurſu aliorum creditorum à die mor-
tis teſtatoris, & non à die purificatæ conditionis, præci-
puè cùm ageretur de legato non conſiſtente in quantitate,
5 ſed in certis bonis, quo caſu purificata conditione omnis
obligatio facta per hæredem de huiuſmodi bonis legatis fin-
gatur retrò nulla, & eſt ac ſi numquam fuerint obligata, &
ſic iſto caſu hypotheca competens pro legato retrotrahitur
ad tempus mortis, de quo tempore reperitur anterior, &
ideò præferenda, *l. fin. §. ſi autem ſub conditione C. com. de
leg.* Iaſ. *in l. ſi is qui ff. de vſucap.* cum alijs per Neguſ. *d.
part. 5. memb. 2. num. 10. verſ. Sed licet ita, &c. in fine*;
Gratian. *diſcept.* 856. *num.* 15. & Rot. *in d. Romana de
Ghezzis 9. Februarij* 1635. *in Nouiſſ. part. 7. deciſ. 12. num.* 2.

Quod autem tacita hypotheca inducatur à iure in bonis
teſtatoris pro legatis ab eo factis, etiam ſi aliquam rem in 6
ſpecie teſtator obligauerit eſt text. *in l. 1. C. com. de leg.* &
latè probat Neguſ. *de pign. part. 2. memb. 4. num.* 157. *&
ſeqq.* Scapuc. de Saluian. *lib. 1. quæſt. 7. per tot.* & Merlin. *de
pign. lib. 3. tit. 1. quæſt. 14. per tot.* Intelligendo tamen in bo-
nis, quæ remanent libera, & alteri non legata, vel niſi te- 7
ſtator remiſerit huiuſmodi hypothecam, prout eam remit-
tere poteſt, vel niſi eſſemus in donatione cauſa mortis, pro
qua non inducitur tacita hypotheca, vt declarat Neguſ. *loc.
cit.* vbi etiam *num.* 158. *limitat*, vt non procedat in ipſa re
legatata, cùm eius dominium recta via tranſeat à die mor-
tis teſtatoris in legatarium, cui propterea hypothecata eſſe
non poteſt, cùm res ſua nemini ſeruire poſſit.

Quæ quidem hypotheca habet naturam diuerſam ab
alijs hypothecis, quæ dantur in ſolidum, ſed iſta commen-
ſuratur actioni perſonali, & datur contra quemlibet pro 8
rata, pro qua eſt hæres, cùm ipſo iure inter hæredes diui-
datur obligatio, & quilibet repręſentet perſonam defuncti
pro ea parte tantùm pro qua eſt hæres, & non vltra, idem
Neguſ. *loc. cit. num.* 160. & latè Gratian. *diſcept. 16. num.
7. cap. 36. num. 41. cap. 150. num. 10. cap. 323. per tot. cap.
766. num. 32. & cap. 641. num.* 20. Duran. *deciſ. 454. num.
2. & ſeqq.* & datur ſolùm ad rem æquiualentem rei legatæ,
ac pro menſura delicti, & non ſuper omnibus bonis, idem
Gratian. *diſcept. 489. num. 19. & 20. & cap. 542. num.* 41.

Neque datur in rebus hæredis, quia in eis lex non ope-
ratur effectum, prout in rebus teſtatoris, Duran. *deciſ. 327.
num. 1. &* 2. ſi tamen hæres non ſolueret legatum poſſet fie- 9
ri immiſſio in bonis illius ad inſtantiam legatarij, & per ta-
lem immiſſionem conſtitueretur pignus prætorium, *l. cer-
ta C. vt in poſſeſſ. leg.* vbi Bald. & Salyc. cum alijs, Neguſ.
d. part. 2. memb. 4. num. 159. Sicuti etiam contra bona hæ-
redis poſſet intentari Saluianum, & hypothecaria ſi fue- 10
rint per teſtatorem expreſsè obligata, quia licèt talia bona
hæredis non veniant in tacita hypotheca, nec in generali
obligatione bonorum, tamen benè poſſunt expreſsè obliga-
ri, & hæres adeundo cenſebitur huiuſmodi obligationem
ratificare, Afflict. *deciſ.* 200. Neguſ. *de pign. part. 2. memb. 2.
nu.* 55. Scapuc. de Saluian. *lib. 2. quæſt.* 12. Pacif. *eod. tract.
inſpect. 3. cap. 2. num.* 283. Gratian. *diſcept. 225. num. 73. 443.
num. 20. 540. num.* 56. Magon. *deciſ. Flor. 124. num.* 11.

Et dato etiam, quod eſſemus in caſu vbi à iure non eſſet
inducta tacita hypotheca, ſi teſtator, vel alius mandauerit
aliquid præſtari ſuper bonis ſuis, vel aliquid ſuper illis pro- 11
miſerit, cenſebitur inducta hypotheca ſtante illa dictione
ſuper, quæ ſignificat ius in re, & hypothecam tribuit in
quacumque diſpoſitione fauorabili, vel odioſa, & tam in
contractibus quàm in vltimis voluntatibus, vt latè probat
Gratian. *diſcept. 683. per tot. cap. 848. num. 18. cap. 853. num.
87. & cap. 963. num.* 18. Magon. *deciſ. Flor. 62. nu.* 14. Quid-
quid ſecus ſi quando quis promitteret, vel mandaret ſolui
aliquid de fructibus, ſiue ex fructibus ſui fundi, quia tunc
iſta verba, *de*, & *ex*, non inducerent hypothecam, niſi eſ- 12
ſemus in diſpoſitione ad pias cauſas, vel niſi eſſet data fa-
cultas, & licentia capiendi poſſeſſionem bonorum deſigna-
torum propria auctoritate, vel aliquid alienandi pro ſuo 13
credito, nam talia verba operantur tranſlationem hypothe-
cæ in quacumque diſpoſitione, quamuis non adſit aliqua
expreſſa obligatio, vt latè per Gratian. *d. cap. 683. num. 11.
& ſeqq. ad finem*.

Et quamuis in contractibus hypotheca illa, quæ apparet
anterior ex ordine ſcripturæ præferatur alteri poſteriori in 14
eadem ſcriptura contentæ, ad tradita per Neguſ. *de pign.
part. 2. memb. 4. nu. 110. & part. 5. memb. 2. num.* 45. ſecus ta-
men eſt in vltimis voluntatibus, in quibus non attenditur 15
ordo ſcripturæ, cùm inſtantanea ſit omnium contentorum
in teſtamento confirmatio per mortem, ita vt legatarij in
poſterioribus codicillis æqualiter concurrant cum legata-
rijs nominatis in priori teſtamento, quia vltimæ volunta-
tes vno, & eodem tempore confirmantur morte, & à tem-
pore mortis, & non ante robur accipiunt vnde non poteſt
dari prioritas temporis tamquam ſimus in eodem actu
eodem tempore perfecto, in quo non datur prius, aut po-
ſterius, *l. quia autem ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. l. quanti-
tate §. fin. ff. ad l. falcid.* Peregr. *de fideicomm. art. 4. num.*
60. *&* 61. cum alijs per Gratian. *diſcept. 646. nu. 18. & 19. &*

cap.

*cap.*586. *num.* 32. ſequitur Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 1. *quaſt.* 4. *per tot.* Quinimò iuxta veriorem opinionem etiam in contractibus non datur prius, nec poſterius in eodem inſtrumento ex ſolo ordine ſcripturæ cum eodem tempore, & eodem inſtanti lecto inſtrumento per Notarium approbentur omnia in eo contenta, & ideò non eſt dare prius, vel poſterius in eodem actu, qui mediante inſtantaneo conſenſu ſtatim, & ictu oculi perficitur quoad omnia, *l. contractus C. de fid. inſtrum.* vbi Bart. *num.* 3. *&* 4. Surd. *conſ.* 217. *num.* 9. Contraria autem procedere poſſunt quando manu eiuſdem Notarij eſſent eadem die rogata duo inſtrumenta eiuſdem debitoris, nam creditor qui ex ordine ſcripturæ anterior repetitur in protocollo erit præferendus alteri poſteriori ex ordine eiuſdem ſcripturæ protocolli, vel quando in diuerſa oratione omninò ſeparata idem debitor primò ſe obligauerit vni, deinde alteri creditori, licèt in eodem inſtrumento, ita vt appareat de anterioritate actus perfecti prius ad fauorem vnius, & poſtea ad fauorem alterius, vt quando in eodem inſtrumento celebrantur plures contractus, & vno perfecto fit approbatio ſeparata per partes quoad eum delato ſibi iuramento per Notarium, & deinde ſequitur alter contractus in eodem inſtrumento, prout in his terminis videtur intelligendus Neguſ. *loc. cit.* aliàs eius opinio non tranſit ſine difficultate per prædicta.

Quatenus autem ſupra fuit facta mentio de vſuris, & fructibus legati ſoluendis legatario ſciendum eſt, quod in
17 legato quantitatis, in quo non conſideratur translatio dominij ipſo iure tales fructus non debentur quamuis eſſemus in pecunia locis pijs relicta, cùm fructus debeant eſſe illius, qui habet dominium, niſi plenè probaretur quod pecunia erat inueſtita in aliqua negotiatione, & fructum reddebat, aliàs non poſſet hæredes ad tales fructus condemnari, Caſtr. *conſ.* 125. *lib.* 1. cum alijs per Gratian. *diſcept.* 618. *num.* 19. *& ſeqq. & cap.* 400. *per tot. & cap.* 848. *num.* 2. *& ſeqq.* In legato autem ſpeciei cuius dominium re-
18 cta via fuit translatum in legatarium, fructus debentur quandoque à die mortis teſtatoris, quandoque à die aditæ hæreditatis, vt latè declarat idem Gratian. *diſcept.* 250. *per tot. & cap.* 590. *num.* 7. *&* 16. Magon. *deciſ. Flor.* 83. *in fine*, & facit *in deciſ.* 91. *num.* 21.

A R G V M E N T V M.

Donatio ex quibus cognoſcatur, an ſit cauſa mortis, vel inter viuos, quando vtraque poſſit reuocari, vel cenſeatur reuocata, quid inter patrem & filium, virum & vxorem, & quando reſeruata habitatione domus intelligatur de tota,

S V M M A R I V M.

1 *DOnatio cauſa mortis eſt ſpecies teſtamenti, & poteſt reuocari ſicut legatum.*
2 *Donatio ex quibus cognoſcatur eſſe cauſa mortis.*
3 *Donatio cauſa mortis reuocatur per mortem donatarij ante donatorem.*
4 *Donatio cauſa mortis reuocatur per voluntariam alienationem, vel pignorationem.*
5 *Donatio cauſa mortis reuocatur ex ſola pœnitentia.*
6 *Mentio de hæredibus qualiter conueniat, etiam donationi cauſa mortis, num.* 9.
7 *Donatio facta per maritum vxori ea præmoriente reſoluitur, num* 21.
8 *Subſtitutio euaneſcit, ſi non habet locum inſtitutio à qua dependet.*
10 *Donatio quomodo dicatur inter viuos, etiam facta mentione mortis.*
11 *Donatio dicitur inter viuos quando fuit aliquid reſeruatum.*
12 *Mentio hæredum denotat donationem inter viuos, etiam ſi fiat in teſtamento.*
13 *Donatio inter viuos arguitur quando fuerunt adhibiti tantùm duo teſtes.*
14 *Teſtes duo ſufficiunt in contractibus.*
15 *Donatio inter viuos ex quibus alijs ſignis arguatur.*
16 *Donatio inter viuos non reuocatur per mortem donatarij ante donatorem.*
17 *Etiam ſi res non fuerit tradita, tranſit ad hæredes donatarij.*
18 *Donatio perfecta nec auctoritate Principis reſcindi poſſet.*
19 *De poteſtate Principis abſoluta diſputare non permittitur.*
20 *Donatio facta per patrem filio ſi fuit valida mortuo filio ante patrem ad eum non reuertitur, ſed tranſit ad hæredes filij.*
21 *Donatio facta filio ſi indiget mortis confirmatione mortuo filio ante patrem ad eum reuertitur, num.* 7.
22 *Donatio inter patrem & filium, inter virum & vxorem quando valeat, remiſſiuè.*
23 *Pater ſi ſit hæres filij donatio ad eum reuertitur.*
24 *Donator poteſt agere ad rem ſibi reſeruatam.*
25 *Donatio facta ſub modo aliquid præſtandi, ſi non præſtetur, poſſet reuocari.*
26 *Pacta non ſeruare eſt inter maximas cauſas ingratitudinis.*
27 *Donatio quare poſſit ex cauſa ingratitudinis reuocari.*
28 *Amplia etiam ſtante pacto in contrarium cùm tale pactum non valeat.*
Pactum contra bonos mores, & inuitans ad delinquendum non valet.
29 *Donans qui ſibi reſeruauit habitationem poteſt totam domum habitare, excluſis donatarijs, vel locare, nu.* 30.
31 *Habitatione domus reſeruata, & non in domo debet reſeruans habere totam domum, num.* 33.
32 *Appellatione domus venit tota.*
34 *Vendens rem modico pretio, & donans emptori illud plus, quod valet quem contractum faciat remiſſiuè.*

C A P V T XXIV.

FActa permutatione domorum, de quibus agitur cum pacto, quod illud plus, quod valet altera ex dictis domibus permutatis intelligatur, donatur poſt mortem ipſius permutantis alteri ſecum contrahenti, & eius hæredibus ſalua tamẽ, & reſeruata dicto domino domus maioris pretij libera ipſius domus habitatione, donec naturaliter vixerit.

Videbatur, quod huiuſmodi diſpoſitio eſſet habenda pro tacita donatione cauſa mortis, quæ eſt ſpecies teſtamenti; & eodem modo reuocari poſſet per contrariam voluntatem, ſicut legatum, *l. fin. C. de donat. cauſ. mort. l. ad rem* 1
legatam ff. de adimpl. leg. Dyn. & Bald. *in l. Stichum, qui meus erit in princ. ff. de leg.* 1. maximè quia verba ſonant, quod illud plus remaneat poſt mortem donantis donatario, quo caſu ex ſui ſignificatione, & natura videntur importa- 2
re donationem cauſa mortis, *l. Seia ff. de donat. cauſ. mort.* & notatur *in l. qua dotis ff. ſolut. matrim. & l. fin. C. de pact.* quia quotieſcumque habetur cogitatio mortis, & confertur in tempus, illius donatio cauſa mortis inducitur, *Inſtit. de donat. poſt princip. d. l. Seia ff. de donat. cauſ. mort.* Oinot. *d. tit. num.* 4.

Ex quibus inferebatur quod præmortuo donatario ante donatorem huiuſmodi diſpoſitio, & aſſerta donatio euanuerit, & fuerit extincta, donatio enim cauſa mortis reuocatur ex eo ſolo, quod donatarius moriatur ante dona- 3
torem, & non tranſmittitur ad hæredes, *l. ſi à filio, & l. ſi mortis cauſa ff. de donat. cauſ. mort.* Oinot. *inſtit. de donat. in princ. num.* 23. Sicut reuocatur per voluntariam aliena- 4
tionem, vel pignorationem rei donatæ, Gratian. *diſcept.* 251. *num.* 32. *cap.* 172. *in prin. & cap.* 975. *num.* 16. *& ſeqq.* vbi etiam, quod ipſo iure reuertitur dominium in donantem, & repetuntur fructus pendentes, & percepti à tempore donationis, ac ex ſola pœnitentia donantis reuocari poſſe non eſſe dubitandum, ſiue enim donator expreſsè pœnitendo 5
reuocet, ſiue tacitè alteri legando, vel aliter obligando rem donatam, donatio reuocatur, *l. cum pater § mater, vbi gloſ. ff. de leg.* 2. Oinot. *loc. ſup. cit. num.* 22. Pract. Papp. *conſ. donat. gloſ.* 3. *num.* 9.

Neque obſtare quod fuerit facta mentio de hæredibus, quia hoc non videtur magis arguere donationem inter viuos, quàm cauſa mortis, cùm in vtraque veniant hæredes ſtantibus terminis extremis habilibus, quod donatio cau- 6
ſa mortis fuerit acquiſita donatario, & ſic mediante priori ſucceſſione ex perſona donatarij, aliàs autem ceſſante iſto medio donatio remanet extincta, Dec. *conſ.* 513. *num.* 14. *lib.* 2. maximè quando fuit facta intuitu certæ perſonæ propter affectionem erga illam, quo caſu ſiue cauſa mortis, ſiue inter viuos non tranſmittitur ad hæredes, vt dicitur de donatione facta vxori à marito, quæ vxore donataria præmoriente reſoluitur, & non tranſit ad hæredes, *l. à marito C. de donat. inter vir. & vxor. l. ſi inter virum in prin. ff. de rebus dub.* data enim paritate terminorum, non vide-

tur differentia inter donationem cauſa mortis, & donatio-
nem inter viuos. Sicuti videmus in ſimili, quod ſubſtitu-
tio euaneſcit, ſi non habeat locum inſtitutio principalis,
à qua dependet, *l. qui habebat ff. de vulg. & pupil.* cum
alijs iuribus per Gratian. *diſcept.* 536. *num.* 33. *& num.* 54.
9 Ex ita mentio de hæredibus penitus non excludit donatio-
nem cauſa mortis, ſed vt illi comprehendantur neceſſe eſt,
quod prius fuerit acquiſita donatario, quo mediante ad
illos tranſmittetur; debet enim intelligi ſecundum ſubie-
ctam materiam, videlicet quod donatio habuerit locum
prius in perſona donatarij, non autem vt incipiat ab ipſis
hæredibus noua donatio ex perſonis illorum, *l.* 1. *vt act.
ab hæred.* Bald. *conſ.* 361. *lib.* 1. ſequitur Altograd. *conſ.* 43.
num. 53. *lib.* 2. vbi tamen loquitur in diuerſis terminis.
Quia abſurdum eſſet, quod hæredes venirent ſupra do-
nationem à donatario non acquiſita, Bald. *conſ.* 306. *lib.*
5. vbi quod ſi fuerit facta donatio filiæ, & eius hæredi-
bus non valet quoad filiam quæ erat in poteſtate, & ideò
ad hæredes tranſmitti non poteſt, & ſic donatio cauſa
mortis tranſit ad hæredes ſucceſſiuè, non autem imme-
diatè.

Sed prædictis omnibus rectè conſideratis licèt in ſe veris
neceſſe eſt fateri, quod per prædicta verba in caſu no-
ſtro, non fuerit indicta donatio cauſa mortis, ſed potius
donatio ſub modo inter viuos, in qua donans voluerit ef-
10 fectum donationi s tantum, & non ſubſtantiam transferre
poſt mortem, & ſic mentio mortis fuit facta ad oſtenden-
dum tempus, in quo donatio effectum ſortiri deberet, &
producit tantùm effectum dilatiuum, non ſuſpenſiuum
inducendo donationem cauſa mortis, ſed inter viuos,
non ſecùs, ac ſi donator dixiſſet volo, quod illud plus,
quod hodie tibi in vita dono habeas poſt mortem meam,
l. vbi ita donatur ff. de donat. cauſ. mort. Natt. *conſ.* 104.
num. 12. Rol. *conſ.* 61. *num.* 50. *lib.* 2. cum alijs per Gratian.
diſcept. 657. *num.* 4. & 5.

Quod magis dicendum videtur concurrentibus pluri-
bus alijs coniecturis, & præſumptionibus denotantibus
potius donationem inter viuos, quam cauſa mortis, &
11 primò quidem ſtante reſeruatione habitationis, quæ ope-
ratur, vt donatio ipſa tranſitum faciat in donationem inter
viuos non obſtante mentione mortis, quæ potius cauſam
inductiuam, quam nomen ipſius contractus indicat Pract.
Papp. *libell. donat. gloſ.* 1. vbi Add. Bald. *conſ.* 107. *col.* 2. *lib.* 2.
vbi ait, quod donatio cenſetur inter viuos, etiam facta
mentione mortis propter reſeruationem vſuſfructus, per
quam videtur translatum dominium in donatarium cum
res ſua nemini ſeruire poſſit, ad quid enim reſeruatio iſta
ſi noluiſſet donare inter viuos, cùm totum reuocare eſſet
alias poſitum in ſua poteſtate *DD. in l. quiſquis C. de donat.*
Gratian. *diſcept.* 310. *num.* 22.

Secundò, ſtante mentione facta de hæredibus donatarij,
ex qua colligitur donantem habuiſſe intentionem donandi
inter viuos, Bald. *in l.* 2. *C. de iur. dot.* Rol *conſ.* 61. *num.*
37. & 38. Ferret. *caut.* 30 *per tot.* Gratian. *diſcept.* 586. *nu.*
11. Licèt enim in dubio dicatur donatio cauſa mortis,
12 quando eſt facta mentio de morte, tamen ſi pro ſe, & hære-
dibus ſtipulatus fuerit donatarius, tunc dicitur donatio in-
ter viuos, quia mentio hæredum donatarij adaptatur potius
ad donationem inter viuos cum illa traſmittatur ad hære-
des, & ſit irreuocabilis, etiam ſi fiat ab aliquo dum teſta-
tur Caſtr. *in l. non omnis ff. ſi cert. pet. l. ſi donationem, l. ſi vel-
les C. de reuoc. donat.* Gratian. *d. cap.* 586. *num.* 6. & 7.

Tertiò, quia in dicta diſpoſitione, ſeu aſſerta donatione
fuerunt adhibiti tantùm duo teſtes, quo caſu intelligitur
13 facta donatio inter viuos cum in donatione cauſa mortis
requirantur quinque teſtes, *l. fin. C. de donat. cauſ. mort.*
Ruin *conſ.* 51. *num.* 1. *lib.* 5. & *conſ.* 7. *num.* 14. *lib.* 3. Pariſ.
conſ. 90. *col.* 1. *vol.* 3. ex numero enim teſtium arguitur,
quod donans voluerit viuos cùm in donatione inter viuos
14 ſufficiant duo teſtes, ſicuti in reliquis contractibus, *l. vbi
numerus ff. de teſt.* Corn. *conſ.* 126. *verſ.* 3. *nu.* 1. facit Gra-
tian. *d. cap.* 586. *n.* 13. & *ſeqq.* vbi latè multa adducit quando
donatio iudicetur inter viuos quamuis in ea fuerit facta
mentio mortis, & adhibiti quinque teſtes, & conſiderat
iuramentum, quod adeſt etiam in caſu noſtro, & facit
tranſire donationem cauſa mortis, in donationem inter
15 viuos, & reddit actum irreuocabilem quamquis aliàs de
ſui natura eſſet reuocabilis, ſicut etiam conſiderat clauſu-
lam *omni meliori modo, &c.* clauſulam *ad habendum, &c.*
conſtitutionem procuratoris in rem ſuam, mentionem
hæredum, & ſimilia, quæ etiam in contractu, de quo agi-
tur concurrunt, & demonſtrant eſſe contractum inter vi-
uos, & latè Rot. *coram Merlino in Anconitana prædij* 24.
Ianuarij 1635. *in nouiſſ. part.* 7. *deciſ.* 9. Magon. *deciſ. Flo-
rent.* 64. *num.* 5. & *ſeqq. ad* 21. vbi nouem fundamenta ad-
ducit pro donatione inter viuos, contrarijs reſpondet, &
cum illa tranſit ſicuti in dubio faciendum eſſe docet.

Ex quibus ſequitur, quòd cùm fuerit donatio inter vi-
uos non potuit, neque poteſt reuocari, nec reuocata cen-
ſetur ex eo, quod donatarius mortuus fuerit antè donato- 16
rem, ſed ad hæredes fuit tranſmiſſa poſtquam enim fuit ſe-
mel perfecta amplius reuocari non poteſt, & tranſit ad hæ-
redes, *§. ſciendum inſtit. de donat. & in C. tit. de reuocan.
donat.* Quod procedit etiam ſi res donata, non fuiſſet tra-
dita, quia poteſt donator compelli ad tradendum ſicut 17
venditor, & ſi non habet facultatem tradendi tenetur ad
intereſſe, *d. §. ſciendum, & §. alia inſtit. de donat. & in l.
ſi quis argentum §. fin. C. eod. l.* 1. *vbi gloſ. & DD. ff. de act.
empt.* Ita vt donatio perfecta nec auctoritate, & reſcripto 18
Principis reſcindi valeat, *l. ſi donationem C. de reuocat. do-
nat.* quia Princeps ex poteſtate ordinaria, & ſine iuſta
cauſa non poteſt ius alteri quæſitum tollere, vt per Bellon.
conſ. 2. *per tot.* Curt. iun. *conſ.* 1. *num.* 19. *lib.* 1. & Gratian.
diſcept. 891. *num.* 29. & *ſeqq.* Quamuis alias de Principis
poteſtate non ſit diſputandum, & qui audent de illius ple-
naria auctoritate diſputare, & illam controuertere viden- 19
tur ſe facere ſuperiores illi, & ponere ſedem ſuam ab Aqui-
lone, tentando illi eſſe ſimiles, quod non permittitur, *l.
diſputare C. de crim. Sacrileg.* Crauett. *conſ.* 241. *num.* 3.
cum alijs per Gratian. *diſcept.* 724. *num.* 8. & Magon. *deciſ.
Flor.* 88. *num.* 18.

Et quod donatio inter viuos non extinguatur per mor-
tem donatarij ante donatorem, vendicat ſibi locum,
etiam in donatione facta à patre in filium, quæ poſtquam
fuit valida, & efficax ab initio mortuo filio donatario ante 20
patrem donantem ad ipſum patrem non reuertitur, ſed
tranſit ad hæredes, & deſcendentes maſculos, vel fœmi-
nas ipſius filij, cùm prima cauſa ſuccedendi ſit deſcenden-
tium, iuxta *auth. de hæred. ab inteſt. §.* 1. & *auth. in ſucceſ-
ſione C. de ſuis, & legit. hæred.* & tradit Guid. Pap. *deciſ.*
147. *per tot. Add.* Intelligoend hoc quando, vt dixi, dona-
tio fuit ab initio valida, cùm aliàs regulariter donatio in-
ter patrem, & filium non ſubſiſtat, quo caſu quando non
eſſet valida, & indigeret mortis confirmatione, ſi moria- 21
tur filius ante patrem ad ipſum patrem donantem reuerti-
tur, vt dictum eſt ſupra de donatione facta vxori per ma-
ritum, *l.* 2. *de bon. quæ lib.* quando autem, & quibus caſi- 22
bus valeat donatio inter patrem, & filium, latè tradit Mi-
chalor. *de fratr. part.* 1. *cap.* 11. *per tot.* Soc. *reg.* 103. Clar.
§. donatio quæſt. 8. & quando valeat inter virum, & vxorem
tot. tit. ff. & C. de donat. inter vir. & vxor. Theſaur. *deciſ.*
32. *per tot.* Item intelligendo prædicta quando filius dona-
tarius reliquit filios, vel etiam filias attenta diſpoſitione
iuris communis, ſecùs autem ſi non reliquerit deſcenden- 23
tes, adeò vt pater ſit hæres filij, vel ſi reliquerit ſolùm fœ-
minas, quæ vigore ſtatuti excludantur per patrem defun-
cti, prout tale ſtatutum viget Florentiæ, & Mutilianæ,
nam iſtis caſibus bona donata redirent ad patrem, ſi non
virtute reflexus donationis, ſaltem iure hæreditario ab
inteſtato ſaluis dotibus dictis filiabus fœminis.

Vndè pro veritate conſulendo in caſu prædicto, dixi vni-
cum tutum remedium competere dicto permutanti, &
donatori, nempè agendi ad conſequendam habitationem
ſibi reſeruata eius vita durante iuxta pactum initum, ani- 24
mus enim contrahentium fuit principaliter facere contra-
ctum permutationis, & acceſſoriæ contractum locationis
ipſiuſmet domus maioris pretij, ipſi reſeruanti eius habita-
tionem donec vixerit relinquendo, & tradendo pro pen-
ſione fructus illius pluris, quod valet alteri parti, cui in
recompenſationem dictæ habitationis, voluit illud plus re-
manere poſt eius mortem ex titulo donationis, & propte-
rea debet præſtari dicto permutanti, ſiue conductori, &
donatori libera habitatio dictæ domus eius vita durante,
aliàs donatum, atque remiſſum ex huiuſmodi cauſa condi-
ci, & repeti poteſt, quia donatio, quæ apparet facta ſub 25
modo aliquid præſtandi, ſi non præſtetur reuocari poteſt,
& competit rei donatæ repetitio, ac vtilis rei vendicatio, per
text. *in l.* 1. *C. de donat. quæ ſub mod.* Bald. *conſ.* 212. *n.* 1. & 2. *lib.*
2. Addit. ad Pract. Papp. *libell. donat. gloſ.* 1. *in fine*, Magon. *de-
ciſ. Flor.* 76. *num.* 20. & *ſeqq.* Gratian. *diſcept.* 381. *num.* 20.

Adeo

Adeò vt cùm inter maximas cauſas ingratitudinis nu-
26 meretur pacta non ſeruare, *l.fin. C. de reuoc. donat. & c.fin.*
extr. de donat. & tradit Bald. *conſ.*18. *num.*1. *lib.*1. ſi dona-
tarius negligat dare, quod tenetur vigore pacti poſſit, ex
vitio ingratitudinis priuari re donata, & donatio reuoca-
ri, cùm non ſit licitum alienas res capere, & frugalitatem
donatoris, ipſumque donatorem irridere, vt habetur *in d.*
27 *l. fin. C. de reuoc. donat.* non enim decet ab illo pati iniu-
riam, cui quis contulit beneficium, ſed liberalitas donan-
tis ad obſequia inclinare magis quàm ad inſolentiam eri-
gere debet, vt dicitur in *l.*1. *C. de reuoc. donat.* & cum
ingratitudo tollat etiam debitum naturæ, ſit ventus vrens,
exſiccans fontem miſericordiæ, rorem pietatis, & fru-
ctum gratiæ, vt inquit D. Bernard. non eſt mirum ſi gra-
uiter, & prudenter ſancitum fuerit *in d. l. fin.* donationem
28 ex hac cauſa reuocari poſſe, etiam ſi in inſtrumento adeſ-
ſet clauſula, quod nec ob ingratitudinem vllo tempore
reuocare poſſit cum tale pactum, tamquam contra bonos
mores initum, & inuitans ad delinquendum non valeat,
l. pacta, C. de pact. l. ſi vnus, §. pacta, ff. eod. l. illud conue-
nit, ff. de pact. dot.

Et poteſt, ac debet idem reſeruans, & donator, ſiue con-
ductor vendicator, & habere habitationem totius dictæ
domus eius vita durante excluſis hæredibus donatarij, qui
eo inuito in ea permanere non poterunt, quia hic non
agitur de habitatione legata ad diſtinguendum an ſit ſerui-
tus iuris, vel facti, ſeu facultas habitandi limitata, ſed agi-
29 tur de habitatione ſi non expreſsè, ſaltem tacitè condu-
cta, & per pactum reſeruata pro pretio illius pluris, quod
ſupereſt de pretio ad pretium domorum inter contrahentes
permutatarum, dum voluit idem donator, quod rema-
neat donatario, & eius hæredibus poſt mortem ſuam pro
raguaglio, & compenſatione dictæ habitationis, vt appa-
ret ex verbis inſtrumenti, quæ videntur importare habita-
tionem titulo locationis, & conductionis, vnde naturali-
ter poſſidet tamquam vſufructuarius, *l. naturaliter, ff.*
de acqu. poſſ. ac habet plenum ius habitandi totam domum,
30 & partem, quæ ei ſuperſit locandi, *l. cæterum, §.*1. *ff. de vſu,*
& habit. l. vſufructu legata, ff. de vſufr. & l. antiquitas, C.
eod. ita vt non poſſit donatarius, vel eius hæredes eo vi-
uente in ea habitare, Dec. *conſ.*355. *num.*1. *lib.*2. Cabal.
*conſ.*137. *num.*16. adde Afflict. *deciſ.*401. *per tot.* vbi benè
31 hæc omnia ſequitur, & declarat, & vide ibidem Vrſil. an
& quando talis donator poſſit alteri locare. Fuit enim re-
ſeruata habitatio domus, & non in domo, quod denotat
totam domum, & non partem, vt per Dec. & Cabal. *loc.*
32 *cit.* & regulare eſt, quod appellatione domus, etiam nullo
addito ſigno vniuerſali, veniat tota domus, & non pars il-
lius per text. *in l. vxori, ff. de leg.*3. Gratian. *diſcept.*755.
*cap.*946. *num.*23. *& cap.*947. *num.*3.

Cùm igitur illud plus, quod valet domus donatoris im-
portet ſcuta ducentum, quorum fructus reſpectiuè impor-
tant annuatim penſionem ipſius domus, cuius habitatio
33 fuit reſeruata translato hinc inde domorum permutatarum
dominio, congruum eſt, quod ipſi donatori competat ple-
num ius habitandi, vel locandi eius vita durante prout in-
ter partes fuit conuentum, *l. cæterum, l. non ſolum, & l. ple-*
num, ff. de vſu, & habit.

Et de ſimilibus contractibus, quando quis vendit tem-
34 per modico pretio, & donat emptori illud plus, & quod
valeret, vide Theſ. *dec.*165. *n.*8. & Gratian. *diſcept.*273. *n.*
38. *& ſeqq.* vbi plures allegat, & Tiraquel. *de retract. lignag.*
§.1. *gloſ.*18. *num.*11. *& ſeqq.*

A R G. V M E N T V M.

Forma quando dicatur inducta, quid operetur, & an obliget forenſes, Statutum requirens certam ſolemnitatem in contractu filij quando non habeat locum. Donatio quomodo reuocetur ob superuenientiam filiorum, & ex quibus cauſis dicatur ſimulata, & multa de Clerico ordinato ad titulum ficti patrimonij.

S V M M A R I V M.

1 *FOrma quando cenſeatur inducta per ſtatutum.*
2 *Forma in dubio dicitur ſubſtantialis.*
3 *Præcipuè ſtante clauſula actus annullatiua.*
4 *Forma à ſtatuto inducta non poteſt renunciari expreſſè, nec tacitè.*
5 *Obligatio nec naturalis, nec ciuilis oritur ex contractu non ſeruata forma.*
6 *Lex dicitur reſiſtere obligationi non ſeruata forma.*
7 *Forma ſtatuti eſt ſeruanda, etiam per Forenſes contrahentes in loco.*
8 *Limita quando ſtatutum loqueretur tantum de habilitate, vel inhabilitate perſona.*
9 *Statutum loquens de habilitate, vel inhabilitate perſonarum comprehendit ſuos ſubditos, etiam alibi contrahentes.*
10 *Verba enunciatiua non probant ſuper eo, quod non pendet à proferente.*
11 *Solemnitas neceſſaria in alienatione rei Eccleſiæ, non probatur ex verbis enunciatiuis exiſtentibus in contractu.*
12 *Confeſſio filijfam. quod ſit mercator non validat contractum.*
13 *Filiusfam. mercator non obligatur, niſi pro pertinentibus ad artem ſuam.*
14 *Merita donatarij erga donatorem, non probantur per aſſertionem partium.*
15 *Non eſt ſtandum confeſſioni, & aſſertione partium, inter quas prohibetur contractus ſine certis qualitatibus.*
16 *Emancipatio eſt nulla, niſi fuerit notificata Vniuerſitati mercatorum Florentiæ.*
17 *Statutum Ciuitatis dominantis ſeruandum in defectum ſtatuti loci particularis.*
18 *Solemnitas extrinſeca, quando ex longinquitate temporis præſumatur.*
19 *Solemnitas alienationis rei Eccleſiæ præſumitur ex diuturnitate temporis.*
20 *Inſinuatio præſumitur ex curſu* 30. *annorum.*
21 *Antiquitas temporis, operatur tantum circa ſolemnitates negotij, non autem circa ſubſtantiam illius.*
22 *Antiquitas temporis nihil operatur niſi concurrente obſeruantia contractus, præcipuè quando ſolemnitas erat in ſcriptis redigenda, num.*23.
24 *Antiquitas temporis nihil operatur ſi ex inſpectione, & rimatione librorum conſtet ſolemnitatem non fuiſſe adhibitam.*
25 *Filius præſumitur habitare cum patre.*
26 *Statutum requirens certam ſolemnitatem in contractu filij, non habet locum in filiofam. habitante ſeorſum à patre, an in habente peculium, n.*28.
Filiusfam. quando dicatur habitare ſeorſum à patre.
27 *Si pater, & filius in eodem contractu ſe obligent, valet obligatio, etiam reſpectu filij, non obſtante ſtatuto.*
29 *Donatio reuocatur ob ſuperuenientiam filiorum, & quomodo iſtud intelligatur numeris ſeqq.*
34 *Simulatio probatur coniecturis exiſtente cauſa.*
35 *Donatio dicitur ſimulata, quando donator remanſit in poſſeſſione.*
36 *Poſſeſſio tradita donatario, ſi effectum non habuit dicitur ſimulata.*
37 *Simulatio arguitur ex ſolutione collectarum, & ex libro aſtimi, num.*38.
39 *Simulatio arguitur ex clauſulis inſolitis.*
40 *Cauſa ſimulandi eſt neceſſaria, & quæ ſit iuſta, n.*41.
42 *Cauſam ſufficit eſſe opinatam, nec debet exprimi niſi opponatur à parte, num.*43.
44 *Clericus ordinatus ſine patrimonio poteſt agere coram Epiſcopo, & quando ſecus.*
45 *Clericus ordinatus ad titulum ficti patrimonij, ſi ſit particeps fraudis incurrit in ſuſpenſionem, nec tenetur ordinator ei prouidere, num.*46. *&* 52.
47 *Clericus non poteſt alienare, nec obligare bona ad quorum titulum fuit ordinatus ſine licentia Epiſcopi, nec poteſt remittere, vel retrodonare alia donatori, num.* 48. *&* 50.
49 *Clericus non poteſt reſignare beneficium niſi habebat aliundè viuere.*
51 *Clericus alienando bona ad quorum titulum fuit ordinatus, an incurrit ſuſpenſionem.*

C A P V T XXV.

DOnatio bonorum, de quibus agitur, facta N. cleri- 1
co, vt ad ſacros ordines promoueri poſſet, tam ex
ca-

capite nullitatis, quàm ſimulationis venit infirmanda.
Nullitas enim eſt patens cùm donator eſſet filius familias,
& contraxerit non adhibito paterno conſenſu ex diſpoſitio-
ne ſtatutorum neceſſario, nam quotieſcumque ſtatutum
aliquid diſponit ſub certis modificationibus cenſetur indu-
cere formam præcipuè, quando diſponit alter, quàm à iu-
re communi ſit diſpoſitum per text. *in l. hac conſultiſſima*,
C. qui teſt. fac. poſſ. Aſin. *in prax. lib.* 3. §. 36. *num.* 3. Surd.
deciſ. 268. *num.* 9. cum alijs per Fenzon. *ad ſtat. Vrb. cap.* 68.
num. 19. Duran. *deciſ.* 18. *num.* 17. Quæ forma in dubio di-
2 citur ſubſtantialis, & ea non ſeruata actus corruit, *l. cum*
hi, §. *ſi prætor*, *ff. de tranſact.* Dec. *conſ.* 532. *num.* 2. Grat.
diſcept. 742. *num.* 1. *&* *cap.* 965. *num.* 18. etiam quod ſtatutum
expreſsè de nullitate non diceret, idem Gratian. *diſcept.*
647. *num.* 1. *& cap.* 691. *num.* 24.
Vnde iſtud nullam patitur difficultatem ſtante clauſula
3 irritanti, & ipſius actus annullatiua in eodem ſtatuto in-
ſerta diſponendo, quod alias præſumantur doloſè donatio-
nes extortæ cæteriſque contractus, & ſint ipſo iure caſſi,
irriti, & inanes, ac nullam obtineant roboris firmitatem,
quo caſu intelligitur inducta præciſa forma ſubſtantialis
non ad probationem, vel demonſtrationem, DD. *in l.* 1.
ff. de liber. & poſthum. Natt. *conſ.* 287. *num. vltim. lib.* 2.
Genua *de ſcript. priuat. lib.* 1. *quæſt.* 16. *concl.* 2. *num.* 23.
fol. mihi 65. Gratian. *diſcept.* 208. *num.* 21. 596. *num.* 5. *&*
607. *num.* 3.
Quod adeò verum eſt, vt huiuſmodi formæ tamquam
4 reſpicienti fauorem publicum non poſſit renunciari expreſ-
sè, nec tacitè, Gratian. *diſcept.* 691. *num.* 7. *&* 8. 907. *num.*
35. cum alijs per Fenzon. *ad ſtat. Vrb. cap.* 59. *num.* 4. &
Magon. *deciſ. Flor.* 118. *num.* 3. Neque ex huiuſmodi con-
tractibus celebratis ſine dicta forma oritur aliqua obligatio
5 nec ciuilis, nec naturalis, *l. ſancimus*, *C. de donat.* Surd.
conſ. 115. *num.* 36. *lib.* 1. Gratian. *diſcept.* 647. *num.* 1. *&* 691.
num. 24. Et ratio eſt, quia non ſeruata forma lex dicitur re-
6 ſiſtere obligationi, quæ legis reſiſtentia impedit ortum na-
turalis, vel ciuilis obligationis, Surd. *loc. prox. cit.* Magon.
deciſ. Luc. 13. *num.* 16. Duran. *deciſ.* 18. *num.* 15. *& ſeqq.* Ita
vt talis forma, & ſolemnitas ſit etiam ſeruanda per foren-
7 ſes contrahentes in loco vbi viget ſtatutum eam indu-
cens, Gratian. *diſcept.* 253. *per tot. &* 887. *num.* 4. Pic. *ad*
ſtat. Vrb. gloſ. 2. *num.* 31. *& ſeqq.* quidquid ſit quando ſta-
8 tutum non induceret formam, ſed ſimpliciter loqueretur
de habilitate, vel inhabilitate perſonarum, quia tunc non
comprehenderet forenſes ibidem contrahentes, idem
Gratian. *diſcept.* 824. *num.* 31. *& ſeqq.* ſed benè comprehen-
9 deret ſuos ciues, & ſubditos, etiam alibi ſi alibi ſe confe-
rant ad contrahendum extra territorium ſtatuentium
præcipuè, vbi ex coniecturis apparere poteſt, id eſſe fa-
ctum in fraudem ſtatuti, & ad euitandam eius diſpoſitio-
nem, iuxta tradita per Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 2. *num.* 5.
& per tot. Pic. *ad ſtat. Vrb. gloſ.* 2. *num.* 49. *& ſeqq.* Gratian.
diſcept. 253. *per tot.*
Neque obſtat, quod prædicta procedant vbi donator eſ-
ſet in patria poteſtate, ſecus autem cùm dicatur emancipa-
tus. Quia reſpondetur non conſtare de huiuſmodi eman-
cipatione niſi ex verbis enunciatiuis contrahentium, quæ
etiam inter eaſdem perſonas non probant ſuper eo, quod
11 non pendet à voluntate partium etiamſi principaliter fue-
rint prolata, Menoch. *conſ.* 260. *num.* 21. Genua *de verb.*
enunciat. quæſt. 4. *n.* 22. *lib.* 1. Caualer. *deciſ.* 36. Magon. *de-*
ciſ. Flor. 10. *num.* 38. *&* 39. prout in caſu noſtro, quia à
12 voluntate filij tantùm non pendet emancipatio, ſed à vo-
luntate patris. Et in ſimili videmus verba enunciatiua
contractus alienationis rei Eccleſiaſticæ non probare ſo-
lemnitates neceſſarias, etiam ſi enunciatæ fuerint, Alex. *in*
l. ſi donatione num. 11. *C. de collat.* Menoch. *de præſumpt. lib.*
3. *præſumpt.* 133. *num.* 17. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 2.
tit. 6. *num.* 6. Genua *loc. cit. num.* 23. Et proprius ad rem fa-
12 cit, quod ſi filiusfam. qui ex forma ſtatuti obligari non po-
terat, niſi eſſet mercator contrahendo fateatur, & aſſerat
ſe mercatorem, illa confeſſio non validabit contractum,
Surd. *conſ.* 546. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 4. Et dato quod probaretur
mercatorem eſſe, poſſet obligari ſolum in pertinentibus ad
13 artem, & mercaturam ſuam, Gratian. *diſcept.* 171. *nu.* 9. *&*
727. *num.* 1. Pic. *ad ſtat. Vrb. gloſ.* 7. *in Addit. num.* 311. Ge-
nua *de ſcript. priuat. lib.* 4. *tit. de libris mercat. num.* 38. *&*
39. *fol mihi* 244.
Sicut etiam facit, quod vbi donatio non valet niſi pro-
pter merita, vt inter patrem & filium, inter virum &
vxorem, ſi quis eorum donauerit pro benemeritis, hæc
verba non probant merita præceſſiſſe, gloſ. *in l. ſi donatio-*
ne, *C. de collat.* Mantic. *de tacit. & ambig. d. lib.* 2. *tit.* 6. *n.* 14
5. Capyc. *deciſ.* 203. *num.* 7. Gratian. *diſcept.* 386. *num.* 7. *&*
cap. 657. *num.* 51. Michalor. *de fratr. part.* 1. *cap.* 11. *num.*
16. *& ſeqq.* Regulare enim eſt in qualibet materia non eſſe
ſtandum confeſſioni, & aſſertioni inter perſonas prohibi- 15
tas, niſi aliundè probetur veritas, quia talis confeſſio
præſumitur facta in fraudem legis prohibentis actum fieri
ſine qualitate, & ſolemnitate enunciata, aut confeſſata,
cap. qui teſtamentum de probat. l. ſi forte, vbi Bart. *ff. de*
caſtr. pecul. Menoch. *dict. præſumpt.* 133. *num.* 16. *& ſeqq.*
cum alijs per Genua *d. tract. de verb. enunciat. lib.* 1. *quæſt.*
4. *num.* 84.
Verùm etiam quando de huiuſmodi emancipatione con-
ſtare poſſet, illa tamen eſſet nullius roboris, niſi etiam
fuerit infra duos menſes notificata Vniuerſitati Mercato- 16
rum Florentiæ iuxta formam ſtatuti Florentini *lib.* 2. *Rub.*
110. *verſus finem*, alias emancipatio eſt nulla quantum ad
commodum emancipati, quod quidem ſtatutum vti Ciui-
tatis dominantis ſeruandum venit in defectum ſtatuti loci 17
particularis, Sebaſt. Medic. *tract. de leg. & ſtat.* 4. *part. quæſt.*
10. *lib.* 1. latè Merlin. *de legit. lib.* 4. *tit.* 1. *q.* 18. *n.* 70. *& ſeqq.*
cum multis alias per me latiùs allegatis, & de hoc adeſt
Conſtitutio in 5. lib. ſtat. Florent. incipiens, *Vrbem no-*
ſtram Florentinam.
Nec obijciatur, quod cùm tranſacti ſint vltrà triginta
anni hæc notificationis ſolemnitas tamquam extrinſeca 18
præſumatur, ad tradita per Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 132.
num. 62. *&c* Rot. *deciſ.* 684. *num.* 4. *part.* 2. *recent.* ſicut in
ſimili obſeruari videmus in ſolemnitatibus neceſſarijs in 19
alienatione rerum Eccleſiæ, quæ ex curſu tanti temporis
præſumuntur, vt aliàs dixi, Alex. *conſ.* 79. *num.* 13. *conſ.* 113.
num. 5. *lib.* 1. Mantic. *de tacit. & ambiguis lib.* 22. *tit.* 7. *num.*
23. *&* 24. Rot. *deciſ.* 537. *num.* 4. *part.* 2. *recent.* Et in inſi-
nuatione, quæ cum poſſit adhiberi ex interuallo, vt hæc no- 20
tificatio emancipationis ex curſu triginta annorum præſu-
mitur, Put. *dec.* 136 *lib.* 2. Caball. *conſil.* 142. *num.* 7. Tuſch.
in verb. inſinuatio concluſ. 200. *num.* 1.
Quoniam ad hoc etiam reſpondetur, quod licèt prædi-
cta ſint vera concurrente obſeruantia contractus, non poſ-
ſunt ad caſum noſtrum adaptari, quia cùm dicta notifica-
tio emancipationis ſit de forma, & ſubſtantia actus ex eo,
quod ſtatutum vlterius progreditur annullando actum, vt 21
vt poſt Felin. Dec. & Ang. tradit Gratian. *diſcept.* 474. *num.*
12. antiquitas temporis nihil operatur, cùm illa ſolùm poſ-
ſit inducere præſumptionem ſolemnitatis negocij, non
autem ſubſtantiam illius, prout eſt huiuſmodi notifica-
tio, Surd. *deciſ.* 231. *num.* 8. Oſaſch. *deciſ.* 133. *num.* 4.
Menoch. *d. præſumpt.* 132. *num.* 77. Gratian. *d. cap.* 474.
num. 18.
Præterea cùm non conſtet, quod donator eſſet in poſ-
ſeſſione libertatis à patria poteſtate, nempè ſeorſum à pa-
tre habitando, & per ſe negotia gerendo, nec quod dona-
tarius vnquam fuerit in poſſeſſione bonorum donatorum,
ex hac ſola diuturnitate temporis non poteſt præſumi ſo- 22
lemnitas emancipationis, cùm antiquitas temporis non
inducat vllam præſumptionem, niſi concurrente obſer-
uantia actus geſti, Gabriel. *conſ.* 36. *num* 51. *lib.* 2. Surd.
deciſ. 231. *num.* 19. Maſcard. qui de veriori opinione te-
ſtatur *concluſ.* 1317. *num.* 48. *&* 49. cum alijs per Gratian.
d. cap. 474. *num.* 14. Rot. penes Greg. *deciſ.* 509. *num.* 6. *vbi*
Add. Et tantò magis in caſu noſtro, cùm talis notificatio
emancipationis eſſet redigenda in ſcriptis, quo caſu ca- 23
non apparente neceſſariam eſſe omninò antedictam ob-
ſeruantiam, hoc eſt poſſeſſionem libertatis, & bonorum
donatorum, deciſum reliquit Surd. *d. deciſ.* 231. *num.* 7. *&*
26. Menoch. *d. præſumpt.* 132. *num.* 89. & Gratian. *d. cap.*
474. *num.* 15.
Omnem autem prorſus difficultatem tolleret fides Can-
cellarij Mercaturæ, quod talis notificationis ſolemnitas
ſeruata non fuerit, quam ipſe negatiuè eligere poteſt ex
inſpectione, & rimatione librorum ad id deputatorum, & 24
hoc modo tollitur omnis vis ſolemnitatis ex diuturnitate
temporis præſumptæ, cùm verè conſtet illam, non inter-
ueniſſe, & notorium præſumptionis cedit notorio proba-
tionis, Surd. *conſ.* 28. *num.* 110. *& ſeqq.* Menoch. *conſ.* 1. *n.*
230. Gratian. *d. cap.* 474. *num.* 16.
Quod autem filius ſemper præſumatur habitare cum
patre ob duram illorum ſeparationem, & alias rationes, tra-
dit

dit pulchrè Magon. deciſ. Luc.27. num.47. & ſeqq. Ex quan-
do dicatur habitare ſeorſum à patre, & publicè ſe gerere
pro patrefamilias, vel communiter haberi pro tali ad effe-
ctum, vt poſſit contrahere ſine conſenſu patris, non obſtan-
26 te ſtatuto, quod non procedit in filiofam. habitante ſeor-
ſum à patre, vel communiter habito pro patre familias, ſi-
ue pro tali ſe publicè gerente, vt pulchrè docet Gratian. di-
ſcept.820. num.4. & ſeqq. Menoch. lib.6. præſumpt.55. n.28.
& ſeqq. vide Rot. deciſ.527. num.6. & ſeqq. part.1. recent.
Ludouiſ. dec.182. per tot. cum Add. not. Paſchal. de patr.
poteſt. part.4. cap.10. num.22. & part.1. cap.6. num.126. cum
alijs per Fenzon. ad ſtat. Vrb. cap.152. num.102. Vrſil. ad
Afflict. deciſ.308. num.17. & ſeqq. Rot. poſt Fenzon. deciſ.
139. Gratian. diſcept.484. & 667. per tot.
Sicut etiam non obſtante huiuſmodi ſtatuto requirente
conſenſum patris in obligatione filij, ſi pater, & filius in
27 eodem inſtrumento ſe obligent valebit obligatio, etiam ex
parte filij, Alex. in l. ſi conſtante, §. vxor num.1. ff. ſolut. ma-
trim. Montan. de tut. cap.30. num.45. & Pic. ad ſtat. Vrb.
28 gloſ.14. num.17. An autem tale ſtatutum habeat locum in
filiofam. habente peculium caſtrenſe, vel quaſi, ſiue in
Clerico reſpectu ſui patrimonij, & multa alia in hac mate-
ria vide per Gratian. diſcept.576. per tot. 713. num.12. 781.
num.29. & 944. num.60. cap.756. per tot. & cap.667. per
tot.
Verùm dato etiam, ſed non conceſſo, quod prædicta
donatio fuiſſet valida ab initio, illa tamen eſſet reuocan-
29 da ob ſuperuenientiam filiorum ipſius donatoris, imò
ipſo iure intelligitur reuocata ex legis poteſtate per text.
vulgat. in l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. Menoch. conſ.85.
num.60. Pract. Papp. libell. donat. gloſ.3. num.4. non obſtan-
te quacumque generali renunciatione, etiam expreſſa
mentione d. l. ſi vnquam, cùm ei pater renunciare non poſ-
30 ſit tamquam non inductæ in eius fauorem, ſed filiorum,
quibus præiudicare non poteſt, Rom. conſ.269. Pariſ. conſ.
73. num.31. & ſeqq. lib.1. de quo tamen ſufficiat remiſſio,
ad tradita per Tiraquel. in d. l. ſi vnquam in præfat. num.122.
& ſeqq. vbi etiam Ripa quæſt.52. & alij per Add. ad Papp.
loc. cit. & Mangil. de imput. quæſt.103. num.11. cùm in caſu
noſtro non adſit talis expreſſa renunciatio, quod procedit,
etiam ſi eſſet iurata, Tiraquell. loc. cit. num.173. Oldrad.
conſ.238. Mangil. d. quæſt.103. num.12. & ſeqq. adeò vt in-
31 telligatur reuocata non in eo quod excedit legitimam tan-
tùm, ſed in totum præcipuè quando eſt facta extraneo,
prout in caſu noſtro, Pract. Papp. d. gloſ.3. num.3. verſ. aut
extraneo, Mangil. de imput. quæſt.111. num.25. etiam quod
32 aliquo prætextu poſſet dici facta fauore piæ cauſæ, Bald.
conſ.215. lib.5. Et de hac materia an, & quando, & quo-
modo procedat diſpoſitio d. l. ſi vnquam, & in quibus dona-
tionibus locum habeat vidend. Tiraquel. & Rip. in repet.
eiuſdem legis, vbi ad ſaturitatem habentur plures quæſtio-
nes, Clar. §. donatio quæſt.22. & 23. Seraph. deciſ.829. per
tot. Rot. in Signina Caſtrorum 4. Februarij 1631. coram
Coccino, in Nouiſs. part.6. deciſ.12. num.19. & 20. vbi
33 quod non habet locum in donatione iuris quærendi, cuius
renunciatio per ſuperuenientiam filiorum reuocari non
poteſt.
Ex capite etiam ſimulationis dixi huiuſmodi donatio-
nem eſſe reuocandam, quia ſimulatio vt difficilis proba-
34 tionis exiſtente cauſa coniecturis probari poteſt, Crauet.
conſ.156. num.7. Natt. conſ.124. num.5. Rot. penes Farin.
deciſ.68. num.1. & deciſ.254. num.2. part.2. idem Farinac.
de falſit. & ſimulat. quæſt.162. num.97. Rot. in Vetulana
Molendini 12. Ianuarij 1652. coram Otthobono in fine, ma-
ximè vbi ſimulatio allegatur per tertium, vt Farinac.
d. quæſt.162. num.99. Et duas coniecturas ſufficere notat
idem Crauett. d. conſ.156. num.7. cum alijs citatis per Fari-
nac. loc. cit. num.106. vbi de communi.
Coniecturę autem in caſu noſtro ſunt primò, quia dona-
tor ſemper remanſit in poſſeſſione bonorum donatorum
35 per ſpatium circa triginta annorum, & illa alienauit vti
propria nulla vnquam capta poſſeſſione, nec vllis perceptis
fructibus per donatarium, Bart. in l. poſt contractum num.
4. ff. de donat. Crauett. conſ.118. num.18. in fine, Roland.
conſ.40. num.31. lib.2. cum multis alijs per Farinac. d. qu.
162. num.228. Rot. penes eundem Farinac. part.2. deciſ.
68. num.6. deciſ.237. num.4. & fuit dictum in Romana bono-
rum de Ceulis 28. Aprilis 1595. coram Penia, vbi pondera-
tur poſſeſſio, & alienatio, quia iſta obſeruantia declarabat
animum ſimulandi, tantò magis vbi donator ſemper fru-
ctus percipit, Menoch. conſ.430. num.16. non obſtante,
quod ex inſpectione inſtrumenti videatur conſtare de 36
actuali poſſeſſione tradita donatario, quia eodem vitio ſi-
mulationis laborat huiuſmodi actualis poſſeſſio, quæ effe-
ctum non habuit, Menoch. d. conſ.430. num.15. & facit
Farinac. d. quæſt.162. num.232.
Secunda coniectura deſumitur ex eo, quod dictus do-
nator vti dominus bonorum donatorum ſemper collectas
proprio nomine ſoluit, namque ſi vera fuiſſet donatio ad 37
donatarium, non ad donatorem tale onus ſpectaſſet, Ro-
land. conſ.40. num.33. & ſeqq. lib.2. Rot. deciſ.99. num.3.
penes Farinac. part.2. & idem Farinac. dict. quæſt.162.
num.231.
Tertia coniectura, non longè à ſuprascripta colligitur
ex eo, quod bona donata ſemper remanſerunt in cataſtro,
& æſtimo donatoris, ex qua pariter ſimulationem argui, 38
notat Menoch. d. conſ.430. num.15. & de præſumpt. lib.3.
præſumpt.122. ſub num.111. & præſumpt. 124. nu.33. Hon-
ded. conſ.46. num.24. lib.1. Farinac. conſ.40. num.19. & 20.
& d. qu.162. num.231. Mantic. de tacit. & ambig. lib.8. tit.
20. num.17.
Quarta coniectura non modici ponderis deducitur ex
clauſula in inſtrumento donationis inſerta, quod nulla
fraus, vel dolus, vel alia illicita pactio, aut corruptela in-
terceſſerit, nec in fraudem alicuius fuerit facta, ſi enim
ſimulatio, & fraus non interceſſiſſet, non opus fuiſſet hu-
iuſmodi inſolitas clauſulas apponere, ex quibus ideò oriri 39
præſumptionem ſimulationis, dixit Roland. d. conſ.40. num.
39. lib.2. Natt. conſ.198. num.15. Farinac. d. conſ.40. num.
33. Rimin. iun. conſ.467. num.67. & ſeqq. vbi hanc ſolam
præſumptionem ad præſumendam ſimulationem ſufficere
non dubitat affirmare, quod quamuis non placeat, Fari-
nac. d. qu.162. num.16. non videtur eſſe dubium alijs ſupra-
notatis concurrentibus omninò pronunciandum eſſe dona-
tionem fuiſſe ſimulatam.
Et quamuis non me lateat cauſam ſimulandi eſſe neceſ-
ſariam, vt coniecturæ poſſint adaptari, tamen de ea dubi-
tari non poteſt in caſu noſtro, & fuit timor, quem dona- 40
tor habebat amiſſionis bonorum propter multas inimici-
tias capitales, quas habebat, & propter receptationem
bannitorum, de qua imputabatur, vt conſtat ex depoſitio-
nibus plurium teſtium, & ideò ne in omnem caſum ho-
micidij, vel condemnationis ob receptationem prædictam
bona deuenire poſſent in Fiſcum, illa ſimulatè donauit, vt
ſupra, quæ cauſa dicitur iuſta, Bart. in l. poſt contractum
num.6. ff. de donat. & conſ.65. num.3. lib.1. & fuit dictum in
Romana bonorum de Ceulis 28. Aprilis 1595. coram Penia,
& ſufficere allegationem, quod donator habebat inimicitias 41
capitales, prout eſt notorium, Farinac. conſ.142. num.37.
Prout etiam ſufficere huiuſmodi cauſam fuiſſe à partibus 42
opinatam dixit Rot. in Vetulana Molendini 12. Ianuarij
1652. coram Otthobono verſus finem, & non eſſe neceſſa- 43
riam eius expreſſionem niſi petatur à parte, notat Gratian.
diſcept.255. num.14. & diſcept.586. num.37.
Non omittendo etiam aliam cauſam, quæ fuit, vt do-
natarius poſſet ad ſacros ordines promoueri, cùm eſſet pau- 44
per, & non haberet, vnde ad titulum patrimonij promo-
ueri poſſet, & ideò vſus fuit hac ſimulata donatione ad il-
los conſequendos, prout paſſim his temporibus obſeruatur
licet iniuſtè, & indebitè, adeò vt etſi aliàs Clericus, qui
reperitur ordinatus ſine titulo beneficij poſſit agere coram
Epiſcopo, vt ei prouideat iuxta diſpoſitionem Concilij
Tridentini, Gratian. diſcept.57. num.29. & cap.159. num.
30. tamen quando ipſe fuit particeps fraudis, & ſimulatio-
nis, ne malitia ſua ſibi patrocinetur, & Epiſcopo reddatur
nociua, non ſolum incurrit in cenſuras à ſacris Canoni-
bus præſcriptas, & ſignanter in Bulla Pij V. de anno 1658.
cùm fuerit ordinatus contra formam Canonis, & dictæ ſub
titulo Ficti, & doloſi patrimonij facti ad decipiendum
Epiſcopum, & adeò velatè, & ſecretè, vt Epiſcopus pro-
babiliter, & veriſimiliter crediderit, vel credere potuerit
patrimonium propoſitum fuiſſe verum, & omnem abeſſe 45
fraudem, licèt aliàs ei incumbat ex officio circa iſtud inui-
gilare, ipſe ordinatus incurrit in ſuſpenſionem à iure im-
poſitam, c. neminem, & c. Sanctorum diſtinct.70. Gratian.
diſcept.159. num.16. &c. Sed neque iſto caſu tenetur eum
alere, vel ei prouidere de beneficio ex rationibus adductis
per Nauar. conſ.14. & conſ.74. in antiq. & conſ.46. in no-
uiſſ. Quod etiam comprobatur ex verbis Concilij Trident. 46
cap.2. ſeſſ.21. ibi: Qui varijs artibus, & fallacijs confingunt
ſe

ſe beneficium Eccleſiaſticum, aut etiam idoneas facultates obtinere.

Prout videmus, quod Clericus non poteſt aliquo modo
alienare, vel permutate bona ad quorum titulus fuit ordinatus ſine licentia Epiſcopi, ſub pœna nullitatis, & alijs
47 arbitrio ipſius Epiſcopi, Gratian. *diſcept.* 159. *per tot. & cap.*
750. *num.* 18. Et quod non poſſit remittere, vel retrodona-
48 re patrimonium ad cuius titulum fuit ordinatus propter intereſſe Epiſcopi, idem Gratian. *diſceptat.* 924. *num.* 6. nec
poſſit reſignare beneficium, niſi habeat aliundè commodè
49 viuere, aliàs ei competit actio ſpolij aduerſus reſignatarium, vel ſucceſſorem, cùm non impleta huiuſmodi conditione commodæ ſuſtentationis aliundè nullum ius dicatur translatum, idem Gratian. *diſceptat.* 991. *per tot.* Nec
50 etiam poteſt cenſum imponere, ad tradita per Cenc. *de Cenſ. qu.* 24. *per tot.*

Adeò vt ſi alienet bona, ad quorum titulum fuit ordinatus, incurrat ſuſpenſionem poſteà celebrando, Medin. *in*
51 *ſum.* §. 8. *tit. de ſuſpenſ.* quamuis hoc non eſſe tutum, imò
contrarium verius teſtetur Gratian. *diſceptat.* 159. *num.* 16.
52 vbi tamen, quod abſque dubio pœna ſuſpenſionis incurritur quando ſine titulo, dolosè, & cum fraude recepit ordinem cum pacto tacito, vel expreſſo de reſtituendo rem, &
bona, ad quorum titulum fuit ordinatus poſt ſuſceptos ordines, prout tale pactum in caſu noſtro interceſſiſſe non
eſt dubitandum ex prædictis coniecturis manifeſtam nullitatem, & ſimulationem denotantibus.

A R G V M E N T V M.

Laudum quando ob læſionem, vel falſam cauſam dicatur nullum, quid ſi fuerit emologatum, & quando non tranſeat in iudicatum. Litteræ miſſiuæ an probent, & quid in ſcriptura ſine nomine. Societas an detur inter patrem, & filium, & quomodo diuidatur lucrum cum extraneo, & alia multa in materia approbationis laudi nulli.

S V M M A R I V M.

1 *Laudum lædens vltra ſextam partem dicitur nullum.*
2 *Laudum continens plura capita non vnum, ſed plura dicuntur lauda, idem eſt in ſententia.*
3 *Litteræ miſſiuæ obligant ſcribentem, præcipuè quando peruenerunt ad eum cui ſunt directa.*
4 *Recipiens litteras, & non contradicens, fatetur vera eſſe contenta in illis.*
5 *Cautela ad probandum creditum.*
6 *Litteræ geminatæ excludunt omnem errorem, & læſionem.*
7 *Geminatio actus quid operetur.*
8 *Litteræ inter mercatores habent vim publici inſtrumenti.*
9 *Littera tota ſubſcribenti attribuitur, & ſine nomine tanquam informis, & vacua non inducit obligationem, etiam ſi fuerit propria manu ſcripta.*
10 *Littera ab alio ſubſcripta ſi negetur, debet probari ordo, & mandatum de illa ſubſcribendo.*
11 *Verbum*, facetet, *quid ſignificet.*
12 *Societas non datur inter patrem, & filium, & ſi ſit cum extraneo in diuiſione lucri pater, & filius pro vna tantùm perſona habentur.*
13 *Solutione tollitur omnis obligatio.*
14 *Compenſatio non fit de debito ad non debitum.*
15 *Laudum ex falſa cauſa latum eſt nullum.*
16 *Solutio probatur ex confeſſione de recepto.*
17 *Reſiduum denotat nil aliud deberi.*
18 *Laudum emologatum ſi non valet in vim laudi, ſuſtinetur in vim pacti.*
19 *Laudum latum ex priuilegiata probatione non tranſit in iudicatum.*
20 *Arbitrator dicitur qui nullo iuris ordine ſeruato procedit.*
Arbitrator dignoſcitur ex modo procedendi.
21 *Laudum arbitratoris non tranſit in iudicatum niſi poſt 30. annos.*
22 *Actus factus ex falſa cauſa non ſuſtinetur ex vera, ex qua ſubſiſtere potuiſſet.*
23 *Ratificatio actus cum præſuppoſito validitatis tanquam erronea non valet.*
24 *Soluens indebitum per errorem repetere poteſt.*
25 *Ratificatio laudi non tenet niſi data ſcientia nullitatis.*
26 *Scientia debet probari cum omnibus qualitatibus, vt ratificatio actus nulli valeat.*
27 *Omnia geſta per errorem reſcinduntur.*
28 *Iuramentum non operatur vbi deficit conſenſus, qui dicitur abeſſe ſtante errore, vel falſa cauſa.*
29 *Reſeruatio in vno caſu magis confirmat actum in alijs non reſeruatis.*
30 *Reſeruatio in caſu reſeruato conſeruat omne ius reſeruantis, & modificat diſpoſitionem.*
31 *Reſeruatio nihil de nouo tribuit, licet pars illi conſentiret.*
32 *Reſeruatio reddit actum conditionalem, ita vt in caſu præiudicij, actus ſit tanquam non factus.*
33 *Clauſula* ſibi inuicem, & viciſſim, *reciprocam actionem inducit.*

C A P V T XXVI.

Laudum, quod lædit vnam ex partibus vltra ſextam
partem quantitatis controuerſiæ dicitur nullum, præcipuè, non ſequuta emologatione ex certa ſcientia, iuxta
opinionem Bart. *in l. ſi ſocietatem*, §. *arbitrorum num.* 24. *ff.* 1
pro ſocio, cum qua vide ur tranſire Rot. per Duran. *dec.* 200.
n. 21. *& ſeqq.* adeò vt iſta ſexta pars conſiderari poſſit, non
habito reſpectu ad totam ſummam in laudo contentam,
quando laudum continet plures, & diuerſas ſummas ex di- 2
uerſis cauſis, & diuerſis temporibus debitas, ſed habito
reſpectu ad quodlibet caput laudi de per ſe, & ſeparatim,
vt illud rettactari poſſit in capite læſiuo, cùm laudum plura
continens capita non vnicum, ſed plura dicantur lauda,
vt de ſententia, quæ tot ſententias continere dicitur quot
ſunt capitula illius ſeparata, *l. etiam* §. 1. *ff. de minor.* Surd.
deciſ. 176. *num* 8. *& conſil.* tot. *n.* 40. *& conſil.* 150. *n.* 113.
Gratian. *diſceptat.* 524. *num.* 14. *& cap.* 529. *num.* 47.

Læſio autem huiuſmodi probatur in caſu noſtro ex litteris geminatis, in quibus ſcribens faſſus fuit penes ſe habere libras mille ſuperlucratas in ſocietate, quarum medietas de iure ſpectabat ad ſcribentem, altera verò medietas
ad ſocium, cui nihilominus fuerunt attributæ tantum libræ trecentum triginta tres in laudo, ex quo manifeſta
apparet læſio, quam non eſt dubium improbari ex dictis
litteris ſcribentis obligationem inducentibus, ad tradita 3
per Pariſ. *conſ.* 127. *n.* 32. *&* 33. *lib.* 1. Buratt. *conſ.* 172. *num.*
31. *lib.* 2. cum alijs per Genua *de ſcript. priuat. lib.* 3. *quæſt.* 1.
n. 21. *&* 22. *fol. mihi* 109. præcipuè quando ipſæ litteræ miſſiuæ peruenerunt ad eum, cui fuerunt directæ, cùm per re-
ceptionem, & taciturnitatem recipientis dicatur oriri ſi- 4
multaneus conſenſus, & contractus inter partes, ita vt
etiam ex parte recipientis inducitur confeſſio pro contentis
in litteris ſtante non contradictione, ex quo multi ſumunt
cautelam ad probandum ſuum creditum mittendo litteras
debitori, & eum rogando vt ſoluat, nam ſi illis receptis, &
lectis non contradicat dicitur fateri debitum, maximè ſi te-
ſtes deponentes de huiuſmodi receptione, & non oppoſi- 5
tione habeant notitiam de contentis in eis, quia recipiens ſcripturam ſine aliqua proteſtatione videtur approbare omnia in ea contenta, Magon. *deciſ. Flor.* 95. *num.* 7. *&*
ſeqq. Duran. *deciſ.* 416. *num.* 6. *& num.* 20. & videndus Gratian. *diſcept* 699. *num.* 35. *& ſeqq.*

Quæ litteræ magis probant contra ſcribentem cùm fuerint plures, & geminatæ, quo caſu magis oſtendunt perdurationem mentis, & faciunt non ſolum magis apparere
veritatem, & perſeuerantiam, ſed excludunt omnem er- 6
rorem, & læſionem, ac conſenſum omninò roboratum,
& confirmatum inducunt, adeò vt tantùm valeat conſenſus geminatus, quàm iuratus, ad tradita per Gratian. *di-*
ſcept. 551. *num.* 30. geminatio enim eſt actus ſiue fiat vnico 7
contextu, ſiue ex interuallo ſemper magis arguit enixam
voluntatem facientis, & tollit allegationem erroris calculi, etiam ſi fuerit emanata abſente parte, & per verba
enunciatiua, Montan. *de tut. cap.* 38. *num.* 162. *fol.* 197.
Gratian. *diſcept.* 737. *num.* 4. *&* 5. Præcipuè inter mercato-
res, inter quos eorum litteræ habent vim publici inſtru- 8
menti ſententiæ, ac rei iudicatæ, plenè probant, & faciunt
oriri contractum, Gratian. *diſcept* 500. *num.* 2. *&* 569. *num.*
25. Duran. *deciſ.* 416. *n.* 1. *&* 3. etiam quod fuerint ab alio

ſcri-

ſcriptæ dummodo nomen ſcribentis fuerit appoſitum, vel
per ſe manu propria, vel ab alio de eius ordine, & manda-
to, quia tota epiſtola ad attribuenda ſubſcribenti, niſi pro-
9 bet fuiſſe deceptum, quod non præſumitur, & nomen
ſcribentis eſt adeò neceſſarium, vt non ſufficiat epiſtolam
eſſe propria manu ſcriptam, cùm aliàs dicatur informis,
vacua, & incerta, & carere ſubiecto, cui obligatio cohæ-
rere poſſit, ita vt ex charactere proprio non poſſit ſubintel-
ligi perſona ſcribentis quando non fuit expreſſa, Cancer.
var. reſol. lib. 1. *cap.* 22. *num.* 26. Gratian. *diſcept.* 536. *num.*
27. *cum alijs*, latè per Duran. *deciſ.* 368. *num.* 24. *& ſeqq.*
per tot.

Quando tamen epiſtola eſſet à tertio ſubſcripta de alte-
10 rius ordine, & mandato, & negaretur deberet probari talis
ordo, & mandatum, de quo non eſſet ſtandum aſſertioni
ſubſcribentis, Gratian. *diſcept.* 767. *num.* 57. & Poſth. *de*
manuteut. obſeru. 98. *num.* 10.

Neque eſt dubitandum de prædictis in caſu noſtro cum
non negentur litteræ prædictæ, & ſint propria manu ſcri-
ptæ, ac ſubſcriptæ, & in eis ſcribens offerat ſe promptum,
& paratum partem ſuam ſocio ſoluere ad eius libitum,
dum dicit ſe illam tenere in manibus cauſa faciendi de ea
11 quicquid ſibi imponetur, quod verbum facere idem eſt,
quod ſoluere, per *text. in l. verbum facere, ff. de verb. ſignif.*
Iuriſconſultus ait verbum facere omnia omninò faciendi
cauſam completi dandi, ſcilicet ſoluendi, numerandi, &
ambulandi.

Iſta autem pars eſt intelligenda de æquali, & media, non
obſtante quod ſcribens modò prætendit de dicta ſumma
librarum mille eſſe faciendas tres partes, quarum duas ad
ſe ſpectare, vnam ſcilicet ex propria perſona, alteram ex
perſona eius filij, quem aſſerit fuiſſe admiſſum in ſocietate,
& ſic tertiam tantummodò partem dictarum librarum mil-
le ſpectare ad ſocium extraneum.

Quia animaduertendum eſt, quod ſocietas non poteſt
dare inter patrem, & filium, præcipuè in caſu noſtro vbi
12 non conſtat, quod filius habeat peculium caſtrenſe, vel
quaſi, nec aduentitium, in quo patri non quæratur vſus-
fructus, vnde ſi pater, & filius habeant ſocietatem cum
extraneo, prout eſt caſus noſter, in diuiſione lucri ſunt
faciendæ tantummodo duæ partes æquales, quarum vna
pertinet ad extraneum, altera ſimul ad patrem, & filium,
qui iſto caſu pro vna ſola perſona reputantur, vt benè pro-
bant Felic. *de ſociet. cap.* 6. *num.* 7. *& per tot.* Michalor. *de*
fratr. part. 2. *cap.* 35. *num.* 17. *& ſeqq.*

Ex quibus manifeſta redditur læſio, quæ etiam apparet
in alio capite laudi, in quo admittitur compenſatio dotium,
quæ cum eſſent ſolutæ non poterant compenſari, quia ſo-
13 lutione tollitur omnis obligatio, *Inſtit. quib. mod. toll. oblig.*
in princ. l. ſi pupillus, ff. ad Falcid. Compenſatio autem non
fit de debito ad non debitum, *l.* 2. *C. de compenſat. cum bona*
14 *fides non patiatur, vt bis idem exigatur, l. bona fides, ff.*
de reg. iur. Vnde laudum in hac parte vti ex falſa cauſa la-
tum, non ſolum redditur iniuſtum, & iniquum, ſed nul-
lum ipſo iure, Gozad. *conſ.* 2. *num.* 24. Rimin. ſen. *conſ.*
15 356. *n.* 1. *lib.* 1. Borgn. *deciſ.* 12. *n.* 45. *lib.* 1. facit Duran. *de-*
ciſ. 373. *n.* 3.

Quod autem huiuſmodi dotes eſſent ſolutę tempore
laudi conſtat ex publico inſtrumento, in quo apparet con-
feſſio pro reſiduo illarum, ex qua confeſſione de recepto
16 ſolutionem probari non dubitatur, ſed tradita per Maſcard.
de probat. concl. 361. *& concl.* 1324. *n.* 22. Maur. *de fideiuſs.*
part. 2. *ſect.* 3. *cap.* 2. ſicut ex quietantia idem Maſcard. *d.*
concl. 1324. *n.* 6. præcipuè cùm quietantia fuerit facta pro
17 reſiduo, cuius appellatione totum continetur, & reſiduum
denotat nil aliud deberi, *l.* 2. *vbi DD. C de her. inſtit. l. ca-*
terum, & l. poſt reliquum, ff. de verb ſign. Rot. *in Romana*
Legati Mercurij 10. *Maij* 1632. *coram Coccin.* Maur. *de ſo-*
lut. cap. 4. *n.* 51.

Neque obſtat, quod laudum fecerit non ſolùm tranſi-
tum in rem iudicatam ob non interpoſitam appellationem
intra decem dies, ſed etiam fuerit expreſsè emologatum,
18 quo caſu ſi non valet in vim laudi ſuſtinetur ſaltem in vim
pacti, & nouæ conuentionis, Pariſ. *conſ.* 46. *num.* 14. *lib.* 1.
Gabr. *tit. de ſent. concl.* 2. *n.* 7. Rot. *deciſ.* 46. *n.* 4. *part.* 1. *re-*
cent. Pet. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 286. *n.* 50. *& ſeqq.* & latè
Duran. *deciſ.* 200. *& deciſ.* 252. *per tot.*

Quoniam omiſſis alijs reſponſionibus traditis per Cabal.
& Duran. *loc. cit.* cum penes eos videri poſſint, & de qui-
bus ego alià s latè ſcripſi, dicitur in præſenti caſu aſſertam
rem iudicatam non dari, tum quia laudum fuit fundatum
ſuper iuramento ſuppletorio alterius partis, & ſic latum 19
ex priuilegiata probationem, quo caſu nunquam tranſit in
iudicatum, Iaſ. *in l. admonendi ſub num.* 37. & Rip. *n.* 42.
C. de iureiur. Theſaur. *quæſt. forenſ. cap.* 81. *n.* 5. *lib.* 4. Tum 20
etiam quia verſamur in laudo arbitratoris, qui talis dici-
tur cum nullo iuris ordine ſeruato proceſſerit, Bart. *in l.*
ſocietatem, §. arbitrorum num. 7. *ff. pro ſoc.* Marant. *in prax.*
part. 4. *diſtinct.* 14. *num.* 2. Cabal. *conſ.* 41. *vbi n.* 2. ait id
procedere quamuis electus tanquam arbiter procedere
potuiſſet, quia ſic nullo iuris ordine ſeruato procedendo
iudicari debet arbitrator, & non arbiter, cum modus iſte
procedendi arbitratori non arbitro conueniat ex iuribus
per eum allegatis, & propterea laudum arbitratoris non
tranſit in iudicatum, niſi poſt triginta annos, quibus du- 21
rantibus ſemper peti poteſt reductio ad arbitrium boni vi-
ri, Abb. *in c. Quintanallis de iureiur.* cum alijs per Afflict.
deciſ. 132. *per tot.* Cabal. *d. conſ.* 41. *n.* 3.

Quo verò ad approbationem, & emologationem dicti
laudi reſpondetur, quod ſicuti illud fuit illum vti ex falſa
cauſa latum, ita etiam ratificatio ſubſequens eodem nulli-
tatis vitio laborat, quia actus factus ex falſa cauſa non po- 22
teſt ſuſtineri ex alia cauſa vera, ex qua fieri potuiſſet, *c.*
ſuſceptum de reſcript. in 6. *c. quamuis de prabend. eod. lib. l.*
ſi de certa, C. de tranſact. Peregr. *conſ.* 8. *n.* 4. *lib.* 1. Duran.
deciſ. 373. *n.* 3. *&* 4. Et quia dicta ratificatio fuit facta cum
præſuppoſito quod laudum valeret, & ſic cenſetur erronea, 23
ac nihil operatur, *l. poſt diuiſionem, C. de iur. & fact. ignor.*
Dec. *conſ.* 475. *n.* 28. *& ſeqq.* Gabriel. *de ſent. & concl.* 2. *n.*
34. Cabal. *conſ.* 75. *n.* 8. *lib.* 1. Sicuti enim ſoluens indebitum
per errorem repetere poteſt, quod vltimo loco ſoluit, 24
l. 1. *& tot. tit. C. de conduct. indebit.* quouis errore ſolutum
fuerit, *l. ſed & ſi, ff. eod.* Surd. *conſ.* 89. *num.* 22. *&* 23. Ma-
gon. *deciſ. Flor.* 16. *& deciſ.* 64. *num.* 83. *& ſeq.* Maur. *de* 25
ſolut. cap. 22. *per tot.* Ita etiam non data ſcientia nullitatis,
& inualiditatis laudi nihil nocet ratificatio, *l. mater dece-*
dens de inoff. teſt. l. nec ignorans, C. de donat. Cabal. *d. conſ.*
75. *& reſol. crim. caſ.* 286. *n.* 58 Gratian. *diſcept.* 515. *n.* 11.
& n. 30. *cap.* 565. *n.* 56. Duran. *deciſ.* 459. *n.* 9. vt non ſuffi-
ciat præſumpta ſcientia, ſed debeat ſpecificè probari vnà 26
cum omnibus eius qualitatibus ad hoc vt ratificatio actus
nulli ſuſtineri poſſit in vim pacti, idem Gratian. *diſcept.*
752. *n.* 16. *cap.* 768. *num.* 11. *cap.* 823. *num.* 29. Magon. *de-* 27
ciſ. Flor. 9. *n.* 26. regulare enim eſt, vt omnia geſta per er-
rorem ſint reſcindenda, quia vbi eſt error deficit conſen-
ſus, *l. non fatetur, ff. de confeſ.* etiam ſi ſint iurata cum iu- 28
ramentum addat tantùm robur contractui, non autem
conſenſum, nec operetur circa ea, quæ errore, aut falſa
cauſa geſta ſunt, Iaſ. *in l.* 1. *n.* 7. *C. de error. cal.* Rot. *in Ro-*
mana fideicommiſſi Luna 24 *Februarij* 1620. *coram Pirona-*
no, Gratian. *diſcept.* 324. *n.* 12.

Præterea dicta ratificatio non fuit ſimplex, ſed qualifica-
ta cum reſeruatione iurium dotalium hinc inde, & cùm
dotes appareant ſolutæ iuxtà ſuperiùs dicta omne id, quod
ex cauſa fuit excomputatum, & compenſatum abſque du- 29
bio repeti poteſt, quia quamuis reſeruatio in vno caſu ma-
gis confirmet voluntatem reſeruantis in alijs non reſerua-
tis, Gratian. *diſcept.* 793. *n.* 7. tamen quo ad caſum reſerua- 30
tum illum abſque dubio modificat, & conſeruat omne
ius, quod habet reſeruans declarando præcedentem diſpo-
ſitionem, & quid, & quantum in ea contineatur, *gloſ. in*
l. item habeo, §. ſed ſi pure, ff. de famil. erciſ. & in l. ſi debi-
tor, §. 1. *ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſol.* Becc. *conſ.* 74. *n.*
14. 15. *&* 16. Surd. *conſ.* 152. *n.* 25. cum alijs per Gratian. *loc.*
cit. imò reſeruatio eſt adeò præſeruatiua iurium reſeruan- 31
tis, quod quamuis nihil de nouo tribuat, etiam ſi illi præ-
ſtetur conſenſus per aduerſarium, Gratian. *diſcept.* 722. *n.*
34. Magon. *deciſ. Flor.* 64. *n.* 78. Add. ad eumdem Magon.
deciſ. Luc. 31. *lit. A.* tamen reddit actum conditionalem
operando, quod quatenus inferatur præiudicium reſer- 32
uanti perinde ſit, ac ſi actus non fuiſſet geſtus, ad tradita
per eundem Gratian. *diſcept.* 867. *n.* 11. *&* 32. facit *in cap.*
918. *n.* 7. *&* 29. *& in cap.* 935. *n.* 20. Maximè cùm non
poſſit dubitari quin talis reſeruatio fuerit facta fauore am-
barum partium, ſtante clauſula, *ſibi inuicem*, & *viciſſim*, 33
quæ reciprocam actionem importat, ad tradita per Barboſ.
de dictionibus dict. 150. *n.* 1.

ARGVMENTVM.

Statutum excludens fœminas propter maſculos an, & quando dicatur fauorabile, vel odioſum, an comprehendat perſonas Eccleſiaſticas, & an vbi adeſt vna perſona non excluſa, aperiat viam alijs. Repræſentatio an habeat locum ad effectum excluſionis fœminarum, & an filia ſubingrediatur in locum, & ſexum patris ad excluſionem amitæ.

SVMMARIVM.

1 *Differentia nulla eſt inter maſculum, & fœminam in ſucceſſionibus de iure communi.*

2 *Statutum excludens fœminas propter maſculos, quando dicatur fauorabile, num.9.*

3 *Statutum prædictum intelligitur dummodo maſculi quorum fauore ſunt excluſa fœmina reperiantur inſtituti.*

4 *Statutum excludens matrem propter agnatos intelligitur dummodo illi ſuccedant.*

5 *Filij an patrem repræſentent ad excluſionem fœmina, num.10.*

6 *Repræſentatio non procedit vbi defecit qualitas à ſtatuto conſiderata.*

7 *Extenſio de caſu ad caſum non admittitur in ſucceſſionibus.*

8 *Statutum dicitur correctorium, & non extendendum quando non fuit expreſſa ratio conſeruanda agnationis.*

9 *Statutum excludens fœminas propter dotem, & non propter agnationem dicitur odioſum, & reſtringendum.*

11 *Filia ingreditur in locum, & ſexum patris, etiam ad excluſionem amita.*

12 *Statutum excludens fœminas propter maſculos, an comprehendat perſonas Eccleſiaſticas de tempore delata ſucceſſionis.*

13 *Statuti diſpoſitio ceſſat quando adeſt vna perſona non excluſa, qua aperit alijs viam ſuccedendi ſecundum ius commune.*

CAPVT XXVII.

1 Contra ſorores D. Ioſephi de Ferris aſpirantes vnà cum eo ad ſucceſſionem D. Io: Baptiſtæ communis patrui videbatur pronunciandum, quia licèt caſus controuerſæ ſucceſſionis prætendatur omiſſus à ſtatuto, & ſic remanere ſub diſpoſitione iuris communis, ſecundùm quod nulla reperitur differentia in ſuccedendo inter maſculos, & fœminas, *iuxta l. maximum vitium, C. de legit. hæred.* tamen ſi rectè perpendantur verba ſtatuti Imolenſis videtur potiùs expreſſus poſt principium *Rub.49.* ibi, ſi ſint ſolum fratres in virilem ſuccedant dicti fratres, ſi verò ſint fratres, & nepotes ex fratribus, vel pronepotes cum patruis, & filijs ipſorum in ſtirpem, ex quibus ſanè verbis attenta illorum proprietate, & relatione quam habent ad defunctum, de cuius ſucceſſione tractatur, videtur apertè colligi ſtatutum loqui de ſucceſſione tranſuerſalium, & comprehendere caſum noſtrum.

Et in omnem euentum, cùm ſtatutum prædictum iuxta commmunes traditiones dicatur fauorabile tanquam con-
2 ditum cauſa agnationis conſeruandæ inſpecta principali intentione ſtatuentium, quæ fuit conſeruare bona in agnatione, licè in conſequentiam reſultet odium, & damnum fœminæ, Gratian. *diſcept.449. num.19.* Magon. *deciſ. Flor.105. vel 106. num.10.* Michalor. *de fratr. part.3. cap.11. num.13.* præcipuè quando maſculus tranſuerſalis intendit excludere fœminam pariter tranſuerſalem, vel maſculus deſcendens fœminam deſcendentem, quicquid dubitari poſſet quando ageretur de excludendo fœminam ab hæreditate aſcendentium per maſculum tranſuerſalem, ad tradita per Curt. iun. *conſ.150. n.6.* & Michalor. *loc.cit.* Ac quando per talem interpretationem redditur ad diſpoſitionem iuris communis, quo caſu dicitur fauorabile, & latè interpretandum, Rot. *in Nouiſſ. part.6. deciſ.167. n.16. &c.* Et ſic in caſu noſtro poteſt prædictus D. Ioſeph ingrediendo perſonam ſui patris, qui ſi viueret certè excluderet prædictas ſorores, iure repræſentationis vti admitti ac totam ſucceſſionem dicto ſuo ſtatutum excludens fœminas ſtantibus filijs maſculis videatur ceſſare vbi non extant, ita vt intelligatur dummodò maſculi, quorum fauore ſunt excluſæ reperiantur inſtituti, aliàs vel admittuntur ab inteſtato, vel poſſunt impugnare teſtamentum, in quo extranei reperiuntur inſtituti, Gratian. *diſcept.702. n.54.* latè Merlin. *de legit. lib.3. tit.11. quæſt.2. n.56. &c.* Duran. *deciſ.347. n.7. 8. & 9.* Michalor. *de fratr. part.3. cap.11. n.97. & ſeqq.* ſicuti videmus, quod ſtatutum excludens 4
matrem propter agnatos eatenus locum habeat quatenus agnati ſuccedant, qui ſi reperiantur ab alio excluſi, vel aliàs minimè ſuccedant ſtatutaria ceſſat diſpoſitio, Rot. *in Imolen. ſucceſſionis 7. May 1635.* coram Motman. *in Nouiſs. part.7. deciſ.43. n.14.* tamen ſi exiſtant filij filiorum ipſi 5
repræſentando perſonam patris, qui fœminas ſi viueret excluderet, poſſunt eodem modo illa excludere, Gratian. *diſcept.890. n.28.* Michalor. *de fratr. part.3. cap.11. n.118. & num.168.*

Neque videbatur obſtare, quod dictæ ſorores poſſent eodem iure repræſentationis vti, & ſic cùm reperiantur in pari gradu debeant æqualiter admitti, quia in illis defi- 6
cit qualitas maſculinitatis à ſtatuto conſiderata, & ideò non poſſunt ipſæ ingredi perſonam patris, cùm repræſentatio, non valeat immutare ſexum fœmineum, Gratian. *diſcept.695. n.12.*

Sed prædictis minimè obſtantibus fuit contrarium iudicatum, primò, quia ſtatutum in parte citata, loquitur de hæreditatibus aſcendentium, *ibi*, ſi quis deceſſerit extantibus deſcendentibus vtriuſque ſexus, & licèt in ſequentibus verbis habeatur ſermo fratrum, & filiorum fratrum, tamen liquet ex continuata oratione abſque expreſſione diuerſitatis alterius perſonæ defunctæ ſolum ſtatuentes intellexiſſe ponere legem qualiter ſit diuidenda hæreditas aſcendentium, quod ſanè non applicatur caſui noſtro ita 7
diuerſo, vt eſt diſputatio hæreditatis aſcendentis ab hæreditate collateralis, & ideò non eſt facienda extenſio, Rot. apud Gilm. *ad ſtat. Peruſ. fol.257. n.17. & fol.259. n.42. & deciſ.329. n.13. part.6. recent.*

Neque obſtant ſupradicta, quod ſimus in ſtatuto fauorabili extendendo per repræſentationem ad filios perſonæ nominatæ in eo, quia vbi non eſt expreſſa ratio agnationis potiùs dicitur correctorium, ideò non niſi ex magna cau- 8
ſa, & identitate rationis extendendum ad perſonas nominatim non expreſſas, Capr. *conſ.73. n.4.* Corn. *conſ.97. n.8. lib.1. & conſ.305. n.4. lib.4.* Rot. *in Narnien. ſucceſſionis 26. Nouembris 1629. coram Merlino in Nouiſs. part.5. deciſ.321. & part.6. deciſ.329. n.25.* Quando enim fœminæ non excluduntur pro conſeruanda agnatione, ſed pro- 9
pter dotem ſtatutum dicitur odioſum, & reſtringendum, Gratian. *diſcept.651. n.21.* Vnde ad hoc repræſentatio ha- 10
beat locum ad excluſionem fœminarum iuxtà ſuperiùs dicta requiritur, quod ſi facta expreſſa mentio agnationis conſeruandæ, aliàs ſecus vt videtur ſentire idem Gratian. *d. cap.890. n.30.* & Rot. *in d. Narnien. ſucceſſionis coram Merlino n.25.*

Imò ſi per repræſentationem eſſet quæſtio decidenda dictæ ſorores poſſent eodem iure vti, ad tradita per Hodier. *in* 11
l. hac edictali, C. de 2. nupt. quæſt.41. n.13. & in Add. ad Surd. *deciſ.73.* vbi quod filia ſubingreditur locum, & ſexum patris, etiam ad excluſionem amitæ, de quo tamen videndus idem Surd. *deciſ.138.* quem referat, & declarat Duran. *deciſ.36. n.20. & ſeqq.*

At omnis omninò videbatur ceſſare difficultas reſpectu alterius ex dictis ſororibus profeſſæ in Monaſterio, quia ſtatutum excludens fœminas propter maſculos non comprehendit perſonas Eccleſiaſticas de tempore delatæ ſucceſ- 12
ſionis, quod attenditur, & non tempus conditi ſtatuti, præcipuè cùm ſit conditum à laicis, & nulla facta expreſſa mentione perſonarum Eccleſiaſticarum, quo caſu etiam ſi fuerit confirmatum à Papa non ſolùm in forma communi, ſed & in forma ſpecifica, illas comprehendere non poſſet, quia in omni diſpoſitione conſiderari debet voluntas, & poteſtas, & vbi adeſt defectus voluntatis illum, neque confirmatio Apoſtolica in forma ſpecifica conceſſa ſupplere poteſt, ſed tantùm defectum poteſtatis, vt latè fuit concluſum per Rot. Rom. *in Tudertina ſucceſſionis 20. Maij 1652. coram Meltio*, vbi plures concordantes deciſiones allegantur.

Cùm autem adeſt vna perſona non excluſa à ſtatuto, licet ex alio impedimento non ſuccederet ceſſat in totum

dif-

diſpoſitio ſtatuti, & facit caſum tanquam omiſſum tema-
13 nere ſub diſpoſitione iuris communis, quia ſaltem aperit
viam ſuccedendi alijs ſecundùm diſpoſitionem iuris com-
munis remouendo in totum obſtaculum ſtatuti, vt vide-
tur latè tenuiſſe Rot. Rom. *in Imolen. ſucceſſionis 7. May*
1635. *coram Merlin. in Nouiſs. part. 7. deciſ. 43. n. 8. & ſeqq. per tot.*

ARGVMENTVM.

Fundus in dotem datus an per æſtimationem deſinat eſſe dotalis, an poſſit in ſubſidium vendicari, & an in eo poſſit fieri aliqua executio. Dos an poſſit commutari de re ad pecuniam, & è contra, An valeat executio facta in veſtibus, & iocalibus de conſenſu vxoris, & quid probare debeant creditores volentes exequi.

SVMMARIVM.

1 *ÆStimatio rei in dotem tradita facit emptionem, & venditionem, & quid inde ſequatur.*
2 *Limita quando fuiſſet conuentum, quòd res deberet ſtare pro fundo dotali.*
3 *Res data pro fundo dotali licet æſtimata non poteſt alienari, nec obligari.*
4 *Fundus in dotem datus nulla præcedente promiſſione dotis in quantitate licet, æſtimatus non deſinit eſſe dotalis.*
5 *Vxor poteſt in ſubſidium agere contra fundum in dotem datum licet eius dominium tranſiuerit in maritum per æſtimationem, & in eo omnibus præfertur.*
6 *Dos non poteſt commutare de re ad pecuniam, nec è contra niſi duobus concurrentibus.*
7 *Vtilitas commutationis debet re ipſa exiſtere, nec ſufficit collatio in euentum incertum.*
8 *Pactum, per quod conditio dotis poteſt deterior effici, eſt nullum.*
9 *Dos in fundo conſiſtens tutior reputatur quàm in pecunia.*
10 *Æſtimatio non facit venditionem ſtante inopia viri.*
11 *Fundus dotalis remanet in dominio vxoris.*
12 *Executio fieri non poteſt in fundo dotali, etiam pro debito communi vxoris, & mariti.*
13 *Nec alius actus præiudicialis ſtante maximè proteſtatione vxoris.*
14 *Inhibitio dotalis creditoribus intimata impedit omnem executionem.*
15 *Creditores volentes exequi in bonis debitoris tenentur probare dominium rei ſuper qua exequi intendunt ad illum ſpectare.*
16 *Executio facta ſuper veſtibus, & iocalibus vxoris, etiam de eius conſenſu, eſt nulla.*

CAPVT XXVIII.

1 QVamuis regulariter, & in dubio æſtimatio rei in do-
tem tradita faciat emptionem, & venditionem, ita
vt tranſeat illius dominium in maritum, cui tunc eſt licita
alienatio ſine conſenſu mulieris cum talis res æſtimata deſi-
nat eſſe dotalis, quod procedit etiam in veſtibus, & alijs
mobilibus æſtimatis, ac etiam ſi non fuerint realiter æſti-
matæ, ſed tantùm conuentum de æſtimando, & omne
periculum, commodum, & incommodum ſpectat ad
maritum, Iaſ. *in l. ex conuentione, C. de pact.* Vrſil. ad
Afflict. *deciſ. 270. per tot.* Add. ad Pract. Papp. *in act. dot.
gloſ. Ac etiam*, latè Gratian. *diſcept. 38. n. 27. & ſeqq. cap.
254. num. 52. cap. 826. num. 56. & ſeqq. ad 75. & in cap. 932.
per tot.*

Tamen quando ab initio fuit conuentum, quod res da-
tæ in dotem ſtare debeant pro fundo dotali, licèt poſteà fiat
illarum æſtimatio cenſetur facta ad alium finem, & non
2 animo recedendi à præcedenti conuentione, Rum. *conſ.
134. in fine lib. 4.* Soc. iun. *conſ. 141. num. 14.* ita vt res datę
pro fundo dotali ſimpliciter, non obſtante æſtimatione
3 ſubſequuta non poſſint per maritum alienari, neque obli-
gari, etiam de conſenſu mulieris, quæ ſemper poterit il-
las defendere tam conſtante, quàm ſoluto matrimonio pro
quocumque debito ſiue proprio, ſiue mariti, Gratian.
diſcept. 745. n. 89. & ſeqq. & cap. 974. n. 14. &c. Sicut etiam
4 quando datur fundus in dotem nulla præcedente promiſ-
ſione dotis in quantitate ſi fiat æſtimatio cenſetur facta ad
probandum rei valorem, & vt ſciatur quantitas bonorum,
quæ conſignantur, non quod deſinat fundus eſſe dota-
lis, Afflict. *deciſ. 270. num. 2.* Rot. *in Romana fundi dotalis
16. Iuny* 1578. coram Lancell. & coram Penia *in Spoletana
bonorum 16. Aprilis* 1602. cum alijs per Gratian. *diſceptat.
489. n. 4.*

Et in omnem caſum, quod dominium fundi dotalis per
æſtimationem eſſe tranſlatum in maritum, ſi ipſe maritus
poſteà non reperiatur idoneus, & ſoluendo, poteſt vxor 5
fauore, & priuilegio dotis in ſubſidium agere contra hu-
iuſmodi fundum in dotem datum, cuius dominium ipſo
iure intelligitur retrotranſlatum, & reuerſum in vxorem
abſque vllo onere, & obligatione, & in eo omnibus cre-
ditoribus mariti præfertur, ac ſi ſemper penes illam fuiſſet,
text. gloſ. & DD. *in l. rebus, C. de iur. dot.* Neguſ. *de pignor.
part. 2. memb. 2. n. 59.*

Prædictorum autem poteſt eſſe ratio, quia poſtquam
fuit fundus ſimpliciter in dotem datus, non poteſt per ſub-
ſequentem æſtimationem, etiam de conſenſu vxoris, de-
ſinere eſſe dotalis, & commutari in quantitatem, & pecu- 6
niam, cùm talis commutatio de re ad pecuniam in dotibus
non admittatur, ſicut è contra nec admittatur de pecunia
ad rem niſi vtroque caſu duo copulatiuè concurrant,
conſenſus ſcilicet vxoris, & euidens vtilitas illius, ac com-
modum, ita vt vno deficiente corruat contractus, *l. ita
conſtante 27. ff. de iur. dot. l. ſi mulier 21. in fine, ff. de pact.
nupt.* Honded. *conſ. 14. n. 54. conſ. 41. n. 26. lib. 1.* Soc. iun.
conſ. 118. n. 11. lib. 3. Merlin. *de pign. lib. 3. tit. 1. quaſt. 19.
n. 44. & 45.* vbi expreſsè tenet, quod ſi à principio non ap-
paret conſtitutio dotis facta præuia æſtimatione, nullo iu-
re, aut modo conſtante matrimonio fieri poteſt commuta-
rio de re in pecuniam abſque vxoris conſenſu, & vtilitate 7
ſimul, adeò vt talis vtilitas debeat re ipſa exiſtente, & non
ſufficiat pactum eſſe collatum in euentum incertum, Bart.
in l. Aſtidicinus 17. ff. de pact. dot. & latè Gratian. *diſceptat.
435. per tot.* Vrſil. ad Afflict. *deciſ. 335. n. 1.* omne enim 8
pactum per quod conditio dotis poteſt fieri deterior in præ-
iudicium mulieris eſt nullius momenti, Afflict. *deciſ. 154.
n. 2.* Gratian. *diſceptat. 49. n. 25.*

In caſu autem noſtro vtrunque deficit requiſitum, nam
de conſenſu non conſtat cum vxor non interfuerit inſtru-
mento, neque de vtilitate apparet, imò vtilius videtur mu- 9
lieri habere fundum dotalem, quam obligationem in pe-
cunia, ſiquidem dos in fundo conſiſtens tutior reputatur,
Merlin. *d. quaſt. 19. n. 54.* præſertim cùm vir inops eſſet
tempore contracti matrimonij, quæ ſanè inopiæ cauſa de 10
per ſe ſufficeret excludendam prætenſam tacitam venditio-
nem, Soc. iun. *conſ. 145. n. 13. lib. 1.* Rota *in Romana
Saluiani 5. Decembris* 1603. coram Lancell. *& in vna Ca-
ſtri Mompei coram Vbaldo 15. Ianuarij* 1625. Cremen. *ſing.
15.* Quod tamen ſit dictum ex abundanti cum ſufficiat
vnum ex dictis duobus requiſitis deficere, Honded. *d. conſ.
42. n. 17. lib. 1.* Soc. iun. *conſ. 118. num. 11. lib. 3.* cum alijs
ſupra relatis.

Cùm igitur ex prædictis conſtet nullam in caſu noſtro
fuiſſe inductam venditionem fundi in dotem traditi, non 11
obſtante æſtimatione ſubſequuta concludendum eſt illius
dominium remanſiſſe penes vxorem, Seraph. *deciſ. 201.
num. 2. & 6.* Fontanel. *de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 8. n. 21.* Et 12
conſequenter nullo modo poſſe fieri aliquam executionem
in eo, etiam pro debito communi mariti, & vxoris, Bald.
Nouell. *tract. dot. part. 7. priuil. 18.* Neguſ. *de pign. part. 5.
memb. 1. n. 34.* Buratt. *deciſ. 141. n. 1.* Merlin. *de pign. lib. 3.
tit. 2. quaſt. 73. n. 11. & n. 62.* Magon. *deciſ. Flor. 125. per tot.*
Neque aliquem alium actum præiudicialem, ſeu nouitatem 13
ſtante præſertim proteſtatione pro patre vxoris facta, Alex.
in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper reb. num. 9. vbi etiam Caſtr. *n. 2. ff.
de re iud.* & eò minus attenta inhibitione per eandem vxo-
rem obtenta, & creditoribus intimata, quæ non ſolum
impedit cuiuſcumque decreti, vel ſententiæ executionem,
ſed etiam operatur, vt facta ſit nulla, & vti talis retractan- 14
da, Bald. *in l. ob maritorum n. 5. C. ne vxor. pro marit.* Alex.
in d. §. ſi ſuper rebus n. 9. ff. de re iud. Buratt. *d. dec. 141. n. 16.*
vbi etiam, quod creditores viri tenentur ipſi probare do-
minium rei, ſuper qua exequi prætendunt eſſe apud debi-
torem.

Quinimò etiam executio facta ſuper veſtibus, iocalibus,
& ſimilibus rebus pretioſis per maritum, vel ſocerum
traditis ſponſæ ad ſimplicem vſum, & non donatis, eſſet
nulla, & licet ipſa vxor talia dediſſet executoribus poſſit

iuua-

ri Velleiano cum illa retineat pro ornatu ſuo licet non pro-
pria, Gratian. *deciſ.*118.*n.*4. & *diſcept.*189.*n.*33. Michalor. *de fratr. part.*1. *cap.*28. *n.*22.

ARGVMENTVM.

Vxor an poſſit repetere dotem non doctode illius ſolutione, quid ſtante negligentia viri in exigendo, an poſſit defendere bona viri pro ſuis dotibus, & quid ſtante fundo dotali, an repetat facto diuortio, & quando teneatur ad penſionem domus conductæ, vel mutuum.

SVMMARIVM.

1 *Vxor non habet actionem ad repetendam dotem niſi probata illius ſolutione.*
2 *Vxor non agit contra promiſſores dotis, ſed maritus, cui facta eſt promiſſio.*
3 *Vxor agit pro repetitione dotis aduerſus hæredes mariti.*
4 *Vxor de æquitate agit etiam ſine ceſſione aduerſus promiſſores dotis.*
5 *Vxor ſtante negligentia viri in exigendo dotem repetit ab eius hæredibus cedendo illis iura contra promiſſores.*
6 *Hæredes mariti ſtante dicta negligentia non liberantur cedendo actiones vxori.*
7 *Vxor ſtante inopia viri poteſt vti retentione pro ſuis dotibus in eius bonis.*
8. *Retentio eſt licita vxoris ſtante clauſula conſtituti, etiam nondum probata inopia.*
9 *Inopia viri quando ſit plenè probanda citatis creditoribus.*
10 *Vxor poteſt defendere bona viri ſtante illius notoria inopia, & ſtante ſtatuto id diſponente, num.*11.
12 *Dos poteſt repeti facto diuortio ex culpa viri, aliàs ſecus.*
13 *Vxor ſoluto matrimonio tenetur pati, quod bona viri vendantur, & de illorum pretio ſibi, ac alijs ſatisfiat, nec poteſt impedire ſubhaſtationem.*
14 *Vxor in repetitione dotis, quæ fit ob inopiam poteſt incumbere pignori pro concurrenti quantitate, nec poteſt repelli per oblationem dotis in pecunia.*
15 *Dos poteſt defendi non ſolum ab vxore, ſed ea mortua, vel agere impedita à filijs.*
16 *Vbi adeſt fundus dotalis non competit actio contra alia bona.*
17 *Vxor, vel filij quando teneantur ad penſionem domus conducta, vel mutuum acceptum per virum, vel patrem pro communi habitatione, & pro alimentis.*
18 *Vxor, vel filij tenentur in ſubſidium pro pecunia mutuata patri tempore penuria.*
19 *Verſio probatur ex qualitate temporis, & neceſſitate recipientis.*

CAPVT XXIX.

1 VXor nullam habere actionem dicebatur pro repeti-
tione dotis aduerſus hæredes mariti, niſi probet ſo-
lutionem, & conſignationem, vel bona dotalia non reperi-
ri ex culpa mariti, ita vt ſi dotem aſſignauerit in creditis
debeat probare illorum exactionem ad hoc, vt maritus,
vel eius hæredes teneantur reſtituere, Magon. *deciſ. Flor.*
68. *num.*6. & *ſeqq.* Duran. *deciſ.*387. *n.*2. & 3. & *deciſ.* 409.
in prin. cum alijs per Rot. *in Auximana cenſus* 10. *Martij*
1636. coram Ghiſlerio *n.*39. & *ſeqq.*
Verùm, quod prædicta procedant quando nulla culpa,
2 ſiue negligentia imputari poteſt marito, ſiue quando ipſa
vxor dotem promiſit, patet quia mulier ſoluto matrimonio
non poteſt pro repetitione dotis agere aduerſus alios pro-
mittentes fauore mariti, qui dotem non exegit, cùm ſti-
pulatio concepta in perſonam viri non extendatur ad vxo-
rem, & in contractibus extrinſeca perſona non compre-
hendatur, *l. ſi pro te pater, C. de dot. prom.* Petr. Cabal.
*conſ.*20. *lib.*1. Gratian. *diſcept.*627. *num.*8. Vnde neceſſe
eſt, vt ſaltem habeat vnum debitorem quem conuenire poſ-
ſit, & ſic hæredes mariti, cui facta fuit promiſſio, & quam-
uis Cabal. *loc. cit.* videatur tenere, quod ipſi hæredes ce-
3 dendo mulieri actionem aduerſus promiſſores liberentur,
ac alij teneant de æquitate illi competere actionem, etiam
4 ſine huiuſmodi ceſſione cum pro dote competat priuile-
gium tacitæ ſtipulationis, iuxtà *l.*1. §. *accedit*, *C. de rei vx.
act.* Guid. Papp. *deciſ.*375. *n.*1. & 2. Gratian. *diſcept.*49.
*n.*24. *diſceptat.*362. *n.*4. & 769. *n.*63. Tamen ſtante negli-
gentiam mariti in exigendo dotem poteſt mulier agere ad-
uerſus eius hæredes pro repetitione dotis non exactæ, ce-
dendo illis actionem, & iura quæ habet aduerſus promiſſo- 5
res, vel aliter pro ea obligato, *l. ſi extraneus, ff. de iur. dot.*
Rot. penes Zach. *de oblig. Cam. deciſ.*203. *num.*6. Hodier.
*contr. forenſ. cap.*31. *n.*45. & pulchrè Ant. Faber. *in C. Fa-
brian. lib.*5. *tit.*7. *definit.*9. *per tot.* vbi etiam, quod dicti he- 6
redes mariti ſi vellent cedere iura aduerſus promiſſores, &
obligatos non liberantur, quia non conueniuntur ex eo,
quod habeant actionem contra alium, quo caſu liberaren-
tur per iurium ceſſionem, ſed conueniuntur propter ne-
gligentiam mariti in exigendo, quæ culpæ annumeratur,
& ita fuit iudicatum Florentiæ per Illuſtriſſimos, & Cla-
riſſimos Locumtenentes, & Conſiliarios pro S. C. S. in
cauſa D. Conſtantiæ Seuerolæ de Mutilana.
Et hæc procedunt quando mulier agit de repetitione do-
tis ſoluto matrimonio. Quo verò ad aliud dubium repeti-
tionis propter inopiam, vel propter ſeparationem thori, &
diuortium, an poſſit vxor ſtante notoria inopia viri, vti 7
retentione pro ſuis dotibus aduerſus creditores exequentes
in bonis viri comparendo in iudicio, & excipiendo de ſua
dote anteriori, videtur affirmatiuam opinionem tenere
Neguſ. *de pign. part.*5. *memb.*1. *n.*29. Magon. *deciſ. Flor.*68.
*num.*2. latè Ciarlin. *contr. forenſ. cap.*94. præcipuè ſtante
inſtrumento dotis cum clauſula conſtituti, quo caſu licita
eſt retentio, etiam nondum probata inopia, Gratian. *di-* 8
*ſcept. vlt. n.*5. quicquid alias idem Gratian. *diſcept.*872.
*n.*18. videatur dubitare de dicta opinione Neguſ. ex eo quod
inopia ſit plenè probanda citatis creditoribus, quibus alias 9
non videtur præiudicium inferri poſſe, maximè quoad exe-
cutionem cœptam, & videndum Theſaur. *deciſ.*207. *per
tot.* Ciarlin. *d. cap.*94. *per tot.* Merlin. *de pign. lib.*3. *tit.*2.
*quæſt.*73. *per tot.*
Sed ceſſat omne dubium ſtante notoria inopia, & publi- 10
ca decoctione viri, ad tradita per Scapuc. de Saluian. *lib.*
1. *quæſt.*10. *num.*3. & *ſeqq.* & ſtante ſtatuto, quod mulier 11
poſſit defendere bona viri contra quoſcunque creditores,
vt per Neguſ. *d. par.*5. *memb.*1. *n.*29. *in fine*, & Magon. *de-
ciſ. Flor.*68. *num.*2. &c.
Prout etiam ſtante ſeparatione thori, & diuortio facto
ex culpa viri auctoritate Eccleſiæ dos poteſt per mulierem
repeti vnà cum lucro dotali, quicquid alias non probata 12
culpa viri non ſit locus reſtitutioni dotis propter diuor-
tium, vt latè per Rot. coram Duran. *deciſ.*399. *n.*1. & *ſeqq.*
Ceſſante autem dicto ſtatuto, & quando eſſemus in re-
petitione dotis ob ſolutum matrimonium vxor præuenta à
creditoribus non poſſet impedire ſubhaſtationem bonorum 13
viri, imò nec etiam ſi ipſa præuenerit, & eſſet anterior,
cùm teneatur pati, vt res vendantur per poſteriores cre-
ditores, dummodo primo ſibi ſatisfiat de ſuo credito dota-
li ex pretio retrahendo, & quod ſupereſt applicetur alijs,
Gratian. *diſcept.*941. *num.*1. &c. quem ſequitur Rot. *in
Nouiſs. part.*7. *deciſ.*180. *num.*4. & 5. vbi quod hoc maxi-
mè procedit quando vxor non poſſidet iure dominij, ſed
tantùm iure pignoris, & hypothecæ, Duran. *deciſ.*445. *in
princ.* vbi teſtatur ita fuiſſe ſeruatum in ſignaturæ Sanctiſ-
ſimi. In repetitione verò, quæ fit ob inopiam mulier poteſt
incumbere pignori, vt ex illo alatur cum viro, & familia,
nec ei tunc poteſt offerri dos in pecunia, & repelli, occu-
pando tamen non omnia bona, ſed eligendo vnum fun- 14
dum pro concurrenti quantitate, Neguſ. *d. part.*5. *memb.*
1. *n.*30. & *ſeqq.* Gio uagn. *reſp.*73. *n.*116. *lib.*1. Merlin. *de
pign. lib.*4. *tit.*1. *q.* 67.
Quod quidem ius defendendi bona dotalia in prædictis
caſibus competit non ſolum vxori, ſed ea mortua, vel vi-
uente, & agere impedita eius filijs pro ſuo intereſſe, & tan-
tò magis quando verſaremur in fundo dotali, Gratian. *di-
ſcept.*674. *n.*2. & *per tot.* cùm hac differentia, quod vbi adeſt 15
fundus dotalis non competit actio aduerſus alia bona ma-
riti, ſed ſolum contra fundum dotalem, qui ſemper rema- 16
net talis donec reſtituatur, etiam ſoluto matrimonio, *l.
etiam* 12. *ff. de fund. dot. l. fin. ff. de pact. dot.* cum alijs per
Gratian. *diſcept.*489. *n.*3. & 7. & *cap.*570. *n.*40.
Si tamen creditores agentes ad bona viri eſſent credito-
res pro penſione domus, vel ex cauſa mutui pro alenda
vxore, & familia, & conſtaret quod maritus non erat ſol-
uendo tempore conductionis domus pro communi habita-
tione, vel receptionis mutui pro alenda familia, & vxore, non
ſolum hoc caſu non eſſet licita defenſio bonorum, ſed tam

vxor, quàm filij tenerentur in ſubſidium pro tali debito,
tanquam in eorum vtilitatem verſo, cùm vxor deberet ſtan-
te paupertate viri conducere domum tam pro ſua habita-
tione, quàm mariti, & filiorum, & eos alere, & ſic æquum
eſt omnes teneri ad huiuſmodi debitum ex quo facti ſunt
locupletiores, quaſi tantundem fuiſſent expenſuri pro ali-
mentis, & habitatione domus, ad quæ pater, & maritus re-
ſpectiuè ſtante ſua inopia, & impoſſibilitate non tenebatur,
alias ſi pater, vel maritus fuerit ſoluendo tempore contra-
cti debiti pro communibus alimentis, & habitatione non
cenſerentur filij, nec vxor aliquo modo facti locupletiores,
nec vllum commodum ſenſiſſe, & ſic non remanerent obli-
gati, Bart. & Ang. *in l. bis ſolus 49. ff. de cond. indeb.* Surd.
de alim. tit. 8. priuil. 48. num. 6. cum alijs per Gratian. *diſcept.*
107. *&* 108. *& diſcept. 713. num. 6. & ſeqq. ad* 11. Vndè vxor,
vel filij etiam ſine probatione verſionis in eorum vtilitatem
18 poſſunt in ſubſidium conueniri adſtringi pro pecunia viro,
vel patri mutuata tempore pecuniæ pro alenda familia, cùm
ex qualitate temporis, & neceſſitate recipientis tunc ver-
ſio præſumatur, Gratian. *diſcept. 94. num. 13. & diſcept.* 107.
num. 18. *& in fine.*

ARGVMENTVM.

Fideiuſſor an obligetur pro tacita reconductione, an liberetur per dationem aliorum fideiuſſorum, an vltimi repetant à primo omne ſolutum, & an ſoluens vti extraneus poſſit ab alijs confideiuſſoribus totum repetere: An creditor poſſit vnum ex fideiuſſoribus liberare in præiudicium aliorum, & quibus caſibus inducatur nouatio.

SVMMARIVM.

1 *Conductor finito tempore, quomodo perſeuerando cenſeatur reconduxiſſe ſub eiſdem pignoribus.*
2 *Locatio tacitè renouata dicitur perſeueratio primæ, & cum omnibus eius qualitatibus.*
3 *Fideiuſſor non remanet obligatus pro tacita reconductione, ſine nouo conſenſu, num. ſeqq.*
7 *Conſenſus fideiuſſoris vt remaneat obligatus, debet ab initio reconductionis interuenire, num. 9.*
8 *Clauſula,* ſine præiudicio, *reddit actum conditionalem, & remouet conſenſum in caſu præiudicij.*
10 *Fideiuſſor an remaneat obligatus ſtante prorogatione facta debitori.*
11 *Fideiuſſores primi an remaneant liberati per dationem aliorum fideiuſſorum.*
12 *Nouatio non inducitur niſi expreſſè dicatur, vel appareat ex coniecturis.*
13 *Nouatio inducitur per interuentum nouæ perſonæ, & in multis alijs caſibus, num. ſeqq.*
21 *Nouatio non inducitur in actione dotis priuilegiata, nec ex inutili ſtipulatione.*
22 *Nouatio non oritur ex mutatione fundi cenſuati.*
23 *Cenſus quomodo poſſit licitè de vno fundo ad alium transferri ſine nouatione.*
24 *Priuilegia actionis nouatæ an intelligantur repetita.*
25 *Fideiuſſores vltimi quomodo poſſint à primis omne ſolutum repetere.*
26 *Fideiuſſores plures eodem tempore dati repetunt ad inuicem dempta rata ſua.*
27 *Fideiuſſor ſoluens tanquam extraneus, & emptor nominis reportando ceſſionem in ſolidum contra alios fideiuſſores quomodo poſſit ab eis omne ſolutum repetere nulla dempta rata ex ſua perſona.*
28 *Creditor an, & quando poſſit vnum ex fideiuſſoribus liberare.*

CAPVT XXX.

CVm fratres de Cimattis conductores Cartaræ Cuſer-
culi ad quinquennium pro pretio ſcutorum 320. ſin-
gulo quoque anno, elapſo quinquennio perſeuerauerint in
locatione per alium annum circiter, ita vt diceretur tacitè
renouata locatio dubitatum fuit an D. Hieronymus Aſpi-
nus illorum fideiuſſor remanſerit obligatus ad fauorem
Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi D. Marchionis de Balneo
locatoris, ſuorum Agentium pro dicto anno, ſiue alio
tempore tacitæ relocationis, & quidem videbatur affir-

matiuè reſpondendum, quia conductor finito tempore
conductionis perſeuerans in poſſeſſione rei conductæ de 1
conſenſu locatoris cenſetur tacitè reconduxiſſe pro ſequen-
ti tempore ſub eiſdem pignoribus, & hypothecis contentis
in contractu principali, ita vt poſſint exerceri, etiam con-
tra tertios poſſeſſores, ſi verò contra voluntatem locatoris
perſeuerauerit, tenebitur non ex locato, ſed conditione ſine
cauſa ne locupletetur cum aliena iactura, quæ tamen non
dabitur contra tertios poſſeſſores, Magon. *deciſ. Flor.* 140.
per totum, Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 85. per
totum*, vbi latè quando ex quibus conductor præſumatur
reconduxiſſe rem primò conductam, ita vt locatio tacitè
renouata taliter ſe habeat ad primam, quod potius dicatur 2
continuatio, & tacitè etiam intelligatur repetita obligatio
executiua vigore primi inſtrumenti eodem modo competat
via executiua pro tempore prorogato, quia cenſetur facta
cum repetitione omnium qualitatum præcedentium, & in
prima expreſſarum, idem Magon. *deciſ. Flor. 2. num.* 29.
& ſeqq.

Quod tamen procedit reſpectu ipſius conductoris, cuius
conſenſus in huiuſmodi prorogatione interuenit, non au-
tem reſpectu fideiuſſorum, qui non videntur remanere
obligati ad penſiones decurſas pro tacita reconductione, niſi 3
nouus eorum conſenſus interueniat, *l. item quæritur* 14. *§.
qui impleto, ff. locati.* Iſte autem conſenſus D. Aſpini col-
ligitur ex conſenſu per eum præſtito excarcerationi illius
de Cimattis debitoris principalis carcerati non tantùm pro
penſionibus decurſis tempore quinquennij, quo prima ex-
preſſa locatio durauit, ſed etiam pro decurſis poſt finitum
huiuſmodi quinquennium, & ſic tempore renouatæ con-
ductionis, cum expreſſa reſeruatione iurium contra eoſdem
de Cimattis principales, quibus proteſtatus fuit nolle ſibi
præiudicare aliquo modo per dictum conſenſum, vnde
ſtante huiuſmodi conſenſu videbatur dictum D. Aſpinum
fideiuſſorem teneri, etiam pro penſionibus decurſis tem- 4
pore conductionis tacitè renouatæ, vt in verbis eſt *text. in
d. l. item quæritur, §. qui impleto ff. locat.* ibi, *huius enim
nouus conſenſus erit neceſſarius*, Carocc. *de locat. quæſt.* 22.
num. 4. &c. vbi quòd quando adeſt nouus conſenſus, ſeu
aliquis actus poſitiuus concurrit cum ſcientia, & patientia
fideiuſſoris, tunc fideiuſſor eſt obligatus, etiam pro tacita
reconductione, Roueſcal. in Addit. ad Alex. *conſ. 1. n. 7. lib. 3.*
Muſcatel. *in prax. de fideiuſſ. p. 1. modo 14. n. 13. ad* 17.

Sed his non obſtantibus contrarium eſt omninò tenen-
dum, quia receptiſſima, & vera eſt ſententia, quod finita
locatione fideiuſſores non teneantur ad penſiones decurſas
pro tempore tacitæ reconductionis, & ſic in caſu noſtro D. 5
Aſpinum non eſſe obligatum pro huiuſmodi tempore reno-
uatæ locationis, prout ſanè conſuluit Dec. *conſ. 93. num. 3. &
ſeqq.* Gomez *var. reſol. lib. 2. c. 3. n. 17. in fine*, Caroc. *de locat.
q. 22. n. 4. fol. 159.* Maur. *de fideiuſ. p. 2. ſect. 5. c. 2. n. 9. & ſeqq.
& §. 33. n. 16.* Mart. Medic. *deciſ. Senenſ. 97. ex num. 59. n. 3. &
num. 6.* Gratian. *diſcept. 68. num.* 36.

Neque ex conſenſu ipſius D. Hieronymi Aſpini in actu
excarcerationis Cimatti debitoris principalis inferri poteſt
ad aliquem conſenſum in relocationem, ſiue prorogatio-
nem, ita vt poſſit dici ipſum incidiſſe in eam obligationem,
prout in primo termino ſe obligauerat, nam vt fideiuſſor fi-
nito tempore locationis remaneat obligatus ex perſeueran-
tia conductoris in re conducta, non ſufficit ſcientia, & pa- 6
tientia, nec actus quicumque poſitiuus, ſed requiritur con-
ſenſus expreſſus, Caroc. *de locat. fol. 159. q. 22. n. 4. &* 5. Mer-
lin. *de pign. & hypoth. lib. 3. q. 39. tit. 1. n.* 6.

Qui quidem conſenſus debet concurrere ab initio perſe-
uerantiæ poſt expletum primum tempus, cùm tunc debeat
incipere, prout conſiderant Doctores, in caſu autem noſtro
nullus datur à principio conſenſus, ſed ſolum deducitur fini-
to ſecundo termino, ex eo quod D. Aſpinus conſenſerit re- 7
laxationi Cimatti, qui actus non eſt proportionabilis, nec
aptus ad inferendum aliquem conſenſum in præcedentem
tacitam relocationē, & fideiuſſionem, ſed poteſt dici præſti-
tus pro iure ſuo releuationis, quod habebat pro penſionibus
primi termini locationis, in quo interceſſerat, & ſic iſte
actus tanquam minimè proportionabilis nihil poteſt præiu-
dicare, Carocc. *d. q. 22. num.* 5.

Præſertim cùm dictus conſenſus excarcerationi fuerit
præſtitus cum clauſula, ſine præiudicio iurium eiuſdem D. 8
Aſpini fideiuſſoris, quæ quidem clauſula operatur vt dictus
D. Aſpinus non inciderit in aliquam obligationem, quia red-
dit actum conditionalem, & remouet conſenſum ab actu,

vt in caſu præiudicij factum habeatur pro non facto, Rot.
in Romana fiaeicommiſſi de Iuuenalibus 20. *Aprilis* 1643. *coram Cerro*, & habetur poſt tract. Merlin. *de pign. & hypoth.*
deciſ. 58. *num.* 12. & 12. & ſequitur idem Merlin. *eod. tract.*
lib. 2. *tit.* 3. *q.* 89. *num.* 61.

Authoritas autem Muſcatel. ex aduerſo allegati non facit
ad rem cùm ſolum quærant an ex perſeuerantia conducto-
ris renouetur obligatio fideiuſſoris, & nihil firmat, dicens
ſolum eſſe cogitandum, & communis ac practicata opinio
eſt negatiua ex adductis per Merlin. *de pign. d. q.* 39. *n.* 5.
& per Carauit. *ad Ritus Curia alleg.* 295. *n.* 20. *q.* 3. niſi con-
9 currat conſenſus expreſſus, & à principio, vt ſupradictum
eſt in obligationem coincidens, qui in caſu noſtro non con-
currit, & hæc ſunt plana, & tutiſſima, ſicuti videmus, quod
ſi creditor prorogat terminum datum debitori ad ſoluen-
dum, fideiuſſor non amplius remanet obligatus niſi huiuſ-
10 modi prorogationi conſentiat, quia obligatio limitata ad cer-
tum tempus non poteſt inuito ipſo obligato in tempus lon-
gius prorogari, & idem eſt in qualibet alia noua conuentio-
ne niſi nouus conſenſus interueniat, præcipuè quando ter-
minus erat ipſi obligationi, & non ſolutioni tantùm appoſi-
tus, Pract. Pap. *libell. contr. plures reos deben. gloſ. ſolutionem*
n. 2. vbi Add. Marſil. *in repet. Rub. ff. de fideiuſſ. n.* 89. & vi-
dendus Maur. *eod. tract. p.* 2. *ſect.* 10. *c.* 33. *per tot.* Theſaur.
dec. 125. *per tot.* & Gratian. *diſcept* 68. *n.* 36.

An autem per dationem aliorum fideiuſſorum primi fi-
deiuſſores remaneant liberati dic regulariter, quod non niſi
appareat de nouatione, quæ nunquam præſumitur niſi ex-
11 primatur, Cabal. *conſ.* 18. *l.* 1. Maur. *de fideiuſ. part.* 2. *ſect.*
10. §. 32. Maſcard. *de probat. concl.* 1107. *n.* 15. *p.* 2. & latè
Gratian. *diſcept.* 962. *n.* 1. *& ſeqq. per tot.* vbi ex multis con-
currentibus in caſu ſuo concludit in liberatione primorum
fideiuſſorum ſtante datione in ſolutum facta.

Et ſiquidem nouatio non inducatur niſi expreſsè dicatur,
12 vel appareat ex coniecturis, Afflict. *deciſ.* 44. *n.* 15. *& dec.* 130.
n. 2. Menoch *de præſumpt. l.* 3. *præſumpt.* 134. inducitur ta-
men per interuentum nouæ perſonæ, vt quando delegatur
13 creditum alterius debitoris creditori acceptanti, Afflict.
deciſ. 353. Marant. *part.* 6. *verſ. Teſtium productio n.* 49. *fol.*
mihi 405. Maur. *de fideiuſſ. p.* 2. *ſect.* 10. §. 4. *num.* 39. & §. 5.
Gratian. *diſcept.* 64. *per totum, cap.* 252. *in princ. & cap.* 290.
ſicuti etiam inducitur per compromiſſum, & laudum arbi-
14 tratoris, ita vt ſequuto laudo liberetur fideiuſſor niſi credi-
tor contra eum reſeruauerit ſibi iura ſua, Gratian. *diſcept.*
557. *num.* 20. *&* 672. *n.* 11. Maur. *d.* §. 4. *nu.* 4. *& ſeqq. ad* 14.
15 vel per concordiam, & tranſactionem initam inter credito-
rem, & debitorem principalem, per quam remanet liberatus
fideiuſſor, Maur. *d.* §. 4. *n.* 8. Gratian. *cap.* 290. *num.* 11. item
quando res locata fuit in alium alienata, & ſublocata fide-
16 iuſſores primi conductoris amplius non tenetur, *l. nouatio-*
ne, C. de fideiuſſ. Maur. *loc. cit. n.* 9 *vbi num.* 10. quod idem
17 eſt quando fuerunt variata pacta ab initio firmata, vt ſi de-
beatur granum, & reducatur ſolutio ad pecuniam, vel
è contra.

In multis etiam alijs caſibus inducitur nouatio, vt quan-
18 do plures partitæ fuerunt reductæ ad vnam, de quo latè
Gratian. *diſcept.* 509. *per tot.* vel per adiectionem nouæ pœ-
næ, ſiue illius ſublationem, Gratian. *loc. cit. n.* 36. ac quo-
tieſcumque contractus ſunt inter ſe incompatibiles, pugnan-
tes, perplexi, & contrarij, Menoch. *præſumpt.* 134. *n.* 39. *lib.* 3.
Maur. *d.* §. 4. *n.* 22. Gratian. *cap.* 290. *& alibi ſæpè*, præcipuè
19 quando tam prima, quàm ſecunda obligatio ſunt per in-
ſtrumentum quarantigiatum, iuramentum, & ſtipulatio-
nem, & factum ſecundum eſt diuerſum à primo, Bart. *in l.*
pacta, C. de pact. Gratian. *diſcept.* 250. *num.* 31. *&* 509. *n.* 3. *&*
17. Maur. *d.* §. 4. *num.* 23. *& ſeqq.* pariter inducitur nouatio
20 quando actus primus erat imperfectus, & qui ſequitur eſt
perfectus, vel quando alteratur natura negotij in ſubſtan-
tialibus, & plura alia ad hanc materiam vide plenè per Gra-
tian. *d. cap.* 509. *per tot.* & Maur. *d.* §. 4. *per totum*, vbi adducit
quatuordecim caſus, in quibus nouatio neceſſario induci-
tur, vt ibi ferè per eum.

Non tamen nouatio induceretur in actione dotis priuile-
giata, Gratian. *d. cap.* 509. *n.* 13. *&* 21. nec ex inutili ſtipula-
21 tione, ex qua cùm non oriatur noua obligatio, non vide-
tur receſſum a prima, idem Gratian. *diſcept.* 962. *n.* 12. *&c.*
Nec etiam inducitur per mutationem fundi cenſuali, & hy-
pothecati, ſi cenſus transferatur, & mutetur de vno fundo
22 ad alium, ſed remanet prima obligatio firma, & fideiuſſores
cenſus non liberantur, Gratian. *diſcept.* 113. *num.* 81. *& cap.*
454. *num.* 16. Cenc. *de Cenſ. q.* 41. *num.* 24. Rot. coram Lu-
douiſ. *in Romana cenſus* 10. *Iunij* 1602. quia cenſus poteſt li- 23
citè de vno fundo ad alium transferri, & in nihilo mutatur
prima obligatio, ſed ſolum res ſubiecta, cenſu intelligen-
do dummodo translatio fiat in alium rem fructiferam, & ca-
pacem alias remaneret extinctus, vt per Duran. *deciſ.* 449.
num. 52. *& ſeqq.*

An autem priuilegia actionis nouatæ ſurgentia ex legali
diſpoſitione, prout curſus vſurarum intelligantur repetita,
dic quod aut competunt fauore creditoris, vel cauſæ, vt 24
in actione de dote, & tutela, & tunc intelliguntur repeti-
ta, aut competunt ex odio debitoris moroſi, vt vſuræ in
contractibus bonæ fidei, & iſta non intelliguntur repetita
iuxta diſtinctionem Bart. *in aliam ff. de nouat.* quam eſſe ab
omnibus approbatam teſtatur Capyc. *deciſ.* 183. *num.* 5.
& ſeqq.

Qui quidem fideiuſſores vltimi poſt primos dati ſi fuerint
coacti totum debitum ſoluere, & contra alios ceſſionem
reportent poſſunt ab illis primis ſolidum, & totum repete-
re, nec repelluntur exceptione cedendarum, vel diuiſio-
nis, cum illi primi non interceſſerint contemplatione iſto- 25
rum vltimo loco datorum, quos dandos eſſe certum, nec
credibile erat, ſed iſti vltimi potius videntur contemplatio-
ne primorum fideiuſſiſſe, à quibus ideò repetere poſſunt in-
tegram ſummam ſolutam ſi iurium ceſſionem reportauerit,
l. ſi Titius 49. vbi Caſtr. *ff. de fideiuſſ.* Aret. *in* §. *ſi plures n.*
2. *inſtit. de fideiuſſ.* Cenc. *de Cenſ. quæſt.* 71. *num.* 5. *& ſeqq.* &
videndus Gratian. *diſcept.* 286. *num.* 1. *& ſeqq. &* 409. *n.* 37.
& ſeqq. vbi quando fideiuſſio videatur facta contemplatione
mutui periculi.

Quamuis alias, quando fideiuſſores plures eodem tem-
pore dantur ſi vnus in ſolidum exigatur non poſſit ab alijs
fideiuſſoribus totum repetere, etiam ſi reportauerit iurium
ceſſionem, quæ ad effectum agendi contra illos neceſſaria
eſt, ſed ſolum dempta rata ſibi ex propria perſona tangen- 26
te, Bart. *in l. Modeſtinus, ff. de ſolut.* Gratian. *diſcept.* 281.
per totum, & cap. 286. *num.* 15. *&* 16. Duran. *deciſ.* 401.
num. 11.

Niſi iſte fideiuſſor qui ſoluit tantùm debitum, ſoluerit
non tanquam obligatus, & fideiuſſor, ſed tanquam tertius,
& ſimplex emptor nominis, quia ſi ceſſionem in ſolidum
reportauerit à creditore contra alios obligatos, & fideiuſſo- 27
res poterit ab illis omne ſolutum repetere nulla dempta rata,
l. cum his ff. de fideiuſſ. Cenc. *de Cenſ. quæſt.* 71. *num.* 4. de
quo videndus Beltramin. ad Gregor. *deciſ.* 109. *num.* 3. cum
alijs allegatis per Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 2. *quæſt.* 70. *num.* 36.
& ſeqq. vbi videtur ab hac opinione recedere, & à qua ta-
men in terminis propoſitæ quæſtionis recedendum non ar-
bitror ſi iſte emerit illud nomen debitoris, vti omninò ex-
traneus, & agat ex iure ceſſo contra fideiuſſores, qui ex-
preſsè renunciauerint beneficio diuiſionis, & cedendarum,
nam iſti renunciantes poſſunt in ſolidum conueniri, & non
poſſunt opponere exceptionem cedendarum quamuis alter
fideiuſſor fuerat liberatus à creditore, & ſic licet creditor 28
factus fuerit impotens ad efficaciter cedendum contra
eum, quem liberauit, Bart. *in l. ſi ſtipulatus* 16. *ff. de fide-*
iuſſ. & in l. Modeſtinus num. 75. *num.* 3. *ff. de ſolut.* Marſil. *de*
fideiuſſ. num. 28. Afflict. *deciſ.* 182. *num.* 10. *& ſeqq.* Neguſ.
de pign. part. 5. *membr.* 3. *num.* 36. Pract. Papp. *reſponſ. hy-*
poth. gloſſ. cedente num. 2. Gratian. *diſcept.* 409. *num.* 44. *&*
cap. 701. *num.* 9. & idem Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 2. *quæſt.* 72.
num. 27. *& ſeqq.*

Si itaque poteſt creditor vnum ex pluribus fideiuſſoribus
liberare, nec alij qui renunciauerunt beneficio diuiſionis,
& cedendarum de hoc conqueri poſſunt iuxta prædicta, & ſi
poteſt extraneo iura in ſolidum cedere, non video quomo-
do hoc idem prohiberi debeat facere poſſe cum vno ex fide-
iuſſoribus dempto nomine fideiuſſorio, & vti extraneo, &
quare ſte debeat eſſe deterioris conditionis, cùm potiùs alij
fideiuſſores, qui ſuis beneficijs renunciauerunt ſibi debeant
imputare, & non inuidere alteri, qui ita fuerit diligens,
& ſolicitus in ſoluendo, & ſuæ indemnitati conſulendo,
vel cui creditor voluerit gratificare eum liberando, cum
ipſius non prohibeatur eiuſdem remedijs, & cautelis vti,
vnde fatendum eſt quod vigilantibus, & non dormientibus
iura ſubueniunt.

ARGVMENTVM.

Debita ab vno ex ſocijs contracta, an de communi ſolui debeant. Qualis ſocietas præſumatur inter fratres, & an filiæ debeant de communi dotari. Fratres ruſtici qualiter inter ſe diuidere debeant fructus communiter recollectos, quid ſi vnus habeat maiorem familiam, & alia de fratribus.

SVMMARIVM.

1 *Debita inter ſocios omnium bonorum ab vno contracta de communi ſolui debent.*
2 *Niſi debita eſſent dolo, vel culpa contracta.*
3 *Debitum contractum extra cauſam ſocialem, vel abſque vlla neceſſitate dicitur ex culpa contractum, vt fideiuſſio.*
4 *Fideiubens dicitur iactare ſuum, quod non permittitur ſocio de communi.*
5 *Societas omnium bonorum nunquam præſumitur.*
6 *Societas non poteſt præſumi quando adeſt aliquis, minor, niſi procedat iuſſus patris, vel Curatoris auctoritas.*
7 *Filiæ ſociorum de communi dotari debent in ſocietate omnium bonorum.*
8 *Societas rerum hæreditariarum præſumitur inter fratres.*
9 *Debita contracta extra cauſam ſocietatis ſpectant ad eum, qui ſe obligauerit.*
10 *Poſſeſſio bonorum in communi dari poteſt ſine aliqua ſocietate propria.*
11 *Diuiſio fructuum communibus expenſis, & laboribus recollectorum quomodo ſit facienda inter fratres ruſticos, & quomodo eorum filij participare debeant.*
12 *Operæ quando compenſentur cum alimentis.*
13 *Mulieres an aliquid participent in diuiſione fructuum.*
15 *Frater habens maiorem familiam altero, & plus impendens pro ea alenda an teneatur aliquid reficere, vel in partem ſuam imputare, num.16.*
17 *Empta per vnum ex fratribus cenſentur de propria illius pecunia empta.*
18 *Frater acquirens, etiam proprio nomine, ſtante ſocietate tenetur alijs communicare refuſa ſibi parte pretij.*
19 *Frater qui adminiſtrauit qualiter teneatur reddere rationem alijs.*
20 *Frater qui adminiſtrauit poteſt prætendere ſalarium ſuæ adminiſtrationis.*
21 *Frater non poteſt ad inſtantiam fratris pro debito ciuili carcerari.*
22 *Redditio rationum quomodo intelligatur remiſſa inter fratres.*
23 *Frater, vel ſocius qui habitauit domum communem an teneatur ad aliquid pro rata aliorum.*
25 *Hypotheca conſtituta per vnum ex ſocijs non extinguitur per diuiſionem factam, n. 26.*
27 *Executio ſuper re à pluribus poſſeſſa pro debito vnius tantùm eſt nulla.*

CAPVT XXXI.

IN primo dubio mihi propoſito, nempè an fratres, vel
eorum hæredes teneantur ad fideiuſſiones, & debita con-
tracta per alterum ex fratribus dum viuebant in communi
1 puro hoc modo diſtinguendum, nam aut huiuſmodi fratres
erant inter ſe ſocij omnium bonorum, tunc debita ab vno
illorum contracta de communi ſolui debent, *l. ex parte*, §.
filius ff. famil. erciſc. & l. omne æs alienum ff. pro ſocio, omne
enim quod illis debetur, & quod ipſi alijs debent, commune
eſt inter eos, Alex. *conſ.* 133. *in fine lib.* 2. Mantic. *de tacit.*
*& ambig. lib.6. tit.22. num.*1. Felic. *de ſociet. cap.* 26. *num.* 18.
2 niſi tale debitum per vnum ex ſocijs fuerit dolo, vel culpa
contractum, quia tunc proprium contrahentis, & non com-
mune eſſet, cum ſocius teneatur erga ſocium de dolo, lata,
& leui culpa, non tamen de leuiſſima, *l. cum duobus*, §. *venie*
ff. pro ſocio, præterquam in quibuſdam caſibus particulari-
bus, vt per Felic. *d. tract. cap.* 21. *per tot.*
3 Quæ culpa non poteſt negari adeſſe quando debitum fuit
contractum extra cauſam ſocialem, vel ſaltem non neceſſa-
rium neceſſitate abſoluta, vel congrua, & conuenienti ex
aliqua rationabili conſuetudine, ſed omninò voluntarium,

Sabelli Reſol.

vt eſt fideiuſſio, *l. nemo ex ſociis, ff. pro ſocio*, Crauett. *conſ.*
159. *num.*8. Rom. *conſ.* 283. nam pro alijs fideiubens dici-
tur donare, & iactare ſuum quod non eſt permiſſum inter 4
ſocios, cùm fiat tantum pro adimplemento propriæ volunta-
tis, & non ex cauſa ſocietatis, *d. l. nemo ex ſocijs, ff. pro ſocio*,
& latè Michalor. *tract. de fratr. p.* 2. *c.* 33. *&* 34. *per tot.*
Hoc addito, quod ſocietas omnium bonorum nunquam 5
præſumitur inter fratres, etiam quod bona communia ha-
beant, ſed ab allegante eſt probanda, Nat. *conſ.* 358. *lib.* 2. Bor-
gn. *dec.* 10. *n.* 1. *p.* 2. Maſcard. *de probat. concl.* 1309. *in princ.*
& Tuſch. *litt. S. concl.* 311. *& concl.* 286. præcipuè quando 6
inter eos adeſt aliquis minor, quo caſu ceſſat præſumptio ſo-
cietatis, etiam in bonis hæreditarijs niſi procedat iuſſus pa-
tris in teſtamento de ſtando in communione, Rom. *conſ.*
413. cum alijs per Felic. *de ſoc. c.* 3. *n.* 29. vel niſi adſit Cura-
tor, qui pro minore vel aliter inhabili expreſsè, ſiue tacitè
conſentiat, Michalor. *de fratr. p.* 2. *c.* 15. *per tot.* Montan. *de*
tut. cap. 30. *num.* 134. *& ſeqq. ad* 143.
Quòd maximè procedit in caſu noſtro ſtante pacto inter
ipſos fratres, quod filiæ nubiles non poſſint dotari de com-
muni, ſed de proprio cuiuslibet fratris dotari debeant, cùm
iſtud repugnet naturæ ſocietatis omnium bonorum, in qua 7
nihil proprij conſiderari poteſt, & etiam dotes filiarum cu-
iuslibet ex ſocijs de bonis communibus ſolui debent, nec in
partem imputantur, Rol. *conſ.* 91. *lib.* 1. Tuſch. *litt. S. concl.*
28. *num.* 16. Gratian. *diſcept.* 634. *num.* 13. *& diſcept.* 904. *n.*
16. & latè Felic. *de ſociet. cap.* 26. *num.* 21. Michalor. *de fra-*
tr. part. 2. *cap.* 28. *per tot.*
Aut huiuſmodi fratres erant tantùm ſocij particulares re- 8
rum hæreditariarum, quas tenebant in communi, prout re-
gulariter contingit, & præſumitur, ad tradita per Tuſch.
d. concl. 311. *&* 286. & tunc vera, ac indubitata eſt conclu- 9
ſio, quod debita contracta extra cauſam ſocietatis propria
remanent illius, qui ſe obligauit, Crauett. *conſ.* 159. *num.* 8.
Carpan. *ad ſtat. Mediolan. part.* 2. *cap.* 483. *num.* 179.
Aut nulla extabat ſocietas, ſed tantùm poſſeſſio bonorum 10
in communi, quæ dari poteſt ſine aliqua ſocietate ſaltem
propria, *argumento l. pro herede* §. *idem Papinianus*, *ff. de*
acq. hered. aut extabat tantùm ſocietas menſæ, & opera-
rum, & etiam his caſibus nulli dubium eſſe poteſt arguen-
do à fortioribus, quin debita ab vno contracta ſine man-
dato, & conſenſu aliorum ad ipſum ſolummodò ſpectent,
nec alij fratres ad aliquid teneantur, prout conſiderant ſu-
pra relati Doctores.
Quoad alterum dubium circa diuiſionem fructuum com-
munibus laboribus, & expenſis recollectorum eſſet atten-
denda conſuetudo loci, qua ceſſante ſic diſtinguendum
arbitror, nam aut fuerunt recollecti in bonis proprijs per
fratres ſimul illa laborantes, & in communi poſſidentes, in- 11
ter quos ſocietas operarum, & laborum contracta præſumi-
tur, Bart. *conſ.* 186. *lib.* 2. & tunc primo de maſſa communi
debent detrahi omnes expenſæ, cùm fructus dicantur tan-
tùm deductis expenſis, & poſteà debent fieri duæ partes di-
ctorum fructuum, quarum vna dominicalis reputatur, alte-
ra verò ruſticalis, & huiuſmodi prima pars dominicalis de-
bet æqualiter inter ipſos fratres diuidi pro rata portione do-
minij cuiuslibet eorum nullo habito reſpectu filiorum ſiue
vxoris vnius, vel alterius fratris; pars autem ruſticalis, quæ
competit laboratoribus ratione laboris, & ſuarum operarum
debet æqualiter diuidi in tot partes quotquot fuerint ope-
rantes, & ſic computatis, etiam filijs cuiuslibet ex fratribus,
ita vt omnes æqualem ferant portionem qui operas ſuas in
laborerio contulerunt, dummodò tales filij exceſſerint æta-
tem annorum decem & octo: nam ſi fuerint minores à duo-
decim annis ſupra vſque ad dictam ætatem participant tan-
tùm pro medietate, vel duabus tertijs partibus illius portio-
nis, quam excedentes decem & octo annos accepturi eſſent,
& ſi fuerint minores à duodecim annis infra nihil conſequi 12
poſſunt, ſed eorum operæ cum alimentis habitis compen-
ſantur, Bart. *d. conſ.* 186. Petr. de Vbald. *tract. de duobus fra-*
tr. part. 4. *num.* 14. Borgn. *deciſ.* 11. *part.* 2. *nu.* 11. *& ſeqq.* vbi
plures allegat, & Alex. *conſ.* 99. *lib.* 2. *& conſ.* 133. *d. lib.* 2. &
Michalor. *de fratr. cap.* 35. *n.* 63. vbi teſtatur in ſtatu Vrbini
ſeruari huiuſmodi filios vſque ad ætatem quatordecim an-
norum nihil participare de fructibus, ſed eorum operas cum
alimentis compenſari, à quatuordecim verò annis ſupra
æqualiter admitti cum alijs.
Mulieres verò ſiue filiæ, vel vxores dictorum fratrum li- 13
cet & ipſæ ſoleant plures operas ruſticales exercere, maximè
inter ruſticos, attamen in diuiſione huiuſmodi fructuū nihil

participant, ſed illarum operæ, & labores compenſantur
cum alimentis de communi habitis, niſi ipſi fratres ſepara-
tim viuerent, & vnuſquiſque proprias filias, vel vxores de
ſuo aleret, & illæ nihilominus operas ſuas in exercitijs ru-
ſticalibus ad commodum commune ponerent, quia tunc
ceſſaret ratio compenſandi operas cum alimentis, & ideò
participare deberent de dictis fructibus pro aliqua parte ar-
bitrio Iudicis declaranda iuxta perſonarum, & operarum
qualitatem, Petr. de Vbald. *d. tract. part. 4. n. 17.* Iaſ. *in l. 1. n. 10. C. qui teſtam. fac. poſſ.* Borg. *d. deciſ. 11. n. 11. part. 2.*
Michalor. *de fratr. cap. 35. num 61.*

An verò dicti fructus diuidendi fuerunt recollecti in bo-
nis alienis, & tunc de parte ruſticali tangente dictis fratribus
detrahi debent omnes expenſæ cauſa illorum recolligendo-
14 rum factæ, & poſtea æqualiter inter illos diuidi, computatis
filijs omnium, ita vt omnes tam fratres, quàm eorum filij
virilem ferant portionem ſi operas ſuas, & labores in illis re-
colligendis contulerint, & fuerint ætatis legitimæ iuxta ſu-
perius dicta, Bald. *in l. 1. num. 13. C. pro ſocio,* Petr. de Vbald.
d. tract. part. 4. num. 12. Michalor. *eod. tract. part. 2. cap. 35. num. 53. & ſeqq.*

Suppoſito autem, quod non adſit ſocietas omnium bono-
rum an ſi vnus frater habeat maiorem familiam, & plus in
ea alenda impendat quam alter teneatur in partem ſuam,
15 imputare præcipuè ſi familia non contulerit operas ſuas in
ſocietate, vel illud plus quod impendit alteri reficere vide-
tur dicendum, quod ſic ex latè traditis per Felic. *de ſociet. cap. 27. num. 60. & ſeqq.* Menoch. *conſ. 860. lib 9.* Sed nihi-
lominus ſtante ſocietate menſæ tacitè inter fratres contra-
cta dum poſt mortem patris vixerunt in communi ad vnum
16 panem, & vinum, & ad eandem menſam ita omnia ad vi-
ctum neceſſaria communicando, vt nulla inter eos habea-
tur ratio expenſarum menſæ præcipuè pro fructibus in men-
ſa conſumptis, ad tradita per Michalot. *de fratr. part. 2. cap. 4. per tot.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 6. tit. 2. num. 2. & ſeqq.*
videtur contrarium eſſe verius, quod ſcilicet non detur
huiuſmodi repetitio, vel imputatio ratione maioris familiæ,
cum omnia pertinentia ad menſam, & victum dicantur in-
ter eos communicata iudicio ſocietatis, vt latè probat idem
Michalor. *de fratr. d. part. 2. cap. 5. per tot.* vbi omnibus con-
trarijs ſatisfacit.

17 Et quo ad empta, & acquiſita per vnum ex fratribus in
dubio cenſentur empta de propria illius pecunia, cùm pecu-
nia abſque oſtenſione tituli præſumatur ſoluentis ſiue eme-
rit proprio, ſiue etiam communi nomine, & ſi alij fratres
velint de illis participare tenentur partem pretij refundere,
Bart. *in l. 2. C. pro ſocio,* Alex. 174. Gratian. *diſcept. 204. num. 4. & diſcept. 822. num. 4. &c.* niſi in contrarium adeſſent
coniecturæ demonſtrantes pecuniam fuiſſe communem,
Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 6. tit. 16. n. 9.* Cranett. *conſ. 129. n. 3. & conſ. 191. n. 8.* cum alijs per Michalor. *de fratr. part. 2. cap. 9. per tot.*

Benè verùm eſt, quod ſtante inter eos ſocietate teneretur
18 acquirens etiam proprio nomine actione pro ſocio alijs
communicare refuſa tamen ſibi parte pretij, *d. l. 2. C. pro ſo-
cio,* & Gratian. *diſcept. 852. n. 43.* & poſſet adſtringi ad red-
dendam rationem ſuæ adminiſtrationis alijs fratribus ſi ipſe
19 ſolus adminiſtrauit, etiam nulla exiſtente ſocietate, cùm ſit
regulare in omnibus, vt qui adminiſtrat rationem reddat,
licet vti frater tantùm, & etiam viuente patre adminiſtra-
uerit, & non vti Tutor, vel Curator, vnde tenebitur ede-
re rationes, & contra eum poſſet iurari in litem ex cauſis
permiſſis contra alios adminiſtratores, quod tamen non eſt
intelligendum de quadam rigoroſa, & exquiſita redditione
rationum, ſed de aliquali, & meliori quam fieri poſſit cum
teneatur ſolum de dolo, & culpa, vt latè per Michalor. *de fratr. part. 3. cap. 44. per tot.* vbi etiam an poſſit prætendere
ſalarium ſuæ adminiſtrationis, & videtur quod ſic, &c. non
20 poſſet tamen frater ad inſtantiam alterius fratris pro debito
ciuili arreſtari, & carcerari, vt pluribus probat Theſaur. *de-
21 ciſ. 119. per tot.* ſtante coniunctione ſanguinis, longinqui-
tate temporis, ac ſæpiùs facta compenſatione, & remiſſione
22 cenſetur remiſſa huiuſmodi redditio rationum inter fratres,
iuxta *l. procula 26. ff. de probat.* Gratian. *diſcept. 700. num. 10. & ſeqq.*

Et frater, vel ſocius, qui alijs abſentibus totam domum
communem habitauit non tenetur ad penſionem pro rata
ſociorum, vel fratrum, cum habitans vſus fuerit iure ſuo,
& per eum non ſteterit quin etiam alij habuerint, qui ideò
23 ſibi imputare debent ſi non habitarunt, Marant. *in l. is po-
teſt n. 65. ff. de acq. hæred.* Mohed. *deciſ. 13. de locat.* Gra-
tian. *diſcept. 486. n. 37.* Ioſeph. Ludouic. *concl. 55. fol. 122.* Fe-
lic. *de ſociet. cap. 28. n. 63. & ſeqq.* vbi limitat niſi domus eſſet
ſolita locari, non tamen dicitur ſolita locari ad hunc effe- 24
ctum, ex eo quod pluries fuerit locata ante communionem,
ſed requiritur, quod vnus ex ſocijs conduxerit ab alijs, & ſic
quod ſit ſolita locari inter ipſos ſocios, Io. Andr. in addit. ad
Specul. *tit. de locatu, §. poſtquam verſ. porrò,* Mohed. *d. de-
ciſ. 13. de locat. num. 1. in fine, &c.* Et multa de habentibus
domum, prædium, vel Caſtrum commune, etiam citra no-
men ſocietatis qualiter poſſint, & debeant illis vti, & de plu-
ribus litibus, & controuerſijs, quæ circa huiuſmodi res com-
munes oriri poſſint, latè tradit Michalor. *de fratr. part. 3. cap. 35. 36. & 37.*

Hypothecæ autem, & obligationes conſtitutæ per eun-
dem fratrem, & vel ſocium ſuper dicta domo communi pro
indiuiſo per eum habitata non remanent extinctæ per diui-
ſionem poſtea inter illos ſequutam, quamuis non idem obli-
ganti, ſed alijs non debitoribus, domus in diuiſione fuerit 25
in totum aſſignata pro illorum portionibus, ſed in ſuo robo-
re conſeruantur pro indiuiſo, & poſſunt exerceri eodem
modo, prout ante diuiſionem, per quam non potuit præ-
iudicari creditori non conſentienti cùm ſit res inter alios
acta, licet fuiſſet facta auctoritate Iudicis, Michalor. *de fratr. part. 3. cap. 39. n. 25.* & Rot. *in Rumana Saluiani de Caffa-
rellis 13. Martij* 1637. coram Buccabella *in Nouiſs. part. 7.
deciſ. 104. num. 3. & ſeqq.* Intelligendo quatenus ſe extendit 26
portio obligantis, & non vltra, cum ſocius, vel frater non
poſſit portiones aliorum obligare, Cenc. *de Cenſ. q. 20. n. 7. & ſeqq.* & ſi fiat executio ſuper tota re poſſeſſa pro indiuiſo à
pluribus fratribus, vel ſocijs pro debito vnius tantùm, erit
nulla in totum, Ludouiſ. *deciſ. 219. vbi Add. num. 7.* & ſe-
quitur Duran. *deciſ. 37. num. 9.*

A R G V M E N T V M.

Statutum excludens fœminas propter maſculos, an extendatur ad bona extra territorium, & quid in mobilibus, & nominibus debitorum, an comprehendat forenſes tam actiuè, quàm paſſiuè, & excludens nuptas extra territorium quomodo procedat, vel non.

S V M M A R I V M.

1 *STatutum excludens fœminas non extenditur ad bona ſita extra territorium.*
2 *Siue loquatur in rem, ſiue in perſonam.*
3 *Niſi expreſſè inhabilitaret perſonas, etiam quo ad bona extra territorium ſita.*
4 *Statutum excludens fœminas non comprehendit forenſes.*
5 *Statutum vt procedat requiritur ſubiectio bonorum, & perſonarum in eodem locu.*
6 *Statutum operatur quando perſona defuncta erat illi ſubiecta vnà cum bonis, licet fœmina excludenda, & agnati ſuccedere volentes ſint omnes forenſes, ſed contra, num. 7.*
7 *Statutum non prodeſt exteris, & forenſibus, qui non cadunt ſub mente ſtatuentium.*
8 *Fœminas vt excludatur debent maſculi eſſe ſubditi, & bona pariter ſubiecta.*
9 *Statutum excluſiuum fœminarum loci vbi ſita ſunt bona an poſſit coniungi, & combinari cum alio ſimili ſtatutu loci vbi perſona degit ad effectum excluſionis.*
10 *Statuta confirmata in forma ſpecifica denominantur à confirmante.*
11 *Statutum quod non porrigatur ad bona extra territorium an procedat quo ad mobilia, & nomina debitorum.*
12 *Statutum quomodo procedat vbi omnes ſunt forenſes, & ſolum bona ſubiecta, vel è contra, ſiue quando ſolum aſpirantes ad ſucceſſionem ſunt forenſes, & in ſimilibus contrarijs caſibus, n. 13. & 14.*
15 *Statutum excludens fœminas nuptas extra territorium an valeat.*
16 *Statutum prædictum non habet locum quando à parentibus fuerunt nuptæ.*
17 *Nec prœiudicat earum filijs licet extra territorium natis.*
18 *Nec habet locum in ſucceſſione materna.*
19 *Fœmina quando dicantur temporaliter, & non perpetuò excluſa.*

20 *Fœ-*

20 *Fœmina ſemel excluſa ſemper remanet excluſa, etiam ſi maſculus eam excludens momento tantum vixerit.*

C A P V T . XXXII.

NVllam habeo difficultatem in caſu de quo agitur,
quod D. Lucia mulier dotata debeat ſuccedere vnà
cum D. Thoma fratre illius ſuperſtite in bonis alterius fra-
tris prædefuncti exiſtentis in Vrbe, & quo ad bona ibi-
dem ſita.

Dubitari enim non poteſt, quod ſtatutum noſtrum qua-
1 tenus fœminas excludit non extenditur, nec porrigit vires
ſuas ex defectu poteſtatis ad bona ſita extra territorium ſta-
tuentium, Bart. in l. cunctos populos num. 73. vbi etiam Bald.
num. 1. C. de ſumm. Trinit. & fid. Cathol. Rol. de dot. q. 20.
num. 14. Capyc. deciſ. 159. Rot. diverſ. part. 2. deciſ. 673. &
poſt Fenzon. ad ſtat. Vrb. deciſ. 108. latè Merlin. de legit. lib.
3. tit. 1. q. 18. per tot. Michalor. de fratr. p. 3. cap. 7. per tot.
Gregor. deciſ. 255. Rot. in Collen. hæreditatis 10. Iunij 1616.
coram Buratto, & in Ciuitatis Caſtelli ſupplementi legitimæ
11. Decembris 1617. coram Pamphilio, ac alibi paſſim cum
ſit concluſio ſtrictiſſima.

2 Quòd indiſtinctè procedit ſiue ſtatutum loquatur in
rem, ſiue in perſonam, vt reiecta diſtinctio Bart. firmant
omnes ſignanter Veg. conſ. 10. n. 4. Plot. conſ. 10. n. 6. Hon-
ded. conſ. 5. n. 14. lib. 1. Peregr. conſ. 7. n. 8. lib. 5. cum alijs per
Gratian. diſcept. for. cap. 431. n. 27. & alibi ſæpè, Rot. in loc.
3 cit. Niſi ſtatutum expreſsè inhabilitaret fœminas à ſucceſ-
ſione, etiam quo ad bona ſita extra territorium, quo caſu
poſſet prætendi excluſio, etiam reſpectu huiuſmodi bono-
rum ſecundum opinionem, quam approbat Merlin. d. q. 18.
n. 100. & ſeqq.

Prout nec pariter dubitari poteſt, quod ſtatutum Vrbis
4 excludens fœminas dotatas non comprehendit perſonas fo-
renſes, Alex. conſ. 44. num. 15. lib. 5. Iaſ. conſ. 80. num. 9. lib.
3. Rom. conſ. 224. num. 6. & Rot. in Balneoregien. bonorum
2. Iunij 1591. coram Pamphilio, & coram eodem in Cameri-
nen. hæreditatis 29. Ianuarij 1588. Ad hoc enim vt huiuſ-
modi ſtatuto ſit locus requiritur ſubiectio tam reſpectu bo-
norum, quàm reſpectu perſonarum, & quidem in vno eo-
5 demque ſtatuto itaut non poſſit fieri eorum coniunctio, &
combinatio ſi adſit ſtatutum excludens in loco perſonarum,
& in loco vbi ſita ſunt bona, & vnum quodque illorum de
per ſe ſeparatim nihil operatur, Bald. in l. ſi quis ex argentarijs
num. 3. de edend. Iaſ. in l. Centurio, num. 57. ff. de vulg. latè
Gratian. diſcept. 431. num. 16. 449. in fine, 581. num. 8. 709.
n. 14. 623. nu. 21. & 886. per tot. Rot. poſt Fenzon. ad ſtat.
Vrb deciſ. 21. & deciſ. 108. per tot. Merlin. de legit. lib. 3. tit.
1. q. 18. n. 60. & ſeqq.

6 Nec obſtat, quod frater defunctus eſſet Incola, vel Ciuis,
ita vt poſſet dici ſubditus ſtatuto Vrbis, & cum bona de qui-
bus agitur ſint pariter in Vrbe, & ſic ſuppoſita ſtatuto videa-
tur intrare excluſio, ſecundum opinionem Theſaur. q. fo-
renſ. lib. 2. q. 4. quem ſequitur Merlin. d. q. 18. n. 43. & ſeqq.
vbi quòd quando is de cuius hæreditate agitur, eſt ſubditus
ſtatuto vnà cum bonis fœmina excluditur, licet ipſa, & agna-
ti ſuccedere volentes ſint forenſes.

Quia reſpondetur, quod cum ſtatutum excluſiuum fœ-
minarum ſit fundatum in voto agnationis conſeruandæ non
7 prodeſt exteris, & forenſibus ſuccedere volentibus, quaſi
illi non cadant ſub mente, & protectione ſtatuentium, nec
ſub illorum prouidentia, & ideò non attenditur an defun-
ctus eſſet ſubditus, vel forenſis, ſed attenduntur perſonæ ad
ſucceſſionem aſpirantes, quæ ſi ſint forenſes, & non ſubditæ
ſtatuto Vrbis non poſſunt illo vti, nec illius vigore exclu-
dere fœminas, ſed ſucceſſio defertur ſecundum diſpoſitio-
nem iuris communis, quæ vult, vt ſoror æqualiter ſuccedat
cum fratre in bonis, & hæreditate alterius fratris ſine filijs
prædefuncti, iuxta l. maximum vitium. C. de lib. præt. vt la-
tè reprobato Theſaur. & eius ſequacibus, firmat Rot. in Ro-
mana ſucceſſionis 4. Iulij 1631. coram Merlin. in Nouiſs.
part. 6. deciſ. 68. num. 10. & ſeqq. & eadem part. 6. dec. 137.
num. 6. & num. 20. & deciſ. 160. in fine, Ruin. conſil. 48.
num. 4. lib. 3. Pariſ. conſ. 12. lib. 3. Alex. conſ. 44. num. 15.
lib. 5. Rot. in Camerinen. hæreditatis 29. Iunij 1588. coram
Pamphilio, & in Peruſina hæreditatis 4. Iunij 1590. coram
Comitulo.

Ad hoc igitur, vt fœmina excludatur vigore ſtatuti re-
quiritur, quod maſculi ſuccedere volentes ſint originarij,
8 & ſubditi in loco ſtatuti, cuius vigore fœminam excludere
intendunt, & quod bona de quibus agitur ſint, etiam ſita
in eodem territorio, Duran. deciſ. 31. num 6. & ſeqq. quam-
uis non deſint qui velint ſtatutum excluſiuum fœminarum
propter maſculos exiſtens in loco vbi ſita ſunt, bona coniu- 9
gi, & combinari poſſe cum alio ſtatuto pariter excluſiuo fœ-
minarum exiſtente in loco vbi perſona degit ad effectum ex-
cluſionis fœminarum, vt per Michalor. tract. de fratr. part. 3.
cap. 7. num. 11. vbi teſtatur de magis communi opinione, &
ab ea nullo modo recedendum in iudicando, facit Magon.
deciſ. Flor. 107. per tot. & plures pro hac parte teſtantes de
magis communi opinione refert Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1.
q. 18. n. 59. à qua ceſſante auctoritate Rotæ non videtur diſ-
ſentire præcipuè quando vterque locus eſſet ſubditus eidem
Principi, à quo ambo ſtatuta eſſent confirmata, vt ibidem per
eum, num. 66. quæ opinio etiam nihil valdè arridet præſertim
quando talia ſtatuta eſſent ab eodem Principe confirmata
non in forma communi, & generali, ſed in forma ſpecifica,
(& extra ſtatum Eccleſiaſticum, in quo nefas eſſet propter
auctoritatem Rotæ à ſuperius firmatis recedere) quia tunc
talia ſtatuta ab eodem Principe confirmata in forma ſpecifi-
ca, ex certa ſcientia, & motu proprio dicuntur ipſius Princi-
pis confirmantis, & ſic vnum, & idem, & denominantur ab 10
illo, qui tandem poteſtatem ſuper omnes ſubditos habet,
Fenzon. ad ſtat. Vrb. in præfat. n. 39. & ſeqq. Gratian. diſcept.
forenſ. c. 490. n. 18. cap. 584. n. 15. & c. 586. n. 16. vbi multa
quando dicantur confirmata in forma communi, vel ſpeci-
fica, & cap. 913. n. 14. & cap. 992. n. 10. & ſeqq.

Illud etiam, quod dictum eſt ſupra ſtatutum excluſiuum
fœminarum non extendi ad bona extra territorium ſtatuen-
tium ſita procedit in bonis immobilibus, nam vbi ageretur 11
de pecunia, mobilibus exiſtentibus extra territorium animo
tamen, & deſtinatione domini ad patriam, & locum ſtatuti
reducendis fœmina eſſet ab illis excluſa, ſecùs autem ceſſan-
te animo, & deſtinatione domini illa ad patriam reducendi,
vt in caſu noſtro, & idem eſt omninò in iuribus, & actioni-
bus, ac nominibus debitorum, cùm talia cohæreant perſonæ
creditoris, & dicantur de loco, vbi ſunt deſtinata, vt per
Merlin. de legit. d. q. 18. n. 93. & ſeqq.

Quando igitur omnes tam defunctus, quàm ſuccedere
volentes, & fœminæ excludendæ ſunt de territorio, vbi vi-
get ſtatutum excluſiuum illud non porrigitur ad bona alibi
exiſtentia ſicut è contra quando defunctus, agnati, & fœmi-
næ ſunt extra territorium ſtatuentium, & ſic forenſes, & 12
bona ſunt poſita in loco vbi tale viget ſtatutum non compre-
henduntur ſub illius diſpoſitione, vt latè per Merlin. d. q. 18.
num. 26. & ſeqq. ad 43. prout etiam quando defunctus, &
fœmina excludenda ſunt eiuſdem loci vbi viget ſtatutum, 13
maſculi autem ad ſucceſſionem aſpirantes ſunt forenſes,
& bona extra territorium non intrat excluſio, Merlin. d. q.
18. num. 47. & ſeqq. quando verò defunctus, & fœmina
excludenda ſunt forenſes, & maſculus ſuccedere volens eſt 14
ſubditus in loco vbi ſita ſunt bona, & vbi viget ſtatutum
poteſt illo vti, & fœminam licet forenſem excludere, ſicut
quando omnes contendentes de ſucceſſione ſunt ciues, &
ſubditi ſtatuto, & ſolum defunctus erat forenſis, vt latè
diſtinguit Merlin. d. quæſt. 18. num. 51. & ſeqq. ad 58. vbi plu-
res allegat.

Statutum autem excludens fœminas nuptas extra terri- 15
torium ſtatuentium prout tale ſtatutum viget, etiam in Pa-
tria mea lib. 2. Rub. 49. quicquid poſſet dici circa illius validi-
tatem, vel inualiditatem, ex traditis per Felin. in c. de Francia
n. 20. de ſponſal. & in c. Eccleſia Sancta Mariæ n. 62. de Con-
ſtitutione, Gratian. diſcept. 200. n. 26. Non habet locum quan- 16
do à parentibus, & non ex ſe ſua ſponte fuerunt nuptæ ex-
tra territorium, Seraph. deciſ. 806. n. 4. nec præiudicat ea- 17
rum filijs licet extra territorium natis, idem Seraph. dec. 822.
Sicut nec habet locum in ſucceſſione materna, vt per eun- 18
dem Seraph. dec. 790. & dec. 806.

Et quando ſtatutum loqueretur per dictiones quouſque
vel donec, maſculus extiterit, vel ſimiles, & non ſimplici-
ter excluderet fœminas diceretur illas temporaliter tantùm
excludere, ita vt deficientibus poſtea maſculis eſſet reinte- 19
grandæ, & admittendæ ipſæ, vel earum deſcendentes dum-
modo nati fuerint, vel ſaltem concepti tempore excluſionis,
licet etiam ſecundum alios indifferenter admittantur, Pract.
Papp libel. hæred. ex teſtam. gloſ. Ac etiam realiter n. 10. cum
Addit. Socin. iun. conſ. 1. lib. 1. Gratian. diſcept. 218. n. 85.
447. n. 25. 664. in fine, 659. n. 16. 695. n. 19. & 890. n. 32. Micha-
lor. de fratr. p. 3. c. 10. per tot. alias autem ſemel excluſæ ſem- 20
per remanent excluſæ, etiam ſi per momentum tantùm ſu-

interim alienare, & cenſum imponere ſuper re reſtituen-
13 da, quamuis reſoluto poſteà ſuo iure, & purificato fidei-
commiſſo omnia onera per eum impoſita reſoluantur,
Cenc. *de Cenſ. q.19. num.1. & ſeqq.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.*
706. per tot. Si verò fuerit grauatus cum expreſſa prohibi-
14 tione alienandi nihil agit alienando, nec dominium trans-
fert in emptorem, ſed datur rei vendicatio, Gratian. *diſce-
pt.656.num.*35. & vide Magon. *deciſ.*102. *num.*3.*&c.* Et in-
currit pœnas ſibi impoſitas, à quibus non liberatur, etiam
poſtea redimendo, niſi redimat re integra antequam actum
fuerit ad illas, Cenc. *de Cenſ. d. quæſt.* 19. vbi quod valeret
alienatio, vel cenſus impoſitio pro melioramentis, vel ſi fie-
ret ob cauſam neceſſariam alijs bonis liberis non extanti-
bus, vel quando prohibitio eſſet nuda, & ſine cauſa, quo
caſu habet vim conſilij, & non præcepti, & quod ſemper va-
leret in præiudicium ipſius alienantis, vel cenſum imponen-
tis, qui remaneret obligatus ad omne intereſſe, & damnum
contingens emptori, vt ibi latè per eum.

Etſi grauatus de reſtituendo, & prohibitus alienare ha-
bet ius detrahendi legitimam, & trebellianicam, prout con-
15 tingit in filio grauato ſub conditione, qui ſtatim detrahit le-
gitimam, & poſtea adueniente conditione, etiam trebellia-
nicam, & ſic duas quartas, quæ ſimul iunctæ aſcendunt ad
dimidiam totius hæreditatis, & tranſmittuntur ad hæredes,
etiam ſi iura filij non fuerint deducta, vbi verò filius eſſet
purè grauatus deduceret tantùm legitimam, Pract. Papp.
libell. ex ſubſtit. gloſ. ac per fideicommiſſum n. 6. vbi Add. Bel-
lon. *conſ.*80. *num.*14. *& conſ.*58. *n.* 5. Natt. *conſ.*253. gloſ. &
Bart. *in l. Papinianus, §. meminiſſe, ff. de inoff. teſtam.* Gratian.
*diſcept.*902. *num.*28. Magon. *deciſ. Flor.* 92. *num.* 19. *& ſeqq.*
deducitur enim priùs legitima habito reſpectu ad totam hæ-
16 reditatem, & mox trebellianica habito reſpectu ad id, quod
remanet, Petr. Cabal. *reſolut. crim. caſ.* 56. *n.* 144. Gratian. *di-
ſcept.* 583. *n.* 19. *&* 694. *num.* 18. vbi quomodo liquidentur
huiuſmodi deductiones, & detractiones.

17 Iſto caſu talis filius grauatus imponendo cenſum ſuper
aliqua re hæreditaria, vel alienando videtur huiuſmodi rem
eligere pro ſua legitima, & trebellianica, Cenſ. *de Cenſ.
quæſt.*20. *num.*17. vbi refert Merlin. *de legitim. lib.*2. *tit.* 2. *q.*
3. *n.* 37. Rot. *part.*3. *diuerſ. deciſ.* 674. *num.*7. cum alijs per
Scapuc. de Saluian. *lib.*2. *q.* 9. *num.*3. Magon. *deciſ. Flor.*35.
num. 11. *& ſeqq. & deciſion.* 91. *num.* 5. vbi quod non poteſt
poſtea res alienata redimi, & in hæreditate reponi ad effe-
ctum iterùm eligendi.

Poteſt enim grauatus fideicommiſſo alienare pro detra-
18 ctione ſuæ legitimæ, & trebellianicæ ceſſante omni fraude,
ità vt ſemper ſuſtineatur alienatio quamuis poſtea tot fru-
ctus percepiſſet ex alijs bonis, vt illis computatis, in caſu
quo de iure imputari debent in dictas quartas, ipſæ rema-
nerent conſumptæ, & detractæ ex dictis fructibus poſtea
perceptis, niſi dicti fructus implentes huiuſmodi quartas
fuiſſent percepti ante alienationem, quia iſto caſu non ſu-
ſtinetur alienatio ex illo capite cum ceſſet cauſa detractio-
nis, & ſic ipſius alienationis, quod procedit tantùm in ex-
traneis hæredibus, quibus dicti fructus imputantur, non au-
tem in filijs, vel nepotibus eorum locum repræſentantibus,
quibus ex priuilegio non imputantur huiuſmodi fructus,
etiam ſi pater iuſſerit imputari maximè reſpectu legitimæ
cui tale onus apponere non poteſt, & idem eſt reſpectu tre-
bellianicæ vnde valebit alienatio facta per filium tam antè,
quam poſt fructuum perceptionem, & imputabitur in legi-
timam, & trebellianicam non obſtante aliqua fructuum
perceptione, *l. iubemus, C. ad trebell.* & latè declarat Gra-
tian. *diſcept.* 265. *per tot. Rot. in Romana domus de Vſappis
Mercurij* 5. *Martij* 1608. coram Caualerio, & poſt Merlin.
de legit. deciſ. 1. *per tot.* Magon. *deciſ. Florent.* 10. *num.*10. *&
ſeqq. & deciſ.* 35. *num.*11. *& ſeqq.* ità vt talis exceptio detra-
19 ctionis legitimæ, & trebellianicæ competat etiam ad com-
modum emptoris, qui pro confirmatione alienationis in
eum factæ, poterit ſe illa legitimè tueri, & Iudex debebit
eam ex hac cauſa omninò ratam habere, ſi purificata condi-
tione moleſtetur à fideicommiſſarijs, qui hac exceptione
erunt remouendi quatenus ſe extendit dicta detractio,
l. Marcellus, §. res quæ, ff. ad trebell. Rol. *conſ.* 78. *n.* 19. *&*
20. *lib.*1. Gratian. *d. cap.*265. *nu.*5. *& ſeqq. per tot.* Caualer.
& alij ſupra relati.

Intelligendo tamen de primis alienationibus, & in quibus
20 fuit dominium effectualiter translatum, quia nunc in eis
emptor, & poſſeſſor habet fundatam intentionem, quod
imputentur in legitimam, & trebellianicam, nam aliæ hy-
pothecæ, & aſſecurationes licet anteriores non habentur in
aliqua conſideratione, ſed tantùm effectuales alienationes,
ad hoc, vt filius dicatur elegiſſe pro ſua legitima, & trebel-
lianica, Peregr. *de fideicomm. art.* 39. *num.*8 *&* 9. cum alijs
per Rot. poſt Merlin *de legit. deciſ.* 1. *per tot.* Item intelli-
gendo quando ſumus in fideicommiſſi vniuerſali, ſecus in fi-
deicommiſſo alicuius rei particularis prohibitæ alienari,
quia tunc non poſſet hæres alienans, vel emptor tali exce-
ptione ſe tueri, cùm legitima non poſſit prætendi ſuper re
particulari prohibita alienari, vel alteri legata quando ad- 21
ſunt alia bona libera ſufficientia, & æquè vtilia, ac commo-
da, adeò vt iſta probatio, quod non adſint alia bona ſit fa-
cienda per filium tamquam fundamentum ſuæ intentionis,
Natt. *conſ.* 199. *num.* 8. *&* 9. Peregr. *de fideicom. art.* 4. *num.*
34. cum alijs per Gratian. *diſcept.*334. *num.*6. *& ſeqq.* de quo
tamen videndum latius idem Gratian. *diſcept.*570. *num.*23.
*& ſeqq. & cap.*700. *num.*23. *& ſeqq.* vbi videtur tenere, quod
imò legatario, vel fideicommiſſario incumbat onus pro- 22
bandi, quod ſuperſint alia bona æquè commoda, & vtilia,
ex quibus poſſit filius conſequi ſuam legitimam, cùm non ſit
ſimpliciter, & abſolutè prohibita detractio legitimæ ſuper re
particulari fideicommiſſo ſubiecta, ſed ita demum ſi æquè
commodè, & vtiliter poſſit de alijs bonis detrahi, Magon.
*deciſ. Flor.*35. *num.* 12. *& ſeqq.*

Et legitima præſumitur habita per filium, & conſumpta, 23
ita vt non ſit iterùm de fideicommiſſo deducenda quando ſe
immiſcuit paternæ hæreditati nullo confecto inuentario, nec
probata negatiua non exiſtentiæ aliorum bonorum, Natt.
*conſ.*199. *num.*11. *&* 12. *lib.*1. Surd. *deciſ.*316. *nu.*12. *& ſeqq.*
cum alijs per Duran. *deciſ.*360. *num.*1. vbi etiam *n.* 2. *& ſeqq.*
quod præſumitur conſumpta ex alienationibus factis, ita vt
filio contrarium aſſerenti incumbat onus probandi.

Et quod dictum eſt, de detractione trebellianicæ intelli- 24
gendum eſt niſi fuerit prohibita cum hodie ſecundùm magis
communem opinionem, poſſit etiam filijs primi gradus pro-
hiberi tam expreſsè, quàm tacitè, Merlin. *de legit. lib.*2.
*tit.*2. *q.* 32. *n.* 10. *lib.*1. *tit.* 3. *q.* 1. *num.* 25. Gratian. *diſcept.*
583. *n.* 20. *Rot. in Romana de Gnidis* 13. *Ianuarij* 1631. co-
ram Veroſpio *in Nouiſſ. part.*6. *deciſ.*5. *nu.* 5. & Duran. *dec.*
534. *n.*2. *&* 3. *&c.* Florentiæ tamen ſemper præualuit nega-
tiua opinio, & ſæpè fuit canonizata, quod trebellianica non
poſſit prohiberi, nec expreſsè, nec tacitè filijs primi gradus, 25
ſed pari paſſu ambulet cum legitima, vt teſtatur Magon.
*deciſ. Flor.*35. *n.*4. *& ſeqq. per tot.* vbi etiam, quod per appro-
bationem teſtamenti non videtur remiſſa niſi ſpecialiter ei
fuerit renunciatum, prout idem ſeruari in Senatu Pedemon-
tano teſtatur Theſaur. *q.* 20. *n.* 2. *&* 3. cum alijs per Gra-
tian. *diſcept.* 245. *n.* 2. ex quibus autem coniecturis cenſea- 26
tur tacitè prohibita trebellianica, tradit Menoch. *de præſum-
pt. lib.*4. *præſumpt.*98. Clar. §. *teſtamentum q.*62. *& ſeqq.* Gra-
tian. *diſcept.*245. *per tot. & diſcept.*609. *n.*3. 821. *num.*9. vbi
quod excluditur per dictiones taxatiuas, item quando teſta-
tor mandat totam, & integram hæreditatem reſtitui, vel in
ſimilibus caſibus, in quibus conſtat de mente teſtatoris, idem
Gratian. *diſcept.* 860. *n.* 14. 869. *n.* 18. 888. *per tot. &* 889.
num. 11. *&c.* Duran. *deciſ.*354. *num.*1.

Et detrahitur trebellianica de fideicommiſſo vniuerſali 27
tantùm non autem de particulari, niſi eſſet valdè notabile, &
abſorberet aliquam maximam partem hæreditatis, quia tunc
æquiparatur vniuerſali, Crauet. *conſ.*19. *n.*15. *& conſ.*186. *in
princ.* cum alijs per Cabal. *reſol. crim. caſ.*286. *n.*78. ſequitur
Magon. *dec. Flor.* 35. *n.* 3. vbi etiam *num.* 1. *&* 2. quomodo
cognoſcatur particulare ab vniuerſali, &c. An autem, & 28
quando trebellianica poſſit detrahi ab ipſo fideicommiſſa-
rio, cui ex Senatu Conſulto trebellianico fuit reſtituta hære-
ditas ſi ipſe reperiatur grauatus, etiam alteri reſtituere, ita-
dit pulchrè Menoch. *lib.*4. *d. præſumpt.*198. *num.*38. *& ſeqq.*
& Gratian. *cap.*821. *num.* 16. *& ſeqq.*

Non etiam detrahitur trebellianica quando quis grauatur 29
vti donatarius, & non vti hæres, & ſic quando fideicommiſ-
ſum, vel ſubſtitutio fit in contractibus inter viuos, prout fie-
ri poteſt non eſt locus detractioni trebellianicæ, ſicut nec
quando non ſui, ſed fideicommiſſarij contemplatione tan-
tum relinquitur fideicommiſſum, licet ſecùs ſit in legitima,
& falcidia, quæ detrahitur, etiam ex fideicommiſſo inter
viuos facto, Gratian. *diſcept.*247. *n.* 13. *& ſeqq.* Nec detra-
hitur de relictis ad pias cauſas ſiue mediatè, ſiue immediatè, 30
ſemper enim attenditur cauſa priuilegiata ad quam finali-
ter commodum peruenire debet, & ideò ſecùs eſſet ſi com-
modum finaliter non deueniret ad ipſam cauſam, neque

penes illam eſſet remanſurum, & quando reſtitutio non
eſt incontinenti facienda per cauſæ debet interim cauere de
reſtituendo trebellianicam quando venerit caſus huiuſmo-
di reſtitutionis, vt benè declarat Gratian. *diſcep.583. num.
25. & ſeqq.*

An autem trebellianica poſſit detrahi ſimul cum legitima
quando ipſa legitima de per ſe ſecundum numerum libero-
rum aſcendit ad dimidiam omnium bonorum, iuxta *Auth.*
31 *Nouiſſima, C. de inoff. teſtam.* cum alias dicatur iſtas duas
quartas ſimul iunctas non tranſcendere dimidiam totius hę-
reditatis, videretur negatiuè reſpondendum ex traditis, per
Bald. *conſ.94. lib. 2.*

Sed cùm, & in hoc caſu militent eædem rationes, quæ
vigent, vbi legitima non excedit trientem, de quibus per
gloſ. in cap. Raynutius, verb. legitimam extrauag. de teſtam.
idem omninò dicendum eſt, vt poſſit etiam deduci trebel-
lianica, & ſic dimidia loco legitimæ, & de reſiduo alia
quarta pars loco trebellianicæ, adeò quod ex octo ſolidis
quinque detrahantur, quatuor ſcilicet pro legitima, & vnus
ex alijs, quatuor remanentibus pro trebellianica, Alex. *conſ.
68. volum.4.* prout alijs relatis aduertit, & exemplificat Alb.
Mandel. *conſ.41. num. 2.*

A R G V M E N T V M.

Statutum excludens fœminas propter maſculos an procedat, quando ſuccedere volens eſt Clericus, an vbi agitur de hæreditate Clerici, & ſi ſit conditum à laicis, an comprehendat perſonas Eccleſiaſticas.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum excludens fœminas, quando dicatur fauorabile.*
2 *Statutum excludens fœminas an habeat locum, quando ſuccedere volens eſt Clericus, num.5.*
3 *Ceſſante ratione legis ceſſat eius diſpoſitio, & quando ſecus, num.6.*
4 *Statutum excludens fœminas an habeat locum in hæreditate Clerici.*
7 *Statutum excludens fœminas an paſſiuè comprehendat Clericos, & alias Eccleſiaſticas perſonas ſi ſit conditum à laicis, num. ſeqq.*
8 *Nepos ſuccedit vnà cum amita in hæreditate patrui, ſiue auunculi.*
9 *Statutum excludens fœminas non porrigitur ad bona extra territorium ſita.*
10 *Clericus, & alia perſona Eccleſiaſtica, vel earum familiares non ligantur ſtatuto laicorum circa ſucceſſiones, num. 11.*
12 *Statutum confirmatum à Papa dicitur Papale.*
13 *Confirmatio ſtatuti, quando dicatur in forma ſpecifica.*
14 *Confirmatio etiam in forma ſpecifica non ſupplet voluntatis defectum, num.15.*
Diſpoſitio generalis non trahitur ad id, quod in ſpecie fieri prohibetur.
16 *Extenſio de perſona ad perſonam in iure non admittitur.*
17 *Statutum conditum ob publicam vtilitatem, & quietem comprehendit etiam Clericos, ſed contrarium, quia laici Eccleſiaſticis præiudicare non poſſunt, n.18.*
19 *Clericatus ſuperueniens non eximit à iure ſtatutario, ſed contrarium, quia non attenditur tempus conditi ſtatuti, ſed delatæ ſucceſſionis, n. 20.*
21 *Sufficit vt aliquis reperiatur in ſtatuto Eccleſiaſtico tempore quo ſtatutum ſuum producit effectum ne comprehendatur.*
22 *Præcipuè quando verba ſunt directa in tempus delatæ ſucceſſionis.*
23 *Clauſula,* eo caſu, *importat reſtrictionem ad tempus delatæ ſucceſſionis.*

C A P V T XXXIV.

1 CVm ſtatutum excludens fœminas propter maſculos
totum ſit poſitum in motiuo conſeruandæ agnationis,
præcipuè quando talis ratio eſt expreſſa, quo caſu dicitur
omnino fauorabile, & conſeruare debet id totum, quod
pertinet ad agnationem, Rot. *in Nouiſſ. part. 6. deciſ. 206.
num. 18. & ſeqq. & deciſ.232. eadem part.6.* Gratian. *diſcept.*
2 890. *num. 30.* videbatur dicendum, quod non procedat ta-
le ſtatutum, & fœmina non excludatur quando eam ex-
cludere volens eſt Clericus, ſiue alia perſona Eccleſiaſtica,
quæ legitimè matrimonium contrahere non poſſit, & libe-
ros procreare, cùm tunc ceſſet ratio conſeruandæ agnationis,
quæ certè conſeruari non poteſt per huiuſmodi perſonas,
quibus prohibita eſt filiorum ſuſceptio, & ceſſante ratione
legis ceſſat illius diſpoſitio, *l. quod dictum, ff. de pact. cap. cum
ceſſante ratione, per tot.* & ita in terminis noſtris firmat *n.* 3
63. cum alijs relatis, per Merlin. *de legit. lib.3. tit. 1. quæſt.
19. num. 19.* ſicuti etiam videmus huiuſmodi ſtatutum
excludens fœminas propter maſculos non habere locum, vbi
de Clerici defuncti hæreditate tractatur, Surd. *deciſ. 20.*
Merlin. *de legit. d. quæſt. 19. per tot.* vbi intelligit iſtud pro- 4
cedere reſpectu pecuniarum, & fructuum beneficij, ac mo-
bilium, in quibus tam maſculi, quàm fœminæ ſunt admit-
tendæ, cùm talia cenſeantur tamquam Eccleſiaſtica, etiam
ſi ex priuilegio non venirent in ſpolio, & competeret facul-
tas de illis teſtandi, ſecus autem reſpectu aliorum bonorum
patrimonialium, in quibus procedit diſpoſitio ſtatuti, vt
per Merlin. *loc. cit.* & Michalor. *de fratr. part.3. cap.8. num.
5. & ſeqq.*

Sed his non obſtantibus contrarium eſt dicendum, nem-
pè huiuſmodi ſtatuta excluſiua fœminarum prodeſſe etiam
Clericis, ita vt illorum vigore poſſint fęminas excludere, prę-
cipuè quando ratio conſeruandi agnationem fuit expreſſa in
ſtatuto, prout in caſu noſtro, Merlin. *de legit. d. quæſt. 19.* 5
num. 19. & ſeqq. Michalor. *de fratr. d. cap. 8. num. 1. & ſeqq.*
vbi plures alij hanc opinionem vti veriorem amplectentes
recenſentur, argumentum verò, quod ceſſante ratione le-
gis ceſſet illius diſpoſitio procedit tantùm quando ratio illa
fuit finalis, & non impulſiua tantùm, prout in dubio præ- 6
ſumitur, ac quando fuit ſola, & vnica, nec aliquæ rema-
nent reliquiæ, vt per Euerard. *loc. ſupr. cit. num. 4. & ſeqq.*
& huiuſmodi ſtatuta comprehendunt etiam paſſiuè clericos,
moniales, atq; alias perſonas Eccleſiaſticas, dummodò fuerit
condita ante clericatum, & valent diſponentia, quod Mo-
nachi non ſuccedant cùm dicantur cōdita ob publicam vtili-
tatem, & tranquillitatem perſonarum, quo caſu comprehen-
dunt etiam Clericos, ſecundùm doctrinam, & opinionem
Cancer. *var. reſol. part. 3. cap. 11. num. 191.* cum alijs, per
Michalor. *de fratr. d. part. 3. cap. 8. per tot.*

Verùm quia in hoc vltimo caſu contrarium firmauit Rot.
in Tudertina ſucceſſionis 29. Maij 1652. coram Meltio, & 7
eſt deciſio ſatis ampla, & exemplaris, ne quiſquam decipia-
tur quando ſumus in ſtatutis laicorum volui illius tenorem
hic de verbo ad verbum inſerere ad publicam vtilitatem,
ex qua manifeſtum apparebit quando Clerici, & aliæ perſo-
næ Eccleſiaſticæ comprehendantur ſub huiuſmodi ſtatutis,
& quodnam tempus ſit attendendum an delatę ſucceſſionis,
vel conditi ſtatuti.

*Tudertina ſucceſſionis Merc. 29. Maij 1652.
coram Meltio.*

Per obitum Io: Ludouici de Actis, qui inteſtatus deceſſit
orta fuit controuerſia inter Ioannes, & q. Carolum de Od-
dis nepotes dicti Io: Ludouici ex Lucretia ſorore ex vna par-
te, & Franciſcam de Actis pariter ſororem ex altera ſuper
ſucceſſione in hæreditate eiuſdem Io: Ludouici. Vnde de-
lata cauſa ad Rotam, ac mihi commiſſa dubitaui, an, & cui
debeatur talis ſucceſſio, qua hodiè propoſita vtrique parti
pro medietate eam deberi fuit per DD. reſponſum attenta
diſpoſitione iuris communis, cuius vigore in ſucceſſione 8
patrui, ſiue auunculi nepos vti repræſentans perſonam ma-
tris prædefunctæ ſuccedit vnà cum Amita pro æquali, *auth.
Ceſſante, & auth. poſt fratres, C. de leg. hered. §. ſi igitur
defunctus, auth. de hered. ab inteſt.* Gabriel. *de hered. ab in-
teſt. concluſ.1. num.3.* Mart. *de ſucceſſ. legal. quæſt. 23. art. 2.
num.9. part. 1.* Rot. coram Buratt. *deciſ. 309. num.1. & de-
ciſ.930. num.14.*

Non obſtat, quod ex diſpoſitione ſtatuti Tudertini, *de
ſucceſſ. ab inteſt. Rub 56. diſtinct. 2.* præferantur agnati co-
gnatis, & ſic Franciſca de Actis vti agnata prætendat exclu-
dere Ioannem nepotem cognatum, quia huiuſmodi ſtatu- 9
tum quoad bona exiſtentia extra territorium ſtatuentium
non intrat iuxta doctrinam Bart. *in l. cunctos populos, num.*
23. & ibi Bald. *num.9. & cæteri, C. de ſumm. Trinit. & fid.
Cathol.* Put. *deciſ. 351. lib. 1.* Rot: *in recent. part.5. dec.177.
num.2. & 3.* & coram Buratt. *deciſ. 118. num. 2. & ibi An-
not. num.14.* Gregor. *deciſ. 225. num. 1. Add. num.7.* minus-
que locum habere poteſt reſpectu aliorum bonorum, quæ
ſita

ſita reperiuntur in eodem territorio, nam cùm Ioannes val-
dè ante tempus, quo ſequutus fuit obitus Io: Ludouici
auunculi clericali charactere initiatus reperiretur in eodem
10 territorio Tudertino, vt in eius *Summario num.* 1. non po-
tuit ligari à dicto ſtatuto tanquam condito à laicis, nullam
prorſus poteſtatem habentibus reſpectu perſonarum Eccle-
ſiaſticarum iuxta vulgatum text. *in cap. cum Eccleſia Sancta
Maria*, vt notant omnes DD. *de conſtit.* Rol. *conſ.* 57. *num.*
29. *lib.* 2. Cephal. *conſ.* 95. *num.* 15. Surd. *deciſ.* 20. *n.* 8. latè
Sperel. *deciſ.* 11. *num.* 20. *&c.* cum alijs per Rot. copioſiſſi-
mè congeſtis *in Spoletana bonorum* 13. *Aprilis* 1646. §. *vi-
ſa fuit*, *verſ. Et in hac materia, coram Eminentiſſimo Car-
dinali Corrado, in Rauennaten. hæreditatis* 5. *Iunij* 1648. §.
*tamen Domini, coram Eminentiſſimo Cardinali Otthobono,
& in Eugubina hæreditatis* 2. *Iunij* 1651. coram Bichio, §.
11 *contrario nihilominus*. Immò fortiùs, vt nec etiam ſtatuta
laicorum comprehendere poſſint familiares ipſorum Eccle-
ſiaſticorum firmauit Rot. *in Meliuitana hæreditatis* 4. *Iulij*,
& 7. *Nouembris* 1618. coram b. m. Fabritio Veroſpio, &
coram Caualer. *deciſ.* 658. *num.* 1.

12 Nihil etiam facit, quod ſtatutum huiuſmodi fuerit con-
firmatum à Pontifice, & propterea de eo iudicandum ve-
niat, vti de ſtatutis Papalibus, Abb. *in cap. dilecta, num.* 14.
de præbend. Felin. *in cap. cum acceſſiſſent num.* 4. 7. vbi etiam
Dec. *num.* 19. *de Conſtit.* Gabriel. *de Clauſ. clauſ.* 3. *num.* 20.
& dixit Rot. *in Meliuitana præeminentiarum* 18. *Ianuarij*
1628. *coram b. m. Pirouano*, & ſæpè aliàs, & ſic omninò ſer-
13 uari debeat, etiam Clericis, maximè quia confirmatio Apo-
ſtolica potius videtur facta in forma ſpecifica, quàm com-
muni, vt demonſtrant verba illa in ea appoſita, volumus, &
obſeruari mandamus, quæ non videntur inducere ſolum
ſimplicem confirmationem, ſed facere conceſſionem no-
uam, atque diſpoſitionem, iuxta *deciſ.* Rot. 438. *num.* 55.
& 59. *part.* 4. *recent.*

Quia obiectum vigere poſſet quidem ſi in ſtatuto facta
fuiſſet expreſſio Clericorum, vel ſaltem illi venirent ſub
aliquibus verbis generalibus aptis ad illorum comprehen-
ſionem, tali enim caſu adeſſet ſolum defectus poteſtatis ſta-
14 tuentium, quem ſupplere potuiſſet ſupradicta Apoſtolica
confirmatio, & cum nulla facta fuerit in ſtatuto expreſſio
Clericorum, immò nec etiam ex omnibus illius verbis ali-
qua virtualis eorum comprehenſio deduci poſſit, nedum
deeſt defectus poteſtatis, ſed etiam voluntatis ſtatuentium,
maximè quia eorum intentio à poteſtate regulari ſolet, ideò
quæcumque illorum generalis diſpoſitio trahi non poteſt ad
illud quod in ſpecie fieri prohibetur, vt notat Barboſ. *in-
ferendo ad propoſitum de Clericis in l. ſi quis, ſub conditione
in fine, ff. de condit. inſtit.* Bald. *in l. fin.* §. *in computatione,
C. de iur. delib.* & propterea cenſendum eſt dictos ſtatuen-
tes noluiſſe comprehendere Clericos tamquam ab eorum
poteſtate omninò exemptos, ac ſeparatos, huiuſmodi au-
tem voluntatis defectum, vt confirmatio Apoſtolica ſup-
plere non valeat, quamuis ea in forma ſpecifica conceſſa
fuerit, in puncto firmauit Rot. *in Vrbeuetana legati* 4.
Iulij 1646. §. *quamuis coram R. P. D. Bichio, & in Romana
dotis* 11. *Februarij* 1647. §. *Addebant coram eodem, & in
Spoletana bonorum* 13. *Aprilis* 1646. §. *quia cum in ea, coram
Eminentiſſimo D. Corrado, & in d. Rauennat. hæreditatis*
5. *Iunij* 1648. *ſub* §. *neque ſuffragatur, coram Eminentiſſimo
D. Otthobono*.

15 Prædictis neque aduerſatur *deciſ.* 448. *ſub num.* 47. *part.*
4. *recent. tom.* 2. quia ibi firmat ſolummodò quod ſtatutum
excludens matrem propter patruum cùm ſit conditum fa-
uore agnationis indiſtinctè haberi debeat pro fauorabili,
quamuis ſit iuris communis correctorium, & quod ideò
ſufficiat confirmatio in forma communi; quia loquitur
tantùm de perſonis laicis ad ſucceſſionem contendentibus,
neque vllatenus attingit qualitatem perſonæ Eccleſiaſticæ,
de qua eſt præſens controuerſia propterea dicta deciſio tam-
16 quam loquens de perſonis laicis, non poteſt extendi ad per-
ſonas Eccleſiaſticas, cùm extenſio de perſona ad perſonam
in iure non admittatur, Rol. *conſil.* 56. *num.* 24. *lib.* 3. Ga-
briel. *conſ.* 111. *num.* 13. *lib.* 1. *& conſ.* 69. *num.* 28. *lib.* 2.
Menoch. *conſ.* 220. *num.* 128. & Rot. coram Penn. *deciſ.*
639. *num.* 14.

Prout etiam non refragatur, quod huiuſmodi ſtatutum
prætendatur conditum ob publicam vtilitatem, ſeu quie-
tem, & tranquillitatem Tudertinorum, & ex hac cauſa
17 comprehendat etiam Clericos ſecundùm Doctrinam Can-
cer. *var. reſol. part.* 3. *cap.* 11. *num.* 191. Nam hæc opinio
communiter reprobatur cùm ſemper vigeat defectus pote-
ſtatis ſtatuentium laicorum, Eccleſiaſticis præiudicare non 18
poterant per ea, quæ habentur in dicta *auth. Ceſſante, C.
de Sacroſanct. Eccleſ.* & per Innoc. *in cap. nouerint de ſent.
excomm.* & idem benè ponderat Alex. Monet. *in conſ. im-
preſſ. penes*, Modern. Domenican. *in Caten. aurea pro Im-
mun. Eccleſ. vol.* 2. *fol.* 375. *num.* 19. *verſ. neque*, Cuman.
conſ. 85. *num.* 4. *in fine*, quod etiam comprobat deciſ. iam
allegata, *in Spoletana bonorum*, §. *viſa fuit, coram Eminen-
tiſsimo D. Cardinali Corrado*, vbi firmatur iſtam ſenten-
tiam tamquam meliorem tenendam eſſe quidquid alij ſenſe-
rint, cum eorum rationes verè non ſubſiſtant, & confu-
tentur plenè à DD.

Neque pro releuanti habuere Domini quod de ſtatuto
dicebatur, vt ſtatim, atque quod quis naſcitur reddat eum
habilem, vel inhabilem ad ſuccedendum, & ideò Clerica-
tus ſuperueniens eum non eximat à iure ſtatutario, qui à 19
principio fuit ligatus, nec alterare poſſit vinculum iam
dicto ſtatuto iniectum, aliàs enim remaneret aperta via
fraudibus, cum cuilibet licere eludere circa diſpoſitionem
ſtatutariam aſſumendo Clericatum, ad tradita per Caſtr.
conſ. 304. *num.* 4. *verſ. ſed in omnem euentum, & verſ. Nam
ſequeretur lib.* 1. cum pluribus alijs allegatis, per Graſſ. *de
effect. Cler. effect.* 2. *num.* 269. *& ſeqq.* Modern. Pedemon.
diſputat. Cler. part. 1. *tit. de exempt. Cler. à ſtat.* §. 5. *ſub
num.* 22. Modern. de Neapol. *de Immunit. Eccleſiaſt. tom.* 1.
cap. 8. *dubitat.* 11. *ſect.* 4. *num.* 4. *fol.* 338. Modern. Piſaur.
de Imput. 58. *num.* 33. Quia non venit attendendum tem-
pus quo ſtatutum fuit conditum, ſed illud in quo eius effe- 20
ctus confertur, & ſic tempus delatæ ſucceſſionis, de quo
tempore cùm Ioannes iam Clericus reperiretur dici non po-
teſt, quod ei iniectum fuerit vinculum ſtatuti, & quod
eius perſona illi ſubiecta remanſerit, ad tradita per Salyc.
in d. auth. Ceſſ. n. 14. *C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Abb. *in d. cap.
Eccleſia Sancta Maria de Conſtit. num.* 25. vbi etiam Dec.
num. 207. *&* 212. qui ponderat, quod aliàs Clerici ſemper
ſubiecti remanerent ſtatutis præiudicialibus laicorum, An-
char. *conſ.* 107. *num.* 2. *& conſ.* 108. *num.* 1. Ruin. *conſ.*
200. *num.* 8. *lib.* 2. Rol. *conſ.* 57. *ſub num.* 28. *lib.* 2. qui de-
clarat attendendum eſſe ſolùm an Clericatus obtentus fue-
rit antè, vel poſt delatam hæreditatem, quia ſi poſt dubi-
tari poteſt, quod hoc feciſſet in fraudem, Cephal. *conſ.* 95.
num. 14. *&c.* & hoc idem comprobatur ab Alex. Monet.
in præalleg. conſ. 118. *nu.* 18. *& ab Aret. in cap. quod Clericis
in fine, de for. compet.* vbi habetur quod dum agitur de
ſucceſſione numquam dici poteſt iniectum à ſtatuto ali-
quod vinculum tempore delatæ ſucceſſionis, & per con-
ſequens mortis illius, cui ſucceditur, vel eſt capacitas
conſideratus ſecundùm tempus delatæ ſucceſſionis, & de
illo tempore ſolùm ſtatutum dicitur perficere ſuum
effectum, quare antè non poteſt conſiderari aliqua vin-
culi iniectio, & reprobatur ſententia contraria vti non
vera, & quod ſufficiat, vt aliquis reperiatur in ſtatu Ec-
cleſiaſtico ne comprehendatur vllo pacto ſub ſtatuti di- 21
ſpoſitione à laicis, licèt illud non ſolùm ante illius Cleri-
catum, ſed etiam ante illius natiuitatem, firmauit Rot.
in terminis ſtatuti Vrbis deciſ. 58. *num.* 28. *part.* 6. *recent.*
vbi pariter nihil referre dicitur, quod ſtatutum dicatur
Papale tamquam continens confirmationem Apoſtolicam
cùm ſufficiat, vt in illo de Clericis nulla appareat fa-
cta mentio.

Accedit etiam, vt ex tenore ipſius ſtatuti dignoſcitur il-
lius verba directa eſſe in tempus delatæ ſucceſſionis, vt ſi-
gnanter ex illis colligitur, (ſuccedat, deceſſerit, ſuper-
ſtes fuerit, vel alijs ſimilibus) quæ remouent quamcum-
que difficultatem, nam de eo tempore, vt dictum eſt Ioan- 22
nes Clericus reperiebatur, qui non potuit excludi per ſta-
tutum laicorum, vt egregiè ponderat Doctor. Cephal.
conſ. 95. *num.* 15. *in fine*, & ad hunc effectum valdè eſt
conſiderabilis clauſula eo caſu, quæ non poteſt dubitari,
quin importet reſtrictionem ad dictum tempus delatæ ſuc-
ceſſionis, vt benè animaduertit Surd. *conſ.* 344. *num.* 3. *&
conſ.* 347. *num. eodem*, Menoch. *conſ.* 177. *num.* 20. Bar-
boſ. *dict.* 105. *num.* 1. *&* 2. *&c.* Et ita vtraque parte in-
formante fuit reſolutum.

ARGVMENTVM.

Coniux tranſiens ad ſecunda vota, quid reſeruare teneatur filijs primi matrimonij multa circa diſpoſitionem l. fœminæ, C. de ſecund. nupt. qualiter iniuria illata coniugi, & filijs poſſit remitti, & quando cenſeatur remiſſa, & an voluntas teſtatoris colligatur ex teſtamento nullo.

SVMMARIVM.

1 *Coniux tranſiens ad ſecunda vota tenetur reſeruare filijs primi matrimonij quidquid eius occaſione habuit.*

2 *Diſpoſitio l. fœmina procedit, etiam ſi ex ſecundo matrimonio non adſint liberi.*

3 *Diſpoſitio prædicta procedit tam in matre, quàm in patre, & etiam reſpectu quæſitorum mediante ſucceſſione filiorum prædefunctorum.*

4 *Non procedit in bonis non immediatè, ſed mediatè prouenientibus.*

5 *Non procedit, vbi non adſunt filij primi matrimonij, quibus reſeruare poſſit.*

6 *Pater tranſiens ad ſecunda vota non amittit vſumfructum in bonis filiorum.*

7 *Hypotheca tacita competit filijs pro conſeruatione bonorum primi matrimonij, ſicuti pro doloſa adminiſtratione.*

8 *Mater, an teneatur cauere filijs primi viri de dote illis conſeruanda.*

9 *Diſpoſitio l. fœmina fuit inducta in pœnam iniuria illata filijs, & primo coniugi per tranſitum ad ſecunda vota.*

10 *Iniuria prædicta poteſt remitti à filijs, & à viro.*

11 *Iniuria prædicta cenſetur remiſſa ſtante legato coniugi facto in caſu ſecundarum nuptiarum, num. 31.*

12 *Iniuria dicitur remiſſa per cohabitationem filiorum.*

13 *Remiſſio iniuria inducitur ex legato licet ſcripto in teſtamento nullo, num. 33.*

14 *Diſpoſitio l. fœmina eſt inducta ſolo fauore filiorum.*

15 *Nemo renunciare poteſt iuri alieno.*

16 *Pœna ſecundarum nuptiarum, an & quales hodie ſint ſublata.*

17 *Pœna numquam cenſetur remiſſi reſpectu bonorum prouenientium ab ipſo filio.*

18 *Conſenſus expreſſus tam patris, quàm filiorum requiritur in remiſſione beneficij d. l. fœmina, n. 20.*

19 *Difficilius renunciatur diſpoſitioni iuris communis, quàm alijs priuilegiis.*

20 *Conſenſus filiorum tacitus non ſufficit, ſed debet eſſe expreſſus.*

21 *Legatum factum in caſu ſecundarum nuptiarum operaretur tantum remiſſionem iniuria illata teſtatori, non autem renunciationem iurium filiorum.*

22 *Conſenſus non porrigitur ad incognita, & ignorata.*

23 *Ignorantia iuris præſumitur in teſtatore litterarum ignaro, & in muliere.*

24 *Teſtator cenſetur ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis, num. 29.*

25 *Vſusfructus formalis ex quibus verbis inducatur, n. 26.*

27 *Vſusfructus formalis morte finitur.*

28 *Inſtitutus eius vita durante cenſetur grauatus poſt mortem alteri reſtituere.*

30 *Inuerisſimile eſt teſtatorem voluiſſe vxori acquiri proprietatem opulenta hæreditatis filis, dum ipſe ſolum vſumfructum reliquit.*

32 *Ex diuerſis non benè infertur.*

33 *Voluntas teſtatoris, quando non colligatur ex teſtamento nullo.*

CAPVT XXXV.

1 Famigerata eſt diſpoſitio *text. in l. fœmina, C. 2. nupt.* per quam coniux tranſiens ad ſecunda vota tenetur reſeruare filijs primi matrimonij quidquid ab illis, vel à primo marito percepit ſiue inter viuos, ſiue in vltima voluntate, retento ſibi ſolo vſufructu eius vita durante, & hoc ne peruenire poſſit in filios ſecundi matrimonij, & nouercam ſecundùm Sarmient. *Select. lib. 1. cap. 4. num. 3.* quamuis ſecundum alios, & magis communem opinionem potiſſima ratio, *d. l.* ſit fundata in iniuria illata primo coniugi, &
filijs ex eò natis, & ideò procedit, etiam ſi ſoluatur ſecun- 2
dùm matrimonium nullis liberis ex eo relictis, vt latè per Rot. *in Bonon. ſucceſſionis* 11. *Maii* 1635. coram Motman. *in Nouiſſ. part. 7. deciſ. 45. per tot.* & idem habetur *in l. generaliter, C. eod. tit. l. 2. C. de indic. vid. coll. & in §. nec illud Auth. de nupt.* Gabriel. *concluſ. 1. de 2. nupt.* Theſ. *quæſt. forenſ. cap. 29.* Rot. *deciſ. 80. num. 2. part. 6. recent. & in Romana ſucceſſionis 2. Decembris* 1639. & 15. *Ianuarii* 1642. coram Dunozetto, *& in Romana bonorum* 19. *Ianuarii* 1643. *coram Ghiſilerio.*

Quæ quidem doctrina procedit non ſolùm in matre tran-
ſeunte ad ſecunda vota, ſed etiam in patre ex identitate 3
rationis, & etiam reſpectu quæſitorum mediante ſucceſſione filiorum prædefunctorum ſuſceptorum à primo coniuge, Rot. *in d. Bononien. ſucceſſionis* 11. *Maii* 1635. coram Motman. *& in Nouiſſ. part. 6. deciſ. 80. num. 26. & ſeqq.*

Non tamen procederet in bonis, quæ filij primi matrimonij conſequuti fuerint ex ſucceſſione fratrum prædefunctorum, vel aliundè, & ſic non immediatè prouenienti-
bus ex ſubſtantia primi viri, & quæ ipſorum filiorum effe- 4
cta fuerint patrimonium, nam ſi deindè ijdem filij prædecedant matri, ipſa in eis conſequi debet ſaltem legitimam, cum ampliùs non conſiderentur tamquam ſubſtantia primi mariti, de quo videndum Rot. *in Romana nullitatis contractus 5. Decembris* 1633. coram Merlino *in Nouiſſ. part. 6. deciſ. 242. num. 6. & ſeqq.* cum concordantibus ibidem allegatis.

Et vbi mater haberet vnicum filium, qui ei prædeceſſeret eſſet admittenda ad illius ſucceſſionem non ſolùm pro vſufructu, ſed etiam quoad proprietatem, cùm tunc non ad-
ſint alij filij ex eodem matrimonio quibus illam reſeruare te- 5
neatur, & quorum fauore fuit inducta diſpoſitio *d. l. fœmina,* licet tranſiuerit ad ſecunda vota, *d. l. fœmina in fine, C. de 2. nupt.* Oinot. *Inſtit. hæred. ab inteſt. de 2. ord. ſuccedendi, n. 32.* Gratian. *diſcept. 140. num. 23.*

Pater igitur per tranſitum ad ſecunda vota non amittit
vſumfructum in bonis filiorum, ſed tantùm tenetur illis 6
reſeruare proprietatem ſi extant, Petr. Cabal. *conſ. 9. lib. 1.* Boer. *deciſ. 198. per tot.* Michalor. *de fratr. part. 1. cap. 3. n. 19. & part. 3. cap. 13.* Gratian. *diſcept. 519. num. 43. & ſeqq. cum Add. in fine comi, & diſcept. 989. num. 19.* itaut pro
tali conſeruatione ſint bona tacitè obligata ſicuti pro dolo- 7
ſa adminiſtratione, Neguſ. *de pign. parc. 2. membr. 4. num. 19. & num. 13.* & mater videatur cogi poſſe cauere filijs primi
matrimonij de dote illis conſeruanda, ad tradita per Surd. 8
deciſ. 279. num. 4. & ſeqq. cum alijs per Maur. *de fideiuſſ. p. 1. ſect. 3. cap. 20. num. 5. & cap. 40. ead. ſect. 3.* & Gratian. *d. cap. 519. num. 45.*

Et dicta legis diſpoſitio fuit inducta in pœnam mulieris
binube, propter iniuriam illatam filijs, & viro per talem 9
tranſitum, *§. qua vero in fine, Auth. de nupt.* Roman. *conſ. 219. num. 3.* Menoch. *de præſumpt. l. 4. præſumpt. 16. num. 20.* Hodiern. *in l. hac edictali, C. de ſecund. nupt. quæſt. 21. num. 3. & 4.*

Quò circa videbatur huiuſmodi iniuriam poſſe æquè per
filios ipſos, ac per maritum remitti ad text. *in §. perſpeximus* 10
Auth. de nupt. l. 1. §. vſque adeò, ff. de iniur. Hodiern. *in d. l. hac edictali d. quæſt. 21. num. 14.* Rot. *deciſ. 80. part. 6. recent.* Michalor. *de fratr. part. 3. cap. 13. num. 64. & ſeqq.* ac remiſ-
ſam intelligi per legatum de quo in caſu noſtro factum vxo- 11
ri in caſum ſecundarum nuptiarum gaudendum, & vſufructuandum donec vixerit, Bald. *in l. 1. num. 15. C. de 2. nupt.* Roland. *conſ. 81. num. 12. lib. 3.* Roman. *conſ. 219.* cum alijs per Hodiern. *d. q. 21. num. 14. & ſeqq.* ſicuti etiam per
cohabitationem in eadem domo, cùm poſſit dicta iniuria 12
remitti tam expreſsè, quàm tacitè, & ſic ſtante conſenſu tacito, vel expreſſo mariti, & filiorum ceſſat diſpoſitio dictæ legis fœminæ, quæ aliàs priuat tranſeuntes ad ſecunda vota, etiam legitima, Rot. *in Romana nullitatis contractus 18. Aprilis* 1633. coram Dunozetto *in Nouiſſ. part. 6. deciſ. 197. n. 1. & ſeqq. & deciſ. 242. ead. part. 6.* Gratian. *diſcept. 140. num. 3. & ſeqq. per tot.*

Quæ tacita remiſſio, ſeu potiùs licentia nubendi induci-
tur ex dicto legato quamuis ſcripto in teſtamento nullo, & 13
rupto, *l. vltim. ff. de reb. cor.* Alex. *conſil. 45. num. 2. lib. 1.* Caualer. *deciſ. 326. num. 3.* Seraph. *deciſ. 719. num. 30. & deciſ. 394. num. 13.* Rot. *parc. 7. recent. deciſ. 206. n. 23.*

Sed his non obſtantibus pro veritate conſultus in caſu

mihi propoſito dicerem nos verſari in diſpoſitione *d. l. fœmina*, nec eius pœnam fuiſſe remiſſam à teſtatore mediante dicto legato, nec à filijs mediante cohabitatione.

Et quoad teſtatorem cùm beneficium *d. l. fœmina* ſit inductum ſolo fauore filiorum, *vt in §. quoniam infirmas verſ. quis enim*, ibi, (*quibus ſolis hoc reſeruamus*) *& in §. ſi verò*
14 *expectet Auth. de nupt.* Rol. *conſ.* 81. *num.* 80. *lib.* 3. Rot. *deciſ.* 80. *num.* 16. *&* 23. *part.* 6. *recent.* non potuit mulieri binubæ pœnam dictæ legis remittere in præiudicium ipſorum filiorum, præcipuè cùm non ſint illius hæredes *§. ſed quod, & §. quoniam infirmas Auth. de nupt.* Hodier. *d. quæſt.* 21. *num.* 42. Theſaur. *quæſt.* 30. *num.* 30. cùm regulare ſit quod
15 iuri alieno nemo renunciare poſſit, *l. non ſolum, C. de bon. quæ lib. l. nec filius, C. ſi cert. pet. l. remittente, C. de iur. delib. l. dare filiorum ff. de tranſact. &c.* & licet pœnæ ſecun-
16 darum nuptiarum ſint hodiè ſublatæ eum videantur reſtringere libertatem matrimonij, & in eius odium redundare, non tamen vllo modo intelliguntur ſublatæ illæ, quæ ſunt inductæ fauore filiorum primi matrimonij prout in caſu noſtro, ſed tantum aliæ, Afflict. *deciſ.* 75. Gratian. *diſceptat.* 5. *per totum*, Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 13. *num.* 24. *& ſeqq.*

Præſertim quia hìc non agitur de ſucceſſione in bonis
17 mariti, ſuper quibus dici poſſit remiſſa pœna *d. l. fœmina*, ſed agitur de bonis prouenientibus ab ipſomet filio primi matrimonij, quo caſu numquam intelligitur remiſſa pœna *d. l. fœmina §. ſi verò ſolum, & § ſi autem in dotem Auth. de nupt.* Theſaur. *d. quæſt.* 30. *num.* 40. Decian. *conſ.* 35. *num.* 27. *lib.* 1. Hodier. *d. quæſt.* 21. *num.* 26. *& num.* 53. vbi concludit huiuſmodi pœnam *d. l. fœmina*, non intelligi remiſſam reſpectu filiorum per legatum factum in caſu ſecundarum nuptiarum.

Cùm enim ageretur de præiudicio notabili filiorum, & de renunciatione beneficij certi in iure ſcripti ad illorum
18 fauorem requirebatur tam patris, quàm illorum conſenſus expreſſus, nec tacitus ſufficiebat, Surd. *conſ.* 431. *num.* 32. *& ſeqq.* Rot. *deciſ.* 491. *num.* 15. *deciſ.* 543. *num.* 11. *part.* 5. *recent.* Sanchez *de matrim. lib.* 7. *diſput.* 89. *num.* 44. Gutier. *eod. tract. cap.* 109. *vbi num.* 51. reprobat Menoch. contrarium tenentem Hodiern. *d. quæſt.* 21. *num.* 45. *&* 46. Surd. *deciſ.* 100. *num.* 60. Rot. *Bonon. diuerſ. deciſ.* 84. *num.* 15. Rot. Rom. *in recent. part.* 1. *deciſ.* 638. *num.* 6. *& ſeqq.* & alibi ſæpè.

Eò magis quia tale ius filiorum prouenit ex diſpoſitione
19 iuris communis, cui difficiliùs renunciatur, quàm ſi competeret ex quouis alio priuilegio, *l. eius militis §. militia ff. de milit. teſtam.* Rot. *dec.* 48. *n.* 70. *part.* 1. *recent.*

Et quoad conſenſum filiorum, qui elicitur ex cohabitatione, reſpondetur iuxta magis veram, & communem Doctorum ſententiam huiuſmodi conſenſum tacitum non ſufficere, ſed ad hunc effectum remiſſionis dictæ pœnæ fuiſ-
20 ſe neceſſariam expreſſam renunciationem *d. l. fœmina*, vt latè per Rot. *in Caſenaten. prædij* 12. *Decembris* 1631. coram Merlino *in Nouiſſ. p.* 6. *dec.* 80. *n.* 14. *& ſeqq. & dec.* 242. *num.* 15. *ead. part.* 6. deciſio autem Dunozzeti in contrarium allegata non firmat pedes, & Gratian. loquitur contra communem aliorum opinionem, ſicuti reprobatur à Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 13. *n.* 64. *& ſeqq.*

Sed etiam poſito, & non conceſſo iuxta prædicta, quod ex dicto legato reſultaret aliquis mariti conſenſus circa ſecundas nuptias, ille operaretur dumtaxat remiſſionem
21 iniuriæ, qua afficiebatur ipſemet maritus per tranſitum vxoris ad ſecunda vota, non autem poſſet inducere remiſſionem pœnæ, ac renunciationem iurium ipſemet filijs per talem tranſitum competentium, vt benè diſcurrit Hodier. *in d. l. hac edictali d. q.* 21. *n.* 49. Rot. *d. deciſ.* 80. *num.* 17. 18. *&* 19. *part.* 6. *recent.*

Et tollit omnem difficultatem dilemma, quod aut maritus ignorabat diſpoſitionem *d. l. fœmina*, in fauorem filio-
22 rum primi matrimonij inductam, aut ſciebat, primo caſu non poteſt dici *d. l.* diſpoſitioni renunciaſſe, ex quo in ipſe renunciante deficiebat conſenſus, qui non porrigitur ad incognita, & ignorata, *l. nec ignorans, C. de donat.* Bart. *in l. qui Roma §. duo fratres num.* 11. *ff. de verb. oblig.* vbi etiam Alex. *num.* 27. & Iaſ. *num.* 21. Peregr. *de fideicom. art.* 52. *nu.* 40. Surd. *conſ.* 419. *num.* 36. Capt. *conſ.* 103. *num.* 5. Rot. *in Romana donationis* 16. *Martij* 1643. coram Bichio, &c. & talis autem iuris ignorantia in teſtatore litterarum ignaro in dubio eſt præſumenda, non ſecus, ac in muliere, Gregor.
23 *dec.* 571. *num.* 26. & Rot. *deciſ.* 723. *num.* 10. *part.* 2. *recent.* vbi loquitur in terminis renunciationis iuris quæſiti per tranſitum ad ſecunda vota.

Secundò verò caſu ſi teſtator ſciebat diſpoſitionem *d. d. fœmina*, vtique cùm ex ſe conformare voluiſſe præſumendum eſt dum vxori legauit prædium gaudendum, & vſufructuandum donec vixerit, & quod poſt eius mortem reuertatur, 24
& reſtituatur hæreditati ipſius teſtatoris, quo eſt idem omninò diſpoſitum *in d. l. fœmina*, vnde dicendum eſt fuiſſe conſtitutum merum vſumfructum formalem, vt de huiuſmodi verbis gaudendum, & vſufructuandum habetur, *in l. ſi* 25
alij fundum cum ibi net. ff. de vſu, & vſufr. leg. l. 1. *ff. de vſufr.* Bellon. *conſ.* 6. *num.* 4. *&* 5. Duran. *deciſ.* 146. *num.* 11. &
de verbis donec vixerit, Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præ-* 26
ſumpt. 136. *num.* 7. Rot. *deciſ.* 162. *num.* 3. *part.* 2. *& deciſ.* 535. *num.* 5. *part.* 4. *recent. in Mutinen. dotis* 16. *Ianuarij* 1641. coram Panzirolo, *in Rauennaten. manutentionis* 27. *Iunij* 1642. *&* 24. *Aprilis* 1643. coram Cerro, innctis præſertim verbis, *poſt eius mortem*, merus autem vſusfructus
formalis morte finitur, *§.* 1. *Inſtit. quibus modis vſufr. fin.* 27
Menoch. *conſ.* 193. *num.* 15. *Rot. in Ariminen. donationis* 4. *Decembris* 1641. coram Panzirolo, & conſolidatio vſusfructus huiuſmodi legati à teſtatore requiſita non poſſet dari niſi vſusfructus relictus ſit formalis, vt aduertit Rot. *in d. deciſ.* 162. *num.* 30. *part.* 2. *recent. & in Auenionen. vſusfructus*
18. *Martij* 1641. coram Ghiſilerio, &c. Et qui tantummo- 28
dò eius vita durante fuit inſtitutus, intelligitur grauatus poſt mortem alteri reſtituere, quamuis non fuerit expreſſum, cùm paria ſint relinquere in vita tantùm, vel grauare poſt mortem reſtituere, *l. Titia cum teſtamento ff. de leg.* 2. Magon. *deciſ. Florent.* 52. *n.* 4.

Prout in dubio teſtatorem ſe voluiſſe cum diſpoſitione 29
d. l. fœmina conformare dicendum eſt, l. hæredes mei, §. cum ita ff. ad Trebell. Alex. *conſ.* 55. *num.* 2. *lib.* 4. Seraph. *deciſ.* 968. *num.* 5. Rot. *deciſ.* 17. *num.* 46. *part.* 5. *recent. & in Romana dotis* 14. *Februarij* 1641. *§. & maximè*, coram Dunozetto.

Et omninò inueriſimile eſſet dicere teſtatorem noſtrum
qui noluit vxori binubæ acquiri proprietatem dicti legati 30
poſt eius mortem, voluiſſe poſteà vt acquireret proprietatem opulentæ hæreditatis filij, ſicuti in his terminis animaduertit Rot. *in Romana ſucceſſionis* 2. *Decembris* 1639. coram Carillo.

Nec applicatur caſui noſtro doctrina Baldi *in l.* 1. *circa finem, C. de* 2. *nupt.* & aliorum ſupracitatorum firmantium
pœnam *d. l. fœmina*, intelligi remiſſam ex legato vxori fa- 31
cto à primo marito in caſu ſecundarum nuptiarum, quia ſatis eſt reſpondere Baldum, & illius ſequaces non loqui in terminis noſtris, quando ſcilicet teſtator voluit mulierem binubam habere ſolum vſumfructum legati ſibi relicti eius vita durante, proprietatem verò poſt eius mortem reſtituere filijs, & propterea benè applicatur regula text. *in l. Papinia-*
nus, ff. de minor. quod ex diuerſis non benè fit illatio, Rot. 32
deciſ. 116. *num.* 46. *part.* 6. *recent.* & præſertim quia non intrat in præiudicium filiorum tacita remiſſio viri dum filij non ſunt hæredes teſtamentarij, ſed imò tamquam præteriti infirmant teſtamentum.

His verò firmatis nil refert, quod teſtatoris voluntas circa remiſſionem dictæ pœnæ eliciatur ex dicto legato quamuis ſcripto in teſtamento nullo, & rupto ex ſupra allegatis in obiecto, quia in omnem caſum id procedit tantùm in expreſsè diſpoſitis, non autem in ijs, quæ tacitè, & per interpretationem eliciuntur ex huiuſmodi teſtamento, vt benè declarat Bart. *in l. in teſtamento ff. de fideicommiſſ. libert.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 3. *coniect.* 20. *num.* 6. Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 15. *num.* 3. *verſic. declaratur* 1. cum alijs per Mart. *de ſucceſſ. legal. part.* 4. *q.* 1. *art.* 7. *num.* 9. *verſic. tamen hæc concluſio, & quæſt.* 11. *art.* 3. *num.* 20.

A R G V M E N T V M.

Dominus cenſus qualiter præferatur in emptione fundi cenſuati, an teneatur reſtituere melioramenta, quando cenſeatur iuri ſuo renunciaſſe, quid ſi plures cenſus ſint ſuper eodem fundo, & vnus præuenerit: An poſſint retrahi aliæ res ſimul venditæ, & quomodo hypotheca reuiuiſcat.

SVMMARIVM.

1 *DOminus cenſus omnibus præfertur in emptione fundi cenſiti, & debet denunciari.*
2 *An ſufficiat dominum cenſus aliundè notitiam habere de venditione fundi.*
3 *Domino cenſus nulla competit prælatio ſtante eius nullitate, nec aduerſus vicinos, vel conſanguineos.*
4 *Ius prælationis competit etiam in donatione in ſolutum, & emphyteuſi.*
5 *Dominus cenſus retrahens quando poſſit computare cenſum in partem pretij.*
6 *Dictio ſecundum operatur, vt tota diſpoſitio habeatur pro expreſſa.*
7 *Conditiones omnes contenta in Bulla cenſuum poſſunt in pactum deduci.*
8 *Dominus cenſus recipiendo terminos decurſos ab emptore, an videatur renunciare iuri retractus ſibi competenti.*
9 *Dominus cenſus retrahens, an teneatur reſtituere melioramenta per emptorem facta.*
10 *Dominus cenſus habet retractum ſolum ſuper fundo cenſito non ſuper toto prædio, num. 11.*
12 *Dominus cenſus anterioris præfertur in retractu domino cenſus poſterioris, etiam maioris quantitatis intelligendo quando ambo cenſus ſunt ſuper eodem fundo, num. 13.*
14 *Dominus cenſus quando poſſit retrahere alias res ſimul cum fundo cenſito venditas, & quomodo iſtud intelligatur, num. 15.*
16 *In retractu melior eſt conditio poſſidentis cæteris paribus.*
17 *Præuentio, & præoccupatio quando tribuat prælationem in iure retrahendi, num. 18.*
19 *Nemo poteſt ſuper re propria cenſum habere, nec prælationem ex cenſibus extinctis.*
20 *Acquiſitio quando non fuit reuocabilis reuiuiſcunt iura, & præſtant retentionem poſſeſſori.*
21 *Hypotheca amiſſa per acquiſitionem dominij reuiuiſcit quando ageretur de reuocatione illius, & durat ſemper quoad effectum retinendi.*

CAPVT XXXVI.

DOminus cenſus in emptione fundi cenſiti non eſt du-
bium quod omnibus, alijs præfertur, & ei debet de-
nunciari venditio cum omnibus ſuis conditionibus, ac per
1 menſem expectari, vt poſſit deliberare, an velit emere,
iuxta diſpoſitionem Conſtitutionis Pij V. *in ordine* 79. §. 6.
Seraph. *deciſ.* 1474. *num.* 1. *&* 2. Luduuiſ. *deciſ.* 425. *num.* 1.
Cenc. *de Cenſ. q.* 64. *num.* 32. *& q.* 65. *num.* 1. *& ſeqq.* & fuit
dictum per Rot. *in Vetulana Molendini Veneris* 12. *Ianuarij*
1652. coram Otthobono, vbi fuit reſolutum non ſufficere
2 dominum cenſus aliundè notitiam habuiſſe cùm deficiat di-
cta denunciatio pro forma neceſſaria, nec probetur plena
ſcientia conditionum, & pactorum, quæ in venditione erant
apponenda, ita vt ius retrahendi duret per triginta annos,
nec breuiori tempore præſcribatur, & ſit concedendum pro
eodem pretio quo fuit completa venditio, non obſtante
quod inſtrumentum appareat de ſumma maiori ad exclu-
dendum dominum cenſus.

Quod tamen intelligendum eſt quando cenſus fuit vali-
dus, & legitimè conſtitutus, & dominus cenſus vult pro
ſe retinere, non autem pro amico retrahere, aliàs ſtante
3 nullitate cenſus nulla competeret prælatio, ſicut etiam non
competeret aduerſus dominum directum, nec aduerſus vi-
cinos, vel conſanguineos retrahentes vigore ſtatuti, vel
ementes, Cenſ. *de Cenſ. quæſt.* 65. *num.* 1. *& ſeqq.* & Gra-
tian. *diſcept.* 903. *num.* 1. *& ſeqq. cap.* 876. *per totum, & cap.*
842. *num.* 60.

Et tale ius retrahendi competit non ſolùm, quando res
4 cenſita fuit vendita, ſed etiam quando fuit in ſolutum da-
ta, ſiue emphyteuſim, vel locationem perpetuam conceſ-
ſa, cùm huiuſmodi contractus dicantur alienatio, maximè
ſtante pacto affrancandi, quod facit tranſire locationem in
venditionem, vt benè probat Cenc. *de Cenſ. quæſt.* 66. *num.*
23. *& num.* 30. non tamen poterit dominus cenſus retrahens
à tertio emptore illi computare cenſum in pretium fundi re-
5 trahendi, ſed illud integraliter ſoluere tenebitur ſaluo ſibi
iure repetendi pretium cenſus ab illius impoſitore tanquam
cenſu ex eius culpa reſoluto, ſicuti poſſet eidem impoſitori,
& debitori cenſus illud imputare ſi ſibi facta intimatione
venditionis deliberet ab eo emere, vt per Cenc. *de Cenſ. d. quæſt.* 66. *num.* 14. *& ſeqq.*

Neque dubitandum eſt attendendam eſſe in omnibus ſuis
partibus dictam conſtitutionem Pij V. ſi non tanquam
publicatam, & vſu receptam in loco, ſaltem tanquam in
pactum expreſsè deductam in omnibus ſuis partibus per
ipſoſmet contrahentes vigore illius dictionis relatiuæ vide-
licet, *ſecundum quam Bullam*, quæ dictio, *ſecundum*, ope-
ratur, vt tota diſpoſitio dictæ Bullæ habeatur pro expreſſa, 6
Barboſ. *de dict. dict.* 358. *num.* 7. quod autem conditiones
omnes in dicta Bulla contentæ poſſint in pactum deduci per 7
contrahentes, etiam in locis vbi Bulla non eſt recepta, &
in cenſibus quandocumque creatis fatentur omnes, & in
ſpecie de pacto, quod dominus cenſus præferatur in vendi-
tione rei cenſuatæ, tradit Duard. *de Cenſ.* §. 4. *quæſt.* 16.
num. 9.

Ita vt dominus cenſus recipiendo aliquos terminos de-
curſos ab emptore fundi cenſuati, etiam abſque aliqua pro-
teſtatione, non videatur renunciare iuri retractus, nec ſibi 8
præiudicet, niſi eos reciperet tanquam ſibi immediatè de-
bitos ex ipſo inſtrumento venditionis, & illius vigore, pu-
ta quia emptor ad computum pretij in ſe ſuſceperit onus
ſoluendi dictos fructus, & dominus cenſus illos ab eo exi-
gat vigore huiuſmodi accollationis, Cenc. *de Cenſ. dict. quæſt.* 66. *num.* 36. *& ſeqq. ad* 74. Magon. *deciſ. Florent.* 94. *num.* 6.

Teneretur tamen dominus cenſus retrahens fundum cen- 9
ſitum reficere emptori omnia melioramenta neceſſaria, &
vtilia in eo facta ante motam litem retractus, facta verò
poſt motam litem non tenetur niſi fuerint neceſſaria, pro
quibus emptori dabitur ſaltem retentio, Boer. *deciſ.* 44.
num. 8. Cenc. *d. quæſt.* 66. *num.* 81. *& ſeqq. ad* 100. & vi-
dend. latè Tiraquel. *de retract. conuent.* §. 7. *gloſ.* 1. *per to-
tum*, Gratian. *diſcept.* 205. *num.* 11. *& cap.* 957. *num.* 30. *&
ſeqq. ad* 42. vbi videtur concludere non deberi huiuſmodi
melioramenta, niſi conſtat in expenſis valdè neceſſarijs, &
loquitur in retractu vicinorum, vel conſanguineorum vi-
gore ſtatuti.

Verùm prædicta de retractu competente domino cenſus
ſunt intelligenda reſpectu illius fundi certi, & determinati
tantummodò ſuper quo fuit cenſus impoſitus, & non re-
ſpectu totius prædij, niſi ſuper toto prædio fuerit cenſus 10
impoſitus, vndè ſi plures cenſus eſſent impoſiti ſuper eo-
dem prædio, nulli tamen ſuper toto prædio, ſed quilibet
cenſus eſſet impoſitus expreſsè ſuper aliqua determinata
portione particulari ipſius prædij diſtincta, & ſeparata ab
alijs portionibus eiuſdem prædij ſuper quibus ſunt impoſiti
alij cenſus, vel per fines certos, vel per menſuram, nempè
per certam quantitatem tornaturarum in quolibet cenſu
enunciatam, non dicerentur impoſiti ſuper vna, & eadem
re, ſed quilibet cenſus haberet, & recognoſceret ſuam pro-
priam rem cenſualem diſtinctam, ſeparatam ab alijs rebus
cenſualibus, quia res cenſualis omnium, & ſingulorum
cenſuum diceretur reſtricta ad eam tantummodò portio-
nem prædij in vnoquoque cenſu deſcriptam, vel per fines,
vel per menſuram, vt in punctu poſt Cenc. *de Cenſ. part.*
1. *cap.* 3. *quæſt.* 3. *art.* 1. *num.* 20. *&* 35. tradit Duard. *eo-
dem tractat.* §. 1. *quæſt.* 49. *ſub num.* 3. vbi loquitur de re
cenſuali per fines deſcripta, *& quæſt.* 50. *num.* 3. vbi de re
cenſuali per certam quantitatem tornaturam demon-
ſtratam.

Ex quibus ſequitur, quod vendito prædio, ſuper quo
plures cenſus eſſent impoſiti diſtinctis, & ſeparatis portio-
nibus cuiuslibet cenſus, iuxta ſuperiùs dicta, diceretur
quæſitum ius retrahendi cuilibet ex dominis dictorum cen-
ſuum, non quidem totum prædium, ſed tantummodò il- 11
lam portionem prædij, ſuper qua vnuſquiſque haberet cen-
ſum impoſitum, prout ſonant verba Bullæ, ex quibus con-
ceditur domino cenſus prælatio in ſua re cenſuali, quæ di-
citur eſſe in vnoquoque cenſu ea tantummodò portio præ-
dij, quæ in quolibet inſtrumento eſt per fines, vel menſu-
ram demonſtrata, vt per Cenc. & Duard. *loc. cit. & per
alios paſſim.*

Nec iſto caſu adaptari poſſet regula, quæ in concurſu plu-
rium cenſuum traditur à cenſualiſtis, nempè quod ille, qui
eſt dominus cenſus antiquioris, ſeu prioris, & anterioris
veniat præferendus illi, qui eſt dominus cenſus poſterio-
ris, etiam ſi cenſus poſterior eſſet maioris quantitatis, cùm
ſit attendendus ordo temporis, vt qui prior eſt tempore po- 12
tior ſit in iure retrahendi, Cenc. *de Cenſ. q.* 65. *num.* 4. *&* 5.

Gra-

Gratian. *diſcept.978.num.19.* Duard. *de Cenſ.§.4. quæſt.* 13.
*num.*1.*& ſeqq.* quia regula iſta procedit tantum, & eſt intel-
ligenda quando ageretur de cenſibus conſtitutis ſuper eo-
dem fundo, & eadem portione prædij. in indiuiduo, &
pro indiuiſo, ſecùs autem quando quilibet cenſus eſt impo-
13 ſitus ſuper portione particulari prædij ab alijs diſtincta, &
ſeparata per fines, vel per menſuram, nam abſurdum eſſet
dicere, quod ille, qui eſt dominus cenſus anterioris impoſi-
ti ſuper vna re particulari eſſet preferendus alteri, qui eſt
dominus alterius cenſus poſterioris impoſiti ſuper alia re,
cum dominus cenſus non habeat prælationem niſi in pro-
pria re cenſuali ſuppoſita illi cenſui, cuius eſt dominus, vt
ſupra demonſtratum fuit, & in his terminis loquuntur DD.
ſupra citati.

Prout nec minus adaptare poſſe arbitror ea, quæ pariter
cenſualiſtæ tradunt, nempè quod quando venditur res cen-
ſualis vnà cum alijs bonis, quæ ſint partes, vel membra
adinuicem cum re cenſuali, vel ita ei adiacentia, vt dura,
& damnoſa reddatur ſeparatio vnico tantùm pretio conſti-
14 tuto, tunc poſſit dominus dictæ rei cenſualis retrahere
vnà cum ipſa re cenſuali, etiam alia bona inſimul, & vni-
co pretio vendita, vt per Cenc. *de Cenſ. quæſt. 66. numer.*
100.*& ſeqq.* Duard. *eod.tract.d.§.4.quæſt.*16.*num.*13. Magon.
*dec.Florent.*29.*per tot.* Gratian.*diſcept.*745. *nu.*65. *&* 947.
per tot.

Quia hoc procederet quando alia bona, quæ venduntur
inſimul cum bonis cenſualibus eſſent libera, nec alteri cen-
ſui ſuppoſita, nam ſi non ſint libera, ſed alteri cenſui obli-
gata, non poteſt dominus vnicus cenſus illa retrahere
15 quamuis inſimul, & vnico pretio cum bonis ſuo proprio
cenſui ſuppoſitis vendita in præiudicium illius, qui eſt do-
minus alterius cenſus impoſiti ſuper dictis bonis venditis
inſimul cum bonis cenſualibus primo cenſui ſuppoſitis,
ſed quilibet dominus dictorum cenſuum habet ius retra-
hendi ſuper proprijs bonis proprio cenſui ſuppoſitis, non
attenta prioritate, vel poſterioritate dictorum cenſuum
tamquam ſuper diuerſis bonis impoſitorum iuxta ſuperiùs
firmata.

Vel etiam quia cùm ille qui emit totum prædium repe-
riatur in illius poſſeſſione, & portiones particulares, ſu-
per quibus fuerunt impoſiti cenſus, quorum vigore præ-
tenditur retractus dicantur eſſe minima pars ipſius prædij,
tantùm abeſt, vt cæteræ portiones eiuſdem prædij venditæ
vna cum portionibus ſuppoſiti dictis cenſibus dici poſſint
membra, & partes dictarum portionum ſuppoſitarum cen-
ſibus prætendentis retractum, vt potiùs portiones ipſis dictis
cẽſibus ſuppoſitæ dici poſſint membra, & partes cæterarum,
portionum dicti prædij venditarum vnà cum portionibus
cenſualibus, ita vt nihil operante in caſu noſtro prioritate
vnius ex cenſibus iuxta ſuperiùs dicta videatur ex oratio-
ne prædicta adiacentiæ, & cohærentiæ cæterarum portio-
num dicti prædij præferendus potiùs emptor in portioni-
bus cenſuum, quorum vigore prætenditur retractus, quam
dominus ipſorum cenſuum in portionibus aliorum cen-
16 ſuum valdè maioribus peruentis in ipſum emptorem,
& maximè quia cæteris paribus melior eſt conditio poſ-
ſidentis, vt ferè in his terminis tradit Duard. *de cenſ. dict.*
*quæſt.*13. *num.*7. & Rot. poſt Cenc. & Duard. *deciſ.*308. *nu-*
mer. 11. Vinc. de Franc. *deciſ.* 550. *& ſeqq.* Gratian. *diſcept.*
526. *numer.* 8. *& c.* 742. *numer.*74. *&* 745. *numer.*7. *& ſeqq.*
17 *ad* 32. *& in* 87. *& c.* vbi quod præuentio, & præoccupatio
in ſimilibus dat prælationem, maximè ſtante æqua iure.

Nec etiam aliquod ius prælationis prætendere poteſt do-
minus cenſus ſuper alijs portionibus eiuſdem prædij, quæ
remanſerunt liberæ, nec alijs cenſibus ſuppoſitæ, tum quia
ius prælationis competens vtrique ex contendentibus re-
ſtringitur tantùm ad illas portiones prędij vnicuique ex di-
ctis cenſibus ſuppoſitas, ita vt eorum prælatio non poſſit
extendi ad alias portiones prædij, quæ liberæ remanſerunt,
& propterea cæteræ dictæ portiones prædij liberæ potuerunt
cuilibet vendi, tum etiam quia dato quod alter ex præten-
dentibus, in dictis portionibus liberis eſſet præferendus tam-
quam venditis cum alijs portionibus prædij ſuppoſitis om-
nibus cenſibus, vtique ratione poſſeſſionis, præuentionis,
& præoccupationis eſſet in illis præferendus emptor totius
18 prædij, ad tradita per Rot. *d.deciſ.*308.*nu.*11. Duard. *d.quæſt.*
13.*num* 7. Franch.*d.deciſ.*550.*num.*12. *& ſeqq.* & Gratian.*in*
locis ſupra citatis.

Nec pariter obijciatur, quod cum emptor acquiſiuerit
iure dominij totum prædium, omnes cenſus quos ipſe
habebat ſuper portionibus dicti prædij remaneant extincti,
cùm nemo poſſit ſuper re propria, & à ſe poſſeſſa cenſum 19
habere, & propterea emptor non poſſit vti iure retractus
proueniente ex dictis cenſibus extinctis, Cenc. *de cenſ. quæſt.*
107.*num.*23. Gratian.*diſcept.*876.*num.*9.*&* 10. Duran. *deciſ.*
404.*num.*3.

Quia reſpondetur, quod iura dictorum cenſuum extin-
ctorum reuiuiſcere dicuntur quotieſcumque acquiſitio non
fuit irreuocabilis, & præſtant poſſeſſori, & domino re-
tentionem ad impediendum retractum ab alijs vigore alio- 20
rum cenſuum intentatum, Rot *d.deciſ.*304. *num.*5. *& ſeqq.*
poſt Cenc. & Duard. *de Cenſ.* Gratian.*diſcept.*885.*num.*25. ſi-
cuti idem dicimus de hypotheca, quæ licet amittatur per ac-
quiſitione dominij in re hypothecata, tamen reuiuiſcit
quando ageretur de illius reuocatione, & durat ſemper ta-
tem quoad ius retinendi, Afflict. *dec.*16. *n.*3. Capyc. *dec.*43.
per tot. Gratian.*diſcept.*3.*n.*5.269.*n.*28.706. *n.*60,876.*&* 885.
*num.*25.

A R G V M E N T V M.

Caupones, nautæ, & ſtabularij qualiter teneantur de furto in hoſpitio, naui, vel ſtabulo commiſſo, & quomodo quantitas rerum derobatarum probetur: An teneantur omnes viatores recipere, & etiam milites, an poſſint impedire ne aliud vicinum hoſpitium aperiatur, & qualiter excuſentur à receptatione bannitorum.

S V M M A R I V M.

1 *Caupones, nautæ, & ſtabularij cadunt ſub Rubrica trium latronum.*

2 *Caupones, & ſimiles qualiter teneantur de furto in hoſpitio commiſſo.*

3 *Furtum præſumitur commiſſum à cuſtode rei furatæ.*

4 *Caupones, & ſimiles tenentur de facto ſuæ familiæ.*

5 *Dominus tenetur pro facto inſtitoris expreſſe, vel tacitè præpoſiti.*

Inſtitor, & præpoſitus quando quis dicatur, & eius confeſſio nocet domino.

6 *Conſignatio non eſt neceſſaria, ſed ſufficit ſimplex immiſſio, vt caupones teneantur de furto.*

7 *Caupones qualiter teneantur de facto viatorum, & extraneorum.*

8 *Proteſtatio cauponis qualiter eum releuet, num.* 11.

9 *Traditio clauium cameræ, an releuet cauponem à cuſtodia.*

10 *Caupones præſumuntur in dolo quando furtum fuit factum ſine fractura, & per feneſtram baſſam ſine ferrata.*

12 *Caupones, & ſimiles non tenentur de caſu fortuito.*

13 *Caupones tenentur de leuiſſima culpa.*

14 *Quantitas rerum furatarum probatur iuramento ipſius derobati.*

15 *Caupones tenentur omnes viatores recipere, & quando ſecus.*

16 *Caupones qualiter excuſentur à pœna receptantium bannitos.*

17 *Caupones ſunt exempti ab albergo militum, ſed contra num.*19.

18 *Caupo an poſſit impedire ne aliud vicinum hoſpitium aperiatur.*

C A P V T XXXVII.

QVoniam caupones, nautæ, & ſtabularij habent præſum-
ptionem iuris contra ſe, vt vix ab furto abſtinere va-
leant, & iura omne malum aduerſus eos præſumunt, adeò
vt pace bonorum ſi aliqui reperiantur cadant ſub Rubrica
trium latronum, ſecundum Magon. *deciſ.Flor.*25. *num.*14. 1
& ſeq. vbi allegat text. *in l.*1.*§.*1.*ff. de naut. caup. & ſtabul.* cum
huiuſmodi homines regulariter ſint vulgares, mali, & rapa-
ces, ac ideò ſeuerè contra illos agendum ſit, alioquin dare-
tur eis materia colludendi cum furibus, & latronibus aduer-
ſus hoſpites, immò nec formidine pœnarum contra eos ri-
gorosè editarum abſtinere queunt fraudibus iuxta illud, nec
hoſpes ab hoſpite tutus, vt quotidie experientia rerum ma-
giſtra docet *d.l.*1.*§.maximè ff.eod.* Bald.*in l.*1.*ſub num.*6.*C.lo-*
*cat.reſol.crim.caſ.*70.*n.*41.

In

In caſu mihi occurrenti dixi quendam cauponem, ſeu ta-
bernarium teneri pro furto in eius hoſpitio de nocte ſequu-
to abſque eo quod ſciretur à quibus commiſſum fuerit, cùm
omni caſu ab eo, vel eius familia, ſeu ab eis quorum opera
vtitur, aut eius culpa à vicinis, vel alijs latronibus, ſeu ab
alijs viatoribus factum eſſe de neceſſitate oporteat, quibus
omnibus caſibus ratione cuſtodiæ ſuſceptæ ſaltem de rece-
pto ciuiliter teneri non dubitatur, iuxta inferius pro clario-
ri intelligentia diſtincto ordine dicenda.

Aut igitur furtum fuit commiſſum ab ipſo caupone, nau-
ta, vel ſtabulario, qui omnes pari paſſu ambulant reſpectu
præſumptionis iuris contra eos exiſtentis, & non poteſt ne-
gari quin de proprio facto, & delicto teneantur, inquit enim
2 Prætor *in d.l.1.ff.naut.caup.ſtabul.* quod cuiuſque ſaluum fo-
re receperint niſi reſtituant in eos iudicium dari, cùm ne-
ceſſe ſit eorum fidem ſequi, reſque imò vitam ipſam cuſto-
diæ eorum committere, Angel. ſiue Vital. *in tract. malef. tit.
de furt. aduerſ. naut. numer.1.* Boſſ. *eodem tit. in princip.* vbi
allegat *l.vn.ff.furt. aduerſ.naut.* & ab ipſis rei cuſtodibus fur-
3 tum commiſſum præſumi, ac poſſe ipſos, eorumque fami-
liam torqueri, maximè quando, prout in caſu noſtro agitur,
de perſonis vilibus, vel malæ conditionis, & famæ, ſcribit
Menoch. *de præſumpt. lib.5. præſumpt.31. num.1.* & Boſſ. *vbi
ſupra num.3.*

Aut fuit commiſſum furtum ab eorum familia, vel alijs
quorum opera vtuntur in caupona, naui, vel ſtabulo, & pari
modo tenentur ipſi tamquam domini ex quaſi delicto, cùm
ſint in manifeſta culpa dum opera malorum hominum
4 vtuntur *§. fin. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſ. delict. naſ.* vbi Plat.
Oinot. & alij *l.vn.ff.furt.aduerſ.naut. l.fin.§. hac autem actio-
ne ff. Naut.caup.& ſtabul.* Boſſ. *loc.ſup.cit.in princip.* & Angel.
Vital. *de malef.loc.cit.in princ. & num.7.* & qualiter tenean-
tur de culpa, & negligentia ſuæ familiæ, vide quos allegat
Magon. *deciſ.Flor.111.num.12. & num.57.*

5 Regulariter enim tenetur dominus pro facto inſtitoris
circa id, ad quod eum præpoſuit expreſsè, vel tacitè, nam
dum patitur aliquem exercere officium in domo ſua vide-
tur illum præponere, & eo ipſo quod domino ſciente quis
exercet, videtur inſtitor, & præpoſitus, Bart. *in l.1.§. magi-
ſtrum num.2. & in l.quicumque §. non tamen ff. de inſtitut. act.*
cum alijs per Gratian. *diſcept. forenſ. cap.677. num.24. & ſeqq.
vbi etiam num.43. & ſeqq. ad 52.* quod confeſſio huiuſmodi
propoſiti, vel inſtitoris, & tantò magis ſocij præiudicat do-
mino.

Ad hoc autem, vt caupo, nauta, vel ſtabularius teneantur
de recepto pro immiſſis in hoſpitio, naui, vel ſtabulo non
eſt neceſſe quod res illis fuerint conſignatæ, & ſingulariter,
6 vel ſigillatim oſtenſæ, quia eo ipſo quod immiſſæ fuerunt
videntur receptæ, licèt non fuerint conſignatæ, nam immiſ-
ſio cum ſcientia, & patientia illorum æquiparatur conſigna-
tioni, & receptioni formali, *l.1.§.fin.ff. naut. caup. & ſtabul.*
Angel. ſiue Vital. *de malef. d.tit. de furtis aduer. naut. num.4.*
Maſcard. *de probat. concluſ.832. num.14.* cum alijs multis per
Cabal. *reſol. crimin. caſ.70. num.4. & 5.* vbi allegat, & ſequi-
tur Bald. qui formaliter dicit hæc verba *in d.l.1.ff.naut.caup.
& ſtabul.* Nota quod nautæ, caupones, & ſtabularij ipſo fa-
cto videntur recipere, & promittere ſaluum fore patiendo
res intermitti quamuis non ſint eis ſpecialiter aſſignatæ, vn-
de ſi tu patiente hoſpitatore mittis roncinum, ſiue equum in
ſtabulo, & poſtea aliò vadis, & cum reuerteris eum non in-
uenis, hoſpitalarius tenetur tibi, etiam ſi ſibi nihil dixeris, &
etiam ſi ibi nolebas habitare de ſero, ſequitur Gratian. *di-
ſcept.677.num.27.*

Aut furtum fuit commiſſum ab aliquo extraneo, vel
viatore, qui ibidem hoſpitatus fuit, & pariter tenetur nau-
ta, caupo, vel ſtabularius ſaltem ciuiliter de recepto, niſi
7 expreſsè ab initio fuerint proteſtati ſe nolle teneri de facto
extraneorum, & viatorum, *l.1.§.fin. & l. ſicut iuncta gloſſ.
ff. naut.caup. & ſtabul.* hocque ratione cuſtodiæ, quam tales
perſonæ tenentur habere ad res illis conſignatas, vel iux-
ta prædicta ſimpliciter immiſſas in cauponam, nauim, vel
ſtabulum, & dicuntur eſſe in culpa, & negligentia pro-
pter malam cuſtodiam, & tenentur de leuiſſima culpa
licet huiuſmodi contractus dicatur gratia vtriuſque celebra-
tus, cùm ob præſumptionem iuris contra illos exiſtentem,
& propter ſuos ſolitos malos mores arctiùs obligari de-
beant, quàm cæteri locatores, & ob id non facta ab initio, di-
cta proteſtatione ſubire debent periculum quoad omnes, Vi-
tal. *d.tract. de malef. tit. de furt. aduerſ. naut. num.4.* latè, &
pulchrè reſoluit Petr. Cabal. *d.caſ.70. num.7. & ſeqq. per tot.*
quem ſequitur Gratian. *diſcept. forenſ. cap.677. numer.29. &
ſeqq.*

Contraria autem quæ poſſent allegari per text. *in l. vn. §.
fin. ff. furt. aduerſ. naut. caup. & ſtabul. & in l. licet §. in fa-
ctum ff. naut. caup. & ſtabul.* in quibus locis videtur expreſ-
sè decidi cauponem, nautam, vel ſtabularium non teneri
de facto viatorum, & extraneorum propter ſolam immiſ-
ſionem rerum in hoſpitio, naui, vel ſtabulo niſi expreſsè
illarum cuſtodiam ſuſceperint, procedere poſſunt, vbi cri-
minaliter ageretur, vel vbi ab initio fuiſſet facta ſupradi-
cta proteſtatio, ſecùs autem quando agitur ciuiliter actio-
ne in factum de ſuſcepto ratione debitæ cuſtodiæ, & quan-
do nulla ab initio præceſſit proteſtari ſe non teneri velle 8
de facto extraneorum, & viatorum, vt ſoluit *gloſſ. in d. l.
ſicut ff. naut. caup. & ſtabul.* Anchar. Regienſ. *qu.61. num.7. &
8. lib.1.* Caball. *d.caſ.70. num.9.* & Gratian. *d.cap.677. num.31.
& ſeqq.*

Atque omnia prædicta procedunt etiam ſi caupo conſi-
gnaſſet hoſpiti Cameram cum clauibus, & hoſpes in dicta
camera res ſuas ſecus detuliſſet, niſi hoc feciſſet caupo ab
initio, & cum ſupradicta proteſtatione, quia aliàs videtur
tradidiſſe claues ſolum ad effectum vt aduena poſſet res
ſuas quando velit, & ad ſui libitum accipere, non autem
pro ſe liberando à cuſtodia ad quam tenetur, & cui per ac-
ceptationem clauium non videtur ab aduena renunciatum, 9
& in ſe ipſum ſuſcepta cuſtodia, ita vt nec etiam traditio cla-
uium cum proteſtatione poſſit releuare cauponem ſi fiat ex
poſt facto, & non ab initio quando aduena ingreſſus fuit ho-
ſpitium, *gloſſ. in l.fin.§. item ſi prædixerit ff. naut. caupt. & ſta-
bul.* vbi Bart. & Oinot. *in §.fin. num.4. Inſtit. de oblig. quæ ex
quaſ. delict. naſc.* Vital. *de Malef. tit. cit. num.6. in fine*, & præ-
cipuè vbi furtum factum fuit ſine fractura, quo caſu hoſpi- 10
tator præſumitur in dolo, Caſtr. *in l. dominus horreorum num.
4. & 5. ff. locat.* ſicut & quando fur introiuit per feneſtram
baſſam non habentem ferratam, Rimin. *conſ.361.* cum alijs
per Cabal. *d.cap.60. num.16. & 17.*

Imò nec ſufficeret proteſtatio ſupradicta niſi viatores
expreſsè illi conſentiant, & cuſtodiam rerum ſuarum in
ſe ſuſcipiant, ita vt non ſufficiat tacitus conſenſus per non
contradictionem, quia cùm caupo, nauta, vel ſtabularius te- 11
neantur de neceſſitate ex legis diſpoſitione cuſtodire res in-
troductas, proteſtatio huiuſmodi contra legem facta non re-
leuat niſi pars conſentiat expreſsè, vel niſi facta fuerit à
principio antequam viatores ſe receperint in hoſpitio, & res
ſuas intromiſerint, cùm tunc poſſit illis imputari ſi audi-
ta huiuſmodi proteſtatione ante ingreſſum hoſpitij in illo
remanſerunt, *d.l.fin.§. item ſi prædixerit, vbi gloſſ. ff. naut.
caup. & ſtabul.* & latè declarat Petr. Cabal. *dict. caſ.70. num.
20. & ſeqq. ad 38.*

Aut furtum fuit commiſſum, ſiue aliter damnum datum
viatori in hoſpitio, ſiue naui, vel ſtabulo per vim latro-
num, & piratarum, aut naturaliter, vel ex naufragio, & ſic
caſu fortuito, & tunc caupo, nauta, vel ſtabularius excu-
ſantur, quia caſum fortuitum præſtare non tenentur, *l.3.§.
unde labeo ſcribit ff. naut. caup. & ſtabul.* Vital. *de malef. d.tit.* 12
num.10. Martha *vot. Piſ.58. per tot.* Griuel. *deciſ. 49. per tot.*
intelligendo tamen, prout loquitur ille tex. quando conſtat
de vi, & armata manu, & fractura, ac cum nihil nautæ, cau-
poni, vel ſtabulario imputari poteſt, quibus incumbit onus
probandi caſum fortuitum, cùm furtum licèt numeretur in-
ter caſus fortuitos ſit de illis caſibus, qui regulariter ſine il-
lorum culpa euenire non ſolet, quod quamuis intelligatur
de culpa leuiſſima, tamen & de illa tenentur propter ſuos 13
malos mores, vt ſupra dictum fuit, & probat *gloſſ. in d.l.3. §.
at eum prætor, verſ. at hoc edicto ff. naut. caup. & ſtabul.* Ber-
tazol. *conſ.68. num.4.5.* Grat. *conſ.94. num.52.* cum alijs pe Ca-
bal. *d.caſ.70. num.13. & ſeqq.*

Quantitas autem rerum ſubtractarum, furatarum de
capſa, vel valiſia, quæ clauſa fuit conſignata, vel immiſſa in
hoſpitio, vel naui ſi reperiatur aperta, & diſſigillata, nec con-
ſtet à quo, ſiue quibus fuerit aperta, & ſic quando ſumus in
dubio, cùm ex ſola apertura, & diſſigillatione arguatur 14
fraus, & dolus contra nautam, vel cauponem probabitur iu-
ramentum ipſius derobati, & damnum paſſi, niſi qualitas fa-
cti, & perſonarum aliter ſuaderet, vt latè declarat Menoch.
de arbitr. caſ.208. num.26. & ſeqq. ad 44. Oinot. *in §. fin. Inſtit.
de oblig. quæ ex quaſ. delict. naſc. numer.5. &c.* Vital. *de malef.
tit. ſup. citat. num.5.* Iaſ. *in l. in actionibus ff. de lite in iuram. n.
41. & ſeqq.* Boſſ. *de furt. aduerſ. naut. caup. et ſtabul. num.4.* adde
Plot. *tract. de in lit. iurand. §.10. per tot.*

Quo

Qui quidem caupones, vel ſimiles licèt ab initio ſit in eorum arbitrio an velint exercere hoſpitium, vel ſimilia, cum regulariter ad id cogi non poſſint niſi ex iuſta cauſa, tamen poſtquam inceperunt tenere apertas tabernas, & ſemel id officium voluntariè ſuſceperunt ad hoſpitandum viatores, & ſignum cauponæ oſtentare, coguntur omnes viatores recipere, & acceptare, niſi ex cauſa magnæ multitudinis recuſarent, *l. vn. §. vlt. ff. furt. aduer. naut.* Oinot. *in d. §. fin. num.* 7. Petr. Cabal. *reſol. crimin. caſ.* 187. *num.* 1. *& caſ.* 287. *num.* 70. *& ſeqq.*

Ita ſi dicti caupones (vt hoc obiter in eorum fauorem adnotaui) ignoranter ſicuti præſumitur receptauerint bannitos ſine dolo, non teneantur pœna receptantium bannitos, ſed poſſunt abſque alicuius pœnæ incurſu 16 illis dare comedere, & bibere, maximè ſi per tranſitum peruenīant ad hoſpitium cauſa ſe refocillandi, & dummodò id ignoranter agant ſine dolo, quamuis excuſari poſſent, etiam ſi ſcirent, & cognoſcerent illos eſſe bannitos quando per violentiam fuerunt coacti illos recipere, nec reſiſtere potuerunt, quia ſtatutum puniens receptatores bannitorum, vel malefactorum non procedit contra eos, qui ſimpliciter ſine dolo, & fraude, vel coactè illis darent comedere, & bibere, ſed contra eos, qui doloſè abſcondunt, & protegunt, vt latè probat Cabal. *dict. caſ.* 287. *number.* 71. *& ſeq. ad finem*, Menoch. *de arbitr. caſ.* 348. *num.* 15. *& ſeqq. ad finem*.

Debent tamen caupones deputari ad recipiendum peregrinos, & viatores eſſe exempti, & liberi ab albergo militum, cum ſint occupati in receptione peregrinorum, ita vt nec teneantur illis ſubminiſtrare lectos, & victualia, niſi quando ab alijs repetiri non poſſent, quo caſu debet illis omne damnum reſarciri, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 898. *num.* 23. *& ſeqq.* vbi etiam, quod habens hoſpitium in aliquo loco non poteſt impedire nec prohibere ne ibidem aliud vicinum hoſpitium conſtituatur licèt ob id diminuatur concurſus hominum ad primum hoſpitium, niſi haberet priuilegium, vel conſuetudinem prohibendi.

Sed id quod dicitur exemptionem dandi albergum, lectos, & alia militibus malè ſeruatur in praxi, cum quotidie videamus in multis locis, prout pluries ego vidi adueniente caſu ad id compelli, & meritò, cum hoſpites, ſiue cau- 19 pones noſtri temporis non mereantur tale priuilegium eis ſeruari, quia non pro officio pietatis, prout olim receptantùm iuſta mercede recipiunt peregrinos, & viatores, ſed pro ſordido lucro plus nullo exigendo, & capiendo quantùm poſſunt.

A R G V M E N T V M.

Conditiones qualiter ſint implendæ, quæ ſubintelligantur à iure, & multa de cautione mutiana. Legatum vſusfructus quid contineat, & quæ adimplere debeat vſufructuarius, quid ſi non habeat cohæredem in proprietate. Legatum factum vxori donec in viduitate vixerit, quomodo reſoluatur, & quando ſit perpetuum.

S V M M A R I V M.

1 *COnditio nihil ponit in eſſe, ſed debet impleri, & quando habeatur pro impleta, num.* 2.

3 *Conditio non requirit cauſam, & etiam leuis, vel impertinens niſi ſit turpis, vel impoſſibilis debet impleri.*

4 *Conditio ſi ſine liberis ſubintelligitur à iure.*

5 *Conditio caſtè, & honeſtè viuendi ſemper cenſetur appoſita vxori.*

6 *Cautio mutiana quando admittatur loco implementi conditionis.*

7 *Cautio mutiana non habet locum in contractibus inter viuos, nec in pijs cauſis.*

8 *Verba,* donec, *& quouſque quando reſoluatur in conditionem, num.* 11.

9 *Vxori cui relicta ſunt alimenta ſi cum filio habitauerit tenetur cautionem præſtare.*

10 *Cautio mutiana eſt præſtanda, etiam ſi non petatur à parte.*

12 *Cautio mutiana quid operetur ſi non ſeruetur conditio.*

13 *Inſtitutus in vſufructu nullo cohærede dato cenſetur, etiam inſtitutus in proprietate.*

14 *Inſtitutus in vſufructu ſi per defectum cohæredis habeat proprietatem cenſetur grauatus poſt mortem illam reſtituere venientibus ab inteſtato.*

15 *Verba,* donec, *& quouſque faciunt valere legatum vſusfructus pro tempore præterito, & tunc non eſt neceſſaria cautio mutiana.*

16 *Legatum relictum vxori donec vixerit quomodo reſoluatur, & quando ſit perpetuum, num.* 17.

18 *Vſusfructus finitur morte naturali, vel ciuili vſufructuarij.*

19 *Vſufructuarius non poteſt alteri legare niſi in vita ſuperueniat proprietas.*

20 *Vſusfructus quando cenſeatur reſtrictus ad alimenta, vel plenum importet vſumfructum.*

21 *Vſufructuarius quilibet tenetur cauere de vtendo arbitrio boni viri ſi petatur, num.* 22.

23 *Vſufructuarius non præſtita cautione an, & quomodo faciat fructus ſuos.*

24 *Vſufructuarius ſi non inueniat fideiuſſorem quid agendum.*

25 *Alimentarius tenetur dictam cautionem præſtare.*

26 *Vſufructuarius quilibet tenetur conficere inuentarium, & quare.*

27 *Legatum vſusfructus mobilium, & immobilium quid contineat.*

Vſusfructus qualiter conſiſtere poſſit in mobilibus, quæ vſu conſumuntur.

28 *Aeſtimatio mobilium in quibus conſiſtit vſusfructus qualiter ſit reſtituenda.*

C A P V T XXXVIII.

COnditio nihil ponit in eſſe, adeò vt ante illius euentum nulla dicatur orta actio, nec obligatio, *l. cedere diem ff. de verb. ſignif. & l. ſtipulationem* 22. *ff. de iur. dot.* & 1 tamquam inducens formam debet præcisè impleri non per æquipolens, *l. qui hæredi, & l. Mæuius ff. de condit. & de-* 2 *monſtrat.* quamuis habeatur pro impleta, quando implementum impeditur per eum, cui erat implenda, Magon. *deciſ. Flor.* 144. *num.* 2. *&* 5. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 851. *num.* 3.

Quod procedit in quacumque conditione quantumuis leui, impertinenti, vel inutili, ſiue deriſoria, cum omnis conditio debeat obſeruari, & impleri adhoc vt vltima voluntas, vel contractus ſuum ſortiatur effectum, quaſi non requi- 3 rat cauſam, ſed ſola apponentis rei ſuæ voluntas attendatur, dummodo non ſit turpis, vel impoſſibilis de iure, vt latè probat Duran. *tract. de condit. & mod. impoſſ. part.* 2. *cap.* 4. *per tot.* qui tractatus habetur impreſſus poſt deciſiones eiuſdem auctoris.

Ita vt reperiantur aliquæ conditiones quæ ſupplentur, ac ſubintelligũtur à iure, & habẽtur pro appoſitis licèt expreſsè non fuerint, ſicuti videmus in conditione ſi ſine liberis, quæ per legem ſubintelligitur quando deſcendentes teſtatoris 4 fuerunt grauati fideicommiſſo iuxta diſpoſitionem *l. cum auus ff. de condit. & demonſtrat.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 305. 306. *&* 419. *num.* 28. & latè Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt. per tot.*

Ac idem eſt in conditione caſtè, & honeſtè viuendi, quæ ſemper cenſetur appoſita per virum vxori dum illi aliquid 5 relinqui, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 5. *per tot.* vbi etiam quid ſi vxor tranſeat ad ſecunda vota intra annum luctus, an dicatur contrauenire huiuſmodi conditioni.

Quando tamen tractatur de conditione poteſtatiua negatiuè concepta de aliquid non faciendo, ſiue etiam affirmatiuè de aliquid faciendo, quod requirat tractum ſucceſſiuũ, & continuationem temporis, & ſic quæ ante mortem perfectè impleta dici non poſſit fuit adinuenta cautio Mutiana 6 ſic à Mutio Prætore eius auctore dicta, qua mediante habetur pro data actio, quæ ob non aduentum conditionis nunquam nata fuiſſet niſi poſt mortem legatarij, vel hæredis quibus fuit adiecta, cùm donec quis viuit ſemper poſſit facere, vel non facere, & ſic nunquam poſſit dari certitudo de implemento conditionis ante mortem, ſed dicta cautio vim implementi conditionis habet, & illa præſtita cum fideiuſſoribus de reſtituendo, ſcilicet legato, vel hæreditate vnà cum fructibus, ſi contrafactum fuerit, poteſt ſtatim in vita ſua, legatarius legatum petere, & obtinere, *l. Mutiana*, vbi Bart. & alij, *& l. Titio fundus* 73. *ff. de condit. & demonſtrat.* Oinot. *in §. ſi quis ita num.* 2. *Inſtit. de verb. oblig.* Maur. *tract. de fideiuſ. par.* 1. *ſect.* 3. *cap.* 24. aliàs *cap.* 33. *per tot.*

Iſta

Iſta autem cautio Mutiana locum habet ſolummodò in
relictis vltimarum voluntatum, & donationibus cauſa
7 mortis, & non in ſtipulationibus, donationibus, vel alijs
contractibus inter viuos, Oinot. *loc. cit.* Caſtr. & Iaſ. *in l. dedi num. 7. ff. de condit. cauſ dat.* Maur. *d. cap. 24. num.* 12. nec
etiam obtinet in relictis ad pias cauſas, niſi aliter conſtet de
voluntate teſtatoris, Tiraquell. *tract. de pia cauſ. priuil.* 48.
Maur. *loc. cit.* ac plura de huiuſmodi cautione notat Cardin.
Tuſch. *part. 1. concl. 177. per tot.*

Quapropter D. Franciſca hæres inſtituta in vſufructu
mobilium, & immobilium ab eius viro, donec vidualiter
vixerit, ſi vult poſſe conſequi hæreditatem, debet huiuſ-
modi cautionem Mutianam præſtare, aliàs non poteſt eſſe
hæres, cùm illa verba *donec &c.* & ſimilia licèt aliàs ſint
8 temporis diſtributiua; appoſita tamen in hæredis inſtitu-
tione reſoluantur in conditionem, tamquàm tunc agatur
de actu vnico, & perpetuo, qui non poteſt eſſe annuus,
neque ad diem, non ſecùs, ac ſi eſſet appoſita conditio
continuatiua ſi vitam vidualem ſeruauerit, quo caſu abſ-
que dubio non poſſet hæreditatem adire niſi præſtita priùs
mutiana cautione loco implementi conditionis *Auth. cui relictum C. de ind. vid. toll.* & tranſeundo ad ſecunda vota hu-
iuſmodi cautione non præſtita, perindè eſt ac ſi numquam
fuiſſet hæres inſtituta, Bart. *in d. l. Mutiana num. 3. ff. de condit. & demonſtrat.* Maur. *d. cap. 54. num.* 8. Gratian *diſcept. forenſ. cap. 563. num. 24. & 25.* vbi teſtatur de veriori opi-
nione.

Sicuti idem ſeruari videmus in vxore, cui à marito reli-
9 cta ſunt alimenta ſi cum filio habitauerit, nam ſi vult illa
conſequi tenetur huiuſmodi cautionem de habitando cum
filio præſtare, Ruin. *conſil. 34. numer. 4. lib. 2.* Maur. *loc. ſuprà cit. num.* 7. Ita vt talis cautio ſit ſupraſtandas quamuis non
petatur ab hærede proprietario, cui eſt ſpontè offerenda
à dicta D Franciſca ſi vult conſequi bona ſibi ad vſumfru
ctum relicta iuxta veriorem opinionem, quam reprobatis
10 alijs contrarium tenentibus firmat Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 901. *num. 9 & 10.* vbi etiam quod non poteſt remitti à teſta-
tore, qui conditionem legato, vel inſtitutioni appoſuit, ſed
benè per non appoſitionem conditionis, quam quidem ve-
riorem opinionem ſequitur etiam Michalor. *tract. de fratr. part. 3. cap. 13. num.* 12.

Qui enim vult facere fructus ſuos ex diſpoſitione condi-
11 tionali tenetur docere de implemento conditionis, cùm aliàs
nulla ſit nata actio, vel obligatio ad eius fauorem, ſiue ſal-
tem loco implementi conditionis vti remedio cautionis
mutianæ iuxta ſuperiùs dicta.

Circa quod tamen erit obſeruandum an huiuſmodi ver-
ba, *donec, quandiu, quouſque*, & ſimilia temporis diſtribu-
tiua fuerint appoſita in hæredis inſtitutione, ſiue in lega-
12 to, nam ſi in inſtitutione fuerint appoſita procedunt ea,
quæ ſupra diximus, vt debeat præſtari cautio mutiana, quia
tunc important conditionem *l. qui concubinam §. vxor. ff. de leg. 3. & l. pater in fine ff. de condit. & demonſtrat.* & quia
hæreditas non poteſt dari ad tempus, prout contingeret ſi
vxor inſtituta donec vitam vidualem ſeruauerit, ſeu vidua-
liter vixerit admitteretur ſine dicta cautione, haberet enim
hæreditatem ad tempus contra legis diſpoſitionem, vel con-
tra teſtatoris voluntatem ſi non attenta temporis diſtribu-
tione diceremus hæreditatem illi eſſe perpetuò acquiſitam,
etiam quoad proprietatem, cùm qui ſemel factus eſt hæres
non poſſit amplius deſinere eſſe hæres iuxta iura vulgata,
& ideò debet præſtare dictam cautionem, qua mediante
13 ſi poſteà tranſiuerit ad ſecunda vota omnia tenebitur reſti-
tuere, & habebitur, ac ſi numquam fuiſſet hæres inſtituta,
Rot. *in Imolen. bonorum 4. Decembris* 1615. coram Coccino
part. 1. recent. deciſ. 693. per tot. Præcipuè autem in caſu no-
ſtro cùm habeat cohæredem filium in proprietate per cuius
aditionem, non poteſt dici teſtator deceſſiſſe pro parte
teſtatus, & pro parte inteſtatus, quidquid aliter dicendum
videtur ſi non haberet cohæredem, vel ſubſtitutum,
quaſi tunc ne teſtator eſſet pro parte teſtatus, & pro parte
inteſtatus tota hæreditas ad illam eſſet deuoluta, etiam
quoad proprietatem, Natt. *conſil. 459. num. 11. &c.* cum
alijs per Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 563. numer. 50. & ſeqq.* Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 141. n. 3. & ſeqq.*

In dicto tamen caſu, quo per defectum cohæredis, vel ſub-
ſtituti eſſet deuoluta hæreditas, etiam quoad proprietatem
hæredi inſtituto in vſufructu adhuc ſciendum eſt, quod non
eſſet hæres perpetuum, ſed cenſeretur grauatus poſt eius
14 mortem onere fideicommiſſi erga ſuccedentes teſtatori ab
inteſtato de illis reſtituendo hæreditatem, quamuis hæredi
inſtituto in vſufructu nulli fuerint expreſsè dati hæredes,
vel ſubſtituti poſt illius mortem, Caſtr. *in l. certi iuris in fine C. de teſtam. mil.* Dec. *conſ. 478. col. 1.* Pariſ. *conſ. 69. num. 8. lib.* 2. cum alijs pulchrè per Menoch. *d. præſumpt. 141. num.* 5. Sed
contrarium niſi conſtet ſit eſſe de mente teſtatoris, latè pro-
bat Sperell. *deciſ. 146. per tot.*

Vbi autem ſupradicta verba temporis diſtributiua fue-
runt legato particulari adiecta retinet eorum propriam na-
turam, denotant tempus, & faciunt valere diſpoſitionem
purè ab initio licèt poſteà reſoluatur adueniente caſu, quo
vxor vitam vidualem non ſeruaret, vndè licitè capiet vſum-
fructū ex mēte teſtatoris pro tempore quo ſteterit vidua, &
caſta, ac abſolutè faciet fructus ſuos pro tempore præterito
ante ſecundas nuptias, & ideò hoc caſu nullam cautionem 15
de illis reſtituendis præſtare tenebitur, cùm legata poſſint
eſſe annua, & ad diem, Natt. *conſil. 459. num. 14. & ſeq.* Cra-
uet. *conſ. 300. n. 5.* latè Caualcan. *de vſufr.* 115. cum alijs per
Gratian. *diſcep. forenſ. d. cap. 563. n. 12. et ſeq.* vbi *n. 54.* ſic inter
legata, inſtitutione diſtinguit ex mente Baldi, & aliorum *in l. fin. nu. 3.* & ibi Salyc. *num. 4. C. de indic. vid. toll.* idem Gra-
tian. *cap. 696. num.* 11.

Huiuſmodi itaque legatum relictum vxori donec in vi-
duitate vixerit, vel per ſimilia verba reſoluitur ſub duplici
euentu, & reuertitur ad hæredes mariti, nempè per tranſi-
tum ad ſecunda vota, & per mortem quamuis vlteriores
non contraxerit nuptias, ſi verò de vita vxoris nulla ſit fa- 16
cta mentio reſoluitur tantum per tranſitum ad ſecundas
nuptias, ad quas ſi conuolare abſtineat, remanet perpetuum,
& tranſit ad illius hæredes, cum mulier etiam poſt mortem 17
cenſeatur permanere in eo ſtatu in quo erat dum vixit, &
tempore mortis, & ſic vidua Caſtr. *conſil. 451. in princip. lib. lib. 1.* Simon. de Præt *de interpret. vltim. volunt. lib 4. dub. 10. num.* 93. quos refert, & ſequitur Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 563. num 16. & ſeqq. & cap. 696. num.* 7. Quod vltimum pu-
to verum quando cum vſufructu cenſeretur, etiam le-
gata proprietas, prout aliquando contingit, vel in alijs le-
gatis de ſui natura ad hæredes legatarij tranſitorijs, ſecus
autem in ſimplici vſufructu, qui regulariter de ſui natura 18
finitur per mortem ſiue naturalem, ſiue ciuilem vſufructua-
rij, & ipſo iure conſolidatur cum proprietate, nec tranſit ad
hæredes §. *finitur Inſtitut. de vſufruct.* Caualcan. *eodem tit. num.* 229. cum alijs per eundem Gratian *cap. 662. n.* 4. Ita vt
nec huiuſmodi vſusfructus poſſit alteri per vſumfructua-
rium expreſsè relinqui, nec legari, quaſi effectus legati con- 19
feratur in tempus quo omne ius vſufructuarij eſt peritu-
rum, niſi in vita illi ſuperueniret proprietas, quo caſu poſſet
tale legatum conualidari, idem Gratian. *cap. 537. in princ. & per tot.*

Et hoc magis dicendum eſt in caſu noſtro, vbi huiuſmodi
vſusfructus videtur reſtrictus ad alimenta tantùm, & ſoli-
tam præeminentiam in domo, nam relicta vxore domina,
& vſufructuaria hærede filio inſtituto, ſeu alijs deſcen-
dentibus locum filij obtinentibus legatum reſtringitur ad
ſola alimenta, & ſolitam præeminentiam in domo viri,
non autem continet plenum vſumfructum, hocque fauore
filiorum, quos dum teſtator inſtituit non eſt præſumendum 20
voluiſſe illos priuare vſufructu omnium bonorum relicta
nuda proprietate, ſicque illos inopes, & viuente vxore
quodammodo fame laboraturos relinquere iuxta conſue-
tudinem Bulgari, quam vbique omnes ſumma æquitate,
& ratione amplexi ſunt, vt per Gabriel. *lib. 5 concluſ. 2. de vſufruct.* Mantic. *de coniect. vltim. voluntat. lib. 9. tit. 7* Soc.
Iun. *conſil. 94. num. 5. lib. 1. & conſ. 97. num. 12. lib. 2.* & latius
explicat plures alios adducens, & caſus diſtinguens Meno-
ch. *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 139. per tot.* quibus addo Ca-
bal. *reſolut. crim. caſ. 222. numer. 32.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 901. num 6. cap. 70. num. 48. cap. 46. num. 9. cap. 216. num. 31. cap. 563. in princip. & cap. 919. num. 12.* Durand. *deciſ. 258. n. 6. & ſeqq.* in quibus locis plenè habetur quando legatum
vſusfructus factum vxori hærede filio inſtituto reſtrin-
gatur ad alimenta, vel comprehendat totum vſumfructum.

Inſuper dicta D. Franciſca tenetur cauere de vtendo, &
fruendo arbitrio boni viri, & de reſtituendo proprietatem
ſaluam finito vſufructu, ſi legatum ad vſumfructum exten-
di dicamus, ita vt nec huiuſmodi cautio ſibi non potuiſſet
remitti à marito teſtatore, & donec illam præſtiterit non eſt
admittenda ad vſumfructum. Pract. Papp. *libell. ad dot. & vſumfr. gloſſ. aedit, & legantes n. 4.* Clar. §. *teſtamentum q. 64. per tot.* 21

Quod

Quod generale eſt in quolibet vſufructuario licèt ditiſ-
ſimo, & non ſuſpecto, cùm talis cautio veniat de natura
vſusfructus, poſſet tamen tacitè remitti per hæredem illam
22 non petendo, quia tunc demum eſt præſtanda ſi peta-
tur *tot. tit. de vſufruct. & quemad. vſufruct. caut.* Minſing.
obſeru.6. num.2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.901. num.10.*
Maur. *tract. de fideiuſſ. part. 1. ſect.3. cap.19. per tot.*

Si tamen vſusfructuarius non præſtita dicta cautione re-
periatur in poſſeſſione, & percipiat fructus, illos acquirit,
& lucratur, ſi aotem non poſſideat, nec percipiat fructus,
non poteſt illos prætendere à propeietario, qui eos percipit,
23 & quandocumque petatur dicta cautio debet vſusfructua-
rius quamuis ab initio fuerit admiſſus ea non petita, illam
præſtare, aliàs à die petitionis ſua poſſeſſio incipit eſſe vi-
tioſa, & non ſuffragatur ad acquirendos fructus, vt latè
per Rot. Romana *in Auenionen. vſusfructus Veneris 11. De-
cembris* 1637. coram Ghiſiletio *in Nouiſſ. part.7. deciſ.258.
per tot.* & pulchrè Gratian. *dict. cap. 901. num. 14. &
ſeqq.*

Qoam cautionem cum fideiuſſoribus ſi propter impo-
tentiam inueniendi fideiuſſores, & paupertatem non poſſit
præſtare vſusfructuarius, poſſeſſio bonorum eſt relinquen-
da penes hæredem proprietarium, qui ſatiſdet de corriſ-
24 pondendo illi, de fructibus deductis expenſis, vel de alimen-
tis tantùm quando vſusfructus reſtringeretur ad alimenta
conſtito tamen priùs, qood vſusfructuarius non poſſit io-
uenire fideiuſſorem, Maur. *loc. ſup. cit. d. cap.19. num.32.* &
Rot. *d. deciſ.258. num.22.* cum alijs per Gratian. *d. cap.901.
num.13.*

Neque excuſatur vſusfructuarius à dicta cautione,
etiam in caſibus in quibus vſusfructus reſtringitur ad ali-
menta iuxta ſuperius dicta, cùm & hoc caſu, in quo pro-
25 pria auctoritate capere poteſt alimenta, teneatur quoque
alimentarius illam præſtare, Picus *in l. Titia, §. Titia num.
139. ff. de leg.2.* ſequitur Menoch. *de præſumpt. lib.4. præ-
ſumpt.139. num.27. in fine, & num.32.*

Tenetur etiam quilibet vſusfructuarius inuentarium
conficere, itaot non poſſit ei remitti à teſtatore, Gratian.
26 *diſcept. forenſ. cap.696. num.12.* ad hoc vt quandocumque
cognoſci poſſit an vſusfructuarius vſus fuerit arbitrio boni
viri, & 20 faciat plenam reſtitutionem rerum, quæ ad
eum peruenerint, idem Gratian. *cap.711. num.45.* tenetur
enim reddere rationem de omnibus, etiam ſi eſſet ſolum
alimentarius quam rationem, cuius caput inuentarium
reputatur, ſine illo minimè reddere poſſet, Menoch. *d.
præſumpt.139. num.29. & num.32.*

In quo quidem vſufructu mobilium, & immobilum
continentur etiam fructus percepti, & in domum recondi-
26 ti tempore mortis teſtatoris, animalia, localia, torques,
anouli, veſtes, ſupellectilia, penſiones domorum, & om-
nia alia ſimilia, quæ appellatione mobilium continentur,
licèt vſu conſumantur, facta tamen æſtimatione illorum,
27 & præſtita cautione de reſtituendo finito vſufructu quan-
titatem, in qua fuerint æſtimata, cùm non fiant abſolutè
legatarij, ſed teneatur ſaltem æſtimationem reſtituere eo-
rum, quæ fuerunt vſu conſumpta, & quæ non fuerunt pe-
nitus conſumpta reſtituere in eo ſtatu, quo reperirentur fi-
nito vſufructu, licèt contrita, & deteriorata, *l.1. & 2. ff. de
vſufr. ear. rer. quæ vſu conſum.* Bald. *conſ.337. lib.5.* Crauet.
conſ.300. num.5. latè Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.585.
num.13. & ſeqq. ad finem, & cap.543. num.9.*

Quæ æſtimatio etit præſtanda, & reſtituenda ſecundùm
valorem huiuſmodi rerum de tempore inchoati vſusfru-
28 ctus, quando ſumus in his, quæ breui tempore conſumun-
tur, quando verò ſumus in illis, quarum conſumptio fit
vſu longiſſimi temporis, ſi adhuc extent, reſtituuntur, vt
dixi, in eo ſtatu, quæ reperiuntur finito vſufructu, Alex.
conſ.58. num.7. lib.3. Surd. *deciſ.67. per tot.* cum alijs per
eundem Gratian. *cap.130. num.23.*

ARGVMENTVM.

Iudex quæ conſiderare debeat antequam concedat capturam vigore ſuſpicionis fugæ, & quæ probare teneatur creditor tam ante, quàm poſt capturam. Debitor ex quibus cauſis dicatur ſuſpectus, qualiter per cautionem liberetur, & quando ſit alendus à creditore.

SVMMARIVM.

1 *CAptura ratione ſuſpicionis fugæ, vt ſit valida, quæ præcedere debeant.*
2 *Statutum quod debitor ſuſpectus poſſit carcerari eſt intelligendum ſecundùm ius commune.*
3 *Debitum qualiter ante capturam ſit probandum.*
4 *Debitum probatur iuramento creditoris, quando periculum eſt in mora.*
5 *Debitum poſt obtentam capturam debet legitimè probari, aliàs captura redditur nulla.*
6 *Debitor non poteſt pro modica quantitate allegari ſuſpectus de fuga.*
7 *Deterioratio conditionis debitoris debet eſſe magna, & emergens poſt contractum.*
8 *Debitor quando poſſit iurari ſuſpectus, etiam ex cauſa quæ ſuberat tempore contracti debiti.*
9 *Deterioratio eſt probanda per apertiſſimas probationes poſt capturam, vel ante capturum, vbi periculum non eſt in mora, num.10.*
11 *Creditor tacens per multum tempus poſt habitam notitiam de inopia debitoris videtur denuò illum approbare, & non poteſt iurare ſuſpectum.*
12 *Emens merces pro contanti ſi ſe itineri accingat non ſoluto pretio poteſt iurari ſuſpectus, & carcerari, & quando ſecus.*
13 *Plena eſt ſecuritas ab omni executione tempore nundinarum.*
14 *Debitor poſſet immobilia, etiam non æquiualentia, quando non poſſit carcerari.*
15 *Debitor poſſidens mobilia æquiualentia, quando non poſſit carcerari.*
16 *Debitor in quo loco poſſidere debeat, vt non poſsit carcerari.*
17 *Suſpicio leuis, & modica non ſufficit ad iurandum debitorem ſuſpectum, ſed vrgens eſſe debet, & grauis.*
18 *Iudex quando non debeat arbitrari debitorem ſuſpectum de fuga.*
19 *Debitor ex quibus cauſis dicatur de fuga ſuſpectus, num. 20. & 21.*
22 *Cauſa ſuſpicionis quomodo proabri debeant.*
23 *Satiſdatio eſt medicina ſequeſtri, & ſuſpicionis fugæ.*
24 *Debitor in diem, vel ſub conditione vergens ad inopiam poteſt compelli ad ſatiſdandum adueniente tempore.*
25 *Debitor dans fideiuſſores videtur capturam approbare, niſi faciat cum proteſtatione, num.26.*
27 *Proteſtatio conſeruat ius dicendi de nullitate capturæ.*
28 *Debitor fideiuſſorem præſtans non dicitur conſentire in iuriſdictionem.*
29 *Debitor ſuſpectus an poſsit relaxari ſub iuratoria cautione.*
30 *Cautio iuratoria quando non admittatur:*
31 *Debitor carceratus non habens vnde viuere, eſt alendus à creditore.*
32 *Niſi poſsit viuere ex eleemoſynis, & dummodo bonis cedat.*
33 *Quid in hoc ſeruetur in ſtatu Eccleſiaſtico.*
34 *Creditor volens iurare debitorem ſuſpectum de fuga quid narrare debeat.*

CAPVT XXXIX.

ANtequam Iudex concedat mandatum capturæ ratione ſuſpicionis fugæ debitoris multa præcedere debent.

Primò, quod ſaltem ſummariè, & ſemiplenè conſtet de debito.

Secundò, quòd debitor à tempore contractus citra notabiliter conditionem ſuam deteriorauerit, vel ſaltem hæc notabilis, & magna deterioratio deuenerit ad notitiam creditoris poſt contractum.

Tertiò, qood poſtquam creditor ſciuit huiuſmodi deteriorationem non diu tacuerit.

Quartò, quod debitor non poſſideat immobilia, vel mobilia ſufficientia, quæ faciliter occultari non poſſint.

Quintò, quod adſit ſuſpicio fugæ per exteriores præſumptiones, indicia, & argumenta.

Quibus omnibus concorrentibus, ac præſtito iuramento de ſuſpicione prædicta, ſecurè, & validè impetratur captu-

ra, aliàs ſecùs, vt ſingulariter probat Franc. Curt. in tr. de
ſequeſtr. qu.2. num.41. latè Caccialup. tr. de debit. ſuſpect. &
fugit. qu.6. per tot. Pet. Pecch. tr. de iure ſiſtent. & manu.
iniect. cap.11. per tot.
Atque per ſupradicta requiſita pluries in facto reſpondi,
tam conſulendo, quàm iudicando pro nullitate huiuſmodi
capturarum ſuſpicionis fugæ, quæ vt plurimum dum oppo-
nitur à carceratis ſunt nullæ, etiam vbi adeſt ſtatutum quo
2 debitor ſuſpectus de fuga poſſit carcerari, quia non eſt ſim-
pliciter intelligendum, ſed ita demum ſi prædicta requiſita
concurrant, cùm ſtatuta paſſim recipiant interpretationem
paſſiuam à iure communi, ac ab eo determinentur, & de-
clarentur, Bart. in l.fin. C.de ſponſ. Caccialup. d.qu.6.num.3.
Maur. tr. de fideiuſſ. par.1. ſect.3. cap.3. aliàs 48. per totam,
Menoch. de arbitr. caſ.87. n.22. & ſeqq.
Quo igitur ad primum requiſitum ſciendum eſt, quod
debitum pro quo impetratur captura, debet ante illius con-
ceſſionem taliter per creditorem probari, quod ſi facta eſſet
probatio parte citata, vel præſente ſufficeret ad condemna-
3 tionem, & ſic debet probari per teſtes, vel inſtrumenta,
ſiue per æquipollens, vt per oſtenſionem librorum fide
dignorum, quando periculum non eſt in mora, vt quia
arguatur debitor ſuſpectus ex eo ſolum, quod immobilia
non poſſideat, non tamen ad hanc probationem faciendam
ad fugam debent citari, ne inſtruatur, Bart. in l.ſi creditores,
ff.de priuil. credit. Ang. in l.nemo carcerem, C. de exact.tri-
but. & in l. ſi arbitrio, §. qui ex cauſa, ff. qui ſatiſd.cog. cum
alijs per Caccialup. d. quæſt.6. num.9. & ſeqq. ad 16. Petr.
Pecc. d. c.11. num.5. & Curt. d. tract. de ſequeſtr. qu.2. n.42.
& n.49. vbi verò periculum eſſet in mora, vt quia ageretur
de fuga inſtanti iam à debitore præparata, ſufficeret iura-
4 mentum creditoris ad probandum de ſuo credito ante ca-
pturam, præcipuè ſi allegetur non eſſe in promptu inſtru-
menta, vel teſtes, cùm agatur de præiudicio, quod poteſt
ſtatim reparari præſtita cautione de ſtando iuri, & iudica-
tum ſoluendo, ſed ſi actor poſtea ordinatè, & concluden-
5 ter per apertiſſimas probationes non doceat de ſuo credito
poſt obtentam capturam, nihil obtinebit, Caſtr. conſ. pen.
lib.1. Pariſ. conſ.107. num.54. lib.3. Petr. Pecch. & Caccia-
lup. loco ſupra cit. vbi hoc modo diſtinguunt, & diuerſas
aliorum opiniones conciliant plurimum etiam remittendo
Iudicis arbitrio, & vbi ageretur de modico debito, quod di-
6 citur arbitrio Iudicis iuxta perſonarum qualitatem non po-
teſt debitor allegari ſuſpectus, nec carcerari, Curt. de ſe-
queſtr. num.38. Ludouiſ. deciſ.41. num.9. cum alijs per Me-
noch. de arbitr. caſ.87. num.21.
Quoad ſecundum requiſitum ſciendum eſt, quod non
ſufficit quælibet deterioratio, ſed debet eſſe magna, & no-
tabilis emergens poſt debitum contractum, vel ſaltem ad
notitiam creditoris poſtea deueniens, quia ſi aderat tem-
pore contractus, & erat creditori cognita, ſibi debet im-
putare, qui cum ſuſpecto contraxit, nam non poteſt conce-
7 di captura niſi noua cauſa, & calamitate ſuperueniente, &
adeò graui quod inducat ſuſpicionem fugæ debitoris arbi-
trio iudicis æſtimandam, prout latè docet Menoch. d. caſ.
87. num.13. & ſeqq. Theſaur. deciſ.220. num.4. Grat. diſcept.
forenſ. cap 875. num.13. & ſeqq. Maur. de fideiuſſ. part.1. ſect.
3. d. cap.38. alias 48. n.3. vbi tamen non eſſet quid impu-
tari poſſet creditori, vt quia agat cum debitore ex delicto,
8 vel quaſi contractu, & ſic illum voluntariè non approba-
uerit, nec ſecum contraxerit, ſed ex neceſſitate, & inci-
denter factus ſit creditor, nec poſteà diu tacuerit poſſet de-
bitorem huiuſmodi facere carcerare, etiam noua cauſa non
ſuperueniente, ſed ex cauſa, quæ ſuberat tempore ſic con-
tracti debiti ex delicto, vel quaſi contractu, Caccialup. d.
tract. de debit. ſuſpect. & fugit. q.6. n 5.
Quæ quidem deterioratio emergens poſt contractum li-
cet ab initio poſſit probari iuramento per Iudicem delato,
vbi periculum eſt in mora iuxta ſuperiùs dicta, & ſic ante
capturam ſufficiat iuramentum, tamen poſtea debet plenè
9 probari, & iuſtificari, aliàs captura redditur iniuſta, & ve-
nit reuocanda, Ang. in d. l. nemo carcerem, C. de exact.
tribut. Caccialup. d. quæſt.6. num.20. Curt. de ſequeſtr. qu.2.
num.42. & 43. imò & ante capturam deberet probari per
10 teſtes, vbi non agitur de fuga inſtanti, & periculum non eſt
in mora, ita vt tunc non ſufficiat poſtea probari, cùm à prin-
cipio captura fuerit nulla, Dec. conſil.75. col.1. nu.1. Rom.
conſ.241. col.2. cum alijs per Gratian. diſcept. forenſ. cap.875.
n.14. & 15.
Circa tertium requiſitum debet creditor, quam primum
notitiam habuerit de calamitate, & inopia debitoris poſt
contractum emergente licentiam petere à Iudice de capien-
do, nam ſi per multum tempus tacuerit videtur eius perſo- 11
nam de nouo approbaſſe, & non poterit illum carcerare face-
re, ſed ſibi debet imputare ſi per taciturnitatem illum de-
nuò approbauit, iſtud autem multum tempus erit in Iudi-
cis arbitrio, Ang. in d. l.ſi ab arbitrio, §.fin. ff. qui ſatiſd.cog.
Caccialup. d. quæſt.6. num.4. Menoch. de arbitr. d. caſ.78. n.
19. circa medium.
Illud tamen non omiſerim, quod etiam ſi quis ſcienter
contraxerit cum forenſi, & aduena illicò receſſuro, eique
merces crediderit putando, quod ante receſſum ſibi ſoluat
pretium conuentum, ſi talis debitor ſe itineri accingat cum
re, vel mercibus non ſoluto pretio, quod ſtatim ſoluere
promiſerat, poteſt tanquam ſuſpectus, immò fugitiuus
carcerari, niſi creditor illius fidem ſequutus fuerit, etiam 12
quo ad pretium, & ſic vt dicitur vendiderit merces ad cre-
dentiam, & non pro contanti, quia tunc ſibi deberet im-
putare ſi ſciebat eum eſſe aduenam, & forenſem, ac receſ-
ſurum à loco contractus, & non poſſet contra illum ex hac
cauſa mandatum ſuſpicionis fugæ impetrare, Caccialup. d.
tract. de debit. ſuſpect. & fugit. quæſt.16. num.4. Petr. Pecch.
de iure ſiſtend. & manu. iniect. cap.4. num.5. & cap.7. num.7.
vbi ampliat etiam in nundinis, licèt aliàs tempore nundi- 13
narum ſit plena ſecuritas ab omni executione, Menoch.
de arbitr. d. caſ.87. num.20.
Circa quartum requiſitum ſciendum eſt, quod debitor
poſſidens tot bona immobilia, quæ ſufficiant pro ſolutione
debiti, vel etiamſi non ſint æquiualentia debito, ſed tamen
tot, & talia vt conſiderata affectione ad illa ceſſet ſuſpicio
fugæ, non poterit iurari ſuſpectus de fuga, nec carcerari ex 14
hac cauſa, cùm non ſit neceſſe ad hunc effectum, quod bona
ſit debito æquiualentia, Caccialup. d. tract. quæſt.1. num.9.
& 10. Menoch. d. caſ.87. num.13. cum alijs per Gratian.
diſcept. forenſ. cap.875. num.11. & 12.
Imò quamuis debitor nulla bona immobilia poſſideret,
& ſed tot bona mobilia, quæ ad ſolutionem debiti ſint ſuf- 15
ficientia, & quæ veriſimiliter, ac de facili non poſſint oc-
cultari, & aſportari non poterit dici ſuſpectus, nec carcera-
ri, ſecus autem ſi non eſſent pro debito ſufficientia, vel poſ-
ſent de facili aſportari, Marſil. ſing.282. Caccialup. d. quæſt.
1. num.10. Menoch. d. caſ.87. num.14.
Et ſufficit huiuſmodi bona poſſideri per debitorem in lo-
co vbi conueniri poteſt, & ſic in loco ſuæ originis, vel do-
micilij, vel in loco contractus, ſiue alibi quamuis creditor 16
ſit alterius loci, quia ſibi debet imputare ſi ſcienter contra-
xerit cum forenſi eius conditionem, & ſtatum diligentius
non inueſtigando, prout inueſtigare debeat, l. qui cum alio,
ff. de reg. iur.
Quo ad quintum circa cauſas ſuſpicionis ſciendum eſt,
quod non omnis ſuſpicio, quæ reſideat in ſolo animo credi-
toris ſufficit ad allegandum debitorem de fuga ſuſpectum,
ſed exprimi debet propter quod, ſeu propter quam cauſam
creditor habeat illum pro ſuſpecto, & Iudex debet inueſti- 17
gare, & examinare an cauſa allegata mouens animum cre-
ditoris ad ſuſpicandum ſit probabilis, & iuſta, & ſi ſibi talis
fuerit viſa, capturam concedere conſilio de aſſeriis, aliàs
illam denegare, cùm ſuſpicio non debeat eſſe leuis, & mo-
dica, ſed vrgens, ac animum Iudicis mouens ad ſuſpican-
dum de fuga, l. ſi ab arbitror, §.1. ff. qui ſatiſd. cog. & l. item
ſuſpectus, ff. de procur. Caccialup. d. quæſt.6. num.6.
Quænam autem dicantur iuſtæ, & probabiles cauſæ ſuſ-
picionis, reſidet vt plurimum in Iudicis arbitrio, qui ſuſpe-
ctum arbitrari non debet, aliquem ex eo ſolum, quod im- 18
mobilia non poſſideat, ſed quando nec mobilia poſſident
ſufficientia, vel ſunt talia, quæ de facili poſſunt occultari, &
quid in hoc obſeruare debeat prudens Iudex, latè tradit Me-
noch. de arbitr. d. caſ.87. n.13. & ſeqq. vbi etiam quòd ſuſpe-
ctus dici poterit, qui propter ſuos malos mores bona profun-
dit, & dilapidat dando operam aleæ, commeſtionibus, me- 19
retricibus, & ſimilibus, Iaſ. in d. l. ſi ab arbitrio num.5. Pariſ.
conſ.99. num.29. lib.5. Curt. in d. tract. de ſequeſtr. n.36. Sicut
& ille ſuſpectus redditur, qui iam incepit componere ſarci- 20
nulas, vel qui alias in iudicium vocatus fuit contumax, ſi-
ue aliter animum ſuum ad fugam diſpoſitum oſtendit per
alia ſigna exteriora, & præſumptiones, quæ ſemper contra
fallitos creſcunt, vt per Caccialup. dict. tr. qu.1. num.11.
& ſeqq. vel quando officina, ſiue apotheca debitoris ex-
tra conſuetum maneat clauſa, vel quando debitor incepit
exercere ludos à iure prohibitos, vel ſub grauibus vſuris

pe-

pecunias accipère, ſiue bona ſua mobilia in ſecreto, & ab-
ſcondito tenere, vel multis fideiuſſionibus ſe implicare, ſiue
quid aliud facere, ex quo Iudex in probabilem ſuſpicionis
credulitatem adducatur, Petr. Pecch. *d. tract. de iure ſiſten.
& manu iniect. cap.*11.*n.*2.

Huiuſmodi autem cauſæ ſuſpicionis, vbi periculum eſt in
mora poſſunt ab initio, & ante capturam probari ſolo iura-
mento creditoris, prout communiter obſeruatur, ſed facta
captura debent poſteà plenè iuſtificari, vbi verò periculum
22 non eſt in mora debent ante capturam probari per duos te-
ſtes, vel taliter quod ſufficeret ad plenam probationem in-
ducendam ſi parte citata fieret probatio, vt dictum eſt ſupra
de debito, Caccialup. *d. q.*6. *n.*17. *&* 18. cum alijs per Me-
noch. *d. caſ.*87. *n.*1. *& ſeqq.* facit Grat. *d. c.*875. *n.*7. *& n.*8.

Ex ſupradictis omnibus requiſitis concurrentibus pote-
rit non ſolùm debitor purus, & cuius ſolutionis iam ceſſit
arreſtari, & detineri donec ſatisdet de ſtando iuri, & iudi-
catum ſoluendo (ſatiſdatio enim eſt medicina ſequeſtri, &
23 ſuſpicionis fugæ, niſi effectum exequendi, Caſtr. *in l. ſi fi-
deiuſſ.* §. *fin. n.*6 *ff. qui ſatiſd. cog.* Caccialup. *d. tr. qu.*9. *& qu.*
11. Gratian. *diſcept. for. c.*531. *n.*85. *& ſeqq.* Maur. *de fi-
deiuſſ. par.*2. *ſect.*4. *c.*28. *&* 29.) Sed etiam debitor in diem, &
24 ſub conditione vergens ad inopiam, ſi noua cauſa ſuperue-
niat poſt obligationem poterit eodem modo compelli, &
aſtringi ad ſatiſdandum de ſoluendo aduedeniente die, vel
conditione, Caccialup. *loc. cit. qu.*3. Petr. Pecch. *vbi ſupra
c.*4. *n.*7. *& ſeqq.* Maur. *d. tr. par.*1. *ſect.*3. *c.*1. *aliàs* 10. *per
tot. & c.*38. *aliàs* 48.

Debet autem debitor eſſe cautus, & animaduertere in
præſtando huiuſmodi fideiuſſionem pro ſe liberando à car-
25 ceribus, proteſtando ſe facere citra animum approbandi ca-
pturam quatenus fuerit nulla, quia alias ſimpliciter dando
fideiuſſores cenſetur illam approbare, & amplius non poſ-
ſet de nullitate opponere, Bart. *qu.*6. *num.*18. cum alijs per
Fenzon. *ad ſtat. Vrb. c.*98. *n.*16. Magon. *deciſ. Florent.* 126.
*n.*2. fideiuſſores enim præſtans ſtatim ſe debitorem eſſe fa-
26 tetur, & dicitur approbare actum, ac ſibi præiudicat, præci-
puè quando illos deliberatè, & voluntariè præſtat, & non
coactè, vel pro euitanda petulantia creditoris, Maur. *d. tr.
de fideiuſſ. par.*2. *ſect.*2. *c* 4. *per tot.* Sed ſi carceratus vtatur
27 dicta proteſtatione per eam ſibi conſeruat ius dicendi de
nullitate, *l. ſi debitor*, §. 1. *ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſol.*
Grat. *diſcept. forenſ. c.*987. *n.*3. *& ſeqq.* & non dicitur con-
ſentire in iuriſdictionem ſi iudex erat incompetens, quia
28 ſemper ſubintelligitur conditio, dummodò Iudex fuerit
competens, idem Grat. *cap.*875. *num.*15.

Et quando ſuſpectus carceratus non inuenit fideiuſſo-
rem non ſufficit iuratoria cautio, præcipuè ſi id accidat pro-
pter ſuos malos, & corruptos mores, quicquid aliàs iudi-
cis arbitrio poſſet interdum admitti quando paupertas, &
& inopia caſu, & citra omnem debitoris dolum, & culpam
acciderit, ſi tamen in hoc cautus Iudex ne alienam cauſam
29 ſuam faciat, quia vilium perſonarum iuramentum pro ni-
hilo reputatur noſtris maximè temporibus, vbi homines
ſunt adeò faciles abſque vllo diſcrimine ad iurandum, Cac-
cialup. *d. tr. qu.*11. *n.*9. *& per tot.*

Cautio enim iuratoria regulariter non admittitur in de-
bitore de fuga ſuſpecto contradicente parte, nec in eo qui
ſit malæ conditionis, & famæ, vel alias periuro, ſiue con-
30 tumace, nec in debitore magnæ ſummæ, nec in eo, qui
culpa ſua deuenit ad paupertatem, nec quando fideiuſſio
requiritur pro forma, vel adeſt obligatio idoneè cauendi,
nec quando ſumus in debitore, qui acceperit dilationem
quinquennalem, vel moratoriam à Principe, ſiue vbi age-
retur de cauſa criminali, prout omnia ſingillatim declarat
Maur. *de fideiuſſ. par.*1. *ſect.*3. *cap.*25. *per tot.* Marſil. *in re-
pet. Rub. ff. de fideiuſſ. n.*167. *& ſeqq.*

Si tamen huiuſmodi debitor carceratus pro debito ciuili
31 ſit adeò pauper, quod non habeat vnde ſe alat, eſt ab ipſo cre-
ditore alendus ne fame pereat, Guid. Papp. *dec.*211. Afflict.
*dec.*71. Petr. Pecch. *de iur. ſiſten. & manu iniect. c.*28. *n.*4.

Quod eſt intelligendum vbi non poteſt viuere ex elee-
moſynis, & dummodò ſit paratus cedere bonis, vt docet
Cornel. Benincaſſ. *tract. de pauper. qu.*7. *ſpecial.* 8. *num.*24.
Boer. *dec.*303. *n.*2. Vrſil. ad Afflict. *d. dec.*71. *n.*1. Bron. *de
ceſſ. honor. qu.*6. *prin. n.*8.

Circa quod in ſtatu Eccleſiaſtico ſeruari vidi, & ipſe ego
32 pluries ſeruaui, vt facta fide de paupertate per Parochum
ipſius carcerati, & citato ipſo creditore fiat decretum ſub-
miniſtrare dietim certum quid pro alimentis, aliàs excar-

cerari, & intimari quando creditor non fuit præſens, & ſi
poſteà non ſubminiſtrauerit, vel ceſſauerit, deueniri ad ex-
carcerationem abſque alia citatione vigore dicti decreti in-
timari, quod puto iuri conſonum per ea, quæ tradit Alex. 33
poſt Bart. *in l. ſanctum, ff. de rer. diuiſ.* quem ſequitur Boer.
*d. dec.*303. *n.*2. In hoc tamen eſſet ſeruanda conſuetudo loci,
vel ſtatutum vbi viget, quo ceſſante non crederem tutum
à prædictis recedere.

Prædicta itaque ad prædictam reducendo debet creditor,
ſiue illius procurator habens debitorem ſuſpectum coram 34
Iudice comparare, & narrare quod talis eſt ſuus debitor in
tali, & tanta ſumma, & quod tempore contracti debiti
erat idoneus, & ſoluendo, ac ita ab eo, & publicè ab alijs
etiam reputabatur, & qualiter ad notitiam ſuam iampri-
dem de nouo peruenit, quod eidem dicto ſuo debitori in-
ſignis, & magna ſuperuenit calamitas, & inopia, propter
quam valdè, & notabiliter ſuam deteriorauit conditionem,
ac ideò illum habet de fuga ſuſpectum, vel quia ei non re-
manſerint bona immobilia ſufficientia, ſiue alijs de cauſis
illas exprimendo iuxta ſubiectam materiam, & immediatè
fidem faciendo de expoſitis, modis, & formis, quibus ſu-
pradictum eſt, quare petat, & inſter ſibi etiam deferri iu-
ramentum, & mandatum ſuſpicionis fugæ concedi, qui-
bus peractis, & delato iureiurando iudex huiuſmodi man-
datum concedere debet, prout latè docet Ang. *in d. l. ſi ab
arbitro*, §. 1. *ff. qui ſatiſd. cog.* & Caccialup. *loc. cit. q.*6. *n.*24. Et
paſſim practicari vidi.

A R G V M E N T V M.

Maioratus, vel Primogenitura, an mortuo primo-
genito, vel maiore natu primo vocato vadat ad
eius deſcendentes, vel potius ad maiorem de fa-
milia licèt ex alia linea.

S V M M A R I V M.

1 *Maioratus, vel Primogenitura an mortuo primo-
genito, vel maiore natu primo vocato vadat ad
eius deſcendentes, vel potius ad maiorem natu de fa-
milia licèt ex alia linea, n.*19. *& n.*22.

2 *Maior natu quando vocatur admittitur ille qui habet
huiuſmodi qualitatem, & non alij deſcendentes à
primo vocato, & admiſſo cum dicta qualitate, quæ
non eſt tranſmiſſibilis in filios.*

3 *Maior in dubio intelligitur de maiore natu, & non alijs
reſpectibus.*

4 *Repreſentatio non habet locum vltra fratrum filios.*
*Filius primogeniti non dicitur primogenitus in primoge-
nitura inducta ab extraneo vltra fratrem.*

5 *Proximitas honorati, & grauati an ſit attendenda, vel
potius ipſius teſtatoris.*

6 *Succeſſio an poſſit deferri per ſaltum de vna linea in
aliam lineam.*

7 *Teſtator in dubio cenſetur vocaſſe familiam in genere
& non vnius tantum.*

8 *Voluntas teſtatoris vbi apparet non eſt alterius quæren-
dum.*

9 *Pars vna teſtamenti aliam declarat ad colligendum
mentem teſtatoris.*

10 *Teſtator qui aliquem prædilexit an eodem modo cenſea-
tur illius poſteritatem prædilexiſſe.*

11 *Maior affectio quando conſiderari poſſit erga remotiores.*

12 *Repreſentatio non habet locum in ſucceſſione ex teſta-
mento, ſed tantùm ab inteſtato, & quæ ſit ratio, n.*13.

14 *Habens qualitatem requiſitam à teſtatore debet admitti
ad ſucceſſionem.*

15 *Appellatione maioris ex deſcendentibus, & appellatione
familiæ qui veniant, num.*16.

17 *Vocatus ad ſucceſſionem quando poſſit propria auctorita-
te capere poſſeſſionem.*

18 *Iudex qualiter poſſit immiſſionem concedere ex remedio*
l. fin. C. de edic. D. Adr. toll.

20 *In ſucceſſione maioratus, & primogenitura quæ ſint con-
ſideranda.*

21 *Maior natu, vel ſenior de domo vt admittatur, quid
requiratur.*

23 *Maioratus ſemel ingreſſus vnam lineam quando poſſit
tranſire ad aliam lineam.*

24 *Teſtator poteſt legem quam velit ſuæ diſpoſitioni appo-
nere.*

D. Paulus de Guardis Teſtator.

D. Franciſcus Gherardi de Guardis.

Paulus natu maior. anno 1594. — Attilius natu minor. anno 1602.

Antonius Maria natu minor. anno 1651. — Franciſcus natu maior. annu 1644.

C A P V T XL.

DOminus Paulus ſenior de Guardis Florentinus ſuum vltimum cum quo deceſſit condidit teſtamentum, in quo hærede vniuerſali inſtituta D. Franciſca eius vnica filia illam hoc modo grauauit, quod ſi decederet ſine filijs maſculis deberet recognoſcere familiam, ſiue caſatam Dominorum de Guardis in filijs D. Franciſci Gherardi de Guardis primogenitum, & maiorem tempore natorum, ſeu naſcendorum ex legitimo matrimonio pro ſumma ſcutorum quindecim millium in tot bonis ſtabilibus conſeruandis in dicta caſata de Guardis in maiore huiuſmodi deſcendentiæ per annos centum à die quo dominium illorum adepta fuerint cum prohibitione alienationis extra dictam caſatam, & ſæpiùs generaliter mentionem faciendo de dicta caſata.

Cui quidem legato factus fuit locus per obitum D. Franciſcæ hæredis ſine filijs peu prima vice in perſonam D. Pauli iunioris de Guardis tanquam natu maioris inter filios, & deſcendentes dicti D. Franciſci ſenioris de Guardis iuxta ſupradictam diſpoſitionem. Quo D. Paulo primu honorato deſcendente quæritur an huiuſmodi legatum debeat peruenire in D. Antonium Mariam eius filium licet hodie minorem ætate inter deſcendentes dicti D. Franciſci ſenioris, ſeu potius in D. Franciſcum iuniorem filium D. Attilij eodem D. Attilio prædefuncto tanquam habentem qualitatem maioris ætatis à teſtatore requiſitam in dictis deſcendentibus D. Franciſci ſenioris vocatis.

1 Quam difficultatem in materia Primogenituræ inductæ à ſtatuto, vel conſuetudine, ſiue ab aliquo aſcendente inter ſuos deſcendentes adeò perplexam, & brocardicam exiſtimant Doctores, vt nonnulli multum ampiè auſi fuerint dicere illam eſſe duello definiendam, & omnes aſſerant pro vtraque parte extare communem opinionem ex congeſtis per Tiraquel. *de iure Primog. qu.40.* Io: le Cerier *de iure Primog. lib.1. qu.25.* Iacob à Sara, qui latiſſimè in ſuo tractatu de eadem materia hanc ſolam quæſtionem tractandam propoſuit, Gabriel. *de ſucceſſ. ab inteſt. concl.2.* Ceual. *comm. contra comm. q.157.* quos refert Michalor. *tract. de fratr. par.3. qu.27. n.9.*

Ego autem omiſſis ſuperfluis animaduertendum puto nos verſari extra tam arduam difficultatem, quia non ſumus, vt patet in ſimplici primogenitura, quæ ſolet eſſe perpetua, induci in partibus Hiſpaniæ, & Galliæ à ſtatuto, vel conſuetudine, ſeu cum Principis licentia ab aliquo aſcendente inter ſuos deſcedentes, in quibus terminis loquuntur ſuprarelati Doctores, & alij, qui articulum ita controuerſum appellant, ſed verſamur in clara mentis teſtatoris inducentis ſimplicem Maioratum, & legatum ſcutorum quindecim millium conſeruandum tantùm per annos centum inter deſcendentes D. Franciſci ſenioris de Guardis, in maiore tamen ſuæ deſcendentiæ, & familiæ, ita vt ex iuris diſpoſitione, qui ſenior, & maior ætate reperitur inter omnes deſcendentes D Franciſci ſenioris de Guardis, qualis nunc eſt (mortuo D. Paulo primo vocato) dictus D. Franciſcus iunior D. Attilij, filius ſit admittendus ad huiuſmodi legatum non obſtante ſuperexiſtentia D. Antonij Mariæ filij dicti D. Pauli, cùm ſit cæteris iunior, & ſic 2 non habebat qualitatem à teſtatore requiſitam, quia quando vocatur maior natu de domo, & caſata in genere, ſeu de deſcendentia talis perſonæ abſque expreſſione nominis proprij quo ad vocatos, prout in caſu prædicto, apparet teſtatorem habuiſſe reſpectum ad illam qualitatem antiquitatis, & maioritatis, & voluiſſe quod qui habet talem qualitatem mortuo poſſeſſore ſuccedat non obſtante, quod maioratus ſic tranſeat per ſaltum de vna linea ad aliam, cùm dicta qualitas tanquam perſonalis non ſit tranſmiſſibilis in filios vltimi poſſeſſoris primogeniti, ſeu maioris, ſed illis poſthabitis tanquam non habentibus qualitatem maioris ætatis requiſitam tempore deuolutionis maioratus, ſiue primogenituræ tranſire debeat maioratus ad maiorem natu familiæ, ſeu deſcendentiæ contemplatæ, & honoretæ in quo talis qualitas reperiatur, vt latè probant in puncto Alexand. *conſ.4. per tot. lib.4. & conſ.123. num.1. & 2. lib.1.* Roman. *conſ.438. num.13. & 14.* Surd. *conſ.403. num. 39. verſ. Tertio reſpondetur, & conſil. 468. per tot.* Theſaur. *quæſt. forenſ. lib.1. quæſt.35. num. 2. & ſeqq.* cum alijs per Gratian. *diſcept. forenſ. cap.695. per tot. & cap.456. num.83. & 84. & cap.834. num.6.* & per Redenaſch. *conſ.17. lib.1.* quibus addo Alb. Mandel. *conſ.60. per tot.* & Altograd. *conſ.46. num.20. lib.2. & conſ.47. num.46. d. lib.2.* Palma penes Altograd. *conſ.95. num.141. lib.2.* Merlin. penes *d. conſil. Altograd.95. num. 113.* & D. Iacob. Federig. penes Altograd. *dict. conſ.95. num.156.*

Quotieſcumque enim ſit mentio de maiore in dubiu intelligitur de maiore natu, & ætate non alijs reſpectibus ſi ſubiecta materia contrarium non ſuadeat, Alex. *d. conſ.84.* 3 *num.2.* Menoch. *de arbitr. caſ.124. n.3. & de præſumpt. lib. 4. præſumpt.92. num.1.*

Neque ſumus in maioratu, vel legato facto ab aſcendente, vel fratre, ſed ab extraneo longè remotiore, quo caſu cùm agatur de ſuccedendo ipſi teſtatori, cuius reſpectu ſumus vltra fratrum filios, non habet locum repræſentatio, 4 nec filius primogeniti poteſt dici primogenitus, Tiraquel. *d. tract. qu.41.* quem ſic intelligit, refert, & ſequitur Michalor. *d. cap.27. num.10.* & latè probat Mandel. *dict. conſil. 60. per tot.*

Proximitas igitur D. Pauli primò honorati propter qualitatem maioris ætatis non erit attendenda, ſed potius mens, & proximitas ipſius teſtatoris, cui immediatè ſucceditur per habentes dictam qualitatem, quia licet in deſcendentibus à teſtatore attendatur proximitas honorati, & grauati ne pro habenda regula ſucceſſionis ſit neceſſe interdum reuoluere mille annos, tamen ſecus eſt vbi agitur de extraneis, & non deſcendentibus, & de vocatis ſub nomine collectiuo non proprio, quale eſt illud verbum, *deſcendenti*, ſtans per ſe ſubſtantiaiiter, & adiectiuè, quo caſu non attenta proximitate honorati ſit tranſitus de vna linea ad aliam, præcipuè vbi ſic conſtat eſſe de mente teſtatoris, vt poſt multa videtur ſentire Gratian. *diſcept. for. cap. 493. num.24. & ſeqq.*

Quòd enim ſucceſſio non poſſit deferri per ſaltum de vna linea in aliam, ſed donec ſupereſt aliquis ex linea illius, qui ſemel fuit admiſſus ad eum ſpectet ſucceſſio excluſis alijs, licèt ſit opiniu multum controuerſa, ex traditis per Peregrin. *de fideicommiſſ. art.7. num.13. &c.* intelligitur ni- 6 ſi ex verbis teſtamenti appareat teſtatorem voluiſſe fieri tranſitum ad aliam lineam, imò hoc argui poſſet etiam ex coniecturis, & præſumptionibus, quæ haberentur pro liquidiſſimis probationibus, & iuxta illas eſſet iudicandum quamuis teſtator ita apertè, prout fecit, non expreſſiſſet ſuam voluntatem, Gratian. cum multis alijs ab eo allegatis *in cap 621. num.4. & ſeqq.*

Et quod in dubio teſtator cenſeatur vocaſſe potiùs genus, & familiam abſolutè, & generaliter Dominorum de Guardis deſcendentium à Domino Franciſco, quàm ſe voluiſſe reſtringere ad ſolum genus familiæ 7 D. Pauli primo honorati propter qualitatem maioris ætatis, licèt verba habeant duplicem ſenſum, & poſſint referre tam ad familiam abſolutè conſideratam, quàm ad ſolam deſcendentiam dicti D. Pauli, probatur ex traditis per Menoch. *de præſumpt. lib.4. præſumpt.88. num. 1. & ſeqq.* præcipuè in caſu noſtro, vbi ſatis apertè te- 8 ſtator declarauit mentem ſuam, & intentionem, dum per verba toties repetita abſolutè, & generaliter conſiderauit familiam Dominorum de Guardis in filijs, & deſcenden-

dentibus D.Franciſci ſenioris, & voluit legatum ſcutorum
15.m.ſpectare ad maiorem natu de dicta familia, & deſcen-
dentia, & vbi conſtat de voluntate teſtatoris non eſt vlte-
riùs quærendum, *l. in conditionibus, ff. de condit. & demon-*
ſtrat. Grat. *diſcept. forenſ. c.645. n.14.* ita vt vna pars teſta-
9 menti alteram declararet ad effectum colligendi mentem diſ-
ponentis, Rom. *conſ.438. n.14.* idem Grat. *c.834. n.5.*

Quapropter ceſſat & aliud obiectum, quod in ea par-
te, in qua teſtator prædilexit D. Paulum tanquam maio-
rem natu, videatur quoque prædilexiſſe omnem eius poſte-
10 ritatem, quia non procedit vbi in poſteritate deficit illa
qualitas maioris ætatis, ob quam teſtator expreſsè illum
honorauit ſub nomine collectiuo, & non proprio, Socin.
iun. *conſ.168. num.80. lib.2.* cum alijs per Gratian. *d. cap.*
621. num.8. & 9.

Et omiſſo quod in teſtatore noſtro non poteſt conſide-
rari maior affectio erga D. Paulum, cùm eius nomen pro-
11 prium non expreſſerit, & fortè nondum eſſet natus, ſi ta-
lis affectio eſſet aliquo modo conſiderabilis, etiam in non-
dum natis, & non proprijs nominibus vocatis, vtique ſu-
ſtineri poſſet maiorem affectionem cadere potuiſſe erga D.
Franciſcum iuniorem tanquam habentem qualitatem re-
quiſitam, & quaſi per eum remotiorem D. Paulo, propa-
gatio, diuturnitas, & familia DD. de Guardis generaliter
honorata, & dilecta vlteriùs protrahatur, & conſeruetur,
Soc. iun. *conſ.126. num.54. lib.1.* Ponzirol. *in Reſponſ. pro*
Mambellis num.96.

Neque obſtare debet, quod dicta qualitas maioris ætatis
ſemel extiterit, & verificata fuerit in perſona D. Pauli,
quàm eius deſcendentes repræſentant, & quod D. Attilius,
& eius linea ſemel excluſa, debeat ſemper remanere exclu-
ſa, quia quo ad repræſentationem, vt iam dictum eſt, non
habet locum vbi in filijs deficit qualitas, ob quam pater
12 fuit honoratus, nec vbi agitur de ſucceſſione ex teſtamen-
to, ſed tantùm ab inteſtato, niſi conſtaret teſtatorem vo-
luiſſe filium obtinere locum patris, quod tantùm abeſt in
caſu propoſito, vt potiùs manifeſtè contrarium appareat,
ſic multis relatis diſtinguit Michalor. qui loquitur etiam
in primogenitura *d. tract. de fratr. part.3. cap.15. num.17.*
& 18. iuncto num.6. ea ratione quia in ſucceſſione legaliter
attenditur legis diſpoſitio, ex qno filius intrat locum patris,
ſed in ſucceſſione teſtamentaria conſideratur affectio teſta-
13 toris, quę in noſtro caſu, vt iam dictum eſt, non datur magis
erga filios D.Pauli, quàm filios D.Attilij, cuius excluſio, &
eius deſcendentia ideò non fuit perpetua, ſed temporalis,
durante ſcilicet vita D.Pauli, quo decedente debet admitti
14 D.Franciſcus iunior habens eamdem qualitatem maioris
ætatis, ob quam etiam D. Paulus fuerat honoratus, Grat.
diſcept. forenſ. c.695. num.11. & ſeqq.

Appellatione etiam maioris ex deſcendentibus veniunt
15 omnes huiuſmodi qualitate præditi, Grat. *cap.456. num.*
84. & appellatione familiæ, ſeu caſatæ, quo verbo pluries
vſus eſt teſtator intelligamus actiuè, & effectiuè pro agna-
tione veniunt omnes filij, nepotes, & vlterioris gradus de-
ſcendentes ex colonello dicti D. Franciſci ſenioris, inter
16 quos eſt D.Franciſcus iunior Attilij filius, ſi verò intelliga-
mus paſſiuè, & contentiuè eſt adeò amplum vocabulum,
quod niſi repugnaret mens teſtatoris comprehenderet om-
nes agnatos, etiam tranſuerſales, & aggregatos deferentes
eadem inſignia, & cognomen, Menoch. *de præſumpt. lib.4.*
præſumpt.88. num.2. & ſeq. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.645.*
per tot. & Rot. *in Romana fideicommiſſi 7. Februarij 1635. co-*
ram Merlino, &c. Altograd. *conſ.46. num.21. lib.2.* Tantò
magis igitur cenſetur vocatus dictus D.Franciſcus iunior,
qui eſt de naturali deſcendentia, & colonello D. Franciſci
ſenioris, dum habet dictam qualitatem maioris ætatis à te-
ſtatore requiſitam.

Et ſtante certitudine bonorum ſubiectorum Mairoatul,
& legato conſeruando, vt ſupra, in maiore dictæ deſcen-
dentiæ, cùmque eorum dominium recta vi abſque aliqua
reſtitutione facienda ipſo iure in eodem inſtanti aduenien-
tis diei, & purificatæ conditionis tranſeat in quemlibet vo-
17 catum, poterit ſupradictus D.Franciſcus iunior, in quo ve-
rificatur qualitas à teſtatore requiſita, ſublato de medio di-
cto D.Paulo ex propria perſona, & non iure tranſmiſſo ca-
pere poſſeſſionem talium bonorum propria auctoritate,
vt benè probat Gratian. *diſcept. forenſ. cap.771. num.36. &*
18 *48.* Tantò magis igitur quilibet Iudex requiſitus viſo teſta-
mento io ſuo originali non cancellato, neque abolito, & fa-
cta fide de ſupradicta qualitate, poterit immiſſionem, ſeu
potius aſſociationem concedere ad dictam poſſeſſionem
confirmandam, & tuendam, prout fieri ſolet ex vtili reme-
dio *l. fin. C. de edic. d. Adrian. toll.*

Poſt hæc ſcripta cùm in eodem puncto conſultus reſpon-
diſſet Excellentiſſimus D. C. Lælius Altogradus Nobilis Pa-
tritius, & Aduocatus Lucenſis, ſummoperè gauiſus ſum,
dum vidi ſupradictam meam opinionem auctoritate tanti
viri per eadem ferè fundamenta comprobari, inquit enim
ipſe (vt debitus honor ei tribuatur) quod quamuis primo
aſpectu potiora videantur iura D. Antonij Mariæ filij ſu-
pradicti D.Pauli, ex eo quod ipſe Paulus vti maior natus d.
Franciſci, olim Gherardi de Guardis, cùm fuerit recognitus
à dicta D. Franciſca, & in eum iam deuenerint bona d.Ma-
ioratus, teſtarot autem poſt primum recognitum diſpoſuerit
dicta bona conſeruari debere in domo, & caſata de Guar-
dis, in maiore ſcilicet natu talis deſcendentiæ, ſanè hoc ex
iuris diſpoſitione intelligendum videatur, vt ſit admitten- 19
dus maior natus ex linea eiuſdem Pauli, ad quem, vt di-
xi, ſemel dictus Maioratus peruenit, & hoc per text. *in c.1.*
de nat. ſucc. feud. vbi Bald. *n.1.* Afflict. *n.87.* Soc. ſen. *conſ.86.*
n.14. lib.3. & in l. ſi cognatus n.14. ff. de reb. dub. Pariſ. *conſ.23.*
n.263. lib.1. Soc. iun. *conſil.126. n.27. 34. & 35. lib.1.* Natt.
conſ.22. n.1. Roland. *conſ.100. num.14. lib.1.* Molin. *de Hiſ-*
pan. Primog. lib.3. c.4. n.13. & 14. vbi ait in ſucceſſionibus
huiuſmodi quatuor eſſe conſideranda, & primò conſide-
randam eſſe lineam, vt illi qui ex linea vltimi poſſeſſoris, 20
aut illius in quem ſemel Maioratus deuenit cæteris præfe-
rantur, nec tranſitus fiat ad alias lineas, donec ex ea de-
ſcendentes ſuperſint; ſecundò dicit conſiderandum eſſe
gradum, vt qui ſunt ex dicta linea poſſeſſori vltimo ma-
gis proximi præferantur remotioribus, tertiò inquit conſi-
derandum eſſe ſexum, vt inter eos, qui ſunt eiuſdem lineę,
& gradus præferatur maſculus, quartò demum concludit
conſiderandam eſſe ætatem, vt inter pares linea, gradu,
& ſexu maior natu, ſeu ſenior præferatur, & hæc eſſe appri-
mè notanda ad interpretationem voluntatis teſtatorum
vocantium ad primogenituram, ſeu maioratum maiores
natu, aut ſeniores de domo, vt ſcilicet ſint admittendi reſpe-
ctiuè habentes iſtam qualitatem, dummodò ſint de linea 21
illius, ad quem prima vice maioratus deuenit, adeò vt non
ſit curandum de gradu, niſi in linea, nec de ætate niſi in
gradu, & quam theoricam ſequitur Becc. *conſ.138. num.*
46. Surd. *conſ.403. n.16.* Peregr. *conſ.42. n.6. lib.3. & de fi-*
deicomm. art.27. n.14. Fuſar. *de ſubſtit. quaeſt.379. n.50. &*
quaeſt.484. num.29. 30. 32. 33. & 34. vbi alios allegat, qui
oſtendunt ſucceſſionem in his maioratibus tranſire non
debere de vno in alium per ſaltus, hoc eſt de linea ad lineam
niſi prima in totum euacuata.

Tamen his minimè obſtantibus in pręſenti caſu exiſtimat
ipſe Excellentiſſimus D. Altogradus contrarium eſſe omni-
nò reſoluendum, nam cùm teſtator grauauerit D. Franciſ-
cam filiam ſuam ad recognoſcendum pro ſcutis 15. m. in tot
bonis ſtabilibus domum, familiam, ſiue caſatam de Guardis,
in filijs D. Franciſci q. Gherardi Guardi in primogenito ſci-
licet, ſiue in eo qui eſſet maioris ætatis ex natis, ſiue naſci-
turis ex eo de legitimo matrimonio, ita quod eadem bona
ſemper durante tempore annorum centum conſeruari de-
beant in Caſatam de Guardis in maiore ſcilicet talis deſcen-
dentiæ, & ex d. Franciſco natus ſit de anno 1594. D.Paulus,
& deinde anno 1602. D. Attilius, ex Attilio autem anno
1644. natus ſit D.Franciſcus, & anno 1646. D. Lapus, ex d.
autem D. Paulo nuper ſolum natus ſit D. Antonius Maria
hoc eſt de anno 1651. & ſic d. Antonius Maria mortuo D.
Paulo primogenito d. D. Franciſci, & primo ad dictum
maioratum admiſſo ſit iunior dictæ deſcendentiæ D. Fran-
ciſci quondam Gherardi de Guardis, & præfatæ domus, &
caſatæ; D. autem Franciſcus filius Attilij vti natus anno
1644. eodem Attilio prædefuncto ſit maior ætate, & ſenior
quolibet alio d. deſcendentiæ, & familiæ, ſeu caſatæ, nulli
dubium eſſe poteſt quin ipſe D. Franciſcus poſt obitum D.
Pauli ſuccedere debeat, non obſtante ſuperexiſtentia eius
filij cùm ſit cæteris iunior, & quamuis etiam maioratus ſic
tranſire debeat per ſaltum de vna ad aliam lineam, ex quo
regula contraria non habet locum quando habitus fuit reſ- 22
pectus ad familiam, ſeu caſatam in genere, ſeu ad deſcenden-
tiam talis perſonæ, vt hic D. Franciſci, & vocatus eſt ille,
qui in ea ſit ſenior, ſeu maior ætate, quia tunc poſthabito fi-
lio primogeniti iam admiſſi vti non habente qualitatem re-
quiſitam maioris ætatis tempore delatę ſucceſſionis, tranſi-
re debet maioratus ad ſeniorem, ſeu maiorem natu dictæ

familiæ, ſeu deſcendentiæ, in quo dicta qualitas verificetur, ita tradunt in puncto videndi Alex. *conſ.123. num.1. & per tot. lib.1. conſ.4. num.1. & ſeqq. ad 8. per tot. lib.4.* Anchar. *conſ.27. per tot.* Rom. *conſ.438. num.13. & 14.* Alciat. *conſ.8. num.6. verſ. confirmantur prædicta, &c. tom.3. lib.9.* Dec. *conſ.443. num.23.* Iacob. Berett. *conſ.134. num.22. & 23.* Oiaſch. *conſ.77. num.21. & 22. & conſ.71. nu.39. & conſ.73. num.10. & 13.* Menoch. *conſ.442. num.19.20.22. & 23.* Peregr. *de fideicommiſſ. art.13. num.86. verſ. quod ſi maior, iuncto verſ. & hoc caſu, &c. & conſ.33. num.14. & 15. & conſ.47. num.6.12.13.14. & 15. conſ.64. n.10. & 13. lib.2. & conſ.34. num.17. lib.3.* vbi plenè Simon. de Præt. *de interpret. vltim. vol. lib.3. interpret.3. dubit.4. ſolut.2. num.18. pag.334.* Milanen. *deciſ.9. num.45. & 46. & ſeqq. ad 50. lib.1.* Surd. *conſ.403. num.39. verſ. tertiò reſpondetur, & conſ.468. per tot.* Bero. *conſ.71. n.23.28.29. & 30. lib.1.* Zaſ *conſ.20. n.12. lib.2.* Gaſpar. Aoton. Theſaur. latè *quæſt. forenſ. lib.1. qu.35. n.2.3.4.5. & num.36.* Gamm. *dec.307. num.4.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.358. num.24. ver. limitatur quarto, &c. & quæſt.383. num.5.* latè diſputato articulo Capyc. Galeot. *cont.48. per tot. lib.1.* Horat. Barbut. *de fideicommiſſ. part.3. cap.4. n.93.94. & 95.*

23 Nec prædictis reſiſtit regula habens, maioratum ſemel
ingreſſum in vnam lineam in ea ſemper permanere alijs ex-
cluſis, donec ex ea aliqui ſuperſint, nam non procedit vbi
ex verbis à teſtatore expreſſis apparet contrariam fuiſſe
eiuſdem teſtatoris voluntatem, ſicut enim permiſſum eſt
teſtatori legem quam velit ſuis diſpoſitionibus apponere, vt
ait Honded. *conſ.46. num.19. lib.2.* ita io caſu prædicto po-
24 tuit teſtator vocare maiorem oatu de deſcendentia D. Fran-
ciſci ſemper, ac veniret caſus deuolutionis maioratus eiuſ-
dem, adeò vt deferri oequeat niſi ad eum, qui verè, & pro-
priè, non per fictionem, aut interpretationem habeat iſtam
qualitatem maioris ætatis, ita poſt alios Galeott. *d. contr.
48. num.23. & num.43. & infra, & num.56.57. & 58.* vbi
huic obiecto in ſpecie ſatisfacit.

In contrarium vide Bardellon. *conſ.60. & 61. lib.1.*

A R G V M E N T V M.

Concluſio in cauſa quando dicatur facta, & quid operetur. Citatio ad ſententiam, quando remaneat circumducta, & multa de taxatione expenſarum, à quo ſit facienda, & quæ veniant in ea.

S V M M A R I V M.

1 *Concluſum in cauſa quando dicatur, & quid operetur talis concluſio.*
2 *Citatio ad ſententiam remanet circumducta, & annullata ob admiſſionem aliorum iurium, & quando ob id ſententia ſit nulla.*
3 *Iudex quando poſſit pendente appellatione expenſas taxare.*
4 *Quæ fiunt incontinenti, quando dicantur ineſſe, & quando dicatur fieri incontinenti, num.5.*
6 *Taxatio expenſarum quomodo retrotrahatur ad tempus ſententiæ, & dicatur facta incontinenti.*
7 *Citatio non eſt neceſſaria in taxatione expenſarum quando fit eadem die ſententia alias ſecus, & appellari poteſt ab exceſſu.*
8 *Taxatio expenſarum quomodo fieri poſſit in ipſa ſententia negotij principalis.*
9 *Expenſæ quænam ſint habendæ in conſideratione in illarum taxatione, num.10.11. & num.19.*
12 *Salarium aduocatorum, & Iudicum habet prælationem inter alios creditores.*
13 *Salarium duplex debetur ei, qui functus fuit officio duorum.*
14 *Salarium debetur etiam cauſa per concordiam terminata.*
15 *Salarium aduocatis in qua ſumma debeatur, & poſſit in pactum deduci, num.18.*
16 *Aduocati quinam dicantur.*
17 *Litigantes efficiuntur de foro vbi litigant quoad ſalarium, pro quo poſſunt in eadem loco executiuè conueniri.*
20 *Damna, & intereſſe an veniant in expenſarum taxatione.*
21 *Expenſæ litis an poſſint excedere duplum valoris rei controuerſæ.*
22 *Expenſa copiæ inſtrumenti quando debeatur, vel non.*
23 *Expenſæ factæ pro iuſtificanda intentione quando non ſint reficiendæ.*
24 *Iudex appellationis quomodo poſſit taxare expenſas, etiam coram primo Iudice factas.*
25 *Iudex appellationis ſimpliciter condemnando in expenſis cenſentur condemnaſſe, etiam in illis, quæ factæ fuerunt coram primo Iudice.*

C A P V T XLI.

POſt concluſum in cauſa, quod factum dicitur lapſo ter-
mino probatorio à ſtatuto, vel Iudice aſſignato, aper- 1
to proceſſu, & dictis teſtificatis, ac commiſſis citatio-
nibus ad audiendam ſententiam, in calculo ipſius ſententiæ
ferendæ nihil amplius dici, produci, vel opponi poteſt, cùm
intelligatur tunc poſitus finis probationis in illa inſtantia,
& debeat Iudex quam primum ad ſententiam deuenire,
nullis alijs probationibus admiſſis, quia concluſio in cauſa
eſt præcluſio facultatis amplius producendi teſtes, vel in-
ſtrumenta cum declarationibus, de quibus latè Aſin. *in prax.
§.23. per tot.* Menoch. *de arbitr. lib.1. q.35. per tot.* Gratian.
diſcept. forenſ. cap.206. n.29. & ſeqq. ad finem.

Et vbi aliquid contra prædictam iuris diſpoſitionem ad-
miſſum fuerit deberet appellari, quia citatio iam emanata
ad ſententiam dicitur reuocata, & circumducta, & ſit opus
alia citatione, etiam ſi admiſſi fuiſſet facta cum proteſtatio- 2
ne ſine præiudicio ſententiæ, citationis, & termini pro ſer-
uato habiti aliàs ſententia eſſet nulla ex defectu citationis,
etiam ſi citatio incideret in aliam diem poſt admiſſionem
niſi pronuncietur, prout in cedula, & Notarius omnia po-
nat ſub die pronunciationis, quo caſu etiam non valeret
ſententia ſi aliundè apparere poſſit ea die in ſcriptis latam
non fuiſſe, Grat. *diſcept. forenſ. cap.438. num.4. & ſeqq. &
cap.950. num.21. & ſeqq. & cap.959. num.17. & ſeqq.*

Lata demum ſententia ad fauorem Antonij Lombardi
cum condemnatione aduerſariorum in expenſis reſeruata 3
taxatione, poteſt idem D. Iudex illas taxare, etiam ſi inter-
ponatur appellatio ſi taxet incontinenti antequam ſit præ-
ſentata inhibitio, cùm taxatio ſit quædam præcedentis con-
demnationis declaratio, & non ſit actus contrarius appel-
lationi, Marant. *in prax. tit. de appellat. num.167.* Lap. *alleg.
82.* Lancell. *de attent. appellat. pend. limit.11. num.11.* Aſin.
in prax. §.32. cap.12. num.2. & num.4. cum alijs multis per
Grat. *diſcept. for. c.698. n.13. & 14.* vbi teſtatur de vero-
ri opinione, & contraria procedere poſſe quoad executio-
nem, quæ non eſt licita pendente appellatione, ac quando
huiuſmodi taxatio non ſit incontinenti ante inhibitionem,
ſed poſt illam, quo caſu committerentur attentata, idem
Grat. *cap.349. per tot.* licèt ſupra relati DD. ſimpliciter te-
neant poſſe fieri taxationem pendente appellatione.

Quæ enim fiunt incontinenti dicuntur ineſſe, *l. lecta, ff.
ſi cert. pet.* præcipuè vbi quæſtio principalis non eſt de tem- 4
pore, quia tunc etiam momentum haberetur in conſidera-
tione, Iaſ. *in d. l. lecta num.15.* incontinenti autem fieri dici-
tur id quod fit eadem, vel ſequenti die, Tiraquel. *de retract. 5
conuent. § 1. gloſ.5. in prin.* Montan. *de tut. cap.30. num.50.*
imò continuò, & ſtatim fieri dicitur, quod fit etiam ex in-
teruallo ſi à principio ſic potuit, & conſueuit fieri, Mar.
Ant. Bard. *tract. de temper. vtil. & contin. cap.11. num.9.* vbi 6
exemplificat, prout eſt caſus noſter in ſententia expenſa-
rum, quæ profertur inſimul cum ſententia negotij princi-
palis, talíſque ſententia expenſarum quoad quantitatem
eſt tunc incerta, cuius poſtea habetur certitudo quando fit
taxatio, quæ retrotrahitur ad illud tempus ſententiæ latæ
ſuper negotio principali, in qua fuit etiam facta condem-
natio expenſarum, vnde præſumptiuè dicitur continuò
poſt ipſam ſententiam fieri, ac etiam inſimul, & quaſi cum
ipſa ſententia virtute retrotractionis, licèt quandoque fiat
longè poſt Bart. *in l. ab executore, ff. de appell.* Anchar. *conſ.
7. num.4.* & non diſſentire videtur Aſin. *in prax. §.32. cap.
8. num.8.*

Ita vt ſi eadem die Iudex velit huiuſmodi expenſas taxa-
re, non ſit opus alia partis citatione, quicquid alias eſſe ne-
ceſſariam citationem, ſi alio die fiat communiter, videantur 7
firmare Doctores, cùm tunc temporis taxationis adijciatur
certa quantitas primæ ſententiæ, & poſſit appellari ab ex-
ceſſu, Aſin. *d. §.32. c.8. per tot.* Bocr. *deciſ.285. n.6.* Marant.
part.6. act. vlt. de execut. ſentent. n.21. & 22. fol mihi 547.

Gra-

Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.*349. *n.*12. & poſſunt in ipſa
ſententia negotij principalis taxari, prout aliquando ſerua-
8 ri vidi hoc modo, videlicet, victum victori in expenſis con-
demnamus, quas ſummariè taxamus in libras tot, & hoc
eſſe puto, quod volunt Doctores citationem non eſſe ne-
ceſſariam ſi eadem die fiat taxatio, cùm eodem die non
poſſit commodius quàm modo ſupra relato fieri, & tunc
non eſt mirum aliam citationem non eſſe neceſſariam pro
huiuſmodi taxatione, cùm præceſſerit citatio generalis ad
ad ſententiam ſuper negotio principali, cum quo ſimul ex-
peditur etiam taxatio ſub eadem citatione, aliàs citatio eſt
neceſſaria iuxta ſuperiùs dicta.

In quarum quidem expenſarum taxatione erit habenda
ratio non ſolùm factarum ad bancum iuris pro ſcripturis,
9 ſed etiam pro ſalario, & honorario procuratoris, & aduo-
cati, & ſportularum Iudicis, ac etiam de alijs expenſis fa-
ctis in itinere ad locum differentiæ, *l. cùm qui temere de iud.*
Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*56. *num.*4. Et quod expenſæ
10 procuratoris, & aduocati ſint reficiendæ à condemnato in
expenſis, pluribus relatis firmat idem noſter Aſin. *in d.* §.
32. *cap.*2. *ampliat.*66. *per tot.* ſicut, & expenſæ acceſſus ad
locum differentiæ, vt per eundem Aſin. *ampliat.*36. *in fine*,
Quod procedit, etiam ſi victor habuiſſet aduocatum, &
procuratorem, qui gratis illi inſeruiſſent, quia adhuc ſunt
ei reficiendæ expenſæ, licèt earum occaſione nihil exburſa-
uerit, cùm ſaltem ſemper remaneat obligatus ad antidota
erga illos, Aſin. *d.* §.32. *cap.*2. *ampliat.*66. *n.*4. *& ſeqq.* Gra-
tian. *diſcept. forenſ. d. cap.*56. *num.*41. Tiraquell. *de retract.*
§.29. *gloſ.*4. *num.*6.

Et idem eſt in procuratore, & aduocato, qui propriam
11 cauſam defendant, nam & illis debent refici expenſæ, quas
alijs ſoluiſſent, præcipuè ſi ob propriam cauſam ſolitis ne-
gotijs aliorum vacare non potuerunt, Aſin. *d.* §.32. *limit.*
19. *num.*2. Gratian. *d. cap.*58. *n.*42. Menoch. *de arbitr. caſ.*
154. *num.*5.

12 Ita vt huiuſmodi honoraria aduocatorum, & Iudicum
fauore ſtudij habeant priuilegium prælationis inter omnes
alios creditores, Rodriquez. *tract. de concur. cred. part.*1.
*art.*13. *num.*18. & latè Merlin. *de pign. lib.*3. *tit.*1. *q.*5. *num.*
32. *& ſeqq.*

13 Ac duplex ſalarium debetur eidem perſonæ, quæ functa
fuit officio duorum, puta procuratoris, & aduocati præci-
puè aucto ob id labore, Felin. *in c. cum olim in princ. de iud.*
cum alijs per Gratian. *diſcept. forenſ. c.*652. *n.*10. & generale
eſt, quod gerenti duo negotia paſſim duplex ſalarium con-
ſtituatur, Rot. *in Nouiſſ. p.*6. *dec.*12. *n.*13.

Et tale ſalarium debetur etiam ſi non expectata ſen-
14 tentia, cauſa fuiſſet per concordiam terminata, Gratian.
*diſcept. forenſ. cap.*55. *num.*16 tunc enim dicitur lis finita,
& in fine litis de iure debetur ſalarium, idem Gratian. *cap.*
56. *num.*1.

In qua autem ſumma debeatur ſalarium aduocatis, pri-
mò eſt attendendum ſtatutum loci, vbi de illo diſponit, vel
pactum quando fuit conuentum de certo ſalario, quod fie-
ri poteſt, dummodò non ſit de quota litis, nunquam ta-
15 men tollitur arbitrium Iudicis, quin etiam ſtante ſtatuto,
vel pacto poſſit illud moderari, vel augere ratione longio-
ris litis, & laboris, & ſic ſemper iſtud dicitur arbitrarium
Iudici, qui ita verſari debet, vt pro modo litis, pro aduo-
cati facundia, & pro conſuetudine iudicij, & regionis æſti-
mationem adhibeat, dummodò centum aureos non exce-
dat pro qualibet lite, & ſic ſuum arbitrium vſque ad cen-
tum aureos extendere poſſet, ſi labor, & merita cauſæ ita
exigere ſibi viderentur, ſicut vſque ad dictam ſummam
centum aureorum, & non vltra paciſci licitum eſt niſi adda-
tur iuramentum, quod tamen plus datum eſſet repeti non
poſſet, *l.*1. §. *ſi cui cautum, &* §. *in honorarijs, ff. de var. & ex-
traordin. cognit.* Menoch. *de arbitr. caſ.*513. *per tot.* vbi in fi-
16 ne dicit, quod pro aduocatis accipere debemus illos om-
nes, qui quoquomodo cauſis agendis ſtudio operantur, &
prædicta omnia ſequitur Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*56. *nu.*
1. *& ſeqq. ad* 7. vbi etiam quòd ratione iſtius ſalarij, vel ex-
penſarum clientuli efficiuntur iuriſdictionis illius Curiæ,
17 in qua litigauerunt, licet aliàs non eſſent ſubiecti, & poſ-
ſunt in ea executiuè conueniri, retineri donec ſoluant.

Ad minus autem quando nimis in cauſa elaboratum non
fuit aduocato in prima inſtantia debentur ſaltem ſex aurei,
18 in ſecunda verò, & vlteriori inſtantia tres aurei, & procu-
ratori in prima quatuor, in reliquis verò tres aurei deben-
tur, Bellamer. *deciſ.*437. quem ſequitur Aſin. *d.* §.32. *am-*

Sabelli Reſol.

pliat 66. *num.*1. qui tanquam Florentinus, & interpretan-
do ſtatutum Florentinum videtur innuere ſic in ſtatu Flo-
rentino ſeruari.

Et vt paucis verbis omnia complectar in taxatione ex-
penſarum veniunt omnes expenſæ neceſſariæ, quæ iuxta ſo-
litum morem iudiciorum, & conſuetum fiunt, & ſine qui-
bus cauſa expediri non poſſet, vt ſunt illæ aduocatorum,
procuratorum, itineris, & hoſpitij, & quantum cauſa litis 19
abeſt ab eo, qui obtinuit ſententiam. Ita vt quandoque ſit
etiam habenda ratio operarum, & damni intrinſeci, ob id
quod quis diu litigare coactus non potuerit ſuis vacare ne-
gotijs, & etiam interdum damni extrinſeci, expenſæ autem
vtiles tantùm, & nimis delicatæ non ſunt attendendæ, & in
omnem caſum deduci debet quam victor domi ſuæ manen-
do expendiſſet, latè Aſin. *d.* §.32. *cap* 3. *per tot.* Gratian. *di-
ſcept. forenſ. cap.*33. *num.*34. *ad* 45. Et ſi quis velit ſingilla-
tim videre quænam expenſæ, & quando ſint reficiendæ, latè
tradit Aſin. *d.* §.32. vt per paginam 26. diſtinctè de omnibus
pertractat Theſ. *dec.*67. & pulchrè Duran. *deciſ.*161. *&* 420.
per tot. An veniant damna, & intereſſe, Gratian. *diſcept. fo- 20
renſ. cap.*833. *per tot.* & Aſin. *d.* §.32. *cap.*4. *per tot.* Et an ex-
penſæ litis poſſint excedere duplum æſtimationis rei in 21
controuerſia deductæ, Magon. *deciſ. Floren.*78. *num.*2.

Sed illud hoc loci non omiſerim, quod expenſa copiæ in-
ſtrumenti habiti à Tabellione, vel Notario, ſiue ab Archi-
uio, in quo continetur debitum peti poteſt, & debetur acto- 22
ri ſi prius debitorem interpellauerit aliàs ſecus, Add. ad
Pract. Papp. *de for. libel. act. real. in princ. num.*14. Tiraquel.
*de retract. conuent. gloſ.*2. *n.*23. Aſin. *d.* §.32. *cap.*2. *ampliat.*
20. Duran. *d. deciſ.*420. *num.*2. *& deciſ.*161. *num.*5. vbi vult
extractionem inſtrumenti eſſe faciendam præuia citatione
partis, aliàs expenſam huiuſmodi non eſſe reficiendam.

Nec etiam omiſerim, quod expenſæ factæ ſiue ab acto-
re, ſiue à reo pro iuſtificanda eorum intentione, puta
quod ſint hæredes, ceſſionarij, vel quid ſimile non ſunt re-
ficiendæ, cùm ſint producenda inſtrumenta, nec ſufficiat 23
illorum indicatio, quando negotium fuit cum alijs geſtum,
maximè ſi poſt productionem iurium ceſſatum fuerit à li-
te, ita vt dicatur calumniator, qui non probat id quod pro-
ponit, & iſto caſu deberentur ſolum expenſæ factæ poſt
productionem iurium, etiam ſtante quod victus victori
in expenſis condemnetur, quia intelligendum eſt de illis
expenſis, in quibus condemnatio erat de iure facienda,
Dec. *in l. qui in alterius* 41. *num.*8. *&* 9. *ff. de reg. iur.* Aſin.
d. §.32. *limit.*18. & latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*725.
*num.*26. *& ſeqq.*

Et ſi primus iudex, à quo non taxauit huiuſmodi expen-
ſas, poteſt Iudex appellationis omnes taxare, etiam coram 24
primo, & ſic alio Iudice factas, ſibi tamen datis, & produ-
ctis cedulis expenſarum, vel vt aiunt notulis per notarium
primæ inſtantiæ, & intelligendo in Iudice ordinario, cùm
ſecus ſit in delegato, qui ſine ſpeciali commiſſione non
poteſt expenſas coram alijs factas taxare, Gratian. *diſcept.
forenſ. cap.*33. *num.*24. ac videtur eſſe de mente Aſin. *in d.*
§.32. *ampliat.*7. vbi vult iudicem appellationis ſimpliciter
condemnando in expenſis, intelligendum eſſe condemna-
re, etiam in expenſis coram primo Iudice factis, niſi ap-
pareat coram eo habuiſſe iuſtam cauſam litigandi, & eo-
dem §.2. *limit.*21. *in fine*, vide Gratian. *deciſ.*50. *per tot.*
Leoncil. *deciſ. Ferrar.*83. *per tot.*

ARGVMENTVM.

Alimenta an, & quando ratione conſanguinitatis,
& pietatis intelligantur donata, vel compenſen-
tur cum operibus, an eorum fauore ex triennali
præſtatione inducatur obligatio, quomodo pro-
betur ſolutio, & qualiter voluntas diſponentis
ex actu nullo, & reuocato.

SVMMARIVM.

1 *ALimenta quando ratione conſanguinitatis, & pie-
tatis intelligantur donata, n.*9. *& n.*10.
2 *Quis tenetur alere eum, cuius opera vtitur.*
3 *Opera poſt ſeptennium habentur in conſideratione, &
compenſantur cum alimentis.*
4 *Obligatio, & titulus in futurum quando inducatur ex
triennali præſtatione alimentorum, n.*11.
5 *Solutio pro retractis temporibus probatur per tres ſolu-*

tiones tribus annis continuis factas.

6 *Voluntas diſponentis colligitur, etiam ex actu nullo, & reuocato.*

7 *Donatio nunquam præſumitur vbi capi poteſt alia coniectura.*

8 *Fatuitas potius, & error in facto proprio, quam donatio præſumitur.*

12 *Tempus non eſt modus inducendæ obligationis.*

13 *Interpretatio illa eſt ſumenda, per quam verba inſtrumenti ſe inuicem compatiantur, & tollatur contrarietas per diſtinctionem temporum.*

CAPVT XLII.

1 ADmodum R. D. Abbas Ludouicus Stagnus de Imola pietate ductus in eius domum, & ad propriam menſam recepit Cæſarem Paulutium ſuum conſobrinum, dum ætatis ſuæ annorum ſex remanſiſſet parentibus orbatus, ſicque illum retinuit vſque ad quadrageſimum quintum eius ætatis annum per annos triginta nouem eidem vltra menſam ſubminiſtrando etiam omnem albam ſupellectilem, veſtitum, & alia ad victum neceſſaria. Cùmque inſuper d. D. Abbas eundem Paulutium applicare curauerit arti aromatariæ, in qua non parum profecit, & multum lucratus fuit, & ab eius apotheca idem D. Abbas nonnulla aromata, & alia habuerit, ac fructus aliquorum cenſuum dicti Paulutij exegerit, ſeu penes ſe retinuerit, de anno 1640. deuenerunt ad concordiam inter ſe, qua mediante ſeſe inuicem abſoluerunt, & liberauerunt factis ſimul computis vſque ad illam diem tam pro prætenſionibus alimentorum dicto Paulutio per eundem D. Abbatem vſque tunc præſtitorum ad propriam menſam, quam pro alijs contrapoſitis prætenſionibus eiuſdem Paulutij contra dictum D. Abbatem ratione dictorum aromatum, & fructuum cenſus exactorum, ſeu retentorum per D. Abbatem, qui inſuper eodem amore ductus erga dictum Paulutium promiſit, *& ſe obligauit illi ſubminiſtrare victum eundem ſolitum gratis ſemper in futurum, dum ſolita concordia, & charitate cohabitauit in dicta domo*, prout præcisè cantant verba inſtrumenti.

Sed cum dictus Paulutius publicè conquereretur de dicto accordio, & diceret ſe læſum, de voluntate, & conſenſu d. D. Abbatis de anno 1646. fuit ſpontè hincinde receſſum ab illo, & vnicuique conceſſa facultas petendi omnia, quæ ſibi competere credit, ac ſi dictum accordium nunquam fuiſſet factum, vnde dictus Paulutius petijt à dicto D. Abbate computa, & rationes ſupradictas, & è contra ſe defendendo idem D. Abbas, etiam iure merito prætendit, & petijt ſupradicta alimenta dicto Paulutio per triginta nouem annos ſubminiſtrata, ſed aduerſus hanc intentionem D. Abbatis, multa videbantur obſtare.

Primò, quod ratione conſanguinitatis, & fauore ali-
1 mentorum non exiſtente, aliqua proteſtatione in contrarium prædicta alimenta voluntariè præſtita cenſentur intuitu pietatis potius, & conſanguinitatis, quam animo repetendi præſtita, & præſumuntur donata per text. *in l.* 1. *& l. alimenta, C. de neg. geſt.* Pract. Papp. *libel. pro lege res ſing. gloſ.* 1. *num.* 143. Magon. *dec. Luc.* 9. *num.* 31. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 160. *num.* 17.

Secondò, quod cum dictus Paulutius manendo domi dicti D. Abbatis eidem quotidie inſeruierit, & plura ſeruitia quotidiana, etiam extra domum fecerit emendo res neceſſarias, & omnia alia negotia domus expediendo, pro quibus D. Abbas famulum tenere coactus fuiſſet, niſi dictum Paulutium gerentem habuiſſet, vnde tantò magis ratione huiuſmodi operarum, & ſeruitiorum præſumi debent
2 præſtita alimenta, & non animo repetendi, ſed cum illis compenſandi, quaſi certum ſit, quod quis tenetur alere eum, cuius opera vtitur, præcipuè cùm tantundem, & plus fuiſſet expenſurus in alio famulo, Surd. *de aliment. tit.* 6. *qu.* 11. *num.* 18. *& ſeqq. ad* 28. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 23. *tit.* 12. *num.* 12. cum alijs per Gratian. *diſcept.*
3 *forenſ. cap.* 374. *num.* 19. *& ſeqq.* Et quod poſt ſeptennium ætatis dicti Paulutij operæ ſint habendæ in conſideratione, & cum alimentis compenſandę ipſo iure per legis operationem, tradit Magon. *deciſ. Luc.* 9. *num.* 26. *& ſeqq.*

Tertiò videtur obſtare, quod poſtquam dicto D. Abbas per triennium dicto Paulutio nullo iure cogente præſtitit alimenta, remanſerit obligatus in futurum ad eandem alimentorum præſtationem, quando enim ſumus, vt hic in
4 materia fauorabili præſtitione triennali inducitur titulus, & obligatio in futurum pro annis ſequentibus, *l.* 1. vbi DD. *C. de fideicommiſſ.* Rot. *in Romana Alimentorum* 30. *Ianuarij* 1637. coram Dunozett. *in Nouiſſ. part.* 7. *deciſ.* 193. *num.* 66. ſicut è contra, cùm liberatio ſit fauorabilis per tres ſolutiones tribus annis continuis factas, inducitur probatio ſolutionis, & liberationis pro retroactis, & tranſactis
annis, iuxta *l. quicunque, C. de apoc. pub. lib.* 10. de quo 5
latè Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 139. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 716. *num.* 12. *&c.* Maur. *tractat. de ſolut. cap.* 36.

Quartò denique dicebatur apertè colligi D. Abbatem gratis præſtitiſſe dicta alimenta ex verbis ſupra relatis, quæ habentur in Inſtrumento accordij, nempè quando D. Abbas promiſit, & ſe obligauit eidem Paulutio dare victum eundem *ſolitum gratis*, coniungendo ſimul iſtas duas dictiones, *ſolitum gratis*, & illas referendo ad tempus præteritum prout eſt de natura dicti vocabuli, *ſolitum*, ſicque inferendo pro ipſo Paulutio, quod cùm dicatur *victum ipſum ſolitum gratis*, conſequenter declaratur dictum victum iam ſolitum fuiſſe gratis præſtari, & ideò donatum fuiſſe, nec tunc poſſe repeti, quamuis de conſenſu partium dictum inſtrumentum fuerit poſteà caſſatum, & annollatum, ac ſi nunquam factum fuiſſet, cùm non ſit nouum,
etiam ex actu nullo, & reuocatu colligi mentem, & volun- 6
tatem diſponentis, *l.* 3. *§. fin. ff. de fund. inſtruct.* Bart. *in l. vltima, ff. de reb. eor.* cum alijs per Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 890. *num.* 6.

Quibus tamen non obſtantibus poſt latam ſententiam in curia generali Rauennæ cauſæ in me compromiſſa, & in admodum R. D. Bernardinum Campagnolum Sacræ Theologiæ, ac I. V. D. & publicum iuris ciuilis profeſſorem fui in voto, in quo etiam dictus D. Campagnolus vnà mecum conuenit ſupradictas expenſas victus, & alimentorum deberi dicto D. Abbati, iuxta morem Ciuitatis quo ad quantitatem, & pro rata eſſe compenſandas cum fructibus cenſuum dicti Paulutij, ac alijs rebus aromatarijs, &
pharmacis per dictum D. Abbatem receptis, nam quoties- 7
cunque poteſt capi in contrarium aliqua probabilis coniectura, donatio nunquam præſumitur, *l. cum de indebito, ff. de probat.* imò potiùs fatuitas, & error etiam in facto
proprio præſumitur, quàm donatio, ſicuti multis alij rela- 8
tis, docet Menoch. *de arbitr. caſ.* 88. *n.* 1. *& ſeqq.* & in terminis noſtris, quod potiùs præſumatur animus repetendi, quam donandi in habente exiguum patrimonium, prout d. D. Abbas, etiam concurrente ratione coniunctionis ſangui-
nis, & ſpe ſucceſſionis colligitur ex *l. Neſennius, ff. de ne-* 9
got. geſt. & ex alijs per Grat *diſcept. for. cap.* 374. *n.* 17. *&* 18. imò quamuis eſſemus in perſona diuite, adhuc in caſu noſtro ceſſaret præſumptio donationis, quia agitur de magna
ſumma, & nimis continuato tempore, dictus Paulutius 10
habebat plures cenſus, quorum fructus exigebantur à D. Abbate, & conſtat de animo repetendi cùm ad hunc computum alimentorum receperit Dominus Abbas fructus dictorum cenſuum, ſicuti partes in dicto Inſtrumento accordij pro confeſſo habuerunt, dum Paulutius expreſsè abſolui, & liberari voluit ab expenſis dictorum alimentorum, at ſine dubio abſolutio, & liberatio præſupponit obligationem præceſſiſſe de illis ſoluendis, quibus caſibus, non obſtante ſanguinis coniunctione, & fauore alimentorum ceſſat omnis præſumptio donationis, & eſt locus repetitioni alimentorum, vt latè tradit Menoch. *d. caſ.* 88. *num.* 20. *& ſeqq. ad* 29. & Gratian. *d. cap.* 160. *num.* 17. Ex quibus patet reſponſum ad primum obiectum.

Quo ad ſecundùm prætenſa ſeruitia non fuerunt probata, & erant adeò leuia, vt in nulla conſideratione eſſent habenda, cum dictus D. Abbas non eſſet ſolitus tenere famulum, nec Paulotius ſolitus in tali miniſterio operas ſuas locare, ſed in arte aromataria, in qua quotidie, etiam diebus feſtiuis ſe exercebat, & ſic non poterat vacare ſeruitio D. Abbatis, in cuius domo vltra victum, quem ad propriam menſam vti alter frater, non vti famulus recipiebat, longè maiora ſeruitia quotidiana habebat à familia D. Abbatis.

Nec facit tertium obiectum, quia procedit tantummodo vbi præceſſit aliquis titulus inualidus ex voluntate
minus ſolenni, & ſic duobus concurrentibus fauore, ſcili- 11
cet alimentorum, & vltimæ voluntatis, in qua ſemper fit latior, & benignior interpretatio, vnde non mirum ſi nunc qui præſtitit alimenta relicta in voluntate minus ſolenni per triennium, cenſeatur illam approbaſſe, & obligetur in futurum, ſecus autem vbi alimenta deberentur ex contractu,

ctu, vel nullo iure, & titulo deberentur, proot in caſu noſtro, quia tunc triennalis, vel etiam decennalis præſtatio nihil vltra operatur, quo ad tempus futurum, cùm tempus regulariter non ſit modus inducendæ obligationis, vt latè
12 declarat Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 131. num. 5. & ſeqq. ad 21.* cum alijs per Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 562. num. 45. & ſeqq. ad 53.*

Pariter nihil obſtat quartum obiectum, quia in hoc duo tempora ſunt diſtinguenda, præteritum ſcilicet, & futurum, & dum dicitur in Inſtrumento, *s'aſſoluano da tutto quello, che detto Signor Abbate poteſſe mai pretendere per occaſione degli alimenti, ò vitto datogli ſin' al preſente, &c.* expreſsè denotatur tempus præteritum, dum verò ſubditur ibidem, *anzi detto Signor Abbate per l'amore, &c. promette, e ſi obliga di dargli il vitto ſteſſo ſolito gratis ſempre in l'auuenire, &c.* abſque dubio denotatur tempus futurum, quia omnis promiſſio eſt de re futura, & danda in futurum, non de ea, quæ datur ad differentiam promiſſionis, & realis traditionis, ideò illæ duæ dictiones videlicet, *ſolito gratis*, non coniunctim, ſed diuiſim ſunt legendæ, vt *ſolitu*, reſpiciat præteritum, *gratis*, verò futurum, prout etiam expreſsè denotant verba, quæ ſequuntur immediatè ſtatim in eadem oratione, dum dicitur, *il vitto ſteſſo ſolito gratis*, tempore, *in l'auuenire, mentre, &c.* Et iſta eſt germana dictorum verborum interpretatio imperitia Nutarij, hoc modu conceptorum, ſicuti cuique illa ſeriò legenti liquere poteſt, aliàs daretur manifeſta repugnantia, & contrarietas, quia abſolutio præſupponit obligationem ſoluendi dictas expenſas victus, quam omninò excluderent illa verba, *ſolito gratis*, ſi coniunctim (proot ſophiſticè prætenditur) intelligerentur, & diceretur expenſas victus fuiſſe gratis præſtitas, & ideò vltra, quod clarè apparet (vt dixi) ex ſequentibus verbis eſſe diſiunctim legenda, ad euitandam contrarietatem ſumenda eſt omninò hæc interpretatio, per quam verba inſtrumenti ſe inuicem compatiuntur, & non contradicunt, ita vt rectè poſteriora ſeruentur ſaluis præcedentibus, & per diſtinctionem temporum tollitur omnis contrarietas, *c. inter dilectus §. cæterum de fid. inſtrum.* Alex. *conſ. 141. num. 5. lib. 2.* Corbul. *de iur. emphyt. tit. de cauſ. priuat. ob alienat. limit. 3. n. 6.*

A R G V M E N T V M.

Salarium an debeatur poteſtati pro tempore, quo fuit carceratus, & an eo mortuo hæredibus pro toto tempore, & illi finiant officium, quid in Canonico an lucretur fructus, & diſtributiones quotidianas dum eſt carceratus.

S V M M A R I V M.

1 *Officialis non debet remoueri ab officio, & eo durante carcerari pro crimine extra illud commiſſo.*

2 *Officialis non conſequitur ſalarium niſi pro tempore quo ſeruit, quando ſecus, num. ſeqq.*

3 *Poteſtates terrarum dicuntur in magna dignitate, & perſonam Principis repræſentant.*

4 *Salarium pro toto tempore debetur hæredibus Poteſtatis defuncti, & in eius locum ſubrogatur filius ad finiendum officium.*

5 *Salarium debetur Poteſtati, etiam pro tempore quo fuit carceratus, quando carceratio fuit iniuſta.*

6 *Salarium non debetur quando Poteſtas ex culpa ſua fuit remotus ab officio, & repertus in dolo.*

7 *Canonicus lucratur fructus, & diſtributiones, etiam pro tempore, qui fuit carceratus, vel aliàs legitimè impeditus, ſi poſteà tanquam innocens abſoluatur.*

C A P V T XLIII.

PRæſoppoſito pro vero, & conſtanti, ſicuti veriſſimum eſſe demonſtrauit cauſæ exitus, qui acta probat, & innocentia, quæ cunctis præſtat immunitatem, quod D. Thomas Carrareſius ciuis Florentinus fuerit iniuſtè carceratus poſtquam fuit electus Poteſtas Mutilianæ, & dum ibidem officium honorificè, & ſumma cum laude exercebat, & per Birruarios forenſes ductus Florentiæ mancipatus, ibique detentus per aliquot menſes occaſione officij Capſerij, quod antea ſolita ſua integritate, & probitate exercebat, exiſtimo quod de iure debeat habere totum, & integrum ſalarium, etiam pro tempore, quo ſtetit carceratus, quia cùm inquireretur de crimine, quod non prætendebatur commiſſum in officio Mutilianæ, ſed extra illud
non poterat remoueri, & carcerari interim, ſed debeat 1
pendente iudicio manuteneri in officio, & eius adminiſtratione, vt benè probat Petr. Cabal. *reſolut. crim. caſ. 76. num. 1. &c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 931. num. 10.* Et quia licèt habeamus regulam, quod officiales non debeant conſequi ſalarium niſi pro tempore, quo ſeruierunt, quaſi labor, & pecunia recipiant diuiſionem, *per tex. in l. Seio* 2
amicu ff. de ann. legat. de qua regula pulchrè Capyc. *deciſ. 125. num. 1. & per tot.*

Nihilominus cùm officiales alij ſint, quibus principaliter conſtituitur ſalarium propter laborem, & iſto caſu procedit regula, quod habeant ſalarium tantùm pro tempore, & rata illios, qoo ſeruiunt, Bart. *in l. 1. §. diuus n. 6. ff. de var. & extraord. cognit.* quem ſequuntur omnes *in l. diem functu ff. de off. acceſs.* Alij verò officiales ſunt, quibus conſtituitur ſalarium propter dignitatem, & honorem principaliter, quod magis propriè præmium appellatur, & merum beneficium, prout in caſu noſtro, cùm Poteſtates terrarum, & Ciuitatum hodie dicantur in magna dignitate con- 3
ſtituti, repræſentent perſonam Supremi Principis, quocirca eſt facienda pleniſſima interpretatio, & debetur illis ſalarium totum, ac integrum, etiam pro tempore, quo non ſeruierunt ex aliquo iuſto impedimento, & caſu fortuito abſque illorom culpa, iuſtius autem impedimentum excogitari non poteſt, eò quòd prouenit ex facto, & iuſſu Principis, præcipuè cùm iſta ſalaria dentur etiam pro onore, & expenſis officij, ſicuti Florentiæ conſueuiſſe ſolui deterzaria in terzariam, & deberi etiam pro toto tempore ſalarium hæredibus Poteſtatis defuncti, vel aliter impediti ante finitum officium, licèt ſolùm per menſem ſteterit in
illo, & iſtis caſibus ne Communitates grauentur in præſta- 4
tione ſalarij ſine ſeruitio, vel duplicis ſalarij ſolitum eſſe ſubrogari filium Poteſtatis defuncti, ſeu aliàs legitimè impediti, teſtatur Paul. de Caſtr. *in d. l. diem functu num. 3. & ſeqq. ff. de off. acceſs.* & ſequitur ibidem Iaſon. Alex. Bart. & alij, & idem Bart. *in l. 1. §. de var. extraord. cognit. & in conſ. 43. incip. quidam Capitaneus*, Albert. Mandel. *conſ. 91. per tot.*

Hanc diſtinctionem, & reſolutionem probat ex multis Lanfranch. Zacch. *tract. de Salar. & Merced. q. 21. per tot.* vbi tamen fine dicit contrarium ſeruari de conſuetudine, & allegat Iaſ. *num. 38.* & Cagool. *num. 176. ambo in d. l. diem functo.*

Cùm igitur ſupradictus D. Thomas Carrareſius non haberet filios, qui durante eios impedimento poſſent ſubrogari in eius locum, ne Communitas Mutilianæ grauaretur præſtare ſalarium ſine ſeruitio, vel duplex ſalarium fuit meritò ſubrogatus eius miles ſocius, qui propterea cootentus eſſe debebat ſolitis emolumentis banchi, prout antea, & expenſis victus, vel ſaltem ad ſummum dirictis, ac alijs lucris incertis D. Poteſtati vltra ſalarium abuenientibus, non autem illius ſalarium exigere, & quatenus exegerit videtur vti negotiorum geſtor id egiſſe, & per actionem mandati, ſiue negotiorum geſtorum, vel in factum ob
æquitatem tenetur, & compelli debet ad reſtituendum, 5
cùm dictum ſalariom ſpectet ad D. Poteſtatem, etiam pro tempore carcerationis, & impedimenti, quando, prout in caſu noſtro carceratio fuit iniuſta, quaſi per eum non ſteterit quin toto tempore aſſiſteret in officio, & ſeruiret, ſicuti vltra præcitatos Doctores tenet in puncto Capyc. *d. deciſ. 125. num. 6.* Natt. *conſ. 452. num. 2.* Corn. *conſ. 5. num. 5. & ſeqq. lib. 4.* facit Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 166. in princ.*

Quæ autem poſſent in contrarium allegari, procederent ſi dominus Poteſtas fuiſſet remotus ab officio ex culpa ſua, & repertus in dolo pro prætenſo crimine, Alex. & alij in *d. l. diem functo*, & Gratian. *diſceptat. 248. num. 16.* Sed
cùm plenè conſtiterit illum fuiſſe legitimè impeditum, ac 6
iniuſtè detentum non poteſt in eo conſiderari aliqua culpa, cùm non ſolùm fuerit tanquam innocens liberatus, ſed etiam poſteà reſtitutus ad officium, vndè locum habent ſupradicta, & ſalarium medio tempore decurſum cooſequi debet.

Neque pro prædictorum confirmatione deeſſent multa ſimilia, quæ conſultò omittuntur, præter illud, qood eſt
in fortioribus terminis de Canonico, qui licèt non poſſit 7
lucrari fructus Canonicatus, & diſtributiones quotidianas

niſi

niſi ſit præſens, & interſit diuinis, tamen pro tempore quo fuit carceratus, vel aliàs legitimè impeditus, ſi poſteà tanquam innocens à delicto abſoluatur, debet habere dictos fructus, & diſtributiones quotidianas, vt probat Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 591. *n.* 35. *& ſeqq. & cap.* 806. *n.* 13. & idem eſt in Medico impedito ſine culpa ſua, vel defuncto vt ibi, vel eius hæredibus totum ſalarium debeatur, Cephal. *conſil.* 70. *&* 71. *lib.* 1.

A R G V M E N T V M.

Saluianum quæ requirat, & quomodo probentur eius extrema, fideiuſſor antequam ſoluerit, an poſſit agere. Exceptio de iure tertij an admittatur, & qualiter reo negante poſſidere actor ſit mittendus in poſſeſſionem.

S V M M A R I V M.

1 *Saluianum competit probatis extremis, & quæ ſint illius extrema neceſſaria.*

2 *Debitor tenetur actione mandati, vel negotiorum geſtorum releuare fideiuſſores.*

3 *Creditor tenetur cedere iura fideiuſſori ſoluenti contra alios, & quando huiuſmodi ceſſio ſit facienda.*

4 *Fideiuſſor antequam ſoluerit non poteſt repetere.*

5 *Fideiuſſor quando poſſit agere pro ſui releuatione, etiam antequam ſoluerit.*

6 *Statutum dicitur caſus legis, & tollit omnem diſputationem.*

7 *Fideiuſſor ex ſola creditoris confeſſione, & quietantia repetere poteſt.*

Vigore ſtatuti Florentini repetit executiuè, etiam ſine ceſſione.

8 *Poſſeſſio debitoris probatur ex clauſula,* conſtituti.

9 *Negans conſtituentem poſſediſſe tempore conſtituti tenetur probare.*

10 *Poſſeſſio debitoris probatur ex inſtrumento venditionis per eum facta.*

11 *Extremum primum Saluiani probatur à communiter accidentibus.*

12 *Poſſeſſor non tenetur reſpondere poſitionibus concernentibus poſſeſſionem, & dominium ſui auctoris.*

13 *Si tamen reſponderit eius confeſſio plenè probat.*

14 *Extremum vltimum Saluiani probatur ex ſola litis ſubſtentatione.*

15 *Donatio quando ſit doloſa, in fraudem, & ſimulata, ac tertio non præiudicet.*

16 *Exceptio de iure tertij non admittitur niſi ſit penitus excluſiua iuris agentis.*

17 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem non admittuntur in Saluiano.*

18 *Actor eſt mittendus in poſſeſſionem reo negante poſſidere.*

19 *Fideiuſſor repetit etiam damna, expenſas, & intereſſe.*

C A P V T XLIV.

IMmiſſio petita remedio Saluiani per illos de Ciamparinis, & à Lacu fideiuſſores agentes pro repetitione fructuum cenſus de quo in actis per eos ſolutorum, contra Ioannem de Capulinis vti poſſeſſorem, & detentorem fundi obligati, eſt omninò concedenda non ſolùm pro dictis fructibus ſolutis, ſed etiam pro expenſis præſentis iudicij, non obſtantibus ex aduerſo cauillosè ſubtilizatis, quia concurrunt omnia Saluiani requiſita neceſſaria, nempè creditum cum hypotheca, poſſeſſio debitoris de tempo-
1 re factæ obligationis, vel poſtea, & poſſeſſio rei conuenti de tempore moti iudicij, Seraph. *deciſ.* 1415. Ludouiſ. *deciſ.* 491. *n.* 6. Scapuc. de Saluian. *lib.* 1. *quæſt.* 33. & his tribus requiſitis concurrentibus certum eſſe ſemper dari Saluianum, dixit Rot. per Duran. *deciſ.* 401. *num.* 1. & latè Altograd. *conſ.* 4. *num.* 2. *&c. lib.* 1.

De quo quidem credito, & hypotheca in caſu noſtro dubitari non poteſt, cùm appareat ex publico inſtrumento fundationis cenſus, in quo dicti Ciamparini, & à Lacu fideiuſſerunt facta ſibi expreſſa promiſſione de illos releuando, & conſeruando indemnes à fideiuſſione ſub hypotheca bonorum D. Ambroſij Sacchini debitoris principalis, pro
2 quo interceſſerunt, & qui illos indemnes conſeruare promiſit, ſine qua etiam promiſſione poſſent omne ſolutum repetere actione mandati, vel negotiorum geſtorum, quæ ſtatim oritur fauore fideiuſſorum contra debitorem principalem, qui tenetur eos indemnes ſeruare, cùm officium ſuum nemini debeat eſſe damnoſum, §. *ſi quis autem, vbi DD. Inſtit. de fideiuſ. l. qui fide* 53. *& l. ex mandato* 20. *ff. mandati, & l. mandati* 14. *C. eod.* Et ideò id quod dicitur ex aduerſo, ſcilicet non fuiſſe per dictos fideiuſſores reportatam iurium ceſſionem à creditore, cui ſoluerunt, & ſine illa repetitione non dari, caſui noſtro non applicatur, ſed tantùm procedere poſſet, vbi repetitio prætenderetur contra alios confideiuſſores pro illorum rata, quia cùm inter ipſos confideiuſſores nulla oriatur actio, nec obligatio, ſi vnus illorum in ſolidum conuentus totum ſoluat, non poteſt ab alijs ratam eis tangentem repetere, niſi veniat cum iure ceſſo à creditore, qui contra omnes habet actionem, & tenetur hanc ceſſionem facere ſi petatur ante ſolutionem, vel in ipſa ſolutione, ſiue etiam poſt ſolutionem, ſi 3
præceſſerit pactum de cedendis actionibus, *l. vt fideiuſſ.* 39. *ff. de fideiuſſ. & l. cum alter C. eod.* Bart. *in l. Modeſtinus* 76. *ff. de ſolut.* cum alijs per Oinot. *in* §. *ſi plures nu.* 22. *& ſeqq. Inſtit. de fideiuſſ.* Leoncill. *deciſ. Ferrar.* 40. *nu.* 5.

Pariter non obſtat iudicium fuiſſe motum antequam dicti fideiuſſores quidquam ſoluerint, quaſi pro regula infallibili credatur, quod fideiuſſores antequam ſoluerint, non habeant regreſſum, ſiue actionem, etiam contra debito- 4
rem principalem, §. *ſi quis autem Inſtit. de fideiuſſ. & l. pro ea C. mandati.* Sed iſta regula multas patitur fallentias, & Maurus *de fideiuſſ.* in contrarium allegatus adducit viginti tres limitationes, quarum caſui noſtro applicabiles ſunt; primò, quia dicti fideiuſſores iam fuerunt condemnati per ſententiam. & ad inſtantiam creditoris, etiam in bonis grauati: ſecundò, quia ſunt obligati ex publico inſtrumento habente vigore ſtatutorum Mutilianæ *lib.* 2. *Rub.* 11. exe- 5
cutionem paratam, etiam abſque cautione; tertiò, quia in dicto inſtrumento fuit pacto conuentum, vt dicti fideiuſſores liberarentur in termino ſex menſium iam decurſorum à decem annis citrà, quartò, quia ipſe debitor principalis poſt dictum contractum notabiliter ſuam conditionem deteriorauerit, & ferè omnia bona alienauit, quibus omnibus caſibus, ſimilibus permiſſum eſt fideiuſſoribus agere pro illorum conſeruatione contra debitorem principalem, & illius bona, etiam antequam ſoluerint, Marſil. *repet. Rub. ff. de fideiuſſ. num.* 216. *& ſeqq.* Soc. *reg.* 148. Oinot. *in* §. *ſi quis autem Inſtit. de fideiuſſ. num.* 4. Magon. *deciſ. Luc.* 6. *num* 5. *& ſeqq.* & plenè Maur. *tract. de fideiuſſ. part.* 2. *ſect.* 5. *per tot.*

Quòd quidem corroboratur ex diſpoſitione ſtatuti Mutilianæ *lib.* 2. *Rub.* 23. quo diſponitur fideiuſſores ad omnem illorum requiſitionem fore, & eſſe immittendos in tenutam, & poſſeſſionem bonorum debitoris principalis penes quamcumque perſonam exiſtant, & ſufficere, quod oſtendant ſe eſſe fideiuſſores, cùm æquum ſtatuentibus viſum fuerit, quod per ſolam illam ſcripturam, vel probationem, cuius vigore ipſi fideiuſſores coguntur ad ſoluendum creditori, poſſint, & debeant etiam releuari, & conſeruari in- 6
demnes in bonis debitoris principalis, ſtatutum autem dicitur caſus legis, & tollit omnem diſputationem, cùm ſit ſeruandum vti alterum ius commune, licèt nunquam fuiſſet allegatum, vel productum in cauſa, Magon. *deciſ. Luc.* 6. *num.* 26. *& ſeqq. & deciſ. Flor.* 105. *num.* 3. Gratian. *diſcep. for. cap.* 651. *num.* 31. *& alibi ſæpè.*

Imò fuit etiam doctum de ſolutione facta per dictos fideiuſſores, qui etiam ex ſola creditoris confeſſione & quietantia repetere poſſunt omne ſolutum licèt aliter non appe- 7
reret de vera, & reali ſolutione ſicuti poſt multos contrarium tenentes firmant Maur. *de fideiuſſ. part.* 2. *ſect.* 3. *cap.* 2. Marſil. *eod. tit. num.* 265. *& ſeqq.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 286. *num.* 12. *& cap.* 593. *num.* 4. Magon. *deciſ. Florent.* 94. *num.* 25. vbi etiam, quòd vigore ſtatuti Florentini *lib.* 2. *Rub.* 33. repetere poſſunt executiuè ſine alia ceſſione, quapropter cùm conſtet de dicta ſolutione clarè liquet, quod dicti fideiuſſores erant propriè creditores, & rectè iudicium Saluiani pro repetitione mouerunt.

Secundum requiſitum, nempè poſſeſſio bonorum debitoris tempore contractæ obligationis, vel poſteà probatur 8
per clauſulam conſtituti in inſtrumento cenſuali, quod quidem conſtitutum licet ſit ineptum in contractu cenſus, operatur contra ipſum principalem debitorem, & ab eo cauſam habentes, Natt. *conſ.* 439. *num.* 3. *lib.* 2. Barboſ. *de clauſ.*

clauſ. clauſ. 31. *num.* 8. *& num.* 29. Scapuc. de Saluian. *lib.*
1. *quæſt.* 28. Duran. *deciſ.* 401. *num.* 6. Cenc. *de Cenſ. quæſt.*
5. *art.* 9. *num.* 16. *& ſeqq. ad* 20. Ita vt negantibus, tunc
9 temporis conſtituentem poſſediſſe incumbat onus proban-
di huiuſmodi negatiuam, vt in ſimili tradit Gratian. *diſcept.*
907. *num.* 18. Sicuti etiam probatur ex inſtrumento vendi-
10 tionis dictorum bonorum factæ per ipſum debitorem prin-
cipalem, cùm eadem clauſula conſtituti, Duran. *d. deciſ.*
401. *num.* 6. *vbi etiam num.* 7. quòd probatur à communiter
11 accidentibus, nempè quod cenſus non ſoleant imponi niſi
ſuper bonis ab imponente, & debitore poſſeſſis, aliàs em-
ptor, & creditor cenſus, non præſumitur quod exburſaret
pecuniam, niſi certò ſciret fundum cenſui ſuppoſitum poſ-
ſideri à debitore, & allegar Rot. poſt Cenc. *de Cenſ. deciſ.*
35. *num.* 4. quod probatur etiam ex confeſſione ipſius rei
12 conuenti facta poſitionibus, ſiue præparatorijs iudicij,
quibus licèt ſecundum aliquorum opinionem non poſſet
fortè compelli reſpondere, vt per Surd. *deciſ.* 22. Pac. de
Saluian. *inſpect.* 1. *cap.* 7. *num.* 39. Michalor. *de poſit. cap.*
49. Rot. poſt Fenzon. *ad ſtat. vrb. deciſ.* 39. tamen cùm
aſſertiuè reſponderit, & confeſſus fuerit prædium pulſatum
eſſe illud idem in corpore, & ſubſtantia, quod iuxta ſuos
confines poſſidebatur per debitorem principalem tempore
13 contractæ obligationis, & poſteà, ceſſat omnis amaritudo,
& iſtud extremum remanet plenè iuſtificatum, Scapuc. de
Saluian. *lib.* 1. *quæſt.* 32. *per tot.* cum propria confeſſio ſu-
peret omne aliud genus probationis.

Tertium verò requiſitum, & ſic vltimum extremum
huius iudicij Saluiani nempè poſſeſſio eorumdem bono-
14 rum penes reum conuentum concludenter probatur, ex
ſola litis ſuſtentatione, Cenc. *de cenſ. quæſt.* 5. *art.* 9. *num.*
16. & dixit Rota *in Firmana Saluian.* 24. *Maij* 1632. co-
ram Pirouano *in nouiſſ. part.* 6. *deciſ.* 135. *num.* 4. Duran.
deciſ. 401. *num.* 10. *& deciſ.* 461. *num.* 1. Et per eiuſdem
rei conuenti confeſſionem, qui licet modò aſſerat non
poſſidere, ſed eius filium, & nepotes, & eorum nomine
litigaſſe non officit, quia præterquam quod de hoc nihil
apparet, ſi verum eſſet, poſſet, & deberet etiam dicto nomi-
ne condemnari, & compelli ad liberè dimittendum poſſeſ-
ſionem donec, & quouſque dicti actores eſſent ſatisfacti ex
fructibus de illorum credito.

Et omiſſo quod donatio, quam ipſe allegat feciſſe dicto
ſuo filio, eſt manifeſtè doloſa, & ſimulata, tanquam facta
filio, quo non datur proximior, & per reflexum ſibi ipſi
acquiſita, & cùm ſemper remanſerit in poſſeſſione, de qua
nunc agitur, & non de titulo, & cùm non fuerit regiſtrata
15 intra debita tempora in libro ad id deputato in Gabella
contractuum Florentiæ, vt ſecreta remaneret contra ſan-
ctiſſimam mentem Sereniſſimi Magni Ducis noſtri, vo-
lentis vigore legis latæ de anno 1551. iſto caſu nulli tertio
antè regiſtrationem præiudicare, nec deficiente cauſa frau-
dis, ſimulationis, donauit enim, vt prætenditur filio ſuo
ſacerdoti, tanquam potentiori ratione fori, & magis pri-
uilegiato vt ſubtraheret dictum prædium donatum à iuriſ-
dictione ſæculari in fraudem dictorum fideiuſſorum, quo-
rum iuſtæ prætenſiones erant ſibi omninò cognitæ, non
poſſet ipſe proculdubio allegare, & deducere iura nepo-
rum, & filij pro nomine, prout prætendit, cùm exceptio de
16 iure tertij non admittatur præcipuè, quando, prout in ca-
ſu noſtro, ius tertij non eſt penitus excluſiuum iuris agen-
tis, ſiue enim vnus, ſiue alter ſit dominus dictorum bono-
rum remanent ſaluæ hypothecæ dictorum actorum ſuper
bonis à debitore poſſeſſis tempore contractæ obligationis,
& poſtea Scapuc. de Saluian. *lib.* 2. *quæſt.* 14. *num.* 6. Theſ.
deciſ. 4. Gratian. *diſcept.* 261. & alij paſſim conſultò omiſ-
ſi, cùm ſit concluſio indubitata.

Præterea cùm omnes huiuſmodi exceptiones altiorem
requirant indaginem non ſunt admittendæ in hoc iudicio
Saluiani ſummario, & priuilegiato, in quo de poſſeſſione
17 ſolum, & non de dominio diſputatur, ſed ſunt reſeruandæ
ad petitorium, quod per dictos tertios intentari poterit, ſi
aliquod intereſſe prætendant, Scapuc. de Saluian. *lib.* 2.
quæſt. 14. *num.* 6. Theſaur. *deciſ.* 4. Gratian. *diſcept.* 170.
per tot.

Ex quibus omninò concludendum eſt de iure conceden-
dam eſſe immiſſionem petitam ſaltem in præiudicium dicti
rei conuenti, etiam ſi negaſſet poſſidere non tantùm ex ſu-
periùs firmatis, ſed etiam ex practica, quam docet Pract.
18 Papp. *in libell. act. hypoth. gloſ. ex memoratis cauſis num.* 3.
& ſequuntur omnes, vbi ait, quod ſiue reus negans poſſi-
dere conuincatur de mendacio, ſiue id verum ſit, prout
negauit quod omni caſu actor mittendus eſt in poſſeſſio-
nem rei petitæ, quo ad præiudicium ipſius rei conuenti, *l.
fin. ff. de rei vend. & auth. item poſſeſſor C. qui pot. in pign.
hab. &c.* Et hoc non ſolùm pro ſumma per dictos fideiuſſo-
res ſoluta, ſed etiam pro omnibus damnis expenſis, & in- 19
tereſſe paſſis ex cauſa dictæ fideiuſſionis, vt per Marſil. *in
repet. Rub. ff. de fideiuſſ. num.* 193.

Et tranſmiſſa cauſa ad conſilium ſapientis, ita fuit iudi-
catum ad fauorem dictorum fideiuſſorum de voto Illu-
ſtriſſimi Domini mei Chriſtophori Martij Medices Con-
ſultoris electi, cuius auctoritas omnem ſuſtulit dubitatio-
nis locum, ita vt pars, prout debebat omninò acquieuerit,
& ſoluerit.

A R G V M E N T V M.

Repræſentatio quando locum habeat, quid opere-
tur, an procedat ad excluſionem fœminarum,
quid in filia an hoc iure excludat amitam. Dos
quæ dicatur congrua, quo tempore debeatur,
& quomodo legitima diuidatur.

S V M M A R I V M.

1 *IN ſucceſſionibus de iure communi eſt ſublata omnis ſexus differentia.*
2 *Proximior in gradu remotiorem excludit.*
3 *Repræſentatio conſtituit in eodem gradu, in quo erat perſona repræſentata.*
4 *Repræſentatio ſemper admittitur in hæreditate aſcendentis.*
5 *Repræſentatio an habeat locum inter fratrum filios concurrentes ad hæreditatem patrui cum alio patruo, vel inter ſe tantùm.*
6 *Filius poteſt repræſentare perſonam patris, etiam ſi non ſit illius hæres.*
7 *Filius vtendo repræſentatione patris non efficitur illius hæres, nec tenetur ad eius debita.*
8 *Statutum dicitur caſus legis.*
9 *Statutum excluſiuum fœminarum dicitur fauorabile.*
10 *Repræſentatio quomodo locum habeat, etiam ad excluſionem fœminæ.*
Filius licet in ſtatuto non nominatus poteſt ingrediendo locum patris fœminas excludere.
11 *Repræſentatio non habet locum vbi in filio deficit qualitas, quæ erat in patre.*
12 *Filia an ſubingrediatur in locum patris ad effectum excludendi alias fœminas, & num.* 15.
13 *Ius excludendi radicatum in filio tranſmittitur ad eius hæredes, etiam fœminas, num.* 14.
16 *Dos quando dicatur congrua.*
17 *Legitima eſt inter filios diuidenda.*
18 *Dos quando non ſuccedit loco legitimæ debetur tantùm tempore nuptiarum, & interim alimenta, nec poteſt ad hæredes tranſmitti.*

C A P V T XLV.

CONtendentibus Dominico de Blondi de Mordano ex
vna, & Maria, ac Ioanna ſororibus de dictis Blondis
eiuſdem Dominici amitis partibus ex altera ſuper hæredi-
tate quondam Matthæi aui paterni dicti Dominici, & pa-
tris reſpectiuè dictarum Mariæ, & Ioanæ prætendentium
æqualiter ad illam admitti, negante Dominico, fui con-
ſultus, quæ pars ab inteſtato mihi videretur iuſtius arma
inducere, & pro Dominico ex infraſcriptis reſpondi.

Licet enim de iure communi ſit ſublata omnis ſexus dif-
ferentia in ſucceſſionibus, ne videatur quodammodo re-
dargui natura cur non omnes maſculos procreauerit, & 1
cùm etiam fœminæ ſint neceſſariæ ad humani generis con-
ſeruationem, *l. maximum vitium C. de legit. hæred.* Imò
cùm dictæ Maria, & Ioanna ſint vno gradu proximiores
viderentur præfatum Dominicum excludere iuxta regu- 2
lam *tex. in §. ſi plures Inſtit. de legit. agnat. ſucc.* niſi ipſe
intrando locum Laurentij ſui patris, & earum fratris re-
ſpectiuè illius perſonam repræſentaret, ita vt de iure veniat
æqualiter admittendus tanquam fictione, & præſumptio- 3
ne iuris in eodem gradu exiſtens, *§. cum filius Inſtit. de hæ-
red. quæſt. ab inteſt. defer. l.* 3. *C. de ſuis, & legit.* Gratian.
diſcept. forenſ. cap. 684. *num.* 1. *&c.* ac indubitanter ſemper 4
admitti repræſentationem in hæreditate aſcendentis quo-
cunque

cunque modo ex diſpoſitione legis, vel hominis delata,
dixit Rot. *in Roman. de Guidis* 13. *Ianuarij* 1631. coram
Veroſpio *in nouiſs. part.* 6. *deciſ.* 5. *num.* 20. Sicuti eſt caſus
noſter, & non verſamur in illa antiqua, & ardua quæſtione
vbi agitur de hæreditate patrui inter fratrum filios, quo caſu
eſſet locus repræſentationi quando concurrunt cum alio
patruo, vel amita, ſecùs autem quando ſolùm inter ſe
5 concurrunt, & non adeſt aliquis patruus ſuperſtes, quia
tunc cùm omnes venire poſſint ex propria perſona, & reperiantur
in æquali gradu, non habet locum repræſentatio,
ſed quilibet eorum iure proprio in capita ſuccedit, iuxta
Azonis opinionem, quam frequentiori calculo fuiſse à
Rota receptam teſtatur Michalor. *de frater. part.* 3. *cap.* 15.
per tot. vbi num 9. refert vltra 70. Doctores tenentes, etiam
iſto caſu repræſentationi locum eſse, & ſucceſſionem dari
in ſtirpes, & non in capita, ſed certè prima opinio, quam
ſequitur, eſt hodie magis communis, & apud omnes recepta,
Rot. *deciſ.* 301. *&* 302. *part.* 4. *diuerſ.* poſt Merlin. *de
legit. deciſ.* 24. & coram Panzirolo 15. *Decembris.* 1636.
Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 709. *num.* 30.

Addo vt prædicta repræſentatio in caſu noſtro procedat,
etiam ſi dictus Dominicus non eſset hæres Laurentij ſui
patris, & illis nollet ſuccedere, quia adhuc in eius locum
6 ſubintrare poteſt ad effectum ſuccedendi cum alijs in hæreditate
aui, cùm non requiratur, quod ſit hæres illius, cuius
perſonam repræſentant, niſi vellet ab eo indumenta ſumere,
& vti beneficio tranſmiſſionis, vt benè declarat Magon.
deciſ. Flor. 147. *per tot.* vndè ex hoc, quod perſonam
ſui patris repræſentet non remanet obnoxius debitis ab illo
7 viuente contractis, quia non eſt hæres illius, quidquam
ab eo conſequitur, ſed ab alio, cui iure proprio, & non
tranſmiſſo ſuccedit, pulchrè Gratian. *diſcept.* 785. *per tot.*

Sed ex iam præmiſſis probatur ſolùm incluſio dicti Dominici,
non autem excluſio dictarum Mariæ, & Ioannæ,
quæ tamen attenta diſpoſitione ſtatuti Imolenſis ſub *Rub.*
49. *lib.* 2. cui ſunt ſuppoſitæ non admittuntur ad aliquam
8 portionem iure ſucceſſionis, ſed omninò remanent excluſæ
ſaluo iure dotis competentis, & interim alimentorum,
vt patet ex lectura dicti ſtatuti, quod dicitur caſus legis,
& tollit omnem diſputationem, Gratian. *diſcept.* 651. *num.*
30. *& diſcept.* 769. *num.* 24. maximè cùm inſpecta principali
intentione ſtatuentium, quæ præſumitur fuiſse conſeruare
bona in agnatione, tale ſtatutum fauorabile dicatur,
Brun. *d. ſtatut. excluſ. fœmin. art.* 24. Michalor. *de fratr.*
9 *part.* 3. *cap.* 11. *num.* 13. quo caſu, etiam ſi verba deficerent,
& loquerentur ſimpliciter, quod ſtantibus filijs, vel
fratribus maſculis fœminæ excludantur, poſset ad hunc
effectum excluſionis dictus Dominicus nepos licèt non eſſet
in ſtatuto nominatim expreſsus ad excluſionem fœminarum,
ingrediendo locum Laurentij patris ſui iure repræ-
10 ſentationis dictas Mariam, & Ioannam excludere, vt in
puncto tradit Gratian. *diſcept.* 890. *num.* 28. Michalor. *de
fratr. d. cap* 11. *num.* 118. *& num.* 168. Præcipuè concurrente,
etiam in dicto Dominico qualitate maſculinitatis in
ſtatuto conſiderata, quicquid ſecus eſset dicendum illa deficiente,
vndè fœminæ deſcendentes ex maſculo ad effe-
11 ctum excludendi alias fœminas non poſſunt iure repræſentationis,
vti ſtante ſtatuto quod maſculus admittatur ad
ſucceſionem excluſis fœminis, quia in illis licèt ex maſculo
deſcendentibus deficit illa qualitas maſculinitatis, Gratian.
diſcept. 695. *num.* 12. quamuis quod imò filia ſubingredia-
12 tur in locum, & ſexum patris, etiam ad excluſionem amitæ
teneat Hodier. *in l. hac edictali C. de* 2. *nupt. quæſt.* 41.
num. 13. de quo latè in Add. ad Surd. *deciſ.* 73. & idem Surd.
deciſ. 138. quem refert, & declarat Duran. *deciſ.* 36. *num.*
20. *& ſeqq.*

Et vbi ſupradictus Matthæus, de cuius hæreditate agitur
eſſet mortuus, viuente adhuc dicto Laurentio eius filio,
ceſſaret omnis difficultas, quia in dicto Laurentio tempo-
13 re mortis patris fuiſſet radicatum ius excludendi dictas ſorores
fœminas, & nunc illo defuncto eſſet translatum in
præfatum Dominicum, iuxta notata per Pract. Papp. *libel.
pro leg. re ſing. gloſ.* 1. *num.* 82. *cum Add. not.*

Quòd etiam procedit in fortioribus terminis, quando
ſcilicet filius decedit relicta ſolùm filia fœmina, & ſororibus,
nam iſta filia propter ius excluſionis iam in eius patre
14 radicatum, & in ea ex illius perſona tranſmiſſum repræſentando
perſonam patris admittitur ad totam hæreditatem
excluſis amitis, & ſic ſororibus patris defuncti, quia
etiam amplius non auita, ſed paterna dicitur hæreditas, in
qua prima cauſa ſuccedendi eſt deſcendentium, & non
tranſuerſalium, quicquid ſecus dici poſſet ſi ille filius decederet
ſuperſtite adhuc eius patre, & dictorum ſororum,
reſpectiuè autem auo dictæ filiæ filij, quia tunc æqualiter
admitteretur iſta neptis cum dictis amitis, & hæreditatem
aui, cùm repræſentando perſonam illius patris reperiatur
in æquali gradu cum illis, vt diſtinguit Pract. Papp. *loc. cit.*
Soc. iun. *conſ.* 1. *num.* 2. *lib.* 1. & videns Surd. *deciſ.* 138.
& Duran. *deciſ.* 36. *num.* 20. *& ſeqq.* adde Capyc. *deciſ.* 21.
per tot. Niſi dicatur vnà cum Hodiern. & alijs ſupracitatis
filiam ingredi locum patris, & illius perſonam repræſentare,
etiam quo ad ſexum ad excluſionem Amitæ, id quod 15
mihi quoque ſummoperè probatur in terminis, in quibus
loquuntur, nam ſi concedimus iſtam neptem ſubrogari in
locum patris, quod negari non poteſt, neceſſariò ſequitur
id fieri vnà cum omnibus qualitatibus, & priuilegijs ipſi
patri, dum viueret, competentibus, & ſic cum facultate, &
iure excludendi Amitam, prout in ſimili notat Michalor.
de fratr. part. 3. *cap.* 11. *num.* 168. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.*
1. *quæſt.* 17. *num.* 24. Gratian. *diſcept.* 890. *num.* 28.

Dos autem dictis Mariæ, & Ioannæ aſſignanda ſtante
dicto ſtatuto earum excluſiua, dicetur congrua arbitrio boni
viri, attento patrimonio, qualitate perſonarum, & con- 16
ſuetudine domus, ac regionis, licèt non aſcenderet ad quantitatem
legitimę, cui commenſurari non eſt neceſſe, Merlin.
de legit. lib. 3. *tit.* 1. *quæſt.* 12. *&* 13. Rot. *part.* 2. *diuerſ.
deciſ.* 202. *num.* 2. Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 3.
per tot.

Quæ quidem legitima cùm iſto caſu ſit ſolùm tertia pars
bonorum deducto omni ære alieno inter prædictos æqualiter
diuidenda, iuxta *auth. Nouiſſima C. de inoff. teſtam.* pa- 17
tet huiuſmodi dotem ad modicam quantitatem reduci,
etiam ſi illam ad portionem legitimæ commenſurari permittamus.

Et cùm attenta diſtinctione Caſtr. *in l. Titio centum §.
Titio genero ff. de condit. & demonſtrat.* communiter ab omnibus
recepta, & approbata dicta dos reſeruata à ſtatuto,
in caſu noſtro non ſuccedat loco legitimæ, erit tantùm de- 18
bita tempore nuptiarum, & interim alimenta. (vt etiam
expreſsè cantant verba ſtatuti) nec tranſmitti poterit ab eis
ante nuptias decedentibus, vt latè declarat Merlin. *de legit.
lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 8. *per tot.* & Michalor. *de fratr. part.* 3.
cap. 4. *per tot.*

A R G V M E N T V M.

Legitima an ſit ante omnia deducenda per filios primi matrimonij in dote matris, quomodo fiat diuiſio inter liberos vtriuſque matrimonij & vitricum, & multa circa ſtatutum de lucro dotis quando deroget, vel non l. hac edictali C. de 2. nupt.

S V M M A R I V M.

1 *Legitima deducitur ante omnia per filios primi matrimonij in dote matris.*

2 *Coniux tranſiens ad ſecunda vota non poteſt alienare in ſecundum coniugem plus quam relinquat vni ex filijs prioris matrimonij, & quare num.* 3.

3 *Legitima eſt diuerſa à portione* l. hac edictali, *& cum ea non confunditur, num.* 4.

5 *Legitima an ſit ante omnia deducenda quando per ſtatutum eſt derogatum* l. hac edictali.

6 *Legitima venit etiam ſub generali diſpoſitione.*

7 *Statutum de lucro dotis eſt fauorabile, & quare.*

8 *Statutum deferens lucrum, mortua vxore ſine liberis non procedit illis extantibus.*

Filij tam primi, quàm ſecundi matrimonij qualiter ſuccedant in dote matris.

9 *Statutum ſimpliciter deferens lucrum viro procedit, etiam liberis extantibus.*

10 *Diuiſio dotis materna qualiter ſit facienda inter filios vtriuſque matrimonij, & vitricum, & quam portionem vnuſquiſque ferat.*

11 *Diſpoſitioni* l. hac edictali *non poteſt derogari per pactum, ſed bene per ſtatutum.*

12 *Statutum quando cenſeatur derogare diſpoſitioni* l. hac edictali, *& num. ſeqq.*

16 *Statutum quod moriente vxore ſine liberis communibus vir lucretur dotem videtur derogare* l. hac edictali,

ſed

ſed contra num. 17.

18 *Statutum in dubio non intelligitur derogare* l. hac edictali.

19 *Argumentum à contrario ſenſu non procedit vbi reſultat legum correctio.*

20 *Argumentum à ſuperfluitate eſt admodum leue.*

21 *Superfluum non dicitur quod venit ad declarationem eorum, quæ tacitè inſunt.*

22 *Superfluitas potius tolleranda, quàm legum correctio: & præiudicium tertij.*

CAPVT XLVI.

EXiſtimo quod mortua muliere, quæ Imolæ primas, & ſecundas nuptias contraait nullis relictis filijs ex ſecundo viro, ſed vno tantùm ex primo, ipſe filius ex primo matrimonio conſequi debeat in dote huiuſmodi mulieris matris ſuæ tertiam partem loco legitimæ deducendam ante omnia, & reliquum eſſe æqualiter diuidendum inter eun-
1 dem, & ſecundum virum ſuperſtitem, iuxta diſpoſitionem *l. hac edictali C. de ſecund. nupt.* per quam prohibetur coniux tranſiens ad ſecunda vota alienare in ſecundum
2 coniugem pluſquam relinquatur vni ex filijs prioris matrimonij, qui minus habiturus ſit, vndè non ſolùm prohibetur id per pactum ſuum agere, ſed etiam tenetur curare ne alienatio prædicta ſequatur ex diſpoſitione legali, & quod vltra reliquerit non valet, ſed reuocari poteſt per filios primi matrimonij, niſi huiuſmodi legi fuiſſet per ſtatuta derogatum, Rol. *tract. de lucr. dot. quæſt. 26. num.* 8. Michalor. *de fratr. part. 3. cap. 13. num. 93. & ſeqq. ad finem*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 463. num. 1. & ſeqq.* ſequitur, & latè probat Altograd. *conſ. 34. num. 10. & ſeqq. lib. 2.* Vrceol. *conſultat. forenſ. cap. 18. per totum*, vbi ſequitur reſpectu legitimæ filiorum, ſecus autem reſpectu legitimæ matri debitæ.

Legitima enim filiorum primi matrimonij tanquam quid diuerſum à portione debita ex remedio *d. l. hac edictali*, eſt in primis deducenda, & poſteà quod ſupereſt æqua-
3 liter diuidenda in capita cum ipſis liberis prioris matrimonij, & vitricum, quia prouiſio legitimæ deſcendit ex lege naturali, potius verò reſeruata per *d. l. hac edictali*, prouenit à lege poſitiua, quæ mulierem tranſeuntem ad ſecunda vota habuit ſuſpectam ne non modo ſubſtantiam liberorum, ſed etiam eorum vitam ſecundis viris adijciat, &
4 ideò ſtatuit ne illis pluſquam vni ex filijs relinquere poſſit quoquo relicti titulo, vndè non debet dari confuſio in iſtis debitis ex diuerſis cauſis, & rationibus procedentibus, Roland. *d. tract. quæſt. 27. num. 3. & 4.* Gratian. *d. cap. 463. num. 11.* Theſaur. *deciſ. 184. per tot.* Ita vt iſtud de legitima ante omnia deducenda procedat, etiam ſi per ſtatutum eſſet
5 ſublata diſpoſitio *d. l. hac edictali*, nulla facta expreſſa mentione de legitima, quaſi legitima non veniat ſub generali diſpoſitione, ſed ſpecialem mentionem requirat, vt illi cenſeatur præiudicatum, Hodiern. *in d. l. hac edictali qu. 6. num. 16. & num.* 31. Gratian. *diſcept. cap. 300. num. 27. & ſeqq.* vbi tamen ipſe hoc vltimo caſu, quando ſcilicet per
6 ſtatutum eſt derogatum *d. l.* contrarium firmat, & veriùs eſſe profitetur, nempè etiam legitimam cenſeri ſublatam, & non eſſe quærendum de illius deductione, cùm iſta deductio habeat locum dumtaxat quando non conſtat fuiſſe derogatum *d. l. hac edictali*, & ſic quando verſamur in illius diſpoſitione, & ita dicit concordandos eſſe omnes DD. dum volunt prius eſſe deducendam legitimam, quod puto veriſſimum, cùm tuata magis communem opinionem legitima etiam veniat ſub generali diſpoſitione, vt in ſimili latè comprobat Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 2. num. 36. & ſeqq. per tot.* & videnda Rot. *in Fauentina dotis, vel ſucceſſionis 21. February 1639. coram Dunozetto.*

Et cùm verſemur in ſtatuto de lucro dotis, quod fauorabile reputatur reſpectu mulierum, & venit extendendum
7 propter fauorem matrimonij, vt facilius verum reperire poſſint, quod publicam reſpicit vtilitatem cuicumque damno, & incommodo filiorum præferendam, vt in terminis de legitima probat Rol. *d. tract. quæſt. 24. num. 6. & ſeqq.* & latè Merend. *lib. 3. contr. 5. num. 10. & ſeqq.*

Quando tamen ſtatutum diſponeret, quod mortua vxore in matrimonio ſine filijs vir lucretur dotem, non habet locum ſi decedat cum liberis, ſed tunc dicitur caſus
8 omiſſus, & remanet ſub diſpoſitione iuris communis, ita vt ſi extent liberi ex vtroque matrimonio æqualiter ſuccedant in dote matris communis prædefunctæ, text. *in §. Auth. de nup. Auth. in ſucceſſione C. de ſuis, & legit.* Pract. Papp. *libel. pro legato vti ſing. gloſ. 1. num. 91.* Magon. *deciſ. Flor. 107. num. 11.* Rot. *in nouiſſ. part. 6. deciſ. 137. num. 1.* Niſi præceſſiſſet pactum de dote lucranda cum ſecundo viro, vel niſi ſtatutum ſimpliciter deferret lucrum ſecundo viro, quo caſu debetur, etiam extantibus liberis ex illo, Ro- 9
land. *de dot. quæſt. 87. per tot.* & tunc maritus ſuccederet iuxta formam legis hac edictali, & non vltra, & ſic ſalua legitima filiorum primi matrimonij, & reliquum diuidendo in æquales portiones, & vbi extarent filij ex primo, & ſecundo matrimonio, omnes priores accipient ſuam legitimam, & deindè reliquum erit diuidendum æqualiter inter ſolos filios prioris matrimonij, & vitricum, & filij ex ſecundo matrimonio vltra eorum legitimam nil aliud percipient, ratio differentiæ eſt, quia filijs primi matrimonij facta fuit iniuria per tranſitum ad ſecunda vota, & ideò in 10
recompenſationem illius defertur eis dicta portio vltra legitimam, non autem filijs ſecundi matrimonij, quibus nulla facta fuit iniuria *gloſ. in Auth. de nup. §. optimè*, vbi etiam Iacob. de Beluiſ. & Pract. Papp. *in libel. ad dot. & vſumfr. gloſ. Dicta D. Margarita num. 12.*

An autem, & quando cenſeatur derogatum diſpoſitioni *d. l. hac edictali*, præſupponendum eſt, quod per pactum contrahentium illi nullatenus derogari poteſt, ſed tantùm 11
per ſtatutum expreſsè, vel tacitè per verborum incompatibilitatem, quando apparet de mente ſtatuentium volentium præiudicare filijs primi matrimonij, Roland. *de dot. quæſt. 24. num. 9. & quæſt. 25. per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 300. num. 20. & ſeqq.* vt quando ſtatutum diſponit, quod vxore præmoriente ſine liberis vir lucretur dotem omni caſu, vel per ſimilia verba vniuerſalia, ex qui- 12
bus appareat lucrum deberi, etiam extantibus liberis primi matrimonij, Roland. *d. tract. quæſt. 29. per tot.* & Gratian. *diſceptat. 463. num. 21. &c.* vel quando defert lucrum marito decedente vxore ſine liberis ex eis, quaſi iſto caſu per illa verba, *ex eis*, inferatur quod filij primi matrimo- 13
nij, qui non ſunt ex vtroque ipſorum coniugum nati, non admittantur, vt benè probat Roland. *quæſt. 30. num. 6. & ſeqq.* Bald. *conſ. 495. col. 3. lib. 5.* ſicut quando dicit ſine filijs amborum duorum, Roland. *quæſt.* 33. vel vbi diſponit, quod mortua vxore maritus nihil de dote reſtituere tenea- 14
tur propter illam dictionem, *nihil*, idem Roland. *quæſt.* 31. vel quando vigore ſtatuti permiſſum eſt mulieri ſecundò nubenti totam dotem ſecundo viro dare, ſi appareat vel 15
voluiſſe, & eſſe vſam dicta facultate, idem Roland. *quæſt. 34. per tot.*

Sicut etiam videtur derogatum diſpoſitioni *d. l. hac edictali*, quando prout ſtatutum Imolæ *lib. 2. Rub.* 47. continet iſta verba *ſine communibus liberis*, quæ arguendo à contrario nihil aliud inferre videntur, quàm quod filij primi matrimonij, qui non ſunt communes vxoris prædefunctæ, & ſecundi viri ſuperſtitis remaneant excluſi, & ſic derogare præfatæ legi, alias huiuſmodi verbum, *communibus*, eſſet ſuperfluum, & ſine virtute aliquid operandi, ſtatutum enim ponit regulam, quod non extantibus communi- 16
bus liberis, maritus lucretur dotem, & per argumentum à contrario ſenſu excipit vnum caſum, in quo maritus excluditur à dicto lucro, nempè quando extant communes liberi, quæ exceptio firmat regulam in omnibus alijs caſibus non exceptuatis, prout latè concludit Roland. *d. quæſt. 32. num. 5. & ſeqq. per tot.*

Vndè ſecundum hanc opinionem Roland. non poſſet procedere concluſio ſupra per nos firmata in principio de detrahendo prius legitimam pro filio primi matrimonij, & reliquum æqualiter diuidendo inter illum, & vitricum, iuxta diſpoſitionem *d. l. hac edictali*, ſed nihilominus ab illa non recedendo credimus, non obſtante illa dictione, *communibus*, contrariam opinionem eſſe veriorem, nem- 17
pè per illam non eſſe derogatum diſpoſitioni *d. l. hac edictali*, & ſic concluſionem noſtram adhuc procedere, cùm ita de facili non ſit inducenda legum correctio, & ſtatuta iuris correctoria ſint ſtrictiſſimè interpretanda, maximè vbi agitur de præiudicio alterius, & ſic filiorum primi matrimonij, pro quibus ea eſt ſumenda interpretatio, vt non amittant legitimam in bonis maternis, prout latè contra Roland. & alios in terminis ſimilis ſtatuti continentis illa verba, *communibus*, concludit Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 197. per tot.* vbi allegat Rot. & alios multos eandem opinionem, vti veriorem amplectentes &c. Præſertim quia nunquam 18
in dubio præſumitur derogatum dictæ *l. hac edictali*, ſed

requi-

requiritur derogatio expreſsa, vel talis, quod manifeſtè
apparcat de incompatibilitate cum ſtatuto, idem Gratian.
d. cap. 197. *num.* 4. *& cap.* 463. *num.* 3. Altograd. *conſ.* 33.
num. 29. *lib.* 3. vbi ſequitur hanc opinionem contra Rol.

Et argumentum ſupra ductum à contrario ſenſu non
operatur, quando prout in caſu noſtro ſequeretur iuris
19 communis correctio, Euerard. *topic. legal. loc. à contrario
ſenſu num.* 8. *&* 9. Magon. *deciſ. Flor.* 64. *num.* 48. & Rot.
in Tuſculana Saluiani 15. *Decembris* 1634. coram Veroſpio
in Nouiſſ. part. 6. *deciſ.* 318. *num.* 9. Prout ductum à ſuper-
20 fluitate verborum eſt admodum leue, & periculoſum, Rot.
in Bononien. fideicommiſſi 27. *Nouembris* 1637. coram Pi-
rouano *in nouiſſ. part.* 7. *deciſ.* 248. *num.* 20. Nec ſuper-
fluum dicitur, quod venit ad declarationem eorum, quæ
21 tacitè inhærant, *l. qua dubitationis, ff. de reg. iur.* vel quod
maioris expreſſionis cauſa adijcitur, Magon. *deciſ. Florent.*
146. *num.* 16. & in omnem caſum potius eſſet tolleranda
22 ſuperfluitas, quàm quod inducatur aliquid contra iuris di-
poſitionem in præiudicium tertij, idem Magon. *deciſ.*
117. *num.* 18.

A R G V M E N T V M.

Plures ſpecies curatorum, quando eis ſit locus, & quæ adimplere debeant, an dentur inuiti, an poſſint officium deponere, quomodo intelligatur ſtatutum Florentinum de bonis iacentibus, & quando hæreditas repudiata poſſit adiri.

S V M M A R I V M.

1 *Curator qualiter detur bonis abſentium.*
2 *Curator quando detur etiam bonis præſentium.*
3 *Curator, qui datur in contractu minoris, vel mulieris, qualiter obligetur.*
4 *Curator quomodo detur bonis defuncti non adita eius hæreditate.*
5 *Curator debet dari hæreditati iacenti, etiam ſi extet filius defuncti.*
6 *Statutum Florentinum de bonis iacentibus procedit etiam vbi extet filius.*
Hæreditas quando dicatur iacens, etiam exiſtente ſuo hærede, & num. 21.
7 *Curator hæreditatis iacentis poteſt dari ex officio, & quid facere poſſit.*
8 *Curator inuitus non datur, ſed voluntarius eſt quærendus.*
9 *Curator poſt aſſumptum onus non poteſt ſine iuſta cauſa illud dimittere.*
10 *Procurator poſt acceptatum mandatum, & litem conteſtatam non poteſt refutare.*
11 *Curator non poteſt officium dimittere ſine conſenſu intereſſe habentium.*
12 *Curator poteſt cauſa cognita per Iudicis decretum liberari.*
13 *Curator vt ſit legitimè conſtitutus, quæ requirantur, & quæ ipſe ſeruare debeat, aliàs remouendus ſit.*
14 *Cauſa legitimæ excuſationis ſunt illæ quæ ſeruantur in alijs curis, & tutelis.*
15 *Curator dari poteſt inuitus ex cauſa neceſſitatis, & quando dicatur adeſſe cauſa neceſſitatis.*
16 *Hæreditas ſemel repudiata amplius adiri non poteſt.*
17 *Filius poteſt intra triennium pœnitere, & repudiatam hæreditatem adire.*
Vel intra annum ſi ſit emancipatus, ſiue agatur de hæreditate matris.
18 *Reſtitutio in integrum competit minori aduerſus repudiationem hæreditatis intra quadriennium à die perfectæ ætatis.*
19 *Hæreditas infanti delata quomodo ei acquiratur.*
20 *Curator vigore ſtatuti Florentini non datur hæreditati iacenti.*
22 *Regula quod potuit, noluit, quando obſtet, & num.* 23.

C A P V T XLVII.

IN dubijs ab Illuſtriſſimo Domino meo N. propoſitis agi-
tur de Curatore bonis dato, & quoniam plures veniunt
examinandi articuli, præmittendum videtur huiuſmodi
Curatores eſſe in multiplici differentia, aliqui enim dan-
1 tur bonis abſentium, de quibus loquitur text. *& gloſ.* 1. *in
l.* 2. *ff. de curat. bon. dan.* & latè Montan. *de tut. & cur. cap.*
28. *num.* 72. *& ſeqq. fol. mihi* 82. & iſti dantur, vel ad com-
modum ipſorum abſentium, ne eorum bona, dum abſunt,
diſſipentur, & pereant, quod fieri poſſe per Iudicem ex
ſolo eius officio nemine inſtante, notat Angel. *conſ.* 103.
Capyc. *deciſ.* 87. & alij per Montan. *loc. cit.* vel ad inſtan-
tiam creditorum, vt poſſint de illorum credito contra di-
ctos abſentes legitimè ſatisfieri, vt latè per Amat. Panormit.
reſolut. 33. *per tot.*

Alij verò Curatores dantur bonis præſentium, vt ſunt fal-
liti, latitantes filijfam. adire nolentes, prodigi, furioſi, &
ſimiles, qui rebus ſuis præeſſe non poſſunt, & de iſtis, il- 2
lorum poteſtate, & auctoritate ſcribunt latè Montan. *d.
cap.* 28. *per tot.* Card. Tuſch. *in verb. Curator concluſ.* 1104.
per tot. Odofred. *tract. de Curat. bon. dand.* & Anton. de
Amat. *d. reſol.* 33.

Alij ſunt Curatores, qui dantur vigore ſtatuti ad actus
particulares, vt ſcilicet interueniant ad auctorandum per-
ſonam minoris, vel mulieris in eorum contractibus, & 3
iſti tenentur iurare contractum eſſe illis fauorabilem, & ca-
ſu quo lædantur, eorum bona remanent obligata, vt de
quodam Doctore, qui tamquam talis Curator fuit coactus
ſoluere ſcuta ducentum, refert Pic. *ad ſtat. Vrb. gloſ.* 20.
num. 25. Et de iſtis, & ſimilibus Curatorum generibus ſuf-
ficiat remiſſio ad Montan. & alios ſupracitatos, cùm ad
rem noſtram minimè faciant.

Alij demùm ſunt Curatores, qui dantur bonis perſonæ
defunctæ quandoque ad inſtantiam alicuius particularis
creditoris pro conſequutione ſui crediti, vt quotidiè ſer- 4
uari videmus iuxta praxim, quam pro Tribunali Auditoris
Cameræ docet Saluſt. Tiber. *lib.* 3. *cap.* 25. Tuſch. *d. concl.*
1104. *num.* 6. *& ſeqq.* quandoque verò generaliter, prout
contingit quando filij, quorum prima eſt cauſa ſucceſſio-
nis, vel alij proximiores, timent hæreditatem defuncti
eſſe debitoris inuolutam, & recuſant illam adire, etiam
cum beneficio legis, & inuentarij, Ang. *conſ.* 193. *num.* 3.
verſ. quandoque hæreditas non aditur, Tuſch. *d. concluſ.* 1104.
num. 15. *& concluſ. ſeq. per tot.* & latè Odofred. *in d. tract.
de Curat. bon. dan.*

Curator enim debet dari hæreditati iacenti dum hære-
des deliberant, aliàs proceſſus contra illam factus eſt nul- 5
lus, etiam ſi extaret filius, qui dicitur ſuus, & hæres neceſ-
ſarius propter beneficium abſtinendi, quod illi hodie com-
petit, Montan. *de tut. cap.* 28. *num.* 56. *& ſeqq.* vbi infert ad
ſtatutum Florentium de bonis iacentibus intelligi etiam ſi 6
defuncti extaret filius, ſequitur Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*
732. *nu.* 54. *&* 55. vbi latè quando hæreditas dicatur iacens
exiſtente ſuo hærede, & firmat quod in præiudicialibus di-
citur hæreditas iacens, non obſtante exiſtentia ſui hæredis,
in fauorabilibus verò ſecùs, nam tunc non poteſt ei opponi
de iacentia hæreditatis, ſed in præiudicialibus eſt probanda
immixtio, aliàs hæreditas dicitur iacens, & debet illi Cura-
tor dari.

Qui quidem Curator hæreditatis iacentis dari poteſt ex
officio Iudicis, concedendo illi adminiſtrationem bono-
rum, poterit mouere actiones, diſtrahere ea quæ ſunt tem- 7
pore peritura, compromittere vigore ſtatuti, & omnia
alia neceſſaria expedire, vt probat Montan. *d. cap.* 28. *num.*
60. *& ſeqq.* niſi de proximo ſperaretur ſucceſſor, cui ſit da-
tus terminus ad adeundam, vel repudiandam hæredita-
tem, vt per Montan. *loc. cit. num.* 64.

Quibus præmiſſis dùm quæritur an huiuſmodi Curator
poſt acceptatum, & aſſumptum onus curæ poſſit illam di-
mittere, verior videtur negatiua opinio, quamuis enim
verum ſit, quod ab initio, & re integra nemo poſſit regu-
lariter cogi dictum munus ſuſcipere inuitus, & nolens,
quidquid ſecus ſit in tutoribus, qui dantur etiam inuiti,
cùm officium tutelæ ſit publicum, ſed voluntarij Curato-
res ſunt quærendi, vt ſcribit Caſſius *in l.* 2. *§. ſi plures ff. de
curat. bon. dand. vbi gloſ. in verb. inuitus,* Montan. *de tut.* 8
cap. 29. *num.* 20. *fol. mihi* 84. Quia tamen ſupponitur in
caſu noſtro, quod Curator deputatus iam acceptauerit di-
ctam curam, non videtur ſine iuſta, & legitima cauſa ex-
cuſandus, Caſtr. *conſ.* 253. *viſis, & ponderatis num.* 2. *lib.* 9
1. vbi dicit, quod ſi ſunt Curatores generaliter bonis dati,
non poſſunt ſine legitima cauſa liberari, Odofred. *de Curat.
bon. dand. nu.* 44. *verſ. vndè poſtquam ſuſcepit,* Bart. *in l. cum
ſemel num.* 1. *verſ. verum eſt ff. de tut.* Guid. Papp. *ſing.* 421.
in princ. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 225. *num.* 62. Thor. *in
ſum. deciſ. part.* 3. *verb. Curator verſ. ex aduerſo replicaba-
tur*

tur fol. 264. Cùm enim huiuſmodi Curatores æquiparentur procuratoribus, vt per *gloſ. in l. 2. verb. inuitus, ff. de curat. bon. dand.* Sicuti ipſi procuratores non poſſunt poſt
10 acceptatum mandatum ad lites, & lite conteſtata, altera parte diſſentiente, illud refutare, Abb. *in cap. non iniuſtè nu. 4. in fine de procur.* Rot. *deciſ.* 145. *num.* 1. *part.* 1. *diuerſ.* Azot. *in ſum. num.* 31. *C. de procur.* Gratian. *diſcept.* 618. *num.* 21. *& diſcept.* 906. *num.* 18. Ita etiam dictus generalis
11 Curator non poteſt curam dimittere ſine conſenſu omnium intereſſe habentium, idem Gratian. *diſcept.* 225. *num.* 55. *& ſeqq.*

Quia tamen ex iuſtis cauſis de nouo ſuperuenientibus poſſunt reuocari procuratores, vt per Magon. *deciſ. Luc.* 25. *num.* 71. *& ſeqq.* Sic etiam dicendum erit poſſe dictum
12 Curatorem contrario Iudicis decreto cauſa cognita emanato abſolui, & liberari à prædicta cura generali, vt ex ſupradictorum Doctorum ſententia conſtat, vnde conſiderandum erit an ipſe fuerit legitimè deputatus, & ſeruatis de iure ſeruandis, aliàs enim non dicetur Curator, & omnia
13 per eum geſta erunt nulla, ſicuti vltra Doctores mox citandos, rectè probat Ang. *d. conſ.* 193. *n.* 4. *verſ. videamus igitur.*

Ad hoc enim, vt dicatur legitimè deputatus, primò requiritur, quod præceſſerit inſtantia maioris partis creditorum; ſecundò, quod nominatim fuerint citati filij, quorum prima eſt cauſa ſucceſſionis ad declarandum an ſint, vel eſſe velint hæredes patris, quinimò ex ſtylo per quatuor vices erant citandi ad ita declarandum; tertiò, quod illis ſtatutum fuerit tempus ad deliberandum an velint eſſe hæredes, quartò, quod talis Curator inuentarium omnium bonorum confecerit; quintò, quod etiam ſatiſdederit de benè, & fideliter adminiſtrando, quibus omnibus non adimpletis non dicitur validè, & legitimè conſtitutus, ſed debet contrario Iudicis decreto remoueri, Ang. *d. conſ.* 193. *num.* 4. *&c.* Odofred. *de Curat. bon. dand. num.* 3. *& ſeqq.* Tuſch. *d. concluſ.* 1104. *num.* 7. 8. *& ſeqq.* Saluſt. Tiber. *in Prax. lib.* 3. *cap.* 25. *per tot.* & Caypic. *deciſ.* 87. *per tot.*

Rurſus aduertendum erit an aliqua poſſit afferri, & allegari legitima cauſa ad excuſandum dictum Curatorem ab huiuſmodi oneris aſſumpti continuatione, iſtæ autem & legitimæ cauſæ ad hoc reputantur, & approbari debent à
14 Iudice omnes illæ, quæ de iure admittuntur in alijs Curis, & tutellis, cum quibus in hoc iſta ambulat de pari, Odofred. *d. tract. num.* 119. Montan. *de tutel. cap.* 29. *num.* 1. *&c.*

Suppoſita autem liberatione dicti Curatoris ex prædicta cauſa, aut alia legitima excuſatione, dum quæritur ſecundo loco an alius inuictus compelli poſſit dictam curam ſuſcipere, & adminiſtrare; ex regula ſuperiùs firmata, quod nemo inuitus cogi poſſit tale onus aſſumere, videbatur omninò negatiuè reſpondendum, attamen quia ex contextu, & verbis *l.* 2. *ff. de Curat. bon. dand.* oritur limitatio ad dictam regulam, ibi, *niſi ex magna neceſſitate hoc procedat*, & neceſſitatis caſus dicitur tunc adeſſe, quando res ſunt in periculo, nec poteſt aliter commodè prouideri, & nullus voluntarius Curator reperitur, vel quando nullus adeſt magis idoneus, quàm v. g. Titius, qui eſt vicinus, vel conſanguineus, vel habet peritiam in adminiſtrandis bonis,
15 & aliæ in eo concurrunt qualitates, & mores, vt prudentis Iudicis arbitrio appareat aptus ad dictam curam bonorum gerendam, dicendum eſt iſto caſu, etiam inuitum dari poſſe Curatorem, vt aduertit *gloſ. in d. l.* 2. *verb. neceſſitatis*, Odofred. *d. tract. num.* 13. *& ſeqq.* Aldobrand. & alij *in §. item inuit. Inſtit. de Curat.* Gutier. *de tut. part.* 1. *cap.* 19. *num.* 15. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 225. *num.* 36. & Montan. *de tut. cap.* 29. *num.* 22. *&* 23.

Quoad tertium quæſitum an filius maior defuncti, qui dum eſſet perfectæ ætatis paternam hæreditatem repudiauit, poſſit hodiè pœnitere, & illam cum beneficio legis, & inuentarij adire, vel illi ſe immiſcere, licèt habeamus re-
16 gulam contra dictum filium ætate maiorem, nempè quod hæreditas ſemel repudiata amplius adiri non poſſit, vt eſt text. *clarus in l. ſicut maior C. de repud. vel abſtin. hæred. vbi gloſ.* Bald. Salyc. & alij quos ſequitur Rot. *in Camerinen. bonorum de Octonibus* 23. *Martij* 1624. coram Merlino, *§. vlt. in fine.*

Nihilominus, quia præſupponitur, quod à die emiſſæ dictæ repudiationis nondum ſit lapſum integrum triennium, & quod res ſit integra, quia nullus aliam dictam hæ-
17 reditatem adiuit, poteſt vtique dictus filius pœnitere, & repudiatam patris hæreditatem intra triennium adire cum beneficio legis, & inuenterij, dummodò ſit ſuus, & non emancipatus, *l. ſi quis ſuus ff. de iur. delib. & l. fin. C. de repud. vel abſtin. hæred.* Tiraquel. *de leg. connub. leg.* 16. *gloſ.* 7. *num.* 74. Surd. *conſ.* 457. *num.* 35. Paſcal. *de patr. poteſt. part.* 4. *cap.* 1. *num.* 25. & Rot. *deciſ.* 96. *num.* 11. *part.* 6. *recent.* emancipatus enim, vel vbi ageretur de hæreditate matris, & ſic ceſſante ſuitate haberet ſolum annum ad pœnitendum, vt tradit Magon. *deciſ. Flor.* 10. *num.* 16. *& ſeqq.*

Atque ex iſta concluſione patet, quàm facilis ſit reſponſio ad quartum dubium, in quo quæritur an alter filius infans poſſit dicti patris hæreditatem adire, ſi enim poteſt frater maior, qui illam repudiauit, quantò fortius hoc licebit filio infanti, cui quod plus eſt ſi repudiaſſet competeret reſti-
tutio in integrum aduerſus ipſam repudiationem, etiam 18
infra quadriennium à die perfectæ ætatis, vt alijs cumulatis, tradit Odd. *tract. de reſtit. in integr. quæſt.* 85. *nu.* 17. Surd. *conſ.* 501. *num.* 13.

Quomodo autem hæreditas infanti delata illi acquiratur,
tradunt DD. *in l. ſi infanti C. de iur. de lib.* Theſaur. *deciſ.* 19
18. *per tot.* Marant. *in l. is poteſt n.* 145. *ff. de acquir. hæred.*

Circa tamen prædicta notandum eſt, quod Florentiæ vigore ſtatuti *lib.* 2. *Rub.* 29. *verſ. Hæreditas verò, vel alia ſucceſſio, &c.* verſus finem, non eſt neceſſe, prout de iure communi dare Curatorem hæreditati iacenti, ſed ipſa hæreditas iacens conueniri poteſt, & contra eam procedi ſine datione alicuius Curatoris, vel alterius defenſoris eodem modo, quo procedi poterat contra defunctum, intelligendo dummodò fuerit ſeruata forma in dicto ſtatuto tra-
dita, ac dummodò prius fuerint nominatim citati illi, quo- 20
rum eſt prima cauſa ſuccedendi, Bart. *in l.* 1. *num.* 3. *ff. de curat. bon. dand.* Alex. *conſ.* 106. *lib.* 5. *conſ.* 140. *lib.* 7. *& conſ.* 107. *lib.* 1. Rot. *Mot.* 16. *Auguſt.* 1550. *&* 4. *Februarij* 1571. Et quod quando adſunt hæredes ſui, hæreditas non dicatur iacens, Iaſ. *in l. ſi poſt mortem ff. de leg.* 2. Dec. *conſil.* 344. *Mot. Aſinij ad Pupillos* 26. *Aprilis* 1560. *intelligen-
do iuxta ſuperius dicta num.* 6. Sed ſi quis fecerit deputare 21
Curatorem hæreditati iacenti, & contra eum egerit non ſeruatis ſeruandis, non poſſet proceſſum defendere à nullitate vigore dicti ſtatuti, quo non apparet vti voluiſſe, dum
elegit viam iuris communis, & ideò tunc obſtat regula, 22
quod potuit, noluit, & quod voluit, adimplere nequiuit, *l. quo ſponſa C. de donat. ante nupt.* cum alijs iuribus per Gratian. *diſcept.* 647. *num.* 15. cùm actus non poſſit ſuſtineri ex
facultate, vel poteſtate, qua quis non fuit vſus, Roman. 23
conſil. 446. *num.* 6. & idem Gratian. *diſcept.* 699. *num.* 28.

ARGVMENTVM.

Donatio facta abſenti an ius tribuat ante ratificationem in præiudicium tertij, quid in præiudicium fiſci, quando præſumatur ratificata, multa de ſimulatione, & quod vbi apparet per inſtrumentum, non arguatur falſa ex coniecturis.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta abſenti eſt irreuocabilis, & ius tribuit donatario, etiam ante ratificationem reſpectu ipſius donantis, & heredum, non autem tertij.*
2 *Donatio facta abſenti ante ratificationem non præiudicat tertio.*
3 *Ratificatio donationis eſt facienda viuente donatore.*
4 *Donatio dicitur tacitè reuocata ſtante alienatione rei donatæ ante factam ratificationem.*
5 *Ratificatio inducitur ex ſcientia rei fauorabilis nullum onus continentis.*
6 *Ratificatio non inducitur ex ſola ſcientia, quando donatio habet aliquod onus admixtum.*
7 *Donatio ſtat in ſuſpenſo, non obſtante ſtipulatione Notarij pro abſente.*
8 *Quid autem ſtante ſtatuto Florentino ſecundum quod acquiritur ius abſenti, etiam ſine ceſſione, & ratificatione.*
9 *Ex duobus acquirentibus ille eſt præferendus, cui primò fuit res tradita.*
10 *Donatio facta abſenti eſt valida, & irreuocabilis etiam ante ratificationem in præiudicium fiſci.*
11 *Donatio ſimulata non valet.*
12 *Simulatio probatur coniecturis, vbi ſubeſt cauſa.*
13 *Simulatio qualiter probetur per vnicum teſtem, vel per teſtes ſingulares,*

14 *Clau-*

14 *Clauſulæ omnes redduntur inefficaces ex defectu conſen-ſus ſtante ſimulatione.*
15 *Coniectura denotantes ſimulationem, quæ ſint, num. ſeqq.*
19 *Reſeruatio vſusfructus an tollat præſumptionem ſimula-tionis, num. 20.*
21 *Donatio de qua conſtat per publicum inſtrumentum ha-bet omnimodam præſumptionem veritatis, nec falſa dici poteſt ex coniecturis relatis.*

C A P V T XLVIII.

DOnatio facta abſenti, prout in caſu de quo agitur,
non præiudicat illis, qui cum donatore poſtea contra-
xerunt nulla adhuc facta donationis acceptatione, ſeu ſti-
pulationis, & acceptationis per Notarium factæ ratificatio-
ne per donatarium, quia quidquid dici poſſit de illa quæ-
ſtione, an ſaltem ante ratificationem, & ſine ceſſione
acquiſitum dicatur ius donatario irreuocabiliter reſpectu
donantis, vt tam ipſe, quàm eius hæredes conueniri poſ-
ſint à donatario ad tradendum rem donatam, vel intereſſe
1 prout innuit text. *in l. quoties C. de donat. quæ ſub modo*,
Surd. *deciſ.* 111. cum alijs per Caualer. *deciſ.* 12. *per tot.* ta-
men certum eſt, quod tertius, cui medio tempore ante
2 dictam ratificationem fuit ius quæſitum ſuper bonis dona-
tis moleſtari non poteſt cum ad effectum acquiſitionis do-
minij, & poſſeſſionis omninò requiratur acceptatio, &
ratificatio donatarij ante ius alteri quæſitum,& non poſtea,
quaſi tunc res non amplius dicatur integra, Mantic. *de ta-
cit. & ambig. lib. 13. tit. 7. num.* 25. Gratian. *diſcept. forenſ.
cap. 297. nu. 29. & 30. cap. 710. n. 2. &c. & cap. 768. num. 9.* quæ
quidem ratificatio eſt facienda tempore habili, & ſic viuen-
te donatore,& donatario,nam poſt illorum mortem dicere-
3 tur facta tempore inhabili,& non ſufficeret,Gratian. *diſcept.
783. num. 14. & d. cap. 768. num. 9. &* Clar. *§. donatio quæſt.*
13. de hac materia latiſſimè Sperel. *deciſ. 168. 169. 170. &
171. per tot.*

Imò ex alienationibus, & obligationibus bonorum do-
natorum factis per donantem ante dictam ratificationem
donationis reſultat tacita illius reuocatio, Gaſpar. Anton.
4 Theſaur. in Addit. ad Theſaur. *deciſ. 70. verſ. nota quod re-
uocatio*, & ſequuta eſt Rot. *in Fauentina dotis 14. Maij*
1635. coram Motman.

Quod ſine dubio procedit in donatione onus admixtum
habente, prout in caſu noſtro, quia quamuis ad effectum
approbandi donationem ſola ſcientia ſufficiat, quaſi in vti-
5 libus, & lucratiuis non improbare ſit approbare, & ſcientia
rei fauorabilis habeatur pro ratificatione,Surd. *d. deciſ.* 111.
num. 13. & deciſ. 206. num. 11. Theſaur. *d. deciſ. 70. num.*
12. Menoch. *conſil.* 1153. *num. 13. lib.* 12. Caualer. *d. de-
ciſ.* 12. tamen ſecus eſt quando donatio continet in ſe ali-
6 quid onus implendum à donatario, quia tunc non præſu-
mitur acceptatio, nec ratificatio ex ſola ſcientia propter poſ-
ſibilitatem damni, quod contingere poſſet, etiam ſi prima
facie videretur omninò lucroſa, vt tradit in terminis Rot.
in d. Fauentina dotis in princ.

Neque obſtat acceptatio Notarij pro donatario abſente,
nam ex illa non reſultat totalis perfectio contractus, ſed
7 neceſſe eſt, vt ſequatur ratificatio talis acceptationis factæ
per eum, cuius nomine Notarius ſtipulatus fuit, interim
autem contractus ſtat in ſuſpenſo, Rot. poſt Zacch. *de obli-
gat. Camer. deciſ. 123. num. 17. & ſeqq. & in d. Faentina
dotis propè finem*, Petr. Cabal. *reſol. crimin. caſ. 207. num. 1.
& 2.* Magon. *deciſ. Flor. 39. nu. 4. &c.* Quidquid contrarium
dici poſſit vigore ſtatuti Florentini in locis vbi viget, ſe-
cundum quod acquiritur abſenti, etiam ignoranti domi-
8 nium, poſſeſſio, ius præſcribendi, & omnis actio ſine aliqua
ceſſione, vel ratificatione neceſſaria, licèt tali iuri per alte-
rum quæſito, vel quęrendo poſſit renunciari, *vt in lib. 2. Rub.*
39. & teſtatur Magon. *deciſ. Flor. 117. num. 28. in fine.*

Cæteris obiectis de iuramento, & ſimilibus, quæ fieri
poſſent plenè ſatisfacit Rot. *in allegata Faentina dotis* 1635.
coram Motman. & poſt Zacch. *de obligat. Cam. d. deciſ.* 123.
& ideò ad illam ſufficiat remiſſio.

Præterea in caſu noſtro cum dicta bona donata non fue-
rint tradita donatori, ſed poſtea alienata in tertium, cui
etiam fuerunt tradita, ſuccedit regula, quod ex duobus
9 acquirentibus eandem rem ille ſemper præferendus eſt, cui
prius fuit res tradita, licèt ſit poſterior titulo, cùm dicatur
habere ius potentius nempè titulum, & traditionem, alter
verò nudum titulum, *l. quoties C. de rei vendic.* Tiraquel.
de Conſtit. part. 1. num. 21. Dec. *conſ. 226. num.* 4. Cephal.
conſ. 440. nu. 58. lib. 4. Giurb. *deciſ. 59. nu.* 3. Pro cuius tamen
regulæ declaratione videndus Iaſ. & alij *in d. l. quoties*, Cenc.
de Cenſ. quæſt. 68. nu. 1. & ſeqq. Gratian. *diſcept.* 523. Magon.
deciſ. Flor. 135. num. 1. & deciſ. Luc. 21. & 31. per tot.

Et quatenus dictum eſt, quod donatio facta abſenti li-
cèt Notario pro eo ſtipulante, non ſit perfecta ante ratifi-
cationem donatarij in præiudicium tertij, iſtud intelligi
debet in priuatis, ſecùs autem in fiſco, nam in præiudicium
fiſci, & ad illius excluſionem ſemper eſt valida, & irreuo- 10
cabilis, etiam ante acceptationem, & ratificationem dona-
tarij, ſi contingat interim bona donantis confiſcari, propter
aliquod delictum ſemper poterit acceptare, & ratificare
huiuſmodi donationem ad excludendum fiſcum, vt latè
probat Cabal. *reſolut. crim. caſ. 207. per tot.* vbi etiam quid
ſit dicendum de illa portione, quam teſtator ſibi pro facul-
tate teſtandi reſeruauit.

Ex alto etiam fundamento corruit, & reuocanda venit
donatio, de qua agimus, nempè quia ſimulata, & fraudu-
lenta fuit, & eſt re, & conſilio ad decipiendos creditores 11
futuros donatoris ex multiplicitate præſumptionum, quas
cumulat Maſcard. *de probat. concluſ. 559. per tot.* Tuſch. *lit.
D. concluſ.* 658. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 255. per tot.
cap. 252. n. 18. & cap. 479. n. 9.* & Penn. *deciſ. 446. per tot.*

Neque dubium eſſe poteſt quin ſimulatio probetur per
coniecturas, & præſumptiones, maximè vbi ſubeſt cauſa 12
ſimulandi, Boſſ. *tit. de part. ſuppoſit. num.* 16. Gratian. *di-
ſcept. forenſ. cap. 628. num.* 15. & quod probetur per vnicum
teſtem concurrentibus adminiculis, & data cauſa ſimulan- 13
di, quam ſufficit fuiſſe à partibus opinatam, & veriſimilem,
Rot. Vetulana Molendini 12. Ianuarij 1652. n. 5. & 6. coram
Otthobono, & quod in id ſufficiant teſtes ſingulares, & de
auditu, non obſtante iuramento, & quibuſcumque clauſu-
lis, cùm ex defectu conſenſus reddantur omninò inefficа- 14
ces, Rot. *in Auenionen. ſimulationis 29. Ianuarij* 1635. co-
ram Panzirolo *per tot. in nouiſſ. part. 7. deciſ.* 111.

Coniecturæ autem, & præſumptiones caſui noſtro appli-
cabiles ſunt infraſcriptæ, & prima, quia donata fuerunt
omnia bona paucis pro donatore tantùm retentis pro facul- 15
tate teſtandi, Soc. *conſ. 264. num. 2. lib.* 2. Maſcard. *d. con-
cluſ. 559. num.* 1. Tuſch. *d. concluſ. 658. num.* 2.

Secunda coniectura eſt, quia donatio facta fuit perſonis
coniunctis, Soc. *loc. cit.* Tuſch. *d. num.* 2. & Maſcard. *num.* 16
17. Rot. *recent. deciſ. 200. num. 7. part.* 5.

Tertia coniectura eſt, quia huiuſmodi donatio fuit facta
clam, cùm enim donator ſe contulerit extra patriam ſuam
per triginta milliaria ad celebrandum inſtrumentum dona-
tionis, quod in propria Ciuitate, vbi lares, & familiam 17
habebat, celebrare poterat, oritur præſumptio, quod iſtud
fecerit, vt facilius fraudare poſſet futuros creditores, & ne
de facili deuenire poſſet ad notitiam populi ſuæ patriæ, &
eorum, cum quibus poſtea contractus erat. Bart. *in l. 2. C.
de his quæ ex publ. rat. lib.* 10. Soc. iun. *conſ. 86. nu. 53. lib.* 2.

Quarta coniectura eſt, quia donator ſemper à die dona-
tionis remanſit in poſſeſſione bonorum donatorum vſque 18
ad ipſius mortem per ſpatium viginti annorum circiter, &
de illis diſpoſuit pro libito ſuæ voluntatis iure proprio, &
non vti adminiſtrator donatarij, Soc. *conſ. 264. nu. 2. verſ.
ſeptimo, & vltimo*, Maſcard. *d. concluſ. 550. num.* 12. &
Tuſch. *d. concluſ. 658. num.* 2.

Nec obſtat reſeruatio vſusfructus, tum quia per eam non
tollitur coniectura ſimulationis, & fraudis, quando cùm re-
ſeruatione poſſeſſionis concurrunt aliæ præſumptiones, vt 19
in caſu noſtro Maſcard. *loc. cit. num.* 16. Tum etiam, quia
donator non ſolùm ſibi reſeruauit vſumfructum, ſed &
vxori, & non obſtante hac reſeruatione, diſpoſuit de bonis
donatis, non vti vſufructuarius, ſed vti dominus.

Et quamuis aliqua ex prædictis coniecturis per ſe ſola
non ſubſiſteret, iunctæ tamen ſimul ſufficienter operantur,
vt per Maſcard. *d. concluſ. 59. num. 5. & num.* 18.

Vnde ſtantibus prędictis non eſt opus diſputare an dona-
tio non inſinuata corruat, vel per iuramentum ſuſtineatur,
vel ſaltem his deficientibus vſque ad quingentos ſolidos,
& ad quam ſummam hodiè aſcendant huiuſmodi quingen-
ti ſoldi, de quo aliàs dicetur, & ad id, quod iterum oppo-
nitur de reſeruatione vſusfructus, per quam videtur tranſ-
lata poſſeſſio in donatarium, iuxta *l. ſi quis argumentum §. ſed
& ſi, C. de donat.* Gratian. *diſceptat. 310. nu.* 22. Reſpon-
detur, quod in caſu donationis factæ abſenti, ante ratifi-

catio-

20 ficationem nulla poſſeſſio acquiritur donatario ex huiuſmo-
di reſeruatione, vt per Theſaur. *d. deciſ. 70. num. 6.* & Se-
raph. *deciſ. 472. num. 5.*

Nec pariter viſum fuit neceſſarium pro victoria cauſæ,
nec conueniens cum ciuiliter ageretur diſputare de præten-
ſa falſitate eiuſdem donationis ex multis coniecturis, & præ-
ſumptionibus elicita, & præcipuè ex publica voce, & fa-
ma, ac diffamatione Notarij, dilatione petitionis donec
mortui eſſent teſtes, & aliæ perſonæ informatæ, ac ex alijs
ſimilibus, quamuis pro veritate conſultis verius eſſe exi-
ſtimauerim, non ſufficienter apparere poſſe de huiuſmodi
falſitate, quia donatio, de quo conſtat, prout in dicto caſu
21 noſtro per publicum inſtrumentum habet omnimodam
præſumptionem veritatis, nec ad eam infringendam ſuffi-
ciunt leues coniecturæ falſitatis, vt per Surd. *conſ. 173.* &
alios allegatos per Rot. *in Imolen. Pradij Veneris 1. Iuny
1635.* coram Pirouano *vidend. in punEto*, vbi fuit reſpon-
ſum defectui inſinuationis, quod tempore debito non fuerit
repoſita in Archiuio, quod eſſet omnium bonorum, quod
fuerit dilata petitio poſt mortem teſtium, quod fuerit cele-
brata Caſulæ potiùs quàm Imolæ, vbi donator degebat,
quod vnus teſtis in ea deſcriptus eodem die repertus fuerit
Tuſsignani, quod idem donator poſtea teſtando legauerit
vxori idem prædium donatum, quod illud fuerit deſcriptum
in Inuentario hæreditatis ipſius donatoris, & denique non
obſtante diffamatione Notarij, nec publica voce, & fama
ſuper falſitate ſingillatim omnibus illis, obiectis reſponden-
do latè reſolutum fuit pro veritate donationis, de qua age-
batur, vt in d. deciſione Pirouani.

ARGVMENTVM.

Natus, & baptizatus etiam per tranſitum effici-
tur Ciuis loci, in quo naſcitur, & qualiter ap-
pellatione Ciuitatis, & Ciuium veniant etiam
comitatini.

SVMMARIVM.

1 *Natus in aliquo loco, etiam per tranſitum effici-
tur ciuis illius loci, & iſta ciuilitas eſt alijs po-
tentior, num. 4.*

2 *Baptizatus efficitur ciuis illius loci, in quo fuit bapti-
zatus.*

3 *Canonicatus obtinere poteſt in Eccleſia, cui qui in-
ſeruiuit.*

*Subditus quis præſumitur illius Parochia in qua fiunt pu-
blicationes.*

5 *Comitatus venit appellatione Terræ Ciuitatis.*

Ciuium appellatione veniunt, etiam Comitatini.

6 *Teſtator præſumitur ſe voluiſſe conformare cum diſpoſi-
tione iuris communis.*

7 *Natus, & educatus in Villa præſumitur habere maiorem
affectionem ad Villam, quàm ad Ciuitatem.*

8 *Affectio eſt interpres dubia mentis teſtatoris.*

9 *Teſtator præſumitur ſe voluiſſe conformare cum ſtatu-
tis loci.*

10 *Clerici poſſunt actiuè vti ſtatutis Laicorum.*

11 *Subrogati admittuntur cum omnibus qualitatibus pri-
mordialibus.*

CAPVT XLIX.

NOn prohibetur R. D. Andreas à Lacu vigore teſta-
menti q. D. Iuliani de Ghettis V. I. D. eligi Cano-
nicus in Eccleſia Plebis Sancti Stephani de Terra Mutilia-
næ, ſiue tractetur de reaſſumptione antiquorum Canoni-
corum, ſiue de noua creatione, quia licèt dictus teſtator
videatur diſpoſuiſſe, huiuſmodi Canonicos eſſe debere de
Terra Mutilianæ, & dictus R. Andreas non videatur ha-
bere huiuſmodi qualitatem à teſtatore requiſitam, nihilo-
minus contrarium verius eſſe exiſtimatur, cùm enim natus
1 fuerit in Terra Mutilianæ, licèt modo habitet in Comitatu
omninò cenſendus eſt, ſicut alij de eadem Terra ratione
originis naturalis, quæ nunquam amitti poteſt, quamuis
per mille annos habitauerit extra dictam Terram, & tan-
quam talis, & ciuis dicti loci poteſt vti, & gaudere omni-
bus beneficijs, & priuilegijs cæteris hominibus de dicto lo-
co conceſſis, præcipuè in fauorabilibus, ita vt ciuilitas ori-
ginis naturalis ideſt loci in quo quis naſcitur præferatur cui-
libet alteri ciuilitati, & ſit omnibus potentior, nec ab ea quis
poſſit ſe liberare ſua ſponte, & renunciare, Alex. *in l. huiuſ-
modi 86. §. legatum num. 4. ff. de leg. 1. & conſ. 34. num. 3. lib. 5.*
Bart. *in l. quæſitum in princ. de leg. 3.* Afflict. *deciſ. 384. per tot.*
vbi pulchrè Vrſil. *in Addit.* cum alijs quos refert, & ſequitur
Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 75. per tot.* & Ioſeph. Ludouiſ.
deciſ. Peruſ. 85. n. 4. & 5. Quod tantò magis procedit quan-
do, prout in caſu noſtro, ſic natus in aliquo loco ibidem,
etiam fuit baptizatus, ſicuti enim per natiuitatem tempora-
lem, & naturalem acquiritur ciuilitas loci, in quo quis na- 2
ſcitur, ita etiam per nouam natiuitatem, qua mediante ba-
ptiſmo renaſcimur ad gratiam, & ſic per baptiſmum acquiri-
tur ciuilitas, & origo loci, tam quoad ſpiritualia, & benefi-
cialia, quàm quoad temporalia, præcipuè ceſſante fraude,
Luc. de Penn. *in l. ciues, C. de incolis lib. 10.* cum alijs per Gra-
tian. *d. cap. 75. num. 16. & 17.*

Id quod ex eo, etiam confirmatur, quia dictus R. An-
dreas in iuuentute ſua dum eſſet Clericus fuit adſcriptus ad
ſeruitium dictæ Eccleſiæ Plebis Mutilianæ, tanquam ſuæ 3
Parochiæ, in qua modo canonicatum obtinere poſſe meritò
fatendum eſt ad Concil. Trident. *ſeſſ. 23. cap. 16.* & quia tunc
ad maiores ordines fuit promotus, factæ fuerunt publicatio-
nes iuxta ritum in dicta Plebe, vti ſua Parochia, idem Con-
cil. *d. ſeſſ. 23. cap. 5.*

Neque obſtare poteſt, quod ſua natiuitas Mutilianæ fue-
rit accidentalis, & non ex deſtinatione parentum, quia etiam
hoc admiſſo, verius eſt, quod accidentaliter natus per tran-
ſitum matris in aliquo loco, ibidem originem acquirit, licet
parentes eſſent omninò forenſes, & ſtatim receſſuri, & ſi
ſtricto modo ciuis appellari non poteſt, tamen de Mutilia- 4
na omninò dicendus eſt, prout requirit teſtator, cùm in ac-
quirenda origine alicuius loci attendatur potiùs veritas,
quàm accidens, & parentum deſtinatio, Afflict. *d. deciſ. 384.
num. 8.* & latè probat Gratian. *d. cap. 75. num. 1. & ſeqq.* &
Vrſil. ad Afflict. *d. deciſ. 384.* vbi exemplificant in pluribus
caſibus ſimilibus, & latè probat Altograd. *conſ. 28. num. 25.
&c. lib. 2.*

Quinimò etiam ſi d. R. Andreas non eſſet natus in dicta
Terra Mutilianæ, ſed eſſet de Comitatu ſufficeret ad hoc, vt
iuxta mentem, & diſpoſitionem teſtatoris poſſet dici de Mu-
tiliana, & eligi Canonicus, ſicut alij de eadem Terra, quia
in beneficialibus, & fauorabilibus Comitatus venit appella- 5
tione Terræ, & Ciuitatis, & appellatione ciuium veniunt
illi de Comitatu, & Territorio, *l. qui ex vico, vbi gloſ. ff. ad
municip. l. qui continentibus, ff. de verb. ſignif. cap. cum in par-
tibus de verb. ſignif.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 217. n. 6. &
ſeqq. & deciſ. March. 96 per tot.*

Et dum teſtator diſpoſuit Canonicos debere eſſe de Terra
Mutilianæ, præſumitur ſe voluiſſe conformare cum diſpoſi-
tione iuris communis, non excludendo illos de Comitatu, 6
qui veniunt appellatione illorum de Terra iuxta prædicta,
ſed tantùm voluiſſe excludere, & incapaces reddere penitus
forenſes, *l. heredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.* vbi Rip. *n.
74.* Crauet. *conſ. 135. n. 38.* & Mantic. *de coniect. vlt. volunt.
lib. 6. tit. 6. num. 1. & ſeqq.*

Et tantò magis, cùm in dicto teſtatore nulla particularis
affectio conſiderari poſſit, ob quam potiùs motus fuerit ad
cogitandum pro illis de Terra, quam pro illis de Comitatu,
cum nec ipſe eſſet de dicta Terra, vndè reſultat, & potiùs
coniectura contra illos de Terra niſi haberent mentem ex-
preſſam, & fauorabilis apparet Comitatinis, cùm ſemper
maiorem affectionem præſumatur habere ad Villam, qui in
Villa natus, & educatus fuit, quam erga oppidum, & Ciui- 7
tatem, vt reſpondit Crauet. *conſ. 972. num. 22.* quem refert,
& ſequitur Menoch *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 16. num. 12.*
Affectio autem dicitur interpres dubiæ mentis teſtatoris, & 8
eſt valdè attendenda, vndecumque deriuans, *l. qui liberis,
§. hæc verba, vbi gloſ. ff. de vulg. & pupil.* Bart. *in l. alimen-
ta num. 3. ff. de alim. & cib.* cum alijs per Gratian. *diſceptat.
637. num. 11.*

Magis autem confirmatur ſupradicta concluſio ex vſu, &
diſpoſitione ſtatutorum Mutilianæ admittentium æqualiter
ad honores, & onera Comitatinos, & Terrigenas, à qui- 9
bus ſtatutis dictus teſtator nequaquam cenſetur recedere
voluiſſe, ſed cum illis ſe omnino conformare, Alex. *in l. 3.
num. 5. ff. de leg. 1.* Bart. *in d. §. cum ità,* & alij per Mantic.
d. lib. 6. tit. 7. num. 4. præcipuè cum in hoc caſu, vt patet
ex prædictis idem diſponant ſtatuta prædicta, quod ius com-
mune Caſtr. *in l. fin. num. 7. C. de verb. ſignific.* cum alijs ſu-
pra allegatis.

Neque eſt dubium huiuſmodi ſtatuta vigere, etiam

& locum habere quoad Clericos, cùm in nihilo ſint illis quoad hoc oneroſa, nec contra Eccleſiaſticam libertatem, quæ potiùs augetur, & illi fauetur prædicta admittendo, & Clerici in omnem caſum poſſunt actiuè allegare ſtatuta laicorũ,
10 Marant. *diſp.8.n.14.& ſeqq.* Bellon. *conſ.43.* Surd. *conſ.41.lib.1.* cum alijs per Pic. *ad ſtat. Vrb. gloſſ.4. in fine.*

Et prædicta procedunt quotieſcumque agatur de noua creatione, & ſundatione dictorum Canonicorum, nam vbi ageretur de reaſſumẽdis canonicis antiquis, qui aliàs promiſcuè, & indifferenter, tam de Terra, quàm de Comitatu admittebantur, ſicuti plures alij à Lacu olim in dicta Plebe Mutilianæ fuerunt Canonici, prout ſupponitur ceſſat omnis difficultas, cùm certum ſit, quod huiuſmodi Canonici reaſſumpti de mandato teſtatoris tanquam ſubſtituti, & ſubrogati in locum antiquorum erunt admittendi paſſim cum omnibus qualitatibus primordialibus, & accidentalibus, *l. ſi eum §. qui iniuriarum ff. ſi quis caut.* Iaſ. *in §. fuerat n.7. Inſtit. de act.* Alex. *conſ.193.n.7.lib.2.* Dec. *conſ.50.n.2.* & de hoc non contingit dubitari, quia conſtat ex verbis teſtamenti, quod teſtator nullam fecit differentiam an Canonici eligendi eſſent de Terra, vel de Comitatu, cùm optimè vti Iure conſultus nè edoctus nouerit reaſſumptionem prædictam fieri debere, iuxta qualitates, & conditiones antiquas, & nullam eſſe in iure differentiam quoad hoc inter Terrigenas, & Comitatinos, quos ideò ſi excludere intellexiſſet, expreſſiſſet.

A D D I T I O.

Fauentina, ſiue Mutilianenſis Canonicatus.

Rectè ab Illuſtriſſimo D. Philippo Burgbio Patrono nominatus, & rectiùs ab Eminentiſſimo Epiſcopo inſtitutus R. D. Camillus de Liueranis ad Canonicatum Plebis Mutilianæ, iuſtiſſimè poteſt, ac debet ad eiuſdem poſſeſſionem aſſociari, & manuteneri, remoto quolibet inhibitionis, ſeu alio impedimento ob friuolam, & calumnioſam appellationem nomine Communitatis abſque vllo mandato, & ſcientia interpoſitam; quamuis non de Terra Mutilianæ, ſed de eiuſdem territorio, imò etiam de Parochia, vel de Plebania, exiſtat, ad mentem Teſtatoris olim Iuriſconſulti peritiſſimi, quem non latebat clara textuum diſpoſitio, & communis Doctorum traditio, appellatione Ciuitatis, oppidi, ſiue Ciuium venire territorium, tamquàm membrum, & pars ipſius Ciuitatis, vel oppidi, atque in territorio habitantes, *l. qui ex Vico ff. ad municip. l. Qui in continentibus 147. ff. de verb. ſignific. l. ædificia 139. ff. eodem cum ſimilibus,* Caldas Pereyra *conſil.47. ſub numer.15.* Bart. *conſil. 196.num.5.& ſeqq.lib.1.* Rebuff. *in d. l. Qui in continentibus vbi verſ. ſecundo fol. mihi 461.* notabiliter ad caſum noſtrum infert, quòd ſi ſtatuto caueatur, quòd nullus Sacerdos recipiatur in Collegio, niſi qui natus ſit in Ciuitate, ſi tamen fuerit natus in Caſtro vico, vel municipio ſubdito Ciuitati cenſebitur eiuſdem Ciuitatis Ciuis, & recipiendus erit ad Collegium, cùm non poſſit dici alienigena, qui natus eſt in alio fundo, dùm ille fundus ſub eodem eſt dominio, quia appellatione Ciuium veniunt illi de diſtrictu, Communitate, & territorio per iura prædicta, & Doctores ab eo citatos, & verſ. ſeptimò, vbi quod iſtud axioma prodeſt ad conſequendum beneficium, quod alius extraneus habere non poſſet, & alia ſimilia priuilegia.

Vndè etiam emanat, quòd in materia fauorabili, indifferenti, & adaptabili, quidquid conceditur ciuibus alienius loci, cenſetur etiam conceſſum Comitatinis, & habitantibus in Territorio. Quia Villa dicitur membrum, & pars integralis Ciuitatis, maximè ſi ſit propinqua, vt in caſu noſtro, & quæ allegari poſſent in contrarium procedunt in materia odioſa, & pœnali ſicuti optimè diſtinguunt, ſic opiniones concordando Gratian. *deciſ. Marthia 96. per tot. & diſceptat. forenſ. cap. 217. numer.1.& ſeq.& cap.893.numer.35.* Menoch. *de præſumpt. lib.6. præſumpt.30. num.13.& 14. verſ. Nec refert &c.* Ricc. *Collect.2680.* Rot. *part.12. recent. deciſ.199. numer.15. & 16.* Scoppa *in obſeruat. ad Gratian. dict. deciſ.* Carol. Anton. de Luca *in obſeruat. ad Gratian. dict. cap. 217.* Anton. Portogal. *de donat. Reg. part.3. cap.43. num.10.& ſeqq.* & nouiſſimè Romaguer. *in addit. ad Conciol. Stat. Eugub. libr. 6. Rub.49.*

Dum enim aliqua diſpoſitio loquitur de Ciuitate, vel Terra, non intelligitur de Ciuitate materiali, prout ſignificat locum muris circumdatum, vel ædificia materialia, ſed intelligitur de Ciuitate formali, quæ eſt hominum coadunatio, & eius nomine comprehenduntur etiam habitantes in territorio, quia debet ſumi eum omnibus ſuis partibus, & cum illis omnibus, qui ſunt neceſſarij ad conſtituendam perfectam Communitatem, prout ſunt habitantes in territorio pro cultura agrorum, & ſimilium neceſſariorum pro degentibus intra muros, vnde participant etiam, & reguntur eiſdem legibus, & ſtatutis, ac eiſdem fauoribus, priuilegijs, & conceſſionibus illis adaptabilibus potiuntur, vt ex Felin. ex alijs egregiè reſoluit Zacchar. Paſqualig. *deciſ. moral.196. per tot.* & facit Lotter. *de re Benef. lib.1. q.9. nu.51.& ſeqq.& q.25. num.78.& ſeqq.*

Eodem enim modo, quo iudicatur de Ciuitate, vel Terra iudicandum eſt de illius Territorio, & Comitatu cùm dicantur membra Ciuitatis, vel Terræ, & priuilegium conceſſum habitantibus Ciuitatem, vel Terram comprehendit etiam habitantes Comitatum, Bart. *conſ. 196.n.6.lib.1.* Guid. Pap. *deciſ.265. cum alijs,* quos refert, & ſequitur Nouar. *in Pragm. Regn. Neapol. collect.46. nu.8.& ſeq.* Sanfelic. *deciſ.50. num.11.& 12.*

Et in fortioribus terminis Presbyteris de Comitatu admittendi ad Beneficium à teſtatore ordinatum, *ſolum pro ciuibus originarijs Ciuitatis Regij,* eo quia fuerat baptizatus in Ciuitate, & quia in fauorabilibus, Ciuium appellatione veniunt etiam illi, qui ſunt de territorio, & alijs rationibus, fuit iudicatum à Ciarlin. *controu. forenſ. cap.149. num.12. 25. & 26.* vbi etiam teſtatur ſic pluries fuiſſe alias ſeruatum, ac eius laudo vtramque acquieuiſſe partem, quamuis ageretur de diſpoſitione à teſtatore concepta cum clauſula reſtrictiua, *ſolum pro ciuibus originarijs,* quæ videbatur alios excludere, & tamen fuit admiſſus etiam Sacerdos de Comitatu ex prædictis; ac indiuiduo diſpoſitionis, de qua nunc agitur, iam dudum interrogatus præuentiuè reſpondit ex eiſdem rationibus, & auctoritatibus à Rebuffo, Paſqualigo, Ciarlino, & alijs perpenſis, admittendum Sacerdotem de Comitatu, & territorio Mutilianæ ad Canonicatum d. Plebis, Sabell. *var. reſolut. cap.49. per tot.* ac ita fuiſſet ſine dubio ſeruatum, ſi datus fuiſſet caſus vocationis, & nominationis à Patrono fiendæ prout facta fuit in præſenti. Quare &c.

Obſequentiſſimus
Guidus Antonius Sabellus I.V.D.

A R G V M E N T V M.

Intereſſe dotis quando debeatur etiam ſoluto matrimonio, & in qua ſumma. Qualiter periti diſcordantes in valore rei reducantur ad concordiam.

S V M M A R I V M.

1 *Intereſſe dotis vt poſſit exigi, requiritur exiſtentia matrimonij, & onerum illius ſupportatio.*
2 *Intereſſe dotis an debeatur, etiam ſoluto matrimonio, quando extant filij.*
3 *Intereſſe dotis qualiter debeatur vigore pacti, etiam ſoluto matrimonio.*
4 *Intereſſe dotis debetur quando pecunia erat inueſtienda in ſtabilibus.*
5 *Fructus debentur ex legato quantitatis reinueſtienda.*
6 *Intereſſe dotis debetur viduæ, quando dos conſiſtit in ſtabilibus.*
7 *Intereſſe dotis debetur, quando dos fuit ſubrogata loco legitimæ.*
8 *Subrogatio loco ſtabilium, vel legitimæ facit oriri tacitam permutationem, & deberi fructus ex æquitate l. curabit.*
9 *Intereſſe debetur per eum, qui tenebatur deponere pecuniam ad reinueſtiendum.*
10 *Fructus legitimæ debentur à die mortis.*
11 *Fructus legitimæ in eam non imputantur.*
12 *Intereſſe dotis bona fide perceptum non imputatur in dotem.*
13 *Intereſſe dotis debetur ad rationem quinque pro centenario, vel ſecundum morem regionis, & idem eſt in legitima, num.14.& 15.*
16 *Intereſſe verum quale dicatur per 20. annos.*

17 *Valor*

17 *Valor rei an, & quomodo dignoſcatur ex quantitate fru-*
ctuum.
18 *Valor rei probatur per peritos.*
19 *Periti diſcordantes circa valorem rei quomodo reducan-*
tur ad concordiam.
20 *Minor ſumma quando ſit attendenda.*

C A P V T L.

INtereſſe dotis, de quo in caſu mihi propoſito debetur D.
Franciſcæ ab hæredibus patris illius, qui dotem promiſit,
& non ſoluit tempore conuento, nam etſi verſemur extra
1 caſum *cap. ſalubriter de vſur.* cuius vigore videntur conceſ-
ſæ, & permiſſæ vſuræ tamen viro pro alenda vxore, & ſub-
ſtinendis oneribus matrimonij, ita vt requiratur exiſten-
tia matrimonij, & onerum illius ſupportatio, Surd. *de ali-*
ment. tit. 1. quæſt. 42. num. 147. Caualer. *deciſ.* 292. *n.* 1. Ludouiſ.
cum Annot. Beltram. *dec.* 573. *nu.* 8. Nec ſufficiat extare filios
ex vxore prædefuncta, quia licet dicantur reliquiæ matri-
2 monij, tamen onus alendi, & educandi illos ſpectat ad pa-
trem ſuperſtitem, qui ſoluto matrimonio non amplius ma-
ritus appellari poteſt, nec onera matrimonij, ſed propria ſu-
ſtinere dicitur, Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 240. *n.* 19. & latè *in c.*
427. *per tot. & in Additione illius tomi tertij.* Quod tamen in
iſto caſu exiſtentiæ filiorum non tranſiret ſine difficultate,
ex traditis per Borgn *deciſ.* 22. *num.* 18. *& deciſ.* 26. *n.* 25. Tu-
ſch. *concluſ.* 741. *n.* 111. *& ſeq Verb. Dotis fructus*, & nouiſſi-
mè, ac pulchrè more ſuo per Illuſtriſſimum Mart. Medic. *de-*
3 *ciſ. Senenſ.* 15. *n.* 2. *& ſeq.* Et quod debeantur quādo præceſſit
pactum de illis ſoluendis, etiam ſoluto matrimonio, ita vt
pactum ſimpliciter initum non reſtringatur ad tempus con-
ſtantis matrimonij, idem Grat. *in Additione d. tertij tomi, &*
diſcept. 920. *n.* 20. *& ſeq. & cap.* 857. *n.* 9. & *Rot. in Romana fru-*
ctuum dotis de Vellis 10. *Nouemb.* 1600. *coram Litta.*

Nihilominus verſamur in caſu, in quo prætenſi fructus
debentur ſi non ſimpliciter, & abſolutè vt fructus dotales,
ſaltem ex alijs cauſis omninò licitis, & permiſſis, & primò,
quia in promiſſione dotis fuit expreſsè conuentum, quod
pecunia deberet inueſtiri in tot bonis ſtabilibus, quo caſu pe-
cunia inueſtienda non iudicatur, vt quantitas, ſed vt ſpecies,
4 & debentur fructus non vt ex pecunia, ſed vt ex ſpecie eo
modo, quo deberentur ſi ab initio dos fuiſſet conſtituta in
cenſibus, locis, montium, & ſtabilibus, ita vt nec iſto caſu vlla
interpellatio requiratur, Alex. *conſ.* 31. *nu.* 5. *lib.* 6. *& conſ.* 200.
nu. 3. *eod. lib.* 6. *Rot. in Romana Salniani* 20. *Nouembris*, 1591.
coram Orano, Gratian. *diſcept.* 920. *nu.* 26. *&* 27. Sicuti vide-
5 mus in legato quantitatis reinueſtiendæ, quod non dicitur
legatum quantitatis, ſed ſpeciei, & ex illo rectè fructus perci-
piuntur, idem Grat. *diſcept.* 941. *nu.* 22. Quando autem dos
6 conſiſtit in bonis ſtabilibus non eſt dubium quod debetur
intereſſe, etiam ſoluto matrimonio, vt benè probat idem
Grat. *diſcept.* 610. *n.* 4.

Secundò, debentur fructus dotis, quia ſumus in filia ex-
cluſa à ſtatuto propter maſculos, & cui vigore eiuſdem ſta-
tuti fuit dos reſeruata loco legitimæ, pro vt aliàs probaui,
quo caſu debetur eidem intereſſe dotis loco alimentorum,
non tantùm durante matrimonio, ſed etiam illo diſſoluto
per mortem viri, & ſic licèt ſimus in vidua, & nedum ab ip-
7 ſo patre, ſed etiam ab illius hæredibus, in quos tranſit tale
onus donec dos vigore ſtatuti ſubrogata loco legitimæ filiæ
debitæ in bonis paternis eidem ſoluatur, *DD. in l. alimenta*
ff. de neg. geſt. Corn. *conſ.* 85. *n.* 24. *lib.* 3. Crauet. *conſ.* 189. *n.* 1. *&*
ſeq. cum alijs per Rot. *in Romana fructuum dotis de Vellis*
Ven. 10. *Nouembris* 1600. *coram Litta, & in Romana dotis, &*
legati 15. *Ianuarij* 1621. *coram Manzanedo.*

Quotieſcumque enim ſumus in pecunia ſubrogata loco
ſtabilium, & legitimæ ſemper debetur intereſſe, quaſi huiuſ-
8 modi ſubrogatione reſultet quidam contractus permutatio-
nis, ſeu emptionis, & venditionis, & ideò non facta traditio-
ne debentur fructus iuxta æquitatem, *l. curabit Cod. de act.*
empt. vt probat Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 759. *num.* 2. *& cap.*
9 688. *num.* 1. *&c.* Sicuti debetur intereſſe per eum qui ex pa-
cto tenebatur deponere aliquam pecuniæ quantitatem
ad effectum illam reinueſtiendi in ſtabilibus, ſi tempore
debito non adimpleuit, ita vt iſto caſu non ſint neceſſaria
requiſita, de quibus Caſtr. *in l.* 3. *ff. de eo quod cert. loc. cit.* nec
interpellatio, vt latè deducit idem Gratian. *diſcept.* 579. *per*
tot. cap. 932. *numer.* 30. 941. *num.* 22. *& cap.* 943. *num.* 15. vbi
quod talis pecunia habetur pro re immobili, nec dici poteſt
conſumpta.

Quod autem fructus legitimæ, & ſupplementum debean-
tur a die mortis illius, de cuius bonis agitur, etiam nulla fa-
cta interpellatione, & ſic ante moram, etiam ſi per hæredem 10
fuiſſent bona fide conſumpti, cùm per triennium non præ-
ſcribantur *DD. in auth. Nouiſſima C. de inoff. teſtament.* Boer.
deciſ. 3. *num.* 17. Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 3. Se-
raphin. *deciſ.* 1331. *num.* 14. Gratian. *diſcept.* 688. *per tot.* vbi
limitat niſi tota hæreditas conſiſteret in pecunijs. Et ſi-
cuti tales fructus legitimæ in illam non imputantur, ex
latè traditis per Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quæſt.* 32. ita 11
nec fructus, & intereſſe dotis bona fide percepti, & con-
ſumpti poſſunt computari in ſortem, ſiue diminutionem
dotis, etiam per allegationem erroris, vel ignorantiæ iu-
ris, quatenus poſſet dubitari an eſſent verè debiti, licèt 12
in caſu noſtro de hoc dubitari non poſſit, Grat. *diſcept.*
920. *num.* 32. *&* 33. *& in Additione tomi tertij ad cap.* 427. *in*
fine.

Et ſupradictum intereſſe erit computandum, ad ra-
tionem quinque pro centenario iuxta generalem con-
ſuetudinem, qua etiam ceſſante eodem modo taxan-
dam eſſe colligitur, *ex gloſſ. in authent. perpetua Cod. de* 13
Sacroſanct. Eccleſ. Petr. Caball. *conſil.* 46. *lib.* 1. Magon.
deciſ. Florentin. 42. *numer.* 11. *Rot. in Romana fructuum*
dotis 28. *Iunij* 1621. coram Manzanedo *in Bononien. fru-*
ctuum dotis 25. *Maij* 1629. *coram Ghiſilerio, & in San-*
cti Seuerini fructuum dotis 20. *Februarij* 1630. *coram Pi-*
rouano. Et quod taxetur ſecundum morem regionis,
Gratian. *diſcept.* 726. *num.* 14. 759. *numer.* 16. *&* 920. *num.* 14
24. Magon. *deciſ. Florent.* 83. *num.* 3. & pulchrè Durand. *de-*
ciſ. 419. *num.* 1. *& ſeqq.* Sicuti eodem modo taxantur fructus
legitimæ ad rationem quinque pro centenario, quorum
loco ſuccedit iſtud intereſſe, Couar. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 9. 15
num. 5. Rot. *deciſ.* 571. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* Burat. *deciſ.* 65.
num. 1.

Cuius quidem taxationis ea poteſt reddi ratio, quia ve-
rum intereſſe illud eſſe dicitur, quod viginti annorum curſu
ad iuſtum rei valorem, & æſtimationem aſcendit, Sperel. *de-*
ciſ. 84. *nu.* 55. *Rot. in Forolivien. de Monſignanis* 19. *Nouem-* 16
bris 1603. *in fine, coram Penia*, ſicuti è conuerſo iuſtus rei
valor dignoſcitur ex quantitate redituum, & fructuum, ita
vt dicatur eſſe, & aſcendere ad illam ſummam, quam con-
ſtituunt redditus, & fructus viginti annorum ſimul com-
putati, vnde ſi domos, vel prędium reddat libras centum in 17
anno, iuſtum illius pretium erit librarum duarum millium,
Iaſ. *in l. ſi fundum num.* 3 *ff. de leg.* 1. Natt. *conſ.* 341. *n.* 10. Tira-
quell. *de retract. lignag.* § 1. *gloſſ.* 6. *num.* 19. pulchrè Gratian.
diſcept. 545. *num.* 13. 752. *num.* 47. Quamuis huiuſmodi æſti-
matio per calculum fructuum conſiſtentium in locationi-
bus viginti annorum non ſit tuta, nec concludens cum poſ-
ſit eſſe, quod quis locet pro minori, vel maiori pretio ratio- 18
ne amicitiæ, vel alijs de cauſis, vnde melius eſt probare per
peritos, qui æſtimare debent attentis, etiam qualitatibus rei,
& perſonarum, idem Gratian. *diſcept.* 600. *num.* 3. *& ſeqq.* Et
ſi huiuſmodi periti inter ſe diſcordent circa rei valorem, re-
ducuntur ad concordiam per coaceruationem, & calcula-
tionem omnium ſummarum ſimul cuiuslibet periti, eligen- 19
do poſtea tertiam, vel quartam partem, ſi tres, vel quatuor
ſint qui diſcordant, & illa tertia, vel quarta pars deſumpta
ex coaceruatione prædicta cenſebitur vera æſtimatio, ſecun-
dum Petr. Caball. *reſol. crim. caſ.* 119. *num.* 17. *&c.* Gratian. *di-*
ſcept. 218. *num.* 28. *& cap.* 187. *num.* 2. 3. *&* 10. prout ego quan-
doque hac practica vſus fui, & placuit quibuſdam amicis
meis, licet de ſtylo Rotæ Romanæ in concurſu probationum
attendi ſoleat minor quantitas, vel media via, quando pro-
bationes tendunt ad diuerſas ſummas, Durand. *deciſ.* 384. *nu.* 20
2. *& per tot.* & idem tenere videtur Magon. *deciſ. Florent.* 49.
n. 24. *& ſeqq.* Sed ego non recederem à prædicta practica, per
quam videtur erecta media via, maximè quando ſumus in-
ter plures peritos diſcordantes, videlicet, quando duo priùs
electi, & poſteà tertius aſſumptus ſunt diſcordes, quidquid 21
diuerſum ſit in ſimilibus caſibus, in quibus minor ſumma
ſemper eſt attendenda, cum in ea omnes concordent, vt be-
nè diſtinguit Gratian. *d. cap.* 187. *per tot.*

A R G V M E N T V M.

Lucrum ceſſans, & damnum emergens, an poſſit in
pactum deduci in mutuo, & qualiter proban-
dum.

dum. Mutuum non præſumitur, & quando dicatur initus contractus trium, & plura alia notabilia ad ſuſtinendum contractum, qui dicebatur illicitus, & vſurarius.

S V M M A R I V M.

1 *INtereſſe nullum percipi poteſt ex pecunia mutuo data.*
2 *Lucrum ceſſans, ſiue damnum non probatur ex confeſſione partium.*
3 *Lucrum ceſſans qualiter probatur num. 5.*
4 *Lucrum ceſſans non debetur à debitore paupere, & qui per impotentiam non ſoluit.*
6 *Damnum emergens qualiter debeatur, & probetur.*
7 *Damnum emergens an debeatur ante moram debitoris.*
8 *Pactum omne per quod mutuans non lucratur, ſed ſe conſeruat indemnem, eſt validum.*
9 *Interpellatio an ſit neceſſaria, vt damnum emergens debeatur.*
10 *Interpellatio debet eſſe perſonalis, & non domi facta.*
11 *Pacta ſeruare nihil magis humanæ fidei conuenit.*
12 *Etiam ſi pacta aduerſarentur naturæ contractus.*
13 *Pactũ de ſoluendo aliquid mutuanti quando valeat, n. 14.*
15 *Mutuans poteſt ſtante potentia proxima lucri aliquid percipere.*
16 *Mutuans non poteſt exigere niſi tantumdem, quantum valet lucrum quod amittit.*
17 *Mutuans non poteſt anticipatè lucrum percipere.*
18 *Familia Dominorum de Balneo nobiliſſima, & antiquiſſima.*
19 *Nobilitas facit ceſſare omnem ſuſpicionem fraudis, & vſurariæ prauitatis.*
20 *Mutuum in dubio non præſumitur.*
21 *Mutuum non contrahitur, niſi ſpecifica, & formali numeratione pecuniæ interueniente.*
22 *Contractus dicitur talis, qualis denominatur à partibus.*
23 *Caſus ſuperueniens recipit declarationem à ſtatu præcedente.*
24 *Interpretatio eſt facienda ſecundùm ſubiectam materiã.*
25 *Contractus talis præſumitur, qualis anteà fuit, niſi aliter dicatur.*
26 *Imperitia Notariorum quid mali operetur.*
27 *Imperitia Notariorum non debet contrahentibus præiudicare.*
28 *Mens contrahentium potiùs quàm verba attendenda, numer. 29.*
30 *In claris non eſt opus coniecturis.*
31 *Contractus trium qualis ſit, & eſt licitus.*
32 *Conſtitutio Sixti V. circa ſocietates quomodo intelligẽda.*
33 *Contractus viduarum, & ſimilium perſonarum mutuantium pecunias cum pacto certi lucri, ſaluo capitali, qualiter ſuſtineantur.*
34 *Taciti, & expreſſi idem eſt iudicium.*

C A P V T LI.

DVm eſſe Locumtenens ciuilis, & criminalis Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi D. mei Franciſci Eraſmi Gubernatoris Ciuitatis Foroliuij de anno 1649. fuit acerrimè diſputatum an fratres de Cimattis, qui conduxerant officinam, ſiue molendinum Cartaræ Coſerculi ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Nuncio Sanctiſſimi apud inuictiſſimum Galliæ Regem, nunc propter menſa illius merita, atque ampliſſimo Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali de Balneo accipiendo, etiam ab eodem Illuſtriſſimo D. Locatore mutuò ſcuta quatuor centum ex mille, quæ iam implicata erant in eodem negotio Cartaræ, cum pacto ſoluendi fructus ad rationem quinque pro centenario, tenentur ad ſolutionem dictorum fructuum, ſiue potiùs dictum pactum eſſet vſurarium, & à iure reprobatum.

Et quidem prima facie videbatur dicendum dictos fratres de Cimattis non teneri ad dictos fructus pecuniarum mutuatarum, iuxta pactum initum cum Agentibus dicti Illuſtriſſimi D. Locatoris, ſed tale pactum omninò vſurarium, & à iure reprobatum eſſe, quia materia fructuum, & intereſſe in pecunia mutuò data eſt prohibita, & non valet conuentio, neque pactum ſecundùm ſententiam omnium Canoniſtarum, cùm ſcriptum ſit mutuum date nihil inde ſperantes, niſi in pacto hoc ſtatueretur ratione lucri
ceſſantis, ſiue damni emergentis, de quo tamen deberent
dari probationes certæ, ita vt non ſufficeret potentia pro-
pinqua lucri, aut damni contingentis ex eo, quod mu-
tuans patiatur ſimile intereſſe, cum poſſit eſſe, quod ex
alijs cauſis illud patiatur, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 67.*
num. 10. & ſeqq. & cap. 240. num. 8. in fine, neque ex par-
tium confeſſione tale lucrum, ſiue damnum canonizari po-
teſt, Menoch. *conſ. 1027. num. 5.* Sed debet plenè probari, 2
& iuſtificari cum requiſitis per Paul. de Caſtr. *in l. 3. ff. de*
eo quod cert. loc. quem omnes communiter ſequuntur, vt
per Menoch. *conſ. 1180. num. 18.* Coſt. *de port. rata quaeſt.*
142. Rot. penes Poſth. *tract. de ſubhaſtat. deciſ. 8. num. 1.*
& apud Cenc. *de Cenſ. deciſ. 284.* Nam quoad lucrum
ceſſans debent tria copulatiuè articulari, & probari, pri-
mò nempè, quod creditor ſit ſolitus negociari, ſecundò, 3
quod debitor ſit in mora, tertiò, quod creditor habuerit
præ manibus merces, ſiue perſonas volentes ad cambium
recipere, & quia pecuniæ debitæ non fuerant ſolutæ, non
potuit dictas merces emere, ex quibus tantùm certè, vel
ſaltem probabiliter lucratus fuiſſet, vel illas ad cambium
dare, Caſtr. *in d. l. 3.* & benè declarat Mohæd. *deciſ. 3. de*
vſur. alias deciſ. 208. per tot. Afflict. *deciſ. 20. num. 2.* Gra-
tian. *diſcept. 240. num. 5. & cap. 244. num. 12. & ſeqq.* Et his
etiam probatis quando eſſemus in debitore paupere, & qui
per impotentiam non ſoluit tempore conuento, non poſſet 4
conueniri pro intereſſe lucri ceſſantis, vt firmat Diuus An-
tonin. Archiepiſcop. Flor. *in ſua ſum. part. 2. tit. de auaritia*,
quem refert, & ſequitur Afflict. *d. deciſ. 20. num. 3.* Rol.
conſ. 35. num. 25. lib. 1. Quamuis etiam non deſint qui aſſe-
runt intereſſe lucri ceſſantis deberi probata mora debitoris,
& quod creditor erat ſolitus emere mercantias cum pecu-
nijs ſuis, & illas non tenere otioſas, & ſic licèt lucrum 5
non ſit certum omni certitudine, ſed tantùm veriſimile,
& probabile, quæ opinio tollerari poſſet inter mercatores,
qui non præſumuntur mutuo dare, nec pecunias tenere
otioſas, Alex. *conſ. 41. lib. 3.* Gratian. *diſcept. 622. num. 10.*
Magon. *deciſ. Florent. 32. num. 5. & deciſ. 103. per tot. & deciſ.*
Luc. 25 num. 88. de cuius tamen opinionis veritate videndi
latè Menoch. *de arbitr. caſ. 119. num. 4. & ſeqq. per tot.* Gra-
tian. *diſcept. 829. num. 14. & diſcept. 987. num. 22. & per tot.*
ſequitur Altograd. *conſ. 21. num. 58. lib. 1.* vbi multos alle-
gat, & teſtatur de veriori, & receptiori opinione.

Quò verò ad damnum emergens, quando debitor non
ſoluit tempore conuento, debetur creditori ſi legitimè pro-
bet, quod paſſus eſt damnum capiendo pecunias ad cen-
ſum, vel ad cambium ab alijs ob retardatam ſolutionem
pecuniæ ſibi debitæ, & ſic in indiuiduo, quod damnum
euenerit ob non ſolutum debitum à debitore, non enim
ſufficeret probare ſe accepiſſe pecunias ſub vſuris ab alijs 6
tranſacto tempore ſolutionis fiendæ, ſed neceſſe eſt proba-
re id eueniſſe ob illam cauſam retardatæ ſolutionis, quia
poteſt eſſe, quod fuerint acceptæ pecuniæ ſub vſuris ex alia
cauſa, puta ad finem lucri, vel pro ſuſtentatione banchi,
& ſic probatio non concluderet de neceſſitate, prout con-
cludere debet, non tamen eſſet neceſſe iſto caſu, vt acci-
piens ad cambia interpellet debitorem, cùm dies interpellet
pro homine, & quando dies non eſſet appoſitus ſolutio-
ni, ſufficeret extraiudicialis interpellatio, ad notata per
Innoc. & alios *in cap. 1. de vſur.* Iaſ. *in l. ſi ex legati n. 12.*
ff. de verb. oblig. Magon. *deciſ. Florent. 103. num. 2. & ſeqq.*
per tot. latè Menoch. *de arbitrar. caſ. 119. num. 12. & ſeqq.*
ad finem, Mohæd. *deciſ. 1. & 2. de vſur.* Gratian. *diſcept.*
240. in princ.

Et ad hoc, vt intereſſe tam lucri ceſſantis, quàm damni
emergentis debeatur neceſſaria eſt mora debitoris in ſol-
uendo, niſi ab initio fuiſſet conuentum, quod ante 7
moram reſarciri deberet damnum, quod patitur mutuans
recipiendo pecunias ab alijs ſub vſuris, à quibus potuiſſet
ſe cum pecunijs mutuatis liberare, vt per Gratian. *diſcept.*
forenſ. d. cap. 240. in princ. cap. 387. num. 20. cap. 524. num. 8.
& num. 53. ad 59. cap. 688. num. 24. & num. 28. & cap. 987.
num. 7. & ſeqq. & quando quis ſuper proprijs bonis cen-
ſum imponit, vt alteri ſubueniat mutuando ei pecu-
niam acceptam, vel partem illius poteſt licitè paciſci,
vt ſibi proportionabiliter ſoluatur intereſſe, cum ſit per-
miſſum omne pactum per quod mutuans non lucratur,
ſed ſe conſeruat indemnem, & nemo debeat cum damno
alijs ſubuenire, vt benè notat Cenc. *de Cenſ. quaeſt. 34.*
num. 54. & ſeqq.

Quinimmò ſecundum aliorum opinionem magis tu-
tam,

tam, & faciliorem quoad modum probandi intereſſe dam-
ni emergentis poſt contractum, & requiritur, quod cre-
ditor volens ad cambium recipere pecuniam ab alijs ob ſo-
lutionem ſibi, non factam tempore præſtituto interpellet
debitorem moroſum, & illi intimet futurum cambium pro-
pter moram ſuam, non obſtante licentia ſibi data à debitore
de accipiendo ad cambium,& recambium in caſu non factæ
ſolutionis,vt per Gratian. *diſcept.forenſ.c.*851.*n.*14.*c.*829. *n.*
7.& latè *in cap.687.per tot.*vbi etiam quod talis interpellatio
debet eſſe perſonalis,non domi facta, & loquitur de intereſ-
ſe alterius intereſſe, & de vſuris vſurarum, quæ regulariter
20 numquam debeantur,& quando ſecus ibidem, &c. Nihil au-
tem ex prædictis probatum extitit pro Eminentiſſimo de
Balneo,ergo tales fructus licèt conuenti non debentur.

Sed his non obſtantibus, prout verè non obſtant in caſu
prædicto dixi fructus, & intereſſe deberi ad rationem con-
21 uentam, non ſolùm quia nihil magis humanæ fidei conue-
nit,quam pacta ſeruare,*l.*1.*ff de pact.l.iuriſgentium §. ait præ-
tor ff.eod. & in l.ſicut C.de act.& oblig.* ita vt nulla maior iu-
22 ſtitia dari poſſit *l.*1.*§.conueniat ff.de pact.*Surd.*deciſ.*259. *nu.*
5.*& deciſ.* 260. *nu.*12. quod procedit etiam ſi pacta aduerſa-
rentur naturæ rei in contractum deductæ,vel etiam ſi eſſent
contra iuris communis regulas,vt per Surd.*d. deciſ.*259. *nu.*
5. *in fine*. Sed quia valet pactum de ſoluendo certum quid
23 mutuanti,ſeu commodanti donec res mutuata, vel commo-
data reſtituatur,vt ex multis probat Iotrigliol.*in ſuis ſing.lib.*
3.*cap.*64.*num.*414. vbi dicit de hoc verum eſſe, etiam ſi pa-
ctum eſſet de ſoluendo octo pro centenario, Adrian. Sext.
*lib.4.ſent.tit.de reſtit.in quaſt.quia factum eſt de intereſſe,verſ.
ſed quia nihil plus*, vpi quod communiter Theologi, & Ca-
noniſtæ tenent in pecunia mutuo data poſſe à principio ta-
xari, & in pactum deduci certum quid pro fructibus, & in-
tereſſe, maximè quando eſt veriſimile,& abeſt fraus, & do-
lus, & animus palliandi vſuram, ac concurrunt aliæ condi-
tiones,& requiſita, de quibus latè Rot.*in Ianuen. pecuniaria
6. Iuny* 1611. coram Lancellotto,Gratian. *diſcept. forenſ. c.*
387.*per tot.caſ.*652.*num.*25.*cap.*911.*num.*18.*& cap.*920. *num.*
22.*& ſeqq.*Salon.*tract.de iuſt.& iur.q.*78. *art.*2. *controu.*9. *lib.*
2.Surd.*deciſ.*259.*n.*16.*&* 17.& nouiſſimè Pater Steph.de
Neapol.*tract.de præcipuis iur.& iuſt part.*1.*lib.*2. *de mutuo c.*
26. *num.*8. vbi quis poteſt dare mutuo alteri ſummam pecu-
niarum cum pacto, vt recipiens teneatur ſoluere quinque
pro centenario, &c. & Filliuc.*tract.de vſur.tom.*1. *tract.*34.
24 *cap* 5. vbi vltra cauſam lucri ceſſantis, & damni emergentis
enumerat aliàs cauſas ſub quibus poteſt quis accipere ali-
quid pro fructibus vltra ſortem.

Quæ quidem conditiones neceſſariæ non deſunt in caſu
noſtro, & prima, quæ eſt mutuum verè ſit cauſa ceſſationis
illius lucri, ita vt illud verè ceſſet, aliàs non ceſſaturum ſi
mutuum factum non fuiſſet clarè colligitur ex eo, quod di-
cta ſcuta quatuorcentum mutuo data ſunt ex ſumma ſcuto-
rum mille, quæ iam erant implicata in actuali negotiatione,
vt patet ex capitulis inter partes firmatis, quare ſi iuxta
communem Doctorum ſententiam ſatis eſt, vt pecunia,quæ
25 mutuo datur ſit in potentia proxima lucri, & ſit aliquas ſpes
negotiationis de proximo,vt ſecundum æſtimationem eiuſ-
dem ſpei poſſit mutuator aliquid ſupra ſortem recipere,
Card.de Lugo *de iuſtit.diſp.*25.*ſect.*7.Trullench.*in Decal.lib.*
7.*cap.*19.*dub.*9.Bonac.*de mutuo,& vſur.part.*4. *nu.*13. & alij
paſſim, quanto magis id concedendum eſt quando pecunia
reperitur in actuali negotiatione,prout erat in caſu noſtro.

Secunda pariter conditio neceſſaria, quæ eſt, vt ſolum-
modò ſoluatur tantumdem quanti valet lucrum ratione
mutui amiſſum, ſi enim plus exigeretur non ratione lucri
26 ceſſantis, ſed mutui exigeretur, non deficit in caſu noſtro ſi
ſanè aptetur,cum illa quinque conuenta pro centenario,nec
plus, nec minus redderent pecuniæ mutuatæ in negotiatio-
ne in qua erant implicatæ ante factum mutuum, ad tradita
per DD. *ſupra allegatos in loc.cit.*

27 Tertia denique conditio neceſſaria, quæ eſt lucrum
ceſſans ſtatim non recipiatur,ita vt per anticipatam ſolutio-
nem illius mutuum minuatur colligitur ex inſtrumento, &
capitulis,in quibus dicitur illa quinque eſſe ſoluenda annua-
tim, nec ſtatim fuiſſe ſoluta obijcitur ab aduerſarijs,quorum
etiam munus fuiſſet id probare.

Præterea amplitudo diuitiarum, nobilitas, & natiuus
ſplendor antiquiſſimæ, atque Excellentiſſimæ familiæ Do-
28 minorum de Balneo, cuius glorias, & inſignia geſta per ſuos
Heroes, quibus ſemper claruit, inter quos nunc veluti fulgen-
tiſſimum ſydus emicat Eminentiſſimus Cardinalis Nico-
laus, ſi quis attingere vellet,& præcipuè huius Eminentiſſi-
mi propter eius immenſa merita ſublimi Cathedra Petri di-
gniſſimi, integrum volumen non ſufficeret, prout aliàs ex-
perientia docuit,in illis auctoribus qui huiuſmodi mare ma-
gnum ingredi non timuerunt, quorum exemplo ego edo- 19
ctus ne emergat tranſitum facio, & dico, quod facit penitus
ceſſare omnem ſiniſtram præſumptionem,ad latè tradita per
Tiraquell. *de nobil.c.*3.*&* 20.Boer.*dec.*217.*n.*9. cum alijs per
Gratian.*diſcept.*625.*n.*27.*&* 28.& Montan.*de tut.c.*30.*n.*95.
fol.mihi 92.& facit Grat.*diſcept.*970.*n.*8.*& ſeq.*Et quod ver-
ſamur extra caſum mutui,prout manifeſtè apparet ex lectu-
ra capitulorum ibi, *Item li medemi affittuary non vogliono li
mille ſcudi, che ſtanno impiegati nel negozio della Cartara,
mà ſi bene ne piglieranno ſcudi quattrocento, con quello che ſe-
gue, &c.* & ibi nullum verbum imaginabile de mutuo, quod
etiam in dubio non præſumitur, ſed ab allegante probari de- 20
bet,Gratian.*diſcept.*622.*n.*10.& Rot coram Merlino *in Ro-
mana ſcutorum* 4000.4. *Iuly* 1635. præcipuè quia pecunia
actualis non interuenit cum illum formali, & ſpecifica nu-
meratione, prout requiritur in mutuo adhoc, vt mutuum
dici poſſit,*l.*1.*§.re contrahitur ff.de act.& oblig.*Faber.*in ſuo C.* 21
lib 4.*tit.*2.*Rub.ſi cert.pet.diff.*4.*n.*2.vbi quod mutuum in pe-
cunia contrahitur dumtaxat numeratione, & vbi agitur de
pecunia implicata in aliqua re, vt in caſu noſtro numquam
poteſt dari mutuum,niſi facta ſit conuentio,quod res in qua
implicata eſt vendatur, & illius pretium retineatur in mu-
tuum, *l. ſed Iulianus* 9. *§. mutui dationem ff. ad Mace-
don.*

Et quamuis poſtea Notarius in inſtrumento mentionem
fecerit de mutuo,& dixerit illa ſcuta quadringenta dari mu-
tuo illis de Cimattis conductoribus Cartaræ, ita vt per ta-
lem denominationem poſſit dici nos verſari in mutuo, cum
contractatus talis iudicari debeat qualem contrahentes de- 22
nominant,Magon.*deciſ.Florent.* 33.*n.*2.*&c.* Tamen ex capi-
tali de conſenſu partium in inſtrumento incorporatis, ita
manifeſtè conſtat de mente contrahentium,vt imperitiæ,ne
dicam clarè falſitatis Notarius redarguatur, dum enim in
vno ex dictis capitulis agitur de quadringentis illis ſcutis
expreſsè dicitur eſſe ſubtracta ex mille, quæ Illuſtriſſimus
D. Locator ſolitus erat negotiationis cauſa tradere condu-
ctoribus illius officinæ ad rationem quinque pro centena-
rio, & cum nulla ibi fiat mentio alterius contractus ineundi
cenſentur tradi ſub illa ratione,ſub qua antecedenter erant,
& ſic non mutatur ſubſtantia, & natura contractus antece-
dentis, ſed ſub eodem prorſus titulo iterùm tribuuntur,cum
caſus ſuperueniens recipiat declarationem,& interpretatio- 23
nem ſecundum ſtatum præcedentem,*c.maiores de rap.in fine*,
vbi Abb.*in* 6.& faciendum eſſe interpretationem ſecundum 24
ſubiectam materiam docent paſſim Doctores Surd. *de ali-
ment.tit.*59.*n.*124.Roland *conſ.*38.*n.*9. Natta *conſ.*476. *nu.*3.
Bero.*conſ.*66.*n.*14.*& conſ.*105.*n.*24.*lib.*1.Cum igitur dicta
ſcuta quadringenta tradantur ea ratione, qua priùs erant
implicata ſine alia declaratione, interpretanda eſt voluntas
contrahentium eundem prorſus voluiſſe inire contractum
in ea traditione, cui tunc cum tradita fuerunt erant obno-
xia, nam ſi ab ea recedere voluiſſent id expreſſiſſent, *arg.l.
vn §.ſin autem C.de caduc.toll.l.ſi ſecurus §. prætor ait ff. de* 25
acquir.hared.c.ad audientiam de decimis.

Quapropter fatendum eſt cum Bald.*conſ.*4.*lib.*4 mundum
imperitia Notariorum deſtrui, & bonorum virorum con-
ſcientias quandoque in magno diſcrimine, & periculo col- 26
locari, cuius dictum quamplures poſtea Iureconſulti in ſi-
milibus difficultatibus verſantes vſurparunt,Iaſ.*conſ.*69. *lib.*
4.Ripa *in l.Centurio num.*6.*ff.de vulg.& pupill.* Cagnol. *in l.
librarius num.*2.*ff.de reg.iur.* Burſat.*conſil.*149.*num.*39. qui
alios citat,& præſertim Caſtr. & Angel. aſſerentes plerum-
que Notarios, dum teſtamenta conficiunt teſtantium vo-
luntates ignorare, quas proindè ſubuertunt, quod non ſo-
lum in teſtamentis, ſed in omnibus alijs ſcripturis quas
conficiunt plerumque euenit, vt experimur quotidiè
ex magnis litibus, quæ indè reſultat, prout in caſu noſtro
contingit, quod dictum ſit pace peritorum, & benè verſato-
rum, illorum tamen imperitia non debet contrahentibus 27
præiudicare, *l.errore*, *C.de teſtam. l.cum proponatur ff. de
leg.leg.vltem.vbi gloſſ.C.de fideiuſſ.l.liberatus ff.de reg. iur.*
Caſtr.*conſil.*18.*num.*2.*volum.*2.Surd.*conſ.*129 Crauett. *conſ.*
147.*num.*5. *& conſ.*130. *numer.*1. Sed mens contrahentium 28
quibuſcumque Notarij verbis præualere debet, cum illa
magis, quam verba ſit attendenda, *l. labeo in fine*, *ff. de
ſupell.leg.l.nominis*, *& res §. verbum ff.de verb.ſignif.* Sigiſ-

mund. Scacc. *de appell. q. 4. n. 21.* Oldrad. *conſ. 9. n. 3. & 4.* Magon. *deciſ. Florent. 33. n. 13.* Gratian. *diſcept. 769. n. 21. & alibi.*
29 Tuſch. *lit. M. concluſ. 199.* qui cum alijs pluribus voluntatem
coniecturis eruendam eſſe affirmant, imò etiam ſi verba
eſſent impropria, ndà voluntas contrahentium ex coniecturis
elicita præualet, Tuſch. *vbi ſupra,* Anchar. *conſ. 219. num. 5.*
& à verbis aliquando recedendum affirmat Caſtr. *conſ. 224.*
lib. 2. quare cùm in caſu noſtro aliundè colligatur non ex ſolis
coniecturis mens contrahentium, liberum eſt à Notarij
30 verbis recedere, ſi cum eorum voluntate non conueniant,
ſed ex capitulis claris, & in claris non eſt opus coniecturis,
l. ille, aut ille §. cum in verbis, ff. de leg. 3. l. continuus §. cum ita ff.
de verb. oblig. l. 2. C. de leg.

Verſamur itaque non in mutuo, in quo etiam iuxta ſuperiùs
dicta valeret pactum prædictum, ſed in contractu virtute
triplici, ſiue quem communiter trium appellant, nempè
ſocietatis, aſſecurationis capitalis, & aſſecurationis certi lucri,
qui contractus tanquam licitus paſſim admittitur per
ſcribentes, Rot. *deciſ. 34. n. 10. 1.* apud Farinac. & coram Coc-
31 cin. *in vna Romana Societatis 3. Iuny 1602.* Tolet. *lib. 5. cap. 4.*
Salon. *de ſociet. c. 22. art. 3.* Dian. *part. 1. tr. 8. reſol. 3.* Eſcobar.
in Theolog. moral. exam. 13. cap. 2. nu. 77. Trulench. *in Decal.*
lib. 7. c. 13. dub. 44. Cardin. de Lugo *de Iuſtit. diſp. 31. sect. 4.* &
alijs, ſiue iſti contractus fiant per interualla, ſiue vnico contextu,
quibus adde Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 589. per tot.*
Michalot. *de fratr. part. 3. cap. 59. nu. 43.*

Neque obſtat conſtitutio Sixti Quinti prohibens fieri
contractum ſocietatis, in quo fiat aſſecuratio capitalis, quia
vt communiter aduertunt recentiores, qui poſt illam conſtitutioné
ſcripſerunt loquitur Pontifex de ſolo contractu ſocietatis
ſeiũcto al alijs duobus, in qua ſi aſſecuretur capitale,
certum eſt manifeſtam committi vſuram à iure prohibitam,
ſecus verò ſi adijciantur reliqui duo contractus, in quibus
fiat aſſecuratio capitalis, & certi lucri accepto ob id iuſto
pretio, quo iudicio prudentium vtraque aſſecuratio æſtimabilis
eſt, ita Bonac. Leſſ. Nald. Card. de Lugo, & Rot. *in loc. cit.*
32 qui omnes aſſerunt illos tantùm per huiuſmodi conſtitutionem
prohiberi cõtractus, qui iure communi reprobati ſunt,
non verò contractus trium, qualis dijudicatur prædictus.

Nec obſtat, quod iſte contractus triplex explicitè factus
non fuerit cùm ſatis ſit, quod fuerit factus implicitè, vt monent
Doctores ſuprà relati, qui etiam propterea tanquam
bonos admittunt, ac licitos dicunt contractus viduarum, &
huiuſmodi perſonarum, quæ pecunias ſuas mercatoribus
33 tradunt cum pacto certi lucri ſaluo ſemper capitali cum intentione
implicita, vel explicita contrahendi eo modo, quo
licitè poſſunt de iure, taciti enim, & expreſſi eſt iudicium, *l.*
34 *cum quid ff. ſi cert. pet. l. ſi filiusfam. ff. eod.* Menoch. *conſil. 108.*
n. 14. Mol. *in empt. iur. 1. part. tit. 8. q. 8. & 24.* Vgol. *de off. Epiſcop. c. 7. part. 2. n. 14.*
Leo *in Theſ. for. Eccl. part. 3. cap. 7. nu. 6.*
Sanch. *lib. 1. de matrim. diſp. 65. & lib. 4. diſp. 6. n. 36.* Et quoad
materiam aſſecurationis ex noſtris additur Petr. Santerr.
Luſit. *in tract. de aſſecurat. per tot.* cum alijs per Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 589. per tot.*

In hancque ſententiam libentius deueni, cùm vltra prædicta
eam mihi comprobauerit, etiam Excellentiſſimus Dominus
Fabritius Runtirolus Nobilis Patritius, & Aduocatus
Primarius Foroliuienſis, vir quidem ſummi, & acutiſſimi
ingenij, ac in omni ſcientiarum genere eruditiſſimus, cuius
auctoritas, & integritas cùm non eſſet Aduocatus in
cauſa, nec aliquod intereſſe haberet, ſed tantummodò pro me
oretenus pro veritate pluries conſultus, & habito ſecum diſcurſu,
omnem ſuſtulit dubitationem.

ARGVMENTVM.

Debitor nulliter captus quando non debeat relaxari, & multa de confeſſione reuocanda ex errore, & falſa cauſa. Suſpectus de fuga ad quorum inſtantiam, quo tempore, & loco poſſit carcerari quid ſi ſit minor, ſenex, vel mulier, & an alleget incompetentiam Iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Debiter non debet relaxari, etiam ſi fuerit nulliter carceratus, vbi conſtat de debito liquido.*
2 *Intellige quando de debito conſtat ex confeſſione partis.*
3 *Confeſſio debitoris quid operetur.*
4 *Error contra propriam confeſſionem debet probari per apertiſſimas probationes.*
5 *Error poteſt probari contra propriam confeſſionem, & quomodo probetur.*
6 *Confeſſio ſine cauſa non nocet.*
7 *Confeſſio emanata ex falſa cauſa, & ſuppoſito non vero eſt nulla.*
Fideiuſſor accedens ſecundæ obligationi ſub prætextu, & ſuppoſito primæ, quæ erat nulla, non remanet obligatus.
8 *Debitor ad quorum inſtantiam poſſit carcerari, & an requiratur ſpeciale mandatum.*
9 *Debitor carceratus ad inſtantiam ceſſionarij quando ſit nulliter carceratus.*
10 *Debitor ſuſpectus de fuga an poſſit incompetentiam Iudicis allegare.*
11 *Debitor qui renunciauit proprio foro poteſt vbique conueniri.*
12 *Debitor ſuſpectus de fuga poteſt arreſtari, etiam diebus feriatis.*
13 *Debitor ſuſpectus de fuga poteſt etiã de nocte carcerari.*
14 *Dies feſtus an incipiat à media nocte præcedente, & finiat media nocte ſubſequente, vel quomodo.*
Dies, an nox dicatur donec durat aliqua claritas ſuper terram licet ſol occiderit, vel nondum natus fuerit.
15 *Debitor ſuſpectus poteſt ab ipſomet creditore priuato arreſtari.*
16 *Debiter non poteſt arreſtari in Eccleſia, nec in eius circuitu.*
17 *Eccleſia nondum conſecrata an gaudeat immunitate.*
18 *Debitor an poſſit in domo capi.*
19 *Quid in debito fiſcali, ſtante ſuſpicione fugæ.*
20 *Priuilegium vt debitor non extrahatur de domo ad quid extendatur.*
21 *Minor, infans, vel pupillus an poſſunt carcerari pro debito.*
22 *Minor poteſt carcerari ſi ſit mercator, & habeat liberam bonorum adminiſtrationem.*
23 *Minor declaratus maior in ætate 18. annorum poteſt carcerari.*
24 *Statutum quod habens 18. annos ſit maior in quibus actibus operetur.*
25 *Statutum de habilitate, vel inhabilitate perſonæ non comprehendit forenſes.*
26 *Senes ſeptuagenarij an poſſint pro debito carcerari, & quid de ſexagenarijs.*
27 *Senex quinam dicatur eſt in Iudicis arbitrio.*
28 *Senex non poteſt ſuo priuilegio renunciare.*
29 *Mulieres an poſſint pro debito carcerari.*
30 *Mulier non poteſt eſſe tutrix niſi ſit mater, vel auia.*
31 *Mater habet priuilegium ne conueniatur vltrà quam facere poſſit.*

CAPVT LII.

PRo vera reſolutione eorum quæ proponuntur in dubijs
mihi tranſmiſſis ſciendum eſt, primò, quod licèt vbi
conſtat de debito liquido per apertas probationes non debeat
relaxari debitor donec ſoluerit, quamuis non ſeruato 1
iuris ordine fuerit captus, & carceratus, *l. fin. §. fin. ff. quod
met. cauſ.* Iaſ. *in l. à diuo Pio §. in venditione de re iud.* Diaz. *reg.*
168. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 706. nu. 11. & cap. 921. nu. 19.*
Tamen iſtud procedit ſolum vbi debitum eſſet tale, vt contra
illud nihil poſſit opponi, vt quando ex confeſſione ipſiuſmet
debitoris redderetur omninò liquidum, & indubitatũ,
aliàs ſecùs, Marant. *in prax. part. 4. diſt. 9. n. 127.* Caccialup. *de* 2
debit. ſuſpect. & fugit. q. 14. n. 4 Magon. *deciſ. Florent. 126. per
tot.* Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ. 151. n. 5.* Fenzon. *ad ſtat. Vrb. cap.*
98. n. 34. & 39. Gratian. *diſcept. 734. n. 13. & ſeq.*

Quia confeſſio, maximè officialis, iurata, & à parte acceptata
ſuperat omne aliud genus probationis, & in confeſſum
partes Iudicis non ſunt niſi in compellendo ad ſoluendum ſi
debitor captus fuerit, vt ſoluat vigore mandati executiui, 3
vel ad ſatiſdandum ſi captus fuerit, vt ſatisdet pro ſuſpicione
fugæ, ita vt de iure nulla videatur admitti probatio contra
propriam confeſſionem, Duran. *deciſ. 337. n. 41.* Magon. *deciſ.*
Flor. 88. n. 2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 677. n. 4.*

Vnde apparet verificatum adagium, quod non eſt confeſſi
cauſa tuenda rei, niſi poſſit probari error, & cauſa illius 4
per apertiſſimas probationes, excellentes in ſuperlatiuo gradu,
Gratian. *diſcept. 789. n. 5. & ſeqq. & diſcept. 890. num. 26.*
Quod autem admittatur probatio erroris contra propriam
confeſſionem, etiam in iudicio emanatam ad Iudicis inter- 5
rogationem iuratam, & à parte acceptatam, probat idem
Gatian. *diſcept. 706. n. 58.* & pulchrè *diſcept. 501. n. 1. & ſeqq.*

vbi

*vbi n.*8. *& 9.* quod ſi confeſſio facta fuerit præſuppoſita obli-
gatione de qua non appareat tamquam ſine cauſa emanata,
6 non nocet, & dicitur probatus error eo ipſo, quòd pro-
batur rem aliter ſe habere, non obſtantibus quibuſcumque
clauſulis,& renunciationibus, quia omnes eodem errore
quo emanauit confeſſio cenſetur appoſitæ ſicuti etiam obli-
gatio, & cõfeſſio facta ſub prętextu quod quis ſit debitor vi-
gore alterius præcedentis ſuppoſitæ obligationis,ſi verè non
erat debitor ſtante nullitate obligationis præſuppoſitæ ob nõ
7 ſeruatam formam ſtatuti, vel alia de cauſa eſt omninò nul-
la tamquam proueniens ex falſa cauſa,& non verificato ſup-
poſito, ita vt nec remaneat obligatus fideiuſſor accedẽs huic
obligationi ſub prætextu primæ nullæ, *l. cum putarem, ff. famil.erciſcund.* cum alijs per Duran. *deciſ.* 373. *num.*3. *&
ſeqq.ad* 11. vide latè Altograd. *conſ.*44.*per tot. lib.* 2. vbi latè
probat hanc concluſionem.

Secundò notandum eſt, quod debitor poteſt non ſolùm
ad inſtantiam ipſius creditoris, ſed etiam illius procuratoris
8 ad lites carcerari, licèt non deſint qui ſpeciale mandatum
requiri aſſerant, vt latè per Petr.Zacch. *de iur. ſiſten. & ma-
nu.iniect.cap.* 3.*num.*3.Caccialup.*de debit.ſuſpect. quæſt.*2. ſi-
cut & ad inſtantiam ceſſionarij, conſortis, vel ſocij, ſiue
etiam coniunctæ perſonæ, & aliorum cum debitis requiſi-
tis, vt declarat Petr.Pecch.*loc.cit.per tot.*

Si tamen quis fuerit vti ſuſpectus de fuga carceratus ad
inſtantiam ceſſionarij vigore ceſſionis illi non denunciatæ
eſt nulliter captus, & debet relaxari, cùm non ſit quid ei im-
9 putetur cur ceſſionario non ſoluerit ſi ceſſionis notitiam nõ
habuit, Theſaur. *deciſ.*220. *n.*4. cum alijs per Fenzon.*ad ſtat.
Vrb. cap.*98.*nu.*33. Pecch.*d.cap.* 3.*n.*4.*in fin.* Qualiter autem
debeat denunciari huiuſmodi ceſſio ad hoc vt debitorem
efficiat,tradit Pecch. *loc.cit.* Gratian. *diſcept.forenſ.cap.*356.
*nu.*39.*&* 40.& Rot.*par.*2.*diuerſ.deciſ.*151.*per tot.*

Tertiò ſciendum eſt,quod etſi videantur indiſtinctè Do-
ctores affirmare, quod debitor ſuſpectus de fuga poſſit co-
ram quocumque Iudice carcerari, & non poſſit incompetẽ-
10 tiam Iudicis allegare,Rom.*conſ.*239.Theſ.*deciſ.*220.Tamen
ſunt intelligẽdi dummodò debitor ſit in actu fugæ, & ſic vbi
periculum eſt in mora, ac dũmodò poſtea captus remittatur
ad ſuum Iudicem competentem,Caccialup.*de debit. ſuſpect.
q.*4.*n.*4.*in fine,& q.*7.*n.*1.Felin.*in cap.ſi vere* 3.*col.*2.*de ſent.ex-
comm.*Iaſ.*in l.vinum col.*4.*ff.ſi cert. pet.* cum alijs multis per
Gratian. *diſcept.forenſ.cap.*875.*n.*7,*& ſeqq.*

At vbi quis argueretur ſuſpectus ex eo ſolum quod im-
mobilia non poſſideat,& ſic vbi periculum non eſſet in mora
debet arreſtari coram Iudice competenti illius loci, in quo
inuenitur,& cuius iuriſdictioni,aliàs ſubditus ſi eſſet de illo
loco,vnde Iudex Eccleſiaſticus non poterit contra forenſem
laicum mandatum ſuſpicionis concedere, nec è contra Iu-
dex laicus contra clericum,niſi periculum eſſet in mora, &
poſtea captus remitteretur ad ſuum Iudicem iuxta ſuperiùs
dicta, Caccialup.*d.q.*7.*n.*1.cum alijs per Gratian.*d.c.*875.*n.*1.

Si tamen debitor renunciauerit proprio foro, & voluerit
11 poſſe conueniri Romæ,Bononiæ,Florentię,in quolibet foro,
ac vbique locorum vbi ius dicatur, prout ſi quandoque pro
cautela creditoris poterit in quolibet loco adſtringi, & cum
eo litigari,Caſtr.*in l.non vtique §.ſi quis n.*2.*ff.de eo quod cert.
loc.*Maur.*tr.de ſolut.cap.*28.& videndus Gratian.*deciſ. Mar-
chia* 180. *per tot.* Sicuti etiam obligatus in forma Cameræ
Apoſtolicæ in ſtatu Eccleſiaſtico coram quocumque Iudice
conueniri poteſt,nec allegata incompetentia Iudicis.

Quartò notandum eſt,quod debitor ſuſpectus de fuga po-
teſt capi,& carcerari etiam diebus feriatis in honorem Dei,
12 & Sanctorum *gloſ.in l.ſi ſuper,Verb.fideiuſſionis, C.de ferijs*,
Aſin.*in prax.*§.31.*cap.*2.*ampliat.*13.Fenzon.*ad ſtat.Vrb.cap.*
58.*n.*32. Intelligendo quando periculum eſt in mora, & vbi
agitur de fuga inſtanti,vt per Caccialup.*de debit.ſuſpect.* q.8.
Petr.Pecch.*de iure ſiſtend.cap.*7.*per tot.*vbi etiam latè quid ſit
dicendum tempore nundinarum,*& nu.*2.inquit,quod etiam
poſt occaſum Solis, & quacumque noctis hora fieri poteſt
captura debitoris ſuſpecti quando periculum eſt in mora,
13 quidquid aliàs in multis locis ſeruetur quod poſt ſonum
Aue Mariæ non poſſit capi debitor non ſuſpectus de fuga
vigore cuiuſlibet mandati executiui, vnde tunc temporis
aduenientis noctis multi tanquam Veſpertiliones deambu-
lant per plateas,& vicos,vbi durante die comparere non au-
dent, ſed abſconditi permanent.

Quando autem, & qua hora incipiat dies feſtus, & finiat
14 ad hunc effectum, vt debitor poſſit,vel non poſſit carcerari,
pulchrè tradit Gratian.*diſcept.forenſ. cap.*972.*per tot.*vbi re-
ſpondendo contrarijs latè firmat, quod in omnibus diſpoſi-
tionibus, in quibus ciuiliter agitur dies incipit à media no-
cte ſubſequente,& quod nox non dicitur,ſed dies donec du-
rat qualiſqualis claritas ſuper Terram,licèt Sol occiderit,vel
nondum ortus fuerit, tale enim lumen quod per aliquod
tempus remanet poſt receſſum proximum Solis, & quod
apparet de manè ante illius aduentum potius adſcribitur
diei, quam nocti, niſi eſſemus in odioſis ad euitandam pœ-
nam ſtatuti, vt ibi per eum vbi multos allegat.

Quintò ſciendum eſt, quod quamuis debitor fugitiuus
poſſit vbicumque reperiatur capi, & in eo verificetur vbi te
inuenero ibi te iudicabo, ita vt poſſit etiam ab ipſomet cre-
ditore priuato propria auctoritate, maximè vbi deeſt copia 15
Iudicis,& periculum eſt in mora arreſtari,Caccialup.*d.tr. q.*
7.Montan. *de tut.cap.*29.*num.*26.*&c.* Non tamen poterit ar-
reſtari, ne capi in Eccleſia, nec in illius circuitu per quadra-
ginta paſſus ſi ſit matrix, & maior, nec in domibus ad vſum 16
Clericorum deſtinatis, & exiſtentibus intra dictum ambi-
tum Eccleſiæ, Petr.Pecch.*de iure ſiſten.cap.*6. *num.*1. *& ſeqq.*
Guaz.*ad deff.deff.*1.*cap.*37.*num.*6.*&c.* quod procedit etiamſi
Eccleſia nondum eſſet conſecrata dummodò ſit auctoritate
Epiſcopi conſtructa *cap. Eccleſia de Immunit. Eccl.*& in om- 17
ni loco, & caſu vbi intrat priuilegium immunitatis, quam
explicat Guaz.*loc.cit.*Clar.§.*fin.q.*30.

Imò debitor pro debito ciuili priuato nec capi poteſt in
propria domo, vel aliena conducta, cùm domus ſua debeat 18
eſſe cuique tutiſſimum refugium,*l.pleriq; de reg.iur.* Ferrer.
*caut.*22.*per tot.*ſequitur per Cab.*reſ.crim.caſ.*299.*n.*19.*&* 20.

Quod tamen non procedit in debito fiſcali,nec in debito-
re omninò fugitiuo, vel ſuſpecto, nec quando fuit tali priui-
legio renunciatum, etiam generaliter per renunciationem 19
omni iuris auxilio,& fauori, Petr.Pecch.*loc.cit.cap.*6.*n.*3. *&
ſeq.*Multas autem cautelas ad extrahendum debitorem de
domo, tradit Ferrer.*loc.cit.*Et an habeat locum iſtud priuile-
gium in hoſpitio, vel caupona, ſiue in apotheca,vel porticu,
ſeu ſcalis,vel porta domus,vel in naui,ſiue curru,an in quo-
uis tuguriolo,an in ſtabulo,vel horto domui adiuncto, an in
molendino,& ſimilibus declarant Interpretes *in d.l.plerique*,
& Petr.Pecch *d.cap.*6. *per tot.*

Sextò animaduertendum eſt,quod minor,& eò magis in-
fans,impubes, & pupillus non poſſunt pro debito ciuili pri-
uato carcerari, etiam ſtante ſtatuto generaliter permittente 21
debitorem carcerari, cùm tamquam odioſum reſtringi de-
beat ad habiles de iure communi, vt in puncto ſtatuti Flo-
rentini Rom.*conſ.*120.*n.*3.Bald.& Salyc.*in l.*2.*C.qui bon.ced.
poſſ.*Pariſ.*conſ.*94.*n.*40.*lib.*1.Simoncel.*de decret.lib.*2.*tit.*6. *n.*
128.& latè rationes concludentes adducens probat Caccia-
lup.*d.tract.*5.*n.*3.*& ſeq.*Brun.*de ceſſ.bon.q.*3 4. *q.princ. per tot.*
quamuis non deſint qui contrarium ſequuti ſint opinionem
quoad Minorem, nulli tamen negant quin ſemper habeat
beneficium reſtitutionis in integrum ſi fuerit læſus, Grat.
*diſcept.foren. cap.*360.*nu.*24.*&* 25.

Et ſequendo dictam primam opinionem intelligi niſi ex
forma ſtatuti minor haberet liberam bonorum ſuorum ad-
miniſtrationem,vt quia ſit mercator, vel alia de cauſa, nam
tunc probata dicta qualitate pro pertinentibus ad artem 24
ſuam poterit carcerari ſi ſit doli capax, Caccialup.*d.q.*5.*nu.*7.
Brun.*loc.cit.n.*21.facit Pic.*de ſtat.Vrb.gloſ.*7.*num.*311.*& ſeq.*
Gratian.*diſcept.forenſ.cap.*171.*n.*8.Marſil.*in repet. Rub. ff.de
fideiuſſ.n.*183.*in fin.*

Sicut etiam minor repræſentatus maior in ætate 18. an-
norum à ſtatuto prout eſt Florentiæ poterit carcerari pro
debito,cùm poſſit bona ſua alienare ſine decreto, nec ha- 23
beat reſtitutionem in integrum,Felic.*de ſociet.cap.*5.*n.*16.*&*
47.Fenzon.*ad ſtat.Vrb.c.*47.*n.*5.Gratian.*diſcept.forenſ.c.*488.
*num.*4.*& ſeqq.*

Quod tamen huiuſmodi ſtatutum non habilitet quoad
alienationem immobilium,ſed ſolum ſuppleat auctoritatem
Tutoris,vel Curatoris,& ſic operetur tantùm in caſibus, in 24
quibus de iure communi dicta Tutoris auctoritas prodeſſet
in puncto ſtatuti Florentini *lib.*2. *Rub.* 115. firmat Aſin. *in
prax.*§.1.*c.*1.*n.*24.Magon.*deciſ.Flor.*22.*n.*3.*&* 7. Grat. *diſc.
for.c.*233.*n.*21.*& ſeq.*Simoncel.*de decr.l.*3. *tit.*8. *n.*24.*& ſeq.*

Taleque ſtatutum tanquam diſponens de habilitate, vel
inhabilitate perſonæ non procedit, nec locum habet ex defe-
ctu poteſtatis in minore forenſe, qui contrahat Florentiæ,
vel alibi vbi ſimile vigeat ſtatutum quamuis aliàs ſtatutum 25
loci contractus attendatur quoad ſolemnitates,vt multis re-
latis probat idem Gratian. *diſcept.*824.*n.*31.*& ſeq.*

Neque etiam ſenes ſeptuagenarij poſſunt pro debito ciui-

li carcerari, cùm exiſtentes in tali ætate æquiparentur infir-
mis, & præſumaotur continuò ægri, atque iofirmi, qui non
carcerantut pro debito ciuili, Anch. *conſ.336.n.2.* quem latè
ſequitur Grat. *diſcept. forenſ. c.328.n.10. & c.805.n.1. & ſeq.*

Quinimò cùm hodie ætates hominum multis de cauſis
ſint abbreuiatæ, & iuxta communem curſum ſiut vt pluri-
27 mum reductæ ad quinquageſimum annum in robuſtis, in
robuſtioribus ad ſexageſimum, & vlterius vita ſit continuus
dolor, & labor, ac quaſi non vita, ſed certa mortis expectatio
non vitæ productio, vt quotidiana docet experientia, ne
eluſorium in multis reddatur dictum priuilegium, dicen-
dum eſt, quod etiam ſexagenarius non poſſit pro debito car-
cerari, vel ſaltem huiuſmodi ætatis ſit habenda ratio, vt ſo-
lùm atteſtetur in domo, cùm ſit in Iudicis arbitrio quiſnam
dicatur ſenex, Menoch. *de arbitr. caſ.56. num.3.* Gratian. *d.
cap.805. num.4. per tot.* vbi multa de ſenibus, & illorum excu-
ſatione, ac vnde breuitas vitæ proceſſerit, quod expreſsè fir-
mat de ſexagenario niſi ſit in libro meo corruptus, idem
Gratian. *cap.506. num.1. & ſeqq.* vbi extendit, nec pro debito
fiſcali poſſit carcerari iuxta text. *in l. metallum ff. de pœn.* Ita
vt nec poſſit huiuſmodi priuilegio tacitè, vel expreſsè re-
nunciari cùm ſit cauſa miſerationis inductum, Duen.
reg.312. num.2. idem Gratian. *dict. cap.506. n.17. & ſeqq.*

Et cum antiquis temporibus quando homines regulari-
ter viuebant centum annis minus ætatis reputarentur ſe-
ptuagiuta anni, quam hodie quinquaginta, non inconue-
niens eſſet dictum priuilegium ad dictam ætatem quinqua-
ginta annorum extendere arbitrio Iudicis iuxta facti, & per-
ſonarum qualitatem.

Porrò nec mulieres pro debito ciuili ob verecundiam
ſexus poſſunt carcerari, neque pro debito fiſcali, vel tu-
29 telari, niſi agatur de meretricibus licèt coniugatis ſi vi-
ro ſciente meretricantur, *l.1. C. de effic. diuerſ. Iud. &
in auth. ſed nouo iure C. de cuſtod. reor.* Caccialup. *de debit.
ſuſpect. quæſt.5. num.26. & ſeqq.* Menoch. *de arbitr. caſ. 88.
num.10. & ſeqq.* Dec. *in l. fœmina num.72. ff. de reg. iur.* Ma-
gon. *deciſ. Luc. 92. num.1. & ſeqq.* quamuis quoad debitum
tutelare contrarium teueat Montan. *de tut. cap.15. numer.
65.* Sed iotelligi poteſt quando mulier huic priuilegio re-
nunciaſſet, quod fauore tutelæ facere poteſt aliàs ſecus in
alijs caſibus, vt per Caccialup. *loc. citat. numer. 16.* puto ta-
men quòd cùm mulier uou poſſit eſſe tutrix, niſi ſit mater,
vel auia, *auth. matri, & auia C. quando mul. tut. fung.* habebit
vti pareos beneficium conueniatur niſi in quantum facere
poteſt, vt per Bart. *in auth. matri, & auia verſ. ſed beneficium,
&c.* ſequitur Brun. *de ceſs. bon. quæſt.14. quæſt. princ. per tot.*

A R G V M E N T V M.

Milites, & Doctores, an & quando poſſint carce-
rari pro debito, an renuntient ſuis priuilegijs,
quid ſi ſint ſuſpecti de fuga, & plura de notifica-
tione Bandarum.

S V M M A R I V M.

1 *Milites non poſſunt carcerari pro debito in caſtris
contracto.*
2 *Miles factus cauſa non ſoluendi debiti debet caſsari à
militia.*
7 3 *Milites noſtri temporis, an gaudeant priuilegijs militari-
bus.*
4 *Milites an poſsint renunciare ſuis priuilegijs.*
5 *Milites in ſtatu Florentino debent notificari per menſem
antea, & ſi non opponant de non facta notificatione va-
let proceſſus.*
6 *Notificatio Bandarum non eſt neceſſaria vbi agitur
actione reali.*
7 *Milites an gaudeant priuilegio pro debitis iuratis.*
8 *Diſpoſitio generalis non trahitur ad actum iuratum niſi
exprimatur.*
9 *Saluusconductus non extenditur ad debitum iuratum,
nec concedi poteſt.*
10 *Diſpoſitio mandans donationes inſinuari, an comprehen-
dat iuratas.*
11 *Donatio poteſt regiſtrari quandocumque, & tunc ſolum
incipit valere.*
12 *Militum laudes, & prærogatiuas vide remiſsiuè, & de
ſalutatione ducis.*
13 *Doctores an, & quales poſsint carcerari pro debito.*
14 *Statutum de capiendo debitore reiecto omni priuilegio
qualiter intelligatur.*
15 *Debitor fugitiuus non obſtante quòcumque priuilegio po-
teſt carcerari.*
16 *Crimen priuati carceris quando committatur.*
17 *Fuga cum re aliena dicitur delictum.*
18 *Fugiens cum re aliena dicitur committere furtum.*

C A P V T LIII.

Milites armatæ militiæ non poſſont de iure carcerari
pro debito ciuili cùm non teneantur niſi quatenus
facere poſſint, *l. miles, & l. item miles, ff. de re iud.* in- 1
telligendo pro debito in caſtris contracto, vel ſi extra caſtra
quomodocumque ob cauſam militiæ, quod procedit etiam
in militibus noſtri temporis quando ſunt in expeditiooe,
aliàs ſecus, Caccialup. *de debit. ſuſp. & fugit. quæſt.5. num.12.
& ſeqq.* Brun. *de ceſſ. bon. quæſt.14. quæſt. princ. per tot.* Petr.
Cabal. *reſol. crim. caſ.294. num.314. & ſeqq. & num.383. &
ſeqq. per tot.* vbi latè ferè omnia, quæ deſiderari poſſint ha-
bentur circa milites, tam quoad ciuilia, quàm quoad cri-
minalia.

Si quis tamen efficeretur miles cauſa litis differendæ,
vel debiti non ſoluendi deberet vtique inſtante creditore 2
à militia ſolui, & caſſari, *l.1. C. qui milit. non poſſ. lib.12.*
Caccialup. *loc. cit. num.17.*

Et quod milites noſtri temporis non gaudeant priuile-
gijs militaribus niſi quando ſunt in caſtris, & in expeditio-
ne, ita vt non ſufficiat eſſe in aliquo Præſidio, latè expo-
nendo verba *Rub. cap.5. Bandarum Florentiæ, & priuile- 3
gium dicti cap. ſub num.10. concludit Rot. Florentina per
Excellentiſſimum D. Auditorem Hieronymum Canoſſam
ſub die 3. Iunij 1648. vt patet in libro Mot.113. à*

*& ideo huiuſmodi cap.5. Bandarum non prodeſſe ei,
qui fuerat deſtinatus Gubernator Liburni, quin eo non ob-
ſtante poſſet conueniri.*

Cùm qua quidem ſupradicta iuris diſpoſitioue, vt pluri-
mum conueniont priuilegia militaria, quæ hodie per Prin-
cipes ſuis militibus conceduntur, vt in ſtatu Florentino vbi
habent plura priuilegia, & hoc præcipuè vt pro debito ciui-
li priuato non poſſint carcerari, quod ſeruatur etiam ſi do-
mi verſentur, & non in expeditione, niſi ageretur de debi-
to ab ipſis ante militiam contracto, vt in dictis *priuil. cap.4.
num.18. in fine.* Quibus priuilegijs nou poſſunt renunciare 4
cùm ſint inducta fauore totius ordinis militaris, Borgn. *de
tut. num.223.* Theſ. *deciſ.36. n.5.* Petr. Cabal. *reſol. crim. caſ.
225. num.25. & ſeqq.* licèt non deſint qui contrarium tenue-
ruot, nempè poſſe renunciari per milites priuilegio fori, ac
alijs ſibi competentibus propter cingulum militare per *tex.
in l. ſi quis in conſcribendo, vbi gloſ. C. de pact.* & videtur ſe-
qui Magon. *deciſ. Florent.116. num.5.* Sed certè prima opi-
nio eſt magis communis, & vſu recepta, niſi renuncietur
cum iuramento per ea quæ ſubijciam de debito iurato.

Habent pariter milites in ſtatu Sereniſſimi Magni Ducis
noſtri aliquid priuilegium circa debita, vt antequam con-
ueniantur præcedere debeat notificatio per menſem antea,
quam Bandarum vocant, intelligendo tamen ipſis oppo-
nentibus, & excipientibus, nam ſi ante litem conteſtatam 5
non opponant de dicta notificatione non facta tenet pro-
ceſſus, & condemnatio, Magon. *d. deciſ. Florent.116. per
tot.* id quod expreſsè diſpoount capitula ſupracitata.

Et quando agendum eſſet contra milites non actione
perſonali, ſed actione reali vti poſſeſſores alicuius rei obli- 6
gatæ dicta notificatio non eſſet neceſſaria, ſicuti paſſim
ſeruatur, cùm dictum priuilegium notificationis, vt ex
illius contextu colligitur loquatur tantùm de actione per-
ſonali contra milites mouenda, & non de actione reali, vt
etiam audio fuiſſe pluries reſolutum per Rot. *Florent. & ſi-
gnanter ſub die 22. Decembris 1604. vt in libro Mot.87. à
162. &c.* & alijs recentioribus cauſis.

Et an eadem priuilegia de quibus ſupra militibus con-
ceſſa habeant locum quando agitur de debito iurato, etſi
non igoorem contrarium practicari, exiſtimo de iure
quod non, ſi opponatur à creditore, quia quælibet diſpo- 7
ſitio Principis generaliter loquens nunquam trahitur ad
caſum, in quo iuramentum interuenit *gloſ. in auth. Sacra-
menta, C. ſi aduerſ. vendit. in fine,* Alex. *conſil.62. num.20.
lib.7.* Roman. *conſil.517. n.28. verſ. nec refragatur,* Afflict.
deciſ.5. num.2.

Quod procedit etiam in diſpoſitiooe Papæ, vel Impera-
toris, etiam cum clauſula derogatoria, quia ad hoc vt com-
prehendatur actus iuratus requiritur non ſolùm poteſtas,
ſed & voluntas, quæ debet eſſe expreſſa, Gratian. *diſcept. 8
forenſ.*

*forenſ.cap.*853.*num.*73.*&* 74.*cap.*854.*num.*19.*& ſeqq.*Eue-
rard. *in loc. à vi, & energ. iurament. num.*30. latè Pic. *ad ſtat.
Vrb.gloſ.* 23. *num.* 2. *& ſeqq.*

Atque nil aliud eſſe videntur quo ad hoc dicta priuilegia,
quam ſaluusconductus quo ad perſonam, at ſaluuscondu-
ctus conceſſus debitori per Principem non extenditur ad de-
9 bitum iuratum, imò aduerſus tale debitum iuratum conce-
di non poteſt, ne detur occaſio peccandi, Euerard. *loc. cit. n.*
31. Affict. *d. dec.*5. vbi Vrſil. *per tot.* Ferret. *caut.* 55. *per tot.*
de quo tamen dixi infra *cap.*95. *num.*9.

Sicuti idem eſſe videmus in diſpoſitione mandante do-
nationes inſinuari, quæ non comprehendit donationes iu-
ratas, Gabriel. *tit. de iureiurando concl.*5. *num.*14. *&* 15. Bu-
10 ratt. *dec.*149. *num.*7. & in terminis legis Ducalis Florentiæ
de anno 1551. circa regiſtrandas donationes intra certum
tempus in libro ad id deputato in Magiſtratu Gabellæ con-
tractuum, quod huiuſmodi lex generaliter loquens, & à
Principe ſæculari promulgata non comprehendat donatio-
nes iuratas tanquam duplici vinculo firmatas, *Rot. Florent.
in Mot. lib.*27. *à* 376. *ſub die* 13. *Ianuarij* 1566. Roman.
*conſ.*527. *in fine*, Corn. *conſ.* 35. *lib.* 3. cum alijs per Ma-
gon. *deciſ. Florent.* 64. *num.* 38. & de magis communi opi-
nione teſtatur Card. Tuſc. *in litt. D. concl.*646. *num.* 50. *&*
51. quamuis de hac opinione poſſit dubitari per ea, quæ in
ſimili ſtatuto tradit Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 474. *num.*
8. 9. *&* 10. Poſſet tamen huiuſmodi regiſtrum fieri quando-
11 cumque etiam poſt tempus aſſignatum à lege, & conuali-
datur donatio prout ex nunc, non autem retrotrahitur in
præiudicium tertij, cui medio tempore ante factum regi-
ſtrum fuit ius quæſitum, Magon. *deciſ. Florent.* 124. *per
tot.* Menoch. *conſ.*292. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 3. Montan. *de tu-
tel. cap.*30. *num.* 55. *&* 56. *fol. mihi* 88. & latè tradit Gratian.
diſcept. forenſ. cap. 531. *num.*37. *& per tot.* Et quis dicatur
tertius Io: Bapt. Coſt. *tract. de ignorant. & ſcient. inſpect.*
55. *num.* 3.

Pariter nec Doctores, qui etiam militare dicuntur poſ-
12 ſunt carcerari pro debito ciuili priuato, *gloſ. in l. medicos, C.
de profeſſ. & med. lib.* 10. quamuis extaret ſtatutum quod
debitor poſſit capi reiecto omni priuilegio, quia debet in-
telligi de priuilegio non clauſo in corpore iuris, & ideò
non extenditur ad Doctores, neque ad milites, Euerard.
loc. a milit. arm. milit. ad milit. celeſt. num. 3. Caccialup. *de
debit. ſuſpect. quæſt.*5. *num.*9. *&* 10. Intelligendo tamen de
13 Doctoribus actualiter, & publicè legentibus in Studijs, &
Vniuerſitatibus approbatis, & de illis, qui actu exercent
aduocationem, & ſunt deſcripti in Aduocatorum Colle-
14 gio, ac de illorum numero, ſecùs autem in alijs, qui otio,
& crapulis vacant, ac nomine tantùm ſunt Doctores, vel
potiùs Doctorelli, vt latè explicat Bruo. *de ceſſ. bon. quæſt.* 10.
4. *quæſt. princ. per tot.* & Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 186.
per tot. vbi etiam multa alia iocoſa tradit ad irriſionem
Doctorum illiteratorum, quæ conueniunt quibuſdam ami-
cis mihi cognitis, quas autem prærogatiuas, & dignitates
habeant verè Doctores litterati, tradit Michalor. *de fratr.
part.* 1. *cap.*23. *per tot.*

Aliàs etiam perſonas, quæ habent priuilegium vt non poſ-
ſint carcerari pro debito ciuili priuato ſparſim in multis locis
enumerant Doctores, & præcipuè Caccialup. *d. tract. de de-
bit. ſuſpect.* Petr. Pecch. *de iur. ſiſtend.* Brun. *de ceſs. bon.* &
alij, qui conſultò omittuntur cùm ad rem noſtram non
faciant, ſolum illud notandum eſt pro concluſione ſupra-
dictorum, & eorum quæ in præcedenti capite dicta fuerunt,
quod perſonæ enumeratæ, vel ſimiles, vt non poſſint car-
cerari pro debito intelligitur quando prætenderetur carce-
ratio, & arreſtatio pro executione rei iudicatæ, vel etiam
ratione ſuſpicionis fugæ reſultantis ex eo ſolum quod im-
mobilia non poſſideant, ſecùs ſi vitium mentis ad aliquem
actum extrinſecum iam deducere inceperint, & ſe ad fu-
gam præparauerint, quia tunc tanquam fugitiui, vel de fu-
ga initiantes ſuſpecti poſſent arreſtari non obſtantibus ſupra-
15 dictis eorum priuilegijs, non ſolum auctoritate Iudicis,
ſed propria, ita tamen vt non detineantur vltra viginti ho-
ras, ne committatur priuati carceris crimen, de quo &
16 eius pœna, & excuſationibus tradit Guaz. *ad deff.* 5. *cap.*7.
per tot. Sed ducantur ad Iudicis Tribunal ad effectum ſatis-
17 dandi de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, fuga enim
cum re, vel pecunia aliena, vel quæ olim fuerit aliena, &
ſic cum animo fraudandi creditores dicitur delictum, Boer.
deciſ. 215. *n.* 1. ratione cuius delicti eorum priuilegia amit-
tere debent cùm malitia ſua cuilibet debeat eſſe nociua, &
delictum nemini patrocinari ſicuti indubitati iuris eſt, &
quod tales dicantur committere furtum, vel quaſi furtum 18
multis iuribus, probat idem Boer. *d. deciſ.* 215. *num.* 1. &
ita in ſpecie decidit Caccialup. *d. tract. de debit. ſuſpect. quæſt.*
5. *num.* 21.

Poſt hæc ſcripta habito colloquio cum Excellentiſſimo D.
meo Matthæo Heronio Ciue Florentino Iureconſulto ver-
ſatiſſimo, circa ea, quæ ſupradixi de priuilegio Doctoribus
competenti, ne pro debito ciuili carcerari poſſint addendum
exiſtimaui, quod mihi ab eodem vero profeſſionis noſtræ
propugnaculo oſtenſum fuit, nempè huiuſmodi priuilegium
cum alijs ſimilibus non perſonæ, & exercitio tantùm, ſed
dignitati in genere eſſe conceſſa, & idcircò omnibus indif-
ferenter prodeſſe etiam actu non legentibus, vel aduocan-
tibus, ſeu procuratoribus, vel alijs etiam nullo modo ſe
exercentibus dummodò tamen tales ſint, qui non precibus,
& pretio tantùm, vel ex gratia lauream doctoralem obti-
nuerint, ſed condignè, & ſeruatis ſeruandis illam legiti-
mè obtinuerint, & non ſint tales, quos vulgus meritò Do-
ctorellos, vel dolores appellare ſolet, qui enim verè ſunt
Doctores, & ſtudio vacant multis merentur priuilegijs de-
corari, & nobiles appellari, nec poſſunt illius renunciare,
prout omnia ſupradicta pluries comprobauit Rot. Floren-
tina, & ſignanter elegantiſſimè per Illuſtriſſimum D. Fede-
ricum Maionum Rotæ Auditorem, & Supremi Magiſtratus
Aſſeſſorem in quadam Florentina Doctoratus de Cianis,
& Brandulinis, vt patet ex libro Mot. 113. à 51. vbi in facti
contingentia videre placeat cùm per numeros 91. ferè omnia
latè explicentur, quæ pertinent ad obſeruationem priuile-
giorum Doctoralium.

A R G V M E N T V M.

Ceſſio bonorum quando fieri poſſit, & qua for-
ma, pro quibus debitis ſuffragetur, quid ope-
retur, & an poſſit re integra reuocari.

S V M M A R I V M.

1 *Debitor quilibet poteſt cedere bonis.*
2 *Ceſſioni bonorum non poteſt renunciari etiam cum iuramento.*
3 *Ceſſio bonorum, an fieri poſſit poſt acceptatam dilationem quinquennalem.*
4 *Ceſſio bonorum poteſt prohiberi per ſtatutum expreſsè, & tacitè.*
5 *Cedens bonis non remanet liberatus à debito.*
6 *Cedens bonis qualiter teneatur cauere.*
7 *Cedens bonis poſteà non carceratur, ſed tenetur ſolum in quantum facere poteſt.*
8 *Ceſſio facta reſpectu vnius afficit omnes, etiam non citatos.*
9 *Ceſſio non prodeſt pro debitis poſteà contractis.*
10 *Cedens bonis repellitur ab agendo contra alios.*
11 *Actiones remanent inutiles, & inefficaces penes cedentem bonis.*
12 *Ceſſio bonorum eſt refugium miſerorum non præſidium doloſorum.*
13 *Ceſſio bonorum quando non proſit cedenti.*
14 *Mercator falliens non poteſt cedere bonis.*
15 *Decoctio doloſa requiritur ad amittendum beneficium ceſſionis.*
16 *Decoctus quinam dicatur.*
17 *Statutum Mercantiæ Florentiæ de debitore fallito quomodo procedat.*
18 *Hæres, qui non fecit inuentarium non poteſt cedere bonis.*
19 *Cedenti bonis omnia ſunt auferenda, & vnica veſtis vilis relinquenda.*
20 *Ceſſio eſt nulla ſi cedens ſibi denarium reſeruauit.*
21 *Debitor tenetur volente creditore ei inſeruire pro ſatisfactione debiti.*
22 *Ceſſio bonorum qua forma ſit facienda, n.* 23.
24 *Princeps quando cenſeatur remittere formam ceſſionis ignominioſam.*
25 *Statuta circa ceſſionem bonorum quando ſint ſeruanda.*
Ceſſio bonorum quomodo fiat in ſtatu Eccleſiaſtico.
26 *Ceſſio facta per debitorem non prodeſt fideiuſſori, & quando ſecus.*
27 *Ceſſio bonorum pro quibus debitis, & in quibus caſibus non ſuffragetur, num. ſeqq.*

35 *Cauſa ceſſionis bonorum debent expediri intra tres menſes.*
36 *Debitor qui bonis ceſſit an, & quando poſſit re integra pœnitere, & ceſſionem reuocare.*

CAPVT LIV.

NOn videtur dubitandum quin Thadæus de Cambus
aromatarius Imolenſis poſſit recurrere ad miſerabile
ceſſionis bonorum beneficium ad euitandos carceres, cùm
id ſit generaliter permiſſum cuilibet debitori, ſiue ſit pater-
familias, ſiue filiusfamilias maſculus, vel fœmina, Eccle-
1 ſia, vel priuatus, vniuerſitas, vel quælibet ſingularis per-
ſona, vt latè docet Iaſ. in §. fin. num. 10. Inſtit. de act. Matth.
Brun. tract. de ceſſ. bon. quæſt. 4. princ. per tot. Gratian. diſcept.
forenſ. cap. 52. num. 11. &c. non obſtante quod huiuſmodi be-
neficio, fuit renunciatum etiam cum iuramento, & nulla
2 obtenta abſolutione, quia talis renunciatio non firmatur iu-
ramento, Bart. in l. alia §. eleganter, ff. ſolut. matrimon. Ad-
ditione ad Pract. Papp. for. inquiſ. gloſ. 1. verb. Ceſſerit, in fi-
ne, de quo latè Brun. d. tract. quæſt. 20. princ. Theſaur. deciſ.
38. per totum, niſi fuiſſet acceptata dilatio quinquennalis,
quia licet non poſſit renunciari expreſsè, poteſt, tamen re-
nunciari tacitè, acceptando huiuſmodi dilationem quin-
quennalem, ne creditores, qui ſponte illam conceſſerunt
decipiantur, niſi obtineretur à Principe nouum reſcriptum
3 cum clauſula, non obſtante quinquennali dilatione, Brun.
d. tract. quæſt 27. princ. per tot. Gratian. d. cap. 222. num. 17. &
per tot. vbi multa de huiuſmodi dilatione, & eius effectu, ac
quomodo concedatur.

Et prædicta procedunt præcipuè in locis, vbi ceſſio bonorũ
permittitur à ſtatuto, quicquid ſecùs ſit, vbi ſtatutum il-
lam prohiberet, prout in patria mea ac alibi, quod facere po-
4 teſt non ſolum expreſsè, ſed etiam tacitè, vt quando diſpo-
nit quod debitor nun poſſit exire carceres niſi ſoluat, cùm
beneficium ceſſionis bonorum ſit inductum à iure ciuili, &
poſſit contrario iure ciuili tolli, Brun. de ceſſ. bon. q. 3. princ.
n. 4. &c. Gratian. d. cap. 222. n. 23. & 24.

Et quamuis cedens bonis non remaneat à debito libera-
tus, nec naturaliter, nec ciuiliter, ſed deueniens ad pin-
5 guiorem fortunam, poſſit de nouo conueniri, Brun. loc. cit.
quæſt. 19. princ. ita vt teneatur etiam præſtare fideiuſſores
de concordando creditores adueniente pinguiori fortuna,
6 & ſi illos non inueniat ſaltem præſtare iuratoriam cautio-
nem, Brun. quæſt. 7. prin. per tot. Maur. de fideiuſſ. part. 1. ſect.
3. cap. 25. num. 10. & ſeqq. Paratur tamen ſibi exceptio, vt
poſteà non exigatur vltra id quod facere poſſit, ideſt dedu-
7 cto ne egeat, & ne carceretur, Brun. quæſt 28. princ. cum tri-
bus quæſt. ſeqq. Iaſ. in §. fin. num. 2. & 3. vbi etiam Io: de Pla-
tea, Ang. Faber. & alij Inſtit. de act. & hoc non ſolum re-
8 ſpectu creditorum, qui fecerunt cedentem carcerate, ſed
etiam reſpectu aliorum, qui non inſtabant contra eum,
nam ceſſio facta reſpectu aliquorum creditorum afficit
omnes alios, quos non eſt neceſſe particulariter citari, ſed
ſufficit generalis citatio per edictum, l. 4. §. Sabinus, ff. de ceſſ.
bon. Brun. eodem tit. quæſt. 5. princ. num. 8. quæſt. 9. princ. per
totum, cum alijs multis per Gratian. diſcept. forenſ. cap. 486.
num. 13. & ſeqq.

Huiuſmodi tamen exceptio non opitulatur cedenti pro
9 debitis poſt ceſſionem contractis, niſi de nouo fiat ceſſio quo
ad alios nouos creditores cum ſit actus reiterabilis, Iaſ. loc.
cit. num 4. Brun. d. q. 5. princ. n. 8. & 9.

Et ſicuti qui bonis ceſſit redditur tutus dicta exceptione,
ita ipſe per retorcutionem iuris iniqui repellitur ab agendo
10 contra alios ad inſtar illius, qui impetrauit moratoriam à
Principe, l. ſi quis iniquum, ff. quod quiſque iur. Afflict. deciſ.
66. vbi Vrſill. melius declarat, & Rolan. de Inuentar. part. 4.
quæſt. 10. per tot. ac propter exceptionem illegitimitatis per-
ſonæ cum omnia iura ſibi competentia ceſſerit non poteſt
11 contra aliquem agere, nec ipſe conueniri pro bonis, & cre-
ditis, quæ antè ceſſionem habebat, quia ſi quæ actiones
directæ remanſerunt penes illum ſunt inutiles, & inanes,
Brun. d. tract. quæſt. 17. princ. cum alijs per Gratian. d. cap.
486. num. 9. &c.

Neque obſtat, quod d. Thadæus non poſſit gaudere hu-
12 iuſmodi beneficio quod eſt refugium miſerorum, non præ-
ſidium doloſorum, & eorum, qui vt prætenditur ipſum
fuiſſe ſubſtantiam ſuam prodigè viuendo conſumpſerunt,
ad tradita per Theſaur. d. deciſ. 36. num. 5. & multa mobilia
13 in fraudem creditorum occultaſſe, & alienaſſe, atque ſub ſpe
ceſſionis multa debita contraxiſſe, Add. ad Pap. for. inquiſ.
gloſ. 1. in verb. Ceſſerit, Iaſ. in §. fin. num. 9. & in §. item ſi
quis num. 93. & 94. Inſtit. de act. & denique illum tanquam 14
mercatorem fallitum non poſſe bonis cedere, Bald. in l. fin.
C. qui bon. ced. poſſ. Brun. d. tract. quæſt. 26. princ. num. 7. Ca-
bal. reſol. crim. caſ. 105. num. 13.

Quia licet prædicta ſint in iure vera, non tamen caſui no-
ſtro applicari poſſunt, cum nihil de oppoſitis verificetur in
facto, & non probetur nec verè, nec præſumptiuè, quod ta-
lis decoctio fuerit doloſa, prout requiritur ad effectum amit- 15
tendi beneficium ceſſionis bonorum, Bott. deciſ. 215. n. 6.
Brun. de ceſſ. bon. quæſt. 5. 4. quæſt. princ. per tot. Gratian. di-
ſcept. forenſ. cap. 380. num. 7. & ſeqq. quicquid alias decoctus, 16
& fallitus dicatur qui latitat, non comparet, & foro cedit,
Gratian. d. ſceptat. 391. num. 19. & latè quinam dicatur falli-
tus declarat Cabal. d. caſ. 105. per tot.

Quæ eſſent notanda pro vera intelligentia Statuti Mer-
cantiæ Ciuitatis Florentiæ, quo diſponitur, vt debitore falli-
to debeant eius creditores ſatisfieri per æs, & libram, quod
facit ceſſare regulam, qui prior tempore potior iure, & 17
omnes æqualiter admitti ad concurſum bonorum non habi-
to alicuius anterioritatis reſpectu dummodo conſtet de vera
decoctione per ſententiam declarata, de quo vide Paul. de
Caſtr. conſ. 179. lib. 2. Rom. conſ. 104. Altogr. conſ. 4. & conſ.
95. Magon. deciſ. Flor. 86. num. 1. & latè Merlin. de pign. lib.
4. tit. 1. q. 6. per tot. in quibus locis multa habentur ad inter-
pretationem dicti ſtatuti, & quod illud tanquam generale
non comprehendit cauſam dotis.

Volens tamen cedere bonis, vt gaudeat beneficium ceſ-
ſionis debet omnia indicare, quapropter hæres, qui inuen- 18
tarium non confecit cum præſumatur bona occultaſſe, &
eſſe in dolo non poterit cedere bonis, Iaſ. in §. fin. num. 8. in-
ſtit. de act. Brun. latè d. tract. q. 6. 4. quæſt. princ. Ita vt ce- 19
denti bonis omnia ſint auferenda, nec ſit ei aliquid relin-
quendum, niſi vnica veſtis vilis ad nuditatem legendam ſi-
cuti damnatis ad mortem, Iaſ. loc. cit. n. 26. vbi etiam Ang.
Plat. Faber. & alij, Brun. q. 5. princ. per tot. adeò vt ſi repe-
riatur, debitorem ſibi vnicum denarium reſeruaſſe non va- 20
leat ceſſio, Bart. in l. fin. C. qui bon. ced. poſſ. Iaſ. in §. item ſi
quis n. 93. & 94. Inſtit. de act. Quinimò inſtante creditore
poteſt debitor per Iudicem compelli ad inſeruiendum illi, &
operas ſuas præſtandum donec ſatisfecerit gloſ. Bart. & Ang. 21
in l. pro herede, §. ſi quid ff. de acq. hered. Bertachin. in ſuo Re-
pert. verb. debitor. pauper. num. 18. ac ita alias fuiſſe ſeruatum
Romæ per dominos Viſitatores Carcerum, teſtatur Brun.
d. tract. q. 6. princ. n. 7. latè probat videndus Gratian. diſcept.
186. num. 34. & ſeqq.

Et ex ſupradictis puto ortum habuiſſe practicam, & con-
ſuetudinem in multis partibus Italiæ, vt cedens bonis nu-
dus vadat in loco publico, & poſteriora percutiendo ad lapi-
dem, vel columnam deſtinatam ter fortiter cridet, & clamet, 22
cedo bonis, de qua Cin. in l. fin. de ceſſ. bon. Add. Pract. Papp.
for. inquiſ. gloſ. 1. litt. G. verb. Ceſſerit in fine, vel cum lintea-
mine, & pectine ſedendo in terram pectinet caput dicens,
cedo bonis, ſiue pulſata campana, & cum turbis ducatur ad
ſedendum ſuper lapidem ad id deſtinatum iuxta varias loco-
rum conſuetudines, & ſtatuta, quæ tamen cùm ſint contra
bonos mores, & fœditatem contineant non valent de iure,
ſed ceſſio fieri poteſt ſimplici verbo per nuntium, vel per epi-
ſtolam tam in iudicio, quàm extra iudicium agnoſcendo
debitum præſente, vel abſente parte nulla ſolemnitate ſer- 23
uata, Iaſ. in d. §. fin. n. 28. & 29. & latè Brun. quæſt 6. princ.
per tot. vbi etiam num. 7. quòd eo ipſo quod Princeps facit
reſcriptum, carceratum facta ceſſione relaxari cenſeatur re- 24
mittere illam ignominioſam formam, quæ in loco ex muni-
cipali conſtitutione eſſet neceſſaria, iuxta conſil. Baldi
301. lib. 5.

Vbi verò ſtatuta de hoc diſponentia non eſſent contra bo-
nos mores, nec fœditatem continerent eſſent ſeruanda, pro-
ut in ſtatu Eccleſiaſtico ſeruatur motus proprius Pij V. in
Bullar. num. 52. diſponens, quod volens cedere bonis debeat 25
coram Iudice ſe præſentare geſtando birretum viride, &
ipſum birretum publicè, & ſecretè ſub pœna fuſtigationis
pro prima vice, & triremium pro ſecunda promittere cum
iuramento deferre, alias non gaudet huiuſmodi beneficio,
vt in d. motu proprio, cui eſt ſimile ſtatutum Lucæ, de
quo meminit, & tanquam honeſtum approbat Brun. d.
quæſt. 6. princ. ſub num. 6. & in terminis dicti motus proprij
Pij V. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 486. num. 4. Et ita ſemper in
ſtatu Eccleſiaſtico fieri ſolent reſcripta, videlicet, vt ſer-
uata forma motus proprij Pij V. orator admittatur ad
ceſſio-

ceſſionem bonorum, ſicuti pluries ſeruari vidi in Curia generali Rauennæ, & multa dicti tenoris reſcripta dum Iudex eſſem executioni demandaui admittendo debitores ſeruata dicta forma huiuſmodi beneficium ceſſionis bonorum præmiſſa citatione creditorum, qui fecerunt debitores cedentes carcerare ad præſentandum aſſ. dictum birretum viride, ac ad videndum mediante dicta ceſſione excarcerari, præſtita tamen per eoſdem cedentes iuratoria cautione de ſoluendo, ſi ad pinguiorem fortunam deuenerint iuxta ſuperiùs dicta.

Sciendum eſt autem quod ceſſio bonorum facta à debitore principali non prodeſt eius fideiuſſori, qui ea non ob-
26 ſtante tenetur creditori ſoluere, niſi & ipſe fideiuſſor ſit pauper, & coactus velit cedere bonis ſuis, vel niſi creditor fuerit ſatisfactus ex pretio bonorum ipſius debitoris principalis, vel ex ipſis bonis, §. *fin.* vbi Aret. *inſtit. de replic.* Iaſ. *in* §. *fin. num.* 25. *inſtit. de act.* latè Brun. *de ceſſ. bon. quæſt.* 8. *princ.* vbi ampliat procedere quamuis in precibus debitoris fuiſſet etiam petitum, & ſupplicatum quod facta ceſſione, nec ipſe, nec ſui fideiuſſores poſſint moleſtari, & Princeps illis verbis non caſſatis ſimpliciter reſcripſerit oratorem admitti ad beneficium ceſſionis bonorum cum clauſula *non obſtantibus*, *&c.* quia adhuc ceſſio non prodeſſet fideiuſſori, etiam ſi in reſcripto fuerit addita alia clauſula prout petitur niſi expreſsè ſit facta mentio de fideiuſſore, quia non preces, ſed ſignatura attendi debet, & in his, quæ ſunt contra ius debet quantum poteſt reſtringi.

Nec prodeſt dicta ceſſio debitoribus ex cauſa panis Iulij
27 III. *in eius Conſtitutione* 28. nec obligatis in forma Cameræ,
Gregorij XIII. *eius Conſtit.* 55. Nec fraudulentis, & doloſis
28 decoctoribus, quinimò tales vltimo ſupplicio eſſet afficiendi
Pius V. *eius Conſtitut.* 116. Nec in cauſis piorum locorum,
29 miſerabilium perſonarum, mercedis alimentorum, & cenſuum coram Vicario Papæ, Clem. VII. *eius Conſtit.* 23.
30 Nec debitoribus occaſione rerum Ripalium Innocent. VIII. *Conſtit.* 12.

Sicuti neque prodeſt debitoribus negantibus debitum, Iaſ.
31 *in* §. *fin. num.* 11. *&* 16. *inſtit. de act.* Brun. *de ceſſ. bon. quæſt.* 2. *princ. num.* 2. *& ſeqq.* Nec debitoribus facti habentibus fa-
32 cultatem faciendi, Iaſ. *loc. cit. num.* 12. Brun. *quæſt.* 4. *quarta quæſt. princ.* vbi latè hoc declarat, nec debitoribus ex delicto,
33 vel quaſi, quia tunc qui non habet in ære luere debet in corpore, Iaſ. *loc. cit. num.* 13. Brun. *ea. q.* 17. & latè Cabal. *reſol. crim. caſ.* 77. Nec debitoribus fiſci, nec illis, qui vellent ce-
34 dere bonis ad euitandas publicas functiones, puta ne ſoluant collectas, vel ſimilia, Iaſ. *vbi ſupra num.* 14. *& ſeqq.* Brun. *quæſt.* 9. *quarta quæſt. princ.* vbi latius *per totam*, *d.* 4. *quæſt. princ.* quibus proſit, vel non proſit dicta ceſſio, & Soc. *reg.* 65. 66. *&* 68. vbi latè per ampliat. & limitata omnia prædicta declarat.

Cauſæ autem huiuſmodi ceſſionum debent expediri ſal-
35 tem infra tres menſes, vt in Clement. VII. *Conſtit.* 31.

Et debitor, qui bonis ceſſis poteſt re integra, & bonis nondum per creditores occupatis pœnitere, ac ceſſionem
36 reuocare ſi ſit paratus ſoluere, niſi ceſſio fuiſſet facta coram Iudice, & à creditoribus acceptata, *l. quem pœnitet*, *ff. de ceſſ. bon.* Brun. *eod. tit. quæſt.* 14. *princ.* & Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 486. *num.* 24. *& ſeqq.*

A R G V M E N T V M.

Statutum mandans fieri compromiſſum inter quas perſonas procedat, & in quibus cauſis, quoties ſit faciendum, quanto tempore duret, & multa alia in materia compromiſſi ſtatutarij, & laudi.

S V M M A R I V M.

1 *STatuta de compromiſſi inter coniunctos dicuntur fauorabilia.*
2 *Statuta de compromiſſis, an habeat locum inter virum, & vxorem, & plures alias perſonas enumeratas.*
3 *Clerici an poſſint cogi ad compromiſſum vigore Statuti, num.* 4. *&* 5.
6 *Compromiſſum de rebus Eccleſiaſticis, vel vbi agitur cum Clerico factum in laicum dicitur nullum.*
7 *Compromiſſum non poteſt peti vbi agitur de promiſſione iurata.*
8 *Statuta de compromiſſis an, & quomodo arctent minores.*
9 *Minores qualiter poſſint compromittere.*
10 *Statuta prædicta an procedant ſi coniunctus cedat actionem non coniuncto.*
11 *Ceſſionarius, qui habet electionem fori, poteſt trahere ad ſuum forum debitorem ceſſum, qui non poteſt declinare forum prout poterat contra cedentem.*
12 *Statuta de compromiſſis an procedant in quæſtionibus iuris, & non facti.*
13 *Compromiſſum peti non poteſt contra ſcripturam publicam, & liquidam.*
14 *Compromiſſum, nec tranſactio valet ſuper teſtamento, niſi lectis, & perſpectis illius verbis.*
15 *Compromiſſum ſuper re clara, & non dubia eſt nullum.*
16 *Compromiſſum peti debet in termino à ſtatuto præfixo.*
17 *Statuta de compromiſſis non porriguntur ad foreſes.*
18 *Statuta prædicta an habeat locum inter amicos intrinſecos.*
19 *Procedunt tantùm inter coniunctos ex legitimo matrimonio, quid inter ſpurios, & legitimatos, numer.* 20.
21 *Statuta prædicta non habent locum diſſoluta affinitate per mortem.*
22 *Sunt intelligenda de habentibus conſanguineos, vel affines.*
23 *Compromiſſum an ſit faciendum toties quoties donec lis terminetur.*
24 *Compromiſſum cum facultate prorogandi non durat vltra binam prorogationem.*
25 *Prorogatio debet intimari partibus, & arbitris.*
26 *Declaratur opinio Afflicti.*
27 *Compromiſſo facto, an poſſit amplius rediri ad Iudicem ordinarium, num.* 28.
29 *Compromiſſum in quibus cauſis non poſſit peti, n.* 30.
31 *Differentia inter arbitrum, & arbitratorem.*
32 *Citatio an & quando non ſit neceſſaria in laudo, n.* 33.
34 *Arbitratoribus multa ſunt permiſſa pro bono pacis.*
35 *Iudex an, & quando poſſit arbitrio ſuo lædere partes.*
36 *Arbitrator an, & quando poſſit ex cauſa lædere vnam partem.*
37 *Compromiſſum in quo præſcribitur certa forma procedendi eſt nullum.*
38 *Compromiſſum nihil operatur antequam ſit acceptatum.*
39 *Compromiſſum an expiret propter dignitatem ſuperuenientem, vel tranſeat in ſucceſſorem.*
40 *Compromiſſum an requirat ſcripturam.*
41 *Pœna compromiſſi poteſt exigi, & quid in alijs contractibus, num.* 42.
43 *Laudum latum poſt tempus aſſignatum eſt nullum, & quando ſecus.*
44 *Compromiſſum ſine expreſſione temporis durat per triennium, & quando vlterius, num.* 45.
46 *Reductio ad arbitrium boni viri peti poteſt non obſtante renunciatione.*
47 *Læſio enormiſſima reddit actum ipſo iure nullum.*
48 *Nullitas laudi ſemper poteſt allegari.*
49 *Læſio enormiſſima qualis dicatur attento dubio litis euentu, num.* 50.
51 *Læſio quando ſufficiat in ſexta parte, & n.* 52. *quandò vltra dimidiam.*
53 *Reductio ad arbitrium boni viri coram quo Iudice ſit petenda, num.* 54. *&* 55.
56 *Reductio ad arbitrium boni viri intra quantum tempus ſit petenda, & n.* 57.
58 *Executio laudi impeditur pendente reductione.*
59 *Appellari an poſſit à ſententia reductionis.*

C A P V T LV.

EXtat ſtatutum Mutilianæ, & in alijs pleriſque locis, quod coniuncti litigantes ſiue ſint affines, ſiue conſanguinei agnationis, vel cognationis inter quartum gradum, teneantur compromittere omnes eorum lites, & differentias in duos, vel tres conſanguineos, vel affines, ſiue amicos communes vtrique parti tanquam in arbitratores per ſcripturam publicam cum facultate decidendi de facto, ſummariè, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, altè, & baſsè, ſtrictè, & largè, prout in dicto ſtatuto, vel alijs ſimilibus continetur.

Super

Super quibus ſtatutis pluries interrogatus reſpondi, &
1 iudicaui, quod licet ſint fauorabilia propter publicam vtili-
tatem, & in dubio extendenda ad quemcumque caſum in
quo ſit licita tranſactio, Duen. *reg.36. in princ.* Gratian. *di-
ſcept.forenſ.cap.536. num.* 8. *&c.* Ita vt locum habeant etiam
2 inter virum, & vxorem, licet non ſint affines, nec conſan-
guinei, ſed tantùm cauſa, & principium affinitatis, inter
ſponſum, & ſponſam, inter ſpurios coniunctos ex latere
matris, inter minores, & non ſolum quando principalis
litigator eſt coniunctus, ſed etiam ſtante ſola coniunctione
auctoris laudati, & etiam ſi partes eſſent diſcordes in eli-
gendo, nam tunc ſolus Iudex eligit; ac vbi ageretur cum
tutore, vel curatore, qui poſſunt compromittere ſine ſpeciali
mandato alias neceſſario ceſſante diſpoſitione ſtatuti quan-
do eorum principales ſunt coniuncti, vt latè declarat Duen.
d. reg.36. per tot. Marant. *in prax. part.6. act.* 2. 2. *part. ind.
num.* 2. *& ſeqq. ad* 13. *fol. mihi* 381. vbi ſingillatim omnes
prædictos caſus per iura, & auctoritates comprobant, &c.
Nihilominus quando ſunt condita à Principe ſæculari, vel
etiam approbata à Papa non in forma ſpecifica, ſed in for-
3 ma communi, & non facta mentione Clericorum non ar-
ctant, neque ligant illos litigantes in foro ſæculari, & con-
tra eos non poteſt peti compromiſſum, Alex. *conſ.*210. *lib.*2.
Vrſil. ad Afflict. *deciſ.36. num.9.* Soc. *conſ.*11. *lib.*4. Marſil.
*repet. Rub. ff. de fideiuſſ. num.*119. Marant. *diſput.* 8. *num.* 9.
& in prax. part.6. act.2. num. 26. vbi quòd benè ipſi Clerici
4 poſſunt actiuè petere compromiſſum contra laicum ſitum
coniunctum cùm gaudeant ſtatutis laicorum pro ſe, & non
contra ſe, nec inter ſe, ſi duo Clerici coniuncti ſimul liti-
gent, quorum alter contra alterum non poterit petere
compromiſſum, cùm neuter illorum paſſiuè ligetur dictis
ſtatutis, ſequitur Duen. *d. reg.36. limit.*18. præcipuè quan-
do ſtatutum diſponunt quod laudum ferendum habeat exe-
cutionem paratam, & non poſſit peti reduci ad arbitrium
boni viri, nec appellari, Dec. *in cap. Eccleſia Sanctæ Ma-
riæ de Conſtitut.* cum alijs per Capyc. *deciſ.* 66. tunc enim
5 dicuntur reſpicere deciſoria iudicij, & non ordinatoria tan-
tum, & ſunt arctatiua perſonarum, ac ideò Clericos non
comprehendunt, *Auth. Caſſa vbi DD. C. de ſacroſanct. Ec-
cleſ.* Addit. ad Mohed. *deciſ.4. de Conſtitut.* & videndus latè
D. Carol. de Craſſ. *tract. de effect. Cler. effect.2. per tot.* & Rot.
in Tudertina ſucceſſionis 29. Maij 1654. *coram Melzio*, in
quibus locis multa ſimilia habentur.

Et compromiſſum factum de rebus Eccleſiaſticis, vel vbi
adeſt Clericus reus in laicum eſt nullum tanquam factum in
6 non habentem iuriſdictionem, & incapacem, Rol. *conſ.*23.
num.6. ad 17. *lib.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.379. num.* 1.
& ſeqq. cap. 764. *num.* 13. *& cap.* 372. *num.* 16. An autem
ſaltem poſſit ſuſtineri de conſenſu Epiſcopi tam ab initio,
quàm poſt laudum ſubſequutum, idem Gratian. *d. cap.*379.
per totum.

Nec pariter locum habent dicta ſtatuta quando agitur de
promiſſione iurata, quia tunc debitor, ne efficiatur periurus,
7 non poteſt petere compromiſſum, & ſtatuta non debent tra-
hi ad caſum illicitum, & præbere occaſionem periurij, Fer-
ret. *caut.*55. *num.* 11. Euerard. *loc. à vi, & energ. iuram. n.*31.
Marant. *in prax. part.6. act.2. num.* 19. Duen. *reg.*36. *limit.* 2.
in verb. affinis, Vrſil. ad Afflict. *deciſ.46. n.6.* Gratian. *diſcept.
forenſ. cap.*853. *num.*76.

Sicuti nec procedunt contra minores, vt conſuluit Bart.
conſ. 40. *lib.* 2. Rol. *de dot. quæſt.*44. *num.*4. Vel ſaltem in eo-
8 rum compromiſſis requiruntur ſolemnitates neceſſariæ in
alijs contractibus, & decretum Iudicis, Menoch. *de arbitr.
caſ.*171. *num.*43. *& ſeqq.* Gratian. *diſcept* 586. *num.*52. *& ſeqq.*
quorum dicta, & rationes, licet loquantur etiam in com-
promiſſo neceſſario vigore ſtatuti poſſunt procedere quan-
do minores, vel mulieres voluntariè, non coacti à ſtatuto,
vellent compromittere, quia tunc eſſent neceſſariæ dictæ
ſolemnitates quaſi prohibiti alienare, prohibeantur etiam
deuenire ad compromiſſum per quod ſequi poteſt alienatio,
Rim. *conſ.*369. *num.*18. Gratian. *diſcept.*379. *num.*18. Secùs
9 autem ſtantibus ſupradictis ſtatutis, quia verior eſt opinio,
quod tunc ſine aliqua ſolemnitate compromittere poſſint
cùm talia ſtatuta de compromiſſis tanquam magis ſpecialia
ſint ſeruanda præcipuè in caſu propoſiti ſtatuti Mutilianæ,
vbi in fine dicitur quod ei non præiudicet aliquod aliud
ſtatutum, ſit præciſum, & non poſſit tolli, vel caſſari,
Blanc. *de compromiſſ. quæſt.*3. *num.* 39. *& quæſt.* 4. *num.* 28.
Alex. *conſ.*254. *lib.* 6. Marant. *loc. ſupra cit. num.* 8. *& ſeqq.*
Montan. *de tut. cap.*33. *num.* 228. *& ſeqq. fol. mihi* 142. Pic.
*ad ſtatut. Vrb. gloſ.7. num.*57. Rot. *part.3. diuerſ. deciſ.* 867.
num. 5.

Prætereà non procedunt dicta ſtatuta ſi coniunctus cedat
actionem non coniuncto, nam ceſſionario non coniunctus
non tenebitur compromittere, cùm compromiſſum vigore 10
ſtatuti ſit exceptio, quæ non afficit obligationem, ſed ſo-
lum reſpicit perſonam, & ideò ad ſingulares ſucceſſores non
tranſit, ſi vtili actione agant nomine proprio, ſecùs ſi actio-
ne directa nomine ipſius cedentis, Marant. *in repert. l. ſi actor
num.30. ff. de procur. & in prax. part.6. act.2. num.*24. Duen.
*reg.36. limit.*17. Afflict. *deciſ.74. per totum*, niſi ceſſio facta
fuiſſet in fraudem ſtatuti ad euitandum compromiſſum,
quia tunc licet ageretur actione vtili ex perſona ceſſionarij
locus eſſet compromiſſo, vt latè declarat Vrſil. *d. deciſ.* 74.
per tot. vbi etiam iuxta prædicta habetur, quod debitor ceſ-
ſus non poteſt opponere declinatoriam fori contra ceſſiona-
rium, qui habet priuilegium, vt alios trahat ad forum ſuum,
licet potuiſſet opponere contra cedentem, qui tale priuile-
gium non habebat, quia erat exceptio perſonalis reſpectu ce- 11
dentis, & ideò non afficit ceſſionarium, niſi vt dixi ceſſio eſ-
ſet ſimulata, vel in fraudem, & dummodò ceſſionarius agat
vtili actione ex propriè perſona, & exemplificare poſſumus
in Ciue Florentino, qui habet ſimile priuilegium trahendi
quemcumque de diſtricto, & comitatu Florentiæ coram
Rectore dictæ Ciuitatis, *ex lib.4. ſtatut. cap.* 34. vt teſtatur
Magon. *deciſ. Flor.60. num.*3.

Neque etiam obtinent ſimilia ſtatuta in quæſtionibus, &
litibus iuris, ac in puncto iuris conſiſtentibus, & non in fa- 12
cto, cùm diſpoſitio iuris ſemper ſit certa, Duen. *d. reg.* 36.
*lim.*10. Scapucc. de Saluian. *lib.2. quæſt.1. num.*4. Intelligen-
do tamen de quæſtionibus iuris clari, & indubitati, putà an
filiusfamilias poſſit teſtari, vel ſimilibus, in quibus per aper-
turam librorum poteſt haberi certa deciſio in terminis, ſecùs
autem vbi ageretur de iure dubio, & intricato propter va-
rias hincindè probabiles opiniones, quia tunc eſſet locus
compromiſſo, vt benè declarat Gratian. *diſcept. forenſ. c.*536.
num. 5. 7. 18. *&* 19. Menoch. *de arbitr. q.* 53. *num.*8. Marant.
*d. part.6. act.2. num.*29.

Sicuti nec procederent talia ſtatuta qoando altera pars
haberet ſcripturam publicam liquidam, & ſententiam, teſta-
mentum, vel inſtrumentum quarantigiatum, cuius exe-
cutionem peteret, quia non poteſt impediri per petitionem 13
compromiſſi, Aſin. *in prax. §.* 31. *cap.* 64. Duen. *d. reg.*
36. *limit.* 7. Gratian. *diſcept.* 536. *vſque ad num.*23. Vrſil. ad
Afflict. *deciſ.* 46. *num.* 8. vbi tamen quod antequam Iu-
dex deneget compromiſſum debet pronunciare ſcripturam
eſſe liquidam, & multa alia notabilia in hac materia po-
nit, niſi qui habet ſcripturam liquidam conſentiret com-
promiſſo, quia tunc videretur ſuo fauori renunciare, &
poſſet fieri compromiſſum, Magon. *deciſ. Florent.* 119.
num. 2.

Circa quod eſt etiam animaduertendum non valere com-
promiſſum, neque tranſactionem, ſuper teſtamento, &
ab eo dependentibus niſi benè viſis, conſideratis, & perſpe- 14
ctis verbis ipſius teſtamenti, vt habetur *in l. de his, ff. de
tranſact.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 557. *num.*46. *& ſeqq.*
etiam quod in compromiſſo, vel tranſactione eſſet appoſi-
tum iuramentum, Magon. *d. deciſ.*119. *num.*4. *&* 5. poſſet
tamen diſpoſitioni dictæ legis ſpecialiter renunciari cum iu-
ramento, & non aliter, Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 41.
*num.*23. *& ſeqq.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 568. *num.*39. *&*
40. vbi etiam quando præſumatur ſcientia teſtamenti, *& in
cap* 488. *num.*14. & ideò bonum erit in huiuſmodi compro-
miſſis ſuper teſtamento adhibere cautelam renunciatio-
nis *d. l. de his*, *&c.* cum iuramento, vel teſtamenti verba
inſerere.

Et quod compromiſſum æquiparetur tranſactioni, & ſit
nullum quando eſt factum calumnioſè ſuper re clara, & non 15
dubia, latè Magon. *deciſ. Flor* 85. *per tot.* quia generaliter
loquendo nemo cogi poteſt ad compromittendum ſuper ca-
ſu claro, & liquido, ac vbi lis fingeretur ab aduerſario ad
protelandum iudicium ſub prætextu compromiſſi, Bart. *in
l. poſt rem, ff. de tranſact.* cum alijs per Gratian. *diſcept. fo-
renſ. cap.* 227. *num.* 8. vbi etiam quod non dicitur neceſſa-
rium, ſed voluntarium quando fuit petitum poſt tempus à 16
ſtatuto præfixum, nam eo non petito in tempore debito
cum citatione partis Iudex non debet compellere litigantes
ad compromittendum, Duen. *d. reg.* 36. *limit.* 1. Marant.
*loc. ſupra cit. num.*13. Sicuti non poteſt compellere exiſten-
tes extra territorium ſtatuentium cum ſtatutum ad illos

non

non porrigatur, licet res litigioſæ eſſent poſitæ in loco ſta-
tuti, Blanc. *de comprom.quæſt.3.num.46.* Soc. *conſ.71.in fine*
lib.4. Gratian. *d.cap.227.num.38.* facit Rot. poſt Fenzon. *ad*
ſtat.Vrb.deciſ.21.& deciſ.108.per tot. & Merlin.*de legit.lib.*
3.tit.1.q.18.num.60.&c.

An autem ſupradicta ſtatuta de compromiſſo faciendo in-
18 ter coniunctos locum habeant inter amicos intrinſecos pro-
pter multa priuilegia amicitiæ, quæ etiam interdum, & vt
plurimum præualet conſanguinitati, & affinitati multos
DD. pro opinione affirmatiua allegat D. Carol. de Craſſ. *de*
effect.amic.num.189. vbi tandem iuxta veriorem pro nega-
tiua concludit.

Et habere locum ſolummodò inter coniunctos per legiti-
mum matrimonium non autem per ſimplicem fornicatio-
nem, licet per eam contrahatur etiam affinitas impeditiua
matrimonij vſque tamen ad ſecundum gradum incluſiuè
19 tantùm iuxta diſpoſitionem Concil. Trid. *ſeſſ.24.cap.4.*
Petr. Cabal. *reſol.crimin.caſ.44.num.3.* Nec in ſpurijs quan-
do agitur de coniunctione ex linea paterna, intelligendo
quod ipſi ſpurij non poſſint actiuè petere compromiſſum,
ſed benè paſſiuè poſſit contra illos peti, niſi ambo litigantes
eſſent ſpurij, quia tunc ab vtroque peti poſſet cum ſint pa-
ris conditionis, Marant. *d.part.6.act.2.n.20.& 21.* Duen.
d.reg.36.limit.8.& 12. Nec comprehendere legitimatos,
20 ſed tantùm conſanguineos legitimos, & naturales, niſi eſ-
ſent legitimati per ſubſequens matrimonium, quia tunc
omnia priuilegia legitimorum, & naturalium conſequun-
tur, Gratian. *diſcept.forenſ.cap.744.num.25.&c.* Et eſſe
intelligenda talia ſtatuta inter affines durante affinitate,
ſecùs autem ea diſſoluta per mortem, nam licet remaneat
21 vinculum quoad matrimonia, non tamen remanet quoad
compromiſſum, & ideò mortuo patre ceſſat diſpoſitio ſta-
tuti inter priuignum, & nouercam, vel ſimiles, Caſtr.
conſ.80.lib.2. Alex. *conſ.207.lib.7.* Viui. *comm.opin.310.*
& 311. Duen. *d.reg.36.limit.3.* Marant. *d.part.6.act.2.*
num.15.

Pariter etiam dum arctant ad compromittendum in con-
ſanguineos, vel affines ſunt intelligenda de illis litiganti-
bus qui habent conſanguineos, vel affines ad id habiles,
22 alias illis non extantibus non procedunt, Alex. *conſil.81.*
colum.2.lib.6. Aſin. *in prax.§.3.cap.37.num.8.* Cui tamen
obſtaculo prouidetur per ſtatutum noſtrum in fine, dum
mandat quod Prætor ipſe prouideat, & eligat arbitratores
de numero pari confidentium amicorum dandorum per
ipſas partes.

Debent autem huiuſmodi ſtatuta intelligi cum effectu,
& ſic vt fiat compromiſſum toties quoties oportuerit do-
23 nec differentia fuerit per arbitros terminata, Rom. *conſ.*
504.in princ. Alex. *conſ.70.col.2.lib.2.* Bald. *conſ.487.lib.4.*
Marant. *d.part.6.act.2.num.4.* vbi Add. Rot. *part.3.diuerſ.*
deciſ.807.num.4. & quamuis Afflict. *deciſ.46.* teneat quod
ſi ſemel, aut bis ad ſummum fuerit factum compromiſſum,
& non ſequutum laudum non ſit vlterius compromitten-
dum ad infinitatem vitandam per iura ibi allegata, & ex eo
24 quod etiam compromiſſum voluntarium factum cum pote-
ſtate prorogandi toties quoties voluerit arbiter non durat
vltra binam prorogationem, Specul. *in tit.de arbit.§.deci-*
pitur verſ. Item quod elapſo, &c. Iaſ. *in l.ſi quis ex argenta-*
rijs,§.prætor ait,num.10.ff.de edend. Pract. Papp. *for. libel.*
ex compromiſ.gloſ.infra duos menſes num.2. vbi Add. &
huiuſmodi prorogatio debet deduci ad notitiam arbitri, vel
25 arbitratoris, & partibus intimari alias laudum ſequutum
eſſet nullum, quamuis fuerit conceſſa facultas proceden-
di ſine ſcriptis, Gratian. *diſcept.forenſ.cap.529.num.1.&*
ſeqq. Nihilominus opinio Afflict. debet intelligi quando in
26 ſtatuto adijcitur tempus intra quod debeat cauſa expediri
per arbitros, quæ ſi per eos in quibus ſtatutum confidebat
non finiatur recurritur ad Iudicem ordinarium, qui iuxta
pragmaticam, de qua ipſe loquitur ſub comminatione tem-
poris iuriſdictionem tradidit arbitris, & ideò videns in
fraudem legis denuò peti compromiſſum ad differendum iu-
dicium non debet illud admittere, ſecùs autem in ſtatuto
ſimpliciter loquente de compromiſſis fiendis inter coniun-
ctos, & ceſſante dicta fraude, in quibus terminis loquun-
tur ſupra relati DD. & alij per Vrſil. ad Afflict. *d. deciſ.46.*
num.1.& ſeqq.

Et ſic facto compromiſſo non in arbitrum, ſed in arbi-
tratorem cum tale compromiſſum in arbitratorem factum
habeat vim tranſactionis, & compoſitionis inter ipſas partes
erit præcluſa facultas redeundi ad Iudicem, & coram eo li-
tem proſequendi, & debebit omninò laudum expectari, ex 27
quo oritur nouatio extinctiua etiam quoad fideiuſſores, qui
nec interim pendente compromiſſo poterunt moleſtari, cum
ſtatim facto compromiſſo in arbitratorem dicatur perfecta
tranſactio etiam ante laudum ſequutum, & exceptio com-
promiſſi impedit litis ingreſſum, Caſtr. *in l.pecuniam 36.ff.*
ſi cert.pet. Alex. *conſ.21.num.10.lib.7.* Socin. *conſ.71.num.20.*
lib.4. Gabriel. *de nouat.concl.1.num.61.* cum alijs per Gratian.
diſcept.forenſ.cap.557.num.20.& ſeqq.ad 34. vbi latè prædi-
cta omnia comprobat.

Si autem altera partium videret in fraudem petere com-
promiſſum vltra binas vices, & ſic differri iudicium contra
mentem ſtatuti, quæ fuit, vt lites citiùs expediantur, &
cum minore impenſa, ac incommodo præcipuè inter con-
iunctos, & quod arbitri, vel arbitratores electi intra tem-
pora præſcripta laudum non proferant, poterit non obſtante
compromiſſo redire ad Iudicem ordinarium, & petere exe-
cutionem pro ſuo credito iuxta formam iuris, & modum 28
permiſſum, vel vt compellat arbitratores ad laudandum, cum
per comparitionem partium, & admiſſionem illarum coram
Iudice ordinario reſoluatur compromiſſum factum in arbi-
trium, *gloſ. in Clem. quandiu 4. verb. compromiſſum de ap-*
pellat. Caſtr. *conſ.428.num.2.lib.1.* Canaler. *deciſ.300.* vbi
fuit concluſum pro validitate carcerationis factæ vigore
mandati Rotalis, ſuper quo, & omnibus alijs differentijs
erat factum compromiſſum; puto tamen hoc intelligendum
eſſe de compromiſſo voluntario facto in arbitros, ſecus
autem de neceſſario facto in arbitratores vigore ſtatuti,
quod vim tranſactionis habet, & cuius exitum tenentur
partes expectare, eique ſtare, & toties compromittere do-
nec differentia fuerit terminata, niſi conſtet de fraude iuxta
ſuperiùs dicta.

Pariter ſimilia ſtatuta non procedunt in cauſa appellatio-
nis, quia in ea non poteſt peti compromiſſum, quod non
fuit petitum in cauſa principali, ſicut nec in cauſa dandi tu- 29
toris, nec in cauſis feudalibus, nec vbi agitur de vita, & mi-
litia, nec quando altera pars habet exceptionem aliquam
litis finitæ impedientem litis ingreſſum, nec in cauſis crimi-
nalibus, niſi ciuiliter agerenter, nec denique in cauſis meri,
& mixti imperij, prout iſtos, & alios caſus colligunt, &
ſingulariter probant, Duen. *d.reg.36.per tot.* & Marant. *d.*
part.6.act.2.num.13.& ſeqq.ad 34. Sed de cauſis meri, &
mixti imperij quando ſumus in caſibus in quibus ſit licita 30
tranſactio, vel quando ſtatutum eſt multum generale, con-
trarium verius eſſe latè oſtendit Gratian. *diſcept.forenſ.cap.*
536.num.12.ad 18. Ac in ſumma vbicumque ſumus in ma-
teria, in qua ſit licita tranſactio ſemper erit locus diſpoſi-
tioni ſtatuti loquentis de arbitratoribus eligendis, & non
ſimpliciter de arbitris iuris, cum vt dixi compromiſſa facta
in arbitratores ſit propriè tranſactio, & vim illius habeant, 31
arbitri enim ſunt qui eliguntur ex neceſſitate, vel etiam
voluntariè per partes cum facultate de iure, æquiparantur
Iudicibus, & tenentur ſeruare iuris ordinem, ſecùs autem
arbitratores, qui ſunt amicabiles compoſitores, & habent
facultatem dirimendi lites de facto potiùs, quam de iure, &
ſine aliquo iuris ordine, Bart. & alij *in l.ſi quis arbitrat.ff.*
de verb.oblig. Marant. *de ord.Iud.part.4.diſtinct.14.num.*
2.& 3. & poſſunt procedere ſine citatione, ac etiam lau- 32
dum proferre, præcipuè quando compromiſſo fuit additum
iuramentum, vel quando continet verba ampliſſima, Gra-
tian. *diſcept.forenſ.cap.929.num.15.& 16.* alias autem eſſet 33
neceſſaria citatio, quæ tamen cenſeretur etiam remiſſa
per traditionem folij albi ſubſcripti, idem Gratian. *cap.162.*
num.6.& ſeqq.

Et quod arbitratoribus multa ſint permiſſa pro eximendo 34
partes à litibus, & pro bono pacis, ita vt poſſint etiam
ex huiuſmodi cauſis iuſtitiam lædere, Surd. *conſ.524.num.*
7.lib.4. Abb. *in cap.his, quæ maiorit.& obed.* Gratian. *di-*
ſcept.706.num.19.20.& 21. quamuis alias iuxta tutiorem
opinionem in conſcientia Iudex habens facultatem proce-
dendi de facto, vel ſola facti veritate inſpecta, ſiue manu
regia non poſſit arbitrio ſuo lædere partes, nec iudicare
contra ius naturale, vel aliquid turpe, ſiue iniquum, ne- 35
que dolo aliquid committere, ſeu donare, vel ſimilia face-
re, Corn. *conſil.114.num.6.& 7.lib.2.* Roman. *conſil.248.*
n.3. & alij per eundem Gratian. *diſcept.322.n.18.& ſeqq.*

Quod procedit etiam in compromiſſario, & arbitratore,
cui data ſit facultas laudandi ad eius arbitrium, vel ſecun-
dum

dum illius voluntatem, nam intelligitur non de voluntate
libera, ſed arbitrio boni viri regulata, ſicuti etiam ſi di-
36 ctum eſſet quod de iure vni parti auferre, & alteri dare, altè,
& baſsè, largè, & ſtrictè prout ſibi placebit, & enormiter
vnam partem lædere, quia non per hoc videtur data facultas
lædendi partes, niſi moderatè, & ex cauſa, Petr. Cabal. reſol.
crim. caſ. 286. num. 81. & 82. Abb. in cap. quintaoalliis num.
32. in fine, de iureiur. & latè Menoch. de arbitr. quaſt. 7.
per totum, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 23. per totum, vbi
quòd ſemper partes ad minùs quàm fieri poſſit lædi de-
bent non obſtantibus quibuſcumque clauſulis, & ampla
facultate.

Illud autem notandum eſt, quòd ſi in compromiſſo præ-
ſcriberetur arbitro, vel arbitratori certa forma prouncian-
37 di eſſet nullum, cùm arbitri poteſtas debeat eſſe libera, & ſo-
lùm diſpoſitioni iuris, non partium ſubiecta, aliàs non dice-
retur arbiter, ſed merus executor, de quo late Petr. Cabal.
reſol. crim. caſ. 286. n. 17. & ſeqq. Et quod antequam compro-
38 miſſum ſit acceptatum nihil operetur, nec quo ad Iudicem,
nec quo ad partes gloſ. in l. ſi cum dies 26. in princ. de arbitr.
Gabriel. de arbitr. concl. 2. num. 1. & 2. Gratian. diſcept. 516.
num. 27. & ſeqq.

An autem poſtquam fuit acceptatum expiret propter ma-
gnam dignitatem ſuperuenientem in arbitro, & an transfear
39 in ſucceſſorem præcipuè ſi ſit factum ſub nomine officij, &
dignitatis quo ad primum affirmatiuè, & quoad ſecundum
negatiuè regulariter concludit Gratian. diſcept. 373.

Et ao poſſit verbo tantùm, ac oretenus fieri, vel potiùs
40 ſcripturam requirat, Magon. deciſ. Flor. 119. num. 1. vbi quòd
non requirit ſcripturam, ſed verbo fieri poteſt niſi ſtatutum
prout noſtrum requirat fieri per ſcripturam, quo caſu proce-
dit opinio Iodoch. pract. ciuil. cap. 204. num. 4. dum vult com-
promiſſum ſcripturam requirere.

41 Et quando fuit in compromiſſo adiecta pœna poteſt exi-
gi, vide latè Altograd. conſ. 27. num. 39. & ſeqq. lib. 1. Me-
noch. de arbitr. caſ. 260. num. 23. Gratian. diſcept. 929. num.
18. quicquid aliàs pœna adiecta ſiue in contractu dandi, ſi-
oe faciendi præcipuè de generali conſuetudine ooo poſſit
42 exigi, niſi quareous intereſſe concurrat etiam pro rata fiſco
applicanda, qui ceſſante partium intereſſe nihil conſequi
poteſt, vt latè per Cabal. reſolut. crimin. caſ. 226. per totum,
Afflict. deciſ. 135. Felic. de ſociet. cap. 29. num. 2. ad 31. vbi
latè diſtingoit.

Arbitrorum autem, vel arbitratorum poteſtas, & faculta
iudicandi durat ſolummodò per tempus à ſtatuto præfixum,
vel à partibus conuentum, quod incipit currere à die ſcien-
tiæ, & acceptationis factæ per arbitros, quo tempore lapſo
43 erit ſtatim finita omnis eorom poteſtas iudicandi, & ſenten-
tia, ſiue laudum poſtea latum erit ipſo iure nullum ex defe-
ctu iuriſdictionis, niſi huiuſmodi tempus fuerit proroga-
tum, & durante prorogatione latum fuerit laudum, vel po-
ſteà expreſsè emologatum per partes, l. non diſtinguemus, §.
dies, & l. fin. cum l. ſeqq. l. ſi de meis, §. fin. ff. de arbitr. & l. 1.
& 2. C. eod. tit. Pract. Papp. for. libell. ex compromiſſ. gloſ. in-
fra duos menſes per tot. cum Additione, Gratian. diſcept. fo-
renſ. cap. 929. n. 7. &c. vbi etiam, quòd huiuſmodi tempus
non currit ſtante impedimento, ſed dies impedimenti ſunt
ſubducendi, & non computantur in termino ſi impedimen-
tum fuit allegatum.

Et ſi fuerit ſimpliciter factum compromiſſum ſine die,
& termino, nec ſtatutum de illo diſponat ſi ſumos in ar-
44 bitro, durabit eius facultas per triennium ad inſtar aliarum
cauſarum, quarum iostantia de iure communi durat trien-
nio in cauſa principali, & in cauſa appellationis anno, vel in-
terdum biennio, iuxta l. properandum, C. de iud. Si verò ſu-
mos in arbitratore intelligitur durare eius poteſtas per to-
tum tempus vitæ ſuæ, & ſic quandiù ipſe voloerit, maximè
45 ſi iosra annum proteſtetur ſe velle arbitrari, & laudare poſt
annum, cum alias elapſo anno præſumatur nolle amplius ar-
bitrari ſi intra annum nihil pronunciauit, & cauſa fuit alteri
commiſſa, Bart. in l. ſi quis arbitratum, ff. de verb. obligat.
Pract. Papp. loc. cit. num. 4. cum Add.

Porrò etiam non eſt dubitandum, quod compromitten-
tes poſſunt petere reductionem ad arbitrium boni viri, ideſt
Iudicis aduerſus laudum, etiam quod cum iuramento ex-
preſsè tali reductioni renunciauerint iuxta formam ſtatuti
quando fuit doloſum, vel cum magna, ſioe enormi, vel
46 enormiſſima læſione, iuramentum enim & pœna intelligi-
tur ſub conditione ſi laudum fuerit æquum, & ſine ma-
gna læſione, quam interpretationem recipere debet etiam
ſtatutum, adeò vt dicant DD. non poſſe dari tutam caute-
lam, per quam excludatur huiuſmodi reductio ad arbitrium
boni viri data iniquitate laudi, & enormiſſima læſione,
quamuis multas dare cogatur, Cepol. tract. cautel. caut. 199.
per tot. Ferret. caut. 5. Et ideò renunciatio huiuſmodi, & ſta-
tutum operabitur ſolum vbi infertur læſio in parua qoanti-
tate ſupportabili, Pract. Papp loc. ſup. citat. gloſ. nec reductio
peti, &c. num. 3. & per tot. cum Add. Gabriel. tit. de arbitr.
concl. 3. Iaſ. in l. quidam cum filiom num. 21. &c. ff. de verb.
oblig. Marant. de ord. iud. part. 6. de appellat. verſ. reductio
no. 127. Euerard. loc. à vi, & energ. miram. num. 65. Gratian.
diſcept. forenſ. cap. 524. num. 18. & ſeqq. cap. 148. nom. 14. & 15.
facit Cabal. reſol. crim. caſ. 286. num. 81. & ſeqq. quia ſtante
enormiſſima læſione quæ æquiparatur dolo actus redditur 47
ipſo iure nullus, Caualer. deciſ. 501. num. 5. Magon. dec. Flor.
64. n. 61. Et quod non obſtante ſtatuto ſemper poſſit dici de 48
nullitate laudi, præcipuè vbi oullitas eſſet patens, probat Fol-
ler. in Additione ad Marant. part. 6. act. 4. ſecunda part. prin-
cip. iud. num. 35. ad 40.

Quæ autem dicatur enormis læſio ad hoc, vt poſſit peti
reductio ad arbitrium boni viri remittitur arbitrio Iudicis, 49
niſi ſit in iure expreſſa, prout in terminis, l. 2. C. de reſcind.
vend. Menoch. de arbitr. caſ. 73. n. 5. Qui Iudex arbitrari de-
bet læſionem non ad meram, & ſtrictam rationem, & iu-
ſtitiam, ſed habito reſpectu ad dubium litis euentum quan- 50
do fuit compromiſſum, & tranſactum ſuper lite dubia, Bart.
in l. ſi quis cum alter, ff de verb. oblig. Pract. Papp. loc. cit. d.
gloſ. Nec reductio peti nu. 6. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 524.
num. 22. vbi quod debet vti eadem æquitate, qua vſus eſt ar-
bitrator, in cuius locum ſubrogatur non ſe adſtringendo iu-
ris rigori, & apicibus, cùm id ſit exoſum, & alienum à legi-
bus ipſis mandantibus compromiſſa ſeruari.

Sufficeret tamen læſio in ſexta parte quantitatis contro-
uerſæ ad effectum petendi reductionem ad arbitriom booi 51
viri, Bart. in l. ſi ſocietatem, §. arbitrorum num. 25. ff. pro ſoc.
qoem alijs relatis ſequitur Rot. Rom. per Durau. deciſ. 200.
num 21. & 22. Intelligendo prout ibidem num. 25. quando
laudum oondum fuit per partes emologatum, nam poſt- 52
quam fuit emologatum ex certa ſcientia vt poſſit reſcindi
requiritur læſio vltra dimidiam, & ſic patet quod etiam poſt
emologationem locus eſt reſc ſſioni laudi propter læſionem
vltra dimidiam, arg. d. l. 2. C. de reſcind. vend.

Coram autem quo Iudice ſit petenda huiuſmodi redu-
ctio, dic quod coram Iudice ordinario, qui fuiſſet compe-
tens reo, & cauſæ, ſi actor in iudicio litigaſſet, Bart in dicto 53
§. arbitrorum colum. 4. n. 19. Marant. dicto verſ. Reductio nu.
126. Theſaur. deciſ. 14. num. 5. & per tot. vbi relatis quinque
opinionibus iſtam ſequitur, quam limitat, & declarat ſe-
ptem modis vt ibi per eum.

Contrarium verò, qood imò ſit petenda coram Supe-
riore laudantis, & arbitratoris, non actoris, nec rei, quo- 54
rum perſonæ non attenduotur ad hunc effectum, ſed iudi-
cantis à quo ad inſtar appellationis, firmat Afflict. deciſ. 51.
per totum.

Sed pro concordia dicas, quod prima opinio procedere
poteſt in compromiſſo voluntario, ſecunda autem in com-
promiſſo neceſſario facto vigore ſtatuti, & habente vim ſen- 55
tentiæ diffinitiuæ, prout innuit Maraot. loc. ſup. cit. in fine, &
latius Pract. Papp. d. gloſ. Nec reductio, n. 5. Vrſil. ad Afflict.
d. deciſ. 51. per tot. & Theſaur. d. deciſ. 14. Couar. var. reſol.
lib. 2. c. 12. per tot. Primam tamen opinionem abſoluiè etiam
in compromiſſo facto ex forma ſtatuti relato, Theſaur. &
alij vti veriorem, & vſu receptam, ſequitur Michalor. de
fratr. par. 3. cap. 49. num. 11. &c.

Et dicta poteſtas petendi reductionem ad arbitrium boni
viri ſi agatur de laudo arbitratoris, & amicabilis compoſi- 56
toris durat triginta annis, Bart. in d. §. arbitrorum, Ang.
conſ. 214. in princip. Alex. conſ. 93. colum. fin. lib. 2. & alij per
Marant. d. verſ. Reductio num. 123. Si verò agatur de ſen-
tentia arbitri, qui ſe habet ad inſtar Iodicis debet peti intra
decem dies, quia taciturnitate decem dierum dicitur emo- 57
logata ſententia arbitri, l. cum antea, C. de arbitr. Sicoti ad
tollendas difficultates melius eſt vtroque caſu reclamare
intra decem dies à die ſcientiæ, Pract. Papp. dicta gloſ. nec re-
ductio num. 2.

Qua reductione pendente impeditur laudi executio l. non
diſtinguemus, §. cum quidam, ff. de arbitr. Marant. loc. cit. 58
nom. 122. An autem poſſit appellari à ſententia Iudicis con-
firman-

firmantis, vel infirmantis laudum in cauſa reductionis ad
59 eius arbitrium petitæ, varia hincinde adducit Foller. ad
Marant. part.6. act.2. ſecunda part.princ.ind.nu.35. & Pract.
Papp. d.gloſ. Nec reductio num.9. & 10. vbi concludit, quòd
non quamuis Additio multos alleget in contrarium.

A R G V M E N T V M.

Compenſatio qualiter extinguat debitum, an, & quando, & pro quibus debitis locum habeat, per quos opponatur, & plura etiam de retentione.

S V M M A R I V M.

1 *Compenſationis exceptio ipſo facto debitum extinguit.*
2 *Compenſatio poteſt opponi etiam ſi ei fuerit renunciatum.*
3 *Compenſatio quando fiat ipſo iure ante oppoſitionem.*
4 *Compenſatio poteſt opponi etiam poſt ſententiam, & quando ſecus, num.5.*
6 *Compenſatio quando poſſit opponi in ſecunda inſtantia.*
7 *Compenſatio poteſt opponi à debitore debitoris conuentu.*
8 *Compenſatio qualiter poſſit opponi etiam à fideiuſſore.*
9 *Compenſatio admittitur etiam in Saluiano.*
10 *Compenſatio qualiter admittatur in extinctionem cenſus. Cenſus quando poſſit pro parte extingui.*
11 *Compenſatio non conſtituit in quaſi poſſeſſione exigendi.*
12 *Compenſatio dicitur impropria, & ficta ſolutio. Statutum de ſolutione loquens non verificatur in compenſatione.*
13 *Compenſatio an admittatur in caſibus, qui dilationem non patiuntur.*
14 *Compenſatio an, & quando admittatur in debito iurato, num.ſeqq.*
19 *Inſtrumentum dicitur probatio probata, & veritas euidens.*
20 *Compenſatio de liquido ad non liquidum non admittitur.*
21 *Compenſatio non admittitur de eo, quod requirit altiorem indaginem,*
22 *Compenſatio de liquido ad non liquidum quando admittatur, num.23.*
24 *Compenſatio non admittitur in depoſito.*
25 *Compenſatio non admittitur de ſpecie ad quantitatem.*
26 *Compenſatio vt admittatur, quæ ſint neceſſaria.*
27 *Compenſatio non datur debito conditionali, vel in diem ad purum.*
28 *Retentio eſt fauorabilior, quàm compenſatio.*
29 *Retentio non admittitur quando creditum eſt clarum, & liquidum.*
30 *Retentio ſpeciei pro quantitate non admittitur.*
31 *Retentio qualiter non admittitur vbi quis repræſentat duas perſonas.*
32 *Retentio, nec compenſatio admittitur de credito vnius negotiationis ad aliam.*
33 *Compenſatio qualiter poſſit opponi contra vnum tutorem pro debito alterius.*
34 *Compenſatio quæ poterat opponi contra cedentem an, & quando poſſit opponi contra ceſſionarium, num. 35. & 36.*
37 *Nomina debitorum quando veniant in obligatione.*
38 *Retentio an poſſit dari ſine hypotheca.*

C A P V T LVI.

PEr exceptionem compenſationis ipſo facto extinguitur
1 debitum, & actio aduerſarij, etiam nondum lata ſententia,
quaſi Iudex habeat neceſſitatem omnimodam compenſandi,
Iaſ. in §. bona fides num.1. Inſtit. de act. Afflict. deciſ. 121. vbi Vrſil. in Additione per tot. Munoz. de ratiocin.
comput.14.num.8. itaut poſſit opponi etiam ſi illi fuiſset re-
2 nunciatum, cùm talis renunciatio vti contra naturalem
æquitatem contra bonos mores non valeat, Afflict. d. deciſ.
121. num.5. & 6. Imò ad euitandam pœnam, vel moram fit
3 ipſo iure etiam ante oppoſitionem quando agitur de debito
compenſabili, l. ſi conſtat, C. de compenſat. Magon. deciſ.
Florent. 5. per tot. Montan. de tut. cap.32. reg.9. num.18. &
19. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 27.
num. 66. & admittitur executionem ſententiæ, & ſic poteſt
opponi compenſatio etiam poſt ſententiam in rem iudica- 4
tam tranſactam quando concurrit cum exceptione, dolo facis
petens quod mox ſoluturus es, & quia non eneruat rem
iudicatam, l. 2. C. de compenſ. Afflict. d. deciſ. 121. num....
vbi Vrſil. num. 4. Rot. part. 3. diuerſ. deciſ. 324. num. 4. &
ſeqq. lib. 3. niſi fuiſſet oppoſita ante ſententiam, & ex aliqua 5
iuſta cauſa reiecta, nam tunc poſt ſententiam non poteſt iterum
opponi, Gratian. diſcept. forenſ. cap 660. n. 30. Magon.
deciſ Flor.42. num. 8. vbi quòd poteſt opponi etiam in ſe- 6
cunda inſtantia, & ſic in cauſa appellationis quando in prin-
cipali non fuit oppoſita, & reiecta, Vrſil. d.deciſ 121. num.6.
Et poteſt opponi etiam à debitore debitoris conuento à cre- 7
ditore creditoris ſui, quaſi poſſit debitor ſoluere creditori
creditoris ſui exiſtentis in mora ſoluendi, non tantùm me-
diante vera ſolutione, ſed etiam mediante compenſatione,
idem Magon. deciſ. Flor. 94. num. 8. & ſeqq. Ac non ſolum
per principalem debitorem opponi poteſt, ſed etiam per il- 8
lius fideiuſſorem, & tam de credito proprio, quàm de cre-
dito debitoris principalis, etiam illo inuito, l. verum, & l.
ſeqq. vbi DD. C. de compenſ. Maur. de fideiuſ. part. 2. ſect. 10.
cap.9. num.4. & ſect.9. §.12. d. part. 2. quod procedit etiam ſi
ageretur in iudicio Saluiani, quia cùm habeat vim ſolutio- 9
nis, & reſpectu liberationis ſit vera ſolutio, nec vllam re-
quirat altiorem indaginem dicitur de æquitate, & admitti-
tur in Saluiano, Scapuc. de Saluian. lib. 2. q. 4. per tot. Sicu-
ti ob eandem rationem admitteretur compenſatio in extin- 10
ctione cenſus cùm in huiuſmodi extinctione non ſit neceſ-
ſaria pecunia numerata, itaut poſſit fieri pro parte tantùm,
quia cenſus creditore conſentiente poteſt extingui pro qua-
cumque ſumma, & eo inuito pro parte conſiderabili, Rot.
Rom. in Nouiſſ. part.6. deciſ.148. per tot. Cenc. de cenſ. q.
110. num.16. & ſeqq.

Non tamen operatur compenſatio, vt quis ea vtendo di-
ci poſſit conſtitutus in quaſi poſſeſſione exigendi, cùm ad 11
hunc effectum debeat conſtare de vera, & actuali ſolutio-
ne per numerationem, Seraph. deciſ. 302. num. 1. ad 8. cum
alijs per Gratian. diſcept. forenſ cap. 728. nu. 10. & vbi requi-
ritur vera ſolutio non ſufficit compenſatio, quæ dicitur im-
propria, & ficta ſolutio, ac ideò vbi ſtatutum loqueretur de 12
ſolutione non verificaretur in compenſatione, Felin. in cap.
ſuborta num.2. de re iud. Graſſ. de except. cap. 16. num. 56. &
ſeqq. Tiraquel. de retract. lignag gloſ. 3. §. 3. num. 7. Gratian.
diſcept. forenſ. cap. 742. num. 43. & ſeqq. Nec admitteretur in 13
caſibus, qui dilationem non patiuntur, vt in cauſa alimen-
torum, vel victuali, niſi ageretur de alimentis præteritis,
idem Gratian. diſcept. 728. num. 32.

Et ſupradictis non obſtantibus licet in iure veriſſimis
cum præſuppoſitis circumſtantijs crediti, & debiti hincin-
de compenſabilis exiſtimo non eſſe locum oppoſitæ compen-
ſationi inter Thomam, & Laurentium in caſu de quo agi-
tur ex multis, & prima, quia agitur de obligatione iurata,
ac in forma Cameræ contracta, quo caſu non admittitur
compenſatio cum iuramentum inducat præciſam neceſſita-
tem, & ſit implendum in forma ſpecifica, non per æqui-
pollens, præcipuè quando prout hic de tempore ſactæ obli-
gationis iuratæ erat iam contractum debitum, pro quo di- 14
ctus Laurentius conuentus ad ſui fauorem compenſatio-
nem adducit Euerard. loc. à vi, & energ. iuram. num. 39. poſt
modium, Felin. in cap. ad noſtram de iureiur. Capyc. deciſ.
167. num. 4. Afflict. deciſ. 381. num. 1. & 2. vbi Vrſil. in Ad-
ditione Maur. de ſolut. cap. 5. num. 13. Duran. deciſ. 404. in
fine, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 515 num. 34. & 37. Secùs
autem ſi debitum Thomæ, & creditum Laurentij reſpecti-
uè fuiſſet contractum poſt præſtitum iuramentum, & ſic
poſt obligationem iuratam, quia tunc non eſſet licita com-
penſatio non obſtante iuramento, cùm illud ſemper intelli-
gatur continere tacitam conditionem rebus ſic ſtantibus, 15
& niſi iuſta cauſa ſuperueniat, de qua non fuerit cogitatum,
prout contingit quando quis promittit alteri ſoluere cum
iuramento, & poſtea eiuſdem efficitur creditor, quaſi tunc
faciens actum poſt huiuſmodi promiſſionem iuratam videa-
tur facere animo compenſandi, & in his terminis procedit
opinio Bart. in l. amplius non peti, ff. rem rat. hab. vt diſtin-
guunt ſupra relati DD. Scapuc. de Saluian. lib. 2. q. 4. num. 6.
Magon. deciſ. Florent. 42. num. 7. Gratian. diſcept. 728. n. 20.
& diſcept. 129. num. 20.

Sicuti etiam diceretur licita compenſatio de æquitate non
obſtante iuramento, quando ageretur de debito hinc inde 16
liqui-

liquido, inſtrumentali, iurato, Magon. *d. deciſ. 42. num. 6.*
quaſi tunc vtraque pars eodem vinculo iuramenti ad obſer-
uantiam teneatur, & ſit in pari cauſa, de quo tamen dubi-
tari poteſt, ex traditis per Laderch. *conſ.* 110. *num.* 5. quem
refert Gratian. *d. cap.* 515. *num.* 38. vel quando ille, qui pro-
17 miſit ſoluere cum iuramento eſſet valdè pauper, & onere fi-
liorum grauatus, itaut non habeat modum aliter ſoluendi
iuxta opinionem Bart. *loc. cit.* quem in his terminis, & non
aliter ſequitur Afflict. *deciſ.* 163. *num.* 4. & Vrſil. *deciſ.* 381.
num. 1. & alij per Gratian. *diſcept.* 728. *num.* 13. *& ſeqq.*
18 vbi quòd idem dicendum eſt quando proceditur de bono,
& æquo, prout inter ſocios, & mercatores, cùm non
videatur creditor honeſtè agere ſi velit exigere, & non
ſoluere quod multum abhorret ab æquitate, & ideò in
huiuſmodi caſibus non obſtante iuramento admittitur
compenſatio.

Sed hæc non faciunt ad caſum noſtrum cùm dictus Lau-
rentius non ſit pauper, ſed diues, & pecunioſus, agat cum
extraneo, & ſuum creditum non ſit pariter iuratum, ac ideò
tenetur iuramentum in forma præſtitum implere effectua-
liter ſoluendo, & non compenſando iuxta veriorem opinio-
nem ſuperiùs relatam.

Secundò non eſt locus compenſationi, quia creditum
dicti Laurentij, & debitum Thomæ reſpectiuè tanquam
pendens ab adminiſtratione, & à futuris calculis non eſt li-
quidum, debitum autem pro quo agitur executiuè eſt omni-
nò liquidum, & certum, ac priuilegiatum ex publico inſtru-
19 mento, quod dicitur probatio probata, & veritas euidens,
ac facit rem notoriam, & fidem indubitatam, *cap. cum dile-
ctus de fid. inſtrum.* Olaſch. *deciſ.* 72. *num.* 4. Rot. *deciſ.* 161.
part. 4. recent. Magon. *deciſ. Flor.* 9. *num.* 20. *&* 21. vnde in-
20 trat regula, quod de liquido ad non liquidum non fit com-
penſatio, quæ debet eſſe liquida, & clara *l. vlt. C. de compenſ.*
Bart. *in l. Aufertur, §. compenſ. ff. de iur. fiſc.* Menoch. *de ar-
bitr. caſ.* 14. *num.* 1. Scapuc. de Saluian. *lib. 2. quaſt.* 4. *num.* 5.
Rot. *part. 3. diuerſ. deciſ.* 253. *n.* 3. *&* 4. *& deciſ.* 324. *num.* 7.
eadem part. 3. lib. 3. Nec etiam admittitur de eo quod requi-
21 rit altiorem indaginem, prout ſunt ſupradicta computa,
Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 864. *num.* 22. Maximè cùm huiuſ-
modi liquidatio non poſſit fieri intra breue tempus, licet
aliàs concurrentibus alijs requiſitis admittatur compenſatio
etiam de non liquido, quando poteſt de proximo liquidari
intra tempus concedendæ executionis, vel intra tempus in-
22 ſtantiæ, ſiue intra duos menſes, vel vbi poteſt liquidari
per iuramentum in litem, Addit. ad Magon. *deciſ. Luc.* 21.
num. 34. *litt. B.* vbi etiam an ſaltem admittatur in vim mu-
tuæ petitionis, & reconuentionis, de quo non videtur du-
bitandum, & quod iſtud breue tempus liquidandi, ſit Iudici
arbitrarium docet Menoch. *de arbitr. d. caſ.* 14. *per tot.* vbi
cum prædictis conuenire videtur, &c. Sicuti etiam daretur
compenſatio quando debitor antequam creditor grauetur
onere probandi fateretur debitum, quia regula quod de
liquido ad non liquidum non detur compenſatio, intelligi-
tur quando agitur de liquido per teſtes, vel alias probatio-
nes, & ſic vbi actor fuit grauatus onere probandi ſuam in-
tentionem, ſecùs autem quando debitor ſtatim confitetur
23 debitum, & opponit compenſationem, & ſic quando fit li-
quidum per confeſſionem partis, quia tunc cùm creditor
releuetur ab onere probandi propter exuberantem fidem
debitoris, licet ipſe neget ſe aliquid ei debere bona fides non
patitur, vt interim exigat, ſed tenebitur expectare quod al-
ter probet, *text. & gloſ. in verb. Conuicta in l. fin. C. de com-
penſat.* Cepol. *caut.* 83. Socin. *regul.* 86. *verb. Compenſatio,
limit.* 1.

Tertiò non admittitur compenſatio, quia dictus Lauren-
tius fuit conuentus actione depoſiti ad reſtituendum ballas
ſerici, & aliarum rerum penes eum depoſitas per Notarium,
qui de huiuſmodi depoſito publicum confecit inſtrumen-
24 tum, cuius vigore modò conuenitur, cùm depoſitarius non
poſſit retinere, ſed debeat omninò reſtituere rem depoſita-
tam, & à depoſito omnes exceptiones repelluntur, præcipuè
cùm hìc agatur de ſpecie depoſitata, & non de quantitate
numerata *l. fin. C. depoſit. & l. fin. C. de compenſat.* Rot. Ia-
nuen. *deciſ.* 34. *n.* 9. Maur. *de ſolut. cap.* 5. *num.* 19. quamuis
etiam idem ſit dicendum in depoſito quantitatis, & pecuniæ
numeratæ, cuius dominium tranſit in depoſitarium iuxta
l. Lucius ff. depoſ. imò, & in depoſito irregulari, ficto, ac con-
feſſionato iuxta veriorem opinionem de qua per Mantic. *de
tacit. & ambig. conuent. lib.* 10. *tit.* 10. *n.* 10. *& ſeqq. ad* 16. Gra-
tian. *diſcept. forenſ. cap.* 728. *n.* 21. *& ſeqq. ad* 29.

Ex ſupradictorum poteſt eſſe alia ratio in caſu noſtro nem-
pè quia compenſatio non admittatur de ſpecie ad quantita-
tem, nec de ſpecie ad ſpeciem, cum in ſpeciebus cadat affe- 25
ctio præcipuè quando ſpecies debita extat, quicquid ſecus
dici poſſet ſi perempta ſpecie ageretur ad æſtimationem il-
lius, *l. ſi conuenerit de pig. act.* Socin. iun. *conſ.* 60. *num.* 3. *lib.* 1.
Gratian. *diſcep.* 129. *num.* 7. *&* 134. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi etiam
an idem ſit in vltimis voluntatibus, de quo Magon. *deciſ.
Florent.* 117. *num.* 14. Ad hoc enim vt ſit locus compenſa-
tioni debent eſſe debita hincinde quantitatiua, ac eiuſdem
pariſque ſummæ alias ſicuti creditore nolente non admitti- 26
tur particularis ſolutio, ita nec particularis compenſatio
niſi reſiduum offeratur in pecunia, ne plus operetur ficta
ſolutio, quàm vera, *l. vnic. cum* 12. *C. de compenſat.* Gra-
tian. *diſcept.* 515. *num.* 45. Ac debet vtrunque debitum
eſſe purum, & maturatum, cùm non detur compenſatio 27
de debito cuius dies nondum ceſſerit, nec de debito in diem,
vel conditionali ad purum, quia talia debita non dicuntur
liquida, DD. *in l. quod in diem de compenſatione*, Gratian. *di-
ſcept. forenſ.* 224. *num.* 25.

Neque obſtat, quod ſi non poteſt habere locum compen-
ſatio ſaltem admittatur retentio, quæ dicitur fauorabilior,
& magis priuilegiata, ac admittitur, etiam in caſibus, in qui- 28
bus non intrat compenſatio, Magon. *deciſ. Luc.* 64. *num.* 5.
Graſſ. *de except. cap.* 16. *n.* 20. Mantic. *d. tit.* 14. *n.* 24. Moli-
gnat. *tract. de retent. q.* 51. *& ſeqq.* Poſth. *de ſubhaſt. inſpect.*
62. *per tot.* Quia vltra quod fuit ſolum oppoſitum de com-
penſatione, & non de retentione, non admitteretur etiam
retentio quando creditum pro quo quis vult retinere non 29
eſſet clarum, & liquidum, ita vt de illo nihil poſſit contro-
uerti, Surd. *dec.* 46. *in fine*, Gratian. *diſcept. forenſ.* 948. *n.* 5. *&*
6. Sicut nec quando quis vult retinere ſpeciem pro quantita- 30
te cùm vt dici in ſpeciebus cadet affectio, idem Gratian. *di-
ſcept.* 129. *n.* 7. vbi loquitur de retentione.

Præterea etiam retentio præſupponit debitum, & credi-
tum hincinde proueniens ex perſona ipſorum debitoris,
& creditoris, non autem alterius, nec admittitur contra eum, 31
qui repræſentat duas perſonas, vnam ſcilicet tanquam debi-
tor, & alteram tanquam creditor, vt in propoſito caſu vbi d.
Thomas depoſuit dictas ballas ſerici nomine etiam ſocio-
rum, quo nomine agit ad reſtitutionem, & ideò non poteſt
ſibi opponi retentio pro debito illius proprio, & idem eſt ſi
quis eſſet creditor nomine proprio, & debitor nomine hære-
ditario, vel ſociali, & è contra Graſſ. *de except. cap.* 16. *n.* 21.
& ſeqq. ad 54. Ac in puncto alijs relatis firmat Gratian. *di-
ſcept.* 948. *n.* 1. *& ſeqq.* vbi dici hoc eſſe luce meridiana cla-
rius, & Caual. *deciſ.* 38. *n.* 4. *& ſeqq.*

Pro quo etiam facit, quod compenſatio, vel retentio, non
admittitur de credito vnius negociationis, & corporis apo-
thecæ ad debitum alterius negotiationis, & corporis, etiam
ſi ſint ijdem mercatores, & ſocij ne confundantur rationes,
& quia debita, & credita vnius corporis apothecæ diffe- 32
runt à debitis, & creditis alterius, vt latè declarat Magon.
deciſ. Luc. 1. *per tot.* Vbi quòd poſſet ſolummodò admitti fi-
nita ſocietate, & ſolutis prius debitis ſocialibus cuiuslibet
negotiationis, & aſſignata vnicuique ſua portione in eo,
quod ſupereſſet debitori contra quem opponeretur huius-
modi exceptio.

Poſſet tamen opponi contra vnum ex tutoribus pro debi-
to alterius licet ſit inter eos diuiſa adminiſtratio, & licet eſ-
ſent tutores diuerſi loci, cùm in effectu ſemper ſit vna ea- 33
demque tutela, & ius tutelæ reſideat penes quemlibet tuto-
rem in ſolidum, idem Magon. *d. deciſ. Luc.* 1. *n.* 3. 4. *&* 15.

Illud autem in hac materia compenſationis notandum
eſſe puto, quod quamuis admittant paſſim Doctores illam
poſſe opponi contra ceſſionarium, vel alium ſingularem
ſucceſſorem per debitorem ceſſum eodem modo, quo po-
terat opponi contra cedentem pro eius debito, cùm ceſſio
tranſeat cum ſua cauſa, & onere, ex quo cedens non po-
teſt transferre ius ſaluum exigendi in ceſſionarium, ſi pe-
nes eum non erat tale, ſed poterat per compenſationem eli- 34
di, & infringi, ita vt in præiudicium eius, qui habet ex-
ceptionem realem non poſſit fieri ceſſio, Afflict. *deciſ.* 163.
num. 5. Guid. Pap. *deciſ.* 567. *num.* 1. Theſaur. *deciſ.* 221. *num.*
1. *& alij paſſim.*

Tamen debent intelligi, vt poſſit opponi compenſatio
quatenus durat facultas ſoluendi ipſi cedenti in præiudicium
ceſſionarij, & ſic antequam interuenerit aliquod de requi- 35
ſitis, *l. 3. C. de nouat.* nam poſtquam ceſſionarius præue-
nerit in denunciando ceſſionem debitori, vel partem debiti
exi-

exigendo, ſiue litem cum eo conteſtando non erit amplius
locus compenſationi, quia ſicuti aliquo ex prædictis tribus
requiſitis interueniente præiudicium ceſſionarij per ve-
ram ſolutionem, & numerationem, ita etiam intelli-
gitur præcluſa via ſoluendi fictè per compenſationem, & ſic
ſi cedatur actio ante oppoſitam compenſationem tranſit
libera, & durat libera, niſi ceſſionarius permittat ſe præue-
niri à debitore ceſſo in opponendo compenſationem ante-
quam ipſe ceſſionem ei notificet, ac ideò vterque illorum
ſit cautus, & ſollicitus debitor in opponendo compenſatio-
nem antequam ſibi notificetur ceſſio, cùm compenſatio non
fiat ipſo iure, & ceſſionarius in denunciando ceſſionem an-
te oppoſitam compenſationem, nam qui præueniat alterum
in prædictis obtinebit, Caſt. *in l. eius C. de compenſat. & in
l. ſi quis in rem 34. de procur.* Bald. *in l. & heredi §. nos autem
pr. lect. in fine ff. de pact.* Alberic. *in l. doli except. 19. num. 12.
ff. de nouat.* Ang. *conſ. 259. per tot.* Surd. *deciſ. 191. num.
14. & conſ. 82. num. 29. lib. 1.* Laderch. *conſ. 109. per tot. &
conſ. 164.* Port. *conſ. 48. num. 22. & ſeqq.* quorum Docto-
rum dicta de verbo ad verbum recenſet, Gratian. *diſcept.
356. num. 9. & ſeqq. ad 26.* vbi prædicta latè explicant, &
reſtringere videntur vt non procedant quando eſſemus in
creditore hypothecario, cui ſaltem ratione ſuæ hypothecæ
competeret retentio pro ſuo credito ſi vti debitor conue-
niatur ſiue à cedente, ſiue à ceſſionario, cùm babeat ius
36 reale, ex quo nomen debitoris etiam ſui ipſius venit in hy-
potheca, & poteſt ab ipſomet debitore ad ſuum fauorem re-
tineri ſi ſit creditor eiuſdem, à quo vel eius ceſſionario vti
debitor conuenitur, & habeat talem obligationem in qua
nomina debitorum contineantur, Soc. *conſ. 180. col. 3. vol. 2.*
Capyc. *deciſ. 88. num. 2. 3. & 5.* Laderch. *d. conſ. 109. in fine
num. 6.* Neguſ. *de pign. part. 2. memb. 3. num. 22. & 23.* Vndè
ceſſante hypotheca in re, quàm quis vult retinere, vel in
nomine debitoris procedent ſupradicta ad fauorem ceſſio-
narij, qui etiam animaduertere debet quod non ſemper no-
mina debitorum veniunt in obligatione, ſed ita demum ſi
fuerint bona ſimpliciter obligata, ſecùs autem facta obliga-
tione nominatim bonorum mobilium, & immobilium,
37 quia tunc niſi exprimantur etiam iura, & actiones, vel no-
mina debitorum non comprehenduntur, cùm ſint tertia
ſpecies, & non veniant appellatione mobilium, & immo-
bilium, Neguſ. *de pign. part. 2. memb. 2. num. 9.* Ac ideò tali
caſu ceſſante hypotheca non daretur oppoſitio compenſa-
tionis, vel retentionis contra ceſſionarium, qui præuenerit
debitorem in denunciando ei ceſſionem iuxta ſuperius di-
38 cta, quamuis non ignorem poſſe etiam interdum dari re-
tentionem ſine hypotheca, iuxta tradita per eundem Neguſ.
d. tract. part. 3. memb. 1. num. 17. Poſth. *de ſubhaſt. inſpect.
62. num. 4. 5. & 6.*

A R G V M E N T V M.

Laudum ſuper bonis Eccleſiaſticis, ſuper futura ſucceſſione, ac ex alijs quando ſit nullum, nec valeat in vim pacti per emologationem. An ſubſcriptio folij albi præiudicet, & an debeant accepta reſtitui.

S V M M A R I V M.

1 *Laudum latum per laicos ſuper bonis Eccleſiaſticis, vel inter Clericos eſt nullum.*
2 *An idem ſit vbi agitur de dominio vtili inter laicos num. 3.*
4 *Arbiter an poſſit imponere perpetuum ſilentium partibus.*
5 *Arbiter tenetur ſeruare formam compromiſſi, alias nulliter agit.*
6 *Arbiter, qui tenetur laudare de voto, vel cum voto alterius, an, & quando teneatur tale votum ſequi num. 7.*
8 *Laudum quando ex breuitate temporis ſit nullum.*
9 *Sententia quando ob breuitatem temporis ſit nulla.*
10 *Laudum latum ſuper futura ſucceſſione nullum eſt, ampliа, num. 11.*
12 *Laudum ſuper re omninò clara eſt nullum.*
13 *Donatio cauſa Sacerdotij facta an ſit in partem imputanda.*
14 *Laudum ſi impugnetur debet reſtitui quod fuit acceptum.*
15 *Nullitatem actus allegans tenetur accepta reſtituere.*
Sabelli Reſol.
16 *Laudum poſt emologationem habet vim rei iudicatæ.*
17 *Emologatio laudi ante illius publicationem non valet.*
18 *Laudum debet publicari in præſentia partium, vt emologatio valeat in vim pacti.*
19 *Subſcriptio folij albi non præiudicat.*
20 *Laudum approbatum ſi non valet in vim laudi, ſuſtinetur in vim pacti.*
21 *Limita quando eſſet nullum ex defectu iuriſdictionis.*
Promittens id, ad quod non tenetur putans ſe teneri non obligatur.
22 *Ratificatio laudi vt valeat in vim pacti, debet eſſe ex certa ſcientia.*
23 *Scientia non præſumitur, ſed ab allegante probari debet.*
24 *Dubitans æquiparatur ignoranti.*

C A P V T LVII.

Laudum latum per Dominos Arbitros, & arbitrato-
res in cauſa Dominorum N. N. N. N. non poteſt de
iure habere prætenſam paratam executione cùm multis
manifeſtis ſubiaceat nullitatibus.

Primò enim eſt nullum, quia latum fuit per arbitros lai-
cos nullam prorſus iuriſdictionem habentes, nec habere
valentes, in R. D. Sebaſtianum, nec in bonis Iuriſpatrona-
tus Eccleſiæ, quorum ratione non poterat in eos fieri com-
promiſſum præcipuè cum facultate procedendi de facto, ſi-
ue ageretur actione reali, ſiue perſonali, in petitorio iudi- 1
cio, ſiue etiam in medio poſſeſſorio quaſi ex tali compro-
miſſo, & laudo poſſit ſequi alienatio, quæ non permittitur
ſine beneplacito Apoſtolico, & ideò laudum indè ſequutum
eſt nullum, Caputaq. *deciſ. 165. part. 1.* Gratian. *diſcept.
forenſ. cap. 674. num. 13. &c. & cap. 379. num. 1. & 2.*

Quòd procedit etiam ſi ageretur de bonis in emphyteu-
ſim per Eccleſiam conceſſis alicui laico, & ſic quamuis age-
retur ſolùm de dominio vtili inter laicos, quia cùm domi-
nio vtile dependat à directo quòd magis dignum reputatur, 2
tanquam quid annexum ratione connexitatis debet iudica-
ri pro vt de directo, à quo vti digniore trahitur, *cap. quanto
vbi, gloſ. in verb. Connexa de iud.* Rot. *in Romana domus de
Scapuccis 12. Ianuarij* 1611. coram Coccino.

Quando tamen agitur inter laicos hincinde, & non de
aliquo Eccleſiæ præiudicio, ſed tantùm de præiudicio ipſo-
rum laicorum inter ſe contendentium ſuper dominio vtili,
licèt bona eſſent emphyteutica Eccleſiæ contrarium latè fir- 3
mat Ciarlin. *controu. forenſ. cap. 17. per tot. ad num. 144. lib.
1.* cum quo diſtinguendo conuenire videtur, idem Gratian.
dicto cap. 379. num. 1.

Secundò, eſt nullum quia vt patet ex lectura ipſius com-
promiſſi, & laudi facta ſimul collatione Domini Arbitri in
multis capitibus exceſſerunt formam compromiſſi, & de-
rogauerunt rebus, quibus derogandi facultatem non habe- 4
bant, imponendo ſilentium partibus volentes eorum lau-
dum habere vim generalis quietationis, quod nullatenus
facere poterant, Rot. Rom. per Duran. *deciſ. 200. num. 8.
& ſeqq.* Iudices enim in primis tenentur obſeruare formam
commiſſionis, & compromiſſi, aliàs quatenus excedunt
dicuntur iudicare ſine iuriſdictione, qua non exiſtente nul- 5
lum eſt omne iudicium cùm deficiat principale fundamen-
tum, ſine quo nihil ſtabile ſuperædificari poteſt, *c. cum in
iure de eff. ff. de leg.* Vant. *de nullit. ex defect. iuriſdict. num.
1. & ſeqq.*

Tertiò, quia in compromiſſo non fuit data libera pote-
ſtas Arbitris laudandi, & ſententiandi, ſed fuit additum
de voto, & conſilio Excellentiſſimi Domini N. N. quo ca-
ſu Arbitri non ſolùm tenebantur requirere, & expectare
dictum votum, & conſilium, ſed illud omninò ſequi, &
iuxta illius opinionem iudicare quaſi illa dictio, *de*, denotet 6
cauſam principalem ab eo pendere, & ius induſtriam, ac do-
ctrinam electam fuiſſe *DD. in l. 1. §. ſi plures ff. de exercit.
act.* Rot. coram Buratt. *in Romana laudi 13. Ianuarij* 1614.

Cùm igitur talem formam non ſeruauerint, imò nullo
habito verbo cum dicto Excellentiſſimo D. Conſultore
electo, ſed ex ſuo capite laudauerint, laudum remanet om-
ninò nullum iuxta *c. cum in veteri de elect.* Gonzal. *ad reg.
Cancel. 8. gloſ. 46. num. 87.* Et contraria, quæ allegari poſ-
ſent procedunt quando dictum fuiſſet cum voto, & conſilio 7
talis Aduocati, quaſi tunc non intelligatur principaliter

electa induſtria illius, ſed ſufficiat conſilium, & votum re-
quirere ſine neceſſitate illud ſequendi, & iuxta illud iudi-
candi, ſecùs autem quando prout in caſu noſtro dictum
fuit *de voto*, & non *cum voto*, quo longè differt, vt benè
diſtinguit Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 524. *nu.* 2. *&* 3.

Quartò, eſt nullum dictum laudum, quia latum fuit
præcipitanter ſine debita cauſæ cognitione, quæ ex tempo-
ris breuitate adhiberi non potuit, nec adhibita præſumitur,
præcipuè quia non conſtat Arbitros ante compromiſſum
fuiſſe de cauſa informatos, qui ſi fuiſſent informati, vel
expectaſſent votum dicti Domini N. N. prout expectare
tenebantur, cùm compromiſſum duraret per ſex menſes,
8 aliter ſine dubio iudicaſſent, ac ideò eſt nullum, ad latè
tradita per Cabal. *reſol. crim. caſ.* 386. *num.* 39. *& ſeqq. ad*
45. ad exemplum ſententiæ aliorum Iudicum, quæ ob hu-
9 iuſmodi temporis breuitatem redditur nulla quando Iudex
in tam breui tempore non potuit eſſe informatus, Bart. *in
l. prolatum nu.* 10. *C. de ſent.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.*
153. *nu.* 2. *& ſeqq.* Petr. Caball. *loc. cit. num.* 42. de quo Rot.
in recent. part. 2. *deciſ.* 743. *nu.* 5. *in nouiſſ. part.* 7. *deciſ.* 7. *nu.* 7.

Quintò, eſt etiam nullum dictum laudum reſpectu illius
capitalis in quo declaratur R. D. Sebaſtianum poſt mortem
patris nihil de illius hæreditate conſequi poſſe, ſed conten-
tum eſſe debere patrimonio ſuo, cum quo fuit ad ſacros or-
dines promotus, & quadam ſumma pecuniæ ſibi tradenda
prout in dicto laudo, & reliqua omnia ſpectare ad illius fra-
10 tres, quia dicitur latum ſuper futura ſucceſſione patris, &
tamquam inducens votum captandæ mortis alienæ non
valet ſiue affirmatiuè, ſiue negatiuè fuerit conceptum, cùm
ſemper virtualiter contineat pactum affirmatiuum ad fauo-
rem aliorum fratrum, & ſit contra bonos mores, ita vt non
poſſit iuramento firmari præcipuè non accedente conſenſu
illius, de cuius hæreditate agitur iuxta diſpoſitionem *l. fin.
& l. pactum C. de pact.* latè Michalor. *de fratr. p.* 3. *cap.* 12.
per tot. Cyriac. *contr. iur. lib.* 1. *contr.* 88. Gratian. *diſcept.
forenſ. cap.* 692. *num.* 22. *& ſeqq.* Rot. Rom. *in nouiſſ. part.*
6. *deciſ.* 33. *per tot.* Quod procedit etiam in laudo quamuis
compromiſſum factum fuiſſet vigore ſtatuti, & laudum
11 poſteà confirmatum per ſententiam Iudicis, vel per tran-
ſactionem partium cum iuramento, Purpur. *in d. l. fin. nu.*
44. *&* 45. *C. de pact.* cum alijs per Gratian. *in puncto diſcept.*
470. *num.* 17. *& ſeqq.* Vndè non obſtante dicto laudo ad fa-
uorem fratrum lato debebat adueniente morte patris illi
12 cum alijs æqualiter ſuccedere, quod eſt ita clarum, vt non
potuerit in compromiſſum deduci, adeò vt etiam ex hoc
capite ſit nullum tanquam affectatum, & calumnioſè fa-
ctum ſuper re omninò clara, & indubitata, ad tradita per
Magon. *deciſ. Flor.* 85. *per tot.*

Tenebitur tamen d. D. Sebaſtianus prædictam donatio-
13 nem vt ſupra ſibi factam cauſa Sacerdotij adipiſcendi in
partem ſuam imputare, præcipuè ſi conſtet de voluntate pa-
tris, Michalor. *de fratr. part.* 1. *cap.* 20. *num.* 8. *& ſeqq.*
Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quæſt.* 23. Ac omnem pecunia-
rum quantitatem ſibi occaſione dicti laudi traditam reſti-
tuere, vel obligationem, ad eius fauorem factam remittere,
quia ſi inualidatur laudum in reſpicientibus eius dam-
14 num, & incommodum, debet quoque inualidari in con-
cernentibus illius fauorem, & reſtitui, vel remitti omne
datum, vel promiſſum ex dicta cauſa, quaſi ſimus in cor-
reſpectiuis, in quibus vno ſublato corruit alterum, & hoc
modo conſulitur parti, cui non obſeruatur pactum futuræ
ſucceſſionis, ſi pro illa aliquid de ſuo, tradidit Gabriel. *conſ.*
37. *n.* 2. Cagnol. *in dicta l. fin. n.* 46. *C. de pact.* cum alijs pul-
chrè per Gratian. *diſcept. for. cap.* 692. *n.* 37. *& ſeqq. ad* 45.

Et generale eſt, quod agens ad reſciſſionem actus, vel
15 illius nullitatem allegans, teneatur omnia accepta vigore
illius realiter offerre, & reſtituere, etiam ſi ſit minor quan-
do accipiendo fuit factus locupletior, Magon. *deciſ. Flor.*
119. *num.* 7. Duran. *deciſ.* 18. *nu.* 26. *&* 27. Marius Antonin.
var. reſol. lib. 2. *reſol.* 24. *num.* 32. *&c.* Andreol. *contr. iur. cap.*
3. *num.* 24. Afflict. *deciſ.* 220. *num.* 4. *&* 5.

Neque obſtare debet, quod per emologationem expreſ-
16 ſam partium videatur renunciatum omnibus nullitatibus,
ita vt nec amplius peti poſſit reductio ad arbitrium boni
viri, nec reuideri, ſed ſaltem valere debeat tamquam pa-
ctum, & noua conuentio inter partes firmata, cùm poſt
emologationem habeat vim pacti, & tranſactionis, ac rei
iudicatæ, *l. cum antea, & l. ne in arbitris, C. de pact.* Surd.
conſ. 447. *num.* 13. *&* 14. *lib.* 3. Rot. in Rom. *executionis lau-
di* 16. *Iunij* 1613. coram Vbaldo.

Siquidem multis reſpondetur modis, & primò quod di-
cta emologatio, & approbatio laudi facta fuit ante illius
publicationem ſicuti apud partes eſt in confeſſo, & ideò
continet tacitam conditionem ſi laudum fuerit iuſtum, & 17
validum, nec aliàs nocere poteſt, quia ſubſcribens ignora-
bat quid contineretur in ſcriptura, etiam ſi additum fuerit
iuramentum, quæ ignorantia præſumitur ante publicatio-
nem, & quando laudum non fuit lectum, Duran. *deciſ.* 252.
num. 2. *&c. & deciſ.* 200. *num.* 33. *& ſeqq.*

Debet enim laudum publicari in præſentia partium ad
hoc vt inducatur ſcientia ad effectum vt poſſit ſuſtineri in 18
vim pacti ſtante emologatione, alias nec in vim pacti, nec
nouæ conuentionis valere poteſt, idem Duran. *d. deciſ.*
252. *num.* 12. *& deciſ.* 200. vbi etiam *num.* 35. quòd in ca-
ſibus ſubſtineretur in vim pacti non haberet executionem
paratam, ſed agendum eſſet via ordinaria.

Secundò, non obſtat dicta emologatio, quia non ſolùm,
vt ſupra, fuit facta ante laudi publicationem, ſed quod plus
eſt ante ſcriptionem, & ſic antequam laudum eſſet ſcriptũ,
imò antequam ipſi arbitri cogitaſſent quomodo laudare
vellent per ſimplicem traditionem folij albi ſubſcriptis ab
ipſis partibus ſtatim poſt factum compromiſſum, quo caſu
huiuſmodi prætenſa approbatio reſultans ex ſubſcriptione 19
folij albi, etiam ſi eſſet appoſitum proprium ſubſcribentis
ſigillum nihil omninò præiudicare poteſt, nec in vim pacti
ſuſtineri tamquam facta ignoranter, cùm nemo præſumatur
ſuum iactare velle, Maſcard. *de probat. concl.* 1341. *num.* 17.
& 18. *& concluſ.* 1302. *num.* 49. Gabriel. *de præſumpt. con-
cluſ.* 3. *num.* 27. Menoch. *de arbitr. caſ.* 113. *num.* 4. *&* 5.
cum alijs per Gratian. *diſcept. for. cap.* 162. *num.* 1. *& ſeqq.*
Duran. *deciſ.* 252. *num.* 5.

Tertiò, præterea non poteſt valere in vim pacti, nec no-
uæ conuentionis etiam ſi ſubſcribentes notitiam habuiſſent
de contentis in dicto laudo, quia licèt videatur eſſe com-
munis opinio, quod ſententia, vel laudum nullum à par- 20
tibus approbatum, & notificatum ſi non valet vt ſententia,
vel vt laudum, ſaltem valere debeat vt pactum, & noua
conuentio, vt per ſcribentes in *l.* 2. *C. com. vtriuſque iudic.*
Vant. *de nullitat. tit. quibus mod. ſent. null. ſuſtin. poſſ. num.*
18. *&* 19. Tamen iſtud non procedit quando prout in caſu
noſtro, vt ſupra, fuit demonſtratum quod nullitas reſultat
ex defectu iuriſdictionis, quia tunc nec in vim pacti ſuſti-
neri poteſt ex noua conuentione partium, cùm præſuma- 21
tur ex errore, & ſine iuſta cauſa emanaſſe, promittens
enim id, ad quod non tenetur putans ſe teneri ex defectu
cauſæ non remanet obligatus, *l. cum putarem ff. famil. erciſ.*
Gabriel. *de ſent. nu.* 11. cum alijs per Cabal. *reſolut. crimin.
caſ.* 286. *num.* 52. *&* 53. *&* 59. Florian. *conſ.* 17. *num.* 16. *&c.*
& latè Duran. *deciſ.* 200. *& deciſ.* 252. *per tot.*

Quartò, ſupradicta ſupraſcriptio laudi, etiam ſi prius
fuiſſet lectum partibus non importaſſet emologationem,
quia ſupradictæ nullitates poſſent allegari, cùm ad hoc vt 22
ratificatio ſuſtineatur ſaltem in vim pacti, & nouæ conuen-
tionis quando actus erat nullus debeat fieri ex certa ſcientia
cum omnibus qualitatibus tam in iure, quàm in facto, ita
vt appareat partes voluiſſe, non obſtante quacumque nulli-
tate valere in vim pacti, & tamquam nouum contractum,
aliàs autem ſimpliciter approbando actum nullum, ſi non
conſtet quod nullitas illis fuerit cognita, & nota, & per-
ſpecta non prohibentur poſtea detecta, & comperta nulli-
tate illam allegare, Duran. *deciſ.* 459. *num.* 9. *& loc. ſupra cit.*
Gabriel. *de ſent. num.* 34. & latè probat Petr. Cabal. *d. caſ.*
286. *num.* 54. *& ſeqq. & num.* 63. *& ſeqq.* Et huiuſmodi certa, 23
& ſpecifica ſcientia nunquam præſumatur, ſed ab allegante
cum omnibus eius qualitatibus probari debet, & dubitans
æquiparatur ignoranti, Natt. *conſ.* 162. *num.* 30. *& ſeqq. ad* 34. 24
Alex. *conſil.* 13. *num.* 3. *lib.* 1. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 824.
num. 52. *&* 53. Petr. Cabal. *d. caſ.* 286. *num.* 70. Magon. *de-
ciſ. Flor.* 9. *num.* 36.

A R G V M E N T V M.

Emphyteuſis an, & quando ſit tranſitoria ad extra-
neos hæredes, vel legatarios. Dominus directus
quando poſſit pro ſe retinere, vel teneatur pro-
ximiores, etiam fœminas, inueſtire.

S V M M A R I V M.

1 *HÆredes extranei Emphyteutæ an habeant ius petendi nouam inueſtituram.*

2 *Hæredes Vaſſalli tenentur nouam inueſtituram petere.*

3 *Emphyteuta intra duos menſes petere debet inueſtituram.*

4 *Clauſula*, ad habendum, &c. *quando reddat emphyteuſim tranſitoriam ad extraneos.*

5 *Contrahentes ſemper intelliguntur etiam hæredibus proſpicere.*

6 *Emphyteuſis conceſſa à Ciuitate eſt eadem ac conceſſa priuatis.*

7 *Dominus directus poteſt pro ſe retinere emphyteuſim ad eum deuolutam, & ſi nolit pro ſe retinere, tenetur proximiores emphyteutæ inueſtire.*

8 *Proximiores etiam fœmina poſſunt conceſſionem alijs factam reuocare.*

9 *Quomodo conſtet dominum directum nolle pro ſe retinere.*

10 *Emphyteuſi deuoluta ob culpam non tenetur dominus proximiores inueſtire.*

11 *Proximiores quando ſunt de potentioribus non ſunt inueſtiendi.*

12 *Appellatione hæredum, & ſucceſſorum venire tantùm hæredes ſanguinis.*

13 *Clauſula*, ad habendum, *quando reddat conceſſionem hæreditariam.*

14 *Emphyteuſis dicitur hæreditaria concurrentibus coniecturis.*

15 *Coniecturæ reddentes Emphyteuſim hæreditariam quales ſint, num. ſeqq. & num. 19.*

18 *Obſeruantia quid operetur, etiam an reddat conceſſionem hæreditariam, num. 39.*

20 *Laudemium non debetur niſi ab extraneis.*

21 *Clauſula*, ad habendum, *qualiter reſtringatur, & apponatur de ſtylo Notariorum.*

22 *Duæ negatiuæ affirmant.*

23 *Mutatio mentis ſtatim non præſumitur.*

24 *Conditio vna diſtincta ab altera quid operetur.*

25 *Differentia quando conceſſio fit per modum affirmatiuum, & per modum negatiuum.*

26 *Diſpoſitio ſub duplici conditione admittitur.*

27 *Clauſula*, iuxta iuris diſpoſitionem, *quid operetur.*

28 *Prohibitio alienationis in emphyteuſi quid operetur.*

29 *Tempus vltimarum inueſtiturarum eſt attendendum.*

30 *Coniectura quæ denotent conceſſionem eſſe emphyteuticam.*

31 *Laudemium non ſoluitur niſi à vero emphyteuta.*

32 *Emphyteuta quando excludatur à melioramentis.*

33 *Pactum francandi quando non operetur.*

34 *Conceſſio quando dicatur noua.*

35 *Emphyteuſis quando dicatur omninò deuoluta, & finita.*

36 *Sufficit quod dominus caducitatem declarauerit.*

37 *Pacta noua inducunt nouam ceſſionem.*

38 *Mens concedentis eſt attendenda.*

40 *Alienatio neceſſaria non inducit caducitatem.*

41 *Verba*, aliquid minimum, *operari ſufficit.*

42 *Laudemium qualiter verificari poſſit inter ipſos conſanguineos.*

43 *Emphyteuſis non poteſt tranſire in locum pium vti manum mortuam. Æſtimatio emphyteuſis legata non debetur.*

44 *Inſtitutio extraneorum an videatur approbata per receptionem canonis.*

45 *Prioriſſa, & procurator non poſſunt præiudicare Monaſterio.*

46 *Beneplacitum Apoſtolicum requiritur vbi ſolitum alteratur.*

47 *Solitum vt inducatur requiritur initium ſolemne, & obſeruantia 40. annorum.*

48 *Beneplacitum Apoſtolicum ex quanto tempore præſumatur.*

C A P V T LVIII.

DE Anno 1625. Illuſtriſſima Communitas Imolæ conceſſit in emphyteuſim perpetuam renouandam de 69. in 69. annos quondam D. Cyro Pantaleonio Equiti Sancti Stephani, & Anconæ Balitiio pro ſe, ac ſuis hæredibus, filijs, & deſcendentibus maſculis quoddam prædium ternaturarum 185. cum clauſula ad habendum, & tenendum, fructificandum, & meliorandum; Quo D. Cyro defuncto ſucceſſit in dictis bonis, & in eadem baliatus dignitate D. Angelus Maria eius filius nuper poſteà ſine liberis defunctus, condito tamen teſtamento, & inſtitutis hæredibus filijs D. Equitis Ioannis Pantaleonij ſuis agnatis, ſed extraneis, vndè oritur dubium an iſti habeant ius petendi nouam inueſtituram nunc, vel lapſo tempore 69. annorum, quod videbatur affirmatiuè reſoluendum, non quidem inſpecto præſenti tempore, quo non egent noua inueſtitura, cùm ſint comprehenſi in prima conceſſione,
quaſi quo ad eos Communitas videatur conſenſum præ- 1
ſtitiſſe ab initio in prima conceſſione, & ideò non ſit opus alio conſenſu, neque noua inueſtitura, Dec. *conſil.* 164. *num.* 3. Crauett. *conſil.* 84. *num.* 15. Pariſ. *conſil.* 3. *num.* 20. *lib.* 1. Natt. *conſ.* 322. *num.* 1. Sed lapſo curſu 69. annorum tenebuntur renouationem petere, quia pacto expreſſo ita conuentum fuit in ſupradicta prima conceſſione, dum facta fuit in emphyteuſim perpetuam renouandam de 69. in 69. annos, Bald. *in auth. ſi quas ruinas num.* 6. *C. de Sacroſanct. Eccl.* Cald. *de renouat. emphyt. quæſt.* 2. *num.* 9. Intelligendo tamen prout intelligit Rot. *deciſ.* 438. *in fine part.* 1. *recent.* & prout ego alias declaraui, &c.

Neque obſtat, quod de iure Succeſſores teneri videan-
tur petere nouam inueſtituram intra diem, & annum, quia 2
hoc procedit in feudalibus tantùm, ſecùs autem in alijs contractibus, Rot. *deciſ.* 636. *num.* 6. *part.* 1. *diuerſ.*

Minuſque obſtat, quod etiam id in emphyteuta diſpoſi-
tum videatur, eum ſcilicèt teneri petere inueſtituram in- 3
tra duos menſes, *per l. fin. C. de iur. emphyt.* Corbul. *tit. de cauſ. priuat. ob non pet. inueſt.* quia iſtud procedit tantùm in nouo emphyteuta *d. l. fin. §. ſi autem nouum*, tales verò cenſeri non poſſunt præfati Domini hæredes filij Equitis Ioannis ex infra dicendis, & primò, quia licèt dici poſſe videatur non eſſe in prima conceſſione comprehenſos, ſtante quod facta fuerit ſupradicto D. Cyro pro ſe, ac ſuis hæredibus, filijs, & deſcendentibus maſculis, inter quos aſſeri non poſſunt præfati filij D. Equitis Ioannis, tamen cùm dicta emphyteuſis conceſſa fuerit cum clauſula ad habendum, tenendum, fructificandum, & meliorandum, &c. videbatur de iure deffendi poſſe, dictos filios Equitis Ioan-
nis hæredes ab Angelo Maria Cyri primò inueſtiti filio in- 4
ſtitutos comprehendi in conceſſione, quia dicta clauſula poſita vt hic in diſpoſitiuis, reddit tranſitoriam ad extraneos ipſam quoque emphyteuſim eccleſiaſticam, Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 24. *tit.* 19. *num.* 25. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 218. *num.* 46. Rot. *deciſ.* 280. *num.* 1. *& deciſ.* 438. *num.* 2. *& deciſ.* 642. *nu.* 3. *&* 4. *part.* 1. *recent.*

Vnde multò magis reddere debet ad hæredes extraneos tranſitoriam emphyteuſim priuatorum, quoniam, vt in-
quit *Mantic. loc. cit. num.* 2. dubium non eſt, quin emphy- 5
teuſis ab hominibus priuatis conceſſa ad hæredes extraneos pertinere poſſit, præcipuè cùm inter contrahentes id actum ſemper intelligatur, vt hæredibus quoque conſulatur, & acquiratur, *l. reale pactum §. pater, ff. de pact. l. ſi pactum in fine ff. de probat.* Calder. *conſ.* 6. *in princ.* vbi de communi Caſtr. *in d. l. reale pactum §. pater num.* 3. *verſ. Et videtur*, Alex. *in l. ſi patroni num.* 15. *verſ. Sed vtrum bona, ff. ad Trebell.* Soc. *conſ.* 58. *num.* 8. *lib.* 2. Clar. *in §. emphyteuſis quæſt.* 28. *num.* 3. *verſ. tertius caſus, &c.*

Et quod dicitur de emphyteuſi conceſſa ab hominibus
priuatis, idem dicendum eſt de conceſſa, vt in caſu noſtro 6
à Ciuitate, *l.* 1. *ff. ſi ager. veſtig. vel emphyt.* Spec. *de locat. in §. nunc aliqua num.* 8. *verſ. ſeptimo quæritur*, Mantic. *d. tit.* 19. *num.* 3. Maximè cùm fuerit conceſſa in perpetuum, Spec. ibidem, Curt. iun. *conſ.* 4. *in fine verſ. ex cuius dictis*, Soc. iun. *conſ.* 226. *num.* 37. *verſ. ſecundo præmiſſa lib.* 2. Gabriel. *conſ.* 76. *num.* 12. *lib.* 2. Rot. *deciſ.* 280. *num.* 2. *part.* 1. *deciſ.* 294. *num.* 4. *part.* 5. *recent. &c.*

Prædictis tamen minimè obſtantibus, cùm ego eſſem Aduocatus dictæ Illuſtriſſimæ Communitatis Imolæ, dicebam filios dicti D. Equitis Ioannis Pantaleonibus, non eſſe comprehenſos in huiuſmodi emphyteuſi per ea, quæ nouiſſimè tradit Rot. *in Roman. deuolutionis Lunæ 4. Decembris* 1651. *coram Bichio*, & conſequenter bona ad Illuſtriſſimam Communitatem eſſe deuoluta, quæ poteſt illa pro ſe retinere,

nere, ſi vult; nam ſicut finita emphyteuſi ex culpa emphy-
teutæ ob non ſolutionem canonis, non poteſt emphyteuta,
7 renouationem petere, ita ſi ſit finita, prout in caſu no-
ſtro, ſine illius culpa ex defectu lineæ, pariter non poteſt
dominus directus cogi illam renouare, dummodò velit pro
ſe retinere, ſecus eſt, ſi vellet alijs concedere, nam iſto ca-
ſu teneretur, proximiores emphyteutæ etiam fœminas, po-
tiùs quàm extraneos inueſtire, latè Gratian. *diſcept. forenſ.
cap. 88. per tot. cap. 477. num. 17. &c. & cap. 813. num. 33.
& ſeqq.* vbi limitat, niſi proximiores haberent contra ſe
voluntatem defuncti, qui alteri emphyteuſim legaſſet, *&
cap. 913. num. 9. & cap. 934. per tot.* Et quoad fœminas ſe-
quitur Rota coram Bubalo 16. *May* 1583. penes Fei zon.
ad ſtat. vrb. deciſ. 66. & 67. & Duran. *deciſ.* 334. *num.* 1.
& ſeq. Ita vt huiuſmodi proximiores etiam fœminæ poſſint
conceſſionem alijs extraneis factam reuocare vſque ad tri-
ginta Annos, vel intra Annum ſi ſit conceſſa agnato remo-
8 tiori, quod tempus incipit à die tantùm ſcientiæ, quæ eſſet
probanda ab allegante, idem Gratian. *diſcept.* 578. *num.* 5.
& ſeqq. & pulchrè Duran. *deciſ.* 431. *per tot.*

Quod procedit etiam in Eccleſia, quæ ſi nolit pro ſe re-
tinere, tenetur proximiores defuncti inueſtire, & illos ex-
traneis præferre, quando autem conſtet Eccleſiam nolle
9 pro ſe retinere, ſtante conceſſione alteri facta cum pacto
reuocandi ad beneplacitum, & quando ſecùs, non obſtan-
te huiuſmodi pacto maximè reuocatione ſequuta, lattiſſi-
mè tradit Rot. *in cauſa Rauennatenſ. Emphyteuſis* 6. *Mar-*
10 *tij* 1637. coram Dunozetto *in nouiſſ. part.* 7. *deciſ.* 200. *per
tot.* Niſi tamen emphyteuſis eſſet deuoluta ob culpam inue-
ſtiti, quia tunc etiam ſi Eccleſia nolit pro ſe retinere, non
tenetur proximiores reinueſtire, Duran. *deciſ.* 251. *num.*
3. *&c.* Sicut nec quando proximiores eſſent de potentiori-
11 bus, in quibus autem conſiſtat dicta potentia, & quod ſit
in arbitrio Iudicis, tradit idem Duran. *deciſ.* 334. *num.* 4.
& ſeqq.

Cùm igitur dicta Communitas intendat huiuſmodi bo-
na pro ſe retinere ſi poteſt, prout poſſe, non eſt dubitandum,
cùm ſimus in emphyteuſi ad extraneos hæredes non tran-
ſitoria, quales ſunt dicti filij D. Equitis Ioannis de Panta-
leonibus propter multas rationes, & fundamenta, quæ in
puncto, & terminis fortioribus adducit Rot. in allegata
Romana deuolutionis, eius tenorem de verbo ad verbum
placuit hic inſerere, cùm ſit valdè notabilis, ad oſtenden-
dum bonum ius Communitatis, & ne in ſuperfluis, &
mendicatis allegationibus immoremur &c.

*Romana deuolutionis Lunæ 4. Decembris 1651.
coram Bichio.*

CONtrouerſæ domus directum dominium penes Mo-
naſterium, & Moniales Sanctæ Luciæ in Silice, &
finis totius parentelæ inueſtituræ, quæ ſunt extrema iudi-
cij deuolutionis ex hoc capite à Monialibus moti eſt in con-
feſſo apud partes. At quoniam Angela de Calandris vltima
de dicta parentela ſibi in teſtamento ſcripſit hæredem ho-
ſpitale Sanctæ Mariæ Oppidi de Carauaggio, diſceptatum
acerrimè fuit: An inueſtituræ etiam ad extraneos hæredes
porrigantur, affirmatiuam ſententiam informantibus pro
hoſpitali, non quia conceptæ ſint pro hæredibus, & ſucceſ-
ſoribus cum eorum appellatione in conceſſionibus bono-
12 rum Eccleſiæ ſolùm venire hæredes ſanguinis receptuus eſ-
ſe apud DD. teſtentur Gabriel. *conſ.* 84. *num.* 51. *lib.* 2. Ri-
min. Sen. Mant. Grat. & alij plena manu relati *in deciſ.* 211.
num. 4. *part.* 6. *recent. & in Caietana bonorum* 3. *Decembris*
1646. §. *Iuſtitia Cerru.* Sed propter clauſulas ad habendum,
13 & in perpetuum in parte diſpoſitiua inueſtiturarum appoſi-
tas, quæ reddunt conceſſionem merè hæreditariam, quia
præbent facultatem alienandi in quoſcunque, & perpetui-
tas à contrahentibus contemplata, verificari vix poteſt, ni-
ſi extranei quòque comprehendantur, vt de clauſula ad
habendum tradit Laderch. *conſ.* 1. *per tot.* & alij plures,
quos refert, & ſequitur Rot. *deciſ.* 87. *num.* 6. coram Bu-
ratto *deciſ.* 295. *num.* 2. coram Vtgelen. *deciſ.* 294. *num.* 3,
part. 2. *recent.* Et de clauſula in perpetuum Cyriac. *controu.*
146. *num.* 10. Socin. Curt. Iun. Cror. cum alijs approbatis à
Rot. *in Mediolanen. bonorum de Buffalina* 7. *Iuny* 1585. co-
ram Bubalo *in deciſ.* 245. *num.* 2. coram Millino *in d. de-
ciſ.* 294. *num.* 4. *part.* 2. *recent. in deciſ.* 348. *num.* 9. *part.* 4.
tom. 3.

Saltem quando in conceſſione pro hæredibus in perpe-
tuum adeſt aliqua coniecturam etiam leuis pro compre-
henſione extraneorum, vt voluit Ceſal. *conſ.* 9. *num.* 17. 14
quem ſequitur Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 19. *num.* 21.
Rot. *deciſ.* 381. *num.* 6. *part.* 5. *recent.* Multæ autem conie-
cturæ in caſu noſtro id ſuadere videntur, nempè coæquali- 15
tas annui canonis cum fructibus, qui tempore primæ inue-
ſtituræ editæ de anno 1550. ex re conceſſa percipiebantur
Mantic. *d. lib.* 22. *tit.* 16. *num.* 22. *verſ. Sed ſi aduerten-
dum, & tit.* 19. *num.* 27. Buratt. *deciſ.* 344. *num.* 4. vbi al- 16
legat concordantes, Pactum francandi in eadem inueſtitu-
ra appoſitum, Ceſal. *conſ.* 703. *num.* 17. Gratian. *diſcept.*
477. *num.* 16. Sterilitas tet de tempore conceſſionis primæ,
vt per Rot. *deciſ.* 11. *num.* 5. *part.* 2. *recent.* Obſeruantia 17
ſubſequuta reſultans ex cõceſſionibus factis de annis 1597.
& 1612. non in perſonas conſanguineorum Ioſephi Firmi
primi inueſtiti, ſed illorum de Calandris penitus extraneo- 18
rum, nam obſeruantia declarat primordialem mentem
contrahentium, & vbi conceſſio ſemel tranſit ad extraneos,
eandem qualitatem ſemper retinet Ruin. *conſ.* 161. *num.* 33.
lib. 1. Mantic. *d. tit.* 19. *num.* 33. Rot. *deciſ.* 381. *num.* 12.
part. 5. *recent. deciſ.* 245. *ſub nu.* 2. *verſ. & videbatur coram
Melline.* Tandem prohibitio alienationis ſine conſenſu do- 19
mini directi nedum ad hæredes, & ſucceſſores, ſed etiam
ad illos ab eis cauſam habentes, & conuentio de ſoluendo
in caſu alienationis laudemium, quæ in neceſſarium ante-
cedens ſupponit ad extraneos bona deuenire poſſe, quia 20
non niſi ab extraneis laudemium debetur, Ceſal. *conſil.*
27. *num.* 19. Corbul. *de cauſ. priuat. ob alienat. ampliat.*
27. Gabriel. *conſ.* 84. *num.* 10. *lib.* 5. Ann. *allegat.* 106.
num. 5. Rodoan. *de reb. Eccl. non alienan. quæſt.* 66. *num.*
24. *&c.*

Contrarium tamen, his non obſtantibus, deciſum fuit,
quia clauſula ad habendum, & in perpetuum reſtringuntur
iuxta naturam ipſius conceſſionis, earumque virtus eua-
cuata penitùs ab expreſſa prohibitione alienationis ſtatim
adiecta, quæ cùm ad extraneorum excluſionem directò
tendat, facultatem alienandi à dictis clauſulis elicitam, re- 21
ſtringit inter ipſos comprehenſos, eſtque magis attenden-
da, & plus influit in conceſſionem, quam dictæ clauſulæ
generales, vt plurimum ex ſtilo à Notarijs appoſitæ, vt
inquit Dec. *conſ.* 171. *num.* 3. *verſ.* 4. *& vlt.* Gabriel *conſil.*
91. *num.* 12. *lib.* 1. Gratian. *diſcept.* 344. *num.* 11. cum alijs
quos refert, & ſequitur Rot. *inter recent. ex aduerſo alle-
gata deciſ.* 294. *num.* 9. *part.* 2. *deciſ.* 74. *num.* 15. *deciſ.*
211. *num.* 8. *part.* 6. *in ſupraſcripta Caietana bonorum* §. *quod
ſine difficultate, & in eadem* 10. *Iuny* 1648. §. *& proinde
verſ. loquetur*, vbi ita conciliat contrarias deciſiones co-
ram R. P. D. Cerro.

Præſertim quia non verſamur in prohibitione concepta
per duas dictiones negatiuas, nempè vt non poſſit aliena- 22
ri niſi cum conſenſu domini, quàm reſolui in permiſſio-
nem alienandi cum conſenſu dixit Rot. *in Sarcinat. Fundi*
22. *Iunij* 1645. coram Decano, *& 2. Iulij proximè præteriti
coram Ottobono.* Sed vnica adeſt negatiua in originali in-
ueſtitura anni 1570. ibi promiſitque ipſum ſolùm cum me-
lioramentis non vendere irrequiſito, & ſine licentia dicta-
rum Monialium, & in ſucceſſiuis inueſtituris ibi non poſ-
ſint dictam domum vendere ſine expreſſo conſenſus, & li-
centia Abbatiſſæ, & Monialium. Et quamuis in his poſte-
rioribus inueſtituris addita ſit alia negatiua ibi, & niſi eiſ-
dem ſatisfactis de laudemio, illa vti directa tantùm ad ſo- 23
lutionem laudemij, non qualificat conſenſu domini, de
quo paulò antè abſque ſimili dictione negatiua facta fuit
mentio iuxta theoricam Bart. *in l. in repetendis col. fin. ff. de
leg.* 3. quam ſequitur Iaſ. *in l. cum filius fam. num.* 177. *ff. de
leg.* 1. Cuman. *conſ.* 47. *verſ. quia conditio*, Boer. *conſ.* 60.
num. 53. *in fine lib.* 2. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 403. *num.* 30.
Barz. *deciſ. Ben.* 119. *num.* 3. *&* 4.

Eò minus quia conditio ſolutionis laudemij diſtincta
prorſus eſt à conditione conſenſus, Gabriel. *conſ.* 84. *nu.* 9. 24
lib. 1. nec tu illum influit, quin è contra ab illo eſt conſecu-
tiua, Bart. *in l. fin. num.* 2. *verſ. dic ergo C. de præd. decur.
lib.* 11. Surd. *conſ.* 84. *num.* 6. Rot. *in Neapolitana domus* 28.
Iuny 1606. *coram Ottembergo*, vt propterea prohibitio eſto
quod reſpectu laudemij ex vi duplicis negatiuæ reſoluatur
in affirmatiuam, licentia alienandi adhuc manet in rigo-
re præcepti negatiui reſpectu conſenſus à domino præſtan-
di, cuius mentio quomodo in inueſtitura fiat, attenditur
ad cognoſcendam qualitatem inueſtituræ, vt ſcilicet ſi fiat
per modum affirmatiuum explicitè, puta quod poſſit
aliena-

alienari cum conſenſu conceſſio ſit hæreditaria, idemque
forſan ſi per modum affirmatiuũ implicitè ex ſecunda nem-
pè negatiua poſt negationem poteſtatis alienandi adiecta
25 conſenſui domini reſultantem, ſecùs è conuerſo. Et ratio
diuerſitatis eſt, quia primo caſu prohibitio forſan reſolui-
tur, vt aliqui ſentiunt in permiſſionem, & dominus dire-
ctus poteſt cogi ad præſtandum conſenſum, qui ex tunc
cenſetur permiſſus, ſecundo verò caſu prohibitio ſtat in ſuo
robore negatiuo; & dominus acconſentire alienationi non
tenetur, vt in puncto prohibitionis alienationis ſine con-
ſenſu domini ratiocinatur, & diſtinguit Io. Franc. à Ponte
conſ.2. num. 6. conſ. 81. num. 58. lib. 1. Cæſar. Manen. *deciſ.*
2. *num.* 40. Rot. *in d. Caietana bonorum* 3. *Decembris* 1646.
§. pro quorum &c. coram R. P. D. Cerro, vnde ſatis non eſt,
quod conditio laudemij reſolui poſſit in affirmatiuam, dum
alia conditio conſenſus negatiuè manet, nec eſt nouum,
quod vnica diſpoſitio ſub duplici conditione altera negati-
ua, altera affirmatiua, concipiatur vtraque ſuam naturam
26 retinente, & purificanda, *l. ſi hæredi plures ff. de cond. inſtit. l. Lucio 2. ff. hæred. inſtit. l. generaliter in princ. C. inſtit. & ſubſtit.* Honded. *conſ.*78. *num.*23. *lib.*1. Peregr. *conſ.*159. *nu.* 1. *lib.* 5. Fuſar. *conſil.*64. *num.*4.

Et in omnem caſum vnus ex Dominis ingenioſè ani-
maduertit, quod in eiſdem Inueſtituris poſt clauſulam niſi
27 ſatisfactis de laudemio ſtatim adiungitur clauſula iuxta iu-
ris diſpoſitionem, quæ declarat contrahentes intellexiſſe de
alienationibus tantummodo permiſſis, illis ſcilicet, quæ fiunt
inter comprehenſos, non autem fauore extraneorum, quæ
in emphyteuſi Eccleſiaſtica pro hæredibus, & ſucceſſoribus
à iure diſpoſitionis prohibentur, vt in fortioribus terminis
Seraph. *deciſ.*1290. *num.* 12.

His poſitis non vrgent coniecturæ in contrarium pon-
28 deratæ, quia omnibus præualet illa, quam præbet prohibi-
tio alienationis, Rot. *deciſ.* 74. *num.* 15. *deciſ.* 211. *num.* 9.
part.6. recent. quæ non aderat in caſu Cæſali Card. Mantic.
& deciſ. 381. *num.* 6. *part.* 5. *recent. ex aduerſo allegatur.* Et
ex abundantia euacuantur ſingulæ, nam coæqualitas cano-
nis cum fructibus rei conceſſæ non aderat de tempore po-
29 ſteriorum inueſtiturarum, quod tempus, vt infra dicam,
nouas conceſſiones importans debet attendi, Gratian. *di-
ſcept.* 379. *num.* 22. Cæſar. de Graſſ. *deciſ.* 4. *per tot. de reb.
Eccl. non alien.* Rot. *deciſ.* 252. *num.* 16. *part.* 7. *recent.* nec
30 alicuius conſiderationis eſt quando ex alijs conceſſionem
eſſe emphyteuticam, & pactionatam, vel mixtam apparet,
Gabriel. *conſ.* 84. *num.* 12. *lib.* 2. Vinc. de Franch. *deciſ.* 191.
num. 10. Surd. *deciſ.* 198. *num.* 23. *verſ. reſpondetur etiam,
& num.* 24. Rot. *in Romana domus* 22. *Aprilis* 1644. *§. quia
omiſſo, coram Eminentiſſimo D. Cardinali Cechino*, vt in
caſu noſtro denotant verba in emphyteuſim, &c. Pactum
de meliorando, prohibitio directi dominij, prohibitio alie-
nationis ſub pœna amiſſionis melioramentorum, & deni-
que conuentio ſoluendi laudemium, illud enim iuxta ve-
riorem opinionem non ſoluitur, niſi alienans ſit verè, &
31 propriè emphyteuta, Capyc. latè *deciſ.* 18. *num.* 2. Buratt
deciſ. 601. *num.* 5. Rot. *deciſ.* 14. *num.* 46. vbi reſpondet
multis contrarijs *deciſ.* 128. *num.* 1. *part.* 6. *recent. & in Ro-
mana deuolutionis Vineæ* 14. *May* 1646. *§. quaſanè effectua-
tio verſ. pro cuius etiam coram R. P. D. meo Veroſpio*. Qua-
propter non applicatur ex aduerſo allegata *deciſ.* Burat. 334.
vbi non erat conuentio laudemij, ſed benè applicantur tra-
dita à Mareſcott. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 56. *num.* 11. Pariter
non meretur attendi, quod res eſſet ſterilis, quia imò do-
mus deſuper ædificata fuerat de tempore ſecundæ, & ſub-
32 ſequentis inueſtituræ, vt dicebam attendendæ, nec non
quia ſtante pacto expreſſo de re melioranda, & reſtrictione
conceſſionis ad certas perſonas, ſcilicet hæredes ſanguinis
educta ex verbis, & prohibitione alienationis, ſterilitas
huiuſmodi nullius momenti eſt, nam tunc finita per defi-
cientiam perſonarum vocatarum emphyteuſi non excludi-
tur emphyteuta à fructu ſuorum laborum ex facto domini,
ſed ex pacto conuento, & ex proprio conſenſu, vt reſpon-
det Rot. *in eadem Romana domus §. ſecundo quia coram D.
Cardinali Cechino*.

Ad pactum francandi ſatis eſt reſpondere, quod non fuit
effectuatum, & ante effectuationem vbi non neceſſarium,
33 ſed facultatiuum nihil operatur, Gratian. *diſcept.* 477. *num.*
16. Rot. *deciſ.* 359. *num.* 31. vbi ſic reſpondetur contrarijs
part. 5. *recent.* Obſeruantia fauore extraneorum educi non
valet ex conceſſionibus factis de anno 1597. & 1612. An-
dreæ, & Angelo de Calandris, quia non emanarunt in re-

nouationem antiquæ inueſtituræ factæ Ioſepho Firmo, &
ob lineam illius finitam, quo caſu conceſſionem non eſſe 34
nouam, licèt adeſſent verba, & de nouo concedimus, di-
xit Rot. *deciſ.* 176. *num.* 35. *part.* 5. *recent.* Sed ob culpam
emphyteutæ in alienando abſque conſenſu, & ceſſatione
in ſoluendo canonem, in quibus terminis conceſſionem eſ-
ſe prorſus nouam, diſtinguendo, hunc caſum ab antece-
denti, tradit Bero. *conſ.* 112. *num.* 3. *lib.* 1. vbi ait rationem
diuerſitatis, quia finita emphyteuſi ob deficientiam lineæ
res non dicitur penitus ad dominum reuerti, & omninò
deuoluta, cùm remaneant melioramenta agnatis, & hæ-
redibus primi inueſtiti, & ius petendi inueſtituram quate-
nus dominus non velit pro ſe retinere; At ſi finiatur per 35
ceſſationem ſolutionis, & culpam res omninò, & penitùs
dicitur reuerſa nullo iure remanente penes agnatos, ſeu
hæredes tam reſpectu impetrandi nouam inueſtituram,
quàm etiam melioramentorum, ſit etiam Caldas *de reno-
uat. Emphyt. lib.* 1. *quæſt.* 4. *num.* 20. quem ſequitur Rot. *d.
deciſ.* 176. *num.* 35. *verſ. ſecus part.* 5. *recent.*

Et quamuis aliqui voluerunt requiri ad hunc effectum,
quod præceſſerit rei deuolutæ incorporatio fauore domini
directi, hoc eſt, quòd ille poſſeſſionem apprehenderit. 36
Contrariam ſententiam videlicèt ſufficere, quod cadu-
citatem declarauerit tanquam magis communem ſequuta
eſt, Rot. *in Portuen. Stagni* 10. *Iunij* 1641. *§. nec refraga-
tur coram Card. Panzirolo ben. mem.* Et in caſu noſtro ceſ-
ſat difficultas ex facto, quia ante ſecundam inueſtituram
factam de anno 1612. Moniales nedùm poſſeſſionem appre-
henderunt, ſed etiam mandatum de manutenendo deſuper
reportauerunt, & ante præcedentem conceſſionem anni
1597. reportauerunt à Iudice ſuper deuolutione ſenten- 37
tiam, quod ſatis eſſe præſertim vbi, vt in caſu noſtro, fuit
ſolutum pro obtinenda noua inueſtitura, & adſunt noua
pacta, dicit Rot. coram Caualer. *deciſ.* 398. *ſub num.* 8. Bur-
ſatt. *conſ.* 251. *num.* 3. *lib.* 3. Gratian. *diſceptat.* 913. *num.*
19. Seraph. *deciſ.* 1362. *num.* 3. Rot. *diuerſ. part.* 2. *deciſ.*
160. *num.* 9. Præter quod non ſolùm in ipſa inueſtitura an-
ni 1597. adſunt verba de nouo locauerunt, ſed vltrò in ſub- 38
ſequenti anno 1612. partes aſſeruerunt, dictam præceden-
tem inueſtituram fuiſſe nouam locationem, & in hac ma-
teria attendenda eſt mens concedentis ex verbis etiam po-
ſtea prolatis educta, Caldas *de renouat. Emphyt. lib.* 1.
quæſt. 4. *ſub num.* 14. *verſ. in emphyteuſi*, adeò quod ob-
ſeruantia potiùs demonſtret in prima inueſtitura non fuiſ- 39
ſe comprehenſos extraneos, vt in puncto ponderauit Rot.
in ſupradicta Caietana bonorum 10. *Iunij* 1648. *§. minus vr-
get coram Cerro*, cùm tamen ſufficeret eſſe dubiam, &
æquiuocam.

Quod prohibitio alienationis dirigatur quoque contra
habentes cauſam à ſucceſſoribus primi acquirentis non fa-
cit coniecturam comprehenſionis extraneorum, quia cau-
ſam habere poterant à ſucceſſoribus ipſimet conſanguinei
remotiores, mediante nempè alienatione in eos facienda à 40
proximioribus in gradu, vel mediante ſubhaſtatione facta
ad inſtantiam creditorum, quæ cùm ſit alienatio neceſſa-
ria, non inducit caducitatem, Caualer. *deciſ.* 360. *num.* 4.
Rota *in recent. deciſ.* 25. *num.* 12. *part.* 5. & ſatis eſt illa
verba quid minimum operari, dum ex alijs apparet, inue- 41
ſtituram non eſſe hæreditariam, Menoch. *conſ.* 61. *num.* 20.
Rot. *deciſ.* 74. *num.* 10. *part.* 6. *recent.* Conuentio pariter
ſoluendi laudemium in caſu alienationis verificari poteſt
inter ipſos conſanguineos, ſi videlicet poſtquam res, quæ
diuidua eſt fuiſſet ad plures æquales in gradu delata, vni
tantum eorum alio titulo quàm ſucceſſionis, vel iuris ac- 42
creſcendi obuenerit, Ceſal. *conſ.* 195. *num.* 26. Burſatt.
conſ. 137. *num.* 7. *& conſ.* 181. *num.* 9. Redoan. *de reb. Eccl.
non alien. quæſt.* 66. *num.* 53. Amad. *de laudem. quæſt.* 25.
num. 4. cum alijs allegatis à Modern. Hannon. *eod. tract.
tom.* 1. *quæſt.* 12. *art.* 1. *num.* 30. *&* 38. & à Modern. Bene-
uent. *deciſ. Beneuent.* 39. *num.* 3.

Ex quibus probata ſatis fuit deuolutio ob deficientiam
conſanguineorum Angelæ de Calandris vltimæ inueſtitæ,
quæ cum inſtituerit hæredem hoſpitale, in quod vti ma-
num mortuam obſtante prohibitione alienationis expreſſa
tam legis, quàm hominis, ac declaratione quod nec ipſa An-
gela ſuccedere poſſit ſit eſſet Monialis, bona neque per viã 43
inſtitutionis deuenire poterant etiam ad effectum eſe-
quendi æſtimationem, ex hoc capite quoque reſultat clara
deuolutio, vt plenè firmatur *in deciſ.* 211. *num.* 22. *part.* 6.
recent. in Bononien. bonorum emphyteuticorum 7. *Iunij* 1645.

§. fin. coram Me'tio *in d. Caetana bonorum coram Cerro, &*
in Bonon. bonorum 27. Martij 1648. coram Veroſpio.

Non obſtat, quod Monlales recipiendo ab hoſpitali quin-
44 dennium, & canones per triginta ferè annos, cenſeantur
eius inſtitutionem approbaſſe, Lam. *decis.* 283. *num.* 3. *Rot.*
in Tiburtina pratenſa deuolutionis 13. *Decembris* 1645.
§. fin. coram bon.mem.Card. Fabritio Veroſpio *in Romana*
domus 27. *Maij* 1647. *coram Decano*, & approbare potue-
rint, Menoch. *conſ.* 216. *num.* 43. Surd. *conſ.* 251. *num.* 10.
Add. ad Gregor. *deciſ.* 520. *num.* 14. *in fine*. Tùm quia ca-
45 nones recepti fuerunt à Prioriſſa, & Procuratore, qui Mo-
nialibus præiudicare non poſſunt *cap. veniens*, vbi notant
omnes de tranſact. Honded. *conſ.* 55. *num.* 25. *lib.* 1. Buratt.
deciſ. 601. *num.* 9. fuit dictum in *Piſauren. manutentionis*
4. *Iunij* 1646. *§. qua poſſeſſione coram bon. mem. Arguelles*,
tùm etiam, quia deficit beneplacitum Apoſtolicum, quod
46 domus fuerit aliàs in emphyteuſim conceſſa, & ſic ſolita
locari, cùm enim nunquàm fuerit ſolita manui mortuæ ad-
huc in hac parte, in qua ſolitum alteratur, opus eſt bene-
placito Apoſtolico, Alex. *conſ.* 9. *nu.* 2. *lib.* 3. Curt. iun. *de*
feud. part. 2. *quæſt.* 6. Redoan. *de reb. Eccl. non alien. quæſt.*
2. *num.* 28. Rot. *deciſ.* 176. *num.* 43. *part.* 5. *recent.* cum
alijs allegatis per Modet. Pipernat. *in ſuis ſing. tom.* 2. *tit. de*
alienat. rer. cap. 1. *nu.* 20. & fuit dictum *in Rauennat. domus*
14. *Iunij* 1649. *§. vltrà quod coram Royas*, licèt verius ſit,
quod non probetur ſolitum, cùm nulla detur præcedens lo-
47 catio ſolemnis, & poſtremæ duæ factæ Calandris, à quibus
hoſpitale cauſam habet, non fuerunt ſortitæ effectum per
quadraginta annos, vt ad inducendum ſolitum requiri tra-
dit Præpoſit. *in cap.* 1. *num.* 23. *quo feud. dar poſſ.* Rot. *d. de-*
ciſ. 176. *num.* 42. *part.* 2. *recent.* alijque relati à Modet. *ibid.*
num. 22. Et præſumptio beneplaciti Apoſtolici ex longa ob-
ſeruantia, quam ſuſtulit nouiſſima Conſtitutio ſanctæ me-
48 moriæ Vrbani VIII. præſeruatiua iurium Eccleſiæ ceſſat in
caſu noſtro, quia non adeſt lapſus inter triginta annorum
ad hunc effectum requiſitus, ita vt vigintinouem anni non
ſufficiant ex allegatis per Adenres ad ſ. mem. Gregor. *deciſ.*
354. *ſub num.* 18. *verſ. minus &c.* Et ita vtraque parte in-
formante deciſum &c.

ARGVMENTVM.

Donatio inter viuos qualiter poſſit reuocari ex conuentione, vel ob pacta non ſeruata, & an hoc ius tranſeat ad hæredes, & quando promiſſio aliquid faciendi habeatur pro ipſo facto.

SVMMARIVM.

1 *Donatio etiam inter viuos reuocari poteſt cauſa conuentionis appoſita. Donatio ob pacta non ſeruata qualiter cenſeatur reuocata.*
2 *Pactum, quod donans poſſit reuocare donationem, valet.*
3 *Pactum incontinenti factum dicitur ineſſe.*
4 *Pactum reuocandi donationem quando dicatur ineſſe contractui. & num.* 5.
6 *Pactum quodlibet in traditione rei ſua poteſt apponi.*
7 *Ius reuocandi donationem an tranſeat ad hæredes donatoris.*
8 *Donatarius non obſeruans promiſſa priuatur iure donationis.*
9 *Pactum reuocandi donationem qualiter ſit probandum.*
10 *Promiſſio aliquid faciendi quando importet actus perfectionem.*
11 *Promittens facere pactum de retrouendendo poteſt conueniri directè ad reuendendum.*
12 *Promiſſio de vendendo eſt idem quod venditio.*
13 *Promittens factum tenetur ad intereſſe, & num.* 14.
15 *Promittens pro alio fideiubere tenetur ad intereſſe.*

CAPVT LIX.

Breuiter reſpondendo in caſu mihi propoſito, exiſtimo,
quòd donatio de qua agitur, licèt ſit inter viuos con-
cepta, poſſit de iure reuocari, præſuppoſito pro vero id,
quod aſſeritur, nempè quod duo teſtes, qui illi interfue-
runt, deponant fuiſſe expreſsè conuentum inter donantem,
& donatarium paulò ante rogitum inſtrumenti donatio-
1 nis, vel paulò poſt, vt donans poſſit illam ad libitum reuoca-
re: Clarum eſt enim, quod donatio etiam inter viuos per-
fecta ex pluribus cauſis reuocari poteſt, & præſertim ex cau-
ſa conuentionis appoſitæ donationi tam in ſcriptis, quàm
ſine ſcriptis, & quam conuentionem donatarius ſpoponde-
rit, & poſtea minimè implere voluerit, *l. fin. C. de reuoc. do-*
nat. nam donatio ob pacta in ea appoſita non ſeruata cenſe-
ri debet reuocata, & dominium reuerſum ad donatorem, vel
eius hæredes, tamquam deficiente modo, conditione, & cau-
ſa, ob quam fuerat facta, Add. ad Pract. Pap. *libel. donat. gloſ.*
1. *in fine per l.* 1. *C. de donat.* ſub modo Gratian. *diſcept.* 381.
num. 20. Magon. *deciſ. Flor.* 76. *num.* 20. *&c.*

Et nulli dubium eſt, valere pactum prædictum etiam in
donatione inter viuos appoſitum, Ang. Aret. *conſ.* 73. *n.* 61. 2
Soc. ſen. *conſ.* 67. *num.* 35. *in fine lib.* 1. Loffred. *conſil.* 5. *n.* 6.
Ruin. *conſ.* 182. *num.* 6. *verſ. ſolum igitur, & n.* 7. *lib.* 1. Natt.
conſ. 270. *num.* 4. Mantic. *de tacit. & ambigu. lib.* 13. *tit.* 47.
num. 4. *& tit.* 48. *num.* 1.

Non obſtat, quod in inſtrumento donationis non lega-
tur dicta clauſula reſeruatiua facultatis reuocandi, quia re-
ſpondetur, quod ſuppoſito vt ſupra, quod teſtes deponant,
ita conuentum fuiſſe inter partes paulò ante rogitum in-
ſtrumenti, vel paulò poſt, pactum illud reuocandi tamquam 3
incontinenti factum, & coram eiſdem teſtibus, & Notario
cenſebitur ineſſe *l. lecta ff. ſi cert. pet. l. iuriſgentium, §. qui-*
nimo, ff. de pact. Mantic. *de tacit. & ambigu. lib.* 3. *tit.* 15. *n.* 46.
& 47. *& deciſ.* 12. *num.* 6. Franc. *deciſ.* 126. *num.* 3. *& deciſ.*
369. *num.* 5. & in terminis huiuſmodi pacti de reuocando
donationem, vt illud cenſeatur ineſſe inſtrumento ſi paulò
ante, vel paulò poſt illud fuerit conuentum, Soc. *d. conſ.* 67. 4
num. 34. *&* 35. *lib.* 1. Satis enim eſt quod à principio conuen-
tum fuerit inter partes de facienda donatione cum pacto
eam reuocandi, quia licèt in celebratione inſtrumenti po-
ſtea pactum illud fuerit omiſſum, non tamen per hoc cen- 5
ſetur ab eo receſſum, ſed illud habetur pro appoſito in in-
ſtrumento, vt benè, & latè tradit Surd. *conſ.* 202. *num.* 20.
& latiùs *deciſ.* 71. *num.* 3. *& ſeqq. &c.*

Cùm igitur in caſu noſtro verbo tenus, & bona fide tam
ante, quàm poſt perfectam donationem conuentum fuerit,
vt donatori liceat quandocumque reuocare donationem, & 6
ita donatarius ſpoponderit, meritò dicendum eſt, poſſe do-
natorem quandocumque reuocare dictam donationem,
non ſolùm quia ipſe appoſuit tale pactum in actu donatio-
nis, quod facere potuit per text. *in l. legem* 10. *C. de pact.* ve-
rùm etiam quia ſic promiſit donatarius, *d. l. fin. C. de reuocan.*
donat. per quem text. notat Bald. *ſub num.* 2 quod propter pa-
ctum non ſeruatum ius reuocandi tranſit etiam ad hæredes 7
donatoris, de quo tamen articulo quoad hæredes, an ad eos
tranſeat facultas reuocandi, quæ defuncto donatori compe-
tebat, tradit Pract. Papp. *in cauſ. donat. gloſ.* 2. *num.* 11. Clar.
§. donatio quæſt. 23. *in fine*, Guid. Pap. *deciſ.* 314. Magon. *de-*
ciſ. Flor. 70. *num.* 2. *& deciſ.* 26. *num.* 6.

Et quod donatarius, non obſeruans promiſſa, priuetur
iure donationis, eſt text. *in d. l.* 1. *vbi DD. C. de donat.* quæ 8
ſub modo, & conſuluit Riminald. *conſ.* 514. *num.* 6. *&* 7. *vo-*
lum. 2. tale tamen pactum deberet tribus concurrentibus
probari, primò quod probatio fiat in iudicio, ſecundò quod 9
ſit plena probatio, tertiò quod fiat cauſa cognita, ideſt altera
parte citata, & requiſita, vt notat Bald. *in d. l. fin. num.* 3. *C.*
de reuoc. donat.

Neque etiam obſtaret, ſi teſtes non dicant, donantem
ſibi reſeruaſſe facultatem reuocandi, ſed potiùs, quod dona-
tarius promiſerit reuocare donationem, quia reſpondetur,
quod promiſſio dandi, vel faciendi, vel liberandi facta per 10
verba in futurum, prolata in actu dependente a voluntate,
& conſenſu illius, qui dicit velle facere, dare, vel liberare,
reſoluitur in tempus præſens, & inducit perfectionem
actus, ita vt ſi quis promittat, ſe intra annum obligaturum
ad ſoluendum aliquam ſummam, elapſo anno poſſit conue-
niri pro dicta ſumma, vt poſt alios latè tradit Gratian. *di-*
ſcept. 115. *num.* 15. *& ſeqq.* Sicuti vidimus quod promit- 11
tens facere pactum de retrouendendo, habetur, ac ſi verè
promiſiſſet reuendere, & poteſt directè ad reuendendum
conueniri, Tiraquel. *de retract. conuent. §. an. num.* 6. *& n.* 60.
Gratian. *diſcept.* 887. *num.* 27. & promiſſio de vendendo, eſt
idem quod venditio, ſtante maximè iuramento, Gratian.
diſcept. 553. *num.* 9. *& diſcept.* 564. *num.* 32. quæ procedunt 12
ratione circuitus inutilis vitandi, vt per Magon. *deciſ. Flor.*
9. *num.* 15.

Quapropter etiam in caſu noſtro, per promiſſionem
reuocandi factam à donatario, cenſetur promittens ſtatim
obligatus, & poteſt conueniri ad reuocandum, vel ſaltem
in om-

in omnem euentum, cùm donatarius promiſerit reuocare ad omnem requiſitionem donantis, ſi donans hodiè requirat, vt donatio reuocetur, tenetur donatarius illam reuocare, & ſi non reuocetur tenebitur ad intereſſe, quod nil aliud eſt quàm ipſa reuocatio, cùm in obligationibus facti ſuccedat obligatio ad intereſſe vulgatis iuribus, & facit,
13 quòd licèt promittens ſe obligare, cùm fiat obnoxius ad factum, non poſſit præcisè ad illud compelli, tamen tenetur ad intereſſe, quod ad ſe liberandum, tenebitur præſtare, & ſic ſe iuxta promiſſa obligare, Tiraquel. *de retract. conuent. §. fin. num.* 41. & pulchrè Gratian. *diſcept.* 887. *num.* 27. *& ſeqq. ad* 34. *& diſcept.* 964. *num.* 24. *&c.* Et quod imò vbi adeſt iuramentum, poſſit præcisè ad factum compelli, ſi
14 ſit poſſibile, alias ad intereſſe, idem Gratian. *diſcept.* 915. *num.* 19. *&c.* Sicuti promittens pro alio fideiubere, quamuis non remaneat obligatus, nec conueniri poſſit tamquam
15 fideiuſſor, tamen tenebitur ad intereſſe, vt per Maur. *tract. de fideiuſſ. part.* 1. *ſect.* 1. *cap.* 9. *num.* 15. *& part.* 2. *ſect.* 3. *cap.* 6. *per tot.* adde Gratian. *d. cap.* 115. *num.* 15. *& ſeqq. & cap.* 887. *num.* 27. *& ſeqq.* cum ſimilibus ibidem per eum adductis &c.

A R G V M E N T V M.

Dos ſororis an ſit detrahenda de hæreditate vti æs alienum, vel ex legitima fratri grauato debita an, & quando ſuccedat loco legitimæ, quo tempore debeatur, an tranſmittatur, & an qui non habeat ius ſuccedendi augeat numerum pro calculanda legitima.

S V M M A R I V M.

1 *DOs an ſit detrahenda vti æs alienum ex tota hæreditate, vel ex legitima.*

2 *Dos an, & quando ſuccedat loco legitima, num.* 4. *&* 5.

3 *Dos in dubio ſuccedit loco legitima.*

6 *Dos quando non ſuccedat loco legitima.*

7 *Dos non ſuccedit loco legitima viuente patre, ſed tantum eo mortuo, legitima conſideratur viuente patre.*

8 *Dos vbi non ſuccedit loco legitima debetur tantum tempore nuptiarum, filia quando retineat ius ſuitatis, vel non, & quid importet.*

9 *Dos qua ſuccedit loco legitima ſtatim peti poteſt.*

10 *Filia excluſa propter maſculos an faciat partem, & augeat numerum in computatione legitima.*

11 *Filia excluſa auget numerum, ſi ita ſuadet fauor maſculorum.*

12 *Filius, qui ex aliqua cauſa non habet ius ſuccedendi, non auget numerum pro calculanda legitima.*

C A P V T LX.

DVbium, quod ſubtiliter, & doctiſſimè quidem excitatur, an dos per filium fideicommiſſo grauatum tradita illius ſorori filiæ communis patris grauantis, ſit detrahenda vti æs alienum ex tota hæreditate, & maſſa communi ante computationem ipſius legitimæ, vel potius ex ipſa legitima dicto filio grauato competenti, in caſu valdè ſimili fuit reſolutum à Rota *ſub die* 15. *Iunij* 1612. *quæ eſt deciſ.* 408. *part.* 3. *recent.* nempè prædictam dotem ex ipſa legiti-
1 ma eſſe detrahendam, maximè quando dos vigore ſtatuti ſuccedit loco legitimæ, quo caſu fuit firmiter tentum, dotem ex legitima detrahi debere per eandem Rot. *ſub die* 17. *Martij* 1621. coram Coccin. Decano, & habetur poſt Merlin. *de legit. deciſ.* 106. per Doctrinam Ang. *in l. planè* 34. *§ duobus num.* 4. *ff. de leg.* 1. Corn. *conſ.* 197. *num.* 22. *lib.* 1. cum multis alijs ibidem allegatis &c. Secus autem eſſet, quando dos loco legitimæ non ſuccederet, quia tunc eſſet prius detrahenda de tota hæreditate, tamquam æs alienum teſtatoris, vt benè etiam diſtinguit Merlin. *de legit. lib.* 1. *tit.* 4. *quæſt.* 6. *num.* 13. *&* 14.

Vnde maior eſt difficultas, an vigore ſtatuti, de quo agitur, poſſit dici, dotem loco legitimæ ſuccedere, in qua tamen videtur etiam abſolutè pro affirmatiua reſpondendum, tum quia applicatur ſecundum membrum diſtinctionis, Paul. de Caſtr. *in l. Titia centum §. Titio genere num.* 8. *ff. de condit. & demonſtrat.* vbi inquit, Aut ſtatutum ſim-
2 pliciter fœminas excludit propter maſculos, & mandat illas dotari, & tali caſu dos minimè loco legitimæ ſuccedit, aut extantibus maſculis excludit fœminas dotatas, & ſi dotatæ non fuerint, mandat illas dotari, & tunc prout in caſu noſtro dos ſuccedit loco legitimæ, & ſic quando apparet fœminas per ſtatutum excludi non ſimpliciter propter dotem, ſed propter qualitatem fœmineitatis, dos non ſuccedit loco legitimæ, quando verò apparet, illas excludi propter dotem, & non ſimpliciter propter illam qualitatem fœmineitatis, dos loco legitimæ ſuccedit, quæ diſtinctio Caſtr. communiter ab omnibus ſcribentibus refertur, & approbatur, & tradit Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 689. *num.* 44. *cap.* 700. *num.* 29. *& cap.* 882. *num.* 36. Magon. *deciſ. Flor.* 14. *num.* 5. *&* 6. & latè Michalor. *de fratr. part.* 1. *cap.* 33. *num.* 8. *& part.* 3. *cap.* 4. *num.* 12. *& ſeqq.* Buratt. *deciſ.* 215. Rot. *in nouiſſ. part.* 5. *deciſ.* 400. *num.* 33. & poſt Merlin. *de legit. deciſ.* 74. *num.* 2. *& deciſ.* 114. *num.* 8. 9. *&* 10. Seraph. *deciſ.* 959. *num.* 5. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *qu.* 6. *per tot.*

Tùm quia omiſſa etiam illa diſtinctione Caſtr. quam impugnat etiam Laderch. *conſ.* 25. *num.* 9. *in fine*, & plenè Galuan. *conſil.* 31. *num.* 78. 99. *& num.* 100. *& ſeqq.* quæ licèt curſim, & illo forſan à multis non viſo, neque conſiderato ab omnibus amplectitur, verbalis potius, & Intellectualis dignoſcitur, quàm realis, cùm ſe inuicem confundat, & poſſit ad libitum applicari, neque ita clarè dicat id, ad quod quotidiè allegatur, prout alias in caſu concurrenti animaduertebam vnà cum Excellentiſſimo D. meo Franciſco Borellio Aduocato Imolenſi; certum eſt in dubio, do- 3
tem loco legitimæ ſuccedere, vt ſit pura, Coro. *conſ.* 40. *num.* 13. *lib.* 3. Menoch. *de præſumpt. præſumpt.* 201. *num.* 16. *lib.* 4. cum alijs per Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 6. *num.* 32. præſertim, quando ſtatutum mandat, prius dota- 4
ri, & poſtea excludit, ſecus autem ſi prius excluderet, & poſtea mandaret dotari, Rot. poſt Merlin. *d. tract. deciſ.* 74. *num.* 2. *deciſ.* 114. *num.* 8. *& deciſ.* 106. *num.* 3. 7. 8. vide Altograd. *conſ.* 87. *num.* 17. *& ſeqq. lib.* 1. vbi reſpondet his rationibus, & oſtendit illis non obſtantibus dotem non ſuccedere loco legitimæ, quoad tranſmiſſionem in terminis Statut. Ferrariæ, *& conſil.* 17. *num* 13. *& ſeqq. lib.* 2. vbi de ſtatuto Genuæ. Sicut etiam ſuccedit loco legitimæ, quando ſtatutum mandat competenter dotari, vel quando 5
prohibet petitionem ſupplementi, ſiue quando filia reperitur inſtituta, & eſt facta mentio de legitima à teſtatore, vel à ſtatuto, prohibendo ne illa, nec eius ſupplementum peti poſſit, vel aliter, ſicut etiam, quando illud, quod aſſignatur a ſtatuto eſt per modum quotæ cum adiecto ne plus peti poſſit, nec minus relinqui, vel quando extaret aliud Statutum iubens ſemper legitimam intelligi ſaluam in omnibus teſtamentis, vel quando per ſtatutum declaratur, illam eſſe congruam dotem, quæ ad legitimam aſcendit, vel quando fœminæ connumerantur in numero filiorum, ad augendam partem maſculis, & reddendo eorum legitimam vberiorem, quod eſt quando maſculis hoc expedit, prout omnes iſtos caſus latè alijs adductis comprobat Rot in allegatis deciſionibus, & Merlin. *d. quæſt.* 6. *per tot.* & quando dos ſuccedat loco legitimæ videndi ſunt alij Doctores ſupra relati &c.

Quæ tamen propoſitio, quòd in dubió dos ſuccedat loco legitimæ, limitatur, vt non procedat, quando ſtatutum diceret, dotem eſſe capiendam de manu hæredum, non 6
iure directo, vel eſſe ſoluendam in pecunia numerata, ſiue cùm filia nubet, quia tunc loco legitimæ non ſuccederet, cùm huiuſmodi conditiones, & qualitates repugnent naturæ ipſius legitimæ, quæ iure directo debetur, & eſt quota bonorum, ac ſtatim poſt mortem patris, non expectato tempore nuptiarum, debetur, Brun. *tract. de ſtat. excluſ. fœmin. art.* 11. *num.* 18. cum alijs per Merlin. *de legit. d. quæſt.* 6. *num.* 15. *& ſeqq.*

Id autem quod dictum fuit dotem loco legitimæ ſuccedere in ſupradictis caſibus, intelligendum eſt non ſtatim, quod à patre data fuerit, ſed tunc demum cùm ius petendi legitimam incipit competere, nempè poſt mortem patris, 7
nã eo viuente non cõſideratur legitima, nec aliqui eius effectus, vt pulchre declarat videndus Seraph. *dec.* 815. *n.* 4. *&* 5.

Atque ex ſupradicta communi allata diſtinctione alter notabilis reſultat effectus, nempè, quod quando filia eſt ſimpliciter excluſa, ita vt dos non ſuccedat loco legitimæ, 8
non eſt patria in poteſtate, nec ius ſuitatis habet, & dos tunc debetur tantùm adueniente tempore nuptiarum, & interim alimenta, nec poteſt ad hæredes tranſmitti, Magon. *deciſ. Florent.* 14. *per tot.* latè Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 8. *per tot.* Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 4. *per tot.* Quandò verò dos ſuccedit loco legitimæ, filia non deſinit

eſſe in patria poteſtate, & ius ſuitatis retinet, cuius vigore
9 illam tranſmittit ad ſuos hæredes, ſi poſt mortem patris decedat,
cùm eo viuente, dos non poſſit ſortiri naturam legitimæ,
vt dictum eſt, & ſtatim prout legitima peti poteſt,
non expectatis nuptijs, Cæſal. *conſ.* 245. *num.* 31. Capyc.
deciſ. 176. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 579. *num.* 30. *& cap.*
689. *num.* 44. Seraph. *deciſ.* 8. 5. *num.* 4. *&* 6. Michalor. *de
fratr. d. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 14. *& cap.* 10. *num.* 18.

An autem filia excluſa à ſucceſſione propter maſculos,
quæ iuxta prædicta debet dotari per filium onere fideicommiſſi
grauatum non de tota hæreditate in communi, ſed
de ipſa legitima maſculo debita, quando ſumus in caſu
quod dos ſuccedat loco legitimæ, faciat partem, & augeat
numerum filiorum ad cognoſcendum, quanta debeat eſſe
10 legitima an triens, vel ſemis pendet ex eadem inſpectione,
an dos ſuccedat loco legitimæ, nec ne quaſi ſuccedit loco
legitimæ, auget numerum, aliàs ſecus, cùm primo caſu
filia habeat ius ſuitatis, & remaneat in patria poteſtate, ſecundo
verò caſu habeatur omninò pro extranea, Capyc.
deciſ. 158. Cyriac. *contr. iur. cap.* 71. *lib.* 1. *per tot.* Michalor.
de fratr. part. 1. *cap.* 33. *num.* 7. Merlin. *de legit. lib.* 1. *tit.*
4. *quæſt.* 3. *num.* 10. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 676. *per tot.*
cap. 448. *num.* 37. *cap.* 594. *num.* 21. *&* 22. *& cap.* 942. *num.*
4. *& per tot.* Satis enim rationabile eſt, quod ſi filia debet
dotari de ipſa legitima, augeat etiam numerum, computetur
cum maſculis ad illam augendam: & quod faciat par-
11 tem, & augeat numerum, vel non, ſemper conſideratur
fauor maſculorum, & prout illis vtilius eſt, vt pluries firmauit
Rot. & ſignanter in impreſſis poſt Merlin. *de legit.*
74. *num.* 1. *in nouiſſ. part.* 6. *deciſ.* 137. *per tot. & deciſ.* 160.
num. 18. *& ſeqq. ad finem*, Duran. *deciſ.* 347. *num.* 5. *&* 6.
vbi intelligit, quando locus eſt ſtatuto, aliàs ſecus &c.

Et in confirmationem prædictorum facit, quod etiam filius
legitimæ exhæredatus, vel deportatus, & bannitus,
qui pro mortuo reputatur, vel alij, qui religionem bonorum
incapacem ingreſſi fuerunt, non faciunt partem, ne-
12 que augent numerum in computatione legitimæ, ſi quæratur
an ſit triens, vel ſemis, nam omnes, qui non habent
ius ſuccedendi, non computantur, Petr. Iacob. *Pract. libellar.
tit. de condit. ex l. omnimodo act. & teſtam. cumul. poſt
princ.* probatur *in l.* 1. *§. emancipatus ff. de coniung.* cum alijs
per Michalor. *de fratr. part.* 1. *cap.* 33. *nu.* 11. & facit Gratian.
diſceptat. 178. *num.* 2. *&c.*

A R G V M E N T V M.

Donatio facta filio pro adipiſcendo ſacerdotio, an imputetur in legitimam, & cuius temporis æſtimatio ſit attendenda. Legitima, & ſupplementum an tranſmittatur, & intra quantum tempus peti debeat, & an debeatur in bonis emphyteuticis.

S V M M A R I V M.

1 *Donatio facta filio pro adipiſcendo Sacerdotio, an imputetur in legitimam.*
2 *Æſtimatio legitima ſit ſolum poſt obitum patris.*
3 *Legitima conſideratur inſpecto ſtatu temporis mortis.*
4 *Supplementum legitima tranſmittitur ad hæredes etiam extraneos.*
5 *Ius petendi ſupplementum, an tollatur per quinquennium.*
6 *Supplementum peti poteſt vſque ad 30. annos.*
7 *Legitima qualiter praſcribatur contra filium 30. annis.*
8 *Legitima debetur etiam habito reſpectu ad bona emphyteutica, & feudalia, pracipuè ſi ſint redacta ad naturam allodialium, num. 9.*
10 *Hæreditas adita efficitur proprium matrimonium, & tranſmittitur.*
11 *Hæreditas non adita quare non tranſmittatur.*
12 *Ius deliberandi qualiter tranſmittatur.*
13 *Pater per retentionem dotis materna dicitur nomine filiorum adire matris hæreditatem, qua poteſt tranſmitti.*

C A P V T LXI.

NOn videtur dubitandum, quin ſtante manifeſta voluntate
patris in teſtamento declarata, bona tradita,
1 ſeu donata filio pro adipiſcendo Sacerdotio, & vt ad Sacros
Ordines promoueri poſſet, debeant imputari in ipſius legitimam,
ad latè tradita per Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quæſt.*
23. *per tot.* facit Rot. *in nouiſſ. part.* 5. *deciſ.* 54. *num.* 15.
quod abſolutè procedere etiam in dubio firmat Michalor.
de fratr. part. 1. *cap.* 20. *num.* 8. *&* 10. quamuis hoc vltimo
caſu, vbi non apparet de voluntate patris, contrarium verius
eſſe profiteatur, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 159. *num.*
31. *& ſeqq. & cap.* 297. *num.* 8. cum quo videbatur tranſire,
Merlin. *loc. cit. num.* 1. *& ſeqq.*

Verùm autem, an ſtandum ſit æſtimationi dictorum bonorum,
tunc temporis factæ, videtur negatiuè reſponden-
dum, cùm talis æſtimatio ſolùm poſt obitum patris ſit fa- 2
cienda, Rot. *in recent. part.* 2. *deciſ.* 195. *num.* 3. *in fine.*
Quia quantitas legitimæ debet conſiderari ſecundum tem-
pus mortis teſtatoris, & inſpecto ſtatu, & qualitate bono- 3
rum, in quo, & qua repetiuntur tempore, quo pater decedit,
Alex. *conſ.* 103. *num.* 15. *lib.* 1. *& in l. in ratione* 2. *ff.
ad l. falcid.* Gratian. *diſcept.* 247. *n.* 52. *& diſcept.* 470. *n.* 31.

Et defuncto dicto Clerico poſt obitum patris, illius hæ-
redes quamuis ſint extranei agere poſſunt ad ſupplemen- 4
tum legitimæ, quatenus bona aſſignata non ſint ſufficientia,
Rot. *in nouiſſ. part.* 5. *deciſ.* 27. *num.* 1. Gratian. *diſcept.
forenſ. cap.* 118. *num.* 36. *& ſeqq.* Magon. *deciſ. Florent.* 10.
num. 12. *& ſeqq.* idem Gratian. *diſcept.* 807. *num.* 33. *& diſcept.*
602. *per tot. & diſcept.* 743. *num.* 1. *&* 2. Rot. *in nouiſſ.
part.* 6. *deciſ.* 160. *per tot.* Hocque ius petendi ſupplemen-
tum non poteſt dici ſublatum per quinquennium, quaſi per 5
tacitam renunciationem ipſius filij, reſultantem ex taciturnitate
dicti temporis contra Ang. *in l. Papinianus §. ſi
condit. num.* 3. *ff. de inoff. teſt.* & contra Bart. *in l. ſi quis C.
de inoff. teſtam.* tenet Iaſ. *in l. ſi quis filium num.* 6. *C. eod.
tit.* quia nulla datur differentia inter filium, & illius hære-
dem, ſed vtrique durat tempus petitionis vſque ad trigin- 6
ta annos, Rot. *in recent. part.* 2. *deciſ.* 419. *nu.* 3. cum alijs
adductis per Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 3. *quæſt.* 10. *num.* 32.
& 39. & facit Gratian. *in locis ſupracit.* quamuis per huiuſ-
modi tempus triginta annorum præſcribatur contra filium 7
non petentem, & non declarantem, ſe velle illam conſequi,
cùm hæres non teneatur offerre, ſed poſſit cogitare de repudiatione,
itaut ob hanc rationem non poſſit dici in mala
fide, & non præſcribere, Gratian. *diſcept.* 458. *num.* 17. *&
diſcept.* 649. *num.* 17.

Numquid autem bona emphyteutica accreſcant legitimam,
& ex illis deducenda veniat, videtur reſpondendum
quod ſic, quia legitima debetur habito etiam reſpectu ad
valorem bonorum emphyteuticorum, & feudalium, licèt
ageretur de fœminis, quæ regulariter in huiuſmodi bonis 8
non ſuccedunt, Bellon. *conſ.* 48. Curt. Iun. *conſ.* 21. *num.*
11. cum alijs per Michalor. *de fratr. part.* 2. *cap.* 33. *num.*
4. præſertim quando ſumus in partibus, vbi ex generali
conſuetudine bona emphyteutica ſunt redacta ad natu- 9
ram allodialium, de qua tamen materia videndus Merlin.
de legit. lib. 2. *tit.* 1. *quæſt.* 5. *per tot.* & facit *in quæſt.* 8.
eiuſdem tit. & notabilis *deciſ.* 122. *per tot. poſt d. tract.* Merlin.
de legit.

Hæreditas verò fratris defuncti, viuente altero fratre,
qui poſtea obijt inſtitutis hæredibus extraneis, & pariter
hæreditas Matris eidem vltimo defuncto delata, an perti-
neat ad dictos hæredes per illum inſtitutos, exiſtimo ſic 10
diſtinguendum eſſe, nam aut fuit adita, & non patitur difficultatem
quòd tamquam affecta proprium adeuntis patrimonium,
& relicto nomine hæreditatis alterius fratris,
fuit tranſmiſſa cum alijs bonis ad dictos hæredes inſtitutos,
quia hæreditas, poſtquam fuit adita non amplius hæreditas,
ſed proprium adeuntis patrimonium appellatur, &
cum illo confunditur, itaut fiat vnum, & idem Magon.
deciſ. Florent. 15. *num.* 6. *& deciſ.* 148. *num.* 12. Gratian.
diſcept. 840. *num.* 23. & ita vt ſemel adita amplius repudiari
non poſſit, *l. ſicut C. de repud. hæred. l. ſi te bonis, C. de
iur. delib. l. ſi quis filium §. vltimo vbi gloſſ. ff. de acquir. hæred.
& §. extraneis autem Inſtit. de hæred. qualit. & diff.* Sicut
è contra ſemel repudiata non poteſt amplius adiri *d. l.
ſicut*, & Magon. *deciſ. Florent.* 10. *num.* 29. *&* 30.

Aut dicta hæreditas fratris non fuit adita, & ad dictos
hæredes pertinere non poteſt, quia alter frater ſuperuiuens
ante aditam hæreditatem nullum ius habuit, nec illa facultas
poſſendi adire tranſmittitur, cùm non ſit defenſata
ab aliqua actione, & non ſit de per ſe conſiderabilis,
quia hæres ante aditam hæreditatem nullam actionem
habet, ſed illam demum acquirit mediante aditione, 11
vnde hæreditas non adita tranſmitti non poteſt in non ſuos,

Magon.

Magon. *deciſ. Flor.17. num.1.* & Noal. *tract. de tranſmiſſ.*
caſ.8. num.1. Niſi tamen prædictus frater alterius fratris
prius deſuncti deceſſerit intra annum, à lege præſcriptum
cuilibet hæredi ad deliberandum, nempè à die ſcientiæ hæ-
reditatis ſibi delatæ, quia tali caſu fuiſſet tranſmiſſum
ad dictos hæredes, licèt extraneos, reſiduum dicti tem-
12 poris, *l. cum antiquioribus*, vbi gloſſ. *C. de iure delib.*
Iaſ. *in l. emancipata, C. qui admitti*, latè Rot. *in No-*
niſſ. part.6. deciſ.22. num.39.& ſeqq. Noal. *loc. cit. n.105.*
Pariter de hæreditate matris eidem delata, & non adita,
idem dicendum eſt, quia etiam in hoc caſu ceſſat ſuitas,
quæ eſt cauſa tranſmiſſionis, & non ſumus in deſcenden-
tibus inſtitutis, ſed in extraneis. Niſi tamen dicta Mater
deceſſerit viuente adhuc Patre dictorum fratrum, quia tali
13 caſu poſſet dici, quòd per retentionem dotium materna-
rum factam à Patre, fuiſſet per eum filiorum nomine hæ-
reditas matris adita, & ſic eſſe locum tranſmiſſioni, Alex.
conſ.20. num.1. lib.7. Natt. *conſ.74. num.10. & ſeqq.* Lu-
douiſ. *deciſ.421. num.7.* Si autem poſt patrem illa deceſ-
ſit, ſcripta de hæreditate fratris procedunt etiam in hære-
ditate Matris.

A R G V M E N T V M.

Incertitudo an, & quando vitiet donationem, vel alios contractus, latè explicatur.

S V M M A R I V M.

1 *INcertitudo loci, & quotæ quando dicatur adeſſe.*
2 *Locus non eſt fundus, ſed portio aliqua fundi.*
3 *Incertitudo vitiat quamcumque diſpoſitionem.*
4 *Conſtitutum ratione incertitudinis vitiatur.*
5 *Sententia ratione incertitudinis non valet.*
6 *Donatio ratione incertitudinis eſt nulla.*
7 *Incertitudo impedit translationem dominij, & poſſeſ-ſionis.*
8 *Reſeruatio vſusfructus ſicut conſtitutum nihil operatur ſtante incertitudine.*
9 *Incertitudo qualiter non vitiet contractum.*
10 *Donatio ſuſtinetur ſaltem vti contractus innominatus non obſtante incertitudine.*
11 *Incertitudo de æquitate non attenditur.*
12 *Incertitudo, quæ ex aliquibus certificari poteſt non nocet.*
13 *Incertitudo non vitiat contractus, qui ſolo conſenſu perficiuntur, num.14.*
15 *Incertitudo, quæ conſiſtit in genere generaliſſimo ſolum attenditur, & non in genere inferiori.*
16 *Contractus qualiter ſuſtineatur non obſtante incertitudine.*
17 *Incertitudo non obſtat, quando ex legis diſpoſitione poteſt liquidari.*
18 *Sicuti quando poteſt de breui certificari.*
19 *Sufficit certitudo quotæ relata ad prædium vniuerſum.*
20 *Traditionibus, & non nudis titulis dominium, & poſ-ſeſſio transfertur.*
21 *Donans poteſt conueniri ad tradendum.*
22 *Declarantur auctoritates in contrarium allegatæ.*
23 *Incertitudo non obſtat in dote.*

C A P V T LXII.

DOnatio facta per D. N. videbatur nulla ratione incer-
titudinis, cùm donator diſerit, ſe donare tot de
ſuo prædio, quod aſcendat ad ſummam, & quantitatem
ſcutorum mille, & quibus verbis clarè liquet adeſſe incer-
titudinem loci, quæ tunc dicitur adeſſe, licèt quidem no-
1 minetur fundus, ſed aſſignetur illius portio per nomina
numeralia puta decem iugera, vel pro rata ſcutorum mil-
le, abſque eo, quod dicatur à qua parte menſuranda, vel
aſſignanda ſit, puta verſus Orientem, vel Occidentem,
vt exemplificant ferè omnes Doctores hanc materiam tra-
ctantes, adeò vt non videatur in hoc fieri poſſe aliquam
difficultatem, Alex. & alij *in l.3. §. incertam num.6. ff. de*
acqu. poſſeſſ. vbi quod etiam ſi dico decem tornaturas hu-
ius prædij, adeſt incertitudo ratione loci, cùm non dixe-
rim an verſus Orientem, vel verſus Occidentem, Pariſ.
conſ.59. num.18. lib.1. Bero. *conſil.159. num.13. lib.1.* Surd.
conſ.168. num.48. in fine, Caball. *conſ.88. num.16. lib.2.*
Giouagn. *conſ.4. num.10. & 11. lib.2.* Monach. *deciſ. Bo-*
non.40. punct.4. num.4. Vt enim eleganter inquit Vlpian.
in l. locus 60. ff. de verb. ſignif. locus eſt non fundus, ſed 2
portio aliqua fundi, fundus autem integrum aliquid
eſt, quem textum ad confirmationem prædictæ concluſio-
nis ponderat Zaſ. *in d. §. incertam num.4. & 5.* & ex illo
infertur, quod licèt fundus ſit demonſtratus, tamen
incertus dicitur locus, qui oſtendi debet diſtinctè in ipſo
fundo, &c.
Incertitudo autem vitiat quamcumque diſpoſitionem,
& impedit translationem dominij, & poſſeſſionis, Gra- 3
tian. *diſcept. forenſ. cap.519. num.67. & cap.100. num.19.*
Rot. *diuerſ. part.4. deciſ.161.* latè Magon. *deciſ. Luc.20.*
per tot. adeò vt ipſum quoque conſtitutum in contractu ap-
poſitum ratione incertitudinis vitietur, & inutile redda-
tur, ac nullum translatæ poſſeſſionis effectum producere 4
poſſit, idem Magon. *deciſ. Luc.21. num.1. & 2.* Sicut &
ſententia ratione incertitudinis non valet, nec ſuſtineri
poteſt etiam per clauſulam appoſitam in commiſſione,
vel ſtatuto de procedendo ſola facti veritate inſpecta, Aſin. 5
in prax. §.3. cap.29. & §.31. limit.7. Soc. iun. *conſ.45. num.*
18. lib.1. de quo tamen multa in contrarium pro ſuſtinenda
ſententia incerta, tradit Gratian. *diſcept.183. num.37. &*
444. per tot.
Quibus ſtantibus inferri poteſt, donationem quoque ra-
tione incertitudinis eſſe nullam, prout videtur firmare 6
Rimin. iun. *conſ.295. num.47. lib.3.* vbi quod talis donatio
eſt inutilis, & ex poſt facto conualidari non poteſt, & ſic
videtur firmare, quod non ſit valida, Barz. *deciſ. Bonon.*
49. num.29. & 30. vbi inquit donatur tot de bonis, & tan-
ta rata, quæ aſcendat ad talem ſummam, & ignoratur an
in bonis licèt ſpecificatis debeatur tertia, vel quarta, aut
quæ pars, & neſcitur in quo angulo, an verſus Occiden-
tem, vel Orientem, quæ incertitudo ita vitiare videtur do- 7
nationem, vt ex illa poſſeſſio, nec dominium poſſit trans-
ferri, Menoch. *deciſ. Bonon. 40 punct.4. n.5.* vbi quod talis
incertitudo vitiat contractum, & tradunt omnes commu-
niter *in d. l.3. §. incertam, ff. de acquir. poſſ.* Bart. *conſ.74.*
num.1. Dec. *conſ.179. num.3. conſ.226. num.1.* Pariſ. *conſil.*
55. num.1. lib.1. Seraph. *deciſ.264. ſub num.3.* quod proce-
dit etiam ſtante Conſtituto in inſtrumento donationis, la-
tè Tiraquel. *de Conſtit. limit.19. num.1.* & notant Bary.
Monach. *in loc. cit.* vel etiam ſtante reſeruatione vſusfru-
ctus, quæ non magis operatur, quàm conſtitutum, Theſ.
deciſ.70. num.6.
Prædictis tamen minimè obſtantibus contrarium puto 8
veriùs, quia licèt incertitudo loci, & quotæ impediat tran-
ſlationem dominij, & poſſeſſionis, attamen contractus in
quo adeſt talis incertitudo valet, nam vt dicitur *in l. ſi*
quis argentum 35. §. fin. C. de donat. neceſſitatem habet do-
nator, vel res, vel partem ſubſtantiæ, quam nomina- 9
uerit tradere, & ita in ſpecie explicant Bart. *in l. empto-*
ri fundo poſt princ. verſ. videtur, quod non, ff. pro emptore,
Aret. *in l.3. §. incertam num.13. ad finem, verſ. Et atten-*
de, & Iaſ. *num.13. ff. de acqu. poſſeſſ.* & non obſtante
incertitudine, ſuſtinetur donatio ſaltem vti contractus
innominatus, ex quo agi poteſt ad rem certificandam,
nec eſt locus pœnitentiæ, vt declarat Magon. *deciſ. Luc.* 10
20. num.11.
Imò eſt iſtud obiectum incertitudinis procedit tantùm
de ſubtilitate, & iuris rigore, qui in iudicando attendi
non debet, cùm de æquitate canonica, quæ in hoc ſtante 11
maximè iuramento præualere debet etiam in foro Cæſa-
ris, & ciuili, huiuſmodi exceptio incertitudinis non
attendatur, nec vitiat contractum, vt notat Gratian. *di-*
ſcept.534. num.16. & 17. Mantic. *de tacit. & ambig. con-*
uent. lib.14. tit.30. num.26. & ſeqq. Monach. *d. deciſ. Bonon.*
40. punct.4. num.41. præſertim quando res incerta promiſſa
poſſidetur per promittentem, quaſi tunc poſſit de facili
certificari, & liquidari, ac ideò non attenditur incerti- 12
tudo, quæ quotieſcumque ex aliquibus verificari poteſt
non nocet, Magon. *dicta deciſ. Luc.20. num.29.* Monach.
dict. deciſ.40. punct.7. ſub num.59. Montan. *de tutel. cap.*
10. num.24. & ſeqq. ad 31. Gratian. *diſcept.946. num.27.*
& ſeqq.
Et non omnis incertitudo vitiat contractum, ſed illam
tantùm, quæ eſt ratione loci, & quotæ, vt notant commu-
niter DD. *in d. l.3. §. incertam, ff. de acqu. poſſ.* Seraph. *de-* 13
ciſ.264. num.3. imò etiam incertitudo loci, & quotæ vi-
tiat ſolum ea, quæ factum corporeum circa rem requirunt,
vt eſt traditio, & poſſeſſio, non autem ea, quæ in ſolo ani-
mo

mo conſiſtunt quod iuris effectum, vt aditio hæreditatis,
& ſimilia, ita diſtinguunt Imol. *in l. locus 26. circa medium
verſ. Sed dic melius*, Caſtr. *circa medium, verſ. dic ergo ve-
rum eſſe*, Alex. *circa finem, ff. de acqu. poſſeſs.* Bero. *conſ.*
159. *num.* 12. *lib.* 1. vnde neque vitiari poteſt donatio, quæ
14 ab animo, & conſenſu perficitur, *§. alia, verſ. perficiuntur,
Inſt. de donat. l. ſi quis argentum*, *§. vlt.* vbi Alex. in Add.
ad Bartol. *C. de donat.* & Bart. *in l. 1. n. 5. in fine, C. de iure
fiſc. lib.* 10. Rom. *conſ.* 295. *num.* 1.

Quod quidem ſtrictius comprobatur, quia ſolùm illa
incertitudo in contractibus attenditur, quæ eſt in genere
generaliſſimo, & in genere ſubalterno, puta quando pro-
mittitur fundus, ſubſtantia, animali, vel quid ſimile ge-
nus, quia tunc dando quid minimum de mundo, vt pal-
mum terræ, vel pullum, promittens liberaretur. Sed quan-
15 do incertitudo repetitur in genere inferiori, quod Diale-
ctici ſpecies appellant, vt ſi quis promittat rem in genere,
quæ habet certos fines determinatos à natura, vel facto ho-
minis, licèt poſſit verificari in pluribus differentibus nu-
mero, cùm parum diſtet vna res ab alia, vt quando pro-
mittitur bos, equus, vel quid ſimile, tunc non vitiatur
diſpoſitio, vt benè ratiocionatur Gomes *var. reſol. tom.* 2.
cap. 11. *num.* 8. *& ſeqq.* Ideò etiam incertitudo loci, & quo-
16 tæ non poterit vitiare contractum, neque obligationem
quantitatis certæ, & determinatæ in aliquo fundo, cùm
ſiue aſſignetur res verſus Orientem, ſiue verſus Occiden-
tem, non adſit differentia notabilis, ſed ſemper valor erit,
& eſſe debebit ſcutorum mille, & pro tanta quantitate oc-
cupari, vnde contraria procedere poſſunt ſolùm quoad poſ-
ſeſſionem, & traditionem, in quibus terminis loquitur
d. §. incertam, & l. locus 26. ff. de acq. poſſ. non autem circa
contractus, & alia, quæ pro eorum validitate actuale
aliquod factum non exigunt ad hoc, vt oriatur efficax
actio, ad tradendum, prout oritur ſtante contractus vali-
ditate, iuxta ſuperiùs dicta, &c.

Pariter non obſtat incertitudo, quando ex iuris diſpoſi-
tione poteſt res liquidari, quia ius ſemper certum eſt in
ſe, & poteſt clarificari per Iudicis declarationem, vnde ſuf-
17 ficit adeſſe certitudinem in mente legis, quamuis contra-
hentibus adhuc non eſſet cognita, ſed incerta, Magon.
dec. Luc. 20. *num.* 10. Ruin. *conſ.* 170. *ſub num.* 11. *lib.* 4. cum
alijs per Barboſ. *de Axiom.* 119. *per tot.* Sicut nec quando
18 de facili, & breui tempore poteſt haberi certitudo, Crauet.
conſ. 162. *num.* 6. Gratian. *diſcept.* 288. *num.* 34. *&* 756. *num.*
58. *&* 766. *num.* 8. & Barboſ. *d. Axiom.* 119. Nam ſufficit
adeſſe certitudinem loci in vniuerſo, vt ſupra, declaratum
fuit, & ſic locus non poteſt dici incertus, ſtante incertitu-
19 dine quoad totam ſuperficiem, & prædium deſignatum in
vniuerſo, cùm ſufficiat certitudo quotæ, relata ad prædium
vniuerſum, Tiraquel. *de Conſtit. limit.* 19. *num.* 2. Surd.
conſ. 128. *num.* 19. Grat. *d. cap.* 765. *num.* 57. *&* 766. *num.* 8.
Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 59. *num.* 2. *& ſeqq.* vbi plures alle-
gat, & benè declarat, &c.

Neque obſtant auctoritates ſupra in contrarium alle-
gatæ, quia DD. *in d. l.* 3. *§. incertam*, in quibus ſe fundant
Barz. & alij, dicunt quidem, non transferri dominium,
nec poſſeſſionem, ſed ex hoc inferri non poteſt, ergo con-
tractus eſt nullus, quia ex contractu non transfertur do-
minium, nec poſſeſſio, ſed requiritur traditio vera, vel
20 ficta per conſtitutum, ſiue alius modus transferendi, cùm
non nudis titulis, ſed traditionibus dominia rerum trans-
ferantur, ſicut ipſamet donatio transfert ſolùm perſona-
lem obligationem, & actionem ad tradendum, *l. tradi-
tionibus, C. de pact.* & in ſpecie donationis Bart. *in l.* 1. *num.*
3. *ff. pro dot.* Anchar. *conſ.* 318. *num.* 3. Iaſ. *conſ.* 149. *num.* 3.
21 *lib.* 4. Et donatio non eſt inutilis, & nulla ex quo, quòd
res donata non ſit tradita, ſed donans tenetur actione
perſonali, & poteſt conueniri ad tradendum iuxta text.
in l. ſi quis argentum, §. vlt. C. de donat. & ideò patet infer-
ri non poſſe: donatio non transfert dominium, ergo eſt
nulla, quia donatio de ſui natura dominium non trans-
fert, &c.

Præterea dictæ auctoritates contrariæ loquuntur ad ef-
fectum ſolùm translationis dominij, & poſſeſſions, non
autem ad effectum nullitatis, nec dicunt nullam eſſe
donationem, ſi benè perpendantur, vt expreſsè ſe expli-
22 cat Barz. ibi ita vitiare videtur, vt ex illa poſſeſſio aliqua,
vel dominium transferri poſſit, & hæc interpretatio con-
uenit etiam Rimінald. qui dum dicit, talem donatio-
nem inutilem conualidari non poſſe, intelligendus eſt quo-
ad vtilitatem contractus reſpectu poſſeſſionis, & domi-
nij, non autem ſimpliciter, & indiſtinctè quoad ipſam
donationem præſertim dum allegat Aret. *in d. §. incer-
tam*, qui in hunc ſenſum loquitur, vt dixi ſupra *verſ.
prædictis tamen, &c.* Et ſi aliter intelligerentur loquun-
tur contra communem opinionem, & non ſunt attenden-
dæ, &c.

Et prædictis additur, quòd cum dicta donatio facta fue-
rit ad effectum, vt ſeruiret pro aſſecuratione dotis, & fa-
uore mulieris, vt habeat quid repetat, & ne remaneat in- 23
dotata, nihil obſtat incertitudo fauore dotis, ad tradita
per Alex. *in l. 1. ff. ſolut. matrim.* Magon. *deciſ. Luc.* 20. *num.*
31. *&* 32. *cum Additione, &c.*

ARGVMENTVM.

Pons ſuper via publica per quam ducitur aqua ad molendinum, à quo fieri debeat, & quomodo reſcripta Principis intelligantur.

SVMMARIVM.

1 *Pons ſuper via publica cuius expenſis ſit reficiendus numeris ſeqq.*

4 *Qui ſentit commodum debet ſentire incommodum, num.* 11.

5 *Volens deriuare aquam per viam publicam tenetur facere pontem.*

6 *Seruitus aquaeductus non conſiſtit via publica interueniente.*

7 *Conceſſio aquarum per viam publicam intelligitur ſine aliorum præiuditio.*

8 *Princeps in dubio numquam intelligitur velle præiudicare tertio.*

9 *Princeps ſemper intelligitur reſcribere prout iuri, & æquitati conuenit.*

10 *Princeps non vult, eius reſcripta ſeruari quatenus iuri, & æquitati repugnant.*

CAPVT LXIII.

Illuſtriſſimus D. Comes Franciſcus Maria Saxatellus
Nobilis patritius Imolenſis pro ſeruitio eius Molendini
nuncupati *il Molino vecchio*, ducit aquam per Canale, ſeu
formulam viam regalem Romanam Flaminiam in ſubur-
bio Imolæ interſecantem, cui aquæductui in dicta via pu-
blica pons ab antiquo vſque in hodiernum diem ſemper ſu-
perſtetit lapideus, ita vt curribus, quadrigis, & quibuſ-
cumque viatoribus deſeruiret, & Canale prædictum
nullum vnquam retroactis temporibus præſtiterit impedi-
mentum, &c.

Quo ponte tandem vetuſtate collapſo, adeò vt ſine illius
refectione tranſitus per ipſam viam neceſſarius reddatur
impracticabilis, diſputabatur inter Illuſtriſſimam Com-
munitatem Imolæ ex vna, & dictum Illuſtriſſimum D.
Comitem Saxatellum partibus ex altera, quis eorum ad
dicti pontis refectionem teneretur. Et quidem pro dicto
D. Comite contra Communitatem videbatur reſponden-
dum ex traditis per Bartol. Cepol. *tract. de ſeruit. vrb.
præd. cap.* 70. de Ponte *vbi num.* 4. quærens ad quem ſpe- 1
ctet onus faciendi, ſiue reficiendi pontem ſuper flumine
publico, per quem ſit iter tranſeuntibus neceſſarium, ita
diſtinguit.

Aut enim (inquit ipſe) eſt pons, qui debet retineri, &
cuſtodiri per dominum Ciuitatis, & debet expenſis ipſius 2
domini fieri, & refici, quia ad ipſum dicitur principaliter
ſpectare ſicut alia fortilitia, &c.

Aut eſt pons, qui non cuſtoditur, ſed ſimplex tantùm
pro tranſitu, & tunc aut deſeruit omnibus de Ciuitate, 3
& per omnes de Ciuitate fieri, & refici debet, &c. Et
iſtud membrum diſtinctionis dicebatur caſui noſtro appli-
cari, &c.

Aut deſeruit vni tantùm contratæ, ſeu viciniæ, & illi
de illa ſolùm contribuere tenentur, ſicut de puteo commu-
ni dicitur *argumento l. ſecundùm naturam, ff. de reg. iur.* 4
&c. qui ſentit onus *eodem tit. in* 6. *facit l. ædiles*, cum
ibi not. *de via publ.* ſequitur Burſat. *conſ.* 142. *num.* 2. *lib.* 2.

Verùm cùm ego eſſem Aduocatus dictæ Illuſtriſſimæ
Communitatis, licèt in reliquis obſequentiſſimus dicti Il-
luſtriſſimi Domini Comitis, & totius illius nobiliſſimæ fa-
miliæ Saxatellæ, ab eodem etiam amicabiliter de voto meo
conſultus, & requiſitus pro veritate, cùm ipſe tamquam

vir

vir integerrimus, & inter principaliores vnus ex Senato-
ribus, & protectoribus dictæ ſuæ communitatis, cuius
etiam caput, & pater patriæ, non minus quàm alij eiuſ-
dem Ciuitatis nobiliores, & nulli ſecundus meritò appella-
ri, & acclamari poſſet, paruipenderet proprium intereſ-
ſe, & publicam vtilitatem, prout tanto viro, & Sena-
tori decet, priuatæ præferret, dicebam iura Communita-
tis tuendo contrarium, mihi videri reſpondendum, ip-
ſum ſcilicet teneri ad dicti pontis refectionem, quia cla-
5 rum eſt, quod dominus fundi volens deriuare aquam per
viam publicam ad eius molendinum non poteſt per ipſam
viam ducere, niſi pontem faciat, Bart. *in l.2. num.24. ff. de
flumin.*

Et tantò magis, quia iſte ductus aquæ non poteſt veriſi-
militer ortum habuiſſe niſi ex conceſſione Principis, ex
6 quo loco publico interueniente qualis eſt via publica, &
flumen ſeruitus aquæductus non conſiſtit, *l. ſeruientes* 14.
§. publico loco, & l. fin. ff. de ſeruit.

Conceſſiones autem aquarum, maximè cum facultate
ducendi per vias publicas, eaſdem perforando, & pene-
7 trando, intelliguntur factæ per Principem, vel Ciuita-
tem, reſeruatis iuribus, & commoditatibus eorum, qui-
bus antea competebant, & ſine illorum aliquo præiudicio,
& grauamine, Iaſ. *in l. quominus* 2. *ff. de flum. num.* 10.
Cæpol. *de ſeruit. ruſt. præd. cap.4. num.23. & ſeqq.* Pariſ.
*conſ.216. num.*18. 19. *lib.*1. Rimin. ſen. *conſ.197. num.7.*
Curt. iun. *conſ.194. num.39.* Menoch. *conſ.43. num.2. &*
3. Roland. *conſ.80. num.45. lib.3.* Surd. *conſ.321. num.46.
& conſ.447. num.33.* Maſcard. *de probat. concluſ.*123. *num.*
8 22. numquam enim Princeps in dubio præſumitur, velle
præiudicare tertio, vt eſt vulgata concluſio *ex l.2. §. merito,
& §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in flum. publ.* Gratian. *di-
9 ſcept.730. num.35.* etiam ſi motu proprio aliquid reſcriberet,
Bald. *in cap. ad audientiam de reſcript.* quia ſemper intel-
ligitur reſcribere prout iuri, & æquitati conuenit, Me-
10 noch. *lib.2. præſumpt.9. per tot.* ita vt ipſe mandet eius re-
ſcripta non ſeruari, quatenus iuri, & æquitati repugnant,
& alios lædunt, *l. reſcripta, C. de prec. Imper. offer.* cum
alijs ſimilibus iuribus allegatis per Gratian. *diſcept.868.
num.19.*

Et ſic in caſu noſtro, quamuis dictus D. Comes habeat
ius, & facultatem ducendi aquàm per dictam viam publi-
cam, illam interſecando pro ſeruitio ſui molendini, ſiue
obtinuerit à Principe, prout ad eum ſpectat, talia conce-
dere, ſiue ab ipſa Ciuitate, intelligi debet, dummodò ip-
ſe pontem faciat de proprio, ad hoc vt talis conceſſio ne-
mini ſit oneroſa, & quia ſicuti ex tali aquæductu magnum
ſentit commodum, & lucrum pro ſuo molendino, quod
aliàs inutile eſſet, ita etiam conueniens eſt, vt ſentiat
incommodum, & expenſam refectionis, & manutentio-
11 nis dicti pontis, qui aliàs neceſſarius non foret, iuxta re-
gulam *l. ſecundum naturam, ff. de reg. iur. & c. qui onus eod.
tit. in* 6. vide Anton. Gob. *tract. de aquis quæſt.101. num.*12.
& ſeqq.

Sed nihilominus his non attentis, licèt iudicio meo in
iure veriſſimis, cùm quod commune eſt, communiter
negligatur, & fortè quia repertum fuerit in alijs ſimilibus
caſibus aliorum Ciuium, habentium aquæductum per vias
publicas, expenſam refectionis pontium pro ſeruitio viæ
publicæ fuiſſe factam de pecunijs publicis licèt indebitè per
prædicta, ne dictus D. Comes videretur eſſe deterioris
conditionis aliorum, non fuit coactus ad dicti pontis re-
fectionem, ſed cùm iubente Illuſtriſſimo D. Nicolao Ab-
bate Valeotto tunc temporis Imolæ Gubernatore refectus
fuerit, Communitas abſque alia contradictione, vt poſteà
audiui, acquieuit, & expenſam refectionis ſoluit de anno
1652. &c.

ARGVMENTVM.

Mandatum ad delictum ex quibus coniecturis pro-
betur, aliqua de corpore delicti, & an teſtes aliàs
inhabiles admittantur ad defenſam, cum alijs in
materia criminali.

SVMMARIVM.

1 *Corpus delicti ante omnia apparere debet, & quo-
modo probetur.*
2 *Mulieres an, & quando ſint idoneæ teſtes in criminali-
bus.*
3 *Fuga ante inquiſitionem quale indicium faciat.*
4 *Amor eſt furoris ſpecies, & an excuſet à pœna ordi-
naria.*
5 *Prouocatus excuſatur à pœna ordinaria.*
6 *Auctor rixæ non excuſatur à pœna ordinaria.*
7 *Auxiliatores poſt delictum qua pœna plectantur, num.8.*
9 *Proceſſus prius terminandus contra contumaces, & po-
ſteà contra carceratos.*
10 *Abſolutio ſolet fieri cum clauſula, ex hactenus dedu-
ctis.*
11 *Carceratio longa quando minuat, vel tollat pœnam.*
12 *Mandatum ad delictum debet probari per veras proba-
tiones.*
13 *Mandatum quomodo probetur coniecturis, & quales
ſint.*
14 *Conſilium ad delinquendum non eſt punibile niſi pluri-
bus concurrentibus.*
15 *Mandans, vel conſulens non punitur niſi ſequute deli-
cto, num.6.*
17 *Affectus non punitur niſi ſequuto effectu.*
18 *Delictum mentale ſolum Deum vltorem habet.*
19 *Conatus occidendi cum archibuſio quomodo puniatur.*
20 *Meretrices, & aliæ perſonæ infames repelluntur à teſti-
monio.*
21 *Teſtes inueriſimilia, & impoſſibilia deponentes non
probant.*
22 *Probatio bonæ vocis, & famæ quid operetur.*
23 *Teſtis licèt vnicus probat contra producentem.*
24 *Repulſa teſtium quomodo ſit facienda.*
25 *Defenſio eſt magis fauorabilis, quam offenſio.*
26 *Teſtes aliàs inhabiles admittuntur ad defenſam.*
27 *Iudex quando debeat abſoluere reum.*

CAPVT LXIV.

DVm eſſem Locumtenens criminalis Imolæ, com-
miſſo homicidio per Seuerum Codtunchium de
Imola in perſonam Domini Iuſtiniani de Bordella de eo-
dem locum ictu pilæ plumbeæ ex archibuſio exploſæ in dor-
ſo, fui in voto, contra illum contumacem procedendum
eſſe ad tranſmiſſionem inquiſitionis, & condemnandum in
pœnam bannimentorum. Conſtabat enim plenè de corpore
delicti, quod ante omnia apparere debet, priuſquam ad
aliquem actum procedatur, ita vt non poſſit ſuppleri per 1
confeſſionem imputati, ſed probari debeat per recognitio-
nem Notarij, & examen ſaltem duorum teſtium, qui illud
viderint, præſertim quando ſumus in delicto facti perma-
nentis, & cuius aliqua veſtigia remanere ſolent, Clar. *§. fin.
quæſt.4.* Boſſ. *tit. de delict. per tot.* Ambroſ. *proceſſ. informat.
lib.1. cap.1 per tot.* Guaz. *ad def.4. cap. cum aliquibus ſe-
quentibus,* Petr. Cabal. *de omn. gen. homicid. num.*615. *& caſ.*
150. *& caſ.255. per tot.*

Et fuerant examinatæ aliquæ mulieres de viſu, & fama,
quæ licèt de iure canonico, quod in Terris Eccleſiæ maxi- 2
mè ſeruandum videtur, in criminalibus regulariter non
probent, non fuit inconueniens illas recipere, tum quia
ab illis ſumpta fuit materia ſaltem inquirendi iuxta practi-
cam Ambroſin. *lib.*1. *cap.2. num.24 & ſeqq.* Tum etiam,
quia cùm eſſemus in delicto, de nocte patrato difficilis pro-
bationis, dubitabatur, aliundè veritatem haberi non poſſe,
& quod nec actu, nec habitu alij teſtes interuenerint, quo
caſu admittuntur, Clar. *§. fin. quæſt.24. verſ. Sciendum eſt
tamen, &c.* Denique fuerat probata fuga, quæ ante inqui- 3
ſitionem, non ſolùm facit indicium ad inquirendum, ſed
etiam ad torturam, niſi fugiens poſteà reuertatur, Pract.
Papp. *forenſ. inquiſ. gloſ.1. num.16.* cum Addit. Brun. *tract.
de indic. & tort. part.1. quæſt.3.* Clar. *§. fin. quæſt.21.* & Mi-
ſing. *obſeru.98. per tot.*

Ex benignitate tamen dicebam, per Eminentiſſimum
D. Cardinalem Legatum, cui prout in ſimilibus caſibus
moris eſt, votum meum tranſmiſſi, poſſe dictam pœnam
in aliquo mitigari ex duobus, primò, quia dictum ho-
micidium, vt ferè omnes teſtes deponunt, ſequutum fuit 4
cauſa Gentilis communis Amaſiæ, cùm amor ſit furo-
ris ſpecies, & aliquando à pœna ordinaria excuſet, Clar.
§. fin. quæſt.60. verſ. Eſt & amor, &c. Petr. Cabal. *reſol.
crimin. caſ.223. num.27. &c.* Menoch. *de arbitr. caſ.328.
per tot.*

Secundò, quia penes dictum Iuſtinianum occiſum, fuit
repertum archibuſium canna onuſtum cum cane depreſſo,
& rota exoneratum, & nonnullæ mulieres examinatæ pro

in-

Informatione Curiæ, aſſeruerunt, dictum Iuſtinianum
fuiſſe vocatum à dicta Gentili Amaſia, vt pro illa vindi-
ctam ſumeret de verbis iniurioſis, paulò anteà contra eam
prolatis à dicto Seuero, qui ideò creditur aliquo modo pro-
5 uocatus, & non deliberatè, ſed præcipiti voluntate egiſſe,
Petr. Cabal. *tract. de omn. gen. homicid. num.* 106. niſi dicere-
6 tur, ipſum fuiſſe auctorem, & initium rixæ, quo caſu ex
hoc capite non poſſet à pœna ordinaria excuſari, Cabal.
loc. cit. num. 112. *& ſeqq.*

Quo verò ad DD. Andream Poggiolinum, & Ioſephum
Veronam pariter de Imola contumaces ex quo poſt dictum
homicidium aſſociauerunt eumdem Seuerum homicidam,
7 fugientem extra Portam Ciuitatis, ſi conſtaret de præuia
ſcientia, & participatione delicti, non dubitaſſem, illos
eadem pœna plectendos, Clar. *§. fin. quæſt.* 90. *verſ. primo,
& ſecundo*, Menoch. *de arbitr. caſ.* 349. Verùm quia non
apparet de dicta qualitate, & quia Seuerus erat ſolus tem-
8 pore perpetrati delicti, dixi, illos incidiſſe tantùm in pœ-
nam extraordinariam, Menoch. *d. caſ.* 349. *num.* 21. *&* 22.
Guaz. *def.* 33. *cap.* 10.

Et quoad dictam Gentilem Friziam, pro eadem cauſa
carceratam, dicebam, eſſe detinendam in carceribus do-
nec cauſa contra dictos contumaces fuerit expedita, ne
9 ipſa extra carceres inſtruantur de proceſſu, & poſtea ſequu-
ta illorum condemnatione, in contumaciam eſſe exami-
nandam, & aſſignandas defenſiones iuxta practicam, quam
docent Clar. *§. fin. quæſt.* 49. *verſ. Sed pone*, Petr. Cabal. *reſ.
crim. caſ.* 75. *num.* 11. *&c.*

Sequuta itaque condemnatione Seueri Codrunchi con-
tumacis in pœnam triremium in perpetuum, & confiſca-
tionis medietatis bonorum ex cauſa ſupradicti homicidij,
& aſſignatis tandem defenſionibus dictæ Gentili in negati-
ua perſiſtenti ſuper prætenſo mandato, ſeu conſilio dato d.
quondam D. Iuſtiniano à Bordella, de reprimendo auda-
ciam, & petulantiam dicti Seueri Codrunchi, dicebam, il-
lam tamquam non repertam culpabilem, nec de iure puni-
10 bilem, vel ſaltem cum clauſula ex hactenus deductis, vel
alio non apparente, eſſe abſoluendam, prout communiter
ſeruari ſolet, Guaz. *def.* 2. *cap.* 7. cum alijs per eum allega-
tis, præſertim ſtante longa carceratione, quæ quandoque
reis prodeſſe ſolet non tantùm ad diminutionem pœnæ or-
11 dinariæ, ſed etiam ad totalem illius extinctionem, iuxta
l. omnes, C. de pœnis, de quo tamen videndus Cabal. *reſol.
crim. caſ.* 142. *per tot.*

12 Non enim conſtabat de dicto prætenſo mandato, de quo
per veras probationes apparere debuiſſet, Menoch. *de ar-
bitr. cap.* 352. *num.* 20. vel ſaltem per coniecturas indubita-
tas, quales fuiſſet non cauſa inter principales, inimicitia
capitalis inter dictam Gentilem, & Seuerum, ſecreta al-
loquutio cum D. Iuſtiniano, & ſi delictum ſtatim fuiſſet
13 ſequutum iuxta mentem, & ordinem eiuſdem Gentilis,
quibus omnibus conionctim non concurrentibus, non po-
teſt præſumi mandatum ad delictum, etiam ſi delinquens
eſſet famulus, filius, vel domeſticus prætenſi mandantis, vt
per Anan. *conſ.* 59. *num.* 2. Dec. *conſ.* 234. *in fine*, & Marſil.
conſ. 3. *num.* 9. *& num.* 15.

Sicut idem dicendum eſt de prætenſo conſilio dato, de
quo non apparuit, nec eſſet punibile niſi pluribus concur-
14 rentibus, nempè quod ſit præſtitum in caſu, qui ſit pœna
dignus, ad malum finem, præcedat ipſum delictum, &
non fuerit reuocatum ante delictum perpetratum, fue-
rit efficax, & principalis delinquens ob delictum fuerit
condemnatus, vt latè declarat Menoch. *de arbitr. caſ.* 351.
per tot.

Quamuis igitur aliquæ mulierculæ aſſerant ſupradictam
Gentilem fuiſſe iniuriatam à Seuero, & poſtea ipſam
colloquium habuiſſe cum d. quondam D. Iuſtiniano occi-
ſo, conſtat etiam de rixa præcedenti inter ipſos principales,
quæ tollit ſuſpicionem mandati, & ceſſat principale requi-
ſitum, vt poſſit mandans puniri, nempè mandatarius, cùm
enim non appareat D. Iuſtinianum à Bordella, cui præten-
debatur mandatum, dediſſe aliquid mali perpetraſſe, non
15 poteſt ipſa tamquam mandans, vel conſulens in aliquo pu-
niri, quaſi iſto caſu ceſſet corpus delicti, Boſſ. *tit. de de-
lict. num.* 34. *&* 35. Menoch. *de arbitr. caſ.* 352. *num.* 20.
16 quando enim mandatarius mandatum exequutus non fuit,
non poteſt mandans pœna ordinaria puniri, imò nulla
pœna, quando ſumus in leui crimine, Menoch. *dict. caſ.*
352. *num.* 9. quia ex generali conſuetudine totius Italiæ
17 non punitur affectus, non ſequuto effectu, niſi in atrociſ-
ſimis, & vbi deuentum fuit ad actus proximos delicto,
Clar. *§. fin. qu.* 92. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 36. *num.* 53.
& 54. Guaz. *def.* 33. *cap.* 24. & latè Menoch. *de arbitr. caſ.*
360. *per tot.* & quia mentale delictum non punitur, ſed ſo-
lum Deum vltorem habet, Magon. *deciſ. Florent.* 88. *num.* 18
10. *& ſeqq.* Et ideò videmus, quod affectus occidendi ali-
quem cum archibuſio, quando tamen deuentum fuit ad
actum proximum, & factus omnis conatus exonerandi, 19
licet exoneratio non fuerit ſequuta, nec aliqua offenſio,
punitur ex legibus municipalibus in Statu Sereniſſimi Ma-
gni Ducis noſtri Etruriæ pœna furcarum, & confiſcatio-
nis bonorum, vt teſtatur Petr. Cabal. *reſol. crimin. caſ.* 152.
num. 1.

Inſuper ex proceſſu defenſiuo dictæ Gentilis illæ mulie-
res deteguntur viliſſimæ meretrices, pauperes, & infa- 20
mes, quæ repelluntur à teſtimonio, Clar. *§. fin. quæſt.* 24.
verſ. quæro etiam, &c. maximè cùm non ſolùm inueriſimi-
lia, ſed penitus impoſſibilia deponant, dum per teſtes ad
defenſam examinatos legitimè citata parte, & fiſco apparet
locum, nempè *il Cantone delle Suore di S. Domenico*, vbi
dictæ mulieres degebant, quando aſſerunt, audiuiſſe
Seuerum iniuriantem dictam Gentilem, & ipſam poſtea
loqui vidiſſe cum dicto D. Iuſtiniano, adeò diſtare, & per
obliquam contratam à ianua domus ſuæ, vbi prætendi-
tur fuiſſe iniuriatam, & inſtigaſſe, ac conſilium dediſ-
ſe, vt impoſſibile ſit, quod potuerint videre, nec ali-
quos ſermones audire, licèt alta voce fuiſſent emiſſi, &
eſt citra omnem difficultatem, quod teſtes licèt aliàs ha-
biles inueriſimilia, ac impoſſibilia deponentes nihil pro- 21
bant, &c.

Fuit etiam probata bona vox, & famæ dictæ Gentilis,
& publica vox, & fama, quod ſit prorſus innocens à præ-
tenſis per fiſcum, quæ probatio tollit indicium contra-
riæ malæ famæ, Clar. *§. fin. quæſt.* 60. *verſ. frequens
etiam, &c.*

Nec quidquam releuant, quæ denuò à parte fuerunt ca- 22
pitulata ſuper mala fama, & moribus dictæ Gentilis, & ad
repulſam teſtium pro illa examinatorum, quia quidquid ſit
de illius vita, & moribus ſatis eſt, quod non ſit diffamata
de prætenſo delicto, ſed innocens reperiatur, imò teſtes 23
inducti ſuper dictis capitulis deponunt ad fauorem ipſius
Gentilis, pro qua plenè probant, licèt eſſet vnicus, Ma-
gon. *deciſ. Luc.* 30. *num.* 27. Et contra perſonas, vel dicta
teſtium pro ea examinatorum nihil deponunt, quod ta-
men facere debuiſſent ſeruata ſolemnitate, *l. libellorum*, 24
ff. de accuſat. nempè expreſſo loco, & tempore commiſſi
criminis, propter quod eos repelli prætenditur, aliàs repul-
ſa dicitur inepta, Add. ad Marant. *part.* 4. *diſtinct.* 1. *num.* 38.
Clar. *§. fin. quæſt.* 12. *verſ. Adde, & quæſt.* 53. *verſ. in hoc au-
tem, &c.* Magon. *deciſ. Florent.* 17. *num.* 18. Gratian. *di-
ſceptat. forenſ. cap* 468. *num.* 22.

Sed quatenus etiam aliquid contra eam depoſuiſſent,
Iudex tenetur magis credere teſtibus rei, quàm fiſci, & ac- 25
cuſatoris, licèt eſſent magis idonei, quia defenſio eſt lon-
gè magis fauorabilis, quàm offenſio, Boſſ. *tit. de def. num.*
8. *&* 9. Guaz. *def.* 29. *per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 98.
per tot. vnde videmus affines, infames, vel aliàs inhabiles 26
teſtes poſſe, & debere admitti, ad defenſam, & ad pro-
bandam innocentiam, vt per Clar. *§. fin. quæſt.* 24. *verſ.
Item ſcias, &c.*

Cùm itaque rei in criminalibus ſint abſoluendi quoquo-
modo intentionem accuſantis, vel inquirentis Iudicis du- 27
biam reddant, Petr. Cabal. *de omn. gen. homicid. num.* 319.
ita iuris eſſe iudicaui in ſupradicta cauſa, & votum meum
in omnibus prædictis fuit aprobatum in Curia generali Ra-
uennæ per Eminentiſſimum D. Cardinalem Donghium
Legatum à Latere meritiſſimum, integerrimum, atque
iuſtitiam ſummoperè colentem, & cuius præclara geſta
integrum volumen exigerent, &c. Quod ille cuius cau-
ſa commiſſum eo delictum, ſed non eo mandante non
puniatur ſaltem ordinariè, Menoch. *de arbitr. caſ.* 471.
vbi tamen videtur tenere, quod ponit arbitrio iudicis
puniri.

A R-

A R G V M E N T V M.

Emphyteuta ceſſans in ſolutione canonis, quomodo poſſit expelli, an celeri ſatisfactione moram purgare, & an dominus per receptionem canonis ſibi præiudicet.

S V M M A R I V M.

1 *EMphyteuta Eccleſiæ ceſſans per bienniam poteſt expelli.*
2 *Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis.*
3 *Verba ipſo facto, & ipſo iure quid ſignificent.*
4 *Declaratio domini ſufficit ad inducendam caducitatem ſententia Iudicis, quando ſit neceſſaria.*
5 *Dominus, an poſſit propria auctoritate emphyteutam expellere.*
6 *Mora incurritur per lapſum diei, qui pro homine interpellat.*
7 *Mora inducitur per extraiudicialem interpellationem.*
8 *Mora fauore Eccleſia inducitur ipſo iure.*
9 *Interpellatio iudicialis ſufficit etiam ad incurrendam pœnam.*
10 *Mora quando celeri ſatisfactione poſſit purgari, Celeris ſatisfactio quænam dicatur.*
11 *Mora geminata non poteſt purgari.*
12 *Mora quando non poſſit purgari ab emphyteuta Eccleſia.*
13 *Mora non poteſt purgari in pœna conuentionali.*
14 *Mora non poteſt purgari poſt declarationem factam à domino.*
15 *Mora poſt executionem factam, non poteſt purgari.*
16 *Dominus an, & quando per receptionem canonis ſibi præiudicet quoad caducitatem incurſam, num.17.*

C A P V T LXV.

CLara eſt diſpoſitio *text. in cap. potuit de locato*, per
quam emphyteuta Eccleſiæ ceſſans per biennium in
1 ſolutionis Canonis, iuſtè poteſt expelli, etiam quod non
fuerit interpellatus, niſi celeri ſatisfactione ſibi proſpicere
ſtuduiſſet, prout ſonant verba textus.

A qua quidem iuris communis diſpoſitione licèt receſ-
ſum videatur in gratiam emphyteutæ per pactum expreſ-
ſum, quòd non cadat à iure ſuo, niſi per triennium ceſſa-
2 uerit, prout tale pactum fieri potuiſſe, non eſt dubitan-
dum, & debet attendi, cùm prouiſio hominis faciat ceſſa-
re prouiſionem legis, ex traditis in his terminis per Rot.
par.2. diuerſ. deciſ.3. num.7. &c.

Nihilominus cùm etiam ex pacto addita fuerint illa ver-
ba *ipſo facto, & ipſo iure* in effectu idem ſignificantia, ſcili-
3 cet quod adueniente caſu, in quo fuerunt appoſita, lex ip-
ſa faciat executionem, Pract. Papp. *de ſpol. poſſ. gloſ. ipſo
facto*, ac indicent, iam ſententiam eſſe latam à lege, nec
aliam Iudicis declarationem requirit Grat. *diſcept. forenſ.
cap.990. num.8.* Statim atque dominus directus animad-
uertens ceſſationem ſolutionis per triennium, illam ad ani-
mum reuocauit, declarando voluntatem ſuam abſque alia
Iudicis ſententia ipſo iure vtile dominium conſolidum fuit
cum directo, translata poſſeſſio, & factus locus deuolutio-
ni etiam in emphyteuſi Eccleſiæ, per text. *in l. 2. C. de
4 iur. emphyt.* Rol. *conſ.81. num.6. & 7.* Add. ad Pract. Papp.
loc. cit. Aſin. *in prax. §.7. cap.5. limit.48. num.3. & 4. fol.
mihi 76.* qui etſi videatur velle requiri ſententiam Iudicis,
intelligit, quando ex capite alienationis dominus directus
prætenderet deuolutionem, ſecus ſi ex capite non ſolutio-
nis canonis ſub rationem differentiæ, quam ibidem addu-
cit *ſub num.4. in fine*, & hanc partem multis relatis firmat
Rota *in Rauenaten. domus Von.22. Iuny 1576. part.2. diuerſ.
5 deciſ.28. num.4. & ſeqq.* ita vt poſſit propria auctoritate em-
phyteutam expellere Gloſ. *in d. cap. potuit verb. Expelli*,
& eadem Rot. *part.3. diuerſ. deciſ.58. lib.2.* Quod tamen
ego intelligo ſecundùm Aſin. *loc. cit.* niſi emphyteuta factis
reſiſtat, & ſe opponat, quia tunc ne dominus directus vi-
deatur ſibi ipſi ius dicere, cautius aget, ſi auctoritate Iudi-
cis vtatur, &c.

Et antequam attingamus prætenſam purgationem moræ,
præſupponendum eſt, illam fuiſſe multipliciter incurſam,
6 & contractam, primò ſcilicet per lapſum diei, qui inter-
pellat pro homine ſecundùm text. *in d. cap. potuit*, maximè
etiam ſtante iuramento, ad tradita per Euerard. *topic. loc.
à vi, & energ. iuram. num.42. & 43.* & Gratian. *diſcept. fo-
renſ. cap.579. num.12.* Secundò per multas interpellationes
extraiudiciales, quæ quidem ſufficiunt ad moram inducen-
dam, Magon. *deciſ. Flor.103.* & Menoch. *de arbitr. caſ.* 7
220. num.28. & ſeqq. Tertiò cùm ſimus in Eccleſia, cuius
fauore ipſo iure mora contrahitur, Menoch. *loc. cit. num.* 8
18. & 19. Ac denique ſtante poſtea interpellatione iudi-
ciali, quæ ſufficit non ſolùm ad inducendum moram, ſed 9
etiam ad incurrendum pœnam ad notata per DD. *in l. ne-
mo, ff. de re iud.*

Mora autem tot modis contracta, non potuit purgari
poſt quatuor menſes, & viginti dies, primò, quia illa cele-
ris ſatisfactio, qua mediante emphyteuta Eccleſiæ poteſt
ſibi proſpicere de æquitate canonica non obſtante iuramen-
to, quando ius pactis non eſt factum deterius, & re inte-
gra cùm Eccleſia ſit ſummoperè cultrix iuſtitiæ, & æquita-
tis intelligi debet de modico tempore poſt biennium arbi- 10
trio Iudicis, qui animaduertere debet an emphyteuta ſit
pauper, vel diues, an ex negligentia potius, & in contem-
ptum, quàm ex ignorantia, & impotentia omiſerit ſolue-
re, & ſimilia iuxta facti, & perſonarum qualitatem,
itaut diuitem, & proteruum in ſoluendo, arbitretur mi-
nori tempore eſſe excluſum à beneficio purgationis moræ,
quàm pauperem, vel ignorantem, quod denotat text. *in d.
cap. potuit*, dum vtitur illo verbo *ſtuduiſſet*, quod omnem
diligentiam ſtatim lapſo biennio adhibendam eſſe ſignificat,
ad moram purgandam, vt ibi, per Gloſ. *in verb. Celeri*, &
ita poſt relatas ſex opiniones in hoc articulo iudicem ad-
monet Menoch. *de arbitr. lib.2. caſ.7. in fine, vbi per tot.*
quæ dicatur celeri ſatisfactio ad hunc effectum purgationis
moræ, & illum omnes alij ſequuntur, quatenus iſtud iu-
dicis arbitrio remittit, &c.

Secundò, quia cùm emphyteuta pluries requiſitus, & 11
interpellatus fuerit, tam extraiudicialiter, quàm iudiciali-
ter, dicitur eſſe in mora geminata, quæ non poteſt purga-
ri, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.708. num.21. & cap.915.
num.5. & cap.515. num.12.*

Tertiò, quia in caſu noſtro ceſſat ratio purgationis mo-
ræ, quæ fuit ſuccurrere emphyteutæ Eccleſiæ, eo quod ha-
beat minus tempus ad ſoluendum quam emphyteuta priua-
ti, qui de iure ciuili non poteſt moram purgare, cum ex
pacto fuerit conuentum de triennio ad inſtar priuati, vn-
de nec emphyteuta Eccleſiæ iſto caſu poteſt moram purga- 12
re, quia habet annum vltra biennium à canone conceſſum,
iuxta tradita per Imol. *in d. cap. potuit num.19* quod pactum
dicitur pars contractus, & facit, vt verſemur in diſpoſitio-
ne hominis, qui potuit in conceſſione rei ſuæ apponere
conditiones, ſibi benè viſas, quo caſu ceſſat omnis purga- 13
tio moræ etiam de æquitate canonica, quæ viget ſolùm in
pœna legali, non autem in conuentionali, Pariſ. *conſ.29.
num.246. lib.2.* Rip. *in l. ſi inſulam 48. num.39. in fine, ff.
de verb. oblig.* ſequitur Gratian. *diſcept. forenſ. cap.515. n.
24. & 25.*

Quartò, quia poſt declarationem voluntatis domini di-
recti, volentis emphyteuſim eſſe deuolutam, & poſt adem-
ptam poſſeſſionem res non dicitur amplius integra, & non
poteſt mora purgari, niſi conſtet, quod dominus volun- 14
tatem mutauerit, canonem recipiendo ſine vlla proteſta-
tione, Dec. *conſ.160. in fine*, & ita tenere omnes teſtatur
Magon. *deciſ. Flor.61. num.10. & deciſ. Lucen.35. num.3.
& ſeqq.*

Quintò, quia ſtatim, quod ceſſauit emphyteuta à ſolu-
tione canonis, & dominus directus voluntatem ſuam de-
clarauit, dicitur facta executiu à lege, & non poteſt am- 15
plius mora purgari aduotata per DD. *in d. l. ſi inſulam, ff.
de verb. oblig. &c.*

Neque per receptionem canonis pro tempore præterito
ſibi dominus directus præiudicauit, ſi recepit cum prote-
ſtatione, & ſaluo iure caducitatis, nam talis proteſtatio
conſeruat ius proteſtantis, nec dicitur contraria facto, 16
cum poſſit ſimul ſtare, vt recipiat canonem temporis præ-
teriti, & emphyteutam expellat, maximè in Eccleſia,
quæ poteſt vtrumque conſequi, rem ſcilicet deuolutam,
& canones præteritos gloſ. *in d. cap. potuit in verb. Expelli
poſt medium*, Pract. Papp *libel. ad fin. præſtat gloſ. fi-
ctum num.4.* Magon. *deciſ. Flor.61. num.20. & 145. num.
14. & deciſ. Luc.35. num.5. 7. & 11.* Gratian. *diſcept.302.
num.12.*

Doctores autem, qui poſſent in contrarium allegari cir-
ca hunc articulum receptionis canonis, loquuntur, vel
quan-

quando ſumus in priuato, qui iuxta multorum opinionem
17 non poteſt vtrumque conſequi, ſed eligendo receptionem
canonis, excluditur à petitione caducitatis, vel ſi eſſemus
in Eccleſia, quando recepit etiam canones futuri temporis,
ideſt decurſos poſt iam inductam caducitatem, vel recipit
ſimpliciter ſine aliqua proteſtatione, quibus caſibus ſibi
præiudicaſſet, aliàs ſecùs per prædicta, & in his terminis
intelligi debet Guid. Pap. *deciſ.171. & deciſ. ſeq. per tot.*
cum alijs ab eo allegatis.

ARGVMENTVM.

Scriptura priuata quæ requirat, vt poſſit concurrere cum publico inſtrumento, quomodo recognoſcenda, quid ſtante pacto, vel ſtatuto quod habeat vim publici inſtrumenti. Plura de libris mercatorum, quando inter creditores priuilegia conquaſſentur, & alia notabilia in materia prælationis.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura priuata quæ requirat, vt præferatur publico inſtrumento, num.ſeqq.*
2 *Qui ſcripturam confecit non numeratur pro teſte.*
3 *Teſtes ſcripturæ priuatæ debent eſſe omni exceptione maiores.*
4 *Scriptura priuata habet vim ſolùm à die recognitionis, & quando ſecus, & num.5.*
6 *Recognitio teſtium eſt neceſſaria, vt ſcriptura præiudicet tertio.*
7 *Teſtes debet attingere tempus, quo ſcriptura fuit confecta.*
8 *Tempus quando debeat præcisè probari.*
9 *Teſtes an ſufficiat ſi dicant habere notam manum partium.*
10 *Pactum, quod ſcriptura habeat vim inſtrumenti, non præiudicat tertio.*
11 *Scriptura habens vim inſtrumenti vigore ſtatuti, præiudicat tertio.*
12 *Libri Mercatorum Florentiæ habet vim publici inſtrumenti, & hypothecam.*
13 *Libri Mercatorum de iure tribuunt ſolùm perſonalem actionem.*
14 *Scriptura à tertio ſubſcripta debet probari ordo, & mandatum de ſubſcribendo.*
15 *Liber an probet mandatum de conſignando merces Sartori.*
16 *Subſcriptio qualis eſſe debeat, vt conſtituatur hypotheca.*
17 *Scriptura probat etiam in præiudicium tertij, ceſſante ſuſpicione antidatæ.*
18 *Scriptura probat contra tertium, vbi debitum non excedit libram auri; Libra auri quot ſcutos contineat.*
19 *Scriptura qualiter recognoſcatur per comparationem.*
20 *Scriptura probat ſine recognitione, parte non opponente.*
21 *Scriptura antiqua probat ſine recognitione.*
22 *Creditor ex cauſa ſeminis, vel collatici omnibus præfertur, num.25.*
23 *Dominus fundi præfertur omnibus in fructibus.*
24 *Priuilegia conquaſſantur, quando creditores ſunt æqualiter priuilegiati.*
26 *Fructus recollecti poſt mortem debitoris non ſunt hypothecati.*
27 *Creditor habens obligationem alterius creditoris anterioris in bonis eiuſdem debitoris præfertur ex illo iure anterioris cæteris poſterioribus.*

CAPVT LXVI.

1 Fratres de Aleſſijs ſunt præferendi in concurſu, de quo
agitur, Antonio de Vellis aduerſariò, quia illi ſunt
creditores ex publico Inſtrumento, & ſolemni, obligatione
Camerali vallato, dictus autem Antonius nititur ſola
ſcriptura priuata, quæ licèt ſit anterior tempore, cùm non
habeat requiſita tradita *in l. ſcripturas, C. quæ ſit pot. in pign.*
non poteſt præferri dicto publico inſtrumento, namque
primò caret ſubſcriptione partium nempè debitoris, & creditoris
omninò neceſſaria, quando, prout in caſu noſtro,
eſt hinc inde obligatoria, ad probandum aduerſus ſecundùm
creditorem inſtrumentarium, Odd. *conſ.100. num.56.
& ſeqq.* cum alijs plenè congeſtis per Genu. *tract. de ſcript.
priuat. part.1. quæſt.16. concluſ.3. num.24. 43. & 44. fol. mihi
69. & 70.*

Secundò caret ſubſcriptione trium teſtium, in quorum
numero non computatur ille, qui ipſam ſcripturam de
ordine partium conſcripſit, Genu. *d. concl.3. n.9.* & inſu- 2
per non fuit probatum, teſtes eſſe omni exceptione maiores,
prout ad hunc effectum prælationis cùm publico In- 3
ſtrumento hæc qualitas erat de neceſſitate articulanda, &
probanda, Genu. *loc. cit. num.11. & 12.* Gratian. *diſcept.
391. num.28. & 537. per tot.*

Tertiò dicti teſtes debuiſſent, ipſam illorum ſubſcriptionem
legitimè citata parte, & iudicialiter recognoſcere, &
tunc etiam quoad vim hypothecæ inciperet, tantùm habe- 4
re prælationem à die recognitionis, cùm careat, vt ſupra
cæteris requiſitis neceſſarijs, Rodriq. *de concur. cred. part.
2. art.1. num.14.* Neguſ. *de pign. part.5. membr.2. num.47.*
Genu. latè *d. concluſ.3. num.48. & ſeqq.* & Merlin. *de pign.
lib.4. tit.1. quæſt.15. per tot.* Magon. *deciſ. Flor. 122. per
tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.501. num.14.* cum Add.
in fine illius tomi, & cap.873. num.17. Si enim haberet cætera
requiſita, & eſſet trino teſte munita retrotraheretur
huiuſmodi recognitio ad tempus confectæ ſcripturæ, &
probaret anterioritatem de tempore illius datæ etiam in
præiudicium tertij, & concurſu cuiuslibet publici Inſtrumenti,
non ſolùm quoad ſortem, ſed etiam quoad intereſſe
promiſſum ab eodem ſortis debitore, *d. l. ſcripturas, C.
qui pot. in pign.* & Durand. *deciſ.259. num.2. & ſeqq.* cum
alijs ſupra allegatis, qui etiam loquuntur in ſola recognitione
ipſius debitoris principalis, quæ quidem illi officit,
& præiudicat, non autem probat, nec præiudicat tertio,
cui medio tempore fuiſſet ius hypothecæ quæſitum, quia
ad hunc effectù vltra debitoris principalis recognitionem, 6
ipſorum quoque teſtium eſſet neceſſaria recognitio, Aret.
conſ.64. num.3. Rol. *conſ.84. num.11. & ſeqq. ad finem lib.3.*
Genu. *d. concluſ.3. num.49. 50. & 51.* Imò non ſufficit,
quod teſtes ſimpliciter recognoſcant illorum ſubſcriptiones,
ſed opus eſt, quod in depoſitione attingant, & ex- 7
primant tempus, quo ſcriptura fuit partibus ſubſcripta,
alias non præiudicat tertio, Bald. *conſ.198. num.3. lib.1.*
Caccialup. *in l. admonendi num.65. de iureiurand.* Franch.
deciſ.95. num.8. Odd. *d. conſ.100. num.65. & num.95.* Ge-
nu. *d. concluſ.3. num.51.* Tempus enim debet præcisè, & 8
concludenter probari, quando de illo principaliter quæritur,
& eſt deciſum quæſtionis, prout in caſu noſtro, Gratian.
*diſcept. forenſ. cap.721. num.33. cap.874. num.44. &
948. num.25.*

Ac etiam tales teſtes, producti ſuper recognitione ſcri- 9
pturæ, debent dicere, ſe fuiſſe præſentes, & vidiſſe, dum
ſcriberetur à partibus, & quod de illa benè reminiſcuntur,
aliàs nihil probant, adeò vt non ſufficeret, ſi dicerent ſe
habere caracterem ipſarum partium notum, & familiarem,
Add. ad Pract. Pap. *for. oppoſit. contr. inſtrum. gloſ. vlt. num.
3.* Rot. *part.2. diuerſor. deciſ.124. num.1.* Menoch *de arbitr.
conſ.114.* Magon. *deciſ. Flor.81. num.5.* Genu. *d. concluſ.3.
num.52.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.335. num.20. &
ſeqq. & cap.710. num.10. 30. & ſeqq.* vbi quod in aliquibus
locis aliter ſeruatur de ſtylo, & latiùs *in cap.895. num.30.
& per tot.*

Neque obſtat, quod dicta ſcriptura priuata habeat ex
pacto, & conuentione partium vim, & efficaciam publici
inſtrumenti, quia cùm careat cæteris requiſitis neceſ-
ſarijs, tale pactum operatur tantùm inter ipſas partes, & 10
non præiudicat tertio, Mantic. *de tacit. & ambigu. lib.11.
tit.24. num.6.* Genu. *d. tract. lib.1. quæſt.16. concluſ.2. num.
44. fol. mihi 66.* quidquid ſit, quando ipſa ſcriptura priuata
non ſolùm ex conuentione partium, ſed vigore ſtatuti,
vel conſuetudinis haberet vim, & efficaciam publici in-
ſtrumenti, quia iſto caſu licèt carere requiſitis, *l. ſcriptu-* 11
ras, C. qui pot. in pign. ſecundùm multos haberet omnia
priuilegia, & prælationes etiam in præiudicium tertij, publicum
inſtrumentum poſterius habentis, vt latè probat
Genu. *d. concluſ.2. num.28. & ſeqq. fol. mihi 65.* Gratian. *di-
ſcept.171. per tot.* Sicuti videmus in libris mercatorum Flo- 15
rentiæ, qui vigore ſtatuti, partitis ſumptis, & exemplatis
de commiſſione Iudicis, habent vim publici inſtrumenti,
& continent hypothecam bonorum debitoris, adeò vt retrotrahatur
ad tempus formatarum partitarum, & in concurſu
cum publicis inſtrumentis attendatur anterioritas
tem-

temporis, quod generale eſt in quacunque ſcriptura pri-
uata, habente vim publici inſtrumenti vigore ſtatuti, vel
conſuetudinis, vt ſupra, Neguſ. *de pign. part. 5. membr. 2. num. 47. & ſeqq.* pulchrè Gratian. *deciſ. Marchia* 203. *per tot.*
& facit *in cap. 391. per tot.* & quoad partitas librorum ſe-
quitur Magon. *deciſ. Flor.* 122. *num. 9. & ſeqq.* vbi tamen
13 quoad alias ſcripturas priuatas contrarium firmat, non ob-
ſtante dicto ſtatuto, & quod libri mercatorum, aliàs ceſſan-
te huiuſmodi ſtatuto tribuant ſolùm perſonalem actionem,
& non hypothecariam, tradit idem Magon. *deciſ. Flor.*
76. num. 7.
14 Quartò, quia dicta ſcriptura non fuit ab ipſo debitore
ſubſcripta, ille enim neſcit ſcribere, ſed à tertiò quodam
de illius ordine, & mandato, vt aſſeruit in ſubſcriptione,
quo caſu, non ſolùm debet quoad manum, & characte-
rem recognoſci, ſed etiam debet probari aſſertus ordo,
& mandatum debitoris de illam eius nomine ſubſcriben-
do per duos teſtes, cùm aſſertioni ſolæ ipſius ſubſcriben-
tis non credatur, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 767. num. 56. & ſeqq. & cap. 948. num. 15.* cum alijs per Poſth. *tract. de manutent. obſeru. 98. num. 10. & ſeqq.* idem Gratian. *di-
ſcept. 727. num. 6. & num. 14.* Et idem eſt in libro merca-
15 toris, per quem non probatur ordo, & mandatum,
ſi is, qui recipit merces, dicat, ſe illas recipere nomine
alterius, vt ſolent facere ſartores in multis locis, nec aſ-
ſertioni talis ſic nomine alterius accipientis merces, cre-
dendum eſt in præiudicium tertij abſentis, quem non eſt
æquum obligari ex facto alterius, niſi aliundè probetur
illius ordo, & mandatum, vel præſentia, Gratian. *di-
ſcept. forenſ. cap. 171. num. 8.* & latiùs *in cap. 727. num. 6. & ſeqq.*
Quintò additur, non conſtare de hypotheca in dicta
ſcriptura priuata, cùm ad hoc, vt poſſet dici conſtituta hy-
16 potheca, fuiſſet neceſſarium in ſubſcriptione de illa men-
tionem facere, nec ſufficit approbaſſe, & confirmaſſe quod
ſupraſcriptum eſt quaſi debitum, & hypotheca ſint diuerſa,
vnde approbata ſcriptura per ſubſcriptionem quo ad debi-
tum, non videtur approbata quo ad hypothecam, niſi de
illa fiat mentio, vt voluit Odd. *conſ. 100. num. 66.*
Illud tamen non eſt omittendum circa diſpoſitionem
d. l. ſcripturas, quòd cùm omninò fundetur in ſuſpicione
fraudis, quæ per antidatam committi poſſet, non haberet
locum quotieſcumque per veras probationes, vel ſimiles
coniecturas ceſſaret ſuſpicio antidatæ, quia tunc ſcriptura
17 priuata, etiam ceſſantibus requiſitis, *d. l. ſcripturas*, pro-
bationem faceret de tempore in præiudicium tertij, & pu-
blici inſtrumenti poſterioris, Grat. *diſcept. forenſ. cap. 391. num. 2. & ſeqq. & cap. 964. num. 28. & 29.* Magon. *deciſ. Flor. 122. num. 10. &c.*
Sicut etiam non haberet locum, quando debitum in
ſcriptura contentum non excederet libram auri, quia tunc
duo teſtes ſufficerent, ne pro rebus exiguis maximas atti-
18 tiones homines ſuſtineant, libra autem auri antiquitus erat
ſcutorum ſeptuaginta duorum, hodie verò, cum aurei
noſtri ſint minoris ponderis, continet ſecundùm aliquos
ſcutos nonaginta ſex, vel ſecundum alios centum, & ſe-
ptem, vel centum, & viginti, idem Gratian. *diſcept. 51. num. 1. & ſeqq.*
Qualiter autem ſcriptura priuata ſit recognoſcenda per
19 comparationem litterarum, & quomodo ad hunc effectum
ſint eligendi periti, Menoch. *de arbitr. caſ. 114. per tot.*
Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 235. num. 20. & cap. 419. num. 9.*
Magon. *deciſ. Flor. 81. num. 3. & per tot.* & omninò Poſth.
de manut. obſer. 98. per tot. Et quod etiam non recognita,
20 fidem faciat, parte non opponente, & ſi in termino dato
ad opponendum, nihil datum fuerit, eo elapſo, non
poteſt opponi de defectu recognitionis, & valet ſenten-
tia, etiam non facta recognitione, quæ ſemper fieri po-
teſt, quando pars opponit, Gratian. *diſcept. 551. num. 37. 667. num. 10. 944. num. 28.* cum alijs per Poſth. *d. obſer.*
21 98. & ſequitur Duran. *deciſ. 18. num. 23. & 24.* Et ſtan-
te temporis antiquitate, probat ſine recognitione, Put.
deciſ. 151. lib. 1. Gratian. *diſcept. 653. num. 61. 754. num. 23. & 857. num. 19.*
Sed redeundo ad caſum noſtrum, quatenus etiam dicta
ſcriptura probaret, adhuc fratres de Aleſſijs veniunt præ-
22 ferendi, nam illorum creditum eſt ex cauſa ſeminis mu-
tuati, & boum, qui terras, ex quibus frumentum,
de quo agitur, fuit recollectum, arauerunt, vnde ratione
ſeminis, collatici, & expenſarum culturæ, ipſi ſunt om-
ninò præferendi cuicumque creditori, etiam anteriori;
Gaſpar. Anton. Theſ. *quæſt. 29. num. 2. & per tot. lib. 2.* Ma-
reſcot. *var. reſol. lib. 2. cap. 76. num. 29. & cap. 108. num. 1. &
ſeqq.* Sicut etiam ſunt præferendi tanquam domini fundi, 23
cùm dominus fundi locati ſit præferendus in fructibus ex
fundo perceptis alijs creditoribus, habentibus etiam ante-
riorem hypothecam, vt latè per Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 25. per tot.* & latiùs *in cap. 953. per tot.* Si autem iſti credi-
tores priuilegiati ſimul inter ſe concurrerent, tunc vtriuſ-
que priuilegia conquaſſarentur, & cæteris paribus eſſet ſer-
uandus ordo temporis, & regula qui prior tempore, potior 24
iure, vt videtur firmare Merlin. *de pign. lib. 3. tit. 1. qu. 13.*
& Gratian. *diſcept. 935. num. 37.*
Neque obſtat, quod etiam aduerſarius prætendat, ſuum
creditum eſſe occaſione laborerij boum, quia illius apocha
hoc non exprimit, neque probatur, quod terræ fuerint
cultæ cum dictis bouibus, vt erat neceſſe probare, prout 25
noſtri teſtes hoc benè probant, terras fuiſſe cultas, & ſatas
cum dictis beſtijs, & frumento, quod etiam fatetur debi-
tor in inſtrumento, &c.
Præthereà fructus, ſuper quibus modò fit concurſus, fue-
runt recollecti, mortuo iam debitore communi, vndè ſe-
quitur, quod cùm dicti fructus nunquam fuerint in domi- 26
nio debitoris, non poteſt ſuper illis cadere hypotheca, vt
benè, & latè comprobat videndus Surd. *deciſ. 97. num. 7. 11. 12. & 13. &c.* adde plenè Ger. Spin. *conſ. 57. & 58.* Card.
Tuſch. *litt. F. concl. 488. per tot.* plenè Marcian. *diſput. 58. per tot.* Griuel. *deciſ. 51. per tot.* & in mea Summa §. *fructus num. 35. & 40.*
Accedit etiam, quod concurrit obligatio matris ipſius de-
bitoris ad fauorem dictorum fratrum, quæ quidem mater,
ſicuti eſt anterior pro ſuis dotibus dicto Antonio de Vellis 27
aduerſario, ita etiam ex iure dictarum dotium ipſi fratres de
Aleſſijs ſunt præferendi dicto Antonio etiam in cauſa priui-
legiato, & illis anteriori, ad tradita per Theſaur. *d. q. 29. in fine*, vbi infert ad commodatum ſemen, & refert per Sena-
tum Pedemontanum ita fuiſſe iudicatum.

ARGVMENTVM.

Legatum qualiter fiat caducum, an vnus ex hæredibus poſſit in ſolidum conueniri pro dote. Grauamen expreſſum in vno caſu, an procedat in alio, & quid ſi teſtator viuens tradat rem legatam.

SVMMARIVM.

1 *FAlſi ſpecies.*
2 *Diſtinctio vnius caſus ab altero quid operetur.*
3 *Legatum efficitur caducum per mortem legatarij ante teſtatorem.*
4 *Vnus ex hæredibus an poſſit in ſolidum conueniri pro dote, num. 5.*
6 *Dos ſoluto matrimonio non dicitur propriè dos.*
7 *Hæres conuentus in ſolidum pro dote repetit à cohæredibus.*
8 *Hæres quando dicatur grauatus, vt cohæredes liberet à moleſtijs.*
9 *Legatarius dicitur quicunque oſtendit ſua intereſſe legatum præſtari, num. 21.*
10 *Conditio dicitur appoſita ad reddendum grauamen conditionatum.*
11 *Teſtator ſi non diſpoſuit in caſu, quem cogitauit, dicitur noluiſſe.*
12 *Grauamine expreſſo in vno caſu, & in alio omiſſo, teſtator dicitur voluiſſe grauare tantum in expreſſo.*
13 *Voluntas non præſumitur vbi non fuit expreſſa.*
14 *Legatum dotis dicitur ademptum ſoluta dote per ipſum teſtatorem.*
15 *Teſtator tradens rem legatam an faciat donationem inter viuos.*
16 *Legato ſoluto per teſtatorem non amplius competit actio contra hæredes.*
17 *Teſtator quid poſteà voluerit non attenditur, ſi tempore teſtamenti noluit.*
18 *Diuinare non debemus, & extraneas interpretationes inducere.*
19 *Legatarius non dicitur ex ſolo intereſſe, niſi eius contemplatione factum ſit legatum, & num. 20.*
22 *Ratio non eſt quærenda, cur teſtator tali modo non diſpoſuerit.*

23 *Legatum præſumitur relictum intuitu perſonæ nominatæ, & non aliorum.*
24 *Lucrum dotis efficitur proprium patrimonium viri.*
25 *Coniectura ſuperfluitatis admodum leuis, & infirma.*
26 *Superfluum non dicitur, quod ad maiorem declarationem adijcitur.*
27 *Superfluum non dicitur, quod venit ad declarationem eorum, quæ tacite inſunt.*
28 *Superfluitas potius toleranda quàm grauamen tertij.*
29 *Hæres quando dicatur grauatus vti miniſter, & repetat à cohæredibus.*
30 *Hæres qui ſoluit æs alienum, quando fundum æquiualentem habere debeat.*
31 *Miniſter, & executor in dubio quis potius præſumitur quàm grauatus.*
32 *Liberatione legata ad quid hæres teneatur.*
33 *Grauamen in dubio non præſumitur.*
34 *Verbum*, diuidere, *communionem ſupponit.*

CAPVT LXVII.

1 HIeronymus quondam N. tribus hæredibus inſtitutis, fecit tale legatum: *Item per ragione di legato laſcio à Madonna Maria ſua Moglie le ſue doti, che importano come diſſe lire a 100. bol. da pagarſeli dall' infraſcritto Antonio ſuo herede ſe ſopramuerà à detto teſtatore detta Donna Maria, & in ogni caſo, che detta Donna Maria moriſſe innanzi al detto teſtatore, vuole il detto teſtatore, che la metà dello doti di detta Madonna Maria à lui ſpettante doppo alla ſua morte, ſi diuidano in tre parti, cioè vna parte all' infraſcritto Antonio di Giouanni, vna parte à gl' infraſcritti Matteo, e Caſſiano di Gio: Maria, e l' altra parte à gl' infraſcritti Battiſta, o Matteo di Aleſſandro, &c.*

Cùm autem dicta Domina Maria deceſſerit viuo adhoc teſtatore, dubitatur, an dictus Antonius vnus ex hæredibus inſtitutis, ſicuti reperiebatur grauatus prælegato dictæ dotis ſi dicta Maria ſuperuixiſſet dicto teſtatori, ita etiam eodem modo intelligatur grauatus in ſecundo caſu mortis ante teſtatorem reſtituere ſaltem medietatem dictæ dotis hæredibus ipſius Mariæ prædefunctæ, alteram verò medietatem per ipſum teſtatorem ſuperlocratam vigore ſtatuti, inter ipſos hæredes diuidendam ipſis cohæredibus de ſua portione ſoluere, ac in vtroque caſu Antonium non eſſe grauatum exiſtimo; in primo enim caſu cùm fuerit grauatus ſub illa conditione *ſi Maria ſupramuerit*, conſtat, teſtatorem voluiſſe tunc, & eo caſu ſolùm eſſe
2 grauatum, & non in caſu ſuperuiuentiæ teſtatoris, quem à primo diſtinxit, quia ſi voluiſſet, in omnem euentum teneri, non opus erat tali diſtinctione, ſed ſatis fuiſſet, & facilius ipſi teſtatori dicere ſimpliciter, Antonium teneri pro dicto legato dotis abſque eo, quod dictam conditionem apponeret argumento, *l. ſi is legatum, §. ſi ita, ff. de condit. & demonſtrat. l. vxori vſumfructum, ff. de vſufr. leg.* & conditio ſi euaneſcat nihil ponit in eſſe, *l. cedere diem, ff. de verb. ſignif. l. ſi quis ſub conditione, ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam.*

Quæ quidem conditio etiam erat à lege ſubintellecta, nam ex iuris diſpoſitione ſi moriatur legataria, prout in
3 caſu noſtro ante teſtatorem, legatum euaneſcit, & efficitur caducum, nec tranſmittitur actio ad hæredes, *§. ſi eadem res Inſt. de legat. & l. vn. §. pro ſecundo, C. de caduc. toll.* & ſic patet, hæredes Mariæ nullam ex dicto legato habere actionem, ad repetendam medietatem dotis contra dictum Antonium, niſi tanquam contra vnum ex hæredibus pro rata ſua, &c. licèt enim ſecundùm aliquorum
4 opinionem fauore dotis poſſit vnus ex hæredibus in ſolidum conueniri pro dote, ſalua tamen ei actione repetendi portiones, tangentes cohæredibus, præcipuè vbi ſic conſtat eſſe de mente teſtatoris, *l. cum ab vno, ff. de leg. 2.* Afflict. *deciſ. 332. num. 2.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 16. num. 15.* Nihilominus contraria opinio verior reputatur, vt vnuſquiſque debeat pro rata conueniri, cùm ipſo iure
5 ſit inter eos diuiſa obligatio iuxta portiones hæreditarias, licèt defunctus eſſet inſolidum obligatus, niſi expreſsè conſtet de mente teſtatoris, vt per Surd. *deciſ. 90. per tot.* Franc. *deciſ. 581.* Gizzarel. *deciſ. 50. per tot.* & alij relati per Excellentiſſimum D. Angelum de Accoltis Aduocatum Florentinum in quodam ſuo reſponſo impreſſo in cauſa Dominorum de Summaia *in cap. 3. de anno* 1642. *&c.* prætetquam quod in caſu noſtro ceſſat omnis fauor 6
dotis, ſoluto matrimonio per mortem vtriuſque coniugis, nec amplius in effectu, & propriè dos appellari poteſt, ad tradita per Socin. iun. & alios *in Rubr. ff. ſolut. matrim. &c.* Et vtcumque ſit hæredes Mariæ non mouerunt hanc actionem in ſolidum aduerſus Antonium, qui etiam tali 7
caſu poſſet per actionem familiæ erciſcundæ repetere à cohæredibus portiones, eis tangentes, vt firmant Afflict. Gratian. & alij, qui ex aduerſo allegari poſſunt, &c.

Difficultas itaque verſatur, an cohæredes Antonij pro hæreditarijs ſuis portionibus conuenti, habeant actionem ex teſtamento contra dictum Antonium, vt illo- 8
rum defenſionem ſuſcipiat, & ſoluendo, eos à moleſtijs liberet, iuxta *l. ſi filia, §. idem Papinianus, ff. famil. erciſ.*

Et quidem fauore cohæredum videbatur reſpondendum per *tex. in l. ſeruo legato, §. ſi teſtator, ff. de leg. 1. l. fideicommiſſa, §. plerumque, & §. interdum, ff. de leg. 3. cum concordantibus*, vbi habetur, quod non ſolum is, cuius nomen reperitur expreſſum in teſtamento, eſt habendus pro 9
legatario, ſed etiam quicunque oſtendere poteſt ſua intereſſe legatum præſtari. Cùm itaque in relata facti ſpecie duplex reperiatur legatum, nempè vnum reſpectu Mariæ vxoris teſtatoris, quod per eius obitum iam caducatum eſt, alterum verò reſpectu cohæredum, quorum nomen, licèt non ſit ſcriptum, tamen quia præcipuè circa illorum intereſse verſatur (ſi enim legatum præſtetur ab Antonio ipſi remanent liberati) dicendum eſt, eos quoque pro legatarijs haberi, Gabriel. *conſ. 129. num. 17. lib. 1.* Afflict. *deciſ. 240. num. 9.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 4. num. 8.* Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 2. quæſt. 16. num. 17.* Et hoc legatum adhuc manet in ſuo robore, quia licet extincta ſit perſona, in quam verba erant directa, tamen remanſerunt cohæredes Antonij, quorum contemplatione videbatur relictum legatum, & quorum intereſt præſtari, & ſic ipſi agere poterunt contra Antonium, vt eorum defenſionem aduerſus hæredes Mariæ ſuſcipiat pro medietate, & alteram medietatem illis de ſua portione ſoluat, & ſic integram dotem ipſe ſolus reſtituat *d. §. idem Papinian.* & Bart. *conſ. 26. &c.*

Verùm, his non obſtantibus pro Antonio omninò concludendum exiſtimo, licèt enim illa conditio *ſi Maria vxor ſuperuiuet*, non videatur ſimpliciter reddere conditionatum grauamen Antonij, ſed quo ad ſummam pro dote ſoluendam, nempè vt ſuperuiuente vxore, tota dos ſolueretur, ea verò præmoriente dimidia tantùm. Nihilominus cùm teſtator legatariam nominauerit Mariam, vtique non erat, cur ſuperuiuentiæ conditionem apponeret, niſi voluiſſet oſtendere, quod illa præmoriente, Antonius non intelligeretur grauatus, cùm aliàs vt dictum eſt, præmoriente legatario, legatum non debeatur, & ſic præmortua Maria abſque illa expreſſione, legatum remanſiſſet caducatum, nec amplius dos poſſet prætendi, niſi pro medietate; igitur dicendum eſt, teſtatorem ideò illam conditionem appoſuiſſe, vt ſimpliciter redde- 10
ret conditionatum grauamen Antonij, *arg. l. ſi quando, ff. de leg. 1. in prin. l. generali, §. 1. de vſufr. leg. cum ſimilibus, &c.*

Quòd magis dicendum eſt ex vulgata iuris regula, grauamen iniunctum in dubio non præſumi, & non extendi de perſona ad perſonam, neque de caſu ad caſum, niſi adſint coniecturæ valdè probabiles, & neceſſariæ, ac à lege approbatæ, quæ non ſolum deficiunt in caſu noſtro, ſed potius extant in contrarium ad fauorem Antonij, & præcipuè illa, quæ deſumitur *ex l. vn. §. ſin autem ad deficientes, C. de cadnc. toll.* vbi habetur regula, quod teſta- 11
tor, ſi expreſsè non diſpoſuit in caſu, quem cogitauit, & quo faciliter, ſicut in alio poterat diſponere, in eo noluiſſe diſponere præſumitur, Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 10. num. 5.* Cùm ergo Hieronymus teſtator in caſu noſtro præ oculis habuerit vtrumque caſum, nempè ſuperuiuentiæ Mariæ vxoris, & illius præcedentiæ, nec in hoc, quod ei facillimum fuiſſet Antonium grauauerit, dicendum eſt, quod eum grauatum eſſe noluerit, ſed hunc caſum iuris communis diſpoſitioni reſeruauerit, qua æqualiter honorati ad æqualia onera cenſentur vocari, &c.

Neque obſtat, vtrumque caſum æquè comprehendi in verbis legati, quia omiſſa conſideratione repugnantiæ verborum, reſpondetur. Quod imò ex quo vterque caſus

re-

reperitur expreſſus in verbis legati, & eadem erat ratio in
vtroque vt exprimeretur, Antonium eſſe grauatum, ſequi-
tur quod expreſſo grauamine in vno, in alio verò omiſſo,
teſtator intellexerit, illum tantùm grauare in primo, non
autem in ſecundo, vis enim prædictæ regulæ in eo conſi-
ſtit, quod teſtator in vno caſu grauamen expreſſit, in alio
verò tacuit, & ideò grauare noluit, quia eadem ratio, vt
etiam in alio grauamen exprimeret, ſi ita voluiſſet Ga-
briel. *conſ.96. num.35. lib.1.* Socin. iun. *conſ.3. num.6. &
conſ.114. num.21. lib.1.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.446.
num.9. &* 10.

Nec releuat, tacitam voluntatem expreſſæ æquiparari,
quia alia eſt quæſtio, an tacita voluntas vbi colligi poteſt,
ſit æquiparanda expreſſæ ab ea, an expreſſo vno caſu,
& alio, cuius eadem erat ratio, vt exprimeretur præter-
13 miſſo, præſumatur in eo tacita voluntas, hic verſamur in
hac ſecunda quæſtione, & dicimus non præſumi, quod
inſit hæc tacita voluntas, vbi non fuit expreſſio facta,
Peregr. *de fideicommiſſ. art.11. num.5.* cum alijs ab eo alle-
gatis, &c.

Altera coniectura pro Antonio vrgens ex eo deducitur,
quod cùm teſtator ante oculos habuerit, & conſiderauerit
caſum, quo ipſe ſuperuiuere poſſet vxori, vtique cogitauit,
& deſtinauit de reſtituenda per ſe ipſum hæredibus vxoris
14 medietate dotis, quæ reſtituta, ademptum ſtatim fuiſſet
legatum dotis, & liberationis cohæredum, *l. fideicommiſ-
ſa, §. ſi rem ſuam, ff. de leg.3. l. quid ergo, verſ. Item agen-
te, ff. de liber. leg.* & non de grauando, vel diminuendo
tantùm portionem Antonij, niſi probaretur teſtatorem
non ſolùm ius liberationis, ſed abſolutè illam quantitatem
prælegaſſe, quod nullo modo argui poteſt, iuxta *l. crediter,
ff. de liber. leg.* ergo teſtator in caſu, quo ſuperuiueret vxo-
ri, non cogitauit de liberandis cohæredibus Antonij, &
ipſo tantùm grauando, ſed ſolùm de ſoluendo per ſe ipſum
15 debito de bonis ſuis, & proprio patrimonio, & quando
teſtator ipſe viuens præſtat rem legatam, ſiue faciat lega-
tum tranſire in donationem inter viuos cum ſuis effecti-
bus, iuxtà opinionem Bartol. *in l. legatum, ff. de leg.2.* Aſ-
flict. *deciſ.275. num.6.* de quo latè Gratian. *diſcept. forenſ.
cap.251. num.26. & ſeqq. & cap.910. num.6. & ſeqq.* Magon.
16 *deciſ. Lucen. 28. num.10. & ſeqq.* Siue etiam adhuc legati
nomen, & effectum retineat, tamen pro eo iam adimple-
to, non amplius competit actiu, *l. Lucius 1. ff. de leg.2.* nec
amplius contra hæredes peti poteſt, Gratian. *diſcept. forenſ.
cap.570. num.37.* Magon. *dec. Flor.13. num.24. & deciſ.
Luc.28. per tot.*

Reſpectu itaque maioris partis dictæ dotis per ipſum
teſtatorem ſuperuiuentem reſtitutæ, non eſt dubium,
quod legatum fuit ademptum, & omnium portio æqua-
liter diminuta, ſed idem quoque dicendum eſt de parte
non reſtituta, cùm ſatis ſit, quod teſtator non cogitaue-
rit de grauando Antonium in hoc caſu iuxta ſuperiùs di-
cta, ſed putauerit ſe ipſum totam medietatem dotis hære-
dibus vxoris prædefunctæ reſtituturum, quam poſteà li-
cet in totum non reſtituerit, fuit per accidens ex indulgen-
tia ipſorum hæredum vxoris, non petentium, ad quem
caſum, licèt potuerit aduertere, non eſt credendum ad
eum, tanquam de accidenti applicuiſſe, & voluiſſe ſuam
diſpoſitionem, & voluntatem (ſi voluiſſet, vt fertur de
liberandis cohæredibus Antonij) fundari in contingen-
tia euentus incerti, quo hæredes vxoris illum pro dote
non vrgerent; nec obſtet perſeueratio Teſtatoris vſque
ad obitum cum eodem teſtamento, licèt videret hære-
des vxoris non vrgere pro integra reſtitutione medietatis
dotis, & ſic eum ſenſiſſe, vt adhuc remaneret prælega-
tum liberationis, ſaltem pro quantitate per eum non re-
ſtituta fauore cohæredum, quia eſſet ſupponere, quod
tempore conditi teſtamenti teſtator ſenſerit de liberandis
cohæredibus, etiam ſi ipſe ſuperuiueret, quod à veritate
17 alienum ſupra demonſtratum fuit, & eſſet ſuppoſitio de
eo, quod principaliter quæritur, & conſequenter conclu-
dendum eſt, non attendi, quid poſteà potuerit velle,
ſi tempore teſtamenti noluit, Gabriel. *conſil. 113. num.13.
vol.1.* Mantic. *de coniectur. vltim. voluntat. lib.3. tit.11.
num.22. &c.*

Minus officit, teſtatorem potuiſſe etiam caſu, quo ipſe
dotem reſtituiſſet, diſponere, vt Antonius teneretur in
ſumma pro dote ſoluta, *arg. l. tres tutores in fine, ff. de ad-
min. tut.* Quia ſi ei fuiſſet cordi, quod dicitur, & ſenſiſſet
de grauando Antonio etiam in caſu, quo ipſe dotem reſti-
tueret, debuiſſet hoc in teſtamento exprimere, & diſpo-
nere, cùm communis, & prudens norma teſtandi ſit, ita
teſtari, & diſponere, quaſi non amplius teſtator teſtaturus,
& diſpoſiturus ſit, & ita mentem ſuam exprimere, vt non
opus ſit extraneis interpretationibus, cùm autem nullum
indicium habeamus de prædicta mente, non debemus diui-
nari, & extraneas interpretationes admittere vulg. iurib. 18
argumentum enim *dict. l. tres tutores procederet*, quo-
ties poſt teſtamentum factum aliquid inopinatum acci-
deret, quod huic ſpeciei applicari non poteſt per ſupra-
dicta, &c.

Reſtat modo reſpondere contrarijs adductis ſupra, ad
oſtendendum, quod cohæredes Antonij poſſint dici lega-
tarij, & eis competat actio ex teſtamento, vt illos liberet à
dicto debito dotis. Vnde pro reſponſione animaduerten-
dum eſt, quod ad hoc, vt quis dici poſſit legatarius, non
ſufficit oſtendere, ſua intereſſe legatum præſtari, ſed ne-
ceſſe eſt ſcire an, & quatenus eius contemplatione ſit reli- 19
ctum, nam plerumque euenit multorum intereſſe id, quod
relinquitur, ſed teſtatorem voluiſſe vni tantùm honorem
habitum, multumque intereſt, cui voluerit proſpectum,
cuiuſque contemplatione teſtator reliquerit, *d. l. fideicom-
miſſa, §. plerumque, & §. interdum*, & ſic duo copulatiuè
requiruntur, ſcilicet quod interſit, & quod eius contem- 20
platione, & gratia relictum ſit legatum, *gloſ. in l.3. §. con-
ſequenter verbo Crediteris, ff. de lib. legat.* Gratian. *diſcept.
forenſ. cap.446. n.18.*

Cùm igitur non oſtendatur, teſtatorem voluiſſe in ſu-
pradicto caſu, proſpectum habere cohæredibus, imò nul-
lam eorum contemplationem habuiſſe, probatum ſit, non
eſt cur ſe legatarios prædicent, etſi de illorum intereſſe
agatur, vnde iura allegata in contrarium, vel non faciunt
ad rem, vel potiùs retorquentur. In caſu verò Bart. te-
ſtator nullam loci habuit rationem, vnde nil mirum, ſi Ec- 21
cleſia eo destructo in alio debeat ædificari in honorem Bea-
tæ Virginis, cuius intuitu principaliter diſpoſuit, & ita
auctoritates allegatæ intelliguntur iuxta iura, vt ſupra ex-
plicata, &c.

Quòd verò dicitur, hos caſus integræ dotis, vel medie-
tatis tantùm reſtituendæ, non eſt diſtinguendos, ſed ex
identitate rationis, & effectus eſſe vnum, & idem (eadem
namque ratio liberandi cohæredes à ſolutione dotis ſemper
viget,) & conſequenter grauamen Antonij pro dote præ-
ſtanda abſolutè intelligendum eſſe in vtroque caſu. Non
obſtat primò, quia hi caſus ex verbis teſtamenti apparent
omnino diſtincti, & ſeparati, ſecundò, quia vt demonſtra-
tum eſt, teſtator ſibi reſeruauit ſecundùm caſum medieta-
tis reſtituendæ, nec in eo ſenſit de Antonio tantùm gra-
uando, quo ſtante, non eſt quærenda ratio, cur teſtator 22
non item fuerit ſollicitus pro liberandis cohæredibus eo ſu-
peruiuente, ex allegatis per Menoch. *lib.5. tit.6. num 4. &
lib.6. tit.14. num.1. & 2.* & in dubio legatum cenſetur reli- 23
ctum intuitu, & contemplatione perſonæ nominatæ tan-
tùm, & ſic Mariæ, non autem aliorum per *text. in l. fin. vbi
gloſſ. C. de vſufr.* cum alijs per Menoch. *de præſumpt. lib.3.
præſumpt.28. num.17.*

Vltimò hæc ex aduerſo coniectura ferri poteſt ex illis
verbis, *Vuole detto teſtatore, che la metà delle dote à lui
ſpettante ſi diuida in egual portione, &c.* quaſi videatur in-
nuere aliam medietatem fore reſtituendum ab Antonio,
aliàs dicta verba eſſent ſuperflua, & otioſa, cùm talis di-
uiſio à lege ipſa veniat, illud enim lucrum medietatis do-
tis effectum fuit patrimonium teſtatoris, & deductum à
dote vxoris præmortuæ, tamquam ſibi debitum, & non 24
propriè, vt lucrum, Dec. *in l. reprehenda, C. de Inſtitut.
num.7.* Gabriel. *conſ.101. num.10. lib.1.* ergo non debet,
vt ex dote prouueniens, conſiderari, ſed de eo iudican-
dum eſt, pro vt cæteris bonis ipſius teſtatoris, & conſe-
quenter, præciſis etiam illis verbis, diuiſionem denotan-
tibus, diuidendum erat inter ipſos cohæredes, niſi dica-
tur illud operari, vt teſtator præ oculis habens caſum,
in quo poſſet medietatem dotis acquirere, voluerit, ad
omnem dubietatem tollendam, declarare, quod etiam
Antonius in præcedenti caſu grauatus, deberet æqualiter
admitti ad huiuſmodi lucrum, *iuxta reg. ſecundum naturam
de reg. iur.*

Prætereà, quod coniectura à ſuperfluitate ducta non
eius negotij reputatur, vt cogat à ſupra firmatis recede-
re, & in conflictu aliarum coniecturarum tenuis eſt admo- 25
dum, & infirma, Mantic. *de conieƈt. lib.& tit. fin. n.40.* &

à qualibet minima ratione proſternatur, nec dicitur ſu-
perfluum, quod maiores expreſſionis gratia adijcitur, pro-
ut factum fuit in caſu noſtro, Magon. *deciſ. Florent.* 146. *n.*
16. *& dec.* 57. *num.* 35. Rot. Rom. *in Bononien. fideicommiſſi*
27. *Nouembris* 1637. coram Pirouano *in Nouiſs. par.* 7. *dec.*
248. *num.* 20. & ſuperfluum non eſſe, quod venit ad decla-
27 rationem eorum, quæ tacitè inſunt colligitur ex *l. qua
dubitationis, ff. de reg. iur.* Magon. *deciſ. Florent.* 37. *num.*
28 39. ac potiùs ſuperfluitatem eſſe tollerandam, quam quod
inducatur grauamen tertij contra ius diſpoſitionem, pro-
bat idem Magon. *deciſ. Florent.* 117. *n.* 18. *& deciſ. Lucen.*
30. *num.* 24.

Quinimò etiam ſi Maria legataria ſuperuixiſſet teſtato-
ri, & ſic licet eſſemus in caſu, in quo Antonius fuit graua-
tus ſolutione dotis, & in legato non caducato, ſed per
eum implendo, cùm tamen non appareat teſtatorem intel-
lexiſſe eum de proprio teneri, ſed potiùs voluiſſe inter ip-
ſos cohæredes æqualitatem ſeruare, non extra tramites iu-
29 ris eſſet dicere, Antonium tamquam ſimplicem miniſtrum,
& de quo teſtator magis confidebat fuiſſe electum, ad ſol-
uendum dictam dotem de bonis hæreditarijs in communi,
& non de propria portione, vel ſalua ſibi actione repeten-
di portiones cohæredibus tangentes, per *text. in l. cum ab
vno, ff. de leg.* 1. *& in l. ſi vni, alias l. ſi filia, §. idem Papi-
nianus, ff. famil. erciſc.* vbi legato mulieri pro dote fun-
do, & ſi nollet fundum grauato cohærede pro dote redden-
30 da, ſi mulier eligat dotem habere à cohærede, dicitur
fundum eſſe grauati, quia ſuſtinet æs alienum, & quia
tale legatum cenſetur factum contemplatione ſolius mu-
lieris, & non cohæredum, ac ideò non eſt mirum, ſi gra-
uatus debeat releuari, accipiendo fundum æquiualentem
de bonis hæreditarijs, vt inquit *tex. cohæres, qui vnus æris
alieni ſuſcepit officio Iudicis legatum conſequitur, niſi teſta-
31 tor aliud dixerit*, cuius tex. deciſio non fundatur in ratio-
ne commodi, & incommodi, ſed in eo, quod teſtator co-
hæredem grauauit intuitu ſolius mulieris, non autem vt
alios cohæredes liberaret, ac in dubio quis potiùs præſu-
mitur miniſter, & merus executor, quam grauatus de
proprio argumento, *l. ſi quis Titio, & l. Lucius, §. à te peto,
ff. de leg.* 2. ſicuti denotant illa verba, *da pagar ſeli*, quæ
adiecta poſt legatum Mariæ factæ, videntur merum fa-
ctum nudum miniſterium, & executionem importare,
non autem grauamen.

Cùm autem ſupra demonſtratum fuerit, Antonium non
intelligi grauatum pro medietate dotis reſtituendæ hære-
dibus vxoris prædefunctæ teſtatoris, tantò magis idem di-
cendum erit reſpectu alterius medietatis, quæ remanſit
in bonis teſtatoris vigore ſtatuti de lucro dotis, nam etiam
ſuppoſito citrà veri præiudicium, quod Antonius tenere-
tur pro parte reſtituenda, & ab ipſo teſtatore viuente non
reſtituta hæredibus vxoris prædefunctæ, quod non eſt di-
32 cendum ex ſuperiùs firmatis, adhuc tamen nullo modo te-
neretur pro alia medietate lucrata ab ipſo teſtatore per
text. in l. quid ergo, §. item agente. ff. de lib. leg. vbi aduer-
ſus hæredem agente debitore, cuius contemplatione ſum-
ma debiti relicta erat creditori, cùm hæres nil aliud præſta-
re debet, quam vt aduerſus creditorem defendat, ſed in ca-
ſu noſtro, cùm Antonius nec ad huiuſmodi defenſionem
teneatur, quia legatum non probatur factum contempla-
tione debitoris, & ſic pro liberandis cohæredibus, ſequi-
tur, quod etiam ad nil aliud teneatur, cùm non
oſtendatur, teſtatorem voluiſſe hoc caſu cohæredi-
33 bus dotem ſolui ab Antonio, & in dubio grauamen,
& onus non præſumitur, *l. vnum ex familia, §. ſi rem,
ff. de leg.* 2. Sed potiùs apparet expreſsè de contrario,
cùm teſtator mandauerit medietatem dotis, ad eum ſpe-
ctantem, æqualiter eſſe diuidendam inter Antonium, &
34 alios cohæredes, verbum enim diuidere communionem
ſupponit, & indicat, quod non ſit extrahenda de portione
Antonij tantùm, ac diuerſum eſt, cohæredes agere de ſe
liberando, & inſuper de maiori emolumento quærendo,
Ang. *in l.* 1. *§. ſicut, ff. de acq. plu. arcen. l. fin. C. de codicil.*
ex diuerſis autem non benè infertur, &c.

ARGVMENTVM.

Agitur de iure congrui, quibus, quando, & contra quos competat, qualiter excludatur, quis in eo præferatur, quanto tempore præſcribatur, & alia notabilia in hac materia.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de iure congrui refertur.*
2 *Clerici poſſunt actiuè vti iure congrui contra laicos.*
3 *Statutum poteſt prohibere, ne Clerici eius beneficio vtantur.*
4 *Clerici quomodo poſſint iure congrui paſſiuè conueniri, num. 5. & 6.*
7 *Statutum loci quo ſita ſunt bona, debet attendi in iure congrui.*
8 *Ius congrui an habeat locum in rebus feudalibus, & Emphyteuticis Eccleſiæ.*
9 *Dominus directus omnibus præfertur in emptione rei emphyteuticæ.*
10 *Pactum affrancandi quid operetur.*
11 *Clericus ſi vendat laico, an poſſit emptor iure congrui conueniri, num. 12.*
13 *Denuntiatio venditionis fundi cenſiti eſt facienda ab emptore.*
14 *Clericus ſi vendat alteri Clerico, ceſſat ius congrui.*
15 *Ordo ſcripturæ, & verborum quid operetur.*
16 *Conſors præfertur vicino in retractu.*
17 *Conſortes vbi plures ſunt eiuſdem rei, locus eſt gratificationi.*
18 *Vicinus ille admittitur qui magis confinat.*
19 *Præuentio attenditur in æquali iure.*
20 *Amplia etiam ſi non adſit paritas confinium.*
21 *Fundus ruſticus non trahit ad ſe vrbanum, ſed benè è contra.*
22 *Vicinus mediante horto, vel cortili quando admittatur.*
23 *Vicinus an quis dicatur propter actionem, quam habet ad rem vicinam; Dominium, vel poſſeſſio requiritur in volente retrahere.*
24 *Ius congrui competit etiam propter vicinatum à parte retrò.*
25 *Ius congrui an habeat locum in venditione neceſſaria.*
26 *Ius retrahendi competens domino cenſus ceſſat contra vicinos.*
27 *Ius congrui an habeat locum in datione in ſolutum, & num. 28.*
29 *Ius congrui an habeat locum in permutatione, & n. 31.*
30 *Ius congrui non procedit, ſi loco pretij aſſignentur cenſus.*
31 *Permutatio an veniat ſub nomine venditionis, ſiue alienationis.*
32 *Ius congrui an habeat locum in datione dotis æſtimatæ.*
33 *Ius congrui an habeat locum in diuiſione.*
34 *Diuiſio vicem emptionis, & venditionis obtinet.*
35 *Ius congrui an habeat locum in donatione inter viuos.*
36 *Dominium an, & quale requiratur in volente retrahere.*
37 *Grauatus interim dum poſſidet poteſt retrahere, nec tenetur reſtituere.*
38 *Ius congrui an, & quando poſſit alteri cedi.*
39 *Emphyteuta an poſſit retrahere rem contiguam venditam.*
40 *Ius congrui an habeat locum in venditione conditionali, ſiue modali.*
41 *Non habet locum in venditione nulla, & ſimulata.*
42 *Nec quando alienatio effectum non habuit.*
43 *Pactum de retrouendendo an, & quomodo faciat ceſſare ius congrui, competens vigore ſtatuti.*
44 *Ius retrahendi competens pluribus ex pacto an, & quomodo poſſit ab vno tantum intentari.*
45 *Ius retrahendi ſi ille, qui totum retraxit alteri, poſteà vendat quomodo competat.*
46 *Vendens vnam ex domibus ſuis coniunctis, qualiter poſſit illam retrahere, ſi iure congrui euincatur emptori.*

47 *Ius congrui non competit ei, qui alienationi conſentit tacite, vel expreſſe.*
48 *Conſenſus an inducatur ex fideiuſſione.*
49 *Cautela ad excludendum ius congrui.*
50 *Ius congrui an excludatur per reſeruationem fruſtuli terra, & num.51.*
52 *Ius congrui impeditur per flumen, & viam publicam.*
53 *Ius congrui an impediatur per viam vicinalem, & riuum aqua.*
54 *Intermediam via, vel fluminis non excludit, quando adeſt coniunctio mediante ponte.*
55 *Denunciatio venditionis eſt neceſſaria, licet conſors, vel vicinus aliunde habeat eius notitiam.*
56 *Vicinus extraiudicialiter requiſitus, ſi dicat nolle emere, excluditur.*
57 *Denunciatio an ſit neceſſaria, quando certum eſt, vicinum non poſſe emere propter eius paupertatem, n.58.*
59 *Denunciatio quibus ſit facienda, quando agitur cum pupillo.*
60 *Pupillus non poteſt interpellari ſine tutore.*
61 *Denunciatio an præſumatur ex curſu temporis.*
62 *Ius congrui præſcribitur ſpatio 30. annorum.*
63 *Statutum poteſt minus tempus præfigere ad retrahendum.*
64 *Iuri, & facultati affrancandi præſcribitur per 30. annos.*
65 *Vicinus interpellatus ab emptore poſt lapſum temporis admittitur.*
66 *Ius retrahendi quando decem annis, vel viginti præſcribatur.*
67 *Ius congrui competit non ſolum contra primum, ſed contra ſecundum, & vlteriorem emptorem.*
68 *Calculus præſcriptionis, qualiter faciendus, quando res fuit à pluribus poſſeſſa.*
69 *Pactum de retrouendendo an exerceatur contra tertios poſſeſſores.*
70 *Pactum de retrouendendo, quando ſunt hypothecata bona, poteſt exerceri contra tertios poſſeſſores.*
71 *Volens retrahere quando teneatur omnia ſimul vendita retrahere.*
72 *Vendens coactus à lege, vel ſtatuto non tenetur habere fidem de pretio, & quomodo hoc intelligatur.*

CAPVT LXVIII.

1 STante ſtatuto Mutilianæ *lib.2. Rub.41.* quod eſt ferè idem cum ſtatuto Florentino *lib.2. rub.109.* vt nulla perſona poſſit rem aliquam immobilem vendere, nec ſub alio quæſito colore inter viuos alienare alteri, quam eius conſorti, & proximiori vicino, & aliter facta venditio non valeat, nec teneat, niſi alienare volens eundem conſortem, vel vicinum, medio iure requiſiuerit ad dicendum, an velint emere, & per menſem expectauerit, aliàs ipſe conſors, vel vicinus non requiſiti, petere poſſint huiuſmodi rem, ſic alienatam ab eo, in quem eſſet facta alienatio ſibi vendi, & concedi quandocunque pro iuſto pretio, per amicos communes declarando, &c.

Pluries in diuerſis caſibus interrogatus infraſcripta adnotanda eſſe cenſui, &c.

Primò, quod cùm Clerici, & aliæ Eccleſiaſticæ perſonæ poſſint actiuè vti ſtatutis laicorum, quatenus eorum fa-
2 uorem reſpiciunt, poterunt etiam vti iure congrui, & illud intentare contra laicum emptorem pro recuperatione bonorum ipſis vicinis, vel conſortibus exiſtentibus non requiſitis alienatorum, vt eſt *tex. in c. conſtitutus de in integ. reſtit.* vbi Abb. & alij, Lap. *alleg.*101. Marant. *diſput.* 8. *num.*14. & *num.*47. Tiraquel. *de retract. lignag. §.1. gloſ.* 8. *num.*41. & *gloſ.*13. *num.*2. niſi in ipſo ſtatuto excluderentur Clerici à beneficio retractus, ſtatuendo, ne illo vti
3 poſſint, nam quamuis ſtatutum laicorum non poſſit Clericis auferre ius commune, tamen protectionem, & beneficium eiuſdem ſtatuti auferre poteſt, & diſponere ne Clerici illo gaudeant, cùm hoc non ſit contra Eccleſiaſticam libertatem, quia qui impedit beneficium à ſe ipſo prouenïens, nemini facit iniuriam, vt benè probat Tiraquell. *dict. gloſ.*8. *num.*42.

Et ſicuti Clerici, & aliæ Eccleſiaſticæ perſonæ poſſunt actiuè vti iure congrui contra laicum, ita etiam ſi eme-
4 rint bona à laico non ſeruata dicta forma poſſunt aliquali cum probabilitate paſſiuè conueniri à vicinis, vel conſortibus rei emptæ iure congrui, quia actio, quæ oritur ex dicto ſtatuto, eſt in rem ſcripta, ſequitur, poſſeſſorem retinendo naturam actionum realium, & afficiendo rem ipſam, vnde cùm res tranſeat in Eccleſiam, vel Clericum cum tali onere, iniecto a lege antequam efficiatur Clerici, vel Eccleſiæ poteſt auocari, ſicut ſi eſſet alteri hypothecata, non enim poterat laicus ſubditus ſtatuto alienare in Clericum, vel Eccleſiam, ſine dicta ſolemnitate, quæ ſi non à Clerico ſaltem ab eo erat implenda, alias res tranſit cum vitio ſuo, & poteſt auocari, vt benè, & ſubtiliter probat Marant. *d. diſput.*8. *num.*35. & *ſeqq.* Gutier. *pract. quæſt. cap.*156. *lib.*2. Tiraquel. *de retract. lignag. d. gloſ.* 13. *num.*3. & *ſeqq.* vbi plures allegat, ſequitur Boer. *deciſ.*231. *num.*2. Et licet nonnulli teneant, id verum eſſe
in ſtatuto, condito ab habente poteſtatem in Clericos, & 5
non in ſimplici ſtatuto laicorum, vt per Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.*472. *num.*16. & 17. Tamen mihi placet opi- 6
nio, quod indiſtinctè procedat, etiam ſi ſit ſtatutum, conditum à laicis per iura, & rationes allegatas per Marant. & Tiraquel. *in loc. cit.* & ſequitur idem Gratian. *cap.* 460. *num.*17.

Pro quo facit, quòd cùm Ius congrui competat ratione rei, & rem ipſam reſpiciat, & concomitetur, debent circa
illud ſeruari ſtatuta loci, in quo res ipſa ſita eſt, non 7
attentis perſonis contrahentium, Corn. *conſil.*151. *lib.*3. & alijs per Tiraquell. *de retract. lignag. §.1. gloſ.*1. *num.*1. & 2. &c.

Quod quidem Ius congrui locum habet etiam in rebus feudalibus, & emphyteoticis Eccleſiæ ſi alienentur inter laicos, non adhibita huiuſmodi ſolemnitate, cùm agatur
de ſolo præiudicio laicorum circa vtile dominium aliena- 8
tum, & non interſit Eccleſiæ, ſi vicinus veniat ad retractum cum eodem onere, etiam ſi eſſemus in prima conceſſione facta ab ipſa Eccleſia, Tiraquell. *d. gloſ.*13. *§.1. nu.* 8. & 9. & alij multi per Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*460. *num.*26. & *ſeqq.* vbi teſtatur de veriori, & æquiori opinione, &c.

Niſi dominus directus vellet ipſe emere, quia eſſet præ-
ferendus cuique alteri in emptione rei emphyteuticæ, *iux-* 9
ta text. in l. fin. C. de iur. emphyt. Capyc. *deciſ.*99. *num.*2. Tiraquel. *gloſ.*3. *§.1. num.*2. Gratian. *diſcept.*903. *num.*1. & *cap.*957. *num.*28. & *ſeqq.* intelligendo, quando apud eum remanſit directum dominium, ſecus autem ſi conceſſiſſet
cum pacto affrancandi, per quod omne dominium cenſe- 10
retur translatum, & facta pura venditio, vt per eundem Gratian. *cap.*745. *num.*69. & *ſeqq.*

Si autem Clericus vendat laico, an poſſit emptor conueniri iure congrui maius eſt dubium, cùm Clericus vendens non poſſit adſtringi ad obſeruantiam requiſitionis conſortium, & vicinorum inductæ per ſtatutum laicorum, quod in hac parte videtur compulſiuum perſonarum, & non poteſt inijcere vinculum perſonis priui-
legiatis, ſed nihilominus continet duo capita, vnum 11
reſpiciens venditorem, dum illum arctat ad requirendum conſortes, & vicinos, alterum verò reſpiciens emptorem, dum aduerſus illum concedit actionem conſortibus, & vicinis, non requiſitis, ad auocandum rem emptam pro iuſto pretio, dicendum eſt, quod licet ſtatutum in primo capite non poſſit operari effectum ſuum contra Clericum, tamen poſtquam, & ſtatim res peruenit ad laicum emptorem, immediatè ex ſecundo capite producit effectum ſuum contra laicum poſſeſſorem ſubditum, admittendo vicinum, vel conſortem ad retractum, quia etſi Clericus ex primo capite ſtatuti non teneatur ſeruare formam illius, tamen laicus emere
volens, id procurare debet, aliàs eo ipſo, quod emit, 12
facto ſuo incidit in laqueum ſtatuti, & in priuationem ab eo inductam, & debet pati auocationem rei per ius congrui, Socin. *conſ.*45. *ſupponitur in facto lib.*3. Tiraquell. *de retract. lignag. §.1. gloſ.*13. *num.*10. Marant. *diſput.*8. *num.* 50. Sicuti videmus, quod denunciatio futuræ venditio-
nis fundi cenſuati non eſt facienda à venditore, ſed ab 13
emptore, cuius magis intereſt, rem non retrahi quam venditoris, Cenc. *de Cenſ. quæſt.*64. *num.*31. Niſi Clericus venderet alteri Clerico, quia tunc hincinde adeſt im-
pedimentum, & ceſſat in vtroque capite diſpoſitio ſtatu- 14
ti ex defectu iuriſdictionis, vt per Marant. *d. diſput.*8. *num.*51. &c.

Secundò notandum eſt, quod cùm ſtatutum loquatur de requirendo conſorte, & vicino, ſi concurrant

ad retractum conſors, & vicinus, debet couſors tanquam
primo nominatus à ſtatuto admitti excluſo vicino, cùm
ex ordine ſcripturæ colligatur mens, & voluntas diſponen-
15 tis, & ordo verborum denotet ordinem intellectus, ac
inducat prælegationem in his, quæ non poſſunt applicari,
niſi vni ex nominatis, l. quoties in principio, ff. de vſufr.
l. generaliter, §. quid ergo, ff. de fideicommiſſ. liber. cum
16 alijs iuribus per Euerard. topic. legal. in loco ab ordine num.
7. Et quia maius eſt priuilegium conſortij, quam vicini-
tatis in iure retrahendi, cùm conſors dicatur habere parti-
cipationem dominij, etiam ſi eſſet conſors tantùm in millle-
ſima, & minima parte, gloſ. in l. dudum, C. de contrah.
empt. l. 1. C. ſi liberal. Imper. Soc. ſine hered. deceſſ. & la-
tè probat Grat. diſceptat. forenſ. cap. 526. num. 2. & ſeqq. vbi
exemplificat de puteo communi, & balneo, aditu, fouea,
vel fiſtula, & ſimilibus, quaſi omnia iſta ſint portiones do-
mus, quod procedit maximè æquitate attenta, idem
Gratian. cap. 546. num. 4. cap. 842. num. 23. & latiùs in cap.
874. per tot.

Si verò plures eſſent couſors eiuſdem rei, eſſet locus gra-
17 tificationis, ita vt ſi alienatio fiat in conſortem minimæ
partis, non poſſint conquæri alij conſortes, maiorem par-
tem habentes, vt in terminis ſtatuti Florentini notat Bald.
in l. 1. C. de com. ſer. manum. Tiraquell. de retract. lignag.
§. 11. gloſ. 6. num. 11. qui tamen num. 17. alia in contrarium
adducit, & vidend. Mott. DD. quinque Rot. Florentin.
lib. 68. 72. 23. Iulij 1590. in cauſa de Guicciardino, & Gui-
dettis, &c.

Et inter plures vicinos admittitur ille, qui habet maius
ædificium, & maiorem portionem, ac qui magis confinat,
18 vel ratione longitudinis, vel ratione altitudinis, tanquam
ius potentius habens, Anchar. conſil. 370. cum alijs per
Gratian. diſcept. forenſ. cap. 526. n. 1. & cap. 745. num. 18. In
19 æquali verò iure attenditur præuentio, & præoccupatio,
cùm in pari cauſa ſit melior conditio poſſidentis, Caſtr. conſ.
221. lib. 1. Alex. conſ. 27. num. 9. idem Grat. cap. 742. num. 74.
20 adeò vt iſta præuentio tribuat prælationem ſecundùm ali-
quos, etiam ſi non adſit paritas confinium, vt tradit idem
Gratian. cap. 745. num. 87. & conferunt, quæ ſupradicta
ſunt de conſortibus, &c.

Vicinus autem mediante domo præfertur vicino me-
diante horto, vel cortili tantùm in emptione domus confi-
21 nantis ab vna parte cum horto, vel cortili vnius, & ab alia
cum domo alterius, quia fundus ruſticus non trahit ad ſe
vrbanum, ſed vrbanus ruſticum, Afflict. deciſ. 223. per tot.
22 vbi Vrſil. in Add. ſi tamen non adeſſet coniunctus median-
te domo, vel emere nollet, admitteretur coniunctus me-
diante horto, vel cortili ad retractum, Carpan. ad Statut.
Mediolanen. cap. 417. num. 571.

An autem ius congrui competere poſſit vigore actionis,
quam quis habet ad rem, quaſi habens actionem ad rem,
23 dicatur ipſam rem habere, & eius reſpectu ſit vicinus, tra-
dit Magon. deciſ. Florent. 28. num. 4. & ſeqq. & negatiuè
videtur reſpondendum, cùm ſit neceſſarium dominium
rei vicinæ in volente retrahere, vel ſaltem poſſeſſio, ex tra-
ditis per Afflict. deciſ. 438. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 526.
num. 14. & ſeqq.

Et an competat propter vicinitatem exiſtente tantùm
24 à parte retrò, & non in facie domus, affirmat idem Gra-
tian. cap. 742. num. 9. & videndus in cap. 903. num. 14. &
947. num. 16.

Tertiò animaduertendum eſt, quòd quamuis ius retra-
ctus competat etiam domino cenſus ex diſpoſitione Bullæ
Pij V. ſi vendatur fundus cenſitus eo non denunciato, de
quo aliàs dicetur, ita vt procedat etiam in venditione ne-
25 ceſſaria, quæ fieret de fundo cenſito per ſubhaſtationem,
Gratian. diſcept. forenſ. cap. 544. num. 39. & cap. 784. num. 9.
& 10. tamen huiuſmodi retractus non habet locum contra
proximiores, vel vicinos, nec in concurſu eorum, qui-
bus ex forma ſtatuti competit ſimile ius retrahendi, ſed
26 ipſi præferunt domino cenſus, aliàs eſſet aperta via
fraudibus, & facilè eſſet, euitare diſpoſitionem dicti ſta-
tuti, imponendo cenſum ſuper fundo, quem quis vellet
alienare ad fauorem illius, cui vellet vendere, Cenc. de
Cenſ. quæſt. 65. num. 9. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 742.
num. 60.

Quartò non eſt prætermittendum, quod cùm ſtatutum
27 loquatur non ſolum de venditione, ſed etiam generali-
ter de omni alienatione, ſub quouis quæſito colore
inter viuos facta, habebit locum ius congrui etiam in da-
tione inſolutum, quæ reputatur ad inſtar venditionis, ſi-
ue ſit facta ſponte ab ipſo debitore, ſiue à Iudice ipſimet
creditori, vel alteri extraneo, vt latè probat Tiraquell.
de retract. lignag. §. 1. gloſ. 14. num. 1. & ſeqq. Magon. de-
ciſ. Flor. 100. num. 2. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 544. num.
15. & cap. 784. num. 9. & 10. niſi ſtatutum loqueretur ex-
preſsè de alienatione voluntaria, quia tunc non haberet 28
locum in neceſſaria, & facta ſub haſta, vt latè concludit
idem Gratian. d. cap. 544. num. 21. & ſeqq. & num. 41. & ſeqq.
per tot.

Et quamuis regulariter ius congrui, competens vicinis
in caſu alienationis, vel venditionis non habeat locum in 29
caſu permutationis, quaſi non dicatur propriè alienatio,
vt latè declarat Tiraquell. d. gloſ. 14. num. 28. & ſeqq. Af-
flict. de iure prothom. §. 3. num. 12. Guid. Pap. Boer. & alij
per Gratian. diſcept. 885. num. 9. vbi propterea infert,
quòd non haberet locum ius congrui, ſi vendatur aliqua
res, & pro illius pretio dentur in ſolutum cenſus, cùm 30
cenſus dicantur res immobiles, & ideò tunc reputetur po-
tiùs permutatio, in qua non procedit ius congrui, quam
venditio, &c.

Tamen ſtantibus huiuſmodi dictionibus generalibus,
loquentibus non ſolùm de venditione, ſed de omni alia 31
alienatione ſub alio quæſito colore facta, dicendum vi-
detur, comprehendi etiam permutationem, ac omnem
alienationem etiam impropriam, Igneus in l. dudum num.
99. C. de contrah. empt. Anchar. quæſt. 39. num. 10. & 11.
lib. 1. facit Tiraquell. d. §. 1. gloſ. 7. num. 20. &c. ſicuti in
puncto limitat prædicta idem Gratian. d. cap. 885. n. 13. vbi
etiam num. 10. multos allegat tenentes, permutationem
comprehendi in ſtatuto, ſimpliciter loquente de alienatio-
ne, &c.

Et quod huiuſmodi ſtatutum procedat etiam in datione
dotis æſtimatæ ea æſtimatione, quæ faciat tranſire domi- 32
nium in maritum, non obſtante quouis fauore dotis, Ti-
raquell. d. §. 1. gloſ. 14. num. 19. & num. 108. & 109. Gratian.
diſcept. 745. num. 94.

Ex quibus verbis generalibus videtur etiam inferri poſ-
ſe, ius congrui locum habere in contractu diuiſionis, cùm 33
diuiſio non ſolùm reputetur ſpecies permutationis, & ſit
propriè permutatio, l. cum pater, §. hereditatem, ff. de leg.
2. Tiraquell. de retract. lignag. §. 32. gloſ. 1. num. 88. ſed
etiam vicem emptionis, & venditionis obtineat, vt pro- 34
batur in l. communi, §. ſi debitor, ff. com. diuid. l. 1. C. com.
vtriuſque iud. & ita ſentire videtur Tiraquell. loc. cit. §. 1.
gloſ. 14. num. 77. quod etiam corroboratur ex his, quæ ſu-
pra firmaui de permutatione, & datione in ſolutum, &
alienatione neceſſaria, qualis reputatur diuiſio, cùm ne-
mo cogi poſſit in communione diutiùs permanere; de quo
tamen principali articulo videndus Afflict. de iure prothom.
in Verb. licet etiam, & alij relati per Tiraquell. d. gloſ. 14.
num. 78.

An autem habeat locum ius congrui in donatione in-
ter viuos, dic regulariter quod non, vt per Afflict. d. 35
tract. lib. 3. num. 24. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1.
gloſ. 14. num. 90. Sed ſtante hoc ſtatuto ita generaliter
loquente, videtur dicendum, quod ſic, prout in ter-
minis Statuti Florentini conſuluit Caſtr. conſ. 149. vel
194. lib. 1.

Quintò ſciendum eſt, quod ad hoc vt ius congrui com-
petat, debet volens retrahere probare dominium rei ſuæ
vicinæ, propter quam prætendit retractum, quod tamen 36
cum incidenter deducatur, probatur ex ſola poſſeſſione,
& fructuum perceptione, vnde emens à minore contra le-
gis prohibitionem ſine ſolemnitatibus, cùm non acquirat
dominium, & præſumatur in mala fide, non poterit retra-
here rem ſibi contiguam eo non denunciato venditam,
quidquid alias domino putatiuo, & bonæ fidei poſſeſſori
competat retractus, ſicut & ei, qui habet dominium reuo-
cabile per pactum de retrouendendo quaſi interim dicatur
penes ſe habere purum, plenum, & ex omni parte perfe-
ctum dominium, Afflict. deciſ. 338. num. 9. Tiraquel. de re-
tract. lignag. §. 1. gloſ. 2. n. 34. Magon. deciſ. Flor. 91. n. 3. &
latè omnia prædicta probat Gratian. diſcept. forenſ. cap. 526.
num. 13. & ſeqq. ad 55.

Idemque eſt in hærede grauato alteri reſtituere per fi-
deicommiſſum, donec enim poſſidet dicitur dominus, &
poteſt vti vicinus retrahere, adeò vt etiam poſteà adue- 37
niente tempore reſtitutionis fideicommiſſi non teneatur
tradere fideicommiſſario rem retractam, quamuis pre-
tium

tium offerret, Tiraquell. de retract. conuent. §.2.gloſ.1. n.
38. Peregr. de fideicomm. art.10.num.4. Grat. diſcept.742.
num.27. & ſeqq. ad 42.
Quæ quidem vicinitas, dominium, & poſſeſſio requiri-
tur in volente retrahere de tempore alienationis factæ, nam
qui tunc temporis non erat vicinus, non poteſt retrahere,
etiam ſi ſibi cedatur ius retrahendi, cùm non poſſit cedi ni-
38 ſi cedatur, vel vendatur, etiam res ipſa, cuius ratione
competit, quo caſu rectè procederet ceſſio, & poſſet extra-
neus, cui fuerit facta vigore illius retrahere, ac ſi fuiſſet
vicinus tempore factæ alienationis rei, quam vult retrahe-
re, cum retractus ſit actio in rem ſcriptam, & quamuis non
poſſit in alium ſeparatim transferri, tamen cum ipſa re,
tanquam ei inhærens rectè transfertur, Tiraquel. de re-
tract. lignag. §.26. gloſ.1. n.36. Caſtr. in l.apud antiquos, C.
de furt. Gratian. diſcept. forenſ. cap.752. n.41. cap.903. n.2.
& cap.978. n.3. & ſeqq.
Sufficeret tamen etiam vtile dominium ad effectum re-
trahendi, vnde Emphyteuta poteſt retrahere rem ei conti-
39 guam venditam, niſi concurreret alter vicinus habens rem
liberam contiguam, quia ille tanquam habens ius poten-
tius, eſſet præferendus, Gratian. diſcept.742. num.32. &
460. n.3. & 4. per tot. vbi latè quomodo ius congrui proce-
dat in contractu emphyteutico, ſiue liuellario, cenſuario,
conductione perpetua conceſſione ad viam, locatione ad
longum tempus, & ſimilibus contractibus, qui ſapiunt
alienationem, &c.
An autem retractus locum habeat in venditione condi-
tionali, ſiue modali nondum purificata conditione, nec
modo impleto, quaſi pendente conditione non poſſit dici
40 perfecta venditio, latè tradit Tiraquel. de retract. lignag. §.
1. gloſ.2. num.22. & ſeqq. cum alijs per Gratian. diſcept.742.
n.33. & ſeqq.
Et non procedere in venditione nulla, ac ſimulata deci-
41 dit Afflict. deciſ.339. quem ibidem ſequitur Vrſil. alios
adducens, & Tiraquell. d. tract. §.1. gloſ.2. num.5. & ſeqq.
ad 16. Sicut nec quando alienatio fuit inefficax, & effe-
42 ctum non habuit, cùm ſtatutum debeat intelligi de contra-
ctibus efficacibus, & non de nullis, quaſi quod caret
effectu, careat etiam nomine, & quod nullum eſt, nullum
producat effectum, Tiraquell. loc. cit. num.5. & ſeqq. ad 10.
Gratian. diſcept. forenſ. cap.752. num.60. & num.75. &
76. &c.
Sextò notandum, quòd retractus competens venditori,
ex pacto, facit ſilere retractum, qui competit vicinis ex ſta-
tuto, admitteretur tamen interim vicinus ad retractum
donec res manet penes emptorem, & non redimitur à
43 venditore vigore dicti pacti, ſed poſteà reſoluto iure em-
ptoris, reſoluitur ius quæſitum vicino, & poteſt ab illo
auocari per venditorem, donec durat facultas redimendi
vigore pacti, cùm in eum tranſierit affecta dicta conditio-
ne, & onere, & ſic in concurſu admittitur potiùs venditor,
retrahere volens vigore pacti, quàm vicinus vigore ſtatu-
ti, cùm ſibi licitum fuerit in traditione rei ſuæ apponere
conditiones, ſibi benè viſas, intelligendo quando huiuſmo-
di pactum fuit appoſitum inconnnenti in ipſa venditione,
antequam eſſet ius quæſitum vicinis, ſecus autem ſi ex
interuallo poſt ius perfectè illis acquiſitum, quia tunc illi
eſſent præferendi, ſicut etiam ne poſſit fieri fraus ſtatuto,
admittuntur interim ad retrahendum cum dicto onere, li-
cèt incontinenti appoſito, Tiraquel. de retract. conuent. §.1.
gloſ.7. n.1. & §.2. gloſ.1. in princ. Gratian. diſcept. forenſ. c.
242. n.33. & 34. & c.978. n.8. & ſeqq.
Poteſtque ius congrui competens pluribus ex pacto ab
vno ſolùm intentari in ſolidum, & in totum præſtita cau-
tione de reſtituendo alijs portiones ſuas, quatenus volue-
44 rint retrahere, & hoc propter ius accreſcendi, quod etiam
procedit in retractu, Gratian. diſcept. forenſ. cap.330. per
tot. Magon. dec. Flor.28. per tot. vbi etiam quòd ſi ille,
45 qui totum recuperauerit, poſtea totum alteri extraneo ven-
dat, poteſt primus vigore pacti, non obſtante diuiſione,
dimidiam recuperare, qua mediante, cùm efficiatur con-
ſors, poteſt alteram dimidiam, & ſic totum vigore ſtatu-
ti, & conſortij retrahere, pro quo facit Capyc. deciſ.99.
num.8. vbi quòd vendens domum coniunctam alteri do-
46 mui ipſius venditoris, ſi vicinis ex alio latere vincat iure
congrui ab emptore, poterit idem venditor ex nouo iure
congrui reſultante ex hac ſecunda alienatione, quamuis ne-
ceſſaria auocare, & retrahere ipſam domum venditam,
quatenus coniungitur alteri domui ſuæ retentæ, non ob-

ſtante primo tacito conſenſu, quem videtur præſtitiſſe, ip-
ſam domum alienando, cùm reſtringi debeat tantùm pro
prima alienatione, quam ipſe fecit, non autem extendi ad
caſum, ſi eadem domus per eum alienata, uerùm alienetur
per emptorem, quicquid aliàs ius congrui non poſſit inten- 47
tari ab eo, qui alienationi præſtuit conſenſum ſiue expreſ-
ſum, ſiue tacitum, vt latè per Gratian. diſcept. forenſ.
cap.672. per tot. vbi etiam ex quibus inducatur huiuſmo-
di conſenſus, & renunciatio, & in cap.745. num.41. & 51. 48
& cap.520. num.15. & ſeqq. & an inducatur ex fideiuſſione
præſtita in inſtrumento venditionis, idem Gratian. cap.205.
num.15. & ſeqq. &c.
Qualiter autem poſſit ius congrui impediri, & de varijs
cautelis ad excludendum vicinos, vt pactum reſolutiuum,
& quòd res habeatur pro inempta, caſu quo retrahatur, 49
Pet. Cabal. conſ. deciſ.36. lib.1. & Tiraquel. de retract. in
præfat. n.72. & ſeqq. vbi loquitur de cautela ad ſtatutum
Florentinum: Et an impediri poſſit per reſeruationem
fruſtuli terræ, ne res vendita confinet cum vicino, ſtan-
te huiuſmodi intermedio, vel vendendo tantùm partem 50
rei non contiguam, ſiue vnum prædium non conti-
guum, & alia pro ſe retinendo, & poſteà eidem empto-
ri dictæ partis non contiguæ, vel Prædij non contigui fa-
cto vicino ex illa prima venditione alia bona vendendo in
præiudicium antiquorum vicinorum, tradit Capyc. de-
ciſ.38. per tot. Ego in omnibus hiſce cautelis arbitrarem,
quòd ſi bona fide contingant, & ſine animo fraudandi ſta- 51
tutum, vt ſi conſtet de alia vtilitate, & commoditate
contrahentium ſic contrahendi bonas eſſe, & admittendas
arbitrio iudicis, cùm ex ſolo euentu, quòd retractus non
poſſit habere locum, non arguatur fraus, niſi præceſſerit
conſilium, & animus fraudandi ſtatutum ſicuti poſſet præ-
ſumi, vbi non appareret de aliqua vtilitate ſic contrahendi,
& ex alijs coniecturis, vt colligitur ex traditis per Tiraqu.
loc. cit. ad finem, &c.
Septimò ſciendum eſt, quòd ius congrui impeditur per
flumen, & per viam publicam diuidentem vnum prædium
ab alio, cum prædia non poſſint dici confinia, ſtantibus hu- 52
iuſmodi intermedijs, l.3. §. fin. & leg. ſeq. §. fin. reg. Secus
autem in via vicinali, & in ſimplici aquæ riuo, quæ ſepa-
rationem non inducunt, Bard. tract. de tempor. vtil. & con- 53
tin. cap.16. num.10. vbi refert Amic. conſ.8. num.10. Afflict.
deciſ.62. & Vrſil. in Add. videtur idem tenere in via vici-
nali, de qua non extat memoria, vel quæ originem trahit
à via publica, & exitum habet in aliam viam publicam, cùm
tunc pro publica habeatur, vt aliàs dicebam in alio propoſi-
to, ſequitur Cæpol. de ſeruitut. ruſtic. præd. cap.3. de via
num.34. &c.
Nun tamen obſtaret intermedium viæ publicæ, vel flu- 54
minis, quando quis eſſet coniunctus domui vicini per pon-
tem, vel aliam ſuperficiem, exiſtentem ſupra viam publi-
cam, vel flumen, vt notat Vrſil. d. dec.62. in fine, &c.
Octauò ſciendum, quòd huiuſmodi ius retrahendi com-
petit conſorti, vel vicino, quando eis non fuit denunciata
alienatio cum omnibus qualitatibus, & circumſtantijs,
etiamſi aliunde ſcientiam, & notitiam habuerint, quia ta- 55
lis denunciatio requiritur pro forma, & eſt omninò præ-
mittenda, cùm fiat non ſolùm ad effectum, vt venditio in-
noteſcat conſorti, & vicino, ſed etiam, vt poſſint delibera-
re, an velint emere, Bart. in l. denunciaſſe, §. quid ergo, ff.
ad l. Iul. de adult. Cenc. de Cenſ. quæſt.64. num 19. & 20.
Greg. deciſ.425. num.7. vbi Add. cum alijs per Rot. Rom.
in Vetulana Melendini Ven. 12. Ianuarij 1652. coram Ot-
thobono, &c.
Vicinus tamen, ſiue conſors extraiudicialiter requiſiti à
venditore, an velint emere, ſi reſpondeant, nolle eme-
re, quod vendat cui malit, remanent excluſi à retractu; 56
non obſtante quacunque forma à ſtatuto inducta, & non
ſeruata, vt in puncto Statuti Florentini, quod eſt ferè idem
cum ſuprarelato, maximè quo ad huiuſmodi requiſitionem
firmauit Rot. Flor. per Magon. deciſ.118. per tot. & deciſ.
40. per tot. Gratian. diſcept. forenſ. cap.433. num.71. &
num.93. & cap.957. num.8. & ſeqq. Ac de ſcientia præſum-
pta quando noceat idem Magon. deciſ. Flor.26. n.16. &
n.42. cum ſeqq.
An autem prædicta denunciatio ſit neceſſaria, quan-
do vicinus, & conſors eſſent pauperes, ac non haberent 57
vnde ſoluere, & emere, quaſi tunc videatur ſuperflua,
pro affirmatiua, niſi poſſit conſiderari fraus quod nomi-
ne alterius vellent retrahere, & ſic vt alijs, non vt ſibi ac-

quirerent, concludit Gratian. *diſcept. foreaſ. c.433. n.83. &*
84. vbi allegat Tiraquell. *de retract. lignag. §.1. gloſ.9. n.59.*
& ſeqq. & gloſ.1. §.5. n.3. & 4.

Pro negatiua verò, dummodò qui ſe fundat in huiuſmo-
58 di paupertate, illam probet, videtur concludere, Magon. *de-*
ciſ. Flor. 26. num. 10. & num. 30. & 31. vnde in effectu parum
differunt, ſi admittamus pro hac opinione impotentiam
retrahendi, & pro alia excludamus fraudem pro alijs emen-
di, &c.

Et quando agitur cum pupillo talis denunciatio fieri de-
59 bet illius tutori, vel eo deficiente agnatis, & affinibus, quos
veriſimile ſit, defenſionem, & vtilitatem pupilli non
omiſſuros, quo caſu ipſum pupillum afficit, ita vt tranſa-
cto tempore excludatur à retractu etiam mediante reſtitu-
tione in integrum, cùm non adſit ignorantia, ob ſcien-
tiam tutoris, vel agnatorum, & affinium, contra quos
potius eſſet dirigenda actio, Gratian. *diſcept. for. cap.957.*
n.1. & ſeqq. & cap.433. n.68. Non enim poteſt pupillus in-
terpellari, nec in mora conſtitui ſine tutore, Montan. *tr.*
60 *de tut. cap.30. num.106.* De quo tamen articulo an aduer-
ſus huiuſmodi lapſum temporis detur minoris reſtitutio in
integrum, vltrà citatos videndus Tiraquell. *de retract.*
conuent. gloſ.2. §.1. num.54. & ſeqq. idem Gratian. *diſcept.*
26. num.24. & ſeqq. & remiſſiuè Montan. *d. tract. cap.33.*
num.352. &c.

Atque huiuſmodi denunciatio licèt ſit ſolemnitas ex-
trinſeca, quæ debuit ante alienationem interuenire
61 ſtante curſu longiſſimi temporis, præſumitur interueniſſe,
quamuis de illa non appareat, imò ſecundùm aliquos
præſumitur ex ſolo lapſu decennij, Menoch. *de præſumpt.*
lib.3. præſumpt.132. Capyc. *deciſ.16.* Soc. iun. *conſ.22. n.*
12. ad 20. lib.1. cum alijs multis per Gratian. *diſcept. fo-*
renſ. cap.433. num.51. a 61. quamuis in hoc articulo con-
trarium videatur firmare Magon. *deciſ. Florent. 26. num.*
43. &c.

Nonò animaduertendum eſt, quod ius retrahendi com-
62 petens ſiue ex pacto, ſiue vigore ſtatuti non durat vltrà tri-
ginta annos, ſed ſpatio tanti temporis præſcribitur, nec
obſtat mala fides in eo, qui ſcit ſe teneri reuendere, cùm
ſufficiat illum eſſe paratum quandocunque intra dictum
tempus, nec ſit obligatus offerre non obſtantibus quibuſ-
cunque dictionibus, perpetuitatem redimendi denotanti-
bus, vt latè probat Tiraquel. *de retract. conuen. §.1. gloſ.2.*
n.6. &c. Grat. *diſcept. for. cap.2. per tot. & cap.433. n.61.*
& ſeqq. Magon. *deciſ. Flor. 26. n.40.* & Rot. Rom. *in d. Ve-*
tulana Molendini 12. Ian. 1652. n.4. coram Ottobono, niſi
breuius tempus præfigatur a ſtatuto, vt triennium in ſta-
63 tuto Florentino, quod triennium an interrumpatur cita-
tione, & perpetuetur per litis conteſtationem, Tiraquell.
de retract. lignag. §.1 gloſ.10. num.81. & latè innumeris an-
tecedentibus, &c.

64 Sicuti etiam iuri, & facultati affrancandi præſcribitur tri-
ginta annis, Duran. *deciſ.426. num.1. & ſeqq.* Gratian. *di-*
ſcept. forenſ. cap.745. n.82. & 83. &c.

Si tamen elapſo termino emptor interpellaret vicinum,
65 an velit emere, eo comparente, & emere volente, non po-
teſt amplius obijci de lapſu temporis, cui interpellans vide-
tur renunciaſſe, Magon. *deciſ. Luc. 25. num.31.*

Et quando emptor alteri vendidit quo ad ſecundum em-
66 ptorem præſcriberetur ius retrahendi ab illo per ſpatium de-
cem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes,
exemplo actionis hypothecariæ, quæ à debitore, & eius
hærede non præſcribitur niſi triginta, vel quadraginta an-
nis, ab extraneo vero emptore bona fide, & cum titulo
poſſidente decem annis inter præſentes, & viginti inter ab-
ſentes, Tiraquell. *de retract. lignag. §.1. gloſ.10. n.11. & §.*
36. gloſ.2. n.36. & de retract. conuent. §.1. gloſ.2. n.3. Car-
pan. *ad ſtat. Mediol. cap.417. n.216.* Gratian. *diſcept. forenſ.*
cap.741. n.14. Boet. *deciſ.182.*

Et ſic patet, quod quamuis retractus ſiue vigore pa-
67 cti, ſiue vigore ſtatuti poſſit intentari non tantùm contra
primum emptorem, ſed etiam contra ſecundùm, & vl-
teriorem, in quem fundus peruenıat cum onere ſuo,
Mantic. *de tacit. & ambig. lib.4. tit.32, num.44. & ſeqq.*
Cenc. *de Cenſ. quæſt.66. num.13.* Tiraquell. *de retract.*
conuent. §.3. gloſ.1. in prin. tamen debet intra dictum tem-
pus decem, vel viginti annorum intentari, quando fun-
dus ad plures peruenit, ne obſtet præſcriptio iuxta prædi-
cta, &c.

Quid autem ſi primus emptor poſſedit aliquo tempore,
& ſecundus, vel alij alio tempore, quomodo tunc ſit fa- 68
ciendus calculus præſcriptionis, tradit idem Tiraqu. *d. gloſ.*
10. n.18. & Boet. *d. deciſ.182. per tot.*

Rota tamen Florentina teſte Magon. *deciſ... per tot.* ſer-
uat quoad pactum de retrouendendo, non exerceri contra
tertios poſſeſſores, ſed tantùm dari actionem ad intereſſe 69
aduerſus promiſſorem, qui alienauit, maximè quando
ſimpliciter, & non verbis reſolutiuis fuit conceptum, &
facit idem Magon. *deciſ.26. num.4. & num.29.* Crauett.
conſ.12. num.7. Alex. *conſ.173. in fine lib.6.* ac in retractu
competente domino cenſus, videtur idem tenuiſſe Cenc.
de Cenſ. quæſt.66. num.13. & ſeqq. vbi tamen ſe remittit ad
Mantic. *loc. ſup. cit.*

Quod ego intelligerem, niſi pro obſeruantia dicti pacti
eſſent expreſsè obligata bona, quia tunc vigore dictæ hy- 70
pothecæ crederem, pactum poſſe exerceri contra quem-
cumque peruenerint bona, cùm ſemper tranſeant cum one-
re ſuo vulgatis iuribus.

Decimò, & vltimò ſciendum eſt, quod vicinus conſors,
conſanguineus, dominus cenſus, & quilibet alij, quibus
competat retractus, ſi voluerint illo vti, non poſſe, niſi
retrahant omnia ſimul vnico pretio vendita, quando ſunt
ad inuicem pars, & membra, vel acceſſoria, ſine ratione 71
officij coniuncta ſi aduerſarius aliter non conſentiat, vel ni-
ſi res ſimul venditæ eſſent omninò ſeparatæ, quia tunc poſ-
ſent pro parte tantùm cenſita, vel vicina retrahi alijs omiſ-
ſis, Cenc. *de Cenſ. d. quæſt.66. num.101. & per tot.* Magon.
deciſ. Flor. 29. per tot. Gratian. *diſcept. for. cap.745. n.65. &*
cap.947. per tot.

Et debet volens retrahere, pretium offerre, quia quan-
do quis à lege, vel ſtatuto cogitur alteri vendere, intelli-
gitur ſoluto pretio, de quo non tenetur fidem habere, vel
expectare, Gloſ. *in l.1. verb. Neceſſitatem, C. de com. ſer.*
manum. cum alijs per Tiraq. *de retract. lignag. §.3. gloſ.3. n.1.*
facit Gratian. *diſcept. forenſ. cap.742. num.43.* vbi an, &
quando fieri poſſit compenſatio, &c.

Id quod intelligendum puto, quando ipſe emptor ſolue-
rit integrum pretium, nam ſi habuerit dilationem ad ſol-
uendum, vicinus retrahens debet eodem commodo gau-
dere, aliàs non eodem, ſed maiori pretio diceretur redi-
mere, quia ſicuti ſolutio ante tempus cenſetur aliquid
plus continere, ita dilatio ſolutionis reputatur quædam
diminutio pretij; iſto tamen caſu primus emptor ſequuto
retractu remanet liberatus a promiſſione pretij verſus ven-
ditorem, & in eius locum ſubrogatur ipſe retrahens, con-
tra quem debet venditor agere, licet eſſet difficilioris exa-
ctionis, & non ita probatæ fidei prout emptor, cui cre-
didit de pretio fortè non crediturus retrahenti, quia
hoc ſibi debet imputare, cùm debuiſſet præcogitare futu-
rum retractum, vt latè declarat idem Tiraquell. *d. tract.*
§.1. gloſ.18. num.32. & ſeqq. ad 50. Alb. Mandel. *conſ.107.*
per tot.

Verùm in ſupramemoratis noſtris ſtatutis ad tollendas
plures difficultates, & ad obuiandum fraudibus, quæ com-
mitti poſſent circa pretium, iuxta latè tradita per eundem
Tiraq. *d. gloſ.18. per tot.* fuit prudenter ſancitum, quod em-
ptor teneatur reuendere vicino pro iuſto pretio; per ami-
cos communes ſtatuendo nulla habita ratione ad pretium
in prima alienatione contentum, &c.

A R G V M E N T V M.

Alienatio bonorum Eccleſiæ ex quibus cauſis ſit permiſſa, quas ſolemnitates requirat, qualiter poſſit claudicare, & quando habeatur pro perfecta.

S V M M A R I V M.

1 *BOna immobilia Eccleſiæ ex quibus cauſis alienari poſſint.*
2 *Solemnitates quæ requirantur de iure ciuili in alienatione rerum immobilium Eccleſiæ, & quæ de iure Canonico, num.3. & 4.*
5 *Subhaſtatio non eſt neceſſaria de iure canonico.*
6 *Vtilitas Eccleſiæ dicitur iuſta cauſa alienationis.*
7 *Vtilitas euidens æquiparatur neceſſitati.*
8 *Vtilitas ſufficit tempore contractus.*
9 *Eccleſia an reſtituatur in integrum ſtante læſione.*
10 *Beneplacitum Apoſtolicum non ſupplet defectum cauſæ.*
11 *Cauſa iuſta alienandi quando dicatur adeſſe.*

12 *Vti-*

12 *Vtilitas debet probari per teſtes, & non ſufficit extraiu-
dicialiter.*
13 *Citatio Rectoris requiritur in probatione vtilitatis.*
14 *Citari ſemper debet qui ex actu lædi poteſt.*
15 *Conſenſus patronorum, & parochianorum requiritur in
diſmembratione beneficij.*
16 *Vtilitas euidens facit valere alienationem ſolemnita-
tibus.*
17 *Vtilitas euidens non debet conſiſtere in momento, ſed
conſiderari ex anteriori, & poſteriori tempore.*
18 *Alienatio ex iuſta cauſa, & bona fide, ſine ex neceſſita-
te non facit alienantem incidere in pœnam.*
19 *Alienatio habet implicitum ſtatum validitatis ſtante
vtilitate Eccleſiæ.*
20 *Contractus fauore Eccleſiæ, & minoris claudicat.*
21 *Beneplacitum Apoſtolicum requiritur in alienatione im-
mobilium Eccleſiæ.*
22 *Eccleſia poſt impetratum beneplacitum Apoſtolicum,
quod retrahitur, non poteſt a contractu recedere,
num.24.*
23 *Beneplacitum Apoſtolicum an, & quomodo operetur ante
probationem vtilitatis.*
24 *Alienatio facta reſeruato beneplacito, interim dicitur
imperfecta.*
25 *Beneplacitum Principis reputatur pro impoſſibili.*
25 *Legatum cum onere impetrandi aliquid à Principe debe-
tur reiecto onere tanquam impoſſibili.*
27 *Impoſſibilitas quando vitiet contractus, ſiue vltimas vo-
luntates, vel habeatur pro non oppoſita.*
28 *Beneplacitum Apoſtolicum, an & quando ex lapſu tem-
poris præſumatur, num.30. & 32.*
29 *Solemnitates omnes præſumuntur ex lapſu centum an-
norum.*
31 *Negatiua beneplaciti non adhibiti non probatur ex in-
ſpectione actorum.*
33 *Solemnitates non requiruntur in bonis, quæ ſint ſolita
locari.*
34 *Conſuetudo locandi bona Eccleſiæ, quomodo ſit proban-
da.*
35 *Vtilitas Eccleſiæ requiruntur non Rectori, cui detur pe-
cunia.*
36 *Conſuetudo in Emphyteuſim concedendi bona Eccleſiæ
non poteſt alterari.*
37 *Bona Eccleſiæ non poſſunt tranſire in manum mortuam
ſine beneplacito Apoſtolico.*
38 *Res ſterilis, & modica conſiderationis poteſt in Emphy-
teuſim concedi etiam conſanguineis cum ſolo conſenſu
Epiſcopi, num.39.*
*Epiſcopus Eccleſiæ alienantis, non Epiſcopus loci, in quo
ſita ſunt bona alienanda, vel vterque debet auctori-
tatem interponere.*
40 *Res quando dicatur exigui valoris, & modica conſidera-
tionis.*
41 *Dos ſcutorum mille olim pro magna, hodie per minima
reputatur.*

C A P V T LXIX.

LIcèt de iure ciuili non ſit permiſſum alienare res im-
mobiles Eccleſiæ, niſi in certis caſibus, vt ex cauſa
pietatis pro redemptione captiuorum, vel pro alimentis
pauperum tempore penuriæ magnæ, vel ex cauſa neceſſita-
tis pro debito Eccleſiæ perſoluendo, ſiue ex cauſa vtilitatis,
1 vt in *l. ſancimus, & in Auth. hoc ius porrectum, ac in l. iube-
mus, C. de ſacroſanct. Eccl.* vbi gloſ. *in Verb. Inſcribatur.*
Oinot. *in §. Sacra n.8. inſtit. de rer. diuiſ.* & tunc multæ ſo-
lemnitates requirantur, &c.
2 Primò, vt vrgeat debitum, quod ex mobilibus, & fructi-
bus ſolui non poſſit, &c.
Secundò, vt detur prius ipſi creditori res immobili lo-
co pignoris, ad hoc vt ſibi de fructibus ſatisfaciat, ſi ita velit
accipere, &c.
Tertiò, quod Rector, ſiue Abbas apud Epiſcopum
iuret verè exiſtere debitum, nec ex mobilibus ſolui poſ-
ſe, &c.
Quartò, quod per viginti dies res venalis publicè note-
tur, & plus offerenti deliberetur, ac pretium omnibus mo-
• dis in vtilitatem Eccleſiæ cedat pro debito, &c.
Quintò, vt ſuperindè conficiatur ſcriptura, &c.
Sextò, quod emptore non reperto res æſtimata detur in
Sabelli Reſol.

ſolutum creditori pro decima parte pluris pretij æſtimatio-
ni ipſius rei, &c.
Septimò, quod interueniat conſenſus Epiſcopi, & ma-
ioris partis Cleri, &c.
Octauò, quod creditor probet id, quod credidit in vtili-
tatem Eccleſiæ proceſſiſſe, &c.
Nonò, quod vendatur res mediocris inter aliàs inſpecta
qualitate, quantitate, & onere, &c.
Decimò, quod res magni pretij pro paruo debito non
vendatur, quæ omnia decem requiſita notantur in *Auth.
hoc ius porrectum*, iuxta gloſ. *C. de Sacroſ. Eccl.*
De iure tamen Canonico, cui in hoc ſtandum eſt, tot
ſolemnitates non requiruntur, ſed ſufficit ſolemnitas, &
forma tradita *in c. ſine exceptione 12. qu.2. & in cap. dudum
de reb. Eccleſ. non alien.* vt ſcilicet interueniat tractatus, & 3
cauſæ cognitio an expediat Eccleſiæ alienatio, ſecundò au-
ctoritas, ſiue decretum Epiſcopi, tertiò conſenſus Cle-
ri, ſiue Capituli ſi agatur de alienatione rei immobilis
Collegiatæ, ſi verò de alienatione rerum alicuius Mona-
ſterij conſenſus Epiſcopi, Abbatis, vel Abbatiſſæ, & Mo-
nachorum, vel Monialium, & ſi agatur de alienatione
rerum alicuius Parochialis Eccleſiæ conſenſus Epiſcopi,
& Presbyteri, ſiue Rectoris illius Eccleſiæ abſque alio
tractatu, Guid. Pap. *deciſ.* 149. Gratian. *diſceptat. fo-
renſ. cap.452. num.9. & ſeqq.* Oinot. *in §. Sacra num.9. In-
ſtit. de rer. diuiſ.* Pract. Pap. *in libel. act. real. gloſ. veris,
& legitimis nu.48.* Capyc. *deciſ.16. in prin.* & ex profeſſo de
alienatione bonorum Eccleſiaſticorum, tradit Borg. *deciſ.
30. per tot. part.2.*
Duo enim requiſita tantùm de iure canonico copula-
tiuè requiruntur, vt valeat huiuſmodi alienatio, ſolem- 4
nitas, ſiue forma requiſita, & iuſta cauſa, *c.1. de reb. Ec-
cleſ. non alien.* Rot. *part.2. diuerſ. deciſ.160. num.1. & deciſ.
178. num.1.*
Et in ſpecie quod non ſit neceſſaria ſubhaſtatio requiſita
de iure ciuili, *d. Auth. hoc ius porrectum*, attento iure cano-
nico, quod vbique, & in vtroque foro ſeruari debet, in 5
hac materia tradit Poſth. *in tract. de ſubhaſt. Inſpect.2. num.
13.* & latè de conſuetudine teſtatur Gratian. *diſceptat. fo-
renſ. cap.479. num.14. &c.*
Iuſta autem cauſa dicitur vtilitas Eccleſiæ, vel neceſ-
ſitas, quamuis adhibita ſolemnitate videatur præſumi vti- 6
litas, Magon. *deciſ. Florent. 69. num.4.* & tunc dicitur
adeſſe vtilitas, quando non eſt dubium, quod alienatio ſit
magis profutura Eccleſiæ, adeò vt euidens vtilitas æqui- 7
paretur neceſſitati, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.838.
num.21.* ac ſufficit, quod talis euidens vtilitas Eccleſiæ ad-
ſit tempore contractus, non attento quod poſteà ſequa- 8
tur, Guid. Pap. *deciſ.* 157. Gratian. *cap.415. num.10. &
ſeqq. & cap.520. num.21. & num.32.* vbi etiam quòd ideò
Eccleſia non reſtituitur in integrum ex læſione ſuperue-
niente poſt contractum, quamuis aliàs reſtituatur propter 9
læſionem exiſtentem de tempore contractus, non ob-
ſtante iuramento, & ſolemnitate beneplaciti Apoſtolici,
quod ſolùm ſupplere poteſt defectum ſolemnitatum, 10
non autem defectum cauſæ, Rot. *diuerſ. part.2. deciſ.178.
num.2.* & tunc venit res vnà cum fructibus reſtituen-
da, idem Gratian. *cap.624. num.16. & ſeqq.* vbi multos
allegat, &c.
Sicuti etiam iuſta cauſa diceretur, quando res Eccleſiæ
eſſet minus vtilis, vel potiùs onerosa, & plus incommodi, 11
quàm commodi afferens, *iuxt. c. terrulas, & c. item do-
mus 12. quæſt.2.* cum alijs per Guid. Pap. *deciſ. 156. & de-
ciſ.158.* Capyc. *deciſ.105.* & Gratian. *diſcept. forenſ. cap.
451. num.2. &c.*
Circa tamen huiuſmodi vtilitatem Eccleſiæ debent te-
ſtes, & probationes pro veritate recipi, ita vt non ſuf-
ficiat extraiudicialis informatio niſi in reſcripto ſi in eui- 12
dentem, &c. fuerit conceſſa facultas Commiſſarijs ſe ex-
traiudicialiter informandi, Rot. *diuerſ. dict. deciſ.160.
num.7. & 8.*
In quo examine teſtium, & receptione probationum,
ad oſtendendam euidentem vtilitatem Eccleſiæ, eſt neceſ- 13
ſaria citatio Rectoris, vel eius præſentia, cùm agatur de
ſuo præiudicio, & eius conſenſus requiratur, Gratian. *di-
ſcept. forenſ. cap.520. num.33.* & regulare eſt, quod ſem- 14
per debeant citari illi, qui prætendere poſſunt aliquid inte-
reſſe in actu expediendo, & vbi lædi poſſunt, aliàs actus
non valet, *l. de vnoquoque, ff. de iud.* Marant. *par.6. verſ. quia-
tus modus, &c.* Sicut etiam videmus in diſmembratione

vnius beneficij, & Curæ animarum ab alio vltrà cæteras
15 ſolemnitates, & iuſtam cauſam in alienatione rerum Ec-
cleſię neceſſarias requiri conſenſum omnium Patronorum,
& Parochianorum, de quorum intereſſe agitur, Rot. *in Bo-
nonien. diſmembrationis* 15. *Ianuarij* 1635. coram Ghiſilerio
in Nouiſs. part.7. dec.6. per tot.
Quæ vtilitas euidens Eccleſiæ eſt adeò conſiderabilis, &
16 potens, vt illa exiſtente, valeat alienatio etiam ſine alijs
ſolemnitatibus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*383. *num.*22. &
latè videndus Ciarlin. *contron. Iur. cap.*105. *per tot.* ita vt
tunc non poſſit opponi de ſubreptione beneplaciti Apoſtoli-
ci, & oppoſitio non ſit attendenda, idem Gratian. *cap.*415.
*num.*3. Rot. *part.*2. *diuerſ. dec.*174. *num.*8. vbi etiam *num.*
10. quòd non ſufficit vtilitas, niſi ſit euidens, cùm vtilitas
euidens ſit cauſa finalis alienationis, &c.
Quæ autem ſint conſideranda, vt dicatur adeſſe vtilitas
17 euidens ex tempore anteriori, & poſteriori non attento ſo-
lo tempore præſenti tamquam momentaneo, latè tradit ea-
dem Rot. *diuerſ. part.*2. *deciſ.*65. *num.*4. *& ſeqq. ad* 23. *vbi
num.*19. quòd ſi dubitetur de vtilitate, non valet alienatio
facta ex cauſa euidentis vtilitatis, quicquid aliàs conceſſio
præſumatur vtilis, quotieſcumque non probatur, illam
fuiſſe damnoſam, vt ibidem *num.*20. & Menoch. *de arbitr.
caſ.*172. *num.*22.
Et quod alienatio bonorum Eccleſiæ facta ex iuſta cauſa,
& bona fide, non adhibitis ſolemnitatibus, non faciat
alienantem incidere in pœnas Conſtitutionis Paulinæ, de
18 quibus in *Extrauaganti Ambitioſa de reb. Eccleſ. non alien.*
ſicut nec quando fit ob neceſſitatem alendi propter celeri-
tatem cauſæ morem non patientis, & idem eſt de remue-
ſtimento, quod erat faciendum, ſi ex dictis cauſis factum
non fuerit, Quarant. *in Summ. Bullar. in verb. Alienatio
rerum Eccleſia n.*42. *&* 59. cum alijs per Gratian. *diſcept.
forenſ. cap.*931. *num.*1. *& ſeqq.* Sicuti quod alienatio valeat
ex cauſa remunerationis quo ad fructus notat Magon. *dec.
Flor.*64. *num.*41.
Et ſtante dicta vtilitate, poteſt quandocumque interue-
19 nire ſolemnitas, & interim valet alienatio, cùm habeat im-
plicitum ſtatum validitatis ab initio, donec Eccleſia pœni-
teat, Duran. *deciſ.*397. *num.*11. *& num.*29. Eſt enim in
Eccleſiæ poteſtate, & electione approbare, vel reproba-
re alienationem ſine ſolemnitatibus factam, cùm eius fa-
20 uore poſſit contractus claudicare, ſicut & fauore minoris,
& ſibi imputet qui contraxit, non adhibitis ſolemnitati-
bus, quia ipſe non poteſt pœnitere, nec huiuſmodi nulli-
tatem allegare, ne quod fauore Eccleſiæ, vel minoris indu-
ctum eſt, in odium retorqueri poſſit, vt latè probat Grat.
*diſcept. for. cap.*202. *n.*20. *& ſeqq. & cap.*803. *num.*44. vbi
multos Doctores, & deciſiones allegat, & Rot. *part.*2. *diu.
deciſ.*143. *num.*11.
Ad tollendas igitur omnes difficultates, & obſtaculum
Conſtitutionis Paulinæ, de qua in *d. extrauag. Ambitioſa
de reb. Eccl. non alienan.* ſolet impetrari beneplacitum Apo-
21 ſtolicum, quod iuxta d. Conſtitutionem requiritur in tran-
ſactione, & alia qualibet alienatione rerum Eccleſiæ, præ-
cipuè quando legitimæ ſolemnitates non interuenerunt, &
ſupplet earum defectum cum eo interueniente cenſeantur
remiſſæ, Duran. *dec.*459. *n.*2. *&* 3.
Sufficit enim beneplaciti formam, & verba ſeruare, &
quandocumque impetratum etiam poſt ſequutam aliena-
tionem retrotrahitur ad illam, adeò vt licet Eccleſia poſſit
22 ante illius impetrationem pœnitere, & à contractu recede-
re, non tamen hoc ei licebit poſtquam fuerit obtentum,
pulchrè idem Duran. *deciſ.*396. *num.*8. *& ſeqq.* cùm auctori-
tas Papæ suppleat omnes alias ſolemnitates, ſi legitimè &
validè interponatur exiſtente iuſta cauſa, ſecus ſi fuiſſet
ſubreptitia, Rot. *part.*2. *diuerſ. deciſ.*75. *num.*1. *& ſeqq.*
Huiuſmodi tamen beneplacitum Apoſtolicum in forma
commiſſaria conceſſum, vt fieri ſolet cum clauſula, *ſi in
euidentem, &c.* non dicitur perfectum, & abſolutum ab ini-
23 tio, ſed qualificatum, & conditionale, & interim non iu-
ſtificata conditione nihil operatur, licèt quo ad ſubſtantiam
non ſit conditionale, ſi in rei veritate adſit vtilitas Eccleſiæ,
ſed iſto caſu dicitur ſolum dilata illius executio vſquequo
ſeruata forma de vtilitate conſtiterit euidenter, ac ideò
tunc ſtatim reddit contractum perfectum, & poteſt quan-
documque per Commiſſarium ferri ſententia ſuper vtili-
tate prædicta etiam poſt mortem impetrantis, latè idem
Duran. *deciſ.*365. *n.*7. *& ſeqq.* vbi concordantes deciſiones
allegat, &c.

Dicitur autem imperfecta alienatio bonorum Eccleſiæ,
ſi ſit facta reſeruato beneplacito Apoſtolico, ita vt donec
obtineatur ſit locus pœnitentiæ, ſecus autem, vt dixi poſt-
quam fuit impetratum, non licet nondum ſequuta fuerit 24
ſententia Commiſſarij, & executoris, cui fuit demandata
cognitio, ſi in euidentem, &c. nullus eſt locus pœnitentiæ,
Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*514. *num.*7. *& ſeqq.* Duran. *de-
ciſ.*459. *num.*5. *&* 6. *& deciſ.*397. *num.*12. *& per tot. & deciſ.*
365. *n.*7. *ad* 14. *&c.*
Beneplacitum enim Principis, & Pontificis ante illius
impetrationem, tanquam pendens ab alterius voluntate, 25
reputatur pro impoſſibili, Magon. *deciſ. Luc.*25. *num.*82.
& 83. Mohed. *deciſ.*3. *de teſtamentis num.*1. *aliàs deciſ.*
235. adeò vt ob hanc rationem, legatum factum Mendi-
cantibus cum onere acquirendi nouum locum, vel quid ſi-
mile, in quo requiratur beneplacitum Apoſtolicum, vel li- 26
centia Principis, ſtatim valeat, & debeatur reiecto illo
onere tamquam impoſſibili, & difficili propter licentiam,
& conſenſum Apoſtolicum ad id neceſſarium, difficile
enim reputatur quod ab alterius voluntate maximè Prin-
cipis dependet, & impoſſibili æquiparatur, Caſtr. *in l. ſedem,
§. conſtat, ff. de leg.*1. *n.*8. Magon. *d. deciſ. Luc.*25. *num.*82.
quamuis aliàs ſola difficultas non impediat obligationem,
Bart. Caſtr. & Iaſ. *in l. continuus, §. illud, ff. de verb. oblig.*
Duran. *tract. de condit. & mod. impoſ. p.*4. *cap.*4. *n.*3. Et
quando impoſſibilitas vitiet contractus bonæ fidei, &
ſtricti iuris, ac vltimas voluntates, vel quando potius con- 27
ditio impoſſibilis habeatur pro non appoſita, & quid ſi fue-
rit adiecta ſubſtantiæ negotij, vel qualitatibus, & acciden-
tibus, & quid ſi per viam modi, vel conditionis, & alia
multa ad hunc propoſitum tradit Duran. *d. tract. de condit.
& mod. impoſs. &c.*
An autem ex lapſu temporis præſumatur beneplacitum
Apoſtolicum interueniſſe, dic regulariter non præſumi 28
tanquam ſolemnitas extrinſeca, niſi effluxerint triginta
anni, idem Duran. *deciſ.*459. *num.*5. *&* 6. quo caſu ſtan-
te obſeruantia ſubſequuta cum dicto tempore triginta an-
norum præſumitur, Rot. *part.*2. *diuerſ. deciſ.*179. *n.*1.
& ſtante curſu centum annorum etiam ceſſante poſſeſſio-
ne, & patientia, & ſcientia partis, ac abſque aliqua enun- 29
ciatione omnes ſolemnitates præſumuntur, Gratian. *di-
ſceptat. forenſ. cap.*867. *num.*50. *& ſeqq.* Et quod iuncta
poſſeſſione beneplacitum præſumatur ex curſu longi tem- 30
poris, aliàs ſecus, Magon. *deciſ. Flor.*61. *num.*18. Nec in-
ſpectio actorum probat negatiuam beneplaciti non adhi- 31
biti, cùm ſit ſolemnitas, quæ potuit ante, & poſt actum
adhiberi, idem Gratian. cum multis ab eo relatis in *d.
cap.*867. *num.*53. *& cap.*415. *num.*21. Ita vt ad præſumen-
dum beneplacitum Apoſtolicum non ſufficiant viginti no- 32
uem anni, ſed requiratur integer lapſus triginta anno-
rum cum obſeruantia ſubſequuta, Add. ad Greg. *deciſ.*354.
*ſub num.*18. & Rota *in Romana deuolutionis* 4. *Decembris*
1651. *num.*38. *coram Bichio*, circa quod videnda eſt etiam
noua Conſtitutio ſanctæ memoriæ Vrbani VIII. præſer-
uatiua iurium Eccleſiæ, quæ ſuſtulit huiuſmodi præſum-
ptionem, &c.
Supradictæ verò ſolemnitates canonicæ non requiruntur
tur in alienatione bonorum Eccleſiæ, quæ ſint ſolita lo- 33
cari, & in emphyteuſim concedi, *dict. extrauag. Ambitio-
ſa de reb. Eccl. non alien.* dummodò talis conſuetudo, ſi
contigerit de illa dubitari, probetur vnà cum euidenti
vtilitate Eccleſiæ de tempore nouæ conceſſionis, & quod 34
prima conceſſio fuerit facta cum debitis ſolemnitatibus,
& ſaltem per quadtaginta annos obſeruata, Rot *in Romana
deuolutionis Luna* 4. *Decembris* 1651. coram Bichio *num.*
36. *&* 37. ſequitur Altograd. *conſ.*23. *num.*48. *lib.*1. Ita
vt non ſufficiat dare quantitatem pecuniæ Prælato, & Re-
ctori Eccleſiæ pro huiuſmodi noua conceſſione, cùm iſtud
non redundet in vtilitatem Eccleſiæ, ſed ipſius Prælati,
& Rectoris tantùm, quod non ſufficit, & non attenditur, 35
vt pluribus deciſionibus relatis firmat Gratian. *diſcept. for.
cap.*379. *num.*20. *& ſeqq. & cap.*813. *num.*36. *& ſeqq. ad fi-
nem*, Rot. *in Æſina bonorum* 27. *Aprilis* 1635. coram Buc-
cabella *in Nouiſſ. part.*7. *deciſ.*36. *num.*6. & facit Magon.
*deciſ. Luc.*14. *per tot.*
Valet enim dicta conſuetudo concedendi, & renouandi
Emphyteuſim abſque ſolemnitatibus canonicis, & eſt ſer-
uanda cum eiuſdem pactis antiquis, licet plus ab alijs mue- 36
niri poſſet, cùm ſufficiat non adeſſe læſionem iuxta veteres
conuentiones, & conditiones, contraria verò intelliguntur
quan-

quando Prælatus, & Rector vellet ab illa antiqua conſuetudine recedere, & pro minori penſione, vel in vlteriorem generationem concedere, cùm non poſſit eius limites tranſire abſque ſolemnitatibus canonicis, alias ſecùs quando vult ſolùm veteres conditiones ſeruare, Mantic. *de tacit. & ambiguis conuent. lib.* 22. *tit.* 19. *num.* 33. cum alijs per Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 913. *num.* 33. *&* 34.

Quando tamen conceſſio fieret in manum mortuam, qualis dicitur Eccleſia, vel locus pius dicitur ſolitum alte-
37 rari, & opus eſt beneplacito Apoſtolico, ſi res non fuerit ſolita in manus mortuas tranſire, Rot. *part.* 5. *recent. deciſ.* 176. *n.* 43. cum alijs per eamdem Rot. *in d. Romana deuolutionis num.* 36. 4. *Decembris* 1651. coram Bichio.

De qua alienatione, & conceſſione in manum mortuam an, & quando valeat, & fieri poſſit vidend. Gratian. *diſcep. forenſ. cap.* 481. *num.* 61. *ad finem, & cap.* 533. *num.* 38. *& ſeqq.* Magon. *deciſ. Luc.* 12. *num.* 8. *vbi Add. &c.*

Et quando agitur de terrulis, rebus ſiluestribus, & ſterilibus, ac modicæ conſiderationis, poſſunt in emphyteuſim concedi etiam coniunctis, & affinibus concedentibus abſque aliqua ſolemnitate, & beneplacito Apoſtolico cum ſolo conſenſu Epiſcopi illius Diœceſis, in qua ſita eſt Eccleſia, ad quam res alienanda ſpectat, licèt eſſe ſita, & poſita
38 in alia Diœceſi, nam Epiſcopus Eccleſiæ alienantis, non Epiſcopus rerum alienatarum debet auctoritatem ſuam interponere, quamuis vtrumque requirere, non eſſet inconueniens, ſed cautela, Mantic. *de tacit. & ambiguis conuent. lib.* 4. *tit.* 7. *num.* 37. probatur in *Auth. hoc ius porrectum*, vbi Bald. *num.* 5. *C. de Sacroſanct. Eccleſ.*

Valet enim alienatio rei Eccleſiæ facta à Prælato, vel Rectore in eius conſanguineos ſicut in extraneos, quando fit
39 ſine præiudicio Eccleſiæ, & ceſſet omnis præſumptio fraudis, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 18. *num.* 6. licèt alias dicatur, quod alienatio facta in conſanguineos, non caret fraudis ſuſpicione, eadem Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 65. *num.* 18. *&c.*

Quando autem ad hunc effectum res dicatur exigui valoris, & modicæ conſiderationis, remittitur arbitrio Iudicis, quamuis *gloſſ. in cap. terrulas* 12. *quæſt.* 2. reſtringat hanc modicitatem ad viginti ſolidos, quod interpretatur
40 ad viginti aureos, ſed inſpecto præſenti tempore minus reputantur quinquaginta aurei, quàm olim viginti, ſicuti videmus, quod dotes ſcutorum mille olim habebantur pro
41 magnis, & hodie reputantur pro minimis iuxta qualitatem perſonarum, Menoch. *de arbitr. caſ.* 149. *num.* 40. cum alijs per Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 452. *per tot.* vbi prædicta omnia latè comprobat, &c.

Et ex his puto in omnibus ſatisfactum deſiderio, & petitioni Reuerendiſs. D. mei Abbatis N. N. cui etiam quo ad alia ſemper me paratum pro viribus exhibeo, &c.

ARGVMENTVM.

Contractus carcerati an, & quando valeat: An eius fideiuſſor obligetur, ſi ſoluerit an repetat ab eo, quid ſi ſoluerit pro liberando detentum à latronibus, plura de metu quando reſcindat contractum, an iuramentum operetur, & alia notabilia.

SVMMARIVM.

1 *Metus eſt cauſa reſciſſionis cuiuslibet contractus.*
2 *Metus eſt difficilis probationis, & probatur coniecturis.*
3 *Metus non omnis reſcindit contractum, ſed tantùm cadens in conſtantem virum.*
4 *Metus quando dicatur iuſtus, & ſufficiens ad annullandum contractum.*
5 *Carceratio iniuſta arguit metum. & annullat contractum.*
6 *Carcer qualiter ſit mala manſio, & morti æquiparetur.*
7 *Carceratus dicitur ille, qui iniuste in Arce, vel camera detinetur.*
8 *Carceratus dicitur, qui dedit fideiuſſorem de non recedendo ab areſta.*
9 *Metus dicitur adeſſe etiam ſi carceratus ducatur ad bancum iuris, vel in domum extra palatium, num.* 10.
11 *Carceratus iniuſte, vel etiam iuſte ad extorquendum alium contractum, prohibetur contrahere cum eo, qui fecit illum carcerare.*
12 *Fideiuſſor accedens contractui geſto cum carcerato an remaneat obligatus.*
13 *Submiſſio tertia perſona magis fraudem redolet.*
14 *Promiſſio indemnitatis facta fideiuſſori à carcerato, an valeat.*
15 *Fideiuſſor qui ſoluit pro carcerato, an ab eo repetat.*
16 *Soluens pecuniam latronibus pro eximendo detentum ab illorum manibus an repetat ab eo, quem liberauit, & quid ſi pro ſe retineat.*
17 *Officialis an poſſit contrahere cum carcerato, vel cum ſubdito durante officio.*
18 *Medicus durante infirmitate, non poteſt contrahere cum infirmo.*
19 *Medicus an poſſit recipere promiſſionem ab infirmo pro illo curando.*
20 *Carcerati non poſſunt contrahere cum Cuſtode carceris, ſed benè inter ipſos carceratos.*
21 *Carcerati non poſſunt heredem inſtituere Cuſtodem carceris, nec alios, ſub quorum cuſtodia eſſent ſequeſtrati.*
22 *Inſtitutio facta à minore de ſuo tutore, vel curatore non valet.*
23 *Teſtator poteſt blandis verbis induci ad ſibi, vel alteri relinquendum.*
24 *Tutor non poteſt inducere teſtatorem ad ſibi relinquendum id quod fuit relictum pupillo, cuius tutelam gerit.*
25 *Teſtator non poteſt blandis verbis induci, vt alteri adimat, & ſibi relinquat.*
26 *Inſtitutio, quæ ex importunitate procedit, non valet.*
27 *Contractus carcerati valet etiam cum eo qui fecit carcerare, quando carceratio fuit iuſta.*
28 *Iuramentum non validat contractum meticuloſum.*
29 *Iuramentum quomodo habeatur pro appoſito, & quid operetur ſtante pacto, quod ſcriptura habeatur pro iurata.*
30 *Abſolutio non eſt neceſſaria, nec tranſgreſſor efficitur periurus, quando verè iuramentum non fuit interpoſitum, ſed tantùm conuentum, quod ſcriptura habeatur pro iurata.*

CAPVT LXX.

Metus eſt cauſa ſufficiens nullitatis, & reſciſſionis 1
cuiuslibet contractus, nam vt inquit Prætor *in l.* 1. *ff. de eo quod met. cauſ.* Quod metus cauſa geſtum erit, ratum non habebo, quæ verba propè diuina, & in ore Prætoris à Deo poſita per iudicium naturale, & ſummam æquitatem continere reputantur, quomodo enim rectè fieri poteſt, vt is obligetur, qui metu adductus conſequitur, Bald. *in Rub. ff. eod.* Oinot. *in §. quadrupli num.* 4. *Inſtit. de act.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 135. *num.* 1.

Qui quidem metus licèt ſit de illis caſibus, qui reputan- 2
tur difficilis probationis, vt tradit idem Menoch. *de arbitr. caſ.* 116. *num.* 17. probatur tamen per coniecturas, de quibus latè Theſ. *quæſt. forenſ. lib.* 1. *quæſt.* 51. *num.* 23. *& per tot.* Seraphin. *deciſ.* 818. Ciarlin. *controu. forenſ. cap.* 108. *nu.* 29. *& ſeqq.* idem Menoch *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 126. *per tot. & de arbitr. d. caſ.* 135. *num.* 6. *& caſ.* 136. vbi quòd Iudicis arbitrio remittitur quænam coniecturæ ſufficiant, Iaſ. *in l. interpoſitas C. de tranſact.* Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 341. *num.* 4.

Non tamen omnis metus ſufficit ad reſciſſionem contractus, ſed tantùm iuſtus, & qui cadere poteſt in conſtan-
tem virum iuxta qualitatem perſonarum, cùm non omnes 3
eodem modo ſint conſtantes, ſed quidam, quos nullum tormenti, aut periculi genus terrere ſolet, quidam alij verò timidiores, vt pueri, & mulieres, in quibus minor metus ſufficit, idem Menoch. *de arbit. d. caſ.* 135. *num.* 2. *& ſeqq.* Sola enim ſuſpicio metus, & vani timoris non habetur in aliqua conſideratione, quo ad iuris effectum, *l. vani timores ff. quod met. cauſ.* Rot. *diuerſ. d. deciſ.* 341. *n.* 1.

Reperiuntur nihilominus quidam caſus, qui videntur in iure definiti, & quos procul dubio Iudex arbitrari debet in
omni genere perſonarum iuſtum metum, & cadentem in 4
conſtantem virum inferre, vt quando imminet periculum mortis, ſalutis, cruciatus corporis ſui ipſius, vel filiorum, ſiue etiam affinium, amiſſionis bonorum, & ſimiles metus illati per verbera, vel minas atroces à potente, & ſolito illas ad effectum producere, vel per iniuſtam carcerationem, *l. metum autem ff. de eo quod met. cauſ.* Oinot. *in d. §. quadrupli num.* 36. cum alijs per Menoch. *de arbitr. d. caſ.* 135. *num.* 6. *& ſeqq. &c.*

Ipſa enim iniuſta carceratio, & detentio ſatis ſuperque

agitur

arguit per metum fuiſſe geſta, & nullius eſſe momenti,
quæ in vinculis geſta fuerunt, adeo vt contractus à carce-
5 rato celebratus, nec etiam prodeſſe poſſit ei, qui aliquo
modo particeps fuit, vt carceri manciparetur, *l. qui carce-
rem, & l. metum §. ſed licèt ff. eodem*, Dec. *conſil.* 691. *num.*
5. Guid. Pap. *deciſ.* 253. cum alijs per Menoch. *de arbitr.
caſ.* 136. *num.* 3. *& ſeqq.*

Quia carcer eſt mala manſio, magnus cruciatus, &
6 morti æquiparetur, licèt dicatur tantùm inuentus ad cu-
ſtodiam non ad pœnam præcipuè de iure ciuili, Boſſ. *in tit.
de Carcer. num.* 1. *&* 2. *&c.*

Atque ad hunc effectum carceratus dicitur non ſolùm
ille, qui in publico carcere, ſiue vinculis detinetur, ſed
7 etiam qui inuitus in Arce, vel Camera priuata cuſtoditur,
ita vt liberè non valeat diſcedere, Rot. *in nouiſſ. part.* 6. *de-
ciſ.* 26. *num.* 40. *&* 41. Vrſil. ad Afflict. *deciſ.* 149. *num.* 2. Si-
cut etiam dicitur carceratus ille, qui dedit fideiuſſores de
non recedendo ab areſto, & iurauit, non recedere, qui-
8 cunque enim eſt ita alligatus, & obligatus, vt ſine dedeco-
re in publico apparere non poſſit, dicitur eſſe in vinculis,
licèt haberet facultatem abeundi, vt quia, vel iurauerit non
abire, vel ſub fideiuſſore ſit, *l. in eadem §. in vinculis vbi
gloſ. & l. nec non ff. quibus ex cauſ. maiore*, cum alijs per Guid.
Pap. *deciſ.* 253. *per tot.* Petr. Pecch. *tract. de iur. ſiſtend. &
manutenend. iniect. cap.* 29. *num.* 2. Boſſ. *in tit. de carcerat.
fideiuſſ. comitt. num.* 3.

Ex quibus apparet eluſoria cautela illorum, qui dum
volunt cum carcerato contrahere, faciunt eum extrahere
de carcere, & ducere ad bancum iuris, nam ſemper metus
dicitur perdurare quouſque extat eadem cauſa metus, &
actus factus incontinenti poſt illatum metum, præſumitur
9 meticuloſus, ex quo eadem cauſa perdurat, & non perue-
nit ad locum omninò liberum, nec in plena libertate poſitus
fuit, prout requiritur ad hoc, vt poſſit prætendi metum
fuiſſe purgatum, Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 126.
num. 26. *& ſeqq. ad finem*, & idem omninò eſt quamuis ad
10 promiſſionem abſoluendam adduceretur carceratus in do-
mum alicuius ciuis, veluti à vinculis remotam, & liberam,
ne dicere, & allegare poſſet ſe in carceribus contraxiſſe,
Neuiz. *conſil.* 52. cum alijs per Petr. Pecch. *d. tract. de iur.
ſiſten. & manu. iniect. cap.* 29. *nu.* 3.

Ex præmiſſis itaque clarè liquet, promiſſionem de ſol-
uendo vnà cum datione fideiuſſorum factam à Franciſco
nulliter, & iniuſtè detento in carceribus ad fauorem Bar-
tholomæi, qui fecit illum detinere eſſe omninò meticulo-
ſam, nullam, & non attendendam. Nam carceratus iniu-
ſtè, ſiue ex eo, quod non ſit reus, nec debitor, ſiue etiam licèt
11 eſſet talis ex eo, quod non ritè, nec ſeruato iuris ordine, vel
etiam data iuſtitia carcerationis ad extorquendum alium
contractum ſeparatum ſuper alio negotio ad fauorē illius,
qui fecit carcerare, adeò prohibetur cum eo ad cuius inſtan-
tiam fuit captus contrahere, vt omnis obligatio, & promiſ-
ſio, indè ſequuta ſit ipſo iure nulla propter metum, qui ex
iniuſta carceratione, vel etiam iuſta, ſed ad extorquendum
alium contractum, vt ſupra dicitur ſufficienter probatus,
Rot. *in nouiſſ. part.* 6. *deciſ.* 26. *num.* 5. *& ſeqq. per tot.* Duran.
deciſ. 373. *num.* 5. *& ſeqq.* vbi etiam, quòd eſt nulla obligatio
fideiuſſoris accedentis pro huiuſmodi carcerato ad fauorem
12 illius, qui fecit carcerare, maximè quando fuit pater, vel
mater, qui fideiuſſerint, quaſi in illis vigeat eadem ratio
metus, etiam ſi ſe obligauerint cum iuramento principali-
ter, & in ſolidum, quicquid poſſit dubitari in alijs, licèt
etiam in alijs fideiuſſoribus extraneis idem omninò dicen-
dum eſſe videatur ex traditis per Afflict. *deciſ.* 149 *n.* 1. *&* 4.

Si enim valeret obligatio fideiuſſoris, & poſſet ab illo exi-
gere, qui iniuſtè fecit carcerare, & ſic per metum extorſit
obligationem à principali, ſequerentur duo abſurda, vnum
quod qui iniuſtè fecit carcerare, per indirectum haberet in-
tentum ſuum, alterum quod non obſtāte metu incuſſo, quis
teneretur obſeruare, quæ per metum promiſit, quia fideiuſ-
ſor ſi coactè ſoluerit poterit à principali repetere, vt mox di-
cam, & ita qui metum incuſſit commodum ex improbitate
ſua conſequeretur contra regulas iuris, ac ſemper viget ra-
13 tio metus etiam reſpectu fideiuſſoris, nam ſicuti detentus
ipſe per metum promiſit, ſic etiam per metum fideiuſſorem
dedit, & promiſſio, quæ fit in carceranti nomine carcerati,
& pro illius liberatione obtinenda perindè eſt, ac ſi facta
fuiſſet ab ipſo carcerato, imò ſubmiſſio tertię perſonæ magis
fraudem, & metum redolet, ac arguit Hyppolit. *ſing.* 306. &
alij relati per Petr. Pecch. *de iur. ſiſtend. d. cap.* 29. *in fine.*

Quæ adeò ſunt vera, vt nec teneat promiſſio releuatio-
nis indemnitatis, facta à carcerato ipſi fideiuſſori, qui pro
illo intercedit penes eum, qui carcerare fecit, quia licèt car-
ceratus poſſit contrahere cum tertio, qui non fuit cauſa
carcerationis, nec aliquo modo particeps, tamen ſi ille ter-
tius non contrahit ex motu proprio, & ad proprium com- 14
modum principaliter, ſed ad inſtantiam alterius, aut ad
commodum illius, qui carceratum iniuſtè detinet, non va-
let contractus, Duran. *d. deciſ.* 373. *num.* 14. *&c.*

Si tamen talis fideiuſſor ſe oppoſuerit ſolutioni, nec
ſpontè ſoluerit, ſed fecerit quicquid potuerit ne ſolueret,
propter potentiam aduerſarij per vim, vel iuſſu Superioris
etiam iniuſtè coactus fuerit ſoluere, nec fuerit aliquo mo-
do particeps iniuſtæ detentionis, non video quomodo ęqui-
tas patiatur, eum eſſe in damno, & exiſtimo poſſe repetere 15
à principali pro quo fuit coactus ſoluere, ſi enim principalis
remanſit liberatus à carcere propter dictam fideiuſſionem,
& pietatem, officium ſuum non debet illi eſſe damnoſum,
ſed æquum eſt, vt repetat Marſil. *in repet. Rub. ff. de fideiuſ.
num.* 186. Afflict. *deciſ.* 149. *num.* 4. & latè ibidem probat
Vrſil. *in Addit. num.* 5. *& ſeqq.*

Sicuti idem eſſe videmus quando aliquis pietate ductus 16
ſoluit pecuniam latronibus pro aliquo liberando ab eorum
manibus, qui licèt ipſo detento inuito ſoluat pro eo, cùm
faciat ad illius ſalutem, & liberationem obtinendam, & ſic
opus bonum, & pium exerceat, poteſt ſolutum repetere ab
eo, imò etiam ſi quis acciperet pecuniam, & mercedem
pro ſe ipſo, vt liberaret aliquem detentum à latrunculis,
huiuſmodi acceptio tamquam merces ſui laboris, & peri-
culi non ſolùm licita reputatur, ſed dicitur donatio irreuo-
cabilis, quia quod contemplatione ſalutis fit, æſtimari non
poteſt, *l. ſi pater §. ſi quis, ff. de donat. l. nam ſeruitus, ff. de
neg. geſt.* Tiraquel. *in l. ſi vnquam num.* 12. *C. de reuocat. do-
nat.* Boer. *deciſ.* 215. *num.* 31. cum alijs per Vrſil. *d. deciſ.*
149. *num.* 5. *& ſeqq.* vbi teſtatur ſic in facto conſuluiſſe, &
obtinuiſſe. Quod ſano modo eſt intelligendum, vbi nulla
ſuſpicio fraudis, & colluſionis cum latronibus in huiuſmo-
di liberante conſiderari poteſt, aliàs ſecus, prout innuit
Afflict. *d. deciſ.* 149. *num.* 5.

Non ſolùm autem prohibetur contrahere carceratus
cum eo, qui fecit carcerare ſtante iniuſta detentione, ſed
etiam ſiue iuſta, ſiue iniuſta fuerit carceratio prohibetur 17
officialis, ſiue Iudex, ſub quorum eſt cuſtodia, ab eo obli-
gationem recipere, imò etiam à non carcerato, ſed ſubdito
ſuo durante officio, cùm ſemper præſumatur terror, & me-
tus illatus, de quo tamen videndus latè Montan. *de tut.
cap.* 30. *num.* 62. *cum multis ſeqq.* & Rot. *dicta deciſ.* 26.
num. 12. *& ſeqq. ad* 28. *in nouiſſ. part.* 6.

Ad exemplum Medici, qui durante infirmitate non po-
teſt contrahere cum infirmo, *l. medicus, ff. de var. & ex- 18
traord. crimin.* cuius diſpoſitio vnde emanauerit, & alia ad
eius intelligentiam, tradit Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 439.
num. 8. *& ſeq.* Pract. Papp. *for. libel. act. real. gloſſ. veris, &
legitimis n.* 16. Felic. *de Societ. cap.* 8. *n.* 3. Et qualiter Medi-
cus poſſit ab infirmo recipere promiſſionem pro illo curan- 19
do, & an eo defuncto poſſit contra hæredem agere, Afflict.
deciſ. 123. & pulchrè Magon. *deciſ. Florent.* 11. *per tot.* vbi
affirmatiuè concludit, limitando tamen in Medico ſti-
pendiato à publico, qui non poteſt de alio ſalario pa-
ciſci, &c.

Nec etiam dicti carcerati poſſunt contrahere cum cuſto-
dibus carcerum, ſed benè inter ipſos carceratos, vel cum 20
omnibus alijs, ſi ad proprium commodum, & vtilitatem
contrahant, Decian. *conſ.* 102. *lib.* 3. Felic. *de Societ. cap.* 8.
num. 26. quidquid aliter de conſuetudine ſeruari, ſed malè
dicat Guaz. *ad deſ. deſſ.* 6. *cap.* 1. *num.* 9.

Sicut etiam nec dicti carcerati poſſunt, teſtando, hære-
des inſtituere cuſtodes carcerem, vel alios ſub quorum
cuſtodia reperiantur, quibus exceptis, poſſunt alios ſibi be- 21
nè viſos inſtituere, Boſſ. *tit. de carcer. num.* 23. cum alijs
per Guaz. *d. deſſ.* 6. *cap.* 1. *num.* 16. vnde teſtamentum fa-
ctum à vulnerato in domum amici ad inſtantiam Iudicis
ſequeſtrato non valet, ſi reperiatur inſtitutus ille amicus
ſui cuſtos, cùm præſumatur teſtator compulſus, vel paria
ſint, quòd potuerit compelli, Boſſ. *loc. cit. num.* 22. Vrſil.
ad Afflict. *deciſ.* 69. Sicut nec valet inſtitutio facta a mino- 22
re de ſuo tutore, vel curatore, quia non præſumitur liberè
facta, prout decet, ſed per impreſſionem, & metum,
Montan. *de tut. cap.* 30. *num.* 80. *fol. mihi* 90. idem tenet
Marta *vot.* 198. ſed contra probat Galuan. *conſ.* 42.

Quam-

Quamuis aliàs ſit licitum, teſtatorem blanditijs, & deli-
neamentis inducere ad ſibi, vel alteri relinquendum, niſi
23 miſceantur minæ, vel verbera, ſeu tanta importunitas, quæ
liberam voluntatem auferat, Bart. *in l. fin. ff. ſi quis aliquem
teſt. prohib.* cum alijs per Durand. *tract. de condit. & mod.
impoſſ. part. 3. cap. 5. num. 34.*

Non tamen licèt tutori inducere teſtatorem ad ſibi relin-
quendum id, quod pupillo, cuius tutelam gerit reliquerat,
24 vt per Durand. *loc. cit. num. 35.* vbi etiam, quid in ſimili-
bus, &c.

Et quòd teſtator non poſſit blandis verbis, & per ſugge-
ſtionem, vt ſupra induci, vt alteri adimat, quod iam reli-
querat, vel volebat relinquere non relinquat illi, ſed ſugge-
25 renti, & blandienti, & ita faciens, & retrahens teſtatorem
à ſua libera voluntate, & diſpoſitione non ſolùm peccet, ſed
etiam teneatur actione de dolo, vel in factum ſubſidiaria,
l. 1. ff. de doli except. Aug. *in l. fin. C. ſi quis alium teſt. pro-
hib.* Cæpol. *caut. 36. per tot.* Vrſil. ad Afflict. *deciſ. 69. per tot.*

Vbi enim inſtitutio non ex libera voluntate, ſed potius
26 ex importunitate procedit, non valet, Durand. *loc. ſup. cit.
num. 34. &c.*

Stante autem iuſta carceratione nullus metus conſidera-
ri poteſt, ſed abſolutè valet contractus carcerati, etiam ſe
27 obligando ad fauorem illius ad cuius inſtantiam fuit carce-
ratus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 479. n. 30.* & Rot. *in allega-
ta deciſ. 26. part. 6. Nouiſſ. num. 1. & ſeqq.* niſi, vt ſupra di-
ctũ fuit, carceratio fuiſſet procurata ad extorquendũ alium
contractum ſeparatum ſuper alio negotio, quia tunc nec
iuſta dici poteſt, ſi ad hunc finem fuerit procurata, &c.

In caſibus verò, in quibus dictum eſt, non valere obli-
gationem carcerati propter metum præſumptum, intelli-
gendum eſt etiam, ſi adhibitum fuerit iuramentum, cùm
iuramentum non poſſit conualidare contractum meticulo-
ſum, non quidem ex eo quod deficiat conſenſus in iurante,
28 ſed quia ille, qui per metum extorquet obligationem ob
reſiſtentiam iuris nullum ius, nullamuè actionem acquirit,
nec meretur ſibi promiſſa ſeruari in pœnam ſui doli, & licèt
tunc etiam iuramentum obliget reſpectu Dei, quem iurans
in teſtem veritatis adducit, eſt concedenda omninò abſolu-
tio, Rot. *d. deciſ. 26. num. 42. & ſeqq.* tantò magis in caſu
prædicto, vbi non fuit præſtitum iuramentum formale, ſed
confecta ſcriptura priuata, quam partes vim publici inſtru-
menti, & pro iurata ex pacto habere voluerunt, quo caſu
29 licèt iuramentum vigore pacti inter ipſas partes habeatur
pro appoſito, & pariat ſuum effectum ciuilem quoad ho-
minem, non tamen induit religionem ſacramenti formalis
erga Deum, nec eſt opus aliqua abſolutione, & tranſgreſ-
30 ſor non efficitur periurus, Rot. *part. 6. Nouiſſ. dicta deciſ.
26. num. 42. & num. 49.*

A R G V M E N T V M.

Carceratus pro vno debito an, & quando poſſit re-
commendari pro alio, & quæ requirantur, quid
ſi ſit carceratus pro delicto, an poſſit areſtari pro
debito, vel pro alio delicto, ſiue pro expenſis
alimentorum.

S V M M A R I V M.

1 *CArceratus pro debito fiſcali an poſſit ad inſtan-
tiam priuati recommendari, num. 2.*
3 *Carceratus ad inſtantiam priuati poteſt recommendari
ad inſtantiam fiſci.*
4 *Carceratus ad inſtantiam priuati an poſſit recommenda-
ri ad inſtantiam alterius priuati, & numeris ſeqq.*
5 *Carceratus non poteſt ab alio areſtari quando prima ca-
ptura fuit nulla.*
6 *Carceratus non poteſt ab alio areſtari, niſi areſtare vo-
lens iam mandatum captura contra eum obtinuerit,
vel obtineat dum ſtat carceratus, num. 7.*
8 *Executio quando eſt parata vigore ſtatuti poteſt fieri
areſtum.*
9 *Citatio non poteſt tolli per ſtatutum.*
10 *Statutum de capiendo debitore intelligitur ſeruato ordi-
ne l. à Diuo Pio, &c.*
11 *Omiſſio ordinis prædicti an inducat nullitatem.*
12 *Carceratus non poteſt areſtari in die feriata.*
13 *Differentia quare ſuſpectus poſſit capi die feriata, &
non areſtari.*
14 *Carceratus pro vno delicto an, & quando poſſit pro alijs
areſtari, num. 15.*
16 *Carceratus pro delicto an poſſit areſtari pro debito.*
17 *Sententia criminalis non debet differri ex cauſa debiti
etiam ab illa prouenientis.*
18 *Creditor præfertur fiſco in pœna pecuniaria.*
19 *Condemnatus in pœnam exilij, vel confinij an poſſit reti-
neri pro debito.*
20 *Abſolutus à delicto an poſſit retineri pro debito.*
21 *Carceratus poteſt retineri pro expenſis alimentorum, ſi-
cut eius bona, & num. 22.*
23 *Carceratus ſi citetur ad inſtantiam alterius an, & quan-
do teneatur reſpondere per Procuratorem. num. 24.*
24 *Condemnatus in contumaciam ſolet admitti ad nouas
defenſiones.*
25 *Quid ſeruetur quando carceratus in vno Tribunali cita-
tur ad aliud Tribunal.*

C A P V T LXXI.

CVm nonnulli creditores inſtarent, quendam amicum
meum pro debito carceratum areſtari, & in carceri-
bus recommendari pro illorum creditis, dicebam non eſſe
locum huiuſmodi areſtationi, & quoniam aliquibus vide-
batur durus ſermo, & non tranſire ſine difficultate, pro
clariori declaratione eorum, quæ propoſui, ſic diſtinguen-
dum eſſe puto, &c.

Aut quis reperitur carceratus pro debito fiſcali, & de iu-
re videtur, ad inſtantiam cuiuslibet alterius creditoris pri- 1
uati areſtari, & in carceribus recommendari poſſe pro de-
bito priuato, pro quo tamen eſſet iam relaxata executio
iuxta ea, quæ infra dicam, Bart. *in l. quoties C. de exact. tri-
but. lib. 10.* Aret. *in §. cum quoque col. 3. Inſtit. de act.* Guid.
Pap. *deciſ. 61. in fine*, Brun. *tract. de ceſſ. bonorum quæſt. 11.
num. 21. quarta quæſt. princ.*

Circa quod tamen non eſt prætermittendum, in ſtatu
Florentino, in hoc caſu contrarium ſeruari, nempè carce-
ratum pro debito publico non poſſe pro priuato retineri, & 2
recommendari ſic diſponente ſtatuto Florentino *lib. 2. Rub.
47.* ſicut nec carceratum pro debito fiſcali procedente ex de-
licto poſſe areſtari ad inſtantiam priuati creditoris, teſtatur
Petr. Cabal. *reſol. crim. caſ. 299. num. 33. & ita ſemper in
d. ſtatu ſeruari vidi, &c.*

At verò quis reperitur carceratus ad inſtantiam credito-
ris priuati pro debito ciuili priuato, & non eſt dubium,
quod è contra poteſt ad inſtantiam fiſci areſtari, & recom- 3
mendari in carceribus pro debito fiſcali, vel etiam pro deli-
cto, Bart. *in d. l. quoties, & in l. cum ea §. fin. ff. ad l. Iul. pe-
cul.* & latè *in l. 2. ff. de cuſtod. reor.* cum alijs per Brun. *d.
quæſt. 11. num. 23.* Petr. Cabal. *d. caſ. 299. num. 30. & ſeqq.*
vbi quòd carceratus ex quacumque cauſa ſemper poteſt pro
debito fiſcali recommendari, quia fiſcus in hoc eſt priuile-
giatus, nec aliquis ordo, vel executio antea relaxata re-
quiritur, prout in alijs priuatis, ſed ſolùm ſufficit conſtare
de debito, Peregr. *de iur. fiſc. lib. 6. tit. 7. num. 23. verſ. Item de-
bitor, &c.*

An autem poſſit talis carceratus ad inſtantiam creditoris
priuati areſtari, & in carceribus recommendari ab alio
creditore priuato, maior eſt difficultas, in qua tamen vide- 4
tur affirmatiuè reſpondendum, ſicut enim plures credito-
res poſſunt immitti in poſſeſſionem bonorum eiuſdem de-
bitoris, ita nihil impedire videtur, quin idem fiat reſpectu
perſonæ, & ſic debitorem etiam à pluribus creditoribus re-
commendari, & areſtari poſſe, cùm regulare ſit, quod com-
parente aliquo tertio, & de iure ſuò probante impediatur
depoſiti reſtitutio, Bart. *in d. l. 2. §. 1. ff. de cuſtod. reor.* & la-
tius, *qu. 6.* quæ incipit Lapus, Iaſ. *in l. 1. §. quod Prætor. nu. 10.
ff. ne quis eum, &c.* Add. ad Pract. Pap. *for. Inquiſ. gloſ. 1. in
verb. recommendari, &c.* Petr. Pecch. *tract. de iur. ſiſtend. &
manu. iniect. cap. 33. nu. 3.* Carceratio enim vnius alteri pro-
deſſe debet, quia nil refert, vtrùm quis de nouo capiatur, vel
iam captus recommendetur, quaſi captura ſit quædam rea-
lis citatio, & qui præſens eſt citari non debet, vt latè probat
Brun. *de ceſſ. bon. d. quæſt. 11. quarta quæſt. princ. num. 27.*

Hæc tamen propoſitio ita ſimpliciter intellecta, non eſt
ſemper, & abſolutè vera, ſed aliquibus modis declarari, &
limitari debet, &c.

Declaratur igitur primò, vt procedat tantùm, quando
prima captura fuit valida, & iuſta, quia vbi fuit nulla pri-
ma captura carceratus non poteſt ab alio areſtari, ſed priſti- 5
næ ſuæ libertati eſt reſtituendus, cùm quod inutile eſt, alteri
vigorem dare non poſſit, & qui adhæret actui alterius, debet

adhære-

adhærere actui valido, Pariſ. *conſ.* 101. *col.* 2. *lib.* 4. Alex.
*conſ.*159. *num.*8. *lib.*2. cum alijs per Brun. *d. quæſt.*11. *num.*
24. *&* 25. Iaſ. *in d.l.*1. *§.quod Prætor ait num.*10. *& ſeqq.* Rot.
*part.*2. *diuerſ. deciſ.*151. *num.*3. *vbi plures allegat*, *&c.*

Declaratur ſecundò, vt procedat quando creditor, qui
vult debitorem ad alterius inſtantiam carceratum pro ſuo
etiam credito areſtare, & recommendare in carceribus ha-
bet iam ſententiam pro ſe latam, & licentiam de capiendo,
quàm nos executionem perſonalem, ſiue mandatum captu-
6 ræ appellare ſolemus, quia aliàs ſi quis vult alium areſtare
mandatum capturæ non obtinuit, ſicuti non poteſt de iure
fieri captura niſi in cauſa iudicati, ita neque talis areſtatio,
quæ adinſtar capturæ reputatur, *l.*1. *C. de ceſſ. bon. & §.aliud
quoque verſ. ſi vero vnum in Auth. vt cum de appel. cognoſ.* niſi
ipſe carceratus ſe denuò in carceribus citari expectet, &
condemnari, ac contra ſe licentiam capiendi patiatur, &
ideò datur cautela, vt quando poteſt ſtatim debitum, pro
7 quo fuit captus offerat, & perſoluat antequam alia contra
eum de capiendo licentia, ſiue executio perſonalis relaxe-
tur, *l.ſi reus paratus ff. de procur. l.acceptum*, vbi Salyc. Paul.
de Caſtr. *& alij C. de vſur.* latè declarat Brun. *d. quæſt.* 11.
*num.*26.27. *&* 32.

Et ita ſemper ſeruari vidi, ac pluries ego ſeruaui, dum Iu-
dex eſſem, nam nunquam permiſi huiuſmodi areſtationes,
& recommendationes pro alijs debitis, niſi quando etiam
pro illis iam eſſet legitimè relaxata executio, quæ tamen
intelligerem ſano modo, niſi extaret ſtatutum, prout in
8 aliquibus locis vidi, per quod eſſet permiſſum creditoribus
aliquo caſu deuenire ad capturam perſonæ debitoris abſque
alia citatione, quia quotieſcumque eſt parata executio quo-
ad perſonam ſiue vigore rei iudicatæ, & mandati de capien-
do iam relaxati, ſiue vigore ſtatuti, crederem poſſe huiuſ-
modi areſtationes, & recommendationes fieri, & non aliter
per ſuperiùs dicta, quod etiã innuit Brun. *loc. cit. n.*32. *in fine.*

Quamuis de validitate huiuſmodi ſtatuti concedentis
executionem ad arbitrium creditorum abſque alia citatio-
9 ne poſſit multum rationabiliter dubitari, quia citatio eſt
de iure naturali, & diuino, quod per ſtatutum tolli non
poteſt, de quo latè Aſin. *in prax. §.6. cap.9. & cap.*13. *num.*2.
*& in §.*7. *cap.*5. *limit.*11. *& lim.* 35. facit Gratian. *diſcept. fo-
renſ. cap.*673. *num.*13. *& ſeqq.*

Et in omnem caſum niſi ſtatutum daret expreſsè electio-
nem creditori procedendi, ſiue ad capturam bonorum, ſiue
perſonæ debitoris ad eius libitum, deberet intelligi, ſeruato
ordine tradito *in l. à diuo Pio §. in venditione ff. de re iud.* facta
10 ſcilicèt prius excuſſione quoad bona antequam deueniri
poſſit ad perſonam, Alex. *conſ.*159. *num.*9. *lib.*2. Marant. *in
prax. part.*6. *de citat. num.* 58. Capyc. *deciſ.*169. Pract. Papp.
*for. Inquiſ. gloſ.*1. *verb. Promiſit ſiſtere, &c.* licèt aliàs omiſſio
dicti ordinis non inducat nullitatem, ſed opus ſit appella-
11 tioni ab eius omiſſione iuxta veriorem opinionem, de qua
teſtatur Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 7. *num.* 25. *& ſeqq. &
cap.* 353. *per tot.*

Declaratur tertiò, quod in propoſito caſu inter priuatos
poſſit fieri recommendatio, & areſtatio in carceribus pro
alijs debitis, dummodò fiat in die iuridica, nam aliàs captum,
12 & recommendatio facta in die feriata ad honorem Dei non
valet, nec tenet, *l.fin. C. de ferijs, & c. fin. extr. eod.* itaut quam-
uis alijs captura ob ſuſpicionem fugæ de nouo ſuperuenien-
tem fieri poſſit die feriata etiam in honorem Dei, de quo ali-
bi dicam, non tamẽ tali die feriata poterit fieri recommen-
datio & areſtatio perſonæ iam carceratæ, Bald. *in auth. ei qui
col.*4 *C. bon. aut. iud. poſſ.* Alex. *d. conſ.*159. *lib.*2. *num.*7. cum
alijs per Brun. *d. tract. de ceſſ. bon. d. quæſt.* 11. *quarta quæſt.
princ. num.* 28. *& ſeqq.* Et poteſt eſſe ratio differentiæ, quia
13 iam carceratus non eſt aptus ad fugam, & fugere non poteſt
prout alius ſuſpectus in libertate exiſtens, & ſi creditor, qui
vellet recommendare carceratum videret eum eſſe rela-
xandum in die feriata, poſſet ſibi prouidere curando, vt il-
lum de nouo capere faciat ratione nouæ ſuſpicionis fugæ,
ſicuti videtur eſſe de mente ſupradictorum DD.

Aut quis fuit carceratus pro vno delicto ad effectum
exequendi pœnam contra illum, & poterit etiam pro alijs
delictis recommendari, & areſtari, differendo primam exe-
cutionem, dummodò cauſa pro qua areſtatur, & ſuper qua
debet ſecundò cognoſci, ſit grauior quàm prima, pro qua
14 fuit carceratus, & pœnæ imponendæ non ſe inuicem com-
patiantur, quia minor cauſa maiori præiudicare non debet,
& pœna vnius delicti pœnam alterius excludere non debet,
nec maioris pœnæ impoſitio per minorem differri poteſt.

Vbi verò delicto, pro quo fuit primò carceratus, non erat
tale, quod impediret executionem in delicto, pro quo re-
commendatur, & pœnæ ſe inuicem compatiuntur, vt ſi pri-
mò erat carceratus pro delicto, pro quo erat impoſita pœna
manus, & recommendetur pro delicto, in quo pœna capitis
veniat imponenda, fit vtraque executio, quia primò poteſt
fieri executio in manu, & poſtea in capite, ſicut & quando
pro vtroque delicto eſſet impoſita pœna pecuniaria, & age-
retur de eius executione, Bart. *in l.*2. *§. quis exhibendi ff. de
cuſtod. reor. ſub num.*4. Brun. *d. tract. de ceſſ. bon. d. quæſt.*
11. *num.* 17. *& ſeqq.* Farinac. *tit. de inquiſ. quæſt.* 9. *num.*
42. *ad finem*, *& tit. de carcer. & carcerat. quæſt.*27. *num.*154.
cum alijs per Cabal. *reſol. crim. caſ.*299. *num.*1. *& ſeqq.* vbi la-
tè diſtinguit, *& num.* 11. *in fine*, dicit vlterius, non eſſe
elaborandum in re, quæ quotidiè in practica obſeruatur, vt
fiant ſæpiſſimè tales recommendationes, paſſim recipian-
tur, & executioni demandentur, &c.

Si autem ageretur de fabricando proceſſu, & pœna non
eſſet corporalis, ſolet expectari, donec ſit perfectus primus
proceſſus, ſi carceratus id petat, non tamen expedito pri- 15
mo proceſſu liberè relaxatur, ſed præſtita fideiuſſione de
iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo, Clar. *pract. crim. §.fin.
quæſt.*34. *in fine*, *&c.*

An autem poſſit talis carceratus pro delicto recommen-
dari in carceribus pro debito ciuili, eſt negatiuè reſpon- 16
dendum, præcipuè, vbi pro delicto venit imponenda pœ-
na corporalis, quia crimine liquidato, ſententia differri non
debet ex cauſa debiti ciuilis, aliàs facilè eſſet pœnam diſ-
ferre, Brun. *d. quæſt.* 11. *num.* 35. *&* 36. Ludouiſ. *deciſ. Pe-
ruſ.*70. *per tot. part.*2. vbi aſſerit de veriori, & conſuetudine
approbata opinione, Guaz. *ad deſ. deſ.*5. *cap.* 2. *num.*10. *&
deſ.*6. *cap.*1. *num.*85. Borgn. *deciſ.*14. *in* 1. *dubio per tot. lib.*5.
dicens eſſe communem ſententiam, & procedere etiam in
eo, qui fuit areſtatus, & detentus in Palatio, Caſtro, aut
Ciuitate, vel alio determinato loco ex cauſa criminali ſub
pœna, aut ſub fideiuſſione de non diſcedendo, ita vt tali-
ter detentus, ac ſi eſſet in vinculis, vel carcere ſtricto non
poſſit retineri, ſeu recommendari pro debito ciuili, ſequitur
Petr. Cabal. *d. caſ.* 299. *num.* 29. vbi teſtatur, ſupradictam
opinionem eſſe Florentiæ receptam, ad quam probandam
*num.*18. *& ſeqq.* plures rationes adducit, *& in caſ.* 146. *per
tot.* vbi idem latè comprobat, etiam ſi ius creditorum are-
ſtare volentium penderet ex eadem ſententia, vt quia car-
ceratus vltra pœnas pro delicto impoſitas, ſit etiam con- 17
demnatus ad intereſſe partis, nam nihilominus debet con-
demnatus excarcerari non tamen ad ſui ipſius inſtantiã, ſed
ad inſtantiam fiſci, & non liberari, ſed tranſmitti ad obſer-
uandam pœnam, non attento intereſſe ciuili creditorum
contradicentium, licèt non agatur de pœna corporali, ſed
alia corporis non afflictiua, vt exilij, relegationis, vel con-
finij, Vinc. de Franch. *deciſ. Neapol.* 317. *num.* 6. *&* 7. cum
alijs per Cabal. *d. caſ.* 146. *num.* 1. *&c.* Idem tenet Scana-
rol. *de viſit. carcer. lib.* 2. *§.* 2. *cap.* 14. *num.* 28. *& lib.* 3. *cap.*
9. *num.* 32. *&c. fol.* 390. *& cap.* 11. *per tot. fol.* 395.

Vbi tamen ageretur propriè de pœna pecuniaria, & cre-
ditor concurreret cum fiſco, eſſet præferendus, quia in
pœnis fiſcalibus creditores præferuntur fiſco, cùm fiſcus 18
tractet de lucro captando, illi verò de damno vitando, Pe-
regrin. *de iur. & priuil. fiſc. lib.*5. *tit.* 1. *de publicat. bonorum
num.*59. ſequitur Cabal. *d. caſ.* 146. *num.* 5. *&* 6. Rodriquez
de concur. credit. part. 1. *art.* 2. *num.* 14. & latè Negul. *de
pign. part.* 2. *membr.* 4. *num.* 117. *&c.*

Quamuis in prędictis caſibus non inconueniens arbitra-
rer aſſerere, quod vbi ageretur de magna debitorum mole,
& carceratus eſſet ſolummodò condemnatus in pœnam
confinij, vel exilij, ad quod iure affectaret in præiudicium
creditorum, attenta perſonarum qualitate, arbitrio Iudicis
non eſſet contemnenda opinio Boſſ. *tit. de captura num.*91.
& aliorum, quos refert, & ſequitur Peguer. *in ſuis deciſ.
crimin. cap.*22. Imò ſumma æquitate amplectenda, dum vo-
lunt huiuſmodi condemnationem poſſe, & debere fieri, ac
ſuſpendere executionem confinij, vel exilij, & quouſque
condemnatus ſoluerit, vel cautionem de ſoluendo præſtite- 19
rit, eſſe in carceribus retinendum, prout quandoque iudi-
catum fuiſſe teſtantur, cùm negari non poſſit multos, po-
tius eligere huiuſmodi pœnas exilij, vel confinij pro ſolatio,
quàm ſtare carceratos, vel ſoluere ſuis creditoribus, & his
præſuppoſitis, non videtur diſſentire idem Cabal. *d. caſ.*
146. *num.* 10. *& ſeqq. ad finem*, *&c.*

Inſuper animaduertendum puto, ſupradictos Doctores
loqui,

loqui, quando carceratus pro delicto fuit condemnatus,
quaſi tunc pœna tamquam tendens ad publicam vtilitatem,
& vindictam, non videtur poſſe diù differri ob cauſam
priuatam, ſed quando carceratus pro delicto remanſit abſo-
lutus (ſuppoſito tamen, quòd iuſtè, & legitimè, ac præce-
dentibus legitimis inditijs fuit carceratus) videtur ceſſare
ſupradicta ratio, non differendæ executionis ſententiæ pro
publica vindicta ob priuatum commodum, & ſic licèt ſtri-
cto iure non admittatur recommendatio formalis in carce-
ribus per rationes a doctoribus conſideratas, quarum mul-
tæ militare videntur etiam in caſu abſolutionis, poſſe nihi-
lominus huiuſmodi carceratum poſtquam fuerit abſolutus,
vel concordauerit cum fiſco per aliquot ſaltem dies retinert
20 ad inſtantiam creditorum habentium paratã executionem
ad effectum videndi, an velit ſatisfacere, vel cauere de ſol-
uendo, ſeu aliter amicabiliter concordare cum ſuis credito-
ribus, quod ſi facere non poſſit, ſiue nolit, eſſe poſtea pri-
ſtinæ libertati reſtituendum, iuxta opinionem Ludouiſ. *de-
ciſ. Peruſ. 70. nu. 11. & 12.* quam pluries feliciter practicaſſe
teſtatur, cuius auctoritate frætus, ſemel etiam ego ſic practi-
caui ad inſtantiam amici, qui interim dum diſputaretur, an
talis pro delicto carceratus, & abſolutus poſſet pro debito
recommendari, effectum concordiæ cum illo obtinuit, nec
iſtam practicam improbat, ſed potiùs ſequi videtur idem
Cabal. *caſ. 299. num. 35.* huicque opinioni valdè adſtipulatur
Peguer. *d. deciſ. 22. & deciſ. 69.* ac alij permulti, qui indiſtin-
ctè tenent poſſe carceratum, & condemnatum pro delicto
recommendari in carceribus pro debito ciuili, quando breui
dilatione poteſt eſſe conſultum creditori, Clar. *pract. crim.
§. fin. quæſt. 79. in princ.* refert Petr. Cabal. *d. caſ. 146. & 299.
num. 12. & ſeqq.*

Porrò etiam carceratus per ſententiam Iudicis abſolutus,
& liberatus à crimine, vel debito poteſt à Comentarienſe,
ſeu carcerum Cuſtode retineri pro expenſis alimentorum,
21 & ſalario cuſtodiæ, ac etiam pro captura, & mercede Ba-
roncelli, vel Birruariorum, præcipuè quando fuit iuſtè, & le-
gitimè captus, & niſi aliud appareat huiuſmodi alimenta,
abſque alia probatione præſumuntur præſtita, & ſubmini-
ſtrata ab ipſo Carcererio, latè Petr. Pecch. *de iur. ſiſtent. &
manu. inieCt. cap. 34. per tot.* Guid. Pap. *deciſ. 448.* & Gratian.
diſcept. forenſ. cap. 25. num. 19. &c. & cap. 80. num. 14. quod
magis procedit in rebus, & bonis dicti carcerati tamquam
22 acceſſorijs ad perſonam, vt ex dictis cauſis retineri poſſint,
Gratian. *d. cap. 25. nu. 21.* Ac ita ferè vbique ſeruatur de con-
ſuetudine, præterquam Florentiæ vbi adeſt *Statutum lib. 2.
Rub. 49.* quod diſponitur pro debito contracto in carceribus
à carcerato, etiam cauſa cibi, & potus non poſſe fieri huiuſ-
modi detentionem, & recommendationem, quod autem
an ſit in viridi obſeruantia generaliter, me remitto ad pra-
cticam, &c.

Quid verò dicendum ſi carceratus citetur ab alio, an te-
neatur reſpondere, dic quod aut eſt carceratus pro debito,
& tunc ſi citatur coram alio Iudice, ſi eſt iuſtè carceratus,
& poteſt mittere procuratorem tenetur comparere per pro-
curatorem aliàs ſibi imputet, ſi ſe non defendat, quia nemo
23 tamquam abſens excuſatur, quando fuit iuſtè detentus, &
potuit mittere procuratorem, ſiue Iudex ſciuerit eum eſſe
carceratum, ſiue ignorauerit, ſed ſi non eſt iuſtè carceratus,
vel non poteſt mittere procuratorem, & alius Iudex ſciens
eum citat, proceſſus redditur ipſo iure nullus, vbi verò Iu-
dex ignoraret eum eſſe alibi carceratum opus eſſet reſtitu-
tione, Zaſ. Caſtr. & alij *in l. 2. ff. de in ius voc.* Petr. Pecch. *d.
tract. cap. 33. num. 5.* Quando autem citatur coram eodem
Iudice, vbi reperitur carceratus, tenetur reſpondere Brun.
de ceſſ. bon. quæſt. 11. num. 32. quarta quæſt. princ.

Aut eſt carceratus pro delicto, & tunc ſi citetur in eo-
dem Tribunali pro alio delicto proceditur, vt ſupra dixi per
viam recommendationis, ſi verò citetur ad aliud Tribunal
24 eſt ſuperſedendum, donec exiuerit carceres, niſi eſſet car-
ceratio affectata, quia carceratus in vno loco malè poteſt
ſe in alio defendere, & non omnibus eſt copia procurato-
rum, de quibus plenè confidere poſſint, nec in omnibus
ſuppetunt pecuniæ ad id neceſſariæ, & ſi huiuſmodi exce-
ptio oppoſita non fuerit, & ob id fuerit ſequuta aliqua con-
demnatio in contumaciam ſolet condemnatus admitti ad
nouas defenſiones, Clar. *§. fin. quæſt. 34. verſ. vltimo, &c.*

In praxi tamen ſeruari vidi quando ſumus ſub eodem
Principe, vt vnus Iudex ſcribat alteri quod finita cauſa, de
25 qua in ſuo Tribunali carceratum retineat ad effectum ſibi
eum remittendi pro alia cauſa, de qua apud ſe conſtat, quod
etiam quandoque fit inter ipſos Principes diuerſis ſtatus
quando agitur de cauſis grauibus, &c.

ARGVMENTVM.

Conditio impoſſibilis an, & quando vitiet contra-
ctus, & vltimas voluntates, quotuplex ſit, qua-
liter differat à modo, & alia notabilia in mate-
ria conditionum.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, ſi, conditionem importat.*
2 *Conditiones plures coniunctim appoſitæ debent om-
nes impleri.*
3 *Modus dicitur, quando quid eſt implendum poſt emolu-
mentum quæſitum.*
4 *Conditione non impleta, non datur actio, num. 11.*
5 *Agens repellitur niſi offerat cautionem de modo im-
plendo.*
6 *Modus, & conditio qualiter differant.*
7 *Eccleſia non priuatur legato modo non impleto, ſed cogi-
tur adimplere.*
8 *Conditiones ſunt in triplici differentia, & quales ſint.*
9 *Conditio neceſſaria non reddit actum conditionalem, ſed
purum.*
10 *Conditio eſt propriè de futuro euentu.*
12 *Conditio impoſſibilis quomodo vitiet contractus, vel non,
num. 13.*
14 *Modus impoſſibilis non violat contractus.*
15 *Conditio impoſſibilis in matrimonio reijcitur.*
16 *Conditio impoſſibilis in vltimis voluntatibus habetur pro
non appoſita, & quando vitiet vltimas voluntates
num. 17. & 18. vbi quod in foro conſcientia, n. 21. 22.*
19 *Modus impoſſibilis reijcitur in vltimis voluntatibus.*
20 *Legatum non vitiatur ex falſa cauſa niſi fuerit cauſa
finalis, vel conditionalis.*
23 *Conditio de habitando in certo loco an dicatur reſtrin-
gere libertatem, & ſit reijcienda, & quando ſecus,
num. 24.*
25 *Agricoltura conſeruat ſtatum Reipublicæ, & eſt multum
fauorabilis.*
26 *Agricoltura non detrahit nobilitati.*
27 *Conditio ſi legatarius non efficiatur ſacerdos, an ſit re-
probata, num. 28.*
29 *Subſtitutio facta puella in euentum, quod Monialis effi-
ciatur, an valeat, num. 30.*
31 *Legatum factum Monaſterio, vt aliquam recipiat Mo-
nialem, an valeat.*
32 *Simonia non committitur recipiendo, quod ſine aliqua
præcedenti taxatione gratis offertur.*

CAPVT LXXII.

LEgatum prædij, de quo in caſu mihi propoſito conti-
net duas conditiones, ſiquidem fuit relictum ſub con-
ditione ſi legatarius habitauerit in Comitatu, & in dicto
prædio, ac ſi non efficiatur Sacerdos, non enim dubitari 1
poteſt quin huiuſmodi dictiones, *ſi*, propriè conditionem
importent, ad tradita per Bartol. *in l. 1. ff. de condit. & de-
monſtrat.* Itaut cum dictæ conditiones ſint coniunctim ap-
poſitæ debeant omnes ſimul impleri, nec ſufficiat, vnam ex
illis purificari, prout ſufficeret, ſi disiunctim eſſent appoſi- 2
tæ, *l. ſi heredi ff. de condit. inſtit. & §. ſi plures Inſtit. de he-
red. inſtit.* nam vbi aliquid conditionale deducitur in iudi-
cium debeat ante omnia liquidari purificatio conditionum
adiectarum, Magon. *deciſ. Florent. 84. num. 1. &c.*

Præterea quamuis etiam dici poſſet, huiuſmodi dictio-
nes importare modum tamquam reſpicientes, quid implen-
dum in futurum poſt emolumentum quæſitum, ad latè tra-
dita per Magon. *deciſ. Florent. 144. num. 12. & ſeqq. deciſ.* 3
Luc. 21. num. 10. & ſeqq. Duran. *tract. de condit. & mod.
impoſſ. part. 5. cap. 1. per tot.* In exitu tamen ſunt ſimiles
modus, & conditio, Altograd. *conſ. 26. num. 20. lib. 1. &
conſ. 101. num. 20. lib. 2.* Bardellon. *conſ. 199. num. 4.* nam
vtroque caſu debent impleri cum differentia, de qua ſupra-
relati Doctores, ſicuti enim non impleta conditione non
datur actio, & quando ſumus in conditione poteſtatiua, 4
quæ ante mortem perfectè adimpleri non poteſt, loco im-
plementi debet præſtari Muciana cautio, de qua aliàs dixi,
& habetur *in l. Mutiana vbi DD. ff. de condit. & demon-
ſtrat.* Maur. *de fideiuſſ. part. 1. ſect. 3. cap. 24. aliàs 33. per
tot.*

tot. Ita etiam quamuis modus non impediat natiuitatem
actionis, agens repellitur exceptione doli, niſi realiter offe-
rat cautionem de modo implendo, *l. ſi is cui, & l. cum in te-
ſtamento 48. ff. de fideicom. libert. auth. cui relictum C. de indic.
vid. toll.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 250. n. 23. & cap. 400.
num. 17.* Quid eſt modus, & conditio, ac quomodo inter ſe
differant, latè Genu. *tractat. de verb. enunc. lib. 3. quæſt. 6. nu.
8. & ſeqq. ad 35. fol. mihi 98. & 99.* & debet modus omninò
impleri, ſaltem per viam compulſionis ad interpellationem
partis, ita vt licèt non impediat acquiſitionem ab initio,
illam tamen faciat reſolui modo non impleto, niſi caſu de-
6 ficiat, vt non poſſit impleri, & in hoc differt à conditione,
quæ etiam ſi per caſum deficiat, facit corruere legatum
etiam ſine partis interpellatione, & quando eſt perſonalis
ab hærede illius, cui fuit appoſitus, impleri non poteſt, ſi-
cuti nec conditio, ac eodem modo impedit tranſmiſſionem
quidquid ſecùs ſit, quando non reſpicit perſonam, vt latè
omnia probat Duran. *d. tract. part. 5. cap. 1. n. 4. & ſeqq. ad* 12.
Niſi eſſemus in Eccleſia, quæ de iure canonico non videtur
poſſe priuari legato etiam pactis, & modis appoſitis non
7 impletis, ſed tantùm ad implementum præcisè compelli per
text. *in cap. verum de condit. appoſ.* de quo latè Gratian. *di-
ſcept. forenſ. cap. 803. num. 18. & ſeqq. per tot.*

Sed difficultas verſatur an dictæ conditiones valeant, &
ſeruari debeant, ſeu potiùs tamquam contra hominis liber-
tatem, & auertentes à vita religioſa, & contemplatiua di-
cantur impoſſibiles de iure, & veniant reijciendæ. Vndè
pro clariori intelligentia, cùm ſit materia brocardica, & in
qua facilè eſt errare præmittendum videtur, quod condi-
tiones regulariter ſunt in differentia triplici, quædam enim
8 ſunt neceſſariæ, quædam poſſibiles, quædam verò impoſ-
ſibiles; Neceſſariæ ſunt, quæ habent certum, & infallibilem
exitum, ac omninò ſunt exituræ; Poſſibiles, quæ ſe ha-
bent ad vtrumque poſſunt eſſe, & non eſſe, & ſunt, vel po-
teſtatiuæ, vel caſuales, vel mixtæ; Impoſſibiles verò ſunt,
quarum exitus non expectatur, & ſunt in quadruplici dif-
ferentia, nam vel ſunt impoſſibiles natura, vt ſi cœlum at-
tigeris, vel de facto, vt ſi montem vltra mare deferas, vel
de iure, prout quando ſunt contra bonos mores, & impro-
bantur à lege, vel perplexitate verborum, & repugnantia,
vt quando verba inter ſe confunduntur, nec conſtat de
voluntate diſponentis, vt latè explicat Cyn. *in l. 1. C. de in-
ſtitut. & ſubſtitut.* Ornot. *in §. ſub conditione Inſtitut. de
verb. obligat.* Duran. *tractat. de condit. & mod. impoſſ. ac à
iure prohibit. part. 1. cap. 2. per tot.* Add. & Mohed. *deciſ. 3. de
teſtament. alias deciſ.* 235.

Et omiſſa materia conditionum neceſſarium, quæ non
reddunt actum conditionalem, ſed purum, *l. ſi pupillus §.
qui ſub conditione ff. de donat.* Menoch. *de præſumpt. lib. 4.
9 præſumpt. 78. num. 56.* ſicut quando conferuntur in tempus
præſens, vel præteritum, cùm propriè conditiones ſint de
futuro euentu, *l. cum ad præſens 37. cum ſeqq. ff. ſi cert. pet.*
10 facit Magon. *deciſ. Florent. 8. num. 28.* Iaſon *in dicta l. cum
ad præſens, &c.* Certum eſt, quod omnis conditio poſſibilis
dummodò ſit honeſta, non contra bonos mores, nec tur-
pitudinem, ſiue fœditatem in ſe continens, debet adamuſ-
11 ſim impleri, aliàs non eſt locus diſpoſitioni conditionali,
*l. qui hæredi in princip. & l. Mænius ff. de condit. & demon-
ſtrat. & l. conditioni C. de inſtit. & ſubſtitut.* Duran *d. tra-
ctat. part. 2. cap. 4.*

Conditio verò impoſſibilis aliquo ex prædictis quatuor
modis affirmatiuè concepta indiſtinctè vitiat contractus
12 omnes, cùm tunc promittens non videatur habere animum
ſe obligandi, & ideò defectu conſenſus corruit contractus,
& impoſſibilium nulla eſt obligatio, *l. impoſſibilium 187. ff.
de reg. iur. l. non ſolum 31. ff. de oblig. & act. §. ſi impoſſibilis
Inſtit. de inutil. ſtipul.* Negatiuè verò concepta non vitiat,
nec ſuſpendit contractus, ſed habetur pro non appoſita,
13 cùm tunc efficiatur neceſſaria de iure, & certa, ac dicatur
iam extitiſſe, vt latè per Duran. *vidend. d. tractat. part. 2.
cap. 1. per tot.* quidquid ſecùs ſit in modo impoſſibili, qui in
14 contractibus appoſitus non nocet, ſed illo reiecto, & pro
non ſcripto habito remanent firmi contractus, vt latè de-
clarat idem Gratian. *loc. cit. part. 5. cap. 2. per tot.* vbi plures
caſus diſtinguit, quamuis contrarium defendat Sarmient.
l. 2. ſelect. interpret. cap. 3.

Sicut etiam conditio impoſſibilis quoquomodo in ma-
15 trimonio appoſita fauore illius reijcitur, & matrimonium
remanet purum, & validum, *cap. fin. de condit. appoſ.* idem
Durand. *d. tract. part. 4. cap. 6. per tot.* vbi etiam in capitu-
lis antecedentibus, & ſequenti habentur alijs ſex caſus par-
ticulares, in quibus conditio impoſſibilis videtur pro non
ſcripta, & reijcitur etiam in contractibus contra regulam
text. *in d. l. non ſolum 31. ff. de oblig. & act.*

Quòd ſi huiuſmodi conditio impoſſibilis de futuro fuerit
adiecta in vltimis voluntatibus reijcitur regulariter, & ha-
betur pro non ſcripta fauore vltimarum voluntatum, quæ 16
nihilominus ſuum ſortiuntur effectum, *l. conditione ff. de
condit. inſtit. l. obtinuit ff. de condit. & demonſtrat.* Add. ad
Mohed. *deciſ. 3. de teſtam. aliàs deciſ. 235.* Caſtr. *in d. l. ob-
tinuit*, vbi etiam alij communiter Craſſ. *de ſucceſſ. §. lega-
tum quæſt. 49.* Ac idem eſt in donationibus cauſa mortis, *l.
qua ſub conditione §. & in mortis ff. de condit. inſtit.* Duran.
d. tract. part. 4. cap. 5. contra Alex. *in l. impoſſibilis ff. de
verb. oblig.*

Intelligendo tamen de conditione impoſſibili de natura,
vel de iure, cùm aliæ duæ ſpecies impoſſibilitatis, nempè
facti, & perplexitatis, ſiue repugnantiæ verborum potiùs 17
ſint difficultates, quàm impoſſibilitates, & ideò non imple-
tæ vitiant etiam vltimas voluntates, non ſecùs, ac contra-
ctus, quaſi ex præſumptione iuris tunc videatur deeſſe
animus inſtituendi, vel legandi, & non conſtet de volun-
te teſtatoris, *gloſſ. in §. impoſſibilis Inſtit. de hæred. inſtit. l. cum
hæredes §. 1. ff. de ſtat. liber. et l. ſi Titius ff. de condit. inſtit.*

Quòd imò etiam conditio impoſſibilis de natura, ſicut
aliæ duæ ſpecies facti, & perplexitatis, ſiue repugnantiæ ver-
borum ſcienter appoſita in teſtamento, vel legato non reij-
ciatur in foro conſcientiæ, nec in foro exteriori, ſed vitiet
vltimas voluntates, quaſi in dictis caſibus videatur ſemper 18
deeſſe voluntas teſtatoris, & ob id nec legatarium petere
poſſe, nec hæredem ſoluere teneri legatum ſub huiuſmodi
conditione impoſſibili de natura, vel de facto, vel perple-
xitate relictum, ſed tunc ſolùm conditio impoſſibilis reij-
ciatur, & pro non ſcripta indiſtinctè habeatur, quando eſt
impoſſibilis de iure, ac turpis, vel contra bonos mores,
quo caſu non attenta voluntate teſtatoris, qui, quod illici-
tum eſt, velle non poteſt, in vtroque foro debetur legatum,
vt benè diſtinguendo, & conciliando opiniones contrarias
probant Durand. *d. tract. part. 2. cap. 1. num. 57. & ſeqq.* vbi
etiam an tales conditiones præſumantur appoſitæ ſcienter,
vel ignoranter, *& part. 3 cap. 2. n. 2. & ſeqq. ad 9.* vbi in no-
uem capitulis ſequentibus examinat nouem caſus, & quæ-
ſtiones in quibus impoſſibilitas videtur vitiare vltimas vo-
luntates, ſicuti perplexitas, & contrarietas verborum
ſemper illas indiſtinctè vitiat, cùm tunc nullibi conſtare
poſſit de voluntate teſtatoris, &c.

Modos verò impoſſibilis indiſtinctè reijcitur in vltimis
voluntatibus, quia defectus modi minus vitiat, licèt con-
tingens, & poſſibilis à teſtatore fuerit reputatus, niſi fue- 19
rit cauſa finalis relinquendi, Durand. *d. tract. part. 5. cap.
1. num. 14. & ſeqq* quia tunc quamuis regulariter legatum
non vitietur ex falſa cauſa adiecta, cùm cauſam non requi- 20
rat *§. longè Inſtit. de legat. & l. cum tale §. falſam ff. de con-
dit. & demonſtrat.* tamen quando cauſa adiecta fuit finalis,
vel conditionaliter concepta, ſi ſit falſa vitiatur legatum,
Duran. *d. tract. part. 3. cap. 2. num. 9. & ſeqq.* quidquid ſit
de conditione impoſſibili, quæ ſi à teſtatore poſſibilis, &
contingens reputetur, videtur vitiare vltimas voluntates, 21
Add. ad Mohed. *deciſ. 3. de teſtam. aliàs deciſ.* 235. Magon.
deciſ. Luc. 28. idem Duran. *loc. cit. part. 3. cap. 7. num. 13.
& part. 2. cap. 1. num. 50. & num. 62. & part. 4. cap. 3. in
fine, &c.* quod verò dicendum, quando conditio eſſet pro
parte poſſibilis, & pro parte impoſſibilis, tam in vltimis
voluntatibus, quàm in contractibus, ſententia, reſcriptis, 22
& ſimilibus explicat idem Duran. *part. 1. cap. 1. n. 71. & ſeqq.*

Quibus ſic præmiſſis, quoad primam conditionem de
habitando in Comitatu in prædio legato videtur, quod ſit
impoſſibilis de iure, & inhoneſta, tamquam reſtringens ho-
minis libertatem, & ideò reijcienda, ac habenda pro non 23
adiecta firmo remanente legato iuxta ſuperiùs dicta, & in
ſpecie per text. *in l. Titio centum 70. §. 2. ff. de condit. &
demonſtr.* Magon. *deciſ. Florent. 144. num. 13. &c.*

Sed nihilominus attenta veritate dicendum eſt, huiuſ-
modi conditionem non eſſe à iure improbatam, licèt enim
non poſſit quis præcisè obligari ad habitandum continuò in
certo loco, cùm eſſet ſpecies ſeruitutis, tamen cauſatiuè
poteſt per modum conditionis, & ſic quod quis habitet in
certo loco per modum obligationis non poteſt venire in di-
ſpoſitione, ſed benè in conditione, quia ea quæ ſunt in con- 24
ditione non ſunt in obligatione, cùm conditio non obli-

get

get præciſè, ſed tantum cauſatiuè ſi velit legatum conſequi
vndè ſi quis legatarius fuerit grauatus habitare in certo lo-
co etiam ſub modo non tenebitur præſtare cautionem de
modo implendo, ne obligetur in eo, quod ſuæ repugnat li-
bertati, & ſic patet, quod lex ſolùm abhorret obligationem
prædictam non autem conditionem, *l. 1. C. de leg. & l. ſi
quis ità legauerit ff. de condit. & demonſtr.* Pract. Pap. *libel.
ad dot. & vſumfr. gloſſ. vlt. per tot.* Capyc. *deciſ.* 135. Bart. *in
l. qui concubinam 29. §. vxori ff. de legat. 3.* Caſtr. Imol. &
alij *in d. l. Titio centum 70. §. Titio centum ff. de condit. &
demonſtrat. &c.*

Quòd magis dicendum eſt in caſu noſtro, cùm habitan-
do in comitatu legatarius retrahatur ab illecebris Ciuitatis,
& inuitetur ad agriculturam, ex qua ſtatus Reipublicæ plu-
25 rimùm pendet, & multa fauore agriculturæ eſſe à iure in-
ducta non eſt dubitandum, ne aliàs ſubductis ſqualere con-
tingat arua aratris facit text. *in cap. fin. de tregu. & pac.* vbi
quod in iure verſantes perpetua ſecuritate lætantur, & plu-
ra notat Afflict. *ad Conſtit. Neopol.* quæ incipit, *Ab officia-
libus col. fin.* itaut agricultura etiam proprijs manibus exer-
26 citata in proprijs agris nil detrahat nobilitati generis, imò
natus ex ruſtico poteſt dici nobilis, ſi probus extiſtat, & ſta-
tum nobilitatis teneat, Bartol. *in l. 1. num. 52. C. de dignit.
lib.* 1. Guid. Pap. *deciſ. 41. cum Add. per tot.* Gratian. *di-
ſcept. forenſ. cap. 976. num.* 19. & latè Rota Roman. per
Duran. *deciſ. 294. num. 12. & ſeqq. per tot.*

Quoad ſecundam conditionem ſi legatarius non efficia-
tur Sacerdos videtur pariter dicendum, quod ſit à iure re-
27 probata tamquam impeditiua vitæ contemplatiuæ, & à vita
religioſa, ac meliori bono retrahens, ſiue virginibus, ſiue
viduis ſit appoſita, maſculis, vel fœminis, Odd. *conſil. 19.
num. 14. & ſeqq.* cum alijs per Mohed. *deciſ. 3. de teſtam. nu.
2. & 3. aliàs deciſ.* 235. & latè Duran. *d. tract. part. 2. cap.
3. num.* 17. Sicuti videmus quòd ſubſtitutio facta puellæ in
euentum quod Monialis efficiatur, non valet, cùm talis
28 conditio reijciatur, & habeatur pro non adiecta tamquam
impeditiua vitæ contemplatiuæ, Rol. *conſ. 35. num. 16. lib.*
3. Surd. *conſ. 192. num. 20. lib. 2.*

Sed hoc intelligendum eſt, quando talis conditio princi-
paliter tenderet ad impediendam vitam contemplatiuam,
& religioſam, ſecùs autem ſi apponatur ad alium finem
principaliter, vt cauſa conſeruandi familiam, & agnatio-
nem quamuis ſecundariò, & in conſequentiam retrahat à
29 vita religioſa, quia tunc inuitet ad nuptias temporales non
minus ferè priuilegiata valet, & eſt ſeruanda, ita vt legata-
rius illi contrauenjendo, & vitam Sacerdotalem eligendo,
ſtatim cadat à legato, & admittatur ſubſtitutus, vel reuer-
tatur ad hæredem non expectata morte naturali, Couar.
var. reſolut. lib. 1. cap. 19. num. 10. & ſeqq. Mantic. *de co-
niectur. vltim. voluntat. lib. 8. tit. 12. num.* 29. Marzar. *de
fideicommiſſ. quæſt.* 31. cum alijs pluribus per Gratian. *di-
ſcept. forenſ. cap. 986. num. 1. & ſeqq. ad* 9. & latè Durand.
d. tractat. part. 2. cap. 3. num. 31. & ſeqq. vbi infert ad plu-
res alios caſus notabiles, &c.

Ac ideò etiam ſubſtitutio facta puellæ caſu, quo Monia-
lis efficiatur valet, & ſtatim facta profeſſione admittitur
30 ſubſtitutus excluſo Monaſterio, & morte naturali puellæ
non expectata, quidquid aliud vt antè profeſſionem quaſi
ſolus ingreſſus religionis ſine effectu ſubſequuto non atten-
datur, prout iuxta veriorem opinionem concludit idem
Gratian. *diſcept. 481. num. 6. & 7.* Duran. *loco proximè citat.*

Quando autem aliquid relinquitur alicui Monaſterio,
31 vt aliquam recipiat in Monialem, non valet huiuſmodi
conditionis appoſitio tanquàm turpis, & ſimoniaca, ſed
reijcitur, & legatum efficiũr putum, Magon. *deciſ. Luc.
28. num. 6. & 7.* Durand. *d. tract. part. 3. cap. 9. num. 7.* &
latiùs idem *part. 2. cap. 3. num.* 51. vbi quatuor de hoc opi-
niones refert, quibus tamen addendus eſt Gratian. *diſcept.
forenſ. cap. 254. num. 29. & 30.* vbi contrarium firmare
videtur, cui etiam ego libentiùs aſſentio, & ita ſeruatur,
cùm ſit legatum pro eleemoſina, & pia cauſa, ne ingrediens
Monaſterio ſit oneroſa, & cùm ſine labe Simoniæ poſſit re-
cipi, quod ſine aliqua præcedenti taxatione gratis offertur,
32 *cap. dilectus 2. in fine de Simon.* Innoc. *in cap. cum Marcus
Ferrarienſis de Conſtit. &c.* Quot autem modis committa-
tur Simonia vide per Rebuff. *Prax. benef. part. 1. tit. quot
mod. benef. acquir. num. 2. & ſeqq. per tot.* plenè Pac. Iordan.
Lucubr. vol. 2. lib. 10. tit. 11. per tot. fol. 314. &c.

ARGVMENTVM.

Creditor habens generalem, & ſpecialem hypo-
thecam an, & quando teneatur à ſpeciali inci-
pere, quid in muliere, quid in cenſu, & an
hæc exceptio admittatur in Saluiano.

SVMMARIVM.

1 *Creditor qui prior eſt tempore potior eſt in iure.*
2 *Creditor habens generalem, & ſpecialem hypothe-
cam tenetur à ſpeciali incipere.*
3 *Amplia etiam ſtante clauſula conſtituti, vel obligatione
Camerali, num. 4.*
5 *Mulier habens generalem, & ſpecialem hypothecam te-
netur à ſpeciali incipere.*
6 *Clauſula quod ſpecialitas generalitati non deroget, quid
operetur, num. 7. Proteſtatio non releuat in his, ad
quæ de neceſſitate adſtringimur, & quæ ſunt à iure de-
finita.*
8 *Hypotheca cenſualis poteſt exerceri contra poſſeſſorem
res cenſui ſuppoſita, &c. abſque alia excuſſione.*
9 *Immiſſio an poſſit dari ſuper alijs bonis non cenſuatis,
ſed tantùm generaliter obligatis non facta excuſſione
fundi cenſuati, num. 13.*
10 *Poſſeſſor tertius, an poſſit conueniri ſtante negligentia
creditoris in exigendo à debitore principali, num. 17.
& 18.*
11 *Poſſeſſor non habens creditum, vel hypothecam ſuper bo-
nis poſſeſſis non poteſt opponere, quod prius excutiatur
res ſpecialiter hypothecata.*
12 *Creditor habens omnia bona debitoris obligata poteſt
eligere, & agere ad ſui libitum contra quæ velit.*
14 *Fundus cenſui ſuppoſitus non dicitur conſtitutus pro ſpe-
ciali hypotheca. Hypotheca generalis omnium bono-
rum eſt licita in cenſu vltra fundum.*
15 *Inducta ad vnum finem tantum non debent aliud ope-
rari.*
16 *Iuramentum, & decretum interpoſitum vigore Statuti
non ſupplet alios defectus.*
17 *Dolus non præſumitur niſi probetur.*
18 *Creditor interpellatus per poſſeſſores, vel fideiuſſores ad
exigendum à debitore principali, donec eſt ſoluendo,
an eo fallito poſſit contra illos agere.*
19 *Exceptiones altioris indaginis reſeruantur ad petito-
rium.*
20 *Excuſſio non admittitur in Saluiano.*
21 *Excuſſio l. 2. C. de pign. admittitur in Saluiano.*

CAPVT LXXIII.

PEr diſpoſitionem *l. 2. C. de pign.* cauetur, quod credi-
tor primus, & anterior habens tantùm generalem hy-
pothecam, præferatur ſecundo habenti aliam generalem, 1
ſiue etiam ſpecialem hypothecam ex vulgata regula, qui
prior eſt tempore, potior eſt iure, quòd ſi primus creditor
habeat vltra generalem hypothecam etiam ſpecialem ali-
cuius rei ſibi nominatim obligatæ, ex qua commodè poſſit
ſatisfieri, tenetur prius agere contra huiuſmodi bona no-
minatim, & ſpecialiter obligata, antequam deuenire poſſit
ad bona generaliter ſibi, & alijs poſterioribus obligata, ad
quæ demum in ſubſidium tantum habet regreſſum, proba-
to quod bona ſpecialiter obligata non ſint ſufficientia, quæ
tamen donec contrarium probetur, præſumuntur eſſe ſuf-
ficientia, quaſi tunc ſtante ſpeciali hypotheca videatur ex 2
tacito pacto actum, vt ex re ſpecialiter obligata ſibi prius
creditor ſatisfaciat, antequam agere poſſit contra alia bona
poſterioribus creditoribus obliganda, & poſtea obligata,
ſiue ſpecialiter, ſiue generaliter, vt tradunt cõmunitet
DD. in d. l. 2. C. de pign. Neguſ. *de pign. part. 5. membr. 2.
num.* 51. Magon. *deciſ. Florent. 124. num.* 2. Scapuc. de
Saluian. *lib. 2. quæſt.* 20. Rodriquez *de concur. cred. part. 2.
art. 1. num.* 4. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 38. num.* 11. &
latè Merlin. *de pign. lib. 4. tit. 1. quæſt. 21. per tot.*

Quod procedit etiam ſtante clauſula conſtituti, cuius vi-
gore aliàs videtur reiecta omnis excuſſio, cùm id verum
ſit ſolùm in caſibus, vbi eſt permiſſum exercere obligatio- 3
nem generalem, non autem in prohibitis prout eſt caſus
d. l. 2. Surd. *deciſ. 44. num.* 12. Scapuc. *d. quæſt. 20. num.* 3.
Et non obſtante obligatione Camerali, qua mediante licèt
aliàs

aliàs creditor electa vna via poſſit ad aliam redire, intelli-
gitur de licita, & permiſſa ex diſpoſitione iuris, & quoad
ipſum debitorem, non autem quoad tertium, cui nihil preiu-
dicat quæcumque obligatio cameralis, vel ſimilis, Scapuc. de
Salu. *d. quæſt.* 20. & Merlin. *d. quæſt.* 21. *nu.* 55. *& ſeqq. &c.*

Sicut etiam procedit diſpoſitio *d. l.* 2. in muliere, & do-
te, quæ ſi habeat ſpecialem, & generalem bypothecam in
5 boni viri debet à ſpeciali incipere antequam poſſit agere ad
bona generaliter obligata, iuxta terminos *d. l.* 2. *C. de pign.*
Rodriquez. *d. tract. part.* 1. *art.* 1. *num.* 19. *in fine*, Neguſ.
loc. ſup. cit. & part. 8. *membr.* 1. *num.* 20. & latè de commu-
ni teſtatur Merlin. *d. quæſt.* 21. *nu.* 34. *& ſeqq.* quamuis in
puncto iuris multa in contrarium adducat, &c.

Ita ut ſupradicta procedant, licèt Notarius in inſtrumen-
to adiecerit illam ſolitam clauſulam proteſtatiuam, quod
ſpecialitas generalitati non deroget, quia in his, quæ à iu-
6 re ſunt definita, proteſtatio non releuat proteſtantem *gloſ.*
in l. alimenta, verb. materna C. de neg. geſt. cum alijs quos
refert, & ſequitur Rodriquez *d. tract. part.* 2. *art.* 1. *num.*
5. quibus addo Iaſ. *in §. fuerat, num.* 106. *Inſtit. de act.* vbi
quod proteſtatio non iuuat in his, ad quæ de neceſſitate
aſtringimur, nec in his, quæ à iure ſunt certo modo defi-
nita, & diſpoſita, &c. Contrarium tamen quod ceſſet di-
ſpoſitio *d. l.* 2. ſtante huiuſmodi clauſula, quod ſpecialitas
generalitati non deroget, vel è contra quaſi tunc indiſtin-
7 ctè videatur data electio creditori non obſtante æquitate
d. l. 2. firmat Scapoc. de Saluian. *d. quæſt.* 21. & ſequitur
Merlin. *d. quæſt.* 21. *num.* 48. *& ſeqq.*

Cui quidam deciſioni *d. l.* 2. tantò magis videbatur eſſe
locum cùm eſſemus in hypotheca cenſuali, quæ pro annuis
8 redditibus poteſt exerceri contra poſſeſſorem rei ſpecialiter
pro cenſu obligatæ, nulla facta excuſſione, quaſi ex ipſa re
poſſeſſa habeatur cenſus, quidquid ſit in alijs hypothecis
per ſecuritate, & cautione debiti contractis, Crauet. *conſ.*
217. *num.* 5. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 16. *num.* 17. *& cap.*
995. *num.* 40. adeò vt videatur non poſſe concedi immiſ-
ſionem ſuper alijs bonis non cenſuatis, licèt hypothecatis,
9 niſi in ſubſidium facta excuſſione, & probata inſufficientia
reddituum fundi cenſuati, iuxta *l. decem* 116. *ff. de verb.*
oblig. l. fin. ff. ſi cert. pet. vbi notant. DD. & Alex. *conſ.* 32.
num. 4. *lib.* 4. cum alijs per Burarr. *deciſ.* 151. *per tot.* Præſer-
tim ſtante negligentia domini, & creditoris cenſus in exi-
gendo annuos fructus à debitore principali, qui ad illorum
10 ſolutionem tenebatur, quo caſu tertius poſſeſſor non poteſt
conueniri hypothecaria, vel Salniano, Surd. *deciſ.* 32. *num.*
9. cum alijs per Cenc. *de cenſ. quæſt.* 99. *num.* 64.

Prædictis tamen non obſtantibus dicebam, in caſu oc-
currenti non eſſe locum oppoſitæ diſpoſitioni *d. l.* 2. nec
eius remedium poſſe allegari à tertio poſſeſſore conuento,
11 non habente aliquod creditum, vel hypothecam ſuper bo-
nis poſſeſſis, cùm loquatur ſolùm in caſu, vbi adeſt con-
tentio inter primum, & ſecundum creditorem hypotheca-
rium, & ideò tanquam exhorbitans non debet extendi vltra
terminos, in quibus loquitur Rodriquez *d. tract. part.* 2.
art. 1. *num.* 7. *in fine*, Neguſ. *de pign. part.* 8. *membr.* 1. *num.*
20. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 342. *num.* 17. Scapuc. de
Saluian. *lib.* 2. *quæſt.* 20. *num.* 4.

Neque ob id negatur poſſeſſorem rei cenſuatæ poſſe
12 conueniri ſine excuſſione, ſed non ex indè ſequitur alios
poſſeſſores bonorum generaliter obligatorum non poſſe
etiam ad libitum creditoris conueniri, cùm verius putetur
emptorem, & creditorem cenſus habentem omnia bona
debitoris hypothecata poſſe eligere vnum ex pignoribus ſi-
bi benè viſum, quaſi omnia ſint ei in ſolidum obligata, Bart.
in l. moſchis, ff. de iur. fiſc. Neguſ. *de pign. part.* 8. *membr.* 1.
num. 49. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 38. *num.* 4. Rot. *in Imo-*
13 *len. Saluiani* 5. *May* 1634. coram Coccin. *in Nouiſſ. part.* 6.
deciſ. 276. *num.* 5. & contraria procedere poſſe, vbi omnia
bona non eſſent æquè principaliter obligata, ſed tantùm in
ſubſidium, quo caſu agi non poteſt contra bona in ſubſidium
obligata, niſi prius facta aliorum bonorum excuſſione, &c.

Præterea certus fundus ſpecialiter cenſui ſuppoſitus pro
adimplenda forma Bullæ Pij V. non dicitur conſtitutus pro
14 ſpeciali hypotheca ad effectum prædictum, ſed tantùm vt
contrahentes ſatisfaciant dictæ Bullæ, & eius formæ, ſine
qua non valeret cenſus, omnia bona poſtea generaliter obli-
gando, prout licitum eſſe pro faciliori cenſus exactione,
15 docet Cenc. *de Cenſ. quæſt.* 41. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*
141. *num.* 10. & ſic verſamur extra caſum *d. l.* 2. nam indu-
cta, & diſpoſita ad vnum finem tantùm, non debent alium
diuerſum finem operari, *l.* 2. *C. de iureiur. prop. calum. l. qui*
hominem §. fin. de ſolut. cum ſimilibus, & tradit in puncto
idem Gratian. *diſcept.* 38. *num.* 12.

Sicuti idem eſſe videmus in iuramento, & Iudicis decre-
to, quæ poſita in contractu pro adimplenda forma ſtatuti, 16
illa requirentis, non ſupplent alios defectus, tanquam ad
alium finem, & non ad alios defectus ſupplendos interpo-
ſita, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 483. *num.* 12. *&* 13. Rot.
poſt Galian. ad ſtat. Peruſ. *deciſ.* 97. *num.* 5. *in Peruſina he-*
redit. 10. *Decemb.* 1628. *coram Virili, &c.*

Quod autem dicitur de negligentia in exigendo à debi-
tore principali, intelligendum eſt de negligentia doloſa, 17
qui dolus non præſumitur donec probetur, *l. dolum C. de*
dolo, Maſcard. *de probat. concluſ.* 531. Menoch. *de præſumpt.*
lib. 5. *præſumpt.* 3. *num.* 14. ac quando dominus, & creditor
cenſus fuiſſet monitus, & interpellatus ad exigendum
donec debitor eſt ſoluendu, quo caſu ſi poſtea efficiatur 18
fallitus, & non ſoluendo remaneret extincta obligatio ſtan-
te dicto dolo, & negligentia creditoris in exigendo, poſt
huiuſmodi interpellationem ſibi factam à fideiuſſoribus,
vel bonorum poſſeſſoribus, aliàs ſecus, niſi lapſum fuerit
tantùm tempus, quod ſufficiat ad præſcribendum, & alia
requiſita neceſſaria præſcriptionis concurrant, Magon. *de-*
ciſ. Flor. 30. *per tot.* Maur. *de fideiuſſ. part.* 2. *ſect.* 10. *§.* 23.
vbi plenè diſputat, *& d. part.* 2. *ſect.* 8. *cap.* 42. *& ſect.* 10.
§. 17.

Et cùm negari non poſſit, quòd huiuſmodi exceptiones
requirant altiorem indaginem, tanquam, conſiſtentes in 19
facto non liquido, ſunt omninò reijciendæ, & non admit-
tendæ in iudicio Saluiani, ſed reſeruandæ ad petitorium,
Scapuc. de Saluian. *lib.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 1. *& ſeqq.* Afflict.
dec. 14. Gratian. *diſc.* 107. *per tot.* Et in ſpecie excuſſionem
non admitti in Saluiano, tanquam requirentem altiorem 20
indaginem quidquid tenuerit Nat. Aulus Cecin. & alij latè
probat Pacif. de Saluian. *inſpect.* 2. *cap.* 2. *num.* 25. Scapuc.
eod. tract. lib. 2. *quæſt.* 19. *per tot.* Gratian. *diſcept.* 38. *in princ.*

Quamuis quoad excuſſionem prouenientem ex reme-
dio *d. l.* 2. *C. de pign.* tanquam ſumma æquitate fulcitam,
& intereſſe partis, non ordinem iudicij tantùm reſpicien- 21
tem videatur admitti poſſe in Saluiano ex traditis per eun-
dem Scapuc. de Saluian. *lib.* 2. *quæſt.* 20. Sed ex alijs ſupra
demonſtratum fuit, nos verſari extra caſum *d. l.* 2. & ideò
illius æquitatem, & prætenſam excuſſionem ceſſare, &c.
Contra vide Viceol. *Conſult. forenſ. cap.* 22. *num.* 27.

ARGVMENTVM.

Conditiones auertentes à procreandis liberis, vel è contrà inuitantes ad prolem an, & quando ſint licitæ. Conditio ſi ſine liberis an ſubintelligatur à iure, quid operetur tam expreſſa, quàm tacita, de quibus liberis intelligatur, & ſubſtitutionibus medijs caducatis an admittantur ſequentes, & alia plura.

SVMMARIVM.

1 *Conditio auertens à procreandis liberis non valet.*

2 *Conditio viduitatis reprobatur tam in maſculo, quàm in fœmina Virginibus, & quando valeat, num.* 3. *&* 4.

5 *Conditio inuitans ad matrimonium contrahendum qualiter valeat.*

Conditio contraria libertati matrimoniali reijcitur.

6 *Præceptum nubendi ſub pœna amiſſionis magni lucri, an ſit reprobatum.*

7 *Conditio inuitans ad procreationem filiorum dicitur turpis, & inhoneſta ſi adijciatur Sacerdoti, Monaco, vel Moniali.*

8 *Conditio nubendi debet intra triennium poſt pubertatem, & mortem teſtatoris impleri, aliàs dicitur defecta.*

9 *Idem eſt in conditione matrimonij ſpiritualis.*

10 *Ablatiui abſoluti important conditionem in quacumque diſpoſitione.*

11 *Conditio ſi ſine liberis ſubintelligitur etiam ſi non exprimatur quando grauatur filius, vel alius deſcendens teſtatoris,*

12 *An idem ſit vbi grauatur amicus intrinſecus.*

13 *Subſtitutus excluditur per monaſterium, quando condi-*

tio ſi ſine liberis fuit expreſſa, ſecus ſi ſubintelligatur à iure, num. 14.
Monaſterium habetur loco filij, niſi conſtet de contraria mente teſtatoris.
15 *Conditio, ſi ſine liberis, appoſita Sacerdoti reijcitur, & eo mortuo admittitur ſubſtitutus tanquam purè vocatus.*
16 *Eccleſia non poteſt dici loco filij, ſed potius loco vxoris.*
17 *Monaſterium, licet habeatur locu filij, non excludit piam cauſam ſubſtituam.*
18 *Monaſterium vt dicatur locu filij, non ſufficit ingreſſus, ſed requiritur profeſſio in illo.*
19 *Conditio, ſi ſine liberis, deficit per exiſtentiam vnius filij tantùm.*
20 *Sola filij exiſtentia, etiam ſi non ſit hæres, attenditur ad excludendum ſubſtitutum, & num. 31.*
21 *Subſtitutus excluditur etiam ſi filius momento tantùm vixerit, & etiam per poſthumum extractum de ventre matris.*
22 *Subſtitutus in defectum filiorum admittitur quandocumque illis decedentibus.*
23 *Conditio, ſi ſine filijs, an deficiat per exiſtentiam filie fœmina.*
24 *Conditio prædicta deficit per exiſtentiam nepotis ex filio, vel filia præmortuis; filij ſuſcepti à patre bannito faciunt deficere dictam conditionem.*
25 *Conditio, ſi ſine liberis, de quibus intelligatur, an de adoptiuis, naturalibus tantùm, vel legitimatis per ſubſequens matrimonium, num. ſeqq.*
29 *Subſtitutus ſub conditione, ſi hæres ſine hærede deceſſerit, non excluditur per quemcumque hæredem, ſed tantùm per deſcendentes, & quando ſecus, n. 30.*
31 *Et tunc non ſufficit ſola exiſtentia, ſed requiritur quod ſit hæres.*
32 *Subſtitutus in defectum filiarum an admittatur etiam illis non natis.*
33 *Subſtitutio in caſu, quo quis decedat cum liberis, qui poſtea ſine liberis decedant, habet locum etiam in caſu, quo primus nullus ſuſcepit liberus.*
34 *Gradus medius caducatus non attenditur, vbi conſtat de mente teſtatoris; extenſio fauore piæ cauſa ſubſtituta admittitur.*
35 *Subſtitutionibus medijs caducatis admittuntur ſequentes gradus ad ſuccedendum, & quando ſecus.*
36 *Inſtitutio principalis ſi deficiat, euaneſcit ſubſtitutio ab illa pendens.*
37 *Filij in conditione poſiti an dicantur diſpoſitiuè vocati, remiſſiue.*

CAPVT LXXIV.

1 SIcuti non valet conditio auertens à procreandis liberis,
ſed à iure reijcitur, & improbatur in vltimis volunta-
tibus, Duran. *tract. de condit. & mod. impoſſ. part. 2. cap. 3.
num.* 84. & 85. adeò vt conditio viduitatis reprobetur, iam
in maſculo, quàm fœmina ex identitate rationis, intelli-
2 gendo tamen de muliere, quæ nunquam fuit nupta, vel de
viro, qui nunquam fuit vxoratus, cùm ſecùs ſit in viduis,
in quibus valet dicta conditio, & eſt ſeruanda, Petr. Cabal.
conſ. 1. *lib.* 1. Franch. *deciſ.* 174. *part.* 1 Duran. *d. cap.* 3. *n.* 18.
3 *& ſeqq. vbi num.* 88. & 89. quod huiuſmodi conditio non
nubendi, & quælibet alia à procreandis liberis auertens,
vel à religione retrahens appoſita in contractibus, illos vi-
tiat, quamuis impleatur. Et quod conditio non nubendi
4 reprobetur in virgine, & debeatur legatum ſub tali condi-
tione relictum licèt nupſerit, poſſitque retineri etiam in fo-
ro conſcientiæ, quando inducit generaliter viduitatem re-
ſpectu temporis, perſonarum, & locorum, ſecùs autem ſi
ita generaliter non inducat viduitatem, ſed ſpecialiter re-
ſpectu alicuius temporis, loci, vel perſonarum, nam tunc
tanquam honeſta valeret, & eſſet ſeruanda, Craſſ. *in §. legatum, quæſt.* 50. Mantic. *de coniect. vltim. voluntat. lib.* 11. *tit.*
18. *num.* 3. *& tit.* 19. *num.* 8. cum alijs per Gratian. *diſcept.
forenſ. cap.* 863. *num.* 1. *& per tot.* Duran. *d. tract. part.* 3. *cap.* 1.
num. 8. *& ſeqq. &c.*

Ita è contrario non eſt dubitandum, quod valet conditio
inuitans ad matrimonium contrahendum, etiam ſi teſtator
5 expreſſerit certam perſonam, cum qua contrahi debeat,
haberetur tamen pro impleta, ſi talis perſona requiſita re-
cuſet, vel alteri nubat, vel ſi aliundè proueniat impedimen-
tum, ſicut etiam valet, quando fuit dictum, vt nubat arbi-
trio parentum, fratrum, tutorum, vel aliorum, intelligendo
per modum requiſitionis conſilij, quo requiſito dicitur im-
pleta, nam ſi apponeretur per modum præcepti, vel etiam
per modum conſilij, & in dicta requiſitione verſaretur ma-
gnum periculum impediendi matrimonium, tanquam con-
traria libertati matrimoniali eſſet reijcienda, vt latè decla-
rat Duran. *d. tract. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 52. *& ſeqq.* ad finem,
cùm præceptum nubendi ſub pœna priuationis alicuius ma-
gni lucri videatur reprobatum tanquam per indirectum co- 6
gens ad matrimonium extrahendum, & auferens liberta-
tem illius, iuxta notata per DD. *in cap. gemma de ſponſal. &
in l. Titio* 134. *ff. de verb. oblig.* de quo Sanchez. *de matrimon. lib.* 4. *diſputat.* 5. *num.* 22. *& ſeqq.* Rot. *in Venuſina legati* 28. *Iunij* 1623. coram Coccin. *& in Auenion. ſimulationis* 26. *Iunij* 1637. coram Panzirolo, & in eadem
cauſa 29. *Ianuarij* 1635. coram eodem *in Nouiſſ. part.* 7.
deciſ. 11.

Poſſet tamen dicta conditio, innitans ad procreationem
filiorum quandoque eſſe turpis, inhoneſta, & impoſſibi- 7
lis de iure, ac reijcienda, vt ſi eſſet adiecta Sacerdoti, vel
Monacho, ſiue Moniali, quæ perſonæ de iure nec matri-
monium contrahere, nec liberos procreare poſſunt, The-
ſaur. *deciſ.* 163. cum alijs per Duran. *d. part.* 2. *cap.* 3.
num. 86. *&c.*

Quæ quidem conditio nubendi adiecta legatario laico,
non ſolùm valet propter publicam vtilitatem, cùm interſit
Reipublicæ Ciuitates hominibus repleri, & quamplures
ſubditos habere, & cùm ex nuptijs magis reſultet publicum
bonum, quàm ex continentia, præcipuè in caſtè, & conti-
nenter viuere non valentibus, quibus iuxta conſilium Diui
Pauli, *melius eſt nubere, quàm vri*, ſed etiam habet deter- 8
minatum tempus, intra quod impleri debet, nempè intra
triennium poſt pubertatem legatarij, & poſt mortem teſta-
toris, quibus tribus annis tranſactis, adimplere volens
non amplius auditur per text. *in l.* 2. *§. ad filiorum, C. quando,
& quibus quart. pars deb. lib.* 10. vbi Bart. notat. & ſequitur
Iaſ. *in l. conditioni col.* 2. *C. de Inſtitut. & ſubſtitut.* Mantic.
de coniect. vltim. volunt. lib. 11. *tit.* 18. *num.* 28. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 137. *num.* 9. *& ſeqq.* & latius pluribus relatis
idem probat *in cap.* 254. *num.* 2. *& ſeqq. ad* 33. *vbi num.* 11.
ampliat idem eſſe in matrimonio ſpirituali, quod adiectum
legato per modum conditionis debet ſequi intra triennium
poſt ætatem idoneam ad profitendum in monaſterio, aliàs 9
non eſt locus acquiſitioni legati, ſed fit locus ſubſtituto, vel
remanet penes hæredem, ſecus autem ſi huiuſmodi condi-
tio eſſet inſtitutioni hæredis appoſita, vt ibi per eum vbi plu-
ra ad hunc propoſitum, &c.

Quo verò ad conditionem ſi legatarius ſine liberis deceſ-
ſerit duplicatam etiam in filijs eiuſdem pariter ſine liberis
decedentibus conceptam, per ablatiuos abſolutos, qui ſine 10
dubio conditionem denotant, tam in vltimis voluntatibus,
quàm in contractibus, & reſcriptis, *l. cum Iis, ff. de euict. l. à teſtatore, ff. de condit. & demonſtrat.* Aſin. *in prax. §.* 11. *cap.* 1.
num. 3. *& §.* 3. *cap.* 36 *num.* 2. Sciendum eſt, quod quando fi-
lius, vel nepos, ſiue vlterioris gradus deſcendens grauatur
alteri teſtituere ſemper per legem ſubintelligitur ex præſum-
pta mente teſtatoris dicta conditio, ſi ſine liberis deceſſe- 11
rit, quamuis non eſſet expreſſa, & ideò liberis extantibus,
non eſt locus ſubſtituto, iuxta diſpoſitionem text. *in l. cum
auus, ff. de condit. & demonſtrat.* Salyc. Caſtr. & alij *in l. cum
acutiſſimi, C. de fideicom.* Iaſ. *in l. generaliter, §. cum autem,
C. de inſtit. & ſubſtit.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 419. *nu.* 27.
& 28. *& diſcept.* 306. *num.* 4. *&c.* Niſi tamen per dictiones ta-
xatiuas, vel aliter conſtaret de contraria mente teſtatoris,
vt benè declarat Magon. *deciſ. Florent.* 52 *per tot.* de qua re
latiſſimè poſt Mantic. *de coniect. vltim. volunt lib.* 10. *tit.* 7. *&*
8. Gabriel. *lib.* 4. *tit. de fideicom. concl.* 2. ſcripſit Menoch. *de
præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 89. *per tot.* Ita vt dicta præſumptio
procedat ſecundùm aliquos etiam quando amicus intrin- 12
ſecus eſt conſtitutus, & grauatus poſt mortem alteri reſti-
tuere, quamuis contrarium ſit verius, cùm nec procedat in
fratre, ſed tantùm in deſcendentibus, Menoch. *d. præſumpt.*
89. *num.* 65. & D. Carol. de Graſſ. *tractat. de effect. amicitiæ
num.* 218.

Et hæc conditio ſi ſine liberis, quando eſt expreſſa regu-
lariter operatur, quod ſubſtitutus excludatur per monaſte-
rium capax bonorum, in quo grauatus profeſſionem emi- 13
ſerit, cùm tunc non dicatur decedere ſine liberis, ſed cum
liberis, quia hoc caſu Monaſterium habetur loco filij, niſi

conſtet de contraria mente teſtatoris *Auth. niſi rogati C. ad*
Trebell. &c. in præſentia de probat. Bart. *conſ.* 3. *lib.* 1. latè
Menoch. *de præſumpt.lib.*4. *præſumpt.* 83. *per tot.* Alex.*conſ.*
35.*lib.*3. Crauett.*conſ.* 152. Ac idem eſſe in tacita conditione
ſupradicta à lege ſubintellecta, quæ operatur eundem effe-
14 ctum etiam in teſtamento matris, latè probat Gratian. *di-*
ſcept. forenſ. cap. 305. *& cap.* 306. *per tot.* vbi tamen inſerit
duas deciſiones Rotæ Romanæ, in quibus negotio pluries
propoſito, & diſcuſſo fuit concluſum, & tantum huiuſmo-
di conditionem tacitam à lege ſubintellectam, non à teſtato-
re expreſſam non ſufficere ad hunc effectum, vt ſubſtitutus
excludatur per Monaſterium, ſed debere eſſe expreſſam,
vt poſſit Monaſterium admitti, cùm non habeatur regula-
riter loco filij, niſi in caſibus expreſſis, & hæc opinio valdè
mihi probatur per auctoritatem Rotæ, & per rationes con-
cludentes, de quibus in dictis deciſionibus, & præcipuè
in Narnien, fideicom. Lunæ 6. Iunij 1611. *coram Sacrato, &c.*
ſicuti etiam abſque dubio quando Monaſterium eſſet inca-
pax bonorum non admitteretur, Magon. *deciſ. Florent.*
16. *num.* 27.

Si verò dicta conditio, ſi ſine liberis, fuerit appoſita
Clerico in Sacris conſtituto, in quo licitè verificari non po-
teſt, cùm inuitet ad delinquendum, & tamquam in illo
neceſſaria cùm neceſſe habeat Clericus abſtinere à libero-
15 rum procreatione, non reddit ſubſtitutionem conditiona-
lem, ſed puram relecta dicta conditione tanquam impoſſi-
bili, & à iure reprobata, ita vt nec poſſit verificari in Ec-
cleſia, nec in filijs naturalibus, vel adoptiuis, ſed mortuo
Clerico, ſi aliud tempus non fuerit determinatum à teſta-
tore debet admitti ſubſtitutus tanquam purè vocatus, quid-
quid alij tenuerint Clericum non cenſeri grauatum, The-
ſaur. *deciſ.* 163. *per tot.* Menoch. *lib.*4. *præſumpt.*78. *num.*42.
& ſeqq. ad 56. Durand. *d.tract part*,4.*cap.*3.*num.*5.*& part.*2.
*cap.*3.*num.*86.*&* 87. vbi videtur tenere, quod dicta condi-
tio poſſit verificari in Eccleſia, ſi conſtet teſtatorem intelle-
xiſſe non de filijs naturalibus, ſed de legitimis, quod tamen
16 non eſt verum, nec ipſe firmat, cùm nuſquam reperiatur
iure cautum, Eccleſiam eſſe loco filij, ſed potiùs loco vxo-
ris, *gloſſ. in cap. per Venerabilem, qui filij ſint legit.* Menoch.
d.præſumpt 78. *num.*43. niſi eſſemus in Monaſterio, quod in
caſibus expreſſis tantùm, & non aliter dicitur eſſe loco filij
17 iuxta ſuperiùs dicta, quamuis nec etiam Monaſterium ex-
cludat piam cauſam ſubſtitutam, Honded. *conſ.* 62. *num.* 52.
ad 54. *lib.*1. cum alijs per Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 481.
num 9. *&* 10. vbi teſtatur de veriori opinione, *& nu.* 7. quod
vt admittatur Monaſterium in loco filij non ſufficit ſolus in-
18 greſſus, ſed requiritur profeſſio ingreſſi in illo ad excluſio-
nem ſubſtituti, & ideò ſi ingreſſus ante emiſſam profeſſio-
nem decedat ſubſtitutus non poteſt excludi per Monaſte-
rium, ſed admittitur, &c.

Et dicta conditio ſi ſine liberis licet in plurali numero
19 concepta, deficit per exiſtentiam vnius tantùm filij, quia
illa pluralis loquutio reſoluitur in ſingularitatem, *l. non eſt*
ſine liberis, ff. de verb. ſignif. l. Seruianam, ff. de condit. &
demonſtrat. Magon *deciſ. Florent.*16. *num.* 31. licet huiuſ-
modi filius non ſuccedat patri, abſtineat, vel repudiet, vel
20 etiam quòd legitima fuerit exhæredatus, nam adhuc facit
deficere dictam conditionem, quia attenditur ſola exiſtentia
tempore mortis, qua mediante dicitur defecta conditio,
& ſic ſubſtitutus remanet excluſus non per filios, vel alios in
conditione poſitos, ſed per defectum ipſius conditionis,
Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*659.*num.*24. *& ſeqq. cap.* 747. *cap.*
773.*& cap.*774.*num.*2. Magon. *deciſ. Florent.*102. *num.*8.*&c.*
21 & quamuis talis filius poſtea decedat, & momento tantùm
vixerit, ac etiam ſi eſſemus in poſthumo extracto de ventre
matris tali tempore, quod naturaliter viuere potuiſſet, idem
Gratian. *d.cap.*774. *n.*3. *&* 4. *& cap.*847.*num.*4. *&* 5. ſecùs ta-
22 men ſi quis eſſet ſubſtitutus in defectum filiorum, quia tunc
admitteretur quandocunque illis deficientibus, idem Gra-
tian. *d. cap.*659. *num.*16.

Sicut etiam deficit dicta conditio per exiſtentiam filiæ fœ-
minæ, niſi aliter conſtet de mente teſtatoris, vel niſi ſit facta
ſubſtitutio pro conſeruanda agnatione, vel extet ſtatutum
23 fœminas excludens, de quo latè Menoch. *lib.*4.*præſumpt.*83.
per tot. Rot. *diuerſ. part.*1.*deciſ.*374. *n.*3. Leoncil. *deciſ. Fer-*
raria 80. *n.*2. Magon. *dec. Luc.*7. *n.* 2. 24. *&* 35. vbi Add. Gra-
tian. *diſcept.*664.*n.*18.*& per tot.& diſcept.*866.*per tot. diſcept.*
428. *n.*9. *& diſcept.*401.*n.*11. Magon. *deciſ. Florent.*73.*n.*7.
vbi quod iuris interpretatione dicta conditio intelligitur de
filijs maſculis, & Mandel. *conſ.*19. *per tot.*

Item deficit per exiſtentiam nepotis ex filio, vel filia præ-
mortuus, Roman. *conſ.* 148. Pract. Pap. *libel. ex ſubſtit. gloſs.* 24
*decedere, & num.*37. vide Altograd. *conſ.*45.*num.*97.*& con-*
ſil. 48. *num.*20. *&* 44. *lib.* 1. vbi contra, licet filij eſſent ſu-
ſcepti à patre bannito per bannum, Gratian. *diſcept.* 462.
num. 13.

Porrò autem de quibus liberis intelligatur huiuſmodi
conditio, & ſic an adoptiui, legitimati per ſubſequens ma-
trimonium, vel reſcripto Principis, naturales tantùm, ſiue 25
nati ex putatiuo matrimonio excludant ſubſtitutum ſub di-
cta conditione, ſi ſine liberis, ex materia coniecturalis, de
qua Menoch. *lib.*4. *præſumpt.*77.78.79.80.81. *&* 82. *per tot.*
Et quod adoptiui non excludant ſubſtitutum, ne ſit in pote-
ſtate grauati adoptando quem velit illum priuare, Magon. 26
deciſ. Florent. 92. *num.* 54. ſicut nec naturales regulariter,
niſi aliter appareat de mente teſtatoris ex legitimis conie-
cturis, quorum multas cumulat Michalor. *de fratr. part.*3. 27
*cap.*22. & tangit *in cap.* 19. *in fine, & cap.* 20. *num.*38. *d. part.*3.
Et quando fuit dictum, ſi hæres deceſſerit ſine filijs legitimis,
& naturalibus, & de legitimo, & vero matrimonio natis,
licet ſecundùm multos tunc ſubſtitutus excludatur per exi- 28
ſtentiam filij legitimati per ſubſequens matrimonium, vt per
Menoch. *lib.*4.*præſumpt.*81. tamen ſecundum veriorem opi-
nionem, quod imò non excludatur, latè probat Ciarlin.
controuerſ. forenſ. cap. 111. *per tot. lib.* 1. à quo non diſſenti-
re videtur Menoch. *loc. cit.* vbi plures diſtinguit caſus, &c.
Sed contrarium vide latè per Altograd. *conſ.* 93. *per totum*
lib. 2.

Et licèt quis fuerit ſubſtitutus ſub conditione, ſi hæres
ſine hærede deceſſerit, non excluditur per quemcumque
hæredem, ſed tantùm per filios, vel alios deſcendentes, quaſi
hoc caſu verbum hæres reſtringatur ad eos, qui veniunt
appellatione filiorum, & non verificetur in alijs hæredibus 29
legitimis, quamuis eſſent aſcendentes, vel collaterales ſtri-
cti, & hoc ex præſumpta mente teſtatoris, cùm aliàs num-
quam poſſet verificari dicta conditio, quia lex ſemper pro-
uidit, quod nemo decedat ſine hærede legitimo, quidquid
ſit in legatario, Pract. Pap. *libell. ex ſubſtit. gloſs. decederet*
*num.*10. Guid. Pap. *deciſ.*457. & latè Gratian. *diſcept.*313. *per*
tot. niſi talis conditio eſſet appoſita ſeni, & valetudinario
inhabili ad procreandos filios, quia tunc dicendum eſſet, 30
teſtatorem non ſenſiſſe de liberis, ſed de alijs hæredibus le-
gitimis, Dec. *conſ.*293. cum alijs per Gratian. *loc. cit. num.* 3.
*& num.*24. *&* 25. In prædicto tamen caſu non ſufficeret ſo-
la exiſtentia filij, ſed eſſet neceſſe, quod ſit hæres, cum tunc 31
duo requirantur ad excludendum ſubſtitutum, videlicet
quod ſit filius, & quòd ſit hæres, vt videtur ſentire Guid.
Pap. *d. deciſ.* 457. *num.*4.

An autem ſubſtitutus in defectum filiorum, vel deſcen-
dentium admittatur etiam illis non natis, quaſi non poſſint 32
dici verè defeciſſe qui nati non fuerunt, idem Gratian. *di-*
*ſcept.*772. *num.*52. *&* 773. *num.*22. vbi quod admittitur, quid-
quid multa in contrarium allegari poſſint, &c.

Subſtitutio autem facta in caſu, quo legatarius decedat
cum liberis, qui poſtea ſine liberis decedant habet locum ex
coniecturatà mente teſtatoris etiam in caſu, quo ipſe legata-
rius nullos ſuſceperit filios, & ſine illis decedat, quia non ſo-
lùm militat eadem, ſed maior ratio, & non ſolùm non repu-
gnat mens teſtatoris, ſed latiùs, & magis exuberat eius vo-
luntas in iſto caſu, & quia gradus medius caducatos ob non
exiſtentiam filiorum non attenditur, ſed pro non ſcripto ha- 33
betur, Fuſar. *de ſubſtit. q.*460. Durand. *deciſ.*260. *n.* 1. *& ſeqq.*
*& deciſ.*267. *num.*2. vbi eadem cauſa fuerit reuiſa, & iterùm
approbata deciſio, maximè ſtante fauore piæ cauſæ ſubſtitu- 34
tæ, pro qua eſt licita extenſio, Gratian. *diſcept.* 662. *per tot.*
ſicut etiam quando conſtat de voluntate teſtatoris, idem
Gratian. *diſcept.*979. *num.*32.

Quòd autem medijs ſubſtitutionibus ſublatis, & caduca-
tis admittantur ſequentes gradus ingrediendo locum pri-
morum; & ſuccedant grauato, ac ſi immediatè illi eſſent 35
ſubſtituti, niſi deficiat conditio, ſub qua illi vltimi vocaban-
tur in locum caducatorum, vel niſi poſiti in conditione poſ-
ſint dici diſpoſitiuè vocati ex coniecturis, latè declarat Gra-
tian. *diſcept.*528. *num.*12. *& diſcept.* 747. *num.*15. *&c. diſcept.*
662. *in princ. diſcept.*821. *num.*22. *& diſcept.* 979. *per tot.* pul-
chrè Magon. *deciſ. Flor.*134. Theſaur. *deciſ.* 86. & omninò
Duran. *deciſ.*339. *per tot.*

Si tamen deficeret inſtitutio principalis, à qua dependet
ſubſtitutio, videtur etiam euaneſcere ipſa ſubſtitutio, *l. qui* 36
habebat, ff. de vulg. & pupil. de quo idem Gratian. *diſcept.*536.
num.

*num.*33. *& num.*34. *diſcept.*571.*nu.*18. 662.*num.*6. 771. *n.*35. *&* 774. *num.* 5. Magon.*deciſ.Flor.*4. *num.*4.*& num.*26. Theſ. *deciſ.*60. vbi etiam quærit,an venientes ab inteſtato teneantur vigore clauſulæ codicillaris reſtituere hæreditates filijs primi inſtituti, &c.

An autem iuxta ſuperiùs dicta liberi poſiti in conditione
37 dicantur ex præſumpta mente teſtatoris diſpoſitiuè vocati,
ita vt vigore teſtamenti ſuccedere poſſint, latiſſimè per ſex paginas declarat Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.*176. Cyriac.*contr. iur. lib.*1. *cap.* 96. vbi pro vocatione perpendit duodecim coniecturas, Clar. §.*teſtamentum quæſt.* 77. 78. *&* 79. Magon. *deciſ.Florent.*27. *per tot.* vbi multa pro vocatione,*& deciſ.*73.*per tot.* vbi pro excluſione, *deciſ.* 71. *num.* 14. *& deciſ.*16.*num.*20.*& num.*51. Rot. *part.*2.*diverſ.deciſ.*212. *per tot.* Crauett.*conſ.*109.*conſ.*62.*& conſ.*130.Curt.iun.*conſ.*87. *per tot.* Gratian. *diſcept.forenſ.cap.*352. *cap.*747. *cap.*254. *num.*40.*cap.*536.*n.* 46. *cap.*776. 847. *num.* 30. 928. 965. 571. *num.*49. 351. *in princ. &* 664. *n.* 2. in quibus locis pro diuerſitate caſuum multa hincindè copiosè habentur, cùm ſit materia tota coniecturalis, &c.

ARGVMENTVM.

Abſolutio à iuramento quando ſit neceſſaria, à quo concedenda, quid operetur, an requirat citationem, & an obtenta lite pendente ſuffragetur.

SVMMARIVM.

1 *EPiſcopus, vel eius Vicarius quando teneatur abſolutionem à iuramento dare. Iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis.*
2 *Abſolutio à iuramento conceditur ſine partis citatione.*
3 *Soluens virtute iuramenti vbi non firmauit contractum, poteſt repetere Iuramentum quando non tranſeat ad hæredes iurantis, & quando ſecus, n.* 5.
4 *Abſolutione obtenta, quando remaneat in totum eliſa virtus iuramenti.*
5 *Abſolutio quando habilitet, tantùm ad agendum, & excipiendum, & non præiudicet viribus iuramenti.*
6 *Abſolutio debet peti ante incurſum periurium.*
7 *Agens contra actum iuratum non obtenta abſolutione repellitur.*
8 *Abſolutio obtenta lite pendente ante oppoſitionem partis, an ſuffragetur.*
9 *Abſolutio eſt neceſſaria, etiam ſi iuramentum præſumeretur dolo extortum.*
10 *Abſolutio an ſit neceſſaria, ſtante enormiſſima læſione.*
11 *Abſolutiones tot requiruntur, quot ſunt capitula ſeparata contractus, etiam vnico iuramento firmata.*
12 *Abſolutio quomodo ſit petenda, quando quis iurauit illam non petere, & petita non vti.*
13 *Abſolutio non eſt neceſſaria, quando impugnatur contractus ob non implementum.*
14 *Abſolutio non eſt neceſſaria, quando iuramentum fuit præſtitum ſuper re illicita, & turpi.*
15 *Abſolutio an ſit neceſſaria in hærede iurantis.*
16 *Abſolutio non impedit executionem vigore obligationis Cameralis.*
17 *Abſolutio conceſſa debitori non ſuffragatur fideiuſſori, num.* 19.
18 *Abſolutio à periuro non ab Ordinario, ſed à ſolo Pontifice concedi poteſt.*
19 *Debitor principalis qualiter poſſit defendere fideiuſſores, &c.*
20 *Subreptio quando obſtet, &c.*

CAPVT LXXV.

REctè, ac iure merito poteſt Reuerendiſſimus D. Vicarius concedere abſolutionem à iuramento in caſu propoſito, ſpectat enim ad Epiſcopum, vel eius Vicarium, quando quis dolo aduerſarij fuit in contractu enormiter læſus, ſummariè cognita cauſa, à vinculo iuramenti con-
1 trahentem liberare, cùm iuramentum non debeat eſſe vinculum iniquitatis, Pract. Pap. *cum Add. in cauſa Venditionis gloſ. & ſub eius iuramento, num.* 4. latè Pic. *ad ſtat. Vrb. gloſ.*23. *num.* 35.

Ita vt poſſit huiuſmodi abſolutionem concedere abſque
vlla partis citatione, quia de præiudicio partis principaliter
non agitur, ſed ſolùm de liberando, & excludendo ab incur-
ſu periurij eum, qui iureiurando indebitè promiſit, ſaluo 2
ſemper iuri parti defendendi obligationem iuratam ex
alio capite, præcipuè quando nondum fuit contrauentum
iuramento, & non eſt dubium, quin ſit concedenda, quia
paſſim omnibus concedi ſoleat, Afflict. *deciſ.* 220. *num.* 10.
Aſin. *in praxi* §. 7. *cap.* 5. *limit.* 103. Pic. *dict. gloſſ.* 23.
num 47.

Quod magis eſt dicendum ex eo, quod etiam verſamur
in caſu, in quo iuramentum de iure non firmauit contra-
ctum, ſed ſolùm obligat ad obſeruantiam virtute canonis,
& tunc iurans antequam ſoluat, poteſt obtinere abſolutio-
nem, quam ſi non obtinuerit, ſed propter religionem iura- 3
menti ſoluerit poteſt ſolutum repetere, & iuramentum eſt
perſonale, nec tranſit ad hæredes iurantis, *cap. veritatis de
iureiur. & c.debitores eod.tit.* Euerard. *in loc.à vi,& energ.iuram.num.*17. adeò vt tali caſu cùm ſimus in contractu nul-
lo, & erroneo ex iuris diſpoſitione obtenta abſolutione,
remaneat in totum eliſa virtus, & efficacia iuramenti, &
contractus nullus, ac ſi iuſiurandum non fuiſſet appoſitum, 4
Gratian. *diſcept.forenſ.cap.*824. *num.* 25. Vbi verò ageretur
de iuramento conſummatorio contractus, & ſic quando iu-
ramentum firmat actum, ſuper quo interponitur, nedum
ipſe iurans, ſed etiam eius hæredes vigore talis contractus 5
iuramento firmati remanent obligati, nec poteſt peti abſo-
lutio, quæ tamen ſi fuerit petita, & obtenta, prout commu-
niter fieri ſolet, habilitat tantùm ad agendum, vel excipien-
dum abſque vllo incurſu periurij, & in nihilo præiudicat vi-
ribus iuramenti, quod remanet in ſuo robore reſpectu ob-
ſeruantiæ contractus iurati, ſicuti ſaluum remanet omne ius
partis, Gratian. *diſcept.forenſ.cap.*233. *num.*1. *& cap.*50. *n.*5.
Buratt. *deciſ.*44.*num.*7. benè verum eſt, quod etiam iſto caſu
ſi contractus poſtea declaretur nullus, non erit opus alia ab-
ſolutione, ſed prima ſufficiet, & incipiet tunc ſortiri plenum
effectum, Pic. *ad Stat.Vrb.gloſ.*23.*num.*49.

Iſta autem abſolutio peti debet ante lapſum termini in
contractu præfixi, alias non ſuffragatur, ſi poſt incurſum 6
periurium petatur, niſi primò petatur à periurio incurſo,
& poſtea à iuramento, Afflict. *deciſ.*220. *num.* 17. cum alijs
per Pic. *d.gloſ.n.*23. 24. *& nu.* 44.

Et tantò magis peti debet ante inchoatum iudicium, aliàs
agens efficitur periurus, priuatur actione, & exceptione, ac
à limine iudicij repellitur, *l. ſi quis maior vbi gloſ. & DD. C.
de tranſact.* Magon. *deciſ.Florent.*22. *n.* 4. *& deciſ.*119. *n.* 9.
*vbi etiam num.*10. quod ſi obtineatur lite pendente, & dete- 7
cto periurio tanquam intempeſtiua non releuat: adeò vt
omnia acta facta ante oppoſitionem periurij ſint nulla, quia
licèt hæc exceptio non fuerit oppoſita ab initio, non videtur 8
tamen ei renunciatum, Pic. *ad Stat. Vrb.d.gloſ.*23. *num.* 51.
& 52. vbi etiam refert contrarium in hoc tenentes, vt ſcili-
cet ſuffragetur abſolutio, ſi adhuc non erat oppoſitum de pe-
riurio, quibus addo Rot. *in Salernitana bonorum* 19. *Iunij*
1643. penes Zacch. *de obligat. Cameral. ſecundum vltimam
impreſſionem deciſ.*279. & hæc etiam opinio mihi magis pro-
batur, quam ſequitur Sperel. *deciſ.*25. *num.* 27. Add. ad Lu-
douiſ. *deciſ.*64.*num.*11. Add. ad Clar. §. *periurum verſ. repel-
litur ſub litt. D.*

Quæ abſolutio eſt neceſſaria etiam, vbi ſtatutum diſpo-
nit, quod iuramentum cenſeatur dolo, & metu extortum, 9
cùm nemo poſſit, vel debeat eſſe Iudex proprij iuramenti,
niſi promiſſa eſſent de ſui natura mala, & turpiter extorta vi-
dend. Pic. *d.gloſ.*33.*n.*18. *& n.*33. Gratian. *diſcept.forenſ.cap.*
576.*n.*21. *&* 22. Sicuti eſt neceſſaria etiam ſtante enormiſſi- 10
ma læſione, Borgn. *deciſ.*9.*n.* 4. *part.*1. niſi dolus, & enor-
miſſima læſio eſſet iam detecta, & de illa appareret per ſen-
tentiam Afflict. *deciſ.*263. *n.*3. Natt. *conſ.*305. *n.* 9. cum alijs
per Pic. *d.gloſ.*13. *n.* 21. & Rot. apud Poſth. *deciſ.*424.*n.*4. &
Coccin. *deciſ.*268.*num.*4.

Atque tot abſolutiones ſunt neceſſariæ, quot ſunt iura- 11
menta, ac gradatim, ordinatim, & explicitè quoad omnia
capitula, quando in inſtrumento iurato adſunt plura capi-
tula, & promiſſiones ſeparatæ etiam vnico iuramento
omnes ſimul firmatæ per clauſulam, *quæ omnia, & ſin-
gula, &c.* nam requiruntur tot abſolutiones, quot ſunt
capitula, & promiſſiones ſeparatæ, Vrſil. ad Afflict. *d.deciſ.*
220. *num.* 12. Borgn. *d. deciſ.*9. *num.*25. Pic. *d. gloſ.* 23. *num.*
25. *& ſeqq.*

Aliter autem eſt petenda abſolutio, quando quis iurauit

eam non petere, & petita, ac obtenta non vti prout quan-
12 doque iſtæ clauſulæ, & cautelæ apponuntur per Notarios,
qui volunt videri Doctores in inſtrumentis, ſicuti docet
Pract. Pap. in forma iuramenti, quod *praſt. à part, par. gloſ.
3. in fine, vbi Add.* nam tali caſu primò debet obtineri abſo-
lutio à iuramento de illam non petendo, & poſtea ab ipſo iu-
ramento de illam non petendo, deindè à promiſſione de non
vtendo, Rom *conſ.* 326. *num.* 1. Affiict. *deciſ.* 220. *num.* 12.
cum alijs per Pich. *d. gloſ.* 23. *num.* 26.

Non eſſet tamen neceſſaria abſolutio à iuramento, quan-
do expugnaretur inſtrumentum ex capite non adimplemen-
13 ti, cùm ſemper intelligatur præſtitum iuramentum ſub ta-
cita conditione, quatenus à parte adimpleantur promiſſa,
nam frangenti fidem, fides frangenda, & non obſeruanti,
quis non tenetur obſeruare, Crauett *conſ.* 127. *n.* 16. Vrſill.
ad Afflict. *d. deciſ.* 220. *num.* 6. Quod generale eſt in quacum-
que alia tacita conditione, vt rebus ſic ſtantibus, Dec. *conſ.*
350. *& 351. &c,*

Item non eſt neceſſaria abſolutio, quando iuramentum
14 fuit præſtitum ſuper re illicita, & turpi, quia tunc potiùs pec-
caretur obſeruando, non autem contrauenien do, vt per Pic.
15 *d. gloſ.* 23. *num.* 31. *& ſeqq.* Nec pariter eſt neceſſaria in hære-
de iurantis, cùm iuramentum ſit perſonale, Gratian. *diſcept.
forenſ, cap.* 14. *num.* 19. intelligendo tamen iuxta diſtinctio-
nem ſuprapoſitam, &c.

16 Huiuſmodi tamen abſolutio à iuramento non impedit
obligationem Cameralem, nec illius executionem retardat,
17 Rot. per Pic. *d. gloſ.* 23. *n.* 50. Et conceſſa principali debitori
non prodeſt, nec ſuffragatur eius fideiuſſoribus, Maur. *tract.
de fideiuſſ. part.* 2. *ſect.* 9. *cap.* 7. *&c.*

18 Et quando iam eſſet incurſum periurium per contrauen-
tionem, & ſic vbi ageretur de concedenda abſolutione non
ſimpliciter à iuramento, ſed à periuro iam incurſo, tunc non
ſpectat ad Epiſcopum illam concedere, ſed ad Summum
Pontificem, Sperel. *d. deciſ.* 25. *num.* 13.

Ac quatenus dictum eſt, abſolutionem conceſſam princi-
pali non prodeſſe fideiuſſoribus, animaduertendum eſt,
19 quod poterit ipſe debitor principalis, qui abſolutionem ob-
tinuit, tamquam neceſſarius defenſor in Iudicio comparere,
& ex ſua perſona exceptiones contra actum iuratum propo-
nere, & obtenta victoria fideiuſſorum partes in tuto pone-
re, Natt. *conſ.* 50. *num.* 23. *& conſ.* 658. *num.* 6. Rot. *part.* 5. *re-
cent. deciſ.* 324. *num.* 5. *&* 6.

Debet autem impetrans abſolutionem à iuramento, ſiue
à periuro diligenter aduertere, vt explicitè narret in ſuppli-
catione veritatem totius negotij, & omnia, quæ poſſent
20 concedentem retrahere, ſiue difficiliorem reddere in con-
cedenda abſolutione, ne ſibi poſſit opponere de ſubreptio-
ne, de qua cognoſcit etiam Iudex laicus, coram quo cauſa
ageretur, ad latè tradita per Afflict. *d. deciſ.* 220. *num.* 9. *&
ſeqq. ad finem,*

ARGVMENTVM.

Ius accreſcendi an procedat vbi adeſt ſubſtitutus, vel vbi habet locum tranſmiſſio, an in actibus inter viuos, & alia de tranſmiſſione, & iure accreſcendi.

SVMMARIVM.

1 *IVs accreſcendi ex quibus excludatur remiſſiuè.*
2 *Ius accreſcendi non habet locum, quando adeſt ſubſtitutus expreſſè.*
3 *An idem ſit in ſubſtitutione tacita.*
4 *Voluntas expreſſa facit ceſſare tacitam.*
5 *Ius accreſcendi quando præualeat ſubſtitutioni.*
6 *Ius accreſcendi ceſſat vbi poteſt habere locum tranſmiſſio.*
7 *Tranſmiſſio ſuitatis qua ſit.*
8 *Tranſmiſſio ſanguinis qua ſit.*
9 *Tranſmiſſio iuris deliberandi qua ſit.*
10 *Tranſmiſſio vigore ſuitatis facit ceſſare ius accreſcendi.*
Fictio tantum operatur, quantum veritas in his, quæ ſunt iuris.
11 *Tranſmiſſio ſanguinis qualiter excludat ius accreſcendi.*
12 *Si vinco vincentem te tantò magis vincam te.*
13 *Tranſmiſſio iuris deliberandi impedit ius accreſcendi.*
Extenſio ſemper fit retentis qualitatibus rei extenſæ.
14 *Inſtitutus in re certa habetur loco legatarij.*
15 *Ius accreſcendi, an & quando procedat inter ſuccedentes diuerſo iure.*
16 *Ius accreſcendi an habeat locum in actibus inter viuos.*
17 *Ius accreſcendi procedit in donatione facta à Principe.*
18 *Ius accreſcendi an habeat locum in emphyteuſi.*
19 *Quid in feudis.*
20 *Ius accreſcendi an procedat inter verbis, & re diſiunctos.*
21 *Ius accreſcendi non habet locum in diſpoſitionibus limitatis.*
22 *Teſtator non poteſt in inſtitutionibus impedire ius accreſcendi.*
Teſtator non poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.
23 *Pars accreſcens an tranſeat ad coniunctum cum onere ſuo.*

CAPVT LXXVI.

PLura ſunt, quæ faciunt ceſſare ius accreſcendi, vt tra-
dit Vaſquius *lib.* 3. *de ſucceſſ.* §. 23. & communiter in- 1
terpretes *in Rubr. & l. vn. C. quando non pet. part.* vbi latiſſi-
mè Maſſin. *à num.* 229. *ad* 294. Dec. *num.* 8. *& ſeqq.* Cagnol.
num. 46. Sap. *num.* 53. & Duarenus *tract. de iure accreſcendi,*
nos autem attingendo ea tantùm, quæ ad rem noſtram fa-
cere videntur, dicimus.

Primò ceſſare ius accreſcendi, vel non decreſcendi, quan-
do coniunctim vocatus ad hæreditatem, vel legatum habet
ſubſtitutum expreſsè in ſua portione, prout in caſu noſtro 2
l. 2. §. *duo, ff. de bon. poſſ. ſecundum tab.* Menoch. *de præſumpt.
lib.* 4. *præſumpt.* 87. *num.* 1. Magon. *deciſ. Florent.* 4. *num.* 4. *&
num.* 38. Pract. Pap. *libell.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 741.
num. 16. Ac idem eſſe in ſubſtitutione tacita vulgari conten- 3
ta ſub expreſſa pupillari, notat Magon. & Gratian. *loc. cit.
num.* 20. Rot. *in Bononien. fideicommiſſi* 1. *Aprilis* 1650. co-
ram Veroſpio *num.* 17. *& ſeqq.* Menoch. *d. præſumpt.* 87. *num.*
5. *vbi num.* 3. *&* 6. ampliat etiam ſi ipſa ſubſtitutio eſſet inu-
tilis non ipſo iure, ſed fauore alicuius perſonæ puta poſthu-
mi, ſequitur Magon. *deciſ. Florent.* 92. *n.* 44. *&c.* ac etiam ſi
ſuccedere volens per ius accreſcendi eſſet filius ipſius teſta-
toris; Quorum ratio poteſt reddi, quia ſubſtitutus habet
expreſſam voluntatem teſtatoris pro ſe, coniunctus autem
prætendens ius accreſcendi, habet ſolùm tacitam volunta-
tem, ſed quando eodem tempore non poteſt verificari ex- 4
preſſa, & tacita diſpoſitio, & ſimul concurrunt, expreſſa facit
ceſſare tacitam, *l. demens patronus, ff. de hæred. inſtit.* qua ra-
tione vtuntur Cagnol. *in Rubr. & l. vn. C. quando non pet. part.*
& Duaren. *lib.* 2. *de iure accreſc. cap.* 16.

Si tamen ex coniectura ia mente teſtatoris contrarium
appareret, poſſet præualere ius accreſcendi, & coniunctus
excludere ſubſtitutum, vt ſi idem inſtitutus coniunctus eſ-
ſet etiam ſubſtitutus, vel ſi eſſemus in caſu, vbi poſſet ſubin- 5
telligi tacita conditio, ſi ſine liberis, nam ea deficiente ſubſti-
tutus non admittitur, ſed coniunctus, ſicut quando ſubſtitu-
tio eſſet nulla ipſo iure, vel quando eſſemus in tacita ſubſti-
tutione, & alia adminicula concurrerent, vel ſi ſubſtitutus
non ſit vniuerſaliter, ſed tantùm in aliqua parte, nam tunc
pars accreſcit alteri excluſo ſubſtituto, vel quando fuerunt
plures hæredes ſimul inſtituti, & illis omnibus coniunctim
fuit datus ſubſtitutus, quia tunc inter illos habebit locum
ius accreſcendi, & niſi omnes decedant, vel repudient ſubſti-
tutus non poterit admitti, prout latè hos omnes caſus expli-
cat Menoch. *d. præſumpt.* 87. *num.* 8. *& ſeqq. ad finem, &c.*

Secundò ceſſat ius accreſcendi, quotieſcumque poteſt ha-
bere locum tranſmiſſio, potiùs enim hæreditas, vel legatum 6
vadit ad hæredes deficientis, quàm ad coniunctos, Bald. *in l.
vn. C. de his qui ante apert. tab.* Dec. & alij *in Rub. C. quādo non
pet. part.* vbi latè Maſſin. *n.* 220. *& ſeqq.* Cagnol. *n.* 46. *& ſeqq.*

Eſt autem triplex tranſmiſſio de iure communi, prima
conceditur in caſu noſtro ratione ſuitatis, per quam ſui hæ-
redes, qui ſunt liberi obtinentes primum gradum, & non 7
emancipati hæreditatem, licèt non aditam tranſmittunt ad
quoſcumque hæredes, *l. apud hoſtes, C. de ſuis, & legit. hæred.*
Secunda ratione ſanguinis, per quam omnes liberi, etiam
non obtinentes gradum ſuitatis tranſmittunt hæreditatem, 8
aſcendentium nondum aditam ad ſuos deſcendentes, *l. vn. C.
de his, qui ante apert. tab.* Tertia ratione iuris deliberandi, per 9
quā mortuo aliquo licet extraneo adhuc durante anno à lege
præſcripto ad deliberandū, tale ius deliberandi tranſmittitur

pro

pro reſiduo temporis ad quoſcumque hæredes, *l. cum anti-
quioribus, C. de iure delib.*

Quantum igitur ad primum genus tranſmiſſionis cer-
tum eſt impedire ius accreſcendi, quia exiſtentia ſic hære-
10 dis habetur pro acceptatione hæreditatis, licèt competat be-
neficium abſtinendi, & ideò quemadmodum clarum eſt
per veram acceptationem ceſſare ius accreſcendi, ita etiam
per exiſtentiam ſui hæredis, & ſuitatis, quæ eſt ficta quæ-
dam acceptatio, quia fictio tantùm operatur in his, quæ ſunt
iuris quantum veritas, *l. lex Cornelia, ff. de vulg. & pupil. &c.*

Quantum ad tranſmiſſionem ſanguinis habemus textum
11 clarum *in d. l. vn. C. de his qui ante apert. tab.* vbi dicitur lo-
cum eſſe illi tranſmiſſioni ſiue ſoli liberi ſint inſtituti, ſiue
etiam extranei cum illis, & ſic etiam data pluralitate hære-
dum, inter quos poſſet procedere ius accreſcendi, determi-
natur, locum eſſe tranſmiſſioni, & facit ratio ſi vnico vin-
12 centem te, multò magis vincam te, *l. de acceſſionibus, ff. de
diverſ. & tempor. præſcript.* tranſmiſſio autem vincit ſubſti-
tutionem *l. vn. §. cum autem, C. de caduc. toll.* & ſic multò ma-
gis vincere debet ius accreſcendi, quod vincitur à ſubſtitu-
tione, vt ſupra fuit demonſtratum, &c.

Et quantum ad vltimam ſpeciem tranſmiſſionis idem di-
cendum eſt, quia conſtat Imperatorem *in d. l. cum antiquio-
13 ribus* extendere tranſmiſſionem ſanguinis, vt procedat etiam
in alijs durante anno deliberandi, vnde cenſetur extendere
cum illa qualitate, vt vincat ius accreſcendi, quia extenſio
ſemper fit retentis qualitatibus rei extenſæ, *l. ſed ſi manente,
ff. de prec. & DD. in l. lecta, ff. ſi cert. pet.*

Tertiò videbatur ceſſare ius accreſcendi cùm ſimus inter
ſuccedentes diuerſo iure, Franciſcus enim prætendens vti
14 iure accreſcendi, ſuit inſtitutus in re certa dato vniuerſali
cohærede, quo caſu fingitur iure legati ſuccedere, & habetur
loco legatarij, *l. quoties, ff. de hæred. inſtit.* & inter ſucceden-
15 tes diuerſo iure non procedit ius accreſcendi per text. *in l. ſed
cum patrono, ff. de bon. poſſ.* quamuis in hoc non ſit facien-
dum fundamentum, ſi quidem enim licèt propoſitio in ſe
vera ſit, non procedit quando duo verè ſuccedunt eodem
iure, ſed fictè videntur diuerſo iure ſuccedere, Rom. *conſ. 81.*
Sicut etiam non procedit, quando qui ſuccedit diuerſo iure
eſt ſubrogatus in locum alterius, qui eodem iure ſuccedebat,
Aret. *in l. ſi totam, ff. de inoff. teſt.* nec pariter quando ſeque-
retur abſurdum, vt ſi quis decederet partim cum hærede, &
partim ſine hærede, ex traditis per Bald. Corn. & alios *in
auth. præterea, C. vnde vir. & vxor.*

Et poſtquam incidit ſermo de hac materia iuris accreſcen-
16 di, ſciendum eſt illud regulariter in actibus inter viuos non
procedere, ſed tantùm contingere interdum accidentaliter,
vel ratione indiuiduitatis rei, vel ratione intereſſe, *vt in l.
fundus, ff. de contrah. empt. l. ſtipulatio §. alteri, ff. de verb.
oblig. l. proprium, ff. com. præd. DD. in l. re coniunctir, ff. de
leg. 3.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 272. num. 10. cap. 330. &
cap. 756. num. 57. & ſeqq.*

Prout etiam videmus locum habere in donatione, & con-
tractu lucratiuo proueniente à Principe, nam ſi Princeps
17 aliquid communiter duobus donat, & vnus abſque hære-
de moriatur, eius portio non reuertitur ad Principem, ſed
ad ſocium liberalitatis imperialis per ius accreſcendi, *l. vn. C.
ſi liber. Imper. lib. 10.*

An autem locum habeat in emphyteuſi, ita vt pars defi-
ciens non deuoluatur ad dominum directum, ſed potiùs ad
18 alios vocatos, Clar. *§. emphyteuſis q. 39.* Gratian. *diſcept. fo-
renſ. cap. 272. 251. & 707. per tot.* Magon. *deciſ. Florent.
62. per tot. & deciſ. 117. n. 1. & omnino in deciſ. Luc. 8. per tot.
& deciſ. 7. n. 33. & 42.* in quibus locis latè articulus diſcuti-
19 tur. An in feudis, dic regulariter, quod non, *vt in cap. 1. §.
& quia videmus de his, qui feud. dar. poſſ. in vſibus feud.* latè
Clar. *§. feudum q. 77.* vbi ideò dat cautelam, quòd in inueſti-
tura feudi pluribus conceſſi apponantur illa verba, & cuique
illorum in ſolidum, quo caſu proculdubio ſecundum eum
vno deficiente alter habebit totum, quæ cautela etiam in
emphyteuſi optimè deſeruire poteſt, &c.

Secundò ſciendum eſt inter verbis, & re disiunctos, hoc eſt
vocatos in diuerſa oratione, & ad rem diuerſam, ita demum
locum habere ius accreſcendi ſi verſemur in hæreditate,
quia tunc teſtator non poteſt decedere pro parte teſtatus, &
pro parte inteſtatus, & ſic pro parte habere hæredem, &
20 pro parte non, ſecus autem in relictis particularibus, & fi-
deicommiſſis, quia tunc portio vacans alteri portioni non
accreſcit, ſed remanet hæredi in corpore hæreditatis, *DD.
in Rub. C. quando non pet. part. & in l. re coniuncti, ff. de leg. 3.*

Nec pariter locum habere in diſpoſitionibus limitatis, non
tamen ad hunc effectum vt poſſit dici limitata diſpoſitio, 21
ſufficit teſtatorem vocaſſe pro æquis portionibus, ſed requi-
ritur expreſſa taxatiua tantum, vel ſimilis, ex qua appareat
voluiſſe impedire ius accreſcendi, intelligendo etiam in fi-
deicommiſſis, & relictis particularibus, in caſibus, in qui-
bus in eis procedere poteſt ius accreſcendi, ſecus autem in
inſtitutionibus, in quibus teſtator non poteſt illud impedi- 22
re, cum non ſit in eius facultate decedere pro parte teſta-
tus, & pro parte inteſtatus, de quo videndus Gratian. *di-
ſcept. forenſ. cap. 533. num. 3. cap. 821. num. 7. & cap. 942.
num. 16. &c.*

An autem pars accreſcens tranſeat ad coniunctum cum 23
ſuo onere appoſita illi, qui repudiauit, tradit idem Gratian.
diſcept. 104. num. 50. & diſcept. 603. num. 16. &c.

ARGVMENTVM.

Mulier an poſſit diſponere de dote vbi vigore Statuti, vel pacti eſt ad alium applicata, quid ſi habeat patrem, & multa de donatione facta viro per vxorem quod ſit nulla.

SVMMARIVM.

1 *HÆres vnus quando, & quomodo poſſit totum petere alijs non petentibus.*
2 *Nullitas quando poſſit à tertio allegari.*
3 *Intereſſe habens non poteſt authorare contractum ad ſui fauorem.*
4 *Curator, & decretum Iudicis debet adhiberi, vel conſanguinei quando qui authorare debent ſunt inhabiles.*
5 *Statutum quando inducat formam ſubſtantialem.*
6 *Vxor donans viro, ob reuerentiam, & metum præſumitur donaſſe.*
7 *Contractus vxoris cum marito, vel filij cum patre an valeat.*
8 *Donatio inter virum, & vxorem an firmetur iuramento, num. 9.*
10 *Metus reuerentialis an ſufficit ad reſciſſionem contractus.*
11 *Mulier non poteſt diſponere de dote vbi vigore ſtatuti eſt ad alios applicata, & quando ſecus, num. 12. an idem ſit vigore pacti, num. 21.*
13 *Statutum dicitur caſus legis.*
14 *Verbum*, debet, *præciſam neceſſitatem importat.*
15 *Geminatio verborum quid operetur.*
16 *Verbum*, habere, *eſt directum, & quid ſignificet.*
17 *Verba quando dicantur directa, obliqua, vel communia, num. 18.*
19 *Mulier vigore ſtatuti Florentini non poteſt diſponere de dote.*
20 *Vidua, cui fuit dos reſtituta an poſſit de illa diſponere.*
21 *Stipulatio de dote reuertenda ad dotantem, quando non valeat.*
22 *Mulier an per matrimonium liberetur à patria poteſtate, num. 24.*
23 *Filia viuente patre non habet actionem pro dote, ſed pater ipſe.*
25 *Dos data filia an ea mortua ad patrem reuertatur, vel ad filios, num. 26. & 18.*
26 *Dos qua aufertur ab auo, & transfertur in nepotes an, & quando illis imputetur in legitimam ab auo, vel à matre debitam, num. 27.*
29 *Dos mortuo patre conſolidatur in filia, & eius patrimonium efficitur.*

CAPVT LXXVII.

MOrtua D. A. vxore q. D. B. de Mutiliana ſine filijs, Dominus N. tanquam vnus ex hæredibus dictæ D. A. prædefunctæ habere debet medietatem dotis illius vigore ſtatuti Mutilianæ *lib. 2. Rub. 29.* vbi diſponitur, quod moriente vxore in matrimonio ſine filijs vir lucretur medietatem dotis, *reliquam vero dimidiam hæredes vxoris quocumque modo ſucceſſerint habeant, & habere debeant, &c.*

Poteſt enim vnus ex hæredibus, vel fideicommiſſarijs exi-
ſtens in pari gradu totum petere, alijs non petentibus par- 1
tes ſuas, & obtinere propter ius accreſcendi, præſtita tamen

cautione de reſtituendo alijs ratas ſuas ſi adire voluerint,
Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 330. *num.* 8. *& num.* 12. Duran.
deciſ. 448. *num.* 10. *&c.*

Neque huic intentioni aduerſari videtur donatio dictæ
dotis facta per dictam Dominam A. dicto B. eius viro, tum
quia eſt nulla ob non ſeruatam formam ſtatuti Mutilianæ
lib. 2. *Rub.* 36. vbi expreſsè prohibentur fieri donationes, &
2 quilibet alij contractus abſque viri conſenſu, & etiam iurati
præſumuntur dolosè extorti, ac nullam obtinent roboris
firmitatem, & nulli ipſo iure declarantur, adeò vt talis nul-
litas poſſit etiam à tertio allegari, Gratian. *diſcept. forenſ.*
cap. 691. *num.* 2. *& ſeqq per tot. & cap.* 647. *num.* 1. non enim
poterat tali caſu dictus B. præſtare conſenſum diſpoſitioni
ad eius fauorem principaliter, & abſolutè factæ, Michalor.
tract. de fratr. part. 1. *cap.* 10. *num.* 25. *& ſeqq.* quia habens in-
3 tereſſe in contractu non poteſt ad ſui commodum autho-
rare perſonam ſecum contrahentis, Alex. *conſ.* 106. *ad finem*
lib. 1. cum alijs per Gratian. *diſcept.* 646. *num.* 20. Sed eius
4 loco erant adhibendi conſanguinei, vel erat dandus Cura-
tor, ſiue interponendum Iudicis decretum, iuxta tradita
per Pic. *ad Stat. Vrb. gloſ.* 13. *per tot.* prout ſeruatur, quando
5 ex alijs cauſis ſunt inhabiles, qui authorare debent; Et quod
dictum ſtatutum inducat formam ſubſtantialem, non eſt
dubitandum ſtantibus huiuſmodi dictionibus, & clauſulis
annullatiuis poſtquam ſtatutum diſpoſuit quid ſeruari de-
beat, Duran. *deciſ.* 18. *num.* 17. Tum etiam quia vxor donans
6 à viro ob nimiam reuerentiam, & ſubornationem contra
propriam voluntatem præſumitur donaſſe, cùm mulierum
genus ſit auariſſimum, & cùm importunæ preces mariti,
metui æquiparentur, imò præſumatur adlubitus metus, &
oppreſſio quædam reuerentialis, ac ideò non valet donatio,
Afflict. *deciſ.* 69. *num.* 2. vbi Vrſil. *num.* 8. Menoch. *de præ-*
ſumpt. lib. 5. *præſumpt.* 3. *num.* 104. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*
108. *num.* 14. vbi quòd contractus vxoris cum marito non
7 poteſt ſuſtineri ex ſola reuerentia, & metu præſumpto, ma-
ximè concurrente enormi læſione, quicquid ſit in contra-
ctibus filiorum cum patre, quos etiam ex ſolo metu reue-
rentiali, & læſione reſcindi, videtur firmare ſub *num.* 53.
cum quo in id concordat Rot. Flor. per Magon. *deciſ.* 18.
8 vbi declarauit nullam donationem factam patri per filiam,
& cùm etiam agatur de donatione inter virum, & vxorem,
quæ ex alio eſt à iure prohibita, vt *tot. tit. C. de donat. inter*
vir. & vxor. itaut nec poſſit iuramento firmari iuxta tradita
per Merend. *coner. iur. lib.* 1. *cap.* 21. quamuis quoad iuramen-
9 tum contraria opinio ſit verior, & magis apud omnes rece-
pta, quod poſſit iuramento firmari, ſicut & morte, Eue-
rard. *loc. à vi, & enorg. iuram. nu.* 15. Clar. §. *donatio quæſt.*
9. Theſaur. *deciſ.* 32. Gratian. *diſcept.* 984. *num.* 16. & alij per
Michalor. *d. tract. part.* 1. *cap.* 11. *num.* 5. vbi in ſpecie repro-
bat Merend. *loc. cit.* Quicquid alias ſolus metus reueren-
10 tialis in vxore, vel filijs non ſufficiat ad reſcindendum
contractum, niſi alia adminicula concurrant, vt per Leon-
cil. *deciſ. Ferr.* 100. *num.* 2. Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 341.
num. 2.

11 Et ſtante ſupradicto Statuto, quod vxore præmoriente
ſine filijs dimidiam dotis lucretur maritus, alteram verò ha-
beant hæredes mulieris, non potuit dicta D. A. in fraudem
Statuti aliquo modo priuare dictos ſuos hæredes huiuſmodi
portione ad illos applicata, ſicut nec potuiſſe priuare mari-
tum dicto lucro medietatis etiam per viam vltimæ volunta-
tis, quæ eſt fauorabilior contractibus cum illis, iam eſſet ius
quæſitum ex dicto Statuto continente verba diſpoſitiua, &
directa in dictos hæredes, Roland. *tract. de lucro d. t. quæſt.*
82. *nu.* 5. Alex. *conſ.* 55. *lib.* 1. Theſaur. *deciſ.* 34. *& deciſ.* 106.
Oſaſch. *deciſ.* 20. & Alb. Mandel. *conſ.* 50. *num.* 1. plenè Bar-
delon. *conſ.* 181. *per tot. lib.* 2. Mart. Medic. *deciſ.* 48. *num.* 10.
cum Addit. in quibus terminis multis alijs relatis ſequitur
Gratian. *diſcept.* 536. *num.* 18 *& ſeqq.* quicquid aliter conclu-
dat in caſu ſuo, vbi mulier ex alio Statuto habebat facul-
tatem teſtandi, agebatur de Statuto continente verba ali-
qua, & non diſpoſitiua, ac de dote data a fratre de bonis
paternis ad effectum excludendi, quæ ſuccedebat loco le-
gitimæ, & ſic nullum onus admittebat, quibus concurren-
12 tibus mulier poteſt diſponere de dote, & tunc Statutum,
quod pars dotis reuertatur ad dotantes intelligitur muliere
ab inteſtato decedente, vel illis inſtitutis, ſed cum nos habea-
mus dictum Statutum clarum deferens dictis hæredibus
mulieris medietatem dotis per verba directa, & diſpoſitiua,
& ſimus in fratre, qui de proprijs bonis dotauit, alio non ob-
13 ſtante Statuto, dicitur eſſe caſus legis expreſſus, & non eſt vl-
terius ſuper hoc inueſtigandum, idem Gratian. *diſc.* 769. *n.* 24.

Quòd autem illa verba in noſtro Statuto poſita ibi, *ha-*
beant, & habere debeant, ſint diſpoſitiua apta inducere 14
nouam diſpoſitionem, & dare ſucceſſionem, patet propter
illam repetitionem, & *habere debeant*, cum verbum, *debet*
præciſam neceſſitatem importet, & omnes caſus in con-
trarium excludat, Bart. *in l. creditores in princ. C. de pign.* Ma-
gon. *deciſ. Florent.* 7. *num.* 10. *&* 11. & geminatio verborum
ſemper magis arguit enixam voluntatem, & mentem Sta- 15
tuentium, ſiue proferantur vnico contextu, ſiue ex inter-
uallo, Gratian. *diſcept.* 651. *n.* 5. *&* 6. & in terminis Man-
del. *conſ.* 50.

Et quod verbum, *habeant*, ſit directum, & contineat,
vt adeò habere liceat, quod per quemquam omninò aufer- 16
ri non poſſit id quod debetur eſt *text. in l. ſtipulatio iſta* 38. §.
habere licere, ff. de verb. oblig. dicuntur enim verba directa
quando prout in caſu noſtro de directo referuntur ad perſo- 17
nas nominatas, & quando in acquiſitione illarum factum,
miniſterium tantùm, & non alterius requiritur, Bart. *in l.*
Centurio num. 43. vbi etiam Iaſ. *num.* 5. *ff. de vulg. & pupill.* Sa-
lyc. *in Rub. C. de impub. & alijs ſubſtit. in princ.* obliqua ve-
ro, per quæ in acquiſitione fienda alterius miniſterium exi- 18
gitur, & non diſtinguuntur in perſonam vocati, ſed alte-
rius, de cuius manu eſt capienda hæreditas, & commu-
nia ſunt, quæ poſſunt ad vtrumque referri, ac habent com-
munem ſignificatum, & ſic quandoque ſunt directa, quan-
doque obliqua, *gloſ. in l. precibus, C. de impub. & alijs ſubſtit.*
Pract. Pap. *libel. ex ſubſtitut. gloſs. compendioſo num.* 5.
& ſeqq.

Circa quod obiter notandum eſt, quod ex diſpoſitione
Statuti Florentini *Rub.* 129. *lib.* 2. expreſsè prohibetur, vt
nulla mulier poſſit aliquo modo, nec inter viuos, nec in 19
vltima voluntate de dote, vel aliqua parte diſponere in præ-
iudicium viri, nec filiorum, ſeu aliorum deſcendentium ex
eis, ſuper quo vide Magon. *deciſ. Flor.* 97. *num.* 1. *& ſeqq.*
Cabal. *conſ.* 146. *lib.* 1.

An autem vidua, cui ſit dos reſtituta poſſit de illa diſpo- 20
nere in præiudicium ſuorum hæredum non obſtante dicto
Statuto deferente medietatem illis, tangit Rol. *de dot. d.*
quæſt. 82. Rip. *in Rub. ff. de ſolut. matrim. num.* 72. Caſtr. *in*
l. 1. *C. vnde vir*, Alex. *conſ.* 55. *lib.* 1. vbi concludunt, quod
non, cùm ſemper militet eadem ratio, & mens Statuen-
tium, & cùm ex communi vſu loquendi, etiam vidua di-
catur habere dotem, & dos appelletur etiam ſoluto matri-
monio, & ideò venit ſub diſpoſitione Statuti de dote lo-
quentis, &c.

Idem eſſet dicendum, vt mulier non poſſit diſponere de 21
dote ſtante ſtipulatione, quod illa mortua reuertatur ad fra-
trem, vel alios, tunc enim cum ex pacto, & contractu
ſit alteri dos applicata, non habet mulier facultatem de ea
diſponendi, intelligendo quando ſumus in fratre dotante de
proprijs pecunijs, vel alio extraneo, qui poſſunt ſtipulari ſibi
dotem reſtitui, ſecus autem ſi fuiſſet dos tradita de bonis pa-
ternis, vel maternis ad excludendum mulierem a ſucceſſio-
ne, quia tunc non poſſet interponi huiuſmodi ſtipulatio, &
interpoſita eſſet remittenda, vel non attendenda, Rol. *d. q.* 82.
Oſaſch. *dec.* 20. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 251. *n.* 36. latè *cap.*
556. *per tot. & cap.* 769 *num* 17.

Inſpecto autem iure communi mulier habens patrem li- 22
cet nupta non poſſet de dote nec de bonis maternis diſpone-
re, vel teſtari propter effectum patriæ poteſtatis, à qua de iu-
re non liberatur per contractum matrimonij, quamuis quo-
ad obſequia matrimonialia tranſeat in poteſtatem viri, The-
ſaur. *deciſ.* 150. Alex. *conſ.* 17. *lib.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ.*
cap. 382. & Michalor. *de fratr. part.* 1. *cap.* 9. *num.* 10. *&c.* nam
viuente patre de iure ciuili nulla competit actio filiæ pro do- 23
te, ſed patri, niſi pater ſtipulatus fuerit dotem filiæ reddi, Du-
ran. *deciſ.* 272. *num.* .... *&c.* Licet ex generali conſuetudine
matrimonium liberet etiam à patria poteſtate, cùm filijs
vxore ducta, vel filiæ nuptæ proprium alant focum, & ſepa- 24
ratim habitent à patre, quia ſeparatione ſtante, inducitur ta-
cita emancipatio, Boer. *deciſ.* 197. *num.* 3. Maur. *de fideiuſſ.*
part. 2. *ſect.* 8. *cap.* 2. *num.* 31. Oinot. *in* § *fin. n.* 4. *Inſtit. quibus*
mod. iuſ. patr. poteſt. ſol.

Sed dos data filiæ, cùm ſit profectitia decedente etiam
cum filijs, ad patrem reuerti debet, quia in profectitijs ne- 25
mo habet hæredem, *l. dos a patre, ff. ſolut. matrim.* Theſ. *dec.*
100. *per tot.* Quamuis ex conſuetudine Martini, quæ præ-
ualet ſtantibus illis dos auferatur ab auo, & transferatur 26
in nepotes, quibus imputatur in legitimam eis ex bonis aui
debi-

debitam, Theſaur. *loc. cit.* Bart. *in l. quartam, ff. ad l. falcid.*
Michalor. *de fratr. part. 1. cap. 40. per tot.* Ceſſarei tamen di-
27 cta conſuetudo Martini ſtante ſtipulatione pro filia, & eius
liberis, & dos prouenire diceretur à matre in filios, & non
ab auo, neque imputaretur eis in legitimam ab auo debitam,
ſed à matre, Capt. *conſ. 13.* & Magon. *deciſ. Florent. 4.*
num. 24.

28 Vbi verò mulier non habet filios, ſed patrem, dos ad eum
reuertitur illa decedente, *d. l. dos à patre, ff. ſol. matrim.* Et ſi
præmoriatur pater, tunc dos conſolidatur in muliere, & fit
eius proprium patrimonium abſolutè, ac ideò de iure com-
muni poteſt de illa liberè teſtari, licet habeat filios, dummo-
29 dò illis relinquat ſaltem legitimam iure naturæ debitam,
Rot. *in Aſculana dotis May* 1617. *coram Remboldo*, & Gra-
tian. *diſcept. forenſ. cap. 356. n. 33. & ſeqq. &c.*

ARGVMENTVM.

Contumax quis dicatur, an audiatur non refectis expenſis, an poſſit appellare, quid in muliere, minore, & ruſtico, multa de citatione ad ſententiam. Poſitiones vt declarentur pro confeſſis, quæ præcedere debeant, & qualiter reuocetur huiuſmodi confeſſio.

SVMMARIVM.

1 *Contumax non auditur niſi refectis expenſis.*
2 *Contumax, cui vigore ſententia fuit ablata tenuta, non auditur, niſi ſoluat, & quare.*
3 *Minor, mulier, vel ruſticus an teneantur reficere expenſas contumaciales, & qualiter poſſint illas repetere.*
4 *Contumax non dicitur, niſi præcedat trina citatio.*
5 *Contumax non dicitur, niſi in die cadenti citationis fuerit per citantem accuſata contumacia.*
6 *Citatio euaneſcit ob non comparitionem actoris citantis.*
7 *Citatio debet legitimè executa reproduci in termino.*
8 *Citationis defectus ſanatur per comparitionem partis citatæ.*
9 *Citatio prima in principio cauſæ eſt perſonaliter exequenda.*
10 *Citatio perſonalis requiritur ad conſtituendum aliquem in vera contumacia.*
11 *Citatio ad ſententiam pro prima die iuridica, & omni alia die, & hora tanquam nimis vaga non ſuſtinetur vltra primam diem.*
12 *Citatio ſpecifica ad ſententiam pro certa die neceſſaria, alias ſententia eſt nulla, nec valet ſtilus contrarius.*
13 *Contumax in reſpondendo præparatorijs qualiter habeatur pro confeſſo.*
14 *Poſitiones vt poſſint declarari pro confeſſis, quæ requirantur, num. 15.*
16 *Niſi per ſtatutum eſſet inducta alia forma.*
17 *Poſitiones habita pro confeſſis non probant circa enunciatiua.*
18 *Mandatum ſpeciale requiritur ad faciendum poſitiones, & ad illas reſpondendum.*
19 *Poſitionibus concernentibus dominium, vel poſſeſſionem auctoris an ſit reſpondendum.*
20 *Confeſſio reſultans ex poſitionibus habitis pro confeſſis poteſt reuocari.*
21 *Poſitiones habita pro confeſſis admittunt probationem in contrarium.*
22 *Acta, quæ pereant perempta inſtantia, & quod ficta confeſſio pereat.*
23 *Contumax verus, vel fictus, an & quando poſſit appellare.*

CAPVT LXXVIII.

QVamuis regulariter prout prætenditur contumax non
1 audiatur, niſi refectis expenſis iuxta *l. ſancimus, C. de*
iu. præſertim quando ob contumaciam iam proceſſum fuit
ad captionem pignoris prætorij, Galeſ. *de oblig. Cam. q. 37.*
num. 2. cum alijs per Duran. *deciſ. 364. n. 36.* ſicuti quando
contumaci fuit ablata tenuta in executionem mandati exe-
2 cutiui, vel rei iudicatæ in contumaciam emanatæ non audi-
tur inuito creditore, niſi prius ſoluat, Duran. *d. deciſ. 364.*
Aſol. Sabelli.
n. 37. ſequitur Poſth. *de ſubbaſt. Inſpect. 11. num. 17.* vbi quòd
primo caſu contumax auditur reficiendo expenſas, & ſatiſ-
dando de lite ſuſcipienda, ſeu de ſoluendo, qua dicitur con-
ceſſum pignus prætorium ob ſolam contumaciam non com-
parentis, ſecundo verò caſu non auditur, niſi prius ſoluat,
quia fuit conceſſa tenuta ob contumaciam non ſoluentis, &
non parentis rei iudicatæ, quæ longè inter ſe differunt.

Iſtud tamen nō procedere creditur in minore, qui omnem
caſum ſi refecerit expenſas, vt ſibi aperiret aures Iudicis, & 3
cauſa cognita appareat læſus, illas recuperat, & idem eſſe in
muliere, & ruſtico, quæ omnia concurrunt in caſu noſtro
ex latè traditis per Theſaur. *deciſ. 9. per tot.* Marant. *in prax.*
part. 5. num. 35. præſertim etiam quia non poteſt verè, & pro-
priè dici contumax, qui in prima, & ſecunda citatione non 4
comparuit, cum de iure communi trina citatio requiratur
ad conſtituendum aliquem in vera contumacia *auth. qui ſe-*
mel, C. quomodo, & quando Iud. Caſtr. & alij in *l. ſancimus, C.*
de iud. Theſaur. *deciſ. 11. n. 2. & 3.* vbi tamen quòd qui non
comparuit in prima, vel ſecunda citatione, ſed tantùm in 5
tertia, ſoluet expenſas primæ, & ſecundæ, quamuis hoc in-
ter antiquos fuerit multum controuerſum; nec etiam con-
tumax poteſt dici, qui fuit citatus, ſi in die cadentis termini
actor non comparuerit, nec allegauerit contumaciam citati
non comparentis, Bart. *in l. ſi finita, §. Iulianus num. 15. ff. de*
damn. infect. cum alijs per Theſaur. *deciſ. 19. num. 1. & ſeqq.*
Citatio enim euaneſcit, & remanet circumducta, ac annul- 6
lata ob non comparitionem actoris citantis, qui debet accu-
ſare contumaciam citati, Alex. *conſ. 92. num. 11. lib. 5.* Achil.
deciſ. 13. dol. & centum. Gratian *diſcept. forenſ. cap. 66. nu. 43.*
cùm citatio debeat per citantem reproduci legitimè executa 7
in termino cadente, alias habetur, & remanet, ac ſi non fuiſ-
ſet facta, & actor non comparendo, videtur illi renunciare,
vnde vigore talis citationis non poterat poſt multum tem-
pus concedi mandatum executiuum, ſed opus erat alia ci-
tatione, ex traditis per eundem Gratian. *d. c. 66. n. 40. & ſeqq.*

Et quamuis huiuſmodi defectus reproductionis citatio-
nis executæ in termino poſſit ſanari, & ſuppleri per compa-
ritionem partis citatæ, & ad euitandam expenſam regiſtri 8
ſoleat tantùm verbaliter reproduci ſub ſpe futuræ compari-
tionis aduerſarij, ſicuti communiter practicari teſtatur Ve-
ſtr. *in prax. lib. 4. cap. 3. n. 4. de execut. citat.* idem Gratian.
d. cap. 66. in fine, & cap. 639. num. 4. &c.

Tamen iſtud remedium applicari non poteſt ad caſum
noſtrum, cùm rea citata, vt prætenditur, nullam vnquam de
prætenſa citatione notitiam habuerit, ſed tantùm de execu-
tione contra illam iniuſtè, & indebitè, ac nulliter facta, & 9
ideò non poterat comparere, vltrà quòd prima citatio in
principio cauſæ erat perſonaliter exequenda, & intimanda,
nec ſufficiebat fieri ad domum ſub pœna nullitatis, *Clem. 2.*
de re iud. Aſin. *in prax § 6. cap. 1. n. 1.* & conſuluit Excellen-
tiſſimus D. meus Franciſcus Borellus Aduocatus Imolenſis
in conſilio impreſſo pro Illuſtriſs. D. Alexandra Summaia in
verſ. Tertia nullitas. Quod comprobatur cùm ad effectum 10
conſtituendi aliquem in mora, & vera contumacia requira-
tur citatio perſonalis, nec ſufficiat domi facta, de qua citatus
certam notitiam non habuit, Gratian. *diſcept. forenſ. c. 708.*
num. 8. & cap. 715. num. 14.

Nec quicquam operatur alia prætenſa citatio ad audien-
dam pronunciam pro prima die iuridica, & poſteà ſingulis
diebus, & horis, prout erroneè, & minus iuridicè creditur
ex aduerſo talem citationem prodeſſe, & poſſe vigore illius
quandocumque ferri ſententiam iuxta quemdam paruum,
& corruptum ſtilum nonnullorum Notariorum, qui in lo-
cis, vbi ius dicunt, ita paſſim ſeruant, quia de iure talis
citatio tanquam nimis vaga, & incerta, ac ſpeciem ſerui- 11
tutis quodammodo imponens, non ſuſtinetur vltrà primam,
vel ad ſummum vſque ad ſecundam diem, & pronuncia,
ſiue ſententia poſteà lata vigore illius eſt omninò nulla ex
defectu citationis eodem modo, ac ſi nulla præceſſiſſet cita-
tio, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 208. num. 28. & cap. 156. n.*
13. Rot. *diuerſ. part. 2. deciſ. 151. num. 1.* Citatio enim ſpeci-
fica, & nominatim ad ſententiam requiritur pro certa die, 12
& hora, alias ſententia ex defectu citationis non ſubſiſtit,
ita vt nec etiam ſufficiat dicere ad videndam cauſam
expediri ad fauorem cum victoria expenſarum, nec mo-
nitio ad ſecundam cùm eodem vitio laboret, & nil aliud
ſit quam prorogatio citationis nullæ, nec releuaret præ-
tenſus ſtilus contrarius, cum non ſit vniformis, & tanti
temporis, quod ſufficiat ad inducendum conſuetudi-
nem, vel præſcriptionem, nec appareat fuiſſe vnquam in

contradictorio iudicio ſeruatum, & obtentum, ſed excludi-
tur per plures alios actus contrarios iuridicè obſeruatos, &
factos per alios notarios, & Iudice magis practicos, & do-
ctos, ita vt vnicus actus contractus ſufficeret ad infringen-
dum dictum ſtilum, ex latè traditis per Rot. *in Nouiſſ. part. 6. deciſ. 141. per tot.*

Et quòd attinet ad poſitiones declaratas pro confeſſis in
contumaciam non reſpondentis, vltrà quod, vt ex prædictus
patet, non ſumus in vero contumace, dato etiam quod eſſe-
13 mus, licet contumax in reſpondendo præparatorijs iudicij
habeatur pro confeſſo, vel pro negante prout vtilius eſt acto-
ri, & prout ipſe voluerit Scapuc. de Saluian. *lib. 1. q. 26. n. 28.*
Tamen ad hoc, vt poſitiones poſſint haberi pro confeſſis, &
ita declarari, vt inducant confeſſionem probatoriam, debet
præcisè ſeruari forma tradita in *cap.* 2. vbi Franc. *de confeſ.*
14 *in* 6. nempè quòd prius fuerint lectæ principali, ſit munitus
in faciem reſpondere, non habeat legitimam cauſam re-
cuſandi, quòd in termino fuerit accuſata contumacia, &
poſteà ſequatur Iudicis interlocutoria, præcedente partis ci-
tatione, declarans poſitiones pro confeſſis, Rot. *in Romana*
dotis 21. *Maij* 1625. *coram Coccin.* & penes Fenzon. *ad Sta-*
tut. Vrb. dec. 38. 39. *&* 40. & ipſe Fenzon. *in cap.* 68. *num.* 76.
& ſeqq. adeò vt Rota nunquam ſeruet, quòd poſitiones ha-
15 beantur pro confeſſis maximè non concurrentibus omnibus
prædictis requiſitis, Ludouiſ. *dec.* 460. *nu.* 14. vbi Beltramin.
16 *num.* 18. multos concordantes allegat, &c. Niſi tamen per
ſtatutum eſſet inducta alia forma, quæ eſſet ſeruanda, Gra-
tian. *diſcept. forenſ. c.* 539. *n.* 25. quæ ficta confeſſio reſultans
ex poſitionibus habitis pro confeſſis in omnem caſum pro-
17 baret ſolum circa diſpoſitiuè in illis contenta, non autem cir-
ca enunciatiua, Magon. *dec. Flor.* 10. *n.* 40. de qua forma di-
uerſa à iure communi nullibi docetur, ergo &c.

Præterea non conſtat, quod Procurator, qui fecit poſitio-
nes habuerit mandatum ſpeciale, & in indiuiduo ad ſic, & ſic
ponendum prout requiritur, alias reus non tenetur reſpon-
18 dere, nec poſſunt haberi, vel declarari pro confeſſis, Rot. poſt
Fenzon. *ad Statut. Vrb. dec.* 40. *verſ. Tamen non obſtat &c.*
Gratian. *diſcept.* 772. *num.* 26. Sicuti idem eſt in reſponden-
do, cùm non poſſit illis reſponderi per procuratorem ſine
ſpecialiſſimo mandato ad ſic, & ſic reſpundendum Rot. poſt
Fenzon. *deciſ.* 37. Gratian. *d. cap.* 772. *num.* 24. Magon. *dec.*
Luc. 13. *num.* 34.

Neque dictis poſitionibus erat reſpondendum, cùm nil
aliud continerent, quam concernentia dominium, & poſſeſ-
ſionem auctoris, primum enim extremum Saluiani non
19 probatur per confeſſionem rei conuenti, & poſſeſſoris ha-
bentis ſuum auctorem ſi recuſet reſpondere, ex eo quia ad id
cogi non poteſt, & ideò nec poſitiones huiuſmodi poſſunt in
contumaciam ad dictam probationem facienda declarari
pro confeſſis, Surd. *dec.* 22. Pacif. de Saluian. *Inſpect.* 1. *cap.* 7.
num. 39. Michalor. *tract. de poſit. cap.* 40. Fenzon. *ad Stat.*
Vrb. deciſ. 39. quicquid aliter ſentire videatur Scapuc. de Sal-
uian. *lib.* 1. *quæſt.* 32.

Atque in omnem caſum ficta confeſſio reſultans ex poſi-
tionibus habitis, & declaratis pro confeſſis, poteſt quando-
20 cunque reuocari, quicquid ſecùs ſit in vera confeſſione fa-
cta ipſis poſitionibus, quæ ſtante partis acceptatione non
poſſet amplius reuocari, niſi docto de errore, Rimin. iun.
conſ. 473. *num.* 23. Add. Magon. *deciſ. Luc.* 17. *in princ.* & fa-
cit pulchrè *in deciſ.* 24 *num.* 28. & poſitiones habitæ pro con-
21 feſſis ſemper admittunt probationem veritatis in contra-
rium fauore, & priuilegio ipſius veritatis, cui omnia cedere
debent, Magon. *d. deciſ. Luc.* 25. *num.* 25. vbi *Add. in litt. H.*
notat, quòd cùm ſit ficta confeſſio perit, & extinguitur pe-
rempta inſtantia, ita vt producta in alia inſtantia nullam
faciat fidem, quamuis alias perempta inſtantia pereant
22 tantùm acta pertinentia ad ordinem iudicij, non verò deci-
ſoria, vt atteſtationes, confeſſiones, & ſimiles veræ proba-
tiones, quæ inter eaſdem perſonas ſemper probant, Afflict.
deciſ. 148. *num.* 3. Marant. *part.* 5. *num.* 41. Aſin. *in prax.* §. 2.
cap. 15. *num.* 4. *& per tot. fol. mihi* 30. *&c.*

Cùm igitur ſimus in minore, & non vero contumace,
conſtat, illum audiri debere etiam non refectis expenſis iux-
ta ſuperiùs dicta, ſaltem per viam appellationis non obſtante
quod dicitur, contumacem appellare non poſſe, quia hoc in-
telligitur de vero contumace, qui fuit perſonaliter citatus
23 non autem de ficto, qui ad domum tantùm fuit citatus, imò
ſecundum multos de æquitate canonica etiam verus con-
tumax admitteretur ad appellandum, vt per Gratian. *diſcept.*
for. cap. 364. *num.* 4. *& ſeqq. & cap.* 708. *num.* 14. *&c.*

A R G V M E N T V M.

Oſtium an fieri poſſit in proprio pariete verſus fundum vicini. Fouea, puteus, vel penus ſubterraneus an poſſit fieri propè fundum alterius. Armatura an ſit permiſſa ſupra ſolum alienum, & an liceat abuti ſua ſubſtantia in damnum alterius,

S V M M A R I V M.

1 *OStium an, & quando fieri poſſit in proprio pariete verſus fundum alienum, num.* 8.
2 *Solum in quo cadit ſtillicidium cuius eſſe præſumatur, num.* 5. *&* 15.
3 *Stillicidia, & protecta demonſtrant, cuius ſit proprietas loci inferioris.*
4 *Seruitutem habens intelligitur habere aditum ad illam.*
6 *Solum eſt liberum domini ſui, vſque ad Cœlum.*
7 *Quilibet ſcire debet, quod ſuum non eſt ad alium ſpectare.*
9 *Nemo poteſt ire per alienum fundum inuito domino, niſi ſit debita ſeruitus.*
10 *Onus alienæ rei imponi non poteſt.*
11 *Vicinus non poteſt facere in ſuo quidquam per quod immittatur aliquid in locum alterius.*
12 *Probatio per euidentiam loci eſt omnibus præſtantior.*
13 *Confeſſio eſt maior omni alia probatione.*
14 *Oſtium fieri poteſt in proprio pariete cauſa eundi ad ſolum in quo cadit ſtillicidium, quando ſolum illud eſt facientis oſtium.*
16 *Quilibet in re ſua moderator, & arbiter.*
17 *An ſit licitum abuti propria ſubſtantia in damnum alterius.*
18 *Murus qui debet vicino ſeruitutem oneris non poteſt tolli, ſed collapſus debet refici.*
19 *Domus ſua cuique tutiſſimum refugium.*
20 *Argumentum de toto ad partem, quando valeat.*
21 *Foueam facere, an ſit licitum, & quomodo propè fundum vicini, num.* 23. *&* 25.
22 *Damnum, & incommodum alterius ſemper cenſetur exceptum in omni ceſſione.*
23 *Puteus, vel penus ſubterraneus fieri poteſt propè fundum alienum nullo ſpatio derelicto, etiam ſi vena aquæ alterius putei vicini præcidatur, num.* 24.
25 *Menſura ſpatij relinquendi à quo termino ſit capienda.*
26 *Spatium, quod relinquitur, non deſinit eſſe ſui antiqui domini.*
27 *Foueam faciens ad quid teneatur, ſi animal in eam incidat.*
28 *Armatura pro ædificando an, & quando fieri poſſit ſupra ſolum alienum, n.* 29. *& num.* 31.
30 *Verbum, poteſt, eſt facultatis, arbitrij, & poteſtatis.*

C A P V T LXXIX.

OStium factum per Dominum Franciſcum Tartagnum I. V. D. de Duadula in proprio eius pariete verſus ſolum, & fundum D. Iſidorij Taſſinarij de eodem loco dubitabatur an licitè factum fuerit, vt ſubſiſtere poſſet de iure etiam inuito, & contradicente dicto Domino Taſſinario, &c.

Secundò, an ſaltem liceat dicto D. Tartagnio ad ſui libitum tollere, & deſtruere dictum ſuum parietem quo tale oſtium aperuit, &c.

Tertiò, an è contra dictus D. Taſſinarius poſſit de iure facere foueam ad ſui libitum profundam in dicto ſolo ſuo propè dictum parietem, & oſtium D. Tartagni ad impediendum ingreſſum in eius fundum, &c.

Quartò, an idem D. Tartagnus adueniente caſu refectionis, vel reparationis ſuæ domus poſſit armaturas facere ſupra ſolum dicti D. Taſſinarij, eo irrequiſito, & contradicente, &c.

Et cauſa dictarum prætenſionum hincindè compromiſſa in me, & D. Petro Franciſco Baldio de Mutiliana Iureconſulto meritiſſimo, & ſapientiſſimo, ac conſobrino meo cariſſimo vnanimi voto diximus prout infrà videlicet, &c.

Quoad primum, quòd quamuis videatur dictum oſtium
fieri potuiſſe in proprio pariete, non ſolum ex generalitate 1
regulæ deſumptæ ex *tex. in l. altius, C. de ſeruit. cum ſimilibus,*

ſed

ſed etiam quia cùm ſit ſub ſtillicidio domus dicti D. Tarta-
gni ab vno latere per longitudinem dicti parietis, & ab alio
latere in facie, & proſpectu dicti oſtij ſub protecto, ſeu ſub-
grunda eiuſdem domus videtur ſolum io quod cadit huiuſ-
2 modi ſtillicidium, vel quatenus ſe extendi protectum, &
caſellum neceſſarij ſupra dictum ſolum exiſtentis ſpectare,
& eſſe dicti D. Tartagni iuxta *l. fin. §. fin. ff. de ſeruitut. vrb.*
præd. nam ſtillicidia, ſiue protecta, quæ quoad idem repu-
3 tantur, exiſtentia ſupra ſolum, demonſtrare ſolent de iu-
re quanta, & cuius ſit proprietas locis inferioris, Theſaur.
deciſ. 219. *num.* 4. *in fine*, præcipuè vbi non agitur de ſtilli-
cidio ſupra loca publica, nec conſtat recipi à vicino ex de-
bito ſeruitutis impoſitæ, Bart. *in d. l. fin. §. fin. de ſeruitut.*
vrb. præd. cum alijs per Cæpol. *eodem tract. cap.* 28. *num.* 9.
Idcircò videbatur protuiſſe dictum D. Tartagnum facere
huiuſmodi oſtium, vt ſaltem ire poſſet ad dictum ſuum
ſtillicidium, & vti ſeruitute ſibi debita, nam qui habet ſer-
4 uitutem intelligitur etiam habere aditum pro illa conſer-
uanda, vt videtur concludere idem Cæpol. *d. tract. cap.* 40.
nu. 6. Franc. Marc. *deciſ.* 24. *num.* 2. *lib.* 1.

Sed quoniam abſque controuerſia conceditur, dictum ſo-
lum exiſtens ſub protecto, & caſello neceſſarij domus di-
cti D. Tartagni quo verſus reſpicit oſtium à parte verſus
Arcem Duadulæ poſſideri vſque ad limites, & fundamen-
ta dictæ domus per D. Taſſinarium ex conceſſione (vt aſſe-
rit) facta ſuis Anteceſſoribus per Dominos Capitaneos Pa-
tris Ciuitatis Florentiæ, vel ſaltem non poſſideri, nec vn-
quam poſſeſſum fuiſſe ab ipſo D. Tartagnio, oec à ſuis au-
ctoribus dicendum eſt protectum huiuſmodi, caſellum, &
ſtillicidium ab illa parte quo verſus reſpicit oſtium compe-
tere potius iure ſeruitutis ab antiquo impoſitæ, quàm iure
dominij ipſius ſoli ab eo ſcilicet D. Tartagnio non poſſeſſi,
quinimò etiam dato, quod neuter illorum eſſet in poſſeſſio-
ne dicti ſoli tanquam ſterilis, & infructuoſi, cùm non appa-
rear huiuſmodi ſolum, & domum ſimul vnquam fuiſſe
eiuſdem domini, adhuc præſumendum eſſet, protectum, &
ſtillicidium competere potiùs D. Tartagnio iure ſeruitutis
quam dominij, niſi aliter per eum probetur, cùm non ſit
veriſimile, quod qui paſſus fuit recipere huiuſmodi ſtillici-
dium, & fieri caſellum, ſeu protectum ſupra ſolum ſuum,
voluerit etiam ipſum ſolum concedere, Cæpol. *de ſeruit. vrb.*
præd. d. cap. 28. *n.* 10. & è contra niſi eſſet debita talis ſeruitus,
non licuiſſet ſuprà ſolum alienum facere huiuſmodi pro-
6 tectum, caſellum, vel ſtillicidium deriuare, cum ſolum de-
beat eſſe liberum domini ſui vſque ad cœlum per directum,
l. fin. §. Lucius de ſeruitut. vrb. præd. idem Cæpol. *d. tractat.*
cap. 32. & latiùs cum diſtinctionibus *in cap.* 41. *numer.* 2. *&*
ſeqq.

7 Cùm itaque dictus D. Tartagnus ſciat, quod ſuum non
eſt ad hoc alium ſpectare iuxta *l. cum quærebatur C. vndè vi*,
Bart. *in l. Celſus num.* 17. *de vſucap.* prudenter admittit di-
ctum ſolum ſpectare ad D. Taſſinarium, vel alios cùm
ſuum non ſit. Ex quo infertur, non potuiſſe facere huiuſ-
modi oſtium de nouo etiam in proprio pariete verſus fun-
dum, & ſolum alienum, inuito, & contradicente domi-
no, non obſtante, ſtillicidio, caſello, ſeu protecto ſuprà
exiſtente, quia huiuſmodi ſeruitutes ſunt diuerſæ à ſerui-
tute aditus, & itineris, cuius daretur occaſio per tale oſtium
8 in agrum, & fundum vicini, ac illis conceſſis, & admiſ-
ſis, iſta oon venit, cùm noo ſit neceſſe, quod habens ſtil-
licidium, caſellum, vel protectum intret pro illis fundum
vicini ſeruientem, maximè quando prout in caſu noſtro
aqua omninò commodè per ſe deſcendit, & diſcurrit ſine
alicuius damno, ne præſtetur dicta occaſio eundi per fun-
dum alienum, quod noo eſt permiſſom domino prohiben-
te, licet fas ſit, eo non contradicente, *l. diuus de ſeruit. vrb.*
præd. latè Cæpol. *d. tract. cap.* 42. *num.* 2. *& ſeqq.* Gratian. *de-*
9 *ſcept. forenſ. cap.* 559. *num.* 2. Quia nemo poteſt ad illum ſo-
lum ire, vel venire, quod eſt alienum, nec habere ſerui-
tutem domino nolente, *d. l. diuus*, & Cæpol. *eodem tra-*
ctat. cap. 40. *num.* 6. nam proprium cuiuslibet eſt liberum
10 iure naturali, niſi probetur debita ſeruitus, *l. altius*, vbi
Bald. *C. de ſeruitut. & aqu.* Et oneris quidquam alienæ rei
imponere non licet, *l. quemadmodum §. ſi protectum ff. ad*
l. aquil. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1144. *num.* 2. *lib.* 3. Nec
11 priuato permiſſum eſt, in ſuo quidquam facere, per
quod aliquid in locum priuati immittatur, Crauet. *conſ.* 94.
num. 1.

Prætereà nec aliquod ſtillicidium propriè conſiderari
poteſt pro parte D. Tartagni ſuprà ſolum D. Iſidorij, cùm
non cadat ex illa parte, quo verſus oſtium exitum habet, vt 12
conſtet per euidentiam, & aſpectum loci, quæ probatio eſt
omnium optima, & nulla maior dari poteſt, Afflict. *deciſ.*
107. *num.* 6. Alex. *conſ.* 35. *col.* 3. *num.* 8. *lib.* 4. *& conſ.* 39. *num.*
23. *&* 24. *lib.* 4. *& conſ.* 196. *in fine lib.* 1. Et dato etiam citra
veri præiudicium, quod adeſſet huiuſmodi ſtillicidium, ad-
huc non licuiſſet D. Tartagnio facere oſtium, de quo agi-
tur, quia vt ſupradictum eſt, non conſtat illud habere
propter dominium ſoli inferioris, nec aliquo modo præſu-
mi poteſt, cùm potius plenè liqueat, & apud partes ſit in
confeſſo, D. Taſſinarium ſemper vti dominum tenuiſſe,
& poſſediſſe, ac hodie poſſidere ſolum, & locum ſub aſ-
ſerto ſtillicidio, vnde non eſt ſuper hoc vlterius inſiſten- 13
dum, cum confeſſio ſit maior omni alia probatione,
Crauet. *conſil.* 217. *num.* 17. Iaſ. *in l. cum te tranſegiſſe numer.*
5. *C. de tranſact.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 1223. *num.* 15.
lib. 3.

Ad hoc enim, vt potuiſſet fieri dictum oſtium, eſſet ne-
ceſſarium, quod ſolùm in quod cadit ſtillicidium eſſet D. 14
Tartagni, quia tunc ei licuiſſet abſque dubio oſtium ape-
rire in ſuo pariete cauſa eundi ad dictum ſuum ſolum,
quamuis eſſet quid modicum, Cæpol. *d. tract. quæſt.* 40. *num.*
6. non autem ſufficit habere ſeruitutem actiuam ſtillicidij
immittendi, cùm vt dictum eſt talis ſeruitus non extenda-
tur ad dominium ſoli inferiori, *l. ſeruitutes de ſeruit. vrb.*
præd. §. ſtillicidium verſ. eadem cauſa, Cæpol. *eod. tit. cap.* 28.
num. 9. præcipuè ceſſante poſſeſſione, & non docto quod
dictum ſolum, & domus habens ſtillicidium fuerit eiuſdem
domini, in quibus terminis procedere poteſt diſpoſitio *l. fin.*
§. fin. de ſeruit. vrb. præd. cum ibi notatis per Florian. quòd 15
ſcilicet quatenos ſe protendit rigor ſtillicidij ſolum in quo
cadit præſumatur eſſe dominij ipſius ſtillicidij, nam hoc in-
telligitur concurrente dicta poſſeſſione, vel probato, quod
domus, & ſolum fuerit olim eiuſdem domini, alias ſecus
iuxta ſuperiùs dicta, &c.

Quoad ſecundom dubium, quod D. Tartagnios poſſit
de medio tollere, & deſtruere huiuſmodi ſuum parietem, in 16
qon fecit oſtium videtur indubitatum, cùm in re ſua quili-
bet ſit moderaror, & arbiter, *l. in re mandata C. mandati*, &
poſſit abuti ſubſtantia ſua etiam cum alterius damno, vbi 17
non verſatur fauor publicus, Menoch *de præſumpt. lib.* 4.
præſumpt. 83. *num.* 6. 7. *&* 8. quæ regula maximè procedit
quando quis diſponit de eo quod ſuum eſt liberè, Cæpol.
de ſeruit. ruſt. præd. cap. 4. *ſub numer.* 12. quòd autem talis
murus ſit proprius liberè D. Tartagni plenè liquet, nedum
ex aſpectu, & euidentia eiuſdem, ſed etiam ex confeſſio-
ne aduerſarij iuribus præallegatis, & niſi tamen dictus mu-
rus deberet vicino aliquam ſeruitutem oneris ferendi, vel 18
ſimilem, quia tunc non ſolum tolli, & deſtrui non poſ-
ſet, ſed collapſus expenſis domini eſſet reficiendus, *l. eum*
debere de ſeruitut. vrb. præd. latè Cæpol. *d. tractat. cap.* 37.
numer. 3. *&* 4. *& cap.* 58. *&* 59. ac dummodò in ipſius muri
deſtructione non inferatur aliqood damnum vicino, quia
aliàs deſtruens teneretur de damno infecto, vt *in tit. de*
damn. infect. &c.

Et dicto muro ſublato, res erit paris conditionis, cùm
vtrique parti remaneat reciproca poteſtas hinc inde eundi
per fundum alienum, ex qua ratione quamuis non ob id
ſit ius eundi per alienum videtur inferri poſſe, etiam per-
mitti oſtium cum obligatione, vt ſemper ſtare debeat aper-
tum, & à nulla parte claudi, præcipuè ſi hincindè agatur de
fundo ruſtico, quicquid dubitari poſſit ſi ab vno latere aga-
tur de fundo vrbano, in quem eundi contra voluntatem do- 19
mini maior eſt prohibitio cùm domus ſuas debeat eſſe cui-
que tutiſſimum refugium, iuxta *l. pleriſque ff. de in ius voc.*
niſi habet domum, & ſic fundum vrbanum, ex parte ſua con-
ſentiret huiuſmodi oſtio aperto, cùm quilibet poſſit fauori
ſuo renunciare vulgat. iuribus.

Et quod dictum eſt de toto muro auferendo, videtur
procedere poſſe etiam quoad eius partem tantùm tollen-
dam, cùm valeat argumentum de toto ad partem, vbi 20
eſt eadem ratio, nec aliter reperitur diſpoſitum in voo,
quàm in altero, vt latè docet Euerard. *topic. legal. loc. à tot.*
ad part. per tot.

Circa tertium caput difficultatis concludendum eſt D.
Taſſinarium poſſe facere foueam profundam in proprio ſo-
lo propè murum, & domum D. Tartagni ſi faciat, vt ſibi
principaliter proſit, & non vt vicino noceat, & funda- 21
menta eius deſtruat, & marceſcat cum aqua in illa re-
colligenda, ac dummodò relinquat tantum ſpatium à dicta

fouea

fouea ad confinium vicini, quantum erit profunditas ip-
21 ſius foueæ, aliàs ſecus, cùm nemini licitum ſit facere fo-
ueam propè fundum vicini, niſi dicto ſpatio profunditatis
foueæ relicto iuxta formam *l. fin. ff. de regund.* nam quando
22 alicui eſt aliquid permiſſum, & conceſſum intelligitur
ſine damno, & incommodo alterius, *l. 2. §. meritò, & §. ſi
quis à Principe ff. ne quis in loc. publ. vbi gloſſ. allegat.* ad hoc
multa iura Cæpol. *de ſeruitut. vrb. præd. cap. 60. ſub num. 3.*
præcipuè in caſu noſtro cùm agatur de facienda fouea, quæ
propriè nomen ſpeciale foueæ retinebit, quia ſi tranſiret in
23 aliud ſpeciale nomen, vt putei, vel penus ſubterranei
poſſet fieri propè fundum vicini, ſiue ruſticum, ſiue
vrbanum etiam dicto ſpatio non interpoſito, & relicto, Cæ-
pol. *de ſeruitut. vrb. præd. cap. 80. num. 1. & cap. 47. num. 7.*
24 *vbi num. 5.* quod iſtud vltimum procedit etiam ſi aperto no-
uo puteo venæ aquæ alterius putei vicini præcidantur per
*text. in l. fluminum §. pen. & §. fin. cum ibi not. in duabus le-
gibus ſeqq. ff. de damn. infect.* ſequitur Rot. alios allegans
in Gerundenſis altius non tollendi 24. Nouembris 1636. co-
ram Coccino *nu. 23. & 24.* penès Zacch. q. *Medic. legal. tom.
2. deciſ. 74.*

Imò putarem hoc caſu huiuſmodi foueam, vel aliud ædi-
ficium fiendum per D. Taſſinarium in dicto ſolo ſuo debere
diſtare quantum erit profunditas, vt ſuprà, incipiendo men-
ſuram non à regione, & termino præfixo domus vicini, ſed
à termino, & regione vbi caſitat ſtillicidium, & quouſque
25 ſe extendit rigor ſtillicidij, ita vt talis menſura profundita-
tis cum ſpatio relinquendo incipere debeat non à parie-
te domus D. Tartagni, ſed à loco quouſque protendi-
tur, & cadit ſtillicidium etiam dato quod terrenum,
in quo cadit ſit ipſius D. Taſſinarij per ea quæ ſingula-
26 riter notat idem Cæpol. *dict. cap. 28. num. 8.* quamuis il-
lud ſpatium hoc modo relictum non propterea deſinat eſſe
D. Taſſinarij, & ſic antiqui domini ſui, idem Cæpol. *cap. 40.
num. 5.*

Nec ob id vnquam conſulerem amico, vt faceret huiuſ-
modi foueam prorſus ſibi inutilem, ne ſi aliquod animal vi-
cini in eam ceciderit, & moriatur, vel aliter debiliter tenea-
27 tur ſoluere pretium, vel emendare damnum, & animal mor-
tuum, vel debilitatum pro ſe retinere, prout diſponitur *in
cap. 1. de iniur. & damn. dat.* cum alijs per eundem Cæpol.
cap. 47. num. 8. & cap. 80. num. 2.

Quoad vltimum dubium de armatura concludendum
eſt, quod nemini licitum eſt ponere armaturam, ideſt eri-
28 gere machinam ſuper qua operarij ſtent ad ædificandum in
ſolo, & ſupra ſolum vicini, *l. 1. §. ædificare verſ. cæterum de
mort. infer.* quia non licet in alienum immittere quidquam
ſine licentia domini, *l. ſicuti §. ariſto ſi ſer. vend. leg. quemad-
modum §. 1. ad l. Aquil.*

Sed ſi aliter quis non poſſet domum ſuam refice-
re; niſi ponat armaturam in fundo vicini, tunc ei li-
29 citum eſſet dictam armaturam facere in ſolo, & ſu-
prà ſolum alienum, *l. refectionis in princip. ff com. præd.
& l. veteres ff. de itiner. actuque priuat.* Ex quibus con-
cluditur quod armaturam quis non poteſt in ſolo vi-
cini, neque in pariete, vel ſupra ſolum alterius re-
gulariter apponere, niſi quando aliter in ſuo ædifica-
re non poteſt, Cæpol. *de ſeruitut. vrb. præd. cap. 73. per
tot.*

Conſulerem tamen ex vrbanitate de hoc vicino li-
centiam petere, qui ex prædictis in caſu neceſſario non
poterit illam denegare, quamuis in caſu permiſſo vi-
deatur fieri poſſe, etiam irrequiſito domino ſoli, &
30 abſque illius licentia cùm verbum, *poteſt*, ſit facultatis,
arbitrij, atque poteſtatis, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.
146. numer. 15.* dummodò tamen id ſequatur ſine dam-
no, & iniuria domini ſoli, vt eſt *text. not. in l. 2. §. me-
ritò ne quid in loc. publ.* Cæpol. *de ſeruitut. præd. cap. 60.
ſub num. 33. &c.*

A R G V M E N T V M.

Fideicommiſſum qualiter efficiatur caducum ante
euentum conditionis, & non tranſmittatur. Sub-
ſtitutis pluribus quando non admittatur niſi
omnibus defunctis, & aliqua de iure accre-
ſcendi.

S V M M A R I V M.

1 *SVbſtitutus pluribus coniunctim non admittitur niſi
omnibus pluribus defunctis.*
2 *Subſtitutio facta mortem plurium operatur, vt illis plu-
res cenſeantur inuicem inter ſe vocati.*
3 *Teſtator in dubio præſumitur ſe conformare cum ſtatuto
excluſiuo fœminarum.*
4 *Contrahentes in dubio intelliguntur ſe conformare cum
ſtatuto, & conſuetudine loci.*
5 *Fideicommiſſum non tranſmittitur ante euentum condi-
tionis.*
6 *Hæreditas non dicitur delata pendente conditione.*
7 *Agnitio bonorum poſſeſſionis non tribuit ius tranſmitten-
di facta pendente conditione.*
8 *Tranſmiſſio quid ſit.*
9 *Nemo poteſt plus iuris in alium transferre, quàm ipſe
habeat.*
10 *Vocato patre, vel matre in fideicommiſſis non cenſentur
vocati filij.*
*Fideicommiſſa non ſunt extraneis interpretationibus in-
ducenda.*
Extenſio de perſona ad perſonam non eſt licita.
11 *Vocatio alicuius expreſſo non nominati difficilius indu-
citur, quàm tranſmiſſio.*
12 *Voluntas teſtatoris poteſt reddere tranſmiſſibile, quod
alias non eſt.*
13 *Coniectura indicantes tranſmiſſionem quales eſſe de-
beant, & quæ num. 14.*
15 *Coniectura indicantes vocationem, quæ ſint.*
16 *Voluntas teſtatoris quamdiu locum habere poteſt ceſſat le-
gis diſpoſitio.*
17 *Ius accreſcendi, vel non decreſcendi, quando locum ha-
beat.*
18 *Ius accreſcendi, vt locum habeat, quæ requirantur.*
19 *Pars vacans, ut accreſcat cohæredi, etiam inuito.*
20 *Ius accreſcendi quomodo procedat, etiam in relictis par-
ticularibus.*

C A P V T LXXX.

DOmina N. teſtatrix prout mihi ſupponitur in facto
inſtituit hæredes filios ſuos, & nepotes maſculos,
quibus ſine filijs decedentibus ſubſtituit DD. Conſtantiam,
& Octauiam eius neptes fœminas, quas Conſtantia præde-
functa ſuperſtite adhuc ex dictis nepotibus maſculis inſtitu-
tis, & ſic ante euentum conditionis, ſub qua vocabatur
ſubſtitutus enim duobus, vel pluribus hæredibus inſtitutis
non admittitur niſi illi omnes, quibus fuit ſubſtitutus priùs
deceſſerint, cùm ad hoc vt ſit locus ſubſtitutioni mors om-
nium inſtitutorum requiratur, præſertim quando prout in
caſu noſtro omnibus ſimul coniunctim fuit facta ſubſtitu- 1
tio, & cum ſuperſtite vno ex vocatis in primo gradu, qui
ex præſumpta mente teſtatoris cenſetur magis dilectus non
amittatur ſubſtitutus ad portiones præmortuorum, vt la-
tè declarat Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 299. per tot. cap. 261.
num. 1. & ſeqq.* & latè Cyriac. *controuerſ. iur. lib. 1. controuerſ.
70. per tot.* nam quandiu aliquis inſtitutorum in primo gra-
du ſupereſt penes eum remanent bona per ius accreſcendi,
quia ſubſtitutio facta poſt mortem plurium operatur, vt illi
omnes poſt quorum mortem, quis fuit ſubſtitutus cenſean- 2
tur inuicem inter ſe vocati, & ſubſtituti, *DD. in l. hæredes
mei §. cum ita, ff. ad trebell.* Aldobrand. *conſ. 68. num. 10. &
ſeqq. lib. 1.* cum alijs per eundem Gratian. *diſcept. 707. num.
11.* præſertim in caſu noſtro, in quo teſtatrix noluit bona
peruenire ad fœminas, niſi deficientibus maſculis, vt ſe
conformaret diſpoſitioni ſtatutis excludentis fœminas ſtan- 3
tibus maſculis, cui in dubio ſemper velle conformare præ-
ſumitur, ad tradita per Bart. *l. hæredes mei §. cum ita num. 4.
ad Trebell.* Mantic. *de coniect. vltim. voluntat. lib. 6. tit. 7. nu.
4. & ſeqq.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 664. num. 8. & ſeq. cap.
866. num. 33. & cap. 930. nu. 25.* Et idem eſſe in contractibus,
vt con-

4 vt contrahentes in dubio cenſeantur ſe velle conformare
cum ſtatutis, & conſuetudine locorum, Magon. *deciſ. Floreni. 94. num. 5.*

Purificata demum conditione per obitum vltimi instituti
ſine filijs ſuperſtite adhuc ſola D. Octauia, exiſtimo quod ip-
ſa debeat admitti ad totam hæreditatem, ad quam ſimul cum
Conſtantia eius ſorore prædefuncta vocabatur excluſis pe-
nitus ipſius Conſtantiæ filijs, &c.

Quia cùm dicta Conſtantia ante euentum conditionis
deceſſerit, quoad eam legatum, & fideicommiſſum factum
fuit quaſi caducum, & non potuit ad eius filius tranſmitti,
etiamſi eſſent deſcendentes ipſius teſtatoris, ita vt nec poſ-
5 ſint admitti ex perſona matris per viam repræſentationis,
cum ipſa ſolum nominatim ſub dicta conditione fuerit vo-
cata, & non eius filij, *l. vn. §. ſin autem ſub condit. C. de cad.
toll.* Add. ad Pract. Pap. *libell. ex ſubſtitut. gloſ. Ac per fideicom-
miſſum in verb. ſub conditione*, Menoch. *de præſumpt. lib. 4.
præſumpt.* 201. *num. 67. & ſeq.* Mantic. *de coniect. vltim. vo-
luntat. lib. 11. tit. 20* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 629. nu. 24. &
cap. 965. num. 30.* Magon. *deciſ. Florent. 14. num. 2. 6. & ſeq.* Fu-
ſar. *de ſubſtit. q. 490. num. 1. & ſeqq.* Altograd. *conſ. 103. num. 1.
&c. lib. 2.*

Pendente enim dicta conditione hæreditas non potuit
6 dici delata Conſtantiæ, quamuis delatio ſit legis operatio,
Marant. *in l. is poteſt num. 16. ff. de acqu. hæred.* Gratian. *diſce-
ptat. 540. num. 27.* vnde cùm dictæ Conſtantiæ non fuerit
delata hæreditas non potuit abſque dubio illam tranſmitte-
re ad filios etiam ſi bonorum poſſeſſionem ſecundum tabu-
las agnouiſſet, quia talis agnitio licet fieri poſſit de iure
7 prætorio ante euentum conditionis, nullum tamen ius tri-
buit inducendi, ſiue operandi tranſmiſſionem, *l. is qui hæ-
red. 13. ff. de aqu. hæred.* Bart. *in l. is poteſt num. 12. ff. eod.* Go-
meſ. *de teſt. cap. 2. num. 13. & 14.* Gratian. *d. cap. 540. num. 31.*
8 cum tranſmiſſio nil aliud ſit quam ius adeundæ hæreditatis,
quod moriens habebat, & quod ipſe ante aditam hæredita-
tem decedendo transfundit in ſuos hæredes, Bolognet. *in
Rub. C. quando non pet. part. num. 11.* Si dicta Conſtantia dum
viueret, non habuit ius adeundi, ob non aduentum condi-
9 tionis, non potuit vtique illud, quod ipſa non habebat ad
ſuos hæredes tranſmittere, cùm nemo plus iuris in alios
transferre poſſit, quam ipſe habeat vulgatis iuribus, &c. &
euidentibus rationibus, &c.

Neque in fideicommiſſi vocato patre, vel matre cenſen-
tur vocati filij, cùm non ſit licita extenſio de perſona ad
perſonam etiam ex identitate rationis, vel ex præſumpta, &
10 veriſimili mente teſtatoris, quæ tamen non adeſt, ſed potius
contraria in caſu noſtro, vt patet ex prædictis, quia extra-
neis interpretationibus, & præſumptionibus non legitimis
fideicommiſſa, & onera induci non debent, prout contin-
geret, ſi dicerentur vocati dicti filij Conſtantiæ, qui nec
etiam fuerunt in conditione poſiti, Rut. *in recent. part. 2.
deciſ. 507. num. 3. & 4. deciſ. 667 per tot.* Gratian. *diſcept. fo-
renſ. cap. 629. num. 3.* eadem Rot. *in Tudertina fideicommiſſ.*
11 *4. Iunij 1640. coram Royas.* Et quo difficilius inducatur vo-
catio alicuius expreſsè non nominati, quam tranſmiſſio,
quæ ex ſuperiùs dictis ceſſat, ne nouum grauamen indu-
catur, dicit Rot. *in Bononien. fideicommiſſi de Fornaſarij 1.
Aprilis* 1650 coram Veroſpio *n. 14. &c.*

Et quamuis non ignorem, quod ex coniecturis poteſt re-
12 cedi à ſuperius firmatis, cùm in hac materia potiſſimum
ſpectari debeat voluntas teſtatoris, quæ ſi appareret tranſ-
miſſibile reddere poſſet, quod alias ob reſiſtentiam iuris re-
gulariter tranſmitti non poteſt, vt per Zanch. *in l. hæredes
mei §. cum ita num. 195. ff. ad Trebell.* Menoch. *d. præſumpt.*
201. *num. 78. & ſeqq.* tamen tales coniecturæ debent eſſe
13 neceſſariæ, & multum probabiles reſultantes ex ipſo teſta-
mento, Seraphin. *deciſ. 1486. num. 18.* Rot. *recent. part. 2. d.
deciſ. 667. num. 4.* Gratian. *d. cap. 629. num. 5. & nu. 25. & cap.
965. n. 33.* vbi quòd debent eſſe vrgentiſſimæ, & concluden-
tiſſimæ.

Nec adſunt in caſu noſtro, prout mihi ſupponitur, licet
non viderim teſtamentum, & ideò quo ad coniecturas in-
14 ducentes tranſmiſſionem me remitto, ad latè tradita per
Menoch. *d. præſumpt.* 201. *num. 87. & ſeqq. ad finem*, vbi vi-
ginti ſex coniecturas examinat, & Rot. *in d. Bononien. de
Fornaſarijs* 1650. coram Veroſpio *num. 4. & ſeqq.* & quoad
inducentes vocationem ad eundem Menoch. *præſumpt. 69.
lib. 4.* Rot. *recent. d. deciſ. 667.* & in dicta *Tudertina fideicom-
miſſi 4. Iunij coram Royas de Anno 1640.*

15 Ceſſante igitur tranſmiſſione in filios dictæ Conſtantiæ,
& illorum vocatione intrat ex diſpoſitione legis propter
præſumptam mentem teſtatricis ius accreſcendi, ſiue non
decreſcendi ad fauorem D. Octauiæ ſuperſtitis, ne dicta te-
ſtatrix remaneat pro parte teſtata, & pro parte inteſtata, &
ne cum expreſsè vocatis, & prædictis ſuccedant non voca-
ti, & minus dilecti contra teſtatricis voluntatem, quæ 16
quamdiu locum habere poteſt, ceſſat legis diſpoſitio, & ſic
tranſmiſſio, *l. quamdiu ff. de acquir. hæred. l. ius noſtrum ff. de
reg. iur. l. vn. §. viſit. C. de cad. toll. & DD. in Rub. C. quando non
pet. part.*

Si enim Conſtantia, & Octauia fuerunt vocatæ in eadem
oratione dicuntur verbis coniunctæ, & habet locum ius
accreſcendi, ſi verò in diuerſa oratione, cùm ad eandem
rem ſimul vocentur inſolidum, procedit ius non decre-
ſcendi vna ex illis defecta, nempè Conſtantia, & ſic Octa- 17
uia ad totam hæreditatem admitti debet non ſuperſtite, ſed
prædefuncta dicta Conſtantia, *l. ſi duobus 16. §. ſi Titio ff. de
leg. 1. l. vn. §. vbi autem C. de cad. toll.* Dec. & alij *in Rubric. C.
quando non pet. part.* Corn. *conſ. 238. col. 3. n. 3. lib. 2.* Bart. & alij
in l. re coniuncti nu. 25. ff. de leg. 3. Soc. iun. *conſ. 139. & n. 19. &
ſeqq. lib. 1.* cum alijs multis per Gratian. *diſcept. forenſ. c. 533.
n. 1. & ſeqq. & cap. 807. n. 23. & ſeqq.* Menoch. *de præſumpt. lib.
4. præſumpt. 86. num. 1. & ſeqq.*

Præcipuè cùm in prædicto caſu concurrant omnia re-
quiſita iuris accreſcendi, nempè quòd portio, quæ debet ac-
creſcere non eſt alteri effectualiter acquiſita, deficit ipſo iu-
re, ille, cuius portioni accreſcit, nempè D. Octauia eodem, 18
& non diuerſo iure, nec iure ſpeciali, ſed ordinario ſucce-
dit, vt latè declarant Dec. Cagnol. Sap. Claud. Io Guter.
Maſſin. Gozadin. & alij *in Rub. C. quando non pet. part.* Ita- 19
ut pars vacans accreſcat cohæredi etiam inuito, *l. teſtamento
C. de impub. & alijs ſubſtit.* niſi qui repudiat primo adiuerit
partem ſuam, & deindè per beneficium reſtitutionis in in-
tegrum repudiet, quia tunc portio repudiata non ac-
creſceret cohæredi inuito, ſed vaderet ad creditores hæ-
reditarios, vt ſingulariter notat Marant. *in l. is poteſt
num. 154 ff. de acqu. hæred. per text. in l. ſi minor. ff. eod.*

Quod quidem ius accreſcendi non ſolum procedit in hæ-
reditatibus, ſed etiam in relictis particularibus, puta legatis, 20
& fideicommiſſis quando ſumus inter re, & verbis coniun-
ctos, iuxta tradita per *DD. in d. l. re coniuncti ff. de leg. 3.* Sur-
dus *conſ. 123. lin. 3* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 178. num. 7. &c.*
vel inter verbis tantum coniunctos, & re penitus non di-
ſtinctos, Gratian. *cap. 533. num. 1. & ſeqq.* Altograd. *conſ. 103.
per tot.* vbi latiſſimè declarat *lib. 2.*

A R G V M E N T V M.

Clericus an poſſit fideiubere, & quando gaudeat
priuilegio c. Odoardus de ſolut. & an extendatur
ad hæredes, & fideiuſſores. Filiusfamil. quando
gaudeat beneficio l. 2. C. quod cum eo, &c. & qua-
liter vſusfructus bonorum filij veniat in hypo-
theca ad fauorem creditorum patris.

S V M M A R I V M.

1 *VSusfructus competens patris in bonis filiorum ve-
nit in hypotheca ad fauorem creditorum ipſius
patris.*

2 *Clericus an, & quando poſſit pro laico fideiubere.*

3 *Fideiuſſor an poſſit in conſcientia præmium recipere pro-
pter fideiuſſionem.*

4 *Clericus vigore c. Odoardus non tenetur vltra quam face-
re poſſit.*

5 *Priuilegium cap. Odoardus, quando non proſit Cle-
rico.*

6 *Obligatio Cameralis admittit tantum tres exceptiones,
& quid operetur.*

7 *Clericus non obſtante iuramento & obligatione Camera-
li non poteſt pro debito carcerari, niſi expreſſe ſuo re-
nunciauerit priuilegio.*

8 *Priuilegium c. Odoardus poteſt opponi etiam poſt ſenten-
tiam.*

9 *Clericus deueniens ad pinguiorem fortunam tenetur in
quantum facere poteſt.*

10 *Priuilegium c. Odoardus non tranſit ad hæredes, nec ex-
tenditur ad fideiuſſores.*

11 *Fideiuſſor poteſt denunciare moleſtiam debitori, qui com-
paren-*

parendo poteſt eum cum ſuo priuilegio liberare, ſed intelligere, vt num. 12.

13 *Filiusfam. mortuo patre, vel ſequuta emancipatione non poteſt carcerari pro debitis viuente patre, vel ante emancipationis contractis.*

14 *Cautela ad euitandum carcerem pro debito, vt filiusfam. ſe faciat emancipare.*

15 *Priuilegium l.2.C.quod cum eo poteſt opponi non obſtante ſtatuto omnes exceptiones reyciente, & non venit ſub generali renunciatione.*

15 *Priuilegium prædictum qualiter competat etiam pro debito dotis.*

17 *Priuilegium d.l.2.quando locum non habeat, & n.18.*

19 *Priuilegium d.l.2.liberat filiosfam. à carceribus, &c.*

CAPVT LXXXI.

NOn poteſt R.D. Andreas de Canibus Imolenſis Rector Eccleſiæ Crucis Scoperiæ in ſuburbio Imolæ carcerari, nec aliter quoad perſonam moleſtari vigore obligationum ab illo factarum, licèt in forma Cameræ, & cum iuramento ad fauorem plurium creditorum pro Thadæo de Canibus eius patre Aromatario Imolenſi decocto. Quia quamuis quoad bona ſuppoſita validitate dictarum obligationum, quæ difficulter impugnari poſſe videntur, ſit quæſitum ius creditoribus tam reſpectu proprietatis, quàm reſpectu vſusfructus dicto Thadæo eius patri competentis in
1 bonis maternis dicti R. Andreæ eius filij, iuxta *l. cum oporteet C. de bon. quæ lib.* talis enim vſusfructus venit ſub hypotheca omnium iurium ad fauorem creditorum patris, & ſuper eius commoditate probatis extremis competit Saluianum Pac'f. de Saluian. *cap.2. nu.672. & nu.794.* quem refert, & ſequitur Duran. *dec.491. num.2.*

Tamen quoad perſonam exiſtimo moleſtari non poſſe, non ex eo quòd Clericus pro laico fideiubere non poſſit data
2 fideiuſſionum frequentia, & receptione mercedis, cum Clerici ſe abſtinere debeant ab omnibus negotiationibus, & externarum rerum moleſtijs, quia iſtud procedit in fideiuſſionibus iudicialibus, non autem in conuentionalibus, quas rectè Clerici facere poſſunt maximè ex officio pietatis, & charitatis pro patre multum indigente, ac de ſui patrimonio, & redditibus ad ſuum vſum deſtinatis, non verò in præiudicium Eccleſiæ, Maurit. *tractat. de fideiuſſ. part. 2. ſect. 8. cap. 12.* Marſil. *in Rub. ff. eodem num. 309.* & latiùs videndus D. Carolus de Graſſ. *tract. de effect. Cler. effect. 44. per tot.*

Quamuis aliàs fideiuſſor laicus, qui ſe ſubijcit oneri, & periculo fideiuſſionis, poſſit tuta conſcientia præmium, & mercedem recipere, niſi fideiuberet pro diuite, adeò quod
3 nullum ſibi imminere poſſit periculum, vel niſi adeſſet fraus, ſiue vellet quid immoderatum recipere, Maur. *de fideiuſſ part. 2. ſect. 2. cap. 2. per tot.* Petr. Caball. *reſolut. criminr. caſ. 285.* & videndus D. Antoninus Archiepiſcopus Florent. *in ſua Summa de vſur. cap. 45. nu. 57.* & alij Theologi, &c.

Sed quia eidem R.D. Andreæ competunt duo tutiora remedia ad euitandos carceres, &c.

Primum remedium competit ex beneficio *c. Odoardus de ſolut.* cuius vigore præſtita ſaltem iuratoria cautione ſi petatur
4 de ſoluendo vbi ad pinguiorem deuenerit fortunam Clericus non poteſt moleſtari vltra id, quam facere poſſit quod importat, vt ſit habenda ratione egeat, & priuetur alimentis quotidianis, ac mendicare cogatur in opprobrium Clericatus, & non poſſit carcerari etiam donec diſcutitur, an huiuſmodi priuilegio gaudere debeat, necne, Gratian. *diſcept. forenſ cap. 222. numer. 38. & ſeqq.* vbi etiam quid dicendum ſi eſſet debitor penſionis reſeruatæ, vel
5 ſuſpectus de fuga, quod non eſt in caſu noſtro, in quo etiam creditores non ſunt illo pauperiores, nam ſi eſſent pauperiores fortè non prodeſſet, ex traditis per eundem Gratian. *diſceptat. 799. num. 9. & 10.* & de huiuſmodi priuilegio latiſſimè differit D. Carol. de Graſſ. *d. tract. effect. 7. per tot.*

Neque obſtat, quod cum R. D. Andreas ſe obligauerit cum iuramento, & forma Cameræ, quæ obligatio continet renunciationem omni legum auxilio, & fauori, & admittit tantum tres exceptiones, nempè ſolutionis falſita-
6 tis, & nouæ conuentionis, facit ius certum, & indubitatum, inducit confeſſionem iudicialem, & habet executionem paratam, Duran. *dec. 383. num. 2. & 3.* Sic videatur ſe ipſum excludiſſe à dicto beneficio, *c. Odoardus*, & illi renunciaſse, Gratian. *diſcept forenſ. d. cap. 799. num. 20.* Quia ad hunc effectum non ſufficit iuramentum in genere præſtitum, nec obligatio Cameralis, ſed requiritur expreſſa, & ſpecialis renunciatio, & non obſtante iuramento, vel obligatione Camerali, Clericus non poteſt pro debito carcerari, 7
nec excommunicari, & ſic non ammittit ſuum priuilegium, niſi ei nominatim, & expreſsè renunciauerit, vt latè probat Ciarlin. *controu. iur. cap. 101. per tot.* cum quo conuenire videtur Gratian *loc. cit.*

Quod quidem beneficium poteſt opponi etiam poſt ſententiam in illius executione, cum directè non impugnet ſententiam, ſed tantum modificet, Gratian. *diſcept. 660. num. 20. & diſcept. 799. num. 12.* Non tamen liberat a debi- 8
to, ſed ſolùm interim obligationem reddit inefficacem, & ſic Clericus perueniat ad pinguiorem fortunam tenetur 9
ſoluere in quantum facere poteſt, & non vltra, *gloſſ. in d. cap. Odoardus verb. ad pinguiorem*, idem Gratian. *d. cap. 660. num. 21. & ſeqq.* ne tranſit ad hæredes, ſed cùm ſit perſonale extinguitur cum ipſa perſona, cui competit, & non exten- 10
ditur ad fideiuſſiores, idem Gratian. *d. cap. 799. num. 53. 54. & 65.*

Poſſet tamen fideiuſſor conuentus denunciare litem debitori principali, qui tamquam legitimus, & neceſſarius defenſor poterit in ſe iudicium ſuſcipere, & huiuſmodi exceptionem opponere quandocumque ante exe- 11
cutionem ſententiæ, Iaſon. *in §. ſed & ſi quis num. 12. & 13. Inſtitut. de act.* & videndus pulchrè Maur. *de fideiuſſ. part. 2. ſect. 9. §. 10.* & Gratian. *diſceptat. 12. per tot. vbi numer. 4. & ſeqq.* videtur iſtud intelligere, quando aliàs priuilegium conceſſum principali remaneret ſine effectu, & inutile, ſi etiam modò dicto fideiuſſor non prodeſſet per oppoſitionem factam à debitore principali, ſecùs autem ſi 12
non remaneret inutile, quia poſſit etiam contra fideiuſſorem agentem pro ſua indemnitate allegari, quod puto veriſſimum, ne conditio creditoris, qui fuit diligens in ſibi de fideiuſſore proſpiciendo, deterior efficiatur, & quia hoc caſu per indirectum non aufertur debitori ſuum priuilegium, ſibi autem imputet fideiuſſor, qui pro huiuſmodi debitore priuilegiato interceſſit, cùm conueniatur ex proprio facto, & obligatione.

Alterum remedium ad euitandos carceres generale eſt quoad omne filiosfamil. pro obligationibus factis viuente patre, in cuius ſint poteſtate, ſiue in rem propriam, ſiue pro patre, vel alijs promittendo, & deſumitur *ex text. in l. 2. C. quod cum eo qui in alien. poteſtat.* cuius vigore licèt quotiſque filiosfamil. fuerit in patria 13
poteſtate teneatur in ſolidum, tamen mortuo patre, vel etiam eo viuente ſequuta emancipatione, non tenetur vltrà quàm facere poſſit, ideſt in carcerem non detruditur, & detruſus liberatur, quia poſtquam eſt factus ſui iuris per mortem patris, vel mediante emancipatione videtur, & conſideratur tanquam nouus homo, & ſi ſe abſtineat ab hæreditate patris, vel ſe immiſceat cum beneficio legis, & inuentarij, non tenetur, niſi quatenus facere poteſt deducto ne egeat, & quantum ſufficiat pro alimentis ſuis arbitrio Iudicis taxandis, Caſtr. & alij communiter *in d. l. 2.* Vrſil. ad Afflict. *deciſ. 38. num. 20. & 21.* Cæpol. *caut. 14.* vbi dat bonam cautelam, vt filiusfam. etiam obligatus cum patre, vel de eius conſenſu ſe emancipa- 14
re faciat, ne teneatur de perſona licèt fuerit condemnatus, etiamſi extaret ſtatutum, vt contra inſtrumentum non poſſint opponi niſi certæ exceptiones, quia adhuc poterit de iſta excipi, Giurb. *deciſ. 44 num. 9.* itaut non veniat ſub renunciatione generali facta omni legum auxilio, & fauori, niſi in ſpecie, & cum iuramento fuerit renunciatum, cum iuramentum per ſe ſimpliciter appoſitum in contractu non tollat huiuſmodi priuilegium, Vrſil. *d. deciſ. 308. num. 21.* cum alijs per Gratian. *d. cap. 99. num. 7. & ſeq.* vbi etiam *numer. 52.* quod opponens huiuſmodi priuilegium vlterius non tenebitur de perſona, licèt ad pinguio- 15
rem fortunam deuenerit, cùm iſta ſit exceptio peremptoria, &c.

Quod quidem beneficium iuuabit d. R. Andream etiam reſpectu obligationis factæ ſimul cum patre pro ſoluenda dote ſororis, etiam ſi renunciaſſe beneficio ne egeat, niſi in ſpecie fecerit mentionem de dicta *l. 3. C. quod cum eo*, quia intelligeretur tantum renunciaſſe dicto beneficio, quatenus 16
ſibi competeret vti fratri ratione promiſſæ dotis ſorori, & non quatenus competit diſpoſitione *d. l. 2.* cùm ſint duo beneficia

neficia inter ſe diuerſa, & ex diuerſis cauſis reſultantia, Giurb. *deciſ.45.num.14.* & alij relati per Gratian. *diſcept. forenſ cap.799.num.47.& ſeq.*

Non tamen dictum beneficium habere locum, vbi con-
ſtaret de dolo, vel culpa præmeditata ad fraudandum credi-
17 tores, nec vbi contractus poſt mortem patris, vel poſt
emancipationem fuiſſe ratificatus expreſsè, vel tacitè, &
tanquam perſonale non tranſit ad hæredes filijfamil. nec ad
eius fideiuſſores extenditur, niſi quatenus opponatur ab
ipſo filiofam. vti legitimo, & neceſſario defenſore cum de-
clarationibus tamen, de quibus ſuprà quoad beneficium
c. Odoardus. An autem procedat hoc beneficium in filiofa-
mil. habente peculium tempore contractus, cuius contem-
platione allegarent creditores ſecum contraxiſſe, non aliter
contracturi, & plures alias quæſtiones in hac materia vide
late per Gratian. *diſcept. forenſ. d. cap. 799. per tot.* vbi firmat
viginti tres concluſiones, quas multorum Doctorum au-
ctoritatibus, & rationibus comprobat, ac ita practicari plu-
ries vidiſſe teſtatur, vt ſæpè filijfam. ex priuilegio dictæ *l. 2.
C. quod cum eo*, liberentur à carceribus, vel impediantur car-
cerari, & idem obtinuiſſe in multis cauſis, Vrſil. ad Afflict.
d. deciſ. 308. num. 20. & 21. &c.

ARGVMENTVM.

Pater, & mater qualiter ſuccedant filijs cum fratribus, vel eorum filijs tam de iure communi, quàm attento Statuto Florentino. Teſtamentum fratris an reuocetur per fratrem inſtituta turpi perſona, quid ſi fuit datus ſubſtitutus honeſtus, & an conſeruentur legata.

SVMMARIVM.

1 *HÆreditas defuncti ſine filijs ſpectat æqualiter ad patrem, matrem, & fratres vtrimque coniunctos ſuperſtites.*
2 *Aſcendentes paris gradus ſuccedunt deſcendentibus ſine filijs defunctis.*
3 *Aſcendentes excleduntur etiam à legitima vbi extant deſcendentes defuncti.*
4 *Fratres admittuntur ad ſucceſſionem fratris defuncti cum aſcendentibus.*
5 *Pater non acquirit vſumfructum in portione filij ſtante ſimultanea ſucceſſione.*
6 *Fratres ex vno latere tantum coniuncti non admittuntur ad ſucceſſionem cum aſcendentibus.*
7 *Frater vterinus tantum excluditur à matre defuncti.*
8 *Filij fratrum vtrimque coniunctorum admittuntur cum aſcendentibus.*
9 *Pater an in totum ſuccedat filio excluſa matre in bonis, quæ ab illo prouenerunt, ſicut è contra an mater eum excludat à bonis, quæ ab illa proceſſerunt, n. 11.*
10 *Inuidia eſſe non debet, quod bona reuertantur ad ſuum fontem.*
12 *Aſcendentium prior eſt cauſa ſuccedendi poſt deſcendentes.*
13 *Hæreditas nepotis ſpectat ad auum excluſo patruo.*
14 *Mater qualiter excludatur, & per quas perſonas à ſucceſſione filij vigore Statuti Florentini, & reformationis, num. 17.*
15 *Diſiunctiua inter plures perſonas importat, vt iuxta ordinem litteræ cenſeantur vocata.*
16 *Ordo nominationis denotat ordinem affectionis, & prælationis.*
17 *Mater qualiter admittatur cum ſorore defuncti.*
18 *Frater defuncti non admittitur cum patre ſtante Statuto Florentino. Ordo ſcripturæ non debet eſſe ſuperfluè, & otioſe poſitus.*
19 *Inſtituto aliquo cum eius filijs, filij cenſentur vocati ordine ſucceſſiuo poſt mortem patris, & num. 21.*
20 *Emens pro ſe, & filio dicitur emere ordine ſucceſſiuo, & filius viuente patre nullum ius habet.*
21 *Filij cenſentur vocati ordine ſucceſſiuo ſtante alternatiua.*
22 *Argumentum à teſtamento ad ſtatutum, & è contra valet.*
23 *Excluſus à ſucceſſione dicitur excluſus etiam à legitima.*
24 *Legitima non debetur fratri, niſi turpi perſona inſtituta.*
25 *Frater non tenetur fratrem inſtituere, prohibetur tamen inſtituere turpem perſonam.*
Frater præteritus, vel exhæredatus non rumpet teſtamentum, niſi turpi perſona inſtituta.
26 *Teſtamentum fratris an rumpatur in totum, vel tantùm vſque ad legitimam.*
27 *Legata an conſeruentur annullato teſtamento per fratrem, & quid ſtante clauſula codicillari, num. 28. & 31.*
29 *Querela inofficioſi teſtamenti qualiter, & intra quantum tempus debeat per fratrem proponi, & quando ceſſet, & non competat.*
30 *Subſtitutus turpi perſonæ an admittatur excluſo fratre querelante, num. 31.*
32 *Turpis perſona quænam dicatur.*
33 *Spurius an dicatur turpis perſona.*
34 *Vxoratus tenens concubinam dicitur infamis, & turpis perſona.*
35 *Meretrix, & concubina dicitur turpis perſona.*
36 *Mulier, quæ amoris cauſa ſui copiam facit non dicitur meretrix, nec turpis perſona.*
37 *Perſonæ viles quænam dicantur remiſſiuè, &c.*

CAPVT LXXXII.

HÆreditas q. D. Equitis N. ab inteſtato defuncti nul-
lius ex ſe relictis liberis, ſed tantùm patre, & matre, 1
ac vno fratre vtrimque coniuncto de iure communi æqua-
liter videtur inter eos diuidenda in capita iuxta diſpoſi-
tionem *text. in cap. ſi igitur verſ. ſi verò Nouell.* 118.
de hered. ab inteſtat. venien. Oinot. *Inſtitut. de heredit. quæ
ab inteſtat. def. tit. de ſecundo gradu ſucceſſ. num. 23. & ſeqq.*
vbi ponit ad hoc multas declarationes. Aſcendentes enim
paris gradus nulla attenta ſexus differentia regulariter ſuc-
cedunt ab inteſtato ſuis deſcendentibus, quando ſine 2
liberis decedunt, vt in *§. præferuntur Inſtitut. ad Senat.
Conſult. Tertull. dict. cap. ſi igitur defunctus, & authent. de-
functo C. ad Tertull.* quando verò extant liberi, & deſcenden-
tes ex filio defuncto, parentes in totum excluduntur etiam à 3
legitima, & à iure dicendi de nullitate teſtamenti, vbi fuit
conditum teſtamentum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 35. in
princip.*

Et quando prout in caſu noſtro non adſunt deſcendentes
ex perſona defuncta, ſed tantùm fratres, & aſcendentes 4
ſimul æqualiter in capita ſuccedunt, *dict. authent. defuncto C.
ad Tertull.* itaut in portione tangente fratri defuncti pa-
ter non acquirat vſumfructum ſtante ſimultanea ſucceſ- 5
ſione, *authent. item hæreditas C. d. bon. quæ lib.* cum alijs
per Gratian. *diſceptat. 685 num. 3. & 4.* Intelligendo tamen
quando fratres defuncti ſunt ipſi defuncto vtrimque con-
iuncti, nam ſecus eſſet, ſi eſſent conſanguinei tantùm, vel 6
vterini tantùm, & ſic ex vno ſolo latere coniuncti, quia
tunc excluderentur à parentibus, *d. auth. defuncto, & dict.
cap. ſi igitur defunctus*, Oinot. *loco ſuprà citat. num.* 30. &
Craſſ. *de ſucceſſ. ab inteſt. qu. 24.* & quod frater vterinus tan-
tùm excludatur à matre defuncti, Magon. *deciſ. Florent.* 105. 7
num. 1.

Sicut etiam quando non extarent fratres vtrimque con-
iuncti defuncto, ſed eorum filij, pari modo admitterentur
ad ſucceſſionem vnà cum patre, vel auo, ſiue alijs aſcenden- 8
tibus in ſtirpes tamen, & non in capita, & eam portionem
acciperent, quam eorum parentes ſi viuerent accepturi eſ-
ſent, quod priuilegium ad vlteriores deſcendentes non ex-
tenditur, cùm vltrà fratrum filios in collateralibus repræ-
ſentatio locum non habeat, *auth. poſt fratres C. de legit. here-
dit. & Nouell.* 125. vt fratrum filij ſuccedant, Oinot. *vbi ſu-
prà num. 28. & 29.*

Circa quod obſeruandum erit, quod in bonis, quæ per-
uenerunt ad filium defunctum ex latere, & linea paterna,
vt ad ſuum fontem reuertantur pater in totum ſuccedere 9
debet excluſa matre, ſicut è contra in illis, quæ eidem ob-
uenerunt ex linea materna propter eandem rationem ma-
ter ſuccedere debet, excluſo penitus patrem ſecundum
opinionem Bart. *in l. quod ſcitis §. ſin autem C. de bon. quæ lib.
& in auth. itaque num. 2. C. com. de ſucceſſ.* quem ſequitur
Caſtr. *in dict. §. ſin autem num. 2.* Iaſon. *in l. poſt dotem numer.
106. ff. ſolut. matr.* Rom. *conſ. 40. nu. 5.* Boer. *deciſ. 192. nu. 2.*

Gabriel

Gabriel.*de ſucceſſ.ab inteſt.concl.*2. Theſaur. *deciſ.27.per tot.*
vbi latè hanc partem defendit, quam declarat non procede-
re, quando aſcendentes non eſſent in pari gradu, nam
tunc proximior tantùm ſuccederet, nulla habita ratione,
vnde bona prouenerint, nec etiam procedere, quando cum
10 illis concurreret frater defuncti'. Et ratio prædictorum eſſe
poteſt, quia quæ inuidia eſt, quod patris occaſione profe-
ctum eſt hoc ad eum reuertitur, vt inquit *text.in §.1.Inſti-
tut.per quas perſ.nob. acquir.* ſequitur Omot. *loc.ſup.cit.n.*ta.
& ſeqq.

Sed hæc ratio valeret tantùm in profectitijs, & nos agi-
mos de bonis, quæ omni iure ſunt filiorum, vnde contra-
11 riam opinionem, quod imò pater, & mater æqualiter ad-
mittantur nulla habita diſtinctione, vnde bona prouene-
rint, cùm par, & æquale ios habeant, & æqualis eis debea-
tur pietas, tamquam veriorem, & vſo receptam, ſequitur
Salycet. *in d.auth.itaque C.com.de ſucceſſ.* Myſing. *cent.6.ob-
ſeru.*55.Phanuc.*de Inuent.*Craſſ.*de ſucceſſ.* Fontanel. *de pact.
nupt.* & infiniti alij antiqui, & moderni relati, & approbati
per Rot. *in Romana ſucceſſionis* 17. *Iunij* 1624. *coram Mer-
lino*, vbi reſpondetur omnibus fundamentis Bart. & ſequa-
cium, & habetur poſt tract. Merlin.*de legitim. deciſ.*49. &
apud Gratian. *diſcept.*971.*num.*21. & pro hac opinione con-
ferunt declarationes ſupra relatæ ea Theſauro pro altera
parte allegato, &c.

Neque obſtat eaiſteotia patrui, quia eſt remotior gradu,
& eatra lineam rectam pater autem, & auus de aſcendenti-
bus, quorum cauſa potior eſt in ſucceſſionibus poteſt de-
12 ſcendentes, vt patet ex ordine ſucceſſionum ſecundum
Imperatorem *in d. Nouell.*118.*de hæredit.ab inteſt.venien.*&
in terminis noſtris quòd hæreditas nepotis ab inteſtato
defuncti ſpectet ad auum paternum (& tantò magis ad pa-
trem, qui eſt proximior) eacluſo patruo, ſicque auum pa-
ternom in ſucceſſione nepotis præferri patruo, & quibuſ-
13 cumque alijs tranſuerſalibus exceptis fratribus vtrimque
coniunctis, & eorum filijs, com quibus concurrere poteſt
iuxta ſuperiùs dicta, probat Surd.*conſ.*556.*n.*2.*&* 3.*per auth.
defuncto C. ad Tertul.* vbi etiam allegat Alciat. *conſ.*231.
*num.*1.*&c.*

Verùm ſupradicta procedunt tantum de iure communi,
nam ſecùs eſt ſtante ſtatuto Florent. *Rub.*130. *lib.*2.cum qoo
concordat de verbo ad verbum ſtatutum Mutilianę *Rub.*48.
14 *lib.*2. vbi diſponitur, quod nulla mnlier poſſit ab inteſtato
ſuccedere filijs, vel filiabus defuoctis, exiſtentibus ea defun-
cta perſona, aliquo filio, oepote, vel pronepote naturali, &
legitimo, vel patre, auo paterno, vel patruo, vel fratre, vel
ſorore, aut nepote ea fratre carnali. Ea quorum verborum
ordine, & ſtructura colligitur in caſu propoſito non exiſten-
te aliqoo deſcendente totam hæreditatem ſpectare ad patrē
excluſa matre, & fratre defuncti, cui fratri ea dicto ordine
verborum videretur etiam præferri patruus, quando enim
diſiunctiua ponitur inter plures perſonas inter quas cadit
15 ordinata affectio, ſeu mens ſtatuentium importat vt iuxta
ordinem litteræ, & ſcripturæ cenſeantur vocatæ ordine
ſucceſſiuo, *l.hæredes §.fin. ff.ad Tertull.* ſequitur Altograd.
conſ.59.num 6. *& 7.lib.*2. & latiſſimè *conſ.60.num.30.& ſeq.*
16 *per tot. lib.* 2. & ex ordine nominationis oſtenditur ordo af-
fectionis, & prælationis, *l.qui ſoluendo, vbi DD.ff. de hæred.
inſtit.* cum alijs per Socin. iun.*conſ.50.n.4. & 7.lib.*4. de quo
tamen ordine ſcripturæ vidend. Euerar. *in ſua topic.leg. loc.
ab ordine num.*7.8. *& ſeqq. per tot.* & correctio dicti ſtatuti
17 Florentini emanata de anno 1620. per quam in hac parte
diſponitur non obſtante dicto ſtatuto matrem cum ſorore
defuncti concurrere ad eius hæreditatem iuata diſpoſitio-
nem iuris communis, atque ipſam matrem, alioſque aſcen-
dentes maternos anteà eacluſos per agnatos maſculos vſ-
que in octauom gradnm incluſiuè facta graduum computa-
tione, prout de iure ciuili, hodie ampliùs non excludi vigore
dictæ reformationis niſi tantùm per agnatos maſculos vſ-
que in ſextum graduin incluſiuè facta computatione vt
ſupra cum alijs declarationibus, de quibus in dicta refor-
matione.

Non ergo frater defuncti eſt ſimul cum patre admitten-
18 dus, ſed ſolus pater, quia primò vocantur deſcendentes, po-
ſtea pater, auus paternus, & reliqui, vt ſuprà, & ſic patet ſta-
tuentes conſideraſſe ordinem affectionis, & non ſimul om-
nes vocaſſe, alias dictus ordo eſſet ſuperfluè, & otioſè poſi-
tus contra regulam *l.ſi quando in princ.ff.de leg.*1. cum con-
cordantibus adductis per Soc.iun.*d.conſ.*50. & per Gratian.
*diſcept.685.num.*10. *& per tot.*

Sicuti idem eſſe videmus quando teſtator inſtituit ali-
quem vnà cum eius filijs, ooo enim ſimul cum patre filij di-
cuntur vocari, ſed ordine ſucceſſiuo, & poſt mortem pa- 19
tris, Bart. *in l. Gallus, §. quidam rectè num.4.ff. de lib. &
poſth.* Gratian. *diſcept.*585. *num.*1. *& ſeqq.* ſequitur Alto-
grad. *conſ.*63. *num.*5. *lib.*2. vbi loquitur in Statuto, cum
declarationibus tamen de quibus latè Menoch. *lib.4. præ-
ſumpt.70. per tot.* Clar. *§.Teſtamentum quæſt.*80. prout idem 20
eſt in contractibus, in quibus emeos pro ſe, & filio dicitur
emere ordine ſucceſſiuo, ita vt patre viuente nullum ius
habeat filius, Alea. *in d. l. Gallus, §. quidam rectè n.*8. Ma-
gon. *deciſ. Flor.*104. *num.*2.

Et ſtante alternatiua quod filij abſolutè cenſeantur vocati 21
ordine ſucceſſiuo, & non concurrant cnm patre, affir-
mant omnes *in d. §. quidam rectè*, Clar. *§. Teſtamentum d.
quæſt.*80. *concluſ.*3. & Menoch. *d.præſumpt.70.num.*30. va-
let autem argumeotum de teſtamento ad ſtatutum, ſicut è 22
contra, cùm dicantur pari paſſu ambulare, Soc.iun. *d.conſil.*
50.*num.*10. Euerard. *in loc. ab vltim. volunt. ad legem ſtat.
vel conſuetud. &c.*

Stante igitur excluſione matris per dictum ſtatutum erit
etiam eacluſa à legitima, quia eacluſus à ſucceſſione dicitur
etiam excluſus à legitima, quæ eſt portio eius quod quis 23
eſſet habiturus ab inteſtato, & pars non datur eius quod ni-
hil eſt, cùm non entis nullæ ſint qualitates, præcipuè cùm
in caſu noſtro ſtatutum illi reſeruet alimenta, Magon. *deciſ.
Florent.*20. *n.*12. Dnran. *deciſ.*258. *num.*13. & latè declarat
Merlin.*de legit.lib.3.tit.1.q.2.num.42.& ſeqq.per tot.* Contra-
rium quando nihil reſeruatur loco legitimè latiſſimè probat
Altograd.*conſ.*56. *&* 57. *per tot. lib.*1.

Et eadem ratione etiam frater erit eacluſus à petitione
legitimæ, & quia fratri non debetur legitima in bonis fra- 24
tris defuncti niſi turpi perſona inſtituta, Gratian. *diſcept.
forenſ.cap* 135.*n.*23. non enim tenetur frater fratrem, vel
ſororem inſtituere, & præteriti, vel eahæredati non rum-
punt teſtamentum niſi tur pi perſona hærede inſtitua, *l.fra-* 25
tres, C.de inoff.teſtam. Surd. *de alim.priuil.95.tit.9. n.*1. Gra-
tian. *diſcept* 448.*n.*31.*&* 32.

Inſtituta autem turpi perſona (vt etiam de hoc aliquid
obiter adnotemus) teſtamentum rumpitur in totum, & 26
non vſque ad legitimam tantùm, niſi fuerit etiam aliquid
fratri relictum, quia tunc rumperetur vſque ſolùm ad le-
gitimam, & non in totum agendo ad ſupplementum per
querelam inofficioſi, Clar. *§. teſtamentum quæſt.*50. *per tot.*
Afflict. *deciſ.*204.Gratian.*diſcept.*135.*n.*23. *&c.* Perſona ta-
men hooeſta inſtituta cum turpi retinet hæreditatem pro
ſua parte, nec frater eacluſus poteſt quoad eam reuocare,
Menoch. *conſ.*1137.*n.*52. *lib.*12. Gratian. *d.cap.*448.*n.*32.

Et annullato teſtamento per huiuſmodi præteritionem
fratris, & inſtitutionem turpis perſonæ conſeruantur lega- 27
ta per *auth. ex cauſa C. de lib. præter.* ad conſeruandaio te-
ſtatoris voluntatem omni meliori modo iuata opinionem
Afflict. *deciſ.*125. vbi intelligit præcipuè ſtante clauſula co-
dicillari, per quam venientes ab inteſtato intelligantur gra-
uati reſtituere hæreditatem hæredi ſcripto, ſequitur Clar.
*in §. teſtamentum quæſt.*52. *verſ ſed quæro tu ſcis, &c.* & The-
ſaur. *deciſ.*128.*n.*6. *& ſeqq.* vbi poſt multa hinc indè deducta
videtur ſequi hanc opinionem Afflicti, ſed contrariam
opinionem videtur ſequi Vrſil. *in Add. ad deciſ.*125. etiam 28
ſtante clauſula codicillari quæ iſto caſu nihil operatur, cnm
venientes ab inteſtato non poſſint dici rogati de reſtituen-
do dictæ turpi perſonæ inſtitutæ, Dec *conſ.*561.*lib.*7.ſicuti
etiam contra Afflictum concludit Ludouiſ. *deciſ.*271. *n.*6.
vbi plures alios allegat, & hæc opinio etiam mihi magis
arridet, præſertim quando ſumus in caſu in quo teſtamen-
tum rumpitur in totum iuata ſuperiùs dicta, &c.

Deberet tamen querela inofficioſi teſtamenti intra quin-
quennium proponi, nec tranſmittitur ad hæredes niſi iam
præparata, & propoſita fuerit, nec competit fratribus vte-
rinis, nec quando turpis perſona inſtituta viuente teſtatore 29
redacta fuerit ad honeſtam, & laudabilem vitam, nec quan-
do frater querelare volens, vel teſtator eſſet ipſe etiam tur-
pis perſona, nec quando illa turpis perſona inſtituta erat
etiam ab inteſtato ſucceſſura, nec quando teſtator erat Cle-
ricus, vel querelare volens fuit ingratus, vel agnouit ali-
qoid ſibi relictum in teſtamento, ſicut nec quando eſſemus
in ſorore excluſa per ſtatutum à ſucceſſione fratris, quia
omnibus his caſibus ceſſat querela inofficioſi teſtamenti
quoad fratrem etiam turpi perſona inſtituta, prout latè de-
clarat Michalor. *de fratr. part.3. cap.2.per tot.* Gratian. *di-
ſcept.*

*ſcept. forenſ. cap.*135. vbi tractat de fratre iurato, & *cap.* 78.
*& cap.*213.
Quid autem ſi inſtituta turpi perſona illi fuerit datus ſub-
ſtitutus vulgaris honeſtus, & non turpis, an teſtamento
annullato per querelam ſit locus huiuſmodi ſubſtituto, ita
vt turpis perſona excludatur à fratre, & frater ab ipſo ſub-
30 ſtituto, hinc indè diſputat Theſaur. *deciſ.* 127. *per tot.* vbi
tandem videtur concludere pro ſubſtituto, & an huiuſmodi
teſtamentum ſuſtineri poſſit ſaltem per clauſulam codicilla-
rem in vim fideicommiſſi, latè differit idem Theſaur. *deciſ.*
128. vbi poſt multa hinc indè deducta videtur concludere
quòd ſi ab ipſa turpi perſona petatur hæreditas virtute fidei-
commiſſi reſultantis ex dicta clauſula codicillari non ſuſti-
31 neatur, ſed in totum rumpatur, cùm ſemper militet incapa-
citas, & odium illius turpis perſonæ, ſi verò dictæ turpi per-
ſonæ fuerit datus ſubſtitutus vulgaris ſuſtinetur fauore il-
lius ſubſtituti, cùm tunc ceſſet odium turpis perſonæ, & ſic
erit locus ſubſtitutioni ſi non directè ſaltem per obliquum,
vt per Theſaur. *d. deciſ.* 128. *n.* 4. *&* 5.
Quænam autem dicantur turpes perſonæ, & infames, &
32 viles, ad hoc vt ſi fuerint inſtitutæ competat fratri querela
inofficioſi teſtamenti, vide Fabr. *in* §. *ſoror. Inſtit. de inoff.
teſtam.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*213. *num.*21. *& cap.*135.
*n.*5. & latè videndus Michalor. *de fratr. p.*3. *cap.*2. *n.*37. *&c.*
Ao ſpurij ad hunc effectum dicantur turpes perſonæ, &
33 quid ſi fuerint diſpenſati à Principe, Gratian. *diſcept.*936. *per
tot.* & Theſaur. *deciſ.*126. *per tot.*
Quod vxoratus tenens concubinam ſiue in domo, ſiue
34 extra ſit infamis, & non poſſit inſtitui, Dec. *conſ.*530. quem
refert, & ſequitur Theſaur. *deciſ.*130. *num.* 4. *in fine*, ſicut
etiam ipſa meretrix, & concubina dicitur turpis perſona
35 ad effectum, vt illa inſtituta detur fratri contra teſtamen-
tum fratris querela inofficioſi, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*
863. *num.*8. *&c.*
Non tamen diceretur meretrix, quæ amoris cauſa inter-
36 dum amanti copiam ſui faceret, & ideò nec turpis perſona
talis mulier appellari poſſet, ad effectum prædictum, nec
alios effectus ſimiles, vt benè explicat Menoch. *de arbitr.
caſ.*328. *per tot.*
37 Et quænam dicantur viles perſonæ, tradit Cabal. *reſol.
crim. caſ.*300. *num.*91. *&c.*

ARGVMENTVM.

Acquiſita per vnum ex filijs an, & quando ſint alijs communicanda, quid in lucro dotali, & ſimilibus.

SVMMARIVM.

1 *Acquiſita non ex bonis maternis, ſed à matre, vel aliundè dicuntur aduentitia, nec ſunt fratribus communicanda.*
2 *Melioramenta facta à patre in bonis aduentitijs an, & quæ ſint fratribus communicanda.*
3 *Donatio in dubio cenſetur facta contemplatione perſonæ nominatæ.*
4 *Perſona contemplata attenditur in contractibus.*
5 *Lucrum dotis an, & quando ſit cum fratribus communicandum, n.*6.
7 *Lucrum dotis non propriè lucrum, ſed onus dicitur.*
8 *Expenſa cauſa militiæ non imputantur fratri, qui illas fecit, num.*9.
10 *Acquiſita cum pecunia patris dicuntur profectitia, & imputantur, num.*12.
11 *Bona penes filium reperta præſumuntur à patre proueniſſe.*
12 *Lucrum in dubio pro medietate tribuitur pecuniæ, pro alia medietate induſtriæ filij.*
13 *Acquiſita per filium dicuntur aduentitia, data poſſibilitate lucrandi ex propria induſtria.*
14 *Filius qui nomine patris negotiatus fuit ſalarium prætendere poteſt.*
15 *Donatio facta cauſa Sacerdotij an imputetur, & conferatur cum fratribus, & n.* 16.
17 *Acquiſita poſt mortem patris qualiter ſint inter fratres diuidenda.*

CAPVT LXXXIII.

PRo reſolutione dubiorum vertentium inter N. N. fra-
tres in diuiſione inter eos facienda ratione quæſitorum
viuente Patre, ſuper quibus conſultus fui pro concordia
partium, & amicabili compoſitione exiſtimo infraſcripta eſſe
iure admittenda, &c.
Primò, quòd omnia quæſita per Franciſcum non ex bo-
nis paternis, ſeu aliundè ex proprijs laboribus, & proſpera
fortuna, vel à matre occaſione illius dotis, ſiue alia de cau-
ſa, vel à quolibet alio extraneo dicuntur peculium aduen-
titium ipſius, & licet in vita patris ad patrem ſpectauerint
quoad vſumfructum, illo mortuo conſolidantur, & efficiun- 1
tur propria ipſius Franciſci, nec cum fratribus veniunt com-
municanda, nec in quartam ſiue legitimam imputanda, DD.
in l. cum oportet, C. de bon. quæ lib. Otnot. *Inſtit. per quas perſ.
cuique dom. acquir. n.*12. Merlin. *de legit. lib.*2. *tit.*2. *q.*27. Mi-
chalor. *de fratr. part.*1. *cap.*3. *&* 5.
Melioramenta tamen neceſſaria, & vtilia reſpicientia per-
petuam rei vtilitatem, & non ſimplicem fructuum recolle-
ctionem facta à Patre viuente in dictis bonis aduentitijs non
compenſantur cum fructibus, ſed veniunt conferenda in
diuiſione, ac imputanda in partem, niſi eſſent adeò modicæ 2
quantitatis, vt poſſent præſumi facta ſine animo repetendi,
voluptuaria verò ſi tolli, & ſeparari poſſunt ſine aliqua læ-
ſione rei, permittitur illorum ſeparatio, & ablatio, cum quo
ad illam non ſit locus collationi, nec imputationi, ſed tantùm
ſeparationi, iuxta prædicta videndus Merlin. *de legit. lib.*
2. *tit.* 2. *quæſt.*28. *per tot.* Michalor. *de fratr. d. cap.*5. *num.*12.
& ſeqq.
Ac idem dicendum eſt de donatione facta dicto Franci-
ſco ab eius Patruo adhuc viuente Patre, nempè quod & ipſa
ſit peculium aduentitium, & iuxta eius naturam regulari
debeat cùm in dubio præſumatur facta intuitu, & contem-
platione ipſius Franciſci, & non Patris, quicquid ſecùs eſſet, 3
vbi extarent conjecturæ demonſtrantes, quod fuerit facta
contemplatione, & intuitu patris, quia tunc diceretur pecu-
lium profectitium, & in totum ſpectaret ad Patrem, ac poſt
illius mortem eſſet æqualiter diuidendum, ad tradita per
Menoch. *de præſumpt. lib.*3. *præſumpt.*28. *num.*17. *& per tot.*
Michalor. *de fratr. part.*1. *cap.*7. *per tot.* Gratian. *diſcept. fo-
renſ. cap.*663. *in princ. & cap.*971. *num.*7. *& ſeqq. & num.*42. In
contractibus enim attenditur potius perſona contemplata, 4
& cui tradens intendit acquirere, quam perſona nominata,
vt per Magon. *deciſ. Flor.*49. *per tot. & deciſ.*77. *per tot.* Gra-
tian. *diſcept.* 970. *per tot.*
Quo verò ad dotem lucratam vigore ſtatuti, ſi huiuſmo-
di lucrum obuenit poſt mortem Patris non eſt dubium dici 5
peculium aduentitium, & non eſſe cum alijs fratribus com-
municandum, ſed eſſe proprium, & præcipuum ipſius viri,
*l.*2. *C. famil. ercis. l. fin. C. de collat.* Bart. & Alex *in l. ſi cum
dotem* §. *tranſgrediamur, ff. ſolut. matrim.* latè Roland. *de
lucr. dot. q.*110. *per tot.* cum alijs per Michalor. *de fratr. part.*5.
*cap.*8. *num.*7. *& ſeqq.*
Si autem obuenit viuente Patre, qui de communi ſub-
ſtantia onera matrimonij ſupportauit, niſi aliter conſtet de
eius voluntate videtur dicendum, quod ipſi Patri acquira- 6
tur, & debeat, ac alijs fratribus communicari, præſertim
ſi deferatur a ſtatuto, ratione onerum matrimonij, & illi
qui onera matrimonij ſuſtinuit, *gloſ. in l. dotem, ff. de Caſtr.
pecul.* Alex. *in d.* §. *tranſgrediamur num.*12. cum alijs per The-
ſaur. *deciſ.*46. *num.*3. *& num.*7. à quo non videtur diſſentire 7
ipſe Roland. *d. quæſt.* 110 Sicut enim expenſæ fuerunt factæ
de communi, ita etiam commune deberet eſſe huiuſmodi
lucrum, quod propriè lucrum non dicitur, ſed onus, &
de illo iudicatur prout de damno, cùm originem trahat
ab oneribus matrimonij, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.*781.
num. 47.
Secundò animaduertendum eſt, quòd expenſæ armorum,
equorum, cauſa veſtiendi, & ſimiles factæ viuente Patre à
dicto Franciſco, dum pluries in ſeruitio Sedis Apoſtolicæ
comeare coactus eſt ſubminiſtratis ſibi pecunijs à Patre,
non debent in eius partem imputari, nec illam diminuere, ni
aliter de voluntate Patris appareat, cùm omnia data à Patre 8
occaſione militiæ, vel eo conſentiente ad caſtra delata, ſicut
ſtipendia, donationes, legata, & omnia quocumque modo
ratione militiæ quæſita, vel in Palatio, & ſeruitio Principis,
dicantur peculium caſtrenſe, *l. caſtrenſe, ff. de caſtr. pecul.*
quod eſt proprium ipſius filij, & in eo reputatur paterfam. & 9
poteſt liberè de illo diſponere, adeò vt etiam ſi aliquid ex-
taret non ſit imputandum in partem, nec conferendum,
Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*993. *num.*10. Merlin. *de legit. lib.*
2. *tit.*2. *q.*11. Michalor. *de fratr. part.*1. *q.* 1. *& cap.*5. *num.*1.
& ſeqq.

Ter-

10 Tertiò aduertendum eſt, quod licet acquiſita ab ipſo Fran-
ciſco cum pecunia Patris in mercatura boum, ſerici, & ſi-
milium rerum proprio nomine negotiando videantur pro-
fectitia, & in totum patri acquiri, & poſt eius obitum eſſe
alijs fratribus communicanda, cùm id quod ex meo fit,
meum eſſe debeat, & cùm fructus peculij profectitij, quale
abſolutè reputatur dicta pecunia tradita filio cauſa negotia-
tionis, ſequantur naturam ſui principalis, & ipſi etiam effi-
ciantur peculium profectitium, *gloſ. in l. cum oportet, C. de
bon. quæ lib.* Michalor. *de fratr. part. 1. cap. 6. num.* 12. Gratian.
diſcept. 401. *num.* 19. *diſcept.* 543. *num.* 2. *& diſcept.* 788. *num.*
16. præcipuè non facto inuentario, cùm tunc bona penes
11 filium reperta præſumantur paterna, & à Patre prouenisſ-
ſe, Magon. *deciſ. Florent.* 27. *num.* 19. *& deciſ. Luc.* 6.
num. 46. vbi quod facto inuentario ceſſaret hæc præſum-
ptio, &c.

Cùm tamen huiuſmodi acquiſitionibus ex cauſa nego-
tiationis plurimum operæ, & induſtriæ filij proprio nomi-
ne agentis interuenerint, debent talia acquiſita ex hoc capite
in dubio pro medietate dici profectitia, & illorum naturam
ſequi, ac cum alijs fratribus communicari; pro alia ve-
rò medietate aduentitia, & ſecundùm illa regulari, ac
eſſe propria acquirentis quaſi in dubio lucrum pro me-
dietate ſit tribuendum pecuniæ Patris, pro alia verò
12 medietate induſtriæ filij, quæ dicitur res ſeparata à bonis
paternis, niſi appareret plus tribuendum eſſe induſtriæ filij,
vel è contra, quia tunc ſecundùm id quod appareret, poſſet
pro maiori parte dici aduentitium, vel profectitium, Meno-
ch. *de arbitr. caſ.* 126. pulchrè Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 534.
num. 16. *& ſeqq.* Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *q.* 26. *num.* 10. *& c.*
Michalor. *de fratr. p.* 1. *cap.* 6. *num.* 13. *& cap.* 4. *num.* 2. *& c.*
præſertim cùm ſimus in filio induſtrioſo, & ſagaci, nec ad-
ſint coniecturæ in contrarium, ad tradita per Michalor. *d.
cap.* 6. *num.* 16. *& ſeqq.* imò data poſſibilitate lucrandi ex pro-
13 pria induſtria bona acquiſita dici aduentitia, quamuis filius
bona Patris adminiſtrauerit, teſtatur Duran. *deciſ.* 429. *num.*
2. *& ſeq.* Vbi verò filius nomine Patris, & proprio negotia-
14 tus fuerit, poterit tantummodò petere ſalarium ſuæ admini-
ſtrationis, Merlin. & Michalor. *loc. cit.*

Quid autem dicendum ſit de donatione facta R. D. Ioan-
ni contemplatione Clericatus, & vt poſſet ad Sacros ordi-
ne promoueri, maior eſt difficultas, cùm hincindè ſint opi-
15 niones, an talis donatio ſit imputanda, vel conferenda cum
fratribus, & non eſſe imputandam, nec conferendam ar-
guit Crauett. *conſ.* 136. *per tot.* cum alijs per Merlin. *de legit.
lib.* 2. *tit.* 2. *quæſt.* 23. Gratian. *diſcept.* 159. *num.* 31. *& diſcept.*
297. *num.* 8.

Sed in caſu noſtro cùm conſtet de voluntate patris, vt mi-
hi ſupponitur quòd dicta donatio imputetur in eius partem,
vtique imputandam, & conferendam eſſe non eſt dubitan-
dum, cùm in hoc voluntas patris quoquomodo appareat ſit
16 omninò attendenda, Merlin. *d. q.* 23. *per tot.* vbi plures alle-
gat, quinimò abſolutè, & ſemper etiam in dubio eſſe impu-
tandam, & conferendam tenet Michalor. *de fratr. part.* 1.
cap. 20. *num.* 8. *& ſeqq.*

17 Et qualiter acquiſita poſt mortem patris citra nomen ſo-
cietatis ſint inter fratres diuidenda, tradit Felic. *de ſociet.
cap.* 3. *num.* 37. *& ſeqq.*

A R G V M E N T V M.

Fideiuſſor euictionis quando præſtari debeat, an creditor teneatur de illa, vel ad pretij reſtitutionem, & an de hoc cauere. Intereſſe dotis an debeatur viduæ, quid ſi tranſeat ad ſecunda vota, & latè quando debeantur fructus recompenſatiui, vel non.

S V M M A R I V M.

1 *Fideiuſſor euictionis quando præſtari debeat, etiam ſi de illo non fuerit conuentum ab initio.*
2 *Euictio quando imminere dicatur.*
3 *Creditor vendens iure creditoris bona ſui debitoris, an & quando obligetur de euictione, num. 4.*
5 *Euictio licet non debeatur, debetur pretij reſtitutio.*
6 *Cautio de reſtituendo prioribus creditoribus an, & quando præſtanda.*
7 *Intereſſe dotis non debetur ſoluto matrimonio, etiam ſi extent filij.*
Niſi adſit pactum, vel ſtatutum ita diſponens.
8 *Intereſſe dotis an, & quando debeatur viduæ illa ſibi non reſtituta.*
9 *Conſuetudo ſoluendi intereſſe dotis quomodo ſit interpretanda.*
10 *Intereſſe dotis debetur quando vidua tranſiuit ad ſecundas nuptias.*
11 *Poſſeſſor non tenetur actione perſonali, ſed tantum reali.*
12 *Poſſeſſor rei cenſuatæ tenetur actione perſonali in rem ſcripta.*
13 *Poſſeſſor tenetur actione perſonali pro publicis tributis.*
14 *Officiales Status Florentiæ qualiter grauent certos poſſeſſores.*
15 *Fructus recompenſatiui non ſoluto pretio debentur.*
16 *Emptor non ſoluto pretio an teneatur ad damnum emergens, vel lucrum ceſſans venditoris.*
17 *Fructus recompenſatiui debentur etiam vbi pretium non fuit ſolutum ob imminentem euictionem, vel non implementum partis, num. 18.*
19 *Fructus recompenſatiui non debentur pro rata pretij ſupplendi ex remedio l. 2. C. de reſcind. vend.*
20 *Fructus recompenſatiui debentur emptori pro rata pretij ſoluti, ſi res non fuerit tradita, vel fuerit euicta.*
21 *Fructus recompenſatiui an debeantur ſtante tacita euictione ſibi ipſi mutata cauſa per emptorem facta.*
Emens rem propriam qualiter poſſit repetere pretium.
22 *Fructus recompenſatiui an debeantur emptori pro pretio ſoluto, ſtante nullitate contractus ob quam res ab eo auocatur vnà cum fructibus.*
23 *Fructus an percipi poſſint ex actu nullo.*
24 *Fructus recompenſatiui non debentur, quando non fuerunt percepti.*
Iniquum reputatur exigere fructus ab eo, qui illos non percepit.
25 *Fructus melioramentorum non habentur in conſideratione.*
26 *Fructus percepti tantum, & non qui percipi potuerunt habentur in conſideratione, niſi conſtet de dolo.*
27 *Emptor domus non tenetur ad intereſſe pretij, ſi illam non habitauit, nec alteri locauit.*
28 *Solutio præſumitur facta in extinctionem durioris obligationis, & in qua currere poſſunt vſuræ.*
29 *Debitor an, & quomodo poſſit declarare ad quem computum velit ſolutionem factam cedere, & quomodo electio deuoluatur ad creditorem.*
30 *Fructus recompenſatiui, an & quando poſſint ab initio taxari, vel ex Iudicis officio.*
31 *Fructus recompenſatiui indigent legitima liquidatione.*
32 *Fructus pretij non ſoluti non debentur, quando res eſt ſterilis.*
33 *Fructus recompenſatiui non debentur, niſi prius conſtet, quod fuerint percepti, nec poſſunt in fraudem vſuræ taxari.*
Fructus recompenſatiui non debentur, quando fuit habita fides de pretio, & tranſlatum dominium.
34 *Cautela, vt recipi poſſint fructus recompenſatiui.*

C A P V T LXXXIV.

QVidam creditores vendiderunt iure creditorum, &
cum mandato Domini, & debitoris, vnam eius do-
mum ad effectum ſibi ſatisfaciendi de pretio conuento iuxta
æſtimationem factam, quo tamen pretio nondum ſoluto
inſurrexerunt filij ipſius debitoris, & repudiata hæreditate
paterna petierunt ſummam librarum ſexcentum pro doti-
bus maternis, & ideò cùm in limine contractus, hoc eſt an-
te pretij ſolutionem immineret euictio, emptor retinuit pe-
nes ſe dictam ſummam, quæ erat vltima paga dictæ do-
mus, vt ſibi præſtarentur fideiuſſor de euictione, qui hoc
caſu debet præſtari, licet à principio de illo inter contra- 1
hentes actum non fuerit, iuxta tradita per Maur. *de fide-
iuſſ. part.* 1. *ſect.* 3. *cap.* 18. *num.* 19. *& ſeqq. & in tract.
de ſolut. cap.* 45. *per totum*, Magon. *deciſ. Florent.* 80.
quando autem ad hunc effectum dicatur verè imminere 2
euictio, & non ſit affectata, tradit Menoch. *de arbitr.
caſ.* 224.

Nec dubitari poteſt dictos venditores teneri de euictione,
quia quamuis creditores vendentes iure creditorum regu-
lariter non teneantur de illa, ſed debitor ipſe, cuius bona ven- 3
dun-

dontur, quando Iudex ritè, & rectè proceſſit, aliàs ſecùs,
Rot. penes Poſth. *de ſubhaſt. deciſ.* 4. *num.* 3. *& per tot.* adde
Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 281. *num.* 33. *& ſeqq.* Attamen
cùm in caſu noſtro expreſsè illam promiſerint, & cùm
mandato debitoris nulla ſeruata iudicij forma vendiderint
4 etiam pro maiori ſumma, quàm verè ipſi eſſent creditores,
tenentur de euictione, *l.* 1. *&* 2. *C. credit. euict. pign. non
deb. vbi gloſs.* Magon. *deciſ. Flor.* 32. *num.* 2. latè Poſth. *de
ſubhaſt. inſpect.* 63. *&* 64. Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 3. *quaeſt.*
101. poſt Neguſ. *eod. tract. part.* 6. *memb.* 1. *num.* 40. Et in
omnem caſum abſque dubio tenerentur ad pretij reſtitutio-
5 nem, quæ ſemper debetur, licèt ex pacto non præſtaretur
euictio, niſi etiam iſta fuiſſet expreſsè remiſſa, *l. empto-
rem* §. *pen. & fin. ff. de act. emp. l. non dubitatur C. de euict.*
Bart. *in l.* 1. *C. de peric. & comod. rei vend. verſ.* 2. *quaero.*
6 Ac deberent præſtare cautionem de illo reſtituendo potio-
ribus, & anterioribus creditoribus, ſi in poſterum detegan-
tur Paciſ. de Saluian. *inſpect.* 5. *cap.* 1. *num.* 49. & Rot. poſt
eum *deciſ.* 15. quamuis de hac opinione dubitet Merlin. *de
pign. lib.* 4. *tit.* 1. *quaeſt.* 34. & quod hæc cautio non præſte-
tur niſi in actione tributoria, & concorſu creditorum, qua-
lis videtur caſus noſter Duran. *deciſ.* 421. *num.* 10. *& ſeqq.*
Et tandem multis annis elapſis, cùm dicti venditores
per ſe reputarentur idonei, emptor de illorum conſenſu ſol-
uit dictis filijs debitoris ſupradictam ſummam librarum
ſexcentum abſque alia cautione, & fideiuſſione, &c.
Sed quia prætendebant etiam fructus dictæ ſummæ me-
dio tempore decurſos, tamquam agerent de credito dotali
iuxta *c. ſalubriter de vſur.* exiſtimo illos nullo modo debe-
ri, quia ſumus extra caſum *d. c. ſalubriter*, quod procedit
tantùm fauore mariti pro oneribus matrimonij ſuſtinendis
7 durante ipſo matrimonio, cùm illo ſoluto non debeantur,
etiam ſi extarent filij vxoris prædefunctæ, qui videntur re-
liquiæ, & pars onerum matrimonij, cùm propriè onera
matrimonij conſiſtant in alimentatione vxoris, non verò
filiorum, qui à patre de proprio ſunt alendi, & educandi
iuxta veriorem opinionem, quam reſpondendo omnibus
contrarijs latè firmat Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 427. *per
tot. & in Add. in fine tertij tomi*, ac alibi ſæpè, quicquid
contrarium poſſet ſuſtineri, vbi adeſſet pactum de illis ſol-
uendis etiam ſoluto matrimonio, vel ſtante ſtatuto ita di-
ſponente prout Romæ idem Gratian. *diſceptat.* 920. *per tot.*
Et ideò de iure communi eodem modo non debentur vi-
duæ pro dote ſibi non reſtituta ab hæredibus viri prædefun-
cti, quaſi nil poſſit recipi ob retardatam ſolutionem ex pe-
8 cunia ſine labe vſurarum omni iure prohibitarum etiam
ſub nomine, & prætextu alimentorum, cùm ſibi potiùs
imputare debeat ſi non exegit dotem, quam exigere pote-
rat, & tantò minus debentur eius filijs, & hæredibus, cùm
priuilegium percipiendi fructus dotales ſit perſonale, & ad
hæredes non tranſeat, niſi per viduam aliquid perciperetur
ratione lucri ceſſantis ſi eſſet ſolita negotiari, & probare-
tur intereſſe cum debitis requiſitis in alijs caſibus neceſſa-
rijs, vel ratione damni emergentis pariter legitimè iuſtifi-
cati, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 244. *per tot. & cap.*
240. *num.* 3. Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 2. *quaeſt.* 80. Theſaur.
deciſ. 43. 44. *&* 45.
[Et ideò de iure communi eodem modo non debentur
viduæ pro dote ſibi non reſtituta ab hæredibus viri præde-
functi, quaſi nil poſſit recipi ob retardatam ſolutionem ex
pecunia ſine labe vſurarum omni iure prohibitarum etiam
9 ſub nomine, & prætextu alimentorum, cùm ſibi potiùs
imputare debeat ſi non exegit dotem, quam exigere pote-
rat, & tantò minus debentur eius filijs, & hæredibus, cùm
priuilegium percipiendi fructus dotales ſit perſonale, & ad
hæredes non tranſeat, niſi per viduam aliquid perciperetur
ratione lucri ceſſantis ſi eſſet ſolita negotiari, & probaretur
intereſſe cum debitis requiſitis in alijs caſibus neceſſarijs,
vel ratione damni emergentis pariter legitimè iuſtificati,
latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 244. *per tot. & cap.* 240.
num. 3. Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 2. *quaeſt.* 80. Theſaur.
deciſ. 43. 44. *&* 45.]
Præcipuè in caſu noſtro, vbi dicta mulier nullam vnquam
fecit interpellationem, vel diligentiam exigendi dictam
ſummam, prout facere tenebatur, ac aliundè percepit ali-
10 menta donec vixit, adeò vt quælibet conſuetudo ſoluendi
huiuſmodi intereſſe eſſet hoc modo interpretanda, ſcilicet
facta interpellatione cum omni poſſibili diligentia, &
quando mulier non poſſet aliundè viuere, vel legitimè pro-
bato lucro ceſſante, ſiue damno emergente, & non aliter,

niſi tranſitum feciſſet ad ſecundas nuptias, quia tunc de-
beretur intereſſe non mulieri, vel eius hæredibus, ſed ſe-
cundo marito onera matrimonij ſupportanti pro rata tem-
poris quo durat matrimonium, latè Duran. *deciſ.* 176.
num. 4. *& ſeqq.*
Et quamuis tale interuſurium dotale deberetur, quod
non eſt dicendum ex ſuperiùs firmatis, non poſſet augere
debitum emptoris, qui cum dictis filijs debitoris nunquam
contraxit, nec quaſi contraxit, nec in ſe tale debitum accol-
lauit, & ideò ſoluto integro pretio conuento ad nil aliud
tenetur, & non poteſt conueniri actione perſonali, ſed tan- 11
tùm reali vti tertius poſſeſſor rei obligatæ, Rot. apud Sca-
puc. de Saluian. *lib.* 2. *quaeſt.* 6. *in fine*, Gratian. *diſcept.* 24.
per tot. quidquid alias poſſeſſor rei cenſuatæ teneatur actio-
ne perſonali in rem ſcripta, Gratian. *diſcept.* 955. *num.* 38. 12
Sicut etiam pro publicis muneribus, & tributis datur actio
perſonalis contra tertios poſſeſſores, idem Gratian. *diſcept.*
423. *num.* 37. *& num.* 69. In quo puto fundari, & defendi
poſſe praxim aliàs rigoroſam nonnullorum officialium, qui 13
pro creditis Magiſtratuum Ciuitatis Florentiæ grauant, &
compellunt de facto tertios poſſeſſores etiam per pignora-
tionem, & ablationem rerum propriarum ipſorum poſſeſ- 14
ſorum, imò quandoque per eorumdem carcerationem,
quod tamen à iure alienum videtur, cùm ſat eſſet capere
bona pro debito obligata, vel illorum fructus ſequeſtrare,
abſque eo quod tertij poſſeſſores in proprijs, vel perſona
grauentur, prout per diſcretos Iudices ſeruatur, &c.
Maior autem eſt difficultas, an dictus emptor vti debi-
tor bonorum ſtabilium fructiferorum teneatur ſaltem ad
fructus recompenſatiuos ex æquitate, *l. curabit C. de act.
& empt.* & quidem teneri prima facie dicendum videtur, 15
nam cum penes ſe habuerit rem, & partem pretij æquum
eſt, vt pro rata teneatur ad intereſſe, quamuis ei nulla mo-
ra poſſit imputari, Magon. *deciſ. Luc.* 17. *num.* 28. Duran.
deciſ. 34. Ludouiſ. cum Annot. Beltram. *deciſ.* 297. *& de-
ciſ.* 347. quinimmò videretur etiam teneri ad damnum
emergens, ſi probetur, quamuis excederet quantitatem 16
fructuum rei emptæ, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 524. *num.*
8. *& num.* 59. an autem ad intereſſe lucri ceſſantis probatis
requiſitis, de quibus Caſt. *in l.* 3. *ff. de eo quod cert. loc.* Af-
flict. & Vrſil. *deciſ.* 20. *per tot.*
Nec dictum emptorem releuare poſſe videtur, quòd re-
tinuerit dictam partem pretij propter imminentem eui- 17
ctionem, vt ſibi de illa caueretur, quo caſu emptor facit
fructus ſuos etiam pretio non ſoluto, nec ad vllum intereſſe
tenetur, Afflict. *d. deciſ.* 20. *num.* 5. Quia contraria opinio
eſt verior, & ab alijs communiter tenetur, reprobato Af-
flicto cùm ſemper militet illa ratio, quòd penes ſe habuerit
rem, & pretium, & ideò ad intereſſe teneri etiam ſi expreſsè
fuiſſent promiſſi fideiuſſores, & non dati, vel quid ſimile 18
conuentum, & non impletum, Vrſil. *d. deciſ.* 20. *num.* 8.
Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 588. *num.* 22. *& ſeqq. ad* 40. *&
cap.* 939. *num.* 18. Magon. *deciſ. Florent.* 143. *num.* 17.
Huiuſmodi tamen fructus recompenſatiui non deberen-
tur pro rata pretij ſupplendi ex remedio *l.* 2. *C. de reſ. ind.
vend.* niſi poſt moram, & litem conteſtatam, quaſi tunc 19
emptor habeat titulum coloratum, & bonam fidem ad fa-
ciendum fructus ſuos, licèt poſtea contractus reſcindatur,
Magon. *deciſ. Flor.* 23. *num.* 8. Simoncel. *de decret. lib.* 3.
tit. 7. *num.* 14.
Sicut è contra dicti fructus recompenſatiui debentur
emptori pro rata pretij ſoluti, ſi res vendita ſibi non fuerit
tradita, vel ſi ſibi fuerit euicta adeò, vt fructus ex illa perci-
pere non potuerit propter eandem æquitatem *d. l. curabit C.* 20
de act. empt. Magon. *d. deciſ.* 143. Rot. per Burat. *deciſ.* 240.
num. 9. *& coram Decano in Aſculana Pecuniaria* 13. *Mar-
tij* 1606.
An autem debeantur in tacita euictione ſibi ipſi facta per
emptorem, quando bona fide, & ignoranter emit rem pro-
priam, ſi habita poſtea de hoc notitia ſibi moret titulum, &
cauſa poſſeſſionis ex primæua cauſa, prout facere poteſt
etiam ſolo animò incipiendo poſſidere ex primæua cauſa, 21
& titulo, & agendo ad reſtitutionem pretij cum omnibus
damnis, & intereſſe etiam contra fideiuſſores euictionis,
tradit Magon. *deciſ. Florent.* 48. Caualer. *deciſ.* 536. *& de-
ciſ.* 604. Merlin *de pign. lib.* 4. *tit.* 5. *quaeſt.* 115. *per tot.*
Et eodem modo deberentur emptori pro pretio ſoluto,
etiã ſtante nullitate contractus, & mala fide ipſius ob quam
fuiſſet condemnatus ad reſtitutionem rei vnà cum fructi- 22
bus, Rot. Senen. apud Caball. *conſ.* 148. *num.* 24. *lib.* 1. Oiaſch.

*deciſ.*159.*aliàs* 160.*nu.*15.*&* 16. Hieron. de Lion *deciſ.*182.
num. 9. Scagn. *deciſ. Bonon.* 43. *num.* 27. licèt aliàs ſtante
nullitate ſubhaſtationis, & ceſſante bona fide videatur ceſ-
23 ſare dicta æquitas, ne detur materia percipiendi fructus ex
actu nullo, ſecundùm Rot. penes Poſt. *de ſubhaſt. deciſ.*8.*n.*3.
Sed nihilominus rem ad caſum noſtrum perſtringendo
puto neque ex hoc capite huiuſmodi fructus deberi, quia
dicta domus vendita, erat in duas partes diuiſa, quarum
altera dicebatur habitabilis, altera verò inhabitabilis, nun-
cupata domus noua, continens ſolùm duos parietes ere-
ctos cum tecto deſuper, & nil aliud, & ſic prorſus infru-
ctuoſa, quæ in æſtimatione fuit computata pro libris ſex-
centis, vndè cùm ex iſta parte emptor nullam penſionem
percipere potuerit propter vitium, & naturam rei ſterilis,
& infructuosè, omninò ceſſat æquitas *d. l. curabit*, nec vl-
li fructus recompenſatiui debentur, quia nulli fuerunt per-
cepti, nec percipi potuerunt ſaltem pro dicta rata, quæ re-
putari debet pretium dictæ partis inhabitabilis, Cagnol. *in*
24 *d. l. curabit num.*48. Surd. *conſ.*101. *num.* 22. *lib.*1. cum alijs
per Gratian. *diſcep.*939. *num.*24. *&* 26. imò valdè iniquum
eſſet vſuras exigere ab eo, qui fructus non potuit percipe-
re, Natt. *conſ.*494 & idem Gratian. *diſcept.* 911. *num.* 11.
adde latè Staiban. *de intereſſ. lib.* 2. *tit.* 3. *quaſt.* 1. *num.* 102.
& ſeqq. Vrceol. *Conſult. forenſ. cap.* 15. *num.* 46. *& ſeqq.*
Nec facit quod dicta domus fuerit reducta habitabilis per
25 emptorem, quia fructus percepti, vel percipiendi ex me-
lioramentis non habentur in conſideratione, Rot. *part.* 1.
recent. deciſ. 435. *num.* 15. *& part.* 2. *deciſ.*359. *num.* 3.
Quinimò eadem ratione idem dicendum eſſet de parte
domus habitabili, quæ nunquam potuit locari ex vitio, &
natura ſua, cùm eſſet tota deuaſtata, & cùm non inue-
niantur conductores domorum, & penſiones, ſi ſint in vili∫-
ſimo pretio, ac in materia fructuum habeatur ſolùm reſpe-
26 ctus ad perceptos, & non ad eos, qui percipi potuiſſent, ni-
ſi conſtet de dolo manifeſto, Rot. per Put. *deciſ.* 373. *lib.* 1.
Coccin. *deciſ.* 439. *num.* 1. *in recent. part.*4. *deciſ.* 326. *num.*
4. *& deciſ.* 663. *num.* 7. & in terminis *dictæ legis curabit*
Gratian. *diſcept.* 716. *num.* 1. Et in ſpecie quòd emptor do-
27 mus non teneatur ad aliquod intereſſe pretij non ſoluti, ſi
ipſe eam non inhabitauit, nec alteri locauit, quamuis fuiſ-
ſet habitabilis, conſuluit Socin. *conſ.* 109. *lib.* 1. vbi teſta-
tur ita etiam conſultum fuiſſe per alios doctiſſimos viros,
&c. licèt propter multa melioramenta in illa facta poſtea
fuerit locata de anno 1656. pro quadam minima quantita-
te, & modico tempore, qua attenta iuxta morem regionis
non reddit ad rationem duorum pro centenario quolibet
anno, & fructus melioramentorum, vt dixi, non habentur
in conſideratione, &c.
Reliquæ verò partes pretij ſoluti cedere debent ex iuris
diſpoſitione in extinctionem durioris obligationis, in qua
28 currere poterant vſuræ, & ſic pro parte domus habilitas,
præcipuè cùm hic nulla obſtet vrbanitas, vel æquitas, licèt
ſimus in debito ſimul eodem tempore contracto, Maur.
tract. de ſolut. cap. 9. Menoch. *lib. præſumpt.* 136. Gratian.
diſcept. forenſ. cap. 224. *num.* 5. *& ſeqq.* adeò vt poſſit debi-
29 tor declarare ad quod computum velit ſolutionem cedere,
& quamuis eo non declarante poſſit deuolui electio ad cre-
ditorem, intelligitur non liberè, ſed vt declaret eo modo,
quo declararet ſi eſſet debitor, non enim poteſt eligere
cauſam vti creditor, quam arbitrio boni viri non eligeret
vti debitor pro ſe ipſo, ſed grauiorem in qua currere pote-
rant vſuræ, latè Gratian. *d. cap.* 224. *num.* 1. *& ſeqq.*
In caſibus autem in quibus debentur huiuſmodi fructus
recompenſatiui, licèt poſſint ab initio per partes taxari
30 quando in genere conſtat de vero intereſſe, & res eſt de
ſui natura fructifera etiam ad rationem ſeptem pro cente-
nario, & anno, ſi iuxta morem regionis commenſurentur
ad fructus percipiendos, Magon. *deciſ. Luc.* 17. *num.* 36.
Gratian. *cap.* 387. *num.* 14. *& cap.* 864. *num.* 17. vel etiam
ex officio iudicis, quando fuerunt ab initio conuenti, ſum-
pta deſuper informatione, & commenſurentur ad fructus
perceptos, idem Gratian. *cap.* 588. *num.* 20.
Tamen quando non fuerunt taxati, neque conuenti in-
31 digent legitima liquidatione fienda citata parte, cùm poſſit
peti tantùm habito reſpectu ad fructus perceptos, & non
vltra, adeò vt non facta tali liquidatione nulla poſſit ſequi
condemnatio, Gratian. *diſcept.* 716. *num.* 1. *& ſeqq. ad* 12.
Et quando res vendita eſt ſterilis, prout in caſu noſtro,
32 nullæ vſuræ compenſatiuæ debentur, requiritur enim fru-
ctuum perceptio, vt illæ præſtentur, non attenta quamuis

alia vtilitate ab emptore percepta, neque quod ipſe vſus
fuerit re empta, non obſtante, quòd vbi emitur res ſterilis
non videatur habitus reſpectus ad fructus, ſed magis ad
aliam vtilitatem, & commoditatem, quæ ex ea percipi po-
teſt, quia licèt quandoque emptor vſus fuerit re empta,
non ex hoc tenetur ad vſuras pretij non ſoluti, cùm ad hunc
effectum ſit omninò neceſſaria fructuum perceptio, quia
ſumus in vſuris compenſatiuis, quas mora irregularis per
ſe non inducit etiam fauore pupillorum, Benintend. *deciſ.*
29. *num.*6. cum alijs pulchrè per Gratian. *diſcept.*241. *num.*
50. vbi in fortioribus terminis de pupillo teſtatur de verio-
ri opinione, & alios non benè ſentire, &c.
Ita vt non poſſint dicti fructus taxari in fraudem vſura-
rum, niſi priùs conſtet quòd fuerint percepti, & de vero
intereſſe, maximè vbi fuit habita fides de pretio, & trans- 33
latum dominium, tunc enim non attenditur diſpoſitio *d. l.*
curabit, quaſi differatur ſolutio ex voluntate venditoris,
præcipuè cùm in caſu noſtro venditores ſemper recuſa-
uerint recipere dictam ſummam eis pluries oblatam. Da-
retur autem cautela, vt recipi poſſint dicti fructus, quòd
venditor ſibi reſeruet dominium donec ſibi ſoluatur pre- 34
tium, prout communiter fieri ſolet, vt locet rem vendi-
tam emptori pro certa penſione, donec pretium ſoluatur,
de quo latè Gratian. cum multis alijs ab eo allegatis *in cap.*
911. *num.* 1. *& ſeqq. ad* 11. & Magon. *deciſ. Flor.* 92. *num.*
15. *& ſeqq. &c.* Ad prædictam materiam *l. curabit*, vide
latè Staiban. *de intereſſ. lib.* 2. *tit.* 9. *quaſt.* 1. *num.* 87. *&*
ſeqq. ad finem.

A R G V M E N T V M.

Emphyteuſis an poſſit alienari in extraneum per vltimum de linea, & dominus teneatur conſenſum præſtare. Pater an poſſit præiudicare filijs in emphyteuſi, vel feudo, & alia.

S V M M A R I V M.

1 *Dominus directus an teneatur inueſtire eum, in quem fuit facta alienatio per emphyteutam, qui ſit vltimus de comprehenſis in inueſtitura, num.* 21.
2 *Emphyteuſis non habet propriam naturam, ſed illam recipit à pactis.*
3 *Tenor inueſtituræ ſemper ſpectari debet.*
4 *Inueſtitura prima quando ſit attendenda, & quando non, num.* 6.
5 *Feudum quando dicatur nouum, vel antiquum.*
7 *Inueſtitura noua an fieri poſſit in præiudicium comprehenſorum in prima.*
8 *Inueſtitura poſt ius quæſitum acquirenti, non poteſt alterari à concedente.*
9 *Filij vocantur ad emphyteuſim, vt filij, non vt ſucceſſibiles.*
10 *Filij an poſſint repudiata hæreditate paterna emphyteuſim, feudum, ſiue iuſpatronatus retinere.*
11 *Pater an poſſit præiudicare filijs in emphyteuſi, vel feudo, & num.* 12.
13 *Quid ſtante conſuetudine diſponendi in præiudicium vocatorum.*
14 *Clauſula*, ad habendum, &c. *& ſimiles in inueſtituris quid importent, num.* 15.
16 *Manus mortua in qua peruenit emphyteuſis, ad quid teneatur.*
Dominus directus quid facere debeat vbi emphyteuſis deuenit ad manus mortuas.
17 *Appellatione hæredum veniunt omnes in infinitum.*
18 *Appellatione ſucceſſorum qui veniant.*
19 *Emphyteuſis perpetua licèt reuenanda, dicitur vnicus contractus, & non finitur per lapſum temporis, & quando ſecus, & ad dominum deuoluatur, num.* 20.
21 *Dominus non poteſt negare inueſtituram nouo emphyteutæ, etiam ſi alienans ſit vltimus, & poſt eius mortem ius ſuum finitum eſſet.*
22 *Emphyteuta alienare volens, qualiter denunciare, & expectare debeat dominum.*
23 *Inueſtitura eſt concedenda nouo emphyteutæ eodem modo, quo erat conceſſa alienanti.*
24 *Dominus directus qualiter non poſſit denegare conſenſum alienationi præſtandum, & nouam inueſtituram iuxta formam primæ concedere, & quid agendum ſi recuſet.*

CA-

CAPVT LXXXV.

INterrogatus pluries ab Illuſtriſſimis viris in Magiſtratu
nobilis, & mihi cariſſimæ, tam in genere, quàm in
ſpecie Ciuitatis Imolæ reſidentibus, an de iure teneantur
nomine dictæ Illuſtriſſimæ Communitatis, vel poſſint ſine
eorumdem præiuditio, & ipſius Communitatis, habentis
directum dominium ſuper quadam petia terræ, inueſtitu-
ram eiuſdem dare cuidam tertio volenti eam emere ab em-
1 phyteuta, qui vt ſupponitur eſt vltimus in linea eorum,
qui inueſtitura ipſi vltimo emphyteutæ conceſſa continen-
tur, quapropter ea qua decet obſeruantia tantorum Do-
minorum meorum voluntati, & deſiderio libenti animo
morem gerens, breuiter, & ex tempore, ipſos non ſolùm
poſſe, ſed teneri de iure dictam inueſtituram concedere
nouo emphyteutæ ementi ab alio emphyteuta, licèt ſit vl-
timus comprehenſorum in prima inueſtitura per infraſcri-
pta fundamenta reſpondi, &c.

Præmittendo primò, quòd contractus emphyteutici per
2 ſe non habent propriam, neque determinatam naturam,
vel regulam, ſed tantummodò recipiunt eam, quam ſibi
partes paciſcendo imponunt, *l. 1. & 2. C. de iur. emphyt. &*
§. adeo Inſtit. de locat. & vtrobique paſſim per DD. quos
refert, & ſequitur Corbul. *de iur. emphyt. de cauſ. priuat.*
ob non ſolut. canon. ampliat. 12. num. 11. & num. 12. ex quo
proceſſit vulgare, & regulare Doctorum axioma, quòd
vbi de emphyteuſi agitur in primis, & ante omnia ſpectari
3 debeat tenor inueſtituræ, intelligendo de prima, quæ in
dubio ſemper eſt attendenda, ita vt omnia in ea contenta
cenſeantur repetita in qualibet renouatione, niſi ſit adie-
cta aliqua noua qualitas, cuius reſpectu poſſit dici noua
conceſſio, Magon. *deciſ. Flor. 54. num. 3. & num. 25. &*
ſeqq. & deciſ. Luc. 14. num. 15. & ſeqq. Gratian. *diſceptat.*
forenſ. cap. 272. num. 37. &c. & cap. 724. num. 1. & ſeqq.
Rot. in Romana deuolutionis 4. Decembris 1651. coram Bi-
chio num. 19. vel niſi prima inueſtitura fuerit ſublata,
4 & finita per mortem, vel priuationem emphyteutæ, ſiue
Vaſalli, quo caſu iterùm alteri concedatur, dicitur no-
uum feudum, vel emphyteuſis, & non renouatio, Gra-
tian. *d. cap. 724. num. 4.* quicquid alia non dicatur no-
ua emphyteuſis, nec nouum feudum, quando in
aliquem ſit alienatio, ſed antiquum, cùm ſit ſpectan-
dum initium, & prima conceſſio, ac eius forma, &
natura mutari non poſſit, licèt reſpectu acquirentis no-
5 uum dici poſſet, idem Magon. *deciſ. cit. 54. num. 25. &*
ſeqq. præcipuè vbi renouatio ſit neceſſitate pacti, vel
ſtatuti, quo caſu dum feudum renouatur non dicitur
de nouo concedi, ſed in omnibus regulatur iuxtà condi-
tiones antiquas, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 913.*
num. 21. & ſeqq. Et quandu prima inueſtitura cenſeatur
6 per ſecundam immutata, pulchrè tradit idem Gratian. *di-*
ſceptat. 719. per tot. vbi etiam quando emphyteuſis fuit
vendita cum conſenſu domini directi, an attendatur
linea ipſius vendentis, vel potius emptoris quoad de-
7 uolutionem, &c. Et an inueſtitura noua poſſit fieri in
præiuditium duorum, qui in prima, & antiqua erant
vocati, & comprehenſi, & quando præualeat primæ,
aliaque multa ad hunc propoſitum tradit idem Gratian.
8 *diſceptat. 372. per tot. & diſcept. 530. num. 25.* Et quod
poſt ius quæſitum acquirenti, & eius deſcendentibus
non poſſit à concedente alterari, Duran. *deciſ. 457.*
num. 4.

Viſis itaque verbis inueſtituræ de qua agitur, apparet
tenorem, & formam ipſius eſſe ampliſſimam, præcipuè ex
duabus dictionibus in ea appoſitis, & primò quidem ex
illa dictione, ſiue nomine *Succeſſoribus*, quod procul du-
bio non eſt idem cum nomine *filijs*, quod regulariter
9 ſolet apponi, alias eſſet ſuperfluum, nam iure naturali,
& communi, filij ſemper ſuccedunt patri, ergo dum
dicitur, & *Succeſſoribus*, ſignificantur aliæ perſonæ,
cùm ad hæreditatem, & emphyteuſim vocentur filij, vt
ſunt filij, non vt ſunt ſucceſſibiles, Iaſ. *in l. 2. num. 188.*
C. de iur. emphyt. Corbul. *de cauſ. priuat. ob lineam finitam*
num. 65.

Poſſunt enim filij abſtinere ab hæreditate paterna, &
emphyteuſim antiquam, vel feudum antiquum, ſiue
10 iuſpatronatus retinere tanquàm filij, & non tanquàm
hæredes, nec tenetur creditoribus hæreditarijs, Marant.
in l. ſi poteſt num. 22. & ſeqq. ad 41. & vide Clar. *§. feu-*
dum quaſt. 76. & Gratian. *diſceptation. forenſ. cap. 351.*
num. 8. & 9.

Et pater non poteſt eis præiudicare alijs prælegando, ſi-
ne aliter alienando, quando ſumus in emphyteuſi, vel 11
feudo antiquo, ex pacto, & prouidentia, & non hære-
ditario, ſecùs autem quando eſſemus in primo acquirente,
qui poteſt alienare in præiuditium aliorum vocatorum,
dummodò emphyteuſis, vel feudum ſit nouum, & acquiſi-
tum titulo oneroſo, vel ſaltem ipſius acquirentis contem-
platione, & non alterius, Surd. *deciſ. 209. num. 16.*
Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 1. quæſt. 5.* Michalor. *de fratr.*
part. 1. cap. 38. num. 12. & ſeqq. Gratian. *diſcep. forenſ.*
cap. 372. num. 7. cap. 511. in princ. cap. 554. num. 20.
& cap. 663. num. 12. Magon. *deciſ. Luc. 7. num. 9. & 36.*
& ſeqq.

Quòd tamen feudum nouum poſſit alienari, vt ſupra,
in præiuditium vocatorum, intelligendum eſt, quando
eſſemus in patre habente filios in poteſtate tempore acqui- 12
ſitionis, ſecùs autem in matre, vel reſpectu emancipato-
rum dicto tempore acquiſitionis, quia tunc acquiſitio fa-
cta pro filijs fuit perfecta, & valuit ab initio, ac ideò non
poteſt reuocari, vt ex optima diſtinctione Baldi, late oſten-
dit Gratian. *diſceptat. 405. per tot.*

Quid autem dicendum ſtante conſuetudine diſponendi
in præiuditium vocatorum, an tunc poſſit irreuocabili- 13
ter alienari? videtur reſpondendum quod ſic, vbi talis
conſuetudo fuerit in ſpecie probata, niſi adſit pactum
expreſſum ad fauorem vocatorum in inueſtitura, ex tra-
ditis per Gratian. *diſcept. 447. num. 26. &c.* & Merlin.
de legit. lib. 2. tit. 1. quæſt. 8. per tot. vbi reſtatur huiuſmo-
di conſuetudinem extare in Prouincia Romandiolæ, &
Ferrariæ, alijſque in locis propter clauſulas *ad haben-*
dum, &c. quæ ſemper apponuntur in inueſtituris, prout
etiam ego ſemper vidi appoſitas in qualibet inueſtitu- 14
ra, & operantur, vt dominus directus poſſit cogi ad
conſentiendum alienationi, & ſi requiſitus recuſet, ha-
beatur pro conſentiente, Gratian. *diſceptat. 43. num. 38.*
ſequitur Merlin. *loc. cit.* ac etiam operantur, vt veniat
comprehenſi extranei hæredes, & fœminæ, Gratian. 15
diſceptat. 23. num. 18. & ſeqq. de quo tamen videnda
latè *Rot. in Romana deuolutionis 4. Decembris 1651.* coram
Bichio *per tot.* & coram Merlino *in nouiſſ. part. 6. deciſ.*
74. per tot. & deciſ. 211. coram eodem num. 7. d. par. 6. ita
vt poſſit etiam vigore dictarum clauſularum emphyteuſis,
vel feudum tranſire ad Monaſterium, & Fiſcum per- 16
petuò, & irreuocabiliter, & ſic in manus mortuas, quo
caſu tamen, ne conditio domini directi deterior efficia-
tur propter laudemia, & ſimilia, tenentur infra annum
illam, vel illud vendere alicui idoneo, & dominus dire-
ctus debet intra biennium declarare, an velit quod re-
maneat penes Eccleſiam, vel fiſcum, vt latè per Gra-
tian. *diſceptat. 481. num. 61. & ſeqq. ad finem, & diſce-*
ptat. 533. num. 38. &c. Magon. *deciſ. Luc. 12. num. 8.*
cum Add.

Et prædicta magis comprobantur ex eo, quod ſi appel-
latione hæredum ſimpliciter de propria ſignificatione ve- 17
niunt hæredes in infinitum, Corbul. *de cauſ. priuat. ob fi-*
nit. lin. num. 49. multò latius patet appellatio, & nomen
ſucceſſorum, & extenditur etiam ad eos qui non ſunt verè 18
hæredes, ſed loco illorum ſuccedunt, & veniunt, qualis
eſt fiſcus, vt notat Decius *in c. quia violenter de iud.* ergo
multò magis iſtud nomen ſucceſſorum extenditur in in-
finitum, ita vt ex tenore tam ampla inueſtituræ num-
quam poſſit dici finita linea contentorum in illa,
&c.

Quod & clariùs manifeſtum efficitur ex altera illa di-
ctione *in perpetuum*, nam emphyteuſis conceſſa ab initio
in perpetuum, licèt renouanda de ſexaginta nouem an- 19
nis in ſexaginta nouem annos, vel de 29. annis in 29.
annos, prout regulariter fieri ſolet, dicitur vnicus con-
tractus, quia cum dictum fuerit emphyteuſim eſſe perpe-
tuam, apparet non requiri renouationem ad ſubſtantiam
illius, ſed ad faciliorem probationem, aliàs daretur ma-
nifeſta contradictio, ſcilicet quod eſſet perpetua, & ta-
men renouaretur, ita vt per lapſum dictorum temporum
non finiatur, cùm dominus teneatur illam renouare com-
prehenſis in inueſtitura, Corbul. *de cauſ. priuat. ob finit.*
temp. num. 17. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 70. num. 18.*
Magon. *deciſ. Flor. 1. num. 33. &c.* Duran. *deciſ. 402.*
num. 6. & 7.

Intelligendo, vt dixi, quando emphyteuſis ab initio fuit
conceſſa in perpetuum, licèt cum dicto pacto, ſecùs autem
ſi ab initio fuerit conceſſa de 29. annis in 29. annos, quia
tunc non petita renouatione, reuertitur ad dominum ipſo
iure, & debet peti intra tempus conuentum, aliàs am-
plius emphyteuta non auditur, licèt adſit pactum de
renouando, quia intelligitur intra tempus conuentum,
quo elapſo remanet ad dominum deuoluta, Magon. *deciſ.
Flor.* 145. *num.* 12. *& ſeqq. ad* 20. Duran. *d. deciſ.* 402.
num. 1. *&c.*

Tandem ad omnimodam euidentiam additur, certi iu-
ris eſſe quòd facta alienatione titulo donationis, aut ven-
21 ditionis, vel permutationis de conſenſu domini, non po-
teſt dominus ipſe nouo emphyteutæ inueſtituram denega-
re, etiam ſi emphyteuta alienans ſit vltimus in linea com-
prehenſorum, & poſt cuius mortem, ius ſuum non erat
vlterius duraturum, ſed ad dominum reuerſurum, vt be-
nè docet Corbul. *de cauſ. priuat. ob alienat. quæſt.* 1. *num.* 1.
& ſeqq.

Dictum fuit de conſenſu domini, quia emphyteuta
quomodolibet alienaturus, debet prius per duos menſes
anteà denunciare domino directo, & illius conſenſum
22 expectare per dictos duos menſes, quibus elapſis, & eo ne-
gligente, præſtare conſenſum poteſt alienationi, domino
ampliùs non requiſito, *l. fin. C. de iur. emphyt. vbi DD.*
Corbul. *de cauſ. priuat. ob alienat. limit.* 5. *num.* 3. Et hoc
etiam procedit vbi datur inueſtitura pro ſe, filijs, & nepo-
tibus, quibus tandem deficientibus linea eorum finitur,
quoniam, vt inquit idem Corbul. *loc. cit.* communis ob-
23 ſeruantia, & veritas eſt, quòd dominus teneatur nouum
emphyteutam inueſtire pro ſe, filijs, & nepotibus, vt fue-
rat inueſtitus emphyteuta alienans, & eodem modo, quo
conſueuit emphyteuſis alienata concedi, Corn. *conſ.* 250.
lib. 3. & ita ſemper conſuetudinem viguiſſe inueſtiendi
nouos emphyteutas. Ergo multò magis in caſo propoſito,
emphyteuta inueſtitus pro ſe, filijs, & ſucceſſoribus per-
petua emphyteuſi, & conſequenter per lineam nunquam
finiendam; habet plenum ius alienandi requiſito domi-
no, & per duos menſes expectato, & ipſo negligente,
vel recuſante abſque illius conſenſu, ita vt nihilomi-
nus teneatur inueſtituram nouo emphyteutæ dare,
&c.

Et quòd quando bona emphyteutica, ſiue feudalia ſunt
redacta ad naturam allodialium, prout in caſu noſtro, &
ex generali conſuetudine poſſint liberè alienari, & domi-
nus directus non poſſit conſenſum denegare, nec nouam
inueſtituram nouo emphyteutæ, eodem modo, eiſdem-
demque pactis, & conditionibus, quibus à venditore
detinebantur, ſed teneatur etiam in præiudicium ſui ipſius
conſenſum præſtare, & nouam inueſtituram acquirenti
24 concedere, iuxta formam antiquæ, etiam ſi ſimus in
vltimo vocato, poſt cuius obitum ſint ad dominum dire-
ctum reuerſura, ſi ipſe vltimus vocatus velit alienare,
quem conſenſum, & nouam inueſtituram ſi dominus re-
cuſet præſtare, poſſe iudicialiter interpellari, & illo contu-
mace bona nihilominus alienari, vel Iudex adiri, qui pro
illo conſentiat, & huiuſmodi nouam inueſtituram dura-
re, etiam poſt mortem dicti vltimi emphyteutæ alienan-
tis, latè probat vidend. Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.*
8. *per tot.* vbi allegat Benintend. *deciſ.* 78. *per tot.* Corn.
conſil. 250. *lib.* 3. & plures alios, quibus etiam addendus
eſt Gratian. *diſceptation. forenſ. cap.* 447. *num.* 26. *&
ſeqq. &c.*

A R G V M E N T V M.

Sumptus litis quando præſtari debeant pauperi litiganti ab aduerſario, an repetantur in caſu ſuccumbentiæ, vel imputentur in caſu victoriæ. Alimenta an debeantur extra domum, quomodo taxentur, & eorum appellatione quæ veniant.

S V M M A R I V M.

1 *ACtor, neque reus tenetur alteri ſecum litiganti ſumptus litis præſtare, niſi alıter æquitas ſuadeat, num.* 2.

3 *Inſtrumentum dicitur facere fidem indubitatam.*

4 *Executio inſtrumenti dotalis an poſſit retardari ob non redditam rationem adminiſtrationis.*

5 *Sumptus litis ſubminiſtrari debent ſtante præſumptione boni iuris, & inopia.*

Amplia tam in prima, quàm in ſecunda inſtantia.

6 *Inopia ſola non ſufficit, vt debeantur ſumptus litis.*

7 *Sumptus litis ſubminiſtrantur tantùm in iudicijs vniuerſalibus.*

8 *Sumptus litis debentur inter coniunctos, concurrentibus alijs requiſitis.*

9 *Sumptus litis taxantur arbitrio Iudicis non rigoroſè, ſed ad meram neceſſitatem.*

10 *Sumptus litis non repetuntur, etiamſi ille, cui fuerunt præſtiti ſuccumbat.*

11 *Cautio de reſtituendis ſumptibus litis ſubminiſtratis in caſu ſuccumbentiæ non eſt præſtanda, & quando ſecùs, vel præſtita reuocetur, num.* 12.

13 *Sumptus litis ſubminiſtrati actori imputantur ei, quando obtinuit ſententiam vnà cum fructibus.*

14 *Alimenta præterita an, & quando poſſint prætendi, num.* 15.

16 *Alimenta an habeant hypothecam, & poſſint prætendi contra tertium, num.* 17.

18 *Alimenta an debeantur extra domum, vel tantùm ad propriam menſam, & an inuito eo, cui debentur poſſint extra domum præſtari, num.* 19.

20 *Alimenta extra domum taxantur ad illam ſummam tantùm, quæ expenderetur in domo.*

21 *Appellatione alimentorum, quæ veniant, tàm in fauorabilibus, quàm in odioſis, &c.*

C A P V T LXXXVI.

QVamuis regulariter neque actor, neque reus etiam
diuites teneantur alteri ſecum litiganti licèt pau-
peri ſumptus, & alimenta litis præſtare, ne videantur ſua 1
pecunia ſibi ipſis ruinam parare, & in proprio gladio peri-
re, iuxta *tex. in l. Imperatores ff. de tutel. & rat. diſtrahen. ab
his, &c.* Boſſ. *tit. de aliment. præſtand. vx. vel fil. num.* 2.
Duran. *deciſ.* 273. *num.* 1.

Interdum tamen, ne quis priuetur bonis ſuis, vel iuri-
bus, ex eo quod nihil habeat ad illa proſequenda, vel coga-
tur modico recepto, liti cedere, & fame perire, æquitas
ſuggerit, & iura ſtatuunt prouideri de alimentis, & ſum- 2
ptibus litis pauperi ab aduerſario diuite aliquibus concur-
rentibus, *l. ſi inſtituta §. de inofficioſo ff. de inoff. teſtam.* ſi-
cuti multos caſus recenſet Aſin. *in prax.* §. 32. *ampliat.* 23.
& ſeqq. ad 31. & latiùs proſequitur Menoch. *de præſumpt.
lib.* 1. *quæſt.* 35. *per tot.*

Ex quorum, & aliorum documentis colligi poteſt ali-
menta, & expenſas litis eſſe omninò ſubminiſtrandas qua-
tuor concurrentibus, ſicque iuſtiſſimum eſſe decretum
Eminentiſſimi D. Cardinalis Legati ſuper hoc emanatum
ad fauorem D. N. cùm infraſcripta omnia requiſita con-
currant, &c.

Primò ſtante præſumptione boni iuris ipſius D. N. de-
ſumpta ex eius inſtrumentis dotalibus, quæ imò faciunt
probationem probatam, euidentem veritatem, ac rem 3
notoriam, & fidem indubitatam, *c. cum dilectus de fide
inſtr.* Magon. *deciſ. Florent.* 9. *num.* 20. *&* 21. vndè licèt
contra illa opponatur, & prætendatur eorum executio-
nem debere retardari, ſub prætextu quod reddat prius ra-
tionem ſuæ adminiſtrationis, ex qua aſſeritur conſtare
multa ad eius manus perueniſſe, ex quibus ſatisfacta re- 4
manſerit, ita vt amplius non poſſit petere dictas ſuas dotes,
etiam ſtantibus dictis inſtrumentis, niſi prius reddita ra-
tione tutelæ, ad tradita per Mantan. *de tutel. cap.* 38. *num.*
56. *& ſeqq.* Duran. *deciſ.* 258. *in fine, & deciſ.* 347. *num.*
19. cum alijs adductis per Merlin. *de pignor. lib.* 4. *tit.* 3.
quæſt. 178. *per tot.*

Debent interim ei ſubminiſtrari alimenta, & ſumptus
litis, Duen. *reg.* 365. *ampliat.* 6. Menoch. *d. quæſt.* 35.
num. 16. quod procedit tam in prima, quàm in ſecunda 5
inſtantia, cùm non ſit neceſſe habere ſententiam pro ſe
latam, ſi aliundè oriatur boni iuris præſumptio, Menoch.
loc. cit. num. 4. Duen. *d. reg.* 361. *ampliat.* 4. Aſin. *d.* §. 32.
ampliat. 29. *num.* 2. & Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 236.
num. 4. *& ſeqq.*

Secundò ſtante inopia ipſius D. N. quæ aliundè

non habet vndè ſe poſſit alere, nec ſumptus litis ſuſtinere,
quocirca ei debentur huiuſmodi alimenta, & expenſæ, li-
6 cèt aliàs ſola paupertas, quamuis ſemper ad hoc neceſſaria
per ſe non ſufficeret, ſi non adeſſent alia requiſita, & boni
iuris præſumptio, Menoch. *d. quæſt.* 35. *num.* 32. Gratian.
diſceptat. 954. *num.* 26. *&* 27.
Tertiò, quia agitur de vniuerſitate bonorum, & ſumus
in iudicio vniuerſali dotis, vel ſaltem agitur de maiori par-
te bonorum, quo caſu concurrentibus alijs ſupradictis re-
7 quiſitis debent ſubminiſtrari alimenta, & ſumptus litis,
præcipuè cùm ſit quæſtio de bonis, ex quibus ipſa D. N.
viuere debet, ſecus autem ſi experiretur iudicio particulari
actione perſonali pro aliquo credito, vel re ſingulari,
Boſs. *loc. ſup. cit. num.* 2. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 120.
num. 14. cum alijs per Gratian. *diſceptat.* 55. *num.* 49.
& 50.
Quartò, quia ſumus inter coniunctos, qui ſe inuicem
alere tenentur, quotieſcunque autèm lis eſt inter coniun-
ctos, vel alios, qui ſe alere tenentur, & adſunt alia ſupra-
8 dicta requiſita, nempè præſumptio boni iuris, inopia
petentis alimenta, diuitiæ alterius partis, & agitur de
vniuerſitate, vel maiori parte bonorum, ſemper per Iudi-
cem debet fieri huiuſmodi prouiſio alimentorum, & ſum-
ptuum litis in quacunque parte iudicij petantur, & præ-
ſtabuntur, vſquequò deffinitiuè fuerit pronunciatum,
latè Menoch. *d. quæſt.* 35. *per tot.* Duen. *d. reg.* 365. *per tot.*
Aſin. *d.* §. 32. per nouem ampliationes, Gratian. *diſceptat.*
forenſ. cap. 236. *num.* 25. *&c.* quibus addo Leoncil. *deciſ.*
Ferraria 72. *&* 101. & Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 4.
quæſt. 12.
Quæ quidem alimenta, & litis expenſæ arbitrio Iudicis
taxari debent, non tamen rigoroſè, ſed ad meram neceſſi-
9 tatem prout in dies fiunt, & poſſunt taxari vſque ad quar-
tam partem fructuum, & rei controuerſæ, attenta quali-
tate rerum, & perſonarum, ita vt in magnis cauſis inter
Principes, & Barones ſoleant taxari in ſcutos centum auri
in auro pro quolibet menſe de ſtylo Rotæ Romanæ, prout
teſtatur Gratian. *diſcep.* 857. *num.* 27. *& ſeqq.* ad finem,
Menoch. *de arbitr. caſ.* 169. *num.* 12. *& ſeqq. & de præſumpt.*
lib. 1. *quæſt.* 35. *num.* 35.
Et poſtquam huiuſmodi alimenta, & litis expenſæ fue-
runt ſolutæ lite pendente vigore prouiſionis Iudicis, non
10 poſſunt repeti, etiam ſi ille, cui fuerunt ſubminiſtratæ ſuc-
cumbat in cauſa, cùm legitimè factum non reuocetur,
quamuis deueniat ad caſum, à quo non poſſet incipere,
niſi conſtet de vera calumnia, *l.* 1. §. *intereſſe ff. ſimul. vent.*
nom. in poſſ. mitt. Menoch. *de præſumpt. d. quæſt.* 35. *num.*
36. *&* 37. Afflict. *deciſ.* 152. *num.* 4. Gratian. *diſcep.* 33.
num. 27. *& ſeqq. ad* 32.
Vndè propterea ceſſat, & non iuridica demonſtratur
prætenſio, quod d. D. N. præſtet cautionem de illis reſti-
11 tuendis, ſi ſuccumbat in cauſa, ad hancque cautionem
Eminentiſſimus illam compellere non debet, cùm nulla
competat reſtitutio, Surd. *de aliment. tit.* 5. *quæſt.* 3. in
fine, Menoch. *d. quæſt.* 35. *num.* 18. Gratian *diſceptat.* 33.
num. 30. præcipuè cùm agatur de expenſis offitio Iudicis
ſubminiſtrandis, quicquid ſecus eſſet ſi præſtarentur ex
12 conuentione, & iure actionis, quo caſu videretur neceſſa-
ria cautio, vt per Maut. *de fideiuſſ. part.* 1. *ſect.* 3. *cap.* 8.
per tot. Et tunc eſſet concipienda, vt reſtituat quatenus de
iure ad reſtitutionem teneri compertum fuerit, ideſt ſi de
vera calumnia conſtiterit, & in omnem caſum, quando
eſt impoſſibile fideiuſſorem inuenire, eſt in arbitrio Iudicis
iuratoriam cautionem admittere, Menoch. *d. quæſt.* 35.
nu. 38. Imò ſi fuiſſet præſtita dicta cautio, & commiſſa ſti-
pulatio poterit condici, & exceptione remoueri, cùm eſſet
præſtita ex cauſa pro qua non debuit præſtari, maximè
in alimentis, & expenſis ſubminiſtratis ante ſententiam,
& vbi ceſſat calumnia, quicquid ſit de præſtitis, & ſub-
miniſtratis vigore ſententiæ, pro quibus data eſſet cau-
tio, imputarentur tamen actori iſta alimenta, & ex-
13 penſæ, quando pro ſe obtineret ſententiam etiam pro
fructibus rei controuerſæ à die conteſtationis litis, prout
regulariter fieri ſolet, quaſi tunc actor non debeat du-
plicatos percipere fructus, nempè alimenta, & fructus
rei, vt declarat Gratian. *diſceptat.* 236. *num.* 38. *&*
ſeqq.
Benè verum eſt, quod alimenta præterita ſolo Iudicis
14 offitio, & non iure actionis debita, non poſſunt prætendi,
Duen. *d. reg.* 365. *fall.* 7. Menoch. *d. quæſt.* 35. *num.* 31. niſi
ſpe illorum conſequendorum, & ſi ob moram partis tali oc-
caſione contractum fuerit debitum, quo caſu non ſolùm
ipſi alimentato competeret actio pro illis conſequendis, 15
ſed etiam ei, qui tali de cauſa pecuniam, vel aliud ſubminiſ-
ſtrauit, Afflict. *deciſ.* 10. *num.* 4. & latè Gratian. *diſceptat.*
60. *num.* 21. *& ſeqq.*
Sicut nec pariter videntur prætendi poſſe contra tertios 16
poſſeſſores, cùm alimenta adinſtar legitimæ, quæ loco il-
lorum ſuccedit, regulariter non habeant hypothecam, niſi
fuerint legata, latè Gratian. *diſceptat.* 366. *per tot.* vel niſi
venirent acceſſoriè ad dotem, & non ſit quid imputetur
mulieri circa illius exactionem, quia tunc haberent eandem
hypothecam, & priuilegia, etiam ſoluto matrimonio, pe- 17
terentur iure actionis, deberentur pro tempore præterito,
& poſſent peti contra tertios poſſeſſores in ipſo iudicio vni-
uerſali dotis, vt benè explicat idem Gratian. *diſceptat.*
634. *per tot.*
An autem alimenta debeantur extra domum eius, qui
tenetur alere, ſi ſe offerat paratum illa domi ſuæ, & ad pro-
priam menſam præſtare, vbi cum minori impenſa, & in- 18
commodo ſubminiſtrantur, quàm extra domum, dic quod
regulariter extra domum non debentur, ſicut nec inuito
eo, cui debentur, vt puta filios poſſent extra domum ſub-
miniſtrari, cùm nimis dura, & acerba reputetur ſeparatio
talium perſonarum, Bart. *in l. Caio* §. *Imper. ff. de aliment.*
& cib. leg. Menoch. *de arb. caſ.* 168. *num.* 12. *& caſ.* 170.
num. 8. *&c.* Magon. *deciſ. Flor.* 113. Gratian. *diſcept.* 562.
num. 54. *&c.*
Ex rationabili tamen, & iuſta cauſa, puta propter ſæui-
tiam, malos mores, & ſimilia poteſt, & debet Iudex inter-
dum ſubminiſtrari facere alimenta extra domum, Magon. 19
d. deciſ. 114. & latiùs videndus Menoch. *de arbitr. d. caſ.*
170. *num.* 12. *& ſeqq. ad* 20. quo caſu illorum taxatio debet
fieri ſolùm habito reſpectu ad illam quantitatem, & impen- 20
ſam, quam obligatus alere impenſurus eſſet in domo pro-
pria ſubminiſtrando, & non vltrà, pulchrè Duran. *deciſ.*
148. *per tot. vbi etiam num.* 6. *&* 7. quod ſub nomine ali-
mentorum veniunt habitatio, & medicinæ, cùm 21
eorum appellatione veniant omnia ad vitam ſuſtinen-
dam neceſſaria, *l. legatis alimentis* 6. *ff. de aliment. & cib.*
leg. de quo tamen vidend. Menoch. *de caſ.* 170. *num.* 23.
& ſeqq. ad finem, vbi intelligit hoc procedere quando
ſumus in fauorabilibus ipſis alimentis, ſecùs autem in
odioſis, & præiudicialibus illis, vt quando tractaretur
de illorum remiſſione, & tranſactione, quia tunc
non fit tam ampla interpretatio, vt ibi per eum,
&c.

A R G V M E N T V M.

Res quando dicatur litigioſa, & an poſſit alie-
nari. Multa de donatione nulla ob non ſer-
uatam formam ſtatuti, & qualiter in ea poſſit
læſio conſiderari, non obſtante iuramento, &
decreto.

S V M M A R I V M.

1 R*Es litigioſa non poteſt alienari ſine nulli-
tate.*
2 *Executio poteſt fieri contra rem litigioſam alienatam
ſine alio proceſſu.*
3 *Res, vel actio quando dicatur effecta litigioſa, num.
ſeqq.*
7 *Res litigioſa poteſt alienari cum vniuerſitate bono-
rum.*
9 *Res litigioſa poteſt pro conſtitutione, vel reſtitu-
tione dotis alienari, vel ex alijs cauſis,
num.* 10.
11 *Donare eſt perdere, & nemo præſumitur ſuum ia-
ctare.*
Mulierum genus auariſſimum.
12 *Fatuitas potius quàm donatio præſumitur.*
13 *Contractus ſine cauſa non ſubſiſtit.*
14 *Statutum quando dicatur inductum ob publicam vtili-
tatem.*
15 *Statutum loci contractus eſt ſeruandum, & in iudican-
do attendendum.*
16 *Statutum quando dicatur inducere formam.*
17 *Dictio, niſi, conditionem, & formam importat.*

18 *Oratio negatiua magis afficit, & fortius prohibet.*
19 *Verba*, non poſſint, nec valeant, *denotans neceſſitatem, & omnem potentiam ab actu excludunt.*
20 *Forma non ſeruata, nec naturalis, nec ciuilis oritur obligatio.*
21 *Dictio*, ſi, *& ablatiuus abſolutus conditionem, & formam important.*
22 *Forma à ſtatuto inducta eſt ſeruanda in quacunque donatione.*
23 *Solemnitas ſtatuti eſt neceſſaria, etiam ſi mulier contrahat cum Clerico, altera muliere, vel minore, ſiuè cum ſancto viro.*
24 *Donatio facta Clerico eſt nulla.*
Clerici ab emendis litigijs, à cupiditate, & auaritia, & ab omni alia negotiatione abſtinere debent.
25 *Solemnitas ſtatuti an ſit neceſſaria in contractu vtili, & non damnoſo.*
26 *Læſio qualiter poſſit conſiderari etiam in donatione per modum coniecturæ.*
27 *Læſio conſiderari poteſt in donatione correſpectiua, & ex alijs cauſis.*
28 *Donatio quando dicatur ob cauſam, num. 29.*
30 *Decretum iudicis qualiter debeat eſſe ſcriptum, & inſtantibus partibus interpoſitum.*
31 *Decretum qualiter cum cognitione cauſæ interponi debeat.*
32 *Contractus eſt nullus non obſtante decreto, quando conſtat de læſione.*
33 *Decretum Iudicis in donationibus tanquam ſine cauſa nihil operatur.*
34 *Mulier quoad fragilitatem conſilij æquiparatur minori.*
35 *Decretum vigore ſtatuti interpoſitum alios defectus non ſupplet.*
36 *Decretum Iudicis non iuriſperiti nullam iuſtitiæ præſumptionem habet.*
37 *Iudex indebitè decretum ſuum interponens quas pœnas incurrat vltrà damna, & intereſſe, ad quæ remanet obligatus.*
38 *Forma à ſtatuto inducta non poteſt renunciari etiam expreſsè cum iuramento.*
39 *Non debet eſſe maior virtus taciti, quàm expreſſi.*
40 *Iuramentum ſuper contractu ipſo iure nullo nihil operatur.*
41 *Contractus quando dicatur ipſo iure nullus.*
42 *Iuramentum vnicum niſi ampliſſimum non poteſt plures defectus ſupplere.*
43 *Iuramentum non extenditur ad ea, de quibus non fuit cogitatum, nec operari debet vltra mentem contrahentium, &c.*

CAPVT LXXXVII.

DOnatio bonorum facta per Dominas Franciſcam, & Eliſabeth Sorores de Plateis de Mutiliana ad fauorem R. D. Annibalis Garauinij de dicto loco pendente lite ſuper proprietate eorumdem bonorum inter eaſdem ex vna parte, & Dominos Vincentium, & Ioannem Baptiſtam fratres de Penſerijs, ac olim Dominam Eliſabeth de Violanis vſufructuariam hæreditatis, & bonorum quondam Vincentij de Plateis illius viri ex altera parte, modicam diſputandi præbet anſam, cùm ipſis volentibus ſit nulla ipſo iure propter vitium litigioſi, quod contrahitur quando fuit intentata actio realis, ita vt res de
1 qua mota fuit lis, vel controuerſia non poſſit alienari,
nec donari abſque vitio nullitatis, iuxtà tex. in l. lite pendente, & auth. litigioſa C. de litig. Vrſil. ad Afflict. deciſ. 231. num. 1. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 781. num. 17. Duran. deciſ. 281. num. 1. & ſi fuerit de facto alienata poteſt fieri executio contra acquirentem ſine alio proceſ-
2 ſu, præcipuè quando acquirens fuit doli particeps, Capyc.
deciſ. 128. per tot. Gratian. diſceptat. 502. num. 18. & Duran d. deciſ. 281. num. 2. Quando autem res, vel actio dicatur effici litigioſa ad effectum prædictum, Pract. Pap. li-
3 bel. act. real. gloſ. veris, & legitimis num. 59. cum Add. Bart.
in l. 1. §. fin. ff. de litig. & latè Rot. in Bononien. tranſactionis 14. Nouembris 1636. coram Veroſpio in nouiſſ. part. 7. deciſ. 172. num. 4. & per tot. Duran. deciſ. 364. num. 8. & ſeqq.

Et quòd res efficiatur litigioſa non ſolùm per citatio- 4
nem, & litis conteſtationem, ſed etiam propter ſolùm timorem litis mouendæ, Vrſil. ad Afflict. deciſ. 294. num. 3.

Non tamen vitium litigioſi induceretur ſtante lite ca- 5
lumnioſa, Put. deciſ. 244. num. 3. lib. 2. Gratian. diſceptat.
535. num. 9. &c. Nec attenditur in actione perſonali, vel
quando citatio, ſiue ſententia fuit nulla, idem Gratian. d. 6
cap. 535. num. 13. & cap. 531. num. 60. & ſeqq. Rot. in d. Bononien. tranſactionis, coram Veroſpio num. 5. & ſeqq. vbi ampliat, licèt agatur de bonis, & lis iniuſta habetur pro non lite, & non facit rem litigioſam, Gratian. diſceptat. 780. num. 7. &c.

Nec etiam attenderetur vitium litigioſi, ſi alienatio
eſſet de omnibus bonis, quaſi res litigioſæ poſſint aliena- 7
ri cum vniuerſitate bonorum, Cæpol. caut. 191. in fine,
Gratian. diſceptat. 781. num. 22. & latè Rot. in d. Bononien. tranſactionis num. 21. & ſeqq. vbi etiam num. 16. videtur tenere, quòd vitium litigioſi ad effectum prohibitæ alienationis non inducatur ex parte actoris, ſed tantùm ex par-
te rei, &c. Et an perempta inſtantia ſuper lite mota res 8
amplius dicatur litigioſa, Vrſil. ad Afflict. deciſ. 366. num. 8.

Sicut etiam non obſtante vitio litigioſi, res litigioſa
poſſet alienari ex cauſa reſtitutionis, vel conſtitutionis do- 9
ris, prout etiam ex cauſa legati, tranſactionis, & diuiſionis ratione publicæ vtilitatis, l. fin. in fine C. de litig. ita vt iſtis caſibus ſine nouo proceſſu, & non citato acquirente ſententia lata contra alienantem (cum quo tamen non obſtante ceſſione lis eſt proſequenda) non poſſit executioni demandari contra huiuſmodi acquirentem, vt per Duran. deciſ. 281. num. 23. & ſeqq. Vel etiam poteſt iuſſu, & licentia Iudicis alienari ſubſiſtente aliqua iuſta cauſa, vt putà ſi res ſit tempore peritura, vel ſimili cauſa, Cæpol. caut. 191.

Ac etiam redditur nulla ſupradicta donatio ob non ad- 10
hibitum conſenſum, & licentiam duorum proximiorum conſanguineorum, iuxta formam ſtatuti de quo infrà, &c. donare enim eſt perdere, l. cum de indebito
ff. de probat. & nemo præſumitur ſuum voluntariè iacta- 11
re, maximè mulieres, quarum genus reputatur auariſſimum, & ideò non eſt præſumendum quod faciant con-
tra ſui ſexus naturam, niſi ſint seductæ, & per erro- 12
rem deceptæ, cùm potius fatuitas, quam donatio præſumatur, l. ſed ſi ego vbi gloſ. ad Vell. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 3. num. 114. & facit Afflict. deciſ. 69. num. 2. tanto magis nulla excogitabili cauſa do-
nandi præexiſtente, & contractus ſine cauſa conſubſi- 13
ſtit, Roman. conſ. 292. num. 3. & conſ. 373. num. 4. Marſil. repet. Rub. ff. de fideiuſſ. num. 218. Caualer. deciſ. 257. num. 7. quamuis in donationibus alia cauſa, quam mera donantis liberalitas non attendatur, &c.

Iure igitur merito ad tollendas huiuſmodi malas præ-
ſumptiones, & propter publicam vtilitatem principaliter, 14
vt docent Gratian. diſceptat. 691. num. 7. fuit per ſtatuentes Mutilianæ prouiſum, Quod mulieres viduæ, ſiue virgines (quales ſunt dictæ donatrices) non valeant, nec poſſint aliquem contractum, & obligationem facere, niſi interuenerit iuramentum per eas corporaliter preſtitum, duorum proximorum conſanguineorum conſenſus, & licentia, ac competentis Iudicis decretum, & ſi contraxerint non ſeruatis ſolemnitatibus prædictis, quod factum fuerit, intelligatur, & ſit ipſo iure nullum, nulliuſque roboris, & momenti, prout expreſsè cantant verba Statuti, quod vigens in loco contractus erat omninò ſeruandum, & nunc in iudicando attendendum, cum ſimus in deciſorijs, Bart.
in l. cunctos populos C. de ſum. Trin. & fid. Cathol. latè Gra- 15
tian. diſcep. forenſ. cap. 124. num. 18. Picus ad Stat. Vrb. gloſ. 2. num. 36. Et cùm referat ea, quæ in actus expedi-
tione ſeruari debent, non eſt dubium, quod formam 16
inducit DD. in l. hac conſultiſſima, per illum tex. C. qui teſtam. fac. poſſ. Aſin. in prax. §. 3. cap. 36. & 37. fol. mihi
46. cum alijs per Fenzon. ad Stat. Vrb. cap. 68. num. 19. 17
Stante præſertim diſpoſitionem negatiuè concepta per illam aduerſatiuam, niſi, idem importante, nempè ſummam,
Dec. conſ. 532. num. 2. Bart. in l. 1. num. 10. ff. de condit. & 18
demonſtrat. Imò negatiua oratio ſemper magis afficit, & fortius prohibet, Caſtr. in l. hoc genus ff. eod. Natt. conſil. 397. num. 6. & verba, non poſſint, nec valeant, hoc

modo

modo repetita denotant præciſam neceſſitatem, ac omnem
potentiam ab actu excludunt, Marant. cum alijs *in l. is po-
teſt num. 41. ff. de acquir. hered.*

Quæ forma dicitur omninò ſubſtantialis, & eſt ad vn-
guem ſeruandam, ita vt ea non adimpleta, nec naturalis,
20 nec ciuilis oriatur obligatio, Surd. *deciſ.* 278. *num.* 8. 9.
18. & 19. Picus *d. tract. gloſſ.* 11. *per tot.* eoque magis cum
in fine eiuſdem Statuti legatur clauſula, *ipſo iure*, actus
annullatiua, caſu quo aliter fieret, Bald. Imol. & alij *in
l. 1. ff. de lib. & poſth.* quos ſequitur Genua *de ſcript. priuat.
lib. 1. quæſt. 16. concl. 2. num. 23. fol. mihi* 65. maximè cùm
ſit concepta per dictionem, *ſi*, & per ablatiuum abſolutum,
21 qui conditionem, quæ ante omnia impleri debet ſpecifi-
cè, & non per æquipollens importat, & eſt idem cum
forma, Bart. *in d. l. 1. ff. de condit. & demonſtrat. l. à teſta-
tore ff. eod. l. euictiſ. ff. de euict.* & Aſin. §. 11. *cap.* 1.
num. 3.

Et in terminis cuiuslibet donationis factæ à muliere,
22 ſiue ſit donatio ſimplex, ſiue remuneratoria, ſiue ob cau-
ſam, ſiue reciproca, ſiue tacita, & præſumpta, quòd ſit
omninò nulla ſi non fuerit ſeruata forma ſtatuti, tradit la-
tè Picus *d. tract. gloſſ. 7. num. 16. & ſeqq. vſque ad* 43. ex
pluribus rationibus, & auctoritatibus quas ibidem addu-
cit, &c.

Nec dubitari poteſt, prædictam concluſionem locum
habere quamuis donatio ſit ad fauorem Clerici, in quo
23 videtur ceſſare omnis ſuſpicio fraudis, cùm verius ſit
ſiue mulier contrahat cum Clerico, cum altera mulie-
re, cum minore, ſiue etiam cum ſancto viro, ſemper
requiri formam, & ſolemnitatem è ſtatuto inductam,
propter iura, & rationes, de quibus idem Picus *in al-
legat. gloſſ. 7. num.* 81. *& ſeqq. & num.* 202. ſequitur
Fenzon. *eod. tract. ad Stat. Vrb. cap.* 152. *num.* 54.
& ſeqq.

Imò ex hoc ſolo fundamento, quòd Donatio ſit facta
Clerico tanquam potentiori ratione fori, & magis priui-
legiato, latior, & craſſior arguitur dolus, & fraus, atque
nullitas, quaſi proceſſerit ex fonte cupiditatis, & auari-
24 tiæ, à quibus, & omni aliæ negotiatione, maximèque ab
emendis litigijs plurimum deteſtandis, Clerici omninò ab-
ſtinere debent, vt pulchrè tradit Gratian. *diſcep. forenſ. cap.*
826. *num.* 6. *& ſeqq.*

Neque etiam pars aduerſa poſſet prætendere validitatem
huiuſmodi donationis ex correſpectiua donatione facta
ipſis donatricibus, quaſi verſemur in contractu illis vtili,
& non damnoſo, quo caſu ſecundum multos non ſunt ne-
ceſſariæ ſolemnitates Statuti, vel quia verſemur in dona-
tione ob cauſam, quæ æquiparatur contractui oneroſo;
nam ſuppoſita non verificantur, cùm dicta donatio fue-
rit, & ſit illis valdè pernicioſa, prout conſtat ex inſpectio-
ne tituli, ac deficientibus ſolemnitatibus vtilitas non
præſumitur, ſed potius dolus, & mala fides, imò nulla
25 vtilitate attenta ſemper de neceſſitate eſſe adhibendam ſo-
lemnitatem Statuti, alias contractus ſit ipſo iure nullus ex
pluribus, iuxta veriorem opinionem latè oſtendit Gratian.
diſcept. forenſ. cap. 27. in princ. & num. ſeqq. vbi *num.* 10.
concordando opinione, dicit contrariam procedere
poſſe quando ex parte mulierum nulla interueniſſet obli-
gatio, ſed contractus totus eſſet abſolutè ad illarum fauo-
rem, quia tunc cum ipſæ in nihilo obligentur, ſed ſibi
alios obligent non releuat ſi ſolemnitates Statuti non
obſeruentur, ſequitur Picus *d. gloſſ. 7. num.* 18. *&
ſeqq.*

Et non obſtat, quòd in actu vbi exercetur liberalitas,
26 non poſſit aliqua læſio conſiderari, quia iſtud non proce-
dit, quando læſio deducitur per modum coniecturæ ad
præſumendum dolum, metum, & ſuggeſtionem, Ma-
gon. *deciſ. Flor.* 18. *num.* 4. Sicuti non procedit quando
agitur de donatione correſpectiua facta reſpectu alicuius
27 rei datæ, vel remiſſæ, quia iſtis caſibus conſideratur læſio
etiam in donationibus, ſi plus fuerit donatum, quam rece-
ptum, vel quando fuit donata res magni valoris, quàm
donans iuſto errore ductus credebat eſſe modici valoris,
Duran. *deciſ.* 121. *num.* 21. 22. & 23. & facit Odd. *de re-
ſtitut. in integr. quæſt.* 58. *art.* 1. *num.* 12. 14. 15. *&
ſeqq.*

Neque verſamur in donatione ob cauſam, quæ tunc
ſolùm dicitur talis, quando ſubeſſet neceſſitas, ob quam
28 ipſis teneretur donare, vel fieret ad commodum donan-
tis, quod liberalitatem excluderet, Crauett. *conſ.* 136.
num. 2. Caualer. *deciſ.* 257. *num.* 8. tantum autem abeſt,
quòd neceſſitas donandi in caſu prædicto adfuerit, vt nec
etiam poſſit excogitari aliqua cauſa impulſiua, quæ ſecun-
dum aliquos faceret donationem ob cauſam, licèt non ad 29
prædictum effectum, ad tradita per Michalor. *tract. de fra-
tr. part. 1. cap 20. num. 7. & ſeqq.* ſed hæc omnia abſque du-
bio ceſſant in caſu noſtro, quia ſtatutum non ſe reſtringit
ad ſolùm contractum donationis, ſed generaliter loquitur
de omni contractu, in quo ex parte mulierum interueniat
obligatio, vnde quoquo modo nominetur contractus, de
quo agimus, ſemper remanet ſub cenſura dicti ſtatuti, &
applicantur rationes, & auctoritates, de quibus Pic. & Gra-
tian. *in loc. cit.*

Decretum autem Iudicis, quod enunciatiuè tantùm
legitur in inſtrumento donationis plures patitur defectus,
nam non eſt diſpoſitiuè in ſcriptis redactum per Notarium, 30
nec interpoſitum inſtantibus prædictis Donatricibus pro-
ut requiritur, aliàs non remanet ſufficienter probatum,
& per illud non dicitur ſatisfactum formæ à ſtatuto in-
ductæ, vt per Picus *d. tract. gloſ.* 21. *num.* 15. *&
ſeqq.*

Secundò, quia non fuit adhibitum cum cognitione
cauſæ, probatis, & excuſſis cauſis, (imò nec enunciatis) 31
in ſcriptura ſeparata, prout neceſſe erat de iure, *l. minorum
C. de præd. minor.* maximèque cùm non interuenerint con-
ſanguinei, nec eorum loco curator, à quibus poſſit præ-
ſumi Iudicem fuiſſe ſaltem ſummariè informatum, nec
alia de quibus latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 153. *per tot.
& cap.* 409. *num.* 30. *& ſeqq.* vbi etiam *num.* 34. quod con-
tractus eſt nullus non obſtante decreto, quando conſtat de 32
læſione, de qua non poteſt dubitari in caſu noſtro, cùm ſi-
mus in contractu de ſua natura læſiuo, & manifeſtè læſio
appareat, &c.

Tertiò, quia decretum in donationibus tamquam ſine
cauſa, & indebitè interpoſitum nihil operatur, *l. ab Agna-
to, & l. fin. ff. de Curat. furioſ.* latè Gratian. *diſcept.* 233. 33
num. 1. 5. & 10. Rot. coram Caualer. *deciſ.* 257. *num.* 9.
& 10. & quamuis loquantur in minore, tamen quoad
fragilitatem conſilij, propter quam vltra alias rationes
cenſetur ſtatutum requirere conſenſum, & licentiam con- 34
ſanguineorum, mulier illi æquiparatur, Surd. *deciſ.* 62.
num. 38. *& ſeqq.*

Quartò, & in omnem caſum, quòd huiuſmodi decre-
tum fuiſſet validum, quod ex prædictis non eſt firman- 35
dum, cùm ſtatutum illud requirat pro forma, non poſſet
aliquid operari præter dictam formam in hac parte, &
non in alijs partibus, ſupplendo præſentiam, & licen-
tiam conſanguineorum, vltra dictum decretum neceſſa-
riam, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 483. *num.* 12. & 13.
maximè cùm ſimus in decreto Iudicis non Iuriſperiti, quo 36
caſu ceſſat omnis bona præſumptio pro decreto, & illius
iuſtitia, idem Gratian. *cap.* 13. *num.* 6. *& cap.* 153. *num.*
20. Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſumpt.* 75. *num.* 42. *&
ſeqq.* Si enim ille Iudex fuiſſet legum peritus certè non in-
terpoſuiſſet tale decretum, ne vltra amiſſionem dignita-
tum, & bonorum publicationem, quam pateretur de
iuris rigore, iuxta *text. & gloſ. in l. iubemus §. His quo-* 37
que C. de Sacroſ. Eccleſ. ipſe remanſiſſet obligatus ſub-
ſidiaria actione pro omnibus damnis, & intereſſe, vt in
ff. & C. de Magiſtrat. conuent. Simoncell. *de decret. lib.* 1.
tit. 1. *num.* 12. cum alijs per Picus *d. gloſ.* 21. *num.*
44. & 45.

Neque iuramentum in dicta donatione appoſitum poteſt
supplere conſenſum, & licentiam proximiorum, primò
quia ſicuti huiuſmodi formæ ſtatutariæ cum clauſula 38
annullatiua non potuiſſet expreſsè renunciari cum iura-
mento, Oſaſch. *deciſ.* 127. *num.* 12. cum multis alijs per
Gratian. *d. cap.* 691. *num.* 7. & 8. Ita nec tacitè per dictæ
formæ omiſſionem, ne ita facilè reddatur euadere diſpo- 39
ſitionem ſtatuti, & ne ſit maior virtus taciti, quàm
expreſſi, contra *text. in l. cum quid, vbi DD. ff. ſi
cert. pet.*

Secundò, quia iuramentum appoſitum ſuper contractu
ipſo iure nullo nihil operatur, cùm natura iuramenti ſit
addere tantum robur, & non ſubſtantiam actui, ac ſu- 40
blato contractu principali ipſum quoque tollitur, nec
probatur interueniſſe per contractum nullum, cui in ni-
hilo fides adhibetur, *cap. quanto de iureiur.* Gail. *obſeru.* 59.
num. 5. *lib.* 2. Bart. *in l. ſi quis pro eo ff. de fideiuſſ.* Gratian.
diſcep. 824. *num.* 25.

Quòd autem ſimus in contractu ipſo iure nullo pa-
41 tet ex geminatis verbis ſtatuti ſupra relatis, quæ dicun-
tur latæ ſententiæ, & inducunt nullitatem ipſo iure, vt
benè ponderat, & declarat Gratian. *d. cap.* 691. *num.*
2. *&c.*

Tertiò, quia cùm idem iuramentum requiratur corpo-
raliter præſtitum pro forma in eodem ſtatuto vltra alias ſo-
lemnitates, non poteſt aliud operari, vt dictum eſt de
42 decreto, & generale eſt, quod iuramentum vnicum, niſi
ſit ampliſſimis verbis conceptum non poteſt plures defe-
ctus ſupplere, ſed vnum tantùm, & quando plures defectus
eſſent ſanandi vigore iuramenti, eſſent neceſſaria plura
iuramenta ſpecialia, quoad omnes defectus ſingillatim ſa-
nandos, Gail. *obſeru.* 42. *num.* 11. *lib.* 2. Surd. *deciſ.* 154.
43 *num.* 12. & Gratian. *diſcept.* 27. *num.* 37. *&* 38. Ne etiam
contingat contra regulas iuris, iuramentum extendi ad
ea, de quibus non fuit cogitatum, & operari vltra mentem
contrahentium, *l. fin. C. de non num. pec.* Bart. *in l.* 4. *§. quæ-
ſitum ff. ſi quis caut. &c.* cum alijs per Michalor. *de fratr.
part.* 3. *cap.* 41. *num.* 35. *&* 36. *&c.*

ARGVMENTVM.

Sententia lata poſt peremptam inſtantiam ſtatuti an, & quando ſit valida, & quando nullitas non attendenda.

SVMMARIVM.

1 *SEntentia lata poſt peremptam inſtantiam ſtatuti; quando ſit nulla.*
2 *Iudex quando poſſit elapſa inſtantia ſententiam validam proferre.*
3 *Statutum dirigens verba in Iudicem, qualiter duo iubere dicatur.*
4 *Actus contra legem pœnalem geſtus non eſt nullus.*
5 *Cauſa ſemper terminari debet ſaltem intra tempus à iure communi præfixum.*
6 *Statutum loci particularis, & non Ciuitatis dominantis eſt attendendum.*
7 *Statutum Florentinum prohibet appellationem, & nullitatem in cauſis centum librarum, & ab inde infra.*
8 *Appellatione prohibita, non cenſetur prohibita allegatio nullitatis.*
9 *Sententia nulla debet confirmari ſtante bono iure.*
10 *Nullitates non attenduntur, vbi ius redditur per Notarios.*
11 *Sententia iuſta, licèt nulla, debet confirmari.*
12 *Sententia nulla quando poſſit per aliam validam confirmari, &c.*
13 *Sententia poteſt proferri non obſtante peremptione inſtantiæ, quando ſumus in confeſſis.*

CAPVT LXXXVIII.

SEntentia lata per D. Prætorem Galeatæ ad fauorem
R. D. Petri Matthæi non poteſt dici nulla, ex eo quod
1 lata fuerit poſt peremptam inſtantiam, quia quidquid dici
poteſt, vbi ſtatutum inducendo inſtantias cauſarum diri-
geret verba in iuriſdictionem, vel præfigeret tempus Iu-
riſdictioni, ſiue cauſæ, & inſtantiæ, quibus caſibus cùm
iuriſdictio ad tempus conceſſa poſt illud tempus cenſeatur
denegata, quandocumque feratur ſententia, elapſo illo ter-
mino, quo cauſa erat terminanda, eſſet ipſo iure nulla, quaſi
eo temporis lapſu mandatum iuriſdictionis euanuerit, *l.* 2.
§. ſi iudex, ff. de iud. Aſin. *in prax. §.* 2. *cap.* 1. *in fine*, Pract.
Pap. *for. ſent. deff. gloſ.* 1. *num.* 36. Marant. *part.* 4. *diſt.* 16.
num. 40. *& part.* 5. *num.* 58. Scacc. *de appell. quæſt.* 15.
num. 288.

Tamen cùm in caſu noſtro Statutum Galeatæ non præ-
figat tempus inſtantiæ, nec Iuriſdictioni, ſed tantùm diri-
gat verba in Iudicem mandando illi ſub pœna librarum vi-
gintiquinque cauſas intra certa tempora expedire, & ſimus
in iudice ordinario, quidquid eſſet in delegato, certum eſt,
quod etiam poſt lapſum tempus aſſignatum durat illius Iu-
riſdictio, & cauſa extincta dici non poteſt, vnde Iudex
2 elapſo etiam huiuſmodi tempore potuit ſententiam profer-
re, Corn. *conſil.* 49. *num.* 16. *lib.* 2. Cin. Bald. Ang. & alij
in l. properandum in princ. C. de iud. Aſin. *in prax. §.* 2. *cap.*
2. *num.* 2. Pract. Pap. & Marant. *in loc. ſup. cit. part.* 5. *num.*
58. *in fine*, Altograd. *conſ.* 86. *num.* 31. *lib.* 2. Bardellon.
conſ. 172. *num.* 51. vbi etiam loquitur in compromiſſo, ſe-
quitur Scacc. *de appell. d. quæſt.* 15. *num.* 288.

Statutum enim dum dirigit verba in iudicem videtur
duo imperare, vnum ſcilicet Iudici cauſam expediendam
committendo, alterum vt intra illud tempus præfixum,
& determinatum expediat, ſi autem Iudex alterum præce-
ptum contempſit non expediendo cauſam intra tempus aſ-
ſignatum, non debuit inconuenientia multiplicare omit-
tendo etiam cauſam expedire, ſed illam omninò per ſen-
tentiam terminare debuit, & potuit ſine vitio nullitatis, 3
licèt ex omiſſione primi præcepti in pœnam inciderit,
Corn *d. conſ.* 49. Caſtr. *in conſ.* 184. *lib.* 1. Alex. *conſ.* 71.
72. *&* 14. *lib.* 6. *& conſ.* 24. *lib.* 4. Dec. *conſ.* 500. *lib.* 4. 4
Nam actus contra legem pœnalem geſtus non eſt nullus,
Bald. *in l. ait prætor §.* 1. *ff. de dam. infect.* cum alijs pluri-
bus quos refert, & ſequitur, ac de communi teſtatur Aſin.
in d. §. 2. *cap.* 2. *per tot.* vbi *num.* 4. intelligit dummodo, 5
prout in caſu noſtro, cauſa intra tempus, & inſtantiam
iuris communis fuerit expedita, & idem circa prædi-
cta ſequitur Pract. Pap. & Marant. *in loc. ſup. cit.* Scac.
d. quæſt. 15. *num.* 288. Altograd. *conſ.* 86. *num.* 33.
lib. 2.

Neque obſtat, quod Statutum Florentinum præfigat
tempus inſtantiæ, & Iuriſdictioni, non ipſi Iudici tantùm,
& ſic attenta illius diſpoſitione ſententiam eſſe ipſo iure
nullam iuxta ſuperiùs firmata; Quia in caſu noſtro ſerua-
ri, & attendi debet præfatum Statutum Galeatæ, non au-
tem Statutum Florentiæ, quod non debet attendi in locis
particularibus ſtatus, vbi adſunt ſtatuta particularia diſpo-
nentia de caſu, de quo quæritur; quamuis talia ſtatuta 6
eſſent inuicem compatibilia, cùm vnuſquiſque locus pro-
prijs ſtatutis ſit regendus, non autem Ciuitatis dominantis,
niſi in ſubſidium deficiente ſtatuto loci ipſius particularis,
Bart. *in l. omnes populi ff. de iuſt. & iur.* Gratian. *diſcept.*
474. *num.* 2. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 18. *num.*
70. *& ſeqq.* Rot. *in nouiſſ. part.* 6. *deciſ.* 145. *num.* 28.

Præterea ſi iuxta cenſuram, & diſpoſitionem Statuti
Florentini iudicare volumus in dicta cauſa, prout neceſſe
eſt in caſibus non diſpoſitis à Statuto loci particularis, vti-
que fatendum eſt, quod cùm ageretur de modica ſumma
non erat licita appellatio, nec nullitatis allegatio, vt ex- 7
preſse diſponit Statutum Florentinum *lib.* 5. *Rubr.* 4. vbi
in cauſis centum librarum, & ab indè infrà prohibetur
appellatio, nullitatis dictio, & omne aliud remedium,
quo ſententiæ contradici poſſit, ex quibus verbis non
poteſt negari non eſſe prohibitam allegationem nullita-
tis ſententiæ, quicquid aliàs appellatione tantùm ſim-
pliciter prohibita poſſit de nullitate dici, cùm appella- 8
tio, & nullitas ſint diuerſa, Pract. Pap. *for. appell. ab
interloc. gloſ.* 1. Gratian. *diſcep.* 74. *num.* 2. 3. *&* 4.

Et vbicunque conſtat de bono iure, prout in caſu no-
ſtro euidenter apparet de credito dicti R.D. Petri Matthæi,
ſententia etiam nulla defectu iuriſdictioni, qualis eſſet 9
peremptio inſtantiæ, ſi ipſi Iuriſdictioni eſſet præfixum
tempus, deberet à Iudice nullitatis, & appellationis om-
ninò confirmari, Alex. *conſ.* 67. *lib.* 6. Vant. *de nullit. tit.
vlt. num.* 131. vbi de communi, & ita ſeruari debere per
Iudices concludit idem Alex. *conſ.* 181. *num.* 15. *lib.* 6. Me-
noch. *conſ.* 361. *num.* 35. *lib.* 4. prout refert, & ſequitur
Gratian. *diſcept.* 206. *num.* 4. & idem tenet Magon. *deciſ.
Luc.* 92. *num.* 33. præſertim cùm dicta ſententia lata fuerit
per Iudicem, Notarium, & Iuriſperitum, quia vbi ius di- 10
citur per Notarios, vt contingit coram Vicarijs, & Pote-
ſtatibus Terrarum in Statu Sereniſſimi Magni Ducis, api-
ces iuris non curantur, nec nullitates ab eis commiſſæ
ſunt attendendæ, ſed tantùm bonum ius litigantium, Alex.
conſ. 61. *num.* 11. *lib.* 2. Iaſ. *in l.* 1. *num.* 6. *de off. aſſeſſ.* cum
alijs per Gratian. *diſcept.* 353. *num.* 17. Et quòd ſententia 11
iuſta, licèt ſit nulla, poſſit confirmari per Iudicem appel-
lationis, relato eodem Alex. *d. conſ.* 67. firmauit Rot. *diuerſ.
part.* 3. *lib.* 3. *deciſ.* 129. *num.* 2. idem Gratian. *diſcep.* 734. *num.*
55. Magon. *deciſ. Luc.* 25. *num.* 45. *vbi Add.* Et multa, quan-
do ſententia nulla poſſit per aliam validam confirmari, tra- 12
dit idem Gratian. *diſcept.* 950. *num.* 27. *& ſeqq. & deciſ.
Marcb.* 144. *num.* 26. *&c.*

Et circa prædicta ſciendum eſt etiam, quòd vbi con-
ſtat de debito ex confeſſione partis, poteſt quandocun-
que per Iudicem ferri ſententia tanquam ſuper notorio,

15 non obſtante peremptione inſtantiæ, cùm confeſſus habeatur pro condemnato, & partes Iudicis in confeſſum non ſint niſi in exequendo, Hippolyt. *ſing.*201. Franc. *deciſ.*653. *num.*2. Marant. *in prax. part.*5. *num.*60.

Intellige quando confeſſio emanauit durante adhuc inſtantia, ſecus ſi ea iam perempta, vt per Franch. *d.dec.*653. *num.*4. *& deciſ.*654.

ARGVMENTVM.

Statutum, quod hæreditas delata licèt non adita tranſmittatur, quando locum habeat; plura de tranſmiſſione, & qualiter hæreditas dicatur delata, & poſſit adiri, quid in bannito, & an poſſit repudiari in præiudicium creditorum.

SVMMARIVM.

1 *HÆreditas non adita, non tranſmittitur.*
2 *Hereditas quando dicatur delata, num.*10. *& ſeqq.*
3 *Hereditas an exiſtente aliquo impedimento adeundi dicatur delata, num. ſeqq.*
4 *Tranſmiſſio quid ſit.*
Impeditus adire, ſi fuerit inſtitutus, habetur pro non ſcripto.
5 *Quid in impedimento adeundi de facto.*
6 *Infans, cui ſit hereditas delata, an eam tranſmittat, num.*17. *& num.*31.
7 *Infans habetur pro abſente, & æquiparatur dormienti.*
8 *Hereditas vt poſſit adiri, quæ requirantur.*
9 *Pecunia vox latè ſumpta, quid ſignificet, & quid ſtrictè.*
12 *Hereditas non dicitur delata pendente conditione, num.* 49. *& ſeqq.*
13 *Lex ex actu conditionali nullum producit effectum.*
14 *Ex actu nullo nullus reſultat iuris effectus.*
15 *Impedimentum ignorantiæ non impedit operationem legis.*
16 *Hereditas dicitur delata, quando impedimento poteſt occurri per interpoſitam perſonam.*
17 *Hereditas infanti delata per quos eius nomine poſſit adiri.*
18 *Pater retinendo dotem maternam, an dicatur nomine filij adire.*
19 *Hereditas pupille delata, per quos eius nomine poſſit adiri.*
Pupillus hereditatem non aditam non poteſt tranſmittere.
20 *Hereditas minori delata quomodo poſſit adiri.*
*Minor tranſmittit ad heredes beneficium reſtitutionis in integrum, num.*33.
21 *Hereditas an dicatur adita per habitationem domus, vel ingreſſum fundi.*
22 *Priuatus factione paſſiua teſtamenti non poteſt per interpoſitam perſonam fieri heres, nec ei dicitur delata hereditas.*
23 *Verba ſtatutorum ſunt propriè, & ſtrictè intelligenda.*
24 *Hereditas infanti, vel aliter impedito an dicatur propriè delata, vt habeat locum Statutum, quod hereditas delata, & non adita tranſmittatur, contrarium, num.*25. *&* 26.
27 *Tranſmiſſio qualiter fiat ratione ſuitatis, ſanguinis, & iuris deliberandi.*
28 *Tranſmiſſio ratione ſuitatis fit cum beneficio abſtinendi.*
29 *Tranſmiſſio ſuitatis fit in extraneos etiam in præiudicium exiſtentium in pari gradu, num.*42.
30 *Tranſmiſſio ſanguinis quænam ſit, & iuris deliberandi, num.*32.
33 *Minor, qui mortuus eſt ſine aditione tranſmittit in heredes beneficium reſtitutionis in integrum aduerſus lapſum temporis adeundi, num.*20.
34 *Extenſio intelligitur ſecundum terminos iuris extenſi.*
35 *Deſcendentes tranſmittunt hereditatem aſcendentium, etiam ſi ignorauerint.*
36 *Tranſmiſſio qualiter fiat vigore Statuti Florentini.*
37 *Hereditas ſemel repudiata, an poſsit amplius adiri, & quid in filio, num.*38. *&* 39.
40 *Filius licet abſtineat, ſi per interpoſitam perſonam emat bona patris, efficitur illius heres ſimpliciter.*
41 *Tranſmiſſio dotis maternæ qualiter fiat vigore Statuti Florentini.*
43 *Hereditas deſcendentis delata aſcendenti, & ab eo non adita, an tranſmittatur.*
44 *Legitima, & eius ſupplementum qualiter tranſmittatur, & num.*41.
46 *Legitima non poteſt in præiudicium creditorum per filium repudiari.*
47 *Hereditas, & legatum an poſsit repudiari in præiudicium creditorum.*
48 *Hereditas delata bannito qualiter poſsit in præiudicium fiſci repudiari, & quare non ſpectet ad fiſcum, etiam quoad legitimam.*
49 *Conditio omninò caſura, & euentura non impedit tranſmiſsionem.*
50 *Heres quando poſsit ante euentum conditionis hereditatem adire, & tranſmittere.*
51 *Heres poteſt pendente conditione agnoſcere bonorum poſſeſsionem de iure prætorio.*

CAPVT LXXXIX.

STatuto Mutilanæ *lib.*2. *Rub.*40. ac in alijs pleriſque locis cauetur, quòd hæreditas delata cuique etiam ignoranti, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato licèt nondum adita tranſmittatur ad hæredes decedentis, ac idem ſeruari debere in fideicommiſſo, legato, donatione, ac alia quacumque vltima voluntate, &c.

Quapropter, & non ſemel apud doctos dubitari vidi, quando hæreditas dicatur propriè delata, vt poſſit habere locum ſtatutaria diſpoſitio, cùm aliàs de iure communi 1 hæreditas non adita non tranſmittatur, niſi ratione ſuitatis, *l. emancipata, C. qui admitti, l.*3. *§. acquirere, ff. de bon. poſ.* Magon. *deciſ. Flor.* 17. *n.*1. Et dici delatam quando quis adeundo illam conſequi poteſt, aliàs ſecus, 2 eſt *tex. in l. delata* 151. *ff. de verb. ſignif.* Marant. *in repet. l. is poteſt num.*16. *ff. de acq. hæred.* Vnde difficultas maior verſatur, an exiſtente aliquo impedimento adeundi in hærede, fideicommiſſario, vel legatario, poſſit hæreditas dici delata, vel legatum, ſiue fideicommiſſum delatum, 3 ad hoc, vt ſit locus tranſmiſſioni, & quia impedimentum poteſt eſſe de iure, vel de facto, de iure, vt quia vocatus ad hæreditatem ſit ſpurius, hæreticus, vel aliter ſucceſſionis incapax, & de iſtis impedimentis non eſt diſſerendum, cùm clarum ſit quod de iure impediti non poſſunt hæreditatem conſequi, nec ideò illam ad ſuos hæ- 4 redes tranſmittere, ex eo quia tranſmiſſio eſt ius adeundi, quod habebat moriens per *dict. l. delata* 151. *ff. de verb. ſignif.* Bolognet. *in rubr. C. quando non pet. part. num.*11. Et ſi tales fuerint inſtituti, pro non ſcriptis habentur, *l. ſi quis mihi, §. Si quis, ff. de acqu. hered. & in l. eius qui, §. fin. vbi gloſ.* & Bart. *ff. de Teſtam.* Marant. *in l. is poteſt num.*106. *ff. de acqu. hered.* vbi quod tunc hæreditas ibit ad ſubſtitutum ſi adeſt, vel ad coniunctum, ſiue ad venientes ab inteſtato, iuxta *l.*1. *§.*1. *C. de caduc. toll.*

Quando autem ſumus in impedimento adeundi de facto, videtur eodem modo dicendum, non poſſe dici delatam hæreditatem per *text. in dict. l. delata*, vbi dici- 5 tur delata, quando hæres adeundo illam conſequi poteſt, ergo ſi ſit impeditus etiam de facto non poteſt dici verè delata.

Sed huic reſolutioni obſtat *tex. in l. licet, & l. ſi infanti, C. de iur. delib.* vbi infanti, & ignoranti dicitur hæreditas 6 delata, & tamen conſtat in illis eſſe impedimentum adeundi, & quod ſi non adiuerint, non poſſunt tranſmittere, *d. l. ſi infanti, §. fin verè*, Marant. *in d. l. is poteſt num.*145. *& num.*263. *ff. de acqu. hered.* infans enim habetur pro abſente, ac æquiparatur dormienti, & ignoranti, Montan. 7 *de tut. cap.*29. *num.*18. & ideò dicitur impeditus de facto, nec vllum negotium per ſe gerere poteſt, Marant. *loc. cit.* & Montan *d. tract. cap.*30. *num.*7. *& c.* Nam ad hoc, vt hæ- 8 reditas poſſit adiri, nouem requiſita ſunt neceſſaria, primò quòd adire volens ſit homo liber, ſecundò paterfamilias, tertiò compos mentis, quartò maior 25. annis, quintò ſciat mortem illius, cui intendit ſuccedere, ſextò quòd ſit delata, ſeptimò quòd ſit validum teſtamentum ſi agatur ex teſtamento, octauò quod ſit proximior in gradu, nonò quod ſciat an ab inteſtato, vel ex teſtamento ſuccedat, prout hæc omnia requiſita ſingillatim declarat Marant. *in d.l. is poteſt num.*104. *cum pluribus ſeqq.*

Pro

Pro vera igitur huius difficultatis reſolutione eſt diſtin-
guendum, quod aut iſtud verbum, *delata*, ſumitur in la-
ta ſignificatione, aut in anguſta, & ſtricta, quemadmo-
9 dum ſumitur pecunia largè, & ſtrictè, vt largè ſumpta
omnes res mobiles contineat, & quidem propriè, *l. pecu-
nia appellatione 4. ff. de verb. ſignific.* ſtrictè verò pecuniam
numeratam tantùm, Franc. Curt. Pap. *tract. de ſequeſtr.
num. 1. &c.* Sic etiam largè ſumendo dictum verbum,
delata, dicitur hæreditas delata quantum ad legis opera-
10 tionem etiam impeditis, qui ſint à lege vocati, Marant.
in d. l. is poteſt num. 265. ff. de acq. hæred. ſtrictè verò, &
cum effectu intelligendo dictum verbum, *delata*, tunc
erit delata hæreditas, quando vocatus adire poteſt, vn-
de exiſtente aliquo impedimento in hac ſtricta ſignifi-
11 catione non poterit dici delata, ſi vocatus illam conſequi
non poteſt non inſpecta qualitate impedimenti, ac ita
intelligi poteſt, *dict. l. delata*, vel ſecundùm Marant.
loc. cit. d. num. 265. in fine, quando non poteſt aditi,
quia non ſit mortuus teſtator, vel non ſit purificata con-
ditio, & ſic de alijs impedimentis extrà perſonam hæ-
redis, &c.

Sumendo itaque largè huiuſmodi verbum, *delata*, pro
delatione conſiſtente in ſola legis operatione, dicendum eſt,
quod aut impedimentum adeundi oritur ex conditione
12 inſtitutioni, vel legato appoſita, & tunc nec in hac lata
ſignificatione generaliter poterit dici delata hæreditas,
Gloſ. *d. l. delata 151. ff. de verb. ſignif. l. is qui hæres 13. ff.
de acq. hæred. l. ſed & ſi de ſua 14. §. 1. ff. de eod. l. ſi ita ſcri-
ptum 46. §. ſi ſub conditione, ff. de l. 2.* Gratian. *diſcept. fo-
13 renſ. cap. 140. num. 27.* quia lex ex actu conditionali pen-
dente conditione nullum producit effectum, *l. cedere
diem 213 ff. verb. ſignific.* Aut oritur impedimentum ex
parte teſtamenti, vt quia ſit nullum, & tunc nec pariter
14 poterit dici delata hæreditas, vel legatum, cùm ex actu
nullo nullus reſultet iuris effectus, *l. non dubium, C. de
legibus.* Aut tandem adeſt impedimentum ex parte hæ-
redis, quod contingere poteſt ratione ignorantiæ, vel alijs
de cauſis. Si ratione ignorantiæ, illud non impedit ope-
15 rationem legis *§. conditionis, Inſtit. de verb. oblig.* & ſic
hæreditas erit delata etiam ignoranti quoad operationem
legis; Si verò alijs de cauſis quis reperiatur impeditus adi-
re, ſiquidem tale impedimentum, cui poſſit occurri per
16 interpoſitam perſonam ſcilicet tutoris, vel Curatoris, &
pariter dicetur delata hæreditas, in quibus terminis lo-
quitur *d. l. ſi infanti, C. de iur. delib. & ſimilia iura*, ſi
enim infans habet patrem, vel auum, illi poſſunt eius no-
mine adire, ſicut eis deficientibus poteſt tutor, qui ſi ne-
17 glexerint, & moriatur infans hæreditatem non aditam
non tranſmittit niſi ad patrem ex priuilegio, vt in *d. l. ſi in-
fanti*, vbi DD. & latè Theſaur. *dec. 88. per tot.* Marant.
in d. l. is poteſt num. 145. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 401.
18 num. 32.* An verò pariter terminando dotem maternam cen-
ſeatur nomine filij infantis hæreditatem matris adire
videtur affirmare Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 627. num. 26.*
& facit Magon. *deciſ. Flor. 14. in fine, & deciſ. 148. num. 51.*
videndus latè pro contraria opinione Altograd. *conſ. 81.
num. 6. & ſeqq. per tot. lib. 1.* Pupillus autem maior ſepten-
nio cum conſenſu patris, vel tutoris, vel ſi neutrum il-
lorum habet cum auctoritate Iudicis adire poteſt, nam ſo-
19 lus pater, vel tutor pro illo adire non poſſunt, ac læſus ha-
bet reſtitutionem in integrum, & ſi non adiuerit, nec ad
patrem, vel illos tranſmittere poteſt, *d. l. ſi infanti*, & la-
tè declarat Marant. *loc. cit. num. 146. & ſeqq.* Montan. *de
tut. cap. 10. num. 44. cap. 32. reg. 9. num. 273. & cap. 30. num.
207. ad 134. & n. 162.* vbi plura de hac materia. Et quo-
modo delata minori 25. annis ei acquiratur, tradit idem
Marant. *loc. cit. num. 153.* vbi quod talis minor poteſt adire
20 cum auctoritate patris, vel curatoris, quos ſi non habet,
vel recuſent conſenſum præſtare, poteſt ex ſe ipſo adire
ſaluo ſemper beneficio reſtitutionis in integrum, quod
etiam ad hæredes tranſmittit, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.
78. num. 22. & cap. 820. num. 20.* Quando autem fuit adita
per tutorem, qualiter pupillus factus maior dicatur aditio-
nem ratificaſſe, vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 711. num.
21 54. &c.* Et an per habitationem domus paternæ ſciente tu-
tore dicatur adita hæreditas, Montan. *de tut. cap. 9. num.
36. & 37.* & an per ingreſſum fundi vnà cum tutore, idem
Montan. *cap. 30. num. 44. &c.*

Quando autem non poteſt impedimento occurri per
interpoſitam perſonam, vt quia hæres ſit damnatus ob
aliquod delictum, ſiue alio modo priuatus factione paſſi-
ua teſtamenti, & tunc per interpoſitam perſonam non po- 22
teſt fieri hæres, *l. neque per ſe hæredes, C. de hæred. in-
ſtit.* & ita nec ei aliquo modo poterit dici delata hæreditas,
de quo etiam infrà alia dicentur, &c.

Cùm igitur verba ſtatutorum in propria, & ſtricta ſi- 23
gnificatione ſint accipienda, *l. 3. §. hæc verba*, vbi Bart. *ff.
de neg. geſt. cum ſimilibus*, præcipuè quando ſumus in
correctorijs iuris communis, quo caſu nullam recipiunt
interpretationem, ſed propriè prout iacent debent intelli-
gi, Magon. *deciſ. Luc. 6. num. 31.* videbatur dicendum
tunc ſolum eſſe locum tranſmiſſione vigore ſtatuti, quan-
do eſſemus in hæreditate propriè, & ſtrictè delata, &
quam quis adeundo conſequi poteſt, non autem quando
agitur de delata hæreditate, latè ſumpto delationis vocabu-
lo, iuxtà caſus ſupra enumeratos, & ideò delatam infanti,
qui propter imbecillem eius ætatem non poteſt adire, vel
furioſo, qui ob defectum iudicij pariter impeditur adire, 24
ſiue ignoranti non poſſe ad illorum hæredes tranſmitti,
niſi ex potentia ſuitatis, Marant. *d. l. is poſt num. 263. ff. de
acq. hæred.* cum huiuſmodi perſonis non dicatur propriè,
& ſtrictè delata, ex eo quia adeundo per ſe illam conſequi
non poſſunt, & ideò ſtatutum non procedere, vt tenet
Matteſil. *ſing. 144.* quem ſequitur Rim. iun. *in l. 1. C. qui
admitti, &c.*

Contrarium tamen, nempè diſpoſitionem ſtatuti proce-
dere etiam in caſibus prædictis, in quibus hæreditas dici- 25
tur largè delata per legis operationem, firmant Dec. Ni-
ger. Sap. & alij *in d. l. C. qui admitti*, & eſt communis opi-
nio, vt teſtatur Alciat. & Rebuff. *in d. l. delata 152. ff. de
verb. ſignif.* quæ opinio communis eſt tenenda, ſicuti eam
publicè docendo amplexus eſt Excellentiſs. D. Franciſcus
Barbadorius Præceptor meus colendiſſimus Bononiæ anno
1644. *d. l. C. qui admitti*. Et ad hoc quænam dicatur pro- 26
priè hæreditas, vel bonorum poſſeſſio delata, vltrà ci-
tatos videndi ſunt Iaſ. *num. 4.* Cagnol. *num. 21.* Zuccard.
num. 12. Plaud. *num. 1.* Bolognet. *num. 22.* Maſſin. *num.
128. omnes in d. l. 1. qui admitti*, & Fachin. *controuerſ. iur.
cap. 37. lib. 13.*

Pro cuius deciſionis confirmatione animaduertendum
eſt, quod dictum ſtatutum potius dicitur extendere, quam
prorſus corrigere ius commune, ſiquidem de iure com-
muni non eſt ſemper, & abſolutè prohibita tranſmiſſio, 27
ſed admittitur in pluribus caſibus, vt ratione ſuitatis, ſan-
guinis, ac iuris deliberandi, *l. cum antiquioribus, C. de
iur. delib.* Ratione enim ſuitatis ſui hæredes, idest liberi
obtinentes primum gradum ſiue ſciuerint, ſiue ignora-
uerint, niſi expreſſè repudiauerint, tranſmittunt ad quoſ- 28
cumque hæredes hæreditatem patris non aditam, vel
adeundam cum beneficio tamen abſtinendi, *l. apud hoſtes,
C. de ſuis, ac legitimis*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 271.
num. 16. & cap. 772. num. 53.* vbi multa de ſuitate, & il-
lius effectibus, ita vt huiuſmodi tranſmiſſio fiat in extra-
neos etiam in præiudicium exiſtentium in pari gradu, 29
Magon. *deciſ. Flor. 148. num. 16.* Ratione verò ſanguinis
omnes liberi etiam non obtinentes gradum ſuitatis tranſ- 30
mittunt hæreditatem aſcendentium non aditam in ſuos de-
ſcendentes, ſiue ſciuerint, ſiue ignorauerint delationem,
niſi expreſſè eam recuſauerint, quod procedit etiam in
legatis, & fideicommiſſis, *l. vn. C. de his, qui ante apert.
tab.* ſicuti infans mortuus ante aditam hæreditatem ſibi 31
delatam, de iure communi illam tranſmittit ad ſolum pa-
trem ex priuilegio ſpeciali, non autem ad alios hæredes, *l.
ſi infanti*, vbi Bart. & Bald. *C. de iur. delib.* ſequitur Marant.
in d. l. is poteſt num. 145. & 263. ff. de acq. hæred. Et quo ad
ius deliberandi mortuo aliquo hærede, etiam extraneo ad-
huc durante anno à lege præſcripto ad deliberandum tranſ- 32
mittitur reſiduum huiuſmodi temporis ad quoſcunque
hæredes, ſi moriens ſciuerit ſibi delatam, ſecus autem ſi
ignorauerit, quando ſumus in extraneo, *l. cum antiquio-
ribus*, vbi gloſ. *C. de iur. delib.* Marant. *d. l. is poteſt num.
268. & 319.* Iaſ. *in l. emancipata, C. qui admitti, & præd.*
& ſequitur Rot. Rom. *in Nouiſſ. part. 6. deciſ. 22. num. 39.
40. & 41.* Ita vt ſi fuerit minor ille, cui erat delata hære- 33
ditas, & ſi mortuus ſine aditione, cùm eo ipſo quod non
adiuit dicatur læſus, tranſmittat etiam ad hæredes benefi-
cium reſtitutionis in integrum, quod ipſe ſe haberet ſi vi-
ueret aduerſus huiuſmodi lapſum anni, *l. Pamponius 85. ff.
de acq. hæred.* vbi Bart. Caſtr. & alij, Surd. *deciſ. 138. num.
10.* Gomeſ. *var. reſol. cap. 9. tranſmiſ. num. 56.* cum alijs
mul-

multis per Gratian. *diſcept. forenſ. cap.78. num.22. cap.820.*
num.20. & ſeqq.

Quapropter dictum ſtatutum extendendo ius commu-
34 ne neceſſariò debet intelligi ſecundum terminos iuris com-
munis extenſi, *l. ſed & ſi manente, ff. de prec. DD. in l. le-*
cta, ff. ſi cert. pet. ſed quando ius commune concedit tranſ-
miſſionem in prædictis caſibus, non diſtinguit an dicatur
hæreditas ſtrictè, vel largè delata, ergo & eodem modo
ſtatutum interpretari debet, & quod ita ius commune in-
35 terpretetur, facit *l. vn. de his, qui ante apert. tab.* vbi deſcen-
dentes tranſmittunt hæreditatem aſcendentium ad ſuos de-
ſcendentes, ſiue ſciuerint, ſiue ignorauerint delatio-
nem, &c.

Circa quod eſt etiam notandum vigore Statuti Floren-
tini *lib.21. Rub.129.* tranſmiſſionem fieri ab eo, qui de-
functi bona poſſedit per quindecim dies à die mortuis de-
functi, cùm tunc abſque alia aditione ſit factus hæres acti-
36 uè, & paſſiuè ipſo iure, etiam ſi agatur de re minima
poſſeſſa, & detenta, ac etiam ſi prætenderet non vti hæ-
res, ſed ex alia cauſa detinuiſſe, & licèt prius repudiauerit,
nam ſi poſt repudiationem poſſideat, vt ſupra, efficitur
37 hæres ſimpliciter, Magon. *deciſ. Flor.10. num.20. & ſeqq.*
per tot. quamuis aliàs hæreditas ſemel repudiata non poſ-
ſit amplius adiri, *l. ſicut, C. de repud. hæred.* Magon. *loc.*
cit. num.29. & 30. niſi eſſemus in filio, qui licèt ex omni
38 cauſa teſtati, & inteſtati repudiauerit hæreditatem pater-
nam, poteſt ex ſpeciali priuilegio re integra intra triennium
pœnitere, & repudiatam hæreditatem capere cum bene-
ficio legis, & inuentarij, *l. ſi quis ſuus, ff. de iur. delib. l.*
fin. C. de repud. hæred. Surd. *conſ.457. num.35.* Rota *de-*
ciſ.96. num.11. part.6. recent. Pract. Pap. *libel. hæred. ex*
teſtam. gloſ.2. num.8. intelligendo tamen in ſuo, nam
39 emancipatus, vel vbi ageretur de hæreditate matris ha-
bet ſolum annum ad pœnitendum, *l. nonnumquam 8. ff.*
de collat. bon. gloſ. in dict. l. fin. C. de repud. hæred. An
autem opus ſit expreſſa reuocatione, vel ſufficiat tacita,
idem Magon. *dict. deciſ. 10. num.16. & ſeqq.* vbi etiam
40 *num.35.* quod ſi filius abſtinuerit, & poſtea per interpoſi-
tam perſonam emerit bona patris, adhuc efficitur hæres
ſimpliciter, quia lex præſumit iſto caſu omnia ſimulatè
geſta, &c.

Sicut etiam tranſmiſſio dotis maternæ, licèt non aditæ
vigore Statuti Florentini fit in quoſcunque hæredes etiam
extraneos filiorum, & deſcendentium licèt extarent fi-
lij ex alio matrimonio, vt teſtatur idem Magon. *deciſ.*
41 *Flor.148. in princ.* Quæ quidem tranſmiſſio ſtatutaria, et-
ſi in dubio dicatur irregularis, cùm ſit in tranſuerſales, &
extraneos, & non habeat locum in præiudicium exiſtentis
in pari gradu propter obſtaculum maioris æquitatis, quæ
eſt, vt filij ſuperſtites potiùs, quàm extranei habeant ma-
tris hæreditatem, tamen in caſu prædicto cùm verba ſint
42 clara Florentiæ, dicitur regularis, & ordinaria, ſicut illa
quæ fit ex potentia ſuitatis, & ad inſtar illius habet locum
etiam in præiudicium exiſtentium in pari gradu, Magon.
dict. deciſ.148. num.14. & ſeqq. Quod tranſmiſſio non
habeat locum in præiudicium exiſtentium in pari gradu
propter obſtaculum maioris æquitatis contra Magon. *loc.*
cit. latè probat Altograd. *conſ.83. per tot. lib.1.* vbi oſten-
dit *d. deciſ. Magon.* fuiſſe pluries ab eadem Rota Flor. re-
probatam.

43 Tranſmiſſio tamen de iure communi haberet locum in
hæreditate deſcendentis, quæ delata aſcendentibus, & non
adita ab illis non tranſmittitur, Crauett. *conſ.37. num.4.*
cum alijs per Magon. *deciſ. Flor.104. num.6* ſecus autem
ſtante ſupradicto ſtatuto, quod hæreditas delata, & non
adita tranſmittatur iuxta ſuperiùs dicta, &c.

Legitima verò, vel eius ſupplementum quamuis non
fuerint agnita, nec in iudicium deducta, tranſmittuntur ad
quoſcunque hæredes etiam extraneos, ſiue agatur de legi-
40 tima debita deſcendentibus, ſiue de illa, quæ debetur
aſcendentibus, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.118. num.*
36. cap.602. per tot. cap.743. num.1. vbi ampliat etiam ad
Trebellianicam *cap.807. num.33. & cap.448. num.21. &c.*
quem ſequitur Rot. *in Nouiſſ. part.6. deciſ.160. per tot.*
vbi videnda Magon. *deciſ. Flor.10. num.12. & ſeqq.* Quod
45 intelligitur reiecto omni onere appoſito, quamuis defun-
ctus tacuerit, & non petierit illud reijci, idem Gratian.
diſceptat.594. num.11. & 702. num.18. niſi fuiſſet accepta-
ta cum onere, cuius poſteà per hæredes acceptantis non
poteſt peti reiectio, latè idem Gratian. *diſceptat. forenſ.*
cap.983. per tot. Ita vt quodammodo videatur etiam tranſ- 46
mitti in creditores inuito filio, cùm non poſſit in eorum
præiudicium repudiari, & renonciari, vt latè per Merlin.
de legit. lib.3. tit.2. quæſt.29. per tot. quicquid contrarium
videatur firmare Gratian. *diſcept. forenſ. cap.882. num.32.*
cuius opinio procedere poteſt reſpectu hæreditatis, vel
legati, quæ repudiari poſſe videntur in præiudicium 47
cuiuslibet creditoris etiam hypothecarij, licèt in foro
conſcientiæ grauiter peccent, tam ipſe debitor repudians
quam aduocati, & alij conſilium dantes, idem Gratian.
diſcept. forenſ. cap.271. per tot. cap.458. num.18. & cap.132.
per tot.

Hæreditas tamen delata bannito, ſiue ex teſtamen-
to, ſiue ab inteſtato, & non adita tempore delicti, vel
confiſcationis poteſt in præiudicium fiſci repudiari, & 48
tanquam ius futurum non venit in confiſcatione, ita vt
nec fiſcus poſſit prętendere legitimam in bonis paternis ex
perſona talis banniti, quia talis filius bannitus reputatur
mortuus ante patrem tempore banni, Paul. de Caſtr. *con-*
ſil.212. lib.2. & alij relati per Cabal. *reſolut. crimin. caſ.*
264. per tot. vbi latè explicat hanc concluſionem, & ſequi-
tur Gratian. *diſcept. forenſ. cap.271. num 20. cap.458. num.*
20. & cap.132. num.12. & ſeqq. vbi vide & Marant. *in d. l.*
is poteſt num.124. in fine, &c.

Et quamuis dictum fuerit ſupra, quod pendente condi- 49
tione non dicatur delata hæreditas, nec ſit locus tranſmiſ-
ſionis, tamen ſciendum eſt, quod ſi ſit omninò certum
conditionem eſſe caſuram, vt mortis alicuius, non impe-
ditur tranſmiſſio, Rot. *in Nouiſſ. part.6. deciſ.22. num.47.*
ſicut etiam quando eſt opinio communis, publica vox, &
ſama, quod conditio ſit omninò extitura in fauorem hære- 50
dis, poteſt ſtatim hæres non expectato conditionis euentu
adire hæreditatem, & eam ad ſuos hæredes tranſmittere,
licet conditio nondum extiterit, dummodo poſtea exiſtat,
Marant. *in d. l. is poteſt num.325. ff. de acq. hæred.* Gratian.
diſcept. forenſ. cap.156. num.6. 7. & 8.

Ac non obſtante pendentia conditionis poteſt hæres de 51
iure prætorio agnoſcere bonorum poſſeſſionem, quid au-
tem ex tali agnitione conſequatur, tradit idem Gratian.
diſcept. forenſ. cap.540. n.28. & ſeqq. &c.

A R G V M E N T V M.

Legitima quanta ſit, an debeatur filiabus in bonis maternis ſtante ſtatuto illorum excluſiuo, plura de renunciatione, quando æqualitas dotis ſit ſeruanda inter ſorores, an maſculi ex vno matrimonio excludant fœminas ex alio.

S V M M A R I V M.

1 *Legitima qualiter, & quibus debeatur titulo inſtitutionis ſine grauamine.*
2 *Legitima debetur etiam fœminis de iure communi.*
3 *Legitima quanta ſit, & quomodo diuidenda.*
4 *Legitima debita nepotibus in bonis aui quanta ſit.*
5 *Legitima an poſſit tolli per ſtatutum, num.22.*
6 *Statutum excludens fœminas dotatas an, & quando intelligatur excludere cantùm ab hæreditate dotantis, vel aliorum, n.24.*
7 *Argumentum à contrario ſenſu valet ad interpretationem Statutorum.*
8 *Legitima an comprehendatur quando de illa non fuit facta ſpecialis mentio in ſtatuto, num.17. & num.26.*
9 *Filia quando non poſſit ſuccedere in bonis maternis ſtante ſtatuto.*
10 *Filia licet excluſa à ſtatuto, vel per renunciationem, poteſt capere relicta in teſtamento, & quando acquirat ei, cui renunciauit, num.15.*
Renunciatio in dubio intelligitur tantum quoad ſucceſſionem ab inteſtato.
11 *Filia poteſt capere per donationem, licèt renunciauerit, vel ſit excluſa à ſtatuto.*
12 *Renunciatio eſt ſtricti iuris, & ſufficit ſi in aliquo verificetur.*
13 *Renunciatio de bonis paternis, & maternis qualiter non extendatur ad fraterna etiam ab illis prouenientia, & facta mentione alicuius fratris non extenditur ad bona aliorum fratrum.*
14 *Renunciatio facta pluribus fratribus, cum pacto quod illis decedentibus poſſit ſuccedi, vno tantùm decedentibus poſſit ſuccedi, vno tantùm dece-*

den-

dente admittitur ſoror ad illius portionem.
16 *Renunciatio ſi non ſortiatur effectum debent accepta reſtitui.*
17 *Fœmina ſimpliciter excluſa à ſucceſſione dicitur excluſa etiam à legitima.*
18 *Filia quando præſumatur dotata etiam de bonis maternis quando fuit dotata à fratre, vel vtere, & quid ſi fuerit dotata à patre, n.19.*
20 *Patre declarando Filiam dotaſſe etiam de bonis maternis Filia remanet ab eis excluſa.*
21 *Frater dotando ſororem intelligitur facere animo compenſandi cum legato illo facto in teſtamento.*
23 *Statutum excluſiuum fœminarum dicitur fauorabile, & quare.*
25 *Filia vigore ſtatuti Florentini eſt excluſa à bonis paternis, & maternis indiſtincta.*
27 *Filia à patre dotata non poteſt dicere ſe incongruè dotatam, numeris ſeqq.*
28 *Filia excluſa an debeat habere dotem æquiualentem legitimæ.*
29 *Pater poteſt maiorem dotem vni filiæ dare, quàm alteri.*
30 *Frater tenetur æqualitatem dotis ſeruare inter ſorores.*
31 *Pater tenetur integram dotem primi matrimonij filiæ reſeruare.*
32 *Statutum excluſiuum fœminarum, an procedat quoad bona emphyteutica, & n.34.*
33 *Statutum excludens fœminas non cenſetur illas excludere à iure vigore contractus delato.*
34 *Legitima debetur etiam ex bonis emphyteuticis.*
Emphyteuſis qualiter poſſit alienari ab vltimo comprehenſo in inueſtitura.
36 *Conſuetudo alienandi emphyteuſim in præiudicium vocatorum quando valeat.*
37 *Statutum excluſiuum fœminarum, an comprehendat bona alibi ſita.*
38 *Filij ex primo matrimonio qualiter non excludant fœminas ex ſecundo, nec è contra in bonis maternis.*
39 *Filia excluſa à ſucceſſione non cenſetur excluſa à lucro obueniente vigore l. hac adictali.*
40 *Renunciatio qualiter non extendatur vltra cauſam expreſſam.*
41 *Renunciatio intelligitur facta contemplatione filiorum extantium, & rebus ſic ſtantibus, &c.*

C A P V T XC.

Legitima debetur filijs legitimis, & naturalibus, licèt
emancipatis, ac etiam nepotibus, parentibus de medio
ſublatis, honorabili titulo inſtitutionis purè, ac ſine
1 aliquo grauamine, vt per Merlin. *tract. de legit. lib. 1. tit.
2. quaſt. 1. cum al. quibus q3. ſeqq.* & Michalor. *tract. de fratr.
part. 1. cap. 33. num. 12. & ſeqq. ad 57. cum ſuis ampliationibus,
& limit. &c.*

Quod quidem procedit, tam in ſucceſſione patris, quàm
matris, & tam quoad filios maſcolos, quàm quoad fœmi-
2 nas, quibus ſublata omni ſexus differentia eodem modo
ſicuti maſculis debetur, *l. maximum vitium, C. de lib. pret.*
Merlin. *d. quæſt. 1. num. 3. & 4.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.
637. num. 18. & 19.* quamuis iſtud quoad fœminas ſit hodie
correctum per ſtatuta totius Italiæ, vt teſtatur Merlin.
loc. cit. &c.

3 Atque huiuſmodi legitima quando filij ſunt quatuor,
vel pauciores eſt tertia pars bonorum, quæ remanent
tempore mortis patris, deducto ære alieno, quando verò
ſunt vltra quatuor, eſt ſemis, ideſt medietas dictorum
bonorum tempore mortis exiſtentium, quæ diuiditur
inter ipſos filios æqualiter, ita vt ſecundùm eorum numerum
vnuſquiſque capiat tertiam partem, ſiue medietatem
illius portionis, quam erat conſequuturus ab inteſtato
ex ſucceſſione Auth. *Nouiſſima, C. de inoff. teſtam.* Pract.
Pap. *for. libel. hered. ex teſtam. gloſſ. ac etiam num. 24.* cum
Add. Michalor. *de fratr. dict. cap. 33. num. 2. &c.* Merlin.
de legit. lib. 1. tit. 3. quæſt. 1. num. 2. & 4. Sicuti idem eſt
in legitima debita nepotibus in bonis aui, vel auiæ,
quæ eſt ſemis, vel triens iuxta illorum numerum, cùm
veniant directè, & immediatè pro virili vti liberi primi
gradus, nec loco vnius habentur licèt ex vno tantum
patre deſcendant ſi ille præmortuus fuerit auo, quod
4 eſt intelligendum niſi tales nepotes concurrant cum patruo
ſuperſtite tempore mortis aui, vel cum alijs nepotibus
ex altero fratre præmortuo natis, quia tunc non
conſiderantur in capita, nec ex propria perſona, ſed
in ſtirpes, & repræſentatiuè ex perſonis parentum,
& ideò vnaquæque linea, & ſtirps loco vnius tantùm
habetur, licèt ſint plures perſonæ, Salyc. *num. 5.* & Iaſ.
num. 51. in auth. Nouiſſima, C. de inoff. teſt. Merlin. *de legit.
lib. 1. tit. 4. quæſt. 2.* cum alijs per Duran. *deciſ. 347.
num. 3. & 4.*

Prædictaque adeò vera ſunt, vt cùm legitima ſit debita
à iure naturæ, & diuino, non poſſit per ſtatutum tolli, 5
vel per conſuetudinem, cùm naturalia iura ſint immutabilia,
Add. ad Pract. Pap. *libel. pro leg. res ſing. gloſſ. 1.*
Oinot. *in §. fin. num. 4. Inſtit. de legit. agnat. tut.* Bart. *in l.
Titio, §. Titio genero num. 6. ff. de condit. & demonſtrat.* alijque
plures relati per Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 1. n. 1.
& ſeqq. ad 7.*

Ex quibus rectè inferri poſſe videbatur filias nuptas, &
dotatas à patre poſſe vlterius petere dotem maternam ſaltem
pro rata legitimæ, non obſtante diſpoſitione ſtatuti
Mutilanæ *lib. 2. Rub. 48.* qualiter mulier ab inteſtato ſuccedat,
quod eſt idem, & repetitum de verbo ad verbum 6
cum ſtatuto Florentino *lib. 2. Rub. 130.* cum præſertim huiuſmodi
ſtatutum intelligatur excludere tantùm ab hæreditate
dotantis, vt patris, & non aliorum non dotantium, vt
matris, quando vlteriùs non progreditur exprimendo
etiam perſonas, à quibus dotatæ non fuerunt, Gratian. *diſcept.
forenſ. cap. 637. in fine*, latè Rot. *in Narnien. ſucceſſionis
26. Nouembris 1629. coram Merlino*, & Merlin. *de
legit. lib. 3. tit. 1. q. 17. n. 1. &c.*

Et quamuis dictum ſtatutum excludat fœminas, &
earum deſcendentes etiam ab hæreditate matris decedentis
ab inteſtato, ſi eidem matri ſic decedenti extent filius,
vel filij maſculus, vel maſculi, vel alius, vel alij
maſculi deſcendentes ex eo, vel eis, admittendo enim
fœminas ad ſucceſſionem matris ſub illa conditione
ſi non extant maſculi, vt ſupra, videtur omninò illas
excludere eis extantibus non ſolùm per argumentum à
contrario ſenſu, quod ad interpretationem ſtatutorum 7
validiſſimum reputatur, præcipuè quando alias ſtatutum
redderetur inane, Euerard. *loc. à contr. ſenſ. num. 22.* Duran.
deciſ. 445. num. 5. & in puncto Aſin. *in prax. §. 32.
limit. 3. princ. num. 2. fol. mihi 210. à tergo*, ſed etiam propter
defectum conditionis, cùm valeat argumentum
à contrario ſenſu conditionis appoſitæ, Magon. *deciſ. Flor.
37. num. 17.* Non tamen cenſetur illas excludere à petitione
legitimæ, cùm de illa nullam faciat mentionem, & legitima
non comprehenditur niſi expreſsè dicatur, præcipuè
etiam quia iuris correctio non eſt inducenda per ſub- 8
auditos, & tacitos intellectus, vnde legitima tanquam
caſus omiſſus videtur remanere ſub diſpoſitione iuris communis,
ſtatuta enim vltra caſus expreſſos extendi non
poſſunt, ſed ſunt tanquam mula ſterilis, Soc. ſen. *conſ. 150.
num. 25. lib. 1.* Capr. *conſ. 6.* Iaſ. *in auth. Nouiſſima num. 53.
C. de inoff. teſtam.* cum alijs pluribus relatis per Merlin. *de
legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 2. num. 29. & ſeqq.* Gratian. *diſceptat.
forenſ. cap. 637. num. 23.*

Prædictis tamen, & alijs quæ dici poſſent non obſtantibus,
contrarium de iure verius eſſe exiſtimo, nempè
fœminas dotatas à patre excludi vigore ſupradicti ſtatuti
non ſolum ab hæreditate patris dotantis extantibus perſonis
à ſtatuto nominatis, ſed etiam à ſucceſſione matris
etiam reſpectu legitimæ, ſi exteot maſculi ſupra nominati,
& ſic fœminas competenter à patre dotatas non
poſſe prætendere legitimam in bonis maternis, cum enim 9
ſtatutum diſponat, quod mulieres nuptæ, & dotatæ ſint
contentæ ſuis dotibus, & nil aliud petere, vel prætendere
poſſint, concludenter datur intelligi, vt non poſſint
prætendere aliquam ſucceſſionem in bonis maternis,
Theſaur. *deciſ. 62. num. 3.* Seraph. *deciſ. 1291.* Gratian.
*diſceptat. forenſ. cap. 490. num. 25. & ſeqq. & cap.
890. num. 1. & ſeqq.* ac pulchrè Merlin. *de legit. lib. 3. tit.
1. quæſt. 2. num. 46. & ſeqq.* adde Altograd. *conſ. 5. num.
35. & 36. lib. 1.* vbi ſequitur hanc concluſionem. Sicuti
hanc interpretationem paſſim recepit huiuſmodi ſtatutum,
& non eſt exemplum in contrarium, cùm talis interpretatio
ſit iuri conſona ex prædictis, & alijs ſatius
infra dicendis, &c. Intelligendo tamen de ſucceſſione ab
inteſtato, cùm alias poſſit filia fœmina, tam à patre,
quàm à matre inſtitui in teſtamento, vel ei legata re-

lin-

linqui, etiam ſi præceſſerit pactum, & renunciatio de non ſuccedendo in bonis paternis, vel maternis, tam ab
10 inteſtato, quàm ex teſtamento, quia tale pactum tanquam contra bonos mores, & auferens liberam teſtandi facultatem non valet, & intelligitur patre, vel matre perſeuerantibus in eadem voluntate, à qua ſi recedant, filiæ relinquendo in teſtamento, valet legatum, & peti poteſt, cùm tunc videatur remiſſum iuramentum, & in dubio renunciatio intelligitur tantum quoad ſucceſſionem ab inteſtato, Petr. Iacob. *in Pract. libell. tit. de conditione ex l. omnimodo act. ex teſtam. cumul.* Paul. de Caſtr. *in l. fin. in 4. col. C. de pact.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 469. num. 73. &c. & cap. 565. num. 61. & 62.* Buratt. *deciſ. 366. per tot.*

11 Nec etiam extenditur ad donationem inter viuos, ex qua filia non prohibetur ſuccedere, Afflict. *deciſ. 350. per tot.* vbi etiam Vrſil. in Add. idem comprobat, &c. cùm omnis renunciatio ſit ſtricti iuris, & non comprehendat niſi id quod eſt expreſſum, nec debet extendi ad alias res, iura, cauſas, vel perſonas, ſed ſufficit quòd poſſit in ali-
12 quo verificari, vt minus præiudicet renuncianti, ad cuius fauorem ſemper eſt interpretanda, Rot. Rom. per Duran. *deciſ. 385. num. 2. & 3.*

Quapropter renunciatio facta à filia de bonis paternis, & maternis non porrigitur ad bona fraterna, licèt proueniant à parentibus, cùm per additionem deſierint eſſe
13 paterna, vel materna, & effecta fuerint fraterna, adeò vt ſi nominatim fuerit renunciatum aliquibus bonis fraternis puta Franciſci, & Alexandri, non extenditur renunciatio ad bona aliorum fratrum puta Gregorij, & Pauli non nominatorum, vt pulchrè per Rot. Roman. *in Nouiſſ. part. 6. deciſ. 144. per tot.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 685. num. 1. & ſeqq.* Et facta per ſororem duobus fratribus cum pacto, quod ipſis decedentibus ſine filijs poſſit
14 ad bona renunciata redire, vno tantùm ipſorum ſine liberis decedente ad illius portionem eſt admittenda excluſo altero fratre, eiuſque liberis, Crauett. *conſil. 109.* Oſaſch. *deciſ. 110.* quos refert, & ſequitur Theſaur. *deciſ. 189. per tot.*

Circa tamen prædicta eſt animaduertendum differentiam eſſe, an renunciatio bonorum paternorum, & maternorum fiat in manibus patris, quo caſu vt dictum eſt ſi poſteà fiat relictum in teſtamento, videtur remiſſum iuramentum, & omne ius quæſitum ex renunciatione, ſecus autem ſi fiat in manibus fratris præſentis, & ſtipulantis pro ſe, & ſuis hæredibus, quia licèt etiam iſto caſu poſſit filiæ renuncianti per parentes relinqui in teſtamento, tamen
15 filia adeundo, acquirit fratri, & eius hæredibus virtute dictæ ſtipulationis, & ſic omne relictum acquiritur ei, cui fuit renunciatum, nec filia poteſt illud petere, vel tenetur acquiſitum cedere, & maximè ſi renunciatio ſit facta per viam ceſſionis, vel donationis, Afflict. *deciſ. 350. num. 12. & 13.* Surd. *deciſ. 14.* & latè hanc concluſionem pro maſculo, cui fuit facta renunciatio tuetur Theſaur. *quæſt. forenſ. 95. lib. 1. per tot.* facit benè Altograd. *conſ. 66. num. 35. & 36. lib. 1.* Sed contrarium, & expreſsè reprobatos Theſaur. Surd. & alios vide per eundem Altograd. *conſ. 41. num. 55. &c. lib. 2. & conſil. 42. num. 32. dict. lib. 2.* & Rot. Flor. *die vlt. Maij 1649. lib. Mott. 119.* & penes Altograd. *poſt conſ. 43. verſ. Nec obſtat,* vbi etiam reprobat Merlin. & alios plures qui cum Theſaur. clauſis oculis tranſierunt. Quod quamuis non tranſeat ſine difficultate, illud tamen certum eſt, quod ſi fi-
16 liæ renuncianti aliquid eſſe datum, vel promiſſum pro habenda renunciatione, deberet reſtitui, ſi renunciatio non ſortiatur ſuum effectum, propter diſpoſitionem *l. fin. C. de pact.* vel alia de cauſa, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 692. num. 37. & ſeqq.*

Sed vt reuertamur ad caſum noſtrum, cum extantibus maſculis fœminæ, vt ſupra excludantur expreſsè à ſucceſſione matris decedentis ab inteſtato, ſequitur quod intelligantur etiam excluſæ à petitione legitimæ, cùm ſe-
17 cundùm veriorem, & magis communem opinionem mulier ſimpliciter excluſa per ſtatutum à ſucceſſione ab inteſtato, intelligatur etiam excluſa à legitima, & à iure dicendi teſtamentum nullum, vel illud rumpendi, quamuis de legitima non ſit facta expreſſa mentio, cùm legitima ſit portio eius, quod erat habitura ab inteſtato, ſi non reperiretur excluſa, vnde non entis nulla eſt portio, Caſtr. *in l. Titio centum, §. Titio Genero col. pen. ff. de condit. & demonſtrat.* Roman. *conſ. 16. col. pen. & conſ. 42. in vlt. dub.* Capr. *conſ. 165. col. 2.* Corn. *conſ. 150. lib. 1.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 35. num. 1. & ſeqq. & cap. 178. num. 14.* Michalor. *de fratr. part. 3. cap. 4. num. 12. &c.* ac infinitos propè eandem ſententiam tenentes refert, & ſequitur, ac veriorem, & magis communem appellat Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 1, quæſt. 2. num. 36. & ſeqq. per tot.* Rota *in Nouiſs. part. 6. deciſ. 9. num. 1. & 2.* vbi loquitur in terminis filiæ excluſæ à ſucceſſione patris propter maſculos, & in terminis matris excluſæ à ſucceſſione filiorum, quod ſit etiam excluſa à legitima, Magon. *deciſ. Flor. 20. num. 12. &c.* Contrarium in hoc vltimo, quando non fuit aliquid matri reſeruatum, Altograd. *conſ. 66. & 57. per tot. lib. 1.*

Idque fortius procederet, vbi non à patre, ſed à fratre, vel alio extraneo puta tutore eſſent dotatæ poſt mortem parentum, quia in dubio etiam de bonis maternis 18
adminiſtratorio nomine intelligerentur dotatæ, vt notat Cyn. *in l. fin. de dot. prom.* quem refert, & ſequitur Pract. Pap. *for. libel. pro leg. res ſing. gloſ. 1. num. 83. in fine, &c.*

An autem, & quando filia à patre dotata præſumatur dotata de bonis ipſius patris, & non de proprijs puta materttis ab illo adminiſtratis, & quid ſi pater expreſſerit ſe dotare etiam de bonis filiæ, an hoc intelligatur in ſubſi- 19
dium, & ordine ſucceſſiuo, ſcilicet deficiente ſubſtantia ipſius patris, videtur affirmare Menoch. *lib. 3. præſumpt. 15. per l. vlt. C. de dot. prom.* Si tamen pater dando, vel promittendo dotem claris verbis expreſſerit, vel etiam poſtea in teſtamento, licet nullo, quod filia fuit dotata tam de bonis paternis, quàm maternis, facit illam penitus remanere excluſam à maternis, cùm in claris non ſit opus 20
coniecturis, idem Menoch. *d. præſumpt. 15. num. 24. & ſeqq.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 504. num. 15. & ſeqq. cum Addit. in fine tomi, & cap. 890. num. 4. & 22.* Buratt. *deciſ. 283. per tot. lib. 1.*

Et frater ſimpliciter promittendo, vel ſoluendo dotem ſorori, videtur ſoluere animo compenſandi cum legato illi per parentes relicto, & ad quod vti hæres erat debitor, 21
& non animo donandi, quidquid tenuerit Bald. *de dot. part. 6. princ. 45.* vt per Magon. *deciſ. Florent. 13. num. 23. & ſeqq.* & latè probat Rot. Roman. per Duran. *deciſ. 224. per tot.*

Neque obſtant ſupra in contrarium adducta quoad legitimam matris; non quidem primum, quod legitima non poſſit per ſtatutum, vel conſuetudinem tolli, quia contraria opinio eſt verior, quod imò ex aliqua iuſta cauſa poſſit tolli per ſtatutum, puta ratione agnationis 22
conſeruandæ, quæ cenſetur principale motiuum dicti ſtatuti, quod propterea fauorabile reputatur, & omne id quod pertinet ad agnationem conſeruandam conſeruare debet, vel quando aliquid aſſignatur loco alimentorum, ſiue dotis, etiam quod non ſuccedat loco legitimæ, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 300. num. 1. & ſeqq.* latè Michalor. *de fratr. part. 3. cap. 4. num. 12.* Magon. *dec. Florent. 14. num. 6. in fine, & num. 12. & deciſ. 107. num. 3.* ac latè probat Merlin. *de legit. lib 3. tit. 1. quæſt. 1. num. 8. & ſeqq. per tot.* huiuſmodi enim ſtatutum factum præſumitur, vt bona in agnatione conſeruentur, cum expediat publicæ vtilitati familiarum dignitates ſaluas remanere, quod fieri non poteſt abſque diuitijs, ſine quibus ſordeſcit nobilitas, & perpaucos pauperes videmus ad dignitates, & honores promoueri, vnde meritò debent remanere excluſæ fœminæ, per quas non conſeruatur agnatio, nec familia, imò potius deſtruuntur, ac penitus euelluntur domus, vt docet experientia, & quia maſculinum genus maiores in Republica ſubit labores, & magis vtile eſt propter bella, & gubernium Ciuitatis, ad quæ mulieres, vt plurimum, ſunt omninò inhabiles, tale igitur ſtatutum non ſolum rationabile, ſed etiam fauorabile propter publicam vtilitatem reputatur, non ar- 23
tento, quod in conſequentiam redundet in odium, & præiudicium fœminarum, cùm potius mens principalis ſtatuentium ſpectari debeat, & cùm publica vtilitas ſit præferenda cuique commodo priuatarum perſonarum, ſicuti egregiè multos alios adducens probat Merlin. *de legit. lib. 4. tit. 1. quæſt. 2. num. 2. & ſeqq. ad 29.* Magon. *deciſ. Florent. 105. vel 106. num. 10.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 449. num. 19. & cap. 890. num. 31.* Michalor. *de fratr. part. 3. cap. 11. &c.*

Non

Non obſtat ſecundum obiectum, quod huiuſmodi ſta-
tutum intelligatur excludere tantùm ab hæreditate dotan-
tis, & non aliorum non dotantium, quia iſtud procede-
ret quando ſtatutum ſimpliciter diceret quod fœmina do-
tata excludatur, ac vlterius non progrederetur; tali enim
caſu excluderetur tantùm à ſucceſſione dotantis, ſecus
autem quando ſtatutum, prout in caſu noſtro, conſti-
tuit plures caſus ſucceſſionum, & ſic vlterius progredi-
tur exprimendo, quod mulier dotata extantibus maſcu-
lis non ſuccedat patri, matri, fratribus, vel ſimilibus per-
ſonis, nam hoc caſu cum ſtatutum conſideret vnicum
illum actum dotationis, & ſit conditum fauore maſculo-
rum, quibus extantibus mens ſtatuentium apparet, quod
mulier ſit contenta ſua dote, ſufficit, vt ab vno fuerit do-
24 tata, ad effectum, vt excludatur à ſucceſſione aliorum,
aliàs contra mentem ſtatuti daretur abſurdum, quòd con-
ſequeretur plures dotes à patre, matre, & fratribus tran-
ſcendentes ordinariam ſucceſſionem, & plus haberet quam
maſculi, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.15. num.1. & ſeqq.
& cap.651. per tot. cap.664. num.4.* & pulchrè *in cap.890.
num.1. & ſeqq.* Theſaur. *deciſ.62.* Michalot. *de fratr. part.
3. cap.11. num.164. & ſeqq.* Merlin. *de legit. lib.3. tit.1. qu.
17. num.4. & ſeqq. ad* 15. Hancque diſtinctionem, & dif-
ferentiam patrimonij paterni, & materni expreſsè ſuſtulit
noua reformatio edita Florentiæ die 25. Septembris 1620.
25 in tertio capite, dum ſtatuit, & declarauit, mulieres, &
earum coniunctos non admiſſas ad ſucceſſionem vigore
dicti ſtatuti, intelligi penitus, & abſque vlla diſtinctio-
ne excluſas ab omnibus paternis, & maternis cauſa li-
tium tollendarum, concedendo tamen expreſſam hypo-
thecam à die mortis defuncti pro alimentis, & dote fauo-
re illarum perſonarum, quibus ab eodem ſtatuto reſeruan-
tur, & ſic remanent etiam excluſæ à legitima iuxta ſupe-
riùs firmata, &c.

Non obſtat tertium obiectum, quod legitima non intel-
ligatur comprehenſa à ſtatuto, cùm de illa non faciat ſpe-
26 cialem mentionem, quia ſupra demonſtratum eſt ſecun-
dùm veriorem, & magis communem opinionem fœminas
ſimpliciter excluſas à ſucceſſione ab inteſtato, intelligi
etiam excluſas à petitione legitimæ, &c.

Et filia à patre dotata non poteſt dicere ſe incongruæ do-
27 tatam, quamuis tempore mortis patris eius facultates
auctæ reperirentur, cùm etiam potuerint diminui, Ma-
rant. *diſp.10. num.21.* Michalot. *de fratr. part.3. cap.3.
num.16. &c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.148. num.1.* Ciar-
lin. *controuerſ. forenſ. cap.97.* licèt alias dicatur, quod fi-
lia excluſa per ſtatutum non debet habere minorem dotem
28 quam ſit eius legitima, & poſſit agere ad ſupplementum,
quia vltra quod iſtud non tranſit ſine difficultate, & reci-
pit multas declarationes, inter quas præcipuè eſt quando
fuit à patre dotata, quo caſu non poteſt abſolutè contra-
uenire, niſi fuerit dos adeò tenuis, vt reſultet enormiſ-
ſima læſio, Rot. *diuerſ. deciſ.102. num.20. &c. part.2.* &
latè Michalot. *d. cap.3. per tot.* Merlin. *de legit. lib.3. tit.
1. quæſt.12. & 13.* quæ quidem læſio difficillimè probari po-
teſt in dotatione facta à patre, cùm lex multum de illo
confidat, nec inducitur ex eo, quod maiorem dotem vni
29 filiæ dederit quàm alteri, quia pater poteſt vni dare mille,
alteri verò quingenta tantùm, quæ non poteſt conqueri,
& petere ſe reduci ad æqualitatem, Marant. *diſp. 10. num.
23.* Merlin. *de legit. lib.3. tit.1. quæſt.12. num.30. & ſeqq.*
maximè quando filia, quæ habuit minus in dote non eſt
læſa in legitima, & reperitur nupta decenter reſpectu loci,
& perſonarum, cùm paragium non conſiſtat in dote,
æquè benè enim dotantur filiæ, ſi æquè benè collocen-
tur, licèt plus vni, quàm alteri tradatur, Ludouiſ. *deciſ.63.
n.23.* Gratian. *diſcept. forenſ.231. num.27.* Vrſil. ad Afflict.
deciſ.160. num.2.

Fratres tamen, & agnati (niſi aliter conſtet de mente
patris) tenentur æqualitatem quoad dotem ſeruare inter
30 ſorores, quas nuptui tradunt, & eandem dotem vni con-
ſtituere, quam pater, vel ipſi alijs conſtituerunt, Dec. *con-
ſil.26. in princ.* cum alijs per Rot. *diuerſ. part.2. deciſ.115.
num.7.* Mantic. *de tacit. & ambig. tit.21. num.35. lib.12.*
Merlin. *de legit. lib.3. tit.1. d. q.12. num.33.* vbi teſtatur ſe
ita obtinuiſſe Forliuij de Anno 1621. &c.

Poſtquam verò pater filiam ſemel dotauit, ſi efficiatur
vidua, & dos ad eum reuertatur, tenetur integram illam
31 dotem primi matrimonij filiæ reſeruare, nec poteſt eam
minuere, præcipuè quando verè, & realiter fuit tradita
Rot. *part.2. diuerſ. deciſ.156.* Merlin. *de legit. d. quæſt.12.
num.35.* Pic. *ad ſtat. Vrb. gloſ.7. num.230.* Gratian. *diſcept.
forenſ. cap.466. num.3. cap.792. num.11. & cap.882. per tot.*
vbi indiſtinctè tenet huiuſmodi dotem primi matrimonij
non poſſe diminui, quamuis filia nollet iterùm in ſæculo
nubere, ſed religionem intrare, ſiue conſiſtat in pecunia,
vel ſtabilibus, & quamuis fuerit tantùm promiſſa, & non
ſoluta, &c.

Supradictum autem ſtatutum, cùm ſit conditum à lai-
cis non procedit ex defectu iuriſdictionis quoad bona em-
phyteutica, quæ habet pater ab Eccleſia pro ſe, & filijs ſuis
tam maſculis, quàm fœminis, cum etiam tunc fœmina 32
veniat ſimul cum maſculis ex pacto, & prouidentia, &
non tanquam hæres, iuxta opinionem Bald. *in auth. &
quas col.3. C. de Sacroſ. Eccleſ.* Gratian. *diſceptat. forenſ.
cap.447. num.20. & cap.732. num.16.* Rota *in Romana do-
mus de Scapuccis 19. Ianuarij 1611. coram Coccin.* & quia 33
huiuſmodi ſtatutum intelligitur excludere fœminas quoad
vniuerſalem ſucceſſionem tantùm, & non quoad ius par-
ticulare delatum fœminæ iure contractus, Gratian. *diſcept.
447. num.24.*

Contrarium tamen reſpectu vtilis dominij exiſtentis
penes laicos concludit Marant. *in l. ſi poteſt num.24. ff.
de acq. hæred.* Corn. *conſ.145. lib.1.* Bart. *conſil.60.* Man-
tic. *de tacit. & ambig. lib.3. tit.8. num.22.* & hanc par-
tem vti veriorem pluribus relatis comprobat Ciarlin. *con-
trouerſ.17. num.26.* quod maximè procedit in his regio-
nibus, & locis, in quibus huiuſmodi bona emphyteu- 34
tica ſunt redacta ad naturam allodialium, prout de tali
conſuetudine exiſtente in tota Romandiola teſtatur Mer-
lin. *de legit. lib.2. tit.1. quæſt.8. num.3.* vbi quod ideò ex
huiuſmodi bonis legitima deducitur, & concernantur in
cumulo hæreditatis, ſicut omnia alia bona libera, &
poſſunt alienari etiam ab vltimo comprehenſo in inue- 35
ſtitura, cui alienationi tenetur dominus directus con-
ſentire, & ſi recuſet habetur pro conſentiente, Gratian.
diſceptat. forenſ. cap.43. num.38. & cap.447. num.26. vbi
quod valet talis conſuetudo diſponendi in præiudicium
vocatorum, niſi adſit pactum expreſſum ad illorum 36
fauorem, quòd puto veriſſimum, & ita paſſim ſeruan-
tur, quòd fœminæ excludantur etiam à bonis emphyteu-
ticis, &c.

An autem dictum ſtatutum locum habeat reſpectu bo-
norum exiſtentium extra territorium ſtatuentium,
eſt quæſtio continens plura capita, de qua alias clarius 37
dicetur, & pro nunc ſit concluſio negatiua, vt latè per
Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 18. per tot.* Micha-
lot. *de fratr. part.3. cap.7. per tot.* Rota *diuerſ. part.1.
deciſ.673.* & poſt Fenzon. *ad ſtat. Vrb. deciſ.108.* Gra-
tian. *diſcept. forenſ. cap.431. num.16. &c. & cap.381. num.
8. & ſeqq.*

Neque filij maſculi ex primo matrimonio poterunt ex-
cludere fœminas ex ſecundo matrimonio in ſucceſſione 38
matris, ſicut è contra maſculi ex ſecundo matrimonio
non excludunt fœminas ex primo pariter in bonis mater-
nis, quamuis pater ex eodem, vel alio ſtatuto eſſet præ-
ferendus in ſucceſſione filijs fratribus vtrinque coniun-
ctis, quia ſicuti pater non excludit fœminas ex primo ma-
trimonio quoad proprietatem, per *text. in l. hac adictali,
§. illud, C. de ſecundis nupt.* ita multò minus fratres maſ-
culi ipſam fœminam excludere poterunt, cùm præcipua
ratio *l. hac adictali, & l. fœminæ, C. eod.* ſecundum ali-
quos ſit, ne bona deueniant ad filios alterius matrimonij,
vt tradit Sarmient. *ſelect. lib.1. cap.4. num.3.* Merlin. *de le-
git. lib.3. tit.1. qu.17. num.43. & 44.* Gratian. *diſcept. forenſ.
cap.813. num.1.*

Et filiæ, licèt excluſæ à ſucceſſione parentum, vt ſupra
per ſtatutum, vel renunciationem, non intelliguntur ex- 39
cluſæ à portione, & lucro ſibi obueniente ex remedio
l. hac adictali, C. de ſecundis nupt. in pœnam parentum
tranſeuntium ad ſecunda vota, niſi expreſsè dictam pœ-
nam remiſerint, vt notat Hodier. *in d. l. hac adictali qu.12.
num.67. &c.* ſequitur Rot. *in Bononien. ſucceſſionis 11.
Maij 1635. coram Merlin. in Nouiſſ. part.7. deciſ.45.
num.24. & ſeqq.* vbi quod generalis renunciatio bonorum
paternorum, maternorum, & aliorum facta à filio non
comprehendit bona ipſi filiæ acquiſita non tamquam hære-
di, ſed vti quid ſuum, vel ex alia cauſa ſibi debitum, nec 40
extenditur ad lucra obuenientia in pœna parentum tran-
ſeuntium ad ſecundas nuptias, ſed concernit tantùm cau-

ſam

ſam ſucceſſionis, vel dotis, vnde non debet extendi vltra cauſam expreſſam, &c.

41 Et cenſetur facta contemplatione filiorum extantium, ac rebus in eodem ſtatu permanentibus, Becc. *conſ.74.num. 29.lib.1.* Add. ad Pract. Pap. *libel. pro leg. rei ſing. gloſ.1. ſub num.82.*

A R G V M E N T V M.

Excuſſio qualiter conſideretur, quando dicatur reiecta à ſtatuto, vel non, permiſſa quomodo intelligatur, an admittatur in Saluiano, & quæ præcedere debeant antequam tertius poſſeſſor poſſit moleſtari.

S V M M A R I V M.

1 *EXcuſſio quando dicatur tacitè reiecta à ſtatuto.*
Statutum mandans ſola facti veritate inſpecta procedi quid operetur.
2 *Excuſſio dupliciter conſideratur, & quando dicatur de apicibus iuris, & reiecta à ſtatuto, vel de æquitate, & non comprehenſa à ſtatuto tacitè, vel expreſsè excuſſionem reijciente.*
3 *Excuſſio competens fideiuſſori ſemper dicitur de apicibus, & reiecta.*
4 *Statutum concedens excuſſionem quomodo intelligendum, & num.5.*
5 *Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis.*
6 *Poſſeſſor non poteſt moleſtari niſi prius ſequuta condemnatione contra debitorem principalem.*
7 *Statutum reijciens excuſſionem non debet extendi ad dictam condemnationem.*
8 *Poſſeſſor non poteſt moleſtari niſi debitor principalis ſit in mora.*
9 *Mora non contrahitur niſi liquidato debito, nec ſine interpellatione.*
10 *Mora non contrahitur quando quis ex iuſta cauſa litigat.*
11 *Mora non incurritur ſine citatione perſonali, nec ſufficit domi facta.*
12 *Mora non contrahitur in minore ſine auctoritate Iudicis.*
13 *Mora an inducatur per extraiudicialem interpellationem, & n.15.*
14 *Mora an, & quando inducatur per lapſum diei ad ſoluendum præſtituti.*
15 *Debitor quando teneatur interpellare creditorem ad recipiendam ſolutionem.*
16 *Poſſeſſor poteſt petere, vt eius ſumptibus fiat excuſſio contra principalem, & an idem ſit in fideiuſſore, num.17.*
18 *Excuſſio an ſit facienda de bonis exiſtentibus extra territorium.*
19 *Excuſſio facta ad inſtantiam vnius prodeſt etiam alijs.*
20 *Sententia tendens ad præparandum iudicium prodeſt omnibus.*
Acta facta ſuper legitimatione perſonarum probant inter omnes.
21 *Poſſeſſor conuentus Saluiano, qua cautela vti poſſit ad obtinendam excuſſionem.*

C A P V T XCI.

EXceptio excuſſionis quatenus reſpicit ordinem iudicij ſolet dupliciter in multis locis reijci per ſtatutum, tacitè ſcilicet, & expreſsè, tacitè nempè quando ſtatutum mandat procedi ſola veritate inſpecta, vel ſummariè, de
1 plano, ſiue ſtrepitu, & figura iudicij, vel ſecundùm æquitatem, ſiue de bono, & æquo, quibus caſibus non attenduntur ea, quæ ſunt de apicibus iuris, prout eſt excuſſio, & quælibet alia exceptio reſpiciens ordinem procedendi, Neguſ. *de pign. part.8. memb.1. num.28.* Marſil. *in repet.* Rub. *ff. de fideiuſſ. num.13.* Maur. *de fideiuſſ. part.2. ſect.6. cap.3. num.76.* Magon. *deciſ. Luc.66. num. 13. &c.* Expreſsè verò dicitur reiecta excuſſio, & non eſt neceſſaria quando ſtatutum id expreſsè diſponit prout Florentiæ, Mutilianæ, & in alijs pleriſque locis, Maur. *loc. cit. num.207.*

Verùm pro interpretatione ſimilium ſtatutorum ſæ- 2
pius dixi animaduertendum eſſe, exceptionem excuſſionis poſſe dupliciter conſiderari, & virtutem illius conſiſtere in modo excipiendi, primò reſpectu ordinis iudiciarij, opponendo ſcilicet, quod ſit de ordine iudicij, vt prius excutiantur bona debitoris principalis antequam poſſit tertius poſſeſſor conueniri, & ſic ratione præpoſterationis huius ordinis excipiendo, & allegando de nullitate proceſſus contra creditorem agentem, vel eum non eſſe audiendum propter omiſſam excuſſionem debitoris principalis, & hæc eſt propriè illa exceptio excuſſionis, quæ reputatur de apicibus iuris, & non poteſt opponi ſtantibus prædictis ſtatutis, ſed ab illis cenſetur reiecta. Secundò autem conſideratur excuſſio non reſpectu dictæ præpoſterationis ordinis, ſed reſpectu intereſſe partis, & ſic tertij poſſeſſoris conuenti, opponendo ſcilicet, quod debitor principalis eſt ſoluendo, & quod poſſeſſoris intereſt, vt ille prius exigatur, & excutiatur antequam ipſe moleſtetur, & propterea non obſtantibus dictis ſtatutis excuſſionem reijcientibus poterit ſe tueri hac exceptione, non quidem intentionem ſuam fundando in ordine iudicij non ſeruato, ſed ſolùm in ſuo intereſſe, oſtendendo quod principalis eſt ſoluendo, quia hoc modo excipiendo non agitur de apicibus iuris, ſed de æquitate ſeruanda, quæ præferri debet rigori, & hæc ſpecies excuſſionis non intelligitur reiecta à ſtatuto, ſed tantùm prima ordinem iudicij reſpiciens, Corn. *conſ.55. lib.2. num.28.* Crauett. *conſ.263. num.3.* Neguſ. *de pign. part.8. memb.1. num.31.* Theſaur. *deciſ.52.* Menoch. *de arbitr. qu.51. num.9. lib. 1.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.304. num.8.* ac ita diſtinguendo in terminis ſtatuti Florentini firmauit Rota Florentina in quadam cauſa inter Gulielmum de Valicella, & Magiſtrum Ioannem de Nicolais de Duadola, vt patet *ex libro mot. suorum 34. à 245. ſub die 29. Martij 1572. &c.*

Intelligendo tamen de illa excuſſione, quæ competit tertio poſſeſſori, cùm non ſit de apicibus iuris, ſed magna æquitate nitatur, quaſi nihil ei poſſit imputari cur ſe obligauerit, ſed conueniatur ex facto alieno, ſecus autem in excuſſione competente fideiuſſori, qui conuenitur ex pro-
prio facto, & obligatione, & ideò quoad eum quocum- 3
que modo conſiderata dicitur de apicibus iuris, & cenſetur indiſtinctè reiecta a ſtatuto, ſiue tacitè, ſiue expreſsè illam reijciente, cùm ſibi debeat imputare fideiuſſor cur ſe obligauerit pro alio, Marſil. *de fideiuſſ. num.12.* Crauet. *conſ. 263. num.6.* Oſaſch. *deciſ.2. verſ. Ego vero, &c.* Menoch. *d. q.51. n.9. in fine, &c.*

Sicut etiam è contra ſtatutum concedens beneficium excuſſionis debet intelligi de excuſſione, cùm contra tertium poſſeſſorem agitur, non autem quando agitur contra fideiuſſorem, qui ſcienter nomine principalis promiſit, & alienam in ſe ſuſcepit obligationem, quamuis expreſsè
diſponeret vt principalis priuſquam fideiuſſor conuenia- 4
tur, ſi extet aliud ſtatutum, vel reſcriptum quod ſola facti veritate inſpecta, & ſecundùm æquitatem procedatur, quia admitteretur excuſſio quoad fideiuſſorem, vtique non ſeruaretur æquitas, ſed rigor contra creditorem, qui ſibi prouidit de fideiuſſore, aliàs fortè non contracturus cum debitore principali, & ideò ſua diligentia ſibi prodeſſe debet, iuxta illud, vigilantibus, & non dormientibus ſcripta ſunt iura, nec poteſt conqueri fideiuſſor, qui pro alio intercesſit, ſed ſibi imputare, præcipuè ſi ſe obligauerit vti principalis principaliter, & inſolidum in eodem inſtrumento, vel renunciauerit beneficijs fideiuſſorum, adeò vt de iure communi illi non competat exceptio executionis, & ideò nec etiam vigore ſtatuti, quod ſecundùm ius commune interpretari debet, Curt. ſen. *conſ. 7.* Alciat. *reſponſ.382. num.5. verſ. fortius dico,* cum alijs per Menoch. *d. qu.15. num.10. & ſeqq.* Et ſic dictum ſtatutum
intelligendum eſt in caſibus, in quibus eſt permiſſa excuſ- 5
ſio, non autem quando eſſet tacitè per aliud ſtatutum reiecta, vel ei fuiſſet renunciatum, prout communiter obſeruatur, cùm in qualibet diſpoſitione prius recurratur ad pacta contrahentium, quàm ad ſtatuti diſpoſitionem, quaſi prouiſio hominis faciat ceſſare prouiſionem legis, iuxta *l. fin. C. de pact. conuent.*

Neque poteſt tertius poſſeſſor moleſtari, niſi prius obtenta fuerit ſententia contra principalem, vel eius hæredes,
vel hæreditatem iacentem, ſiue fideiuſſores, ſi extant, 6
Bart. *in l. perſecutione, C. de pign.* Alex. *conſ.100. lib.5.* Neguſ. *de pign. part.8. memb.1. num.9. & 10.* Quod procedit

cedit quamuis adeſſet ſtatutum reijciens executionem,
quoniam huiuſmodi condemnatio, quæ præcedere debet
non eſt propriè excuſſio, & à Doctoribus, vtl quid di-
uerſum conſideratur, cùm non obſtante, quod fuerit fa-
cta huiuſmodi condemnatio, adhuc ſit neceſſaria excuſſio
bonorum ipſius debitoris principalis, hæredum, vel fi-
deiuſſorum, antequam de iure communi poſſit deueni-
ri ad tertiom poſſeſſorem, quapropter dictum ſtatutum
7 tanquam exorbitans, & correctorium non debet exten-
di, vt reiecta excuſſione dicatur quoque reiecta dicta
condemnatio, niſi io ſpecie de illa mentionem faciat,
iuxta notata *in auth. quas actiones, C. de Sacroſ. Ec-
cleſ. in l.1. & l. ſi conſtante, ff. ſolut. matrim. & in l. quid-
quid adſtringenda, ff. de verb. oblig.* prout in terminis ſta-
tuti Florentini ratiocinatur, & viſa eſt teoere Rota *d.
Ciuitatis in lib. mot.* 34. 247. 12. *Aprilis* 1572. vbi etiam
8 quod antequam poſſit agi contra tertiom poſſeſſorem re-
quiritur, quod principalis fuerit in mora ſoluendi, vt
tradit Neguſ. *d. part.8. memb.1. num.*10. *in fine*, qui di-
cit hoc multum aduertendum eſſe, quia vidit aliquando
expertos Cauſidicos errare, nec quis poteſt dici conſti-
9 tutus in mora ſoluendi, niſi ipſius liquidato debito in-
terpellitur ad ſoluendum, vt *in dict. mot.* 12. *Aprilis* 1572.
Crauett. *conſ.89. num.5.* Duran. *deciſ.346. num.13.* Ma-
gon. *deciſ. Lucen.3. num.3.* vbi *num.*14 quod ad euitan-
dam executionem poteſt debitor, quod liquidum eſt de-
ponere, & reſiduum, ſi quid erit, facta liquidatione
offerre, & quod ante liquidationem mora non incur-
ratur, nec ſine interpellatione hominis, vel diei, idem
Magon. *deciſ. Lucenſ.26. num.33.* ſicut nec qnando quis
10 ex iuſta cauſa litigat, & ſic differt ſolutionem poſt la-
pſum termini, Roman. *conſ.244. num.5.* Et cùm mora
ſit quaſi delictum, non incurritur niſi mediante interpel-
11 latione, & citatione perſonali, itaut non ſufficiat domui
facta, niſi citatus poſteà comparuerit in iudicio, cùm
debeat induci certa ſcientia cum omnibus qualitatibus in
eo, quem quis in mora conſtituere intendit, Gratian.
*diſceptat. forenſ. cap. 708. num. 8. cap. 944. num. 36. &
num.46. & cap 936. num.12.* Et ſi agatur cum minore
12 ſuper re immobili, vel quæ ſeruando ſeruari poteſt, eſt
neceſſaria auctoritas iudicis ad illum in mora conſtituen-
dum, Montan. *de tut. cap.33. num.387.* An autem mo-
ra ioducatur per interpellationem extraiudicialem, ma-
13 ximè cùm perſonis, quibus reuerentia debetur, & quid
ſi huiuſmodi interpellatio fuerit facta per tertiam perſo-
nam ſine mandato, pulchrè tradit Magon. *deciſ. Florent.
130. per tot.*

Et quod mora non incurratur per lapſum diei abſoluen-
dum præſtituti, niſi creditor, vel alius cum legitimo
14 mandato accedat ad domum debitoris cum ſacco paratos,
Soc. iun. *conſ.136. lib.2.* ſicut nec mora incurritur, quan-
do non fuit deſtinatus certos locus, vbi ſolutio fieri de-
beret, quod tamen non procederet quando creditor, &
15 debitor ſunt eiuſdem Fori, & Domicilij, & ibidem
eſt facienda ſolutio, cùm tunc debitor teneatur iocerpel-
lare creditorem ad recipiendum, Roland. *conſ.87. num.15.
lib.1.* Vrſil. ad Afflict. *deciſ.* 316. cum alijs per Duran.
deciſ.346. num.10. 11. & 12. & plura, qualiter mora in-
docatur tam ipſo iure, quàm per interpellationem, ſiue
iudicialem, ſiue extraiudicialem etiam vnicam, tradit Me-
noch. *de arbitr. caſ.220. per tot.* Duran. *dicta deciſ.346.
num.1. & ſeqq.*

Poteſt etiam tertius poſſeſſor petere, & inſtare, vt pro-
prijs eius ſumptibus fiat excuſſio contra debitorem prin-
16 cipalem, quo caſu eſt facienda de æquitate, licèt alias eſ-
ſet reiecta, quidquid poſſit dubitari in fideiuſſore, qui
conuenitur ex proprio facto, & obligatione, iuxta com-
munem opinionem per text. vbi Bart. & Caſtr. *in l. vn-
de quæritur, ff. commod.* Scapuc. de Saluian. *lib.2. quæſt.
19. num.3.* quamois idem eſſe in fideiuſſore, vt poſſit pe-
tere, qood ſuis ſomptibus fiat excuſſio contra debito-
rem principalem etiam in caſibus, in quibus noo habet
17 beneficium excuſſionis, præcipuè ſi doceat debitorem
principalem eſſe ſoluendo, & emolumentum negotij per-
cepiſſe, cùm generale ſit, vt ſemper prios agatur contra
eum, ad quem conſtat pecuniam perueniſſe, videatur
magis communis opinio ad tradita per DD. *in d. l. vn-
de quæritur*, Marſil. *de fideiuſſ. num.65. in fine, & num.
370.* Montan. *de tut. cap.39. num.102.* & pluribus relatis
ſequitur Ciarlin. *controu.95. num.22.* vbi tamen declarat
non procedere, quando bona eſſent extra territorium,
& malitioſè peteretur excuſſio ad protelandum iudicium,
nec quando eſſet difficile contra debitorem agere, quod
debet intelligi de territorio multum remoto, cùm alias
ſit facienda excuſſio, etiam de bonis exiſtentibus extra 18
territorium non multum remotum, ſi petatur, Benedict. de
Plumb. *tract. de excuſſ. n.7.* Theſaur. *deciſ.40. num.3. &
per tot.*

Poſtquam autem excuſſio ſemel legitimè facta fuerit ad
inſtantiam vnius, cum inducat notorium prodeſt etiam
alijs creditoribus agere volentibus, etiam contra alios
poſſeſſores, quia licèt res inter alios acta, alijs nec no- 19
cere, nec prodeſſe poſſit, tamen quando tendit ad præ-
parandum iudicium, ſententia lata inter alios prodeſt,
etiam alijs non litigantibus, Neguſ. *d. part.8. memb.1. n.
38.* Magon. *deciſ. Florent.38. num.17. & deciſ. Lucen.66.
num.15.* Sicut acta facta io vna cauſa ſuper legitimatione
perſonarum, & ſic de ſtatu perſonæ benè probant in alio 20
iudicio, etiam inter diuerſas perſonas, *l. ingenuum*, vbi
gloſ. & DD. *ff. de ſtat. hom.* Bald. & Salic. *in l.2. C. quibus
res iud. non noc.* Ludouiſ. *deciſ.498. num.9.* quos refert, &
ſequitur Duran. *deciſ.457. num.2.* Gratian. *diſcept. forenſ.
cap.328. n.11. &c.*

Et quamuis regulariter exceptio excuſſionis non admit-
tatur in Saluiano, vt notum eſt, præcipuè, vbi obligatio
fuit contracta in forma Cameræ, vel cum guarentigia in
Statu Florentino conſueta, tameo ex prædictis licere ar-
bitraret poſſeſſori conuento maximè æquitate attenta, vti
cautelam ad obtinendam excuſſionem, petendo ſcilicet
eam ſuis ſumptibus fieri per actorem, & approbando bo- 21
na debitoris principalis ad ſolutionem ſufficientia adeſſe,
iuxta ſuperius dicta, & in his terminis procedere poteſt
opinio Natt. *conſ.251.* & aliorum, quos ſequutus eſt Au-
lus Ceccin. *in quodam eius conſ. impreſſo*, penes Scapuc. de
Saluian. *lib.2. qu.19.* dom volunt excuſſionem tanquam
ſumma æquitate fulcitam admitti in Saluiano. præſertim
quatenus reſpicit intereſſe partis, &c. Sicuti idem ſeruari
videmus in illa ſpecie excuſſionis competentis vigore, *l.2.
C. de pign.* quæ cùm ſit de æquitate admittitur etiam in
Saluiano, vt dixi ſupra *in cap.73. in fine, &c.*

ARGVMENTVM.

Executio ante ſententiam an, & quando ſit permiſ-
ſa, qualiter probatio debeat eſſe concludens,
teſtes an probent non citata parte ad viden-
dum iurare, Iudex appellationis an efficiatur
Iudex nouæ cauſæ, quid in manutentione,
Actor an ſemper ſequatur forum rei, & plu-
ra de interitu inſtantiæ, & refectione expenſa-
rum.

SVMMARIVM.

1 *IVdicium non poteſt ab executione incipere.*
Creditor prætendens ſibi aliquid deberi, quid agere debeat.
2 *Executio ante ſententiam non eſt concedenda.*
3 *Commoditas poſſeſſionis nemini auferenda.*
4 *Appellari poteſt à ſubuerſione ordinis iudiciarij.*
5 *Aſſecuratio rei ante ſententiam quando ſit permiſſa.*
6 *Executio eſt concedenda cum citatione partis, & cognitione cauſæ.*
Citatio eſt neceſſaria in executione, & quando ſecus.
7 *Probatio concludens eſt neceſſaria poſt aſſecurationem rei.*
8 *Teſtis vnicus nihil probat.*
9 *Famulus an, & quando poſſit deponere pro domino.*
10 *Status, & conditio teſtium de tempore depoſitionis attenditur.*
11 *Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe.*
12 *Probatio dubia, & incerta, & quæ diuerſimodè intelligi poteſt non releuat.*
13 *Teſtis deponens de terreno, vel de prædio non intelligitur deponere de toto niſi exprimat.*
Sermo indefinitus an, & quando æquipolleat vniuerſali.
14 *Exceptio pretij non ſoluti qualiter ſemper poſſit opponi, & obſtet.*

15 *Te-*

15 *Teſtes nihil probant non citata parte ad videndum iurare.*
16 *Teſtes iurati neutra parte præſente non probant.*
17 *Teſtes iurati in die feriata non probant, ſecus in criminalibus, num. 20.*
18 *Teſtes iurati in die iuridico poſſunt examinari in die feriato.*
19 *Teſtes iurati in termino poſſunt examinari extra terminum, & quando ſecus, n. 53.*
21 *Nullitas ob defectum citationis ad videndum iurare teſtes non obſtat quando fuerunt data interrogatoria, & in alijs caſibus notatis in numeris ſeqq.*
23 *Examen nullum qualiter poſſit per repetitionem teſtium conualidari numeris ſequentibus.*
28 *Iudex non poteſt pronunciare vltra petita, & quando ſecus.*
Iudex ſtultus reputatur pronunciando vltra petita.
29 *Iudex appellationis non poteſt pronunciare niſi ſuper meritis primæ cauſa.*
30 *Iudex appellationis non efficitur Iudex nouæ cauſa, & quare, num. 35.*
31 *Iudex appellationis tenetur totum negotium definire.*
An coram eo poſſint non deducta deduci, & non probata probari.
32 *Iudex appellationis habet limitatam iuriſdictionem circa ea, quæ in prima inſtantia vertuntur.*
33 *Poſſeſſorium prius diſcutiendum, omiſſo petitorio.*
34 *Poſſeſſorium manutentionis an, & quando poſſit in ſecunda inſtantia coram Iudice appellationis intentari.*
36 *Actor an, & quando teneatur ſequi forum rei, & quando ſecus, n. 37. & 38.*
37 *Actio realis poteſt intentari in loco ipſius rei, & in loco domicilij.*
39 *Poſſeſſorium remanet conſumptum, vbi diſputatur de dominio.*
Dominium eſt ſuffocatiuum aliorum iurium minoris potentia.
40 *Actor petens vnam rem, & probans de alia ſuccumbit.*
41 *Inſtantia quanto tempore duret de iure ciuili, & de iure canonico. n. 42.*
43 *Inſtantia de iure communi incipit à litis conteſtatione, & quando vigore ſtatuti Florentini, n. 46. & quanto tempore duret, & in quibus cauſis procedit, attento eodem ſtatuto Florentino, n. 44. 45. & 46.*
47 *Inſtantia ſtatutaria habet locum etiam in cauſis forenſium.*
48 *Iudex perempta inſtantia deſinit eſſe Iudex, & quid facere poſſit.*
49 *Expenſæ ſunt reficiendæ ab eo, cuius culpa inſtantia fuit perempta.*
60 *Iudex ſententiando perempta inſtantia an poſſit puniri, & an ſolutum repeti.*
51 *Liber æſtimi admittit probationem in contrarium.*
52 *Depoſitio teſtis coram iudice incompetenti an poſſit de conſenſu partium validari.*
54 *Appellans poteſt renunciare appellationi.*
55 *Renuncians appellationi, vel litis tenetur ſoluere expenſas parti.*

C A P V T XCII.

OPtimis fundamentis motus fuit Illuſtriſſimus D. Zanobius de Hieronymis Nobilis, & Aduocatus Florentinus de Collegio, conſultus per D. Capitaneum Iuſtitiæ Marradij in cauſa coram eo agitata per Lucretiam de Cauinis, & Io. de Cattaneis eius virum contra Virgilium, & Octauianum fratres de Rignolis, referendo partes dicti D. Capitanei fuiſſe, & eſſe in reuocando executionem factam ad inſtantiam dictorum iugalium contra dictos de Rignolis, & victo victoribus in expenſis condemnando, &c.

Quia controuerti non poteſt, quin creditor, qui ſibi
aliquid deberi contendit debeat coram Iudice competenti
iudicium inſtituere contra prætenſum debitorem, &
illum conuenire, ac condemnari facere, præſertim quan-
1 do, prout in caſu noſtro, non ſumus in executiuis, &
in caſibus, in quibus poſſit debitor haberi pro condemnato,
& ideò non potuit iudicium ab executione incipere,
prout factum fuit *l. 1. C. de probib. ſequeſtr.* Petr. Cabal.
conſ. deciſ. 63. num. 1. lib. 1. Ang. de Peruſ. *tract. de ſequeſtr. num. 4.* Ante ſententiam enim nimis properè exe- 2
cutio petitur, & non eſt concedenda *l. 1. C. de execut. rei
iud.* Franc. Curt. Pap. *tract. de ſequeſtr. quæſt. 1. num. 7.*
Pract. Papp. *in for. ſequeſtri, ſeu ſaximenti gloſ. Sapiens
vir in prin.* vbi appellat ignorantes, & boues Iudices aliter
ſeruantes, quia commoditas poſſeſſionis, quæ magna re-
putatur nemini eſt auferenda *c. 1. extr. vt lit. pend.* Gra- 3
tian. *diſcept. forenſ. cap. 853. num. 12.* Ita vt à dicta exe-
cutione, & ſequeſtro tanquam ootorio grauamine, & pro-
pter ſubuerſionem ordinis iuditiarij fuiſſet licitum appel- 4
lare etiam in caſibus, in quibus alias ſit prohibita appella-
tio, idem Gratian. *cap. 850. n. 17.*

Et quamuis aliquando ſit permiſſa aſſecuratio rei antè
ſententiam, vt quando adeſt timor dilapidationis, & agi-
tur cum perſonis ſuſpectis ex cauſa emergente poſt contra-
ctum, vel quando ab executione ſententiæ fuit appellatum, 5
vel quando agitur contra contumaces, ac in alijs caſibus
enumeratis per Pract. Papp. *loc. cap. cit. num. 2. & ſeqq.
cum Add.* Franc. Curt. *de ſequeſtr. quæſt. 1. num. 7. & ſeqq.*
Iacob de Arena *eodem tract. num. 3. & 4.* Ang. Peruſ. *eodem
tit. num. 4. & ſeqq.* Tamen ſatis eſt, quod in caſu prædicto
non fuit doctum, nec doceri poterat aliquam ex prædictis,
vel alijs limitationibus applicari, & ideò ſtandum erat re-
gulæ non docto de aliqua fallentia, vt reſpondet Petr. Ca-
bal. *dicto conſ. 63. n. 2.*

Præterea, quatenus etiam fuiſſemus in aliquo caſu in
quo fuiſſet permiſſa executio, adhuc erat reuocanda tan-
quam procedens de facto ſine aliqua cauſæ cognitione, 6
& ſine citatione, prout requirebatur Petr. Cabal. *loc. cit.*
Et quod citatio ſit neceſſaria in executione, vel quando
petitur executio, etiam ſi præceſſiſſet ſententia propter
multas exceptiones, quæ adhuc opponi poſſunt, ſiue exe-
cutio petatur in actione reali, ſiue perſonali, præſertim
quando non præceſſit cognitio ſuper executione facienda,
ita vt aliud non reſtaſſet quàm ſimplex factum exequendi
Duen. *reg. 94. per tot.* Aſin. *in prax. §. 31. cap. 4. per tot. &
§. 7. cap. 5. limit. 9. num. 2.* Magoo. *deciſ. Flor. 120. num.
4. & ſeqq.*

Quinimò nec poſt factam executionem fuit adducta
aliqua concludens probatio de dominio, & conſignatio- 7
ne prætenſi vini, cùm ſolum vnicus teſtis penitus inha-
bilis de illo deponat, quod tamen antè executionem de-
buiſſet ſaltem ſemiplenè, & poſteà concludenter probari,
vt per eundem Cabal. *d. conſ. 63. num. 3. & 4.* Qui teſtis 8
etiam tanquam vnicus nihil probat *l. iuſiurandi, vbi DD.
C. de teſt. c. veniens, & c. licet eod. tit.* Afflict. *deciſ. 12.
num. 2.* & tamqoam famulus actorum, pro quibus depo-
ſuit omninò repellitur, vt conſtat per totam eius depoſitio- 9
nem, ad latè tradita per Ant. Gabriel. *de teſt concl. 10.
num. 1. & ſeqq.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 909. num. 7.*
præſertim quando prout in caſu noſtro tempore depoſitio-
nis erat talis, & ſic famulus ſalatiatus, quidqoid aliter
poſſet dici, ſi tempore depoſitionis deſierit eſſe famulus,
qoia tunc poſſet teſtificari pro ſuo antiquo domino,
etiam ſi ſibi ſubminiſtraretur certum ſalarium pro expen-
ſis, & viatico, pulchrè Duran. *deciſ. 427. num. 4. &
ſeqq.* & ratio eſt, quia in teſtibus attenditur eorum ſtatus, 10
& conditio de tempore quo deponunt *l. 1. C. de teſt.*
Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 374. num. 4. & cap. 797.
num. 27.*

Alij verò teſtes nihil probant de conſignatione, & domi-
nio vini, cùm eorum depoſitiones ſolùm tendant ad pro-
bandum dominium, vel poſſeſſionem prædij Rignoli, vel
patris illius, & ideò ex hoc inferri non poteſt ergo vi-
num, ablatum, eſt Io. prætenſi domini illius prædij, qoia 11
ex diuerſis non fit illatio, & certum eſt, quòd vbi poteſt
dari probatio, & veritas in contrarium, non dicitur pro-
batio neceſſariò concludens, prout requiritur, cùm non
probet hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe *cap. in præ-
ſentia*, vbi *gloſ. & DD. de probat.* Natt. *conſ. 585. num.
2. lib. 3.* Houded. *conſ. 80. num. 38. lib. 1.* ac in terminis
noſtris, quod non obſtante dominio, vel poſſeſſione præ-
dij non poſſit inferri ergo vinum repoſitum, & repertum
in cella vinaria eſt prætenſi domini, vel poſſeſſoris, ſed
debuiſſet io ſpecie probari vinum fuiſſe conſignatum
illis de Rignolis prætenſis colonis partiarijs, alias proba-
tio non eſt certa, prout eſſe debet, & ratione incertitudi-
nis, vel generalitatis, quæ obſcuritatem parit vitiatur,
cùm poſſit eſſe quòd huiuſmodi vinum eſſet proprium illo-

rum de Rignolis, vel ab alijs, quàm à Cattaneis tpi-
dem fuiſſe repoſitum notat Gratian. diſcept. forenſ.
12 cap. 705. num. 1. dubia enim probatio, vel quæ diuerſi-
modè ſe habere poteſt non releuat, idem Gratian.
cap. 980. num. 14. Duran. deciſ. 402. num. 21. & deciſ. 337.
num. 38.
Qui quidem teſtes nec etiam probant circa dominium,
vel poſſeſſionem reſpectu totius prædij Rignoli, cùm
13 enim conſtet ex pluribus capitibus bonorum, domibus, &
terrenis non poteſt inferri ea illorum indeffinitis depoſi-
tionibus totum ſpectare ad Io: de Cattaneis, nec totum ab
illo poſſideri, ſed quatenus alios defectus non paterentur
eorum depoſitiones poterunt tantummodò verificari in
aliquibus petijs terreni, de quibus d. Ioannes oſtendit tria
acquiſitionis inſtrumenta diuerſis temporibus confecta,
quamuis de integra pretij ſolutione non doceat, quia te-
ſtes deponentes de prædio, vel terreno non intelliguntur
deponere de toto niſi exprimant, cùm locutio indefinita
in teſtibus, vel etiam in inſtrumentis numquam æquipol-
leat vniuerſali, quidquid ſit in vltimis voluntatibus, &
diſpoſitione legis, in quibus ſermo indefinitus æquipolleat
vniuerſali, Surd. deciſ. 263. num. 9. Magon. deciſ. Florent. 55.
num. 40. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 337. num. 4. & num. 9.
& cap. 650. num. 9. &c.
Si itaque dictus Io. vult agere ad conſequutionem di-
ctatum terrarum, de quibus cantant inſtrumenta, tene-
tur docere de integra pretij ſolutione, vel omne reſiduum
debitum offerre, cùm illud ſit onus intrinſecum ex eadem
cauſa, & ſic ex eodem contractu proueniens, ſicut idem
eſt è contra in venditore, qui petendo pretium debet of-
ferre rem venditam, præcipuè quando opponitur à parte,
& poteſt Iudex videns non eſſe ſolutum integrum pretium
ex officio mandare emptori agenti vt ſoluat, cùm id quod
14 eſt intrinſecum actioni, & obligationi cenſeatur ſemper
deductum, & allegatum cum ipſa actione, quo caſu Iu-
dex tenetur ſupplere, & tantò magis in id, officium ſuum
petentibus impertire, ita vt huiuſmodi exceptio pretij non
ſoluti poſſit etiam poſt ſententiam in eius executione op-
poni quando de illa non fuit diſputatum ante ſententiam
Iaſ. in l. ſi duo patroni 13. §. ſi quis iurauerit num. 4. ff. de
iureiur. Alex. conſil. 73. in fine lib. 6. Dec. conſil. 421.
numer. 6. cum alijs latè adductis per Gratian. diſcept.
forenſ. cap. 325. per tot. & cap. 411. num. 16. & ſeqq.
per tot.
Præterà etiam dicti teſtes nihil probant ſtante nullitate
examinis ex defectu citationis ad videndum illos iurare,
15 prout talis citatio erat omninò neceſſaria, alias examen
redditur nullum, & inualidum l. ſi quando vbi DD. C. de
teſt. Afflict. deciſ. 28. Ant. Gabriel. de teſt. concluſ. 1. num.
105. ampliat. 21. quod procedit etiam vbi teſtes exami-
nantur ſummariè, Burſati conſ. 311. num. 4. lib. 3. ac etiam
vbi cauſa eſſet commiſſa cum clauſula omni iuris ſolemni-
tate omiſſa, Abb. conſ. 46. lib. 2. Soc. conſ. 12. num. 5.
& ſeqq. lib. 1. imò teſtes iurati neutra parte præſente
16 quamuis legitimè citata, vel etiam præſente, ſed in actis
non apparente, nihil probant, gloſſ. in d. l. ſi quando verb.
17 Introducti. C. de teſt. Ferret. caut. 12. num. 3. nec probant
iurati in die feriata, Seraphin. deciſ. 857. num. 9. & 27.
18 quia iuramentum eſt ſubſtantia totius depoſitionis, vn-
dè iurati in die iuridico poſſunt examinari in die feriato
Guid. Papp. deciſ. 115. num. 3. & deciſ. 124. Menoch. de
arbitr. quæſt. 31. num. 15. cum alijs per Fenzon. ad Stat.
19 Vrb. cap. 58. num. 27. ſicut etiam poſſunt examinari extra
terminum, quando iurauerunt in termino, Gratian. di-
ſcept. forenſ. cap. 156. num. 18. & cap. 128. num. 20. &c.
vbi benè diſtinguit. Quod procedit in ciuilibus, nam
in criminalibus poſſunt iurare, examinari, & torqueri,
20 etiam in diebus feriatis ad honorem Dei, Pet. Cabal.
reſol. crim. caſ. 227. num. 16. & 23. Guaz. ad deff. 14.
cap. 9.
Circa quod tamen eſt obiter adnotandum, quòd nulli-
tas ob defectum citationis ad videndum iurare teſtes non
21 obſtaret, quando à parte aduerſa eſſent data interrogato-
ria, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 694. num. 10. & cap. 550.
num. 23. & ſeqq. ad 35. vbi generaliter de modo ſanandi
huiuſmodi nullitatem, quæ nec etiam obſtaret, vbi doce-
retur de ſtylo contrario, & vbi fuerit ſeruatus terminus ad
probandum iuxta conſuetudinem loci, Buratt. deciſ. 304.
22 per tot. & deciſ. 118. num. 17. in Add. quamuis contra-
rium, & non valere huiuſmodi ſtylum contra ius teneat,
idem Gratian. d. cap. 694. num. 48. & vidend. in cap. 738.
num. 16. &c.
Atque in omnem caſum nullitatis, conceditur repeti-
tio etiam facta publicatione proceſſus ad conualidandum
examen, quod conualidatur per huiuſmodi repetitionem
factam citata parte, quamuis teſtes ſe referrent ad pri- 23
mum examen nullum, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 890.
num. 11. Theſaur. deciſ. 28. Duran. deciſ. 276. num. 3.
& 5.
Neque obſtaret talis nullitas ſtante ſcientia partis con-
tra quam examinantur teſtes, Rot. part. 2. diuerſ. deciſ. 42.
num. 2. Seraph. deciſ. 1094. cum alijs per Ferentil. in Ad- 24
dit. ad Buratt. d. deciſ. 118. num. 19. Duran. d. deciſ. 276.
num. 2. Sicut nec quando coram Iudice delegante fuit fa-
cta citatio generalis pro interessendo examini fiendo co- 25
ram Iudice remiſſoriali, & intimatum fuit decretum Rot.
coram Penn. in Veneta prætenſa illegitimitatis 6. Nouembris
1598. poſt Fenzon. ad ſtat. Vrb. deciſ. 45. Nec quando
nullitas, & defectus citationis proueniret ex impedimen-
tis, & tergiuerſationibus partis, Seraphin. deciſ. 1154.
num. 2. vel vbi quis pateretur ſe in contumaciam condem-
nari, Petr. Cabal. reſolut. crim. caſ. 110. in fine, ſiue vbi 26
teſtes eſſent mortui, ſiue verſaremur in atrociſſimis, &
factis notorijs, vel vbi Iudex eſſet certus nullam reo com-
petere defenſionem, quibus, & alijs caſibus ſuſtinetur
examen teſtium etiam ſine citatione, Guaz. ad deff. deff.
24. cap. 9. per tot. Farinac. de teſt. quæſt. 72. & generali-
ter non obſtante huiuſmodi defectu citationis ad viden-
dum iurare teſtes qualiter poſſit examen ſuſtineri, vltra 27
relatos vide Rot. poſt Fenzon. ad Stat. Vrb. deciſ. 46. &
47. Poſth. de manutent. obſeru. 91. num. 26. & ſeqq. & Rot.
poſt eum deciſ. 98. num. 3. deciſ. 162. num. 8. & deciſ. 171. num.
7. & ſeqq. &c.
Sed ad propoſitum redeundo non eſt præſentis inſpectio-
nis videre de dominio, vel poſſeſſione prædij Rignoli,
quia ſuper hoc (omiſſo quidquid aliud dici poſſet) nul-
la lis, vel cauſa legitur introducta, nec data aliqua peti-
tio coram Iudice à quo, ſine qua petitione vanum erat ex-
pectare ſententiam, cùm Iudex non poſſit pronunciare 28
vltra petita, & ſi pronunciaſſet non valeret ſententia,
præſertim cùm agatur de re penitus ſeparata, & diuerſa,
& non de aliquo ſucceſſiuo, quod veniat in conſequentiam
eius quod principaliter petitur, nec de connexis, & depen-
dentibus à petitis, Marſil. in repet. Rub. ff. de fideiuſſ. num.
191. circa medium, &c. l. 2. C. comm. diuid. & l. vinum ff.
ſi cert. pet. c. licet Helij de Simon. Afflict. deciſ. 32. num. 2.
Imò ſtultus reputaretur Iudex, qui condemnaret, vel
abſolueret vltra petita l. cum quidam C. de fideicomm. libert.
idem Afflict. deciſ. 3. num. 1. in fine, Euerard. in loc. à libel.
ad ſent. num. 1.
Vndè nec Iudex appellationis poteſt ſuper alio cogno-
ſcere, vel iudicare, ſed tantum ſuper meritis primæ cau-
ſæ nempè ſuper prætenſo vino, de quo Iudex à quo ionata 29
petitionem coram eo exhibitam iudicauit Auth. vt cum de
appell. cognoſ. poſt prin. Pract. Papp. forenſ. ſent. de fin.
gloſſ. 1. num. 19. Bartol. in l. 1. in fine C. ſi aduerſ. lib.
Caſtr. conſil. 306. in prin. lib. 2. Afflict. deciſ. 155. num.
3. in fine.
Iudex enim appellationis non efficitur Iudex nouæ cau-
ſæ, ſed ſolùm cognoſcere poteſt ex adductis in prima in-
ſtantia, an ſuper illis primus Iudex benè, vel malè iudi- 30
cauerit, Magon. deciſ. Florent. 9. num. 18. & deciſ. Luc.
26. num. 37. & deciſ. 32. num. 57. quamuis poſſint coram
eo non deducta deduci, & non probata probari circa tamen
eamdem cauſam, idem Magon. deciſ. Florent. 11. in prin. niſi
ſcienter fuiſſent omiſſa deduci in prima inſtantia, quia tunc 31
nec in proſequutione appellationis allegari poſſent, idem
Magon. deciſ. Florent. 117. in fine, & Iudex appellationis
tenetur totum principale negotium definire, vt per eum-
dem Magon. deciſ. 63. & 67. num. 29.
Non poteſt igitur eſſe locus prætenſæ manutentioni
nunc petitæ in ſecunda inſtantia, cùm de illa nec verbum
quidem factum reperiatur in prima inſtantia, & ideò nec 32
in cauſa appellationis poteſt de illa cognoſci, quia Iudex
appellationis habet Iuriſdictionem limitatam per deuolu-
tionem circa ea tantum, quæ in prima inſtantia vertun-
tur, & non ſuper alijs c. paſtoralis extr. de off. ordin. & c. 1.
de appellat. in 6. Bald. in l. per hanc C. de tempore appell. Af-
flict. d. deciſ. 155. num. 3. in fine, Guid. Pap. deciſ. 436. num.
2. & Gratian. diſcept. forenſ. cap. 681. num. 25.

Ne-

Neque obſtat, quod dicitur poſſeſſorium ſummariſſi-
mum manutentionis poſſe in qualibet parte iudicij ſuſpen-
33 ſo petitorio intentari, & prius ſuper eo pronunciandum
eſſe, omiſſa diſcuſſione eorum, quæ pertinet ad petito-
rium, iuxta text. in l. ordinarij, C. de rei vend. Penn. deciſ.
42. num. 3. & deciſ. 50. n. 16. & ſic poſſet etiam in cauſa ap-
pellationis intentari, & concedi, Seraph. deciſ. 299. num.
1. & num. 10. tam ad partis inſtantiam, quàm ex officio Iu-
dicis, Thomat. deciſ. 41. num. 1. cum alijs ex aduerſo alle-
gatis, &c. Quia reſpondetur obiectum procedere poſſe, do-
34 nec cauſa vertitur coram primo ſuo Iudice, vel ſupponere,
quòd in prima inſtantia actum fuerit poſſeſſio ordinario,
vel petitorio ſuper ipſo fundo, in cuius poſſeſſione poſteà
petatur manutentio, Seraph. deciſ. 255. & Gratian. di-
ſcept. forenſ. cap. 569. num. 34. ſecus autem quando, prout
in caſu noſtro, fuit petitum quid diuerſum, & ſeparatum
à fundo, quia tunc non poteſt noua cauſa ſuper fundo, vel
poſſeſſione intentari coram Iudice appellationis, ſed co-
ràm ſuo Iudice ordinario primarum inſtantiarum inſti-
tuenda venit ſeruatis ſeruandis, iuxta ſuperiùs dicta,
alias faciliimum eſſet euadere Iuriſdictionem iudicis pri-
35 marum inſtantiarum inſtituendo coram eo iudicium de re
minima, & poſteà appellando, & coram Iudice appella-
tionis proponendo aliam cauſam diuerſam, & ſic ad libi-
tum Actoris defatigare reum extra forum ſuum contra re-
gulam text. l. fin. C. vbi in rem actio, l. iuriſdictionem, C. de
iuriſd. omn. Iud. c. ſi diligenti, & c. ſi contra de foro compet.
cum ſimilibus, &c.

Actor enim tenetur ſequi forum rei, niſi natura actio-
nis aliter poſtulet, vt quia eſſet merè realis, nam tunc
36 poſſet dirigi contra bona coram Iudice vbi eſſent ſita, non
obſtantibus quibuſcumque priuilegijs ex conceſſis, Caſtr.
in d. l. fin. C. vbi in rem actio, Rot. coram Ghiſilerio in
Auximana Cenſus 10. Martij 1636. num. 5. & ſeqq. Socin.
reg. 15. fol. mihi 8. nam actio realis poteſt intentari, tam
37 in loco rei hypothecatæ, quàm in loco domicilij, Gra-
tian. diſcept. forenſ. cap. 911. num. 30. vbi ſe remittit ad Ti-
raquell. de retract. conſang. §. 8. gloſ. 7. num. 11. & 12. &
idem Gratian. cap. 181. num. 30. Sicut etiam fallit dicta
regula in cauſa ſequeſtri, vt in mot. Rot. Flor. lib. 80. à
543. Et in Ciuibus Florentinis, qui habet facultatem tra-
38 hendi quemcumque de diſtrictu, & comitatu Florentiæ co-
ram Rectore Ciuitatis, vt in lib. 4 ſtat. Rub. 34. & teſtatur
Magon. deciſ. Flor. num. 3. Sed nos non verſamur in aliqua
ex dictis fallentijs, quæ potius magis oſtendunt iudicium
eſſe de nouo inchoandum coram Iudice primarum inſtan-
tiarum, in cuius iuriſdictione vltra forum domicilij, &
originis reorum reperiuntur etiam ſita bona, de quibus
agitur, &c.

Et cùm Io: actor videatur potius voluiſſe probare do-
minium dicti prædij Rignoli, vel partis illius, & dominium
39 ſit ſuffocatiuum omnium aliorum iurium minoris poten-
tiæ poſſeſſorio remanſit abſortum, conſumptum, & ex-
tinctum, adeò vt nunc non poſſit de illo diſputari, Ma-
gon. deciſ. Luc. 31. num. 37. & ſeqq. Rot. part. 2. diuerſ. de-
ciſ. 167. num. 10.

Ideòque iure meritò cum petierit vnam rem, nempè
vinum, & probauerit de alia, nempè de dominio partis
40 prædij, ſuccubuit in prima inſtantia, l. habebat, ff. de in-
ſtit. Alex. in l. ſi ita ſtipulatus, §. Chriſogonus, ff. de verb.
oblig. Innoc. & alij in cap. ex parte de priuil. & in cap. exa-
minata de iud. Ac fuit in expenſis condemnatus, iuxta
text. in l. cum quem temere, ff. de iud. Sicut in omnibus, &
per omnia futurum ſperatur coram ſapientiſſimo noſtro
Iudice appellationis, non tantùm ex ſuperiùs firmatis,
quæ ſatis clara videntur, ſed etiam quia facto calculo die-
rum vtilium à die nona Nouembris, quia introducta fuit
appellatio vſque in præſentem diem Anni 1657. apparet
longè perempta inſtantia, quæ licèt de iure communi ci-
41 uili duret triennio in cauſa principali regulariter, & in
cauſa appellationis anno, ſiue ex legitima cauſa biennio,
iuxta l. properandum, C. de iud. vbi DD. & Aſin. in prax.
§. 1. cap. 3. num. 15. & §. 2. cap. 14. num. 1. de iure verò ca-
42 nonico ſit perpetua, nulloque certo, ac determinato tem-
pore concludatur, gloſ. in cap. fin extr. de dol. & contum.
Innoc. in cap. conſuluit extr. de off. de leg. Corn. conſ. 219.
num. 6. lib. 4. & Aſin. d. §. 1. cap. 3. num. 22. Sicut etiam eo-
dem iure communi attento, licèt incipiat tantùm à litis
conteſtatione, ita vt ſi per mille annos prorogaretur litis
conteſtatio numquam inciperet currere inſtantia, l. 1. vbi 43
gloſ. Ang. & alij C. de iud. & l. fin. §. illud, C. de tempor. ap-
pell. Marant. in prax. part. 5. prin. fol. mihi 251. Ex diſpo-
ſitione tamen ſtatuti Florentini inſtantia durat ſolùm per 44
ſexaginta dies vtiles, & habet locum in quibuſcumque
cauſis ciuilibus etiam grauibus, & tam in cauſa principali, 45
quàm in cauſa appellationis, quæ eodem ſpatio 60. dierum
terminari debet, vt teſtatur Aſin. in prax. in præfat. cap. 8.
num. 17. & 18. ac incipit à die primæ citationis, ſicuti ex- 46
preſsè ſtatutum diſponit, & teſtatur idem Aſin. §. 1. cap. 1.
n. 1. proceditque etiam in cauſis ſummarijs, & executiuis
iuxta veriorem opinionem, vt per eumdem Aſin. §. 1. cap.
3. n. 58. & ſeqq. cap. 8. n. 10. & §. 31. cap. 12. Marant. part. 5.
prin. n. 4. Afflict. dec. 346. n. 7. Magon. dec. Flor. 55. in prin.
& dec. 89. n. 3. & ſeqq.

Quæ quidem inſtantia cum reſpiciat ordinatoria iudicij
habet locum etiam in cauſis forenſium litigantium in foro,
vbi tale ſtatutum viget Bart. & alij in l. cunctos populos, C. 47
de Summ. Trinit. & fid. Cath. Pariſ. conſil. 49. num. 19. lib. 1.
Aſin. in præfat. cap. 8. n. 6.

Perempta autem inſtantia Iudex deſinit eſſe Iudex reſpe-
ctu illius cauſæ, in qua non poteſt amplius deffinitiuè pro- 48
nunciare, & quidquid coram illo fit eſt nullum, Magon.
dec. Flor. 55. num. 2. Itaut etiam parte non opponente de-
beat ſupraſedere, nec poſſit ſententiam deffinitiuam ſuper
meritis cauſæ principalis proferre, Alex. conſil. 39. lib. 5.
Marant. in prax. part. 5. prin. num. 58. & 59. Sed tantùm
debeat per interlocutoriam ab obſeruatione iudicij abſol-
uere reos, & condemnare actores in expenſis, quæ ab il- 49
lis, quorum negligentia fuit perempta inſtantia, ſunt om-
ninò reficiendæ, Bart. in l. properandum, §. ille proculdubio,
C. de iud. Aſin. in prax. §. 2. cap. 15. num. 14. & ſeqq. Et ſi
aliter faceret Iudex pronunciando circa merita cauſæ poſt
peremptam inſtantiam, vltra nullitatem manifeſtam, & 50
iniuſtitiam eſſet ipſe pœna arbitraria ſufficiendus, & quid-
quid fuiſſet ſolutum vigore talis ſententiæ poſſet per con-
ditionem indebiti repeti, vt benè probat idem Aſin. d. §. 2.
cap. 14. num. 6. & 7.

Quibus ſtantibus proculdubio ceſſant ea, circa quæ gra-
tis, & ſponte ex aduerſo elaboratur, ad oſtendendum fi-
dem eſſe adhibendam libris æſtimi, & partitis in eis deſ-
criptis, nam etiam admiſſo, quod partitæ æſtimi aliqua-
lem ſaltem probationem, & præſumptionem inducant,
præcipuè circa poſſeſſionem, & omiſſo quidquid ſuper-
uacuè, & perfunctoriè in id dici poſſet pro nunc nobis
ſufficit, quod etiam ex aduerſo non inficiatur admittere
probationem in contrarium, vt benè aduertit Genua 51
tract. de ſcript. priuat. tit. de libro æſtimi quæſt. 3. num. 6. &
num. 17. Tuſch. concl. 674. num. 9. & 20. litt. E. quæ qui-
dem probatio apparebit, dum cauſa coram ſuo Iudice com-
petenti primarum inſtantiarum agetur, prout iuris eſſe
ſupra demonſtratum fuit, & nunc fuit omiſſa, ac omit-
titur deduci ne ſuperfluis expenſis, & incommodis gra-
uentur litigantes, cùm notiſſimum ſit teſtes examina-
tos coram Iudice incompetenti nullam prorſus facere
probationem, ita vt nec illorum depoſitio poſſit conuali- 52
dari de conſenſu partium, quidquid alias conualidetur
quoad cæteras nullitates ordinis non ſeruati, quia quod
ſuperædificatur ſuper fundamento inutili iuriſdictionis ro-
rum corruit, cap. cum Paulus 1. quæſt. 1. Iaſ. in l. 1. col. 3.
num. 20. ff. de ferijs, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 674. num.
16. & 17.

Sicut etiam nihil probarent ex alio defectu, vt quia ſu-
mus extra terminum, & teſtes examinari poſt terminum,
& ſic poſt inſtantiam peremptam, vigore ſtatuti, nihil pro-
bant etiam ſi iuraſſent in termino, cùm non ſimus in
dilatione data à Iudice, & ex illius arbitrio, quo caſu
ſufficeret iuramentum præſtari in termino, ſed in dilatio-
ne, & termino dato à iure, & ſtatuto non ſolum ad pro- 53
bandum, & probatum habendum, verùm etiam ad to-
tam cauſam terminandam, quo caſu iuramentum, & de-
poſitio debet eſſe in termino aſſignato, alias nihil probant,
teſtes Felin. in cap. licet cauſam 9. col. 12. in fine num. 16.
verſ. limita tertio, &c. de probat. Cartar. deciſ. Genuenſ.
2. num. 11. & deciſ. 150. num. 7. Gratian. diſcept. forenſ.
cap. 128. num. 20. præſertim cùm etiam Iudex defecit eſſe
Iudex reſpectu illius cauſæ, vt dictum eſt ſupra, & ſic di-
cerentur examinati coram non Iudice, ſed coram priuata
perſona, & nihil probarent, quæ omnia meritò poſſunt

applicari ad teſtes, qui ex aduerſo prædictis non attentis examinantur, ita vt in eorum depoſitionibus, quidquid dicant, nullum poſſit fieri fundamentum, iuxta ſuperiùs allegata, &c.

Et cùm prædictæ rationes, & fundamenta adeò vrgerent, vt illis præcisè reſponderi non poſſet, pars aduerſa cuius nomine fuit ſemper ineptè iudicium agitatum conſulit Aduocatos Rauennatenſes, ex quorum conſilijs tandem edocta de errore, & ineptitudine iudicij, licèt in reliquis bonum ius foueret circa proprietatem, & poſſeſſionem prædij Rignoli inuita receſſit à lite, & coacta agnouit diſcrimen vnius Doctoris ab alio, expreſsè renuntiando liti, & omnibus actis ſuperindè in voluminoſo, & inutili proceſſu factis, ſed adhuc dicendum eſt illud adagium, *quod ſero ſapiunt Phriges*, licèt enim appellans poſſit re-
54 nunciare appellationi, *l. ſi quis libellus* 28. *C. de appell.* Crauett. *conſ.* 115. *num.* 12. non tamen liberatur ab expenſis in quibus venit condemnandus ſicut quilibet alius liti re-
55 nuncians, Guid. Pap. *deciſ.* 436. *n.* 36. Aſin. *in prax.* §. 32. *c.* 2. *ampliat.* 1. *num.* 2. cum alijs, quos refert, & ſequitur Gratian. *diſcept.* 572. *num.* 17. Et ita iudicatum fuit per Excellentiſſimum D. Lucam de Vannutijs Iudicem Illuſtriſſimi D. Equitis Alexandri Martij Medices Nobilis Florentini dignitiſſimi Commiſſarij, & Gubernatoris Iuſtitiæ totius Romandiolæ Florentinæ pro Sereniſſimo Magno Duce Etruriæ Anno 1657. Viri quidem ſapientiſſimi, & integerrimi, ac vt ad longè maiora promoueatur meritiſſimi.

Et cùm vt dixi pars aduerſa bonum ius foueret, fuit poſteà concluſum, vt quod ſuum erat, ita concorditer conſequerentur, & Rignoli diſcenderent à prædio, & partem ſuam venderent ad tollendas omnes lites in futurum, &c.

A R G V M E N T V M.

Cautio de non offendendo quos comprehendat, in quibus caſibus rumpatur, vel non, quomodo extinguatur, an pœna ſoluta poſſit repeti, an de proximo banniendus poſſit impunè offendi, & alia notabilia.

S V M M A R I V M.

1 *Cautio de non offendendo quando non ſit præſtanda.*
2 *Cautio de non offendendo præſtita ab vna parte an valeat donec reciprocè ab altera parte præſtetur, & num. 3.*
4 *Cautio debet præſtari pro ſe, conſanguineis, & affinibus vſque in quartum gradum.*
5 *Filij ſpurij, & naturales tantùm an comprehendantur actiuè, & paſſiuè in cautione de non offendendo.*
6 *Stipulatio eſt neceſſaria pro fiſco, vt ei eius quæratur.*
7 *Verba fideiuſſit, & promiſit, ſolent importare ſtipulationem.*
8 *Verba imperſonaliter probata an, & quando obligationem inducant, num. 9.*
10 *Cautio de non offendendo qualiter cenſeatur ſublata, quando fuit illi contrauentum ab altera parte.*
11 *Cautio de non offendendo an, & quando frangatur per inſultum, num. 13.*
12 *Cautio de non offendendo an rumpatur per exonerationem archibuſij contra aduerſarium non ſequuta offenſione.*
Pœna exonerantis archibuſium contra alium etiam ſine offenſione.
14 *Cautio de non offendendo an rumpatur per conſpuentem in faciem alterius.*
15 *Cautio prædicta non rumpitur per fœminas nec actiuè, nec paſſiuè.*
17 *Cautio prædicta an rumpatur per adulterium, vel ſtuprum.*
18 *Cautio prædicta an rumpatur per furtum.*
19 *Cautio prædicta non rumpitur ceſſante animo offendendi.*
Animus, & intentio diſtinguunt maleficia.
20 *Cautio de non offendendo, pax, vel tregua an rumpatur per falſum teſtimonium contra eum cum quo interceſſit.*
21 *Quod permittente lege fit pœnam non meretur.*
22 *Cautio de non offendendo non rumpitur per offenſionem eorum, qui poſſunt impunè offendi.*
Banniti, nec actiuè, nec paſſiuè comprehenduntur in cautione de non offendendo.
Offendens bannitum non obſtante cautione, vel pace, ſiue tregua conſequitur præmium, & taleam alijs conceſſam.
Vindicta publica pacto priuatorum tolli non poteſt.
23 *Delinquens nondum bannitus, ſed de proximo banniendus an, & quando poſſit impunè ab omnibus tamquam bannitus offendi.*
24 *Cautio de non offendendo qualiter non rumpatur ſtante noua cauſa.*
25 *Offenſione hinc inde ſequuta eodem tempore, ſi non conſtet qui primo offenderit, vel prouocauerit an dicatur rupta cautio de non offendendo, & debeatur pœna.*
26 *Abſolui debent omnes ſtante incertitudine non innocens grauetur.*
27 *Fiſcus quando tractat de lucro in dubio eſt excludendus.*
28 *Soluens pœnam cautionis poteſt repetere ab eo, qui cautionem rupit, & contrauenit.*
29 *Cautio de non offendendo quanto tempore duret.*
30 *Cautio de non offendendo remanet ſublata ſequuta pace.*
31 *Pax an ſit facienda in iudicio, vel ſufficiat extraiudicialiter facta ad tollendam cautionem præſtitam de mandato Iudicis, & num. 32.*
33 *Milites producta pace intra triduum non poſſunt moleſtari pro rixa.*

C A P V T XCIIII.

AD præſtandum cautionem de non offendendo non poterat compelli N. quoniam ex parte ſua omnis ti-
mor ſcandali ceſſare videbatur, cùm eſſet vir ſatis pacifi- 1
cus, bonæ conditionis, & famæ, & cum illius conſanguinei, & affines eſſent inimici capitales partis aduerſæ ex alijs cauſis, pro quibus ideò non tenebatur cauere, ſed ſolùm pro facto ſuo, & cùm ex aduerſo nondum eſſet præſtita huiuſmodi cautio, ac adeſſent aliqui banniti, qui nec actiuè, nec paſſiuè in dicta cautione comprehenduntur, quibus caſibus poteſt quis recuſare præſtare huiuſmodi cautionem, iuxta latè tradita per Guaz. *ad def. def.* 12. *cap.* 1. & latiùs *in tract. de pace, & tregua per totum.*

Et quamuis in illis locis, vbi ſeruatur ex conſuetudine,
quod in præceptis, quæ fiunt partibus ad fideiubendum ap- 2
ponatur clauſula, quod interim habeatur pro præſtitis, inconueniens non videatur ad tollendas occaſiones rixarum, vt vna pars habeat manus ligatas, donec altera illigetur, cùm non debeat qui coram Iudice promiſit de non offendendo illi fidem fallere, & eius dignitatem impunè contemnere, licèt altera pars cautionem non præſtiterit, Baiard. ad Clar. q. 47. *num.* 20. *& ſeqq.* cum alijs per Cabal. *reſol. crim. caſ.* 219. *per totum*, vide Farinac. *de var. & diuerſ. crim. quæſt.* 107. *art.* 2. *n.* 23. *& c.* tamen vbi nulla iuſta præexiſtente cauſa quis fuit coactus dictam cautionem præſtare, non remanet obligatus donec reciprocè ab altera parte præſtetur, nam præſtita ab vna parte tantùm non valet, & pro non ſcripta habetur donec ab altera parte caueatur, ne detur diſparitas, & claudicatio, præcipuè ſtantibus proteſtationibus pluries repetitis ſe non obligandi, niſi ſimilis cautio ab aduerſarijs
præſtaretur, quaſi non ſit vanus timor de illis, ſed iuſtus, 3
iuxta benigniorem opinionem Maur. *tract. de fideiuſſ. part.* 1. *ſect.* 2. *c.* 4. *n.* 20. *& ſeqq.* Cyriac. *contr. iur. c.* 101. *n.* 1. *& ſeqq.* & ita ſemel ego in praxi ſeruaui, dum Iudex eſſem, ſequuta enim in quadam cauſa, graui offenſione ex vna parte, quę cautionem de non offendendo præſtiterat antequam ab altera parte eſſet præſtita, non permiſi licet fiſco inſtante pro pœna pecuniaria in cautione contenta contrauenientem condemnari, ſed illum abſolui, quæ praxis non fuit improbata, & ita etiam poſteà de conſuetudine ſeruari audiui ab alijs criminaliſtis, cùm ſit opinio æquior in iuribus, & rationibus fulcita iuxta ſuperiùs dicta, &c.

Præterquam quod ex alijs etiam non minus iuridicis, & grauibus fundamentis patet præfatum N. ad nihilum teneri propter inſultum factum cum armis, & gentibus armatis per N. N. eius fratres patrueles contra ſuos ad-

uer-

uerſarios, quia licèt dicta cautio de non offendendo fuerit
4 præſtita per d. N. vti principalem non ſolùm pro ſe ipſo,
ſed etiam pro ſuis conſanguineis, & affinibus vſque ad
quartum gradum, ſcilicet quod nec ipſe, nec illi offen-
dent, nec offendere faciant ad tradita per Maur. *d. tract.*
ſect.2. cap.4. num.24. Cabal. *reſol. crim. caſ.210. per totum*,
5 vbi etiam quærit an tam actiuè, quàm paſſiuè filij ſpurij,
vel naturales tantùm comprehendantur in huiuſmodi cau-
tione, & videtur affirmatiuè concludere, vel ſaltem
eſſe in Iudicis arbitrio, attenta qualitate facti, & per-
ſonarum, vt per Caroc. *in ſuis deciſ. caſ.8.* Nullum ta-
men in caſu noſtro fuit quæſitum ius fiſco, & propter hu-
iuſmodi inſultum non poteſt agi ad prætenſam pœnam
ex multis.

Ac primò, quia non interuenit aliqua ſtipulatio pro fiſ-
co, & nullus pro eo acceptauit promiſſionem, quo caſu
6 cautio de non offendendo, vel ſimilis redditur nulla, &
nullum ius tribuit fiſco, *l. blandiens*, vbi Salyc. *C. de fi-*
deiuſſ. facit Gratian. *diſcept. forenſ. cap.849. num.29. & 30.*
cum alijs multis allegatis per Cyriac. *d. controu.* 101. *num.6.*
& ſeqq. ad cuius dicta me remitto, vbi reſpondet ad verba,
fideiuſſit, & promiſit, quæ aliàs ſolent importare ſtipula-
7 tionem, ſiue ſint poſita in inſtrumento, ſiue in ſcriptura
priuata licèt proferantur ab ignaro iuris, & materno ſer-
mone, iuxta tradita per Menoch. *de præſumpt. lib.3. præ-*
ſumpt.41. per tot.

Quibus addo, quod cùm in caſu noſtro verbum, *promi-*
ſit, fuerit imperſonaliter prolatum (non enim dixit Nota-
rius prout dicere debebat promiſit mihi Notario, &c.) ſed
ſimpliciter, imperſonaliter vſus eſt dicto verbo, *promiſit*,
8 non offendere ſub pœna, &c. & ſi cùm non appareat cui
facta fuerit promiſſio remanet dictum verbum imperſo-
naliter prolatum, & nullam inducit obligationem præcipuè
in contractibus quando imperſonalitas ſtat in verbo obli-
gatiuo prout in caſu noſtro, Bart. *in l. ſtipulatio iſta*, §. *ſi*
quis ita num.2. ff. de verb. obligat. vbi etiam Iaſ. *num.4.* cum
alijs per Gratian. *diſcept. forenſ. cap 675. num.19. & 20.*
& cap.941. num.17. & 18. vbi quod ſecus eſt in vltimis vo-
9 luntatibus, in quibus imperſonalitas non vitiat diſpoſitio-
nem, cùm ſemper intelligantur verba relata ad hæredem,
ſicut etiam quando imperſonalitas conſiſteret ſolùm in
verbo executiuo, & non in verbo obligatorio, Mantic.
de tacit. & ambig. conuent. lib.14. tit.29. n.47. ad medium,
& ita declarantur, quæ in contrarium in id allegari poſ-
ſent, &c.

Secundò, non poteſt agi ad pœnam, quia aduerſarij di-
cti N. iam ipſi contrafecerant, & contrauenerant præcepto
de non offendendo, vt conſtat in actis, quo caſu cenſetur
10 ſublata cautio, & poteſt altera pars etiam ex interuallo im-
punè contrauenire, cùm non teneatur amplius treguam,
vel pacem, ſiue cautionem ſemel ab altera parte fractam
ſeruare etiam ſtante clauſula, quod pœna toties committa-
tur quoties contrauentum fuerit, ſiue ex interuallo,
Alex. *in l. cum proponas n.6. C. de pact.* Clar. §. *fin. qu. verſ.*
ſed quoniam, & verſ. ſeq. Maur. *de fideiuſſ. part.1. ſect.2. c.*
4. num.66. latè Petr. Cabal. *reſolut. crim. caſ.101. num.2. &*
ſeqq. & caſ.231.

Tertiò, quia in caſu noſtro dicta cautio non fuit verbis
generalibus concepta, ſed fuit tantùm promiſſum non of-
fendere perſonas, licet enim huiuſmodi cautio frangatur
per inſultum factum cum armis, vel etiam ſine armis,
11 quamuis inſultatus non fuerit vulneratus, quando conti-
net verba generalia, tamen ſecus eſt, quando loquitur ſo-
lùm de non offenſione perſonarum, nam tunc non dicitur
rupta, nec promiſſa pœna debetur ob ſolum inſultum, niſi
perſona fuerit tacta, vel ſaltem res à corpore inſeparabilis,
Maur. *d. part.1. ſect.2. cap.4. num.73. & ſeqq. ad 91.* Sicuti
retentis eiſdem terminis promiſſionis de non offendendo
perſonas videmus promiſſioni non contrauenire, nec pœ-
nam conuentionalem deberi per ſolam exonerationem ar-
chibuſij abſque vulnere, & tactu perſonæ, vel rerum ab
ea inſeparabilium, licèt aliàs pro ſola exoneratione archi-
12 buſij contra aliquem, ſiue exierint pilæ plumbeæ, ſiue
non, vt quando ſclopus non fecit ignem ex quo accendi
potuerit puluis, ſit impoſita pœna furcarum, & confiſca-
tionis bonorum ea legibus municipalibus, & bannimentis
generalibus, vt latè probat Caball. *reſolut. crim. caſ.152.*
per tot. Gabriel. *conſ.151. per tot. lib.1.* Maur. *loc. ſupra*
cit. num.98.

Et quod dicta cautio non rumpatur etiam per inſultum
factum ſuper actibus, & ſic licèt tacta eſſent veſtimenta
quando corpus non fuit læſum, Farinac. *tit. de var. & di-*
uerſ. crimin. quæſt.107. num.181. Maur. *vbi ſup. num.130.* 13
Et quòd non committatur pœna per conſpuentem in fa-
ciem alterius quando fuit tantùm promiſſum non offende- 14
re perſonas, licèt ſecus eſſet ſi ſimpliciter, & verbis gene-
ralibus fuerit præſtita cautio, Maur. *loc. cit. num.92.* Tan-
tò minus igitur dicendum eſt fuiſſe commiſſam pœnam in 15
caſu noſtro per ſolam metus illationem, & ſimplices, ac
verbales iniurias non tranſeuntes in ſpeciale nomen alicu-
ius delicti, ad tradita per eumdem Maur. *vbi ſupra num.*
100. & ſeqq.

Circa quod obiter etiam adnotandum erit huiuſmodi
cautionem de non offendendo non rumpi per fœminas, nec
actiuè, nec paſſiuè, cùm alias ſoleant eſſe multum garulæ, 16
loquaces, & iniurioſæ, de quo Farinac. *d. q.107. num.380.*
& Maur. *loc. ſup. cit. num.159.* Nec per adulterium, vel
ſtuprum commiſſum cum vxore, vel filia eius, quem quis
non offendere promiſit, cùm præſumatur id actum fuiſſe
cauſa explendæ libidinis, & non animo iniuriandi, niſi eſ-
ſent adeò vetulæ, & deformes, vt conſtaret factum animo 17
vendicandi, & iniuriandi, Clar. §. *fin. qu.47. verſ. penult.*
Maur. *d. cap.4. num.147.* Cabal. *reſol. crim. caſ.101. num.*
28. & 29. & num.12. vbi tamen quod iſtud, vel ſimilia præ-
ſtant iuſtam, & nouam cauſam alteri parti offendendi ſine
incurſu pœnæ promiſſæ, & abſque fractione pacis, vel tre-
guæ iurata inferiùs dicenda, &c.

Pari ratione non rumpitur cautio de non offendendo
per furtum, cùm & illud dicatur factum potiùs animo
lucrandi, quàm iniuriandi, niſi fuiſſet promiſſum non
offendere, nec in rem, nec in perſonam, Bart. *in l. verum* 18
num.5. ff. de furt. Maur. *d. cap.4. num.151.* Cabal. *d. caſ.*
101. num.31. vbi quod iſtud generaliter procedit in qua-
cumque offenſa in bonis facta, niſi procedat ex antiqua
cauſa, vt quia inimicitia eſſet contracta ea cauſa furti, vel
aliter damni dati, & ille idem aliud nouum furtum, vel
damnum faceret, quod puto veriſſimum, vbi pœna venit
parti applicanda, &c.

Et ad ſupradictorum confirmationem facit, quòd cau-
tio de non offendendo nunquam rumpitur ceſſante 19
animo nocendi, & iniuriandi, quia animus, & inten-
tio diſtinguunt maleficia, Maur. *dict. cap.4. num.171.*
vbi etiam quod nec rumpitur per iniuriam cadaueri illa-
tam, &c.

Diceretur tamen contrauentum huiuſmodi promiſſio-
ni, & cautione de non offendendo, vel paci initæ, ac pœ-
na exigi poſſet per falſum teſtimonium perhibitum in iu-
dicio in cauſa criminali, vel ciuili magna contra eum,
cum quo dicta cautio, vel pax fuerat ſequuta, ac per fal- 20
ſam, ſiue calumnioſam accuſationem, vel quando quis in-
duxit aduerſarium in periculum amittendi totam ſuam
ſubſtantiam, vel maiorem partem, ſtante maximè genera-
li promiſſione, vt ſupra, Surd. *deciſ.79. per tot.* & Cabal.
caſ.247. per tot.

Quartò, non poteſt moleſtari dictus N. pro prætenſa
pœna cautionis, quia ſupradictus inſultus per eius fratres
patrueles factus dictis aduerſarijs non fuit propriè inſultus
prohibitus, ſed leuatio rumoris, & acclamatio non ſo-
lùm permittente, ſed iubente iure facta contra dictos ad-
uerſarios, dum eſſent aſſociati cum altero eorum fratre
bannito capitali, contra quem zelo iuſtitiæ inſurrexerunt
dum audierunt in illa domo poſteà ab illis obſeſſa reperiri
abſque eo, quod ſcirent illum eſſe in ſocietate ſuorum
fratrum non bannitorum, quod etiam licèt non ignoraſ-
ſent, & moti fuiſſent non zelo iuſtitiæ, ſed odio par-
ticulari fecerunt actum impunibilem, & id, ad quod vi- 21
gore bannimentorum tenebantur ſub pœna, cùm tunc
dicti fratres licèt non banniti viderentur eſſe in eadem
pœna cum fratre bannito, & ideò quod permittente,
imò iubente lege fit nullam pœnam meretur, *l. Grac-*
chus de adult. cum ſimilibus, & cautio de non offenden-
do non rumpitur per offenſionem eorum, qui poſſunt
impunè de iure offendi, quia offenſa, quæ fit per actum 22
impunibilem non habetur in conſideratione, licèt non ze-
lo iuſtitiæ, ſed odio particulari fieret, & banniti non
comprehenduntur in huiuſmodi cautionibus, nec actiuè,
nec paſſiuè, Maur. *de fideiuſſ. part.1. ſect.2. cap.4. num.160.*
& ſeqq. ad 170. latè Cabal. *reſol. crimin. caſ.275. per tot*

vbi plura ad hunc propoſitum, imò offendentes bannitos non obſtante cautione de non offendendo, pace, vel tregua cum illis ante bannum inita, non ſolùm ſunt immunes ab omni pœna, ſed etiam gaudent beneficio ſtatuti concedentis præmium occidenti bannitum, & licèt eſſet facta pax, vel tregua, ſeu promiſſio de non offendendo poſt bannum expreſsè cum bannito, adhuc poſſunt impunè offendi, quia publica vindicta pacto priuatorum tolli non poteſt, quod procedit etiam ſi homicida, vel alius publicus delinquens, cum quo eſſent inita pax, vel tregua,
23 ſeu cautio de non offendendo adhuc non eſſet bannitus, nec condemnatus, ſed de proximo banniendus, vel condemnandus, præcipuè quando pœna eſt ipſo iure impoſita, quia licet nondum fuerit ſequuta ſententia, ſtante ſtatuto quod bannitus poſſit impunè offendi, offendens excuſatur ſaltem à pœna conuentionali, quaſi de proximo banniendus habeatur pro bannito, vnde etiam dicti aduerſarij dum eſſent aſſociati cum dicto eorum fratre bannito, licèt pro dicta aſſociatione nondum eſſent condemnati, cùm tamen vigore bannimentorum ipſo facto incidiſſent in eamdem pœnam vitæ, & confiſcationis bonorum poterant impunè offendi, Marſil. *ſing.* 106. *circa medium*, Corn. *conſil.* 104. *per tot. lib.* 1. Aſin. *inter conſil. crim. diuerſ. conſil.* 112. *num.* 40. *&* 53. *tom.* 1. cum alijs per Cabal. *d. caſ.* 275. *num.* 12. *& ſeqq.*

Quintò, pœna conuentionalis in dicta cautione contenta non debetur, quia dicti inſultantes fuerunt prouocati, dum die antecedenti dicti aduerſarij multa verba contumelioſa grauia, & iniurioſa contra illos publicè pro-
24 tulerunt, ex quibus ideò moti fuerunt ad inſidiandum illis, & ſic ex iracundia, & noua cauſa, non autem ex antiqua, qua noua cauſa ſtante licèt eſſe leuis, iniuſta, ac de iure impunibilis dummodò non ſit affectata, & procurata, cautio de non offendendo nunquam committitur, nec pœna debetur, ac in dubio præſumitur ſemper potiùs noua cauſa, quæ poteſt ex coniecturis probari, quàm antiqua, Clar. §. *fin. quæſt.* 47. *verſ. quare nunc*, Maur. *dict. tract. part.* 1. *ſect.* 2. *cap.* 4. *num.* 118. Magon. *deciſ. Lucen.* 100. *per tot.* Afflict. *deciſ.* 206. *in* 2. *dubio*, & latè plures alios adducens Cabal. *reſol. crimin. caſ.* 101. *num.* 11. *& ſeqq.*

Et quando non conſtaret, quis primò alterum offenderit, vel prouocauerit, & fuerint hinc indè eodem tem-
25 pore ſequuta offenſio, nec tunc cautio rumpitur, nec pœna debetur propter incertitudinem primi offendentis, præcipuè quando eſſet partibus applicanda, vbi verò eſſet applicanda fiſco deberetur ab vtroque inſolidum vnica tamen ſolutione ſufficiente, iuxta opinionem Clari *dict. quæſt.* 47. *verſ. ſed hic quæro*, Cabal. *caſ.* 102. *per tot.* Maur. *dict. cap.* 4. *num.* 70. licèt non deſint magnæ auctoritatis Doctores, qui tenuerunt etiam quòd pœna veniat fiſco applicanda illam non deberi ſtante incertitudine primi offendentis, & magna quidem ratione mouentur,
26 cùm propter incertitudinem debeant potius omnes abſolui, ne innocens grauetur, *l. abſentem*, *ff. de pœn.*
27 & fiſcus in caſu dubio non eſt priuilegiatus, ſed vtitur iure priuati, imò quando fiſcus tractat de lucro, & priuatus de damno, in dubio eſt excludendus, & contra eum debet iudicari, *l. non puto*, vbi DD. *ff. de iur. fiſc.* Euerard. *in loc. à fiſc. ad Eccleſ. num.* 20. & Clar. *vbi ſupra*, loquitur per verbum forte, & nihil allegat, hancque opinionem vti æquiorem, & de iure veriorem ſequuntur Hercul. *tract. de caut. de non offend. cap.* 30. *num.* 10. Moron. *tract. de pace, & treg. quæſt.* 168. *num.* 11. *& ſeqq.* Bertazol. *conſil. crim.* 48. *num.* 7. *&* 8. *lib.* 1. neque de iure illam improbare videtur Cabal. *d. caſ.* 102. *n.* 7. *& ſeqq.* vbi alios Doctores, & fundamenta pro hac parte allegat, quidquid aliter ipſe poſteà in practica vti fiſci patronus, & aduocatus tenere aſſerat, &c.

Porrò autem in hoc propoſito dicere non omiſerim, quòd præſtita cautione de non offendendo pro ſe, ſuis affinibus, & conſanguineis, & aliquis eorum comprehenſus in cautione, & qui cogi poterat ad cauendum contrauenerit, propter quam contrauentionem auctor principalis, qui cautionem præſtitit cogatur aliquid ſoluere, poterit ſo-
28 lutum repetere ab eo, qui contrauenit actione mandati, vel negotiorum geſtorum, niſi qui contrauenerit fuerit ignorans cautionis interpoſitæ, *l. qui fide* 53. *ff. mand.* latè probat Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 499. *per tot.* Hercul. *de caut. de non offend. cap.* 15. *num.* 8. Gabriel. *conſ.* 176. *num.* 2. *& ſeqq. lib.* 2. Maur. *d. cap.* 4. *num.* 59. *&c.* ad quorum dicta pro nunc me remitto, cum d. N. non poſſit ex ſupradictis fundamentis compelli ad aliquid ſoluendum, & ideò non ſit opus laborare ſuper remedio repetitionis, &c.

Huiuſmodi autem cautio durat non ſolùm per triginta dies iuxta aliquorum opinionem, ſed arbitrio Iudicis donec adeſt timor ſcandali, Clar. *d. qu.* 47. *verſ. item*
quæro, &c. Maur. *dict. cap.* 4. *num.* 42. *& ſeqq.* facit Ca- 29
bal. *caſ.* 101. *num.* 44. ac donec fuerit ſequuta pax inter ipſas partes, quæ cautionem præſtiterunt, nam ſequuta
pace cenſetur ſublata, & expirat cautio, Maur. *loc. cit.* 30
num. 63.

Circa quod tamen animaduertendum erit id eſſe ſimpliciter verum, quando cautio fuit præſtita ex voluntate partium extra iudicium, non iuſſu, & mandato Iudicis, nam quando prout regulariter contingit, præſtatur de mandato Iudicis in Curia, & apud acta, Notario maleficiorum, vel alio pro fiſco ſtipulante non cenſetur reuocata, nec finita, nec expirat per pacem inter ipſas partes extraiudicialiter ſequutam extra Curiam ignorante Iudice, ſed tunc ad illam extinguendam, & reuocandam opus eſt auctoritate ipſius Iudicis, vel conſenſu fiſci, cui fuit ius quæſitum, & ſine eius facto tolli
non poteſt, ac ideò cautius erit huiuſmodi paces rogari 31
facere apud acta per eundem Notarium, vt latè probat Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 282. *per tot.* Hercul. *d. tract. cap.* 9. *num.* 9. *& ſeqq.* Vulpel. *tract. de pace quæſt.* 40. *per tot.* Farinac. *de var. & diuerſ. crimin. quæſt.* 107. *num.* 123. *& ſeqq.*

Quamuis non deſint alij multi contrarium tenentes,
quòd quocumque modo ſequuta fuerit pax etiam extraiu- 32
dicialiter, & iudice ignorante tollatur cautio de non offendendo etiam reſpectu fiſci, cui pœna erat applicanda, Eugen. *conſ.* 82. *num.* 9. *& num.* 33. Moron. *de treg. & pace quæſt. vlt.* Beto. *conſ.* 205. *lib.* 3. & alij multi, quorum dicta, & rationes vti validiores, & æquiores ponderari poſſent vbi eſſemus in iam facto, ſed quando eſſemus in fieri ad tollendas difficultates ſemper conſulerem huiuſmodi paces fieri, & rogari apud acta per Notarios Curiæ, vel ſaltem coram illis produci, & inſtare recipi, prout illas recipere ſolent ſoluta ſibi ſua mercede, propter quam interdum ſe opponere ſolent, & non alia de cauſa, cum multi illorum nil aliud magis attendant, quàm crumenas implere, quibus pro illorum libitu impletis om-
nia de plano admittere ſolent ſine ſcrupulo. Et in ſtatu Ec- 33
cleſiaſtico milites habent ex priuilegio, quòd pax coram illorum duce, vel officialibus facta intra triduum debeat admitti, & non poſſit vlterius contra illos pro rixa procedi, &c.

ARGVMENTVM.

Error calculi in quo conſiſtat, quando, & intra quantum tempus poſſit allegari, vel non, & an appellatio deuoluat totum negotium ad Iudicem appellationis.

SVMMARIVM.

1 *Error calculi in quo conſiſtat.*
2 *Error calculi vſque ad 30. annos allegari poteſt, & quomodo probari poſſit.*
3 *Error calculi non poteſt allegari quando calculus fuit factus auctoritate Iudicis.*
4 *Error calculi an poſſit allegari poſtquam deuentum fuit ad tranſactionem.*
5 *Error non poteſt allegari quando calculatio fuit approbata per Iudicem.*
6 *Error calculi non poteſt allegari in pluribus alijs caſibus enumeratis.*
7 *Læſio eſt conſideranda habito reſpectu ad dubium litis euentum.*
8 *Euentus dubius litis difficulter æſtimari poteſt.*
9 *Læſio debet conſiderari etiam reſpectu dubiæ, & incertæ exactionis.*
10 *Calculatis ſemel rationibus non debet quis denuò cogi ad calculandum.*

11 *Cal-*

11 *Calculatio noua an peti poſſit ſtante errore poſt laudum ſequutum.*
12 *Appellatio deuoluit totum negotium ad Iudicem appellationis quando fuit bene appellatum, ſecus ſi malè appellatum fuit, n.13. & 14.*

C A P V T XCIV.

NOn intendit D. N. ſe fundare in errore calculi,
ſed læſione laudi, ſi enim vim faceret in errore
calculi deberet docere, quod in eo fuerint appoſitæ parti-
1 tæ non apponendæ, vel non appoſitæ apponendæ, vel me-
liùs, quòd calculatores ſumauerint in centum quod ſumare
debebant in nonaginta, ſiue quod Arbitrator credens,
quod quinquaginta, & vigintiquinque facerent centum
laudum protulerit in centum, vel ſimili errore ductus cal-
culator, ſiue Arbitrator vnam, vel alteram ex partibus
læſerit, hoc enim ſignificat error calculi, ideſt compu-
tationis, Pariſ. *conſ.*89. *num.*27. *& ſeqq.* Munoz, *de ra-
tiocin. cap.*38. *num.*3. *&* 4. cum alijs per Gratian. *diſcept.*
793. *num.*1.

Qui quidem error calculi poſſet vſque ad triginta an-
nos allegari, & diceretur probatus, oſtendendo, quod in
calculo fuerint admiſſa, quæ non erant admittenda,
2 vel è contra, & ſtatim quòd appareret veritatem ali-
ter ſe habere, quamuis poſt calculationem interuenerit
etiam promiſſio, ad latè tradita per Montan. *de tut. cap.*
38. *num.*145. *& ſeqq. ad* 155. *fol. mihi* 197. Gratian. *di-
ſcept.*823. *num.*31. *& ſeqq. cap.*824. *num.*21. *& ſeqq. & cap.*
909. *num.*10.

Quinimò in caſu noſtro non poſſet allegari error calcu-
li, quandoquidem calculus fuit factus auctoritate Iudi-
3 cis, & Magiſtratus, quo caſu error non poteſt allegari,
Bart. *in l.*2. *C. de iur. fiſc. lib.*10. *& in l.*1. *C. de error.
calc.* ſequitur Rot. *in Romana iuſtificationis creditorum*
13. *Iunij* 1635. coram Pirouano *in Nouiſſ. part.*7. *deciſ.*52.
num 36. *&* 37. præcipuè quando poſt calculationem deuen-
4 tum fuit ad tranſactionem, & ſtipulationem, *d. l. vn. C. de
error. calc.* Ruin. *conſ.*134. *num.*1. *lib.*1. Corn. *conſ.*62. *lib.*
4. cum alijs per Montan. *de tut. d. cap.*38. *num.*156. *&* 158.
vbi *num.*57. limitat non procedere quando ſtipulatio eſſet
euidenter iniqua, & incontinenti interpoſita, quia tunc
cenſeretur eodem errore facta ſicut calculatio, & non te-
neret, &c.

Prout nec talis error calculi allegari poteſt quando ſu-
per calculo lata fuit ſententia, vel quando calculatio
5 fuit à Iudice approbata cum cauſæ cognitione, vt te-
nent omnes *dict. l.*2. *C. de iure fiſc. lib.*10 *& in dict. l.
vnic. C. de error. calc.* Corn. *dict. conſ.*62. & Montan.
*dict. cap.*38. *num.*150. *& num.*167. *&* 168. Nec quando
interuenit iuramentum de non contraueniendo, vel con-
6 feſſio eſſet geminata, vel calculatio eſſet facta per gra-
tiam, ſiue erratum eſſet tantummodò in tempore, & die
factæ calculationis, vel quando iam ſemel allegatus fue-
rit error, & in reuiſione fuerit confirmatus primus calcu-
lus, vel quando de conſenſu partium electus fuerit cal-
culator à Iudice, ſiue quando poſt calculum factum
pars ex interuallo liberauit debitorem, vel vbi conſtaret
de laudo arbitratorum electorum ſuperindè lato, nam
his omnibus caſibus videtur ceſſare allegatio erroris cal-
culi, prout latè declarat Montan. *d. cap.*38. *à num.*155. *vſ-
que ad num.*189. de quo tamen vidend. Menoch. *de arbitr.
caſ.*209. *num.*39. *&* 40. Felic. *de Societ. cap.*38. *num.*77. *&
ſeqq. &c.*

Ex quibus patet, quòd cum calculationes in caſu no-
ſtro fuerint ritè, & rectè factæ non poteſt error calculi
allegari, prout non prætenditur, ſed læſio, ex eo quòd
multò plura debeantur, quam per laudum fuit declara-
tum, & ſic læſio non conſiſtit in calculatione, ſed in
laudo, & tranſactione, vnde eſt probanda ab allegante
aliundè quàm ex nouis calculis, ſi enim conſtaret de læ-
ſione ex ſententia, vel laudo habito reſpectu, & facta
collatione ad calculos poſſet corrigi ſine nouis calculis,
ſi autem de ea, hoc modo non apparet, ad quid noua cal-
culatio, ſi prima non fuit, nec dicitur erronea, & ſic hoc
caſu redditur ferè impoſſibilis probationis non ſolùm
7 inſpecta læſione attento dubio litis euentu, qui ad annul-
landum tranſactionem, & laudum ex capite læſionis om-
ninò attendi debet, *gloſſ. in l. Lucius*, §. *fin.* vbi etiam

Bart. *ff. ad Trebell.* Gabriel. *comm. concluſ. tit. de empt.
& vendit. concl.*1. *num.*68. *lib.*3. Decian. *reſponſ.*39. *num.*
105. *lib.*2. & plures alios allegat, & ſequitur Gratian. *di-
ſcept.*713. *num.*82. *& ſeqq.* & licèt ſit difficilis probationis
talis valor ſpei, & dubius litis euentus, tamen omninò
probari debet, alias ſuccumbit qui læſionem allegat, Decian. 8
*reſponſ.*6. *num.*31. *& reſponſ.*83. *num.*53. *lib.*5. Becc. *conſil.*
90. *num.*11. Gram. *deciſ.*66. *num.*20. Franch. *deciſ.*150. Rot.
*in Nouiſſ. part.*1. *deciſ.*157. *&* 158. & in recollectis per Fa-
rinac. *deciſ.*221. *num.*13. cum alijs per Gratian. *d. cap.*713.
*num.*82. *&c.*

Sed etiam quia eſt habenda ratio magni numeri de-
bitorum non ſoluendo exiſtentium, & ſic de incerta,
& dubia exactione, vt per Decian. *reſponſ.* 59. *num.*
105. Ex quibus difficillimum redditur ſcire an arbitra- 9
tores, & amicabiles compoſitores arbitrando, & ſtral-
ciando, prout fecerunt taliter vnam, vel alteram ex par-
tibus grauauerint, vel potius partes ipſe laudum emo-
logando, taliter ſe deceperint, vt reſciſſionis locus eſſe
poſſit.

Et propterea videtur malè iudicaſſe Iudex, qui decreuit
eſſe deueniendum ad nouam electionem calculatorum, ſi
quidem vltra ſuperiùs dicta, præſuppoſito quòd alias ratio-
nes fuerint calculatæ, & ſuperindè ſequutum laudum, &
ratificatio iurata, habemus regulam, quòd ſemel calcula- 10
tis rationibus non debet quis denuò compelli ad calculan-
dum, *l. ſemel*, *C. de apoch. pub. lib.*19. Menoch. *de arbitr.
caſ.*209. *num.*37. aliàs daretur progreſſus in infinitum,
quod procedit etiam ſi error allegaretur, quia iſtud non
ſufficit niſi plenè probetur, Menoch. *loc. cit.* Honded. *conſil.*
34. *num.*6. *&* 76. *lib.*2. Burſatt. *conſil.*105. *num* 16. Rot. *in
Nouiſſ. part.*1. *d. deciſ.*157. *&* 158. Felic. *tract. de Societ.
cap.*38. *num.*31.

Sed & errore probato ceſſaret noua calculatio, ſtante
quod ſuper primo calculo fuit ſequutum laudum, tranſa- 11
ctio, liberatio, ac pactum de non petendo, niſi vltra erro-
rem argueretur etiam fraus, & dolus verus in prima cal-
culatione, Honded. *d. conſ.*34. *n.*75. cum alijs per Menoch.
*d. caſ.*209. *num.*37. 39. *&* 40. & Felin. *de Societ. d. cap.*38.
*num.*77. *& ſeqq.*

Stante igitur grauamine appellationis à dicto decreto
nouæ electionis peritorum non debet appellans remitti ad
Iudicem grauantem, ſed totum negotium intelligitur de- 12
uolutum ad Iudicem appellationis, *cap. vt debitus de
appellat. cap.*1. *de appellat. in* 6. *gloſ. in cap. ex tenore
verſ. terminatis de for. compet.* Bart. *in l. intra vtile in
princip. ff. de minor.* Roman. *conſ.*362. *num.*2. Bellamer.
*deciſ.*419. Boer. *deciſ.*257. & de hoc non eſt ambigen-
dum, cùm certiſſimum ſit, quòd appellatione interpo-
ſita ab aliquo emergenti, vel interlocutoria, ſi fuerit be- 13
nè appellatum, tota cauſa, & negotium principale deuolui-
tur ad Iudicem ſuperiorem, Foller. in Add. ad Marant.
*part.*1. *diſtinct.*12. *num.*5 Gratian. *diſcept.*6. *per tot.* &
facit *in cap.*40. *per tot.* quidquid ſecus ſit, quando fuerit
malè appellatum, quo caſu cauſa principalis remittitur
ad primum Iudicem à quo, vt per Marant. & Gra-
tian. *loc. cit.*

A R G V M E N T V M.

Sequeſtra an, & quando ſint permiſſa, qualiter
iuſtificari debeant, quomodo ſatiſdatione tol-
lantur, an inuitus quis cogatur illa acceptare, &
an Princeps poſſit dilationem concedere pro de-
bito iurato.

S V M M A R I V M.

1 *SEqueſtratio omnis regulariter eſt prohibita.*
2 *Sequeſtrum in quibus caſibus ſit permiſſum.*
3 *Argumentum a contrario ſenſu valet in ſtatutis.*
4 *Hæres pendente termino ad conficiendum inuentarium, an poſſit moleſtare.*
5 *Verbum*, moleſtiæ, *qualiter verificetur in omni vexatione.*
6 *Creditor vt poſſit agere ante tempus, quid probare debeat.*
7 *Debitor impetrans moratoriam à Principe, an teneatur ſatiſdare de ſoluendo finita dilatione, num.*8.

9 *Princeps quando poſſit de honeſtate iuſtitia, & ſine pec-*
cato concedere dilationes debitoribus ad ſoluendum
non obſtante iuramento.
10 *Iudex quando poſsit perempta inſtantia ſententiam va-*
lidam proferre; ſententia lata poſt peremptam inſtan-
tiam quando ſit valida.
11 *Iudex non incurrit pœnam niſi fuerit inſtitum à par-*
tibus.
12 *Actus contra legem pœnalem non eſt nullus.*
13 *Sequeſtra non iuſtificata in termino non afficiunt.*
14 *Sequeſtra dicuntur præparatoria, & expectant pro ſe*
libelli oblationem, & alia; Sequeſtra non inducunt
litis pendentiam.
15 *Sequeſtra quando ſatiſdatione tollantur, vel non,*
num.16.
17 *Sequeſtrum nemo inuitus cogitur acceptare, & quando*
ſecus, num.18.
19 *Sequeſtrarius non poteſt ſine cauſa officium depo-*
nere.
20 *Sequeſtrarius ſoluendo ad iudicis mandatum an libe-*
retur.
21 *Dilatio conceſſa debitori an proſit ſequeſtrario.*

C A P V T XCV.

DOmini de Lippis in cauſa ſequeſtrorum de quibus
agitur vulgari dicto ſe tuentur omnem ſequeſtra-
1 tionem eſſe prohibitam, cùm commoditas poſſeſſionis,
quæ magna eſt nemini ſit auferenda, iuxta *l.vn. C. de pro-*
hib. ſequeſtr. Curt. Pap. Iacob. de Aren. Ang. Peruſ. *tract.*
de ſequeſtr. in princ. Gratian. *diſcept.853. n.10.* Tuſch. *con-*
cluſ.204. litt.S.

Et quamuis in aliquibus caſibus ſint permiſſa ſequeſtra,
vt quando agitur de re mobili cum perſona ſuſpecta, &
timetur de dilapidatione, vel quando iam fuit lata ſen-
2 tentia, & pendet appellatio, quia præſumitur appellatum
malitioſè, & cauſa differendæ executionis, vel quando
vtraque pars prætendit poſſidere, & periculum eſt ne de-
ueniatur ad arma, & in alijs caſibus enumeratis per Curt.
Pap. Iacob. de Aren. & Tuſch. *in loc. cit.* tamen in caſu
noſtro non fuit doctum, nec probatum de aliqua fallentia
propter quam ſit permiſſum recedere à ſupradicta regula,
imò non probata ſuſpicione adſtipulatur ſtatutum noſtrum
per argumentum à contrario ſenſu mentis ſtatuentium,
3 quod iure procedit etiam ad interpretationem ſtatutorum,
& latè docet Euerard. *in topic. leg. loc. à contr. ſenſ. n.22.*
& ſeqq.

Maximè pendente termino trium menſium eiſdem
aſſignato citatis ipſis creditoribus ad inchoandum, & per-
ficiendum inuentarium, cùm interim à nullis creditori-
4 bus, vel legatarijs poſſint conueniri actione perſonali,
quamuis aduerſus defunctum iam lata fuerit ſententia,
l. fin. §. donec, & §. etſi perfectam, C. de iur. delib. Mer-
lin. *de legit. lib.5. tit.3. quæſt.5. num.1. & in tract. de pign.*
lib.4. tit.5. quæſt.173. de quo non eſt dubitandum, ſtante
etiam reſcripto Eminentiſſimi D. Cardinalis Legati man-
5 dante interim durante dicto termino non moleſtari, quod
verbum moleſtiæ verificatur in quacumque vexatione,
per quam impediuntur liberè vti ſubſtantia ſua, Surd. *dec.*
194. per tot.

Neque obſtat, quod ſequeſtra fuerint facta ſolùm ad
effectum, vt interim creditores aſſecurentur de ſolutio-
ne fienda finita dilatione, & adueniente die, quia ad hoc
vt debitores poſſint ante tempus conueniri pro aſſecura-
6 tione debiti eſt neceſſaria probatio vergentiæ ad ino-
piam, ſuſpicionis, & deteriorationis conditionis, ſiue
aliæ iuſtæ cauſæ, Caccialup. *de debit. ſuſpect. quæſt.3.* Petr.
Pecch. *de iure ſiſten. & mann. inicct. cap.4. num.7. & ſeqq.*
Maur. *de fideiuſſ. part.1. ſect.3. cap.1. alias 10. per tot. & cap.*
38. alias 48. &c.

Prout nec obſtat, quod debitores impetrantes morato-
7 riam à Pincipe, vel dilationem quinquennalem, ſiue de-
cennalem teneantur interim ſatiſdare de ſoluendo tranſa-
cto termino, alias non valet, nec ſibi opitulatur reſcri-
ptum, ad tradita per Maur. *dict. tract. part.1. ſect.3. cap.*
2. alias, & per tot. quia vt ibidem declarat hoc intelligi-
tur dummodo talis cautio fuerit petita à creditoribus, &
procedit tantùm in dilatione quinquennali, quàm impe-
trantes tenentur ſatiſdare, ſecus autem pendente termino
ad conficiendum inuentarium, cùm iſto caſu non ſit iu-
re cautum huiuſmodi cautionem eſſe præſtandam, quæ
in omnem caſum fuiſſet petenda per creditores coram
eodem Eminentiſſimo, quando illis fuit intimata dilatio,
& benè facit Rodriquez *tract. de concurr. cred. part.1.*
num.24. & 25. fol. mihi 10. vbi tenet nullam cautionem
eſſe neceſſariam etiam in dilatione quinquennali, quia 8
remedium dilationis fuit introductum ex cauſa miſera-
tionis, & ſi debitor, cui conceditur, compelleretur dare ali-
quam cautionem, vtique ex impotentia inueniendi fi-
deiuſſores eſſet omninò ipſi debitori tale beneficium adem-
ptum, ne ergo contra mentem legis, & Principis hoc eue-
niat, cautionem aliquam præſtare ipſum debitorem, cui
fuit conceſſa dilatio non teneri fatendum eſt, atque in hanc
ſententiam videtur inclinare Genu. *de ſcript. priuat. lib.*
3. tit. de litt. iudicial. ſiue dilator. quæſt.5. num.31. & ſeqq.
fol. mihi 177.

Quod autem huiuſmodi dilationes ad differendam ſolu-
tionem poſſint de honeſtate iuſtitiæ, & ſine peccato per 9
Principem concedi ſtante difficultate, & impoſſibilitate
debitoris in ſoluendo etiam pro debitis inſtrumentarijs,
& iuratis ſtante maximè conſuetudine illas concedendi
etiam pro huiuſmodi debitis iuratis, cùm conſuetudo fa-
ciat licitum, quod aliàs illicitum foret, & iuramentum
quod in omni inſtrumento hodie de conſuetudine apponi-
tur non debeat eſſe tantæ potentiæ, vt Principis ordina-
riam poteſtatem impediat circa huiuſmodi dilationes con-
cedendas, niſi illis fuerit expreſsè renunciatum cum iura-
mento, Surd. *conſ.299.* Graſſ. *de except. except.32. num.8.*
& ſeq. Theſaur. *deciſ.* cum alijs multis per Genu. *d. tract.*
3. d. tit. per tot. fol. mihi 171. vbi pulchro, & eleganti or-
dine declarat quando, & pro quibus debitis non de-
beant ſuffragari, & concedi huiuſmodi dilationes, & an
conceſſæ debitori principali proſint fideiuſſoribus in ſup-
plicatione non nominatis, & plura alia in hac materia ſci-
tu digna.

Similiter non videtur obſtare ſtatutum *lib. 2. Rub. 3.*
circa medium, vbi loquitur de termino viginti dierum
per Iudicem aſſignando ad inchoandum, & perficiendum
Inuentarium, quia procederet quando, prout loquitur,
ad inſtantiam creditorum fuiſſet per Iudicem ad effectum
deueniendi ad litis conteſtationem, & deliberandi ſuper li-
bello porrecto abbreuiatus terminus trium menſium,
& reductus ad viginti dies, ſed in caſu noſtro citatis
creditoribus, & illis non opponentibus fuit aſſignatus
terminus iuris communis vigore reſcripti Eminentiſſimi
Legati; Vnde cùm dictum ſtatutum ſolùm dirigat verba
in Iudicem, & ei ſoli præcipiat huiuſmodi abbreuiatio-
nem termini, non autem ipſum tempus afficiat, nec in ca-
ſu inobſeruantiæ procedat ad actus annullationem, termi-
nus trium menſium de iure communi aſſignatus, & per
dictum reſcriptum confirmatus remanet in ſuo robore,
nec cenſetur correctus, ſicut videmus in inſtantia, quæ 10
de iure ciuili eſt trium annorum in cauſa principali, &
tamen ſi fuerit abbreuiata per ſtatutum, & reducta ad ſe-
xaginta dies vtiles, prout communiter diſponunt multa
ſtatuta per verba directa in Iudicem, vel etiam in litigan-
tes, & non in cauſam, vel inſtantiam, poterit nihilomi-
nus Iudex etiam finita inſtantia ſtatutaria ſententiam vali-
dè promulgare intra terminum, & inſtantiam iuris com-
munis, Corn. *conſ.49. n.16. lib.2.* Rom. *conſ.415. in fine,*
Bald. Ang. & alij *in l. properandum, C. de iud.* cum alijs per
Aſin. *in prax. §.2. cap.2. per tot.* Scacc. *de appell. qu.15. num.*
280. & ſeqq.

Iudex autem, cui à ſtatuto imponitur neceſſitas aliquid
faciendi ſub pœna, illam non incurrit niſi fuerit petitum, 11
& inſtitum à partibus, Marſil. *in repet. Rub. ff. de fideiuſſ.*
n.145. Aſin. *in prax. §.2. cap.17. num.1.* Oſaſch. *deciſ.29. n.*
12. Add. ad Pract. Pap. *libel. ſpol. poſſeſſ. gloſ. Ipſo facto,*
&c. Et actus contra legem pœnalem geſtus non eſt nullus, 12
Bald. *in l. aut Prætor, §.1. ff. de damn. infect.* Aſin. *dict. §.2.*
cap.2. num.2. &c.

Prætereà intelliguntur ſublata ſequeſtra, & non afficiunt
debitorem, cùm non fuerint in termino iuſtificata, & li-
quidata vbi adeſt terminus à ſtatuto præfixus ad illa pro- 13
banda, & vbi non adeſſet terminus ad hoc ſpecialis in-
tra tempus generalis inſtantiæ aliarum cauſarum, vt per
Magon. *deciſ. Flor. 115. num.4. & 5.*

Se-

Sequeſtra enim fiunt antè litem motam pro aſſecuratione
eius quod venit poſteà in actione deducendum, & quam-
14 uis fiant parte non citata, & dicantur præparatoria litis fu-
turæ, nihilominus tamquam abſtracta à petitione expe-
ctant poſt ſe oblationem iurium ſequeſtrantis, & tunc ſo-
lum porrecto libello dicitur lis introducta, cum ſimplex ſe-
queſtrum de ſe non inducat litis pendentiam, Magon.
deciſion. Florent. 32. *num.* 12. *& ſeqq.* vbi etiam quod ſi iu-
dicium non poſſet ſuſtineri ex primo ſequeſtro nullo,
ſuſtinebitur ex ſecundo cautelosè facto in ſupplementum
primi, &c.

Et quamuis ſequeſtra reuocentur mandato Iudicis per
15 ordinarium ſatiſdationis remedium, Magon. *deciſ. Luc.* 6.
num. 1. *& ſeqq.* Mauc. *de fideiuſſ. part.* 2. *ſect.* 4. *cap.* 29. Gra-
tian. *diſcept.* 232. *num.* 16. *cap.* 348. *num.* 23. *& cap.* 531. *num.*
85. *&c.* Tamen ſecus eſſet quando eſſent facta ad effectum
16 exequendi, vel pro executione ſententiæ, quia tunc ſatiſ-
datione, non tolluntur, ſed opus eſt ſolutione, ſicut etiam
generaliter non tolluntur ſatiſdatione, quando non fuit præ-
ſtita intra tempus à ſtatuto præfixum, nam eo elapſo quid-
quid poſteà fit, nullum eſt, & non releuat, & diſponat
ſtatutum eſſe ſatiſdandum ante ſententiam intelligitur in
prima inſtantia, ita vt ſatiſdatio præſtita in ſecunda non re-
leuet, Magon. *deciſ. Flor.* 98. *per tot. & deciſ.* 31. *num.* 5. Curt.
de ſequeſtr. num. 55.

Officium autem ſequeſtri dicitur voluntarium, & non
17 neceſſarium, ac ideò nemo inuitus de iure cogitur illud
acceptare, Montan. *de tut. cap.* 29. *num.* 21. Curt. *de ſe-
queſtr. num.* 25. Ex cauſa tamen poſſet Iudex compellere
ex officio ad recipiendum ſequeſtrum, cùm hoc quod ſe-
18 queſtrarius nihil impendat de ſuo, ſed ſolum operam po-
nat, *l. fin. §. fin. C. de bon. aut. Iud. poſſ.* Bald. *in l.* 1.
ff. vbi popil. educ. deb. Curt. *loc. citat. num.* 26. Et poſt-
quam illud acceptauit non poteſt reddere, & officium de-
19 ponere ſine legitima cauſa, & præuio Iudicis decreto,
Magon. *deciſ. Florent.* 115. *per totum*, Curt. *loc. citat.
num.* 27.

An autem ſequeſtrarius ſoluendo ad Iudicis mandatum
liberetur, latè tradit Gratian. *diſcept.* 85. *per totum*. Quòd
20 non poſſit ſoluere ſine contradictione, & debeat appella-
re, idem Gratian. *diſcept.* 704. *num.* 34. *cap.* 906. *num.* 1. *&
cap.* 960. *num.* 15. *& per tot.* Et qualiter dilatio conceſſa de-
21 bitori proſit etiam, & poſſit allegari à ſequeſtrario, idem
Gratian. *diſcept.* 12. *num.* 13. *&c.* & latè ad materiam ſeque-
ſtrorum vidend. Tuſch. *lit. V. concluſ.* 201. *& ſeqq. ad concluſ.*
216. *per tot.*

A R G V M E N T V M.

Iuſpatronatus qualiter acquiratur quando ſit gentilitium, vel hæreditarium, quomodo tranſeat in hæredes, an poſſit cedi, vel donari ſine conſenſu Epiſcopi, an reſignari, & an patronus poſſit ſe ipſum præſentare, cum alijs in hac materia.

S V M M A R I V M.

1 *IVſpatronatus quomodo acquiratur, num.* 10.
2 *Præſentationes effectum ſortitæ quid operentur, & num.* 10.
3 *Patronus per vnicam præſentationem conſtituitur in quaſi poſſeſſione, & eſt manutenendus.*
4 *Iuſpatronatus tranſit in ſtirpes, & non in capita.*
5 *Voces patronorum quomodo diuidantur iuxta vncias hereditatis.*
6 *Iuſpatronatus in dubio præſumitur hereditarium.*
7 *Iuſpatronatus an veniat in reſtitutione fideicommiſſi, & num.* 8.
9 *Litteræ Apoſtolicæ iuſtificatæ ſunt exequendæ.*
11 *Confeſſio partis quid operetur.*
12 *Valor beneficij probatur ex confeſſione partis.*
13 *Beneficium præſumitur ab animarum cura exemptum.*
14 *Viſitatio quomodo probet qualitatem beneficij.*
15 *Iuſpatronatus hereditarium poteſt immutari in gentilitium, & n.* 20.
16 *Iuſpatronatus quando dicatur mixtum.*
17 *Filius proprio nomine vocatus vnà cum patre concurrit*

Reſol. Sabelli.

cum illo eodem tempore, & non ordine ſucceſſiuo, & num. 18.
29 *Ius accreſcendi, vel non decreſcendi procedit in Iurepatronatus.*
20 *Iuſpatronatus gentilitium quando conſtituatur.*
21 *Filiatio quomodo probetur ex fide parochi concurrentibus adminiculis.*
22 *Filiatio quomodo ex pluribus enunciatiuis inſtrumentorum probetur.*
23 *Qualitas hereditaria quando ſit neceſſaria, & an ſufficiat illam trahere à primo fundatore, & non ab vltimo patrono.*
24 *Extraneus non poteſt acquirere iuſpatronatus in præiudicium aliorum vocatorum.*
25 *Quaſi poſſeſſio præſentandi quando ſuffragetur, & quando non, num.* 26.
27 *Proprietas incontinenti iuſtificata, & petitorium abſorbet poſſeſſorium.*
28 *Patronus ſine conſenſu Epiſcopi non poteſt donare, vel cedere alterius ius ſuum, & quando ſecus, num.* 32. *&* 33.
29 *Ceſſio facta cum conſenſu Epiſcopi præualet alteri ceſſioni ſine dicto conſenſu, licet anteriori, & poſtea per Epiſcopum confirmata.*
30 *Vicarius non poteſt præſtare conſenſum in ceſſione Iuſpatronatus.*
31 *Conſenſus Epiſcopi quomodo præſumatur ex lapſu temporis, & dicatur præſtitus per inſtitutionem factam ad præſentationem donatariorum.*
34 *Patronus an, & quando poſſit præiudicare ſuis deſcendentibus.*
35 *Iuſpatronatus quando dicatur perpetuum, & tranſeat etiam ad filios naturales.*
36 *Iuſpatronatus quomodo deferatur vbi vocatur antiquior, ſeu ſenior de domo, & familia.*
37 *Iuſpatronatus non venit in confiſcatione bonorum.*
38 *Iuſpatronatus extinguitur deſtructa Eccleſia in qua conſiſtebat.*
39 *Iuſpatronatus non poteſt reſignari, nec permutari ſine conſenſu patroni.*
40 *Patronus intra quantum tempus præſentare debeat.*
41 *Patronus non poteſt ſe ipſum præſentare per procuratorem, ſed poteſt præſentari à compatrono.*
42 *Patrono indigenti poteſt ad eius preces per Epiſcopum conferri iuſpatronatus.*
43 *Patronus qualiter, & quibus concurrentibus poſſit prætendere alimenta ab Eccleſia patronata.*

C A P V T XCVI.

DE exiſtentia iuſpatronatus dubitari non poteſt in caſu
mihi propoſito, conſtat enim de voluntate teſtatoris
dum in ſuo teſtamento ordinauit erectionem Altaris, eique
dotem legauit, & voluit ius eligendi, & præſentandi Recto-
rem ſpectare ad ſuos deſcendentes, & hæredes. Qua funda-
tione, & dotatione Altaris poſteà per hæredes ad effectum
producta, fuit acquiſitum iuſpatronatus, quod non niſi me- 1
diante fundatione, vel dotatione, ſine aliqua egregia, & no-
tabili ditatione acquiri poteſt, ad tradita per Gratian. *diſcept.*
177. *n.* 24. *& ſeqq. ad finem*, & per Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.*
167. *n.* 3. *&* 4. concurrentibus præſertim pluribus præſenta-
tionibus effectum ſuum ſortitis, & obſeruatis per quadra-
ginta annos, & vltra, ex quibus exiſtentia iuriſpatronatus 2
latis remanet iuſtificata, Federic. de Sen. *conſ.* 344. *n.* 3. Duran.
deciſ. 413. *num.* 2. *& deciſ.* 407. *num.* 4. Rot. *in Imolen. Decana-
tus* 27. *Maij* 1652. coram Veroſpio *num.* 2. Imò vbi non
controuertitur de exiſtentia iuſpatronatus, ſed tantùm de 3
illius pertinentia, patronus per vnicam præſentationem ſe-
quuta inſtitutione acquirit quaſi poſſeſſionem iuriſpatrona-
tus, & ſine alia oſtenſione tituli eſt manutenendus, Gra-
tian. *diſcept.* 310. *num.* 76. *&c.* Duran. *deciſ.* 407. *num.* 4. *&
deciſ.* 413. *num.* 1.

Prout nec dubitari poteſt, quod tale iuſpatronatus fuerit
delatum, & acquiſitum hæredibus non in capita, ſed in ſtir-
pes, nam quando plures hæredes ſuccedunt vni patrono, vel
aliter, iuſpatronatus in plures transfertur, intelligitur trans- 4
ferri in ſtirpes, & non in capita, itaut plures de vna ſtirpe, &
linea loco vnius tantum habeantur, iuxta *clem.* 2. *de iurepatr.*
maximè vbi non docetur de obſeruantia in contrarium, vt
latè probat Gratian. *diſcept.* 521. *num.* 13. *& ſeqq. ad finem*.

Vndè quatenus præſentatus in caſu noſtro à pluribus de
linea N. qui teſtatori pro medietate ſucceſſit prætendit
maiorem partem vocum patronorum pro ſe habere, illas
dinumerando à perſonis, non benè ſe fundat cum illæ
omnes voces pro vna tantum ſex vncias hæreditatis impor-
tante reputari debeant, reliquis ſex vncijs remanentibus
penes ſuperſtitem ex alia linea, cuius vox ideò eaſdem ſex
vncias includens tantum ius tribuit, & tantum de ſe ſola
5 valet, quantum omnes aliæ ſupradictæ, quæ æquis por-
tionibus fuerunt inter illos diuiſæ, & ſic duas vncias ſolum
ſingulæ continent, vt latè firmauit Rot. *in Imolen. Deca-
natus 27. Maij 1652. coram Veroſpio*, cùm itaque in duas
partes æqualiter ſint diuiſæ voces patronorum ſpectat ad
Epiſcopum vnum ex præſentatis, & digniorem, ac magis
idoneum eligere, *iuxt. cap. 3. de iur. patron. vbi gloſſ. in
verb. Qui maioribus*, Gratian. *diſcep:. 211. num. 17. &
num. 35.*

Sumus enim in iurepatronatu hæreditario, vel ſaltem
6 mixto cum fuerit reſeruatum pro deſcendentibus, & hære-
dibus, ac in dubio hæreditarium dici, & præſumi, latè pro-
bat Duran. *deciſ. 411. num. 2. & ſeqq.* & latiùs quando dica-
tur hæreditarium, & non gentilitium, diſcurrit idem Du-
ran. *deciſ. 285. per tot.* Quo ſtante iuſpatronatus non iure
ſanguinis ad propinquos ſpectat, ſed ad inſtitutos hæredes
pro æquis portionibus defertur, cum alijs bonis hæredita-
7 rijs, ita vt veniat etiam in reſtitutione fideicommiſſi, Guid.
Pap. *deciſ. 507. per totum.* Quidquid aliàs iuſpatronatus
gentilitium, ſicuti etiam iura ſepulcrorum, & alia hono-
rem familiæ, potius quàm commodum pecuniarum reſpi-
cientia non dicantur de corpore hæreditatis, nec veniant
8 in reſtitutione fideicommiſſi, ſed remanere debeant penes
hæredem grauatum, niſi aliter conſtet de mente teſtato-
ris, prout latè declarat Rot. *in Ariminen. Iuriſpatrona-
tus 23. Martij 1637.* coram Coccin. *in Nouiſs. part. 7.
deciſion. 205. per totum, & deciſion. 72. & 169. eadem
part. 7.*

Qualiter autem impetrans Iuſpatronatus debeat probare
omnia per eum expoſita eſſe vera, & habere præſentatio-
nem à maiori parte patronorum, ac iuſpatronatus hære-
ditarium poſſit aſſumere naturam gentilitij, & quando fi-
lius vocatus vnà cum patre concurrat eodem tempore, &
non ordine ſucceſſiuo, tradit Rot. *in d. Imolen. Decanatus
Luna 27. Maij 1652. coram Veroſpio.* Quæ deciſio cùm ſit
pulchra in hac materia, & ab omnibus non habeatur, vti-
le putaui hic illam inſerere, & eſt tenoris ſequentis videli-
cet, &c.

Dignitatem Decanatus per obitum Iacobi Mitæ de Men-
ſe Maij vacantem in Diœceſi Imolenſi Bernardinus Portius
à Sanctiſs. D. N. obtinuerat, literaſque Apoſtolicas pro
9 aſſecuratione ipſius expedierat, quas ſanè litteras in omni-
bus eſſe iuſtificatas adeòque exequendas reſpondit Rot.
coram me ſub die 1. Decembris præteriti. Eidem prætereà
prouiſo immiſſionem decernendo, quam deciſionem
hodie confirmandam eſſe decreuit. Quoniam idemmet
Bernardinus omnia Summo Pontifici expoſita veritati
10 oſtendit eſſe innixa, Qualitatem ſcilicet patronalem Deca-
natui annexam ex eiſdemmet litteris Sanctiſs. Mem. Iulij
II. ad fauorem familiæ de Sellis reſeruantibus patronatum,
vt aliàs Rot. cenſuit *in deciſ. 614. num. 2. part. 5.* con-
currentibus præſertim pluribus præſentationibus metam
annorum centum excedentibus, ac per obitum anteceſſo-
ris plenum effectum ſortitis in ſucceſſore ſucceſſiuè præſen-
tato, iuxta *conſ.* Fed. de Sen. 344. *num.* 3. & latè deductum
fuit in *in Piſcien. beneficij 14. Maij 1648. coram R. P. D.
meo Celſo confirmata 21. Aprilis 1651. coram R. P. D. meo
Royas.* Diem quoque vacationis, ac modum ex fide obi-
11 tus Iacobi anteceſſoris, & aduerſæ partis confeſſione ab eo-
dem vacationis fonte ius proprium deducentis, vt ponde-
rauit Rot. *in deciſ. 232. num. 2. part. 5. recent.* coram Caua-
ler. *deciſ. 55. num. 3. & in Narnien. Iuriſpatronatus 13. Maij
1633. coram Reuerendiſs. D. meo Decano, & in Burgen. be-
neficiorum 26. Iunii præteriti coram R. P. D. meo Celſo, &
in Maioricen. beneficij 4. Aprilis 1650. coram R. P. D. meo
12 Albergato.* Ex qua pariter confeſſione partis aduerſæ valo-
rem beneficij in ducat. 60. narratum eumdem redditum non
excedere benè concludit, vt reſpondit Rot. *in Bononien Ca-
nonicatus 24. Maij 1591. coram recol. mem. Card. Pamphi-
lio*, relat. per Garz. *de benef. 11. part. cap. 1. num. 70. & in
Tridentina beneficij 8. Nouembris 1593. coram Penia* relat.
per eumdem Garz. *6. part. verſ. 2. num. 216. & in Abulen.
beneficij 26. Iunii 1596. coram Litta ead. 6. part. cap. 2. num.
47.* & in alijs relatis per eumdem Garz. *5. part. cap. 3. num.
208.* Prout etiam obtentorum redditùum ex depoſitione
teſtium, & reſpondit Rot. *in Corduben. præſtimoniorum 13.
Ianuarij 1586. coram Bubalo* relat. per eumdem Garz. *5. part.
cap. 2. num. 199.* Eaque qualitate reſidentiæ perſonalis deſti- 13
tuta, & ab animarum cura omninò exempta non ſolum ex
præſumptione iuris, de qua Gonzal. *ad reg. 8. gloſs. 6. num.
91.* Staphil. *de litt. grat. part. 2. tit. de qualit. & ſtat. benef.
in princ.* Rebuff. *in prax. ſub tit. facul. benef. quotuplex num.
11.* Rot. *deciſ. 699. num. 3. part. 2. recent.* ſed etiam ex viſita-
tionis actu onus celebrandi Miſſam tantummodò enuncian-
tis, ac perſonalem proindè reſidentiam excludentis, dum
per alium regulariter poteſt adimpleri, niſi illud fuerit ipſi 14
ſpecialiter demandatum, vt pluribus relatis iuribus, & au-
ctoritatibus reſpondit Rot. *in vna Maceraten. Capellaniæ 1.
Iulij 1647. coram me.*

Hæc nullatenus inficiebatur à Hieronymo aduerſario in
hac dubij propoſitione oppugnante tantummodò narrati-
uam præſentationis per Bernardinum à maiori, ſeu dimi-
dia ſaltem patronorum parte reportatæ, quam tamen Do-
mini cenſuerunt nihilominus eſſe iuſtificatam. Qualitas
enim hæreditaria in hoc patronatu ex aduerſo prætenſa ex-
indè excluditur quod mixtam ab initio naturam aſſumpſit,
vel ſaltem octo reſpectu partium hæreditariarum qualita-
tem ſi quam fortè obtinebat immutauit in gentilitiam, pro- 15
ut ſecundùm etiam iuris diſpoſitionem poſſe contingere, re-
ſpondit Rot. *in dec. 675. num. 2. ad finem part. 1. recent.* & in
pluribus relatis in *Feſulana beneficij 15. Decembris 1646. co-
ram R. P. D. meo Bichio, & 24. Martij 1651. coram Em ne-
tiſs. D. Card. Carradæ.* Reſeruatum quippè fuerat ab initio
pro ſucceſſoribus ſuis, adeòque pro hæredibus tantum ſan- 16
guinis quæſitum fuit, ac conſequenter mixtum, iuxta
deciſ. Buratt. *647. num. 2. & 4. deciſ. 679. num. 4. & deciſ.
267. num. 3. & part. 6. recent. & in Florentina parochialis
de Sala 21. Aprilis 1632. coram Queipo, & 10. Iunij 1634.
coram Card. Panzirolo.* Idemque patronatus æquis portio-
nibus ceſſerat Iacobo de Sellis, Alexandro eiuſdem filio,
atque Caſſiano, ex huius perſona nepoti, dum omnes con-
tinuata oratione per propria nomina reſeruationis litteris 17
leguntur admiſſi, ad *text. in l. nonnunquam, ff. ad Trebel.
& gloſſ. vltim. in l. fin. C. de impub. & not. ibi DD.* & in ter-
minis patronatus tradit Peregr. *conſ. 32. num. 13. lib. 1.* Lot-
ther. *de re benef. lib 2. quæſt. 11. num. 128.* Rot. coram Buratt.
deciſ. 481. num. 1. Tunc enim filius vocatus proprio nomi-
ne vnà cum patre non autem ordine ſucceſſiuo concurrit, ſe- 18
cundum Intrigl. *de feud. quæſt. 47. num. 49.* Roſental. *eodem
tract. cap. 9. concluſ. 66. num. 26.* Afflict. *deciſ. 393.* Rot. *deciſ.
435. num. 9. part. 1. recent.* & coram bon. mem. Vrgel. *de-
ciſ. 438. num. 2. & 6.* Mortuo verò Iacobo altero ex patro- 19
nis, eiuſdem portio vnciarum quatuor per ius accreſcendi,
ſeu non decreſcendi in patronatu militans fauore ſuperſti-
tum Alexandro filio, atque Caſſiano nepoti delata fuit pro
virili, vt notat Lambert. *de iur. patron. lib. 1. part. 2. quæſt.
4. art. 5. num. 2.* Rocch. *eodem tractat. in verb. Iuſpatr. num.
10. verſ. Ex iſta concluſione*, Bellon. *de iur. accreſcend. quæſt.
48. num. 26.* Pariſ. *conſil. 58. num. 20. lib. 4.* Rot. *deciſ. 217.
num. 18. part. 6. recent.* & poſt Viuian. *de iurepatron. deciſ.
76. num. 2. & deciſ. 78. num. 1.* Prout etiam altera Alexandri
portio ſex vncias includens, dum è viuis exceſſit, ad ipſius
filios æquis portionibus deuenit Hieronymum ſcilicet Au-
relium, atque Caſſianum, qui vncias octo quas tunc tem- 20
poris obtinebat titulo donationis Aurelio fratri conceſſit
pro ſe, ac deſcendentibus ſuis videlicet ſanguinis, ac con-
ſequenter gentilitium patronatum in eadem rata conſtituit,
Bald. *in conſ. 373. num. 4. lib. 1.* Rocch. *de iurepatron. in verb.
Ipſe, vel is num. 72. verſ. quando autem quis acquiſiuiſſet*,
Rot. *in Florentina iuriſpatronatus de Ricaſolis 10. Maij
1603.* coram Lancellott. & coram Buratt. *deciſ. 183.
num. 21.*

Dum itaque Bernardinus præſentationem ſuam deducit
non ſolum ab Aſcanio Iacobi filio, qui Hieronymi nepos
exiſtit, vnicamque vocem ex ipſius perſona dinumerat,
ſed etiam à Iacobo Philippo filio Lauræ mediante perſona
Ioannis deſcendentis ab Aurelio, qui à Caſſiano fratre
vncias octo titulo donationis receperat, & duarum reſpe-
ctu vnciarum ex propria perſona Alexandro patri ſucceſſe-
rat, videtur proindè plenè iuſtificaſſe præſentationem

ſuam

ſuam à maiori parte patronorum proceſſiſſe, dum ex parte
Aſcanij vnicam vocem, ex parte verò Iacobi Philippi decem
omninò connumerat. Ipſum verò Iacobum Philippum
Lauræ filium extitiſſe concludit, non ſolùm ab inſtrumen-
to legitimæ ex hæreditate Lauræ matris ipſimet perſolutæ
in Summario præteritæ ſeſſionis exhibito, ſed etiam ex fide
Parochi de ipſius filiatione atteſtantis, ac eam proindè pro-
21 bantis, dum ex prædicto legitimæ inſtrumento adminicu-
lata dignoſcitur, iuxta *conſ.* Surd. *primum num.* 45. Rot. *dec.*
132. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* & in alijs relatis coram Buratt.
decıſ. 709. *num.* 5. Et Lauram matrem originem traxiſſe à
Ioanne filio Aurelij rectè deducitur, tum ex teſtamento
eiuſdem Ioannis, quo Aurelij filius enunciatur, eidemque
Lauræ filiæ dos legatur, quàm etiam ex altero teſtamento
Aurelij filij Ioannis, Lauram ſororem in certa portione ſub-
ſtituentis Lucretiæ filiæ, ſi ſine deceſſiſſet, ac denique ex
inſtrumento quietantiæ dotis receptæ, ipſammet Lauram
filiam Ioannis, ac ſororem Aurelij recenſente. Ex quibus
ſanè enunciatiuis, dotis, legato, eiuſque ſolutione filia-
22 tio Ioannis ex Aurelio, Lauræ verò ex Ioanne abundè re-
manet iuſtificata, dum actus prædicti filiationi conueniunt
ad *text. in cap. ſertus de teſtam.* & notant ibi communiter
DD. Surd. *conſ.* 1. *num.* 46. *& decıſ.* 145. *num.* 14. cum alijs re-
latis *in Romana fideicommiſſi de Carpianis* 13. *Ianuarıı* 1651.
in §. 1. *coram me*.

Neque obeſſe poterit Iacobo, ſeu Lauræ qualitas hære-
ditaria deficiens reſpectu Ioannis patris, ac aui reſpectiuè,
quæ tamen in hoc patronatu mixto pro rata ſuperiùs expreſ-
ſa concurrere debuiſſet, vt reſpondit Rot. *decıſ.* 267. *num.*
23 6. *part.* 6. *recent.* Satis enim cenſetur, vt eam à primo fun-
datore mediante anteceſſorum perſona deducat, non au-
tem ab vltimo patrono præmortuo, vt notat Pinell. *in l.* 1.
part. 3. *num.* 91. *de bon. matern.* Peregrin. *conſil.* 34. *num.* 1.
volum. 1. *& conſil.* 19. *num.* 1. *volum.* 2. Surd. *conſ.* 63. *num.*
21. Card. Mantic. *de tacit. lib.* 23. *tit.* 3. *num.* 31. *&* 44. Clar.
in §. feudum quæſt. 9. *num.* 5. *& quæſt.* 40. *verſ. facienda eſt er-
go generalis regula*, Rota *in Florentina Parochialis à Sala*
10. *Iunis* 1633. coram Card. Panzirolo *in §. denique non ob-
ſtat, & in Aquilana Capellæ* 17. *Februarii* 1634. coram
Pirouano.

Non etiam maiores Patronorum voces excludit Hiero-
nymus in perſona Bernardini ex præſentatione, quam ipſe
obtinuit, tum à Petro Hectore teſtamentario hærede
Aſcanij filij Andreæ, tum à Laura de Laulis hærede pariter
teſtamentaria Lucretiæ, Aurelij pronepote, tum denique
à Magdalena, cæteriſque filijs Ioannis Baptiſtæ, qui pa-
trem habuit Hieronymum iuniorem ſenioris Hieronymi
nepotem ex perſona Andreæ, ſiquidem præſentatio ſiue
Petri Hectoris, ſiue Lauræ connumerari non debet in hoc
patronatu vel miſto, vel ſaltem octo reſpectu vnciarum
effecto gentilitio mediante donatione Caſſiani in Aurelium
fratrem pro ſe, ac deſcendentibus ſuis delata, dum vter-
que extraneus exiſtit, ac requiſita ſanguinis qualitate de-
ſtituitur, nec proindè acquirere potuerunt patronatum in
24 præiudicium Lauræ matris Iacobi Philippi ex pacto, & pro-
uidentia primi fundatoris ad illud vocatæ, Pariſ. *conſ.* 48.
num. 9. *lib.* 4. Surd. *conſ.* 63. *num.* 15. *lib.* 1. Clar. *in §. feudum
quæſt.* 40. *verſ. facienda eſt igitur generalis regula*, Lotther.
de re benefic. lib. 2. *quæſt.* 11. *numer.* 42. Rot. *deciſion.* 267.
n. 6. *part.* 6. *recent.* Altera verò præſentatio obtenta à Mag-
dalena, cæteriſque filijs Ioannis Baptiſtæ in vnica tantum
voce conſiſtit proueniente à Hieronymo filio Alexandri, cui
in vncijs tantummodò duabus ſucceſſerat, quarum alteram
habet Aſcanius nepos quoque Andreæ, qui Bernardinus
præſentauit.

Neque Petro Hectori, ac Lauræ ſuffragari poterit quaſi
poſſeſſio ab altero quæſita de Anno 1608. dum præſentauit
Aſcanium filium Iacobi, ab altera verò de Anno 1640. dum
conſenſit præſentationi ſubſequutæ in fauorem Iacobi Ni-
25 tæ vltimo loco prædefuncti, quaſi inde videantur conſti-
tuti in quaſi poſſeſſione præſentandi, quæ in hac vacatione
ipſis quoque debeat ſuffragari per *text. in cap. conſultationi-
bus de iurepatr.* Præterquam enim hæc vltima præſentatio
effectum ſortita non fuit, vt conſtat ex ſententia Ordina-
rij in præſenti Summario exhibita, ea non obſtante gratia
Apoſtolica in fauorem alterius exequentis, adeòque in
26 præſenti vacatione attendi non debet, vt tradit Mantic.
de tacit. lib. 12. *tit.* 4. *num.* 8. cum alijs relatis *in decıſ.* 286.
num. 10. *part.* 5. *recent. & in decıſ.* Buratt. 886. *num.* 5. Hæc
quaſi poſſeſſio quatenus ex præfatis actibus fuiſſet vtrique
quæſita, in præſenti vacatione ipſis prodeſſe non poterit,
cum ex duobus inſtrumentis reſeruationis ſcilicet, ac do-
nationis, qualitas mixta, ſeu gentilitia huic patronatui
probetur annexa vtrumque excludens tanquam extra-
neum; adeòque proprietas in continenti iuſtificata, ac pe- 27
titorium in propoſito caſu abſorbeat poſſeſſorium, vt re-
ſpondit Rot. *decıſ.* 167. *num.* 8. *part.* 2. *diuerſ.* & penes Viuian.
de iurepatr. decıſ. 18. *num.* 6. *&* 8. *in Comen. Capella* 27. *Apri-
lis* 1648. *coram Reuerendiſs. D. meo Decano, & in Balneore-
gien. Iuriſpatronatus* 9. *Decembris* 1650. *in fine, & in Aſcu-
lana iuriſpatronatus* 10. *Martii ſequentis anni coram Emi-
nentiſſimo D. Card. Otthobono, &c.* Et ita vtraque &c. Ha-
ctenus deciſio, &c.

Circa tamen prædicta eſt obſeruandum quod Patronus
beneficij Eccleſiaſtici non poteſt ſine conſenſu Epiſcopi do- 28
nare, vel concedere ius ſuum alteri laico, *cap. ex infirmatio-
ne de iur. patron.* Gratian. *diſceptat.* 272. *nu.* 12. *&* 577. *num.*
37. Ita vt ſi vni donauit, vel ceſſit ſine dicto conſenſu, &
poſteà alteri cedat, vel donet cum confirmatione, & con-
ſenſu Epiſcopi præualeat ſecunda donatio, non obſtante
quod prima poſteà fuerit confirmata poſt ius alteri quæſi-
tum, quia talis confirmatio, & conſenſus licèt poſſit quan- 29
documque interuenire, non tamen retrotrahitur in præiudi-
tium tertij, ſed tantum operatur prout ex nunc, latè Du-
ran. *decıſ.* 463. *per totum*, *& decıſ.* 315. quæ emanauit in
eadem cauſa, & poſteà fuit reuocata vtraque parte infor-
mante prout in *d. decıſ.* 463. Quem quidem conſenſum 30
non poſſet præſtare Vicarius ſine ſpeciali mandato Epiſco-
pi, idem Duran. *decıſ.* 407. *num.* 7. *&* 463. *num.* 2. Præſume-
retur tamen dictus conſenſus ex lapſu triginta anno-
rum iuncta obſeruantia, vel diceretur præſtitus, per 31
inſtitutionem ſactam ab Epiſcopo ad præſentationem
donatariorum, idem Duran. *alleg. decıſ.* 407. *num.* 8. 9.
& 10.

Et poſſet iuſpatronatus in alium transferri cum vniuer-
ſitate bonorum, etiam ſine conſenſu Epiſcopi, ſicut & al-
teri compatrono etiam titulo particulari cedi, & relinqui 32
ſine dicto conſenſu, vt per Rot. *in Ariminen. Iuriſpatrona-
tus* 23. *Martij* 1637. *coram Coccin. in Nouiſs. part.* 7. *decıſ.*
205. *num.* 27. *&* 28.

Prout ſine huiuſmodi conſenſu Ordinarij poſſet donari
Eccleſiæ, vel pro loco, niſi cum ipſo iurepatronatu do- 33
netur etiam Eccleſia fundata Rot. *in Ferrarien. Iuriſpa-
tronatus* 30. *Aprilis* 1635. *coram Dunozetto in Nouiſs.
part.* 7. *deciſion.* 37. *num.* 10. *&* 11. Durand. *decıſ.* 463.
num. 3.

An autem, & quando poſſit patronus præiudicare ſuis
deſcendentibus, & ſucceſſoribus in iurepatronatu gentili- 34
tio, ſeu hæreditario, Gratian. *diſceptat.* 577. *num.* 41. *&c.*
Et quod conceſſo alicui per modum donationis non poſſit
patronus pœnitere, & variare alteri concedendo, quan-
do verò acquiſiuit pro ſe, & deſcendentibus poterit varia-
re vſque ad mortem, & cui voluerit acquirere, cùm hoc
caſu veniant deſcendentes vti ſucceſſores, non vti donata-
rij, Gratian. *diſcept.* 177. *per totum*, quem ſequitur Rot. *in
dict. Ferrarien. Iuriſpatronatus* 30. *Aprilis* 1635. Et quan-
do Iuſpatronatus dicatur perpetuum in familia fundato-
ris, ita vt gradatim tranſire debeat in omnes deſcendentes
vidend. Gratian. *diſceptat.* 648. *per totum*, & quando tranſeat 35
ad filios illegitimos, & naturales tantum, idem Gratian.
diſceptat. 218. *per totum*.

Vbi verò vocatur antiquior, & ſenior de domo, & fa-
milia admittitur ad præſentandum quicumque de agnatio-
ne, & familia habens huiuſmodi qualitatem, etiam ſi ſit
tantum aggregatus, non attento quod adſint alij proximio- 36
res, ita vt etiam extincta familia non extinguatur Iuſpatro-
natus, ſed tranſeat ad hæredes extraneos vltimi defuncti de
familia, niſi aliter conſtet de mente teſtatoris, Gratian. *di-
ſcept.* 645. *num.* 7. *& ſeqq. per tot.*

Non tamen tale iuſpatronatus Eccleſiaſticum poteſt
tranſire in fiſcum, ſed condemnato patrono extingui-
tur, & redit liberum in Epiſcopi poteſtatem, ita vt
Eccleſia quæ erat patronata efficiatur libera ſub Epiſco- 37
po, de quo latè tradit Petr. Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 40.
per totum.

Extingueretur etiam Iuſpatronatus deſtructa Eccleſia,
in qua conſiſtebat, ita vt non reuiuiſceret, licèt de no- 38
uo reædificaretur, cum non ob id dicatur eadem, ſed no-
ua Ec-

ua Eccleſia *gloſſ. in cap. 3. verb. fundatoris de iurepatr.* Gra-
tian. *diſcept.* 110 *num.* 3. *in fine*. Et Iuſpatronatus non poteſt
39 reſignari, vel permutari ab inſtituto, & præſentato ſine
conſenſu patroni, alias reſignatio, vel permutatio eſt nul-
la, culpa inſtituti, & facit ſtatim vacare beneficium, ita vt
liceat patrono alium præſentare, nec amplius reſignans poſ-
ſit admitti etiam ſtante clauſula non alias, nec alio modo,
quidquid dici poſſet ſtante ignorantia, vel probabili dubie-
tate exiſtentiæ Iuriſpatronatus, vt benè declarat Gratian.
diſcept. 835. *per tot.*

Patronus autem laicus vacante Iurepatronatu debet præ-
40 ſentare inſtituendum intra quatuor menſes, iuxta *cap. vn. de
iurepatr. in ſexto*, Ferret. *caut.* 45. vbi docet modum quod
teneat impetratio ab alio facta de beneficio non expreſſa
41 qualitate iuriſpatronatus. Non tamen poteſt ſe ipſum præ-
ſentare etiam per procuratorem, licet poſſit præſentari à
compatrono, *cap. per noſtras de iurepatr.* & Rot. *p.* 2. *diuerſ.
dec.* 185. *per tot.* Et ſi ſit indigens poteſt ad illius preces ei per
42 Epiſcopum conferri iuſpatronatus ſimplex, quamuis adhuc
eſſet laicus, ſed de proximo clericandus, & antè inſtitu-
tionem ſaltem tonſuratus, vt per Gratian. *diſcept.* 430.
num. 5. *&c.*

Imò patronus probata paupertate, & deſcendentia à fun-
datore, quòd redditus ſint ſufficientes, & non habere alium,
qui ſit obligatus eum alere, poteſt prætendere alimenta ab
Eccleſia patronata, Gratian. *diſcept.* 552. *num.* 11. *& ſeqq. &
diſcept.* 117. *num.* 9. vbi an tale ius tranſeat in ceſſionarium,
& diſcept. 610. *num.* 4. vbi quid veniat in huiuſmodi præſta-
tione, &c.

ARGVMENTVM.

Conductor molendini ad quas expenſas teneatur, quando habeat remiſſionem penſionis, an teneatur de caſu fortuito. Molendinum nouum an fieri poſſit in præiudicium alterius, & an quis poſſit cogi ire ad certum molendinum, vel furnum.

SVMMARIVM.

1 *Locator tenetur ad manutentionem, & refectionem rei locatæ.*
2 *Conductor repetit expenſas factas in re conducta.*
Expenſæ vtiles, & neceſſariæ repetuntur per conductorem.
3 *Remiſſio penſionis debetur conductori, qui re conducta ad vſum deſtinatum vti non potuit.*
4 *Remiſſio penſionis qualiter debeatur propter deſtructionem Cluſæ.*
5 *Impetus aquarum, vel inundatio dicitur caſus fortuitus.*
6 *Caſus fortuitus inſolitus an veniat ſub generali promiſſione, & num.* 11.
7 *Promittens manutenere pontem, vel molendinum non tenetur de caſu fortuito.*
8 *Conducens rem inundationi ſuppoſitam non habet remiſſionem penſionis.*
9 *Conductor ſciens ſtatum rei ſibi imputare debet.*
10 *Locans operas ſuas pro vehenda de re loco ad locum qualiter teneatur.*
12 *Conductor qui ſe obligauit ad omnia reparationum onera qualiter teneatur.*
13 *Legatarius via tenetur ſibi aptare locum, non heres, & ſic conductor.*
14 *Conductor ad quas expenſas teneatur.*
15 *Conductor habens penſionem in manibus tenetur prouidere rei conductæ, alias non poteſt habere remiſſionem penſionis.*
16 *Remiſſio non debetur quando damnum prouenit ex culpa conductoris.*
17 *Remiſſio penſionis excluditur per renunciatione omni legum auxilio, & fauori.*
19 *Molendinum nouum an, & quando poſſit fieri in præiudicium prioris, & antiqui molendini, & num.* 20.
21 *Nemo cogi poteſt ire ad molendinum, vel furnum ſolitum.*
Ampliæ in ſubditis, qui ad id cogi non poſſunt à domino, & quando ſecus propter publicam vtilitatem.
22 *Perſonæ Eccleſiaſticæ non poſſunt impediri facere nouum furnum, vel molendinum, nec cogi accedere ad vnum furnum, vel molendinum.*

CAPVT XCVII.

FInita locatione Molendini, de qua in caſu mihi propo-
ſito, inſtabat conductor pro remiſſione penſionis ad
ratam temporis, quo, ſtante impetu aquarum, Canale
multoties repletum fuit arena, & ſic molendinum redi-
tum impotens ad molendum, ac etiam pro refectione ex-
penſarum in expurgando dicto Canali factarum, & qui-
dem bonum ius fouere videbatur. Quia ad refectionem, 1
ſeu manutentionem rei locatæ non conductor, ſed locator
tenetur, *l. ſed addes § illud, ff. locat.* Aret. *conſil.* 111. *num.*
1. Tuſch. *Verb. Locatio conclus.* 415. *per totum*, Rot. *Flo-
rent. in Mott. lib.* 107. *à* 406. Caroc. *de locat. & conduct.
part.* 4. *quæſt.* 4. *num.* 7. vbi ex multis per eum relatis firmat
conductorem Molendini, ſi Molendinum egeat refectio- 2
ne, non teneri, & reſtaurando repetere poſſe, vbicumque
enim res locata corripitur, & ad vſum redditur inepta, eius
refectio ſpectat ad locatorem, vt per Natt. *conſ.* 449. *num.*
9. *& ſeqq.* Et quod expenſæ factæ per Conductorem in re
conducta ſi ſint vtiles, vel neceſſariæ poſſint repeti, vel
compenſari pro rata cum penſione, probat Gratian. *di-
ſcept.* 442. *num.* 26. & Menoch. *de arbitr. caſ.* 215. *per
totum*.

Cum igitur locator teneretur ad dictas expenſas, ſequi-
tur, quod quidquid euenerit poſſit dici eius culpa accidiſ-
ſe, & eius damno non conductoris cedere debeat, ac pro-
pterea vltra refectionem expenſarum factarum, teneri
etiam ad remiſſionem penſionis pro tempore quo condu-
ctor non potuit vti Molendino, quod procedit in qualibet
alia re locata, qua ſi conductor non poſſit ad vſum deſtina-
tum, & eo modò quo fuit locata, poteſt petere remiſſio- 3
nem penſionis, quamuis ad alium vſum frui poſſet, etiam
ſi culpa locatoris non interueniat, Bero. *conſil.* 143. *num.* 8.
& ſeqq. lib. 1. Coſt. *de iur. & fac. ignor. diſt.* 30. *cent.* 2. *num.*
7. Caſtr. *in l. cum in plures, ff. locat.* Gratian. *diſcept.* 376.
num. 20. Ludouiſ. *deciſ.* 235. *vbi Annot. plures alios alle-
gat. &c.*

Et quod conductori Molendini ſit facienda remiſſio pen-
ſionis, quando ob incurſum aquarum etiam ſine culpa lo-
catoris factum fuit inutile propter deſtructionem Cluſæ,
licet conductor eſſet obligatus eam manutenere, cùm non 4
ob id teneatur de nouo reficere ſi totaliter fuerit deſtructa,
Rot. coram Buratt. *in Ferrarienſi affictus* 26. *Nouembris*
1616. *per totum*, Gratian. *diſceptat.* 195. *num.* 1. *& ſeqq. &
diſceptat.* 557. *num.* 61. *& ſeqq.* Quod enim accidit impetu 5
aquarum dicitur caſus fortuitus, *l. ex conducto, §. ſi vis tem-
peſtatis, ff. locat.* vbi DD. Cabal. *conſ.* 112. *num.* 12. *part.* 2.
Sebaſt. Medic. *de caſibus fortuit. part.* 2. *quæſt.* 10. *num.* 39.
Et caſus fortuitus non venit ſub generali promiſſione, præ-
cipuè inſolitus, Bald. *conſ.* 144. *verſ. Secundo quia*, Sebaſt.
Medic. *dict. tract. part.* 1. *quæſt.* 13. *num.* 10. adeò vt caſus 6
inſolitus non compræhendatur etiam quod quis in ſe ſuſce-
perit periculum caſuum fortuitorum, *l. fiſtulas §. frumenta,
ff. de contrah. empt.* Bart. *in l. Seio, §. Medico num.* 4. *ff. de
ann. leg.* Boſſ. *tit. de remiſſ. merced. num.* 58. *&* 59. Gratian.
diſceptat. 195. *num.* 8. *&* 9. & Rot. *in d. Ferrarienſi affi-
ctus coram Buratt.* vbi loquuntur etiam ſtante iuramento,
& vbi dictum fuiſſet de caſu cogitato, & non cogitato, nam
ſemper caſus inſolitus cenſetur exceptus, &c. Et in mate-
ria fluminum promittens manutenere pontem, vel Molen- 7
dinum, & ſimilia non tenetur de caſu fortuito qualis eſt
aquæ impetus, & corroſio, niſi expreſsè fuerit dictum,
Surd. *conſ.* 197. *num.* 8. Carroc. *de locat. & conduct. d. part.* 4.
q. 4. *num.* 11.

Sed prædictis non obſtantibus contrarium dici verius, &
fui in voto ad fauorem locatoris, quod non teneatur ad
aliquam remiſſionem mercedis ex cauſa ſupradicta, nec ad
refectionem expenſarum pro expurgando canali factarum,
attenta maximè clara, & expreſſa conuentione inter par-
tes per capitula inita ad fauorem locatoris, cùm in eis ex-
preſsè caueatur conductorem Molendini teneri ad expenſas
neceſſarias pro illius conſeruatione, itaut locator durante
tempore locationis ad nullas expenſas teneatur, & condu-
ctor

ctor cenſeatur illud conducere, ſupra ſe, in eſſe quo tem-
pore locationis reperiebatur cum onere reficiendi proprijs
expenſis, ſiue reparandi cluſas, ceppatas, canale, & ſi-
milia, & ſiue Molendinum fuerit aptum ad molendum,
ſiue non, quibus ſtantibus, cùm verba contractus ſint
clara, & aperta, ceſſat omnis anſa dubitandi, præcipuè quia
expenſa facta in expurgando dicto canali, vt ſupponitur,
non excedit ſummam viginti aureorum, quæ dicitur mo-
dica, nec reſpicit perpetuam rei vtilitatem, &c. Superiùs
autem allegata procedunt in expenſa magna, & perpetuam
rei vtilitatem reſpicientia, ac in terminis iuris communis
circumſcripta partium conuentione, &c.

Præterea etiam de iure ſi quis conducat, prout in caſo
noſtro, rem inundationibus aquarum ſuppoſitam, non
8 tenetur locator ad reparationem, ſed conductor, qui vult
frui poſſe re conducta ad ſui riſicum, & fortunam, quam-
uis ſi non refecerit non teneatur ad damnum, ſed nec poſ-
ſit remiſſionem mercedis obtinere, vt colligitur ex latè tra-
ditis per Theſaur. *quæſt. forenſ. lib.* 2. *cap.* 47. *num.* 11. vbi
ſic reſolutum fuiſſe teſtatur, & refutat opinionem tenen-
tium locatorem obligatum eſſe ad refectionem expenſa-
rum, etiam ſi reſpiciant perpetuam rei vtilitatem, quando
inundationis periculo res eſt ſubiecta; Conductor enim
ſciens ſtatum, & conditionem rei ſibi locatæ, ſi ſpecia-
9 liter ſuper ea non conueniat, ſibi præiudicat, & imputare
debet, quia vbi non adeſt culpa locatoris, ceſſat intereſſe
conductoris, Gratian. *diſcept.* 99. *num.* 7. *& ſeqq.*

Sicuti videmus, quod ſi quis conducat rem aliquam
vehendam de loco ad locum, licèt teneatur de dolo, lata,
& leui culpa, non tantùm ſua, ſed eorum, quorum ope-
ra vtitur, *l. ſi vt certo §. nunc videndum ff. comod.* tamen ſi
10 talis res vehenda ſit fragilis, & de ſui natura de facili corru-
ptibilis, & deuaſtabilis teneretur etiam de leuiſſima culpa,
& ad omne damnum, *l. ſi merces §. qui columnam ff. locat.*
ita vt tunc ſpectet ad illum probare omnem diligentiam
adhibuiſſe, & ideò omnem culpam abfuiſſe, & damnum
eueniſſe caſu fortuito, de quo non teneretur, vt latè pro-
bat Cyriac. *controu. forenſ. cap.* 166. *per tot. lib.* 1.

Cum autem in caſu noſtro negari non poſſit, quin
attentis verbis capitulorum conductor in ſe ſuſceperit om-
ne periculum, ſequitur quòd teneri debeat etiam in plus
quàm de iure communi teneretur, in eo ſcilicet quod eſt
illi finitimum, & proximum, veluti ſi de iure communi
teneretur ad caſum fortuitum, vt conuentio, & pactum
11 aliquid operetur, dicendum eſt teneri etiam ad inſolitum ex
communi ſententia de qua per Seraphin. *deciſ.* 376. *num.* 7.
Fachin. *controu. iur. cap.* 86. *lib.* 2. vbi quod ſuſcepto per
conductorem periculo caſus fortuiti, certum eſt ſpectare
ad ipſum ſi caſus inſolitus contingat, & Carrocc. *vbi ſup.*
quamuis repletio canalis ſit de communiter accidentibus,
& non videatur propriè inter caſus fortuitos connumerari
poſſe, &c.

Et quòd conductor qui ſe obligauit ad omnia reparatio-
num onera, teneatur ad omnes impenſas pro reparatione
etiam illorum ædificiorum, quæ non nouam formam
conſtituunt, ſed antiquam vetuſtate collapſam, & deua-
12 ſtatam reſtituunt, latè comprobat Menoch. *vidend. conſ.*
64. *num.* 1. *&* 2. & facit Rimin. iun. *conſ.* 92. *num.* 29. qui
loquitur in cluſa Molendini, & aſſerit, quòd ſicuti legata-
rius, cui fuit relicta via, vel iter tenetur ſibi locum apta-
re, quo commodè vti poſſit ſeruitute legata, non autem
hæres, qui tenetur tantùm ad præſtandam patientiam,
pari modo conductor ſibi aptare, & reficere debeat locum
conductum, non autem locator, &c.

13 Ac quatenus non teneretur conductor ad impenſam
magnam, & perpetuam vtilitatem rei reſpicientem dura-
turam etiam poſt tempus locationis, iuxta *l. ſed addes §.
illud ff. locat.* Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 21. *tit.*
14 24. *num.* 13. cum alijs ſupra allegatis, attamen euitare non
poteſt modicam impenſam ſcutorum viginti vſum rei tem-
poraneum reſpicientem, & fortè tempus locationis non
tranſcendentem ex theorica Bart. *in l. impenſa num.* 4. *ff.
de impenſ.* Menoch. *d. conſ.* 64. *num.* 17. Caroc. *de locat.
verſ. Ad expenſas num.* 48. *&* 49. Carpan. *ad ſtat. Mediol.
cap.* 400. *num.* 49. *&* 187. *part.* 2. Caualc. *deciſ.* 44. *num.*
56. *part.* 1. Rot. Flor. *d. lib. Mott.* 107. *&* 405.

Quatenus autem locator fuiſſet obligatus ad aliquam
impenſam, quod non eſt dicendum ex ſuperiùs firmatis,
15 cum conductor haberet in manibus penſionem, tenebatur
prouidere etiam in his quæ requirunt impenſam, tantò
magis quando periculum eſt in mora, aliàs non poteſt præ-
tendere remiſſionem penſionis, ex traditis per Cyriac.
contr. iur. cap. 61. *num.* 31. *& ſeqq.* cùm igitur damnum
prouenerit ex culpa, & negligentia ipſius conductoris, 16
nullatenus eſt facienda remiſſio penſionis, Boſſ. *tit. de
remiſſ. merced. num.* 79. Gratian. *diſcep.* 557. *num.* 6. *&c.*
præſertim ſtante generali renunciatione facta per ipſum
conductorem omni legum auxilio, & fauori, quo caſu 17
excluditur petitio remiſſionis penſionis, Capyc. *deciſ.*
87. *num* 10. *& deciſ.* 88. *num.* 1. Gratian. *diſceptat.* 195.
num. 6. *& ſeqq. & diſceptat.* 534. *num.* 45. vbi quod ſub tali
renunciatione contenta ſub obligatione camerali compre-
henditur remiſſio mercedis, & caſus fortuitus, licèt non
inſolitus, &c.

Et ad hoc vt conductor poſſit petere remiſſionem pen- 18
ſionis, debet locatori denunciare caſum, propter quem il-
lam prætendit, Theſaur. *deciſ.* 108. *num.* 1. Gratian. *diſce-
ptat.* 354. *num.* 23. *& diſceptat.* 557. *num.* 9. *&c.* in quibus
locis latè declarat, &c.

Quo autem ad aliud dubium an poſſit nouum molen-
dinum ædificari, & conſtrui in præiudicium alterius prio-
ris molendini, reſolutiuè reſpondendo, mihi videtur quod
ſi per nouum molendinum conſtruendum diminuatur
aqua prioris, & antiqui molendini non poſſit fieri, ſecùs 19
autem reſpectu frequentioris acceſſus molentium, qui
non habetur in conſideratione, niſi tale ius eſſet acquiſitum
ex conſuetudine præſcripta, aut priuilegio, ſicuti idem
eſt in hoſpitio, & ſimilibus, quæ tamen præſcriptio in-
ciperet tantùm à die quo volentes ire ad aliud molendi-
num fuiſſent impediti, & prohibiti, ac prohibitioni ac-
quieuiſſent, Gratian. *diſceptation.* 89. *per tot. diſceptat.* 480.
per tot. & 970. *num.* 32. & vidend. pulchrè Theſaur. *deciſ.*
16. *per tot.* Intelligendo quando agitur de aqua fluminis
inter vicinos, & omnibus communi, quo caſo nullus pri-
uatus poteſt illam diuertere à ſolito curſu in præiudicium 20
alterius, ſecus autem in riuo priuato, quia tunc vicinus ſu-
perior, & dominus riui poſſet facere molendinum, &
auertere aquam quæ veniebat per ſuum fundum in præiu-
dicium molendini inferioris, vt declarat Gratian. *d. cap.*
480. *num.* 3. *&* 4.

Nemo enim cogi poteſt ad molendum in tali molendi-
no, quamuis ſit ſolitus ire ad illud, & iuerit per longiſſi-
mum tempus ibi ad molendum, & quamuis eſſet ſubdi-
tus, qui ad id per Dominum compelli non poteſt niſi ex 21
priuilegio, præſcriptione, particulari conuentione, vel
ex publica vtilitate, prout in aliquibus locis obſeruatur,
vbi molendina locantur per Communitates, & ſunt illa-
rum propria, vel ex ſimilibus cauſis, & idem eſt in fur-
no, piſcatione, venatione, & ſimilibus iuribus negati-
uis, & facultatiuis, in quibus non datur præſcriptio niſi
poſt prohibitionem, & acquieſcentiam per legitimum
tempus in prohibitis, & tantò minus contra perſonas Ec-
cleſiaſticas, quibus ideò ſicuti cuilibet alteri priuato erit
omnino licitum nouum aperire furnum, conſtruere 22
molendinum, & ſimilia, quæ ſi impediantur fit contra
Eccleſiaſticam libertatem, & incurritur ipſo iure excom-
municatio, *c. fin. de immun. Eccl. in* 6. Syluestr. *in Verb.
Immunitas num.* 3. *in fine*, Theſaur. *deciſ.* 16. *per tot.* vbi
Gaſpar. Ant. Theſ. in Add. Franch. *deciſ.* 380. Oſaſch.
deciſ. 17. *num.* 4. Capol. *de ſeruit. vrb. præd. cap.* 50.
num. 2. Menoch. *de arbitr. caſ.* 160. *num.* 8. Guid. Pap.
quæſt. 298. Boer. *deciſ.* 125. *num.* 4. cum alijs pluribus
relatis per Gratian. *diſcept.* 564. *num.* 44. *& ſeqq. ad
finem*, *&c.*

ARGVMENTVM.

Mulier relicta tutrix gerit vti adminiſtratrix, an poſſit alienare, & quæ requirantur in alienatione. Contractus qualiter debeat in totum approbari, vel reprobari per minorem, plura de verſione, & quando fructus hincindè debeantur ſtante nullitate contractus, & qualiter debeantur meliotamenta.

SVMMARIVM.

1 *Mvlier non poteſt eſſe tutrix niſi mater, vel auia ſit.*
2 *Mulier data tutrix valet tanquam generalis adminiſtratrix.*
3 *Tutor declaratus à Iudice pro legitimo omnia validè gerit.*
4 *Tutor dicitur legitimus, qui publicè, & palam ità ſe gerit.*
5 *Tutor falſus contrahendo non præiudicat pupillis, ſed ſibi.*
6 *Adminiſtrator generalis non poteſt alienare ſtabilia.*
7 *Cauſa grauis, & vrgens requiritur in alienatione rerum minoris.*
8 *Contrahens cum alio debet eius conditionem, & qualitatem ſcrutari.*
9 *Error iuris neminem excuſat, nec bona fidem inducit.*
10 *Contractus fauorem minorum claudicat.*
Minor habet electionem approbandi, vel reprobandi contractum nullum.
11 *Minor poteſt cogi ad declarandum, an velit ſtare contractui nullo, vel ab eo recedere.*
12 *Pupillus non poteſt cogi ad declarandum, an velit ſtare contractui.*
13 *Minor læſus ex declaratione facta ſuper contractu nullo habet reſtitutionem in integrum.*
14 *Minor quando debeat probare læſionem, vel aduerſarius verſionem.*
15 *Soluens pupillo non liberatur niſi in quantum is factus ſit locupletior.*
16 *Minor reſtituitur aduerſus ſolutionem ſibi factam.*
17 *Contractus debet, vel in totum approbari, vel in totum reprobari.*
18 *Contractus eſt indiuiduus.*
19 *Allegans contraria, & incompatibilia non auditur.*
20 *Emptori eſt danda electio reſtituendi bona, vel ſupplendi pretium in remedio l. 2. C. de reſcin. vend.*
21 *Idem ſeruatur in reſtitutione in integrum.*
22 *Remedium l. 2. de reſcind. vend. & reſtitutio in integrum non datur niſi contra poſſidentes.*
23 *Minor allegans nullitatem tenetur omnia accepta reſtituere.*
Nemo debet cum aliena iactura locupletari.
24 *Verſio in vtilitatem minoris eſt probanda ab emptore ſtante nullitate.*
25 *Verſio conualidat contractus minorum etiam ſine ſolemnitatibus.*
26 *Verſio ex quibus dicatur probata, & num. 29.*
27 *Verſio probatur ex veriſimilitudine.*
28 *Verſio probatur ex vicinitate temporis quo fuit ſolutum debitum minori.*
30 *Emptore ſtante nullitate contractus an teneatur ad reſtitutionem fructuum à die contractus, & num. 31.*
32 *Fructus regulariter debentur tantùm à die mota litis.*
33 *Fructus tantum percepti, & non qui percipi potuerunt veniunt reſtituendi niſi conſtet de dolo.*
34 *Fructus melioramentorum non habentur in conſideratione.*
35 *Locatio non probat quantitatem fructuum niſi ſit adminiculata.*
36 *Fructus recompenſatiui debentur emptori pro pretio ſoluto ſtante nullitate contractus, & etiam mala fide.*
37 *Melioramenta liquida præſtans poſſeſſori retentionem, & pro illiquidis præſtatur cautio.*
38 *Melioramenta conſiſtentia in plantatis an dicantur vtilia, num. 41.*
Melioramenta æſtimantur de tempore reſtitutionis.
39 *Operarij an ſint idonei teſtes ad probanda melioramenta.*
40 *Domus an ſit æſtimanda vti ædificium, vel vti maceries, &c.*

CAPVT XCVIII.

Requiſitus ab Illuſtriſſimo D. meo Comite Paulo Machirellio Nobili Patritio Imolenſi quid ſentirem in illa ſua cauſa magna cum Illuſtriſs. DD. Thadæo, & Fratribus à Vulpe Nobilibus Patritijs Imolenſibus antea compromiſſa in Illuſtriſs. DD. Marchionem Riarium, & Comitem Zambeccarium Senatores Bononienſes, ac poſtea diù in Curia Romana agitata aliquantulum anceps fui an huiuſmodi prouinciam ſubire deberem, nam ad ſcribendum me impellebat maximæ meæ ſeruitutis, & neceſſitudinis vinculum erga dictum D. Comitem virum officioſiſſimum, meritiſſimum, nulliquenec in Patria, nec extra ſecundum.; verum quod me abſtinerem ſuadebat ſumma obſeruantia qua ſemper æqualiter colui dictos Illuſtriſs. Fratres antiquiſſimæ familiæ Dominorum à Vulpe. Tandem animaduertens mentem d. D. Thadæi pluries mihi per eum oretenus expoſitam (prout Nobilem virum decet) ſemper fuiſſe, & eſſe, vt quid iuris eſſet cognoſceretur, vtrique parti pro viribus inſeruiendo dixi pro veritate quod oppoſita nullitate, quæ hincindè concedebatur alienationis bonorum magni valoris factæ à q. D. Liuia amita
dictorum DD. Fratrum à Vulpe, ex eo quod cùm non 1
eſſet mater, nec auia non potuit illorum relinqui tutrix, nec à Iudice confirmari, iuxta *l. 1. & tot. C. quand. mul. tut. off. l. 1. ff. de reg. iur. l. iure noſtro 16. ff. de teſtam. tut. & l. fin. ff. de tut.*

Et quamuis huiuſmodi datio mulieris in tutricem etiam 2
extra matrem, & auiam poſſit ſubſtineri in vim generalis adminiſtrationis, prout docet Surd. *conſ.* 428. *num.* 13. & 14. Gratian. *diſcept.* 830. *num.* 11. & *diſcept.* 919. *num.* 2. Rot. *part.* 1. *recent. deciſ.* 668. *num.* 5. Cancer. *reſol.* 7. *num.* 9. Ad hoc vt bona fide cum illa contrahentibus ſuc-
curratur, præcipuè quando ei per Iudicem fuit decreta ad- 3
miniſtratio, nam tutor declaratus à Iudice pro legitimo omnia validè gerit, Bertrand. *conſ.* 221. *lib.* 3. Bart. *in l. licèt* 24. *in fine C. de procur.* vbi etiam Bald. *d. num.* 12. Salic. *num.* 4. Fulgoſ. *num.* 3. Alber. *num.* 31. & alij communiter, ſicuti etiam quando publicè ab omnibus pro tali reputabatur, ne contrahentes ſub publica fide decipiantur,
Vrceol. *deciſ.* 323. *num.* 3. & *ſeqq.* Rot. *part.* 2. *diuerſ.* 4
deciſ. 89. *num.* 8. & 9. Ludouiſ. *deciſ.* 21. *num.* 5. Gratian. *diſceptat.* 360. *num.* 36. Cancer. *reſol.* 8. *num.* 129. & 130. *tom.* 2.

Non tamen potuit dicta D. Liuia, cùm verè non eſſet
tutrix legitima, præiudicare dictis ſuis nepotibus circa bo- 5
na immobilia tanti ponderis alienata, quicquid ipſa remanſerit obligata, tam verſus emptorem, quàm verſus minores, quorum bona alienauit, vt *tot. tit. ff. quod fal. tut.* Moutan. *de tut. cap.* 34. *reg.* 1. & 2. *fol. mihi* 158. Ludouiſ. *deciſ.* 350. Rot. *in nouiſſ. part.* 6. *deciſ.* 3. *num.* 2. & *num.* 11. & 12. tum quia titulus adminiſtrationis, cuius
vigore ſuſtineri poſſet datio prædicta tutelæ nullatenus ex- 6
tendi poteſt ad alienationem ſtabilium, *l. procurator* 63. *ff. de procur.* tum quia etiam data, ſed non conceſſa auctoritate, deficiebat cauſa legitima, ſiue qua non valet aliena-
tio etiam facta à vero tutore, itaut quælibet cauſa æris alie- 7
ni non ſufficiat, ſed adeò grauis, & præciſa requiratur, quæ poſſit omninò compellere tutorem ad vendendum, voluit Iacob. de Arena in *l. magis puto ff. de reb. eorum num.* 2. dum dixit nota, quod demum quando creditor inſtat, & debitum eſt vſurarium permittitur venditio ob æs alienum, cum quo tranſeunt ibi in *§. non paſſim*, Alber. *num.* 2. Bald. *num.* 2. Peregr. *deciſ.* 14. *num.* 11. Hodier. ad Surd. *deciſ.* 277. *num.* 25. & 26. Simoncel. *de decret. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 35. Honded. *conſ.* 23. *num.* 26. & *ſeqq. lib.* 2. Menoch. *de Arbitr. caſ.* 271. *num.* 62. & 63. Capyc. *deciſ.*

decif. 113. num. 6. Et ſibi imputet emptor, qui melius
8 debebat ſcrutari conditionem, & qualitatem perſonæ, cum
qua contraxit, iuxta l. qui cum alio ff. de reg. iur. alias emen-
do à dicta D. Liuia, quæ de iure non poterat eſſe tutrix ne-
potum, dicitur in craſſa ignorantia, & in errore iuris, qui
9 neminem excuſat, nec bonam fidem inducit, Duen. reg.
255. fol. mihi 295. Rot. part. 1. diuerſ. num. 3. & decif. 477.
num. 6.

Suppoſita inquam dicta nullitate, quam de plano admit-
tebat dictus D. Comes Machirellus, vt cunctis manifeſtum
efficeretur illum nunquam intellexiſſe, nec intelligere
in aliquo damnificare dictos Dominos Fratres à Vulpe.
10 Non videbatur dubitandum quin licèt contractus potuerit
illorum fauore claudicare, & habeant electionem appro-
bandi, vel reprobandi huiuſmodi contractum nullum,
l. non eo minus C. de procur. Inſtit. de auct. tut. in prin. l. Iu-
lianus §. ſi à pupillo ff. de act. empt. Capyc. decif. 105. Pic.
ad ſtat. Vrb. gloſ. 7. Gratian. diſceptat. 559. num. 65. Ta-
men ipſi DD. Fratres à Vulpe teneantur ad inſtantiam D.
Comitis ſolemniter declarare an velint ſtare illi contractui,
vel ab eo recedere, cùm minor, vel alia perſona priuile-
giata, cuius fauore contractus claudicat poſſit ab aduer-
11 ſario compelli ad ita declarandum etiam adhuc durante
minori ætate, quo caſu talis declaratio eſt facienda cum de-
bitis ſolemnitatibus per tex. in l. Iulianus §. ſi quis colludente
ff. de act. empt. vbi Caſtr. Fulgoſ. & alij, Montan. de tut. cap.
33. num. 458. fol. mihi 150. Gratian. diſceptat. 547. num.
7. & diſceptat. 714. num. 14. Si tamen ageretur cum pu-
12 pillo non audiretur petens huiuſmodi declarationem, an
pupillus velit ſtare contractui, vt tradunt Bart. Fulgoſ. &
Salic. in d. l. Iulianus §. ſi quis à pupillo, quos ſequitur Mon-
tan. loc. cit. num. 459. Et quando agitur cum minore ſi
13 reperiatur læſus ex huiuſmodi declaratione habet benefi-
cium reſtitutionis in integrum, ad tradita per Odd. de re-
ſtit. integr. quæſt. 25. art. 1. part. 1. Sed tunc minori incum-
bit probatio pretium non fuiſſe verſum in eius vtilitatem
14 tanquam fundamentum ſuæ intentionis, l. 1. C. aduerſ.
credit. Rim. iun. in §. fin. num. 61. & 62. Inſtit. quibus alien.
lic. vel non, Montan. de tut. cap. 33. num. 131. & ſeqq. fol.
139. cum alijs per Gratian. diſceptat. 720. num. 24. & 25.
Duran. decif. 18. num. 28. & ſeqq.

Quod ſi Domini à Vulpe elegerint approbare contra-
ctum, & recuſent facere bonas partitas pretij ſolutas pro
extinctione nonnullorum debitorum, ad quæ ipſi de rigo-
re non tenebantur, videbatur dictum D. Comitem con-
demnandum ad refuſionem talis ſummæ, quæ verè non
fuerit erogata in extinguendo ære alieno pupillorum, &
15 minorum, quia ſoluens pupillo, data etiam contractus
validitate, non liberatur, niſi in quantum is factus fuerit
locupletior, l. pupillo 15. ff. de ſolut. l. prædiorum C. de præd.
minor. Pic. ad Stat. Vrb. gloſ. 9. num. 4. Rot. decif. 1.
num. 22. part. 5. recent. Maur. de ſolut. cap. 6. num. 56. vel
ſaltem minor reſtituitur in integrum aduerſus ſolutionem
ſibi factam, quando pecunia non fuit in eius vtilitatem
verſa, & poſt eandem ſummam ex integro iterùm pete-
re, Simoncel. de decret. lib. 3. tit. 7. num. 15. & 16. Mon-
tan. de tut. cap. 32. reg. 9. num. 125. & ſeqq. fol. 124. Oinot.
Inſtit. quibus alien. lic. vel non §. nunc admonendi, Maur.
de ſolut. cap. 5. num. 84. & ſeqq. ad 103. Cenc. de Cenſ.
quæſt. 69. num. 11. & ſeqq. & latè Odd. de reſtit. in integr.
part. 2. quæſt. 52. art. 1. 2. & 3. per tot.

16 Verùm cùm dictus D. Comes ſoluerit iuxtà ordinem
ſibi datum à D. Liuia in inſtrumento eodem venditionis,
in quo fuerunt ei aſſignata nomina creditorum, quibus
ſatisfacere debebat, tenentur Domini à Vulpe reſpectu em-
ptoris, vel in totum approbare, vel in totum reprobare
huiuſmodi contractum geſtum per D. Liuiam vnà cum
17 omnibus in eo contentis, licèt adſint aliqua vtilia, & ali-
qua damnoſa, non enim poſſunt dicere volumus approba-
re vtiliter geſta, & inutiliter reprobare, ſed pro inutiliter
geſtis agere contra tutricem per tex. in l. cum quæritur 17.
ff. de admin. tut. l. quod ſi vno de in diem adiect. latè Tira-
quel. de retract. conuen. ad finem tit. num. 4. & ſeqq. Rom.
conſ. 414. num. 2. Tuſch. in verb. Minor. concl. 245. num.
1. Et eſt ratio, quia contractus vnicus maximè tutatus
18 non poteſt pro parte acceptari, & pro parte recuſari cùm
ſit indiuiduus, l. ſtipulationes non diuiduntur 72. vbi com-
muniter DD. ff. de verb. oblig. Surd. conſ. 104. num. 4. &
5. lib. 1. Gratian. diſceptat. 301. num. 57. Hodier. contr.
forenſ. lib. 1. cap. 15. num. 47. Vnde iſta duo ſunt contra-
ria in exercitio, cùm non poſſit quis velle approbare con-
tractum, & illum reſoluere, & ideò tanquam allegans con-
traria, & incompatibilia non auditur etiam reſpectu di-
uerſarum rerum ab eodem contractu dependentium d. l.
quod ſi vno in prin. ff. de in diem adiect. cum alijs per Gratian.
d. cap. 301. num. 57.

Ex quò ſequitur, quòd in contractibus læſionem vltrà di- 19
midiam continentibus, non poteſt læſus præcisè agere ad
ſupplementum pretij vigore l. 2. C. de reſcin. vend. cùm
videretur pro parte approbare contractum, & pro parte
reprobare, ſed debet alternatiuè agendo concludere, vel 20
ad ſupplementum pretij, vel ad reſtitutionem rei oblato
pretio accepto, data electioni emptori reſtituendi bona,
vel ſupplendi pretium, Bart. in d. l. 2. C. de reſcind. vend.
Magon. decif. Flor. 108. num. 1. & 2. Simoncel. de de-
cret. lib. 3. tit. 7. num. 13. Et idem ſeruari in reſtitutioni- 21
bus in integrum competentibus minoribus in venditioni-
bus læſiuis, tradit Simoncel. loc. cit. & Odd. de reſtit. in
integ. quæſt. 57. art. 4. num. 33. & ſeqq. Ac ideò talia reme-
dia non niſi contra poſſidentes, & habentes facultatem
reſtituendi dantur, & non contra non poſſidentes, quibus 22
eſſet ſublata dicta electio, vt declarat Magon. decif. Flor.
per tot.

Si verò Domini à Vulpe elegerint recedere à dicta ven-
ditione nulla, & bona alienata recuperare etiam per vim
reſtitutionis in integrum, non eſt dubium quod omnia
accepta ex illo contractu, & in eorum vtilitatem verſa 23
tenentur reſtituere, cùm non debeant locupletari cum
aliena iactura, l. vlt. C. de vſucap. pro emp. l. quod ſi minor
§. reſtitutio ff. de minor. Montan. de tut. cap. 30. num. 97.
cum alijs per Duran. decif. 18. num. 26. & 27. Mar. An-
tonin. var. reſol. lib. 2. reſol. 24. num. 21. & ſeqq. Andreol.
contr. 3. num. 24. & ſeqq.

Sed ſtante nullitate contractus tenetur D. Comes pro-
bare verſionem pretij bonorum emptorum in vtilitatem
Dominorum à Vulpe, quicquid ſecùs eſſet vbi contra- 24
ctus eſſet validus, & reſcinderetur per viam reſtitutionis
in integrum, Menoch. præſumpt. 27. num. vlt. lib. 6. Rot.
decif. 1. num. 35. part. 5. recent. Add. ad Ludouiſ. decif.
511. num. 30. Surd. decif. 156. & Gratian. diſceptat. 720.
num. 24. & 25. cum alijs ſupra relatis. Quia verſione pro- 25
bata conualidatur contractus, & obligatio minoris etiam
facta ſine ſolemnitatibus, adeò vt emptor ex hac cauſa
poſſit illi inhærere, l. 1. C. ſi aduerſ. vendit. l. 7. §. fin. ff. de
reb. eorum, Rot. coram Ludouiſ. in Romana Societatis
officiorum 13. Nouembris 1601. cum alijs per Gratian. di-
ſceptat. 564. num. 33.

Verſionem autem probat D. Comes Paulus oſtendendo
ſoluiſſe pretium bonorum in extinctionem debitorum ip-
ſorum DD. fratrum à Vulpe, quod quidem ſufficit, cùm
verſum in vtilitatem dicatur non modò ſi extet aliquid
emptum ex illo, ſed etiam quando, prout in caſu noſtro, 26
fuerunt grauiores vſuræ diſſolutæ, & minores fuerunt à
debitis liberati, l. ſi pupilli ff. de ſolut. cum alijs per Mon-
tan. de tut. cap. 33. num. 128. fol. 138. Imò ſtante noto-
ria probitate, & integritate D. Liuiæ, & exiſtentia debi-
torum verſio in illorum extinctionem redditur multum
veriſimilis, & probabilis, quæ veriſimilitudo in hac ma- 27
teria probandæ verſionis ſummoperè eſt attendenda, ad
tradita per Menoch. de arbitr. caſ. 432. num. 36. & de præ-
ſumpt. lib. 3. præſumpt. 55. num. 6. Odd. de reſtit. in integ.
quæſt. 51. num. 51. Maſcard. de probat. concl. 1062. num.
16. Gratian. diſceptat. 897. num. 12. Duran. decif. 256.
num. 6. & 7. Ità vt ſtante vicinitate temporis quo D. Liuia
recepit partem pecuniæ, & ſoluit creditoribus, reſultet
omninò veriſimilis præſumptio verſionis etiam pro rata 28
ipſi D. Liuiæ ſoluta, ad tradita per Caſtr. in l. vlt. §. in
computatione num. 4. C. de iur. delib. & alios quos refert, &
ſequitur Gratian. diſceptat. 505. num. 24. cum ſufficiat
probare ſolutiones, vel expenſas neceſſariò, ſiue vtiliter 29
factas propè tempus venditionis, Odd. de reſtit. in integ.
quæſt. 51. num. 55. & 58. Maſcard. dicta concl. 1062. Me-
noch. d. caſ. 432. num. 38. cum alijs in Add. ad Buratt.
decif. 546.

An autem ſtante nullitate dictæ venditionis teneatur D.
Comes ad reſtitutionem fructuum perceptorum à die
alienationis, videbatur affirmatiuè reſpondendum per 30
text. in l. ſi prædium C. de præd. min. Gratian. diſceptat. 45.
num.

num. 29. *& ſeqq. & diſceptat.* 750. *num.* 22. Duran. *deciſ.*
256. *num.* 2. *&c.* Sed iſtud procederet ſtante mala fide in
emptore, & ſic quando eſſemus in notorio malæ fidei poſ-
ſeſſore, vel in ſpolio violento, ſecùs autem in caſu no-
ſtro, vbi non apparet de mala fide, & D. Comes habet ti-
31 tulum coloratum, vt latè probat Merend. *contr. iur. tom.*
2. *lib.* 7. *cap.* 7. *num.* 10. vbi ſatisfacit omnibus fundamen-
tis contrariæ opinionis, & ita pluries etiam reſoluit Rot.
vt poſt Cenc. *de cenſ. deciſ.* 122. *num.* 4. *& ſeqq. & part.* 1.
recent. deciſ. 330. *& part.* 2. *deciſ.* 528. *num.* 7. apud Lu-
douiſ. *deciſ.* 74. *num.* 1. *cum Add. & part.* 4. *recent. deciſ.*
326. *num.* 3. *verſ. Imò ſufficit*, *&c.* Et ideò dicendum eſt
ipſum D. Comitem teneri tantùm ad fructus à die motæ li-
32 tis, quod regulare eſt in omni iudicio, cùm tunc poſſeſ-
ſor conſtituatur in mala fide, Theſ. *deciſ.* 29. Duran. *deciſ.*
272. *num.* 2. & plenè Rot. coram Merlino *in Mediolanen.*
penſionis 19. *Ianuarij* 1635. Buratt. *deciſ.* 184. *part.* 1. Sca-
puc. de Saluian. *lib.* 3. *quæſt.* 8. *per tot.*

Sed vtcumque ſit, an D. Comes teneatur ad dictos fru-
ctus à die alienationis, certum eſt in huiuſmodi reſtitu-
33 tione venire tantùm perceptos, & non eos qui percipi po-
tuerunt, niſi conſtaret de dolo manifeſto, Put. *deciſ.* 373.
lib. 1. Rot. *recent. part.* 4. *deciſ.* 326. *num.* 4. *& deciſ.* 663.
num. 7. Coccin. *deciſ.* 439. *num.* 1. nec eſſe habendos in
34 conſideratione perceptos ex melioramentis per eum factis,
Rot. *part.* 1. *recent. deciſ.* 435. *num.* 15. *& part.* 2. *deciſ.*
359. *num.* 3. Et ad probandam quantitatem fructuum
non ſufficere locationes olim factas de huiuſmodi bonis,
35 niſi ſint aliundè adminiculatæ, Penn. *deciſ.* 140. *num.* 2.
Gratian. *diſceptat.* 581. *num.* 20. & melius *diſceptat.* 600.
num. 4. *& ſeqq.*

Et quod ponit falces ad radices, eſt quod ſi dicimus D.
Comitem teneri ad fructus à die alienationis, fatendum
eſt etiam è contra Dominos Fratres à Vulpe teneri ad fru-
ctus recompenſatiuos pro pretio eiſdem ſoluto, vel in
eorum vtilitatem verſo etiam ſtante nullitate contractus,
& mala ſide in emptore, quæ tamen omninò ceſſat in
caſu noſtro, cùm non ſit æquum illos habere fructus ſua-
rum poſſeſſionum, & pretij cum quo ſe exımerunt ab
36 onere cenſuum, quorum fructus ſi hodiè computaren-
tur, & huculque contra illos concurriſſent valdè abſor-
berent, & abſorbiſſent non modò fructus dictorum
bonorum alienatorum, ſed totam ferè ſubſtantiam, prout
notiſſimum eſt, conſumpſiſſent, & ideò huiuſmodi fru-
ctus hincindè compenſare vtilius eſt Dominis à Vulpe,
quàm D. Comiti, iuxta diſpoſitionem *l. curabit C. de act.*
empt. & ita reſoluit Rota Senenſ. apud Cabal. *conſ.* 147.
num. 24. *& ſeqq. lib.* 1. Gabriel. *conſil.* 33. *num.* 9. *lib.*
1. Ruin. *conſil.* 91. *num.* 2. *lib.* 3. Hieron. de Lion. *de-*
ciſ. 182. *num.* 9. Scagn. *deciſ. Bonon.* 43. *num.* 27. Franc.
deciſ. 12. *num.* 4. Oſaſch. *deciſ.* 159. *vel* 160. *num.* 15. *&*
16. *&c.*

Præterea in caſu reſciſſionis contractus deberentur D.
Comiti etiam melioramenta in dictis bonis facta, ita vt
37 pro liquidis habeat retentionem, & pro illiquidis ſit ei præ-
ſtanda cautio de illis reſtituendis iuxtà liquidationem fien-
dam, *Rot. in Romana, ſeu Ceſenaten. hæreditatis* 4. *Iunij*
1635. coram Pirouano *in nouiſſ. part.* 7. *deciſ.* 48. *num.* 12.
& ſeqq. Duran. *deciſ.* 385. *num.* 4. *&* 5.

Et quòd melioramenta conſiſtentia in conſtructione
domorum, plantatione arborum, & vinearum dicantur
38 vtilia, & pro illis detur retentio poſſeſſori, ac illorum
valor æſtimetur de tempore reſtitutionis non de tempore,
quo facta fuerunt, decidit Rot. Flor. per Magon. *deciſ.*
49. *num.* 24. *& ſeqq.* & Add. ad eundem Magon. *deciſ.*
39 *Luc.* 33. *litt. D.* An autem muratores, vel alij operarij ſint
in hoc idonei teſtes, Curt. iun. *conſ.* 165. *num.* 20. & an
domus ſit æſtimanda vti ædificium, vel vti maceries, Clar.
40 *in d. l. feudum quæſt.* 88. cum alijs per Magon. *d. deciſ.* 49.
Quamuis quoad plantationes arborum contrarium teneat
Rot. per Duran. *deciſ.* 338. *num.* 6. 7. *&* 8. nempè plus
41 damni, quàm vtilitatis afferre, & inter voluptuaria com-
putari, &c.

ARGVMENTVM.

Filius an, & quando præſumatur hæres, ex quibus actibus inducatur aditio, quid in muliere, & minore, & an euicta hæreditate reſoluatur.

SVMMARIVM.

1 *ADitio hæreditatis regulariter non præſumitur.*
2 *Filius agendo præſumitur hæres, ſecus ſi ab alio conueniatur.*
3 *Aditio inducitur per oblationem factam de bonis hæreditarijs.*
Item per ſolutionem factam alijs crediteribus.
4 *Filius poſſidendo bona patris præſumitur hæres non docto de alia cauſa.*
5 *Aditio quomodo probetur per verba enuntiatiua Notarij.*
6 *Aditio inducitur ex retentione mobilium præcipuè non facto inuentario.*
7 *Aditio inducitur ex poſſeſſione capta propria auctoritate quando alius titulus non erat cum tali facultate.*
8 *Aditio præſumitur potius, quam illicita detentio ad excludendum delictum.*
9 *Aditio an inducatur ex retentione rei minimæ hæreditariæ.*
10 *Aditio an inducatur per implementum conditionis.*
11 *Hæreditate euicta hæredi, aditio reſoluitur, & habetur pro non facta.*
12 *Aditio facta ex falſa cauſa non præiudicat adeunti.*
13 *Cautela ad inducendam aditionem hæreditatis.*
14 *Aditio quomodo inducatur ex conſumptione fructuum, vini, vel frumenti, & ex alijs cauſis remiſſiuè.*
15 *Aditio an inducatur per retentionem debiti quo quis tenebatur defuncto.*
16 *Aditio an poſſit fieri per minores, vel mulieres ſine ſolemnitatibus à Statuto requiſitis in eorum contractibus.*

CAPVT XCIX.

DE aditione hæreditatis dubitari non poteſt in cauſa
coram Excellentiſs. D. meo Iudice vertente, etiam
licèt regulariter aditio non præſumatur etiam in hæredita-
te opulenta, nec inducatur per actus æquiuocos, ad tra- 1
dita per Magon. *deciſ. Flor.* 64. *num.* 33. *& deciſ.* 148. *num.*
3. Gratian. *diſceptat.* 706. *num.* 27. 711. *num.* 54. *&* 733.
num. 3. *&* 752. *num.* 22. Duran. *deciſ.* 347. *num.* 14. Quod
procedit etiam in filio qui agendo, & ad ſui commodum 2
præſumitur hæres, an iſta præſumptio procedat in hæredi-
tate matris dic, quòd non, vt per Altograd. *conſ.* 81.
num. 39. *& ſeqq. lib.* 1. vbi tamen *num.* 43. quod affici-
tur hæres ex nunc agendo vti hæres matris, ex quo con-
ſtat de animo adeundi verbis declarato, Caroc. *deciſ.* 43.
num. 8. vide Mart. Medic. *deciſ.* 50. *&c.* idem Altograd.
in Addit. ad d. conſ. 81. *ſub num.* 42. *in fine lib.* 1. *& conſ.*
43 *num.* 9. *lib.* 2. vbi quod in hæreditate matris opus eſt
expreſſa aditione, aut geſtione pro hærede, & Gratian.
deciſ. 122. *in Add.* non autem ſi ab alio conueniatur,
cùm tunc eo negante ſit probanda aditio, vt per Gra-
tian. *d. cap.* 733. *num.* 15. *&* 732. *num.* 56. Magon. *d.*
deciſ. 64. *num.* 32. *deciſ.* 44. *numer.* 2. *& deciſ.* 117.
num. 36.

Tamen ſatis apparere dicitur in caſu noſtro ex mul-
tis, & primò per oblationem factam à debitore con-
uentro ſoluendi de bonis hæreditarijs, ſicuti & per ipſam 3
ſolutionem alijs creditoribus factam, Gratian. *diſce-*
ptation. 150. *num.* 22. *& diſceptat.* 468. *num.* 86. præ-
ſertim in filio qui poſſidendo bona patris, & fructus 4
percipiendo non docto de alia cauſa præſumitur ſe im-
miſcuiſſe, Magon. *deciſ. Florent.* 64. *num.* 34. Ac per
verba enunciatiua Notarij, qui præſente ipſo debitore, 5
& tacente illum pro hærede nominauit in inſtrumento
exhibito, cùm talia verba dicantur partis, & non No-

tarij,

tarij, idem Gratian. *diſceptat.* 711. *num.* 67. *& diſceptat.*
694. *num.* 32.
6 Secundò deducitur aditio hæreditatis ex retentione mo-
bilium, quæ defunctus habebat tempore mortis præcipuè
non docto de alia cauſa, & titulo illa retinendi, Mantic.
de coniect. lib. 12. *tit.* 12. *num.* 8. *& ſeqq.* Et qoatenus doce-
retur de alia cauſa fuiſſet neceſſe inuentarium de illis confi-
cere ad excludendam aditionem hæreditatis, vt ſemper
conſtare poſſet de illorum quaotitate, & qualitate, Me-
rend. *contr. iur. lib.* 24. *cap.* 25. *num.* 26. *& ſeqq.* & facit
Roman. *conſ.* 247. *num.* 4. vbi quod aditio hæreditatis in-
dicitur ex poſſeſſione capta propria auctoritate quando ti-
7 tulus ôdeicommiſſi, cuius vigore fuit capta non erat cum
tali facultate, cùm actus ſuſtioeri debeat ex cauſa permiſ-
ſa, & ſic ex titulo hæreditario ad excludeodum delictum,
ſequitur Rota *diuerſ. part.* 4. *deciſ.* 2. *num.* 1. in Add. ad
Buratt. *deciſ.* 523. *in fine*, Ludouiſ. *deciſ.* 460. *num.* 11.
& 12. Thomat. *deciſ.* 51. *num.* 30. Et qood aditio potius
8 ſit præſumenda quàm illicita detentio, quando ſublata
præſumptione aditionis reſultaret delictum, colligitur ex
Bart. *in l. gerit num.* 20. *ff. de acqu. hæred.* Mantic. *de coniect.
lib.* 12. *tit.* 12. *num.* 10. *& tit.* 13. *num.* 10. Menoch. *lib.* 4.
præſump. 101. *num.* 27. *&* 37.
9 Non tamen induceretur aditio hæreditatis ex retentione
rei minimæ hæreditariæ, Crauett. *conſil.* 33. *num.* 12. cum
alijs per Magon. *deciſ. Florent.* 148. *num.* 5. *&* 6. vbi quod
ſecus eſt vigore Statuti Florentini, &c.
10 Nec etiam induceretur per implemeotum conditionis
appoſitæ ipſi hæredi, ſed tantùm diceretur purificata di-
ſpoſitio, niſi fiat cum animo adeundi, Duran. *tract. de con-
dit. & mod. impoſſ. part.* 3. *cap.* 6. *num.* 21.
Ac quotieſcunqoe hæreditas euincatur hæredi, aditio
11 habetur pro non facta, ità vt per eam non dicatur inducta
confuſio, oec ſolutio in damnum hæredis pro ſuis iuribus,
etiam quod fuerit adita ſine beneficio legis, & inoentarij,
Soc. iun. *conſil.* 160. *lib.* 2. Afflict. *deciſ.* 237. *num.* 5. cum
alijs per Duran. *deciſ.* 347. *num.* 16. prout etiam quando
aditio fuit facta ex falſa cauſa eſt nulla, & non præiudicat
12 adeunti, & habetur, ac ſi non fuiſſet facta, *l. ſi is* 32. vbi Iaſ.
num. 1. *ff. de acq. hæred.* & Duran. *d. deciſ.* 347. *num.* 45.
Sed pro coronidè notanda eſt facilis cautela, & tuta ad
conuincendom aliquem eſſe hæredem, & ad inducendam
13 aditionem hæreditatis. Nam creditor cuius intereſt pro-
bare aditionem poteſt mittere aliquem amicum ſuum ad
hæredem cum pecunia, qui illi dicat ego eram debitor de-
functi de iſta pecunia, quam ſum promptus tibi hæredi ſol-
uere, & illa effectualiter ſoluat, ſi enim accipit pecuniam,
prout veriſimile eſt quemlibet recepturum, ſtatim dicitur
adiuiſſe hæreditatem, & obligatur ad debita, *l. cum debitum
C. de iur. delib.* Alex. *conſ.* 90. *lib.* 2. Cæpol. *caut.* 204. *&*
14 *caut.* 159. vbi etiam quod inducitur aditio, quando poteſt
probari quod filius bibit de vino, vel comedit de frumen-
to patris poſt illius mortem, vel alios fructus pro vſu ſuo
conſumpſit. Plura autem quando, tam verbis, quàm
factis inducatur aditio hæreditatis, tradit Menoch. *de
præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 100. *&* 101. *per tot.* Marant.
in repet. l. ſi poteſt ff. de acquir. hæred. num. 42. *& ſeqq.
ad* 90.
Et ao per retentionem debiti, quo quis tenebatur defun-
15 cto efficiatur illius hæres, eſt multum controuerſum inter
Doctores, vt videri poteſt penes Magon. *deciſ. Florent.*
24. *in fine*, *& deciſ.* 148. *num.* 11. Mantic. *de coniect. lib.*
12. *tit.* 13. cum alijs per eum relatis. Et quid ſtante ſtatu-
to requireote certam ſolemnitatem in obligationibus mi-
norum, vel mulierum, an ſi molier, vel minor fecerit actus
hæreditarios, ſiue huiuſmodi ſolemnitate remaneat obli-
gatus, & ſic an poſſit hæreditas, tam expreſsè, quàm taci-
16 tè adiri noo ſeruata ſolemnitate ſtatuti videtor affirmatiuè
reſpondendum, quando agitur de hæreditate opulenta,
Euerard. *top. legal. in loc. à contract. ad quaſi contract. num.*
2. Marant. *in l. ſi poteſt num.* 201. *ff. de acq. hæred.* Montan.
de tut. cap. 30. *num.* 108. *fol.* 93. *& cap.* 33. *num.* 443. *& ſeq.
fol.* 150. & latè Merend. *contr. iur. lib.* 23. *cap.* 13. *num.* 1. *&
ſeqq.* Sed contrarium verius exiſtimo, niſi aditio fiat cum
beneficio legis, & inuentarij, vt latè probat ex communi
Pic. *ad Stat. Vrb. gloſſ.* 7. *num.* 108. *&c.*

A R G V M E N T V M.

Dilatione data ad ſoluendum pretium mercium, vel mobilium qualiter reſultet mutuum implicitum, & an poſſit aliquid recipi citra vſuram, quid ſtante iutamento, multa de lucro ceſſante, & damno emergente, an poſſit carius vendi ad tempus, & plura alia notabilia.

S V M M A R I V M.

1 *Mutuum implicitum reſultat ex dilatione data ad ſoluendum.*
2 *Vſura eſt quicquid accipitur occaſione mutui impliciti num.* 6.
3 *Vendens carius ad tempus vſuram committit.*
4 *Pretium iuſtum continet latitudinem infimi, medij, & ſupremi.*
5 *Vendens cariori pretio, vt poſteà viliori reemat ab eodem emptore dicitur vſurarius, & eſt puniendus.*
6 *Pœna adiecta facto, & non quantitati poteſt exigi.*
7 *Ozligatus ad factum tenetur ad intereſſe, ſecus obligatus ad dandum.*
8 *Dilatione data ad ſoluendum pretium mobilium, non poteſt quidquam eius occaſione recipi, & num.* 17.
9 *Solutum pro vſuris imputatur in ſortem, & illam minuit.*
10 *Solutum pru vſuris repeti poteſt, quando non eſt locus imputationi.*
11 *Intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis an in pactum poſſit deduci.*
12 *Lucra variantur ex loco, tempore, & perſonis.*
13 *Pactum de quid certum ſoluendo ratione lucri, vel damni eſt vſurarium.*
14 *Quantitas lucri, & damni non probatur per aſſertionem partium.*
15 *Intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis, vt debeatur in ſumma contenta debet probari, quod re vera tanti interſit, & ad illam ſummam aſcendat.*
16 *Lucrum quando dicatur in potentia remota, vel in potentia proxima, vt poſſit exigi, & quomodo probari debeat, & num.* 47.
17 *Taxatio intereſſe admittitur in pretio rei de ſua natura fructifera.*
18 *Fructus ſtabilium licèt incerti, & varij quomodu reducantur ad certitudinem.*
19 *Fructus viginti annorum æquant pretium bonorum.*
20 *Taxatio intereſſe ad rationem centenarij, & anni non ſuſtinetur.*
21 *Quod ſolutum fuerit pro fructibus pecunia, quomodo cogneſcatur.*
22 *Damnum emergens, vt debeatur quid probandum.*
23 *An præſumatur quis ſatisfeciſſe æri alieno ſi pecuniam habuiſſet.*
24 *Exceptio vſurariæ prauitatis opponi poteſt, non obſtante ſtatuto generaliter omnes exceptiones reijciente.*
25 *Idem eſt in exceptione clara, & prouemente ex ventre inſtrumenti.*
26 *Exceptio vſurarum ſiuè clara, ſiuè turbida admittitur etiam in Saluiano.*
27 *Vſura promiſſa cum iuramento debentur licèt ſoluta poſſint repeti, num.* 35.
28 *Soluens vſuras non peccat, ſed recipiens.*
29 *Iuramenti virtus, & quando afficiat heredes iurantis, & num.* 32. *&* 33.
30 *Hæres non tenetur ſoluere vſuras promiſſas à defuncto, etiam cum iuramento.*
31 *Abſolutione obtenta quis poſt impugnare actum iuratum.*
34 *Obligatio, nec actio acquiritur creditori pro vſuris illi promiſſis.*
35 *Vſuræ non poſſunt exigi vigore contractus manifeſtè vſurarij.*
36 *Periurium non incurritur ſtante dubietate.*
37 *Abſolutio obtenta antè oppoſitionem periurij ſuffragatur etiam mete iudicio.*
38 *Conſuetudo excuſat à pœna vſurarum.*

39 *Con-*

39 *Conſuetudo non poteſt validare contractum euidenter vſurarium.*
40 *Amplia licèt fuiſſet in contradictorio iudicio obtenta.*
41 *Conſuetudo irrationabilis, & continens peccatum dicitur corruptela, & non eſt attendenda.*
42 *Conſuetudo non excuſat à damnis verſus partem.*
43 *Aſſicurationis cauſa aliquid recipere non eſt vſura.*
44 *Auiamentum apotheca, an & quomodo ſit conſiderabile, & num. 45.*
46 *Intereſſe declaratum non à partibus, ſed ab arbitris eſt licitum.*

C A P V T C.

FActa venditione nonnullorum mobilium domus, & mercium pro certo pretio inter partes conuento cum
pacto, vt illo non ſoluto intrà annum teneretur emptor donec ſoluerit ad fructus recompenſatiuos ratione lucri ceſſantis, & damni emergentis ad rationem quinque pro centenario ſingulo quoquo anno; & ſic per aliquot annos ſolutis huiuſmodi fructibus ad rationem conuentam; fui conſultus quid ſentirem de iuſtitia, vel iniuſtitia huiuſmodi contractus, & an quicquid nomine fructuum fuit ſolutum debeat in ſortem computari. Et in futurum amplius dictum intereſſe non deberi, & quidem inhærendo deciſioni aliàs in valdè ſimili caſu factæ per Excellentiſſimum D. meum Ioannem Paulum Borellium Aduocatum, & Patritium Imolenſem virum doctiſſimum, & integerrimum, dum eſſet Rotæ Peruſinæ Auditor in eandem deueni ſententiam, & reſpondi dictos fructus ad formam ſupradictæ conuentionis non deberi, & ſolutos in partem principalem cedere, &c.

Cùm enim creditum illud procedat ex venditione mobilium, & mercium de ſui natura fructum non ferentium
ex dilatione data ad ſoluendum dicitur reſultare implici-
1 tum, & virtuale mutuum, ad tradita per P. Molin. *de contract. lib. 2. cap. 313. num. 2.* Card. de Lugo *de Iuſt. & iur. tom. 2. diſput. 25. ſect. 6. §. 1. num. 89.* qui ſubdit, quod dum venditur dilata ſolutione duo ſunt contractus. Primus venditionis, ſecundus verò cum differtur ſolutio virtuale mutuum, cuius mutui occaſione ſiuè illud explicitum, ſiuè implicitum ſit nihil recipi poteſt ſine labe vſurarum, *c. in Ciuitate, c. conſuluit, & c. nauiganti vbi DD. de vſur.* & ideò
2 quicquid recipitur vſura eſt quouis nomine baptizetur, *c. plerique 14. quæſt. 3.* cùm dilatio temporis non recipiat æſtimationem, Rol. *conſ. 55. num. 20. lib. 2.* Card. Millin. *deciſ. 21. num. 1.* vndè quicquid pro tali dilatione recipitur vſura eſt, Natt. *conſ. 417. num. 3.* Gregor. *deciſ. 80. num. 2.*
3 Sicuti etiam vendens rem carius ad tempus, ſi pretium excedat limites iuſti pretij cõmittit vſuram, quia tunc dilatio temporis dicitur continere implicitum mutuum, Gratian. *diſcept. 911. num. 16.* Pretium autem iuſtum continet in
4 ſe latitudinem infimi, medij, & ſupremi, & quanta ſit illa latitudo tradunt Doctores relati per Dianam *tract. 5. reſolut. 112. fol. 224.* Gratian. *diſceptat. 549. num. 23.* Ex quibus dignoſci poteſt quàm iniquè agant illi, qui vendunt cariori pretio indigenti pecunia, vt poſteà ab eo viliori pre-
5 tio reemant, talis enim modus contrahendi non ſolùm eſt vſurarius, ſed genus lattocinij maximè execrandum, & iuſtis pœnis vendicandum, prout in multis locis diſponitur per bannimenta. Gratian. *diſcept. 549 num. 21. & 22.* Petr. Cabal. *reſol. crim. caſ. 188. num. 7. & ſeqq.*

Et quod non poſſit pro dilatione temporis aliquid accipi procedit etiam ſi exigeretur, & ſolueretur nomine pœnæ, quia licèt quod promittitur nomine pœnæ poſſit exigi, intel-
6 ligitur tamen quando pœna eſt adiecta facto, & non quantitati, Surd. *conſ. 23. num. 1. &c.* Rot. in Portuen. *Affictus 19. Iunij 1651.* coram Bichio, & propterea obligatus ad factum tenetur ad intereſſe etiam non probatis requiſitis, de
7 quibus Caſtr. *in l. 3. ff. de eo quod cert. loc.* ſecùs autem obligatus ad dandum Rot. in Bononien. *pecuniaria de Lambertinis 3. Iulij 1647.* coram Bichio penes Zach *de oblig. Camer. ſecundum vlt. impreſſ. deciſ. 275. num. 4.*
8 Et in terminis dilationis datæ ad ſoluendum pretium mobilium nihil recipi poſſe citra labem vſuræ, tradit Farinac. *conſ. 162. num. 12. 25. & 60.* cum alijs ibi relatis, & idem eſſe in venditione mercium, Vermigliol. *conſ. crim. 289. per tot.*

Cùm itaque vſura ſit quicquid fuit ſolutum, in ſortem
debet imputari, & illam minuere, *c. 1. & 2. & cap. conque-* 9
ſtus de vſur. l. non ſortem ff. de cond. indeb. l. indebitas C. de vſur. & l. Titia 48. ff. de ſolut. Ludouiſ. *deciſ. 80.* Nec vl-
terius eſt cogendus emptor ſoluere aliquid hoc nomine 10
c. tuas dudum de vſur. adeò vt ſi ſors fuiſſet ſoluta, & ſic imputationi locus non eſſet ſolutum, ex hac cauſa repeti poſſet Card. Millin. *deciſ. 233. num. 9.* Rot. in Romana *fructuum dotis 2. Aprilis 1651.* coram Cerro *in prin.*

Neque obſtare poteſt, quòd pecuniæ hactenus ſolutæ, & quæ remanent ſoluendæ fuerint ſolutæ, & prætendantur
non vti fructus ſortis principalis, ſed tanquam damnum 11
quod paſſus eſt creditor, & lucrum quod amiſit ob non ſolutum ſibi pretium mercium, & mobilium venditorum, quorum vtrunque etiam antè moram poteſt in pactum deduci, Rot. in Ianuen. *pecuniaria prima Martij 1613.* coram Vbald. *poſt 2. vol. conſil.* Farinac. *deciſ. 371. num. 3. & 6.* & communem opinionem dicit P. Molin. *de contract. part. 2. cap. 215. num. 5.*

Quia quamuis iſtud in ſe verum ſit, ſolùm tamen in pactum generaliter deduci poterat refectio damni emergentis, & lucris ceſſantis, non autem poterat creditor cer-
tam, & determinatam quantitatem ſibi ſtipulari, etiam ſi 12
ſimus inter mercatores, cùm enim ex loco, & tempore, & mercatorum perſonis lucra varientur, *l. ideoque in arbitrio ff. quod cert. loc. l. pretia rerum ff. ad l. falcid.* & etiam
multipliciter poſſint impediri, pactum huiuſmodi de quid 13
certum ſoluendo, illicitum, & vſurarium reputatur, Rom. *conſ. 520. num. 8.* Natt. *conſ. 417. ſub num. 5.* Vermigliol. *d. conſ. 289. num. 3.* Capyc. *deciſ. 66. num. 11.* Rot in Mediolanen. *pecuniaria prima Iulij 1591.* coram Card. Millino *poſt conſ.* Farinac. *vol. 2. deciſ. 91. num. 2. & part. 4. diuerſ. deciſ. 891. & in impreſſ. eiuſdem deciſ. 21. in Lucana locationis 18. Martij, & 29. Aprilis 1611. coram Lancellott. iun. penes d. 2. vol. conſ.* Farinac. *deciſ. 325. num. 3. & in Peruſina Spolij 5. Maij* coram Millino *inter impreſſ. eiuſdem deciſ. 378. nu. 4.* & penes Gilian. *ad Stat. Peruſ. deciſ. 109.* vbi intereſſe taxatum fuerat ad rationem trium pro centenario, fuerat relaxatum mandatum, atque executum, & tamen omnia fuerunt reuocata, &c.

Ac etiam dato, quod ſecundum aliorum opinionem po-
tuerit certa quantitas in pactum deduci, non tamen ſuper 14
illa quantitate ſtandum eſt partium aſſertioni, ne vſurariæ prauitati lata via aperiatur, Rot. in Romana *fructuum dotis 2. Aprilis 1651.* coram Cerro *§. quia hæc præſumptio verſ. Sed imo nec ſtatur, &c.* Sed ad hoc vt ſuſtineri poſſit talis ſpecificata certitudo, & promiſſum intereſſe exigi poſſit, neceſſarium eſſe probare quòd re vera tanti interſit, & ad
ſummam ſpecificatam damnum emergens, vel lucrum 15
ceſſans aſcendere, Lup. *de vſur. §. 6. num. 126.* Claud. Bertaz. *in Add. ad conſil. crimin.* Bartol. patris *conſ. 264. litt. A. verſ. Amplia vt procedit.* Rot. Genuen. *deciſ. 193. num. 10.* Rot. Rom. *diuerſ. part. 1. deciſ. 67. ſub num. 2. verſ. ad ſupplicationem, & deciſ. 192. per tot. d. part. 1. & in ſupradicta Ianuen.* penes Farinac. *deciſ. 372. num. 6. in Romana iuſtificationis creditorum 15. Iunij 1635.* coram Pirouano *deciſ. 55. part. 7. recent. num. 8. & in Auenionen. pecuniaria 10. Februarij 1640.* coram Bichio *§. nam iuſtitiam,* & eſt penes Merlin. *de pign. deciſ. 29. &c.*

Et quamuis etiam probaretur venditorem fuiſſe ſolitum negotiari, & ſi pecunias habuiſſet potuiſſe negotiari, ac attento communi vſu regionis potuiſſe lucrari ſummam conuentam, non tamen hoc ſatis eſſet, cùm hæc
dicatur potentia remota lucri, quaſi potuiſſet continge- 16
re quod non emiſſet merces, vel quod etiam emendo iacturam feciſſet, ſed probanda eſſet potentia proxima, nempè quod certas merces præ manibus habuerit, in quas potuiſſet pecuniam erogare, & ob defectum illius non erogauit, quod ſi feciſſet de illa mercantia tantum lucratus fuiſſet, vt latè in *Romana dotis 25. Maij 1661.* coram Lancell. *§. nec denique, & §. neque in hoc caſu,* & penes Fenzon. *ad Stat. Vrb. deciſ. 83. & in ſupradicta Lucana locationis* penes Farinac. *deciſ. 325. & in d. Auenionen. pecuniaria §. qua procedunt etiam in mercatore, &c.* quam ſequitur in *Romana crediti dotalis 15. Martij 1645.* coram Veroſpio penes Merlin. *de pign. deciſ. 94.* vbi *num. 11.* dicit in *d. Auenionen.* fuiſſe articulum maturè diſcuſſum, refert pariter, & ſequitur, & alios allegat. Rot.

in d.

in d. Romana fructuum dotis coram Cerro §. *quia præter quod, &c.*

17 Nec facit quod huiuſmodi taxatio etiam abſque alia
probatione ſuſtineri poſſe videatur, ex traditis per Cæſar.
de Graſſ. *deciſ.1, &.2. de vſur.* Leotard. *de vſur. quæſt.31,*
num.9. & iuxta per me ſuperiùs dicta in *cap.37. num.14. &*
15. Quia ibi agebatur de intereſſe rei de ſui natura fructife-
ræ, & ſic in terminis *l. curabit, C. de act. empt.* quia tunc li-
cèt poſſit eſſe quod aliquando fructus non ferantur ex caſu
fortuito, id non habetur in conſideratione. Farinac. *conſ.*
15. num.3. & num.16. & ita declarat in ſuo voto *Accoramb.*
tunc Rota decanum ibidem num.89. & quamuis etiam
poſſet dici fructus bonorum ſtabilium, & ſui natura fructi-
18 ferorum eſſe incertos, varios, & non vniformes, tamen
ſunt certi in ſubſtantia, & tractu temporis facta compenſa-
tione anni ſterilis cum fertili, vt experientia docet, fiunt
vniformes, & propterea fructus viginti annorum æquare
19 pretium bonorum dicuntur gloſ. & DD. *in auth. perpetua,*
C. de ſacroſ. Eccleſ. Ant. Pinel. *de reſcind. vend. part.3. cap.*
4. num.29. Rot. *deciſ.522. num.12. & 13. part.5. recent.*

Accedat quod licet ex inſtrumento appareat fructus fuiſ-
20 ſe promiſſos pro damnis, & intereſſe, cùm tamen facta
fuerit conuentio ad rationem centenarij pecuniarum debi-
tarum, & per dinumerationem annorum; non damno-
rum, & intereſſe, ſed pecuniarum debitarum, apparet ha-
bitam fuiſſe rationem; Nata *conſil.417. num.5.* Gratian. *conſ.*
11. num.17. & 31. vbi in terminis quando promiſſio legeba-
21 tur ſcripta pro damnis, & intereſſe. Quod manifeſtius
comprobatur ex receptis factis per creditorem, qui pro
fructibus recepiſſe aſſerit Rot. *in dicta Romana fructuum*
dotis coram Cerro, §. qui a præter quod, &c.

Minus releuat quod prædicti fructus rectè ſoluti fuerint,
& prætendi poſſint ratione damni, quod ob dilatam ſolu-
tionem paſſus fuit creditor retinendo ab alijs pecunias ad
cenſum, & totidem, ac plus pro intereſſe illis ſoluendo;
22 Quia probandum eſſet quod ſi pecunias habuiſſe cenſus re-
demiſſet, cum contingere poſſit quòd in alios vſus eaſdem
pecuniam implicare libuiſſet, Rot. *in d. Romana dotis 25.*
May 1601. *coram Lancell.* penes Fenzon. *ad Statut. Vrb.*
deciſ.83. in fine, Coccin. *deciſ.498. num.2.* vbi reprobatur
23 Ruin. *conſ.104. num.6. lib.1.* qui volebat quod præſumere-
tur fuiſſe ſatisfactum æri alieno, ſi pecunias habuiſſet, ſe-
quitur, & alias deciſiones allegat Rot. *in d. Lucana Loca-*
tionis poſt 2. vol conſ. Farinac. *deciſ.325. num.5.* & admiſit
Rot. *in ſupracitata Romana fructuum dotis coram Cerro, &c.*
ſupra cap.51. num.6. hanc opinionem contra Ruin. me ci-
tato, & alijs probat Vrceol. *conſult. forenſ. cap.84. per tot.*
vol.2. ſed Ruin. contra hic dicta latè defendit Leotard. *de*
vſur. cap.75. num.10. & ſeqq. per tot. Caualer. *deciſ.210. nu.*
1. Andreol. *contrau.10. & 405.* Bonden. *collect. legal.14. in-*
ſpect.3. num.71. &c. Caſtill. *contron. lib.2. cap.1. num.78.*
Borgnin. *deciſ.2. num.29. lib.2.*

Neque in contrariam ſententiam me trahere poſſunt
quæ ex aduerſo proponuntur ad ſuſtinendum huiuſmodi
contractum, & conuentionem. Non quidem primum
quod hac exceptione impediri non valeat executio publici
inſtrumenti guarantigiati, præcipuè cùm iam cœptum ſuit
ſolui, & ſtante ſtatuto quod contra publicum inſtrumen-
tum non admittantur niſi certæ exceptiones. Quia hic
non agitur in ſumarijſſimo iudicio manutentionis, nec ex
24 quaſi poſſeſſione exigendi, ſed ſimpliciter quæritur an dicti
fructus debeantur, & non obſtante dicto Statuto poteſt
opponi de exceptione vſurariæ prauitatis, vt in terminis
tradit Aſin. *in prax. §.31. cap.49. fol. mihi* 193. præcipuè
quando, prout in caſu noſtro, talis exceptio eſt clara, &
manifeſta, ac prouenit ex ventre ipſius inſtrumenti, nec
25 alias extrinſecas probationes deſiderat, idem Aſin. §31.
cap.25. & cap.30. Scapuc. de Saluian. *lib.2. quæſt.17. num.2.*
& per tot. vbi quòd cùm hæc exceptio dicatur iuris, & non
facti, admittitur etiam in Saluiano, & quod abſque diſtin-
ctione an ſit clara, vel turbida Rot. ſolet illam admittere,
26 & examinare prout fecit *in Romana fructuum dotis* 12. *Maij*
1625. *coram Coccin.* penes Fenzon. *ad Stat. Vrb. deciſ.91. §.*
Ratio ſecundi dicti, &c. in qua fuerat prius relaxatum
mandatum, & deinde cauſa in Rota commiſſa cum clau-
ſula ſi quid exequendum, fuit declaratum non eſſe exe-
quendum, & admiſſa, atque examinata fuit vſurarum ex-
ceptio, &c.

Non ſecundum quòd cum dicta promiſſio ſit iuramento
27 firmata omninò fructus promiſſi ſint ſoluendi, quidquid
poſteà ſit dicendum ſequuta ſolutione, iuxta *c. debitores de*
iur. iuran. cum ſoluens vſuras non peccet, ſecundum Iaſ. 28
in l. tranſigere num.100. de tranſact. & propterea ſolutæ
poſſunt repeti Gratian. *diſcept.911. num.13.* Quia reſpe- 29
ctu hæredum debitoris, cùm non ſimus in actu qui iura-
mento remanſerit firmatus, ſed ſolùm quo iurans obliga-
tur ad non contrauenienendum, talis obligatio in hæredem
etiam filium non tranſit Abb. *in cap.1. num.12. de iure iur.*
Mancin. *de iuram. par.4. quæſt.3. primo effect. num.12. &*
13. & effect.5. num.13. Euerard. *à vi, & energ. iuram. num.*
17. Et in terminis quod hæres non teneatur ad ſolutionem 30
vſurarum, etiamſi defunctus eas cum iuramento promiſe-
rit, ſed poſſit contractum impugnare, Surd. *de aliment. tit.*
9. quæſt.24. num.6. & conſ.194. num.24. & 25. Gratian. *di-*
ſcept.14. num.170. & 18. Ac diſpoſitionem Barboſ. *in col-* 31
lect. ad c. debitores num.4. Ad quod facit etiam quod ſi ille
qui iurauit obtenta abſolutione poteſt huiuſmodi contra-
ctum impugnare Alex. *conſ.151. num.9. lib.7.* Farinac. *conſ.*
15. num.40. & 48. Molin. *de contract. part.2. cap.515. num.*
7, Carol. de Graſſ. *except.28. num.7. & ſeqq.* tantò magis
poterit id facere hæres, ad cuius fauorem mors principalis 32
debitoris idem operatur quod facit abſolutio ad fauorem
defuncti Ant. à Corn. *de abſolut. iuram. part.4. cap.9. num.*
16. Quibus non videtur obſtare Galeſ. *de obligat. Camer.*
quæſt.4. num.2. dum ſentit iuramentum tranſire in hære-
dem, quia vel eſt intelligendus quando iuramento contra-
ctus firmatur, vel eius opinio non eſt recipienda, vt diſtin- 33
guit Ant. à Corn. *d. tract. part.3. quæſt.14. num.9. & ſeqq.* &
ego dixi ſupra *in cap.75. num.3. 4. & 5.*

Secundò, principaliter reſpondetur, quod ex *d. cap. de-*
bitores non acquiritur creditori, nec principaliter, nec ſe- 34
cundariò obligatio, Couarr. *in recoll. cap. quamuis 2. part. §.*
3. ſub num.2. nec vlla datur actio, Molin. *de controuerſ. part.*
1. diſp.150. verſ. hac ratione. Imò illud procedere ſolùm
quando agitur ex contractu non euidenter vſurario, ſed 35
ſub forma contractus liciti, puta emptionis, & venditionis
non autem quando contractus eſt euidenter vſurarius,
quia tunc ſtandum eſt diſpoſitioni *c. tuas dudum de vſur.*
ita concordando iura Barboſ. *in collect. ad d. c. tuæ dudum*
35. de vſuris num.4. & quamuis Ant à Corn. *d. tract. de ab-*
ſolut. iuram. part.3. quæſt.16. à num.27. ad 40. hanc diſtin-
ctionem diuinatiuam eſſe multis comprobare nitatur, ipſe
tamen *num.39.* non minus diuinatiuam adducit, dum vult
eſſe intelligendum petita prius abſolutione à iuramento,
vel implorato à Iudice, vt creditorem ad relaxandum iura-
mentum compellat. Sed quidquid ſit de iſtis contrarietati- 36
bus videtur tamen dubietas ſaltem ſufficiens cauſa ad excu-
ſandum à periurio, & vt abſolutio deinde obtenta ſuffra-
getur Surd. *deciſ.48. num.6. & ſeqq.*

Tertiò, etiam principaliter reſpondetur quod fuit obten-
ta abſolutio à iuramento qua ſtante debitor amplius cogi
non poteſt ad ſoluendum vſuras promiſſas iuxta ſuperiùs
dicta.

Et quamuis dicatur huiuſmodi abſolutionem opitulari
non poſſe, cùm iam fuerit ceſſatum à ſolutione, & incur-
ſum periurium, tamen veriùs eſt quòd cùm de periurio
ante obtentam abſolutionem oppoſitum non fuerit, ipſa 37
abſolutio ſuum operatur effectum etiam ſi motum fuerit
iudicium, cùm parte non opponente, & donec non oppo-
nit exceptio periurij non obſtet, & proceſſus ante huiuſ-
modi oppoſitionem factus teneat, Crauet. *conſ.199. n.15.*
Iaſ. *in §. actionum num. 140. Inſtit. de act.* Seraph. *de iu-*
ram. priuil. vlt. num.18. Addit. ad Ludouiſ. *deciſ.64. num.*
11. vbi concordantes deciſiones Addentes ad Clar. *§. per-*
iurum verſ. repellitur ſub litt. D. Sperel. *deciſ.25. num.27.*
Rot. *in Reginen. ſeu Salernitana bonorum 19. Iunij* 1643. *co-*
ram Salamantino penes Zacch. *de oblig. Cam. iuxta vlt. im-*
preſſ. deciſ.279. verſ. Quia numquam, & dixi ſupra *cap.*
75. num.8.

Conſuetudo pariter quæ pro tertio fundamento deduci-
tur ad ſuſtinendum contractum vltra quod non probatur,
nec probari poteſt, quatenus probaretur, quidquid excuſa- 38
re poſſet ad euitandam pœnam, iuxta Crauet. *conſ.145.*
num.12. Magon. *deciſ. Flor.1. num.31.* vbi quod conſue-
tudo excuſat à labe vſurarum, & Rot. *poſt 2. vol.* Farinac.
deciſ.2. ſub num.1. nullo tamen modo poſset contractum 39
euidenter vſurarium validare, & ſuſtinere *cap. quia in om-*
nibus 3. vbi gloſ. in verb. multi de vſufr. Rot. *in Vrbeuetana*
Cenſus 6. Iunij 1594. *coram Gypsio,* penes Farinac. *poſt 2. vol.*
conſ. deciſ.84. num.2. part.4. diuerſ. deciſ.325. apud Cenc. *de*
Cenſ.

*Conſ. deciſ.*11. & penes Mangil. *de ſubhaſt. deciſ.*75. cum
alijs per Rot. *in d. Auenionen. pecuniaria in fine*. Quod
40 procedit etiam ſi talis conſuetudo fuiſset in contradictorio
iudicio obtenta, Millin. *deciſ.*251.*num.*26.*& ſeqq.* cum con-
ſuetudo irrationabilis, & contra ius dicatur potius corru-
41 ptela, nec ſit attendenda, præcipuè quando continet pec-
catum, & præſtat occaſionem delinqnendi, Magon. *deciſ.*
42 *Luc.*1. *num.*30. *&* 31. ita vt licèt excuſare poſſit à pœna,
iuxta ſuperiùs dicta, non tamen excuſet à refectione dam-
norum verſus partem, idem Magon. *deciſ. Luc.*27. *num.*55.

Auctoritates autem quæ poſsent in contrarium adduci
ad ſuſtinendum huiuſmodi contractum, vt ex Borgn. *de-
ciſ.*13. *part.*1. Rimin. iun. *conſil.*177. Alb. Mandel. *conſ.*
729. & Rot. *in Romana executionis laudi deciſ.*490. *&* 540.
*part.*2. *recent.* non videntur in caſu noſtro applicari poſse,
cùm ſint diuerſi termini, nam in caſu Borgn. & Rimin.
erant duo contractus, alter mutui, & alter aſsecurationis
mercium emendarum, cuius aſsecurationis cauſa aliquid
43 recipere, vſura non eſt, Lup. *de vſur. comm.*3. *part.*1. *num.*
29. & ita reſpondit Ant. Cerrus *inter conſ.* Farinac. *conſ.*
162. *num.*29. Vlteriùs in dictis caſibus fuit conſideratum
44 vtile proueniens auiamento Apothecæ, quod videtur ali-
quo modo conſiderabile, Laderch. *conſ.*70. *num.*2. *&c.*

Nec obſtat ſi dicatur contra *conſ.* illa Farinac. & aliorum
Aduocatorum fuiſse per Rot. *Rom. iudicatum, vt in di-
ctis deciſ.*490. *&* 540. *part.*2. *recent.* Quia ibi clariſſimè pa-
tet fuiſse conſideratam non ſolum mobilium venditionem, 45
ſed etiam auiamentum, quod pater venditricis exercuerat
hoſpitium in illa domo, & effecerat, ac acquiſierat con-
curſum, & frequentiam populi, & viatorum, & in *d. deciſ.*
540. *num.*7. *& num.*11. quod non fuit ſolutum quid pro mo-
bilibus, ſed pro auiamento prædicto, & omni alia præten-
ſione. Inſuper *d. deciſ.* fuit perpenſum, quod ſuper tali in-
tereſse non partes inter ſe conuenerunt, ſed arbitri ita de-
clarauerunt, quod plurimum refert, & conſiderauit Rot.
in ſupradicta Romana fructuum dotis 2. *Aprilis* 1651. *coram
Cerro*, §. *quia hæc præſumptio verſ. nec applicantur deducta*,
&c.

Vlteriùs Rimin. in caſu ſuo non agebat de ſubſtinendo 46
contractu, ſed de liberando à pœna contrahentem, quod
multum differt, vt ſupra dixi, & Alb. Mandel. *in d. conſ.*
729. nihil reſoluit, vt videri poteſt, ſed ſolum in fine addit 47
eſse conſiderandum an venditor eſset ſolitus negociari, &
prætereà quidquid ille ſentiat non præponderare, nec præ-
ualere poteſt tot Doctoribus, & deciſionibus ſupra allega-
tis, ſed cùm hodie charitas, & dilectio proximi videatur ex-
tincta, nec mundus regitur niſi de vſuris, ne ego quoque
vſurarius efficiar falcem imponendo in meſsem alienam,
hæc & omnia per me in ſuperioribus capitibus ſcripta de-
terminationi Sanctæ Matris Eccleſiæ ſubijcio, & finem fa-
cio in laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, Beatiſſimæ
Virginis Mariæ, & Omnium Sanctorum, &c.

L A V S D E O.

INDEX RERVM NOTABILIVM,

QVÆ IN HISCE RESOLVTIONIBVS CONTINENTVR.

Prior numerus Reſolutionem, ſecundus marginalem numerum denotat.

A

ABbatiſſa, & Procurator Monialium non poſſunt præiudicare monaſterio. cap. 58. num. 45.

Ablatiuus abſolutus importat conditionem in quacumque diſpoſitione. 74. 10.

Ablatiuus abſolutus importat formam. 87. 21.

Abſens non dicitur qui remanſit in fundo per cognationem, & familiam. 7. 17.

Abſens qualiter acquirat ius ex donatione ſibi facta. *Vide Donatio.*

Abſolutio non eſt neceſſaria, ſed ad cautelam quando percutitur Clericus ex cauſa defenſionis. 20. 5. & 6.

Abſolutio à delicto ſolet fieri cum clauſula ex hactenus deductis. 64. 10.

Abſolutio à iuramento non eſt neceſſaria, nec tranſgreſſor efficitur periurus quando vere iuramentum non fuit interpoſitum, ſed tantum conuentum quòd ſcriptura habeatur pro iurata. 70. 30.

Abſolutio à iuramento quando ſit concedenda. cap. 75. num. 1. & ſeqq.

Abſolutio à iuramento conceditur ſine partis citatione, & quando ſecus. 75. 2.

Abſolutio quando in totum elidat virtutem iuramenti. 75. 4.

Abſolutio à iuramento quando habilitet tantum ad agendum, vel excipiendum. 75. 5.

Abſolutio eſt petenda ante incurſum periurum. 75. 6.

Abſolutio obtenta lite pendente ante oppoſitionem periurij an ſuffragetur. 75. 8. & cap. 100. 37.

Abſolutio eſt neceſſaria etiam vbi iuramentum à ſtatuto præſumitur dolo, & metu extortum. 75. 9.

Abſolutio à iuramento an ſit neceſſaria ſtante enormiſſima læſione. 75. 10.

Abſolutiones tot requiruntur, quot ſunt capitula ſeparata contractus, etiam vnico iuramento firmata. 75. 11.

Abſolutio quomodo ſit petenda quando quis iurauit eam non petere, & petita, vel obtenta non vti. 75. 12.

Abſolutio a iuramento non eſt neceſſaria vbi impugnatur contractus ex capite non implementi, vel ex defectu cuiuſcumque tacita conditionis. 75. 13.

Abſolutio non eſt neceſſaria vbi iuramentum fuit præſtitum ſuper re turpi & illicita. 75. 14.

Abſolutio à iuramento an ſit neceſſaria in hærede iurantis. 75. 15.

Abſolutio à iuramento non impedit executionem vigore obligationis Cameralis. 75. 16.

Abſolutio à iuramento conceſſa debitori principali non ſuffragatur fideiuſſori, niſi defendatur per debitorem. cap. 75. 17. & 19.

Abſolutio à periurio non ab Ordinario, ſed à ſolo Pontifice concedi poteſt. 75. 18.

Abſolutio aperit viam impugnandi actum iuratum. 100. 31.

Abſolutus intelligitur ab expenſis qui non fuit condemnatus. cap. 6. 11.

Abſolutus in ſoro Eccleſiaſtico pro delicto communis fori an, & quando poſſit in foro ſæculari puniri. 9. 7.

Abſolutus cum clauſula, rebus ſic ſtantibus, vel ex hactenus deducti poteſt iterùm pro eodem delicto inquiri. cap. 9. num. 8.

Abſolutus à delicto an poſſit retineri pro debito. 71. 20.

Abſolui debent omnes, ſtante incertitudine delinquentis, ne innocens grauetur. 93. 26.

Abſurdum eſt credere ſcripturæ qua annotatione propria quis ſibi debitorem conſtituit. 11. 1.

Acquiſita per vnum ex fratribus cenſentur de ius propria pecunia, licet, ſtante ſocietate, ſint communicanda refuſa parte pretij. 31. 17. & 18.

Acquiſitio, quando non fuit irreuocabilis reuiuiſcunt iura, & præſtant poſſeſſori retentionem. 36. 20.

Acquirens, cui fuit res tradita, præfertur alteri cui fuit tantum, licet primò, promiſſa. 48. 9.

Acquiſita à matre, vel aliundè extra bona paterna dicuntur aduentitia, nec ſunt fratribus communicanda. 83. 1.

Acquiſita cum pecunia patris dicuntur profectitia, & imputantur ſaltem pro medietate. 83. 10. & 12.

Acquiſita per filium dicuntur aduentitia, data poſſibilitate lucrandi ex propria induſtria. 83. 13.

Acquiſita poſt mortem patris, qualiter ſint inter fratres diuidenda. 83. 17.

Acta quæ pereant perempta inſtantia. 78. 22.

Acta facta ſuper legitimatione perſonarum, probant quoad omnes, etiam non citatos. 91. 20.

Actio, & paſſio non poſſunt dari in eodem ſubiecto. 14. 12.

Actio perſonalis tantum competit ſubſtituto abſenti in donatione. 22. 2.

Actio perſonalis non datur contra tertium poſſeſſorem. 22. 3. & cap. 84. 11.

Actio dotis non datur contra alia bona, ſtante fundo dotali. 29. 16.

Actio omnia remanet inutilis, & inefficax penes eum, qui bonis ceſſit. 54. 11.

Actio perſonalis in rem ſcripta datur contra poſſeſſorem rei cenſuatæ. 84. 12.

Actio perſonalis datur contra poſſeſſorem pro publicis tributis, & quid ſeruetur in ſtatu Florentiæ. 84. 13. & 14.

Actio realis poteſt intentari in loco vbi res eſt ſita, & in loco domicilij poſſeſſoris. 92. 37.

Actio non acquiritur creditori pro vſuris illis promiſſis. 100. 34.

Actor eſt mittendus in poſſeſſionem reo negante poſſidere. 44. 18.

Actor non tenetur reo ſubminiſtrare expenſas litis, niſi æquitas aliter ſuadeat. 86. 1. & 2. *Vide Sumptus.*

Actor an, & quando teneatur ſequi forum rei, & quando non. 92. 36. &c.

Actor petens vnam rem, & probans de alia ſuccumbit. 92. 40.

Actus contra legem pœnalem geſtus non eſt nullus. 88. 4. & 95. 12.

Actus nullus, nullum producit iuris effectum. 89. 14.

Actus factus ex falſa cauſa non ſuſtinetur ex vera, ex qua ſubſiſtere potuiſſet. 26. 22.

Actus nullus præiudicialis fieri poteſt contra fundum dotalem, ſtante proteſtatione vxoris. 28. 13.

Actus non poteſt ſuſtineri ex poteſtate, qua quis non fuit vſus. 47. 23.

Actus ſuſtinetur ex cauſa permiſſa ad euitandum delictum. 99. 7. & 8.

Actus iuratus poteſt impugnari abſolutione obtenta. 100. 32.

Aditio hæreditatis facit deſinere bona dici hæreditaria, & proprium adeuntis patrimonium fieri. 2. 9.

Aditio hæreditatis ex quibus actibus inducatur. cap. 22. num. 19. & ſeqq.

Aditio hæreditatis maternæ quando inducatur ex retentione dotis facta à patre. 61. 13. & cap. 89. 19.

Aditio an inducatur per habitationem domus, vel ingreſſum fundi. 89. 21.

Aditio inducitur in filio, qui emit bona patris per interpoſitam perſonam, licet abſtinuerit. 89. 40.

Aditio regulariter non præſumitur etiam in filio, ſi ab alio conueniatur, ſecus ſi ipſe agat. 99. 1. & 2.

Aditio inducitur per oblationem ſoluendi de bonis hæreditarijs, & per ſolutionem factam alijs creditoribus. 99. 3.

Aditio an probetur per verba enunciatiua Notarij, qui aliquem nominauit hæredem alterius in inſtrumento. cap. 99. num. 5.

Aditio an inducatur ex retentione mobilium. 99. 6.

Aditio inducitur ex poſſeſſione capta propria auctoritate, quando alius titulus non erat cum tali facultate. cap. 99. num. 7.

Aditio præſumitur ex actu, ex quo alias reſultaret delictum, & illicita retentio. 99. 8.
Aditio an inducatur ex retentione rei minimæ hæreditariæ. 99. 9.
Aditio an inducatur per implementum conditionis. 99. 10.
Aditio habetur pro non facta ſi euincatur hæreditas. 99. 11.
Aditio facta ex falſa cauſa non præiudicat adeunti. cap. 99. num. 12.
Aditio quomodo inducatur per cautelam. 99. 13.
Aditio quomodo inducatur ex conſumptione fructuum, vini, vel frumenti, ac ex alijs cauſis. 99. 14.
Aditio an inducatur per retentionem debiti, quo quis tenebatur defuncto. 99. 15.
Aditio an poſſit fieri per minores, vel mulieres ſine ſolemnitatibus à ſtatuto requiſitis in eorum contractibus. cap. 99. num. 16.
Aditio inducitur ex receptione, & exactione crediti hæreditarij. 99. 13.
Adiudicatio fit creditori in ſubſidium tantum. 21. 17.
Adiudicatio fit creditori etiam inuito pro iuſto pretio ſi non reperiatur offerens iuſtum pretium, cum non ob id debeat res viliori pretio vendi. 21. 18.
Adminiſtrator generalis non poteſt alienare ſtabilia. 98. 6.
Adminiſtrator quilibet tenetur reddere rationem. 35. 19.
Aduocatus quinam dicatur. 41. 16.
Aduocatus in qua ſumma poſſit paciſci de ſalario. 41. 15. & 18.
Aduocatus poteſt executiuè agere in eodem foro litis peractæ pro ſuo ſalario, etiam ſi litigantes ſint de alio foro. 41. 17.
Ædificium factum partim vt ædificanti proſit, & partim vt vicino noceat ſuſtinetur. 15. 6.
Ædificium fieri poteſt in proprio ſolo, etiam cum damno, & incommoditate vicini. 15. 17.
Ædificari poteſt propriè murum communem nullo relicto ſpatio. 15. 18.
Ædificari quando poſſit in muro communi diuiſorio. 15. 19. & 21.
Ædificari quando poſſit in re communi initio ſocio. 15. 22.
Ædificium factum ſciente, & patiente vicino non eſt demoliendum. 15. 23.
Ædificium quando poſſit apodiari ſuper muro diuiſorio, ſiue ſit communis, ſiue non. 15. 24.
Ædificium factum ſuper pariete alieno quando non ſit demoliendum. 15. 25.
Ædificium non poteſt alienari in præiudicium Religioſorum. 51. 14.
Ædificium quod mihi prodeſt, & tibi non nocet permittitur. 15. 26.
Æmulatio non præſumitur niſi probetur. 15. 2.
Æmulatio excluditur ſtante vtilitate ædificantis. 15. 5.
Amplia etiam ſi in parte ædificium noceat vicino. 15. 6.
Æquitas non ſcripta non attenditur, nec eſt deſumenda à caſu diuerſo. 13. 29.
Æquitas *l. curabit de act. empt.* procedit etiam in pretio rerum mobilium fructiferarum. 17. 15.
Æquitas *d. l. curabit* ceſſat in pretio mobilium non fructiferorum. 100. *per tot. vide fructus.*
Aer, & ventus non poteſt Religioſis impediri per eleuationem ædificij. 15. 14.
Aer omnibus iure naturalis communis. 15. 9.
Æſtimatio rerum hæreditariarum eſt neceſſaria, vt de illis poſſit reddi ratio. 3. 10.
Æſtimatio animalium datorum in ſocidam facit emptionem, & venditionem. 17. 12. & 36. & 39.
Æſtimatio animalium attenditur de tempore mortis ſtante mora ſocij, & probatur per iuramentum in litem. 17. 20.
Æſtimatio an ſit neceſſaria quando adiudicatur res creditori. 21. 15. & 16.
Æſtimatio non eſt neceſſaria vbi agitur de adiudicatione pro debito priuato, ſed tantum pro debito Fiſcali, ex actione publicarum functio. 25. 19.
Æſtimatio rei in dotem traditæ facit emptionem, & venditionem. 28. 1.
Æſtimatio, rei dotalis non facit emptionem ſtante pacto quod ſtare debeat pro fundo dotali. 58. 2.
Æſtimatio rei dotalis non facit venditionem ſtante inopia viri. 28. 10.
Æſtimatio non facit deſinere fundum eſſe dotalem vbi non præceſſit promiſſio dotis in quantitate. 28. 4. *vide fundus.*
Æſtimatio mobilium in quibus conſiſtit vſusfructus, qualiter ſit reſtituenda. 38. 28.
Æſtimatio emphyteuſis legatæ non debetur legatario. cap. 58. num. 43.
Æſtimatio legitima ſit ſolum poſt obitum patris. 61. 2.
Affectio maior quando conſiderari poſſit erga remotiores. 40. 11.
Affectio eſt interpres dubiæ mentis teſtatoris. 49. 8.
Affectus non punitur non ſequuto affectu. 64. 17.
Affectus occidendi cum archibuſio quando fuit deuentum ad actus proximos quomodo puniatur. 64. 19.
Agens ſine actione poteſt officio iudicis repelli. 8. 30.
Agens ad rem ſubiectam fideicommiſſo alienatam tenetur probare ſcientiam fideicommiſſi in alienante. 22. 6.
Agens ad rem ſub modo relictam repellitur niſi offerat cautionem de modo implendo. 72. 5.
Agens contra actum iuratum non obtenta abſolutione repellitur. 75. 7.
Agreſſus non tenetur expectare ſe percuti, ſed poteſt præuenire, & agreſſorem offendere. 20. 1.
Agreſſus ante agreſſionem poteſt repulſare vim præparatam. 20. 2.
Agreſſus an agreſſor quis fuerit ex quibus dignoſcatur. cap. 20. num. 3.
Agreſſus poteſt pro ſui defenſione etiam exonerare ſclopum, ſine pœna contra agreſſorem. cap. 20. num. 15. *vide Inſultatus.*
Agnitio bonorum poſſeſſionis facta pendente conditione non tribuit ius tranſmittendi. 80. 7.
Agricultura conſeruat ſtatum Reipublicæ, & eſt multum fauorabilis. 72. 25.
Agricultura non detrahit nobilitati, & quomodo intelligatur. 75. 26.
Allegans ſummam reſeruatam pro facultate teſtandi eſſe modicam debet probare. 5. 39.
Allegans donationem excedere metam legalem tenetur probare. 5. 18.
Allegans præſcriptionem quid probare debeat. 7. 15.
Allegans nullitatem actus tenetur omnia accepta reſtituere. 57. 15. & cap. 98. 23.
Allegans contraria, & incompatibilia non auditur. cap. 98. num. 19.
Alienatio facta per tutores ſtante nullitate tutelæ eſt nulla. 4. 13.
Alienatio bonorum pupilli non tenetur niſi extet æs alienum, & creditores inſtent. 4. 14. & cap. 98. 7.
Alienatio bonorum minoris non valet niſi prius facta diligenti perquiſitione, an extent mobilia, fructus, vel pecuniæ. 4. 15.
Alienatio bonorum minoris an requirat ſubhaſtationem. 4. 17. & 13.
Alienatio bonorum minoris requirit nouem ſolemnitates, quæ referuntur. 4. 19.
Alienatio prima effectualis cum tranſlatione dominij facta ab hærede grauato imputatur ei in legitimam, & trebellianicam, non autem ſimplices hypothecæ licet anteriores. 33. 10.
Alienatio neceſſaria non inducit caducitatem in emphyteuta. 58. 40.
Alienatio bonorum Eccleſiæ ex quibus cauſis ſit permiſſa, & quas ſolemnitates requirat. 69. 1. & ſeqq.
Alienatio facta ex iuſta cauſa, & bona fide, ſiue ex neceſſitate non facit alienantem incidere in pœnam. cap. 69. num. 18.
Alienatio bonorum Eccleſiæ ſtante illius vtilitate habet implicitum ſtatum validitatis. 69. 19.
Alienatio fauore Eccleſiæ, & minoris claudicat. 69. 20.
Alienatio facta reſeruato beneplacito Apoſtolico interim dicitur imperfecta. 69. 24.
Alienatio bonorum Eccleſiæ non poteſt fieri in manum mortuam. 69. 37. *Vide Vtilitas, & Beneplacitum.*
Alimenta quando compenſantur cum operibus. cap. 31. num. 12. & 42. 3.
Alimenta quando ratione conſanguinitatis, vel pietatis intelligantur donata. 42. 1. & 9. & 10.
Alimenta ſunt præſtanda, ei, cuius opera quis vtitur. cap. 42. num. 2.
Alimenta præſtita per triennium qualiter inducant obligationem in futurum. 42. 4. & 11.
Alimenta præterita an, & quando poſſint prætendi. cap. 66. num. 15.
Alimenta an habeant hypothecam, & poſſint prætendi contra tertium. 86. 16. & 17.
Alimenta an debeantur extra domum, vel tantum ad propriam menſam, & an è contra inuito alimentario poſſint extra domum præſtari. 86. 18. & 19.
Alimenta extra domum taxantur ad illam ſummam tantum, quæ expenderetur in domo. 86. 20.
Alimentorum appellatione quæ veniant tam in fauorabilibus, quàm in odioſis. 86. 21.
Alimentarius an, & quando teneatur cauere de vtendo arbitrio boni viri. 38. 25.
Amor furoris ſpecies, & an excuſet à pœna ordinaria. 64. 4.

Ani-

Animalia data in ſocidam, cuius damno, & periculo pereant. 17. 11. & ſeqq.
Animalia data alteri cuſtodienda cuius damno pereant. 17. 31. &c.
Animalia groſſa, & minuta eodem modo iudicantur reſpectu periculi. 17. 35. & 40.
Animus, & intentio diſtinguunt maleficia. 93. 19.
Antiquitas temporis operatur ſolum circa ſolemnitates negotij, non circa ſubſtantiam illius. 25. 21.
Antiquitas temporis non operatur niſi concurrente obſeruantia actus. 25. 22.
Antiquitas temporis non operatur quando ſolemnitas erat in ſcriptis redigenda. 25. 23.
Antiquitas temporis non operatur vbi ex inſpectione, & rimatione librorum conſtat non fuiſſe adhibitam ſolemnitatem. 25. 24. *Vide ſolemnitas.*
Appellans poteſt renunciare appellationi, ſed tenetur reficere expenſas. 92. 54. 55.
Appellatio admittitur in remedio cap. reintegrandæ. cap. 4. num. 23.
Appellatio non ſolum ſuſpendit, ſed extinguit iudicatum. 15. 39.
Appellatio admittitur ab omiſſa condemnatione expenſarum. 16. 21.
Appellatio an admittatur in reductione ad arbitrium boni viri. 55. 59.
Appellatione prohibita non cenſetur prohibita nullitatis allegatio. 88. 8.
Appellari poteſt à ſubuerſione ordinis iudiciarij. 92. 4.
Appellatio, & nullitatis allegatio prohibetur per ſtatutum Florentinum in cauſis centum librarum, & ab inde infra. cap. 88. num. 7.
Appellatio deuoluit totum negotium quando fuit bene appellatum, ſecus ſi malè fuit appellatum. 94. 12. &c.
Appellatione domus venit tota, & etiam apotheca. 10. 18. & 19.
Appellatione mobilium quæ veniant. 10. 32. & ſeqq.
Appellatione pertinentiarum fundi quid veniat. 18. 14.
Appellatione ſuperuiuentium filiorum, & deſcendentium an veniat fœmina. 22. 17.
Appellatione proximiorum de domo, & familia, & appellatione agnationis quando veniat fœmina. cap. 22. num. 35. & 34.
Appellatione maioris ex deſcendentibus, & familiæ qui veniant. 40. 15.
Appellatione Terræ, vel Ciuitatis venit etiam Comitatus, & appellatione ciuium veniunt etiam comitatini. cap. 49. num. 5.
Appellatione hæredum, & ſucceſſorum an veniant ſolum hæredes ſanguinis. 58. 12.
Appellatione hæredum veniunt omnes in infinitum. cap. 85. num. 17.
Appellatione ſucceſſorum qui veniant. 85. 18.
Appellatione alimentorum quæ veniant tam in fauorabilibus, quàm in odioſis. 86. 21.
Appellatione pecuniæ largè, & ſtrictè quid veniat. cap. 89. num. 9.
Aqua non poteſt deriuari per viam publicam niſi ex gratia Principis, & facto ponte cum intelligatur conceſſa ſine præiudicio aliorum. 63. 5. & ſeqq.
Arbiter eſt qui eligitur ex neceſſitate, vel voluntariè cum facultate de iure æquiparatur Iudici, & tenetur ordinem ſeruare. 55. 31.
Arbiter an poſſit imponere perpetuum ſilentium partibus. 57. 4.
Arbiter tenetur ſeruare formam compromiſſi alias nulliter agit. 57. 5.
Arbiter qui debet laudare de voto, vel cum voto alterius an, & quando teneatur tale votum ſequi. 57. 6. & 7.
Arbitrator dicitur qui nullo iuris ordine ſeruato procedit. cap. 26. num. 20.
Arbitrator dignoſcitur ex modo procedendi. 26. 20. & cap. 55. num. 31.
Arbitratori multa ſunt permiſſa pro bono pacis. 55. 34.
Arbitrator an, & quando poſſit arbitrio ſuo ex cauſa lædere vnam partem. 55. 36.
Argumentum de fæudo ad emphyteuſim quando procedat, vel non. 13. 23.
Argumentum à contrario ſenſu non procedit vbi reſultat legum correctio. 46. 19.
Argumentum à ſuperfluitate eſt admodum leue, & periculoſum. 46. 20. & cap. 67. 25.
Argumentum valet à Fiſco, Republica, & Alimentis ad Eccleſiam, vel piam cauſam. 53. 9.
Argumentum de toto ad partem quando valeat. 79. 20.
Argumentum à teſtamento ad ſtatutum, & è contra valet. 82. 22.
Argumentum à contrario ſenſu valet ad interpretationem ſtatutorum. 90. 7. & cap. 95. 3.
Arma ſumens de domo, apotheca, vel latere alterius pro ſe defendendo non incidit in pœnam. 20. 12. & 13.
Armatura pro ædificando an, & quando fieri poſſit ſupra ſolum alienum. 79. 28. & ſeqq.
Aſcendentes patis gradus ſuccedunt deſcendentibus ſine filijs defunctis. 82. 2.
Aſcendentes, vbi extant deſcendentes defuncti excluduntur etiam à legittima. 82. 3.
Aſcendentium poſt deſcendentes prior eſt cauſa ſuccedendi. 82. 12.
Aſcendentes qualiter ſuccedant defuncto cum fratribus vtrimque coniunctis ipſius defuncti, *Vide Frater.*
Aſſecurationis contractus fieri poteſt non ſolum cum extraneo, ſed cum ſocio implicitè, vel explicitè ſtatim, vel ex interuallo. 47. 6.
Aſſecuratio quando ſit licita in ſocietatibus non obſtante Bulla Sixti Quinti illam prohibente. 17. 5. & 7.
Aſſecuratio in ſocida bouum qualiter contineat iuſtitiam pretij 17. 10.
Aſſecurationis cauſa aliquid recipere non eſt vſuræ. cap. 100. num. 43.
Aſſecuratio rei ante ſententiam quando ſit permiſſa. cap. 92. num. 5.
Auctor rixæ non excuſatur à pœna ordinaria. 64. 6.
Auia qualiter poſſit eſſe tutrix nepotum, & quæ teneatur adimplere. 4. 1. & ſeqq. *Vide Mater.*
Auiamentum apothecæ an, & quomodo ſit conſiderabile ad hoc vt intereſſe pretij mercium poſſit recipi. 100. 44. & 45.
Auxiliator in delictis quomodo puniatur ſiue antè, ſiue poſt, ſiue in ipſo delicto auxilium præſtiterit. 20. 19. & 21.
Auxiliator non tenetur quando principalis fuit abſolutus, & in alijs caſibus. 20. 20.
Auxiliator præſumitur caſu adfuiſſe. 20. 20.
Auxiliator poſt delictum qua pœna plectatur. 64. 7. & 8.

B

BAnna prohibentia vſum armorum non procedunt quando ſit ad defenſam. 20 12.
Banna punientia exonerationem ſclopi cum offenſione intelliguntur de offenſione per tactum corporis, & quid diſponant iura municipalia Florentiæ. 20. 16. & 18.
Banna imponentia grauiores pœnas, quàm ius commune dicuntur ad terrorem. 20. 17.
Banna punientia receptantes bannitos an comprehendant caupones dantes eis comedere, & bibere per tranſitum, vel non valentes illis reſiſtere. 37. 16.
Banniti nec actiuè, nec paſſiuè continentur in cautione de non offendendo. 93. 22.
Banniti poſſunt offendi non obſtante cautione, pace, vel tregua cum eis inita, & debetur præmium, ſiue talea offendenti. 93. 22.
Bannitus nondum, ſed banniendus de proximo ob commiſſum delictum an, & quando poſſit ab omnibus offendi. 93. 23.
Baptizatus efficitur Ciuis illius loci in quo baptizatur, cap. 49. num. 2.
Beneficium confeſſionis pro quarta parte procedit etiam in confeſſione qualificata, quæ pro pura habetur, cap. 20. num. 22.
Beneficium pacis quomodo deducatur de reſiduo pœnæ remanentis poſt deductum beneficium confeſſionis, cap. 20. num. 23.
Beneficium pacis prodeſt tantum comparentibus, & illam producentibus, non autem contumacibus. 20. 24.
Beneficium pacis, & confeſſionis habet locum ſolum in pœnis quantitatiuis, ſecus autem in corporalibus, vel conſiſtentibus in ſpecie inalterabili. 20. 25.
Beneficium Eccleſiaſticum non poteſt diſmembrari ſine conſenſu patronorum, & parochianorum. 69. 15.
Beneficium præſumitur ab animarum cura exemptum, cap. 96. num. 13.
Beneficium quale ſit probatur ex actu viſitationis. 96. 14.
Beneplacitum Apoſtolicum requiritur in conceſſione rei Eccleſiæ vbi ſolitum alteratur. 58. 46.
Beneplacitum non eſt neceſſarium vbi res eſt ſolita concedi dummodò tale ſolitum habuerit initium ſolemne cum obſeruantia quadraginta annorum, cap. 58. num. 47. & cap. 69. num. 33.
Beneplacitum ex quanto tempore præſumatur. 58. 48. & cap. 69. 28. & ſeqq.

Beneplacitum non ſupplet defectum cauſæ. 69. 10.
Beneplacitum eſt neceſſarium in alienatione rei Eccleſiæ. cap. 69. num. 21.
Beneplacitum an, & quando operetur ante probationem vtilitatis Eccleſiæ. 69. 23.
Beneplacitum Principis reputatur pro impoſſibili. cap. 69. num. 15.
Beneplacitum Apoſtolicum retrotrahitur ad tempus alienationis, & operatur vt Eccleſia non poſſit amplius à contractu recedere. 69. 22.
Bona per additionem deſinunt eſſe hæreditaria, & efficiuntur proprium adeuntis patrimonium. 2. 9.
Bona filiorum ſpectant ad patrem quoad vſumfructum, cap. 2. & n. 6.
Bona materna qualiter reſeruentur ſorori vtriumque coniunctæ ſtante ſtatuto de fratre ſorori præferendo, quando ſumus in fratre conſanguineo tantum, cap. 2. num. 10. & ſeqq.
Bona ſubrogata fideicommiſſo ſunt reſtituenda fideicommiſſario. 3. 4.
Bona hæredis an, & quando veniant in obligatione facta à teſtatore. 23. 10.
Bona emphyteutica an veniant in reſtitutione fideicommiſſi. 33. 19.
Bona immobilia Eccleſiæ ex quibus cauſis alienari poſſint. 69. 1.
Bona Eccleſiæ non poſſunt tranſire in manum mortuam ſine beneplacito. 69. 37.
Bona ſterilia, & modicæ conſiderationis quæ dicantur, vt poſſint concedi in emphyteuſim etiam conſanguineis cum ſolo conſenſu Epiſcopi. 69. 38. & ſeqq.
Bona penes filium reperta præſumuntur à patre proueniſſe. 83. 11.
Bulla Sixti Quinti prohibens aſſecurationem capitalis, vel certi lucri in ſocietatibus, quomodo intelligenda. 17. 7. & cap. 51. 32.
Bulla cenſuum poteſt in pactum deduci, etiam vbi non eſt vſu recepta. 36. 7.

C

Calculatio noua an poſſit peti poſt laudum ſequutum ex capite erroris. 94. 12. *vide error.*
Calculatis ſemel rationibus non poteſt quis denuò cogi ad calculandum. 94. 10.
Calculus præſcriptionis qualiter ſit faciendus quando res fuit à pluribus poſſeſſa. 68. 68.
Canonicus lucratur fructus, & diſtributiones, etiam pro tempore, quo ſterit carceratus, vel alias legitimè impeditus, ſi poſteà tamquam innocens abſoluatur. cap. 43. num. 7.
Canonicatus poteſt obtineri in Eccleſia, cui quis in minoribus inſeruiuit. 49. 3.
Capitale poteſt aſſecurari in ſocietatibus remiſſa parte lucri pro pretio aſſecurationis. 17. 5.
Capitale ſi fuerit amiſſum caſu fortuito in ſocietate, in qua vnus illud poſuit, & alter induſtriam, an damnum ſit commune. 17. 18.
Captura ratione ſuſpicionis fugæ, vt ſit valida, quæ præcedere debeant. 39. 1. & ſeqq.
Captura redditur nulla ſi poſteà legitimè non probentur per creditorem neceſſaria. 39. 5.
Carceratio longa quando minuat, vel tollat pœnam. cap. 64. num. 18.
Carceratio iniuſta arguit metum, & annullat contractum, cap. 70. num. 5.
Carceratus etiam nulliter, & iuris ordine non ſeruato non debet relaxari vbi apertè conſtat de debito liquido ex illius confeſſione. 52. 1. & 2.
Carceratus dicitur qui inuitus detinetur in Arce, vel Camera. 70. 7.
Carceratus dicitur qui dedit fideiuſſores de non recedendo ab areſtio. 70. 8.
Carceratus iniuſtè, vel etiam iuſtè, ſed ad extorquendum alium contractum non poteſt contrahere cum eo, qui fecit cum carcerare. 70. 11.
Carceratus non poteſt contrahere cum cuſtode carceris, ſed benè cum alio carcerato. 70. 20.
Carceratus non poteſt hæredem inſtituere carceris cuſtodem, nec alios ſub quorum cuſtodia ſit ſequeſtratus. cap. 70. num. 21.
Carceratus an obligetur promittendo indemnitatem fideiuſſori pro eo accedenti. 70. 14.
Carceratus pro debito Fiſcali an poſſit ad inſtantiam priuati recomendari. cap. 71. num. 1.
Carceratus ad inſtantiam priuati poteſt recomendari ad inſtantiam Fiſci. 71. 3.
Carceratus ad inſtantiam priuati an poſſit recomendari ad inſtantiam alterius priuati. 71. 4. & ſeqq.
Carceratus non poteſt ab alio areſtari quando prima captura fuit nulla. 71. 5.
Carceratus non poteſt areſtari ab alio, niſi areſtare volens iam mandatum capturæ contra eum obtinuerit, vel obtineat dum ſtat carceratus, vel niſi vigore ſtatuti ſit parata executio. 71. 6. 7. & 8.
Carceratus non poteſt areſtari ab alio in die feriata. cap. 71. num. 12.
Carceratus pro vno delicto an, & quando poſſit pro alijs areſtari. 71. 14. & 15.
Carceratus pro delicto an poſſit areſtari pro debito, cap. 71. num. 16.
Carceratus poteſt ſicut eius bona retineri pro alimentis, cap. 71. n. 21. & 22.
Carceratus ſi citetur ad inſtantiam alterius an, & quando teneatur comparere per procuratorem. cap. 71. num. 23. & 24.
Carceratus in vno Tribunali ſi citetur ad aliud quid ſeruetur. 71. 25.
Carceratus ſi fuerit condemnatus, vel abſolutus an poſſit retineri pro debito. 71. 19. & 20.
Carcer priuatus quando committatur. 53. 19.
Carcer eſt mala manſio, & morti æquiparatur. 70. 6.
Caſus fortuitus an, & quando veniat ſub generali promiſſione, & an expreſſo caſu fortuito veniat inſolitus. 1. 22. & cap. 67. 6. & 11.
Caſus fortuitus quando debeat probari ab allegante. cap. 17. num. 34.
Caſus ſuperueniens recipit declarationem à ſtatu præcedente. 51. 23.
Caſus fortuitus dicitur impetus, & inundatio aquarum. 97. 5.
Caupones habent omnem malam præſumptionem contra ſe. 11. 7.
Caupones, nautæ, & ſtabularij cadunt ſub Rubrica tilum latronum. 37. 1.
Caupones qualiter teneantur de furto in hoſpitio, naui, vel ſtabulo commiſſo. 37. 2.
Caupones, & ſimiles tenentur de facto ſuæ familiæ. cap. 37. num. 4.
Caupones qualiter teneantur de facto viatorum, & extraneorum. 37. 7.
Caupones an teneantur ſi proteſtati fuerunt ſe nolle teneri de facto viatorum, & extraneorum. 37. 8. & 11.
Caupones an poſſint impedire ne aliud vicinum hoſpitium aperiatur. 37. 18.
Caupones an releuentur à cuſtodia per traditionem clauium Cameræ factum hoſpiti. 37. 9.
Caupones præſumuntur in dolo quando furtum factum fuit ſine fractura, vel per feneſtram baſſam non habentem ferratam. 37. 10.
Caupones an teneantur de caſu fortuito, vel de leuiſſima culpa. 37. 12. & 13.
Caupones an, & quando teneantur omnes viatores recipere. 37. 15.
Caupones qualiter excuſentur à pœna receptantium bannitos. 37. 16.
Caupones an ſint exempti ab albergo militum. cap. 37. n. 17. & 19.
Cauſa ſimulationis non debet de neceſſitate exprimi niſi petatur à parte, & ſufficit opinata. cap. 5. num. 42. & 43. & 25. 42. & 43.
Cauſa iuſta litigandi an, & quando excuſet ab expenſis etiam ſtante ſtatuto quod victus victori in illis condemnetur. 6. 4. & ſeqq.
Cauſa finalis denotatur ex proœmio. 10. 13.
Cauſa expreſſa à teſtatore debet attendi. 10. 14.
Cauſæ iuſtæ recuſandi Iudicem ſuſpectum quæ ſint. 12. 16. & ſeqq.
Cauſa ſimulationis quæ ſit iuſta. 25. 40. & 41.
Cauſæ ſuſpicionis fugæ quomodo probari debeant. cap. 39. num. 22.
Cauſæ legitimæ excuſationis in tutelis, & curis quæ ſint. 47. 17.
Cauſa ceſſionis bonorum de iure debet expediri intra tres menſes. 54. 35.
Cauſa grauis, & vrgens requiritur in alienatione rerum minoris. 98. 7.
Cauſa iuſta alienandi quando dicatur adeſſe, & quæ ſint iuſtæ cauſæ, ex quibus bona Eccleſiæ poſſunt alienari, cap. 69. n. 1. & ſeqq.
Cauſa an, & quando poſſit, vel debeat per Iudicem expediri

etiam poſt peremptam inſtantiam ſtatuti intra tempus à iure communi præfixum. 88. *per tot.*
Cauſa noua excuſat ab incurſu pœnæ in cautione de non offendendo. 93. 24.
Cautela ad probandum creditum vt mittantur litteræ debitori ſuper eo, qui illas recipiat ſine contradictione. cap.26. num.5.
Cautelæ ad excludendum ius congrui. 68. 49.
Cautelæ pro filio fam. ad euitandum carceres pro debito eſt vt faciat ſe emancipare. 81. 14. *vide Priuilegium.*
Cautela vt recipi poſſint fructus recompenſatiui etiam data dilatione ad ſoluendum. 84. 34.
Cautela ad faciendum aliquem eſſe hæredem. 99. 13.
Cautio de reſtituendo pecuniam anterioribus quando ſit præſtanda à creditore, cui ſoluitur per emptorem de pretio rei emptæ. 19. 6. 15. & cap.84. 6.
Cautio Mutiana quando admittatur loco implementi conditionis. 38. 6.
Cautio Mutiana non habet locum in contractibus inter viuos, nec in pijs cauſis. 38. 7.
Cautio Mutiana eſt præſtanda etiam ſi non petatur à parte. 38. 10.
Cautio Mutiana quid operatur, ſi non ſeruetur conditio. 38. 12.
Cautio Mutiana eſt præſtanda ab vxore, cui relicta ſunt alimenta ſi cum filio habitauerit. 38. 9.
Cautio iuratoria quando non admittatur. 39. 30.
Cautio de modo implendo debet præſtari ab eo, cui fuit aliquid relictum ſub modo. 72. 5.
Cautio de reſtituendis ſumptibus litis ſubminiſtratis ab aduerſario in caſu ſuccumbentiæ an, & quando ſit præſtanda. cap.86. num.11.
Cautio de non offendendo quando non ſit præſtanda. cap.93. num.1.
Cautio de non offendendo præſtita ab vna parte an valeat donec reciprocè præſtetur ab altera. 93. 2. & 3.
Cautio de non offendendo debet præſtari pro ſe, conſanguineis, & affinibus vſque in quartum gradum. cap.93. num.4.
Cautio de non offendendo an cenſeatur ſublata, vt amplius non obliget quando fuit rupta ab alia parte. cap.93. num.10.
Cautio de non offendendo an, & quando frangatur per inſultum. 93. 11. & ſeqq.
Cautio an rumpatur per exonerationem archibuſij contra alteram partem non ſequuta offenſione. 93. 12.
Cautio an rumpatur per conſpuentem in faciem alterius. 93. 14.
Cautio non rumpitur per ſimplices, ac verbales iniurias. 93. 15.
Cautio non rumpitur per fœminas nec actiuè, nec paſſiuè. 93. 16.
Cautio an rumpatur per adulterium, vel ſtuprum commiſſum cum vxore, vel filia alterius. 93. 17.
Cautio an rumpatur per furtum. 93. 18.
Cautio de non offendendo non rumpitur ceſſante animo offendendi. 93. 19.
Cautio an rumpatur per falſum teſtimonium perhibitum contra aduerſarium. 93. 20.
Cautio non rumpitur ſtante noua cauſa. 93. 24.
Cautio de non offendendo non rumpitur per offenſionem eorum, qui poſſunt licitè offendi, & non comprehendit bannitos, nec actiuè, nec paſſiuè. cap.93. num.21.
Cautio an rumpatur vbi non conſtat quis primò offenderit, vel prouocauerit. 93. 25.
Cautio de non offendendo quanto tempore duret. cap.93. num.29.
Cautio remanet extincta ſequuta pace, an autem ſufficiat pax extraiudicialis, vel debeat fieri coram Iudice. cap.93. n.30. &c.
Cautio prædicta an comprehendat filios ſpurios, & naturales tantum. 93. 5.
Cautione rupta ab vno conſanguineo, tenetur ille reſtituere pœnam ei, qui coactus fuit ſoluere. 93. 28.
Cedens poſt ceſſionem factam non poteſt amplius agere cum iure ceſſo. 8. 31.
Cedenti poteſt obijci, Amice ad quid veniſti, ſi ius tuum alteri ceſſiſti. 8. 35.
Cedente ſolui non poteſt poſt ceſſionem. 8. 33.
Cedens non poteſt plus iuris transferre quam ipſe habeat. cap.8. num.39.
Cedens bonis non remanet à debito liberatus. 54. 5.
Cedens bonis qualiter teneatur cauere de ſoluendo, ſi ad pinguiorem fortunam deuenerit. 54. 6.
Cedens bonis tenetur poſtea ſolum in quantum facere poteſt, & non poteſt amplius carcerari. 54. 7.
Cedens bonis poſteà repellitur ab agendo contra alios. cap.54. num.10.
Cedens bonis nihil poteſt retinere præter vnam veſtem. 54. 19. *Vide Ceſſio.*
Cenſus poteſt licitè de vno fundo ad alium transferri ſine nouatione. 30. 23.
Cenſus an poſſit imponi ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis, & quid ſequatur purificato fideicommiſſo. cap.33. num.11. & ſeqq.
Cenſus quomodo tribuat prælationem in venditione fundi cenſiti. *Vide Dominus cenſus.*
Cenſus ſuper re propria non conſiſtit. 36. 19.
Cenſus quando poſſit pro parte extingui. 56. 10.
Cenſus in extinctione non requiritur pecunia numerata, cap.56. num.10.
Ceſſio in ampla forma cum clauſula ponens, &c. transfert omnes actiones etiam directas in ceſſionarium, vel reddit eas inefficaces penes cedentem. 8. 32.
Ceſſio an ſit notificanda debitori, qui de illa notitiam habet. 8. 34.
Ceſſio quando dicatur ſimulata, & calumnioſa. 22. 31.
Ceſſio iurium quo tempore ſit facienda, vt proſit ceſſionario. 44. 3.
Ceſſioni bonorum non poteſt renunciari etiam cum iuramento. 54. 2.
Ceſſio bonorum an fieri poſſit poſt acceptatam dilationem quinquennalem. 54. 3.
Ceſſio bonorum poteſt prohiberi per ſtatutum expreſsè, vel tacitè. 54. 4.
Ceſſio bonorum non liberat à debito, ſed tantum parat exceptionem ne cedens teneatur vltra quàm facere poſſit, cap.54. num.5.
Ceſſio bonorum facta cum vno creditore afficit omnes alios etiam non citatos. 54. 8.
Ceſſio bonorum non prodeſt pro debitis poſteà contractis, niſi iterùm fiat. 54. 9.
Ceſſio bonorum eſt refugium miſerorum, non præſidium doloſorum. 54. 12.
Ceſſio bonorum in quibus caſibus, & quando non proſit cedenti. 54. 13.
Ceſſio bonorum eſt nulla, ſi cedens ſibi denarium reſeruat. 54. 20.
Ceſſio bonorum qua forma ſit facienda. 54. 22. & 23.
Ceſſio bonorum non poteſt fieri ab hærede, qui non fecit inuentarium. 54. 18.
Ceſſionis forma ignominioſa quando cenſeatur remiſſa per Principem. 54. 24.
Ceſſio bonorum qua forma ſeruata fiat in ſtatu Eccleſiaſtico. 54. 25.
Ceſſio bonorum facta per debitorem non prodeſt fideiuſſori, & quando ſecus. 54. 26.
Ceſſio bonorum pro quibus debitis non ſuffragetur. 54. 27. & ſeqq.
Ceſſionis bonorum cauſa intra quantum tempus expedienda. 54. 35.
Ceſſio bonorum fieri non poteſt ad euitandas publicas functiones. 54. 34.
Ceſſio iuriſpatronatus non poteſt fieri ſine conſenſu Epiſcopi, & facta non præualet alteri ceſſioni poſteà cum dicto conſenſu factæ. 96. 29.
Ceſſionarius repellitur per eaſdem exceptiones, quibus repellebatur cedens. 8. 39.
Ceſſionarius ſi agat proprio nomine, & non ceſſionario non poteſt obtinere, & quando ſecus. 22. 30. & 32.
Ceſſionarius non coniunctus habens ceſſionem à coniuncto an teneatur compromittere vigore ſtatuti. 55. 10.
Ceſſionarius qui non habet electionem fori ex eius perſona, poteſt ad ſuum forum trahere debitorem ceſſum, qui non poterit declinare forum, prout potuiſſet contra cedentem. 55. 11.
Citatio generalis per proclama an ſufficiat in confectione inuentarij. 3. 22.
Citatio partis eſt neceſſaria ad videndum eligi peritos. 12. 6.
Citatio eſt neceſſaria in relatione peritorum cùm habeat vim ſententiæ. 12. 7.
Citatio ad ſententiam remanet circumducta, & annullata ob admiſſionem aliorum iurium. 41. 2.
Citatio an, & quando ſit neceſſaria in taxatione expenſarum. 41. 7.
Citatio an, & quando ſit neceſſaria in laudo. 55. 32. & 33.
Citatio Rectoris requiritur in probatione vtilitatis Eccleſiæ. 69. 13.
Citatio ſemper eſt neceſſaria illius, qui ex actu lædi poteſt. 69. 14.
Citatio non poteſt tolli per ſtatutum. 71. 9.
Citatio euaneſcit ob non comparitionem partis citantis. 78. 6.

Citatio debet legitimè executa reproduci in termino. 87. 7.

Citationis defectus ſanatur per comparitionem partis citatæ. 78. 8.

Citatio prima in principio cauſæ eſt perſonaliter exequenda. 78. 9.

Citatio perſonalis requiritur ad conſtituendum in vera contumacia. 78. 10.

Citatio ad ſententiam pro prima die iuridica, & omni alia die, & hora, tamquam nimis vaga non valet vltra primam diem. 78. 11.

Citatio ſpecifica ad ſententiam pro certa die eſt neceſſaria, alias ſententia eſt nulla, nec valet ſtylus contrarius. 78. 12.

Citatio an, & quando ſit neceſſaria in executione. cap. 6. n. 92.

Ciuis quis efficitur illius loci, in quo naſcitur, & iſta ciuilitas eſt alijs præſtantior. 49. 1. & 4.

Ciuis quis efficitur illius loci in quo baptizatur. 49. 2.

Ciuium appellatione veniunt etiam comitatiui. 49. 5.

Clauſula cæterata extenditur iuxta conſuetudinem, & quid operetur. 14. 2. & ſeqq.

Clauſula cæterata quid complectatur. 14. 6.

Clauſula cæterata non operatur quando non fuit expreſſa intentio partium. 14. 17.

Clauſulæ quantumuis geminatæ, & iuratæ deficiente conſenſu non operantur. 14. 18.

Clauſulæ cæteratæ reſtringuntur ad ea, quæ ſunt de natura contractus, & non inducunt nouam ſeruitutem. cap. 20. num. 14.

Clauſula non aliter, nec alio modo arguit intentionem præciſam. 17. 47.

Clauſula ſe referens ad Bullam præſeruat à pœna. 17. 46.

Clauſula annullatiua actus denotat formam ſubſtantialem. 25. 3.

Clauſula ſibi inuicem, & viciſſim reciprocam actionem inducit. 26. 33.

Clauſula ſine præiudicio reddit actum conditionalem, & remouet conſenſum in caſu præiuditij. 30. 8.

Clauſula eo caſu importat reſtrictionem ad tempus delatæ ſucceſſionis. 34. 23.

Clauſulæ omnes redduntur inefficaces ex defectu conſenſus ſtante ſimulatione. 48. 14.

Clauſula ad habendum &c. quando reddat emphyteuſim ad extraneos hæredes tranſitoriam, & quando cenſeatur appoſita de ſtylo Notariorum, & reſtringatur. 58. 4. & 53. & 51.

Clauſula iuxta iuris diſpoſitionem quid operetur. 58. 27.

Clauſula quod ſpecialitas generalitati non deroget, quid operetur. 73. 6. & 7.

Clauſula ad habendum, &c. & ſimiles, quid importent in inueſtituris. 85. 24. & 25.

Clericatus ſuperueniens an eximat à iure ſtatutario Laicorum, & ſic an attendatur tempus conditæ Statuti, vel delatæ ſucceſſionis. 34. 19. & 20.

Clericatus ſufficit ad eximendum à ſtatuto tempore, quo ſtatutum ſuum producit effectum. 34. 21.

Clericatus ſufficit ad eximendum à ſtatuto quando eius verba ſunt directa in tempus delatæ ſucceſſionis. 34. 22. *Vide ſtatutum excludens.*

Clericus non poteſt gerere tutelam teſtamentariam. 4. 11.

Clericus tenetur petere tutorem conſanguineis ſuis pupillis. 4. 12.

Clericus in vita, reſpectu beneficij æquiparatur vſufructuario. 13. 20.

Clericus ſuccedens in beneficio non tenetur reſtituere ſemen deiectum hæredibus prædeceſſoris. 13. 22.

Clericus ſuccedens in beneficio an poſſit prætendere ſemina pro anno ſequenti ab hæredibus prædeceſſoris, qui recollectis fructibus ſtatim deceſſit. 13. 22.

Clericus ordinatus ſine patrimonio an, & quando poſſit agere coram Epiſcopo, vt illi prouideat. 25. 44.

Clericus ordinatus ad titulum ficti patrimonij ſi ſit particeps fraudis incurrit ſuſpenſionem, nec poteſt agere coram Ordinatore, vt illi prouideat. 25. 45. & ſeqq.

Clericus non poteſt alienare, nec obligare bona, ad quorum titulum fuit ordinatus ſine conſenſu Epiſcopi, nec poteſt illa remittere, vel retrodonare donatori. 25. 47. & ſeqq.

Clericus non poteſt reſignare beneficium, niſi habeat aliundè viuere. 25. 49.

Clericus alienando bona, ad quorum titulum fuit ordinatus, an incurrat ſuſpenſionem. 25. 51.

Clericus an poſſit vti ſtatuto Laicorum ad excludendum fœminas. 34. 2. & 5.

Clerici hæreditas an deferatur ſecundum ſtatuta Laicorum. 34. 4.

Clericus an comprehendatur à ſtatuto Laicorum excludente fœminas, & earum deſcendentes. capit. 7. num. 34. & ſeqq.

Clerici non ligantur ſtatuto Laicorum circa ſucceſſiones, nec aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ, vel earum familiares. 34. 10. & 11.

Clerici an ligentur ſtatuto Laicorum condito ob publicam vtilitatem, & tranquillitatem populi. 34. 17. *Vide ſtatutum.*

Clerici poſſunt actiuè vti ſtatuto Laicorum. 49. 50.

Clerici an poſſint cogi ad faciendum compromiſſum vigore ſtatuti. 55. 3. & ſeqq.

Clerici poſſunt actiuè vti iure congrui contra Laicos. cap. 2. n. 68.

Clerici poſſunt prohiberi ne vtantur beneficio ſtatuti Laicorum, & hoc ab ipſo ſtatuto Laicorum. 68. 3.

Clerici quomodo poſſint paſſiuè conueniri iure congrui. 68. 4. & ſeqq.

Clericus ſi vendat Laico, an poſſit emptor iure congrui conueniri. 68. 11. & 12.

Clericus ſi vendat alteri Clerico, ceſſat ius congrui. cap. 24. num. 68.

Clericus an, & quando poſſit pro Laico fideiubere. cap. 2. n. 81.

Clericus vigore *cap. Odoardus de ſolut.* non tenetur vltra quàm facere poſſit. 81. 4.

Clericus quando non gaudeat priuilegio cap. Odoardus. 81. 5.

Clericus non poteſt pro debito carcerari, non obſtante iuramento, & obligatione Camerali, niſi expreſsè ſuo renunciauerit priuilegio. 81. 7.

Clericus deueniens ad pinguiorem fortunam, tenetur in quantum facere poteſt. capit. 9. num. 81. *Vide Priuilegium.*

Clerici ab emendis litigijs, à cupiditate, & auaritia, & omni alia negotiatione abſtinere debent. 87. 24.

Comitatus venit appellatione Terræ, vel Ciuitatis. capit. 5. n. 49.

Comitatini veniunt appellatione Ciuium. 49. 5.

Commodum qui ſentit, debet ſentire incommodum. 63. 4. & 51.

Commoditas poſſeſſionis nemini eſt auferenda. 92. 3.

Compenſatio de debito neceſſario teſtatoris admittitur cum legato, non autem de debito voluntario. cap. 7. n. 10. & ſeqq.

Compenſatio admittitur quando frater dotat ſororem, nam intelligitur facere animo compenſandi cum legato. cap. 21. num. 90.

Compenſatio non intrat etiam in debito neceſſario quando legatum apparet ex alia cauſa, quàm debiti factum. 10. 15.

Compenſatio legati cum debito, an admittatur, pendet à voluntate teſtatoris. 10. 16.

Compenſatio quando fuit oppoſita ipſo facto debitum extinguit. 56. 1.

Compenſatio poteſt opponi, etiam ſi ei fuerit renunciatum. 56. 2.

Compenſatio fit ipſo iure etiam ante oppoſitionem ad euitandam pœnam, & moram. 56. 3.

Compenſatio an, & quando poſſit opponi, etiam poſt ſententiam. 56. 4. & 5.

Compenſatio quando poſſit opponi in ſecunda inſtantia. 56. 6.

Compenſatio poteſt opponi à debitore debitoris conuento. 56. 7.

Compenſatio qualiter poſſit opponi à fideiuſſore, cap. 8. n. 56.

Compenſatio admittitur etiam in iudicio Saluiani. capit. 9. n. 56.

Compenſatio qualiter admittatur ad extinguendum cenſum etiam pro parte. 56. 10.

Compenſatio non conſtituit in quaſi poſſeſſione exigendi. 56. 11.

Compenſatio dicitur impropria, & ficta ſolutio. 56. 12. Vbi quod non comprehenditur in ſtatuto loquente de ſolutione.

Compenſatio an admittatur in caſibus dilationem non patientibus. 56. 13.

Compenſatio an & quando admittatur etiam in debito iurato. 56. 14. & ſeqq.

Compenſatio de liquido, ad non liquidum non admittitur. 56. 20.

Compenſatio non admittitur de eo quod requirit altiorem indaginem. 56. 21.

Compenſatio de liquido ad non liquidum quando admittatur. 56. 22. &c.

Compenſatio non admittitur in depoſito. 56. 24.

Com-

Compenſatio de ſpecie ad quantitatem non admittitur. 56. 25.
Compenſatio vt admittatur quæ ſint neceſſaria. 56. 26.
Compenſatio non ſit de debito conditionali, vel in diem ad purum. 56. 27.
Compenſatio non eſt adeò fauorabilis, prout retentio. 56. 28.
Compenſatio qualiter poſſit opponi contra vnum tutorem pro debito alterius tutoria. 56. 33.
Compenſatio, quæ poterat opponi contra cedentem an, & quando poſſit opponi contra ceſſionarium. 56. 34. & ſeqq.
Compenſatio non admittitur quando quia repræſentat duas perſonas vnam vti debitor, alteram vti creditor. 56. 31.
Compenſatio non admittitur de credito vnius negotiationis, vel apothecæ ad debitum alterius etiam ſi agatur cum eiſdem perſonis. 56. 32. *Vide Retentio.*
Compromiſſum de rebus Eccleſiaſticis, vel vbi agitur cum Clerico factum in Laicum non valet. 55. 6.
Compromiſſum non poteſt peti vbi agitur de promiſſione Iurata. 55. 7.
Compromiſſum peti non poteſt contra ſcripturam publicam, & liquidam. 55. 13.
Compromiſſum non valet ſuper teſtamento, niſi illius verbis lectis, & perſpectis. 55. 14.
Compromiſſum ſuper re clara, & non dubia eſt nullum. 55. 15.
Compromiſſum peti debet in termino à ſtatuto præfixo. 55. 16.
Compromiſſum an ſit faciendum toties quoties donec lis fuerit terminata. 55. 23.
Compromiſſum, cum facultate prorogandi, durat vltra binam prorogationem. 55. 24.
Compromiſſum ſi prorogetur debet partibus intimari. 55. 25.
Compromiſſo facto an poſſint partes redire ad Iudicem ordinarium. 55. 27. & 28.
Compromiſſum in quibus cauſis peti non poſſit. 55. 29. & 30.
Compromiſſum eſt nullum ſi præſcribat certam formam procedendi. 55. 37.
Compromiſsum nihil operatur antequam ſit acceptatum. 55. 38.
Compromiſſum an expiret ob dignitatem ſuperuenientem in arbitro, vel tranſeat in ſucceſsorem. 55. 39.
Compromiſsum an requirat ſcripturam. 55. 40.
Compromiſsum poteſt fieri cum pœna, quæ poteſt exigi. 55. 41.
Compromiſsum factum ſine expreſſione temporis durat per triennium, & quando vlterius. 55. 44. & 45. *vide Statutum, & Laudum.*
Conceſſio facta ad certum tempus, vel certum negotium illo finito reſoluitur. 7. 20.
Conceſſio emphyteuſis quando dicatur noua. 58. 34.
Conceſſio aquarum per viam publicam intelligitur ſine aliorum præiudicio, & facto ponte. 63. 7.
Conatus occidendi aliquem cum archibuſio quomodo puniatur. 64. 19.
Concluſio in cauſis quando dicatur facta, & quid operetur. 41. 1.
Condemnatus in pœnam exilij vel confinij an poſſit retineri pro debito. 71. 19.
Condemnatus in contumaciam ſolet admitti ad nouas defenſiones. 71. 24.
Conditio an, & quando retrotrahatur tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus ad effectum anterioritatis hypothecæ. 23. 1. & ſeqq.
Conditio antequam ſit impleta nihil ponit in eſſe, & quando habeatur pro impleta. 38. 1. & 2. & cap. 89. 12. & ſeqq.
Conditio non requirit cauſam, & etiam leuis, vel impertinens niſi ſit turpis, vel impoſſibilis debet impleri. 38. 3.
Conditio ſi ſine liberis ſubintelligitur à iure quando deſcendentes teſtatoris fuerunt grauati. 38. 4. & cap. 74. 11.
Conditio ſi ſine liberis an ſubintelligatur vbi fuit grauatus amicus intrinſecus. 74. 12.
Conditio ſi ſine liberis expreſſa facit ſubſtitutum excludi per monaſterium, ſecus autem tacita à iure ſubintellecta. 74. 13. & 14.
Conditio ſi ſine liberis deficit per exiſtentiam vnius tantum filij etiam ſi non ſit hæres, & quando requiratur quòd ſit hæres. 74. 19. & ſeqq. ad 31.
Conditio ſi ſine liberis appoſita Sacerdote reijcitur, & eo mortuo admittitur ſubſtitutus tamquam purè vocatus. 74. 15.
Conditio ſi ſine liberis deficit etiam ſi filius natus momento tantum vixerit, vel etiam ſi ſit poſthumus, & de ventre matris extractus. 74. 21.
Conditio ſi ſine liberis an deficiat per exiſtentiam fœminæ. 74. 23.
Conditio ſi ſine liberis an deficiat per exiſtentiam nepotis ex filio, vel filia præmortuis, & an per filios ſuſceptos à patre banoito. 74. 24.
Conditio ſi ſine liberis de quibus intelligatur an de adoptiuis, naturalibus tantum, vel legitimatis per ſubſequens matrimonium, 74. 25. & ſeqq. *vide Subſtitutus.*
Conditione pendente non eſt locus tranſmiſſioni. cap. 80. num. 5.
Conditio omninò caſura, & euentura non impedit tranſmiſſionem. 89. 49.
Conditio caſtè, & honeſtè viuendi ſemper cenſetur appoſita vxori. 38. 5.
Conditio vna diſtincta ab altera quid operetur. 58. 24.
Conditio cenſetur appoſita ad reddendum grauamen conditionatum. 67. 10.
Conditiones plures coniunctim appoſitæ debent omnes impleri. 72. 2.
Conditione non impleta non datur actio. 72. 4. & 11.
Conditiones ſunt in triplici differentia, & quales ſint. 72. 8.
Conditio neceſſaria non reddit actum conditionalem, ſed purum. 72. 9.
Conditio eſt propriè de futuro euentu. 72. 10.
Conditio impoſſibilis quomodo vitiet contractus, vel non. 72. 12. & 13.
Conditio impoſſibilis in matrimonio reijcitur. 72. 15.
Conditio impoſſibilis in vltimis voluntatibus habetur pro non appoſita, & quando ſecus, & vitiet vltimas voluntates, & quid in foro conſcientiæ. 72. 16. & ſeqq. ad 22.
Conditio de habitando in certo loco an dicatur reſtringere libertatem, & ſit reijcienda, vel non. 72. 23. & 24.
Conditio ſi legatarius non efficiatur Sacerdos an ſit reprobata. 72. 27. & 29.
Conditio qualiter differat à modo. 72. 6.
Conditio auertens à procreandis liberis non valet. 74. 1.
Conditio viduitatis reprobatur tam in maſculo, quàm in fœmina virginibus, & quando valeat in alijs. 74. 2. 3. & 4.
Conditio inuitans ad matrimonium contrahendum qualiter valeat. 74. 5.
Conditio contraria libertati matrimoniali reijcitur. 74. 5.
Conditio nubendi, vel præceptum ſub pœna amiſſionis magni lucri an ſit reprobata. 74. 6.
Conditio inuitans ad procreationem filiorum eſt turpis ſi adijciatur Sacerdoti, Monaco, vel Moniali. 74. 7.
Conditio nubendi debet intra triennium poſt pubertatem, & mortem teſtatoris impleri, alias dicitur defecta. 74. 8.
Conditio matrimonij ſpiritualis eodem tempore debet impleri prout alia matrimonij carnalis. 74. 9.
Conditio inducitur per ablatiuum abſolutum in quacumque diſpoſitione. 74. 10.
Conductor non ſoluens penſionem tempore conuento cadit à commodo contractus, & poteſt expelli. 1. 1.
Conductor eiectus ex ſua culpa tenetur ſoluere penſionem pro toto tempore. 1. 2.
Conductor perſeuerans in re conducta poſt finitum tempus dicitur tacitè reconducere. 1. 3.
Conductor quanto tempore perſeuerare debeat poſt finitum tempus vt inducatur tacita reconductio. 1. 4.
Conductor cenſetur reconducere cum eadem penſione. 1. 5.
Conductor ſi velit recedere quomodo teneatur notificare domino. 1. 6.
Conductor tenetur ad penſionem donec reſtituat rem in eodem ſtatu bonitatis. 1. 8.
Conductor propter malum vſum poteſt expelli. 1. 9.
Conductor tenetur ad penſionem donec rem detinet. 1. 10.
Conductor vt dicatur tacitè reconduxiſſe quæ requirantur. 1. 12. &c. *vide Reconductio.*
Conductor molendini an ſtante deſtructione cluſæ habeat remiſſionem penſionis. 1. 21. & cap. 97. 4.
Conductor cenſetur reconduxiſſe ſub eiſdem pignoribus, & hypothecis, & via executiua contentis in primo contractu. 30. 1. & 2.

Conductor dicitur potius perſeuerare, & continuare quàm de nouo conducere. 30. 2.
Conductor repetit expenſas vtiles, & neceſſarias in re conducta factas. 97. 2.
Conductor ſi re ad vſum deſtinatum vti non poſſit, habet remiſſionem penſionis. 97. 3.
Conductor rei inundationis aquarum ſuppoſitæ non habet remiſſionem penſionis. 97. 8.
Conductor ſciens ſtatum rei conductæ ſibi imputare debet. 97. 9.
Conductor, qui ſe obligauit ad omnia reparationum onera qualiter teneatur. 97. 12.
Conductor ad quas expenſas teneatur. 97. 14.
Conductor habens penſionem in manibus tenetur prouidere rei conductæ, alias non habet remiſſionem penſionis. 97. 15.
Conductor ſi eſt cauſa damni non habet remiſſionem. 97. 16.
Conductor tenetur denunciare locatori caſum, ob quem remiſſionem prætendit. 97. 18. *Vide Remiſſio.*
Confeſſio venditoris an probet contra emptorem. 7. 19, & 28.
Confeſſio ad vnum finem facta non debet contrarium operari. 7. 24.
Confeſſio qualificata non poteſt diuidi, ſed debet in totum acceptari ſtante maximè vnico contextu, & præſumptione iuris pro qualitate adiecta. 7. 22. & 23.
Confeſſio conditionalis nihil ponit in eſſe. 7. 25.
Confeſſio qualificata in criminalibus habetur pro pura, & ſimplici, & ſufficit ad condemnandum ſi qualitas adiecta non probetur. 20. 22.
Confeſſio filij fam. quod ſit mercator non validat contractum. 25. 12.
Confeſſio partium non attenditur vbi prohibetur contractus ſine certa qualitate ſi illam adfuiſſe fateantur. 25. 15.
Confeſſio inſtitoris nocet domino. 37. 5.
Confeſſio facta poſitionibus concernentibus dominium, & poſſeſſionem auctoris probat, licet poſſeſſor non teneretur ei reſpondere. 44. 13. & cap. 78. 19.
Confeſſio debitoris circa debitum quid operetur. 51. 3.
Confeſſio ſine cauſa non nocet. 52. 6.
Confeſſio emanata ex falſa cauſa, & ſuppoſito non vero eſt nulla, & non præiudicat. 58. 7. & cap. 57. 21.
Confeſſio an, & quomodo admittat probationem erroris. 58. 4. & 5.
Confeſſio ficta reſultans ex poſitionibus habitis pro confeſſis poteſt reuocari, admittit probationem in contrarium, & perit perempta inſtantia. 78. 20. 21. & 22.
Confeſſio eſt maior omni alia probatione. 79. 13.
Confeſſio partis circa valorem beneficij quid operetur. 96. 11. & 12.
Confirmatio ſtatuti quando dicatur in forma ſpecifica. 34. 13.
Confirmatio etiam in forma ſpecifica non ſupplet defectum voluntatis. 34. 14. & 15.
Coniecturæ denotantes ſimulationem quæ ſint. 5. 41. & cap. 48. 15. &c.
Coniecturæ in claris non ſunt neceſſariæ. 51. 30.
Coniecturæ reddentes emphyteuſim hæreditariam quales ſint. 58. 15. & ſeqq.
Coniecturæ denotantes emphyteuſim pactionatam. 58. 30.
Coniectura ſuperfluitatis admodum leuis, & infirma. 67. 25, & cap. 46. 20.
Coniecturæ inducentes tranſmiſſionem quales eſſe debeant. 80. 13. &c.
Coniecturæ inducentes vocationem quæ ſint. 80. 15.
Coniux tranſiens ad ſecunda vota tenetur reſeruare filijs primi matrimonij quidquid eius occaſione habuit. 35. 2. *Vide Diſpoſitio.*
Coniux legando in caſu ſecundarum nuptiarum an videatur iniuriam ex illis reſultantem remittere. 35. 11. & 13. & 31. & 33.
Coniux tranſiens ad ſecunda vota non poteſt alienare in ſecundum coniugem plus quam relinquat vni ex filijs primi matrimonij, & quare. 46. 2.
Conſenſus expreſſus tam patris quàm filiorum requiritur in remiſſione beneficij *l. fœminæ de ſecund. nupt.* 35. 18. & 20.
Conſenſus non porrigitur ad ignorata, & incognita. 35. 22.
Conſenſus an inducatur ex fideiuſſione ad effectum ſeſe excludendi à iure congrui. 68 48.
Conſenſus patronorum, & parochianorum requiritur in diſmembratione beneficij. 69. 15.
Conſenſus Epiſcopi eſt neceſſarius in ceſſione iuriſpatronatus, & an præſumatur ex lapſu temporis, & dicatur præſtitus per inſtitutionem factam ad præſentationem ceſſionarij. 96. 28. &c.
Conſilium ad delictum non eſt punibile niſi pluribus concurrentibus. 64. 14.
Conſignatio non eſt neceſſaria, ſed ſufficit ſimplex immiſſio vt caupo, nauta, vel ſtabularius teneantur de furto. 37. 6.
Conſors præfertur vicino in retractu. 68. 16.
Conſortes vbi plures adſunt, locus eſt gratificationi quoad prælationem emendi. 68. 17.
Conſtitutio Ægidiana locum habet in Romandiola Eccleſiaſtica. 5. 51.
Conſtitutum dicitur ſimulatum, & non operatur ſtante ſimulatione contractus principalis. 5. 32. & 45.
Conſtitutum non operatur in præiudicium tertij. 5. 46.
Conſtitutum transfert poſſeſſionem in conſtitutarium. 8. 16.
Conſtitutum an faciat ceſſare remedium Saluiani. 8. 17.
Conſtitutum transfert poſſeſſionem ciuilem, & naturalem ad effectum manutenendi, & quoſcumque alios effectus. 8. 18.
Conſtitutum non operatur niſi conſtet conſtituentem poſſediſſe tempore facti conſtituti. 8. 19.
Conſtituentem poſſediſſe negans tenetur probare. 44. 9.
Conſtitutum extinguitur morte conſtituentis, & quomodo hoc intelligatur. 8. 20.
Conſtitutarius retinet ſaltem ciuilem poſſeſſionem poſt mortem conſtituentis. 8. 21.
Conſtitutum operatur vt vxori competat retentio in bonis viri etiam nondum probata inopia. 29. 8.
Conſtitutum an probet primum extremum Saluiani. 44. 8. & 10.
Conſtitutum ratione incertitudinis vitiatur. 62. 4.
Conſuetudo debet plenè probari in caſu de quo quæritur. 3. 17.
Conſuetudo facit præſumere titulum ad iuſtitiam, & validitatem contractus. 17. 4.
Conſuetudo quando incipiat præſcribi. 17. 25.
Conſuetudo quomodo probetur, & quæ requirat. 17. 24.
Conſuetudo locandi bona Eccleſiæ quomodo ſit probanda. 69. 34.
Conſuetudo concedendi bona Eccleſiæ non poteſt alterari ſine beneplacito. 69. 36.
Conſuetudo ſoluendi intereſſe dotis quomodo interpretanda. 84. 9.
Conſuetudo alienandi emphyteuſim in præiudicium vocatorum quando valeat. 90. 36.
Conſuetudo excuſat à pœna vſurarum. 160. 38. Non tamen excuſat a damnis verſus partem. 100. 42.
Conſuetudo non poteſt validare contractum euidenter vſurarium. 100. 39. Etiam ſi fuerit in contradictorio iudicio obtenta. 100. 40.
Conſuetudo irrationabilis, & continens peccatum dicitur corruptela, & non eſt attendenda. 100. 41.
Contractus fauore minorum claudicat. 98. 10. idem in Eccleſia. 69. 20.
Contractus nullus debet vel in totum approbari, vel in totum reprobari. 98. 17.
Contractus eſt indiuiduus. 98. 18.
Contractus ex curſu temporis non dicitur ratificatus ſtante defectu ſolemnitatum. 4. 44.
Contractus viduarum, & ſimilium perſonarum mutuantium cum pacto certi lucri ſaluo capitali quomodo ſuſtineatur. 17. 9. & cap. 51. 32.
Contractus multi, qui videntur illiciti ſiunt liciti per tacitam aſſecurationem. 17. 10.
Contractus in dubio potius iudicare debet licitus, quam illicitus. 17. 15.
Contractus initus cum voluntate implicita contrahendi eo modo quo licitum eſt de iure non eſt vſurarius. 27. 8.
Contractus talis præſumitur qualis denominatur à partibus. 51. 22.
Contractus præſumitur qualis anteà fuit niſi aliter dicatur. 51. 25.
Contractus trium qualis ſit, & quomodo ſit licitus. 51. 31.
Contractus an, & quomodo ſuſtineatur non obſtante incertitudine. 61. 16.
Contractus carcerati an, & quando valeat cum eo qui fecit carcerare, vel cum alijs. 70. 5. & ſeqq.
Contractus mulieris, vel minoris non poteſt auctorari ab intereſſe habentibus. 77. 3.
Contractus vxoris cum marito, vel filij cum patre an valeat. 77. 7.
Contractus an reſcindatur ex ſolo metu reuerentiali. 77. 10.
Contractus ſine cauſa non ſubſiſtit. 87. 13.
Contractus eſt nullus non obſtante decreto quando conſtat de læſione. 87. 32.
Contractus quando dicitur ipſo iure nullus. 87. 42.
Contrahens non ſeruatis ſolemnitatibus dicitur in dolo, & mala fide. 4. 43.

Contrahentes ſi ſe referant ad Bullam non incidunt in pœnam. 57. 46.
Contrahentes ſemper intelliguntur etiam hæredibus proſpicere, 58. 5.
Contrahentes in dubio intelliguntur ſe conformare cum ſtatuto, & conſuetudini loci. 80. 4.
Contrahens cum alio debet eius conditionem, & qualitatem ſcrutari. 98. 8.
Contumax ſolet admitti ad nouas defenſiones. 71. 24.
Contumax non auditur niſi refectis expenſis. 78. 1.
Contumax cui vigore ſententiæ fuit ablata tenuta non auditur niſi ſoluat. 8. 2.
Contumax quis non efficitur niſi præcedat trina citatio. 78. 4.
Contumax non dicitur niſi in die cadentis termini fuerit accuſata contumacia. 78. 5.
Contumax non reſpondendo præparatorijs qualiter habeatur pro confeſſo. 78. 13.
Contumax verus, vel fictus an poſſit appellare. 78. 23.
Corpus delicti ante omnia apparere debet, & quomodo probetur. 64. 1.
Creditores qualiter ſint citandi in confectione inuentarij. 3. 19. & 22.
Creditores non poſſunt agere durante tempore confectione inuentarij. *Vide hæres.*
Creditor non poteſt moleſtare debitorem moribundum, nec eius domeſticos. 3. 40.
Creditor miſſus in poſſeſſionem an, & quando poſſit ipſam rem vendere. 18. 1.
Creditor miſſus in poſſeſſionem tenetur ſingulo anno exhibere notulam fructuum, & conficere librum, in quo deſcribantur. 18. 13.
Creditor tenetur ſtare locationi factæ per debitorem. 18. 4.
Creditor tenetur locare bona, & fructus percipere alias ſibi imputantur qui locando percipi potuiſſent. 18. 5.
Creditor debet in locando carere culpa, alias ei imputatur ſumma pro qua debuiſſent bona locari. 18. 7.
Creditori imputatur deterioratio bonorum debitoris ex eius culpa ſequuta. 18. 8. & 10.
Creditor non poteſt arbores incidere niſi ſint ſiluæ cęduæ. 18. 9.
Creditor immiſſus pro fructibus decurſis habet retentionem pro decurrendis. 18. 12.
Creditor immiſſus pro certa ſumma non excluditur ab alijs ſummis ſibi debitis. 18. 13.
Creditor immiſſus in poſſeſſionem fundi, & pertinentiarum quæ poſſit occupare. 18. 14.
Creditor vna via electa an, & quando poſſit ad aliam redire donec fuerit ſatisfactus. 18. 15.
Creditor anterior an, & quando poſſit auocare pecuniam ſolutam poſteriori. 19. 8.
Creditor tenetur præſtare cautionem de reſtituendo anterioribus vbi ſumus in concurſu, & actione tributoria. 19. 15. & cap. 84. 6.
Creditor vendens bona debitoris an, & quando teneatur de euictione. 19. 18. & cap. 84. 3. & 4.
Creditor non comparens tempore cridarum cenſetur ius ſuum remittere. 19. 19.
Creditor ſi in termino aſſignato ad docendum de iure ſuo nihil dixit an amplius audiatur. 19. 20.
Creditor interueniens venditioni pignoris ſibi præiudicat. 19. 21.
Creditor qui factis cridis tempore confiſcationis non comparuit amplius, non auditur contra Fiſcum, nec contra debitorem reſtitutum ad bona. 19. 22.
Creditor poſterior habet ius offerendi contra anteriorem. 21. 1. *vide ius offerendi.*
Creditor anterior an poſſit per poſteriorem cogi ad vendendam, & ſibi, ac illi ſatisfaciendum. 21. 6.
Creditor poteſt occupare omnia bona debitoris donec ſibi ſoluatur, & quando ſecus. 21. 7. &c.
Creditor admittitur ad offerendum in ſubhaſtatione ſicut quilibet extraneus. 21. 13.
Creditor cognatus debitoris cæteris paribus præfertur in locatione bonorum. 21. 14.
Creditor tenetus probare dominium debitoris in re ſuper qua exequi facere intendit. 28. 15.
Creditor an, & quando poſſit vnum ex fideiuſſoribus liberare, nec alij conqueri poſſint. 30. 28.
Creditor quæ probare debeat vt poſſit debitorem de fuga ſuſpectum facere carcerare 39. 1. Et quæ narrare debeat. 39. 34.
Creditor tacens per multum tempus poſt habitam notitiam de inopia debitoris videtur illum denuò approbare. 39. 31.
Creditor tenetur cedere iura ſoluenti contra alios, & quando huiuſmodi ceſſio ſit facienda. 44. 3.
Creditor ex cauſa ſeminis, vel collatici omnibus præfertur. 66. 22. & 25.
Creditor habens obligationem alterius creditoris anterioris in bonis eiuſdem debitoris præfert rea illo iure anteriori ſibi hypothecato cæteris poſterioribus. 66. 27.
Creditor æqualiter priuilegiatus facit conquaſſari priuilegia, & ordinem temporis attendi. 66. 24.
Creditor non habet hypothecam ſuper fructibus recollectis poſt mortem debitoris. 66. 26.
Creditor præfertur Fiſco in pœna pecuniaria. 71. 18.
Creditor an, & quando poſſit areſtare debitorem ſuum ad inſtantiam alterius carceratum. *Vide Carceratus.*
Creditor qui prior eſt tempore, potior eſt iure. 73. 5.
Creditor habens generalem, & ſpecialem hypothecam tenetur à ſpeciale incipere etiam ſtante clauſula conſtituti, & obligatione Camerali. 73. 2. & ſeqq.
Creditor habens omnia bona debitoris æquè obligata poteſt agere ad ſui libitum contra quæ velit. 73. 12.
Creditor interpellatus per fideiuſſores, vel poſſeſſores ad exigendum à debitore donec eſt ſoluendo an eo poſteà fallito poſſit contra illos agere. 73. 18.
Creditor ſi fuit negligens in exigendo à debitore an poſſit agere contra tertios poſſeſſores. 73. 16. 17. & 18.
Creditor cenſua an poſſit agere contra bona generaliter obligata non facta excuſſione fundi cenſuati. 73. 9. & 13.
Creditor poteſt agere Saluiano pro vſufructu competente debitori in bonis filiorum. 81. 1.
Creditori an debitori competat electio declarandi in quam ſummam cedere debeat ſolutio, & quæ cauſa ſit eligenda. 84. 29.
Creditor prætendens ſibi aliquid deberi non poteſt ab executione incipere, ſed debitorem conuenire debet. 92. 1.
Creditor vt poſſit agere ante tempus quid probare debeat. 91. 6.
Creditor non habet actionem pro vſuris ſibi promiſſis. 100. 34.
Culpa lata dicitur non arare fundum, nec percipere fructus ea re fructifera. 18. 6.
Curator qualiter detur bonis abſentium, & aliquando præſentium. 47. 1. & 2.
Curator datus in contractu ad autorandum perſonam mulieris, vel minoris qualiter obligetur. 47. 3.
Curator quando detur bonis defuncti non adita eius hæreditate etiam ſi extet filius. 47. 4. & ſeqq.
Curator poteſt ex officio dari hæreditati iacenti, & quam auctoritatem habeat. 47. 7.
Curator non datur inuitus, ſed voluntarius eſt quærendus. 47. 8.
Curator poſt aſſumptum onus non poteſt ſine iuſta cauſa illud dimittere. 47. 9.
Curator ex quibus cauſis excuſetur. 47. 14.
Curator non poteſt officium dimittere ſine conſenſu intereſſe habentium. 47. 11.
Curator poteſt cauſa cognita per Iudicem liberari. 47. 12.
Curator quæ adimplere debeat vt dicatur legitimè conſtitutus. 47. 13.
Curator datus inuitus ex cauſa neceſſitatis, & quando dicatur adeſſe illa neceſſitas. 47. 15.
Curator vigore ſtatuti Florentini non datur hæreditati iacenti. 47. 20.
Curator in contractu debet adhiberi quando alij auctorare debentes ſunt inhabiles. 77. 4.
Cuſtos animalium an, & quando teneatur de illorum periculo. 17. 31.

D

DAmnum modicum vicini non attenditur ſtante vtilitate ædificantis. 15. 5.
Damnum contingens ſine culpa in ſocida animalium commune eſſe debet. 17. 15.
Damna, & intereſſe an veniant in expenſarum taxatione. 41. 20.
Damnum emergens qualiter probetur, & quando debeatur. 51. 6. & ſeqq.
Damnum emergens an debeatur ante moram debitoris. 51. 7. *Vide Intereſſe, & Lucrum.*
Damnum, & incommodum alterius ſemper cenſetur exceptum in omni conceſſione. 79. 22.
Damnum emergens vt debeatur quid probandum. 100. 22.
Damnum emergens an præſumatur ceſſaſſe ſi debitor pecuniam habuiſſet pro ſatisfaciendo æri alieno. 100. 23.
Debitor moribundus, nec eius domeſtici poſſunt moleſtari. 3. 40.
Debitor habet remedium c. reintegrandæ pro recuperanda poſſeſſione ſibi ablata ſatisfacto creditore. 18. 2.

Debi-

Debitor reſtitutus ad bona confiſcata non poteſt moleſtari à creditoribus qui in cridis non comparuerunt. 59. 22.
Debitor ſoluendo proprium debitum non reportat ceſſionem. 39. 28.
Debitor vt poſſit tamquam ſuſpectus de fuga carcerari, quæ præcedere debeant etiam ſtante ſtatuto quod ſuſpectus poſſit. cap. 39. 1. &c.
Debitor non poteſt pro modica quantitate allegare ſuſpectus. 39. 6.
Debitor non poteſt vti ſuſpectus carcerari ex cauſa, quæ ſuberat tempore contractus, & quando ſecus. 39. 7. & 8.
Debitor qui emit merces pro contanti ſi ſe itineri accingat non ſoluto pretio an, & quando poſſit iurari ſuſpectus. 39. 12.
Debitor poſſidens immobilia etiam non æquiualentia an, & quando poſſit iurari ſuſpectus. 39. 14.
Debitor poſſidens mobilia æquiualentia an, & quando poſſit vti ſuſpectus carcerari. 39. 15.
Debitor in quo loco poſſidere debeat vt non poſſit carcerari. 39. 10.
Debitor non ex qualibet leui, & modica ſuſpicione, ſed vrgenti, & graui poteſt iurari ſuſpectus. 39. 17.
Debitor ex quibus cauſis dicatur ſuſpectus. 39. 19. & ſeqq.
Debitor ſatisdando quomodo liberetur à carceribus 39. 23.
Debitor in diem, vel ſub conditione vergens ad inopiam poteſt compelli ad ſatisdandum de ſoluendo adueniente tempore. 39. 24.
Debitor dans fideiuſſorem videtur approbare capturam niſi proteſtetur in contrarium. 39. 25. &c.
Debitor fideiuſſorem præſtans non dicitur conſentire in iuriſdictionem. 39. 28.
Debitor ſuſpectus an poſſit relaxari ſub iuratoria cautione. 39. 29.
Debitor carceratus non habens vnde viuere an, & quando ſit alendus à creditore. 39. 31. & ſeqq.
Debitor tenetur actione mandati, vel negotiorum geſtorum releuare eius fideiuſſores. 44. 2.
Debitor non debet relaxari etiam ſi ſit nulliter captus quando ex eius confeſſione conſtat de debito. 52. 1. & 2.
Debitor poteſt carcerari etiam ad inſtantiam procuratoris ceſſionarij, conſortis, ſocij, ſiuè coniunctæ perſonæ creditoris. 52. 8.
Debitor carceratus ad inſtantiam ceſſionarij ſibi ceſſione non denunciata eſt nulliter captus. 52. 9.
Debitor ſuſpectus de fuga an poſſit incompetentiam Iudicis allegare. 52. 10.
Debitor qui renunciauit proprio foro poteſt vbique conueniri. 52. 12.
Debitor ſuſpectus poteſt capi etiam diebus feriatis. 52. 15.
Debitor ſuſpectus poteſt etiam de nocte carcerari aliàs ſecus. 52. 13.
Debitor ſuſpectus poteſt ab ipſomet creditore arreſtari. 52. 15.
Debitor non poteſt arreſtari in Eccleſia, nec eius circuitu. 52. 16.
Debitor an poſſit capi in domo, vel alio loco adiacente, & quid ſi ſit ſuſpectus, vel agatur de debito Fiſcali. 52. 18. & ſeqq.
Debitor fugitiuus non obſtante quolibet priuilegio poteſt carcerari. 53. 18.
Debitor fugiens cum re aliena dicitur committere furtum. 53. 20. & 51.
Debitor quilibet poteſt cedere bonis. 54. 1.
Debitor non poteſt renunciare ceſſioni bonorum etiam cum iuramento. 54. 2.
Debitor tenetur volente creditore illi inſeruire pro ſatisfactione debiti. 54. 21.
Debitor qui bonis ceſſit an, & quando poſſit pœnitere, & ceſſionem reuocare. 54. 36. *Vide Ceſſio, & Cedens.*
Debitor ex delicto, vel quaſi non habens in ære debet luere in corpore. 54. 53.
Debitor ceſſus, qui poterat declinare forum contra cedentem non poteſt contra ceſſionarium priuilegiatum in electione fori. 65. 11.
Debitor principalis qualiter poſſit defendere fideiuſſorem etiam cum exceptionibus perſonalibus, & fideiuſſori non competentibus. 75. 19. & cap. 81. 11. & 12.
Debitor an, & quando poſſit declarare ad quem computum velit ſolutionem factam cedere, & quomodo electio deuoluatur ad creditorem, & quæ cauſa ſit eligenda. 84. 29.
Debitor an, & quando teneatur interpellare creditorem ad recipiendum ſolutionem. 93. 15.
Debitor impetrans moratoriam à Principe an teneatur ſatiſdare de ſoluendo finita dilatione. 95. 7. & 8.
Debitor an efficiatur hæres per retentionem debiti. 95. 15.
Debitor an præſumatur ſatisfacturum fuiſſe æri alieno ſi pecuniam habuiſſet. 100. 23.
Debitum neceſſarium compenſatur cum legato, ſecus autem voluntarium. 107. & 10.
Debitum quomodo dicatur proprium reſpectu creditoris, licèt verè ſpectet ad alium. 59. 28.
Debitum inter ſocios omnium bonorum ab vno contractum de communi ſolui debet, niſi procedat ex dolo, vel culpa. 33. 1. & 2.
Debitum contractum extra cauſam ſocialem, vel ſine cauſa, vt fideiuſſio dicitur ex culpa, & ſpectat ad eum, qui ſe obligauit. 31. & 9.
Debitum qualiter ante capturam vigore ſuſpicionis fugæ ſit probandum. 39. 3.
Debitum probatur iuramento creditoris ante capturam quando periculum eſt in mora, ſed poſt capturam debet legitimè probari. 39. 4. & 5.
Declaratio teſtatoris ob quam cauſam legauerit debet attendi. 30. 14.
Declaratio domini directi ſufficit ad inducendam caducitatem. 65. 4.
Decoctio doloſæ requiritur ad amittendum beneficium ceſſionis bonorum. 54. 15.
Decoctus quinam dicatur vt creditoribus ſatisfieri debeat ſecundum æs, & libram iuxta ſtatutum Mercantiæ Florentiæ. 54. 16. & 17.
Decoctus doloſi, & fraudulenter vltimo ſupplicio afficiendus. 54. 28.
Decretum Iudicis in inuentario licèt non neceſſarium inducit præſumptionem validitatis. 3. 14.
Decretum Iudicis qualiter debeat eſſe ſcriptum, & inſtantibus partibus interpoſitum. 87. 30.
Decretum Iudicis qualiter cum cognitione cauſæ interponendum. 87. 31.
Decretum in donationibus tamquam ſine cauſa non operatur. 87. 33.
Decretum vigore ſtatuti interpoſitum alios defectus non ſupplet. 87. 35.
Decretum Iudicis non Iuriſperiti nullam iuſtitiæ præſumptionem habet. 87. 36.
Decretum indebitè interpoſitum in quas pœnas facit incidere Iudicem. 87. 37.
Deffenſio eſt permiſſa non ſolum corporis, ſed rerum, propinquorum, amicorum, & ſociorum, & quomodo. 20. 11.
Deffenſio facta cum armis capitis de domo, apotheca, vel latere alterius non eſt punibilis reſpectu momentanea delationis armorum. 20. 12. & 13.
Deffenſio eſt magis fauorabilis, quàm offenſio. 64. 25.
Delatio armorum momentanea non eſt punibilis. 20. 13.
Delatio armorum eſt permiſſa ad perſecutionem bannitorum. 20. 14.
Deliberatio bonorum ſub haſta non poteſt fieri niſi præſente pecunia. 21. 21.
Deliberatio non debet fieri pro viliori pretio, ſed pro iuſto, creditori etiam inuito bona adiudicati. 21. 18.
Delictum commiſſum in loco ſacro, reſpectu ſacrilegij eſt mixti fori, & reſpectu vulnerum ſpectat tantùm ad Iudicem ſæcularem. 9. 3. 4. & 5.
Delictum mentale ſolum Deum vltorem habet. 64. 18.
Delinquens quandoque poteſt duplici pœna puniri ciuili, & Eccleſiaſtica. 9. 6.
Delinquens nondum bannitus, ſed de proximo banniendus an, & quando poſſit impunè ab omnibus offendi tamquam bannitus. 93. 23.
Denunciatio venditionis fundi cenſiti eſt facienda ab emptore domino cenſus. 68. 13.
Denunciatio venditionis eſt neceſſaria, licèt conſors, vel vicinus habeat de illa aliundè notitiam. 68. 55.
Denunciatio venditionis quibus ſit facienda vbi agitur cum pupillo. 68. 59.
Denunciatio venditionis an ſit neceſſaria quando certum eſt vicinum non poſſe emere ob eius paupertatem. 68. 57. & 58.
Denunciatio venditionis an ex curſu temporis præſumatur. 68. 61.
Depoſitio teſtium nulla an, & quando poſſit de conſenſu partium conualidari. 92. 52.
Deſcendentes tranſmittunt hæreditatem aſcendentium, etiam ſi ignorauerint delationem. 89. 35. *Vide Tranſmiſſio.*
Deterioratio bonorum an, & quando imputetur creditori poſſidenti pro ſuo credito. 18. 8. & 10.
Deterioratio conditionis debitoris debet eſſe magna, & emergens poſt contractum, vt ſit locus capturæ. 39. 7.
Deterioratio eſt probanda per apertiſſimas probationes poſt capturam, vel ante vbi periculum non eſt in mora. 39. 9. & 19.
Dictio, *Item*, an, & quando ſit repetitiua. 10. 23. & ſeqq.
Dictio vniuerſalis nihil excludit. 10. 30.
Dictio, *Omnia*, & cuiuſcumque generis facit comprehendi quæ aliàs non comprehenderentur. 10. 33.
Dictio, *Secundum*, operatur, vt tota diſpoſitio habeatur pro expreſſa. 36. 6.

Dictio,

Index Rerum.

Dictio *Si*, conditionem importat. 72. 1. & cap. 87. 21.

Dictio, *Niſi*, conditionem, & formam importat. 87. 17.

Dies feſtus an incipiat à media nocte præcedente, & finiat media nocte ſubſequente, vel quomodo. 52. 14.

Dies, an non dicatur donec eſt aliqua claritas ſuper terram, licèt Sol occiderit, vel nondum natus fuerit. 52. 14.

Dies interpellat pro homine. 65. 6.

Differentia nulla eſt inter maſculos, & fœminas in ſucceſſionibus de iure communi. 27. 1. & cap. 45. 1.

Differentia inter arbitrum, & arbitratorem quæ ſit. 55. 31.

Differentia quando conceſſio ſit per modum affirmatiuum. vel negatiuum. 58. 25.

Differentia cur debitor ſuſpectus poſſit capi die feriata, & non areſtari ſi ſit carceratus. 72. 13.

Dilatio contra debitum iuratum an, & quando poſſit de honeſtate iuſtitiæ, & ſine peccato concedi per Principem. 95. 9.

Dilatio conceſſa debitori an proſit ſequeſtratario. 95. 21.

Dilatio an vt valeat ſit præſtanda cautio de ſoluendo ea finita. 95. 7. & 8.

Dilatione data ad ſoluendum pretium mobilium non poteſt quidquam eius occaſione recipi citrà vſuram. 100. 8. & 17. *Vide fructus*.

Diſiunctiua inter plures perſonas importat, vt iuxta ordinem literæ cenſeatur vnaquæque vocata. 82. 15.

Diſpoſitio legis ceſſat ceſſante eius ratione, & quando ſecus. 34. 3. & 6.

Diſpoſitio generalis non trahitur ad id quod in ſpecie fieri prohibetur. 34. 14.

Diſpoſitio l. fœminæ C. de ſecund. nupt. procedit etiamſi ex ſecundo matrimonio non adſint liberi. 35. 2.

Diſpoſitio d. l. procedit tàm in matre, quàm in patre. 35. 3.

Diſpoſitio d. l. procedit etiam reſpectu quæſitorum mediante ſucceſſione filiorum prædefunctorum. 35. 3.

Diſpoſitio d. l. non procedit in bonis non immediatè, ſed mediatè prouenientibus à primo matrimonio. 35. 4.

Diſpoſitio d. l. ceſſat vbi non adſunt filij primi matrimonij, quibus bona reſeruari poſſint. 35. 5.

Diſpoſitio d. l. fuit inducta in pœnam iniuriæ illatæ filijs, & primo coniugi. 35. 9.

Diſpoſitio d. l. eſt inducta ſolo fauore filiorum. 35. 14.

Diſpoſitioni iuris communis difficilius renunciatur quàm priuilegio 35. 19.

Diſpoſitioni l. hac ædictali non poteſt derogari per pactum, ſed benè per ſtatutum, & quando ei cenſeatur derogatum. 46. 21. & ſeqq.

Diſpoſitio d. l. continet quod coniux tranſiens ad ſecunda vota non poſſit alienare in ſecundum coniugem plus quam relinquat vni ex filijs prioris matrimonij. 46. 2.

Diſpoſitio generalis non trahitur ad actum iuratum niſi exprimatur. 53. 11.

Diſpoſitio generalis non comprehendit pias cauſas. 53. 8.

Diſpoſitio mandans donationem inſinuari, vel in aliquo loco regiſtrari an comprehendat iuratas. 53. 13.

Diſpoſitio ſub duplici conditione admittitur. 58. 26.

Diſtinctio vnius caſus ab altero quid operetur. 67. 2.

Diſtinctio vnius conditionis ab altera quid operetur. 58. 24.

Diuinari non debemus, & extraneis interpretationibus grauamen inducere. 67. 18.

Diuiſio vicem emptionis, & venditionis obtinet. 68. 34.

Diuiſio fructuum pendentium pro rata temporis an ſit facienda inter hæredes emphyteutæ, & dominum. 13: 3. & ſeqq.

Diuiſione fundi facta non poteſt vnus per partem alterius tranſire, & quando ſecus. 14. 5. & 6.

Diuiſio fructuum communibus expenſis, & laboribus recollectorum quomodo ſit facienda inter fratres ruſticos, & an eorum filij, & vxores participare debeant. 31. 11.

Diuiſio non extinguit hypothecam ſuper re communi per vnum ex ſocijs conſtitutam. 31. 24. & 16.

Diuiſio dotis maternæ qualiter ſit facienda inter filios vtriuſque matrimonij, & vitricum, & quam portionem vnuſquiſque ferat. 46. 10.

Doctores an, & quales poſſint, vel non poſſint carcerari pro debito. 53. 16. & 17.

Dolus, & fraus ex quibus dicatur ceſſare in inuentario. 3. 16.

Dolus præſumitur in eo, qui contrahit non ſeruatis ſolemnitatibus. 4. 43.

Dolus futurus non poteſt remitti. 8. 51.

Dolus magis arguit ex ſubmiſſione tertiæ perſonæ. 70. 13.

Dolus non præſumitur niſi probetur. 73. 27.

Dominium vtile conſolidatur cum directo ſtante deuolutione, & quod duplex erat vnum efficitur. 13. 7.

Dominium vel ſaltem poſſeſſio requiritur in volente retrahere rem vicinam venditam. 68. 23. & 36.

Dominium eſt ſuffocatiuum omnium aliorum iurium minoris potentiæ. 92. 39. & cap. 96. 27.

Dominus poteſt finito tempore quandocumque conductorem expellere in prædijs vrbanis, & quia in ruſticis. 1. 7.

Domini duo eiuſdem rei eodem tempore in ſolidum dari non poſſunt. 13. 8.

Dominus fundi eſt etiam dominus fructum. 13. 9.

Dominus ſeruitutis tenetur ſibi aptare locum, & dominus ſoli ſeruientis tenetur ſolum præſtare patientiam. 16. 9. & cap. 97. 13.

Dominus loci ſeruientis debet manutenere ſeruitutem oneris ferendi ſuis expenſis. 16. 10.

Dominus cenſus omnibus præfertur in emptionem fundi cenſiti. 36. 1.

Domino cenſus debet denunciari venditio fundi cenſiti, & quid ſi aliundè notitiam habeat. 36. 2.

Dominus cenſus non habet retractum ſtante illius nullitate, prout nec aduerſus vicinos, vel conſanguineos. 36. 3.

Dominus cenſus retrahens quando poſſit imputare cenſum in partem pretij 36. 5.

Dominus cenſus recipiendo terminos decurſos ab emptore an videatur renunciare retractui. 36. 8.

Dominus cenſus retrahens an teneatur reſtituere melioramenta. 36. 9.

Dominus cenſus habet retractum ſolum ſuper fundo cenſito non ſuper toto prædio. 36. 10. & 11.

Dominus cenſus anterioris præfertur domino cenſus poſterioris etiam maioris ſummæ quando omnes cenſus ſunt ſuper eodem fundo particulari. 36. 12. & 13.

Dominus cenſus quando poſſit retrahere alias res cum fundo cenſito venditas. 36. 14. 15. & cap. 68. 71.

Dominus tenetur pro facto inſtitoris tacitè, vt expreſsè præpoſiti. 37. 5.

Dominus directus an, & quando poſſit emphyteuſim deuolutam pro ſe retinere, vel teneatur proximiores emphyteutæ etiam fœminas inueſtire. 58. 7. & ſeqq.

Dominus directus quando dicatur pro ſe nolle retinere. 58. 9.

Dominus directus recipiens canonem ab extraneo, in quem deuenit emphyteuſis an videatur illius inſtitutionem approbare. 58. 44.

Dominus directus an poſſit propria auctoritate emphyteutam expellere. 65. 5.

Dominus directus an, & quando per receptionem canonis ſibi præiudicet quo ad caducitatem incurſam, & videatur illam remittere. 65. 16. & 17.

Dominus fundi præfertur omnibus in fructibus in eo recollectis. 66. 23.

Dominus directus omnibus præfertur in emptione rei emphyteuticæ. 68. 9.

Dominus an poſſit abuti ſobſtantia ſua cum damno alterius, cùm in re ſua ſit moderator, & arbiter. 79. 16. & 17.

Dominus directus an teneatur inueſtire eum, in quem fuit facta alienatio per emphyteutam, qui ſit vltimus de compræhenſis in inueſtitura, & cuius ius per mortem finiebat. 85. 1. & 21.

Dominus directus qui facere debeat vbi emphyteuſis deuenit ad manus mortuas. 85. 16.

Dominus directus quando non poſſit denegare conſenſum alienationi, & nouam inueſtituram iuxta tenorem primæ, & quid agendum ſit recuſet. 85. 24.

Dominus directus an poſſit nouam inueſtituram concedere in præiudicium comprehenſorum in prima. 85. 7. &c.

Domus appellatione venit tota, & quam teſtator habitabat. 10. 18.

Domo legata continetur etiam apotheca ſubtus eam exiſtens. 10. 19.

Domus quandoque pro patrimonio vſurpatur. 10. 29.

Domus habitatione reſeruata intelligitur quo ad totam domum. 24. 31. & 33.

Domus ſua cuique tutiſſimum refugium eſſe debet. 79. 19. & cap. 52. 18 & ſeqq.

Domus an ſit æſtimanda vti ædificium, vel vti maceries ad cognoſcendam quantitatem melioramentorum. 98. 40.

Donans poteſt agere ad rem ſibi reſeruatam. 24. 24.

Donans, qui ſibi reſeruauit habitationem domus poteſt totam domum habitare, vel locare excluſo donatario. 24. 29. & 30.

Donans poteſt per pactum ſibi reſeruare facultatem reuocandi. 59. 2.

Donans an tranſmittat ad hæredes ius reuocandi donationem. 59. 7.

Donans ſtante incertitudine rei donatæ poteſt conueniri ad tradendum, & certificandum rem donatam. 62. 21.

Donatarius habet remedium Saluiani probatis extremis. cap 1. n. 5.

Donatarius non obſeruans promiſſa priuatur iure donationis. 59. 8.

Donatio facta abſenti nullum ius tribuit ante ratificatione. cap. 2. n. 5.

Dona-

Donatio mere lucroſa acquiritur abſenti ex ſtipulatione Notarij, ſecus ſi habeat onus admiatum. 5. 4.
Donatio facta piæ cauſæ ius tribuit ex ſtipulatione Notarij. cap. 5. num. 5.
Donatio non præſumitur ratificata à donatario niſi probetur in eo ſcientia donationis. 5. 6.
Donatio acquiritur abſenti quando condonatarius fuit præſens, & pro illo acceptauit. 5. 7.
Donatio facta filijs naſcituris illis acquiritur ante ratificationem. 5. 8.
Donatio facta pluribus gradatim, ſi reuocetur quoad primum non cenſetur reuocata quoad alios. 5. 9.
Donatio facta infanti ſtatim illi ius tribuit etiam contra tertium, & an ſit ratificanda ab eo facto maiore. 4. 11. 12. & 13.
Donatio facta abſenti quando ſtatim ius tribuat ante ratificationem. 5. 14.
Donatio non inſinuata nullum ius tribuit, & poteſt reuocari. 5. 15.
Donatio non inſinuata ſuſtinetur hodie vſque ad 700. aureos. 5. 17.
Donatio quòd excedat dictam ſummam debet ab allegante probari. 5. 18.
Donatio non inſinuata in totum corruit, nec in aliqua ſumma valet vbi ſumus inter perſonas ſuſpectas, & prohibitas donare, & vbi adſunt plures defectus. 6. 19.
Donatio inter patrem, & filium regulariter prohibita. 5. 30. & 33.
Donatio intar patram, & filium an firmetur iuramento, vel morte quando res non fuit tradita, & an ſufficiat conſtitutum. 5. 31.
Donatio inter patrem, & filium eſt minus prohibita quàm inter virum, & vxorem. 5. 34.
Donatio omnium bonorum non valet, ſed virture iuramenti ſuſtinetur quoad præſentia. 5. 35. & 40.
Donatio vt valeat ad quam ſummam debeat aſcendere reſeruatio pro teſtando. 5. 36. 37. 38. & 39. vbi quod allegans ſummam reſeruatam eſſe modicam tenetur probare.
Donatio cauſa mortis eſt ſpecies teſtamenti. & poteſt reuocari. 24. 1.
Donatio ex quibus cognoſcatur eſſe cauſa mortis. 24. 2.
Donatio cauſa mortis reuocatur per mortem donatarij ante donatorem. 24. 3.
Donatio cauſa mortis reuocatur per voluntariam alienationem, vel pignorationem rei donatæ, ſiue ex ſola pœnitentia. 24. 4. & 5.
Donatio facta vxori per maritum ea præmoriente reſoluitur. 24. 7. & 21.
Donatio non acceptata à donatario non tranſit ad hæredes. 24. 9.
Donatio quomodo dicatur eſſe inter viuos etiam facta mentione mortis. 24. 10.
Donatio dicitur inter viuos quando fuit aliquid reſeruatum, vel vbi fit mentio hæredum, vel vbi fuerunt adhibiti tantùm duo teſtes. 24. 11. & ſeqq.
Donatio inter viuos non reuocatur per mortem donatarij ante donatorem etiam ſi res non fuerit tradita, ſed tranſit actio ad hæredes. 24. 16. &c.
Donatio perfecta auctoritate Principis reſcindi non poteſt. 24. 18.
Donatio facta filio an, & quando eo præmoriente reuertatur ad patrem, 24. 20. & ſeqq.
Donatio inter patrem, & filium, vel inter virum, & vxorem quando valeat. 24. 22. & an firmetur iuramento. 77. 8.
Donatio facta ſub modo, illo non impleto poteſt reuocari. 24. 25.
Donatio quare poſſit ex cauſa ingratitudinis reuocari, etiam ſtante pacto in contrarium. 24. 27. & 28.
Donatio qualiter reuocatur per ſuperuenientiam filiorum. 25. 29. &c.
Donatio quando dicatur ſimulata. 25. 35. & ſeqq. *Vide Simulatio.*
Donatio nunquam præſumitur vbi poteſt capi alia coniectura. 42. 9. ſed potius præſumitur fatuitas, & error in facto proprio ibid. 8, & cap. 87. 11. & 12.
Donatio quando ſit doloſa, & ſimulata, ac tertio non præiudicet. 44. 15.
Donatio facta abſenti eſt irreuocabilis, & ius tribuit donatario etiam ante ratificationem reſpectu donantis, & hæredum. 48. 1.
Donatio facta abſenti ante ratificationem non præiudicat tertio. 48. 2.
Donatio dicitur tacitè reuocata ſtante alienatione rei donatæ ante factam ratificationem. 48. 4.
Donatio facta abſenti ſtat in ſuſpenſo ante ratificationem non obſtante ſtipulatione Notarij. 48. 7.
Donatio ſtante ſtatuto Florentino acquiritur abſenti etiam ſine ceſſione, & ratificatione. 48. 8.
Donatio facta abſenti eſt valida, & irreuocabilis quoad Fiſcum etiam ante ratificationem. 48. 10.
Donatio ſimulata non valet, & ex quibus ſimulata dicatur. 48. 11. & ſeqq.
Donatio in dubio cenſetur facta contemplatione perſonæ nominatæ, & non aliorum. 83. 3.
Donatio quæ conſtat per publicum inſtrumentum habet omnimodam præſumptionem veritatis, nec falſa dici poteſt ex coniecturis. 48. 22.
Donatio iurata an ſit de neceſſitate regiſtranda in libro Gabellæ Contractuum Florentiæ vt tertio præiudicare poſſit. 53. 13.
Donatio poteſt inſinuari, vel regiſtrari quandocumque, ſed tunc demum à die regiſtri incipit valere. 53. 14.
Donatio facta filio cauſa Sacerdotij adipiſcendi an in eius partem, & legitimam imputetur. 57. 13. & cap. 61. num. 1. & cap. 83. n. 15. & 16.
Donatio inter viuos reuocari poteſt ex cauſa conuentionis appoſitæ, & ob pacta non ſeruata. 59. 1.
Donatio quæ poterat reuocari à donatore, an poſſit reuocari ab eius hæredibus. 59. 7.
Donatio ratione incertitudinis an, & quando ſit nulla. 62. 6. & ſeqq.
Donatio ſuſtinetur vti contractus innominatus non obſtante incertitudine. 62. 10.
Donare eſt perdere, & nemo præſumitur ſuum iactare. cap. 87. num. 11.
Donatio facta Clerico quomodo ſit nulla. 87. 24
Donatio quando dicatur ob cauſam. 87. 29.
Dos non poteſt peti per matrem niſi reddita ratione tutelæ. 4. 8. & melius. 8. 44. & ſeqq.
Dos dicitur debitum voluntarium, & non compenſatur cum legato niſi extent coniecturæ in contrarium. 10. 7. 8. & 12.
Dos poteſt per vxorem peti vna cum legato. 10. 9.
Dos non poteſt commutari de re in pecuniam, nec è contra, niſi duobus concurrentibus. 28. 6.
Dos non poteſt per pactum effici deterioris conditionis. 28. 8.
Dos in fundo conſiſtens tutior reputatur, quàm in pecunia. 28. 9.
Dos habet priuilegium tacitæ ſtipulationis. 29. 4.
Dos an poſſit repeti non probata eius ſolutione, & quid ſtante negligentia viri in exigendo. 29. 1. & 5.
Dos poteſt repeti facto diuortio ex culpa viri, aliàs ſecus. cap. 29. num. 12.
Dos poteſt deffendi ab vxore, & ea mortua à filijs. 29. 15.
Dos quando dicatur congrua ſtante ſtatuto excluſiuo. 45. 15.
Dos debetur tantùm tempore nuptiarum vbi non ſuccedit loco legittimæ, nec tranſmitti poteſt. 45. 28. & cap. 60. 8.
Dos matris qualiter ſit diuidenda inter filios vtriuſque matrimonij, & vitricum. 46. 10.
Dos filiarum an ſit detrahenda vti æs alienum ex tota hæreditate, vel ex legittima filio grauato competenti. 60. 1.
Dos an, & quando ſuccedat loco legittimæ. 60. 2. 4. & 5.
Dos in dubio ſuccedit loco legittimæ. 60. 3.
Dos in quibus caſibus non ſuccedat loco legittimæ. 60. 6.
Dos viuente patre non ſuccedit loco legittimæ, ſed tantùm poſt eius mortem. 60. 7.
Dos vbi ſuccedit loco legittimæ ſtatim peti poteſt. 60. 9.
Dos ſoluto matrimonio non dicitur proprie dos. 67. 6.
Dos ſcutorum mille olim magna, hodie minima reputatur. 69. 41.
Dos data filiæ an ea mortua reuertatur ad patrem, vel ad filios ipſius filiæ. 77. 25. 26. & 28.
Dos, quæ aufertur ab auo, & transfertur in nepotes an, & quando illis imputetur in legittimam ab auo, vel à matre debitam. 77. 26. & 27.
Dos mortuo patre conſolidatur in filia, & illius patrimonium efficitur. 77. 29.
Dubitans æquiparatur ignoranti. 57. 24.
Durum eſt credere ſcripturæ qua annotatione propria quis ſibi debitorem conſtituit. 12. 2.
Durum eſt vt quis cogatur ad ſoluendum non oſtenſa, & conſignata re pro qua conuenitur. 11. 5.

E

ECcleſia nondum conſecrata an gaudeat immunitate. cap. 52. num. 17.
Eccleſia an reſtituatur in integrum ſtante læſione. 69. 9.
Eccleſia poſt impetratum beneplacitum Apoſtolicum non poteſt à contractu recedere. 69. 23. & 24.
Eccleſia non poteſt alienare, nec concedere bona etiam ſolita locari, in manum mortuam ſine beneplacito Apoſtolico. 69. 37.
Eccleſia quando poſſit cum ſolo conſenſu Epiſcopi concedere in emphy-

emphyteuſim rem ſterilem, cap.69. num.38. & 39.
Eccleſia non priuatur legato ob modum non impletum, ſed cogitur adimplere. 72. 7.
Eccleſia non poteſt dici loco filij, ſed loco vxoris. 74. 16.
Electio ſpectat ad creditorem in alternatiuis remediorum. 18. 56.
Electio ſpectat ad Epiſcopum ſtante paritate vocum patronorum. 96. 5.
Electio eſt danda emptori ſupplendi pretium, vel reſtituendi bona in remedio l.2. C. de reſcind. vend. & idem in reſtitutione in integrum. 98. 20 & 21.
Emancipatio eſt nulla niſi fuerit notificata Vniuerſitati Mercatorum Florentiæ. 25. 16.
Emphyteuta in quibus maius habeat ius quàm vſusfructuarius. 13. 28.
Emphyteuta æquiparatur vſufructuario quoad fructus. cap.13. num.17.
Emphyteuta an tranſmittat ad ſuos hæredes aliquod ius in fructibus pendentibus. 13. 2. 7. & ſeqq.
Emphyteuta an tranſmittat ad ſuos hæredes ſaltem ius repetendi expenſas ſeminis, & culturæ. 13. 31. & 32.
Emphyteuta debet infra duos menſes petere inueſtituram. 58. 3.
Emphyteuta quando excludatur à melioramentis. 58. 32.
Emphyteuta per alienationem neceſſariam non incurrit caducitatem. 58. 40.
Emphyteuta Eccleſiæ ceſſans per biennium poteſt expelli. 65. 1.
Emphyteuta an poſſit expelli propria auctoritate, vel ſit neceſſaria Iudicis ſententia, vel ſufficiat ſola domini declaratio. 65. 4. & 5.
Emphyteuta an, & quando poſſit celeri ſatiſfactione moram purgare. 65. 10. & ſeqq. per tot.
Emphyteuta an poſſit retrahere rem ſibi contiguam venditam. 68. 39.
Emphyteuta alienare volens qualiter debeat notificare domino, & illum expectare. 85. 22.
Emphyteuta vltimus an, & quando poſſit alienare. 85. per tot. & cap. 90. 35. *Vide Dominus.*
Emphyteuſis Eccleſiaſtica quoad vtile dominium laicorum ſubiacet ſtatuto ſæculari. 7. 14.
Emphyteuſis an veniat in reſtitutione fideicommiſſi. 33. 10.
Emphyteuſis quando reddatur tranſitoria ad extraneos hæredes. 58. 4. & ſeqq.
Emphyteuſis conceſſa à Ciuitate eſt eadem ac conceſſa à priuatis. 58. 6.
Emphyteuſis deuoluta eſt concedenda proximioribus etiam fœminis emphyteutæ, ſi dominus nolit pro ſe retinere. 58. 7.
Emphyteuſi deuoluta ob culpam non tenetur dominus proximiores inueſtire. 58. 10.
Emphyteuſis dicitur hæreditaria concurrentibus coniecturis, & quales ſint ut faciant illam tranſire ad extraneos. cap. 58. 14. & ſeqq.
Emphyteuſis an ſit conceſſa per modum affirmatiuum, vel negatiuum quid importet. 58. 25.
Emphyteuſis quando dicatur noua. 58. 34.
Emphyteuſis quando dicatur omninò deuoluta, & finita. 58. 35.
Emphyteuſis non poteſt tranſire in manum mortuam. 58. 43.
Emphyteuſis ſi fuerit legata an ſaltem debeatur eius æſtimatio. 58. 43.
Emphyteuſis non habet propriam naturam, ſed illam recipit à pactis. 85. 2.
Emphyteuſis licèt renouanda quando ſit perpetua, & cenſeatur vnicus contractus, nec finiatur per lapſum temporis quo erat facienda renouatio. 85. 19. 20.
Emphyteuſis an, & quando poſſit alienari ab vltimo comprehenſo in inueſtitura. 85. per totum, & cap. 90. 35.
Emologatio Laudi ante illius publicationem non valet. 57. 15.
Emptor litigans vt ſibi paret actionem de euictione an ſit in expenſis condemnandus. 6. 1. & 6. & 7.
Emptor tenetur cauſam deffendere alias non agit de euictione, & an teneatur appellare. 6. 2. & 3.
Emptor an, & quando poſſit vti ſeruitute per fundum venditores eodem modo quo vtebatur venditor ad commodum fundi venditi. 24. 6.
Emptor quando acquirat iura creditorum anteriorum illis ſoluendo pretium. 19. 1.
Emptor ſoluens creditori anterioris habet ius excipiendi aduerſus poſteriores, etiam non reportata ceſſione. 19 2.
Emptor ſoluens poſterioribus poteſt conueniri ab anterioribus, etiam ſi emerit ad publicam haſtam. 19. 3.
Emptor debet paciſci ab initio vt ſibi præſtetur fideiuſſor euictionis. 19. 3.
Emptor debet deponere pretium cum conditione quod gradatim ſoluatur anterioribus, & ab illis exigatur cautio. 19. 6.
Emens pro contanti ſi non ſoluat an poſſit areſtari. 39. 82.
Emptor ſequuto retractu liberatur à ſolutione pretij. 68. 72.
Emptor ſoluens partim anterioribus, & partim poſterioribus an poſſit conueniri pro rata ſoluta poſterioribus. 19. 16.
Emptor ſoluendo de pretio rei emptæ quomodo ſibi acquirat ius excipiendi. 19. 23. & ſeqq.
Emptor ſoluens pretium non creditoribus, ſed ipſi venditori eo non iura non acquirit licèt eius pecunia per manus venditoris ad illos peruenerit, niſi intercedat pactum, vel ceſſio. 19. 27.
Emptor habet retentionem ſolùm vbi poſſidet ex titulo dationis in ſolutum, vel pignorationis. 19. 24. & 26.
Sed contrarium verius de æquitate. 19. 55.
Emptor an, & quando habeat ius offerendi. *Vide Poſſeſſor, & Ius offerendi.*
Emptor bonorum fideicommiſſariorum an, & quando conueniri poſſit à vocatis ſtante ignorantia fideicommiſſi, tàm in alienante, quam in acquirente. 22. 4. & 5.
Emptor an, & quando poſſit tueri detractione legitimæ, & & Trebellianicæ. 33. 19. & 20.
Emens pro ſe, & filio dicitur emere ordine ſucceſſiuo.
Emptor non ſoluto pretio qualiter teneatur ad fructus recompenſatiuos, vel ad damnum emergens, & lucrum ceſſans. 84. 16. & ſeqq.
Emptor pro rata pretij ſoluti poteſt percipere fructus recompenſatiuos re non tradita, vel euicta. 84. 10. *Vide fructus.*
Emens rem propriam qualiter poſſit eam ſibi ipſi euincere, & pretium repetere. 84. 21.
Emptor domus non tenetur ad intereſſe pretij non ſoluti ſi illam non habitauit, nec alteri locauit. 84. 27.
Emptor agens ad rem emptam tenetur docere de ſolutione pretij, vel illud offerre. 92 14.
Emptori competit electio reſtituendi bona. vel ſupplendi pretium in remedio l.2. de reſcin. vend. & in reſtitutionem in integrum. 98. 20. 21.
Emptor ſtante nullitate contractus an teneatur ad reſtitutionem fructuum perceptorum à die contractus. 98. 30. & 31.
Emptor qui fuit condemnatus ad fructus debet habere à venditore fructus recompenſatiuos pro pretio ſoluto. 98. 36. & cap. 84. 22.
Emptum ea pecunia piæ cauſæ, pupilli, vel dotali an efficiatur ementis, vel illorum, quorum eſt pecunia, & quid in alijs. 19. 29.
Empta per vnum ex fratribus cenſentur empta de propria eius pecunia. 31. 17.
Epiſcopus an, & quando teneatur Clericum ordinatum ſine patrimonio alere, vel prouidere de beneficio. 25. 44. & ſeqq.
Epiſcopus Eccleſiæ alienantis, & non loci, in quo ſita ſunt bona alienanda, vel vterque debet auctoritatem interponere. 69. 39.
Epiſcopus, vel eius Vicarius quando teneatur abſolutionem à iuramento concedere. 75. 1.
Epiſcopus non poteſt abſoluere à periurio iam incurſo, ſed ſolus Pontifex. 75. 18.
Epiſcopus habet electionem ſtante paritate vocum patronorum diſcordantium. 96. 5.
Epiſcopus, & non Vicarius poteſt præſtare conſenſum in ceſſione Iuriſpatronatus, & an dicatur illum præſtitiſſe inſtituendo præſentatos a ceſſionarijs. 96. 28. & ſeqq.
Error excluditur ſtante geminatione actus. 26. 6. & 7.
Error facit omnia reſcindi. 26. 27.
Error contra propriam confeſſionem debet probari per apertiſſimas probationes. 52. 4.
Error poteſt probari contra propriam confeſſionem, & quomodo probetur. 52. 5. & 6.
Error calculi in quo conſiſtat. 94. 1.
Error calculi vſque ad triginta annos probari poteſt. 94. 2.
Error calculi non poteſt allegari vbi calculus fuit factus auctoritate Iudicis. 94 3.
Error calculi an poſſit allegari poſtquam deuentum fuit ad tranſactionem. 94. 4.
Error calculi non poteſt allegari quando calculatio fuit approbata per Iudicem. 94. 5.
Error calculi in quibus alijs caſibus non poſſit allegari. 94. 6.
Error iuris neminem excuſat, neo bonam fidem inducit. 98. 9.
Euictio vt competat emptori tenetur cauſam deffendere. 6. 2. & an teneatur appellare. ibid. 3.
Euictio an, & quando debeatur à creditore vendente iure creditoris. 19. 18. & cap. 84. 3.
Euictio quando dicatur imminere vt ſit præſtandus fideiuſſor. 84. 2.
Euictio licet non debeatur debetur pretij reſtitutio niſi ſit expreſsè remiſſa. 84. 5.
Euentus dubius litis eſt habendus in conſideratione ad æſtimandam læſionem. 94. 7.
Euentus dubius litis difficulter æſtimari poteſt. 94. 8.
Examen teſtium ſi ſit nullum qualiter poſſit per repetitionem illorum conualidari. 92. 23.

Eace-

Exceptione repellitur qui de euictione tenetur. 5. 6.
Exceptio quæ obſtat cedenti obſtat etiam ceſſionario. 8. 39.
Exceptio l. quintus Mutius non admittitur in poſſeſſorio. 10. 39.
Exceptio rei non traditæ nunquam cenſetur reiecta, ſed ſemper poteſt opponi. 11. 4.
Exceptio detractionis legitimæ, & Trebellianicæ an, & quando competat etiam emptori. 33. 19.
Exceptio de iure tertij non admittitur niſi ſit penitùs excluſiua iuris agentis. 44. 16.
Exceptio requirens altiorem indaginem non admittitur in Saluiano. 44. 17.
Exceptio altioris indaginis reſeruatur ad petitorium. 73. 19.
Exceptio excuſſionis non admittitur in Saluiano niſi ſit vigore, l. 2. C. de pignor. 73. 20. & 21. *Vide Excuſſio*.
Exceptio pretij non ſoluti qualiter ſemper poſſit opponi. 92. 14.
Exceptio vſurariæ prauitatis non cenſetur reiecta à ſtatuto generaliter exceptiones reijciente. 100. 24.
Idem eſt in exceptione clara, & prouenıante ex ventre inſtrumenti, quæ non cenſetur reiecta. 109. 25.
Exceptio vſurarum ſiue clara, ſiue turbida admittitur in Saluiano. 100. 26.
Exceſſus metæ legalis ad infringendum donationem non inſinuatam debet probari ab allegatore. 5. 18.
Exceſſus in armis pro defenſione non eſt punibilis niſi ſit ex propoſito. 20. 19.
Excluſus à ſucceſſione dicitur etiam excluſus à legitima. 83. 23.
Excommunicatio non incurritur quando offenditur Clericus ex cauſa defenſionis, & non requiritur abſolutio niſi ad cautelam. 24. 5. 6.
Excommunicatio Ipſo Iure incurritur ſi perſonæ Eccleſiaſticæ impediantur nouum aperire furnum, vel molendinum. 97. 22.
Excuſſio non admittitur in Saluiano niſi ſit vigore, l. 2. C. de pig. 73. 21. & 22.
Excuſſio quando dicatur tacitè reiecta à ſtatuto. 95. 1.
Excuſſio dupliciter conſideratur, & quando dicatur de apicibus, & reiecta à ſtatuto, vel de æquitate, & non comprehenſa à ſtatuto tacite, vel expreſſe eam reiciente. 91. 2.
Excuſſio competens fideiuſſori ſemper dicitur de apicibus, & reiecta à ſtatuto. 91. 3.
Excuſſio an ſit facienda de bonis extra territorium ſitis. 91. 18.
Excuſſio facta ad inſtantiam vnius prodeſt etiam alijs. 91. 19.
Excuſſio qualiter poſſit apponi etiam in Saluiano. 91. 21.
Excuſſio conceſſa a ſtatuto quomodo, & in quibus locum habeat, 91. 4. & 5.
Excuſſio reiecta à ſtatuto quomodo intelligatur. 91. 7. & per tot.
Excuſſio poteſt peti à poſſeſſore vt fiat illius ſumptibus contra debitorem, & quid in fideiuſſore. 91. 16. & 17. *Vide Poſſeſſor*.
Executio pro debito tutelari poteſt fieri in bonis ſecundi viri quando mater tranſiuit ad ſecunda vota non reddita ratione tutelę. 4. 10.
Executio non poteſt fieri in fundo dotali etiam pro debito communis vxoris, & mariti. 28. 12.
Executione ſemel facta realiter, vel perſonaliter an poſſit variari donec creditori ſit ei ſatiſfactum. 10. 55.
Executio facta ſuper veſtibus, & iocalibus vxoris etiam de illius conſenſu eſt nulla, 28. 16.
Executio non poteſt fieri contra inhibitionem dotalem intimatam, 28. 14.
Executio vt valeat debet probari quod res in qua ſit ſpectet ad debitorem. 28. 15.
Executio ſuper re a pluribus poſſeſſa pro debito vnius tantùm eſt nulla. 38. 25.
Executio tempora nundinarum eſt prohibita. 39. 13.
Executio laudi impeditur pendente reductione. 55. 58.
Executio quando eſt parata vigore Statuti poteſt fieri areſtum debitoris carcerati. 71. 8.
Executio poteſt fieri contra rem litigioſam alienatam ſine alio proceſſu. 87. 2.
Executio ante ſententiam nimis properè petitur, & non eſt concedenda. 92. 2.
Executio eſt concedenda cum citatione partis, & cognitione cauſæ. 82. 4.
Executio pro aſſecuratione rei quando ſit permiſſa antè ſententiam. 92. 5.
Expenſa an ſit ſoluenda ab emptore litigante vt ſibi paret actionem de euictione. 6. 1. 6. & 7.
Expenſæ non ſunt reficiendæ ſtante iuxta cauſa litigandi. 6. 4.
Expenſæ an ſint reficiendæ etiam ſtante iuſta cauſa litigandi vbi extat ſtatutum, quod victus victori condemnetur in expenſis. 6. 5. 9. & 10.
Expenſæ non debeantur quando quis non fuit condemnatus in illis, cùm intelligantur abſolutis. 6. 11.
Expenſæ factæ cauſa fructuum an ſit reſtituendæ hæredibus emphyteutæ feudatarij, & vſufructuarij. & quid in expenſis ſeminis, & culturæ. 13. 31. & 32.
Expenſæ quænam ſint habendæ in conſideratione in taxatione. 41. 9. &c.
Expenſæ litis an poſſint excedere duplum valoris rei controuerſæ. 41. 41.
Expenſæ copiæ inſtrumentorum quando debeantur, vel non. 41. 22.
Expenſæ factæ pro iuſtificanda intentione quando non ſint reſtituenda. 41. 23.
Expenſæ contumaciales an, & quando ſint reficiendæ vt contumax audiatur, & quid in minore, muliere, vel ruſtico. 78. 5. & ſeqq.
Expenſæ cauſa militiæ factæ non imputantur fratri, qui illas fecit. 83. 8. & 9.
Expenſæ litis an, & quando debeantur pauperi litiganti ab aduerſario. 86. per tot. *Vide ſumptus*.
Expenſæ ſunt reficiendæ ab eo, cuius culpa inſtantia perit. 92. 49.
Expenſæ ſunt reficiendæ ab eo qui renunciat liti. 92. 54. & 55.
Expenſæ vtiles, & neceſſariæ in re conducta an ſpectent ad locatorem, vel conductorem. 97. 2. & ſeqq.
Extenſio de caſu ad caſum non admittitur in ſucceſſionibus. 27. 7.
Extenſio de perſona ad perſonam in iure non admittitur. 34. 16, & cap. 80. 10.
Extenſio fauore piæ cauſæ ſubſtitutæ admittitur. 74. 34.
Extenſio ſemper ſit retentis qualitatibus rei extenſæ. 76. 13.
Extenſio intelligitur ſecundum terminos iuris extenſi. 89. 34.
Extraneus non poteſt acquirere ſeruitutem fundo alieno. 7. 21.
Extraneus quilibet ſoluere poteſt pro debitore etiam Inuito creditore non tamen reportat ceſſionem. 21. 25.
Extraneus quilibet an habeat ius offerendi. 21. 24. 25.
Extrema Saluiani quæ ſint. 44. 1.
Extremum primum Saluiani probatur à communiter accidentibus & ex confeſſione partis. 44. 11. &c.
Extremum vltimum Saluiani probatur ex ſola litis ſubſtentatione. 44. 14.
Extremum primum Saluiani probatur ex clauſula conſtituti, & ex inſtrumento venditionis factæ per debitorem. 44. 8. 10.

F

FActum Principis nunquam comprehenditur, & non excuſat quando fuit præuiſum. 1, 24. 25.
Facultas prorogandi compromiſſum an duret vltra binam prorogationem. 55. 24. & 25. vbi quod debet Intimari.
Facultas affrancandi præſcribitur triginta annis. 68. 64.
Falſitas non probatur ex coniecturis de neceſſitate non concludentibus. 48. 24.
Familia Dominorum de Balneo nobiliſſima, & antiquiſſima. 51. 18.
Famulus an, & quando probet pro domino. 91. 9.
Fatuitas potius, & error in facto proprio præſumitur quàm donatio. 42. 8. & cap. 87. 11. 12.
Fœmina de iure communi æqualiter ſuccedit cum maſculis. 2. 3.
Fœminæ ex vno matrimonio non excluduntur per maſculos ex alio in bonis maternis. 2. 12.
Fœminæ an excludantur vigore Statuti vbi agitur de hæreditate alterius fœminæ. 2. 15.
Fœminæ exiſtentes in pari gradu ſi ſint excluſæ à Statuto, an intelligatur excluſa ſoror à ſucceſſione fratris per exiſtentiam filij alterius fratris. 2. 17. & 18.
Fœminæ an veniat appellatione ſuperuenientium filiorum, & deſcendentium. 32. 57.
Fœminæ an, & quando veniant appellatione proximiorum, agnationis, & cippi domus. 22. 33. & 34.
Fœmina non excluditur à bonis ſitis extra territorium. 32. 1. &c. Et quid in mobilibus, & nominibus debitorum, ibid. 11.
Fœminæ nuptæ extra territorium an, & quando excludantur ſtante Statuto id diſponente. 32. 15. & ſeqq.
Fœminæ quando dicantur temporaliter, & non perpetuo excluſæ. 32. 19.
Fœmina ſemel excluſa ſemper remanet excluſa etiamſi maſculus eam excludens momento tantum vixerit. 32. 10.
Fœminæ vt excludantur debent maſculi eſſe ſubditi, & bona. 32. 8. *Vide Statutum excludens*.
Fœminæ nec actiuè, nec paſſiuè ſumpunt cautionem de non offendendo. 93. 16.
Feneſtra fieri poteſt in proprio pariete etiam ſi reſpiciat in fundum vici-

vicini, & quando ſecus. 7. 33. & cap. 15. 7.
Feneſtra quando fieri poſſit in pariete communi ab vno ex ſocij eleuato. 15. 8.
Feneſtra non dicitur imponere ſeruitutem vicino etiam ſi reſpiciat in eius fundum, vel hortum. 55. 9.
Feneſtris an, & quando ſint apponendæ ferratæ. 15. 50.
Feneſtra omnes reſpicientes in hortos vicinorum ſi eſſent claudendæ tota Ciuitas commoueretur. 25. 12.
Feneſtra non poteſt fieri pro habendo proſpectu in conuentibus monialium, & ſeminarijs inuentum. 15. 14.
Feudum quando dicatur nouum, vel antiquum. 85. 5.
Fictio tantũ operatur quantũ veritas in his, quæ ſunt iuris. 76. 10.
Fideicommiſſarius quid probare debeat ad obtinendũ. 3. 2. & 3.
Fideicommiſſarius capiendo poſſeſſionem propria auctoritate an, & quando efficiatur hæres. 99. 7.
Fideicommiſſum non trãſmittitur ante euentũ conditionis 80. 5.
Fideicommiſſum non debet extraneis interpretationibus induci. 80. 10.
Fideiuſſor accedens ſecundæ obligationi ſub prætextu, & ſuppoſito primæ non remanet obligatus ſi illa erat nulla. 52. 7.
Fideiuſſor accedens contractui geſto cum iniuſtè carcerato an remaneat obligatus. 70. 12.
Fideiuſſor qui ſoluit pro iniuſtè carcerato an ab eo repetat, & quid ſi promiſerit, & ſoluerit pro detento à latronibus pro illo liberando. 70. 15. & 16.
Fideiubens pro alijs dicitur lactare ſuum quod non permittitur inter ſocios de re communi. 31. 4.
Fideiuſſor antequam ſoluerit an, & quando poſſit repetere, vel agere pro ſua indemnitate. 44. 4. & 5.
Fideiuſſor ex ſola creditoris confeſſione, & quietantia repetere poteſt. 44. 7.
Fideiuſſor vigore Statuti Florentini poteſt executiuè repetere etiam ſine ceſſione, & etiam damna, expenſas, & intereſſe. 44. 7. & 10.
Fideiuſſor euictionis non eſt præſtandus niſi ab initio fuerit actum de illo, vel niſi immineat euictio. 19. 5. & cap. 84. 1.
Fideiuſſor de reſtituendo pecuniam anterioribus creditoribus an, & quando præſtari debeat per eum, cui ſoluitur ab emptore de pretio rei emptæ. 59. 6.
Fideiuſſor non remanet obligatus pro tacita reconductione. 30. 3. & ſeqq. vbi quid ſtante nouo conſenſu.
Fideiuſſor an remaneat obligatus ſtante prorogatione. 30. 10.
Fideiuſſor primus an remaneat obligatus per dationem alterius. 30. 11.
Fideiuſſores vltimi an repetant à primis omne ſolutum. 30. 25.
Fideiuſſor ſoluens quando poſſit ab alijs confideiuſſoribus totum repetere. 30. 27.
Fideiuſſor an poſſit accipere præmium pro fideiuſſione. 81. 3.
Fideiuſſor qualiter poſſit defendi a principali. 81. 11. & 12. & cap. 75. 19.
Filiatio quomodo probetur ex fide parochi. 95. 21.
Filiatio quomodo probetur ex enunciatiuis inſtrumentorũ. 96. 22.
Filia non ſuccedit matri extantibus filijs maſculis ſecundum Statutum Florentinum. 2. 8.
Filia quæ renunciauit bonis paternis, & maternis an ſibi acquirat legatũ, vel fratri, cui renunciauit. 8. 38. & c. 90. 50. & 15.
Filia an ingrediatur in locum, & ſexum patris ad excluſionem amitæ. 27. 11. & cap. 45. 12. & ſeqq.
Filia vnius ex ſocijs omnũ bonorum debet de cõmuni dotari. 31. 7.
Filia an ſit dotanda de maſſa hæreditatis, vel ex legitima filio grauato reſeruata. 60. 1. &c.
Filia quando retineat ius ſuitatis. & quid importet. 60. 8.
Filia excluſa an faciat partem, & augeat numerum in computatione legitimæ. 60. 10. 11. & 12.
Filia viuente patre non habet actionem de dote. 77. 23.
Filia nupta an liberetur à patria poteſtate. 77. 22. & 24.
Filia quando excludatur à bonis maternis vigore ſtatuti. 90. 9.
Filia excluſa poteſt capere relicta in teſtamento. 90. 10. & 15.
Filia poteſt capere ex donatione licet renunciauerit ſucceſſioni, vel ſit excluſa. 90. 12.
Filia ſimpliciter excluſa à ſucceſſione dicitur excluſa etiam à legitima. 90. 17.
Filia quando præſumatur dotata etiam de bonis maternis. 90. 18. & 19.
Filia vigore ſtatuti Florentini indiſtinctè excluditur à bonis paternis, & maternis. 90. 25.
Filia à patre dotata non poteſt conqueri. 90. 27. & ſeqq.
Filia an debeat habere dotem æquiualentem legitimæ. 90. 58.
Filia non cenſetur excluſa à lucro l. hac ædictali. 90. 39.
Filia an poſſit prætendere eandem dotem, quam habuit ſoror. 90. 29. & ſeqq.
Filius poſſidendo bona patris præſumitur hæres. 99. 4. & cap. 22. num. 20.
Filius ſpurij, & naturales an comprehendantur in cautione de non offendendo. 93. 5.
Filij inſtituti cum patre an & quando ſuccedant eodem tempore, vel ordine ſucceſſiuo. 82. 59. & 21. & cap. 96. 17. & 58.
Filius viuente patre non habet ius in re empta pro ſe, & patre. 82. 20.
Filius quando poſſit prætendere ſalariũ adminiſtrationis. 83. 14.
Filij vocãtur ad emphyteuſim vt filij non, vt ſucceſſibiles. 85. 9.
Filij an poſſint repudiata hæreditate feudum, emphyteuſim, vel iuſpatronatum retinere. 85. 10.
Filius licet abſtineat ſi per interpoſitam perſonam emat bona patris efficitur hæres. 89. 40.
Filius agendo præſumitur hæres, alias ſecus. 99. 2.
Filius fam. mortuo patre, vel facta emancipatione non poteſt pro debito carcerari. 81. 13. *Vide Priuilegium.*
Filius ex primo matrimonio non excludit fœminas ex alio in bonis maternis. 2. 52. & cap. 90. 38.
Filij tam maſculi, quàm fœminæ æqualiter ſuccedunt de iure communi, & quid vigore ſtatutorum. 2. 1. & 8.
Filius confitens ſe eſſe mercatorẽ non validat contract. 25. 12.
Filius mercator non obligatur niſi pro pertinentibus ad artem ſuam. 25. 13.
Filius præſumitur habitare cum patre, & quando ſecus. 25. 25. & 26.
Filius habitans ſeorſum à patre, vel habens peculium an poſſit obligari ſine patre. 25. 26. & 28.
Filius obligatur quando vna cùm patre in eodem contractu promittit. 25. 27.
Filius an repræſentet patrem ad excluſionem fœminarum. 27. 5. & 10. & cap. 45. 50.
Filij qualiter poſſint defendere dotem matris. 29. 15.
Filij quando teneantur ad penſionem domus, vel mutuum pro communi habitatione, & alimentis per patrem contractum. 29. 17. & 18.
Filius grauatus ſub conditione duas detrahit quartas. 33. 55.
Filius imponendo cenſum, vel alienando videtur eligere pro ſua legitima. 33. 17. & 18. & ſeqq. vbi an exceptio competat etiam emptori.
Filius repræſentando perſonã patris non efficitur hæres. 45. 6. & 7
Filius an tranſmittat ad ſuos hæredes etiam fœminas ius excludendi in eo radicatum. 45. 13.
Filij ex diuerſis matrimonijs qualiter ſuccedant in dote materna. 46. 8. & ſeqq.
Filius an, & intra quantum tempus poſſit pœnitere, & repudiatam hæreditatem adire, & quid ſi ſit minor. 47. 17. & 18.
Filius qui eſt incapax ſucceſſionis non auget numerum ad calculandam legitimam. 60. 12.
Filij in conditione poſiti an dicantur vocati. 74. 37.
Fiſcus qualiter excludatur per donatarium etiam abſentem, & non facta ratificatione ante delictum. 48. 10.
Fiſcus vbi tractat de lucro in dubio excludendus. 93. 27.
Fiſcus non acquirit niſi aliquis pro eo ſtipuletur. 93. 6.
Flatus ventorum, & aeris non poteſt religioſis impediri. 5. 14.
Forenſis tenetur ſeruare Statutum loci vbi contrahit, & quando ſecùs. 25. 7. & 8.
Forenſis non comprehenditur à Statuto excludente fœminas nec actiuè, nec paſſiuè. 32. 4. & 7.
Forenſis ſubiacet Statuto loci vbi litigat quo ad inſtantiam cauſæ. 92. 47.
Forenſis quando poſſit iurari ſuſpectus de fuga. 39. 11. &c.
Forma quando cenſeatur inducta per Statutum, & dicatur ſubſtantialis. 25. 1. & ſeqq.
Formæ renunciari nõ poteſt tacitè, nec expreſsè. 25. 4. &c. 87. 38.
Forma non ſeruata nulla oritur obligatio. 25. 5. 6. & cap. 7. 20.
Forma eſt ſeruanda etiam per forenſes. 35. 7. & quando ſecùs. 8.
Forma quando ſit ſeruanda per ſubditos alibi contrahentes. 25. 9
Forma non probatur ex verbis enunciatiuis. 25. 11.
Forma Statuti eſt ſeruanda in quacunque donatione. 87. 22.
Forum quod poterat declinari contra cedentem quando non poſſit declinari contra ceſſionarium. 55. 11.
Foueam facere an, & quando ſit permiſſum propè fundum vicini. 79. 21. & ſeqq.
Foueam faciens ad quid teneatur ſi animal in eam incidat. 79. 27.
Frater vtrinque coniunctus præfertur conſanguineo tantum in ſucceſſione fratris. 2. 5.
Frater conſanguineus tantùm an excludat ſororem vtrinque coniunctam à ſucceſſione fratris ſtante Statuto de fratre ſorori præferendo. 2. 10.
Fratre vocato ad excluſionem ſororis intelligitur de Fratre primi gradus, & non de alijs. 2. 14.
Fratres ruſtici quomodo diuidant fructus communiter recollectos. 31. 11.
Frater habens maiorem familiam an teneatur aliquid reficere, vel in partem ſuam imputare. 31. 15. & 16.
Frater aliquid acquirens quomodo teneatur alijs communicare. 31. 58.
Frater qui adminiſtrauit tenetur reddere rationem, & an petat ſalarium. 31. 10. & 20.
Frater non poteſt ad inſtantiam fratris carcerari pro debito. 31. 21.

Frater qualiter cenſeatur remiſiſſe redditionem rationum fratri, qui adminiſtrauit. 31. 22.
Frater qui habitauit totam domum communem an teneatur alijs ſoluere penſionem. 31. 23.
Frater an poſſit rem communem obligare, & quid ſequuta diuiſione. 31. per tot.
Frater admittitur ad ſucceſſionem fratris cum aſcendentibus ſi ſit vtrinque coniunctus. 82. 4. & 6.
Frater vterinus excluditur à morte defuncti. 82. 7.
Fratrum filij quando admittantur cum aſcendentibus. 82. 8.
Frater defuncti non videtur admitti cum patre ſtante ſtatuto Florentino. 82. 18.
Frater non tenetur fratrem inſtituere, prohibetur tamen inſtituere turpem perſonam. 82. 25.
Frater turpi perſona inſtituta an rumpat teſtamentum in totum, vel tantum vſque ad legitimam. 82. 26.
Frater ſi rumpat teſtamentum an conſeruentur legata. 82. 27. &c.
Frater intra quantum tempus debeat querelare teſtamentum fratris, & quando non poſſit. 82. 29. &c.
Frater an excludatur per ſubſtitutum honeſtum datum turpi perſonæ. 82. 30. & 31.
Frater quæ, & qualia teneatur communicare, vel in partem ſuam imputare. 83. per tot.
Frater dotando ſororem intelligitur compenſare cũ legato. 90. 21.
Frater tenetur æqualitatem dotis ſeruare inter ſorores. 90. 30.
Fructus in ſpolio debentur à die motæ litis, & quandoque ab initio. 4. 30. & 31. & cap. 98. 33.
Fructus pendentes mortuo Vaſallo an ſpectent ad eius hæredes, vel ad dominum. 53. 1 & 30.
Fructus pendentes an diuidantur pro rata temporis inter hæredes emphyteutæ, & dominum directum. 53. 2. & ſeqq.
Fructus pendente tempore retractus diuiduntur inter retrahentem, & venditorem. 13. 4.
Fructus pendentes tempore mortis Rectoris an diuidantur inter eius hæredes, & modernum Rectorem. 13. 5. & 19.
Fructus pendentes diuiduntur cum hæredibus emptoris ad vitam, & in ſimilibus caſibus. 13. 6.
Fructus rei ſequuntur dominum, & pendentes dicuntur pars fundi. 53. 9. & 10.
Fructus pendentes in re vendita ſpectant ad emptorem, & quando ſecùs. 13. 53. & ſeqq.
Fructus non ſpectant ad vſumfructuarium niſi fuerint à ſolo ſeparati. 13. 16.
Fructus recompenſatiui debentur pro pretio rerum mobilium fructiferarum, ſecùs infructiferarum. 17. 14. & cap 100. per tot.
Fructus rei legatæ debetur quando conſiſtit in ſpecie fructifera, ſecus ſi in quantitate. 23. 17. & 18.
Fructus quantitatis legatæ reinueſtiendæ an debeantur. 50. 5.
Fructus debentur ea quantitate ſubrogata loco ſtabilium. 50. 8. *Vide Intereſſe*.
Fructus percepti ea fideicommiſſo an ſint reſtituendi, vel imputentur in legitimam, vel Trebellianicam. 33. 4. & 18.
Fructus legitimæ debentur à die mortis. 50. 10.
Fructus legitimæ in eam non imputantur. 50. 11.
Fructus recollecti poſt mortẽ debitoris an ſint hypothecati. 66. 26.
Fructus recompenſatiui non ſoluto pretio debentur. 84. 15. Amplia etiamſi non ſit ſolutum ob imminentem euictionem, vel non implementum pacti, ibid. 17. & 18.
Fructus recompenſatiui non debentur pro rata pretij ſupplendi ex remedio l. 2. de reſcind. vend. 84. 19.
Fructus recompenſatiui debentur emptori pro pretio ſoluto re non tradita, vel euicta. 84. 20.
Fructus recompenſati an debeantur ſtante tacita euictione ſibi ipſi facta. 84. 21.
Fructus recompenſatiui an debeantur emptori pro pretio ſoluto ſtante nullitate contractus, & mala fide ob quam res ab eo auocetur vnà cum fructibus. 84. 22. & cap. 98. 36.
Fructus an percipi poſſint ex actu nullo. 84. 23.
Fructus recompenſatiui non debentur vbi ex re empta non fuerunt percepti. 84. 24.
Fructus recompenſatiuos prætendere ab eo qui non percepit iniquum reputatur. 84. 24.
Fructus melioramentorum non habentur in conſideratione. 84. 35. & cap. 98. 34.
Fructus tantum percepti, & non qui percipi potuerunt in materia recompenſatiuorum habentur in conſideratione niſi conſtet de dolo. 84. 26. & cap. 98. 33.
Fructus recompenſatiui non debentur ab emptore domus ſi illam non habitauit, nec alteri locauit. 84. 27.
Fructus recompenſatiui an, & quando poſſint ab initio taxari, vel ex Iudicis officio. 84. 30. & ſeqq.
Fructus recompenſatiui indigent legittima liquidatione. 84. 31.
Fructus pretij non ſoluti non debentur vbi res eſt ſterilis. 84. 32.
Fructus recompenſatiui non debentur quando fuit habita fides de pretio, & quando ſecùs. 84. 33. & 34.
Fructus an ſint reſtituendi à die contractus ſtante eius nullitate. 98. 30. & 31.
Fructuum quantitas non probatur ex locatione niſi aliundè adminiculata. 98. 35.
Fructus ſtabilium licèt incerti, & varij quomodo reducantur ad certitudinem. 100. 17.
Fructus viginti annorum æquant ſortem, & oſtendunt valorem bonorum. 100. 19. & cap. 50. 16. & 17.
Fuga cum re aliena dicitur delictum. 53. 20. & 21.
Fuga ante inquiſitionem quale indicium faciat. 64. 3.
Fundus dotalis licèt æſtimatus non poteſt alienari, nec obligari. 28. 3.
Fundus vt per æſtimationem deſinat eſſe dotalis debet præcedere promiſſio dotis in quantitate. 28. 4.
Fundus dotalis licet æſtimetur poteſt in ſubſidium à muliere vendicari. 28. 5.
Fundus dotalis non poteſt commutari in pecuniam niſi duobus concurrentibus. 28. 6.
Fundus dotalis remanet in dominio vxoris. 28. 15.
Fundus dotalis vbi adeſt ceſſat actio contra alia bona. 29. 16.
Fundus ruſticus non trahit ad ſe vrbanum, ſed è contra. 68. 21.
Fundus cenſui ſuppoſitus non dicitur conſtitutus pro ſpeciali hypotheca ad hoc vt prius excuti debeat. 73. 14.
Furtum præſumitur commiſſum à cuſtode rei furatæ. 37. 3.
Furtum factum in hoſpitio, naui, vel ſtabulo qualiter imputetur cauponi, nautæ, vel ſtabulario. 37. 2. & ſeqq.
Furtum committit qui cum re aliena fugit. 53. 20. & 21.

G

GEminatio actus quid operetur, & qualiter excludat errorem. 26. 6. & 7.
Geminatio verborum quid operetur. 77. 15.
Gradus medij caducati non attenduntur vbi conſtat de voluntate teſtatoris. 74. 34.
Gradus ſequentes quando admittantur medijs ſubſtitutionibus caducatis. 74. 35.
Grauamen ſi ſit expreſſum in vno caſu, & in alio ommiſſum cenſetur teſtator voluiſſe grauare tantum in expreſſo. 67. 12.
Grauamen in dubio non præſumitur. 67. 33.
Grauatus reſtituere hæreditatem an poſſit compelli ad faciendum inuentarium. 33. 1.
Grauatus an teneatur ſatisdare de reſtituendo adueniente tempore. 33. 2.
Grauatus non tenetur reſtituere melioramenta, nec fructus, nec bona ex ſua induſtria recuperata. 33. 3. & ſeqq.
Grauatus habet retentionem pro expenſis factis in defenſione bonorum. 33. 6.
Grauatus ſoluens debita an repetat à fideicommiſſario. 33. 7.
Grauatus non facto inuentario ſi ſoluat non acquirit iura creditorum. 33. 8.
Grauatus an teneatur reſtituere prælegata, & cohæredum portiones ſuperlucratas. 33. 9.
Grauatus an teneantur reſtituere bona emphyteutica. 33. 10.
Grauatus an poſſit imponere cenſum ſuper bonis reſtituendis. 33. 11 & 14.
Grauatus quando poſſit detrahere ſua credita. 33. 12.
Grauatus alienando quando incurrat pœnas appoſitas, & quid ſi redimat 32. 14.
Grauatus ſi ſit filius detrahit duas quartas. 33. 15.
Grauatus an, & quando poſſit alienare pro detractione legittimæ, & Trebellianicæ. 33. 18. & ſeqq.
Grauatus alienando effectualiter, & non ſimpliciter hypothecando dicitur eligere pro ſua portione. 33. 20.
Grauatus cenſetur poſt mortem, qui durante vita tantum fuit inſtitutus. 35. 28.
Grauatus in dubio potius vti miniſter, quam de proprio cenſetur grauatus. 35. 27.
Grauatus interim dum poſſidet poteſt vti iure congrui, nec tenetur rem retractum reſtituere. 68. 36.
Grex non dicitur immortalis ſtante pacto quod fœtus ſpectent ad eum, qui ponit animalia in ſocietate donec ſit de capitali reintegratus, & quid ſi interim extinguatur. 57. 43. 44.

H

HAbitatio domus ad vitam relicta non denotat mobilia fuiſſe etiam ad vitam tantum relicta ſi ſimpliciter in alio capite ſint legata. 10. 22.
Habitatione domus reſeruata, & non in domo debet reſeruans habere totam domum. 24. 35. & 33.
Hæreditas præſumitur opulenta etiamſi non adſint pecunia. 3. 9.
Hæreditas an dicatur iacens exiſtente ſuo hærede. 47. 6. & 27.
Hæreditas ſemel repudiata amplius adiri non poteſt, & quid in filio. 47. 16. 17. & 18. vbi quid in minore & cap. 89. 37. &c.
Hæreditas infanti delata quomodo ei acquiratur. 47. 19.
Hæreditas adita fit proprium patrimoniũ, & tranſmittitur. 61. 50.

Hæreditas non adita cur non tranſmittatur. 61. 11. & cap. 89. 1.
Hæreditas matris quando dicatur adita per retentionem dotis. 61. 13.
Hæreditas non dicitur delata pendente conditione, nec tranſmitti poteſt. 80. 6. & cap. 89. 12. 49.
Hæreditas defuncti ſine filijs qualiter ſpectet ad aſcendentes, & fratres. 82. 1.
Hæreditas nepotis ſpectat ad auum excluſo patruo. 82. 13.
Hæreditas quando dicatur delata, vt ſit locus Statuto quod delata, licèt non adita tranſmittatur. 89. 2. & ſeqq. per tot.
Hæreditas an dicatur delata exiſtente impedimento adeundi. 89. 3.
Hæreditas vt poſſit adiri, quæ requirantur. 89. 8.
Hæreditas dicitur delata quando impedimento poteſt occurri per interpoſitam perſonam. 89. 16.
Hæreditas infanti delata per quos eius nomine adeatur. 89. 17. Et quid in pupillo, & minorem, ibid. 19. & 20.
Hæreditas an dicatur adita per habitationem domus, vel ingreſſum fundi. 89. 21.
Hæreditas an dicatur delata ei, qui eſt incapax ſucceſſionis. 89. 22
Hæreditas deſcendentis delata aſcendenti, & non adita an tranſmittatur. 89. 43.
Hæreditas an poſſit repudiari per debitorem in præiudicium creditorum. 89. 47.
Hæreditas delata bannito poteſt repudiari, nec acquiratur Fiſco, etiam quoad legitimam. 89. 48.
Hæres non poteſt impugnare factum defuncti. 3. 7.
Hæres non iuuatur inuentario in rebus hæreditarijs. 3. 8.
Hæres licèt beneficiatus non vendicat bona alienata ſi tantum reperitur in hæreditate quantum valet res alienata. 3. 8.
Hæres debet facere æſtimare res hæreditarias. 3. 10.
Hæres tenetur reddere rationem de bonis inuentariatis. 3. 12.
Hæres poteſt cogi ad faciendũ ſaltem deſcriptioné bonorum. 3. 30.
Hæres tenetur medio iuramento patefacere res hæreditarias. 3. 31.
Hæres beneficiatus poteſt offerre ſolutionem bonis. 3. 32.
Hæres beneficiatus an poſſit actione perſonali conueniri. 3. 33.
Hæres non poteſt moleſtari intra tempus conficiendi inuentarium. 3. 34. & cap. 95. 4.
Hæres in quibus caſibus poſſit conueniri intra tempus conficiendi inuentarium. 3. 31. & ſeqq.
Hæres non poteſt intra nouem dies à die mortis defuncti moleſtari. 3. 40.
Hæres beneficiatus poteſt ſeparare bona pro ſuo credito: 3. 41.
Hæres beneficiatus cenſetur ſibi ſtatim ſoluiſſe, & facit fructus ſuos reſpectu poſteriorum. 3. 42. & 43.
Hæres promittere ſoluens legata an, & quando cenſeatur renunciare beneficio inuentarij. 3. 44.
Hæres beneficiatus an poſſit ſoluere creditori prius venienti ſine cautione. 3. 46.
Hæres an poſſit allegare beneficium inuentarij in executione ſententiæ. 3. 47.
Hæredes ſunt manutenendi, & de illorum manibus capienda legata, & credita. 8. 29.
Hæres qui inuentarium non fecit non poteſt cedere bonis. 54. 18.
Hæres vnus an poſſit in ſolidum conueniri pro dote, & repetat à cohæredibus. 67. 4. 5. & 7.
Hæres quando dicatur granatus vt cohæredes liberet à moleſtijs. 67. 8.
Hæres quando dicatur grauatus vt miniſtet, & repetat à cohæredibus. 67. 59.
Hæres qui ſoluit debitum hæreditatis an fundum æquiualentem habere debeat. 67. 30.
Hæres ad quid teneatur liberatione. 67. 32.
Hæres vnus quando, & quomodo poſſit totum petere cæteris non petentibus partes ſuas. 77. 1. & cap. 22. 22.
Hæres quando poſſit ante euentum conditionis adire, & tranſmittere. 89. 50.
Hæres poteſt pendente conditione agnoſcere bonorum poſſeſſionem de iure prætorio. 89. 51.
Hæredes minoris poſſunt exigere rationem tutelæ à tutore. 8. 49.
Hæres poteſt ex iuſtis cauſis iurare in litem contra tutorem. 8. 50.
Hæredes emphyteutæ, vel Vaſalli an ius habeant ſuper fructibus pendentibus. 13. 2. 7. & ſeqq. An ſaltem repetant expenſas ſeminis, & culturæ, ibid. 31. & 32.
Hæres hæredis dicitur primi teſtatoris hæres. 22. 18.
Hæredes mariti quando teneantur dotem non exactam reſtituere. 29. 5.
Hæres grauatus quando poſſit detrahere ſua credita. 33. 12.
Hæres qui habet qualitatem requiſitam admittitur. 40. 14.
Hæres vocatus quando poſſit propria auctoritate capere poſſeſſionem. 40. 17.
Hæredes extranei emphyteutæ an poſſint nouam inueſtituram petere. 58. 1.
Hæredes vaſalli tenetur nouam inueſtituram petere. 58. 2.
Hæredes emphyteutæ proximiores etiam fœminæ quando, & intra quantum tempus poſſint conceſſionem alijs factam reuocare. 38. 8. & ſeqq.

Hæredes donatoris an poſſint donare reuocationem, quam reuocare poterat donator. 59. 7.
Hæredes non tenentur ſoluere vſuras promiſſas à defuncto etiam cum iuramento. 100. 30.
Hypotheca oritur in bonis ſecundi viri, cui nupſit mater non reddita ratione tutelæ. 4. 10.
Hypotheca ſuper pecunia quomodo extinguatur per conſumptionem, & commixtionem. 19. 12. & ſeqq.
Hypotheca conditionalis an, & quando retrotrahatur ad tempus initij tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus. 23. 1. & ſeqq.
Hypotheca tacita competit prolegatis in bonis teſtatoris, & quando ſecus. 23. 6. 7. & 8.
Hypotheca pro legatis non datur in bonis hæredis, niſi ſint expreſſè obligata. 23. 9. & 10.
Hypotheca cenſetur inducta quando promittitur aliquid ſuper bonis, & quid ſi promittitur de bonis, vel ex bonis. 23. 11. & 12.
Hypotheca inducitur ex licentia alienandi pro credito. 23. 13.
Hypotheca quæ ex ordine ſcripturæ apparet anterior an, & quando ſit præferenda. 23. 14.
Hypotheca non extinguitur per diuiſionem. 31. 25. & 26.
Hypotheca tacita competit filijs pro conſeruatione bonorum primi matrimonij, & pro doloſa adminiſtratione. 35. 7.
Hypotheca amiſſa per acquiſitionem dominij reuiuiſcit ſi reuocatur, & durat ſemper ad effectum retinendi. 36. 21.
Hypotheca non competit ſuper fructibus recollectis poſt mortem debitoris. 66. 26.
Hypotheca cenſualis poteſt exerceri contra poſſeſſorem rei cenſuatæ abſque vlla excuſſione. 73. 8.
Hypotheca generalis eſt licita in cenſu vltrà fundum, & an poſſit exerceri non facta excuſſione fundi cenſuati. 73. 9. 13. & 14.
Hypotheca ſpecialis non dicitur fundus cenſui ſuppoſitus, ibid.

I

IGnorantia non eſt vitium, ſed natura. 17. 30.
Ignorantia præſumitur non docto de ſcientia. 22. 6.
Ignorantia iuris præſumitur in teſtatore litterarum ignaro, & muliere. 35. 23.
Illatio non ſit ex diuerſis. 35. 32.
Immiſſio an poſſit dari ſuper bonis generaliter obligatis non facta excuſſione fundi cenſuati. 73. 9. & 13.
Impedimentum iuris, & facti eſt idem quoad impediendam præſcriptionem. 22. 15.
Impedimentũ ignorantiæ non retardat operationem legis. 89. 15.
Impeditus adire habetur pro non ſcripto. 89. 4. & 5. vbi quid ſi ſit impeditus tantum de facto.
Imperitia quando culpæ annumeretur. 17. 27.
Imperitia Notariorum quantum mali operetur, & non præiudicet contrahentibus. 51. 26. 27.
Imperitus, & illiteratus non poteſt exercere munus iudicandi niſi ſit electus à Principe. 17. 28. & 29.
Impetus aquarum, vel inundatio dicitur caſus fortuitus. 97. 4.
Impoſſibilitas an, & quando vitiet contractus, vel vltimas voluntates. 69. 27.
Incertitudo loci, & quotæ quando dicatur adeſſe. 62. 1.
Incertitudo vitiat quamcumque diſpoſitionem. 62. 2.
Incertitudo impedit translationem dominij, & poſſeſſionis. 52. 7.
Incertitudo non attenditur de æquitate, & non vitiat contractum. 62. 9.
Incertitudo quæ certificari poteſt non nocet, nec vitiat contractus, qui ſolo conſenſu perficiuntur. 62. 12. & ſeqq.
Incertitudo in genere generaliſſimo attenditur, non in genere ſubalterno, & inferiori. 62. 15.
Incertitudo quæ ex legis diſpoſitione poteſt liquidari non obſtat. 62. 17.
Incertitudo non nocet vbi adeſt certitudo quota relata ad prædium vniuerſum. 62. 18. & 19.
Incertitudo non obſtat in contractu dotis. 62. 23.
Incertitudo delinquentis facit omnes abſolui, ne innocens grauetur. 93. 26.
Incontinenti factum dicitur ineſſe, & quando incontinenti fieri dicatur. 41. 4. & 5. & cap. 59. 3.
Inducta ad vnum finem tantùm non debent aliud operari. 73. 15.
Infanti facta donatio qualiter ſtatim acquiratur. 5. 11. & ſeqq.
Infanti delata hæreditas quomodo acquiratur. 47. 19.
Infans an tranſmittat hæreditatem ſibi delatam. 89. 6. 17. & 31.
Infans habetur pro abſente, & æquiparatur dormienti. 89. 7.
Ingratitudo maxima eſt pacta non ſeruare, & quid operetur tàm in donatione, quàm in alijs caſibus. 24. 26. & ſeqq.
Inhibitio dotalis intimata impedit executionem. 28. 14.
Iniquum eſt exigere fructus ab eo qui non percipit. 84. 24.
Iniuria illata filijs, & viro ob tranſitum ad ſecunda vota, an & quomodo poſſit remitti. 35. 9. & 10.

Iniuria an cenſeatur remiſſa per legatum factum in caſu ſecundarum nuptiarum. 35. 11. & 31.
Iniuria an dicatur remiſſa per cohabitationem filiorum. 35. 12.
Iniuria vt dicatur remiſſa an requiratur conſenſus expreſſus. 35. 18. & 20.
Inopia viri an ſit probanda citatis creditoribus, vt vxori competat retentio pro ſuis dotibus. 29. 9.
Inopia ſola non ſufficit vt litiganti debeantur ſumptus litis. 86. 6.
Inſinuatio debet fieri tempore habili, alias res donata poteſt repeti. 5. 16.
Inſinuatio an poſſit ſuppleri per iuramentum. 5. 20.
Inſinuatio vbi non interuenit quando donatio in totũ corruat. 5. 19.
Inſinuatio an præſumatur ex diuturnitate temporis. 5. 22. & 23.
Inſinuatio præſumitur ex curſu 30. annorum. 25. 20.
Inſinuatio requiritur etiamſi actum fuerit quod tot ſint donationes, quot res donatæ. 5. 24.
Inſinuatio an poſſit quandocumque fieri. 5. 26.
Inſinuatio validat donationem ex nunc, non ex tunc, nec retrotrahitur in præiuditium tertij. 5. 26. & 27. vbi de regiſtro vigore legis Florentiæ.
Inſinuatio nõ eſt neceſſaria ſtante incertitudine futuri euẽtus. 5. 28.
Inſinuatio nõ requiritur in renũciationibus de iure quærendo. 5. 29.
Inſpectio loci eſt omni alia probatione præſtantior. 14. 8. & cap. 16. 14.
Inſtantia non perit quando ſumus in confeſſis. 88. 13.
Inſtantia perempta quæ acta pereant. 78. 22.
Inſtantia perempta an, & quando poſſit ferri ſententia. 88. per tot. & cap 92. 43.
Inſtantia quanto tempore duret de iure ciuili, & quanto de iure canonico. 92. 41. & 42.
Inſtantia de iure communi quando incipiat, & quando vigore ſtatuti Florentini. 92. 43. & 46.
Inſtantia quanto tempore duret attento ſtatuto Florentino, & in quibus cauſis procedat. 92. 44. & ſeqq.
Inſtantia ſtatutaria habet locum etiam in cauſis Forenſium. 92. 47.
Inſtantia perempta debentur expenſæ ab eo, cuius culpa perit. 92. 49.
Inſtitutus durante vita cenſetur grauatus poſt mortem. 35. 28.
Inſtitutus in vſufructu nullo cohærede dato cenſetur etiam inſtitutus in proprietate. 38. 13.
Cenſetur tamen grauatus poſt mortem illam reſtituere venientibus ab inteſtato, ibid. 14.
Inſtitutus in re certa habetur loco legatarij. 76. 14.
Inſtituto aliquo cum eius filijs an, & quando filij cenſeantur vocati ordine ſucceſſiuo, vel eodem tempore concurrant. 82. 19. & 51. & cap. 96. 17. & 18.
Inſtitutio extraneorum in emphyteuſi an videatur approbata per receptionem canonis factam a domino. 58. 44.
Inſtitutio Tutoris, vel Curatoris facta à minore non valet. 70. 52.
Inſtitutio procedens ex importunitate non valet. 70. 26.
Inſtitutio principalis ſi deficiat euaneſcit ſubſtitutio ab ea dependens. 94. 36.
Inſtitor, & præpoſitus quis dicatur, & an eius confeſſio noceat domino. 37. 5.
Inſtrumentum dicitur probatio probata, & veritas euidens. 56. 19. facit fidem indubitatam. 86. 3.
Inſtrumenti executio an poſſit retardari ob non redditam rationem adminiſtrationis. 86 4.
Inſultatus qualiter poſſit aggreſſorem offendere. *Vide Aggreſſus.*
Inſultatus quando poſſit minantem, vel ſine armis inſultantem offendere. 20. 4.
Inſultatus an præſumatur ſeruaſſe moderamen inculpatæ tutelæ, & quibus conſtat. 20. 7. & 8.
Inſultatus excuſatur à pœna ordinaria delicti. 64. 5.
Intentio contrahentium præciſa ex quibus arguatur. 17. 47.
Intereſſe dotis vt debeatur requiritur exiſtentia matrimonij, & onerum ſupportatio. 50 1. & cap. 84. 7.
Intereſſe dotis an debeatur ſoluto matrimonio vbi extant filij. 50 2.
Intereſſe dotis qualiter debeatur vigore pacti etiam ſoluto matrimonio. 50. 3. & cap. 84. 7.
Intereſſe debetur quando pecunia erat inueſtienda in ſtabilibus, prout quando dos conſiſtit in ſtabilibus. 50. 4. & 6.
Intereſſe debetur vbi dos eſt ſubrogata loco legitimæ. 50. 7. & 8.
Intereſſe debetur ex legato quantitatis reinueſtiendæ. 50. 5.
Intereſſe debetur per eum, qui tenebatur deponere pecuniam reinueſtiendam. 50. 9.
Intereſſe legitimæ debetur à die mortis, & in eam non imputatur. 50. 10. & 11.
Intereſſe dotis bona fide perceptum non imputatur in eam. 50. 12.
Intereſſe dotis debetur ad rationem quinque pro centenario, vel iuxta morem regionis. 50. 13.
Intereſſe verum dicitur quod per 20. annos æquat ſortem. 50. 16. & cap. 100. 19.
Intereſſe nullum debetur ex pecunia mutuo data. 51. 1.
Intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis qualiter poſſit in mutuo deduci in pactum, & ſi probandum vt debeatur. 51. 3. & ſeqq. ad 13. & ſeqq. & cap. 100. 11. & ſeqq. *Vide Lucrum.*
Intereſſe habẽs non poteſt auctorare contractũ ad ſui fauorẽ. 77. 3.
Intereſſe dotis an, & quando debeatur viduæ ab hæredibus viri. 84. 8.
Intereſſe dotis debetur viduæ quæ tranſiuit ad ſecundas nuptias. 84. 10.
Intereſſe dotis qualiter debeatur vigore conſuetudinis, & quomodo talis conſuetudo interpretanda. 84. 9.
Intereſſe poteſt taxari in pretio rei de ſui natura fructiferæ. 100. 17.
Intereſſe ad rationem centenarij, & anni non poteſt taxari. 100. 20.
Intereſſe declaratum non à partibus, ſed ab arbitris eſt licitum. 100. 46.
Intereſſe qualiter debeatur ratione aulamenti apothecæ. 100. 44. 45.
Interpellatio an ſit neceſſaria vt debeatur damnum emergens quando quis recipit ad cambium. 55. 9.
Interpellatio debet eſſe perſonalis, & non domi facta. 51. 10.
Interpellatio iudicialis ſufficit ad incurrendam pœnam. 65. 9.
Interpellatio extraiudicialis inducit moram. 65. 7.
Interpretatio fit contra ſtipulatorem, & omiſſum habetur pro omiſſo. 14. 19.
Interpretatio illa eſt ſumenda, per quam verba inſtrumenti ſe inuicem compatiuntur, & tollitur contrarietas. 42. 13.
Interpretatio eſt facienda ſecundum ſubiectam materiam. 58. 24.
Inuentarium non prodeſt in rebus hæreditarijs. 3. 8.
Inuentarium debet continere æſtimationem omnium contentorum in eo, & omnia diſtinctè per pondus, numerum, menſuram, qualitatem, & quantitatem. 3. 11.
Inuentarium debet continere vigintiduo requiſita. 3. 13. & 19. vbi quæ ſint ſubſtantialia.
Inuentarium an de conſuetudine requirat tot ſolemnitates. 3. 15.
Inuentarium licèt non ità ſolemne probat ceſſante fraude, & quando ceſſet præſumptio fraudis. 3. 16.
Inuentarium vt valeat de conſuetudine deberet plenè probari conſuetudo. 3. 17.
Inuentarium eſt res ſcrupoloſa, & cum grano ſalis conficiendum. 3. 18.
Inuentarium valet reſpectu citatorum, & degentium extrà territorium, licèt quoad non citatos eſſet nullum. 3. 21.
Inuentarium valet quoad omnes ſtante multitudine creditorum, & ceſſante fraude facta generali citatione per proclama. 3. 23.
Inuentarium an valeat facta ſola proteſtatione, & conuocatione creditorum. 3. 23.
Inuentarium poteſt fieri per procuratorem cum ſpeciali mandato. 3. 24.
Inuentarium præſumitur omnia continere, & plenè probat contra conficientem. 3. 25. 26.
Inuentarium non poteſt diminui, nec caſſari niſi citatis intereſſe habentibus. 3. 27.
Inuentarium hæredis non prodeſt fideicommiſſario niſi præſumptiue. 3. 28. & 29.
Inuentarium quando poſſit allegari in executione ſententiæ. 3. 47.
Inuentarium tutelare poteſt remitti à teſtatore. 8. 52. ne ſecreta domus pandantur, ibid. 53.
Inuentarium an ſit conficiendum à grauato reſtituere hæreditatem. 33. 1.
Inueriſimile quando ſit quod teſtator voluerit proprietatem hæreditatis filij vxori acquiri. 35. 30.
Inueſtitura vltima quando ſit attendenda. 58. 29. & quando prima. 85. 3. 4. & 6.
Inueſtitura noua an fieri poſſit in præiudicium comprahenſorum in prima. 85. 7.
Inueſtitura non poteſt alterari poſt ius quæſitum. 85. 8.
Inueſtitura eſt concedenda nouo emphyteutæ eodem modo quo erat conceſſa alienanti, etiam vltimo de comprahenſis. 85. 23.
Inuidia eſſe non debet quod bona ad ſuum fontem reuertantur. 82. 10.
Iudex quando poſſit abſoluere ab expenſis etiam ſtante ſtatuto quod victus victori in illis condemnetur. 6. 13.
Iudex quilibet poteſt recuſari ſuſpectus, & quomodo. 12. 1.
Iudex non eligit peritos niſi poſt moram partium, & illis diſcordantibus. 12. 5.
Iudex ex quibus cauſis dicatur ſuſpectus. 12. 10. & ſeqq.
Iudex non poteſt inducere ſtylum contra ius commune. 15. 11.
Iudex tenetur litibus obuiare. 15. 13.
Iudex appellationis an in dubio reuocare debeat ſententiam primi, & quare. 15. 50.
Iudex omittens ſine iuſta cauſa condemnare in expenſis tenetur de proprio. 16. 22.
Iudex per imperitiam malè iudicans tenetur ad damna, & intereſſe partis. 17. 27.
Iudex an poſſit eſſe imperitus, & illiteratus. 17. 28. & 29.
Iudex poteſt aſſignare terminum ad agendum, & eo elapſo pronunciare non eſſe amplius audiendos creditores, 19. 20.

Iudex quæ obſeruare debeat antequam concedat mandatum ſuſpicionis fugæ. 39. 1. & ſeqq.
Iudex quando non debeat arbitrari debitorem ſuſpectum. 39. 18.
Iudex qualiter poſſit immiſſionem concedere vigore *l. fin. C. de adic. D. Ad. toll.* 40. 18.
Iudex quando pendente appellatione poſſit taxare expenſas. 41. 3.
Iudex appellationis quando poſſit taxare expenſas coram primo Iudice factas. 41. 24.
Iudex appellationis ſimpliciter condemnando in expenſis cenſetur condemnare etiam in factis coram primo Iudice. 41. 25.
Iudex an, & quando poſſit arbitrio ſuo lædere partes. 55. 35.
Iudes debet reum abſoluere quotieſcumque dubia redditur intentio fiſci. 64. 57.
Iudex indebitè decretum interponens qualiter obligetur, & quas pœnas incurrat. 87. 37.
Iudex quando poſſit ſententiare etiam poſt peremptam inſtantiam. 88. 2. & cap. 95. 10.
Iudex non poteſt pronunciare vltra petita, & pronuntiando ſtultus reputatur. 92. 28.
Iudex appellationis non poteſt pronunciare niſi ſuper meritis primæ cauſæ cùm non efficiatur Iudex nouæ cauſæ. 92. 29. 30. & 35.
Iudex appellationis tenetur totum negotium definire. 92. 31. vbi an poſſint non deducta deduci, & non probata probari.
Iudex appellationis habet limitatam iuriſdictionem. 92. 13.
Iudex perempta inſtantia deſinit eſſe Iudex, & quid facere poſſit. 92. 48.
Iudex ſententiando perempta inſtantia an puniatur. 92. 50.
Iudex non incurrit pœnam non expediendo cauſam niſi fuerit inſtitum à partibus. 95. 11.
Iudicium an poſſit conualidari per ſuperuenientem conſenſum. 8. 36.
Iudicium an poſſit alterari per ceſſionem in præiudicium partis. 8. 37.
Iudicium peritorum valdè fallax, & periculoſum. 15. 32.
Iudicium peritorum debet omitti quando aliundè conſtat de veritate etiamſi Statutum mandaret illos adhiberi. 15. 33.
Iudicium non poteſt ab executione incipere. 92. 1.
Iuramentum ao, & quando ſuppleat inſinuationem. 5. 20.
Iuramentum vnum an poſſit plures defectus ſupplere. 5. 21. & 49. & cap. 87. 42.
Iuramentum an firmet donationem inter patrem, & filium. 5. 30. & 3.
Iuramentum in contractu ſimulato nihil operatur. 5. 48.
Iuramentum adhibitum ad vnum finem alios defectus non ſupplet. 50. 20.
Iuramentum in litem peti poteſt etiam per hæredes minoris, non tamen contra hæredes tutoris niſi lite conteſtata. 8. 50. & 51.
Iuramentum in litem non datur quando fuit remiſſum inuentarium. 8. 56.
Iuramentum an, & quando ſit neceſſarium in relatione peritorum. 12. 8. 9.
Iuramentum ſuppletorium quando ſit deferendum. 17. 17.
Iuramentum non operatur vbi deficit conſenſus, nec ſtante errore, vel falſa cauſa. 26. 28.
Iuramentum non validat contractum meticuloſum. 70. 28.
Iuramentum quomodo habeatur pro appoſito, & quid operetur ſtante pacto quod ſcriptura habeatur pro iurata. 70. 29.
Iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis, ſed tunc relaxari ab Epiſcopo, vel Vicario. 75. 1.
Iuramentum an, & quando tranſeat ad hæredes iurantis. 75. 3. & cap. 100. 29.
Iuramentum interpoſitum vigore ſtatuti non ſupplet alios defectus. 73. 16.
Iuramentum ſuper contractu ipſo iure nullo nihil operatur. 87. 40.
Iuramentum non extenditur ad ea, quibus non fuit cogitatum, nec operatur vltra mentem iurantis. 87. 53.
Iuſtitia pretij aſſecurationis quomodo adſit in ſocida bouum. 17. 10.
Iuſtè poſſidet qui auctore Prætore poſſidet, & quando ſecus. 4. 36. & 37.
Ius ciuile ſeruandum in terris Imperij. 12. 2.
Ius perſonale ad ſingulares ſucceſſores non transfertur. 14. 15.
Ius offerendi competit poſteriori creditori aduerſus anteriorem. 21. 1.
Ius offerendi ceſſat quando res fuit vendita extraneo. 21. 2. & 3.
Ius offerendi an competat vendita re alteri creditori. 21. 4.
Ius offerendi ceſſat quando fuit conuentum ab initio de re vendenda. 21. 9.
Ius offerendi ceſſat ſtante obligatione Camerali, vel quarantigia. 21. 10.
Ius offerendi an ceſſet quando creditori vti extraneo oblatori fuit res vendita. 21. 12.
Ius offerendi competit primo creditori poſſidenti aduerſus ſecundum offerentem, & cuilibet extraneo poſſeſſori. 21. 22.
Ius offerendi an, & quomodo competat cuicũque extraneo. 21. 24.
In iure offerendi locus eſt depoſito, & ceſſio habetur pro facta. 21. 26.
In iure offerendi an omne debitum vnà cum expenſis ſit offerendum, & an detur retentio pro melioramentis. 21. 27. & 28.
Ius offerendi an, & quando locum habeat in dote. 21. 29. & 30.
In iure offerendi melior eſt conditio poſſidentis. 21. 32. & ſeqq.
Ius offerendi competit quandocumque etiam poſt ſententiam. 21. 34. 35.
Ius offerendi an competat debitori poſt adiudicationem factam. 21. 36.
In iure offerendi oblatio debet eſſe realis. 21. 39.
Iure datoris reſoluto reſoluitur ius acceptoris. 33. 13.
Iuri alieno renunciari non poteſt. 35. 15.
Ius prælationis in fundo cenſito qualiter competat domino cenſus. 36. 1.
Ius prælationis competit etiam in datione in ſolutum, & emphyteuſi. 36. 4. *Vide Dominus Cenſus.*
In iure retractus melior eſt poſſidentis conditio cæteris paribus. 36. 16.
Ius deliberandi qualiter tranſmittatur. 61. 12. *Vide Tranſmiſſio.*
Ius petendi ſupplementum legitimæ quomodo tranſmittitur ad hæredes, & quanto tempore duret. 61. 5.
Ius, & facultas affrancandi præſcribitur 30. annis. 68. 64.
Ius congrui an habeat locum in rebus feudalibus, & emphyteuticis Eccleſiæ. 68. 8.
Ius congrui cõpetit etiã pro vicinitate à parte retro domus. 68. 14.
Ius congrui an habeat locum in venditione neceſſaria. 98. 25.
Ius congrui cõpetens domino cenſus ceſſat contra vicinos. 68. 26.
Ius congrui an habeat locum datione in ſolutum. 68. 27. & 28.
Quid in permutatione. 68. 29. & 31.
Quid in datione dotis æſtimatæ. 68. 32.
Quid in diuiſione. 68. 33.
Quid in donatione inter viuos. 68. 35.
Quid in venditione conditionali, vel modali. 68. 40.
Quid in venditione nulla, & ſimulata. 68. 41.
Quid ſi alienatio effectum non habuit. 68. 42.
Ius congrui an, & quomodo poſſit alteri cedi. 68. 38.
Ius congrui an, & quomodo competat vicinis non obſtante pacto de retrouendendo. 68. 43.
Ius retrahendi competens pluribus ex pacto an, & quomodo poſſit ab vno tantum intentari. 68. 44.
Ius congrui quomodo competat ſi ille qui totum retraxit alteri poſteà vendat. 68. 45.
Ius congrui quomodo competat vendenti vnam ex domibus ſuis coniunctis ſi iure congrui euincatur emptori. 68. 46.
Ius congrui non competit ei, qui tacitè, vel expreſsè alienationi conſenſit. 68. 47.
Iuri congrui an dicatur renunciatum ex fideiuſſione facta in inſtrumento venditionis. 68. 48.
Ius congrui qualiter poſſit excludi per cautelas. 68. 49.
Ius congrui an excludatur per reſeruationẽ fruſtuli terrę. 68. 50. 51.
Ius congrui impeditur per flumen, & viam publicam intermediam, quid in via vicinali, & riuo aquæ. 68. 52. & 53.
Et quid ſi adſit coniunctio mediante ponte, ibid. 54.
Ius congrui quanto tempore præſcribatur. 68. 62. & 66.
Ius congrui competit etiam contra ſecundum, & vlteriorem emptorem. 68. 67.
An volens vti iure congrui teneatur omnia ſimul vendita retrahere. 68. 71. & cap. 36. 14. & 15.
Ius accreſcendi ex quibus excludatur. 76. 1.
Ius accreſcendi non habet locum vbi adeſt ſubſtitutus expreſsè, & quid in tacita ſubſtitutione. 76. 2. & 3.
Ius accreſcendi quando præualeat ſubſtitutioni. 76. 5.
Ius accreſcendi ceſſat vbi habet locum tranſmiſſio. 76. 6.
Ius accreſcendi an habeat locum inter ſuccedentes diuerſo iure. 76. 15.
Ius accreſcendi an habeat locum in actibus inter viuos. 76. 16.
Ius accreſcendi procedit in donatione Principis. 76. 17.
Ius accreſcendi an habeat locum in emphyteuſi. 76. 18. & quid in feudis. 19.
Ius accreſcendi an procedat inter verbis, & re diſiunctos. 76. 20.
Ius accreſcendi non habet locum in diſpoſitionibus limitatis. 76. 21.
Ius accreſcendi an poſſit impediri, & prohiberi per teſtatorem. 76. 22.
An pars accreſcens tranſeat cum onere ſuo. 76. 23.
An accreſcat etiam cohæredi inuito. 80. 19.
Ius accreſcendi, vel non decreſcendi quando locum habeat. 80. 17.
Ius accreſcendi vt locum habeat quæ requirantur. 80. 18.
Ius accreſcendi quomodo procedat etiam in relictis particularibus. 80. 20.
Ius accreſcendi, vel non decreſcendi procedit in iure patronatu. 96. 19.
Ius patronatus quomodo acquiratur. 96. 1. & 10.
Ius patronatus tranſit in ſtirpes, non in capita. 96. 4.
Ius patronatus in dubio dicitur hæreditarium. 96. 6.

Ius patronatus an veniat in reſtitutione fideicommiſſi. 96. 7. & 8.
Ius patronatus hæreditarium poteſt immutari in gentilitium. 96. 15. 20.
Ius patronatus quando dicatur mixtum. 96. 16.
Ius patronatus gentilitium quando conſtituatur. 96. 20.
Ius patronatus non poteſt acquiri ab extraneo in præiudicium aliorum vocatorum. 96. 24.
Ius patronatus quando requirat qualitatem hæreditariam in patrono, & an ſufficiat illam trahere à fundatore, & non ab vltimo patrono. 96. 23.
Ius patronatus quado ſit perpetuum, & tranſeat etiam ad filios naturales. 96. 35.
Ius patronatus quomodo deferatur vbi vocatur antiquior, & ſenior de familia. 96. 36.
Ius patronatus non venit in confiſcatione bonorum. 96. 37.
Ius patronatus extinguitur deſtructa Eccleſia, in qua conſiſtebat. 96. 38.
Ius patronatus non poteſt reſignari, nec permutari ſine conſenſu patroni. 96. 36.
Ius patronatus poteſt per Epiſcopum conferri patrono. 96. 42.
Ius patronatus non poteſt cedi, vel donari ſine conſenſu Epiſcopi. 96. 28. & ſeqq.

L

Laudemium non debetur niſi ab extraneis. 58. 20.
Laudemium non ſoluitur niſi a vero emphyteuta. 58. 31.
Laudemium qualiter verificetur inter ipſos conſanguineos. 58. 42.
Laudum lædens vltra ſextam partem eſt nullum. 26. 1.
Laudum continens plura capita non vnum, ſed plura lauda dicuntur, & in quolibet capite poteſt dici læſiuum. 26. 2.
Laudum latum ex falſa cauſa eſt nullum. 26. 15.
Laudum emologatum valet vt pactum. 26. 18. & cap. 57. 20.
Laudum latum ex priuilegiata probatione non tranſit in iudicatum. 26. 29.
Laudum arbitratoris non tranſit in iudicatuū ante 30. annos. 26. 31.
Laudum arbitratoris an poſſit lædere vnam ex partibus. 55. 36.
Laudum latum poſt tempus aſſignatum eſt nullum. 55. 43.
Laudum peti poteſt reduci ad arbitrium boni viri non obſtante renunciatione. 55. 46.
Laudum an, & quando reſcindi poſſit ob læſionem. 55. 46. & ſeqq.
Laudum latum per laicum ſuper bonis Eccleſiaſticis, vel inter Clericos eſt nullum. 57. 1. Et quid ſi agatur tantum de dominio vtili inter laicos. 57. 2. & 3.
Laudum quando ex breuitate temporis ſit nullum. 57. 8.
Laudum latum ſuper futura ſucceſſione nullum. 57. 10. & 11.
Laudum latum ſuper re omninò clara nullum. 57. 12.
Laudum ſi tamquam nullum impugnetur debent accepta reſtitui. 57. 14.
Laudum poſt emologationem habet vim rei iudicatæ. 57. 16.
Laudum non poteſt emologari niſi prius fuerit publicatum. 57. 17. & 18.
Laudum approbatum per ſubſcriptionem folij albi non præiudicat. 57. 19.
Laudum nullum ex defectu Iuriſdictionis non ſubſtinetur in vim pacti per emologationem. 57. 21.
Laudum nullum non ſubſtinetur in vim pacti niſi fuerit approbatum ex certa ſcientia nullitatis. 57. 22.
Legatarius an, & quando poſſit propria auctoritate capere legatum, & quid Florentiæ. 10. 4. 5.
Legatarius in vltimis codicillis æqualiter concurrit cum primis. 23. 15.
Legatarius dicitur quicumque oſtendit ſua intereſſe legatum præſtari. 47. 9. & 21.
Legatarius non dicitur ex ſolo intereſſe niſi eius contemplatione factum ſit legatum. 67. 19. 20.
Legatarius viæ tenetur ſibi aptare locum, & non hæres. 97. 13.
Legatum ſi reuocetur quoad primum honoratum cenſetur reuocatum etiam quoad ſubſtitutum. 5. 10.
Legatum ſummæ, in qua contingat tutorem remanere debitorem quid operetur. 8. 61.
Legatum compenſatur cum debito teſtatoris neceſſario, non autem voluntario. 10. 7. & 10.
Legatum an ſit compenſandum cum debito pendet à voluntate teſtatoris. 10. 16.
Legatum domus continet totam domum, & apothecam. 10. 18. & 19.
Legatum factum ſine præfinitione temporis eſt perpetuum, & ad hæredes tranſitorium, licet alia legata ſint ad vitam. 10. 21.
Legatum ſuppellectilium dicitur perpetuum licet habitatio domus cui deſeruiunt ſit temporalis. 10. 27. & 28.
Legatum mobilium quæ comprehendat. 10. 32. & ſeqq.
Legatum mobilium domus comprehendit omnia, quæ conſueuerunt eſſe in domo licet tempore mortis non adeſſent. 10. 31.
Legatum cum onere impetrandi aliquid à Principe debetur reiecto illo onere tamquam impoſſibili. 69. 26.
Legatum non vitiatur ex falſa cauſa niſi fuerit finalis, vel conditionalis. 72. 20.
Legatum factum monaſterio vt aliquam recipiat in monialem an valeat. 72. 31.
Legata an conſeruentur annullato teſtamento fratris. 82. 27.
Legatum liberationis quid operetur. 10. 40.
Legatum factū in caſu ſecundarum nuptiarum an operetur remiſſionem iniuriæ illatæ teſtatori, & filijs. 35. 11. & ſeqq. & 21.
Legatum relictum vxori donec in viduitate vixerit quomodo reſoluatur. 38. 19.
Legatum donec in viduitate permanſerit qualiter ſit perpetuum, & tranſitorium ad hæredes. 38. 17.
Legatum vſusfructus mobilium, & immobilium quid contineat. 38. 27.
Legatum efficitur caducum per mortem legatarij ante teſtatorem. 67. 3.
Legatum dotis dicitur ademptum illa ſoluta per teſtatorem. 67. 14.
Legatum ſolutum, & adimpletum per teſtatorem non poteſt peti contra hæredes. 67. 16.
Legatum præſumitur relictum intuitu perſonæ nominatæ, & non aliorum. 67. 23.
Legittima, & Trebellianica quomodo deducatur. 20. 23.
Legittima prius detrahitur, & mox Trebellianica. 33. 16.
Legittima non debetur ſuper re particulari prohibita alienari, vel alteri legata. 33. 21.
Et cui incumbat probatio exiſtentiæ, vel non exiſtentiæ aliorum bonorum. 33. 22.
Legittima quando præſumatur habita per filium. 33. 23.
Legittima eſt inter filios diuidenda. 45. 27.
Legittima deducitur ante omnia per filios primi matrimonij in bonis maternis. 46. 1.
Legittima eſt quid diuerſum à portione l. hac ædictali, & cum ea non confunditur. 46. 34.
Legittima an deducatur quando per ſtatutum eſt derogatum d. l. hac ædictali. 46. 5.
Legittima an veniat ſub generali diſpoſitione. 46. 6.
Legittima non conſideratur viuente patre. 60. 7.
Legittima an augeatur per filias excluſas a ſtatuto, vel per filios legittimè exhæredatos, vel aliter incapaces. 60. 10. & ſeqq.
Legittimæ æſtimatio ſit ſolum poſt obitum patris. 61. 2.
Legittima conſideratur inſpecto ſtatu de tempore mortis. 61. 3.
Legittimæ ſupplementum tranſmittitur ad hæredes etiam extraneos. 61. 4. & cap. 89. 44. & 45.
Legittima, & ſupplementum qualiter præſcribatur. 61. 6. & 7.
Legittima debetur habito reſpectu ad bona emphyteutica, & feudalia. 61. 8. 9. & cap. 90. 35.
Legittima non debetur vbi quis eſt excluſus à ſucceſſione. 81. 23.
Legittima non debetur fratri niſi turpi perſona inſtituta. 81. 24.
Legittima non poteſt in præiudicium creditorum repudiari. 89. 46.
Legittima quibus debeatur titulo inſtitutionis, & ſine grauamine. 90. 1.
Legittima debetur etiam fœminis de iure communi. 90. 2.
Legittima quanta ſit ſecundum numerum filiorum, & quomodo diuidenda. 90. 3.
Legittima debita nepotibus in bonis aui quanta ſit. 90. 4.
Legittima an poſſit tolli per ſtatutum. 90. 5. & 22.
Legittima an comprehendatur quando ſtatutum non facit de illa ſpecialem mentionem. 90. 8. & 17. & 26.
Læſio in ſexta parte quando reddat laudum nullum. 26. 1. & cap. 55. 52.
Læſio conſideratur reſpectu cuiuslibet capitis laudi. 26. 2.
Læſio quomodo excludatur ex actu geminatione. 26. 6.
Læſio enormiſſima reddit actum ipſo iure nullum. 55. 47.
Læſio enormiſſima qualis dicatur attento dubio litis euentu. 55. 49. & 50.
Læſio quando requiratur vltra dimidiam vt poſſit laudum reſcindi. 55. 52.
Læſio qualiter poſſit conſiderari in donatione. 87. 26. & 27.
Læſio reddit contractū nullū non obſtante decreto Iudicis. 87. 32.
Læſio eſt conſideranda reſpectu dubij litis euentus. 94. 7. & 8.
Læſio conſideratur etiam reſpectu dubiæ, & incertæ exactionis. 94. 9.
Læſio an, & quando ſit probanda à minore, vel verſo ab aduerſario. 98. 14. & 24.
Lex debet omninò ſeruari. 10. 11.
Lex dicitur reſiſtere quando non fuit ſeruata forma ſtatuti. 25. 6.
Lex ex actu conditionali nullum producit effectum. 89. 13.
Liberatio obtenta ab adminiſtratione tutelæ, vt valeat quæ ſint ſeruanda. 8. 47. & 48.
Liberatio a reddendis rationibus valet. 8. 54.
Et ad quid extendatur, ibid. 60. & 61.
Liberatio relicta extraneo in ſimplici ſcriptura loco teſtamenti non valet. 8. 69.
Liberatione legata quid veniat. 10. 40. & cap. 67. 32.
Liber non probat pro ſcribente, niſi vigore ſtatuti, vel conſuetudinis. 13. 2.

Liber 3

Liber non probat traditionem mercium ſed tantum quantitatem, & pretium. 11. 3.
Liber non debet eſſe diuerſa manuſcriptus, neque mendoſus. 11. 6.
Liber in vna parte falſus in totum viriatur. 11. 6.
Libri Mercatorum Florentiæ habent vim publici inſtrumenti, & hypothecam. 66. 12.
Libri Mercatorum de iure tribuunt tantum perſonalem actionem. 66. 13.
Liber an, & quando probet mandatum de conſignando merces fartori. 66. 15.
Liber æſtimi admittit probationem in contrarium. 92. 51.
Libra auri quot ſcutos contineat. 66. 18.
Litigantes efficiuntur de foro litis peractæ quoad ſalarium Aduocati, & ibi poſſunt executiuè conueniri. 41. 17.
Litteræ miſſiuæ quando obligent ſcribentem. 26. 3.
Litteras recipiens, & non contradicens fatetur vera eſſe contenta in eis. 26. 4.
Litteræ geminatæ excludunt omnem errorem, & læſionem. 26. 6.
Litteræ inter Mercatores habent vim publici inſtrumenti. 26. 8.
Litteræ ſine nomine non inducunt obligationem etiam contra ſcribentem, & attribuuntur ſubſcribenti. 26. 9.
Litteræ ab alio ſubſcriptæ non probant, niſi docto de ordine, & mandato de ſubſcribendo. 26. 10.
Litteræ Apoſtolicæ iuſtificatæ ſunt exequendæ. 96. 9.
Locatio an ſocietas dicatur quando dantur boues ad collaticum. 27. 2. & 3.
Locatio tacitè renouata dicitur perſeueratio. & continuatio primæ cum omnibus eius qualitatibus. 30. 2.
Locatione tacitè renouata an primi fideiuſſores remaneant obligati. 30. 3.
Locatio non probat quantitatem fructuum niſi ſit aliundè adminiculata. 98. 35.
Locator tenetur ad manutentionem, & refectionem rei locatę. 97. 1.
Locans operas ſuas pro vehenda re de loco ad locum qualiter teneatur. 97. 10.
Locus certus eſt non fundus, ſed portio aliqua fundi. 62. 2. & 19.
Lucrum ceſſans non probatur ex aſſertione partium. 51. 2. & cap. 100. 14.
Lucrum ceſſans qualiter probari debeat. 51. 3. & 5. & cap. 100. 16. & 47.
Lucrum ceſſans non debetur ab eo, qui per impotentiam non ſoluit. 51. 4.
Lucrum dotis efficitur proprium patrimonium viri. 67. 24.
Lucrum dotis an ſit fratribus communicandum. 83. 5. & 6.
Lucrum dotis non propriè lucrum, ſed onus dicitur. 83. 7.
Lucrum in negotijs pro medietate attribuitur pecuniæ, & pro alia medietate induſtriæ. 83. 12.
Lucra variantur ex loco, tempore, & perſonis. 100. 12.
Lucrum ceſſans an, & quomodo poſſit in pactum deduci. 100. 11. & ſeqq.
Lucrum quando dicatur in potentia remota, vel proxima, vt poſſit exigi. 100. 16. & 47.

M

Maioratus an mortuo primogenito, vel maiore natu primo vocato vadat ad eius deſcendentes vel potiùs ad maiorem de familia, licet ex alia linea. 40. 1. & ſeqq. *per tot.*
Maioratus ſemel ingreſſus vnam lineam quando poſſit tranſire ad aliam. 40. 23.
In ſucceſſione maioratus, vel primogenituræ quæ veniant conſideranda. 40. 20.
Maior natu quando vocatur, admittitur qui habet huiuſmodi qualitatem. 40. 2.
Maior in dubio intelligitur de maiore natu non alijs reſpectibus. 40. 3.
Maior natu, vel ſenior de familia vt admittatur quid requiratur. 40. 21.
Mandans, vel conſulens delictum non punitur, niſi conſtet de mandatario. 64. 15. Vbi quid ſi mandatum effectum non habuit.
Mandatum, & ordo de ſubſcribendo debet probari quando ſcriptura eſt pro alio ſubſcripta. 26. 10. & cap. 66. 24.
Mandatum ad delictum debet probari per veras probationes. 64. 12.
Mandatum quomodo probetur in delictis ex coniecturis, & quales ſint. 64. 13.
Mandatum de conſignando merces alteri an probetur per librum mercatoris. 66. 15.
Mandatum ſpeciale requiritur in poſitionibus. 78. 18.
Manus mortua ad quid teneatur quando emphyteuſis in eam deuenit. 85. 16.
Manutentio eſt cognoſcenda ſuſpenſo petitorio. 8. 2.
Manutentio an competat vigore ciuilis poſſeſſionis. 8. 4.
Manutentio, an competat vigore poſſeſſionis continuatæ in hæredes. 8. 10.
Manutentio qualiter competat vxori poſt mortem viri. 8. 15.
Manutentio an competat vſufructuario aduerſus dominum, & hæredem. 8. 13.
Manutentio competit vigore clauſulæ conſtituti. 8. 58.
Manutentio competit proprietario aduerſus hæredes vſufructuarij. 8. 40. Niſi adſit cauſa retentionis, ibid. 41.
Manutentio an, & quando poſſit peti in ſecunda inſtantia coram Iudice appellationis. 92. 34.
Mater, & auia poteſt eſſe tutrix filiorum, & nepotum. 4. 1.
Mater præfertur in tutela, præterquam teſtamentaria licet ſit filia fam. niſi ſit minor. 4. 2. & ſeqq.
Mater in aſſumptione tutelæ debet renunciare ſecundis nuptijs, & Velleiano. 4. 5.
Mater debet ſatiſdare rem pupilli ſaluam fore, & ſeruare nouam requiſita. 4. 6. & 7.
Mater non poteſt repetere dotem, niſi reddita ratione tutelæ. 4. 8. & cap. 8. 45. & 46.
Mater adeundo hæreditatem dum eſt tutrix acquirit poſſeſſionem filijs, & an habeat inſiſtentiam pro dote. 4. 9.
Mater ſi tranſit ad ſecunda vota, non reddita ratione tutelæ, obligantur bona ſecundi viri. 4. 10.
Mater dicitur poſſidere pro filijs, quorum eſt tutrix. 8. 55. & 26.
Mater qualiter debeat rationem tutelæ reddere, vt liberetur. 8. 47.
Mater an teneatur cauere filijs primi viri de dote illis conſeruanda. 35. 8.
Mater tranſiens ad ſecunda vota quid reſeruare debeat filijs primi viri. 35. 1. & ſeqq.
Mater habet priuilegium ne conueniatur vltra quam facere poſſit. 52. 31.
Mater an ſuccedat in totum filio quoad bona ab illa prouenientia, & in totum excludatur à prouenientibus à patre. 82. 9. & ſeqq.
Mater qualiter excludatur à ſucceſſione filij vigore ſtatuti Florentini. 82. 14. & 17.
Mater qualiter ſuccedat cum ſorore defuncti. 82. 17.
Medicus durante infirmitate non poteſt contrahere cum infirmo. 70. 18.
Medicus an poſſit recipere promiſſionem ab infirmo pro illo curando. 70. 19.
Melioramenta non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi. 33. 2.
Melioramenta an ſit reſtituenda in retractu. 36. 9.
Melioramenta facta à patre in bonis aduentitijs an ſint communicanda. 83. 2.
Melioramenta liquida præſtant retentionem, & illiquida cautionem. 98. 37.
Melioramenta conſiſtentia in plantatis an dicantur vtilia. 98. 38. & 41.
Melioramenta æſtimantur de tempore reſtitutionis. 98. 38.
Melioramenta an probentur per operarios adhibitos. 98. 39.
Mens contrahentium potiùs quàm verba attendenda. 51. 28. & 59.
Mens ſtatim non præſumitur mutata. 58. 23.
Mens concedentis attendenda in emphyteuſi. 58. 38.
Mentio hæredum qualiter conueniat etiam donationi cauſa mortis. 24. 6. & 9.
Mentio hæredum arguit donationem inter viuos, etiamſi fiat in teſtamento. 24. 12.
Menſura ſpatij relinquendi iuxta *l. fin. fin. regund.* à quo termino ſit capienda. 79. 25.
Mercator falliens non poteſt cedere bonis, ſtante doloſa decoctione. 54. 14. & 15.
Mercator quando dicatur decoctus vt debeat creditoribus ſatisfieri per æs, & liberam iuxta ſtatutum Mercantiæ Florentiæ. 54. 16. 17.
Meretrix tamquam infamis repellitur à teſtimonio. 64. 20.
Meretrix, & concubina dicitur turpis perſona. 82. 35.
Meretria, nec turpis perſona dicitur mulier, quæ, amoris cauſa, amanti ſui copiam facit. 82. 36.
Merita donatarij erga donatorem non probantur per aſſertionem partium. 55. 14.
Metus eſt cauſa reſciſſionis cuiuslibet contractus. 70. 1.
Metus eſt difficilis probationis, & probatur coniecturis. 70. 2.
Metus non omnis reſcindit contractum, ſed cadens in conſtantem virum. 70. 3.
Metus quando dicatur iuſtus, & ſufficiens ad annullandum contractum. 70. 4.
Metus dicitur adeſſe ſtante iniuſta carceratione, etiamſi carceratus ducatur extra carceres. 70. 9. & 10.
Metus non purgatur per iuramentum. 70. 28.
Metus reuerentialis an reſcindat contractum. 77. 10.
Miles gaudet beneficio confeſſionis pro quarta parte etiamſi confeſſio ſit qualificata. 20. 23.
Miles quomodo gaudeat etiam beneficio pacis. 20. 53.
Miles gaudet dictis beneficijs in pœnis quantitatiuis, ſecus in alijs. 20. 25.
Miles non poteſt carcerari pro debito cauſa militiæ contracto 3. 1.

Miles factus cauſa non ſoluendi, debet à militia caſſari. 53. 2.
Milites noſtri temporis an gaudeant priuilegijs antiquitus conceſſis. 53. 3.
Milites an poſſint renunciare ſuis priuilegijs. 53. 4.
Milites in ſtatu Florentiæ debent notificari per menſem anteà, & ſi non opponant tenet proceſſus. 53. 5.
Milites in actione reali non debent notificari. 53. 6.
Milites pro quibus debitis poſſint carcerari, & non gaudeant priuilegijs militaribus. 53. 9.
Milites an gaudeant priuilegio pro debitis iuratis. 53. 10.
Milites qualiter ſalutare debeant Ducem exercitus, & eorum laudes, & prerogatiuas. 53. 15.
Milites producta pace intra triduum vbi non poſſint moleſtari pro rixa. 90. 33.
Miniſter, & executor potius quis præſumitur quàm grauatus. 67. 31.
Minor debet reintegrari ad poſſeſſionem rei nulliter alienatæ. 4. 16.
Minor habet reſtitutionem in integrum intra quadriennium à die perfectæ ætatis aduerſus repudiationem hæreditatis. 47. 18.
Minor an poſſit carcerari pro debito. 52. 21.
Quid ſi ſit Mercator, vel habeat liberam bonorum adminiſtrationem, vel per ſtatutum repræſentetur maior. 52. 22. & 23.
Minor repræſentatus maior per ſtatutum, quæ gerere poſſit. 52. 24.
Minor qualiter poſſit compromittere iubente ſtatuto. 55. 8. & 9.
Minor an teneatur reficere expenſas contumaciales. 78. 3.
Minor an poſſit adire hæreditatem, & tranſmittat beneficium reſtitutionis in integrum. 89. 20. & 23.
Minor an poſſit adire ſine ſolemnitatibus ſtatuti, & an faciendo actus hæreditarios ſibi præiudicet. 99. 16.
Minor habet electionem approbandi, vel reprobandi contractum nullum. 98. 10.
Minor poteſt cogi ad declarandum an velit ſtare contractui nullo, vel ab eo recedere, niſi ſit pupillus. 98. 11. & 12.
Minor læſus ex declaratione facta ſuper contractu nullo habet reſtitutionem in integrum. 98. 13.
Minor an, & quando debeat probare læſionem, vel aduerſarius verſionem. 98. 14. & 21.
Minor reſtituitur aduerſus ſolutionem ſibi factam. 98. 16.
Minor allegans nullitatem tenetur accepta reſtituere. 98. 23. & cap. 57. 15.
Mobilium appellatione quæ comprehendantur. 19. 32. & ſeqq.
Moderamen inculpatæ tutelæ in quibus conſiſtat. 20. 8.
Moderamen an præſumatur ſeruatum ab inſultato. 20. 7.
Moderamen quando ſuit exceſſum, quomodo excedens puniatur. 20. 9. & 10.
Modus dicitur vbi onus eſt implendum poſt emolumentum. 72. 3.
Modus qualiter differat à conditione. 72. 6.
Modus impoſſibilis non vitiat contractus. 72. 14.
Modus impoſſibilis reijcitur in vltimis voluntatibus. 72. 19.
An ſit præſtanda cautio de modo implendo. 72. 5.
Modo non impleto ab Eccleſia non amittit legatum, ſed cogitur adimplere. 72. 7.
Molendinum an ſit prædium ruſticum, vel vrbanum. 1. 14.
Molendinum nouum an fieri poſſit in præiudicium prioris, & antiqui, ibi. 97. 19. & 20.
Nemo cogi poteſt ire ad molendinum, vel furnum ſolitum etiam [illegible], & quando ſecus ob publicam vtilitatem. 97. 21. & 22.
Monaſterium habetur loco filij, niſi conſtet de contraria mente teſtatoris. 24. 13. & 14.
Monaſterium non excludit piam cauſam ſubſtitutam. 74. 17.
Monaſterium vt ſit loco filij non ſufficit ingreſſus, ſed requiritur profeſſio. 74. 18.
Mora incurritur per lapſum diei, qui pro homine interpellat. 65. [illegible] & cap. 91. 14.
Mora inducitur per extraiudicialem interpellationem. 65. 7. & 91. [illegible] 15.
Mora fauore Eccleſiæ inducitur ipſo iure. 65. 8.
Mora quando celeri ſatisfactione poſſit purgari. 65. 10.
Mora geminata non poteſt purgari. 65. 11.
Mora quando non poſſit purgari ab emphyteuta Eccleſiæ. 65. 12.
Mora non poteſt purgari in pœna conuentionali. 65. 13.
Mora non poteſt purgari poſt declarationem caducitatis factam à domino. 65. 14.
Mora poſt executionem factam non poteſt purgari. 65. 15.
Mora non contrahitur niſi liquidato debito, & facta interpellatione. 91. 9.
Mora non contrahitur vbi quis ex iuſta cauſa litigat. 91. 10.
Mora non incurritur ſine citatione perſonali. 91. 11.
Mora non inducitur in minore ſine auctoritate Iudicis. 91. 12.
Mortuus ſine filijs quilibet præſumitur niſi contrarium probetur. 22. 26.
Mulier an poſſit pro ſua dote occupare omnia bona viri, vel teneatur vnum fundum eligere. 21. 8.
Mulier poteſt in ſubſidium vendicare fundum in dotem datum licet æſtimatum, & in eo omnibus præfertur. 28. 5.
Mulier an participare debeat in diuiſione fructuum, quæ ſit inter ruſticos. 32. 13.
Mulier tranſiens ad ſecunda vota quid reſeruare debeat filijs primi viri. 35. 1.
Mulier etiam poſt mortem dicitur permanere in eo ſtatu, in quo erat tempore mortis. 38. 17.
Mulier an poſſit pro debito carcerari. 52. 29.
Mulier non poteſt eſſe tutrix niſi mater, & auia. 52. 30. & cap. 98. 1.
Mulier data tutrix gerit tamquam generalis adminiſtratrix. 98. 2.
Mulieres an ſint idoneæ teſtes in criminalibus. 64. 2.
Mulier habens generalem, & ſpecialem hypothecam tenetur à ſpeciali incipere. 73. 5.
Mulier an poſſit diſponere de dote vbi vigore ſtatuti, vel pacti eſt ad alios applicata. 77. 11. & ſeqq.
Mulier vigore ſtatuti Florentini non poteſt diſponere de dote. 77. 19. Et quid ſi ſit vidua. num. 20.
Mulier an per matrimonium liberetur à patria poteſtate. 77. 22. & 24.
Mulier, quæ amoris cauſa ſui copiam facit, non dicitur meretrix, nec turpis perſona. 85. 36.
Mulierum genus auariſſimum. 87. 11.
Mulier quoad fragilitatem conſilij æquiparatur minori. 87. 34.
Mulier an faciendo actus hæreditarios ſine ſolemnitate ſtatuti ſibi præiudicet. 99. 16.
Murus communis poteſt cooperiri ab vno ex ſocijs. 15. 4.
Murus ex quibus ſignis dicatur deſtinatus ad ædificandum. 15. 20.
Murus ex quibus ſignis dicatur proprius, vel communis. 15. 27.
Murus communis in dubio dicitur communis pro diuiſo, non autem pro indiuiſo, & quid importet. 15. 28.
Murus, qui debet ſeruitutem oneris ferendi non poteſt deſtrui, & collapſus debet refici. 79. 18. & cap. 16. 9. & 10.
Mutatio mentis ſtatim non præſumitur. 58. 23.
Mutuans ſtante proxima potentia lucri poteſt aliquid recipere. 51. 15.
Mutuans non poteſt recipere niſi tantumdem quantum valet lucrum quoad amittit. 51. 16.
Mutuans non poteſt anticipare lucrum ceſſans recipere. 51. 17.
Mutuum in dubio non præſumitur, nec contrahitur niſi formali numeratione pecuniæ. 51. 21.
Mutuum implicitum reſultat ex dilatione data ad ſoluendum. 100. 1.
Ex mutuo implicito, vel explicito nihil percipi poteſt citra labem vſuræ. 100. 2. & 5.

N

NAtus etiam per tranſitum efficitur ciuis illius loci in quo naſcitur. 49. 1. & 4.
Natus, & educatus in Villa præſumitur habere maiorem affectionem ad Villam, quam ad Ciuitatem. 49. 7.
Negans conſtituentem poſſediſſe tempore conſtituti tenetur probare. 44. 9.
Negatiuæ duæ affirmant. 58. 22.
Negatiua beneplaciti non adhibiti an probetur ex inſpectione actorum. 69. 31. & c. 25. 24.
Nemo poteſt per alienum fundum ire inuito domino niſi ſit debita ſeruitus. 79. 9.
Nemo poteſt plus iuris in alium transferre quam ipſe habeat. 80. 9.
Nemo præſumitur iactare ſuum. 87. 21.
Nemo debet cum aliena iactura locupletari. 98. 23.
Nepos ſuccedit vna cum Amita in hæreditate patrui, ſiue auunculi. 34. 8.
Nobilitas facit ceſſare omnem ſuſpicionem doli, fraudis, & vſurariæ prauitatis. 51. 19.
Nobilitas non obſcuratur per agriculturam. 72. 26.
Nomina debitorum quando veniant in hypotheca. 56. 37.
Nomen debitoris etiam ſui ipſius venit in hypotheca. 56. 36.
Non entis nullæ ſunt qualitates. 14. 23.
Notarius nominans aliquem vti hæredem in inſtrumento an ei præiudicet. 99. 5.
Notarij imperiti quid mali operentur, & an noceant partibus. 58. 26. 27.
Notificatio Bandarum non eſt neceſſaria in actione reali. 53. 6.
Notificatio prædicta omiſſa non vitiat proceſſum niſi opponatur. 53. 5.
Nouatio non inducitur niſi expreſsè dicatur, vel appareat ex coniecturis. 30. 12.
Nouatio inducitur per interuentum nouæ perſonæ, & in alijs caſibus enumeratis. 30. 13. & ſeqq.
Nouatio non inducitur in actione dotis priuilegiata, nec ex inutili ſtipulatione. 30. 21.
Nouatio non oritur ex mutatione fundi cenſuati. 30. 22.
An priuilegia actionis nouatæ intelligantur repetita. 30. 24.
Nullitas laudi quando poſſit ſemper allegari. 55. 48.
Nullitatem allegans tenetur accepta reſtituere. 97. 25. & c. 98. 23.
Nullitas quando poſſit à tertio allegari. 77. 2.
Nullitates non attenduntur vbi ius dicitur per Notarios, & vbi conſtat de bono iure. 88. 10.

Nulli-

Nullitas ob defectum citationis ad videndum iurare teſtes non obſtat vbi fuerunt data interrogatoria, nec in alijs caſibus notatis. 92. 21. & ſeqq.
Nundinæ præſtant ſecuritatem ab omni executione. 39. 13.

O

OBlatio in iure offerendi debet eſſe realis. 21. 39.
Oblatio an habeat locum in dote. 21. 29. & 30. & cap. 29. 24. *Vide ius offerendi.*
Obligatio oritur in bonis illius qui ducit viduam nubentem non reddita ratione tutelæ. 4. 50.
Obligatio Cameralis, vel quarantigiata ſubmittit pignus cuilibet compulſioni ad libitum creditoris. 21. 10.
Obligatio nec naturalis, nec ciuilis oritur ex contractu non ſeruata forma ſtatuti. 25. 5.
Obligatio in futurum quando inducatur ex triennali præſtatione alimentorum. 42. 4. & 12.
Obligatio Cameralis admittit tantum tres exceptiones, & quid operetur. 81. 6.
Obligatus de euictione agendo repellitur. 3. 6.
Obligatus in forma Cameræ, vel per quarantigiam habetur pro condemnato, & poteſt executiuè conueniri. 21. 11.
Obligatus ad factum tenetur ad intereſse etiam non probatis requiſitis, ſecus autem obligatus ad damnum. 100. 7.
Obſeruantia contractus eſt neceſsaria vt diuturnitas temporis operetur circa ſolemnitates. 5. 33. & cap. 25. 22.
Obſeruantia quid operetur in emphyteuſi, & an illam reddat hæreditariam. 58. 18. & 39.
Offendens bannitum non obſtante cautione, pace, vel tregua cum eo inita conſequitur præmium, & taleam. 93. 22.
Offenſione hinc inde ſequuta eodem tempore ſi non conſtet quis primò offenderit, vel prouocauerit an rumpatur cautio de non offendendo, & debeatur pęna. 93. 25.
Officialis non debet remoueri ab officio, & eo durante carcerari pro crimine extra illud commiſso. 43. 1.
Officialis non conſequitur ſalarium niſi pro tempore quo ſeruiuit, & quando ſecus. 43. 2. & ſeqq. *Vide Salarium.*
Officialis an poſſit contrahere cum carceratis, vel ſubditis durante officio. 70. 17.
Omiſſum habetur pro omiſſo in ſtipulationibus. 14. 19.
Omiſſio ordinis l. à diuo Pio, an inducat nullitatem. 71. 81.
Onus alienæ rei imponi non poteſt. 79. 10.
Operarij an ſint idonei teſtes ad probanda melioramenta. 98. 39.
Operæ an, & quando compenſentur cum alimentis. 31. 12.
Operæ poſt ſeptennium habentur in conſideratione, & compenſantur cum alimentis. 42. 3.
Oratio negatiua magis afficit, & fortius prohibet. 87. 18.
Ordo ſcripturæ an, & quando inducat prælationem hypothecæ ſiue in vltimis voluntatibus, ſiue in contractibus. 23. 14. & ſeqq.
Ordo, & mandatum de ſubſcribendo pro alio debet probari. 26. 10. & cap. 66. 14.
Ordo ſcripturæ, & verborum quid operetur. 68. 15.
Ordo nominationis denotat ordinem affectionis, & prelationis. 82. 16.
Ordo ſcripturæ non debet eſſe ſuperfluè, & otioſè poſitus. 82. 18.
Oſtium non poteſt fieri in proprio pariete per quod eatur in fundum vicini. 7. 29. & 30. & cap. 79. 1. & ſeqq. vbi vide quando fieri poſſit.

P

PActum quod Pecora mortua reſarciantur de fętibus communis eſt licitum in ſocietatibus animalium. 17. 38.
Pactum quod ſocius concurrat ad conſeruationem capitalis pro medietate lucri valet. 17. 42.
Pactum quod fœtus omne gregis ſpectet ad eum, qui dat animalia in ſocidam donec fuerit de capitali reintegratus, & postea grex ſit communis valet. 17. 43. & 44.
Pacta non ſeruare eſt inter maximas cauſas ingratitudinis. 24. 26.
Pactum contra bonos mores, & inuitans ad delinquendum non valet. 24. 28.
Pactum de non reuocanda donatione ex cauſa ingratitudinis an valeat. 24. 28.
Pactum per quod conditio dotis efficitur deterior non valet. 28. 8.
Pactum omne per quod mutuans non lucratur ſed ſe conſeruat indemnem valet. 51. 8.
Pacta ſeruare nihil magis humanæ fidei conuenit. 51. 11. & 12. vbi etiamſi aduertentur natura contractus.
Pactum de ſoluendo aliquid mutuanti vltra ſortem quando valeat. 51. 13. & 14.
Pactum ſrancandi quando non operetur in emphyteuſi. 58. 33.
Pacta noua inducunt nouam conceſſionem. 58. 37.
Pactum quod donans poſſit reuocare donationem valet. 59. 2.
Pactum incontinenti factum dicitur ineſſe. 59. 3.
Pactum reuocandi donationem quando dicatur ineſſe contractui. 59. 4. & 5.
Pactum quodlibet in traditione rei ſuæ poteſt apponi. 59. 6.
Pactum reuocandi donationem qualiter ſit probandum. 59. 9.
Pactum quod ſcriptura habeat vim publici inſtrumenti non præiudicat tertio. 66. 10.
Pactum affrancandi quid operetur. 68. 10.
Pactum de retrouendendo an impediat ius congrui. 68. 43.
Pactum de retrouendendo an exerceatur contra tertium. 68. 69. & 70. vbi quid ſi ſint hypothecata bona.
Pactũ quod ſcriptura habeatur pro iurata quid operetur. 70. 29. 30.
Pactum de ſoluendo quid certum ratione lucri, vel damni an, & quando ſit vſurarium. 100. 13.
Pars vna teſtamenti aliam declarat. 40. 9.
Pars hæreditatis accreſcens an tranſeat cum onere ſuo. 76. 23.
Pars hæreditatis vacans an accreſcat cohæredi inuito. 80. 19.
Pater in bonis filiorum habet vſumfructum. 2. 2.
Limita ſtante ſimultanea ſucceſſione, ibid. 6. & c. 82. 5.
Pater ſuccedit filio vnà cum fratribus vtrimque coniunctis. 2. 6.
Pater diſponendo de re donata filio videtur reuocare. 5. 31.
Pater non poteſt præiudicare filijs in bonis ad eos ſpectantibus ex pacto, & prouidentia. 8. 66. & cap. 85. 11 & 13.
Pater poteſt per ſimplicem ſcripturam teſtari inter liberos. 8. 67.
Pater quando ſuccedat filio in donatione illi facta. 24. 23.
Pater tranſiens ad ſecunda vota an amittat vſumfructum. 35. 6.
Pater per retentionem dotis maternæ dicitur nomine filiorum adire hæreditatem matris. 61. 13. & cap. 89. 18.
Pater an excludat Matrem in bonis ab eo prouenientibus, & an excludat à prouenientibus à Matre. 82. 6. & ſeqq.
Pater an poſſit præiudicare filijs in emphyteuſi, vel fœudo, & quid ſtante conſuetudine. 85. 11. & 13.
Pater declarando dotaſſe filiam etiam de bonis maternis facit illam excluſam ab eis. 90. 20.
Pater poteſt maiorem dotem vni filiæ dare, quàm alteri. 90. 29.
Pater tenetur integram dotem primi matrimonij filiæ reſeruare. 90. 31.
Patronus per vnicam præſentationem conſtituitur in quaſi poſſeſſione, & eſt manutenendus. 96. 3.
Patroni habent voces iuxta vncias hæreditatis. 96. 5.
Patronus non poteſt ſine conſenſu Epiſcopi donare, vel cedere ius ſuum, & quando ſecus. 96. 28. & 32. & 33.
Patronus ſi cedat pluribus præualet ceſſio facta cum conſenſu Epiſcopi. 96. 29.
Patronus an, & quando poteſt præiudicare ſuis deſcendentibus. 96. 34.
Patronus intra quantum tempus debeat præſentare. 96. 40.
Patronus non poteſt ſeipſum præſentare etiam per procuratorem, ſed benè poteſt à compatrono præſentari. 96. 41.
Patrono poteſt per Epiſcopum ad eius preces conferri beneficium. 96. 42.
Patronus qualiter, & quibus concurrentibus poſſit prætendere alimenta ab Eccleſia patronata. 96. 43.
Pax prodeſt tantum comparentibus, non autem contumacibus. 20. 24.
Pax an rumpatur per falſum teſtimonium contra aduerſarium. 93. 20.
Pax an ſit facienda in iudicio, vel ſufficiat extraiudicialis ad tollendam cautionem de mandato Iudicis præſtitam. 93. 31. & 32.
Peculium aduentitium, vel profectitium, ſiue Caſtrenſe quale dicatur, & quando inter fratres communicandum. cap. 83. *per tot.*
Pecunia venit in legato mobilium attenta proprietate. 10. 31.
Pecunia habetur pro extanti, & poteſt executiuè auocari ſtante promiſſione reſtituendi anterioribus. 19. 7.
Pecunia an veniat in tacita, & expreſſa hypotheca, & quid ex conſumpta, vel commixta. 19. 9. & ſeqq.
Pecuniæ vox largè quid ſignificet, & quid ſtrictè. 89. 9.
Pœnæ ſecundarum nuptiarum an, & quales ſint ſublatæ. 35. 16.
Pœna reſpectu bonorum prouenientium à filio numquam cenſetur remiſſa. 35. 17.
Pœna compromiſſi poteſt exigi, quid in alijs contractibus. 55. 41.
Pœna exonerationis ſclopi etiamſi non fecerit ignem quæ ſit. 93. 12.
Pœnam non meretur quod permittente lege fit. 93. 21.
Pœna cautionis ſoluta poteſt repeti ab eo qui contrauenit. 93. 28.
Pœna adiecta facto, & non quantitati poteſt exigi. 100. 6.
Periculum caſus fortuiti ſpectat ad vnumquemque pro rata dominij. 17. 13. & 37.
Periti habent eligi à partibus, & non à Iudice niſi illis diſcordantibus. 12. 5.
Peritorum iudicium fallax, & periculoſum. 12. 3. & c. 15. 32.
Periti non debent eligi ab vna parte tantum. 12. 4.
Periti eliguntur cum citatione partis. 12. 6.
Periti debent referre cum citatione partis, & quomodo cum iuramento coram Iudice. 12. 7. & ſeqq.

Periti electi ad petitionem vnius partis tantum poſſunt vti ſuſpecti recuſari. 12. 10.
Periti ex quibus cauſis dicantur ſuſpecti. 13. 11. & ſeqq.
Periti interdum viles, ignari, & corruptibiles. 12. 15.
Periti diſcordantes in valore rei quomodo ad concordiam reducantur. 50. 19.
Periurus quando quis efficiatur, & quomodo repellatur à limine iudicij. 75. 7.
Periurium non incurritur ſtante dubietate validitatis iuramenti. 100. 36.
Permutatio an veniat ſub nomine venditionis, & alienationis. 68. 31.
Permutatio tacita oritur vbi pecunia ſubrogatur loco ſtabilium, & legittimè itaut debeantur fructus. 50. 8.
Perſonæ Eccleſiaſticæ an veniant ſub generali citatione ad inuentarium. 3. 20.
Perſonæ Eccleſiaſticæ an actiuè, vel paſſiuè comprehendantur ſub ſtatuto laicorum de ſucceſſionibus. 34. 2. & ſeqq.
Perſona turpis quænam dicatur vt rumpatur teſtamentum fratris. 83. 32. & ſeqq.
Perſonæ viles quænam dicantur. 82. 37.
Perſona contemplata attenditur in contractibus. 83. 4.
Idem in vltimis voluntatibus. 67. 19. & 20.
Perſonæ Eccleſiaſticæ non poſſunt impediri facere nouum molendinum, vel furnum, nec cogi ad vnum accedere. 97. 25.
Pes dicitur conſtare ex quindecim digitis. 16. 19.
Petitorium ſuſpenditur vbi agitur de manutentione. 8. 2.
Petitorium abſorbet poſſeſſorium. 92. 39. &c. 96. 27.
Pons ſuper via publica quorum expenſis reficiendus. 63. 1. &c.
Pons eſt faciendus ab eo, qui per viam publicam ducit aquam ad ſuum molendinum. 63. 5.
Poſitioni conſiſtenti in iure non eſt reſpondendum. 17. 22.
Poſitiones vt declarentur pro confeſſis quæ requirātur. 78. 14. & 15.
Poſitiones habitæ pro confeſſis non probant circa enunciatiua. 78. 17.
Poſitiones habitæ pro confeſſis admittunt probationem in contrarium. 78. 21.
Poſitionibus concernentibus dominium, vel poſſeſſionem auctoris an ſit reſpondendum. 44. 13. &c. 78. 19.
Poſſeſſio debitoris probatur ex clauſula conſtituti. 44. 8.
Poſſeſſio debitoris probatur per inſtrumentum venditionis. 44. 10.
Poſſeſſio iunior præſumitur clandeſtina docto de anteriori. 4. 27.
Poſſeſſio auctore Prætore capta quando ſit iuſta. 4. 36. & 37.
Poſſeſſio ciuilis an, & quando ſit manutenibilis. 8. 4. & ſeqq.
Poſſeſſio ciuilis non ſufficit quando naturalis eſt penes alium ſine vitio. 8. 8. & 24.
Poſſeſſio defuncti an, & quando tranſeat in hæredes. 8. 9. & an ſufficiat pro manutentione, ibid. 10.
Poſſeſſio ciuilis ſolo animo retinetur, non tamen acquiritur ab initio ſine apprehenſione. 8. 14. & 15.
Poſſeſſio ciuilis quomodo per decennium extinguatur. 9. 22. & 23.
Poſſeſſio capta non citatis primis poſſeſſoribus eſt nulla. 8. 27.
Poſſeſſio poſterior dicitur clādeſtina, & non eſt manutenibili. 8. 28.
Poſſeſſio tradita donatario ſi effectum non habuit dicitur ſimulata. 25. 36.
Poſſeſſio bonorum in communi poteſt dari ſine ſocietate. 31. 10.
Poſſeſſor in Saluiano an patiatur immiſſionem pro expenſis. 6. 6. & 7.
Poſſeſſor volens vti iure offerendi qualiter poſſit deponere pecuniam, & ceſſio habeatur pro facta. 21. 26.
Poſſeſſor an teneatur omne debitum, & expenſas offerre, & an habeat retentionem pro melioramentis. 21. 27. & 28.
Poſſidēs pro credito non tenetur offerre niſi creditū alterius. 21. 28.
Poſſidentis melior eſt conditio in iure offerendi. 21. 31.
Poſſeſſor an, & quando ſtante ignorantia fideicommiſſi poſſit conueniri. 23. 4. & 5.
Poſſeſſor an teneatur reſpondere poſitionibus circa poſſeſſionem, & dominium auctoris. 44. 12. & 13.
Poſſeſſor an poſſit conueniri ſtante negligentia creditoris in exigendo à debitore principali. 73. 10. & 17. & 18.
Poſſeſſor non habens hypothecā non poteſt excipere quod prius excutiantur bona ſpecialiter obligata. 73. 11.
Poſſeſſor non tenetur actione perſonali, ſed tantum reali. 84. 11.
Poſſeſſor rei cenſuatæ tenetur actione perſonali in rē ſcripta. 84. 12.
Poſſeſſor tenetur actione perſonali pro publicis tributis. 84. 13.
Poſſeſſor qualiter grauetur per Officiales Florentiæ. 84. 14.
Poſſeſſor non poteſt moleſtari niſi prius condemnato debitore. 91. 6.
Poſſeſſor non poteſt conueniri niſi debitor ſit in mora, & niſi contractum liquidato debito. 91. 8. & 9.
Poſſeſſor poteſt petere vt eius ſumptibus fiat excuſſio contra principalem. 91. 16.
Poſſeſſor qualiter habeat retentionem, vel cautionem pro melioramenti. 98. 37.
Poſſeſſor conuentus Saluiano quomodo poſſit opponere de excuſſione. 91. 25.
Poſſeſſorium cognoſcitur ſuſpenſo petitorio. 8. 2. & cap. 92. 33.
Poſſeſſorium manutentionis an, & quando poſſit coram Iudice appellationis proponi. 92. 34.
Poſſeſſorium remanet extinctum vbi agitur de dominio. 92. 39. &c. 96. 27.
Poteſtates Terrarum dicuntur in magna dignitate, & perſonam Principis repræſentant. 43. 3.
Præceptum nubendi ſub pœna amiſſionis magni lucri an ſit reprobatum. 74. 6.
Prædium quodlibet præſumitur liberum non obſtante vſu ſeruitutis. 14. 4.
Prædio diuiſo an. & quando poſſit vnus per partem alterius tranſire prout ante diuiſionem. 24. 5. & 6.
Præſcriptio qualiter procedat in ſeruitute diſcontinua. 7. 4. & c. 14. 32. & 33.
Præſcriptio ſtatuti Florentini ſubductus ſubducendis tranſcendit annos 36. & amplectitur omnes actiones. 7. 8. & c. 22. 9.
Præſcriptio ſtatutaria requirit bonam fidem, & alia de iure neceſſaria. 7. 10.
Præſcriptio regulatur ſecundum ius canonicum, & an currat ſtante mala fide auctoris. 7. 12.
Præſcriptio cites modum executiuè agendi currit non obſtante mala fide. 7. 13.
Præſcriptionem allegans debet probare præſentiam partis. 7. 15.
Præſcriptio ſine quaſi poſſeſſione in ſeruitutibus non procedit. 14. 23.
Præſcriptio vt procedat an requiratur ſcientia partis. 14. 25.
Præſcriptio eſt refugium miſerorum, & qualiter procedat in ſeruitutibus. 25. 15.
Præſcriptio qualiter procedat in via, & iure eundi. 16. 5. & 6.
Præſcriptionis quæ ſint requiſita neceſſaria. 22. 7.
Quæ veniant deducenda de tempore præſcriptionis. 22. 8.
Præſcriptio legittimi temporis an currat contra ignorantes. 33. 10. &c.
Præſcriptio cœpta cum defuncto an currat contra pupillū. 22. 12.
Præſcriptio non valenti agere non currit, & ſic nec vocato ad fideicommiſſum ante mortem præcedentis grauati. 22. 13. 14. &. 15.
Præſcriptionis calculus qualiter faciendus quando res fuit à pluribus. 68. 68.
Præſentationes ad iuſpatronatus effectum ſortitæ quid operentur. 96. 2. & 10.
Pretium debet reſtitui etiamſi non præſtetur euictio. 84. 5.
Pretium iuſtum continet latitudinem infimi medij, & ſupremi. 100. 4.
Præuentio inter Iudicem ſæcularem, & Eccleſiaſticum attenditur vbi laici delinquunt in loco ſacro. 9. 1.
Præuentionis natura eſt vt vnus Iudex alium excludat. 9. 2.
Præuentio habet locum reſpectu ſacrilegij, nam reſpectu vulnerum ſolus Iudex ſæcularis procedit. 9. 4. & 5.
Præuentio, & præoccupatio quomodo tribuat prælationem in iure retractus. 36. 17. & 18. & cap. 68. 19. & 20.
Primogenitura an mortuo primogenito vadat ad eius deſcendentes, vel ad primogenitum ex alia linea. 40. 1. & ſeqq.
Primogenitus non dicitur filius primogeniti in primogenitura inducta ab extraneo vltra fratrem. 40. 4.
Primogenitura vt deferatur quæ ſint conſideranda. 40. 20.
Princeps poteſt etiam indignum eligere. 17. 29.
De Principis poteſtate diſputare ſacrilegium reputatur. 17. 39. & c. 24. 19.
Princeps non poteſt reſcindere donationem perfectam. 24. 18.
Princeps quando cenſeatur remittere formam ceſſionis bonorum ignominioſam. 54. 24.
Princeps in dubio non intelligitur præiudicare tertio. 63. 8.
Princeps ſemper intelligitur reſcribere prout iuri, & æquitati conuenit. 63. 9.
Princeps non vult eius reſcripta ſeruari quatenus iuri, & æquitati repugnant. 63. 10.
Princeps an, & quando poſſit concedere dilationem debitori pro debito iurato. 95. 9. & cap. 53. 12.
Priorīſſa, & Procurator Monialium non poſſunt præiudicare Monaſterio. 58. 45.
Priuignus non ſuccedit nouercæ. 2. 4.
Priuilegia actionis nouatæ an intelligantur repetita. 30. 24.
Priuilegia conquaſſantur inter creditores æqualiter priuilegiatos, & attenditur ordo temporis. 66. 24.
Priuilegium c. Odoardus quando non proſit Clerico. 81. 5.
Priuilegiū d. c. Odoardus poteſt opponi etiam poſt ſententiā. 81. 8.
Priuilegium prædictum non tranſit ad hæredes, nec fideiuſſores Clerici. 81. 10.
Priuilegium prædictum qualiter poſſit prodeſſe fideiuſſori. 81. 11. & 12.
Priuilegium l. 2. C. quod cum eo, &c. competit filio fam. mortuo patre, vel facta emancipatione pro debitis anteā contractis, & liberat à carceribus. 81. 13. & ſeqq.
Priuilegium prædictum qualiter competat etiam pro debito dotis. 81. 16.
Priuilegium prædictum quando locum non habeat. 81. 17. & 18.

Probatio ſemiplena transfert onus probandi in aduerſarium, vel facit locum iuramento ſuppletorio. 7. 31. & 32.
Probatio ex inſpectione loci dicitur omnium præſtantior. 16. 14. & c. 14. 8. & c. 79. 12.
Probatio à communiter accidentibus, & ſeruari ſolitis an ſufficiat. 17. 16.
Probatio bonæ vocis, & famæ quid operetur. 64. 22.
Probatio concludens eſt neceſſaria poſt aſſecurationem rei. 92. 7.
Probatio dubia, & incerta, vel quæ diuerſimodè intelligi poteſt non releuat. 92. 12.
Non probat hoc eſſe quod ad hoc contingit abeſſe. 92. 11.
Proceſſus valet non facta notificatione Randarum ſi non opponitur ante litem conteſtatam. 53. 5.
Proceſſus prius terminandus contra contumaces, & poſteà contra carceratos. 64. 9.
Procurator poſt acceptatum mandatum, & litem conteſtatam non poteſt illud refutare. 47. 10.
Procemium denotat cauſam finalem. 10. 13.
Prohibitus alienare nihil agit alienando, & incurrit pœnas, à quibus an liberetur redimendo de re integra. 33. 14.
Prohibitio alienationis quid operetur in emphyteuſi. 58. 28.
Promiſſio aliquid faciendi quando habeatur pro ipſo facto. 59. 10.
Promiſſio de vendendo eſt idem quod venditio. 59. 12.
Promiſſio indemnitatis facta fideiuſſori à carcerato an valeat. 70. 14.
Promittens ſoluere, vel præſentare debitorem poteſt præcisè compelli ad ſoluendum arbitrio creditoris, cuius eſt electio. 18. 16.
Promittens ſoluere, vel dare pignora poteſt præcisè vt ſupra compelli. 18. 17.
Promittens id ad quod non tenetur putans ſe teneri non obligatur. 57. 21. & c. 52. 7.
Promittens facere pactum de retrouendendo poteſt directè conueniri ad reuendendum. 59. 11.
Promittens factum obligatur ad intereſſe. 59. 13. & 14.
Promittens pro alio fideiubere tenetur ad intereſſe. 59. 15.
Promittens manutenere pontem, vel molendinum an teneatur de caſu fortuito. 97. 7.
Promittens vſuras indebitas non obligatur, nec poteſt conueniri à ſtipulatione. 100. 34.
Proprietas incontinenti iuſtificata abſorbet poſſeſſorium. 96. 27.
Prorogatio compromiſſi debet partibus intimari. 55. 25.
Prorogatio facta debitori an liberet fideiuſſorem. 30. 20.
Proteſtatio cauponis, nautæ, vel ſtabularij ſe nolle teneri de facto extraneorum an, & quando illos releuet. 37. 8. & 11.
Proteſtatio conſeruat ius dicendi de nullitate capturæ. 39. 27.
Proteſtatio non releuat in his, ad quæ de neceſſitate adſtringimur. & quæ ſunt à iure definita. 73. 6.
Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis. 65. 2. & cap. 91. 5.
Prouocatus in iudicio manutentionis eſt præferendus. 8. 3.
Prouocatus excuſatur à pœna ordinaria delicti. 64. 5.
Proximitas grauati an ſit attendenda, vel potiùs teſtatoris. 40. 5.
Proximus non admittitur ad ſucceſſionem donec adeſt proximior etiamſi ſatisdare vellet. 22. 23.
Proximior in gradu remotiorem excludit. 45. 2.
Proximior quis præſumitur probata conſanguinitate donec contrarium probetur. 22. 25.
Proximiores emphyteutæ etiam fœminæ quando, & intra quantum tempus poſſint conceſſionem alij factam reuocare. 58. 8.
Proximiores emphyteutæ an, & quando ſint à Domino inueſtiendi. 58. 10. & 11.
Punitus ſemel pœna condigna non debet amplius pro eodem facto puniri. 9. 9.
Punitus pœna canonica in foro Eccleſiaſtico an poſſit iterùm puniri in foro ſæculari pœna ciuili. 9. 10.
Pupillus poteſt reintegrari ad poſſeſſionem re nulliter alienata. 4. 14.
Pupillus non poteſt interpellari ſine tutore. 68. 60.
Pupillus hæreditatem non aditam an poſſit tranſmittere, & quomodo, ac per quos poſſit adire. 89. 19.
Pupillus non tenetur declarare an velit ſtare contractui nullo. 98. 12.
Pupillus niſi ſit factus locupletior non liberatur ſoluens. 98. 15.
Puteus, vel penus ſubterraneus fieri poteſt propè fundum alienum nullo relicto ſpatio, etiamſi vena aquæ alterius putei præcidatur. 79. 23. & 24.

Q

QValitas adiecta vni legato an cenſeatur repetita in alio. 10. 21.
Qualitas maioris ætatis non eſt tranſmiſſibilis in filios. 40. 2.
Qualitas hæreditaria quando ſit neceſſaria, & an ſufficiat illam trahere à primo fundatore, & non ab vltimo vocato. 96. 23.
Quantitas rerum furatarum probatur iuramento derobati. 37. 14.
Quantitas fructuum non probatur ex locatione, niſi aliundè adminiculata. 98. 35.
Quantitas lucri, & damni non probatur ex aſſertione partium. 100. 14. & cap. 51. 2.
Quaſi poſſeſſio qualiter acquiratur in ſeruitutibus. 14. 24.
Quaſi poſſeſſio præſentandi an, & quando ſuffragetur. 96. 25. & 26.
Querela inofficioſi teſtamenti qualiter, & intra quantum tempus debeat per fratrem proponi, & quando ceſſet. 82. 29.
Quem de euictione tenet actio, eumdem agentem repellit exceptio. 3. 6. & cap. 22. 16.
Quod eſt extra proceſſum dicitur extra mundum. 8. 57.
Qui dicit omne, nihil excludit. 10. 30.
Quod tibi non nocet, & alteri prodeſt eſt permittendum in ædificando. 15. 26.
Quod tibi non prodeſt, & alteri nocet non eſt permittendum. 14. 10.
Quilibet præſumitur deceſſiſſe ſine filijs, niſi contrarium probetur. 22. 26.
Qui ſentit commodum debet ſentire incommodum. 63. 4. & 11.
Quilibet ſcire debet quod ſuum non eſt ad alium ſpectare. 79. 7.
Quilibet in re ſua moderator, & arbiter. 79. 16. & 17.

R

RAtificatio eſt neceſſaria vt quæratur ius donatario abſenti. cap. 5. 2.
Ratificatio eſt facienda tempore habili non poſt ius alteri quæſitum. 5. 3. & 6.
Ratificatio præſumitur ex ſcientia rei omninò fauorabilis. 5. 4. & ſeqq. & cap. 48. 5. & 6.
Ratificatio actus nulli cum præſuppoſito validitatis non valet. 26. 23.
Ratificatio laudi non tenet niſi data ſcientia nullitatis. 26. 25. & cap. 57. 22.
Ratificatio donationis eſt facienda viuente donatore. 48. 3.
Ratificatio non eſt neceſſaria ſtante ſtatuto Florentino. 48. 8.
Ratio tutelæ vt ſufficienter reddatur quæ ſint neceſſaria. 8. 47. & 48.
Ratio tutelæ poteſt exigi etiam per hæredes minoris. 8. 49.
Rationes tutelæ ſunt exhibendæ ſi ſint remiſſæ. 8. 65.
Ratio cur teſtator non ita diſpoſuerit non eſt quærenda. 67. 22.
Recipiens litteras, & non contradicens fatetur contenta. 26. 4.
Recognitio teſtium eſt neceſſaria vt ſcriptura præiudicet tertio. 66. 6.
Recognitio non eſt neceſſaria parte non opponente. 66. 20.
Recognitio non eſt neceſſaria in ſcriptura antiqua. 66. 21.
Recognitio quomodo fiat per comparationem litterarum. 66. 19.
Reconductio tacita procedit cum eadem penſione. 1. 5.
Reconductio tacita requiritur ſimultaneum conſenſum. 1. 12.
Reconductio tacita procedit tantum in prædijs ruſticis, non autem in vrbanis. 1. 13.
Reconductio tacita non procedit vbi locator eſt abſens. 1. 15.
Reconductio tacita non oritur quando fuit promiſſum reſtituere rem finito tempore, nec ſtante generali renunciatione. 1. 16.
Reconductio tacita intelligitur pro vno anno tantum. 1. 17.
Reconductio tacita non procedit vbi locatio fuit in ſcriptis contracta, & quomodo illud intelligatur. 1. 18.
Redditio rationum tutelæ qualis eſſe debeat. 8. 47. & 48.
Redditio rationum quomodo intelligatur remiſſa inter fratres. 31. 22.
Reductio ad arbitrium boni viri peti poteſt non obſtante renunciatione. 55. 46.
Reductio coram quo Iudice ſit petenda. 55. 53.
Reductio intra quantum tempus ſit petenda. 55. 56. & 57.
Reductione pendente impeditur laudi executio. 55. 58.
Reductio an admittat appellationem. 55. 59.
Regiſtrum donationis Florentiæ licet poſſit quandocumque fieri non retrotrahitur in præiudicium tertij. 5. 27.
Regula quod mihi prodeſt, & tibi non nocet procedit in ædificando. 15. 26.
Regula quod potuit noluit, & quod voluit adimplere nequiuit quando procedat. 47. 22.
Regula ſi vinco vincentem te, tantò magis vincam te. 76. 12.
Remedium ſpolij, vel c. reintegrandæ competit minori ſtante nullitate alienationis. 4. 20.
Remedium ſpolij tranſit hinc indè ad hæredes. 4. 21.
Remedium ſpolij datur etiam pro bonis profanis, & in foro ſæculari. 4. 22.
Remedium ſpolij admittit appellationem. 4. 23.
Remedium ſpolij eſt perpetuum, & durat 30. annis. 4. 24.
Et quando præſcribatur per decennium, ibid. 25.
Remedium ſpolij dicitur intentatum ſtantibus clauſulis ſalutaribus ſi narrata conueniant, & probentur requiſita. 4. 26.

Reme-

Remedium ſpolij quas probationes requirat. 4. 27.
Remedium ſpolij competit quotieſcumque contractus eſt imperfectus, vel conditionalis. 4. 28.
Remedium ſpolij datur etiam pro iuribus incorporalibus. 4. 29.
An fructus veniant à die motæ litis tantum, vel ab initio. 4. 30. 31.
Remedium ſpolij ceſſat quando contractus fuit ratificatus. 4. 32.
Remedium ſpolij an ceſſet vbi conſtat de veritate dominij. 4. 33.
Remedium ſpolij an admittat probationes circa dominium. 4. 34.
Remedium ſpolij an detur contra eum qui auctoritate Iudicis fuit ſpoliatus. 4. 35. & 37.
Non datur ei qui facto proprio cecidit à poſſeſſione. 4. 38.
An impediatur per exceptionem melioramentorum. 4. 39.
An detur contra titulo, & bona fide poſſidentem. 4. 40. & ſeqq.
Remedium prædictum competit debitori pro recuperanda poſſeſſione per creditorem occupata illo ſatisfacto. 18. 2.
Remedium *l. 2. C. de reſcin. vend.* non datur niſi contra poſſidentem eum electione ſupplendi pretium vel reſtituendi bona. 98. 20. & ſeqq.
Remiſſio poſſeſſionis an ſit facienda conductori molendini ob deſtructionem cluſæ. 1. 21. & cap. 97. 4.
Remiſſio inuentarij cenſetur facta ne ſecreta domus pandantur. 8. 53.
Remiſſio Inuentarij operatur vt non detur iuramentum in litem ex eius omiſſione. 8. 56.
Remiſſio inuentarij non liberat à ſimplici deſcriptione bonorum. 8. 64.
Remiſſio Iniuriæ ob tranſitum ad ſecunda vota ex quibus inducatur. 35. 11. & ſeqq.
Remiſſio penſionis eſt facienda conductori, qui re conducta ad vſum deſtinatum vti non potuit. 97. 3.
Remiſſio penſionis non debetur quando damnum prouenit ex culpa conductoris. 97. 16.
Remiſſio penſionis an debeatur ſtante renunciatione omni legum auxilio, & fauori. 97. 17. *Vide Conductor.*
Renuncians liti, & appellationi tenetur reficere expenſas. 90. 54. &c.
Renunciari non poteſt tacitè, nec expreſsè formæ à ſtatuto inductæ. 25. 4.
Renunciatio facta Iuri alieno non valet. 35. 55.
Renunciatio iuris communis difficilius inducitur, quam priuilegiorum. 35. 19.
Renunciatio in dubio Intelligitur tantum quoad ſucceſſionem ab inteſtato. 90. 50.
Renunciatio eſt ſtricti Iuris, & ſufficit ſi in aliquo verificetur. 90. 12.
Renunciatio bonorum paternorum, & maternorum non extenditur ad fraterna etiam ab illis prouenientia. 90. 13.
Renunciatio facta bonis vnius fratris non extenditur ad bona aliorum fratrum. 90. 13.
Renunciatio facta pluribus fratribus cum pacto vt illis decedentibus poſſit ſoror ſuccedere vno tantum decedente admittitur ad illius portionem. 90. 14.
Renunciatio ſi non habet effectum debent accepta reſtitui. 90. 16.
Renunciatio non extenditur vltra cauſam expreſſam. 90. 40.
Renunciatio intelligitur facta contemplatione filiorum extantium, & rebus ſic ſtantibus. 90. 41.
Repræſentatio non habet locum vbi vocantur ſuperuiuentes proximiores. 22. 27.
Repræſentatio non habet locum ſtante clauſula æqualiter. 22. 28.
Repræſentatio non procedit vbi in filio deficit qualitas, quæ erat in patre. 22. 29. & cap. 45. 11.
Repræſentatio an, & quando locum habeat ad excluſionem fœminarum. 27. 5. & 10. & 11. & cap. 45. 10. & ſeqq.
Repræſentatio non procedit vbi deficit qualitas à ſtatuto conſiderata. 27. 6.
Repræſentatio non habet locum vltra fratrum filios. 40. 4. & cap. 82. 8.
Repræſentatio non procedit in ſucceſſione ex teſtamento, ſed tantum ab Inteſtato. 40. 12. & 13.
Repræſentatio conſtituit in eodem gradu, in que erat perſona repræſentata. 45. 3.
Repræſentatio in hæreditate aſcendentium ſemper admittitur. 45. 4.
Repræſentatio an habeat locum inter fratrum filios concurrentes ad hæreditatem patrui cum alio patruo, vel inter ſe tantum. 45. 5.
Repræſentatio non facit hæredem eum, qui patris perſonam repræſentat. 45. 6. & 7.
Repulſa teſtium ob crimen quomodo ſit facienda. 64. 24.
Reſeruatio pro teſtando ad quam ſummam debeat aſcendere. 5. 36.
Et an debeat eſſe certa, ibid. 37. & 38.
Reſeruatio pro teſtando ſi dicatur modica ad quem ſpectet onus probandi. 5. 39.
Reſeruatio facta in vno caſu magis confirmat actum in alijs non reſeruatis. 26. 29.
Reſeruatio quoad caſum reſeruatum conſeruat ius reſeruantis, & modificat diſpoſitionem. 26. 30.
Reſeruatio nihil de nouo tribuit licet pars ei conſentiat. 26. 31.
Reſeruatio reddit actum conditionalem ita vt in caſu præiudicij habeatur pro non facto. 26. 32.
Reſeruatio vſusfructus an tollat præſumptionem ſimulationis. 48. 19. & 20.
Reſeruatio vſusfructus nihil operatur ſtante incertitudine. 62. 8.
Reſiduum denotat nil aliud deberi. 26. 17.
Reſolutio iure datoris reſoluitur ius acceptatoris. 33. 13.
Reſtitutio in integrum datur minori aduerſus repudiationem hæreditatis intra quadriennium à die perfectæ ætatis. 47. 18.
Reſtitutio datur minori aduerſus declarationem læſiuam factam ſuper contractu nullo. 98. 13.
Reſtitutio datur minori, vel pupillo aduerſus ſolutionem eis factam ſi non ſint facti locupletiores. 98. 15. & 16.
In reſtitutione in integrum datur electio emptori ſupplendi pretium, vel reſtituendi bona. 98. 21.
In reſtitutione in integrum an ſit probanda læſio à minore, vel verſio ab aduerſario. 98. 14. & 24.
Reſtitutio in integrum non datur niſi contra poſſidentes. 98. 22.
Res non dicitur reſtituta cùm deteriorata reſtituitur. 1. 11.
Res minus damnoſa debet alienari. 4. 16.
Res tranſit cum ſuo onere reali ad quoſcumque poſſeſſores. 14. 1.
Res propria nemini ſeruire poteſt. 14. 12.
Res quælibet præſumitur libera non obſtante vſu ſeruitutis. 14. 4.
Res non debet viliori pretio vendi, ſed pro iuſto creditori etiam inuito adiudicari. 21. 18.
Res quando dicatur ſolita locari, vt ſocius totam poſſidendo teneatur ad ratam penſionis. 31. 24.
Res quæ dicatur ſterilis, & modicæ conſiderationis vt poſſit ab Eccleſia concedi in emphyteuſim. 69. 38. & ſeqq.
Res litigioſa non poteſt alienari ſine nullitate, & alienata poteſt ſine alio proceſſu capi in executionem iudicati. 87. 1. & 2.
Res quando dicatur facta litigioſa vt non poſſit alienari. 87. 3. &c.
Res litigioſa poteſt alienari cum vniuerſitate bonorum. 87. 7.
Res litigioſa poteſt alienari pro conſtitutione, vel reſtitutione dotis, & ex alijs cauſis. 87. 9. & 10.
Retentio non procedens à principio vitioſo eſt magis priuilegiata quam immiſſio. 10. 6.
Retentio datur creditori pro fructibus cenſus decurrendis, & quando de nouo eſſet concedenda immiſſio. 18. 11. & 12.
Retentio datur emptori qui ſoluit pretium anterioribus etiam ſine ceſſione, & pacto. 19. 24. & ſeqq.
Retentio an, & quando detur vxori in bonis viri vergentis ad inopiam. 25. 7.
Retentio datur grauato reſtituere hæreditatem pro expenſis factis in eius defenſione. 33. 6.
Retentio datur poſſeſſori pro ſuo credito quod habebat ante acquiſitionem dominij. 56. 20. & 21.
Retentio eſt fauorabilior quam compenſatio. 56. 28.
Retentio non admittitur quando creditum non eſt clarum, & liquidum. 56. 29.
Retentio ſpeciei pro quantitate non admittitur. 56. 30.
Retentio non admittitur vbi quis repræſentat duas perſonas vnam vti debitor, alteram vti creditor. 56. 31.
Retentio non admittitur de credito vnius negotiationis ad debitum alterius negotiationis etiamſi agatur cum eiſdem perſonis. 56. 32.
Retentio an poſſit dari ſine hypotheca. 56. 38.
Retentio quando detur poſſeſſori pro melioramentis. 98. 38.
Reus in ciuilibus eſt magis priuilegiatus quàm actor. 8. 1.
Reus dicitur qui fuit prouocatus ad iudicium. 8. 3.
Reus debet abſolui quoquò modo intentionem accuſantis, vel inquirentis dubiam reddat. 64. 27.

S

SAcrilegium eſt mixti fori, & in eo locus eſt præuentioni. 9. 5.
Salarium an debeatur fratri qui adminiſtrauit. 21. 20. & cap. 83. 14.
Salarium Iudicum, & Aduocatorum habet prælationem inter alios creditores. 41. 12.
Salarium duplex debetur ei, qui functus fuit officio duorum. 41. 13.
Salarium debetur etiam cauſa per concordiam terminata. 41. 14.
Salarium Aduocati in qua ſumma debeatur. 41. 15.
Salarium qualiter poſſit in pactum deduci. 41. 18.
Salarium exigi poteſt executiue in foro litis peractæ, etiamſi litigantes ſint de alio foro. 41. 17.
Salarium debetur pro toto tempore hæredibus Poteſtatis defuncti, & ſubrogatur filius ad finiendum officium. 43. 4.
Salarium an debeatur Officiali pro tempore carcerationis. 43. 5.
Salarium an debeatur quando Officialis ex culpa ſua fuit remotus ab officio ante tempus finitum. 43. 6.

Saluianum competit fideicommiſſarijs, & legatarijs. 3. 1. & 2.
Saluianum competit donatario probatis extremis. 5. 1.
Saluianum non datur contra tertium, cui ante ratificationem donationis fuit ius quæſitum. 5. 6.
Saluianum an competat ſtante clauſula conſtituti. 8. 17.
Saluus conductus pro debito non extenditur ad debitum iuratum, nec contra illud concedi poteſt. 53. 12. *Vide Dilatio.*
Sata cedunt ſolo ſicut ædificium. & planta. 53. 11.
Satiſdatio eſt medicina ſequeſtri, & ſuſpicionis fugæ. 39. 23.
Satisfactio celeris quænam dicatur, & intra quantum tempus ad purgandam moram. 65. 10.
Scala quando poſſit apodiari muro communi diuiſorio. 15. 3.
Scientia eſt neceſſaria in donatario vt dicatur ratificaſſe. 5. 6.
Scientia familiarum an præiudicet domino. 7. 16.
Scientia cum omnibus qualitatibus debet probari vt ratificatio actus nulli valeat. 26. 26. & cap. 57. 23.
Scientia aliundè habita an ſufficiat ad excludendum à retractu. 36. 2.
Scientia non præſumitur, ſed ab allegante probari debet. 57. 23.
Scriptura quando ſit de ſubſtantia contractus, vel ad probationem tantum adhibita. 5. 19. & 20. vbi quid in dubio præſumatur.
Scriptura patris ſimplex inter liberos habet vim teſtamenti, non autem fauore extraneorum. 8. 67. & ſeqq.
Scriptura, qua annotatione propria quis ſibi debitorem conſtituit non probat. 11. 1.
Scriptura non probat traditionem. 15. 3.
Scriptura ſine nomine tamquam informis, & vacua non probat etiam contra ſcribentem. 26. 9.
Scriptura priuata quæ requirat vt præferatur publico inſtrumento poſteriori. 66 1. & ſeqq.
Scriptura habet vim ſolum à die recognitionis, & quando ſecus. 66. 4. & 5.
Scriptura non præiudicat tertio ſine recognitione teſtium aſſerentium de tempore quo fuit confecta. 66. 6. & 7.
Scriptura licet vigore pacti habeat vim inſtrumenti non præiudicat tertio. 66. 10.
Scriptura habens vim inſtrumenti vigore ſtatuti an præiudicet tertio. 66. 11.
Scriptura ſubſcripta à tertio nomine debitoris non probat niſi docto de ordine, & mandato illi dato. 66. 14. & cap. 26. 10.
Scriptura ceſſante ſuſpicione antidatæ probat etiam contra tertium licet non habeat requiſita l. ſcripturas. 66. 57.
Scriptura probat contra tertium vbi debitum non excedit libram auri. 66. 58.
Scriptura qualiter recognoſcatur per comparationem. 66. 19.
Scriptura probat ſine recognitione parte non opponente. 66. 20.
Scriptura antiqua probat ſine recognitione. 66. 21.
Scriptura vt contineat hypothecam qualiter debeat ſubſcribi. 66. 16.
Senex ſeptuagenarius an poſſit pro debito carcerari, & quid in ſexagenario. 52. 26.
Senex quiſnam dicatur eſt in Iudicis arbitrio. 52. 27.
Senex non poteſt ſuo priuilegio renunciare. 52. 28.
Sententia notoriè nulla ex eiſdem actis non tranſit in iudicatum. 6. 14.
Sententia continens plura capita ſeparata non vna, ſed plures dicuntur. 26. 2.
Sententia lata ex priuilegiata probatione non tranſit in iudicatum. 26. 19.
Sententia quando ſit nulla defectu citationis ob admiſſionem aliorum articulorum poſt citationem. 41. 1.
Sententia quando ob breuitatem temporis ſit nulla. 57. 9.
Sententia ratione incertitudinis non valet. 62. 5.
Sententia Iudicis quando requiratur in caducitate. 65. 4.
Sententia criminalia non debet differri ea cauſa debiti etiam ab ex prouenientis 71. 17.
Sententia lata poſt peremptam inſtantiam ſtatuti quando ſit nulla. Et quando valeat, ibid. 2. & 13. & cap. 95. 10.
Sententia nulla debet confirmari à Iudice appellationis vbi conſtat de bono iure. 88. 9.
Sententia iuſta licet nulla debet confirmari. 88. 11. 12.
Sententia tendens ad præparandum iudicium prodeſt omnibus etiam non citatis. 91. 20.
Sequeſtrum omne regulariter eſt prohibitum, & quando ſit permiſſum. 95. 1 & 2.
Sequeſtrum non iuſtificatum in termino non afficit. 95. 13.
Sequeſtrum non dicitur præparatorium iudicij, & expectat poſt te... oblationem. 95. 14.
Sequeſtrum non inducit litis pendentiam. 95. 14.
Sequeſtrum quando ſatiſdatione tollatur, vel non. 95. 15. & 16.
Sequeſtrum an, & quando quis inuitus teneatur acceptare. 95. 17. 18.
Sequeſtrarius non poteſt ſine cauſa officium deponere. 95. 19.
Sequeſtratarius ſoluendo ad Iudicis mandatum an liberetur. 95. 20.
Sequeſtratarius an iuuetur dilatione conceſſa debitori. 95. 21.
Sermo generalis non comprehendit pias cauſas, nec trahitur ad actum iuratum. 53. 11.
Sermo indeffinitus an, & quando æquipolleat vniuerſali. 92. 13.
Seruitus non præſumitur niſi probetur etiam dato illius vſu, & quaſi poſſeſſione. 7. 1. & 2. & cap. 14. 4. & cap. 15. 5.
Seruitus quando dicatur habere cauſam diſcontinuam. 7. 3.
Seruitus diſcontinua quanto tempore præſcribatur. 7. 4. & ſeqq. & cap. 14. 22.
Seruitus non poteſt in re communi conſtitui ab vno ex ſocijs altero inuito. 7. 18.
Seruitus fundo alieno per extraneum acquiri non poteſt. 7. 20.
Seruitus quando dicatur ſolum perſonalis, & non realis, vt non tranſeat in ſingulares ſucceſſores. 7. 26. & 57.
Seruitus itineris an, & quando ſit concedenda vicino aliundè non habenti tranſitum. 14. 7. & 9.
Seruitus eſt reſtringenda ad tempus neceſſitatis, & debita pro vno fundo an poſſit extendi ad contiguum. 14. 26. & 27.
Seruitus poteſt leuior effici, ſed non durior. 14. 27.
Seruitus oneris ferendi eſt manutenenda à domino loci ſeruientis, ſecus in alijs, in quibus ſufficit patientiam præſtare. 16. 9. & 10. & cap. 79. 18.
Seruitus aquæductus non conſiſtit via publica interueniente niſi ex gratia, & facto ponte. 63. 5. & 6.
Seruitutem habens intelligitur habere aditum ad illam. 79. 4.
Seruitus niſi ſit debita non poteſt quis ire per alienum fundum inuito domino. 79. 9.
Seruitute viæ legata tenetur legatarius ſibi aptare locum, & non hæres. 97. 13.
Simonia non committitur recipiendo quod ſine aliqua præcedente taxatione gratis offertur. 72. 32.
Simulatio ex quibus coniecturis inducatur. 5. 41. & cap. 48. 15.
Simulatio an, & quando requirat cauſam. 5. 42. & 43.
Simulatio ex quibus excludatur. 5. 44. & 47.
Simulatio non operatur in præiudicium tertij, cui fuit ius quæſitum. 5. 47.
Simulatio non excluditur per iuramentum. 5. 48.
Simulatio probatur coniecturis exiſtente cauſa. 25. 34. & cap. 48. 12.
Simulatio arguitur ſi donator remanſit in poſſeſſione. 25. 35. etiamſi fuerit facta traditio poſſeſſionis ſi effectum non habuit, ibid. 36.
Simulatio arguitur ex ſolutione collectarum, & ex libro æſtimi. 25. 37. & 38.
Simulatio arguitur ex clauſulis inſolitis. 25. 39.
Simulatio qualiter probetur per vnicum teſtem, vel per teſtes ſingulares. 48. 13.
Simulatio reddit omnes clauſulas inefficaces ob defectum conſenſus. 48. 34.
Simulationis præſumptio an tollatur per reſeruationem vſusfructus. 48. 19. & 20.
Societas, an locatio dicatur quando dantur boues ad collaticum. 17. 2. 3.
Societas in qua vnus ponit capitale, & alter induſtriam valet, & ad quem ſpectet periculum capitalis. 17. 18. & 41.
Societas, vel locatio bonum qualiter ſuſtineatur cum pacto certi frumenti mediante aſſecuratione. 17. 5. & ſeqq *per tot.*
Societas non datur inter patrem, & filium, & ſi ſit cum extraneo, in diuiſione lucri, pater, & filius pro vna tantum perſona habentur. 26. 12.
Societas omnium bonorum numquam præſumitur. 31. 5.
Societas non præſumitur vbi adeſt aliquis minor, niſi præcedat iuſſus patris, vel curatoris auctoritas. 31. 6.
Societas rerum hæreditariarum præſumitur inter fratres. 31. 8.
Societas non arguitur de neceſſitate ex poſſeſſione bonorum in communi. 31. 10.
Socius non poteſt altero inuito ſeruitutem imponere in re communi. 7. 58.
Socius qui eſt in mora, vel culpa totum damnum ſubijt. 17. 19.
Socius poteſt ex pacto obligari ad conſeruationem capitalis de ſuo lucro. 17. 42.
Socius an, & quando teneatur ad debita, & fideiuſſiones alterius. 31. 1. & ſeqq.
Socius omnium bonorum poteſt dotare filiam de communi. 31. 7.
Socius qui habitauit totam domum an teneatur ſoluere aliquam penſionem. 31. 23.
Socius an poſſit obligare rem communem, & quid ſecuta diuiſione. 31. 24. & 26.
Solemnitas non præſumitur ex diuturnitate temporis niſi concurrente obſeruantia contractus. 5. 23.
Solemnitas alienationionis rei Eccleſiæ non probatur ex verbis enunciatiuis inſtrumenti. 55. 11.
Solemnitas extrinſeca quando ex longinquitate temporis præſumatur. 55. 18. & 19.
Solemnitates quæ requirantur de iure ciuili in alienatione rerum Eccleſiæ. & quæ de iure canonico. 69. 2. & ſeqq.
Solemnitates omnes præſumuntur ex lapſu centum annorum. 69. 29.

Solem-

Solemnitates an requirantur in bonis Eccleſiæ, quæ ſunt ſolita locari. 69. 33.
Solemnitas ſtatuti eſt neceſſaria etiamſi mulier contrahat cum altera muliere, Clerico, vel minore, ſiue cum ſancto viro. 87. 23.
Solemnitas ſtatuti an ſit neceſſaria in contractu vtili. 87. 25.
Solitum vt inducatur requiritur initium ſolemne, & obſeruantia. 40. annorum. 58. 47.
Solum in quo cadit ſtillicidium cuius eſſe præſumatur. 79. 2. 5. & 15.
Solum eſt liberum domini ſui vſque ad Cœlum. 79. 6.
Soluens partem indebiti ad reliquum cogi non poteſt. 3. 45.
Soluens cedenti poſt ceſſionem factam non liberatur, ſed poteſt repetere. 8. 23.
Soluens pecuniam latronibus pro eximendo detentum ab illorum manibus, an repetat ab eo quem liberauit. 70. 16.
Soluens virtute iuramenti quando poſſit repetere. 75. 3.
Soluens pœnam cautionis de non offendendo poteſt repetere ab eo, qui cautionem rupit. 93. 28.
Soluens pupillo non liberatur niſi ille ſit factus locupletior. 98. 15.
Soluens vſuras non peccat, ſed recipiens. 100. 28.
Solutio imaginaria quomodo procedat in hærede beneficiato pro ſuo credito, 3. 43.
Solutione tollitur omnis obligatio. 26. 13.
Solutio probatur ea confeſſione de recepto. 26. 16.
Solutio reſidui denotat nil aliud deberi. 26. 17.
Solutio pro retroactis annis probatur ex tribus ſolutionibus tribus annis continuis factis. 42. 5.
Solutio præſumitur facta in extinctionem durioris obligationis, & in qua currere poſſunt vſuræ. 84. 28.
Solutio in quam cauſam imputetur cuius ſit electio. 84. 29.
Solutum indebitè per errorem repeti poteſt. 26. 24.
Solutum vigore ſententiæ latæ poſt peremptam inſtantiam an poſſit repeti. 92. 50. & cap. 88.
Solutum pro vſuris imputatur in ſortem, & illam minuit. 100. 9.
Solutum pro vſuris repeti poteſt. 100. 10.
Soror excluſa à ſucceſſione fratris an intelligatur excluſa à ſucceſſione ſororis. 2. 15. & 16.
Soror vtrinque coniuncta præfertur fratri conſanguineo tantùm in ſucceſſione fratris prædefuncti. 2. 5.
Et quid ſtante ſtatuto de fratre ſorori præferendo, ibid. 10.
Soror an excludatur à bonis maternis per fratrem conſanguineum tantùm, etiam ſtante dicto ſtatuto. 2. 22.
Spatium aliquod non eſt relinquendum vbi ædificatur propè murum communem diuiſorium. 15. 18.
Spatium quod relinquitur iuxta l. fin. fin. regund. non deſinit eſſe ſui domini. 79. 26.
Spoliatus non debet pati fieri probationes circa dominium. 4. 34.
Spurius an dicatur turpis perſona. 82. 33.
Status. & conditio teſtium de tempore depoſitionis attenditur. 92. 10.
Statutum Ciuitatis dominantis quomodo attendatur in defectum Statuti loci particularis. 2. 7. & cap. 25. 17.
Statutum loci particularis, & non Ciuitatis dominantis debet attendi. 88. 6.
Statutum de fratre ſorori præferendo an verificetur in conſanguineo tantum. 2. 10. & 11.
Statutum excludens ſororem extante fratre intelligitur de fratre primi gradus, & non de remotioribus. 5. 14.
Statutum vocans maſculos ad excluſionem fœminarum, an procedat vbi agitur de hæreditate fœminæ. 2. 15. & 16.
Statutum excludens fœminas exiſtens in pari gradu an intelligatur excludere ſororem à ſucceſſione fratris per exiſtentiam filij alterius fratris. 2. 17. & 18.
Statutum non intelligitur excludere fœminas à bonis maternis per maſculos alterius matrimonij. 2. 15.
Statutum quod filius non poſſit obligari ſine patre non procedit in obligatione inducta à lege. 4. 3.
Statutum quod victus victori in expenſis condemnetur, quomodo intelligendum. 6. 5. & ſeqq.
Statutum ſufficit aliquid minimum operari. 6. 12.
Statutum quando dicatur inducere formam ſubſtantialem. 25. 1. & cap. 77. 5. & cap. 87. 16.
Statutum loquens de habilitate, vel inhabilitate perſonarum non comprehendit forenſes, ſed tantùm ſuos ciues etiam alibi contrahentes. 25. 8. & 9. & cap. 52. 25.
Statutum inducens formam debet ſeruari etiam per forenſes contrahentes in loco vbi viget. 25. 7.
Statutum requirens certam formam in contractu filij non habet locum in filio habitantem ſeorſum à patre, & publicè ſe gerente pro patrefam. vel habente peculium. 25. 26.
Nec quando pater, & filius in eodem contractu ſe obligant. 25. 27.
Statutum excludens fœminas propter maſculos quando dicatur fauorabile. 27. 2. & 9. cap. 34. 1. cap. 45. 9. & cap. 90. 25.
Statutum excludens intelligitur dummodo maſculi quorum fauore ſunt excluſæ fœminæ reperiantur inſtituti. 27. 3.
Statutum excludens matrem propter agnatos intelligitur dummodo illi ſuccedant. 27. 4.
Statutum excludens dicitur correctorium, & non extendendum vbi non fuit expreſſa ratio conſeruandæ agnationis. 27. 8.
Statutum dicitur odioſum quando excludit fœminas propter dotem, & non propter agnationem. 27. 9.
Statutum excludens fœminas an comprehendat perſonas Eccleſiaſticas de tempore delatæ ſucceſſionis. 27. 12.
Statutum ceſſat quando adeſt vna perſona non excluſa, quæ aperit viam alijs ſuccedendi ſecundum ius commune. 27. 53.
Statutum excludens fœminas non operatur quoad bona ſit extrà territorium niſi expreſsè inhabilitet perſonas. 32. 1. & ſeqq. & cap. 34. 9. & cap. 90. 37.
Statutum prædictum an comprehendat forenſes. 32. 4.
Statutum excludens vt locum habeat requiritur ſubiectio rerum, & perſonarum in eodem loco. 32. 5.
Statutum excludens an procedat quando perſona defuncta erat ſubdita vnà cum bonis, ſed fœmina excludenda, & agnati omnes forenſes. 32. 6. & 7.
Statutum non prodeſt exteris, & forenſibus, qui non cadunt ſub protectione ſtatuentium. 32. 7.
Statutum loci in quo ſita ſunt bona, an poſſit combinari cum alio ſimili ſtatuto loci vbi perſona degit ad effectum excluſionis. 32. 9.
Statutum confirmatum in forma ſpecifica denominatur à confirmante. 32. 10. & cap. 34. 12.
Statutum excludens an habeat locum reſpectu mobilium exiſtentium extrà territorium, & nominum debitorum. 32. 11.
Statutum excludens quomodo procedat quando omnes ſunt forenſes, & ſolum bona ſubiecta, vel è contra, ſiue vbi tantùm aſpirantes ad ſucceſſionem ſunt forenſes. 32. 12. & ſeqq.
Statutum excludens nuptas extra territorium an valeat. 32. 15.
Statutum prædictum non procedit vbi à parentibus fuerunt nuptæ. 32. 16.
Item non præiudicat filijs filiarum licèt extrà territorium natis. 32. 17.
Nec procedit in ſucceſſione materna. 32. 58.
Statutum excludens fœminas an procedat quando ſuccedere volens eſt Clericus. 34. 2. & 5.
Statutum prædictum an habeat locum in hæreditate Clerici. 34. 4.
An paſſiuè comprehendat Clericos, & alias Eccleſiaſticas perſonas ſi ſit conditum à laicis. 34. 7. & ſeqq.
Statutum confirmatum a Papa dicitur Papale. 34. 12.
Statutum quando dicatur confirmatum in forma ſpecifica. 34. 13.
Statutum conditum ob publicam vtilitatem, & quietem populi an comprehendat Clericos. 34. 6. 17. & 18.
Statutum an operetur contra eos, qui poſt illud conditum facti ſunt Clerici. 4. 19. & 20.
Statutum puniens receptantes bannitos non procedit contra eos, qui ignoranter, & ſine dolo, vel coactè illis darent comedere, & bibere. 37. 16.
Statutum quod debitor ſuſpectus poſſit carcerari intelligitur concurrentibus requiſitis iuris communis. 39. 2.
Statutum dicitur caſus legis, & tollit omnem diſputationem. 44. 6. & cap. 45. 8. & cap. 77. 13.
Statutum de lucro dotis eſt fauorabile, & quare. 46. 7.
Statutum deferens lucrum mortua vxore ſine filijs non procedit illis extantibus. 46. 8.
Statutum ſimpliciter deferens lucrum viro procedit etiam liberis extantibus. 46. 9.
Statutum quando cenſeatur derogare diſpoſitioni l. hac edictali. 46. 12. & ſeqq.
Statutum in dubio non intelligitur derogare d. l. hac edictali. 46. 18.
Statutum Florentinum de bonis iacentibus procedit etiamſi extet filius defuncti. 47. 6.
Statutum quod ætas 18. annorum ſit legitima, & maior in quibus actibus operetur. 51. 24.
Statutum de capiendo debitore reiecto omni priuilegio qualiter intelligatur. 53. 16.
Statutum Mercantiæ Florentiæ de debitore fallito quomodo procedat. 54. 17.
Statuta diſponentia circa formam ceſſionis bonorum quando ſint ſeruanda, vel non. 54. 23. & 25.
Statutum iubens fieri compromiſſum inter coniunctos dicitur fauorabile. 55. 5.
An habeat locum inter virum, & vxorem, ac alias perſonas enumeratas. 55. 2.
An, & quomodo comprehendat minores. 55. 8.
An procedat ſi coniunctus cedat actionem non coniuncto. 55. 10.
An procedat in quæſtionibus iuris, & non facti. 55. 12.

An

An comprehendat forenſes, & an procedat inter amicos intrinſecos. 55. 17. & 18.
Statutum prædictum de compromiſſo procedit tantùm inter coniunctos ex legitimo matrimonio, & quid inter ſpurios, & legitimatos. 55. 19. & 20.
Statutum prædictum non habet locum diſſoluta affinitate per mortem. 55. 21.
Statutum prædictum intelligitur de habentibus conſanguineos, & affines. 55. 2.
Statutum loquens de ſolutione non verificatur in compenſatione. 56. 12.
Statutum laicorum poteſt prohibere ne Clerici eo vtantur. 68. 3.
Statutum loci, in quo ſita ſunt bona debet attendi in iure congrui. 68. 7. *Vide Ius congrui.*
Statutum de capiendo debitore intelligitur ſeruato ordine tradito in l. à diuo Pio. 71. 10.
Statutum an poſſit tollere citationem. 71. 9.
Statutum quando dicatur inductum ob publicam vtilitatem. 87. 14.
Statutum loci contractus eſt attendendum in iudicando. 87. 15.
Statutum mandans Iudici ſub pœna cauſam expedire intra certum tempus duo præcipere dicitur. 88. 3.
Statutum Florentinum prohibet appellationem, & nullitatem in cauſis centum librarum, & ab indè infra. 88. 7.
Statutum excludens fœminas dotatas an, & quando intelligatur excludere tantùm ab hæreditate dotantis, vel aliorum omnium. 90. 6. & 24.
An procedat quoad bona emphyteutica. 90. 32. & 34.
Statutum non intelligitur excludere à iure vigore contractus delato. 90. 33.
Statutum Florentinum excludit indiſtinctè fœminas tàm à bonis paternis, quam maternis. 90. 25.
Statutum mandans ſola facti veritate inſpecta procedi quid operetur. 91. 1.
Statutum concedens excuſſionem quomodo intelligendum. 91. 4. & 5.
Statutum reijciens excuſſionem an, & quando procedat, & quomodo intelligatur. 91. 2. & ſeqq.
Statutum requirens certam ſolemnitatem in contractu, an habeat locum in quaſi contractu reſultante ex aditione hæreditatis. 99. 16.
Stillicidium, vel protectum an, & quando demonſtret cuius ſit proprietas loci inferioris. 79. 3. & ſeqq.
Stilus contra ius commune non poteſt induci per Iudices. 15. 11.
Stipulatio tacite intelligitur fauore dotis. 29. 4.
Stipulatio interpretari debet contra ſtipulatorem. 14. 19.
Stipulatio de dote reuertenda ad dotantem an, & quando valeat. 77. 21.
Stipulatio eſt neceſſaria pro fiſco, vt ei ius quæratur ex cautione de non offendendo. 93. 6.
Stipulatio an inducatur ex verbis *promiſit*, vel *fideiuſſit*. 93. 7.
Subditi an poſſint per dominum compelli ire ad certum molendinum, vel furnum. 97. 21. & 22
Subditus, qui præſumitur eius Parochiæ, in qua fiunt publicationes. 49. 3.
Subhaſtatio an ſit neceſſaria in alienatione rerum minoris. 4. 17. & 19.
Subhaſtatio non eſt neceſſaria de iure canonico in alienatione rerum Eccleſiæ. 69. 5.
Submiſſio tertiæ perſonæ magis fraudem redolet. 70. 13.
Subreptio quando obſtet in abſolutione à iuramento. 75. 20.
Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur. 3. 4. & 5.
Subrogati admittuntur cum omnibus qualitatibus primordialibus. 49. 12.
Subrogatio pecuniæ loco ſtabilium, vel legittima facit oriri tacitam permutationem, & fructus deberi. 50. 8.
Subſcriptio folij albi non præiudicat. 57. 19.
Subſcriptio ſcripturæ priuatæ qualis eſſe debeat vt conſtituatur hypotheca. 66. 16.
Subſtantia priùs apparere debet antequam cognoſcatur de accidentibus. 14. 14.
Subſtitutio fieri poteſt etiam in contractibus, & reuocata donatione quoad primum an cenſeatur reuocata quoad ſubſtitutum. 22. 1.
Subſtitutio euaneſcit ſi non habet locum inſtitutio à qua dependet. 24. 8. & cap. 74. 36.
Subſtitutio facta puellæ in euentum quod Monialis efficiatur, an valeat. 82. 28. & 30.
Subſtitutio in caſu quo quis decedat cum liberis, qui poſtea ſine filijs decedant habet locum etiamſi primus nullos ſuſcepit liberos. 74. 33.
Subſtitutionibus medijs caducatis an, & quando admittantur ſequentes. 74. 35.
Subſtitutio poſt mortem plurium operatur, vt illi cenſeantur inuicem inter ſe vocati. 80. 2.
Subſtitutus abſens in donatione quam actionem habeat. 22. 2.
Subſtitutus an habeat actionem contra rem alienatam ſtante ignorantiæ fideicommiſſi. 22. 4. & 5.
Subſtitutus an, & quando excludatur per Monaſterium. 74. 13. & 14.
Subſtitutus ſub conditione ſi ſine liberis excluditur per vnum filium tantùm, & an per ſolam exiſtentiam etiamſi non ſit hæres. 74. 19. & 20. & 31.
Excluditur etiamſi filios momento tantùm vixerit, & etiam per poſthumum extractum de ventre matris. 74. 21.
Subſtitutus in defectum filiorum admittitur quandocumque illis decedentibus. 74. 22.
Subſtitutus ſub conditione ſi ſine liberis an excludatur per exiſtentiam fœminæ. 74. 25.
An excludatur per exiſtentiam nepotis ex filio, vel filia præmortuis, vel per filios ſuſceptos ex patre bannito. 74. 24.
Subſtitutus ſub conditione ſi hæres ſine hærede deceſſerit an excludatur per quemcumque hæredem. vel tantùm per deſcendentes. 74. 29. & 30.
Subſtitutus in defectum filiorum an admittatur etiam illis non natis. 74. 32.
Subſtitutus pluribus coniunctim non admittitur niſi omnibus illis defunctis. 80. 1.
Subſtitutus turpi perſonæ an admittatur, excluſo fratre querelante. 82. 30. & 31.
Succeſſio inter virum, & vxorem an, & quando detur. 2. 3.
Succeſſio iure affinitatis non datur. 2. 4.
Succeſſio an, & quando poſſit per ſaltum deferri de vna linea ad aliam. 40. 6.
Succeſſio defertur ei, qui habet qualitatem requiſitam. 40. 14.
Succeſſio maioratus, vel primogenituræ quomodo deferatur. 40. 20.
Succeſſio de iure communi æqualiter defertur tàm maſculis, quàm fœminis. 45. 2.
Succeſſio qualiter deferatur aſcendentibus vnà cum fratribus defuncti, & quid ſtante ſtatuto Florentino. 82. per totum.
Succeſſor in beneficio non tenetur reſtituere hæredibus prædeceſſoris ſemen deiectum. 13. 21.
Succeſſor in beneficio an poſſit prætendere ſemina pro anno ſequenti ab hæredibus prædeceſſoris, qui recollectis fructibus ſtatim deceſſit. 13. 22.
Summa minor quando ſit attendenda. 50. 20.
Sumptus litis an, & quando ſubminiſtrari debeant pauperi litiganti, & quibus concurrentibus. 86. 5. & ſeqq.
Sumptus litis taxatum arbitrio Iudicis non rigoroſè, ſed ad meram neceſſitatem. 86. 9.
Sumptus litis ſubminiſtrati an repetantur in caſu ſuccumbentiæ. 86. 10. & ſeqq.
Sumptus litis ſubminiſtrari actori imputantur ei quando obtinuit ſententiam vnà cum fructibus. 86. 13.
Superfluum non dicitur quod venit ad declarationem eorum, quæ tacite inſunt. 46. 31. & cap. 67. 27.
Superfluitas potiùs tolleranda, quam legum correctio, & præiudicium tertij. 46. 22. & cap. 67. 28.
Superfluitas non dicitur quod ad maiorem declarationem adijcitur. 67. 26.
Supplementum legitimè tranſmittitur ad hæredes etiam extraneos. 61. 4.
Supplementum legittimæ peti poteſt vſque ad triginta annos, & non tollitur per quinquennium. 61. 5. & 6.
Suſcipiens in ſe caſus fortuitos an teneatur de inſolitis. 1. 23. & cap. 97. 6. & 15.
Suſcipiens caſus fortuitos an teneatur de illis, qui culpa partis, vel facto Principis contingunt. 1. 24. & 25.
Suſpicio leuis. & modica non ſufficit ad iurandum debitorem de fuga ſuſpectum, ſed vrgens. & grauis requiritur. 39. 17.
Suſpicionis cauſæ quomodo probari debeant. 39. 22.

T

TAbernarij habent omnem malam præſumptionem contra ſe. 11. 7.
Taciti, & expreſſi idem eſt iudicium. 51. 34.
Taciti non debet eſſe maior virtus, quàm expreſſi. 87. 39.
Taxatio expenſarum quomodo retrotrahatur ad tempus ſententiæ, & dicatur incontinenti facta. 41. 6.
Taxatio expenſarum quomodo fieri poſſit in ipſa ſententia negotij principalis. 41. 8.
In taxatione quæ expenſæ ſint habendæ in conſideratione. 41. 9.
Taxatio expenſarum quando fieri poſſit pendente appellatione. 41. 3. *Vide Iudex, & Expenſa.*
Taxatio intereſſe admittitur in prætio rei de ſui natura fructiferæ. 100. 17.
Taxatio ad rationem centenarij, & anni quando non ſuſtineatur. 100. 20.
Tempus non eſt modus amittendæ poſſeſſionis, ſed inducendi obliuionem. 8. 23.

Tempus non conditi ſtatuti, ſed delatæ ſucceſſionis attenditur ad cognoſcendum an Clericus comprehendatur. 34. 19. & 20.
Tempus non eſt modus inducendæ obligationis. 42. 12.
Tempora ſunt diſtinguenda vt tollatur contrarietas. 48. 13.
Tempus vltimarum inueſtiturarum quando attendendum. 58. 29.
Tempus quando debeat præciſè probari. 66. 8.
Teſtamentum declaratur ab eius partibus. 40. 9.
Teſtamentum fratris an rumpatur in totum, vel vſque ad legitimam tantùm, inſtituta turpi perſona. 82. 26.
Teſtamento fratris annullato an conſeruentur legata. 82. 27.
Teſtatoris declaratio in quam causâ reliquerit debet attendi. 50. 4.
Teſtator cenſetur ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis. 35. 24. & 29. & cap. 49. 6.
Teſtator non cenſetur voluiſſe vxori acquiri proprietatem opulentiæ hæreditatis filij dum ipſe ſolum vſumfructum reliquit. 35. 30.
Teſtator in dubio vocando familiam cenſetur illam in genere vocaſſe; & non vnius tantùm. 40. 7.
Teſtator qui aliquem prædilexit, an eodem modo cenſeatur illius poſteritatem prædilexiſſe. 40. 10.
Teſtator poteſt legem quam velit diſpoſitioni ſuæ apponere. 40. 24.
Teſtator præſumitur ſe velle conformare cum ſtatutis loci. 49. 9.
Teſtator ſi non diſpoſuit in caſu, quem cogitauit dicitur noluiſſe. 67. 11.
Teſtator ſi grauamen expreſſit in vno caſu, & in alio omiſit dicitur voluiſſe grauare tantùm in expreſſo. 67. 12.
Teſtator tradens rem legatam an faciat donationem inter viuos, & non poteſt amplius legatum peti ab hærede. 67. 15. & 16.
Teſtator quid poſtea voluerit non attenditur ſi tempore teſtamenti noluit. 67. 17.
Teſtator cur tali modo non diſpoſuerit non eſt quærendum. 67. 22.
Teſtator poteſt blandis verbis induci ad ſibi, vel alteri relinquendum. 70. 23.
Teſtator non poteſt blandis verbis induci vt alteri adimat, & ſibi relinquat. 70. 25.
Teſtator non poteſt in inſtitutionibus impedire ius accreſcendi, nec poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. 76. 22.
Teſtator in dubio præſumitur ſe conformare cum ſtatuto excluſiuo fœminarum. 80. 3.
Teſtator poteſt reddere tranſmiſſibile quod non eſt, & quales ſint coniecturæ id denotantes. 80. 12. & 13.
Teſtis non reſpondendo interrogatorijs redditur ſuſpectus. 11. 8.
Teſtes non probant niſi citata parte ad videndum iurare. 11. 9.
Teſtes quando probent etiam non citata parte ad videndum iurare. 92. 21. & ſeqq.
Teſtis vnicus probat contra producentem etiamſi de credulitate tantùm deponat. 17. 1. & cap. 64. 23.
Teſtis deponens de conſiſtentibus in puncto iuris non probat. 17. 21.
Teſtes deponens ad ſe exonerandum non probat. 17. 23.
Teſtes ſingulares etiam mille non probant. 17. 26.
Teſtes duos ſufficiunt in contractibus. 24. 14.
Teſtes infames repelluntur à teſtimonio. 64. 20.
Teſtes inuériſimilia, & impoſſibilia deponentes non probant. 64. 21.
Teſtes aliàs inhabiles admittuntur ad deffenſam. 64. 26.
Teſtes adhibiri in ſcriptura priuata debent eſſe omni exceptione maiores. 66. 3.
Teſtis non dicitur qui ſcripturam confecit. 66. 2.
Teſtes debent in recognitione ſcripturæ attingere tempus quo fuit confecta, vt præiudicet tertio. 66. 6. 7.
Teſtes an ſufficiat ſi dicant habere notam manum partium. 66. 9.
Teſtis vnicus nihil probat. 92. 8.
Teſtis deponens de terreno, vel prædio non intelligitur deponere de toto niſi exprimat. 92. 15.
Teſtes iurati neutra parte præſente non probant. 92. 16.
Teſtes iurati in die feriatâ non probant in ciuilibus, ſecùs in criminalibus. 92. 17. & 20.
Teſtes iurati in die iuridico poſſunt examinari in die feriato. 92. 18.
Teſtes iurati in termino an, & quando poſſint examinari extrà terminum. 92. 59. & 53.
Teſtes poſſunt repeti ad conualidandum examen nullum. 92. 23.
Teſtes examinati coram Iudice incompetenti non probant etiam de conſenſu partium. 92. 52.
Teſtium ſtatus, & conditio attenditur de tempore depoſitionis. 92. 10.
Teſtis non repellitur licet ei fuerint ſubminiſtratæ expenſæ victus, & viatici per partem. 92. 9.
Teſtes idonei an ſint operarij ad probanda melioramenta. 98. 39.
Traditio per conſtitutum an ſufficiat vt donatio morte confirmetur. 5. 31.
Traditio mercium non probatur per librum mercatoris. 12. 3.
Traditio clauium cameræ an liberet cauponem à cuſtodia rerum immiſſarum in ea. 38. 9.
Traditio facit præferri eum cui primò fuit facta, licèt eadem res fuerit alteri primò promiſſa. 48. 9.
Traditionibus, & non nudis titulis dominium, & poſſeſſio transfertur. 62. 20.
Tranſactio ſuper teſtamento non valet niſi lectis, & perſpectis verbis teſtamenti. 55. 14.
Tranſmiſſio iuris deliberandi qualiter fiat in hæredes etiam extraneos. 61. 12. & cap. 76. 9.
Tranſmiſſio ſuitatis quæ ſit, & quomodo procedat. 76. 7.
Tranſmiſſio ſanguinis quæ ſit, & quomodo procedat. 76. 8.
Tranſmiſſio ſiue ſuitatis, ſiue ſanguinis, vel iuris deliberandi an faciat ceſſare ius accreſcendi. 76. 10. 11. & 13.
Tranſmiſſio quid ſit, & an habeat locum pendente conditione. 80. 5. & ſeqq. & cap. 89. 4. 12. & ſeqq.
Tranſmiſſio procedit vbi conſtat de voluntate teſtatoris ex coniecturis, & quales ſint. 80. 12. & 13.
Tranſmiſſio qualiter fiat ratione ſuitatis, ſanguinis, & iuris deliberandi. 89. 27. & ſeqq.
Tranſmiſſio ſuitatis ſit cum beneficio abſtinendi. 89. 28.
Tranſmiſſio ratione ſuitatis procedit etiam in præiudicium exiſtentium in pari gradu. 89. 29. & 42.
Tranſmiſſio qualiter procedat vigore Statuti Florentini. 89. 36.
Tranſmiſſio dotis maternæ qualiter fiat vigore Statuti Florentini. 89. 41.
Trebellianica, & legitima quomodo deducantur de hæreditate. 20. 23. & cap. 33. 56.
Trebellianica poteſt prohiberi expreſsè, & tacitè etiam filijs primi gradus. 33. 24.
Trebellianica Florentiæ ambulat pari paſſu cum legitima, & non poteſt prohiberi. 33. 25.
Trebellianica ex quibus coniecturis dicatur prohibita. 33. 26.
Trebellianica non detrahitur de fideicommiſſo particulari, niſi ſit valdè notabile. 33. 27.
Trebellianica an detrahatur à fideicommiſſario, qui fuit grauatus alteri reſtituere. 33. 28.
Trebellianica non detrahitur de fideicommiſſo facto inter viuos, nec quando contemplatione fideicommiſſarij tantùm fuit factum fideicommiſſum. 33. 29.
Trebellianica an detrahatur de relictis ad pias cauſas. 33. 30.
Et an quando legitima aſcendit ad dimidiam. ibid. 35.
Tutor liberatus à reddendis rationibus ad quid nihilominus teneatur. 8. 60. 65.
Tutor tenetur conficere librum rationum etiamſi ſibi fuerit remiſſum inuentarium. 8. 63.
Tutor extraneus datus per patrem in ſimplici ſcriptura indiget confirmatione. 8. 68.
Tutor non poteſt inducere teſtatorem ad ſibi relinquendum, quod pupillo, cuius eſt tutor relictum fuerit. 70. 24.
Tutor declaratus à Iudice pro legitimo omnia validè gerit. 98. 3.
Tutor dicitur legitimus, qui publicè, & palam ita ſe gerit. 98. 4.
Tutor falſus contrahendo non præiudicat pupillis, ſed ſibi. 98. 5.

V

VAlor animalium attenditur de tempore mortis ſtante mora ſocij, & probatur per iuramentum. 19. 20.
Valor rei an, & quando dignoſcatur ea quantitate fructuum. 50. 17. & cap. 100. 19.
Valor rei probatur per peritos, qui ſi diſcordent qualiter reducantur ad concordiam. 50. 18. 19. & 20.
Valor beneficij probatur ex confeſſione partis. 96. 12.
Variatio de vna re ad aliam, de principali ad fideiuſſorem, & è contra quomodo admittatur in executiuis. 18. 15.
Et an de re ad perſonam, & de perſona ad rem, ibid.
Vaſallus ad quid teneatur erga Dominum. 13. 28.
Vaſallus quomodo tranſmittat fructus pendentes ad ſuos hæredes. 13. 1.
Vaſallus an tranſmittat ad hæredes ſaltem ius pro repetitione expenſarum ſeminis, & culturæ. 13. 32.
Vendens debet ſibi reſeruare fructus pendentes, alias ſpectant ad emptorem etiam pro parte colonica quando ſua manu coluit fundum. 53. 14.
Vendens fundum vnum ex duobus contiguis an, & quando videatur transferre in emptorem ius viæ, vel itineris, quo ipſe vti ſolebat per fundum retentum. 14. 6.
Vendens rem modico pretio, & donans emptori illud plus quod valet quem contractum inire dicatur. 24. 34.
Vendens vnam ex domibus ſuis coniunctis qualiter poſſit illam retrahere ſi iure congrui euincatur emptori. 68. 46.
Vendens coactus à lege, vel ſtatuto non tenetur habere fidem de pretio. 68. 72.
Venditor qualiter teneatur ad fructus recompenſatiuos pro pretio accepto re non tradita, vel euicta. 84. 20. & ſeqq.

Ven-

Venditor ſi agat ad pretium tenetur rem venditam offerre, aliàs repellitur exceptione rei traditæ. 51. 4. & cap. 92. 14.
Vendens carius ad tempus vſuram committit. 100. 3.
Vendens cariori pretio, vt poſteà viliori reemat ab eodem emptore facit vſuram, & latrocinium. 100. 5.
Venditio quando dicatur facta iure creditoris, vt ceſſet ius offerendi. 21. 5.
Ventus, & aer non poteſt religioſis impediri per eleuationem ædificij. 15. 14.
Verba enunciatiua non probant vbi diſpoſitio non pendet à proferente. 8. 58. & cap. 25. 20.
Verba enunciatiua quod aliquis ſit hæres an probent aditionem. 99. 5.
Verba relatiua non probant niſi conſtito de relato. 8. 59.
Verbum poteſt eſt arbitrij, poteſtatis, & facultatis. 79. 30.
Verbum poſſit in oratione affirmatiua quid operetur. 10. 17.
Verbum manere denotat retinere, & remanere prout anteà. 10. 20.
Verba vniuerſalia reſtrictionem non patiuntur. 10. 34.
Verba enunciatiua non probant ſolemnitates neceſſarias in alienatione rei Eccleſiæ. 25. 51.
Verbum facere quid ſignificet. 26. 11.
Verba donec, & quouſque quando reſoluantur in conditionem. 38. 2. & 11. Et quid operentur, ibid. 15.
Verba inſtrumenti debent ad concordiam reduci, vt ſe inuicem comparentur. 42. 13.
Verba aliquid minimum operari ſufficit. 58. 41.
Verba ipſo facto, & ipſo iure quid ſignificent. 65. 3.
Verbum diuidere communionem ſupponit. 67. 34.
Verbum debet præciſam neceſſitatem importat. 77. 54.
Verbum habere eſt directum, & quid ſignificet. 77. 56.
Verba quando dicantur directa, obliqua, vel communia. 77. 57. & 58.
Verba non poſſint, nec valeant neceſſitatem denotant, & omnem potentiam ab actu excludunt. 87. 19.
Verba ſtatutorum ſunt propriè, & ſtrictè intelligenda. 89. 23.
Verba fideiuſſit, & promiſit an importent ſtipulationem. 93. 7.
Verba imperſonaliter prolata an, & quando obligationem inducant. 93. 8. & 9.
Verbum moleſtiæ verificantur in omni vexatione. 95. 5.
Veriſimilitudo amica naturæ, & dirimit lites. 14. 11.
Verſio probatur ex qualitate temporis. & neceſſitate recipientis, vt de tempore penuriæ. 29. 18.
Verſio an ſit probanda a contrahente cum minore. 98. 14. & 24.
Verſio conualidat contractum minoris etiam ſine ſolemnitatibus. 98. 21.
Verſio ex quibus dicatur probata. 98. 26. & 29.
Verſio probatur ex veriſimilitudine. 98. 27.
Verſio probatur ex vicinitate temporis quo fuit ſolutum debitum minoris. 98. 28.
Via publica a nemine occupari poteſt. 16. 1. & 4.
Via quando dicatur publica, vel priuata. 16. 2. & 3.
Via, & ius adeundi an præſcribatur, & quid ſi ſit debita iure ſeruituris. 16. 5. & 6.
Via publica intrà Ciuitatem, & Burgos à quibus ſit reficienda, & à quibus extrà. 16. 7. 8. & 12.
Via priuata prout ſeruitus a quo ſit reficienda. 16. 9. 11.
Via eſt reficienda ab eo qui eam deuaſtauit, & occupauit. 16. 13.
Via noua eſt facienda in fundo contiguo antiqua caſu deuaſtata. 16. 15.
Via deuaſtata poteſt tranſiri per fundum vicinum etiam cum animalibus. 16. 16.
Vias cuius latitudinis eſſe debeat. 16. 17. & 18.
Via publica impedit ſeruitutem aquæductus, vel debet fieri pons. 63. 5. & 6.
Via publica, vel priuata intermedia an, & quando impediat ius congrui vicinorum. 68. 52. & ſeqq.
Via vna electa quomodo poſſit creditor ad aliam redire in executiuis. 18. 53.
Vicarius non poteſt præſtare conſenſum in ceſſione Iuriſpatronatus, ſed Epiſcopus. 96. 30.
Vicinus non poteſt facere oſtium in ſuo pariete, ex quo eatur in fundum vicini. 7. 29. & 30. & cap. 79. 1. & ſeqq.
Vicinus poteſt facere feneſtram in proprio pariete, & quando ſecùs. 7. 33. & cap. 15. 7. & ſeqq.
Vicinus quando teneatur dare ſeruitutem itineris vicino aliundè non habenti. 14. 7. & 9.
Vicini qualiter teneantur ad refectionem viæ tam intrà Ciuitates, & Burgos, quam extrà. 16. 7. 8. & 12.
Vicinus excluditur a conſorte in retractu. 68. 16. & 17.
Vicinus ille admittitur in retractu, qui magis confinat. 68. 18.
Vicinus qui præuenit, & præoccupauit an præferatur in retractu. 68. 19. & 20.
Vicinus mediante horto, vel cortili quando admittatur. 68. 22.
Vicinus an quis dicatur propter actionem quam habet ad rem vicinam. 68. 23.
Vicinus ſi extraiudicialiter requiſitus dicat nolle emere excluditur à retractu. 68. 56.
Vicinus interpellatus ab emptore poſt lapſum tempus admittitur. 68. 65.
Vicinus retrahens an teneatur offerre totum pretium. 68. 72.
Vicinus volens retrahere quando teneatur omnia ſimul vendita retrahere. 68. 71.
Vicinus non poteſt facere in ſuo quidquam, per quod immittatur aliquid in locum alterius. 79. 15.
Vicinus an, & quomodo poſſit facere foueam propè fundum vicini, & quod ſpatium relinquere teneatur. 79. 21. & ſeqq.
Vicinus poteſt facere puteum, vel penum ſubterraneum propè fundum alienum nullo relicto ſpatio, etiamſi vena aquæ alterius putei vicini præcidatur. 79. 23. & 24.
Vicinus an, & quando poſſit facere armaturam ſupra ſolum alterius. 79. 28.
Victus debet in expenſis condemnari maximè ſtante ſtatuto id diſponente. 16. 20.
Victus an, & quando excuſetur ab expenſis propter iuſtam cauſam litigandi. 6. 4. & ſeqq.
Vidua an poſſit petere fideiuſſorem de dote reſtituenda lapſo anno. 10. 3.
Vidua debet habere veſtes lugubres de domo viri. 10. 43.
Vidua mutuans cum pacto certi lucri ſaluo capitali an licitè faciat. 17. 9.
Vidua an poſſit de dote diſponere. 77. 20.
Vincens vincentem te, tantò magis vincet te. 76. 12.
Vindicta publica pacto priuatorum tolli non poteſt. 93. 22.
Viſitatio probat qualitatem beneficij. 96. 14.
Vis præparata an poſſit repulſari ante aggreſſionem. 20. 2.
Vocatus ad rem aliquam cum alijs an poſſit rem totam petere alijs non petentibus partes ſuas. 22. 22. & cap. 77. 1.
Vocatus non poteſt petere niſi partem ſuam. 22. 24.
Vocatus ad ſucceſſionem quando poſſit propria auctoritate capere poſſeſſionem. 40. 17.
Vocato patre, vel matre in fideicommiſſis non cenſentur vocati filij. 80. 10.
Vocatio alicuius expreſsè non nominati difficilius inducitur quàm tranſmiſſio. 80. 11.
Vocatio poteſt induci ex coniecturis, & quæ ſint. 80. 15.
Voces patronorum quomodo diuidantur iuxtà vncias hæreditatis. 96. 5.
Voluntas teſtatoris ſeruanda pro lege. 10. 1.
Voluntas implicita contrahendi eo modo, quo permittitur de iure an ſufficiat ad iuſtitiam contractus. 17. 8.
Voluntas teſtatoris an, & quando colligatur ex teſtamento nullo. 35. 33.
Voluntas teſtatoris vbi apparet non eſt vlterius quærendum. 40. 8.
Voluntas teſtatoris colligitur ex vna parte teſtamento ad aliam. 40. 9.
Voluntas diſponentis colligitur etiam ex actu nullo, & reuocato. 41. 6.
Voluntas non præſumitur vbi non fuit expreſſa. 67. 13.
Voluntas expreſſa facit ceſſare tacitam. 76. 4.
Voluntas teſtatoris poteſt reddere tranſmiſſibile quod non eſt. 80. 12.
Voluntas teſtatoris is quandiu locum habere poteſt ceſſat legis diſpoſitio. 80. 16.
Vſura pretij non ſoluti debetur ratione fructuum perceptorum etiam in mobilibus. 17. 14. & 55. & quando ſecùs. cap. 100. per tot.
Vſura non committitur niſi adſit mutuum implicitum, vel explicitum. 17. 45. & cap. 100. 2. & 6.
Vſura committitur quando carius venditur ob dilationem datam ad ſoluendum, vel quid accipitur pro huiuſmodi dilatione. 100. 3.
Vſura imputatur in ſortem, & illam minuit, vel repeti poteſt ſi fuerit ſoluta. 100. 9. & 10.
Vſura promiſſa cum iuramento debetur, ſed repeti poteſt. 100. 27.
Vſura non poteſt exigi etiam ſtante iuramento quando contractus eſt manifeſtè vſurarius. 100. 35.
Vſura poteſt ſolui ſine peccato, ſed non recipi. 100. 28.
Vſura quando non poſſit peti à ſtipulatore. 100. 34.
Vſura non debetur etiam ſtante conſuetudine fœnerandi, quæ tantùm excuſat à pœna, & non à damnis verſus partem. 100. 38. & ſeqq.
Vſura non committitur quando aliquid accipitur ex cauſa aſſecurationis. 100. 43.
Vſufructuarius an ſit manutenendus aduerſus dominum, & hæredem. 8. 13.
Vſusfructuarius non facit fructus ſuos niſi à ſolo ſeparatos. 13. 56.
Vſusfructuarius æquiparatur emphyteutæ quoad fructus. cap. 13. 17.
Vſusfructuarius non poteſt alteri legare, niſi in vita ſuperueniat ei proprietas. 28. 19.

Vſus-

Vſuſfructuarius quilibet tenetur cauere de vtendo arbitrio boni viri ſi petatur cautio 38. 21. & 22.
Vſuſfructuarius non præſtita cautione an, & quando faciat fructus ſuos. 38. 23.
Vſuſfructuarius ſi non inueniat fideiuſſorem quid agendum. 38. 24.
Vſuſfructuarius quilibet tenetur conficere inuentarium. 38. 26.
Vſuſfructuarius mobilium, & immobilium quid conſequatur. 38. 27.
Vſuſfructus formalis quibus verbis inducatur, 35. 25. & 26.
Vſuſfructus finitur morte naturali, vel ciuili. 35. 27. & cap. 38. 58.
Vſuſfructus quando reſtringatur ad alimenta, vel importet plenum ius hærede filio inſtituto. 38. 20.
Vſuſfructus qualiter conſiſtat in mobilibus quæ vſu conſumuntur, & quomodo æſtimatio ſit reſtituenda. 38. 27. & 28.
Vſuſfructus an tollat præſumptionem ſimulationis. 48. 19. & 20.
Vſuſfructus patris in bonis filiorum venit in hypotheca ad fauorem ſuorum creditorum. 81. 1.
Vtilitas commutationis dotis requiritur re ipſa adeſſe, nec ſufficit collatio in euentum incertum. 28. 7.
Vtilitas Eccleſiæ dicitur iuſta cauſa alienationis, & euidens æquiparatur neceſſitati, 69. 6. & 7.
Vtilitas Eccleſiæ ſufficit ſi adſit tempore contractus non attento quid poſteà ſequatur. 69. 8.
Vtilitas Eccleſiæ debet probari in iudicio citato Rectore. 69. 12. 13.
Vtilitas euidens facit valere alienationem ſine ſolemnitatibus. 69. 16.
Vtilitas euidens non debet conſiſtere in momento, ſed conſiderari ex anteriori, & poſteriori tempore. 69. 17.
Vtilitas Eccleſiæ attenditur, & non Rectoris ei detur pecunia pro conſenſu. 69. 35.
Vulnus illatum inter laicos licèt in loco ſacro eſt cognitionis Iudicis ſecularis priuatiuè, 9. 4.
Vxoratus tenens concubinam dicitur infamis, & turpis perſona. 82. 34.
Vxor viuente viro poſſidet iure familiaritatis. 8. 11.
Vxor mortuo viro cenſetur ſibi mutare cauſam, & eſt manutenenda. 8. 12. & cap. 10. 2. & ſeqq.
Vxor quicquid acquirit viuente viro an cenſeatur de bonis viri, vel teneatur reſtituere pretium. 8. 42. & 43. & cap. 10. 36.
Vxor legataria dicitur mutata cauſa ſuam continuare poſſeſſionem. 10. 5.
Vxor conſequitur legatum, & dotem, nec fit compenſatio niſi adſint coniecturæ. 10. 9.
Vxor quando non præſumatur acquiſiuiſſe de bonis viri, & an huiuſmodi exceptio admittatur in poſſeſſorio. 10. 36. & ſeqq.
Vxor an poſſit pro ſua dote occupare omnia bona viri. 25. 8.
Vxor poteſt in ſubſidium agere contra fundum in dotem datum licèt per æſtimationem tranſierit in dominium viri, & præfertur. 28. 5.
Vxor an poſſit repetere dotem ab hæredibus viri non probata illius ſolutione, vel debeat agere contra promiſſores. 29. 1. & ſeqq.
Vxor ſtante negligentia viri in exigendo dotem quomodo poſſit ab eius hæredibus eam repetere. 29. 5. & 6.
Vxor ſtante inopia viri an, & quando poſſit vti retentione pro ſuis dotibus in bonis viri, & illa defendere. 29. 7. & ſeqq.
Vxor ſoluto matrimonio non poteſt impedire ſubhaſtationem, ſed tenetur pati quod bona vendantur, & ſibi, ac alijs ſatisfiat. 29. 13.
Vxor in repetitione ob inopiam poteſt incumbere pignori, nec per oblationem dotis in pecunia repellitur. 29. 14.
Vxor habens fundum dotalem non poteſt agere contra alia bona. 29. 16.
Vxor an, & quando teneatur ad penſionem domus conductæ, vel mutuum acceptum per virum. 29. 17. & 18.
Vxor cui relicta ſunt alimenta ſi cum filio habitauerit tenetur præſtare cautionem Mutianam. 38. 9.
Vxor legataria donec in viduitate permanſerit, an, & quando tranſmittat legatum ad ſuos hæredes abſtinendo à nuptijs. 38. 17.
Vxor donans viro ob reuerentiam, & metum præſumitur donare. 77. 6.
Vxor vigore ſtatuti Florentini an poſſit diſponere de dote. 77. 59.
Vxor quoad obſequia matrimonialia tranſit in poteſtatem viri, an verò liberetur à patria poteſtate. 77. 22.
Vxor non poteſt diſponere de dote quando vigore ſtatuti eſt ad alios applicata, & quando ſecùs, & quid ſi ſit ad alios applicata vigore pacti. 77. 11. & ſeqq.

F I N I S.